DOMINICI URSAYÆ DISCEPTATIONES ECCLESIASTICÆ.

DISCEPTATIONES ECCLESIASTICÆ

UNA CUM RESOLUTIONIBUS,

ſeu Judicatis Sacrarum Congregationum, in quibus pro una Partium ſcripſit, vel pro veritate conſultus reſpondit

DOMINICUS URSAYA

IN URBE ADVOCATUS, A BOSCO Nullius in Provincia Salernitana, U. J. Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor, & in Almo Urbis Archigymnaſio Publicus J. C. Profeſſor.

TOMUS PRIMUS.

CUI ACCESSIT COMPENDIUM PRIVILEGIORUM

Reverendæ Fabricæ Sancti Petri.

ADDUNTUR ETIAM IN HAC VENETA EDITIONE

Inſtitutiones Criminales ejuſdem Auctoris Singulari Tomo comprehenſæ.

VENETIIS, MDCCXXIV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

AD
LECTOREM.

QUONIAM non laudi meæ, benigne Lector, sed Forensium potiùs commodo studere volui; Ideò quamvis criminalium rerum tractatio me extra meam orbitam deflexisset; tamen quia eam ad prælectionem in nostro Archigymnasio factam adhibitus proximis annis Criminales Institutiones edendas curavi, ut etiam id, quod non ultrò, sed jussus conscripseram, typis vulgatum, publicè prodesset. Nunc autem, veluti è diverticulo in viam redeuntes, quotidiani, & assidui laboris, præcipuique instituti nostri proventus tibi, Lector, offerimus in hisce Disceptationibus Ecclesiasticis; Quæ sicuti Partibus, quas tuendas suscepimus, victoria Causarum contulere plurimùm, ita & legentibus in similibus argumentis emolumento futuras, Nosque illarum editione gratiam etiam inituros, haud forsan temerè, speramus. Vale.

INDEX
ARGUMENTORUM
Primi Tomi Disceptationum Ecclesiasticarum.
PARS PRIMA.

DIS-

PARS

PARS SECUNDA.

DISCE-

Index Argumentorum.

INDEX
DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

Primi Tomi, ordine Alphabetico per Diœceſes diſpoſitus.

Saler-

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

HAvendo veduto per attestato del Segretario nostro nel Libro stampato in Roma l'Anno 1716. diviso in Quattro Tomi, intitolato: *Disceptationes Ecclesiasticæ unà cum Resolutionibus, seu Judicatis Sacr. Congregationum, &c.* non esservi cosa alcuna contro Prencipi, e buoni costumi, concediamo Licenza, che possi esser stampato, osservando gli Ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 26. Novembre 1722.

(Carlo Ruzzini Kav. Proc. Rifor.

(Alvise Pisani Kav. Proc. Rifor.

(

Agostino Gadaldini Segr.

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
ADVOCATI
DOMINICI URSAYÆ.
Tomus Primus.
PARS PRIMA.

DISCEPTATIO PRIMA.

Bisuntina Restitutionis in integrum.

PRO

Francisca Bonaventura à S. Dominico.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum adversus lapsum quinquenii, praescripti ad dicendum de nullitate professionis in Conc. Trid. sess. 25. de Regul. c. 19. ex quibus causis concedatur.

INfelicissima Mulier Adriana Garnier, aperta vi (communicato ad invicem consilio) sibi illata ab Anatolio ejus Patre, Anatolia Cresin ejus Matre, & Canonico Sebastiano Garnier, ejus Patruo, die 4. Augusti 1692. coacta fuit ingredi Monasterium S. Ursulae sub Regula S. Augustini, Oppidi Nozzeretani, Dioecesis Bisuntinae, in eoque die 9. Augusti sequentis anni 1693. aequali vi coacta fuit professionem emittere, assumpto nomine Sororis Franciscae Bonaventurae à S Dominico, ut, interpellatus de mandato hujus Sacrae Congregationis, testatur Reverendissimus Archiepiscopus Bisuntinus, & ingenuè fassi fuerunt, tàm dictus Anatolius ejus Pater ibi: *Se l' hà maltrattata à questo effetto* (hoc est ad eandem cogen. ad Religionem) *Risponde di sì, e che anche la chiuse in una Camera con la mira di farla risolvere ad entrare nel Chiostro*, quàm Anatolia Cresin ejus Mater ibi: *L' hà indotta, e forzata ad entrare nella Religione di concerto col suo Marito, e col Signor Canonico Garnier, suo Cognato, e Zio Paterno della detta Reclamante.*

2. Quia, verò durantibus eisdem vi, & metu, reclamare in praeteritum nunquàm potuit adversùs dictam meticulosam professionem, non defuerunt tamen nunquam interruptae conquestiones, continuae lamentationes, & perpetuae querimoniae, juxtà uniformes triginta, & ultrà Testium depositiones, de quibus infrà, donec tandem anno 1711. eodem Patruo è vivis sublato, quem Principalis vocat primarium Authorem suae coactionis, *& il più crudele persecutore* ejus liberae voluntatis, Genitoribus verò *inteneriti dalla sua mala sorte doppo sì grandi estremità*, permissum eidem fuit implorare hujus Sacrae Congregationis praesidium, à qua die 14. Martii ejusdem anni 1711. de more injunctum fuit dicto Reverendissimo Archiepiscopo Bisuntino, ut Processum desuper conficeret, illumque confectum ad hanc Sacram Congregationem transmitteret, una cum suo Voto, quod tale est.

3. *Ex confecto Processu, quem remittimus, satis, superque dignoscitur, probatum elucescere, praenominatam Sororem per vim, & metum, sibi à Parentibus incussos, in Religionem fuisse ingressam, & in ea praetensam professionem, iisdem vi, & metu durantibus, emisisse, adeout restituta priùs, si ità visum fuerit, dicta Sorore adversus lapsum quinquennii, effatam illius professionem nullam fuisse, & invalidam, nulliusque roboris, & momenti penitus censendam esse videatur*, speramus proindè, & enixis precibus supplicamus dubio. *An sit locus restitutioni in integrum* affirmativè responderi.

4. Sivè enim consideretur tempus antè ingressum in Religionem, sivè durante Novitiatu, sivè quandò emissa fuit professio, sivè post eandem professionem, undique emicant concludentes probationes innegabilis metus, & apertae vis, unicè directae ad extorquendum consensum ab eadem Principali tali professioni, quae proindè omninò nulla, & invalida dicitur: Deus enim coacta servitia aspernatur, atque voluntarium sibi militem eligit Christus, juxtà aurea verba *Divi Ambrosii de Vita Beata lib. 1. cap. 3.* relata *in Can. Non est 15. quaest. 1.* & concordat alter *Textus in Can. Jam verò 23. quaest. 6.* ubi ad rem expenduntur verba illa *Apostoli 1 ad Corinth. Unusquisque det, prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus*, cum aliis apud *Ciarlin. controv. 108. num. 19. & Rotam decis. 25. numer. 1. coram Arguell & decis. 229. num. 1. & 2. coram Carill.* Et favore alterius Monialis, moram facientis in nostro Monasterio Ursulinarum, sequendo simile Votum nostri Reverendissimi Archiepiscopi, resolvit *haec Sac. Congregatio in alia Bisuntina 18. Junii 1701.* ut ex Folio, dicta die distributo, & registrato *in lib. 51. Decr. fol. 300* ibi: *Quibus omnibus attentis supradictus Archiepiscopus censet, satis constare de dictae professionis nullitate, &c.* pro qua haec Sacra Congregatio respondit die 19. Julii ejusdem anni *dicto lib. 51. Decr. fol. 373. à tergo.*

5. Quoad tempus antè ingressum in Religionem, non possunt sine maxima commiseratione considerari ea, quae innocens Principalis tunc temporis tenerae aetatis, & imbecillis

becillis judicii, passa fuit à suis Genitoribus, & Patruo, ad illam omni via inducendam ad ingrediendam Religionem, quævè *in Summario* referuntur à Claudia Grey informatissima, eo quia, uti Famula per spatium quinque annorum inservivit in Domo Principalis, antequam Monasterium ingrederetur, ex quo non solùm *hà veduto moltissime volte la detta Madre battere, e maltrattare la Supplicante, per obligarla ad essere Religiosa, dicendoli allora, che assolutamente voleva, che si facesse Religiosa*. Sed, quod omni commiseratione dignissimum videtur, ad eundem effectum vidit, *che la detta Madre la messe una volta in una Camera chiusa con la chiave, per poterla meglio violentare à quello, che voleva*, undè, ne in eodem cubiculo clausa fame periret, *mossa a compassione la Deponente verso la Supplicante, vedendola trattare in questa maniera, di portarle il sostentamento per un buco della porta della medesima Camera*, *&c.* quo tempore Mater Oratricis præcisum dederat mandatum eidem *di non darle altro per suo sostentamento, che pane, & acqua, sperando con questo di dover meglio farla risolvere ad entrare nel Chiostro, e che non fù messa in libertà, se non doppo di aver promesso, che si farebbe Religiosa*, quam circumstantiam reclusionis filiæ in cubiculo ad hoc, ut tædio affecta se disponeret ad ingrediendam Religionem ad nostrum præcisum effectum facilioris concessionis gratiæ restitutionis in integrum, præ oculis habuit hæc *Sacra Congreg. in Cephaluden.* 14. *Februarii* 1699. ut in Folio dicta die distributo §. 1. ibi: *Filias respectivè priùs conclusit in cubiculo domus, posteà in Monasterium lib.* 49. *Decr. fol* 171.

6 Cum eodem informatissimo Teste, deponente, ut supra, de facto proprio, dequè re, cujus pars magna fuit, concordant ejusdem Principalis Pater, Mater, & Frater; Itaut nulla omninò in hac parte remaneat umbra difficultatis circa principium metus, & coactionis Principalis ad ingrediendam Religionem, ut considerando confessionem Patris, habemus Textum literalem *in Canon. Præsens* 20. *quæst.* 3. quem sequuntur *Barbob. inter consil. Matrim. divers. part.* 1. *cons.* 24. ibi: *Ultimò probatur ex confessione Patris, qui confessus est, per vim compulisse dictum Ludovicum, Barbos. vot. decis.* 16. *numer.* 54. *lib.* 2. ibi: *Quæ Patris confessio, etiam quòd esset extrajudicialis, in hac materia multum attenditur, & Rota coram Emer. Jun. decis.* 225. *numer.* 12. ibi: *In similibus terminis Patris, qui metum filio incusserat, ad profitendum, est Textus, &c. & decis.* 1356. *sub numer.* 1. *vers. Super additaque propria Patris confessione de præmissis omnibus à se illatis, &c* Et considerando confessionem Matris *Rota dict. decis.* 1356. *sub numer.* 1. *vers. Cumque istis plenè conveniunt Frater, & Mater, coram Emerix Junior.* Et considerando utriusque Genitoris confessionem *Rot. dec.* 373. *numer.* 13. *&* 14. *part.* 18. *rec.* ibi: *Maiores Testes adducere non potuit ad probandum metum, quam illosmet, qui istum incusserant, & de facto proprio deponunt, &c.* Et considerando Fratris confessionem advertitur in Folio hujus *Sacr. Congregationis distributo* 3. *Martii* 1708. *in Romana, seù Geneven.* §. *Episcopus* ibi: *Frater Oratoris declaravit, sibi maximè videri Patrem prædicti Oratoris, &c. illum minis, & metu impulisse, ut Religiosum statum amplecteretur*, Et *in Caputaquen.* 28. *Aprilis* 1710. rescribendo *Pro gratia restitutionis integrum, & Episcopus procedat contra Fratrem*, quod practicavit etiam in *Urbevetana* 11. *Martii* 1713.

7 Cum quibus processit hæc Sacra Congregatio, in *dicta alia Causa Bisuntina* 9. *Julii* 1701. *libr.* 51. *Decreto. fol.* 375. *à tergo, & in Mantuana pariter* 9. *Julii ejusdem anni* 1701. *lib.* 51. *Decretorum folio* 375. ibi: *Per vim, & metum, ut asserebat à Matre, & ejus Fratribus incussum, & in Neapolitana* 14. *Aprilis* 1709. ibi: *Subjecit examini Josephum Jordanum, ac Juliam Amodio ejusdem Oratoris Parentes, qui jurati deposuerunt de violentiis, incussis etiam cum verberibus suo Nato, &* 12. *Aprilis* 1710. *lib.* 59. *Decret. fol.* 171. *& libr.* 60. *folio* 191.

8 Et novissimè, juxta ipsissimos terminos nostri casus, considerando Patris, Matris, & Fratris confessionem respondit *in Neapolitana, seù Suessana* 26. *Januarii* 1710. *libr.* 60. *Decret. fol.* 73. ibi: *Hæc autem pinguiùs, veluti de facto proprio, Genitor ipse deponit, qui piorum hominum consilio ab inceptis se destitisse ait, quod, & Mater comprobat, atque Germanus confirmat*.

9 Observando præcipuè magnam aversionem ejusdem Principalis à statu Religioso, quam semper, & ubique ostendit, ut ipsamet clarè fatetur *in Summario*. Eandemque aversionem concludentissimè probant Joanna Claudia Royet secund. Testis, loquens de declaratione 15. diebus ante dictum ingressum, sibi à Principali facta. Quart. Testis Stephanotta Joanna Grofs, loquens de simili declaratione, sibi facta *qualche giorno avanti*. Septim. Testis Margherita Pialoz, loquens de declaratione, sibi facta *qualche tempo innanzi*, & subjungens verba hæc à Principali sibi dicta, *li miei Parenti vogliono mettermi nella Religione per forza, mà non farò mai tal cosa, e più tosto mi getterò da una muraglia, e per meglio testificarli quanto asseriva, si messe à piangere*. Nec non Sebastianus Garnier frater germanus Principalis, asserens, id audivisse *molte, e reiterate volte*.

10 Nemo autem ignorat, quod à tali aversione, antecedenter ostensa, efficax deducatur argumentum, coactæ voluntatis, & meticulosæ professionis, posteà emissæ, ex punctualitèr animadversis per *Pignatell. consultat.* 180. *numer.* 12 *tom.* 9. ibi: *Ac etiam ex magna animi aversione ad suscipiendum statum Religiosum, quam semper ostendit, &c. quæ sicuti arguunt defectum liberæ voluntatis, ita etiam concludunt coactionem, Ciarlin. controv.* 108. *numer.* 48. ibi: *Ex tali enim aversione, & repugnantia probatur metus, &c. Rota coram Peùtinger. decis.* 98. *numer.* 1. ibi: *Constat enim, Raphaelem habuisse semper animum valdè alienum à profitendo, &c. hoc autem valdè conferre ad probandum metum dixit Rota &c. & coram Dunozet. Jun. decis.* 930. *numer.* 1. ibi: *Adeò statum Religionis abborrebat, ut declaraverit, se potiùs velle in puteum proiicere, quam Religionem profiteri, quæ maximi ponderis esse ad effectum annullandi professionem respondit Rota, &c. & in part.* 1. *recent. decis.* 175. *numer.* 1. *in fine, & in par.* 13. *rec. dec.* 211. *num.* 1. ibi: *Apertè constare Dominis visum fuit de totali aversione Æmilii à Religione, &c. & numer.* 3. ibi: *Quæ repugnantiæ, &c. maximè conferunt ad probandam voluntatem illius, alienam à profitendo in Religione, & ostendunt consensum, professioni præstitum, non fuisse liberum, sed coactum, & meticulosum*.

11 Ex qua aversione, omnibus notoria, ortum habuerunt violentiæ illæ, & pessima tractamenta Genitorum ergà Principalem, unicè directa ad flectendum ipsius induratum animum, *quali mali trattamenti* (Notentur quæso sequentia verba, apta ad flectendum animum cujuscumque obstinatissimi Viri provectæ ætatis) *consistevano in colpi di bastoni, di catene, schiaffi, e pugni, quasi tutti li giorni dall' età di* 15. *anni, fino à che entrò nel Monastero*. Et concordat Sebastianus Garnier germanus frater Principalis loquens de visu ibi: *E' stata battuta à colpi di piedi, di pugni, e schiaffi quasi tutti li giorni alla presenza delli predetti per opposizione, che testificava di avere alla volontà de' suoi Parenti ad entrare dentro il detto Monastero*. Concordat etiam Anatolius Garnier ejus Pater ibi: *Li mali trattamenti consistevano in calci, pugni, &c.* quæ præ oculis habuit hæc Sacra Congregatio *in Romana, seù Genev.* 31. *Martii* 1708. ut *in Folio dicta die distributo* § 1. *in fine* ibi: *Calcibus, & pugnis impetitum, intolerabilibus feritatibus, &c.*

12 Itaut eadem Principalis non valens aliquandò easdem violentias, intolerabiles feritates, & barbaras crudelitates suorum Genitorum patientèr sustinere *fuggì nella Campagna tutta affatto disperata di quello, che li suoi Parenti li volevano far pigliare un stato di vita, per il quale ella non aveva, che avversione* Et concordat Sebastianus Garnier frater germanus Principalis, qui *vedendola fuggire per la Campagna, le corse addietro per ricondurla al detto Nozzeroy, e che la trovò in stato d' una persona disperata, dicendo, che ella amava molto più di perdersi così, che di altra maniera, poiche li suoi Parenti la volevano sforzare ad entrare nella Religione, per la quale ella aveva una mortale avversione*. Asserens ulteriùs, quod, attenta dicta avversione à statu Religioso, Parentes *per molti giorni* noluerunt Principalem in eorum domo recipere, itaut hæc coacta fuerit *à rifugiarsi in altre Case fuori della paterna*, quam circumstantiam ad nostrum præcisum effectum considerant adducti à *Panimoll. decis.* 104. *adnot.* 1. *num.* 6.

13 Inter frequentes verò crudelitates, & barbaras feritates ad eundem finem ergà Principalem exercitas, aliis gratia brevitatis omissis, de quibus *in nostro Summario* ibi: *Ella è stata battuta à colpi di piedi, di pugni, e schiaffi quasi tutti li giorni alla presenza del Rispondente, per opposizione, ch' ella testificava d' avere alla volontà de' suoi Parenti, ad entrare dentro il detto Monastero*.

14 Speciali animadversione digna videtur solemnis illa verberatio, quam ab utroque Parente patientèr sustinuit Principalis in publica via, ferocitate majori paulò post reiterata tempore, quo reperiebatur in lecto, teste omni exceptione majori eadem Matre Principalis, deponente de facto proprio ibi: *L' hà batutta in publica strada, e la condusse*

condusse così dentro la Casa paterna, dove la detta Reclamante, essendosi posta in letto, ella col suo Marito la batterono con loro mani asprmente, rinfacciandoli la sua inclinazione per il matrimonio, & concordat deponens pariter de facto proprio Pater ejusdem Principalis, Frater deponens de visu, & Joanna Gravelle, loquens pariter de visu. Ac si inclinatio ad matrimonium esset aliquid culpam involvens, idemque matrimonium non esset unum ex septem Ecclesiæ Sacramentis, ratione instituentis, loci, status, iterationis, communitatis, utilitatis, significationis, & societatis, superans alia Sacramenta, ut observant *Divus Augustinus de Bono Conjugal. cap.* 18 *Dionys Chartusian. in Summ. Ortodoxæ Fidei lib.* 4 *cap.* 162. *S. Ivo Carnoten. Episcopus epist.* 83. *Joann. Lorich in Lexicon Theol. tom,* 2. *de Sacram. Matrimon. num.* 4. *fol. mihi* 1140. *Rodulph. Arden. in Domin.* 2. *post Epiphan Ludovic. Cocc. in Thesaur. Cathol. libr.* 9. *titul. de Matrim. numer.* 1580. *folio mihi* 999. *Sayr. de Sacram in Commun. lib.* 6. *cap.* 3. *in fine*, *Petr. Lombard. lib.* 4. *dist.* 26. ubi quod cum alia Sacramenta post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserint, Matrimonii Sacramentum, etiam ante peccatum legitur à Domino institutum, cum aliis adductis à *Cavacc. nell' Anello Matrimonial. part.* 3. *folio* 45. & *à Hyeron. Gattic. in Prax. Sacramentor. titul. de Sacramento Matrimon. folio* 66. *Sylvest. Prier. in Summ. verb. Matrimonium primò numer.* 5. *Montaign. de Bigam. quæst.* 1. *num.* 6. & *Francisc. Paceus in Scenograph. de Sacram. in gen. tit. de Matrimon. in princ.* ubi quod, licèt Matrimonium minus habeat spiritualitatis, quàm reliqua Sacramenta, magnum tamen est, quatenus significat conjunctionem Christi cum Ecclesia, juxtà id, quod scripsit *Apostolus ad Ephes.* 5. 32.

15 Quæ omnia robur accipiunt à timida natura Principalis, de qua testis, omni exceptione major, est ejus Pater, & à feroci qualitate ejusdem Patris, soliti minas exequi, & à filiis contrà eorum voluntatem extorquere id, quod ei placebat, referente uno ex eisdem filiis, germano fratre Principalis, & loquente de propria dolorosa experientia, ut considerando timidam naturam metum passi, observant *Honded. consf.* 29. *numer.* 28. *lib.* 1. *Menoch. de Arbitr. caf.* 135. *numer.* 4. & 5. *Surd. decis.* 194. *numer.* 20. *Sanchez de Matrim. libr.* 4. *disput.* 3. *numer.* 4. & *Panimoll. decis.* 102. *adnotat.* 1. *numer.* 17. Et præ oculis habendo ferocem qualitatem incutientis metum, præcipuè quando ei reverentia debetur, advertunt *Felin. consil.* 29. *numer.* 36. *libr.* 1. *Pignat. consull.* 180. *num.* 23. & *sequentibus tom.* 9. *Corrad. in Prax. dispensat. libr.* 5. *cap.* 14. *numer.* 10. ibi: *Maximè quando Pater est multum terribilis, asper, & severus, quæ quidem qualitas in persona, cui debetur reverentia, est multum considerabilis*, & *Rot. decis.* 326. *numer.* 12. & *decis.* 374. *numer.* 16. *coram Ludovis.* ubi quod reverentia cum terribili qualitate personæ, metum incutientis, superabundat ad probandum metum, & *coram Ubald. decis* 234. *numer.* 5. Et utramque qualitatem considerando, benè *Rot. decis.* 98. *numer.* 7. & 3. *coram Peuting.* ibi: *Ipsum esse naturæ valdè mitis &c.*, & *Parentes timere &c. undè faciliùs metu affici poterat &c. Parentes verò natura feroces, rigidos, & iracundos, & solitos exequi minas, quod maximè in Patre observant &c.*

16 Imò transeunt in evidentiam, considerando fragilitatem sexus muliebris; Metus enim faciliùs incutitur mulieribus, & præcipuè teneræ ætatis, in quibus proindè minor requiritur metus ad annullandam professionem, quam in viris juxtà magistralem *Gloss. in capit. Cum locum verb. Metus de Sponsal* quam sequuntur *Phiring. in Jus Canon. titul. his, quæ vi, metusvè caus.* §. 1. *vers. Assertion.* 6. *circà finem*, *Ciarlin. controvers.* 108. *numer.* 33. *Sanchez de Matrimon. libr.* 4. *disput.* 3. *numer.* 2. & 4. *Rota coram Carill. decis.* 178. *numer.* 2. & *coram Royas decis.* 491. *num.* 6. & *coram Arguell. dec.* 9. *num.* 38. & *decis.* 25. *num.* 54. & *seq.* & *coram Dunozet. Jun. decis.* 930. *num.* 4.

17 Itaut in mulieribus ad professionem annullandam non requiratur probatio metus, cadentis in constantem virum, sed sufficiat ille, cadens in costantem mulierem, ea ratione, quià mulieris animus, etiam constans, levioribus movetur affectibus, quam animus virilis juxtà distinctionem *Butrii*, communitèr receptam *in cap. Consultationis num.* 6. *de Sponsal.* ibique *Abbas numer.* 4. *Præposit. numer.* 3. & *Fagnan. numer.* 14. *Barbos. vot. decis.* 1. *numer.* 22 & *seqq. Suarez de Relig. tom.* 3. *lib.* 6. *cap.* 4. *numer.* 11. *Sanchez de Matrimon. lib.* 4. *disp.* 17 *num.* 2. & *Rot. cor Merlin. decis.* 600. *n.* 1. & *cor. Arguell. decis.* 9. *num.* 38.

18 Imò quod sufficiat solus metus reverentialis, junctus cum minis, & importunis suasionibus Patris, ob reverentiam ei debitam, atque cum protestationibus, conquestionibus, & lacrymis filiæ, notabiliter advertunt *Abb in cap Cum virum numer.* 7. ibique *Butr. numer.* 6. *de Regular. Navar. consil.* 89. *numer.* 2. *lib.* 1. *Graff. de Effect. Cler. effect.* 4. *num.* 15. *Ciarlin. contr.* 108. *num.* 33. loquens de metu reverentiali erga Fratrem natu majorem, *Portell. caf.* 32. *numer.* 3. *par.* 3. *Pignatell. consf.* 173. *numer.* 30. & 151. ubi, referendo plura exempla, testatur de praxi huius Sac. Congregationis, & *consult.* 180. *num.* 23. ubi conclusionem ampliat, quando, ut in præsenti verificatur, Pater est naturæ terribilis *tom.* 9. *Rot. coram Burat decis.* 205. *numer.* 27. ibique *Adden. numer.* 42. & *coram Royas decis.* 49. *numer.* 6. & 7. & *coram Dunoz. Jun.* loquente in terminis Puellæ annorum 17. *in decis.* 930. *numer.* 2 & *coram Merlin. decis.* 590. *num.* 2. & *seqq.* ubi probat, hanc opinionem veram esse, nedum attento Jure Ecclesiastico, & positivo, sed etiam naturali, & Divino, & testatur etiam de praxi hujus Sac. Congregationis

19 Posito hujusmodi innegabili principio metus, & coactionis, quibus mediantibus infelix, & oppressa Principalis coacta fuit Religionem ingredi, facilior erit probatio continuationis ejusdem metus, & coactionis; *Difficile enim est, ut bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio* scripsit *S. Leo Papa ad Mauros Episcopos* Epistola, registrata *in Can Principatus, prima qu.* 1.

20 Et propterea nil mirum, si ipsamet die ingressus in Religionem *fù à spedirse con lacrime da Michaele Ratte* 8. Teste, qui sequentia deponit. *Avendoli domandato in qual luogo andava à ritirarse e se lo faceva di buona voglia, ella rispose, che andava dentro il Monastero, e che di buona, ò di mala voglia bisognava, che si facesse Religiosa, di maniera che, e dal discorso, e dalle lacrime della detta Reclamante, accompagnata da sospiri, il Deponente, conoscendo, che la forzavano &c.* Itaut si unquam aliàs sanè in præsenti eædem lacrimæ vocis pondera habuerunt, easdemque violentias, & coactiones comprobarunt, juxta illud Poetæ. *Nam lacrimæ interdum pondera vocis habent*, quod ad nostrum præcisum effectum, accipiendo easdem lacrymas pro univoco signo coactionis, & innegabili testimonio metus, sequitur *Rota in decis.* 25. *numer.* 49. *cor. Arguell.* & concordant adducti *à Ciarlin. controver.* 108. *sub numer.* 1. & 53. & *seqq.* & *Rota coram Royas decis.* 391. *sub numer.* 1. & *coram Dunoz. Jun. dec.* 930. *numer.* 3. ibi: *Genitorem minis, importunis suasionibus, ac verberibus, & Mariannæ suspiriis, lamentationibus, & lacrymis*, & *in part.* 13. *recent decis.* 211. *numer.* 10. & *in part.* 16. *decis.* 212. *numer.* 1. Cum quibus processit hæc Sacra Congregatio *in Cephaluden.* 14 *Februarii*, & 18. *Julii* 1699 *libr.* 49. *Decretorum folio* 171. & 252. & *alia Bisuntina* 18 *Junii*, & 9. *Julii* 1701. *libr.* 51. *Decretorum folio* 300. & 375 *à tergo*.

21 Imò tempore, quo eadem Principalis verè invita, & reluctans ducebatur ad Monasterium per viam obviam habuit Franciscam Dumond, quæ hæc ait: *Conducendo la detta Supplicante dentro il Monastero dell' Orsoline, avendo veduta, passando la Deponente &c. la salutò, e la Supplicante alzò alle spalle con un segno, che esprimeva d' essere sforzata di andare al Monastero, cosa, alla quale ebbe molta compassione la Deponente*, qui actus, nimis expressivus ejus coactæ voluntatis, in rei veritate sub oculis haberi non potest, sine maxima compassione.

22 Durante Novitiatu, non minora habemus argumenta hujusmodi coactæ voluntatis ex formali depositione Sororis Mariæ ab Incarnatione Magistræ Novitiarum ibi: *Interrogata, se è vero, che durante il Noviziato ella* (hoc est infelix Principalis) *hà dati molti segni della sua afflizzione, e disgusto, e della Religione.* Respondit: *E vero, chè durante il Noviziato, detta Sorella Garnier le hà fatto vedere molti effetti del suo disgusto, cosa, che l'hà fatto giudicare più volte, che la sua vocazione non era soda, per lo che ella spesse volte communicò questi suoi sentimenti alla Communità.* Et concordant circa hujusmodi animi declarationes, & replicatas conquestiones tempore Novitiatus Sebastianus Garnier germanus frater Principalis ibi *Mi replicò Voi sapete ben mio Fratello, che io non son quì, che per la violenza de nostri Genitori, e se fosse libera da essi io uscirei, non credendo poter ritrovar quì la mia salute &c.*, & Stephanetta Joanna Grofs famula.

23 Se approximante verò professionis tempore, non destitit se conquerere de apertis violentiis, sed illas, ad extorquendum ipsius consensum, referente illius lacrymas, & conquestiones dicta famula Stephanetta Joanna Groff. ibi *Qualche giorno avanti, che la Supplicante facesse li suoi pretesi voti &c. domandandole, se ella dimorava volon-*

tieri nel Convento, rispose la Supplicante, che non vi dimorava volentieri, ne che vi stava di sua buona volontà, & essendosi messa à piangere, soggiunse, mio Padre, e mia Madre mi fanno molto torto.

24 Itaut Vicarius Generalis Reverendissimi Archiepiscopi Bisuntini æquè providus, ac sagax Director, & unicus Gubernator nostri Monasterii, specialiter missus ad explorandam ejus voluntatem, & habilitatem emittendi professiomem, omnibus maturè consideratis, æquali intrepiditate, & claritate omnibus Monialibus asseruit, fecitque in Libris Monasterii ad perpetuam rei memoriam sequentia scribere: *Di non averla giudicata capace di fare li voti, e di essere ammessa alla professione.* Et quia, sivè ob munera illa, quæ à Patruo Principalis data fuerunt Monialibus ad hunc effectum, de quibus testis est ejus Frater, Sivè ob alias diligentias, ab ejus Parentibus procuratas, de quibus. *in Summ.* Moniales dicta declaratione Vicarii non attenta, voluerunt Principalem admittere, idem Vicarius *con sua gran meraviglia &c. cambiatosi di faccia disse con parole d' indignazione alle Monache, Voi dunque la volete, voi l' averete*, referente totam facti seriem dignissima Moniali Sorore Maria à Bambino Jesu, una ex Superiorissis nostri Monasterii, quæ tunc temporis erat Magistra Novitiarum.

25 His verò omnibus non obstantibus, infelix Principalis coacta fuit dictam professionem omninò emittere, ut, pro veritate interpellatus, testatur Reverendiss. Archiepiscopus ibi *Per vim, & metum, sibi à Parentibus incussos, Religionem fuisse ingressam, & in ea prætensam professionem, iisdem vi, & metu durantibus, emisisse &c.* Idque ultra confirmarunt iidemmet Parentes, qui metum incusserunt, nempè Pater ibi *In riguardo alla certa scienza, che hà, essere ella stata forzata, e violentata ad entrare nella Religione &c.* & Mater ibi *L' hà indotta, e forzata &c. di di concerto col suo Marito, e col Signor Canonico Garnier suo Cognato*, de quo non semel gloriata fuit cum consaguineis, vicinis, & proximis, ut de facto proprio rotundè testatur honesta illa Mulier Anna Garnier ejus affinis ibi: *Eccoch' io vengo di mettere mia figlia nel Monastero &c. non si parlerà più di lei*, ac si filias invitas cogere ad ingrediendum Monasterium, atque in illo professionem emittere, esset res commendatione, applausuque digna, non autem ageretur de operatione sub terribili excommunicationis pœna prohibita à Sacrosanto Concilio Trdentino *sess. 25. de Regul. cap. 18.* his verbis *Anathemati S. Synodus subjicit omnes &c. qui quomodocumque coegerint aliquam Virginem &c. invitam &c. ad ingrediendum Monasterium &c vel ad emittendam professionem &c.*

26 Post professionem audiamus Sororem Mariam Augustinam à Jesu actualem Superiorissam nostri Monasterii, quæ hæc asserit, *hà sempre fatto apparire un disconteno nel suo stato, disgusto, & odio all' esercitii della vita Religiosa sempre una faccia severa, abbronzita, e gl' occhi torti, e biechi &c. da che la detta Garnier è nel Convento, mai l' hà vista di fare il debito di una vera Religiosa, e che l' hà sentita dire più volte, che ella non era obligata à simil debito, perche aveva detto io non fò voto*, circa quam sæpiùs repertitam declarationem concordant aliæ Moniales *in dicto Process. à folio 2 usque ad* 10 & signanter Soror Maria ab Incarnatione, quæ erat Magistra Novitiarum tempore receptionis Principalis ait: *La Sorella Garnier da che è nel Monastero non hà mai mostrato d' esser contenta dello stato Religioso &c.* Considerando præcipuè dictiones illas *sempre*, & *mai* ad ostenden. ipsius coactam voluntatem, & continuationem quærimoniarum pluries repetitas, includentes omne tempus post dictam professionem, ut in terminis terminantibus ægregiè observat. *Rot. in decis.* 1276. *nu.* 14. ibi *Cumque deponant per verbum semper, quod includit omne tempus, & decis.* 277. *numer.* 16 *& sequentibus coram Ubald.* ibi *Deponentes etiam per verbum* semper, *quod includit omne tempus, & decis.* 142. *numer.* 16. *coram Dunozet Jun.* ibi *Ponderando vim illius dictionis universalis* semper, *quod includit omne tempus, & decis.* 1176. *numer.* 10. *part* 19. *recent* ibi: *Adverbium* semper *est compræhensivum omnium temporum, mensium, & casuum, absque ulla interuptione ejus continuationis.*

27 Imò transiens eadem actualis Superiorissa ad actus desperationis, ad quos nimis incautè Principalis non semel devenit, inter alios refert illum, qui vix credibilis videretur, nisi concurrerent, uniformes depositiones omnium Monialium *in nostro Process. à fol. 2. usque ad fol. 10. d' essersi aperte le vene delli due bracci con un cortello, e perdè tanto sangue, ch' essendo come morta, convenne correre per il Confessore, e serrargliele subito le vene, senza di che sarebbe spirata.*

28 Circà quas incautas operationes, continuas conquæstiones, & perpetuas lamentationes corcordant tres aliæ antecedentes Superiorissæ nostri Monasterii, nempè Soror Maria à Nativitate asserens, *che questa Sorella non hà mai mostrato contento del suo stato, che hà sempre protestata aversione al Chiostro, &c. & clariùs dict. numer. 18. lit. B. Anzi una volta, essendo venuta sua Madre à visitarla, ella la rinfacciò in presenza della Deponente di averle fatto un gran torto, facendola fare Religiosa per forza, che però sarebbe dannata, al che la Madre della Reclamante non contradisse*, Et demum Soror Maria à Bambino Jesu, & Soror Maria à Jesu.

29 Transiens deindè eadem qualificata Monialis ad alios actus desperationis, per infelicem Principalem exercitos, tempore sui Gubernii ad rem ait, quod detenta *in una camera, fermata con catenaccio, lo fece saltare, se ne fuggì, &c. che aveva detto più volte, che se fosse dimorata più longo tempo in detta camera, averebbe posto fuoco al Convento, che averebbe avvelenate le Religiose, e che ve ne sarebbero state morte per le sue mani.*

30 Ad evitandam verò majorem prolixitatem in hac parte subjungimus, quod circa omnia hæc concordant tresdecim aliæ qualificatæ Moniales, nempè Soror Maria ab Incarnatione Zelatrix. Soror Jacoba Margarita à Matre Dei; Soror Maria à Sancto Ignatio: Soror Jacoba à Jesu: Soror Maria Anna à Nativitate: Soror Maria Cordula à Sancta Theresia: Soror Maria Ursula à Jesu: Soror Maria à Sancto Xaverio: Soror Anna Agatha à Sancto Josepho: Soror Maria Geltruda à Sancto Francisco; Soror Maria Carlotta à Sancto Augustino. Soror Susanna Angela à Sanctissimo Salvatore, & Soror Maria Victoria à Sancto Carolo, quarum juratas depositiones ad parcendum inutilibus expensis supplicamus recognoscere in secundo Processu à *folio* 2 *usque ad folio* 10.

31 Subdens circa dictos actus desperationis, eadem dignissima Monialis Soror Maria à Bambino Iesu, quod aliquæ Religiosæ *l' impedirono di precipitarsi in una Cisterna, e la condussero per forza alla sua Cella, alla Porta della quale fù necessario mettervi delle Religiose per Sentinelle*, & paulò post, prosequendo ait, *che sforzò la prigione facendo saltare il Catenaccio, e passando sopra le Muraglie della Città, se ne fuggì*, quem actum desperationis velle se proiicere in Cisternam pro univoco signo nullitatis professionis in terminis magnifecit *Sacr. Rota in decis.* 930. *numer.* 1. *coram Dunozet. Jun.* ibi: *Illa adeò Statum Religionis abborrebat, ut declaraverit se velle potius in puteum proiicere, quam Religionem profiteri, quæ maximi ponderis esse ad effectum annullandi professionem respondit Rota, &c.*

32 Et quia, ut ipsamet Principalis cum juramento ingenuè fatetur, *aveva da lungo tempo il disegno di fuggire doppo la morte del fù Canonico Guarnier suo Zio, essa non pensava, che di andare à gettarsi à piedi del Sommo Pontefice à Roma in caso, che li fosse riuscito, &c.* Circa quam declarationem concordat Mater ibi *Che volcva andare à Roma per domandare l' annullazione de' suoi Voti*, juxtà similes casus, aliquando ad praxim reductos à Monialibus æquè desperatis, ac derelictis, ut, omissis antiquioribus, practicavit illa, de qua sermo est *in Patavina 29. julii, anni proximè præteriti 1713* Imò ad sibi facilitandum intentum, nullum reliquit involutum lapidem pro parandis necessariis expensis ad adeò longum iter arripiendum, difficilemque gratiam restitutionis in integrum obtinendam, nimis improprio, & æquè illaudabili modo, clam subripiendo è bonis, & rebus Monasterii quidquid poterat, mediante etiam usu cujusdam adulterinæ clavis, & uno ore asserunt omnes dictæ Moniales; Cumque, instante tempore fugæ animo adeundi Summum Pontificem, una ex iisdem sagacioribus Monialibus *avendo osservati smossi li chiodi della Serratura della sua porta, li volse rimettere*, parùm absuit, quin ab eadem occideretur, *stante la rabbia di vedersi scoperto il suo artifizio, &c.* eo quia, ut cum juramento deponit eadem Monialis *avendo travagliato à procurarsi la libertà, si vidde delusa per mezzo della detta Sorella.*

33 Quæ omnia confirmat dignissimus Confessarius earundem Monialium, nimis in his materiis versatus, edoctusque ab experientia annorum septuaginta, asserens, nullum omninò fructum reportasse ab ejus replicatis exhortationibus, Principali non semel, neque per transitum factis, in cujus ore semper resonabat intercalaris illa propositio, *dicendo non poter fare altrimente, ne credendo di essere obligata di osservare à Dio quello, che non gli aveva promesso*: De efficacia autem, & pondere dictarum attestationum Confessariorum Monialium benè *Pignatell. consult.* 173. *sub num.* 159.

vers.

vers. Confessori fassus fuerit, *& vers. Religiosis*, *& Confessario to. 9.* & meliùs *Rota dec. 277. num. 5. cor. Ubald.* ibi. *Idemque deponit primus Testis Confessarius Renatæ*, *& dec. 1166. num. 1. cor. Seraph.*, ibi. *Fratrem Hilarium Suarez Mariæ Confessarium*, *cui multum Doctores deferunt*.

34 Ex quibus, præsertim simul unitis, prout in omni materia faciendum est, & in nostris præcisis terminis advertunt *Ciarlin. controvers. 108. sub num. 68. Barbos. vot. decis. 16. n. 56. & vot. 77. numer. 111. Sperell. decis. 79. numer. 30. Pignatel. consult. 173. numer. 157. tom. 9. coram Royas*, *& decis. 9. num. 18. & sequentibus cor. Arguell.* tali claritate, tantaque evidentia constare videtur de violentiis, & coactionibus, Principali factis, ad illam obligandam ad statum Religiosum, ut forsan casus similis cum difficultate inveniri possit in Regestris hujus Sacræ Congregationis.

35 Nec dicatur, quod omnia hæc procederent, quando tales violentiæ probarentur exercitæ in ipsomet actu professionis; Secus verò dum apparent practicatæ longè ante ipsummet actum profitendi, post quem verificantur dd. conquæstiones, & lamentationes. Hoc enim ad nostrum effectum nullatenus est necessarium, sed sat est, constare de dd. violentiis antè professionem illatis, ut benè observant *Honded. cons. 29. num. 40 lib. 1.* ibi *Quia non minus ex minis præcedentibus metus probatur, quam si in actu contrahendi illatæ essent Paris cons. 60. num. 14. & seqq. lib. 4.* ibi. *Illi enim actus præcedentes justissimum incussere metum*, *Thesaur. qu. for. lib. 1. cap. 51. numer. 19.* ubi solidè advertit quod conclusio hæc nullum habet in Jure contradictorem, ibi *Neque hac in re reperio Doctorem contradicentem*, *Sperell. dec. 80. numer. 8 & seq.* & ibi *Durante causa metus actus quamtumlibet ex longo intervallo celebratus, censetur ex præcedenti metu gestus &c. & in hoc non reperiri contradictorem &c.*, *Covarru. de Sponsal. part. 2. cap. 3. §. Quinto num. 12.* ibi *Si verò fiat ante actum &c. etiam ex intervallo, actus gestus præsumitur metu expeditus* egregiè *Mattheucc. in Offic. Cur. Eccles. V. Officialis quoad professionem num. 24. & seqq.* ibi *Quamvis in actu externo appareat libertas &c. in eos influit causa metus adhuc durans &c. Rot. cor. Ludovis dec. 326. num. 30. & seq.* ibi *Nec refert, quod non sint factæ in actu contrahendi matrimonium, sed ante &c. prout nec etiam, quod sint factæ absente Patre &c.*, *& in par. 13. & recent. & seqq. dec. 211. par. 13.*, ibi *Sufficit minas præcedere, tametsi non illatas in ipso actu profitendi*.

36 Et in terminis professionis summa pace, & absque ullo displicentiæ signo, sed purè, & simpliciter à profitente emissæ, habemus casum individualiter decisum *ab hac Sacr. Congreg. in Bononien. 17. Aprilis 1706.* ut clarè legitur in Folio, dicta die distributo ibi *Exindè die 28. Februarii 1676. inter Patres Conventuales Sancti Francisci Bononiæ habitum Regularem &c. suscepit*, quando respondit, esse concedendam gratiam restitutionis in integrum post annos 29. à die emissæ professionis, ea ratione, quæ in casu præsenti punctualiter verificatur, quia hoc medio tempore duraverat causa metus.

37 Et in terminis professionis, emissæ Melitæ, eo tempore, quo metum incutiens moram faciebat Messanæ, *Rot. decis. 98. numer. 15. cor. Peutingen.*, illa adducta ratione, quæ pariter in casu nostro verificatur, *satis est minas præcessisse, eandemque causam metus durare*.

38 Idque verum est, etiamsi professio emissa appareat jucundo, læto, indifferenti, atque hilari animo, ut reprobato, seu declarato *Abbate*, in terminis advertunt. *Adden. ad Ludovis. dec. 385. num. 6. in fin. & Panimoll. dec. 29. num. 35. & seqq.* ibi *Quoniam hujusmodi actus, licet videantur spontanei, adhuc tamen dicuntur metu facti, si duret eadem causa metus Reverendiss. Zaul. ad Stat. Favent. tom. 1. lib. 3. rub. 45. n. 21. & seq.* ibi *Etiamsi actus videatur factus læto, & jucundo animo, dum durat eadem causa metus*, *Ciarlin. contr. 108. num. 66.*, ibi *Data causa metus, licèt metum passus videatur læto animo facere, nihilominus actus censetur meticulosus*, & pluries firmavit Rota, & signanter *in dec. 124. nu. 1. & seqq. & per tot. cor. Dunoz. Sen. & dec. 75. num. 7. cor. Penting.*, ibi *Dictæ epistolæ liberam voluntatem, jucundumque profitendi animum arguentes, tantò magis metum confirmant*, *& cor. Ludovis. dec. 392. num. 3. & seqq.* ibi *Quandiù enim durat causa metus, quicumque actus fiat, etiamsi præseferat liberam voluntatem, & lætum, jucundumque animum, nedum metum non purgant &c. sed potiùs eum magis confirmant, ut dixit Rota &c.*, *& cor. Carill. dec. 178. nu. 7. & 8. & seqq.* ibi *Istæ namque lamentationes, & declarationes excludunt tacitam, & præsumptam professionem, resultantem ex delatione habitus per viginti annos, & ultrà ex hilaritate &c. dec. 373. num. 11. & seqq. par. 18. rec.* ibi. *Idque procedit etiamsi actus fiat in specie læto, & jucundo animo, dum nec per hoc censetur cessasse timor, quoadusque durat illius causa*; Et loquendo de splendido, sumptuosoque convivio, facto Monialibus in die professionis, deque choræis, aliisque signis lætitiæ ad ostenden. lætum animum professionem emittentis eadem *Rot. cor. Merlin. dec. 455. num 5.*

39 In nostro autem casu hujusmodi animi hilaritas, lætaque signa, neque etiam per umbram verificantur, ex quo Principalis semper visa fuit ab omnibus Monialibus, *con faccia abbronzita, severa, & con gli occhi torti, e biechi la detta Giovane aveva una faccia furibonda doppo la sua professione*.

40 Non attenta depositione illarum Monialium, quæ in primo Processu asseruerunt, se nescire, Principalem fuisse coactam, à suis Parentibus ad ingrediendum illarum Monasterium. Id enim factum fuit ad evitandam ejusdem Monasterii diffamationem, juxtà minus veram opinionem, in illis Partibus vigentem, de qua in terminis terminantibus, imò in longè fortioribus depositionis quatuor Monialium, uno ore testantium de libera voluntate emittendi professionem, & permanendi in Religione, *resolvit hæc Sac. Congr. in citata Bisuntina 9. Julii 1701.* juxta illa verba *Folii*, *dicta die distributi*, & registrati *in Libr. 51. Decretorum folio 75. à tergo Receptisque per eundem Archiepiscopum depositionibus, tam ipsius Genitricis, & aliorum Conjunctorum super prædictis minis, & violentiis, quam quatuor Monialium deponentium in contrarium, hoc est super libera voluntate dictæ Mariæ, & super illius permanentia in Religione, nulla penitùs emissa conquestione, seu reclamatione &c.*, & infra ibi *Præfatas quatuor Moniales in contrarium deposuisse propter vitandam eorum Monasterii diffamationem &c.*, & firmavit *Rot. decis. 178. numer. 10. coram Carill.* ibi. *Sunt Moniales ejusdem Monasterii, cujus interest, professionem esse validam*.

41 Minus replicetur, quod omnia hæc procedant respectu professionis expressæ, nullo autem modo influant in nullitatem tacitæ professionis, quæ induci prætenditur ex ejusdem Principalis longa permanentia ferè annorum 20. in nostra Religione cum gestatione habitus, aliis Monialibus communis. Talis enim præsumptio tacitæ professionis tollitur per aliam contrariam longè efficaciorem, resultantem ex verbis, aliisque actibus, eidem tacitæ professioni ex diametro oppositis, juxta singularem *Gloss. in cap. Tuarum verb. Signatos de Privil.*, quam uno ore sequuntur innumeri illi Doctores, quos referunt *Pignatell. consult. 173 numer. 76 tom. 9 Panimoll. decis. 29. à numer. 50. usque ad finem*, *Rot. decis. 34. num. 11. coram Carill.*, *& decis. 189. nu. 3. cor. Ubald.*, *& decis. 205. num. 24. coram Burat.*, *& decis. 117. num 5. coram Ottobon.*, *& dec. 9. num. 33. coram Arguel. & dec. 34. num. 11. part. 14. Recent.* Habemusque in hac parte *magistralem dec. 626. per totam cor. Merlin.*

42 Et in punctualissimis terminis alterius Monialis, quæ per spatium 24. annorum in Monasterio permanserat in eoque omnes actus aliis Monialibus communes, absque ullo displicentiæ signo, fecerat, *Rot coram Carill. dicta decis. 229. numer 3.* ibi. *Nec dicta professio sic nulliter emissa ex cursu longissimi temporis, quo Francisca permansit in Monasterio, deferendo habitum, & faciendo diversos actus, ad professas pertinentes, potest dici saltem tacitè ratificata, quia per Testes pro ea examinatos, constat de continuis lamentationibus, & protestationibus, ab ipsa, tam antè, quàm post professionem immediatè, & successivè omni tempore factis, ex quibus tacita professio omninò excluditur, cum expressus dissensus faciat cessare tacitum, & præsumptum*.

43 Fortiùs quia hoc medio tempore supervixit Canonicus Sebastianus Garnier Patruus Principalis, quem ipsa meritò vocat *il Principale Autore* suæ coactionis, *& il più crudele persecutore* cjus liberæ voluntatis, quia revera totum fecit, parsque magna fuit omnium violentiarum, directarum ad illam reluctantem, & invitam detrudendam in Monasterium, nec non indurato animo Genitoris Principalis usque ad annum 1711. nulla ratione, nulloque modo permittere voluerunt præsentem recursum. In illis enim circumstantiis nunquam inducta dicitur tacita professio per quamcumque longissimi temporis taciturnitatem, ea ratione, quia malum principium influit in omnes sequentes actus, quodque omnes operationes subsequentes, tanquam provenientes ab initio meticuloso, & infecto eodem prorsus vitio laborant, quam his ferè verbis exornant adducti à *Panimoll. decis. 29. numer. 57. & seqq. Matthæucc. in Offcial. Cur. Eccles.*, *verb. Officialis quoad professionem num 26. vers. Nec ex lapsu longissimi temporis*, *& Pignat. consult. 173 numer. 30. & seqq. tom. 9.* ibi *Nec ex lapsu longissimi temporis*

censetur ratificata professio, dum viget eadem causa metus, & *Rot. in decis.* 9. *numer.* 4. *cor. Arguell.*, loquente in terminis taciturnitatis annorum 24., in quibus etiam terminis loquitur *cor. Carill. decis.* 178. *numer.* 6. & *sequentibus*, Et in terminis taciturnitatis per spatium longissimi temporis *cor. Royas decis.* 491. *numer.* 16. & *cor Burat. decis.* 206. *num.* 30., ibiq; *Adden. numer.* 25. & *cor. Seraphin decis.* 1166. *numer.* 3. & *cor. Ubald. decis.* 189. *num.* 9. & *decis.* 26. *numer.* 8. & 9. & *in par.* 1. *rec. dec.* 175. *num.* 5. & *in par.* 2. *dec* 705. *num.* 1. & *per tot.* & *in par* 13. *dec.* 21. *numer.* 25., & *in par.* 18. *decis.* 373. *num.* 10.

44 Cum quibus procedere solet hæc Sacra Congregatio, concedendo restitutionem in integrum illis, qui durante causa metus per quodcumque spatium longissimi temporis, nullatenus reclamarunt, ut signantèr videre est in *Sabinen.* 1. *Julii* 1662. *lib.* 23. *Decret. fol.* 211. & in *Papien.* 17. *Februarii* 1633. *lib.* 23. *Decret. fol.* 237. Et in *Taurinen.* 23. *Februarii* 1669. *libr.* 26. *Decret. folio* 180. *à tergo*. Et in *Albinganen.* 18. *Augusti* 1669. *lib.* 26. *Decret. folio* 502. ubi de taciturnitate annorum 13. Et in *Sulmonen.* 24. *Aprilis* 1694. *libr.* 44. *Decret. folio* 173 *à tergo* ubi de taciturnitate annorum 18 Et in *Albinganen.* 28 *Julii*, & 18. *Augusti* 1696. *libr.* 46. *Decret. folio.* 298. & 341. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum decem. Et in *Veneta*, *seù Mantuana* 18. *Augusti* 1696. *lib.* 46. *Decret. folio* 345. ubi de taciturnitate annorum 12. Et in *Januen. prima Decembris* 1696. *libr.* 26. *Decret. folio* 480. ubi de taciturnitate annorum 21. Et in *Corduben restitutionis in integrum* 25. *Januar.* & 22. *Martii* 1698. *lib.* 48. *Decret. fol* 71. & 131. ubi de taciturnitate annorum 17. Et in *Lingonen.* 22. *Aprilis*, & 20. *Decembris* 1698. *lib.* 48. *Decret. folio* 213. & 598. ubi de taciturnitate annorum 10. Et in *Mantuana* 15. *Novembris* 1698. *libr.* 48 *Decret. folio* 432. ubi de taciturnitate annorum 21. Et in *Cephaluden.* 18. *Junii* 1699. *lib.* 49. *Decret. fol.* 171. & 252. ubi de taciturnitate annorum 17. In cujus casu hæc Sacra Congregatio *dicta die* 4. *Februarii*, quando resolutionem distulit, rescribendo, *Dentur Literæ Episcopo ad Mentem*, hæc fuit ut idem Episcopus referret, qua de causa Oratrix distulerat tanto tempore judicialitèr reclamare, cum successiva ejusdem Episcopi relatione, id referentis continuationi metus ob Patris duritiem, ibi. *Ex Patris duritie processisse coactum Oratoris silentium.* Et in *Baiocen.* 8 *Januar.* 700. *lib.* 50. *Decr. fol.* 1. ubi de taciturnitate annorum 29. Et in *Mantuana eisdem die*, & *anno lib.* 50. *Decret. folio* 3. ubi de taciturnitate annorum 25. confirmat. *die* 19. *Julii* 1701. *lib.* 51. *Decret. fol.* 375. Et in *Aquen seù Arelaten* 29. *Januarii*, & 16. *Februarii* 170. *libr.* 51. *Decret. folio* 26. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 15. Et in *Elnen.* 5. *Martii*, & 9. *Aprilis* 170. *libr.* 51. *Decret folio* 98., & 17. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 29. Et in *Bisuntina* 8. *Junii*, & 9. *Julii* 1701. *libr.* 51. *Decret folio* 300. & 375. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 13 Et in *Corduben.* 17. *Decembris* 1701. *lib.* 51. *Decret. folio* 587., ubi de taciturnitate annorum 24 Et in *Provinciæ Bethicæ* 11. *Martii* 1702. *libr.* 52. *Decret. folio* 91., ubi de taciturnitate annorum 23 Et in *Mantuana restitutionis in integrum* 1. *Aprilis* 1702. *libr.* 52. *Decret folio* 131, ubi de taciturnitate annorum 21. Et in alia *Mantuana* 19. *Maii* 1703. *lib.* 53. *Decret folio* 221. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 22. Et in *Senen. restitutionis in integrum* 1. *Decembris* 1703. *libr.* 53. *Decret. folio* 118 *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 14. Et in *Altisiodoren.* 24. *Januar.* 1705. *lib.* 55. *Decr. fol.* 45 *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum octo. Et in *Tholosana* 8. *Julii ejusdem anni lib.* 55. *Decretorum fol.* 264. ubi de taciturnitate annorum 30. Et in *Melevitana* 8 *Augusti paritèr* 1705. *lib.* 55. *Decretorum folio* 311. ubi de taciturnitate annorum 32. Et in *Sancti Miniati* 3. *Octobris ejusdem anni* 1705. *lib.* 55. *Decret. fol.* 362. *à tergo*, ubi de taciturnitate annorum 16. Et in *Bonon* 17. *Aprilis* 1706 *libr.* 56. *Decretor. fol.* 190 ubi de taciturnitate annorum 19. Et in *Antuerpien.* 10. *Julii* 1706. *lib.* 56. *Decretor. folio* 311., ubi de taciturnitate annorum 13. Et in *Romana*, *seù Geneven.* 3. *Martii* 1708. *Lib.* 58 *Decretorum folio* 13. & *seqq.* ubi de taciturnitate annorum 14. Et in *alia Neapolitana* 13. *Aprilis* 1709 & 12. *Aprilis ejusdem anni* 1710. *Libr.* 59 *Decretor. fol.* 182. & *lib.* 60. *Decret. folio* 191. ubi de taciturnitate annorum 16. Et in *Caputaquen.* 2. *Augusti paritèr dicti anni* 1710. *Decr. lib.* 60. *fol.* 11. ubi de taciturnitate annorum 24. Et in *Urbevetana* 11. *Decembris* 1711. *libr.* 61 *folio* 593 & 11 *Martii* 1713., ubi de taciturnitate annorum 25 Et in *Taurinen.* 5 *Martii* 1712. *lib.* 62. *Decret. fol.* 111., ubi de taciturnitate annorum 12.

49 Et respectu *Sacræ Congregationis Episcoporum*, & *Regularium*, omissis gratia brevitatis, aliis Resolutionibus minoris temporis, respondit in *Januen. Nullitatis professionis* 6. *Junii* 1696. *Ponente clar. me. Card. Coloredo*, ubi de taciturnitate annorum 31.

50 Imò in illis etiam terminis, in quibus vivunt adhuc illi, qui fuerunt unica causa coactionum, & violentiarum, quando deindè pœnitentia ducti, eorum errores fateantur (ut respectu Genitorum Principalis ad unguem verificatur in præsenti ex illorum ingenuis confessionibus, datis in *Summarium*) adhuc solet hæc Sacra Congregatio benignè inclinare pro gratia restitutionis in integrum, ut, consulendo brevitati omissis antiquioribus resolutionibus, novissimè practicavit in *Neapolitana*, *seu Suessana* 2 *Januarii* 17 0. *lib.* 60. *Decretorum folio* 19. ibi. *De facto proprio Genitor ipse deponit*, *qui piorum hominum consilio ab inceptis se destitisse ait*. Nec non in *dicta Taurinen.* 5. *Martii* 1712. *in libr.* 62. *Decretorum folio* 112. § *primo in fine* ibi. *Idem Genitor pœnitens facti*, & *ad propriam exonerandam conscientiam declaravit*, *libenter se procuraturum solutionem sui Filii è vinculis Religionis*, *etiam cum subministratione necessariorum sumptuum*, In utroque casu, omnibus maturè perpensis, respondendo pro gratia restitutionis integrum, non attento quod vivebat Pater, qui metum incusserat.

51 In nostro autem casu, nedum ex hoc forti motivo, sed ulteriùs ad evitanda pejora accidentia, *e per prevenire li mali successi*, *che potrebbero arrivare di ritenerla contro sua volontà è pronto di riceverla*, *e darle ricovero nella sua Casa*, *e trattarla*, *come un' altro de suoi figlioli*, sunt verba ejusdem Patris, antea obstinati ad non permittendam filiæ præsentem recursum, modò verò detestantis ejusdem prateritas operationes, & concordat pariter Mater.

52 Ceterùm in illis etiam casibus, in quibus quis non reclamat post mortem illius, qui metum incussit, ex subsecuta acquiescientia cujuscumque longissimi temporis, nunquam inducta dicitur tacita professio, nisi cum præcisa scientia nullitatis ejusdem professionis, concurrant ulteriùs *actus certi*, & *positivi*, *dictam tacitam professionem clarè inferentes*, juxta punctualem *decisionem in Neapolitana Professionis cor. Gyptio*, quam refert, & sequitur *Sacr. Rot. in magistrali decis.* 277. *per tot cor. Ubald.* & signanter *num.* 12. ibi. *Etiamsi probaretur mors*, & *illius scientia*, *tamen pro purgatione metus non sufficit sola acquiescientia etiam longi temporis post mortem ejus*, *quæ metum atulit*, *sed requiritur*, *quod metus probetur sublatus per actus positivos contrarios*, *alias durare præsumitur*; & concordant innumeri illi antiquiores Authores, quos referunt, & sequuntur *Panimoll. decis.* 29. *num* 56. & *seq.* & *annot.* 3. *numer.* 33. & *Rot. decis.* 2. *per tot. apud Tamburin. de Jur. Abbatis.* & *decis.* 237. *numer.* 3. *cor. Priolo* ibi. *Actus verò facti post professionem nullam non inducunt ratificationem*, *nisi fiant à sciente nullitatem*, *animo illam validandi*, & *sese sufficientèr obligandi*, *quomodo ex adverso concludenter probari debeat*.

53 Circa Religionis officia, à quorum exercitio solet hæc Sacra Congregatio duriorem se præbere ad concedendas in integrum restitutiones, parùm videtur immorandum: Principalis enim, attento ejus inordinato procedendi modo, irregularibus operationibus, & crassa negligentia in adimplendo obligationes, omnibus aliis monialibus communes, nedum ullo unquam tempore aliquod, vel minimum in Religione exercuit munus, sed ferè semper privata fuit voce activa, & passiva, ut testantur quatuor Superiorissæ, & omnes aliæ Religiosæ nostri monasterii in *secundo Processu a folio* 2. *usque ad* 10. & *signanter folio* 4. *à tergo*.

54 Ultra quod in illis etiam terminis, in quibus concurrat exercitium similium Officiorum, id in nulla consideratione haberi solet ad nostrum effectum, quando eadem Officia exercita fuerunt durante causa metus, juxta individuales Doctorum authoritates, & innumeras hujus Sacræ Congregationis punctuales resolutiones, à me citatas in *Institut. Crimin. libr.* 1 *titul.* 10. §. 4. *à numer.* 192. inter quas speciali animadversione dignæ sunt. *decis.* 628 *numer.* 7. & 8. *cor. Merlin.* loquens in terminis exercitii muneris Cellerariæ, & resolutio hujus Sacræ Congregationis *in Cephaluden.* 14. *Februarii* 699. loquens in terminis Monialis, quæ, ut legitur in Folio, dicta die distributo §. *Non similis* ibi *Munera etiam Magistræ Novitiarum*, & *Decanissæ laudabilitèr exercuerat*.

55 Nulla pariter vis fieri potest in renovatione Votorum, quolibet anno ex vi Regulæ solita fieri à Monialibus nostri Monasterii. Ultra quod enim Principalis nunquam verè

verè illam fecisse, semper, palamque asseruit omnibus Monialibus, & ipsismet Superiorissis, quæ hodie id testantur *in Summ. & in secundo Processu à fol. 2. usque ad 10.*

56 Strictè respondemus, quod talis votorum renovatio, uti actus necessarius, & injunctus à Constitutionibus, nunquam apta est impedire in integrum restitutionem, ut in terminis probant adducti per *Pignatell. consult.* 180. *numer.* 16. *tom.* 9. ibi. *Non obstaret, si statutis temporibus, secundum consuetudinem Religionis, ratificaverit professionem, quia hæc ratificatio, tanquam veniens in consequentiam ad professionem coactam, quamvis libera videatur, præsumitur tamen ex eadem causa provenire, & ex suppositione, qnod aliud non potuerit agere, ac proinde pro meticulosa habenda est, ut docent &c.*

57 Idemque resolvit, & practicavit hæc Sacra Congregatio *in Lingonien.* 12. *Aprilis*, & 40. *Decembris* 1693. ubi secuta fuit fundatissimum Votum Episcopi, in Folio, dicta die distributo, registratum ibi. *La dichiarazione, che l'Oratore hà fatto ogn' anno nella Casa Conventuale con tutti gli Religiosi per la rinovazione de' suoi Voti, non lo deve impedire di reclamare, perche questa sorte di renovazione di voti è una ceremonia di devozione, e pietà, solita pratticarsi in tutte le Case de Religiosi, & essendo necessaria, e di Regola, non puol dirsi approvazione volontaria.*

58 Eandemque votorum renovationem, quolibet anno factam ab alia moniali, per spatium 32. annorum, præcisè ex eodem motivo, quod erat actus necessarius, & injunctus à Regula, seu Constitutionibus monasterii, nullatenus attendere voluit *hæc Sacra Congregatio*, concedendo gratiam restitutionis in integrum, eadem renovatione votorum non obstante, *in Milevitana* 29. *April.* & 9. *Novemb.* 1703. ut refertur *in Folio, dicta die* 29. *Aprilis distributo* §. *Episcopus autem* ibi *Successivè quotannis renovationem Votorum solemniter peregisse in die Epiphaniæ Domini, juxta Consuetudines Ordinis &c. & omnes Ordinationes Regulares, sicuti cæteræ Moniales professæ, observasse &c.*

59 Addita bona illa consideratione, quod in his terminis Moniales ante sententiam, declarantem nullitatem earum professionum, contradicere non possunt Abbatissæ, & proindè omnes illarum operationes præsumuntur earum jussu factæ *Panimoll. decis.* 29. *numer.* 57. ibi *Credendum est gestasse habitum, & intervenisse aliis actibus ad formam Regulæ, & Ordinis Instituti, à Religiosis expleri solitis, ob reverentiam, seu vigore metus, & imperii Superioris, cui ille, cum sit quoad formam exteriorem in statu Religioso subditus, contradicere non poterat, nec potest, præsertim ante sententiam, & rem judicatam ad favorem nulliter professi, Rot. cor. Carill. dec.* 178. *sub numer.* 8. ibi *Monialis præsumitur intervenisse actibus, jussu, & ob reverentiam Abbatissæ, & in par.* 2. *recent. dec.* 399. *sub num.* 6. ibi *Credendum est, Renatam intervenisse in illis actibus, ex adverso relatis, jussu, & ob reverentiam Abbatissæ, cui illa cum esset quoad formam exteriorem in statu monialis, & professæ, contradicere non poterat, & decis.* 2. *numer.* 4. & 5. *post Tambur. de Jut. Abbatissar.*

60 Et in fortioribus terminis solemnis ratificationis, factæ durante causam metns, habemus punctuales resolutiones hujus Sacræ Congregationis *in Cephaluden.* 14 *Februarii* 1699 juxta verba illa Folii §. *Non similis* ibi *Professionem expressè ratam habuit, & munera Magistræ Novitiarum, & Decanissæ laudabilitèr exercuit.* Nec non *in Mantuana* 9 *Julii* 1701. *lib.* 51. *Decr. fol.* 380. ibi *Die* 25. *Septembris* 1675 *solemnem emisit professionem &c. eamque die* 28. *sequentis mensis Januarii ratificavit &c.*

61 Et in longè durioribus terminis illius Monialis, quæ sequentibus verbis suam meticulosam professionem ratificaverat, *Quamvis Monialis non esset, hodiè Monialis esse volebat*, adsunt magistrales decisiones *in Ulixbonen. Nullitatis professionis coram Carill. de* 178. & 229. & *coram Arguell. de* 9. & 35.

62 Demum nullius relevantiæ est alia reflexio, innixa replicatæ fugæ Principalis à nostro Monasterio, ex qua pariter moveri solet *hæc Sacra Congregatio* ad differendam causæ resolutionem, rescribendumque, *Redeat ad Claustra, & postea supplicet*, juxta laudabilem praxim, EE. PP. probè notam, atque innixam litterali dispositioni *Sacri Concilii Trident in sess.* 25. *de Regul. cap.* 9. ibi *Quod si antea habitum spontè dimiserit, nullatenus ad allegandam quamcumque causam admittatur &c.*, & observat *Rot. in dec.* 523. *num.* 1. *cor. Merlin*

63 Quià hodie de mandato hujus Sacræ Congregationis de quo *in Procesf. fol.* 1. *in fine*, & *fol.* 7. *in princ.* eadem Principalis reperitur in nostro Monasterio, vitamque in illo ducit ad instar omnium aliarum Monialium, ut ex earundem concordi relatione testatur Judex, qui de mandato hujus Sacræ Congregationis Processum confecit *fol.* 7. ibi. *Confessando le dette Religiose, che la detta Sorella di San Domenico è stata restituita nel suo Monastero di Nozzero li* 20. *del presente mese di Giugno* (1711.), *che elle l' hanno ricevuta volentieri per obbedire all' ordini, che sopra questo li erano stati fatti, e che attualmente ella si trova con l' abito della Religione, e sotto l' obbedienza della Superiora.* Imò ex hujusmodi fuga, & coacto reditu ad Monasterium aliud desumit argumentum coactæ voluntatis profitendi *Rota in decis.* 926. *num* 5. *vers. qui etiam addunt semel è Monasterio fuisse egressam coram Merlin.* & concordant adducti per *Ciarlin contr.* 108. *numer.* 5. ibi. *Exinde etiam metus probatur per fugam subsequentem.*

64 Ex quibus omnibus, unitim sub oculis habendis, & sic facientibus plenam probationem, ut in terminis probat *Barbos. vot. decis.* 16. *numer.* 56. *lib.* 2. & firmavit *Rota dec.* 25. *numer.* 47. *cor. Arguell.* præsens casus omni commiseratione dignus videtur, & proindè non attento lapsu 18 annorum à die emissæ professionis, firmiter sperat Principalis multiplici EE. PP suffragio consolari, eo modo, quo ab hac Sacra Congregatione, me scribente, similem obtinuit gratiam alia monialis post longè majorem cursum annorum 32. *in dicta Melevitana* 8. *Augusti* 1705. *lib.* 55. *Decr fol.* 311. & alia pariter monialis a Sacra Congregatione Episcoporum, & Regularium similem obtinuit gratiam, Ponente clar. memor. Card. Colloredo *in Januen. Professionis* 6 *Junii* 1696. in cujus casu agebatur de lapsu paritèr annorum 32. & solo Abbatissatu excepto, eadem monialis omnia alia exercuerat proprii monasterii Officia.

65 Observando præcipuè, quod agitur de metu, incusso fœminæ, nedum teneræ ætatis, & imbecillis judicii, sed quod magis est, derelictæ, imò suffocatæ, & angariatæ ab ejus Patre, Matre, & Patruo, solitis minas exequi, ferocisque naturæ, ut præter supra adductos, ad nostrum effectum advertunt *Corrad. in Prax. dispens lib.* 5 *cap.* 19. *num.* 9. & *Rot. decis.* 25 *numer* 9. *cor. Arguell.* quæ proinde cum omni sermonis proprietate dicere potest cum *D. Paul. ad Timoth.* 4. 16. *Nemò mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt* Quamvis hodiè *inteneriti dalla sua mala sorte il Padre, e la Madre della reclamante* præsenti instantiæ nullatenus se opponant.

66 Non omissa illa alia reflexione, quod Moniales nostri Monasterii *non consentono, ne dissentono al fine della reclamazione, e pretesa nullità de' Voti della detta Sorella di San Domenico, ma che elle si rimettono intieramente à quello che sarà deciso dalla S. Sede Proc. fol.* 6. *in medio*, Quæ circumstantia magnifieri solet à magnis Tribunalibus ad comprobandam professionis nullitatem, coactumque animum professionem emittendi, ut videre est apud *Larr. decis. Granat.* 63. *num.* 15. *vers Ideo*, & *Rot. cor. Merlin. dec.* 523. *n.* 2. & *in par.* 19. *rec. dec.* 361. *num.* 11.

67 Perstringendo igitur omnia hujusquè expensa, dignentur EE. PP. eorum misericordes oculos convertere ergà infelicem, miserrimamque Principalem, quæ ex concordi quadraginta ferè testium formali examine, constare fecit.

68 Quod à teneris annis, *non mostrando la minima inclinazione ad essere Religiosa*, ejus inhumana Mater *la mali rattava con colpi di piedi, e schiaffi, à fine di poterla far risolvere ad essere Religiosa.*

69 Quod enixè rogans amicas, & consanguineas ad flectendum animum ejus Genitorum, à Patre sequentem reportavit responsionem, quod volebat, ut omninò fieret Monialis, *ò fosse di suo gusto, ò nò*, à Matre verò non dissimilem, *mia Figlia hà da essere Religiosa Orsolina, o abbia, ò non abbia la volontà, Io voglio esser Padrona de' miei Figli* Ab utroque demum Parente longè duriorem *assolutamente vo evano, che si facesse Religiosa, o buona, ò mala volontà ne avesse.*

70 Quod ad eundem effectum *è stata battuta à colpi di piedi, di pugni, e schiaffi quasi tutti li giorni alla presenza del Rispondente.*

71 Quod *dd mali trattamenti, che consistevano in colpi di bastone, di catene, schiaffi, e pugni*, ad praxim redacta fuerunt *quasi tutti i giorni dall' età di* 14. *anni sino, che entrò nel Monastero.*

72 Quod nè in illud ingrederetur invita, *se ne fuggì per la Campagna, correndogli dietro* ejus Germano Fratre, *che la trovò in stato di una persona disperata.*

73 Quod alia vice *per evitare le violenze de' suoi Parenti fù à rifuggiarse in altre case fuor della Paterna.*

74 Quod ejus Parentes *per obligarla à seguitare la loro volontà, unitamente la chiusero in una Camera alta della loro Casa, con ordine alla lor Serva di non darle altro per suo sostentamento, che pane, & acqua, sperando con questo di doverla meglio far risolvere ad entrare nel Chiostro.*

75 Quod *non fù messa in libertà, se non doppo d'avere promesso, che si farebbe Religiosa, cosa, che ella non dichiarò, se non per avere la libertà.*

76 Quod tempore, quo invita ducebatur ad monasterium, videns mulierem, sibi cognitam, *alzò le spalle con un segno, che esprimeva d'essere forzata di andare al monastero.*

77 Quod tempore novitiatus Magistræ Novitiarum *fece vedere molti effetti del suo disgusto, & hà dati molti segni della afflizzione, e disprezzo del Chiostro, e della Religione.*

78 Quod Germano Fratri, ipsam novitiam interroganti, *se era contenta del suo stato,* dixit *Voi sapete ben mio Fratello, che Io non sono qui, che per le violenze de miei Parenti, e che se fossi libera da esse, uscirei, &c.*

79 Quod ante professionem examinata à Reverendissimo Vicario Bisuntino, *non fù giudicata capace di fare li voti, e d'essere ammessa alla professione.*

80 Quod videns idem sagax, & prudens minister cœcitatem illarum monialium, quæ, precibus, & pretio allucinatæ, contra suum judicium volebant admittere Principalem ad professionem, *cambiatosi in faccia, disse con parole d'indignazione alle monache: Voi dunque la volete, Voi l'averete.*

81 Quod post professionem *hà fatto sempre apparire un discontento del suo stato, disgusto, & odio alli essercitii della Religione, avendo sempre una faccia severa, abbronzita, e gl' occhi torti, e biechi*

82 Quod post eandem professionem inter actus disperationis, æquali frequentia, ac imprudentia practicatos, neque etiam propriæ vitæ pepercit, Vel tentando *volersi amazzare con un coltello, & essendole stato levato il coltello, volse precipitarsi nella Cisterna, &c. Secundo Processo folio 5. à tergo*; Vel de facto non semel è monasteroarripiendo fugam; Vel sæpè offendendo moniales; Vel ab eisdem *condotta per forza alla sua Cella*; *&c. fù necessario mettervi delle Religiose per sentinelle, &c.* Vel è bonis, & rebus Monasterii auferendo quidquid poterat, ad parandas necessarias expensas pro accessu ad Urbem, ad obtinendam gratiam restitutionis in integrum. Vel *tentato di rovinarsi con un coltello, che li fù levato dalle mani dalle Religiose*. Vel *Correndo per li Dormitorii la notte come una disperata*; Vel *tagliandosi con un coltello le vene, & essendo accorsa, la trovò morta, &c e fù chiamato, per portarle il Santo Oglio, &c. Secundo Processu fol. 7. à tergo, & fol. 8.* & alibi; Quorum omnium maximam hodiè displicentiam habet, solemniterque in ejus secundo examine *ne chiede à Sua Santità umilmente perdono, come pure à tutta la Religione, di tutti i mancamenti.*

83 Quod ex his, aliisque in utroque Processu latius comprobatis, Reverendissimo Archiepiscopo Bisuntino, ab hac Sacra Congregatione specialiter deputato, & uti in facie Loci existenti, omnium in Partibus gestorum egregiè informato, ad oculum demonstravit, *probatum elucescere per vim, & metum, sibi à Parentibus incussos in Religionem fuisse ingressam, & in ea prætensam professionem, iisdem vi, & metu durantibus, emisisse.*

84 Quodque demum, quando omnia ista cessarent, *meliores testes adducere non potuit ad probandum metum, quam illosmet, qui istum incusserunt, & de facto proprio deponunt, Rot. decis. 1356. num. 12. cor. Emerix junior.* nempè Patris seriam & claram confessionem ibi *L' hà maltrattata à questo effetto, &c. l' hà chiusa in una Camera, con la mira di farla risolvere ad entrare nel Chiostro, &c.* ibi *In riguardo la certa scienza, che hà, esser' ella stata forzata, e violentata ad entrare nella Religione*, & æquè rotundam, ac seriam juratam confessionem Matris ibi *L' hà indotta, e forzata ad entrare nella Religione di concerto col suo Marito, e col Sign. Canonico Garnier suo Cognato &c.*

85 Si enim omnia hæc, simul unita, non videntur sufficientia pro gratia restitutionis in integrum, humillimè petita nomine mulieris angariatæ, oppressæ, & suffocatæ, nec non carceri mancipatæ ab illismet, qui ipsam defendere omni jure tenebantur, quæ inaudita crudelitate tot, & tanta passa fuit ad hoc, ut invita, & reluctans monasterium ingrederetur, in eoque, eisdem vi, & metu durantibus, professionem emitteret, testibus illismet, qui metum incusserunt, & de facto proprio deponunt, vix poterit dari casus majori commiseratione dignior: Noster enim, cum omnibus suis circumstantiis consideratus, talis videtur esse naturæ, & qualitatis, ut forsan similem non habuerit, & cum difficultate sequentem habebit.

Sacra Congregatio Concilii die 9. Septembris 1713 dubio: *An sit locus restitutioni in integrum*, respondit *Affirmativè*.

DISCEPTATIO II.

Januen. Restitutionis in Integrum.

PRO

Michaele à Janua Ordinis Reformatorum S. Francisci Januæ.

ARGUMENTUM.

Est idem cum antecedenti.

1 Frater Michael à Janua Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Reformatorum Januæ, in sæculo vocatus Dominicus Maraglianus, per apertam vim, & metum, cadentem in constantem virum, sibi incussum à Michaele Maragliano ejus Patre, die 28. Maii 1702. ingressus fuit dictam Religionem Sancti Francisci, in eaque per similem vim, replicatasque violentias die 28. Maii 1703., professionem emisit.

2 Quia verò intrà quinquennium, ad reclamandum *à Sacro Concilio Trident. sess. 25. de Regular. cap. 19.* determinatum, attenta continuatione violentiarum, & duratione causæ metus, reclamare judicialiter non potuit, anno 1710., quo, ut infrà videbimus, eadem causa cessavit, recursum habuit ad Sanctissimum Dominum Nostrum pro gratia restitutionis in integrum adversus dictum lapsum quinquennii, à quo remissis de more precibus huic Sacræ Congregationi, hac die quinta Julii 1710. scripsit Emminentissimo Archiepiscopo Januæ, *ut dignaretur Sacram hanc Congregationem instructam reddere, ac prudentissimum animi sui sensum aperire, audito Superiore locali, receptisque formitèr, & ser. ser. probationibus, per Oratorem inducendis.*

3 Omnia hęc punctualiter adimpleta fuerunt mediante compilatione *Process. fol. 35. in totum*, usque de mense Decembris 1711. huic Sacræ Congregationi transmisso, & in Secretaria existente, ut constat ex Epist. Emminentissimi Archiepiscopi, in qua asserit, *ex probationibus, contentis in adjuncta copia Processus, structi in hac mea Curia, juxtà istius Sacræ Congregationis mandata, super instantia Patris Michaelis à Janua Ordinis Strictioris Observantiæ Sancti Francisci, talis apparet fumus, ut videatur, posse esse locum restitutioni in integrum*; *Sed hoc tamen saniori Sacræ Congregationis, ac E.V. judicio plenè remittens, ejus manus interim humillimè deosculor.*

4 Cumque ex eodem Processu evidentes resultent probationes violentiarum, & metus, quibus infelix Principalis, tunc temporis annor. 16. plusquam invitus compulsus fuit ad ingrediendi Religionem, in eaque professionem emittendi, cum omni fundamento speramus, & enixis precibus supplicamus proposito dubio *Affirmativè* responderi.

5 Ex concordi enim depositione sex testium, de mandato hujus Sacræ Congregationis priùs summariè examinatorum, deindè verò servatis omnibus servandis, mediantibus 106 interrogatoriis, exhibitis à Domino Promotore Fiscali Curiæ Archiepiscopalis Januæ, auditisque interesse habentibus, multa concludentissimè demonstrata resultant.

Primum nempè, quod Principalis antè dictum ingressum in Religionem, quia nullam omninò ostendebat inclinationem ad obediendum ejus Genitori: *Che voleva &c. si facesse Religioso in detta Religione de' Padri Riformati di S. Francesco, detto mio Padre lo batteva, lo minacciava, e le diceva che se n'andasse di Casa sua*; *Onde &c. detto Padre Michele &c. si ritrovava in disperazione*: juxtà præcisa verba Petri Mariliani primi testis, germani fratris Principalis, & uniformitèr in hac parte concordant omnes alii testes, circa quintum Interrogatorium.

Secundum, quod per apertam vim coactus fuit ingredi dictam Religionem, eòquià *detto mio Padre*, ut prosequitur d. testis *Proces. fol. 5. continuamente batteva, e minacciava detto Padre Michele &c. e li diceva, che voleva, che si facesse Reli-*

Religioso nel detto Convento di Santa Maria della Pace, e per dette battiture, e minaccie fù forzato entrare in detta Religione; Circà quam veritatem concordant etiàm omnes alii testes, juxtà octavum interrogatorium.

8 Itaùt non valens aliud facere miserabilis Principalis, publicas, replicatasque emisit protestationes coràm omnibus Consanguineis, quod cogebatur per apertam vim Religionem intrare, juxtà verba dicti testis, *Process. fol.* 7. ibi *Avanti, che detto Padre Michele entrasse nella detta Religione de' RR. Padri della Pace, si protestò, e disse à tutti Noi, & à quasi tutti li Parenti, che esso si facea Religioso per non poterne da meno, per forza, e non di sua voglia, per non sapere dove andare, ritrovandosi scacciato di casa dal suo Padre il quale nè averebbe dato conto à Dio:* Circa, quod concordant alii testes.

9 Tertium, quod durante novitiatu, omnem movit lapidem ad emolliendum induratum animum Patris, ut ei permitteret reditum ad propriam domum, eodemque tempore ad dictum effectum quotidiè gemens, & plorans, se commendabat consanguineis, ut de facto proprio asserit tertius testis *Process. fol.* 9 his verbis *Mentre si ritrovava nel novitiato, ci fece mille lamenti e con pianti ci disse, che se non fossero le angustie, e miserie, che provava in Casa di suo Padre, si sarebbe spogliato dell'abito, e si partirebbe*, & concordant omnes alii testes juxtà nonum Interrogatorium.

10 Quartum, quod instante fine eiusdem novitiatus, & se approximante tempore professionis, non valens aliud facere, in illis angustiis, in quibus reperiebatur, scripsit epistolam R. P. Balestrino, dignissimo Religioso Dominicanæ familiæ, olim suo Magistro, eidem narrando, *Che di mala voglia stava in Religione, e per forza, e che non vi si poteva accomodare, e perciò si portasse dal detto Signor Michele suo Padre, &c. con pregarlo à non volerlo astringere à professare in detta Religione, e che li permettesse il poterne uscire, perche altrimenti, sicome per forza era entrato; e si era vestito in detta Religione, così averebbe professato, process. fol.* 11. Irrito tamèn conatu, & absque ullo effectu, attenta obstinatione sui Genitoris, ut prosequitur dictus testis, & concordant omnes alii.

11 Quintum, quod post professionem taliter emissam, *Ogni volta, che qualcheduno de' suoi Parenti l'andava, & è andato, da poi si è vestito, e professato, sino al presente, à ritrovarlo, diceva sempre, che è Religioso per forza, non altrimenti*: *Process. fol.* 8., & concordant omnes alii testes circa nonum Interrogatorium.

12 Sextum denique, quod de prædictis omnibus adest publica vox, & fama, quod nempè, *Detto P. Michele si sia fatto Religioso per forza, e per disperatione, attese le continue battiture, e minaccie, sì di privarlo de' beni, come anche di vita, &c. che li faceva detto suo Padre, se non si faceva Religioso in detta Religione*, juxta præcisa verba testis *in Process. fol.* 7., & concordant alii testes circa 22. Interrogatorium.

13 Ex quibus remanet manifestissimè demonstrata aperta vis, & innegabilis metus, tam ingrediendi Religionem, quàm emittendi in illa solemnem professionem, & consequenter videtur esse locus affirmativæ resolutioni nostri dubii; Deus enim coacta servitia aspernatur, ut legitur *in Can. Jam verò* 15. *quæst.* 6.; Atque voluntarium sibi militem elegit Christus, ait *D. Ambrosius de Vit. Beata lib* 1. *cap.* 3., relatus *in Can. Non est* 15. *quæst.* 1.; Et proindè uno ore asserunt Doctores, professionem per vim, & metum emissam, nullitatis vitio subjacere, juxtà *Text. in cap.* 1., & 2. *de His, quæ vi, metusvè caus.* cum aliis apud *Navar. consil.* 5. *num.* 2 *eodem tit. Paris. consil.* 65. *num.* 13. *lib.* 4. & *Rot. dec.* 229. *num.* 2. *cor. Carill.* ubi illam adducit convincentem rationem, quod ubi concurrit metus, deficiunt consensus, & libera voluntas, quæ sunt de substantia validæ professionis.

14 Observando præcipuè, quod in nostro casu probationes talis metus, & apertæ coactionis, non possunt esse concludentiores, ex quo agitur de testibus informatissimis, deponentibus de illis rebus, & factis, quæ sub eorum oculis, ipsisque audientibus, gesta fuerunt, & utì Consanguinei Principalis, cùm eodem continuam habebant familiaritatem, & conversationem, quod eorum fidem summoperè auget, per ea, quæ notant *Menoch. de Præsumpt. lib.* 6. *præsumpt.* 38. *num.* 14. & *Rot dec.* 343. *num.* 4 *cor. Dunoz. Junior.* & *decis.* 197. *numer.* 18. *cor. Priolo,* & *decis.* 113. *numer.* 5. *cor. Emerix Junior.*

15 Supplicantes hìc, ad eruendam presectam probationem ejusdem metus, unitim præ oculis habere omnes prædictas circumstantias, de quibus deponunt dd. testes, ut in his terminis faciendum esse monent *Ruin. consil.* 83. *num.* 20. *Menoch. consil.* 856. *num.* 8. & 9., *Redenasch. consil.* 62. *num* 38. & *Rot. dec.* 39. *num.* 9. *cor. Zarat.* & *dec.* 317. *num.* 7. *cor. Emerix. junior.*, eò quia ex illarum ponderatione talis metus concludentissimè probatus dicitur.

18 Ut considerando animi aversionem, atque apertam repugnantiam amplectendi aliquod Religiosum Institutum, in terminis advertunt *Ciarlin controv.* 108. *num* 48. *Pignatell. consult.* 180. *num.* 12. *tom* 9. *Rot. cor. Baratt. dec.* 205. *num.* 11. & *cor. Royas dec.* 491. *num.* 1. & 3. & *cor. Dunoz. junior. dec.* 93. *num.* 1 & *cor. Arguell. dec.* 9. *num.* 36. & *in par.* 13. *rec. decis.* 211. *numer.* 2. & *seqq.* Cum quibus processit hæc Sacra Congreg. *in Aquen. seu Arelaten* 29. *Januarii* & 19. *Februarii* 1701. & *in Provincia Bethicæ* 11. *Martii* 1702.

17 Et considerando violentas atque irregulares operationes Patris, ante ingressum filii in Religionem, *Pignatell. consult.* 173. *num.* 116. & *seqq. tom.* 9. & *Rot. decis.* 930. *num.* 3. ubi cumulantur concordantes, *cor. Dunuz. jun.* Cum quibus recedendo ab antea decisis, processit Sacra Congregatio Episcoporum *in alia Januen. Restitutionis in integrum* 1. *Decembris* 1696.

18 Et considerando protestationem, emissam, ad declarandum animum non emittendi voluntariè professionem benè *Franc. de Protestation. consider.* 55. *numer.* 3. & meliùs *Rot. decis.* 134. *numer.* 13. *part.* 14 *recent.* & *in Taurinen. nullitatis professionis cor. Verosp.* ferè per extensum impressa *apud Pignatell. consultat.* 173. *numer.* 163. *tom.* 9.

19 Et considerando conquestiones tempore novitiatus, gemitusq; & lacrymas, quibus mediantibus, infelix Principalis se commendabat consanguineis, ut emollirent induratum, obstinatumque Genitoris animum, punctualiter advertunt *Ciarlin. controv.* 188. *sub num.* . & *num.* 53. *Rot cor. Arguell. decis.* 9. *num.* 37. & *decis.* 25. *num.* 49. ubi refert, & sequitur illud Poetæ:

Nam lacrymæ interdùm pondera vocis habent. Et dec. 211. *num* 10. *par.* 13. & *decis.* 212. *num.* 1. *par.* 16. *rec.* cum quibus processit *hæc Sacra Congregatio in Cephaluden.* 14. *Februarii*, & 18. *Julii* 1699. & *in Bisuntina* 18. *Jun.* & 9. *Jul.* 1701.

20 Et considerando preces, Religiosis Viris directas, ad flectendum animum Patris, metum incutientis, egregiè advertunt adducti in punctuali *decis.* 211. *num.* 9. & *seqq. par.* 13. *recent.*

21 Et considerando extrajudiciales conquestiones, emissas, tàm antè, quàm post professionem, observant adducti *in decis* 178. *numer.* 6. & 7. *cor. Carill.* & *decis.* 98. *numer.* 1. *cor. Peutinger.* & *decis.* 205. *numer.* 1. & 14 *cor. Baratt.* & *decis.* 533. *numer.* 5. *part.* 1. *recent.* & *decis.* 212. *numer.* 1. *part.* 16.

22 Et considerando dd. extrajudiciales conquestiones, emissas intra annum à die professionis eadem *Rot. cor. Ubald decis.* 189. *num* 4. Et de conquestionibus, emissis intra quinquennium, *Rot. cor. Merlin. decis.* 688. *numer* 5. & *in part.* 13. *Recent. decis.* 211. *numer.* 19. Cum quibus processit hæc Sacra Congregatio *in Neapolitana* 15. *Decembris* 1696 & 4. *Martii* 1697. Et de eisdem conquestionibus, continuò per nulliter professum emissis, *Rot. cor. Ubald. decis.* 178. *numer.* 16. & *cor. Carill. decis.* 178. *numer.* 7. & *seq.* & *decis.* 229. *num.* 3.

23 Et considerando publicam vocem, & communem famam, ad comprobandum metum in nostris terminis benè *Cepoll. Consil. civ.* 2 *numer.* 3. *Menoch. de Præsumption libr.* 3. *præsumpt.* 126. *numer.* 22. *Rot. decis* 859. *numer.* 7. *cor. Seraphin.* & *decis.* 205. *num.* 18. *cor. Baratt:* & *decis* 9. *num.* 81. *cor. Arguell.*

24 Nec dicatur, quod prædicta procedant respectu professionis expressæ; In nostro autem casu verificetur tacita professio, inducta ex gestatione habitus, aliis Religiosis communis, & ex susceptione Sacrorum Ordinum ad titulum religiosæ paupertatis.

25 Duplici enim responsione idem objectum omninò tolli videtur.

26 Primò, quia omnes dicti actus gesti fuerunt, durante causa ejusdem metus, imò viriliter se opponente Patre cuicumque recursui, per Principalem interponendo, ut concorditer deponunt testes, specificantes ulteriùs tempus sexdecim circiter mensium, à quibus dicta causa, seu impedimentum cessavit. In quibus terminis in nulla habentur consideratione ad inducendam tacitam professionem, eò quia malum principium influit in omnes alios actus, durante causa ejusdem metus, gestos, ut considerando durationem causæ metus, advertunt *Rebuff. consil.* 68. *num.* 22. *vers nec me*,

Ciar.

Ciarlr. controv. 108. *numer.* 56. *& Pignatell. conſult.* 173. *numer.* 101. *tom.* 9. Cum quibus quotidie procedere ſolet hæc Sacra Congregatio, ut, omiſſis antiquioribus, lato calamo à me cumulatis *in Inſtit. Criminal lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *à num.* 195. videre eſt *in Bononien.* 17. *Septembris* 1706. *Lib.* 58. *decr. fol.* 190. *& in Romana, ſeu Geneven.* 3. *Martii* 1708. *Lib.* 58. *decret. fol.* 113. *& in Neapolitana, ſeu Sueſſana* 8. *Februarii* 1718. *Lib.* 60. *decr. fol.* 87. *& in Neapolitana* 12. *Aprilis ejuſdem anni Lib.* 60. *decr. fol.* 191. *& in Caputaquen.* 2. *Auguſti pariter ejuſdem anni* 1710. *eodem Libr.* 90. *decr. fol.* 311.

27 Et conſiderando durationem impedimentorum, retardantium poſſibilitatem reclamandi, notant adducti *à Pignatell. conſult.* 173. *num.* 77. *tom.* 9. ibi *& in hac materia certum eſt, quod non ſolum debet ceſſare cauſa metus, ſed etiam impedimenta, quibus à reclamando profeſſus impeditur*, Principalis enim in ſuis continuis querimoniis; & lamentationibus de metu, ſibi illato ad ingredien. Religionem, emittendamque in illa profeſſionem, omnem expertus fuit verbalem compaſſionem ab aliquibus conſanguineis, & pluribus amicis, ſed nullus ex eiſdem adjutrices manus eidem effectivè porrexit, ad hoc, ut reclamare poſſet, itaut cum omni ſermonis proprietate de illo verificentur ea, quæ leguntur apud *D. Paul.* 2. *ad Thim.* 4. *In prima mea defenſione nemo mihi adfuit, ſed omnes me dereliquere.*

28 Secundò, quia tacita profeſſio ex iiſdem actibus non dicitur inducta, nec probata concludenti aliqua probatione, ſed præſumptivè ſolùm, & per conjecturas, inducentes Judicis animum ad credendum, quod nulliter profeſſus per eoſdem actus ratificare voluerit ſuam expreſſam profeſſionem, in radice nullam. Hujuſmodi autem præſumptio cedere ſemper debet locum veritati illi, quæ reſultat ex actibus, conqueſtionibus, & operationibus, eidem tacitæ profeſſioni expreſsè oppoſitis, juxta celebrem *Gloſſ. in cap. Tuarum verb. Signatis de Privileg.* quam uno ore ſequuntur adducti *à Fagnan. in cap. Perlatum numer.* 50. *de His, quæ vi, metuſvè cauſ. Pignatell. conſult.* 173. *num.* 40. *&* 179. *tom.* 9. *Bertacchin vot. deciſ.* 130. *num.* 6. *Rot. cor. Ubald. deciſ.* 149. *num.* 3. *& deciſ* 277. *num.* 2. *& ſeqq. & cor. Carill. deciſ.* 229. *numer.* 3. *& pluribus ſeqq. cor. Merlin. deciſ.* 228. *numer.* 7. *&* 8.

29 Cum qua communiſſima opinione quotidie procedere ſolet hæc Sacra Congregatio, juxta innumeros caſus, non ſine magno, vereque improbo labore à me collectos, & regiſtratos *in meis Inſtit. Crimin. libr.* 1. *tit.* 10. §. 4. *num.* 163. & *plurib. ſeqq.*

30 Attentis præcipuè replicatis illis proteſtationibus, per Principalem ſæpè emiſſis, non coram una, vel altera perſona, idque clam, & in abſcondito, ſed coram omnibus ejus domeſticis, omnibuſque conſanguineis. *Che ſi faceva Religioſo per non potere da meno, e per forza &c. e che detto ſuo Padre ne averebbe dato conto à Dio &c.* Idque *da principio ſino al fine, cioè prima, il giorno ſteſſo, e dopo la ſua veſtizione, e profeſſione, dicendo ſempre, che eſſo ſi faceva Frate per forza. Proceſſ. fol.* 29. Quæ operantur, ut actus concomitantes, ſequenteſque tales replicatas, & nunquam interruptas proteſtationes, nullo modo attendantur ad inducendam tacitam profeſſionem, per ea, quæ in noſtris individualibus terminis probat *Franc. de Proteſtation conſiderat.* 55. *numer.* 3. & concordant adducti *in deciſ.* 134. *part.* 14. *recent. & in Taurinen. nullitatis Profeſſionis* 6. *Januarii* 1654. *cor. Veroſpio*, impreſſa *apud Pignatell. conſult.* 173. *numer.* 163. *tom.* 9.

31 Nec non præ oculis habendo circumſtantiam illam, quod à talibus proteſtationibus Principalis nunquam receſſit, ſed *ogni volta, che qualcheduno de ſuoi Parenti l'andava, & è andato, dapoi ſi è veſtito, e profeſſato, ſino al preſente, à ritrovarlo, diceva ſempre, che è Religioſo per forza, e non altrimenti &c.* quæ cùm includant omne tempus, digito excludunt tempus illud, in quo profeſſio tacita induci prætenditur ex dictis actibus, in terminis terminantibus Sacra Rota *in deciſ.* 276. *numer.* 15. *cor Ubald.*, & concordant adducti *in deciſ.* 476. *num.* 10. *part.* 19. *Recent.* ibi. *Adverbium* ſemper *eſt compræhenſivum omnium temporum, menſium, & caſuum, abſque ulla interruptione ejus continuationis.*

32 Eademque reſponſio mirabiliter etiam applicatur ſuſceptioni Sacrorum Ordinum, dum hoc evenit pariter durante eadem cauſa metus, ex auhtoritatibus ſupra citatis, imò ex ſpeciali conſilio qualificati Religioſi ſui Magiſtri.

33 Quibus addimus, quod ſuſceptio Sacrorum Ordinum non eſt actus ſpecificans, ſeu diſtinguens Religioſos à Laicis, cùm ſit etiam communis Sacerdotibus ſæcularibus, ex quo communiter inferunt Doctores, quod concurrentibus conqueſtionibus nulliter profeſſi, in tali ſuſceptione Sacrorum Ordinum non poſſunt figi pedes pro inducenda tacita profeſſione, egregiè *Pignatell. conſult.* 173. *num.* 76. *tom.* 9. ibi. *Neque obſtat, ſi fuerit elapſum quinquennium, quod ſuſceperit Sacros Ordines &c. quia cùm conſtet de aſſiduis querimoniis &c. utique ex his tacita profeſſio omninò excluditur*, & meliùs, atque magiſtraliter *Sacra Rota in deciſ.* 1220. *per tot. cor. Penia, & deciſ.* 725. *pariter per tot. part* 4. *recent.* Habemuſque in hac parte oraculum ſa. me. Aleſſandri VII. anni 1665. relat. *à Pignatell ubi ſupra numer.* 75. Itaut ſub Sole non poſſimus meliorem, magiſque concludentem demonſtrationem hujus veritatis afferre, per ea, quæ, concordantibus cumulatis, ad rem notat *Cardin. de Luca de Benefic. diſc* 89. *ſub numer.* 2. *& Rot. in Legionen. Parochial* 11. *Novemb.* 1693. §. *Non obſtante cor. Pio, & in Minodonien. prætenſæ obſervationis Conſtitutionis* 1. *Mart.* 1606. §. *Verum ex hoc cor. R. P. D. Anſaldo.*

34 Pro quorum faciliori admiſſione dignentur EE. PP. quinque facti circumſtantias ſub eorum miſericordibus oculis habere.

35 Primam, quod Pater Principalis, ejus miſeriæ miſerendo, conſcientiæque ſtimulis agitatus, paratus eſt in hac parte paupertati ejuſdem occurrere, conſtituendo ei congruum patrimonium, ne in Ordinis Eccleſiaſtici dedecus in ſtatu Sacerdotis ſæcularis mendicare cogatur, motus ex impropriarum operationum conſideratione, verèque inhumanis illis tractamentis, quibus infelicem Principalem ad amplectendum ſtatum religioſum omnibus modis, omnibuſque viis coegit, manibuſque palpans, *che dopò che ha forzato il Padre Michele a farſi Religioſo, li ſuoi negozj per permiſſione di Dio ſono ſempre andati male. Proceſſ fol.* 6.

36 Secundam, quod dictus ejus Pater, nedum erat, & eſt terribilis naturæ, *teſtardo, e che vuole, che ogni coſa vada à ſuo modo, avendo ſemper così praticato con tutti, e maſſime con li figli in congiontura di prender ſtato, &c. Proceſſ. fol.* 88., Itaut à digniſſimo Religioſo Ordinis Prædicatorum, qui non ſemel eidem aperuit miſerias Principalis, ejuſque animum à ſtatu Religioſo averſum, appelletur *Un'Uomo barbaro, cane, & intrattabile*, ut videre eſt in *Proceſſ. fol.* 32. ubi quod optaret continuas habere conciones adverſus illos, qui infelices cogunt filios ad Religioſum ſtatum invitos amplecten., eo quia hodiè latiſſimas hujuſmodi malum radices extendit, ſuntque ſimiles caſus nimis frequentes. Quam terribilem naturam Patris ad obligandum filios ad ſtatum Religioſum incutientis metum, ad noſtrum preciſum effectum, facilioris probationis ejuſdem metus, conſiderant *Felin. conſ.* 14. *numer.* 9., *Honded. conſ.* 29 *numer*, 36. *lib.* 1. *& Rot. cor. Ludoviſ. deciſ.* 326. *numer.* 12. *& deciſ.* 374 *numer.* 16 *& cor. Peutinger. deciſ.* 98. *numer.* 3. *& cor. Ubald. deciſ.* 234. *num.* 5.

37 Tertiam, quod è converſo Principalis, nedùm erat teneræ ætatis, ſed quod magis eſt, ab uno etiam ex ejus fratribus oppreſſus ad eundem finem ingrediendi Religionem, itaut quo ſe verteret neſciret, ut ingenuè teſtatur idem Frater. Fueritque, proindè Religionem ingreſſus vera ductus deſperatione, juxtà preciſa verba teſtium, & ex conſilio ſui Magiſtri, ipſum exhortantis, *à prender l'abito, aſſicurandolo, che io con tutti li ſuoi Condiſcepoli l'avereſſimo ſempre fatta fede, che ſi faceva Religioſo per forza, quando à ſuo tempo aveſſe voluto uſcire, e foſſe ſtato in ſtato di dire la ſua ragione.*

38 Quartam, quod antequan ad d. actum contra propriam voluntatem deveniret, fecit totum id, quod potuit, Sivè tentando fugam à Civit. & Dominio Januen; Sivè continuo gemens, & plorans, ſæpiſſimè aperte ſe proteſtans de violentiis, quas patiebatur; Sivè ſcribens Epiſtolas ſuis amicis, ut ſe interponerent cum Patre, Sivè effectivè mittendo æque doctos, ac pios Religioſos ad Patrem; Omnia tamen irrito conatu, imò coactus fuit deſiſtere etiam ab hujuſmodi humilibus precibus, nè iterùm experiretur illam verè inhumanam verberationem, uſque ſanguinis effuſionem, quam refert teſtis de viſu *in Proceſſ. fol.* 27. his verbis, *Partito, che fù detto P. Girolamo &c. ſe li avventò contro, e malamente lo percoſſe, à ſegno, che grondava ſangue dalla faccia, dicendoli, che non occorreva, che mandaſſe mediatori &c. poichè voleva, che à tutti modi ſe lo faceſſe.*

39 Quintam, quod omnia hæc, nedùm notoria ſunt in Civitate Januæ, ſed etiam apud ſuos Correligioſos, & Superiores, qui proindè nullam partem faciunt in hac cauſa;

Quæ

Quæ consideratio plusquam tacitè easdem violentias comprobat, ex animadversis per *Larr. dec. Gran.63. nu.15. Rot. cor. Merlin. decis.523. numer 2. & in part. 19. recent. decis.361. eodem num.*

40 Sacra Congr. Concilii die 17. Junii 1713. dubio *An sit locus restitutioni in integrum*, respondit *Coadjuventur probationes juxta Instructionem*.

In eadem Causam.

41 Die 17. Junii 1713. rescriptum fuit in hac Causa *Coadjuventur probationes, juxta Instructionem*, quæ continebat quinque sequentia puncta: Primum. *Ut examinaretur Pater Principalis*: 2. *Ut examinarentur alii testes, præsertim Regulares*: 3. *Ut videretur, an idem Principalis obtinuerit Officia in Religione, & quæ*: 4. *Ut recognoscerentur epistolæ, scriptæ ab eodem Principali*: Et 5. *Ut recognoscerentur acta ordinationis, an in iis reperiatur declaratio validitatis suæ professionis*.

42 Circa primum caput dictæ Instructionis, insuperabilis statim se obtulit difficultas, quia Pater ejusdem Principalis, post ipsius claram, & seriam judicialem confessionem, timens hujus Sacræ Congregationis judicium, metuensque rigorem, juxta modernos casus, relatos *à Monacello in Formular. tom.3. tit.1. form.36. per totum fol.94.*, noluit examini se subjicere; Et propterea Eminentissimus Archiepiscopus censuit, ipsius Curiam non posse procedere ad aliorum quatuor sequentium punctorum exequutionem, seu comprobationem.

43 Coactus proindè fuit idem Principalis iterum ad hanc Sacr. Congregat. humillimum recursum habere, ingenuè eidem hanc difficultatem aperiendo, & submissè instando pro opportuna provisione, quæ sub die 19. Novembris 1713. benignè rescripsit *Ordinario, pro Informatione super novis precibus*.

44 Verùm quia renuebat adhuc Curia Archiepiscopalis Januæ ad coadjuvationem aliarum probationum devenire, nisi id specificè, & literaliter eidem injungeretur, specificando casum, in quo Pater Oratoris nollet examen subjre: Die 9. Junii 1714. ad enixas, reiteratasque preces Principalis, benignè injunctum fuit eidem Curiæ, *Ut procederet in reliquis, in eadem Instructione contentis, prætermisso examine d. Genitoris*.

45 Compilatus tandem fuit novus Processus, servatis omnibus servandis à dicto Eminentissimo Archiepiscopo, & transmissus ad hanc Sacram Congregationem. Ex quo cùm superlativè comprobentur omnia dicta puncta, speramus, & enixis precibus supplicamus, antiquo dubio, *An sit locus restitutioni in integrum*, *Affirmativè* responderi.

46 Servatis enim omnibus de Jure servan· examinati in illo apparent mediantibus 103. Interrogatoriis tres alii testes, duo Regulares, nempè P. Hyacinthus à Genua, & P. Joannes Benedictus de Saxello, ejusdem Religionis, & alter sæcularis, nempè D. Lazzarus Maraglianus; Qui omnes uniformi depositione concordant circa violentias, illatas Principali, ad hoc ut ingrederetur Religionem, utque in illa professionem emitteret, nec non circa conquæstiones, tàm intrà, quàm post quinquennium semper emissas; Itaut ex hujusmodi novis probationibus, resultantibus ex dicto Processu, ultimo loco ad hanc Sacram Congregationem transmisso, & in Secretaria existente unitis cum aliis, contentis in dictis duobus anterioribus Processibus, in eadem pariter Secretaria exhibitis, & quorum particulæ datæ fuerunt *in præterito Summario*, concludentissimè dicatur probatus metus, quo mediante à Principali emissa fuit professio, qui operatur, ut perindè habenda sit, ac si non esset emissa, ex adductis per *Ciarlin contrav. 108. num. 29.* & firmatis per *Rot. in decis.830 numer. 5. cor. Dunoz. Jun.*

47 Inter alia autem infortunia Principalis, & magna præjudicia, eidem obventa ob fixam renitentiam Curiæ Archiepiscop. Genuæ in non procedendo ad coadjuvandas ejus probationes, non infimum occupat locum illud, quod durantibus dd. dilationibus, ferè per duos annos continuatis, & pendentibus recursibus ad hanc Sacram Congregationem pro opportuno remedio, discessit à Civitate Januæ Joannes Baptista Maraglianus, testis informatissimus, sicque examinari formiter non potuit; Veritatem nihilominùs omnium præmissorum eo modo, quo ad praxim reduci potuit, palàm fecit mediante solemni attestatione, in eod. ult. Processu inserta, solitisque legalitatibus munita, quam supplicamus recognoscere in præsenti *Summario*.

48 Eadem claritate ex dictis novis probationibus resultat evidens probatio tertii puncti, Principalem scilicèt nullum obtinuisse Officium in Religione: Juxtà 88 Interrogatorium. *Se sà, che detto Fra Michele abbia avuta mai Carica alcuna in detta sua Religione*, & juxtà 89. *Se puole avere avuta qualche Carica, senza saputa di esso testimonio*, uniformiter deposuerunt dd. tres testes. *Non hà mai avuta Carica alcuna, perche si sapeva, che egli voleva reclamare, che per altro sarebbe stato fatto Lettore*: Asserendo ulteriùs, non posse aliter esse, quin ipsi scirent ibi *Essendo dell'istessa Provincia lo saprei*. Circa quam veritatem concordat etiam Reverendiss. P. Proc. Generalis nostræ Reformationis in attestatione exhibita in Secretaria.

49 Recognitæ pariter juxtà quartum punctum ab eodem Eminentiss. Archiepiscopo fuerunt epistolæ, à Principali scriptæ P. Balestrino Dominicano, à quo originaliter exhibitæ fuerunt in formali ipsius examine, & per extensum insertæ in dicto ultimo Processu; Ex quibus ad hominem comprobantur ea, quæ relativè ad easdem epistolas dicta fuerunt à testibus, formiter examinatis in primo Processu, & in illarum particulis, exhibitis in præterito *Summario*.

50 In eisdem siquidem epistolis, scriptis anno 1706., & sic intra quinquennium, & signanter in prima, eo modo, quo illi possibile erat, ex quo *il P. Guardiano dissigilla le lettere, in particolare de' Chierici*, enixè se commendat eidem Patri Balestrino Ordinis Prædicatorum, jam suo Magistro, ut ad ipsum accederet, *desiderando parlargli per una cosa di grande importanza, cioè per salute dell'anima mia &c. Non mi spiego in altra maniera &c per paura che la lettera non venghi nelle sue mani &c.* In secunda verò clariùs ipsum exorat *à fare quella protesta, che già lei sà &c. pregandola à non lasciare questa gran carità, &c., e sopra tutto lo prego à fare che sii secreta*. Et sic ultrà conquestiones illas intra quinquennium, quæ probatæ fuerunt in præterito *Summario* habemus illarum evidentem comprobationem ex hujusmodi epistolis, dicto tempore eidem qualificato Religioso scriptis. De efficacia autem dictarum conquestionum intra quinquennium emissarum ad nostrum præcisum effectum benè *Barbos. ad Concil. sess 25. de Regular. cap.29. num. 10. Roderic. in Compend. quæst. regular. resol. 101. numer. 71. Cyriac. controv 37. numer. 37. Novar. in Lucern. Regular. verb. Professio numer. 31.*, & meliùs *Rota in decis. 125. num. 17. & 18. cor. Arguell. & decis. 324. numer. 14. part. 14. recent.*

51 Respectu demùm quinti puncti, respicientis Acta ordinationis Principalis, ibi *Recognoscantur Acta ordinationis ejusdem ad Sacros Ordines, & an in iis reperiatur declaratio, seù protestatio Oratoris super validitate suæ professionis*. Eminentiss. Archiepiscopus hæc habet. *Recognita etiam fuerunt Acta suæ promotionis ad Sacros Ordines, in quibus nulla apparet declaratio, seù protestatio, ab Oratore facta &c.*

52 Præscindendo autem à dicta protestatione, seù declaratione validitatis professionis Principalis, quæ nullatenùs legitur in Actis suæ ordinationis, de Jure in Sacrorum Ordinum susceptione nullum fieri valet fundamentum pro convalidanda professione meticulosa, juxtà celebre *consil. 6. Navar. de His, quæ vi metusque causa fiunt*, sequut. à *Roderiquez quæst. regul. tom. 3. quæst. 17. art 16. Pellizar. in Manual. Regular. tom. 1. tract. 3. cap. 1. numer. 72. Donat. Rerum Regular. tom. 2. tract. 8. de Domib. Regular. quæst. 5. numer. 11. Grofs. controv. 41. numer. 15. Caren. resolut. 81 numer. 83. Cyriac. controv. 371. num. 28. & 29. Pignatell. consul. 173. num. 74. & 95. tom. 9.*, ubi *num. 105 in fine* refert simile oraculum san. mem. Alexandri VII. anni 1663. in una *Mediolanen. & Rota decis. 705. per tot. part. 4. recent. & decis. 122. numer. 1. & per tot. cor. Pen. & decis 522. numer. 20. cor. Ubald.*

53 Præcipuè quia iidem Sacri Ordines suscepti fuerunt vivente Patre Principalis, qui eidem metum incussit ut conclusionem ampliando, egregiè observat *Rot in decis. 276. num. 1. cor Ubald.*

54 Quæ procedunt etiam si agatur de Sacris Ordinibus, susceptis ad titulum religiosæ paupertatis, ut in terminis terminantibus notat *Pignatell. dicta consultat. 173. numer. 96. & 97. tom 9.* Et practicavit hæc *Sacr. Congregatio in Papien. 17. Februarii 1663.* quæ est in *Lib. 23. Decretor. fol 237. & in Anconitan. 20 Decembris 1664. & 1. Martii 1665.* quæ est in *Lib. 24 Decretor. fol. 347. à ter ac fol. 460. à ter.* Et in *Urbevetana 11. Martii 1713.* quæ est in *Lib. 63. Decret. fol. 182.* In quibus, nedùm agebatur de Religiosis nostræ Religionis ordinatis ad titulum religiosæ paupertatis, sed cum

illo

illo addito, quod Missas quotidiè celebraverant etiam per annos viginti.

55 Ex quibus, & aliis, latiùs deductis in aliis nostris Scripturis, cum omni fundamento sperat Principalis consuetæ misericordiæ hujus Sacri Consessus experiri effectum.

Sacr. Congregat. Concilii die 13. Aprilis 1715. dubio *An sit locus restitutioni in integrum*, respondit *Affirmativè*.

DISCEPTATIO III.

Veneta, seù Mantuana Nullitatis Professionis.

PRO

Baptistina de Cellinis.

ARGUMENTUM.

Ob ætatis defectum, & novitiatum non completum, quando professio dicatur nulla, & ex quibus probetur emissa per vim, & metum. Tacita professio ex quibus excludatur, & quando non impediat gratiam restitutionis in integrum.

1 MUtato in hac causa facto ex duobus fundamentis noviter deductis, ob ætat. 16. annorum non completam, & annum novitiatus vix incæptum antè professionem infelicissimæ mulieris Magdalenæ Farner, quæ in monasterio appellatur Soror Baptistina de Cellinis: Atque meliùs comprobatis circumstantiis metus, doli, circumventionum, importunarum precum, & violentiarum, quibus procurata fuit illius professio, mediante novo examine quinque testium de ordine, & cum speciali facultate hujus Sacræ Congregationis, *videtur recedendum à decisis* 31. *Januarii* 1688., & 25. *Junii* 1689; Novis siquidem facti probationibus concurrentibus, gloria reputatur Supremorum Tribunalium ab antecedentibus resolutionibus recedere, ut de seipso scri-2 ptum reliquit *Justinian. in Authent. de Nupt. post princip.* ibi *Non enim erubescimus, si quid melius horum, quæ ipsi priùs diximus adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem*, & de hac Sacra Congregatione advertit *Pignatell. Consultat. Canon.* 162. *numer.* 17. *tom.* 4. & practicavit Sacr. Rota in simillimo casu, nullam declarando professionem cujusdam Monialis ex novis motivis, & rationibus, quam priùs validam existimaverat, ut videre est *in decis.* 255. *in princip. & per tot. cor. Priol.* Et in specie sequendo resolutionem hujus Sacræ Congregationis in hac causa observavimus *in tract. de Matrim.* §. 31. *seù in conclus. num.* 1.

3 Nullitas professionis ob defectum ætatis non potest esse clarior; Constat enim, Principalem natam fuisse die 12. Maii 1665. & professionem emisisse die 31. Martii 1681. sicque non adhuc completo 16. anno suæ ætatis; Proindeque nulla ipso jure remansit professio, juxtà literalem dispositionem Sacri Concilii Tridentini *in sess.* 25. *de Regul. cap.* 15. & observant *Navar conf.* 23. *numer.* 1. *de Regul. lib.* 3. *Barbos. de Potest. Episcop. allegat.* 100. *numer.* 2. *& seqq. Pasqualig. quæst. moral. cent.* 1. *quæst.* 23. *num.* 9. *Marc. Vidal. cas. conscient. tit. de Relig. inquis.* 5. *num.* 7. *fol.* 325 ubi, quod hujusmodi nullitas est adeò relevans, ut possit Religiosus 4 absque scandalo statim detecta veritate à Religione exire, quodque etiamsi per multos annos steterit in Religione, nunquam convalescit professio, quod notant etiam *Emanuel Sà verb. Religio numer.* 71. *Sanch. de Matrim. libr.* 7. *disputat.* 37. *numer.* 6. *Moron. resp* 82. *numer.* 146. ubi, quod ex ætatis defectu invalidè professus nullo Religionis vinculo tenetur, nulloque modo Religiosus dici potest *Nar-5 bon. de Ætat. ann.* 16. *quæst. unic. num.* 6. *Scopp ad Gratian. dec. March.* 37. *numer.* 17. *Adden. ad Pamphil. decis.* 552. *num.* 8. *Pignatell. consult. canon.* 173. *numer.* 41. *tom* 9 *Panimol. decis* 29. *num.* 3. *& Rot. decis* 952. *& decis.* 983. *per tot. cor. Emerix Junior.*

Pondus, & relevantia in Jure hujusmodi novi, & insuperabilis motivi, agnita fuit ex adverso, & propterea opera viri Magnatis, ut refert Reverendissimus Venetiarum Nuntius, procuratum fuit tollere illius subsistentiam in facto, mediante laceratione illius paginæ Libri Baptismatum, in qua adnotata reperiebatur nativitas dictæ Magdalenæ; Verùm iste parùm commendabilis modus operandi comprobat quidem infelicissimum statum miserabilis Principalis, cui omnibus modis paratur via disperationi, mediantibus hujusmodi impedimentis, nè veritas detegatur; Cæterùm nullo modo præjudicavit subsistentiæ motivi, dùm ex eodem Libro, à publico Officiali, ad quem spectabat, ser. ser. extracta præventivè fuit authentica fides, munita solita legalitate 6 Reverendissimi Venetiarum Patriarchæ, quæ ætatem superlativè probat ut benè observant *Menoch. de Præsumpt. libr* 2. *præsumpt.* 51. *numer.* 56. *Gratin. discept. foren.* 155. *num.* 14. *Antonell. de Temp. leg. lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 9, & firmavit *Rot. cor. Caval. decis.* 444. *num.* 1. & 4. *& in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683. §. *In præsenti cor. Cardin. Mat-7 thæio*; Et in nostris individualibus terminis ad præcisum effectum nullitatis professionis *Rot. decis.* 134. *numer.* 3. *part.* 14. *recent.*

Quinimò eadem laceratio, quando etiam non adesset dicta publica, & authentica fides, deserviret pro concludenti probatione nostræ intentionis: Præsumitur enim id factum fuisse ad occultandum ea, quæ erant nocitura per Textum *in l. Ex quibusdam ff. de Jur. Fisc.* ibi *Et si verum aliter* 8 *non invenitur, ea subtracta esse credantur, quæ nocitura causæ ejus fuerant, dubitatum non est*, & benè observat *Card. de Luc. de Judic. disc.* 28. *numer.* 27. ubi in specie considerat circumstantiam, casui nostro congruentem, quod reperiatur lacerata unica solùm pagina, non verò multæ paginæ, vel totus Liber deperditus, & *num.* 28. & firmavit *Rot in* 9 *decis.* 73. *numer.* 37. *cor. Zarat. & dec.* 305. *num.* 15. *part.* 18. *& dec.* 186. *num.* 14. *& seqq. par.* 19. *recent.*

Quæ conclusio est adeò vera, ut quando agitur cum illis personis, quarum respectu hujusmodi præsumptio non de facili, neque directè admittitur, dicendum sit, lacerationem securam fuisse ab aliis inferioris conditionis hominibus, contemplatione tamen earundem qualificatarum persona- 10 rum, & supponendo eisdem rem gratam facere, ut ad propositum observat *Adden. ad Pamphil. decis.* 364. *numer.* 10. & firmavit *Rot. in decis.* 368. *num.* 6. *post Farinac. cons. crimin. tom.* 1.

Huic novo motivo, quod de per se solum ad victoriam superabundat, jungitur aliud non minus subsistens, & in præteritum non adductum, ob novitiatum scilicet Principalis vix inceptum, qui defectus, tàm attento Jure communi, quàm Sacro Concilio Tridentino, reddit professionem ipso jure nullam, & invalidam, ut videre est *in cap. Ad Aposto-* 11 *licam de Regular. & in cap.* 1. *eod. tit. in* 6. *& in d. Concil. Trident. sess.* 25. *de Reform. cap* 15. *de Regul.* & apud *Suar. de Relig. tom.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 1. *Mirand. in Manual. Prælat. quæst.* 22. *art.* 7. *Sanch. ad Præcept. Decalog. lib.* 5. *cap.* 4. *num.* 9. *Panimoll. dec.* 29. *num.* 28. *&* 40. *Scopp. ad Gratian. dec. March.* 37. *num.* 17. *Adden. ad Pamphil. dec.* 552 *num.* 10. *& Rot. cor. Priol dec.* 237. *& dec.* 255. *per tot & cor. Royas dec.* 491. *num.* 14. *& cor. Cerr. dec.* 829. *num.* 1. *& dec.* 15. *num.* 14. *par.* 11. *& dec.* 454. *num.* 2. *&* 3. *par.* 14. *Rec.*

Et quidem optima concurrente ratione, hujusmodi enim tempus unius anni continui assignatum reperitur in subsidium humanæ fragilitatis, tam in favorem novitiæ, quàm monasterii, ut scilicet istud ejusdem novitiæ animum, & mores inspiciat, atque cognoscat; Illa verò Religionis asperitates experiatur, suas vires cum illis metiendo, toto novitiatus tempore, ne detur casus, ut aliqua asperitas practicanda occurrat in ultimo mense, imò in postremis diebus novitiatus, quandò novitius blandè, benevolèque alibi moram facit, quam ferre, vel nollet, vel non posset, & propter quam forsan statueret non profiteri, ut advertunt *Lap. alleg.* 46. *numer.* 3 *Peyrin. de Offic Prælat. Regul.* 12 *tom.* 2. *quæst* 3. *cap.* 2. §. *unico num.* 2. *& plurib. seqq. Novar. in Summ Bullar. comment.* 91. *num.* 3. *part* 2. *Gratian. disc. for.* 440. *num* 10. *& seqq. Panimoll. decis.* 29. *num.* 31. *&* 32. *Pignatell. consult. canon.* 173. *numer.* 54. *tom.* 9. & firmavit *Rot. cor. Priol. decis.* 273. *num* 3. ubi quod annus probationis institutus est, ut novitius experimentum faciat, non solùm de Regula, votisque substantialibus, sed etiam de singulis asperitatibus, & forma vivendi, & *numer.* 19. ubi, quod probationis anno renunciari non potest, & *decis.* 255. *numer.* 8. *& cor. Arguell. decis.* 89. *num.* 1. *& decis.* 175. *num.* 13 2. *part.* 1. *& decis.* 454. *num.* 4. *part.* 14., ubi quod aliàs daretur casus, quod novitius non probaret omnes asperitates Regulæ.

Non attenta dispensatione 10. mensium novitiatus, a 14 Sacr. Congregat. Episc. concessa, ad preces, supposito nomine Principalis, porrectas die 28. Februarii 1681. quæ dispen-

dispensatio, unacum decreto Exequutoris tandem post multas diligentias, in vanum in præteritum adhibitas, ultimò tandem loco reperta fuit, ut testatur Reverendiss. Nuntius Venetiarum in Relatione, huic Sac. Congregat. trasmissa, ibi *Authenticas etiam copias epistolæ Sacr. Congregat. Concil. super dispensatione 10. mensium novitiatus pro dicta Sorore Baptistina, decreti pro ipsius executione à Patriarcha Venetiarum emanati, & non nisi post maximam diligentiam, à Patriarchali Cancellario adhibitam, reperti.*

15 Sola enim confrontatio diei hujusmodi dispensationis, & ingressus Principalis in Monasterium corruere prorsus faciunt totam molem hujusmodi subterfugii, ostenditque innegabiliter deficere duos integros menses novitiatus; Dispensatio enim concessa legitur die 28. Februarii 1681. ingressus verò in Monasterium apparet secutus die 29. ejusdem mensis, & anni. Cùm autem annus 1681. non esset bissextilis, sed primus post bissextilem, Februarius non potuit habere dies 29. Igitur ingressus, vel dici debet contemporaneus ad dispensationem, die scilicet 28. vel antecedens; Utroque autem modo semper verum erit, quod defecerunt duo integri menses novitiatus Principalis, & tamen defectus paucarum horarum sufficientissimus communiter à Doctoribus reputatur ad invalidandam professionem, ut videre est apud *Corrad. in Prax. dispens. libr. 5. capit. 14. numer. 29.* ubi de defe-

16 ctu duarum horarum, & refert ita decisum *Bonac. Oper. moral. tom. 1. de Clausur quæst. 2. punct. 10 § 3. num. 2. Donat. Rer. Regul. tom 2. tract. 9. de Novit. quæst 5. num. 3. & quæst. 21. per tot* ubi, quod novitius huic annali tempori renunciare non potest, utpotè inducto ad communem utilitatem, & tangenti jus publicum. *Fagnan. in cap. Ad nostram 8. à num 10. usque ad finem de Regular.* ubi de defectu quinque horarum, & in fine testatur, suo tempore bis hanc controversiam delatam fuisse Sacr. Congr. quæ censuit, professionem esse invalidam, sed abstinuit à decisione ad evitandos mo-

17 tus in Religionibus; *Sanch. de Matrim. lib. 1. disp. 16. num. 2. & ad Præcept. Decal. tom 2. libr. 3. cap 4. numer. 31. in fine, Suar. de Religion. tom. 3 libr. 5. cap. 15 num. 1. Novar. in Lucer Regular verb Annus num. 2. Nald. in Summ. verb. Professio num. 6. Barbos. ad Concil. sess. 25. cap. 15. num. 20 & de Potest. Episc. alleg. 101. num. 22. in fine, Ciarlin. lib. 1. contr. 108. num. 20. & Rot. dec. 89. num. 84. & seqq cor. Arguel.* & de defectu unius horæ *Pignat. consult. can 173. num. 57. tom. 4.*

18 Et in terminis deficientiæ solius medietatis horæ *Dian. resol. moral. par. 3. tit de Dub. Regul. resol. 57. vers. sed quæres, & Panimol. dec. 20. num. 7. & 11. in fine.*

Itaut in anno bissextili non possit quis profiteri die antecedenti ad illum, quo ingressus fuit Religionem, sed expectandus sit alter, correspondens diei ingressus, non attento, quod illo anno accrescat unus dies, ut advertunt *Marc. Vidal. Cas. conscient. tit. de Relig. stat. inspect. 5. num. 9. fol. 325.*

19 *Less. de Justit. & Jur. lib. 2. cap. 41. dub. 7. num. 59. vers. Hinc sequitur, Peyrin in Constit. Clericor. Regular. part. 2. cap. 1. lit. C § 7. Tambur de Jur. Abbatiss. disp. 4. quæst 9. numer. 2. Bonac. Oper. moral. tom. 1. de Clausur. quæst. 2. punct. 10 § 3. num. 3. Lavor. variar. lucubr. tom. 1. tit. de Comit. cap. 6. num. 15.* & resolvit Sacra hæc Congreg. *in Patavina 5 Julii 1627. & in Andegaven. 2. Augusti ejusdem anni,* teste *Barbos. ad Concil. sess. 25. de Reform. cap. 15. num. 21.*

Et tamen perlegendo totum contextum hujusmodi precum, & correlativæ dispensationis, nec etiam syllaba earundem innititur veritati, sicque, uti prorsus subreptitia,

20 nullius est momenti ad *Text in cap. Super literis cap. Postulante, & capit. Constitutus de Rescript. Nicol. in Institut. Canon. eod. tit. numer. 11. & Rot. decis. 301. numer. 2. cor. Dunoz Jun. & in recent. dec 122. num. 3. par. 16.* Et in præcisis terminis alterius Brevis subreptitii dispensationis novitiatus punctualiter firmavit *Rot. in decis. 42. num. 27.* apud *Zuff.*

21 *de Legitim. Process.* Et in terminis subreptitiæ dispensationis novitiatus, obtentæ à Sacr. Congregatione super Statu Regularium *cor. Cerr. decis 829. numer. 6. vers. Non urget, & numer. 7.*

Dicitur enim in eisdem precibus, Principalem, *essere entrata sono ormai due mesi nel Monasterio &c.* Et tamen eo tempore, vel non erat adhuc ingressa monasterium, vel vix illius interiores parietes aspexerat; Subsequitur dubitatio ejusdem *di poter essere disiolta da sì santa resolutione,* quan-

22 do, ut infrà probabimus, nullum umquam signum hujusmodi resolutionis dederat, vel minimum signum hujusmodi resolutionis, nullumque præstare voluit consensum ingrediendi monasterium, ad Religionem profitendam, solùmque ibidem interclusa reperiebatur sub mendicato prætextu interessendi cuidam Repræsentationi, seù Comediæ, ut fassa fuit in Judiciali Constituto ibi *G. B. C. fingendo un giorno di farmi andare à spasso, come era solito, mandò à pigliarmi da un suo huomo confidente, e sotto pretesto di farmi vedere un Opera nel monastero delle Convertite sudette, fui condotta alla porta di esso monastero, dove trovai molte delle monache vestite da Secolare, e fui di peso dalle monache condotta dentro la clausura:* Subnectitur deindè desiderium *di consacrarsi à Dio quanto prima* eo tempore, quo ex modo animadversis, & infrà subjungendis, illius animus prorsus erat alienus ab hujusmodi verè pio, laudabilique desiderio: Demùm exponitur Sacræ Congregationi, pro motivo dispensationis illius perfecta instructio Regularum monasterii, ibi *Ritrovandosi di già instrutta nella disciplina Regolare,* quæ sola instructio solet esse unica

23 causa hujusmodi dispensationis novitiatus, ut advertit *Corrad. in Prax. dispens. lib. 5 cap. 14. numer. 27. & 29.* ubi, quod in his casibus nunquam Summus Pontifex dispensare solet, nisi profestanda sit perfectè instructa ad satisfaciendum menti Sacr. Concilii Tridentini; Quæ instructio in nostris terminis certè sequi non potuit in sæculo, ubi nec etiam transitorios discursus Religiosæ vitæ libenter audiebat, minusque in paucis illis horis, quibus decepta, & invita permanserat in monasterio. Circa causas autem dispensandi

24 in his terminis latè discurrit *Fagnan. in Capit. Ex litteris à numer. 23. de Di ot.* ubi quatuor enumerat causas hujusmodi dispensationis, & testatur, non fuisse concessam à Gregor. XIII. Ducissæ Amalphitanæ, quæ per annos decem permanserat in Monasterio.

Veritas igitur est, quod eædem preces (quæ ad hoc, ut mereantur attendi, probandum est, ad cujus instantiam porrectæ fuerunt, ut observat *Rot. in decis. 227 num. 11. par. 18.*

25 *recent* præcipuè quando, ut in casu nostro Oratrix non est in Urbe, eadem *Rot. cor. Barat. decis. 203. num. 1.*) Sacræ Congregationi porrectæ fuerunt opera cujusdam Magnatis, Principali, nedùm prorsus ignorante, sed penitus resistente, ut de jure in his casibus præsumitur, per ea, quæ in

26 præcisis terminis probat *Pignatell. consult 173. num 53. tom. 9.* & ipsamet deponit in suo Judiciali Constituto ibi *Io non sò d' haver mai richiesta, nè fatta alcuna diligenza per haverla, e come hò detto di tal dispenza non hò havuta alcuna notitia prima di professare, mà l' hò sentito dire doppo, che Io cominciai à querelarmi sopra la nullità della mia pretesa professione,* Idque comprobant multi testes signanter verò 3. ibi *Detto G. B. C. &c. havendo lui voluto, che si facesse monaca, e perciò procurata la dispensa di Roma, perche presto facesse la processione:* Et 4 testis, ibi *Il medemo C. mi disse, che haveva scritto à Roma per far venire la dispensa per vestire, e professare avanti il tempo.* Proptereàque tantum abest, ut dispensatio cum his circumstantiis procurata, professionis validitatem coadjuvet, quin potiùs evidenter comprobet, illam non voluntariè, minusquè animo deliberato emissam

27 fuisse, ut in terminis individualibus probat *Pignatell. consult. 173. num. 53. tom 9.* & firmavit *Rot. in decis. 491. numer. 14 cor. Rojas, & decis. 499. num. 10. part. 14 recent.* ibi *Sed agi de professione, nullo præcedente novitiatu editâ, vigore Brevis Apostolici, quod non solùm fuit, inscio Marchione, impetratum, verùm etiam illi fuit dumtaxat apertum ferè immediatè ante professionis actum, quare illa censetur ex improviso, & sine animi deliberatione peracta, ac faciliùs perindè intrat prætensio dissensus, ex traditis ab Ancharano &c.*

28 Quod non obscurè deducitur etiam ex insolito modo, atque inaudita festinatione, quibus mediantibus eædem preces fuerunt excitatæ, ut considerando hujusmodi insolitum modum in terminis alterius Brevis dispensationis novitiatus firmavit *Rot. in decis. 42. num 28. apud Zuff. de Legit. Proc.* Et quod præsumptio doli, circumventionis, fraudis, & machinationis egregiè deducatur ex hujusmodi festinatione,

29 temporisque coarctatione, benè probant *Farinac. in Prax. part. 3. quæst 89. numer. 115. & seqq. Sperel decis. 79. numer 9. & 10.* & firmavit *Rot. in decis. 326. numer 36. cor. Ludovis.*

Hujusmodi verò subreptio in impetranda dispensatione operatur etiam, ut nullius sint roboris ea, quæ in executionem ejusdem gesta fuerunt à Reverendissimo Venetiarum

30 Patriarcha Judice delegato per *Text. literalem in cap. Super literis de Rescript.* ibi *Si verò per hujusmodi falsitatis expressionem etiam veritatis literæ fuerint impetratæ, qua tacita, vel expressa, Nos nullas prorsus literas dedissemus, à Delegato non est aliquatenus procedendum,* ubi latè *Innoc. num. 4. Host. num. 10 & Barbos. num. 2. & seqq. & de Just. de Dispensat. Matr. lib. 1. cap. 6. num. 604.* Et in individualibus terminis Brevis subreptitii dispensationis novitiatus, quod nullum

lum Jus tribuat, tàm supplicanti, quàm delegato Apostolico, seù Executori *Rot. dec.491. nu. 15. vers. Ideò cor. Rojas, & dec.829. num.7. cor. Card. Cerro.*
31

Falsitati, & insubsistentiæ narratorum, pro obtinenda dispensatione novitiatus, jungitur inadimplementum plurium conditionum ejusdem dispensationis, ibi *purche in essa concorrino tutti li requisiti necessarii, venghi accettata dalle monache capitolarmnte, e per voti secreti &c. e del resto si osservino tutte le conditioni, prescritte alle monacande.* Quæ omnia nullo modo præcessisse professionem, neque etiam exadverso impugnat. illorumquè inadimplementum sufficientissimum reputatur pro nullitate professionis, ut in terminis probat *Pignatell. consult.173. num.126. & seqq. tom.9.* ubi, quod nulla excusatio salvare apta est hunc defectum, neque rusticitas, neque sexus, neque ætas, vel alia quævis qualitas, neque Parentum consensus; Itaut, sive attendatur innegabilis defectus duorum mensium novitiatus; Sive falsitas, & insubsistentia subreptitiæ dispensationis decem mensium ejusdem novitiatus, à Principali nunquam desideratæ, multoquè minus petitæ; Sivè demùm clarum inadimplementum omnium conditionum dictæ dispensationis, & Constitutionum Monasterii, hæc nunquam salvare poterit ab evidenti nullitate professionem, de qua est quæstio.
32
33

Utrumque ex istis duobus motivis, etiam separatim consideratis, validissimum apparet pro recessu à decisis, absque necessitate ostendendi subsistentiam, & efficaciam tertii motivi, deducti ex importunis precibus, circumventione, minis, dolo, & violentiis, quibus oppressa fuit infelix Principalis, tunc temporis annorum quindecim, ad ingrediendum monasterium, necnon ex illius lacrymis, singultibus, conquestionibus, & reclamationibus, à quibus tunc solum cessavit, quando fugæ auxilio in monasterio Convertitarum Mantuæ convolavit, ubi permissum eidem est suas rationes huic Supr. Tribunali exponere.
34

Ad hujus motivi basim stabiliendam præmittimus, quod ex concordi depositione novem testium, ex speciali facultate hujus Sacræ Congregationis examinatorum, evidenter constat de iisdem inhumanis, & impropriis actibus antè professionem, ipso professionis tempore, & post professionem, & quidem mediantibus verbis, quæ non sine maxima compassione, sub oculis haberi possunt.
35

Si igitur Principalis ex concordi depositione omnium testium antè professionem, & ab ipsamet infantia semper se declaravit, nolle Religiosam vitam ducere, sequens subitanea professio dicitur nulla, utì prorsus involuntaria, & nullo modo animo deliberato emissa, ut in præcisis terminis aversionis à Religione declaratæ, non ab infantia, ut in casu nostro, sed per solos menses 33. antè actum professionis, firmavit *Rot. in decis.491. num.3. cor. Royas, & cor. Arguel. decis 9 num.36.* ubi, quod hujusmodi repentina, inverisimilis voluntatis mutatio, habetur pro concludenti probatione metus, *& decis.211. num.24. vers. & inverisimile, & num.25. par 13. recent.*
36
37

In ipsomet actu, seù veriùs tempore professionis hujusmodi circumventiones, & violentiæ in immensum creverunt, & quidem cum publico, & evidenti scandalo totius Populi, functioni interessentis, circa quod factum habemus formalem depositionem quinque testium, quæ non potest sub oculis haberi absque animi horrore, & maxima compassione hujus miserabilis Mulieris, tunc temporis annor. quindecim considerando præsertim dictam teneram ætatem, sexusque imbecilitatem, quibus attentis, metus faciliùs dicitur probatus, ex innumeris allegatis per *Sanch. de Matrim. lib. 4 disput.3. num.2. & 4.* Et in specie considerando ætatem 16. annor. observat *Ciarlin. controv. for.108. num.31.* & firmavit *Rot. in decis.491. num.6. cor. Royas, & decis.25. num.54. & 55. cor. Arguel. & decis.779. num.9. par.3. & decis.300. numer.57. par 10. recet.* Et considerando sexus imbecillitatem est magistralis *Gloss. in cap. Cum locum Verb. Metus de Sponsal. Castill quotidian. controv. lib 3. cap.1. num.144 & sequen. Pignatel. controv.180. num.20. lib.9 & Rot. cor. Merlin. decis.620. num.1. & 2.* Et habendo præ oculis tàm ætatem, quàm sexum *Rot. cor. Seraph. decis 771. num 4 & cor. Merlin. d. decis.620. num 1. & 2.*
38
39
40

Qui testes sunt omni fide digni, omnique exceptione majores: Duo enim ex eis sunt exemplaris vitæ Cappuccini, sola devotionis causa in Ecclesiam, in qua professio fieri debebat ingressi, cujus Religiosæ, & Sacerdotalis qualitatis respectu solam eorundem depositionem plenam, & concludentem facere probationem, generaliter firmavit *Rot. in decis.348. num.20. & 22. cor. Peuting. & decis 384. num.4 cor. Priolo, & decis.101. num.16. par.12. & decis.301. num.11 & dec.378. eod. num. part.17. & decis.259. num.8. part. 9. recent. & in Cajetana Matrimonii 28. Junii 1683. §.5. coram Card. Matthæio*, cum aliis longè post hæc scripta allegatis *in Voto, edito ab R.P.D. Cerr. in Romana annuæ præstationis 26. Januarii 1714. § 4.* & in alio *extenso ab R.P.D. Lonio 23. Martii 1715. §. 14.* Et in præcisis terminis similis attestationis aliorum PP. Cappuccinorum, probantium nullitatem professionis alterius Monialis *Rot. coram Dunoz. Jun. decis. 930. num.1.*; Unus ex illis est Juris Utriusque Doctor, & Advocatus; Alter erat tunc temporis famulus Confessarii Monialium; Omnesquè sunt optimè informati, atque ad solam veritatem comprobandam deposuerunt & quidem non obstantibus contrariis operationibus, nè veritatem detegerent, examini se subjiciendo, quibus omnibus attentis, plenam facere probationem advertunt *Bald. in leg. Dictantibus num.4. in fine C. de Testam. Farinac. de Testibus quæst.44. num.3 & quæst 54. num 79 Rot. decis.775 num 9. & 10. cor. Burat. & decis.180. num.2. cor. Cerr. & decis.101. numer.15. par 17. recent.* Et in terminis testium, deponentium de nullitate professionis *Rot. cor. Ubald. decis.394. num.8 & 9. & decis.397. numer.2. part.4. & decis.211. numer.15. & seqq. part.13.*
41
42
43
44

Post professionem non minorem displicentiam, animiquè aversionem à Religione demonstravit, præcipuè quando remota prohibitione colloquendi cum sui Genitoribus, & Consanguineis (de cujus prohibitionis efficacia ad annullandam professionem benè *Pignatel. consult.173. num.143. tom.9. Rot. cor. Ludov. decis.326. num 32. & cor. Dunoz. Jun. decis 930. num.4.*) potuit suam voluntatem propalare, ut deponunt multi testes: Ex qua statim subsecuta conquæstione, & reclamatione univocum signum repugnantiæ voluntatis in profitendo, adductis concordantibus, desumpsit *Sacr. Rot. in decis.9. numer.23. & seqq cor. Arguel.* ubi quod afflatus boni spiritus non tàm citò pertransit.
45

Cum formali depositione undecim testium, uno ore deponentium de hujusmodi violentiis, coactionibus; & inhumanis operationibus, concordat Judiciale Constitutum ejusdem Magdalenæ, ad interrogationem Vicarii Generalis Ferrarien. ex speciali ordine hujus Sacræ Congregationis: Interrogata enim; *Se mai habbia havuto genio allo stato religioso*, Respondit: *Io non hò mai havuto inclinatione allo stato Religioso, anzi più tosto avversione, & aborrimento, e se sono stata con la vita quest'anni nel monastero, Io non vi sono mai stata con l'animo, e col cuore, Anzi non hò portato l'habito, non hò voluto fare l'Ufficii, non hò voluto imparare l'Ufficii Divini, e molto meno l'hò mai detto, sono stata in esso monastero &c. per non poter far di meno, & hò fatto dare le monache in disperatione.* De cujus confessionis viribus, Judice interrogante, emissæ, benè *Rot. decis.105. numer.12. cor. Priol.* & meliùs *in decis 236. num 21. part.17. recent.* Et in fortioribus terminis, quod, concurrentibus adminiculis, jurata confessio nulliter professi multum operetur pro declaratione nullitatis professionis, probat *Pignat. consult.4. num. 9. tom 1.* ibi *Non obstat, quod in re professionis stari non debeat juramento professi &c. 2. Quando sunt aliæ præsumptiones potentissimæ, adminicula, & conjecturæ, quæ nulliter professo favent, multi Authores, iiquè gravissimi docent stari posse juramento illius, ita limitant suam doctrinam Angles, Cajetanus, & Navar. ac tenent Bart. Menoch. Oldus &c.*
47
48

Atque concordat etiam publica vox, & fama totius Civitatis Venetiarum, de qua deponunt iidem testes, illamque approbat Reverendissimus Nuntius Venetiarum in Relatione, huic Sacr. Congregat. transmissa, ibi *Cui tantùm subdo. communem Venetiis vagari famam, dictam Sororem Baptistinam involuntariè monasticum habitum suscepisse, professionemque emisisse &c.* Quam publicam vocem, & famam multùm in his materiis attendi observat *Menoch. de Præsumpt. lib.3. præsumpt.126. num 22. & Rot. cor. Seraph. decis.859. num.7. & cor. Bich. decis.395 num.2. & cor Arguel. decis 9 num.8. & in par.13. decis.211. num.17. & in par.16. recent. decis 216. num.6.*
49
50

Ex his igitur omnibus, unitim consideratis, juxtà regulam *singula, quæ non prosunt &c.* de qua in nostris terminis *Barbos. vot. 77. nu.11. Sperell. dec.79. num.30. & Rot. cor. Arguel. decis 9. num.81. & decis 89. num.56.* adeò clarè patet, professionem, de qua agitur, esse nullam, involuntariam, metu extortam, indirectis, & illicitis modis procuratam, ut forsan difficile sit invenire aliam similem professionem, respectu cujus tot, & tantæ circumstantiæ verificentur contra illius validitatem, ut considerando multo minores actus professionem meticulosam emittentium observant *Rodriq. Quæst. Regul. tom.3. q.27. art.18. Sanch de Matrim. lib.2.*
51
52

lib.2. disp.45. num.22. Prat. discept. foren. cap.18. num.43. & seqq. Barbos. vot. decis.1. num.41. & seqq. Bordon. resol.38. num.87. Pignatel. consult.173. num 64. tom.9 & Rot. dec.590. per tot. cor. Merlin. & decis.1166. per tot cor. Seraphin. & decis.205. num 14. & seqq. cor. Burat. & decis.930. num 3. cor. Dunoz. Jun & decis.9 num 31. & seqq. & decis.89. num.50. & seqq. cor. Arguel. & decis.211. num.2. & per tot. par.13. recent. Et in terminis terminanribus, imò multò fortioribus alterius monialis, quæ nedùm semper Religiosum habitum gestavit per spatium 27. annorum, quibus moram taxit in 53 monasterio, sed quod magis est omnia exercuerat officia, monialibus propria, novissimè resolvit *Sacr. Congregat. Episcoporum in Januen. Nullitatis Professionis 6. Julii* 1696. *Ponente Eminentissimo Card. Colloredo* Et quod solæ importunæ persuasiones, ad irritandam professionem sufficiant, probat *Pignatel. consult.173. num.39. & 50 lib 9.* & firmavit *Rot. in decis.491. num.8. cor. Royas.*

54 Et tamen duas adhuc addimus probationes, nimium stringentes, & desumptas ex dictis, & factis illarummet personarum, quæ maxima pars fuerunt controversæ professionis.

Ex facto scilicet ipsius nobilis Viri, cujus opera, vel intuitu omnia supradicta evenerunt considerando nimirùm, nedùm illius præsentiam tempore professionis, de qua ad nostrum propositum *Pignatel. consult.173. num.141. tom.9. & Rot. cor. Seraph. decis.1166. sub num.1. vers. & sanè.* Verùm etiam, quod optimè conscius modi, quo emissa fuit 55 professio, assignavit quidem Principali quemdam Livellum, sed cum illa expressa conditione, ibi *Che restando essa Madre Battistina nel sudetto Luogo delle Convertite gli siano corrisposti, e non vi stando, sia priva di simile corresponsione.*

Quod certè dubium non permanendi in monasterio implicitam, nimisque verisimilem præsefert confessionem nullitatis nostræ professionis; Factum autem illius, qui metum incussit, professionemque illicitis modis procuravit, multùm attenditur pro declaratione illius nullitatis ad *Textum* 56 *in Can. Præsens 20. quæst.3.*, & observant *Barbob. inter consult. matri. divers. consult.24. num.24. lib.1. Barbos. vot. decis. 16. sub num.54. lib.2.* & firmavit *Rot. cor. Burat. decis.86. numer.13. & cor. Royas decis.491. num.4. & in recent. decis.373. num.13. & seqq. par.18.*

57 Nec non ex facto Monialium, quæ eandem veritatem insubsistentiæ, & nullitatis professionis planè agnoscentes, liti cesserunt, seque expresè declararunt, nolle partem aliquam facere in præsenti controversia, per ea, quæ punctualiter advertit *Larr. decis. Gran. 63. sub num. 15. vers. Ideò* & firmavit in terminis *Rot. in decis.523. num.2. cor. Merlin. & decis.361. num 11. par.19. recent.*

58 Admissa ex his nullitate, & in subsistentia expressæ professionis Principalis, non credimus insistendum in tacita, deducta ex mora in monasterio Venetiarum, & ex pretensis actibus, monialibus communibus, ab ipsa in eodem monasterio exercitis.

59 Multiplex enim, & quælibet de per se sufficientissima occurrit responsio.

60 I. Quia deficiunt in nostris terminis probationes omnium requisitorum tacitæ professionis, gestatio nimirum habitus Monialium, & excercitium actuum, ad professos spectantium, non vagè, & generaliter, sed cum quinque illis indispensabilibus conditionibus, I. scilicet, Ut hujusmodi actus fiant authoritate, & consensu Superioris, qui ad professionem admittere potest, II. Ut spontanea voluntate emittantur; III. Ut id sequatur cum præcisa scientia, & certa notitia, quod hujusmodi actus ad solos professos pertineant. IV. Quod tales actus emittens non se habeat negativè, sed verum animum, & voluntatem profitendi foveat;

61 Et V. Ut annum 16. expleverit, de quibus *Mirand. in Manual Prælat. tom.1. quæst.24. numer.8. Sanch. ad Præcept. Decal. tom.2. lib.5. cap.3. à num.14. Sperel. decis.261. num.42. de Vecch. in Praxi Novit disput.13. dubit.8. num 13. Pignatel. consult 173 num.89. tom 9. & Panimol. decis.29. Annot.* 62 *3. num.33 & Rot. cor. Royas decis 491. num 16.* Sine quibus conditionibus tacita professio nunquam inducitur in sensu etiam Doctorum, in illam summoperè inclinantium, ut videre est apud *Fagnan. in cap. Significatum num.19. & seqq. de Regular. Dian. Oper. moral par 3. tract.7. resol.59. in fin. Hurtad de Resident tom.2. resol.8. num.43. Panimol decis.29. annot.3. num.3. Ventrigl. in Prax. tit. de Anno probat. annot. 47. §.1. num 30.*

63 Nedum autem deficiunt necessariæ probationes hujusmodi requisitorum, cum dictis quinque indispensabilibus conditionibus, imò nec etiam allegatur, aut specificatur aliquod officium à Principali exercitum, ut esset concludenter probandum ex parte prætendentis validitatem professionis, ex authoritatibus allegatis per *Rot. cor. Priol decis.237. in fine.* Sed quod magis est, habemus contrarium concludenter probatum ex individuali confessione ejusdem Principalis, quæ nedùm uti talis ex supra animadversis, sed etiam uti roborata silentio, & taciturnitate, imò adminiculata ab expressa declaratione Monialium, præsenti controversiæ cedentium, 64 omnem fidem meretur *Surd. decis.325. num.5. de Angel. de Confess. lib.1. quæst.7. effect.1. num.2. in fine, & Rot. dec.334. num.8. par 1. recent. & cor. Bic. decis.297. num.8. & 9.* Et in 65 specie solam non delationem habitus Monialium, sed incessum cum vestibus sæcularibus pro exclusione tacitæ professionis magnificit *Rot. in decis.9. num.47. vers. Tum demum cor. Arguel.* quàm refert, & sequitur *Pignatel. consult.173. num.133. tom.9.*

II. Quia tacita professio ad hoc, ut inducta dicatur juxtà 66 literam omnium Textuum, de materia tractantium, præsupponit à parte rei expressam professionem nulliter, vel indebitè, ab ipsamet professanda emissam, ut videre est *in c. Significatum 11. de Regul.* ibi *Post 14. annum professionis à se* 67 *priùs factam, ratam habuerit, in cap. Cum virum 12. eodem tit.* ibi *Præsertim si ratibabitione sequuta, quod antea gestum fuerat, roboratur, in cap. Sicut tenor eodem tit. in argument.* ibi *Si probatum fuerit, non timore mortis præfatam mulierem Religionem intrasse, aut quod fecit postmodum ratum habuisse, & in cap.1. de Regular. in 6.* ibi *Vel si quam priùs fecerat* (professionem) *ratam habuisse videtur.* Et observat *Na-* 68 *var. cons.34. & seqq de Regular. Marches de Commiss par.1. fol.94. tit. de Signatur. Grat. divers. num.458. vers. Loquens, & numer.463. vers. Sed in casu isto, & Rot. in dicta dec.952. num.6. cor. Emer. jun.*

In nostris autem terminis, ut supra probatum est, expressa professio Principals manifestè deficit, illusque loco habemus solummodò lacrymas, & singultus profiteri debentis, quæ quatenus vocis vices gerere dicantur; juxtà illud *Ovidii.*

Nam lacrymæ interdum pondera vocis habent.

relatum per *Rot. cor. Arguell. decis.25. num.49* illæ fuerunt quidem loquutæ, sed contrarium, alienumque ostendendo animum à professione, ut egregiè prosequitur eadem *Rot. cor.* 69 *Arguel. loco mox adducto, & in decis.211. numer.1. part 13 recent.* ibi *Mæstitia, & dolor in actu profitendi, dum quasi contremiscens obmutuit &c. quod pariter demonstrat, quod contra propriam voluntatem inducebatur ad profitendum.*

III. Quia hujusmodi tacita professio locum sibi vindicat in illis Civitatibus, & Locis, in quibus liberum est nulliter profitentibus reclamare, nullo autem modo procedit in illo 70 Statu, in quo Principalis professionem emisit, in quo ex rigorosissimis decretis annorum 1627 & 1648. etiam sub capitali pæna nulliter professis reclamandi facultas impeditur juxta individualem *Gloss. in cap.2. verb. Permanent. il secondo de Regular.* ubi quod non reclamatio non præjudicat, quando quis reclamare non potuit, quam sequuntur *Less. de Just. & Jur lib.2. cap.41. dubit.7. num 63. Navarr. cons.6.* 71 *num.2. de His, quæ vi met. caus. Bartol. de Vecch. in Prax. novit. disput.13. num.10. Gratian. discept.413. num.9. & 10.* Et in terminis impedimenti à Superiore provenientis, aliis adductis, probat idem *Pignatel consultat. 173. numer.9. tom. 9.*

Itaut ad ista insuperabilia obstacula tollenda opus fuerit Principali fugæ auxilio se extra dictum Statum conferre; Proindeque nisi aliundè probetur omninò voluntaria permansio nulliter professi in Religione, particularis limitatio regulæ tacitæ professionis constitui posse videtur in illa Civitate, in qua Principalis professionem emisit, attentis hujusmodi fixis impedimentis reclamandi, quibus durantibus nullum currere tempus ad tacitam professionem inducen- 72 dam, observant *Bord. de Profess. cap.22 num.14. & seq Panimol. decis.29. num 45 Pignatel. consultat.173. numer.32. tom.9* & firmavit *Rot. in decis.205. numer 31. cor. Burat. & cor. Peuting. decis. 27. numer. 16. & decis. 98. eod. num.*

IV. Quia tacita professio nunquam admittitur, quando defectus illius provenit, ut in casu nostro, à novitiatu non completo, ut referendo; exornandoque Constitutiones Summorum Pontificum Clementis VIII. & Urbani pariter VIII. adductis innumeris concordantibus, advertunt 73 *Novar. in Summ. Bullar. comm.88. num.8. par 1. Donat Rer. Regul tom.2 tract 8. de Dom Novit. quæst.5. num.11. & seq. fol.115. Panimol. decis. 29. ad notat.1 num. & Pignatel. consult. Canon. 173. numer.75. 77. & 88. tom.9.* & firmavit *Rot. in decis.491. num 16. cor. Royas, & decis 857. num 2. cor.*

coram Cerr. & decis. 134. *numer.* 8. *part.* 14. *recentiorum*.

V. demum, aliis omissis gratia brevitatis, quia cùm dicta tacita professio fundetur in simplici Juris præsumptione, eo ipso, quod ex hucusque animadversis, constat de positivis actibus, eidem præsumptioni ex diametro contrariis, hæc cedere debet veritati, juxta communiter receptam Doctorum, Tribunalium, & hujus Sacræ Congregationis 74 opinionem, & praxim, de qua *Sylvest. in Summ. Verb. Religio num.* 19. *Suar. de Relig. tom.* 3. *quæst.* 17. *artic.* 15. *Ventrigl. in Prax. tit. de Anno probat. annot.* 3. *num.* 18. *Cyriac. controv.* 371. *numer.* 36. *Pignatel. consultat.* 173. *numer.* 22. 73. & 76. 100. & 154. *tom.* 9. *Adden. ad Ludov. decis.* 385. *numer.* 6. *Rot. cor. Ubald. decis.* 189. *num.* 3. & 6. & *decis.* 552. *numer.* 17. & *cor. Carill. decis.* 229. *num.* 3. & *cor. Arguel. decis.* 25. *num.* 10. & *seq. cor. Peuting. dec.* 75. *num.* 9. & 10. & *cor. Royas decis.* 491. *num.* 18. & *in recent. decis.* 705. *numer.* 3. *par.* 2. *ubi num.* 5. quod declarationes hujus Sacræ Congregationis, 75 quæ videntur esse contrariæ, habent locum quando non adsunt hujusmodi actus positivi in contrarium, & *decis.* 211. *numer.* 19 *part.* 1. & *decis.* 131. *numer.* 12. & *seqq. part.* 14., ubi quod hoc casu sumus in claris, & constat de veritate, cui standum est, præsumptionibus omissis, & *in dicta de-* 76 *cis.* 952. *numer.* 25. *cor. Emerix Jun.* Et in specie considerando reclamationes, & conquestiones ante professionem, tempore professionis, & post professionem egregiè *Rot. in decis.* 189. *per tot.*, & signanter *num.* 4. *cor. Ubald.* & *decis.* 356. *numer.* 4. ubi innumeri concordantes *coram Card. Cerr.* & *decis.* 397. *per totam* & signanter *numer.* 2. *part.* 4. *recentiorib.*

Supplicamus igitur responderi pro nullitate professionis, pro qua habendo præ oculis salutem animæ nulliter profitentis, necnon quietem, & pacem monasterii, etiam in du- 77 bio respondendum esse observat *Cardin. de Luc. de Regular. disc.* 41. *numer.* 2. & *disc.* 43. *numer.* 13. Attento præcipuè, quod sumus in terminis dubietatis ex defectu consensus, quo casu in dubio semper pro nullitate respondendum constantissima est Doctorum opinio, ut benè observat *Rebuff. consil.* 68. *colum. final. versic. Nec me conturbat*, ubi quod in his terminis non consideratur favor Religionis, qui nunquam adest, non probato valido consensu, &, aliis anti- 78 quioribus omissis, in punctualibus terminis firmavit *Rot. decis.* 491. *numer.* 20. *cor. Royas*, ubi quod conclusio illa, quod in dubio facienda sit interpretatio pro nullitate professionis, limitatur in illa, quæ prætenditur nulla ex defectu consensus, per vim, & metum exorti, quo casu semper facienda est interpretatio pro libertate personæ, & *decis.* 9. *num.* 83. & *seqq. cor. Arguel.* Deus enim voluntarios milites sibi elegit, coacta verò servitia contemnit, & aspernatur, ut vidimus supra *disc.* 1. *num.* 4.

Perstringendo demùm rationes, & circumstantias hujus tertii motivi; Quid magis potuit dicere, aut facere ista 79 miserabilis mulier ad ostendendum animum suum à Religioso statu prorsus alienum. Certè quilibet constantissimus Vir forsan tot, & tanta non fecisset, itàut in futurum operationes Principalis deservire possint pro instructione, seù exemplo resistendi illis, qui in propriarum animarum perniciem contra Concilii Tridentini dispositionem *in sess.* 25. *de Regul. capit.* 18. involuntarias, coactasque professiones extorquere procurant; Ab infantia enim nunquam signum aliquod dedit, nec minimum verbum protulit, Religiosæ vitæ directum, imò omnibus illis, cum quibus familiares discursus habebat, patefaciebat suam voluntatem, Religioso statui aversam. A multis sæpè rogata, ut ab hujusmodi proposito diverteret, semper remansit inflexibilis; Reiteratis precibus à nobili Viro, etiam flexis genibus, & cum donorum, & munerum larga promissione, maximisque oblationibus, iste nihil aliud obtinere potuit, quàm solitas, univocas, & claras negativas. Quandò autem, sepositis precibus, deventum fuit ad circumventiones, minas, & violentias, atque opera ejusdem nobilis interclusa fuit monasterio, quod à se ipso regebatur, & in quo omnes moniales ab ejus nutu pendebant, superaddita rigorosissima prohibitione Parentibus, Consanguineis, & aliis, ne cùm illa loquerentur, in talibus circumstantiis, in dicta tenera ætate, à suis remota, ab illis circumdata, quæ ejus voluntatem data opera flectere debebant, quid non dixit? quæ non fecit? ut non profiteretur? Tempore verò quo aliud non supererat subterfugium, noluit ad professionis locum accedere, cum magna functionis interruptione, maximoque Populi tumultu; Strepitante autem eodem nobili, atque Abbatissa, monialibusque injungente, ut illam ad locum professionis adducerent, non valens catervæ monialium resistere, comparuit quidem in Ecclesia plorans, & gemens, sed cum fixa, stabilique resolutione verba professionis non proferendi, & in effectu tali animi firmitate in hoc nunquam interrupto proposito permansit, ut ad novos strepitus, atrocioresque minas ejusdem nobilis, obstupente Populo, novo, inauditoque profesandi genere, Confessarius ipse verba professionis protulerit, nullo præcedente signo, nulloque subsequente consensu ejusdem profestandæ; Itaut eodem Populo Judice, viva voce dignus habitus fuerit corporales pœnas pro d. improprio operandi modo luere, & in rei veritate nunquàm ad monasterium successivè accessit sine suspiriis, & lacrymis, quas nec etiam proprio famulo, ipsum associanti, celare poterat, ob memoriam assistentiæ, & cooperationis eidem professioni: Hoc igitur modo Principali monasterio interclusæ, & non valenti ob rigorosissima decreta judicialiter reclamare, nihil aliud superfuit quàm silentio, & aliis actibus, & exercitiis monialibus communibus, gesta per violentias non approbare, Regulas proindè monasterii non observavit, Religiosas vestes nunquam detulit, Divinum Officium non recitavit, neque addiscere voluit, & unico verbo semper uti sæcularis se gessit, ferè cum desperatione monialium, animo semper revolvens nullitatem suæ professionis coràm hac Sacra Congregatione proponere, quamplures rogando, obsecrandoquè, ut huic desiderio manus porrigerent adjutrices; Desperans autem hoc sequi posse Venetiis, præcipiti quidem, sed fructuoso consilio Mantuam aufugit, solo fine nullitatem suæ professionis aperiendi, ad quem effectum spreta sæculi libertate, recto tramite, nullaquè interposita mora ad monasterium Convertitarum se contulit ibique non animo tacitè suam professionem approbandi, sed Justitiæ complementum consequendi de præsenti reperitur, mediante rescripto, nullam declarante suam professionem, pro quo iterùm, & enixè supplicamus.

80 Sacr. Congregat. Concilii die 18. Augusti 1696. rescripsit *Prævio recessu à decisis, non constare de professione, & ad mentem*; Quæ fuit, ut Episcop. Mantuanus non sineret monialem egredi è monasterio, nisi ad effectum nubendi, ut sequutum fuit cum Doct. Cæsare de Bersellis, juxtà Relationem Sacr. Congregationi transmissam de mense Februarii 1697. ab eodem Episc. Mantuano.

DISCEPTATIO VI.

Lingonen. Restitutionis in Integrum.

PRO

Joanna Catherina Thiery.

ARGUMENTUM.

Moniali non reclamanti intra quinquennium à die emissæ professionis per vim, & metum, quando succurrendum sit mediante in integrum restitutione; Et an ad dictum effectum suffragentur denegatio alimentorum, & periculum amissionis omnium bonorum.

JOanna Catherina Thiery, asserta monialis in monasterio Santisimæ Annunciationis Loci de Champlitte, Comitatus Burgundiæ, Lingonen. Diœcesis, in sæculo vocata Gabriellis Francisca, filia Nicolai Thiery, & Helenæ Suche t rant, ex illius inhumanis operationibus, victus denegatione, minis, & comminatione privationis, & expoliationis omnium omninò bonorum, eidem obventorum ex defuncti Genitoris patrimonio, coacta fuit Religiosum habitum suscipere in eodem monasterio; *Eadem siquidem ejus Mater* (sunt verba Relationis, & Voti Illustrissimi Episcopi Lingonensis Ducis, & Paris Franciæ, ab hac Sacra Congregatione prò veritate requisiti) *mortuo marito, cupiens se recipere in Domo dictarum Monialium, nihil non egit, sicuti erratum suum confitendo declaravit, ut filiam ibi voti Religione obstringeret, quod negotium ut conficeret, rem omnem suam mobilem, & immobilem, contractu publico, & à monialibus acceptato, ipsis donavit; Sinè mora omnis suppellex transfertur in monasterium, urgetur Catherina, ut habitum sanctum induat, illa sollicitationibus, precibus, & minis cedit, & tandem*,

tandem, licèt invita, solemnia vota Deo nuncupat, quod cùm ita sit, licèt vix sine malo exemplo solvatur præscriptionis lex, tamen circumspectis rebus omnibus, rationibusque subductis, mihi videtur Soror Catherina, non obstante lapsu quinquennii, posse à Sede Apostolica exaudiri, & placata, æquaque dimitti.

Recursum proindè habuit ad Sanctissimum, precibus ad hanc Sacram Congregationem de more remissis; pro obtinenda in integrum restitutione adversùs lapsum quinquennii, quo durante, reclamare non potuit, ex inauditis oppositionibus, & crudelibus operationibus ejusdem matris, de quibus infrà, ab hac autem Sacra Congregatione usque sub die o. Maii 1710. exquisita fuit dicta Informatio, & Votum dicti Reverendissimi Episcopi Lingonensis, ubi cùm asserat, *sibi constitisse, & constare ex probationibus, & testimoniis, quæ collegit Vicarius noster Generalis in ipso Oppido de Champlitte, quod dicta Catherina per vim & metum habitum Regularem suscepit, & necessitate coacta votum Deo emisit*, enixis precibus supplicat hodiè eadem Principalis prò affirmativa resolutione dubii *An sit locus restitutioni in integrum*, & sperat exaudiri. 2

Constat siquidèm de ipsius coacta voluntate in emittenda asserta professionem, deque Matris impropriis operationibus, minis, & violentiis, denegatione victus, aliisque crudelitatibus, ad obligandum omnibus modis filiam reluctantem, & invitam ad ingrediendam Religionem, atque in illa professionem emittendi, quæ proindè omni jure nulla est, *ex adductis suprà discept. 1. n 4.* 3

Ad dictum autem effectum concludentis probationis ejusdem metus, sufficere videtur dicta solemnis assertio adeò qualificatæ personæ, Episcopi, Ducis, & Paris Franciæ, loquentis cum fundamento probationum, & testium ejusdem met Oppidi de Champlitte, Patriæ Principalis, superlativè informatorum de omnibus operationibus, & crudelitatibus matris, à quibus eadem infelix Principalis, unica ejus filia, coacta fuit ad ingrediendum monasterium, in eoque professione emittere, juxtà *Textum in can. Nobilissimus 97. distinct.* ibi *Nos tamen &c. eius gravitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones &c.* cum aliis apud *Rot. dec. 401 n 9 cor. Emer Jun.* 4

Et nihilominùs addimus ingenuam depositionem ejusdem Matris, quæ de mandato hujus Sac. Congregationis ser. ser. examinata, repetito juramento ex conscientiæ stimulis veritatem hanc intrà evidentiæ fines posuit, asserendo, *quod ad inducendam filiam, ut in monasterium ingrederetur, & in eo habitum regularem susciperet, & professionem emitteret, ipsam filiam suam vehementer hortata est, primùm blanditis sermonibus, deindè obiurgationibus, ut in eo monasterio monialis fieret, quod vero ipsa filia fortiter renuebat, & resistebat desideriis ipsius Helenæ Matris, ipsa mater minas addidit vehementes, & frequentes, illi in omnibus quotidiè molesta, & sæpissimè dicens, & repetens, quod nisi monialis ibidem fieret eam exhæredaret, & nisi desideriis importunis obsequeretur, ipsam privaret certissimè, non tantum bonis propriis maternis, sed etiam paternis, iuxta potestatem id faciendi, quam asserebat, & repetebat sibi competere ex vi testamenti prædicti Nicolai Thiery, quondam Coniugis sui, & prædictæ Gabriellis filiæ suæ Patris, uno verbo protestans, quod ipsam Gabrielem, resistentem in hac parte desideriis maternis, reduceret ad statum extremæ mendicitatis, quas obiurgationes, molestias, & minas cùm diutiùs ferre non posset, propter earum continuam, & vehementem formidinem, ipsa filia Gabriellis tandem coacta, ut responderet matri, importunè, vehementer, & minaciter sollicitanti, respondit in hæc verba. Quando quidem necesse est, & oportet, ut hoc faciam, quod vis, & petis à me, certè oportet, ut faciam, quæ verba protulit non voluntariè, ut apparuit, sed animo involuntario, & coacto &c. de quibus actibus &c. adhibitis minis, & molestiis puerulæ filiæ, à se illatis, pœnitet ipsam Helenam, sicuti iamdudum pœnituit, & de tanta culpa eo confidentiùs sperat à Domino veniam obtinere, quò peccavit ignoranter, melius, utilius, & securius saluti, & tranquillitati puerulæ filiæ suæ à se consultum esse, quare iam certior facta, & doctior, se non potuisse licitè, & validè ita agere cum filia, facti jam, & dudum pœnitens, peccatum suum coram nobis confitetur, prout semel, & iterùm coram Notariis, & testibus palàm confessa est.* 5

Hujusmodi autem seriam, & juratam confessionem matris, totam facti seriem ingenuè hodiè confitenti ex conscientiæ stimulis, attendendam esse ad probandum metum, & coactum animum filiæ ad ingrediendum Religionem, in eaque professionem emittendam in terminis individualibus considerant *Barbob. inter cons Matrim. divers. par. 1. cons. 24. n. 24. Barbos. vot. dec. 16. n. 54. lib. 2. & Rot. dec. 225. num. 12. & dec. 1356. sub n. 1. cor. Emer Jun. & dec. 373. num. 13. & 14. par. 18. rec.* Cum quibus processit hæc Sacra Congregatio *in Bisuntina 9. Julii 1701. Lib. 51. decr fol. 375 à tergo, & in Mantuana eisdem die, & anno eodem Lib. fol. 175. & in Neapolitana 14. Aprilis 1709. Lib. 59. decr fol. 171. & lib. 60. decr. fol. 191. & in Neapolitana, seu Suessana 26 Januarii 1710. Lib. 60. decr. fol. 73. & novissimè in dicta Bisuntina 9. Septembris anni 1713.* in quibus ad probandum metum, incussum filiabus, præ oculis habuit confessiones, & juratas depositiones matrum earundem. 6 7

Comprobant hanc matris ingenuam confessionem, omnesque circumstantias, ab ipsa specificatas, & longè duriores, nimis aggravantes factum ejusdem Matris, septem alii testes, ser. ser. examinati, ex quorum depositionibus plura concludentissimè probata resultant.

I. Scilicèt, quod afflictæ Principalis auribus ante ipsius ingressum in monasterium semper, & ubiquè intonabatur antiphona illa, *quod nisi monialis fieret, mater eam exhæredaret, & privaret certissimè, non tantùm bonis propriis maternis, sed etiam paternis, iuxta potestatem id faciendi, quam asserebat, & repetebat competere ex vi testamenti paterni.* 8

II. Quod dictis verbis *addidit postea ipsa mater verbera, & minas vehementes, quod nisi fieret monialis, eam desereret, & rediret in Patriam, distantem à loco de Champlitte decem circiter leucis &c. eamque ad extremam mendicorum miseriam redigeret*, Sunt verba Catherinæ Callin secundæ testis, loquentis de proprio auditu, & visu.

III. Addidit ulteriùs privationem victus, *Vidit eam* (sunt verba ejusdem secundæ testis ubi supra) *quod ipsa mater filiæ suæ Oratrici alimenta bona denegaret, & pulmentum, quod ab ipsa teste etiam sæpiùs postulabat Oratrix, quam dura mater herbis, & leguminibus victitare cogebat*, & concordant Joanna Claudia Faulin tertia testis, & Francisca de Gand quarta testis, loquens pariter de visu, deque proprio auditu, ibi *nisi fieret monialis, iuxta voluntatem Helenæ matris suæ, fore, ut ab ipsa matre necaretur propter famem quam invita pateretur &c. & quod ipsa cognata, sortem Oratricis miserata, pulmentum Oratrici præbere consuevisset, illi denegatum à matre &c.* 10

IV. In istis miseriis, angustiis, & afflictionibus constantissimè eadem Principalis Renatę Carellę primæ testi, *cum multis lacrymis asserebat, amaro corde, se nolle ingredi Religionem, propositam à matre, conquerendo, quod ipsi vim inferret, & coactionem, quæ omnia vidit, & audivit ipsa testis, cùm frequenter in domo dictæ Helenæ versaretur.* 11

V. Quia verò infelix Principalis in eisdem angustiis inveniebat consolatrices aliquas verè pias mulieres, non destitit eadem crudelis mater illas objurgare, & reprehendere, atquè vehementer increpare, eis injungendo, ne ampliùs filiam consolarentur, ibi: *A matre Helena obiurgata fuerit ipsa testis, quia consulebat Oratricis, ne contra voluntatem suam fieret monialis, & sic eluderet sollicitationem matris suæ &c. adeout &c. de hujusmodi consiliis acerbè conquereretur &c.* 12

VI. Postquam omnia hæc inutiliter experta fuerat eadem mater, quamvis tunc temporis Principalis constituta esset in ætate tredecim dumtaxat annorum, illam recludere voluit in nostrum monasterium, rogando, obsecrandoque Canonicum Claudium Pernelle, *Directorem iam defunctum Monasterii &c. ad quem sæpius accedebat, rogans &c. ut induceret Oratricem ad Religionem profitendam in dicto monasterio &c. qui statim urgebat eam, „ut fieret monialis in eod. monasterio, à quo Directore ipsa testis sæpiùs audivit &c.* 13

VII. Ad faciendam verò majorem impressionem vigore antecedentis donationis omnium omninò bonorum, mediante publico Instrumento factæ eidem monasterio *mobilia, & alia bona, tam paterna, quàm materna illius, nulla interposita mora, fuerunt translata in prædictum monasterium, ubi in Edibus externis cum ancillis illius remansit Helena mater*: Et ibi, *post duras huiusmodi vexationes vidit deferri ad monasterium Annunciatarum mobilia valdè pinguia, & numerosa de hæreditate paterna, & materna Oratricis*: Cum illo amaro addito, quod eadem mobilia, data opera indistinctè cõfusa fuerunt cum aliis mobilibus monasterii, ne ullo unquam tempore possent separari, ut jurata deponit Principalis, ibi, *mobilia hæreditatis suæ, tam paterna, quam materna tradita sunt dictis Monialibus, & quod cætera cum prioribus mobilia similiter eisdem Monialibus ex integro tradita fuerint, & cum mobilibus ejusdem monasterii indistinctè confusa*, & concordant Priorissa ejusdem monasterii, nec non Subpriorissa, & secundus Testis. 14 15

In istis igitur extremitatibus constituta, nulla alia superfuit Principali via, præter illam submittendi, humeros Religionis jugo, matrisque voluntati se conformare, suscipiendo habitum Regularem, *ad quem nullum affectum habebat*, juxtà verba secundæ testis.

Cæterum dubitans eadem mater, quod durante novitiatu posset Principalis procurare egressum à Monasterio, *ne ab eo discederet, egit apud Magistram novitiarum, & Confessarios earum, ut iuxta intentionem suam ita cum filia sua novitia se gererent, quod omnem exitum à monasterio novitię, si discedere vellet, præcluderent, & prohiberent.*

Æquè promptas, ac punctuales exequutrices suæ voluntatis experta fuit eadem mater dictam novitiarum Magistram, aliasque moniales, inter quas summa pace divisa antecedenter fuerant mobilia omnia infelicis Principalis, aliaque bona monasterio incorporata, itaut *cùm sæpiùs infrà annum probationis Gabriellis filia vestes sæculares repeteret, ut ad sæculum rediret, & quidem cùm instantia, illicò, & toties à petitione repelleretur, tanquàm à tentatione, quæ à Diabolo procedere dicebatur*, sunt verba ejusdem matris, hodiè pœnitentis, & non sine intimo cordis dolore totam facti seriem ingenuè narrantis. Verùm tamen est, quod eodem tempore novitiatus nunquam læto animo in monasterio permansit, semperque valdè molestam fuisse, his verbis, asserit quarta testis, loquens ex auditu ab ancilla monasterii.

Se approximante tempore professionis nullatenùs permissum fuit alloqui aliquem ex ejus consanguineis, idquè *ex denegatione libertatis postulatæ, ut posset libere de violento statu, sibi illato, remotis arbitris, loqui, & conqueri*, ut ipsamet cum juramento testatur; Asserendo ulteriùs *multò minus ab ullo alio extraneo consilium habere potuisse, nec ulli angustias cordis sui aperire, obstante Regularis Instituti prohibitione alloquendi ullum extraneum, quamvis probum, & doctum, absque speciali licentia Priorissæ monasterii, quam licentiam Priorissa semper denegavit &c.* Et quod ferè videtur incredibile extraordinarium *Confessarium, licèt multotiès petitum, & postulatum, nunquam potuit obtinere, præterquam unicum, cui non potuit confidenter aperire animi sui sensum, quia studiosissimè agebat pro interesse monialium.*

Considerando proindè omnia hæc unitim sumpta, prout in his terminis faciendum esse monent *Ciarlin. controv.* 108. *sub num.* 68. *Barbos. vot. dec.* 16. *num.* 56. *Rot. dec:* 491. *num.* 9. *cor. Royas, & dec.* 9. *num.* 81. *& seq. cor. Arguell.* tali, tantaque evidentia probata videtur coacta voluntas, & metus, quo mediante Principalis professionem emisit, ut nil magis addi possit ad illius comprobationem, juxtà punctualissimè firmata per *Rot. in dec.* 975. *num.* 10. *& seq. cor. Dunoz. iun.* Et in terminis minarum subtractionis alimentorum egregiè *Rot. in dec.* 9. *num.* 3. *cor. Arguell.* Toto spiritu enixè supplicantes hìc observare, quod in nostris terminis hujusmodi minæ, fuerunt ad praxim redactæ, cum actuali subtractione eorundem alimentorum, dum obligata, coactaq; fuit miserabilis Principalis ad illa mendicanda à testibus.

Eo autem magis hujusmodi minæ exhæredationis, & alimentorum subtractio, emicant in præsenti, si consideretur tenerrima ætas Principalis, circà quam concordant omnes testes, necnon illius timida natura, animique pusillanimitas, ex quo ipsa *Oratrix tremens ad omnia matris verba visa est continuò*, juxtà præcisa verba secundæ testis, & demum qualitas sexus muliebris; Metus enim faciliùs incutitur mulieribus, & præcipuè teneræ ætatis, in quibus proindè minor requiritur metus ad annullandam professionem, quàm in viris, juxtà magistralem *Gloss in cap Cum locum verb. Metum de Sponsalibus*, quam cumulatis concordantibus sequitur *Rot. in dec.* 278. *num.* 2. *cor. Carill. & dec* 9. *num.* 38. *& dec.* 25. *num.* 54. *& seq. cor. Arguell. & dec.* 939. *num.* 4. *& dec.* 975. *num.* 10. *cum seq. cor. Dunoz. jun.* Et considerando pusillanimem naturam metum passi, benè observant *Honded. cons.* 29. *num.* 28 *lib.* 1. *Menoch. de Arbitr. cas.* 135. *num.* 4. *&* 5. *Surd. dec.* 194. *num.* 20 *& Panimoll. dec.* 102. *adnot.* 1. *num.* 17. *& Rot. dec.* 23. *num.* 14. *par.* 12. *rec.* ibi *Angela verò erat puella annorum* 13. *omnique alio auxiliatore destituta.*

Et tamen in casu nostro superlativè verificatur actualis amissio omnium bonorum, tàm paternorum, quàm maternorum Principalis, quando solum periculum amissionis majoris partis bonorum, ex se solùm aptum est ad inducendum metum, cadentem in constantem, & constantissimum virum, juxta Textum literalem *In cap.* 2. *de His, quæ vi, metus. caus.* cum concordantibus, apud *Menoch. de Arbitr. cas.* 135. *num.* 9. *Barbos. vot. dec.* 16. *num.* 37. *& seq. Pont. de Matrim. cap.* 4. *num.* 9. *Boss. eodem tract cap.* 12. *num.* 47. *& seqq. Sanch.* pariter *de Matrim. lib.* 4. *disput.* 5. *nu.* 20. *& Rot. dec.* 326. *num.* 19. *cor. Ludovis. & dec.* 732. *nu.* 9. *&* 10. *cor. Emer. jun.* ubi ampliat conclusionem, etiamsi non probetur, minantem fuisse solitum exequi minas, *& dec.* 38. *num.* 3. *par.* 16. *recent.*

Et rationem assignat *Bossius*, ubi supra, his verbis, *quia cùm patrimonium vita hominis existimetur &c. juxtà illud; Pecunia est anima miseris mortalibus &c. metus amissionis patrimonii &c. æquiparatur mortis timori*, & concordant adducti *in dec.* 975. *n.* 10. *cor. Dunoz. jun.* ibi *Metus amissionis bonorum æquiparatur metui mortis.*

Non attenta depositione Superiorissæ, & duarum aliarum monialium nostri monasterii, asserentium, se nescire Principalis coactiones; Cohærentur siquidem ad firmata per *Rot. in dec.* 178. *num.* 10. *cor. Carill.* dicendum est, id deposuisse ad evitandam earum Monasterii diffamationem, juxtà minùs veram opinionem, in illis Partibus vigentem, de qua habemus testem, omni exceptione majorem, Illustrissimum Archiepiscopum vicinæ Civitatis Bisentinæ, *in Bisuntina* 9. *Julii* 1701. *lib.* 51. *Decr. fol.* 375. & novissimè *in alia Bisuntina*, de qua supra *discept.* 1. *n.* 40.

Præcipuè quia in veritatis obsequium, postquam idem Illustrissimus Episcopus Lingonen. retulit dictarum Monialium tumultuarias depositiones, commendabili ingenuitate, & candore, Processum sigillavit sequentibus verbis, omni consideratione dignissimis, *Fidem facimus, in hujusmodi monialium inquisitione graves iracundiæ motus, & impetus à nobis observatos, & vehementes animorum turbationes, quas etiam verbis expresserunt, verbis minas adiiciendo, quod in causa ad Judices Laicos provocarent &c. quæ verba ex consilio Laicorum non timuerunt moniales prædictæ temerè jactare, cùm singula responderint ad nostra interrogata juxtà tenorem, & seriem eorum, quæ in scriptis habebant, & præ manibus tenebant, quæ omnia, & singula ex condicto digesta, & scripta apparent à Laicis, ad S. Matrem Ecclesiam certè minus piis, & reverentibus, prodiisse; Cujus rei fidem facere cogimur pro debito nostro.*

Nec dicatur, quod omnia hæc procederent, si prædictæ coactiones, & minæ verificarentur practicatæ in actu professionis, secus verò, dum probantur exercitæ antè dictum actum. Hoc enim ad nostrum effectum nullatenus est necessarium, sed sat est, constare de eodem metu antè professionem, quia ille influit in sequentem actum ejusdem professionis, ex punctualiter animadversis supra *discept.* 1. *num.* 35.

Minus replicetur, quod procedant saltem respectu professionis expressæ, nullo autem modo influant in tacitam professionem, quæ induci prætenditur ex taciturnitate reclamandi, & ex longa permanentia Principalis in Religione, cum gestatione habitus, aliis monialibus communis; Talis enim præsumptio tacitæ professionis tollitur per aliam contrariam longè efficaciorem, resultantem ex verbis, aliisque actibus, & conquæstionibus, ab omnibus testibus comprobatis, eidem tacitæ professioni ex diametro oppositis ex adductis *in dicta discept.* 1 *n.* 41.

Tollitur ulteriùs in nostro casu eadem præsumptio tacitæ professionis per replicatam fugam Principalis à nostro monasterio, per ea, quæ in terminis advertit *Ciarlin. controv.* 108. *num.* 52. & firmavit *Rot. in dec.* 626. *num.* 5. *cor. Merlin.*

Ultra quod respectu monialium nostri Instituti hujusmodi taciturnitas non reclamandi nullum operari valet effectum, nullamq; inducere præsumptionem tacitæ professionis, eo quia moniales nullo modo, nulloque prætextu alloqui valent extraneos, quamvis probos, & doctos, ex *animadversis supra num.* 58. Undè Principali nullus alius remanebat aditus reclamandi, nisi per organum matris, quam in determinatis anni temporibus alloqui poterat, & tamen eadem mater fuerat, & erat illa unica terribilis causa coactionis suæ voluntatis, & privationis libertatis, ex hucusque probatis, & signanter ex ipsius matris seria, & jurata confessione, qua nulla major adduci potest probatio, ex punctualissimè firmatis per *Rot. in dec.* 1356. *num.* 12. *cor. Emer. jun.*

Præcipuè quia ante præsentem instantiam in nostro Monasterio incognita prorsus semper fuit facultas reclamandi contra professionem, teste Moniali annorum 72. id cum juramento fatente *In Process. fol.* 17. his verbis, *Se nihil unquam scivisse de facultate reclamandi, concessa Regularibus, quia incognita fuit sibi, & aliis Monialibus huiusmodi facultas*

cultas, de qua ulla mentio unquam habita fuit in eodem Monasterio.

Quibus addimus, quod perventa ad aures Superiorissæ notitia voluntatis Principalis reclamandi adversus suam professionem per aperitionem epistolæ, scriptæ Superiori, eo quia ex Regulis nostri Instituti, neque etiam possunt Moniales scribere epistolas, nisi illas videat prius Superiorissa, hæc nedùm *easdem epistolas retinuit sed minas adjecit Oratricem incarcerandi, si ulteriùs de hujusmodi reclamatione loqui, aut scribere auderet.* 37

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo vivit etiam hodiè mater Principalis, & sic duravit semper causa metus, in quibus terminis in nulla habentur consideratione quicumque actus per quodcumque longissimum tempus exerciti, ad convalidandam professionem in radice nullam, ex punctualiter firmatis per *Rot. in dec. 9. num. 4. cor. Arguell. & dec. 178. num. 6. & seqq. cor. Carill. & dec. 491. num. 16. cor. Royas & dec. 175. num. 5. par. 1. rec. & dec. 705. num. 1. & per tot. par. 2. & dec. 211. num. 25. par. 13. & dec. 373. num. 10. par. 18.* 38

Cum quibus procedere solet hæc Sacra Congregatio, quando, ut in præsenti verificatur, pænitentia deindè ducti iidem metus incutientes, eorum operationes fateantur, & detestentur, ut, omissis antiquioribus, ultimo loco practicavit *in Neapolitana, seu Suessana restitutionis in integrum 2. Janu. 1710. lib. 60. Decr. fol. 19. & in Taurinen. 5. Mart. 1712. lib. 62. Decr. fol. 112. & novissime in Bisuntina 9. Septemb. 1713.* in quibus pro gratia restitutionis in integrum respondit, non attenta supervenientia metum incutientis, atque præteritas operationes detestantis, ut facit mater infelicis Principalis. 39

Circa Religionis Officia, à quorum exercitio solet hæc Sacra Congregatio duriorem se præbere ad concedendas in integrum restitutiones, parum videtur immorandum; Principalis enim, attento ejus inordinato procedendi modo, & replicata scandalosa fuga a monasterio, nedum ullo unquam tempore aliquod, vel minimum, in monasterio exercuit Officium, sed ferè semper privata fuit voce activa, & passiva. 40

Et tamen in illis etiam terminis, in quibus concurrat exercitium similium Officiorum, id in nulla consideratione haberi solet ad nostrum effectum, quando eadem Officia exercita fuerunt, durante causa metus, juxtà individuales Doctorum authoritates, & innumeras hujus Sacræ Congregationis punctuales resolutiones, a me citatas *in Instit. Crimin. lib. 1 tit. 10. §. 4. a n. 192.* 41

Nulla demum vis fieri potest in renovatione votorum, quolibet anno, vi Regulæ solita fieri à monialibus nostri monasterii. Illa enim, uti actus necessarius, & à nostris Constitutionibus determinatè præscriptus, non est apta impedire in integrum restitutionem, ut latè probavi supra *discept. 2. num. 55.* & addo alias resolutiones hujus Sac. Congregationis *in Mantuana 9. Julii 1701. lib. 51. Decret. fol. 375. & seq.* Et in terminis probat *Pignatell. consult. 180. num. 16. tom. 9.* & quotidie id admittere solet hæc Sacra Congregatio, & signanter ita practicavit *in alia Lingonen. 12. Aprilis, & 30. Decembris 1698. lib. 48. Decretor. fol. 213. & fol. 598.* ubi sequuta fuit Votum nostri Illustrissimi Episcopi, asserentis *questa sorte di rinovazione de' Voti è una cerimonia di divozione, e pietà, solita pratticarsi in tutte le Case &c. & essendo necessaria, e di Regola, non puol dirsi approvazione voluntaria, & in Cephaluden. 4. Februarii 1699. lib. 49. Decr. fol. 252. & in Mantuana 9. Julii 1701. lib. 51. Decr. fol. 285. & in Melevitana 8. Augusti 1705. lib. 55. Decr. fol. 311.* 42

Pro quorum omnium faciliori admissione dignentur EE. PP. considerare infelicem, & undique miserabilem Principalis statum, ejus miseriæ miserendo, ex quo ad tenorem jurati testimonij Medicorum *laborat motibus convulsivis, seu epilepticis, & mediæ partis corporis paralysis, cordis palpitatione, dolore colico antè singulos insultus epilepticos, qui singulis diebus, bis, aut ter eam invadunt.* Quæ omnia propriis oculis viderunt Vicarius Generalis Lingonen., & illius Scriba tempore examinis ejusdem Principalis rotundis literis asserentes, eandem Principalem tempore, quo examinabatur, *nobis videntibus, motus convulsivos, seu epilepticos passam fuisse vehementes, adeòut omni sensu, & animo careret, & caruerit per quartam partem horæ unius.* Asserentes ulteriùs, continuasse dictum examen *statim ac reasumpto, & recepto animo, respondere potuit;* Itaut eo magis in talibus extremitatibus, vitęq; evidenti periculo constituta eadem Principalis veritatem dixisse præsumendum sit, per ea, 43 44

quæ notant adducti *in dec. 40. n. 10. cor. Cels. & dec. 244. n. 8. par. 14. & dec. 391. n. 7. par. 17. recent.*

Sacra Congreg. Concilii die 12. Maii 1714. dubio *An sit locus restitutioni in integrum*, respondit: *Redeat ad Claustra, & posteà supplicet.*

In eadem Causa.

PRoposita fuit præsens Causa in Congregatione, habita die 12. Maii 1714. Verùm attento, quod infelix Principalis ex causa infensissimæ infirmitatis, teste, omni exceptione majori, Illustrissimo Episcopo Lingonen. Duce, & Pari Franciæ, moram faciebat extra monasterium, rescriptum fuit *Redeat ad Claustra, & postea supplicet.* 45

Quia verò ejus vires non correspondebant promptæ voluntati parendi mandatis hujus Sacræ Congregationis, eo quia durante adhuc dicta infensissima infirmitate non poterat se conferre ad Oppidum Champlitte, ubi positum est monasterium, in quo coacta fuit professionem emittere, supplex rediit in Congregatione, habita die 4. Augusti ejusdem anni 1714. prò gratia, ut posset ingredi aliud monasterium, existens in Civitate Lingonen., ubi in dicto statu graviter infirmæ moram faciebat, fuerunrque ejus preces benignè exauditæ, cum rescripto *Arbitrio Ordinarii, reassumpto habitu in monasterio claustrali, & si adsit, eiusdem Ordinis.* 46

Promptæ exequutioni demandato eodem rescripto vsq; de mense Octob. ejusdem anni 1714. mediante ingressu in monasterium Sanctissimæ Annunciationis dictæ Civitatis Lingonen. intercedente decreto d. Curiæ Episcopalis, & concurrente Capitulari acceptatione omnium monialium ejusdem monasterii, iterùm, & tertiò humillimas porrexit preces in Congregatione, habita die 26. Januarii præsentis anni 1715. prò affirmativa resolutione dicti antiqui dubii, *An esset locus restitutioni in integrum*, fuitque rescriptum, *ut coadiuvarentur probationes super prætensis reclamationibus, factis post professionem, tàm iudicialiter, quàm extraiudicialiter, & præsertim coram Vicariis Generali, & Foraneo, ut Oratrix asserit, quot nempè vicibus, de quo tempore, & cum quibus; Ulteriùs super continuatione metus, incussi à matre post professionem, ne ipsa Oratrix reclamaret, & denique, an Oratrix prædicta exercuerit munera, & Officia monialium, & quæ?* 47

Cumquè prædicta omnia superlativè resultent ex novissimo Processu, in Secretaria existente, humillimas reiterat hodiè eadem infelix Principalis preces prò dicta gratia restitutionis in integrum, & exaudiri confidit. 48

Ultrà siquidem formalem repetitionem matris ejusdem Principalis, nec non ultra ejus novum Constitutum, octo alii ser. ser. examinati fuerunt testes, duæ nimirùm nobiles mulieres, Anna Francisca de la Rochette, & Maria Francisca Justina de Clermont Damboise, quatuor moniales, nempè Soror Maria à Sanctissimo Sacramento, antecedens Priorissa monasterii Sanctissimæ Annunciationis Lingonen. & Soror Maria ab Incarnatione, actualis Priorissa ejusdem monasterii, nec non Soror Maria Anna Claudia Oudeau Priorissa monasterii Sanctissimæ Annunciationis Loci de Champlitte, & Soror Maria Susanna Gerbaulet, Procuratrix ejusdem monasterii, & demum duo dignissimi Sacerdotes Sæculares, hoc est D. Carolus le Mannier Officialis seu Vic. Gener. Lingonen. & D. Franciscus Bocquin, eximius Theologus, & Parochus ejusdem Loci, ex quorum depositionibus ad evidentiam usque comprobantur tria puncta, circa quæ hæc Sacra Congregatio mandavit, probationes esse coadjuvandas; I. Nempe circa reclamationes Principalis; II. Circa continuationem metus, à matre incussi, & III. circa Religionis Officia, quæ nunquàm exercuit. 49

Quoad Principalis continuas reclamationes, (eo modo, quo ad praxim reduci possunt à monialibus nostri Instituti, quibus sinè Superiorissæ licentia ex Regulis nostræ Religionis nullo modo permissum est sæculares personas alloqui, quamvis pias, & religiosas, etiam circa res, concernentes conscientiæ statum, ut in nostra Religione notorium est, & advertit dicta Soror Maria Susanna Cerbaulet actualis Procuratrix *in Proc. fol. 10.* nec non D. Maria Francisca Justina de Clermont *in Proc. fol. 4.*) hæc habet illius mater *Declaravit etiam Helena mater, se singulis annis alloquutam fuisse filiam suam Gabriellem, à qua audivit, quod absolutè vellet è monasterio egredi, & quod non posset ampliùs in eo manere; Quæ omnia dixit ipsa Helena sub iuramento &c. & sub pari iuramento affirmavit esse vera.* 50

Et concordat nobilis mulier Anna Francisca de la Rochette, asserens se probè recordari, quod Princ. ipsa præsente, & probè audiente [51] *asseveravit M. Mariæ Hyacinthæ. Priorissæ dicti Monasterii &c. quod per annum suæ probationis sæpe sæpius petierit ab ipsa Priorissa vestes sæculares, quæ semper sibi denegatæ fuerunt, & quod reclamaverit coram D. Amat Vicario Generali, & ejusdem monasterii Superiore, & totiès quotiès ipse D. Amat instituebat visitationem monasterii;* Qui D. Amat cum objerit die 27. Decembris 1710. ex formali depositione hujus nobilis mulieris habemus continuas reclamationes, & conquestiones Principalis usque, & per totum supra d. ann. 1710. & sic usque ad principium præsentis instantiæ, ser. ser. promotæ anno 1711. ut patet ex combinatione Informationis, & Voti Illustrissimi Episcopi Lingonen. sub die 24. Sept. ejusdem anni 1711.

Concordat paritèr alia nobilis mulier Maria Franc. Justina de Clermont Damboise cum juramento asserens, quod [52] *Principalis à primo anno professionis reclamaverit apud D. Amat, Superiorem localem d. Monasterii, & apud alios, qui decesserunt.*

Concordat demùm d. D. Franciscus Bocquin, pariter cum juramento asserens, nedùm Principalem sæpè sæpius, & sæpissimè reclamasse post ejus coactam professionem, sed habuisse etiam recursum ad dictum D. Amat, Superiorem monasterii, nec non etiam ad Illustrissimum D. Episcopum Lingonen. sed irrito semper conatu, idq; non sine ejus, & multorum aliorum proborum Virorum admiratione, ibi [53] *Addidit etiam, se epistolam accepisse ab Oratrice, ut eam traderet Illustrissimo D. Episcopo, qua reddita, ipse Episcopus, eam legendo, visus est commotus respondenti, rationibus ab Oratrice in ipsa epistola recensitis, qui D. Episcopus promisit ipsi Respondenti, se jussurum Vicario suo Generali, qui tunc erat D. Amat, ut querimonias Oratricis acciperet &c quod tamen postea non egit dictus D. Amat, quam ob causam prædictus Prior Augustinianorum, & Successores ejus, Viri probi, & meritis clari, conquesti sunt apud Respondentem, quod nullum Jus Oratrici redderetur, & querimoniæ, ac reclamationes ipsius comprimerentur, quæ omnia asseruit iterato juramento esse vera.*

Quo verò ad metus continuationem, ultrà quod ista superlativè desumitur ex superviventia ejusdem matris, quæ illum incussit juxtà unanimem Doctorum traditionem, de [54] qua *Panimol. dec. 29. num 57. Pignatel. consult. 173. num. 30. & seqq. tom. 9. Rota dec. 178. num. 6. & seqq. cor. Caril. & dec. 373. num. 20. par. 18. rec.* Cum quibus procedere solet hæc Sac. Congregatio juxtà casus relatos *in meis Institut. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4 à num. 195.*

Subjungimus, quod non possumus eandem continuationem metus magis convincenti, magisquè efficaci probatione demonstrare, quàm ex jurata, seria, & repetita formali depositione ejusdem matris, asserentis incussisse filiæ metum [55] eique minas, & molestias addidisse, ut e monasterio non egrederetur, ibi *De quibus actibus adhibitis, minis, & molestiis, puerulæ filiæ suæ, à se illatis, pœnitet ipsam Helenam, sicuti jamdudum pœnituit, & de tanta culpa eo confidentiùs sperat à Domino veniam obtinere, quo putavit ignoranter melius, & securius, atque utilius saluti, & tranquillitati puerulæ filiæ suæ à se consultum esse*, ut in punctualibus terminis, quod matris confessio, quæ metum filiæ incussit, illum concludentissimè probet, notant *Barbos. Vot.* [56] *dec. 16. num. 54. lib. 2. Monacell. in Formul. tom. 3. tit. 1. formul. 36. à num. 6. & Rot. cor. Emer. Jun dec. 225. num. 13. & 14.* Cùm quibus processit hæc Sacr. Congregatio *in Bisuntina 9. Julii 1701. Lib. 51. Decret. fol. 375. & in Neapolitana 14. Aprilis 1709. Lib. 59 Decr. fol. 171. & in alia Neapolitana seu Svessana 26. Januarii 1710. Lib. 60. Decret. fol. 73. & in Taurinen. 5. Martii 1712. Lib. 62. Decr fol. 112. & in alia Bisuntina 9. Septembris 1713. Lib. 63. Decr. fol. 211.*

Ultrà quod cùm habeamus innegabile principium metus, [57] repetitis vicibus eidem Principali incussi, illius continuatio, non docto de contrario, omni Jure præsumitur, per ea, quæ observant adducti à *Panimol. dec. 29. num. 56. & seqq. Rot. dec. 2. per tot. apud Tambur. de Jur. Abbatis. & dec. 237. num. 3. cor. Priol. & in Neapolitana Professionis cor Gyptio*, quam refert, & sequitur eadem *Rot. dec. 277. num. 18. & per tot. cor. Ubald.*

Imò speciali animadversione in hac parte dignum videtur, quòd infelix Principalis non potest alio concludentiori modo probare continuationem metus, sibi illati; Tùm quia usque ad annum 1710. benignas eidem aures præbere [58] nunquàm voluit D. Amat Superior nostri monasterii; Tùm etiam, quia nunquam fuit permissum eidem alloqui, nec etiam mulieres sæculares, quæ de illo testari possent, ut ingenuè fassa fuit dicta nobilis mulier Maria Francisca Justina de Clemont Damboise, ibi: *Ipsa D. Respondens sæpè sæpius petierit a Superioribus, ut aliqua officia, aut munera in dicto monasterio de Champlitte demandarent Oratrici, ut ipsam aliquando alloqui posset; quæ ipsi denegata sunt &c.* Tùm demum, quia nec etiam tempore Visitationum monasterii quæ sæpè factę fuerunt ab ipsis Episcopis Lingonen. permissum ei fuit à monialibus eosdem alloqui, ut juratus asserit insignis testis, socius dictis Episcopi in Visitationibus, his verbis: *Addidit etiam ipse Respondens, quod socius fuerit Visitationis prędicti monasterii Annunciatarum de Champlitte quam instituebat Illustrissimus Episcopus Lingonen. anno 1697. qui non audivit querimonias Oratricis de vi, sibi illata, ut habitum Regularem, & professionem amplecteretur, quia inclusa erat Oratrix, quod probè asserit ipse Respondens, ut præsens visitationi dicti monasterii.*

[59] Quo demum ad officia, seu munera monasterii, quòd ista nunquam exercita fuerint à Principali, omnibus palam faciunt dd. Soror Maria Oudenau Priorissa, & Soror Maria Susanna Gerbaulet Procuratrix monasterii Sanctissimæ Annunciationis Loci de Champlitte, Prima enim in *Process. fo.. 9. sub iterato iuramento respondit, nulla unquam munera, nec officia exercuisse in dicto monasterio;* Secunda verò *in dicto Process. fol.* 10 idem confirmat his verbis: *Tandem respondit sub eodem iuramento, nulla munera, aut officia habuisse in dicto monasterio &c.* & concordat dicta nobilis mulier D. de Clermont, ibi *Respondit se certam esse, Sororem Thiery Oratricem prædictam nullumque officium exercuisse in præd. Monasterio.*

[60] Ut autem EE. PP. manibus palpent prædicta omnia, & alia, per nos adducta circa voluntatem Principalis, nunquam inclinatæ ad amplecteudum statum Religiosum, eorum fidelibus oculis subiicimus diligentias, & laudabiles operationes Expriorissæ, & Priorissæ monasterii Sanctissimæ Annunciationis Lingonen., ubi eadem Principalis de præsenti reperitur; Eædem enim piæ mulieres, & dignissimæ moniales *Statim ab ingressu ipsius Sororis Thiery* (sunt illarum præcisa verba) *nihil non egerunt ipsa Priorissa, & Expriorissa respondentes, ut cognoscerent ipsius animi sensum de vocatione ad Religionem, quòd semper responderit, monasterium Annunciatarum invitam ingressam fuisse, & propter minas, molestias, verbera, & exprobationes, à matre sibi illatas, quæ omnia diutiùs, & ampliùs ferre non sustinens, coactam fuisse monasterium ingredi &c. & se nunquam in eo vota emisisse.* Ab hujusmodi autem averso animo erga [61] Religiosum statum magnum coactionis argumentum desumunt *Pignatel. consult. 180. num. 12. tom. 9. Ciarlin contr. 108. num 48. & Rot. cor Peuting. dec. 98. num 1. & cor. Dunoz. Jun. dec. 930. n. 1. & cor Emer. Jun. dec. 870. n 9.*

Omnia hæc supplicamus unitim considerare cùm iis, quæ latè suprà adduximus, ubi inter alias coactiones species, & inhumanitates, ad hominem comprobavimus, Principalem, etiam mediante denegatione necessarii victus, omnibus modis coactam fuisse monasterium ingredi, atque in illo professionem emittere; Id cum juramento asserentibus duabus piis mulieribus, quæ misericordia motæ erga infelicissimam puellam, tunc temporis annorum 15. victum, ei a matre crudeliter denegatum, gratis subministrarunt, ibi: [62] *Vidit etiam, quòd ipsa mater filiæ suæ Oratrici alimenta bona denegaret, & pulmentum, quod ab ipsa teste etiam sæpiùs postulabat Oratrix, quàm dura mater herbis, & leguminibus victitare cogebat*, ibi: *Nisi fieret monialis juxtà voluntatem Helenæ matris suæ, fore ut ab ipsa matre necaretur propter famem &c. & quod ipsa Cognata sortem Oratricis miserata, pulmentum Oratrici præbere consuevisset, illi denegatum à matre.*

Supplicamus pariter solita benignitate ponderare, quòd ultra ea, quæ resultant ex utroque Processu, circa vim, & metum, violentias, molestias, & crudelitates, erga Principalem exercitas, ad illam expoliandam omnibus bonis Paternis, atque vel invitam ad collocandam in monasterio, ha- [63] bemus solemne illud testimonium Illustrissimi Episcopi Lingonen, Ducis, & Paris Franciæ, non sub verborum involucro, sed rotundis illis literis prædicta omnia intra evidentiæ fines collocantis, ex adductis supra *n. 1.* & addimus *Rot.* [64] *in dec 401. n. 9. cor. Emer. Jun. & in dec. 378 n. 13. cor. Cels. & dec. 83. n. 26. cor. R. P. D. Ansaldo, & dec. 200. n. 11. par. 18. rec. & in Leodien. Dismembrationis 25. Jan. 1715. §. Quod verò cor. R. P. D. Lancetta, & in Romana Hæreditatis 1. Februarii 1715. §. Hæc testamentaria cor. R. P. D. Crispo.*

Suppli-

Supplicamus demum eorum misericordes oculos convertere erga verè miserabilem statum infelicissimæ Principalis, de quo suprà *num.* 43. Ipsa enim humana natura dictat, 65 in omni casu, & tempore succurrendum esse infirmis, etiam non petentibus, neque auxilium implorantibus, id observantibus, *Thom. Act. de Infir. par. prima cap.* 28. *num.* 1. & *seqq.* & *Scannarol. de Visitat. Carcerat. lib.* 3. §. 4. *num.* 9. Undè multò magis speramus, & enixis precibus supplicamus, succurrendum esse Principali, quæ, nedum concludenter ex hucusque animadversis probavit suæ petitionis justitiam, sed omnem ab EE. PP. implorat misericordiam, ut liberetur ab illo statu, quem non voluntariè, sed mediante expoliatione omnium Paternorum bonorum, & crudeli denegatione victus, coacta fuit amplecti, & durantibus iisdem impropriis operationibus, in monasterio perseverare, neque etiam data eidem facultate alloquendi Illustrissimum Episcopum Lingonen. visitantem dictum monasterium, ibi *Illustrissimus Episcopus non audivit querimonias Oratricis, quia inclusa erat Oratrix &c.* quæ omnia tali evidentia metum illiusq; continuationem comprobant, ut nihil aliud addi posse videatur ad majorem comprobationem.

Sac. Congreg. Concilii die 26. Januarii 1715. rescripsit *Coadjuventur probationes*.

Die verò 20. Sept. ejusdem ann 1715. antiquo dubio *An sit locus restitutioni in integrum*, respondit *Affirmativè*.

DISCEPTATIO V.

Dubia Celebrationis Missarum.

ARGUMENTI.

Loco subnectuntur duo dubia, de mandato Sacr. Congregationis Concilii pro veritate discussa.

I. Dub. *An onus Missarum, à piis disponentibus injunctum Regularibus, vel Sacerdotibus sæcularibus, absque designatione Ecclesiarum, adimpleri debeat in eorum respectivè Ecclesiis; Vel sit iis in facultate celebrari faciendi missas, vel in aliis Ecclesiis eiusdem Ordinis, vel ubilibet; Et quatenus affirmativè quoad primam partem.*

II. Dub. *An, & sub quibus conditionibus sit indulgendum, stante penuria Sacerdotum, in aliquibus Ecclesiis Urbis, tam Parochialibus, quàm aliis, ut Missæ celebrentur alibi.*

1 Fateor ingenuè arduam, ac perdifficilem mihi fuisse commissam provinciam, de mandato hujus Sacræ Congregationis, meum pro veritate proferendi sensum circa dicta duo dubia, ad hoc, ut super illis certa regula statui valeat; Cæterùm, ut eo meliori, quo possum, modo, muneri, mihi injuncto, satisfaciam.

2 Præmitto cum *Sac. Rot. in dec.* 1149. *num.* 1. *cor. Seraph.* difficile esse in circumstantiis dd. generalium dubiorum aliquid certè affirmari posse, dum in facto nihil particulariter deducitur, ex quo desumi cum fundamento possint conjecturæ voluntatis piorum Benefactorum: Circa universalia enim sermones sunt faciliores, circa particularia autem veriores dicebat *Aristotel. lib.* 2. *Etic. c.* 7. *in princip.* sequutus *ab R. P. D. Fatinell. respons.* 56. *n.* 5.

3 Præmitto secundò, eadem dubia juxta proprium, & litteralem sensum intelligi posse, tàm de oneribus missarum manualium dumtaxat, quàm respectu onerum missarum perpetuarum, quæ acceptari nullatenus possunt, nisi prævia speciali, & expressa licentia Episcopi, vel Superioris Regularis, procedentium cum illis cautelis, quæ demandatæ fuerunt *in Decret. Gener. hujus Sac. Congr. ann.* 1625. §. 10. pro quarum missarum perpetuarum celebratione in determinata Ecclesia, ex parte piorum relictorum, seu legati missarum, urgere videntur speciales rationes, & congruentiæ de quibus latè, & egregiè *Amostaz. de Caus. Piis lib.* 2. *cap.* 5. *de Miss. sub num.* 14. & 19. Ex parte verò illorum, qui dictas Missas celebrare debent urgere videtur *Const.* 43. *sa. me Urbani VIII.* §. 9. & *duobus seqq.* in qua, ut his verbis notat *Card. de Laur. in Epit. Can. verb. Missarum onera, fol. mihi* 320. *Missarum perpetuarum onera acceptari non permittant Episcopi, Generales, ac Provinciales, nisi in Ecclesiis tot sint Sacerdotes, quot sufficiunt ad satisfaciendum pro novis, & antiquis oneribus.* Si enim in his terminis iidem Superiores prospicere debent, ut in Ecclesiis, in quibus perpetuarum missarum onera relinquuntur, tot adesse debeant Sacerdotes, quot commodè sufficiant ad satisfaciendum, tam antiquis, quàm novis oneribus, plusquam manifestè infertur, quod eadem perpetua onera adimpleri non possint extra illas Ecclesias, in quibus relicta fuerun, ut consideranti patet, ac notat *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. qu.* 996. *num.* 5.

4 Præmitto tertiò, verba illa dd. dubiorum, *absque designatione Ecclesiarum*, non solùm accipienda esse pro designatione expressa, & literali, sed etiam pro tacita, & conjecturali: *Non solum enim habetur pro expresso, quod verbis specialibus designatur, sed etiam quod colligitur ex mente, & cuniecturis*, ut omissis generalibus, his verbis notat *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 908. *num.* 2. & meliùs *quæst.* 238. per totam; Itaut deficiat, tam expressa, quam conjecturalis Ecclesiarum designatio, quia si ista concurrat, tunc nullum adest arbitrium missas alibi celebrandi, sed omninò celebrari debent in Ecclesiis, a piis Benefactoribus, quomodocumque designatis, ut post antiquiores, quos citant, & sequuntur, notant *Azor. Instit. Moral. par.* 1 *lib.* 10. *cap.* 24. *quæst.* 8. *Navar. in Manual. cap.* 25. *num.* 134. *Pheb. decis. Lusitan.* 100. *num.* 3. & 4. *Zerol. in Prax. Episc. par.* 1. *verb. Missa, vers. Ad tertium in fine*, *Homobon. de Bon. in Exam. Eccles. tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 13. *quæst.* 123. *Graff. Aurear. dec. par.* 1. *lib.* 2. *cap.* 53. *num.* 9. *Ricc. in Prax. par.* 4. *resolut.* 95. *per tot. Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 1139. *per tot. Novar. in Summ. Bullar. comment.* 79. *num.* 9. *Pac. Jordan. tom.* 1. *var. resolut. lib.* 4. *de Sacrific. Missæ num.* 526. *Pignatell. consult.* 276. *num.* 1. & *per tot. tom.* 1. *iuxta Roman. impress. Clericat. de Sacrif. Miss. dec.* 36. *num.* 22 & *Rot. cor. Coccin. dec.* 1522. *n.* 2.

5 Idque adeò verum est, ut procedat etiam si hæredes fundatoris consensum præstarent, ut missæ ab eo relictæ, in particulari Altare, vel Ecclesia celebrandæ, alibi possent celebrari; Voluntas enim hæredum subordinata esse debet voluntati testatorum, non autem eis permissum est illorum judicia intervertere, & non servare, ut, præter nimis notas generales regulas, in nostris præcisis terminis observant *Homobon. de Bon. in Exam. Eccles. tract.* 9. *cap.* 10. *vers. Sextæ fol.* 239. *Fraxinell. de Obligat. Sacerd. sect.* 4. *concl.* 4. §. 10. ibi *Non est enim adimplenda voluntas hæredis sed testatoris*, *Ugolin. de Potest. Episc cap.* 14. *num.* 4. *Marchin. de Sacram. Ord. tract.* 3. *par.* 2. *cap.* 24. *num.* 2. *Avers. de Sacrif. Miss. quæst.* 11. *sect.* 18. *vers. Octavo fol.* 308. *Franc. de Lug. de Sacram. lib.* 5. *de Miss. cap.* 11. *quæst.* 5. *num.* 47. & *seq. Capon. discep.* 196. *nu.* 14. *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 1140. *per tot.* & *Pignatell. consult.* 125. *pariter per tot. tom.* 1. *iuxta Roman. impress.* ubi, quod hæc Sacra Congregatio in una *Bononien.* 23. *Februarii* 1647 quæ est in *Lib.* 18. *Decretor. fol.* 300. condemnavit heredem ad reiterandam celebrationem in Ecclesia, designata a testatore; Multoque minus ad id se extendit facultas, & arbitrium illorum, quibus missarum cura demandata est, ut notat in specie *Nicol. in Flosc. vers. Missa n.* 38. *in fine*.

6 Quamvis autem inter conjecturas, quas in hac parte considerant Doctores, annumeretur illa Ecclesiæ, in qua pius Benefactor sepultus est, ex quo honestius sit missas in illa Ecclesia celebrare in qua defuncti corpus requiescit, juxtà *cons.* 99. *Abbat.* sequutum *à Ricc. in Prax. par.* 4. *resol.* 97. *num.* 2, *Pasqualig. quæst. mor.* 238. *in fin. Pheb. dec. Lusit.* 100. *num.* 11. *Portell. de Dub. Regul. verb. Missa num.* 13. *Pellizar. in Manual. Regul. tract* 5 *cap.* 9. *sect.* 4. *num.* 123. & *Rot. cor. Cavaler. dec.* 494. *num.* 4. & 5. ubi quod præsumitur, testatorem habere majorem affectionem erga illam Ecclesiam, in qua sepultus est.

7 Nihilominus illa videtur potiùs congruitas, quam solida ratio figendi pedes in tali consideratione pro determinanda Ecclesia, vel Altari, in quo necessariò celebrari debeant missæ; Nec desunt alii Authores, talem conjecturam nullatenus admittentes, quos, nominatim reprobato *Riccio*, ubi supra, sequitur *Tambur. in Meth. celebr. Miss. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 24. *vers Multò minus placet Aloysius R[illegible]s*: Idque resolvere nimis difficile visum fuit *Fagundez. ad Præcept. Eccles. lib.* 3. *c.* 9. *sub n.* 2.

8 Itaut in Hispaniarum Regnis determinatum sit, ut quando Testator extrà suam Parochiam sepultus est, dimidia pars missarum celebretur in Ecclesia, ubi est sepultura, alia verò medietas celebretur in ejus Parochia, quod uti factum magno cum judicio, & congruentia refert, approbat. *Ricc. d. res.* 97. *num* 4. *p.* 4. Et uti demandatum à Constitutione Synodali Ulissiponensi, refert pariter, & sequitur *Pheb. dec. Lusit.* 100. *nu.* 1. Et respondendo *d. dec.* 494. *cor. Cava-*

ter. atque observando, illam procedere respectu anniversariorum, quæ quantum fieri potest, celebrari debent in illa Ecclesia, in qua sepultus est pius Benefactor, non autem circa missas manuales, advertit *Capon. discept.* 196. *num.* 20. *& Rot. cor Coccin. dec.* 1118. *n.* 11. ubi, *quod non loca, sed merita sanctificant.*

9 Præmitto quartò, quod præsens quæstio versatur in terminis, in quibus Rectores, vel Administratores Ecclesiarum ex propria voluntate, & absque ullo facto Superiorum, indefinitè prætendunt, missas manuales celebrare facere in Ecclesiis, sibi benevisis, non autem quando concurrit justa causa, ab Ecclesiastico Superiore recognita, & approbata, puta, quia Ecclesia designata proximam minatur ruinam, vel de facto diruta sit, quo attento, Episcopus provisionaliter demandet, ut missæ alibi celebrentur, quod omni jure permissum est, ut videre est apud *Pac. Jordan. tom.* 1. *var. resol. lib.* 4. *tit.* 1. *de Sacrif. Miss. num.* 543. ubi, quod ita pluries dispensavit, *Bonacin. Oper. moral. tom.* 1. *tit. de Sacram. Euchar. disp.* 4. *quæst. ultim. punct.* 7. § 4. *num.* 2. *Ricc. in Prax par.* 4. *resolut.* 104. *per tot. & Novar. in Summ. Bullar. comment.* 79. *num.* 3. *& Rot. cor. Coccin. dec.* 1522. *num.* 5.

10 Dixi *Episcopus, & ex justa causa*, quia Generalibus Religionum id permissum indefinitè nullatenus est; Non enim ex eorum ordinaria authoritate possunt celebrari facere in Conventu, vel monasterio unius Civitatis missas, alteri Conventui, vel monasterio ejusdem, vel alterius Civitatis relictas, ut latè probat *Pignatell. consult.* 276. *per tot. tom.* 1. *juxta Roman. impress.* asserens, ita *decisum ab hac Sacra Congr. die* 17. *Augusti* 1647. *in una Regularium, quæ est in Lib.* 18. *Decr fol.* 393.

11 Ad quam difficultatem evitandam, atque ad se eximendum à probatione dictæ justæ causæ, illiusque duratione, Religiosi monasterii S. Gregorii de Urbe à san. mem. Urbano VIII. die 9. Decembris 1626. particulare obtinuerunt Indultum, & specialem gratiam, ut celebrari facere possent in Urbe, & in aliis Ecclesiis, tàm per Sacerdotes Sæculares, quàm Regulares, illas missas, quæ in eadem Ecclesia S. Gregorii celebrari non poterant, neque possunt, ut videre est apud *Pignatell. consult.* 74. *num.* 10. *tom.* 7. ubi, per extensum impressit idem indultum, seu gratiam; Eandemque gratiam, seu indultum die 26. Aprilis 1696. obtinuerunt pariter à san. mem. Innocentio XII. Canonici S. Mariæ ad Martyres, seu Rotundæ, registratum in Secretaria Tribunalis Emminentissimi Urbis Vicarii *in Libr. Decret. ab anno* 1694. *ad annum* 1696 *fol.* 345.

12 Præmitto demum, quod regulariter duæ solent esse causæ, seu motiva relinquendi pia legata pro missarum celebratione, suffragium nimirum animarum, & devotio erga Sanctum, seu affectum erga Ecclesiam, itaut in circumstantiis nostrorum dubiorum, cessante hac secunda causa, seu motivo, juxta præcisos terminos primi dubii, unicum remaneat motivum, seu causa suffragii animæ illius pii disponentis, qui missarum celebrationem demandavit, ut notant *Amostaz. de Caus. piis lib.* 2. *cap.* 5. *de Missa sub nu.* 14. *&* 19. *Tambur. in Method. celebr. Miss. lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 21. *Pignatell. consult.* 80. *num.* 3. *tom.* 9. *Avers. de Sacrif. Miss. quæst.* 11. *sect.* 18. *vers. Si tandem fol.* 310. ibi *Et ita quidem præsumendum erit de mente Testatoris quandocumque res sit dubia, & non positivè oppositum constet, Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 108. *num.* 9. ibi *Si fundator obliget ad celebrandum, absque ulla mentione loci, vel temporis, certum esse, quod intendat applicationem Sacrificii, quia ex hoc manifestum fit, quod eius intentio fertur in obligationem Sacrificii, atque adeo intendit sibi obligare ministerium Sacerdotis in ordine ad obtinendam oblationem Sacrificii, Fraxinell. de Obligat. Sacerd sect.* 4. *conclus.* 4. §. 11. ibi *Nam credibile est omninò, fundatorem potiùs voluisse missarum fructum sibi, & suis defunctis applicari, quàm loci particularis venerationem, & Rot. dec.* 335. *à num.* 27. *par.* 19. *recent.*

13 Ad differentiam alterius casus, quando legatum non fit pro simplici celebratione missarum, sed determinatè pro tali Ecclesia, quia tunc censetur relictum, tàm contemplatione Ecclesiæ, quàm favore animæ testatoris, benè *Peuting. dec.* 201. *n.* 1.

14 Dixi *in circumstantiis nostrorum dubiorum*, hoc est, quando missarum manualium onus, absque Ecclesiarum designatione injunctum est, quia in istis terminis prætendi non potest, quod pius Benefactor motus fuerit, vel à devotione erga unam potiùs, quàm aliam Ecclesiam, vel à commoditate volentium audire missas, puta respectu illarum, quæ celebrantur in Ecclesiis monialium, in Ecclesiis ruralibus, in Oratoriis Confraternitatum, & similibus considerationibus, latè expensis *ab Alphon. de Leon. par.* 3. *de Jubil. quæst.* 20. *num.* 27. *Amostaz. de Caus. piis lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 52. *Dicastill. de Sacram. tract.* 5. *disp.* 4. *dub.* 21. *nu.* 385. *Card. de Lugo eod. tract. tit. de Euchar. disp.* 21. *sect.* 2. *num* 36. *Pellizar. in Manual. Regular. tract.* 5. *cap* 9. *sect.* 4. *num.* 98. *&* 111. *& Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 908. *num.* 12. *& quæst.* 1142. *num.* 1. *& seqq. & quæst.* 1146. *num.* 6. Et ratio evidens ea est, quia si supponimus, non fuisse designatam Ecclesiam, quæ est subjectum, multò minùs dici potest, quod habita fuerint in consideratione accidentia, qualia sunt cultus particularis, propria devotio, Populi commoditas, ut de se notum est, & faciunt animadversa per *Amostaz. de Caus piis l.* 2. *c.* 5. *de Missis n.* 14. *in medio, & n* 19. *in princ.*

15 Et ex his resultare videtur negativa resolutio primæ partis primi dubii: Quia suffragium animæ pii Benefactoris omninò, & eodem prorsus modo habetur ex missa, celebrata in uno Altari, quod non sit privilegiatum, ac habeatur, si illa celebretur in alio; Missarum siquidem valor, quoad opus operatum, intentum à piis Benefactoribus, æqualis est, juxta omnium Theologorum sententiam, neque crescit, vel minuitur ex eo, quod, præciso particulari privilegio, celebretur in uno, vel in alio Altari, seu ab uno, vel aliò Sacerdote, juxta Textum *in Can. Utrum de Consecr. distinct.* 2. & animadversa *per Ricc. in Prax. par.* 1. *resolut.* 109 *num.* 2. *& Rot. in dec.* 825. *num.* 16. *cor. Merlin. & dec.* 394. *num.* 14. *par.* 9. *& dec.* 335. *num.* 28 *& seq. par.* 19. *recent.*

16 Indeque uno ore afferunt Doctores, quòd in illis terminis, in quibus obligatio celebrandi, non præcisè, & personaliter, sed generaliter; & indefinitè demandata est Beneficiato, seu Cappellano, semper illa capienda sit interpretatio, ut missa celebrari valeat à quocunque Sacerdote, & ab eis substituto, ex quo non dicitur demandari factum aliquod variabile, & non determinatum, minusque dicitur injungi aliqnid ingenii, naturæ, doctrinæ, & institutionis, & demum ad dictum effectum electa nullatenus dicitur industria personæ, ut solidè discurrunt [illegible] *dec. Marchiæ* 155. *a num.* 13. ubi latè *Scopp. in Addit a num.* 1. *usque ad num.* 15. *Beja in Casib. Conscient. par.* 1. *cas.* 23. *vers. Respondetur*, ibi *Nec desideratur industria personæ, sed quotidiana missa, Barbos. de Potest. Episc par.* 1. *alleg.* 42. *nu.* 29. *in fine, Pignatell. consult.* 2. *num.* 15. *tom.* 7. *Rot. dec.* 13. *à n.* 11. *cor. Bich. & dec.* 175. *num.* 3 *cor. Priol. & dec.* 825. *num* 4. *& seqq & num* 15. *&* 16. *cor. Merlin & dec.* 335. *num.* 4. *& seqq. & per tot par.* 19 *rec. & in Ortonen. Beneficii* 23 *Martii* 1708. §. *Quæ quidem cor. Illustrissimo Scott.*

17 Quæ omnia in casu fortiori admisit Sac. Congregatio Episcoporum *in Nepesina* 16. *Novembris* 1708. *&* 5. *Septembris* 1710. *ad primum dubium*, & post hæc scripta *in Romana Cappellaniæ*, 12. *Maii* 1714. *ad tertium dubium.*

18 Dixi *in casu fortiori*, quia in dicta Nepesina obligavit Beneficiatum ad personaliter inserviendum omnibus Divinis Officiis, & functionibus, peragendis In Oppido Mazzani, ubi situm erat beneficium; In tertio verò dubio *ejusdem Nepesinæ*, in eo fuit sensu, ut idem Beneficiatus continuò residere tenetur in eodem Loco Mazzani, & tamen in primo eum liberavit ab onere celebrandi per seipsum, non alio motivo, nisi quia tale onus celebrandi per seipsum præcisè, & literaliter eidem Cappellano, seu Beneficiato injunctum non fuerat; Sicuti neque etiam eidem imposita fuerat obligatio assistendi Parocho, vel Sacramenta ministrandi; Sed simpliciter *di assistere in Mazzano, & a tutti li Divini Officj, e funzioni, che si faranno in qualsivoglia tempo nella Chiesa Parocchiale.* Quæ continua residentia nimis dura visa fuit *Ventrigl. in Prax. annot.* 19. §. 2 *num.* 2. *& seqq* ibi *Nimis dura videtur residentia totius anni, fragilitas enim humana exigit sibi indulgeri aliquod tempus ad recreationem corporis, & animi.*

20 Ex quibus, & aliis rationibus, à præfatis, & infrascriptis Authoribus adductis, & frustra hìc transcribendis, ita in præcis terminis nostri dubii fieri posse notant *Ricc. in Prax. par.* 4. *resol.* 69 *per tot. & signanter num.* 1. ibi *Si testator mandet celebrari missas in tali Altari, seu Cappella, ad quam constat habere devotionem; non erit licita loci mutatio &c. Licèt aliàs, cessante huiusmodi coniectura, posset, tam in uno loco, quàm in alio missa celebrari, cum utroque modo satisfiat animæ testatoris, Gratian. discept.* 63. *a num.* 4. *& discept.* 133. *num.* 8. *&* 9. ibi *Secunda ratio est, quia non est verisimile,*

quod

quòd testator se voluerit arctare ad missam unius potiùs, quàm alterius, cùm missa sit sacrificium, quod potest per alium Deo offerri &c. Prout dicimus de loco, seu Ecclesia, cùm valeat argumentum de loco ad personas, quia idem est si pro illius anima in una, vel altera Ecclesia celebratur, *Marchin. de Sac. Ordin tract. 3. par. 2. cap. 24. num. 2.* ibi: *Temperanda tamen primò est hæc doctrina, ut habeat locum tantummodo in eo casu, in quo constet, testatorem ex peculiari devotione tale Altare elegisse, vel quia in testamento illud expresserit, vel quia illud vivens frequenter colere soleret, vel quia elegerat Altare privilegiatum; At cessantibus iis causis, liceret Sacerdoti alibi celebrare, cum in quolibet loco sacrificium sit æqualis valoris*, *Amostaz. de Causis piis. lib. 2. cap. 5. de Missis sub num. 14.* ibi *Nam aut constat, similibus missis tantum testatorem intendisse suffragium animæ, vel applicationem, & in hoc casu mortale peccatum non est alibi celebrare, quia quoad animæ suffragium nihil interest, an hic, aut alibi celebretur, Tamburinus &c. qui dicit, nec adhuc veniale quidem esse, quod in dubio admittendum videtur, quoties legatum missarum manualium pro unica vice relinquitur; Nam, ut plurimum, hæ missæ tantum ad suffragium animæ reliquuntur*, *Gavant. ad Rubr. missal par. 3. tit. 12. num. 5.* ibi. *Ratione loci tenetur Sacerdos sacrum facere in certo Altari, non impeditus legitimè, si testator, aut alius locum celebrandæ missæ præscripserit*, *Pac. Jordan to. 1. var. resolut. lib. 4. tit. 1. de Sacrificio missæ num. 540.* ibi: *Quod si expressum minimè fuisset certum, ac determinatum Altare privilegiatum, licebit absque dubio super quocumque illorum id præstare &c. sine dubio petens missam talem, intendit satisfactionem, & liberationem animæ à Purgatorio, non autem Sacerdotis devotionem, vel Altaris, aut Ecclesiæ honorem*, *Tambur. in Method. celebr. miss lib. 3. c. 2. §. 1. num. 1.* ibi: *Regula secunda, quando verò principalis finis fuit velle missæ applicationem, non est peccatum mortale alibi celebrare, imò ne veniale quidem, quando constat, non curari, nisi de applicatione*, *Pignatell. consult. 80. num. 4. tom. 9.* ibi *Nam quoad primam causam, nempè suffragium, certum est, quod omninò adimpletur, cùm illud non magis ex missa, celebrata in uno Altari, quod non sit privilegiatum, ut in hoc casu, quàm in alio, proveniat &c.* *Passerin. de Stat. Homin. to 2. qu. 187. nu. 1185.* ibi. *In imponendo onere missarum fundator principaliter respicit remedium animæ suæ, quod non magis ex una, quam ex alia Ecclesia provenit*, *Antonell. de Loc. Legal. lib. 1. cap 3. n. 87.* ibi *Missæ in alia Ecclesia celebrari possunt, quandò ex conjecturis constat, testatorem non habuisse devotionem in Ecclesia designata*, *Card. de Luc. ad Conc. discur. 17. num. 4.* ubi sequitur *Rot. in Tudert. celebr. missar. 23. Maii 1653. cor. Meltio*, quæ non reperitur impressa, *& Rot. cor. Seraphin. dec. 1149 sub num. 11.* ibi *Quod comprobatur ex eo, quòd in onere principaliter habitus fuit respectus ad remedium animæ suæ, quod remedium non magis ex una, quam ex alia Ecclesia provenit &c. & missa eundem effectum, ubilibet celebretur, operatur.*

21 Et applicari videtur punctualis resolutio Sac. Congr. Episc. & Regul. quam in nostris terminis refert, & sequitur *Gavant. in Man. ver. Missa num. 14* ibi *Pro missis, ex legato relictis, non assignato loco, debet Capellanus eligere locum, ut innotescat, an satisfecerit*; Observando, quod dicta Sacra Congregatio non obligavit eundem Capellanum ad celebrandum potiùs in una, quam in alia Ecclesia, ex conjecturis designanda, sed unicè voluit providere exequutioni voluntatis pii Benefactoris.

22 Quibus aliam non spernendam congruentiam addit *Pignatel. d. consult. 80. num. 5. tom. 9.* Quòd scilicet, si pii disponentes circa nostrum dubium fuissent interrogati, ità verisimiliter respondissent, & concordant *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst. 1139. num 6. in fine, & num. seq. & Phæb. decis. Lusitan. 47. num. 6.* Illa autem interpretatio semper sumenda est, secundùm quam verisimile est, quòd iidem pii Benefactores respondissent, si cogitassent, vel si interrogati fuissent, juxta allegatas à *Pignatel. ubi supra*, & præter ibidem adductos, egregiè *Gratian. discept. 133. n. 8. & Scopp. ad eundem Gratian. dec. Marchiæ 155. num. 13.* Et in terminis alimentorum habemus *Text. in leg. Cùm servus ff. de Condit. & Demonstr.* quem sequitur *Rot. in decis. 1137. num. 5. coràm Emerix Jun.*

23 Ego autem duas alias addo rationes, quæ dictam negativam resolutionem primæ partis primi dubii comprobare videntur; Primam, deductam à paritate obligationis, injunctæ Cappellano, ut quotidiè, vel determinatis diebus, missas celebret pro suffragio animæ pii Benefactoris: Nisi enim in fundatione Capellaniæ expressè dicatur, quod dictas missas celebret per se ipsum, vel cum aliis personalissimis dictionibus, certum est, quod illas potest per alium celebrare, ut præter supra allegatos *num. 19 & 20.* habemus dictas *magistrales decis. 825. cor. Merlin. & 335. par. 19. rec.* uno ore sequutas à Doctoribus, & quotidiè amplexas à magnis Tribunalibus, cum quibus novissimè processit *Sac. Congr. Episcop. Ponente Eminentissimo S. Clementis in d. Nepesina Cappellaniæ 16. Novembris 1708. & 5. Septembris 1710 ad primum dubium*, nec non Sacra Congreg. Concilii *in d. Romana Capellaniæ 12. Maii 1714.* confirmata *20. Septembris 1715. ad primum dubium*; Quod autem valeat argumentum de persona ad locum, generaliter probat *Barbos. loc. 83. num 2* Et in nostris individualibus terminis punctualiter non minùs quam egregiè advertit *Gratian. discept. 73. num. 10. & dicta discept. 133 n. 8.*

24 Et propterea eodem modo discurrendo in nostris terminis, eo ipso, quod onus missarum manualium non est demandatum in certa Ecclesia, vel Altari, sicuti quando injunctum individualiter, & personaliter non fuit certis personis, semper adimpleri potest in qualibet Ecclesia. Non enim assignari potest valida, atque fundata diversitatis ratio, quare Cappellanus quotidiè, vel certis diebus, ut supponimus à Testatore obligatus ad celebrandum, suam præcisam obligationem per alium possit adimplere, & id permitti non debeat respectu Sæcularis, vel Regularis Ecclesiæ, seu loci, præcisa, ut supponimus designatione ejusdem Ecclesiæ, & non concurrente particulari privilegio respectu Altaris.

25 Addita animadversione, quod dum in onere celebrationis missarum non fuit habita ratio certæ Ecclesiæ, vel determinati Altaris, illud dicitur fuisse injunctum contemplatione personæ, non autem loci, ut in nostris terminis benè observat *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. qu. 1143. nu. 5.* & concordant *Passer. de Stat. homin. tom 2. quæst. 187. nu. 1188. & Capon. discept. 196. num. 6.* & proindè erit in facultate dictæ personæ illud adimplere, vel adimpleri facere, in quacumque Ecclesia, sibi benevisa, *ex authoritatibus supra adductis.*

26 Secunda ratio in eo consistit, quòd per celebrationem missæ in quacumque Ecclesia pio Benefactori solvitur totum id, quod ei debetur *Solvens enim in alio loco* (sunt verba *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst. 1148 num 9.*) *solvit totum id, quod debet, nisi ex eo, quo non solvat in loco præscripto, obveniat aliquod damnum creditori quod tunc esset resarciendum.* Quod in nostris terminis nullo modo, nulloque colore verificatur. Manifestum siquidem est, quod nullum damnum, nullumque præiudicium provenit pio Benefactori ex eo, quòd missæ in una potiùs, quam in alia Ecclesia vel in uno, seu alio Altari celebrentur, præciso particulari privilegio, quod ad nostrum effectum benè explicat *Amostaz. de Caus. piis lib. 2. c. 5. n. 36.*

27 Neque turbat reflexio, quod ut plurimùm missarum celebratio demandetur in Ecclesiis Regularium; Objecto enim punctualiter occurrit *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst. 1143. num. 3. & 4* solidè advertens id regulariter fieri, ex quo eædem Ecclesiæ dicuntur magis aptæ ad exequenda onera sibi injuncta, nunquam autem expressæ dicuntur taxativè, minùsque a tali qualitate Ecclesiarum Regularium, onus celebrationis missarum dicitur potiùs restrictivè impositum ad unam, quam ad aliam Ecclesiam; Subdendo ulteriùs, quod in omnem casum eadem Ecclesia non diceretur electa ratione sui, sed ratione pertinentiæ ad Regulares, itaut favore personarum fuerit adiectus locus, seu Ecclesia, juxtà id, quod legitur *2. Maccabeor. cap. 5. versic. 16. Non propter locum gentem, sed propter gentem locum elegit*, quod refert *in quæst. 1145. num. 3 Panimol dec. 98 adnot 2. num. 14.* benè *Capon. discept. 96. num. 7.* & meliùs *Rot. cor. Seraph. dec. 1149. num. 16* ibi *Locus &c. non censetur appositus gratia taxationis, sed fuit expressus gratia facilioris executionis, & quando locus non exprimitur cum mysterio, etiamsi ponatur in eadem ratione, non restringit dispositionem*

28 Imò ex hac reflexione Ecclesiæ Regularium alia insurgit conjectura, exclusiva taxationis, & determinationis certæ Ecclesiæ quod pius Benefactor, ultrà sacrificii fructum, voluerit etiam consulere indigentiæ eorundem Regularium, ut plurimum mendicantium, exercendo eodem tempore actum pietatis erga eosdem Regulares, ut in specie observant adducti per *Passerin. de Stat. homin. tom. 2. quæst. 187. numer. 1189. in fine, & Capon. discept. 195. num. 11.*

29 Minùs adversantur decreta generalia hujus Sacræ Congregationis, emanata die 1. Jun. 1625. cum speciali & præcisa approbatione sa. me. Urbani VIII. in quibus præcipitur,

pitur, ibi: *Eleemosynas verò manuales, & quotidianas pro missis celebrandis ità demùm iidem accipere possint, si oneribus, anteà impositis, ita satisfecerint, ut nova quoque onera suscipere valeant, alioquin omninò abstineant ab hujusmodi eleemosynis, etiam sponte oblatis, in futurum recipiendis*, ut videre est *post Constit.* 45. *ejusdem s. m. Urb. VIII.* & refert *Fagnan. in Cap. Fraternitatem n.66. de Sepult.* ubi, quòd eadem sanctiss. decreta emanarunt eo tempore, quo ipse erat Secretarius hujus Sacræ Congr., Quæ decreta confirmata fuerunt *à sa. mem. Innoc. XII. die* 23. *Decembris* 1697. ut videre est apud *Matthæucc. in Offic. Cur. Ecclesiast. c.*10 §.27. ibi. *Cùmque hujusmodi absurda ex eo plerumque proveniant, quod onera missarum supra vires suscipiantur, caveant omnes, & singuli Rectores, Superiores &c. ne onera, seù missas, tùm perpetuas, tùm temporales, tùm etiam manuales, quarum satisfactioni impares fuerint, quoquo modo suscipiant*: Et novissimè confirmata pariter fuerunt à *SS. D. N. die prima Decembris* 1704.

30 Omisso enim, quòd eadem decreta declarata ab hac Sac. Congregatione, approbante eodem sa. me. Urbano VIII. fuerunt, ut non procedant in rigore literæ, & absolutè, ibi: *Ad* 11. *respondit, non prohibere absolutè, ac propterea, et si oneribus jam susceptis non satisfecerint, posse tamen nova etiam onera suscipere missarum celebrandarum, dummodò infra modicum tempus possint omnibus satisfacere*, quod repetitum fuit in dicta confirmatione *sa. me. Innoc. XII.* ibi: *Quorum implemento si moraliter, & intrà præscriptum, seù breve tempus, satisfacere non posse &c.*

31 Circa quod modicum tempus determinandum Doctores nullatenùs sunt concordes; Aliqui enim, rem confusè, & generaliter pertractantes, ut facit *Peyrin. de Privil. Regular. tom.* 3. *ad Constit.* 9. *Urbani VIII. fol.* 381. illud liberalitate maxima extendunt ad tres annos. Alii illud restringunt ad duos menses, in specie reprobantes *eundem Peyrinum*, ut sunt *Diana coordinat. tom.* 2. *tit.* 1. *de Celebrat. miss. resolut.* 48. *num.* 5. *Gaiz. in Summ. quæst. moral. tract.* 3. *difficul.* 10. *sub num.* 8. *Pellizar. in Manual. Regular. tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 9. *sect.* 3. *num.* 27 *Lezan. tom.* 4 *Oper. moral. verb. Missa num.* 39. *P. Maur. in Oper. Theolog. tom.* 3. *lib.* 12. *quæst.* 218. *sub num.* 15. Alii octo dies, ut est *Thesaur. in Prax part.* 2. *verb. Missarum onera in fine*; Alii demùm, & quidem meliùs, atque solidiùs, distinguentes motiva generalia demandandi missarum celebrationem, à particulari urgentia, ac individuali necessitate, putà ob infirmi salutem, amici excarcerationem, liberationem ab aliquo alio eminenti periculo, *ex gr.* proximi partus mulieris, vel similibus particularibus indigentiis, asserunt, spectandam in hac parte esse rationabilem voluntatem offerentis eleemosynam ut sunt *Dicastill. de Sacram. tom.* 1. *tract.* 5. *disput.* 4. *num.* 399. *Tamburin. in Method. celebr. Miss. lib.* 3. *cap.* 1. *§.* 9. *num.* 4. & 7. *Gobat. in Theolog. experim tract.* 3 *de Sacrif. miss. tit. Quo stipendio sacrificandum, seu cas.* 17. *sub num.* 597. *Pellizzar. in Manual. Regular. tract.* 5. *cap.* 9 *sect.* 3. *num.* 27 ibi *Nisi missa petatur pro aliqua instanti necessitate, judicio prudentis non patiente moram, & Avers. de Sacrif. miss. quæst.* 11. *sect.* 18. *vers. Quinto fol. mihi* 308. ibi *Sed advertendum est, pro urgentia, rerum posse contingere, ut si quis hoc mane petat missam pro lite, ea die decidenda, pro infirmo ægrotante, vel periclitante, & similibus, itaut præter gravem culpam dilationis, tenetur Sacerdos restituere stipendium, transacta jam indigentia.*

32 Strictè, & breviter objecto respondentes, dicimus, eadem decreta nullatenus obstare, quia illa pro certo supponunt, onus fuisse injunctum certis, & determinatis Ecclesiis, seù Altaribus, & proindè præsupponunt moralem impossibilitatem, seù impotentiam adimplendi nova onera, ex eo resultantem, quòd Ecclesiarum Ministri, & Rectores velint in eorum Ecclesiis, in quibus antiqua onera juxtà illorum præcisam, & innegabilem obligationem satisfacta adhuc non sunt, nova respectivè adimplere, idque post longum tempus, ut clarum est ex contextu, & integra lectura dictorum generalium decretorum, & signanter ex illis anni 1625 §. 1. ibi *Cùm sæpè contingat in quibusdam Ecclesiis* (notentur verba hæc, *in quibusdam Ecclesiis*) *tàm magnum missarum celebrandarum numerum, ex variis defunctorum relictis, aut piorum eleemosynis, impositum esse, ut illis pro singulis diebus præscriptis nequeat satisfieri*. Quæ impotentia in terminis nostri dubii nullatenùs verificatur, quia supponimus, quod Ecclesiæ designatæ nullatenus sint, quodque Rectores, & Ministri illarum Ecclesiarum, in quibus relictæ fuerunt eleemosynæ, effectivè velint novis oneribus intra breve tempus satisfacere, eademque satisfactio, uti facta ab aliis Sacerdotibus, in eorum locum subrogatis, perindè haberi debet, ac si ab illis facta esset, juxta notam regulam, quòd qui per alium facit, per se ipsum facere videtur; de qua, omissis generalibus, in nostris terminis benè *Piasec. in Prax. par.* 2. *cap.* 3. *num.* 32. *Pellizar. in Manual. Regular. tractat.* 5. *cap.* 9. *sect.* 4. *num.* 116. *Bonacin. Oper. moral. tom.* 1. *tit. de Sacram. Euchar. disp.* 4. *quæst. ultim. punct.* 7. §. 1. *num.* 1. *Gonzal. ad Regulam* 8. *Cancell. glos.* 5. *num.* 77. & *Pac. Jord. var. resolut. tom.* 1. *lib.* 4. *tit.* 1. *de Sacrificio missæ num.* 563.

33 Comprobantur hæc ex eisdem decretis generalibus, in quibus dicitur: *Ac similiter omne damnabile lucrum ab Ecclesia removere volens, prohibet Sacerdoti, qui missam suscepit celebrandam cum certa eleemosyna, ne eandem missam alteri, parte ejusdem eleemosynæ sibi retenta, celebrandam committat*, & clariùs *in dubio* 10. ibi: *An Sacerdotes, quibus aliquando offertur eleemosyna, major solita, pro celebratione missæ, debeant dare eandem integram eleemosynam iis, quibus missas celebrandas committunt, an verò satis sit, ut dent celebrantibus eleemosynam consuetam. Ad* 10. *Debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse.*

34 Si enim permissum non esset manuales missas, cum certa eleemosyna susceptas, alteri simpliciter celebrandas committere, inanes, frustratoriæ, & de subjecto non supponente dicerentur hujusmodi seriæ, replicatæ, & celebres resolutiones hujus Sacræ Congregationis, canonizatæ etiam à *sa. me. Alex. VII. in propositione* 9. quam damnavit *die* 24. *Septembris* 1665. & uniformi calamo sequutæ ab omnibus Doctoribus, de materia tractantibus, per extensum impressis a *Ricc. in Praxi par* 4. *resolut.* 105. *post num.* 4. *Bartholom. a S. Fausto in tract. de Suffrag. post quæst.* 91. *Barbos. ad Conc. sess* 25 *de Reform. cap.* 4 *à num.* 14. & *de Potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 29. *a num.* 16. & *to.* 3. *tit. Constitutiones Pontificiæ*, & *decreta fol. mihi* 52. *Nicol. lib* 3. *Instit. Canon. post tit.* 41. *de Celebrat. Missar. Brugnol. in Specul. Clericor. tit. de Sacrific. Miss. post cap.* 13. *Card. de Lug. de Sacram Eucharist. disp.* 21. *sect.* 1. *à num.* 42. *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 81. *a num.* 1 *Pac. Jordan. tom.* 1. *variar. resolut. lib.* 4. *tit.* 1. *a num.* 515. *Gobat. in Theolog. experiment. tract.* 3. *cas.* 16. *a nu.* 518. *Tambur. in Method. celebrand. missas lib.* 3 *c.* 1. *a num.* 7. *Pignat. consult.* 58. *tom.* 1. & *Matthæucc. in Official. Cur. Eccles. cap.* 10. *a num.* 10.

35 Ultra quòd vix potest clarior adduci probatio ad demonstrandum, hoc esse permissum à dictis decretis generalibus, quàm verba illa: *Debere absolutè integram eleemosynam tribuere Sacerdoti celebranti, nec ullam illius partem sibi retinere posse*, *ut in responsione ad* 10. Eo igitur ipso, quòd integra eleemosyna traditur Sacerdoti celebranti, res videtur plana ad terminos dictorum decretorum generalium, ut de se patet, & faciunt animadversa per *Gonet. in Clyp. Theolog. Thomist. to.* 5. *disp.* 11. *de Sacrif. Miss. art.* 6. *n.* 12.

36 Absque ulla difficultate, ex quo in tantùm in eisdem decretis generalibus, confirmatis à dictis tribus Summi Pontificibus Urbano VIII. Innocentio XII. & SS D. N. nec non in successivis resolutionibus hujus Sacr. Congreg., processum fuit, & meritò proceditur cum illo rigore, ut nova manualium missarum onera nullatenus suscipiantur ab iis, qui antiquis non satisfecerunt: *Ne fideles frustrentur*, ut dicitur in illis anni 1625. Atque *Defunctorum animabus integra, & prompta præstentur suffragia*, juxtà præcisa verba illarum anni 1697. & generaliter observat *Marcant. in Tribunal. Sacram. tom.* 2. *tractat.* 2. *lib.* 4. *quæst.* 2. *resolut.* 5. *vers. Colligo*, ibi *Ne piæ defunctorum, vel Fundatorum voluntates, & legata defraudentur*; Quæ inconvenientia nullatenus verificari possunt, admissa facultate subrogandi quascunque Ecclesias, loco illarum, in quibus fuerunt relictæ eleemosynæ pro missis manualibus, quia hoc modo, nec fideles frustrantur eorum pio desiderio, nec defunctorum animabus differtur integra, & prompta suffragiorum præstatio. Et quod magis est, atque summopere considerandum videtur, hac via tolluntur etiam prætextus illi recurrendi ad Congregat. Rev. Fabricæ ad extorquendas compositiones sub insubsistentibus motivis pro missarum oneribus, nullatenus adimpletis, ad quæ inconvenientia evitanda principaliter, & primariò emanarunt dictæ resolutiones hujus Sacræ Congreg. anni 1697. ut videre est in §. *Cùmque hujusmodi*.

37 Observantes hìc, quòd quamvis ex laudabili solito, & inconcussa praxi dictæ Sac. Congreg. Rev. Fabricæ apponi soleat in compositionibus clausula illa *Dummodo malitiosè non omiserint, animo habendi compositionem, alias gratia nulla*

nullo modo suffragetur, difficultas in eo residet, quod circa dictum animum haberi non possunt claræ, & concludentes probationes, sed standum est assertioni supplicantium, ut cuilibet notum est.

38 In eisdem quoque terminis designationis certæ Ecclesiæ, & specificationis altaris loquuntur, & interpretari debent resolutiones hujus Sacræ Congr. in quibus demandatum fuit, desistendum esse à receptione aliarum missarum, donec satisfiat antiquæ obligationi; Procedunt enim cum eodem supposito, quod missarum celebratio injuncta sit in certa Ecclesia, vel determinato altari, ut signanter recognosci potest ex *Nullius* 15. *Maii* 1631. *lib.* 14. *Decret. fol.* 404. *& ex Materanen.* 23. *Novembris ejusdem anni* 1631. *Lib.* 14. *Decret. fol.* 536. quas sequutus fui *in meis Institut. Crimin. lib.* 1. *tit.* 10. §. 2. *num.* 109. & addo aliam in una *Regularium* 17. *Augusti* 1647. *Libr* 18. *Decretor. fol.* 393.

39 Nec replicetur, easdem declarationes, & decreta intelligenda esse de eleemosynis, datis pro missis manualibus, quæ per alios Sacerdotes celebrari debent in illis Ecclesiis, in quibus relictæ fuerunt, non autem pro illis celebrandis in aliis diversis, & distinctis Ecclesiis,

40 Quia, hoc admisso, in necessariam sequitur consequentiam, easdem declarationes, & decreta non comprehendere nostra dubia, ex quo in illis supponitur, quod onus missarum injunctum sit absque designatione Ecclesiarum, in quibus celebrari debent.

41 Quod comprobat subsecuta observantia, dum mihi constanter supponitur, quod ferè in omnibus Ecclesiis Urbis practicata in præteritum fuerit, ac de præsenti practicetur subrogatio aliarum Ecclesiarum, sive in eadem Urbe, sive extra illa, pro adimplemento illarum missarum manualium, quæ relictæ fuerunt absque designatione Ecclesiarum, vel specificatione altarium. Observantia autem primum occupat locum in interpretandis Apostolicis Constitutionibus, & dectetis, ut in specie probat *R.P.D. Fattinel. resp.* 43. *num.* 12. *& resp.* 112. *num.* 3. & firmavit *Rota in Bonon. Sportularum* 22. *Junii* 1693. §. *Quæ clariora cor. Reverendiss. Molines*, *& in Romana Clericatus Beneficiatus S. Petri* 3. *Decemb.* 1696. §. *Quod talis coram Eminentiss. Priolo*. Talemque observantiam in præcisis terminis adimplementi onerum missarum magnifecit *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst.* 996. *num.* 4. & novissimè admisit hæc *Sac. Congr. in Recineten. Celebrat. Missar.* 7. *Julii* 1708. *Lib.* 58. *Decret. fol* 443. *à tergo*, *& in Romana* 18. *Augusti ejusd. anni Lib.* 58. *Decr. fol.* 502.

42 Comprobatur ulterius eadem intelligentia ex resolutione dubii septimi, in quo dictum fuit permittendum non esse, ut Ecclesiæ, & Loca pia, seu illorum Administratores ex missarum eleemosynis ullam portionem retineant, ratione expensarum, quas subeunt in missarum celebratione; Quod manibus palpare facit, Sac. Congr. fuisse loqutam, cum supposito, quod missæ celebrari debeant in illa Ecclesia, in qua missarum eleemosyna relicta fuit, qui non sunt termini nostri dubii.

43 Eo autem libentiùs, & faciliùs in hanc inclino benigniorem opinionem, quia, ut dixi, & ad opportunitatem repeto, per illam facilis sternitur via promptæ executioni demandandi pias disponentium voluntates, & ex alia parte nimis clara clauditur altera exaggerandi impossibilitatem adimplendi missarum onera, dum in substantia mens, & intentio hujus Sac. Congreg. in dd. replicatis decretis generalibus, à tribus Summis Pontificibus, ut supra vidimus, specificè confirmatis, non alia fuit, quàm tollere omnes prætextus, & moras, impedientes promptam exequtionem piarum dispositionum ut videre est in illis anni 1625. §. 1. incipien. *Cùm sæpè contingat*, ibi *Indeque fiat, ut depereant piæ testantium voluntates*, *obstricta Benefactorum fides violetur*, *defunctorum animæ suffragiis priventur*, *Ecclesiis debitus subtrahatur cultus*, *ac Christifideles*, *gravi scandalo affecti*, *plerumque à similibus charitatis operibus retrahantur*. Et in aliis anni 1697. incipien. *Cùmque hujusmodi*, & longè clariùs in antecedenti §. 24 ibi *Cupiens &c. pro viribus &c. opportunè providere*, *ut*, *sublatis fraudibus*, *ac emendata negligentia*, *piæ disponentium*, *seu benefactorum voluntati fides illibata servetur*, *defunctorum animabus integra*, *& prompta præstentur suffragia*.

44 Ubi enim agitur [sunt verba *Rot. in dec.* 113. *num* 3. *&* 4. *coram Ottobon.*) *de suffragio animæ Testatoris*, *illa præferri*, *ac verisimilior censeri debet ejus voluntatis interpretatio*, *qua pleniùs providetur illius saluti*. Atque applicari videntur ea, quæ in proximis terminis notant *Marchin. de Sacr. Ord. tract.* 3. *quæst.* 2. *cap.* 24. *sub nu.* 1. his verbis, *Doctores uno ore gregatim asserunt*, *melius esse alibi*, *quàm nullibi celebrare*, *atque sic interpretandam Testatoris voluntatem Pellizar. in Manual: Regular. tract.* 5 *cap.* 9 *sect.* 4. *num.* 127. ibi *Rationabiliter censetur voluisse obligare ad id*, *quod sibi utilius est*, *Francisc. de Lug. de Sacram. lib.* 5. *de Miss. cap.* 11. *quæst.* 5. *num.* 50. ibi *Testator præsumitur voluisse*, *quod utilius sibi foret*, *& Card. Joan. de Lug. de Euchar. disput.* 21. *sect.* 2. *num.* 42. ibi *Testator potiùs præsumitur voluisse obligare ad id*, *quod sibi erat utilius*.

45 Posita ex his negativa resolutione primæ partis primi dubii, nulla remanet necessitas immorandi in discussione secundi,

46 Cujus nihilominus affirmativa resolutio in casu respons: negativæ quoad primam partem primi dubii, inferri videtur ex animadversis *supra num.* 8. quia deficientia Sacerdotum reputari solet justa causa indulgendi, ut missæ celebrari possint in Ecclesia, diversa ab illa, in qua relictæ fuerunt, juxta animadversa per *Abb. cons.* 49. *in fine lib.* 2. & firmata per *Rot. dec.* 1486. *num.* 9. *& seqq.* & signanter *num.* 11. *coram Coccin* ibi *Sed quando non possunt celebrari propter penuriam Sacerdotum*, *in quacumque Ecclesia possunt celebrari*, *quia loca non sanctificant*, *sed merita*.

47 Limitando tamen talem indulgentiam, vel ad determinatum tempus, ut practicavit hæc *Sacr. Congr. in Romana* 1. *Sept.* 1708. pro PP. S. Laurentii in Lucina, his verbis: *Ad triennium arbitrio Eminentiss. Protectoris pro missis*, *non affixis certis Altaribus*; Vel illam indefinitè concedendo, usquequo scilicet duret talis penuria Sacerdotum: Semper tamen cum illa conditione, ut interim ab illa Ecclesia, in qua celebrari non possunt, ut supra, missæ ob Sacerdotum penuriam, non recipiantur alia onera perpetua, quam apposuit hæc *Sac. Cong in d. Romana* 1. *Dec.* 1708.

48 Et hæc pro meo sensu, judicio saniori semper salvo.

49 De mandato ejusdem Sacr. Congregat Concilii egregiè de more scripsit etiam Illustriss. & Reverendiss. D. meus Prosper de Lambertinis, Sacræ Consistorialis Aulæ Advocatus, Fideique Promotor, Vir literis, nobilitate, ingenuitate, & probitate insignis, illiusque Discursus pro Veritate, impressus fuit post meum *Tractatum de Livellis in Append. à fol.* 33. in quo in eadem pariter fuit opinione; Cæterum relata causa in Sacr. Congreg. Concilii, habita die 16. Martii 1709. eadem Sac. Congreg. in eo fuit sensu, ut dubia tamquam nimis generalia congruè definiri nequeant unica declaratione, seu responsio, adaptabili diversis defunctorum dispositionibus, vel piorum Benefactorum largitionibus rescribendo proinde: *Dabitur resolutio in casibus particularibus*.

DISCEPTATIO VI.

Januen. Præcedentiarum.

P R O

Collegiata Ecclesia Sanctæ Mariæ Vinearum Genuæ.

C U M

Collegiata Ecclesia SS. Fabiani, & Sebastiani ejusdem Civitatis.

A R G U M E N T U M

Ex quibus constare dicatur de Collegialitate alicujus Ecclesiæ cum qualitate insignitatis: Quando illius Canonici capitulariter, unà cum illorum Præposito accedere possint Processionibus; Et an præcedentiam habeant in concursu Parochorum urbanorum.

1 ANtiquissima in Civitate Genuæ controversia viguit inter Ecclesiasticos super jure præcedendi in processionibus, aliisque functionibus Ecclesiasticis, adeout ad illam dirimendam, nedum opus fuerit, ut de anno 1496. Vicarius Generalis tunc temporis Archiepiscopi promulgaret sententiam, respicientem omnes, & singulos dictos Ecclesiasticos, qua præcepit, ut unaquæque Ecclesia cum proprio Clero sub propriæ Crucis vexillo incederet in processionibus, & aliis functionibus, digniorem locum assignando Clero

Clero Metropolitanæ Ecclesiæ, sequentem Cleris Collegiatarum Ecclesiarum, & ultimum Rectoribus, Curatis, & Prioribus Ecclesiarum Parochialium, cum hoc, quod hi omnes uno ordine insimul incedere deberent post prænominatas Ecclesias Metropolitanam, & Collegiatas; Verùm etiam pro majori firmitate necesse fuit hujusmodi sententiæ confirmationem obtinere à Sancta Sede, mediante Breve, seu Bulla fa. mem. Alex. Sexti sub die 4. Junii ejusdem anni 1496.

Non obstante autem dicta sententia, ut supra, Apostolica authoritate cum clausula sublata, & decreto irritante confirmata, occasione discordiæ ortæ inter Præpositum Ecclesiæ Collegiatæ Sanctæ Mariæ Vinearum, prætendentem curam animarum, & jus Parochialitatis ad ipsum independenter spectare, & illius Canonicos, jus d. Parochialitatis penes totum Capitulum residere autumantes, ordo incedendi in processionibus in eadem sententia præscriptus interruptus fuit; Cum enim prædictus Præpositus (semper tamen renuentibus Canonicis) insimul cum aliis Parochis incederet, a cætu Parochorum (Canonicis incedentibus absque prima Dignitate, & sic non capitulariter, & absque capite) impugnata fuit præcedentia, & signanter in generali processione, peracta in fine Synodus Diœcesanæ, celebratæ de anno 1684. Quamobrem in judicium re deducta, & sequenti anno 1685. controversia ad hanc Sacr. Rituum Congregationem devoluta, propositisque per Eminentissimum D. Card. Pamphilium, tunc Ponentem die 2. Junii ejusdem anni, dd. tribus dubiis, rescriptum fuit *Ad Sac. Congregat. Concilii, & videatur, an constet de Collegialitate*: In nova autem propositione die 28. Julii d. anni, prævio recessu à dicto rescripto, demandata fuit propositio causæ in hac Sac. Congregat.

Cumque ad normam hujus rescripti die 24. Novembris dicti anni dubia prædicta proposita fuerint, quia ex parte RR. Parochorum impugnabantur documenta, in quibus fundata erat probatio Collegialitatis Ecclesiæ S. Mariæ Vinearum, & prætendebatur immemorabilis consuetudo dictam Collegiatam præcedendi, placuit huic Sac. Congreg. utrique Parti remissoriam concedere, cujus vigore, compulsatis dictis documentis, & compilato Processu, citatis in omnibus supradictis actis Parochis, illoque ad hanc Sacram Congreg. deinde remisso, Causa siluit, tam ex parte Parochorum, eorum malum jus agnoscentium, quàm ex parte Canonicorum, qui non valentes inducere eorum Præpositum; & primam Dignitatem ad insimul cum ipsis capitulariter incedendum in Processionibus, ob dissidia inter ipsos circa Jus Parochialitatis, jam prius exorta, & tunc temporis vigentia, dubitantesque, quod si non incederent capitulariter præcedentiam habere non possent, ab ulteriori litigio, & accessu ad processiones se abstinuerunt, ita permittentibus, seu tollerantibus Reverendiss. Archiepiscopis pro tempore ad evitenda majora scandala.

In hoc rerum statu alia nova controversia pariter super jure præcedendi orta fuit inter præfatos Parochos, & Ecclesiam SS. Fabiani, & Sebastiani, ac S. Mariæ de Carignano in Collegiatam, ut prætenditur erectam de anno 1671. vigore Indulti fa. me. Gregorii XIII. anno 1583. concessi descendentibus à nobili D. Bandinello, Saulio de erigenda præfata Ecclesia in Collegiatam postquam à dictis descendentibus constructa esset, in qua controversia cùm Eminentissimus Archiepiscopus per ejus decretum ordinaverit, *quod post Cathedralem incederet Collegiata S. Mariæ de Carignano, ex quo Collegiata S. Mariæ Vinearum non est solita collegialiter intervenire*, hæc quoque controversia devoluta fuit de anno 1694. ad hanc Sac. Congregationem, eaque proposita sub die 4. Septembris dicti anni rescriptum fuit, quod pro parte Ecclesiæ de Carignano exhiberetur Breve erectionis in Collegiata in forma probanti, & RR. Parochis denuò concessa fuit remissoria ad probandam assertam immemorabilem, nulla que per dictos Parochos facta probatione prætensæ immemorabilis, & reproposita Causa die 24. Novembris 1696. resolutum fuit *Præcedentiam deberi Collegiatæ super Parochos*.

Adversus quam resolutionem, obtenta sub die 19. Januarii 1697. per Parochos nova audientia, ac iterum proposita Causa per Emin. D. Cardinalem Barberinum, suffectum in locum Eminentissimi Pamphilii, sub die 7. Februarii 1699. citatis quoque Canonicis S. Mariæ Vinearum, denegata fuit antedictis Parochis remissoria, quam postulabant, & dictum, ut proponeretur causa inter Parochos, & Canonicos Carignani, ac etiam alia causa inter dictos Parochos & Collegiatam Vinearum super præcedentia, & collegialitate, quæ quidem Remissoria fuit postea die 11. Jul. ejusdem anni 1699. Parochis concessa, expedienda tamen intra mensem, & cum termino trium mensium ad complendum examen, non retardata propositione causæ super collegialitate Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Vinearum, ac successivè Sacra Congregatio die 12. Septembris 1700. inter Parochos, & Ecclesiam Carignani stetit in decisis sub die 24. Novembris 1694. idest pro præcedentia favore Ecclesiæ Carignani, & postremò Parochis novam audientiam concessit, non retardata executione d. decreti.

Quamvis autem Ecclesia de Carignano pro se favorabilem resolutionem, & quidem exequibilem contra Parochos haberet, attamen distulit ea uti, tum ob prætensionem præcedendi quoque nostram Insignem Collegiatam Vinearum, tum ob ei ab Ecclesia Cathedrali impugnatam delationem habitus similis illi, quo ipsa Cathedralis utitur; Sed absoluto per viam judiciariam hujusmodi litigio super delatione habitus favore Ecclesiæ Cathedralis, & impetrato ab Ecclesia de Carignano per viam gratiæ speciali privilegio utendi habitu prædicto, cepit ad Processiones accedere, & prætendere præcedentiam, nedùm contra Parochos, contra quos favorabilem resolutionem habet, sed etiam supra nostram Collegiatam S. Mariæ Vinearum antiquiorem, & insigniorem, qua de re in Civitate Genuæ irrepsit abusus, quod multi ex Parochis, & Canonicis Collegiatæ Vinearum ad Processiones non accedebant.

Ad tollendum igitur hujusmodi abusum, modernus Eminentissimus Archiepiscopus edictum publicavit, quo præcepit omnibus Ecclesiasticis, ut intrà terminum quindecim dierum eorum jura circa præcedentiam coram ipso deducerent, ad effectum postea providendi. Quare pro parte Parochorum, præsentata quadam Scriptura super prætensa consuetudine immemorabili, & pro parte Ecclesiæ de Carignano exhibita favorabili resolutione contra Parochos reportata, vigore cujus prætendebat præcedentiam, etiam contra Collegiatam Vinearum, & pro parte tandem Collegiatæ Vinearum allegata pendentia litis super jure præcedendi in hac Sacra Congregatione, placuit nihilominus eidem Eminentissimo D. Archiepiscopo pronunciare, causam remittendam esse ad eandem Sac. Congregationem, & interim per modum provisionis, & citrà præjudicium jurium Partium, necnon usque ad jus cognitum, mandavit, in Processionibus dictam Ecclesiam de Carignano incedere debere immediatè ante Ecclesiam Cathedralem, & attento ultimo statu Parochos debere incedere immediatè ante d. Ecclesiam de Carignano, nostram verò Collegiatam Vinearum ante Parochos.

Verùm quia hæc provisio jura prædictæ nostræ Collegiatæ S. Mariæ Vinearum summopere lædit, dum illius Canonici, qui prius ad Processiones non accedebant, nunc incedere coguntur, & quidem in loco minùs digno, & sic præcedentiam cedere, nedùm Parochis minus dignis, sed etiam Ecclesiæ de Carignano, vel nullo modo Collegiatæ, vel si Collegiatæ nullatenus insigni, & moderniori; Hinc propterea supradicti Canonici Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ Vinearum, reportata ab eorum moderno Præposito declaratione, quod ipse intendit accedere ad Processiones, & alias Ecclesiasticas functiones capitulariter cum ejus Canonicis, volentes jura eorum Insignis Collegiatæ tueri, tam adversus Parochos urbanos, quàm adversus Ecclesiam de Carignano, Causam, coram hac Sacra Congregatione pendentem, reassumpserunt, concordatisque tribus dubiis, in hodierna audientia humillimè supplicant pro illorum favorabili resolutione, quam obtinere non desperant ex inalterabili justitia EE. PP.

Pro affirmativa resolutione primæ partis primi dubii, in quo quæritur, *An constet de Collegialitate cum qualitate insignitatis Ecclesiæ S. Mariæ Vinearum Genuæ*, præmitto, cum D. m. *Adv. Piton. discept. 8. num. 9. conclusionem infallibilem* (sunt ejus verba) *quod duobus modis potest Collegialitas legitimè probari, vel per Bullam erectionis, vel per signa, argumenta, & conjecturas, dictam Collegialitatem inferentes*, juxta originalem dictum Canonistarum Patris *Innoc. in cap. Postulasti sub num. 1.* ibique *Fagnan. num. 5. de Jurepatron.* & concordant adducti *per Rot. in dec. 87 la 2. num. 6. & 7. cor. Merlin. & dec. 85. num. 11. apud Urceol. de Transact. & dec. 469. nu. 16 par. 19 rec. & in Mediolanen Præpositura 19 Junii 1690. § Neque cor. Reverendiss. Molines.*

Præmitto secundò, quod ad dictum effectum non est necesse, ut copulativè verificentur, & unitim concurrant omnes conjecturæ, quæ à Doctoribus in hac parte considerari solent, sed sufficit, aliquas adesse, ex quibus Collegialitas argui

argui possit, & verisimilis reddi, ut prosequitur *idem D.m. Adv.Piton.ubi supra*, iuxta opinionem *Zabarell. in Clem.2. num.10. vers. Non tamen putes de Ætat. & qualit.* quem sequuntur *Fagnan.in dicto cap. Postulasti num. 5. de Jurepatron. Decian cons.6 num.9. lib.2.Corrad. in Prax. Benefic. lib.2.cap.9.num.28. Barbos de Canon. cap.2.num.9.& 6.Pac. Jordan.var. lucubr.tom.2.lib.7.tit.5.num 11.R.P.D. Petra ad Constitut. Apostolic tom 3.fol.70.num.16. Rot.dec.85.num.14. apud Urceol.de Transact. & dec.960.num.2.cor.Penia, & dec. 292.num.12.par 4.tom.2.& dec.234 num.4.par.16 & dec.469. num.22.par.19. recen. & in Mediolanen. Prælaturæ 19. Junii 1690.§.Neque cor.Reverendiss.Molines.*

Præmitto tertiò, quod eædem conjecturæ, & argumenta 14 non sunt sigillatim expendenda, & seorsim criticanda, sed unitim præ oculis habenda, cum regula, *ut singula, quæ non prosunt &c.* de qua generaliter *Ruin. cons. 83. num. 10. Menoch.cons.856.num.8.& seqq.& Rot cor. Zarat.dec.39.nu.9. & cor Emer.jun. dec.327. num.7.* Et in nostris præcisis terminis, benè *Card. de Luc. de Præemin. disc.8. sub num. 11.& disc.51.num 3. R P. D. Petra ad Constit. Apostolic.tom.3.fol. 69. num.23. & Rot. decis.29. numer.5. vers. Cæterùm par. 2. divers.*

His præmissis, tot, tantæque conjecturæ in nostro casu 15 concurrunt, ut intellectum ferè cogant ad affirmandam qualitatem Collegialitatis respectu nostræ Ecclesiæ, quæ ad sensum, & verba *Tonduti lib. 2. quæst. benefic. par.2. cap.2. num.4.* nihil aliud est, nisi Ecclesia illa, in qua adest multitudo personarum, unum corpus constituentium; Et prosequendo ordinem nostri Summarii circa existentiam, & efficaciam dictarum conjecturarum.

I. Loco se offert Breve san. mem. Gregorii IX. sub datum 14. Octobris 1233. directum Præposito, & Canonicis S. Mariæ de Vineis, quo mediante approbata fuit, & confir- 16 mata præfixio numeri Canonicorum nostræ Ecclesiæ; Ex quo collegialitas concludenter probata dicitur, per ea, quæ notant adducti *per Tondut. quæst. benefic. par. 2. cap.2. §. 2. num. 1 & sequentib & per Rot. cor. Otthobon. dec. 240. num. 13.& sequentib.*

II. Adducimus Bullas Summorum Pontificum Innocentii III. anni 1213. Gregorii XIII. anni 1581 Urbani VIII. anni 1627. Alexandri VII. anni 1661. & Innocentii XI. anni 1686. in quibus nostra Ecclesia semper denominata fuit Collegiata, quas enunciativas, uti prolatas ab eis qui Collegiatam constituere possunt, magni faciunt *Capon. discept. 288. num.12.* ibi *An enunciativæ antiquæ probent Collegia- 17 tam; Respondeo, si essent enunciativæ, à Papa prolatæ, qui potest Collegiatam facere, rectè probationem inducerent &c Gen. de Verb. enunciat. lib.2.par.2.num.1 & seqq. Pasqualig. de Sacrif.nov.leg quæst.884. num.3.in fine, & Rot. coram Otthobon. decis. 240. num. 12. & in Mediolanen. Præposituræ 19. Junii 1690. §. Ex antiquissimis coram Reverendissimo Molines.*

III. Concurrunt visitationes nostræ Ecclesiæ, factæ ab Archiepiscopis Januensibus, cum dicta enunciativa collegialitatis, de quarum efficacia, ea adducta ratione, quod Ordinarii perfectè sciunt statum Ecclesiarum, sibi subjecta- 18 rum, latè discurrunt *Fagnan.in cap Postulasti num. 14. de Jurepatron. Card. de Luc. de Præemin. disc.51.num.6.R.P.D. Petra ad Constit. Apost. tom. 3. fol. 72. & 34. & Rot. dec 482. num 3.cor. Ludovis. & dec.87. la 2. n. 13.cor.Merlin. & dec.85. eod. num. apud Urceol.de Transact. & dec.234. num.15.par.16. & dec.469. num.18.par.16 recen & in Comen. Canonicatus 8. Februarii 1704. § Visa fuit cor. Illustriss. Scotto Urbis Gub.& in Matheranen. Archipresbyteratus 27. Jun. 1707. §. Collegialitas cor.Kaunitz.*

IV. Antiquissimæ sententiæ, ab eisdem Ordinariis pro tempore ser. ser latæ, in quibus nostra Ecclesia, uti Collegiata nuncupata fuit, & canonizata, signanter annis 1227. 1228. 1232. 1356. 1388. 1384. 1578 & 1560. quas ad nostrum 19 effectum considerant *Fagnan. in cap. Postulasti num. 17. de Jurepatron. & Rot. in dec. 85. num. 12. apud Urceol. de Transf. & dec.469. num 16.par.19 rec.*

V. Eædem enunciativæ leguntur pariter in Synodis, pro tempore factis ab Archiepiscopis Januensibus, Typisque 20 impressis, signanter in illa Cardinalis Saulii anni 1588. In alia Archiepiscopi Spinulæ anni 1604. Et in alia Archiepis- 21 copi de Marinis anno 1619 de quibus *Corrad in Prax.Benef. lib 2 cap.9 num.27. Rot.dec.85 num.15. apud Urceol.de Transf. & cor. Mantic.dec.175. num 1. & cor. Otthob.dec 240. num.15. vers In Synodis.*

VI. Relationes Status Ecclesiarum Civitatis, & Diœcesis Januen. occasione visitationis Sacrorum Liminum, cum eisdem replicatis enunciativis, *Admodùm enim* (sunt verba *Rot.in dec.14.num.17.cor. R.P.D. Ansaldo*) *attendendæ sunt consimiles relationes &c.* Et, generaliter loquendo, concor- 22 dant *Fagnan. in cap. Ego N. Episcopus num. 1. & plurib. seqq. & signanter num.75. de Jurejur. Bertacch. vot. dec.100. num.16. Rot.dec 685.num 9.cor.Cerro, & in Bituntina Jurispatron.20 Novembris 1705.§. Nec dicti cor. Eminentiss.Priol. & in Herbipolen Monasterii 10. Junii 1707. §. Constare cor. Caffarello*; Et in punctualibus terminis nostri casus egregiè, & solidè discurrit eadem *Sac. Rota in dec. 253. num. 16. & 17. par.16.recen.*

VII. Innumera Instrumenta, aliique actus Capitulares, semper facti à Canonicis nostræ Ecclesiæ, cum dicta qualitate, & denominatione Collegiatæ, ex quibus possent Volumina adduci; Aliquæ tamen particulæ gratia brevitatis ex 45. Instrumentis adducuntur *in Summ.* incipien. ab annis 1223. 1264. 1261. 1264. 1313. 1316. 1325. 1358. 1365. 1400. 1433. 1442. 1463. 1467. 1487. 1494. 1502. 1530. 1539. 1577. 1589 1608. 1637. 1670. 1682. egregiè *Fagn. 23 in cap. Postulasti num 14. de Jurepatron.* ibi: *Primò enim id colligitur ex Instrumentis antiquissimis, Sac. Congreg. exhibitis, quorum nonnulla excedunt ducentos, & trecentos annos* (quingentos absque ulla exageratione possumus addere in nostro casu) *quæ Ecclesiam hanc Collegiatam nominant, & cum versemur in antiquissimis, licet enunciativè loquantur, probant saltem præsumptivè &c. & Rot dec.85. num.9. vers. Justitiæ apud Urceol. de Transact. & in Mediolanen. Præposituræ 9. Junii 1690. §. Secundo ex convocationibus cor. Reverendiss.Molines.*

VIII. Docemus de sigillo nostri Capituli, cum sequenti inscriptione: *Capitulum Collegiatæ B. Mariæ Vinearum*, quod ad collegialitatem probandam in terminis expendunt 24 *Massobr. in Prax. concurs. prælud.2. num.2. Corrad. in Prax. Benef. lib.2.cap 9.num.30. & seqq. Gavant. in Manual. verb. Ecclesia Collegiata num.1. Pasqualig. de Sacrif. nov.leg quæst. 884. sub num.5. Capon. discept.227. num.7. Rot.coram Achill. de Grass. decis. 10. num. 2. de Præben.& cor. Mantic. decis. 175.num.1.*

IX. Exhibemus receptiones Canonicorum, semper factas cum assignatione stalli in Choro, & loci in Capitulo, de quarum efficacia ad probandam Collegialitatem benè *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 2. cap 6. de Eccles. Colleg. num. 7. Capon.discept 288 sub num 6.Rot.cor.Pen.dec.960. & dec 1163. 25 versic Tertium signum, & in re dec.405 num.2. par.4.tom.2. & dec 221.num 5.par.6.& cor.Otthobon dec.240.num.13.& seq. & in d.Mediolanen.Præposituræ 19. Junii 1690 §. Quarto ex possessione cor. Molines.*

X. Deputationes Cappellanorum, factas per nostros Canonicos capitulariter congregatos, scientibus, & approbantibus Ordinariis pro tempore, juxtà animadversa *per Cor- 26 rad. in Prax. Benefic.lib 2.cap.9.num 30 & plurib. seqq & Rot. cor.Otthob.dec.240 num.3. & seqq.*

XI. Statuta nostræ Ecclesiæ, approbata ab Archiepiscopis Januæ, usque ab anno 1375. quæ esse manifestum signum; atque concludentem probationem Ecclesiæ Collegiatæ, uno ore advertunt *Adden.ad Buratt.dec.455 sub num. 27 5.vers. Item manifestum est signum Collegiatæ, quando Canonici, seu Clerii in Ecclesia faciunt propria statuta, Barbos.de Jur.Eccles lib.2.cap.6.num 1 .Capon.discept.227.num 7.Lezzan.consult.50.sub num. 07 tom.4.Rot.cor. Pen.dec.960.num.9. & cor.Mant.dec.175.nu.1 vers Item quia habet statuta propria, & dec.215 pariter sub num.1.versic Etiam.*

XII. Idem comprobat univoca, & clara confessio Parochorum Adversariorum in articulis, exhibitis *in Summ.* ubi qualitates nostræ Ecclesiæ exactè describuntur, illaque appellatur Collegiata insignis, quam confessionem in nostris ter- 28 minis benè, & in terminis expendit *Fagnan.in cap Postulasti, num.17.de Jurepatron.* & meliùs *Rot in dec 88 num 12. apud Urceol. de Transact. & dec. 455.sub num 1. cor. Burat. & dec. 469.num.16 par.19.rec* ibi: *Dictam judicialem declarationem Parochorum; in qua amplius dixerunt, quod est major, & principalior omnibus aliis Ecclesiis*

XIII. Solemne testimonium Vicarii Generalis Genuensis, anno 1676 transmissum Serenissimo Episcopo Paderbonen. & Monasterien. omnia prædicta amplissimè comprobans, cui omnis fides in hac parte adhibenda est *ex allegatis 29 supra num.7.* & addimus *Rot. in dec.27.num. 4. & 15 par.17. recent.*

XIV. Usus Crucis Patriarcalis, qua à tempore immemorabili utuntur nostri Canonici, descriptæ, & delineatæ *in nostro Summ.* per ea, quæ notat *Sebastian Cæsar de Eccles. 30 Hierarch.par.1.disput.4 §.2.nu.22.& seqq.*

XV.Col-

XV. Collationes nostræ Præpositur æ, semper factæ à Sede Apostolica, juxta naturam similium primarum Dignitatum in Cathedralibus, & Collegiatis insignibus, quas pro univoco signo Collegialitatis Ecclesiarum considerant *Card. de Luca de Preæmin. disc.* 8. *num.*11. *vers. Applicando*, ubi, quod univocum, maximumque argumentum Collegiatæ est quando prima Dignitas confertur à Sede Apostolica, *R.P.D. Petra ad Constit. Apostol. tom.*3. *fol.*62. *num.*6. *& seqq. & Rot. dec.*234. *num.*2. *par.*16. *rec. & cor. Otthobon. dec.* 240. *num.*20. *& seqq.* 31

XVI. Concurrunt pariter deputatio Syndici, Arca communis, Congregationes Canonicorum ad sonum Campanæ, ex quibus, unitis cum prædictis aliis argumentis, & conjecturis, magnum Collegialitatis adminiculum desumunt Authores illi, quos referunt, & sequuntur *Decian. conf.* 6. *num.*2. *lib.*1. *Alex. conf.*75. *num.*7. *lib.*4. *Adden. ad Burat. dec.* 455. *sub nu.*5. *versic. Præcipua autem, Pasqualig. de Sacrif nov. leg. quæst.*88. *sub num.*5. *Corrad. in Prax. Benef. lib.*2. *cap.* 9. *à num.*8. *Card. de Luc. de Preæmin. disc.*8. *sub num.* 11. *R. P. D. Petra ad Constit. Apostol. tom.*3. *fol.*70. *à num.*19. *Rot. cor. Merl. dec.*87. *la* 2. *num.*10 *& seqq. & in par.*16. *rec dec.*234. *num.*4. *& plurib. seqq.* 32

XVII. Existentia Præpositi ; *Præpositus enim propriè dicitur* [sunt verba *D. Advoc. Piton. discept.*8. *num.*15.) *ubi adest Collegiata*, & concordant *Add. ad Burat. dec.* 455. *sub num.* 5. ibi *Item potissima collegialitatis conjectura est, si in Ecclesia adsit aliquis, uti Caput, & Clerici, vel Canonici, uti membra, Tondut. quæst. Benefic. par.*2. *cap.* 2. §.2. *num.*1. *versic. Et unus, Barbos. de Jur. Eccles. lib.*2. *cap.*6. *num.*10. *Capon discept.*227. *num.*7. *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst.* 884. *sub num.*5. *Corrad. in Prax. Benef. lib.*2. *cap.*2. *num.*55. *& trib. sequentib. & Rot. coram Merlin. dec.* 87. *la* 2. *num.* 8. *& coram Mantic. decis.* 175. *sub num.* 1. *& decis.* 215. *eodem num.* 33

XVIII. Demùm, aliis omissis, prædicta omnia mirabiliter comprobantur ex plurimorum classicorum Historicorum testimoniis, uno ore affirmantium collegialitatem nostræ Ecclesiæ, ut videre est apud *Maximilian. Tezzam in Libro, cui Titulus, Istoria della Famiglia Spinola fol. mihi* 18. *&* 19. *March. Anton. Sauli nelli Saggi Cronolog. fol.*105. *P. Albertum nell' Apparition. della Madonna SS. di Savon. lib.*4. *cap*39. *& del Diece Episcopum Brugnaten. in Libro, inscripto : Il Concorso quotidiano della Madonna delle Vigne di Genoa fol.* 32. Circa fidem siquidem dandam similibus classicis historicis habemus *Textum in leg.*1. *in princ. ff. de Offic. Præfid.* ibi: *A quibusdam Scriptoribus traditum est*, & concordant *Melchior Canus lib.*11. *de Loc. Theologic. cap.*13. *Bertacch. vot. dec.*141. *num.*11. *Rot. dec.*502. *num.*2. *cor. Dunoz. jun. & dec.*24. *num.*8. *cor. Ubago & dec.*77. *num.*2. *cor. Emer. sen & dec.*24. *num.*3 *& decis.* 395. *num* 9. *cor. Emer. jun. & dec.*316 *num.*5. *par.*14. *rec.* & magistraliter *in Terracinen. Cathedralitatis* 23. *Junii* 1705. §.11. *& seq. cor. Molines, & meliùs in Castellana validitatis concordiæ, seu bipartitæ super Remissoria, & Compulsoria* 4. *Februarii* 1705. §. *Quartò cor. eod.* 34 35

Et in nostris præcisis terminis ad effectum probandi qualitatem collegialitatis, pro veritate consultus, suo more egregiè, & solidè probat *D. Adv. Piton. discept. Eccles.*8. *num.*10. ibi *Habemus attestationem Josephi de Brescianis, publici Historici Civitatis Cremonæ, cui tanquam in facto antiquissimo, & in quo impossibile est, vel saltem difficile, reperiri posse Bullam, & Instrumentum, plenissima fides adhibenda est*, citans alios concordantes. 36

Observantes hic, quod eisdem nostris Historicis eò magis fides in hac parte adhibenda est, quo testantur de rebus propriæ Patriæ, de quibus apprimè informati præsumuntur, ut ad augendam fidem Historicis ampliat *Rot. in dec.*396. *num.* 11. *par.*17. *rec.* quam sequutus fui *in Dissert. Historico legal. de Livell. cap.*1. §.4. *num.*2. Atque omnes ad unguem concordant circa eandem veritatem, quam inquirimus, *Veracis enim historiæ indicium est, si de rebus iisdem omnes eadem scribant, & dicant*, ut scriptum reliquit *Joseph Hebræus lib.* 1. *contra Appion.* Ultra quod nimis inverisimile est, quod personæ disparis conditionis, & qualitatis, diversis temporibus suos labores luci dantes, absque ullo proprio interesse, conspirare in hac parte voluerint in perniciem illius veritatis, quam quærimus, ut ad rem observat *Rot. in dec.*135. *num* 7. *coram Merlin. & dec.*408 *num.*10. *cor. Priol. & dec.*1251. *num.* 7. *cor. Emer. jun. & dec.*11 *num.*13. *par.*18. *rec. & in Forosempronien. Testamenti* 5. *Decembris* 1698. §. *Minusque coram Cardin. Caprara*, 37 38

Deveniendo modò ad secundam partem primi dubii, circa qualitatem insignitatis nostræ Collegiatę, pro affirmativa illius resolutione præmitto pariter cum *eodem D. Advocato Pitonio*, scribente pro veritate, atque quamplures classicos sequente Authores in *discept.*40. *num.*2. quod non reperitur in Jure determinatum quæ, & quanta debeant esse signa, & argumenta insignis Collegiatæ. *Attamen ex circumstantiis arbitrium Judicis desumere potest insignitatem, putà si Ecclesia sit antiqua, nobilis ex celebritate situs, insignem habeat structuram, sit referta magno ministrorum numero &c* ad rem observando in fine d. numeri, quod hujusmodi, & aliæ circumstantiæ sunt demonstrativæ, neque restringunt arbitrium Judicis, seu hujus Sac. Congreg. ut talem qualitatem ex aliis quoque indiciis desumere valeant, juxta *magistralem dec.*26. *num.*5. *& per tot. par.*2. *divers.* 39 40

Videamus igitur, an eædem circumstantiæ in casu nostro concurrant ; *Si Ecclesia sit antiqua*, Quod nostra Ecclesia nedùm sit antiqua, sed antiquissima, & fundata, atque constructa usque de anno 1000. sumptibus Oberti, & Guidonis Spinulæ, testatur dictus *Maximilianus Tezza in Libro Placentiæ* impresso cum titulo *Istoria della Famiglia Spinola, descritta dalla sua origine fino al secolo* 16. *fol.* 18. *&* 19. ubi alios sequitur Historicos, multaque ad id probandum refert autentica documenta, quorum aliqua, & præsertim antiquiora indicantur etiam in *nostro Summ.* Et concordat solemne documentum Vicarii Generalis Januæ, exhibitum pariter in *nostro Summ.* testans, ex publicis scripturis liquidò constare, quod in nostra Ecclesia à quinque sęculis aderant Præpositus, & Canonici. 41

Nobilis ex celebritate situs. Circumstantia hæc adeò notoria est in Civitate Januæ, atque apud illos, qui eandem Civitatem viderunt, ut nulla ægeat probatione, aliqua tamen indicantur in dicta attestatione Vicarii Generalis, his verbis: *In majori parte nobilium Principalium hujus Serenissimæ Reipublicæ, utpotè in medio, & commodiori Civitatis loco positam.* 42

Insignem habeat structuram. Hujusmodi pariter qualitas æquè notoria est in Civitate Januæ, oculisque corporeis conspicitur; Nostra siquidem Ecclesia ab excellenti architecto delineata, atque pulchra simetria ornata conspicitur, columnisque marmoreis, cum choro, atque duodecim capellis, auro, & celeberrimis picturis, undique terminata apparet, atque perfecta, inter quas mirificè emicat illa, Sanctissimæ Virgini dicata, cum marmorea statua, manu unius ex primæ classis Artificibus sculpta. 43

Sit referta à magno ministeriorum numero. Non reperitur forsan in Orbe Collegiata similis, quæ tot habeat fixos, certosque ministros, quot numerantur in nostra Ecclesia, & in ipsamet Urbe quamplures insignes Collegiatæ reperiuntur, quæ nostræ in hac parte locum cedunt ; Ascendunt siquidem illius ministri ad numerum triginta trium, suntque Præpositus cum novem Canonicis, quatuor Mansionarii, sexdecim Capellani, & quatuor Clerici, *ultrà perpetuas alias Capellanias, quibus ab aliis non Beneficiatis dictæ Ecclesiæ Sacerdotibus, cum celebratione Missæ inservitur*, juxta verba dicti Vicarii Generalis Januæ. 44

Si autem ex his conjecturis, copulativè sumptis, concludenter probata dicitur qualitas insignitatis respectu nostræ Collegiatę ex adductis per *Piton. d. discept.*8. *num.*9 *& discept.* 49. *nu.*2. firmatis per *Rot. in dec.*29. *num.*5. *par.*2. *divers.* Quantò magis idem dicendum erit, ex quo prædictis junguntur aliæ circumstantiæ, in Civitate Januæ omnibus notoriæ eamdem qualitatem insignitatis intra evidentiæ fines constituentes. 45

Accessus nimirùm ad nostram Ecclesiam quolibet anno amborum Serenifs. Collegiorum Januæ, cum Serenifs. Duce, ad assistendum missæ solemni, cum Litaniis, & publica concione in gratiarum actionem. 46

Continua existentia sex candelarum cerearum, semper ardentium ante celebrem, & miraculosam Imaginem Beatissimæ Virginis, ad instar illius verè pii relicti, quod conspicitur in Liberiana Basilica : Una cum magno numero lampadum argentearum, continuò pariter ardentium ante eandem Sanctissimam Imaginem, juxtà simile pietatis opus, quod omnium oculis in Urbe expositum est in Ecclesia S. Ceciliæ. 47

Destinatio nostræ Ecclesiæ pro consequendis plenariis Indulgentiis ad formam Jubilæi, ex quo semper in Civitate Januæ post Cathedralem designatur nostra Collegiata, ut notorium pariter est ibidem, & concludenter hodiè docemus, juxta id, quod practicari pariter videmus in Urbe, in qua pro similibus Indulgentiarum thesauris consequendis destinantur semper visitandæ digniores, seu Patriarchales Ecclesiæ. 48

Mul-

Multitudo, *& frequentia Christifidelium*, *ad eam pro Divinis audiendis confluentium*, sunt verba *Rot. in dec.29 sub num.5 par.1.divers.* Quæ adeò patens est in Civitate Januæ, ut circa illam integrum composuerit Librum *Io: Battista del Diece Episcopus Brugnaten.* cum titulo, *Il Concorso quotidiano della Madonna delle Vigne di Genova*.

Usus Crucis Patriarchalis ad instar Metropolitanæ, illiusque delatio, tam in funeralibus, quàm in aliis, & quidem in concursu etiam ipsius Ecclesiæ Metropolit. de cujus 50 Patriarchalis Crucis prærogativa agunt *Gretzer. de Ortu Sanct. Crucis par.3. vers. Verùm cùm circa Hieronym.Roman. de Republ.Christ par.3.lib.2.cap.6.in fin.& lib 3.cap.6. pariter in fin. Sebastian.Cæsar.de Eccles. hierach. par.1. disput 4.§.4. num.22.& 23.Barbos.de Jur.Eccles.univers lib.1 cap.6.nu.33.* Et generaliter *Rot. in Trojana delationis Crucis super bono Jure* 10. *Decembris* 1708. *§. Minimè*, *& seqq. cor. R. P. D. Aldrov.*

Excellens qualitas Concionatorum, qui in nostra Ecclesia verbum Dei prædicare solent, in eadem Civitate, imò 51 in tota Italia notoria, de qua in dicta attestatione ejusdem Vicarii Generalis Januę, ibi: *Totius Italiæ doctissimis*, *& primariis Divini Verbi Præconibus libentissimè frequentatam*, quod illius insignem qualitatem non mediocriter comprobat, ut consideranti patet.

Solitum Apostolicæ Sedis, conferentis Præposituram nostræ Ecclesiæ Magistris in Theologia, vel Doctoribus, aut 52 Licentiatis in publicis Universitatibus, per ea, quæ in terminis firmavit *Rot. in d.dec.29.num 8.par.2. divers.*

Assertiones dictorum classicorum Historicorum, appel-53 lantium nostram Ecclesiam Collegiatam insignem, *ex allegatis supra*.

Enunciativæ diversorum Summorum Pontificum, cum eadem denominatione insignitatis, signanter illæ sa. mem. 54 Alexandri VII. ibi: *Sæcularis*, *& Insignis Collegiatæ S. Mariæ de Vineis*; Et altera sa. mem. Innocentii XI. ibi *Præposito Sæcularis*, *& Insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Vineis*.

Attestatio Vicarii Generalis Januæ ann. 1679. transmissa 55 Episcopo Monasterien. ibi: *Fuisse*, *& esse Collegiatam Insignem*.

Relatio à Card. Duratio Archiepiscopo Ianuæ, occasione visitationis Sacrorum Liminum, Sacr. Congreg. Concilii 56 transmissa, ibi: *Inter Ecclesias Civitatis Insignis*, *ac percelebris est Collegiata*, *quæ dicitur Divæ Mariæ de Vineis*.

Qualitas Civitatis, ubi sita est nostra Collegiata, si enim hæc Sac. Congregatio ex eo solùm, quod Oppidum Civitatis Novæ, Firmanæ Diœcesis, constabat ex quinque milli-57 bus Incolis, determinavit, Collegiatam S. Pauli, in illo existentem, posse dici Insignem, testibus *Barbos. de Jur. Eccles. lib.2 cap.6 num.15.Pellegr.in Prax.Vicar.par.1.sect.5. num.13. versic. Insignis*, *& Massobr. de Synod. cap.71. dub.9. num.14.& 15.* Et generaliter Gavant *in Manual.verb Ecclesia Collegiata num.3.& Monacell.in Formul tom.3 fol.100.sub num.8.* Quid dicendum in casu nostro, in quo non est sermo de Oppido aliquo, quantumvis magno, imò maximo, sed de una ex primariis Italiæ Civitatibus, atque totius Orbis celeberrimis Emporiis? Quam meritò felicissimam, inter 58 omnes alias Orbis Civitates, vocat doctissimus *Caramuel. in Theolog. Fundament. tom.4.fol.24.litt.C.* ex quo centum, & ultrà Cives habet, omnes Senatoria, seu maxima Dignitate, etiam per fortes, dignissimos, quem ad alium finem sequutus fui *in meis Institut. Crimin. lib.3.tit.10.de Lud.num.29.*

Publica demùm vox, & fama, quam in his terminis ma-59 gnifaciendam asserunt *Corrad.in Prax Benef lib 2.cap.9.nu. 27.Tondut. quæst. Benef par.2. cap.2. §.2. num.8. Rot dec.85. num.11. apud Urceol. de Transact dec.29 num.1 par.2. divers. & dec.469.num.16.par. 9. rec.* cum aliis, relatis, & sequutis à *Ricc.in Prax. par 1.resolut.544 num.2*

Quibus non adversatur reflexio, quod Præpositus nostræ Collegiatæ non habeat usum Pontificalium Objecto enim 60 punctualissimè occurrit *Rot in sæpè citat. dec 29. in fine par. 2.divers.* ibi *Ratio*, *quam ipsi allegant non est bona*, *neque concludens* (notentur quæsò singula verba, quia gemmæ sunt) *quia non sequitur*, *Præpositus*, *& Canonici talis Ecclesiæ non utuntur insignis Pontificalibus*; *Ergo Ecclesia non est insignis*.

Affirmativa resolutio 2 dubii, in quo quæritur: *An liceat Canonicis ejusdem Ecclesiæ capitulariter cum eorum Præposito incedere in Processionibus*, *& aliis functionibus Ecclesiasticis?* videtur nimis plana; Non enim in controversiam 61 revocari potest, atque ex hucusque animadversis remanet concludentissimè probatum, Præpositum dici Caput, Canonicos verò membra nostræ Ecclesiæ, & addimus adductos à *Barbos.de Canon.cap.4.in fine*, *& cap.9.sub num.18.& Ricc. in Prax.par.4.resolut.559.num.1.& D. Advoc. Piton.discept.8. num.15.& Rot. dec.21.num. 32.* apud *D. de Prosper de Terr. Separat.*; Ad evitandam igitur monstruositatem separationis capitis à suis membris; de qua *Rot.decis.120.num.3.par.13.& dec.148.num.1.par.14.* dicendum est, Præposito nedùm licere capitulariter incedere cum suis Canonicis, sed ad id posse cogi, & omni jure teneri, ex animadversis per *Franc. de* 62 *Eccles. Cathedr. quæst. 33. num. 199.* & punctualiter firmatis per *Rot.in dec.284.num.3.& 4 cor.Ludovis.& dec.469.num.46. par.19. rec.* cum ibi copiosè allegatis.

Et, pręter ibidem adductos, id etiam punctualiter demandavit hæc Sac.Congr. *in Colonien.29.Jan.1628.& in Lucerina 19.Jan.1633.* in qua per viam Regulę, & Legis universalis respondit: *Quando sunt plures Abbates in eodem Loco, habentes* 63 *Clerum distinctum*, *debet in Processionibus quisque incedere cum suo Clero*, ut videre est, apud *Pignatell.consult.30 num. 11. & seqq. tom.4. juxta Rom. impress.& Barbos.Sum Apostol. dec. collect.1. num.34.* Quæ punctuales resolutiones vim legis habent, per ea, quæ notant *Fagnan.in cap.Quoniam de Con* 64 *stit.& Pasqualig. quæst. moral. centur.1. cap.61. num.4 & per totum* & firmavit *Rot. in dec 7.num.3.post Antonel.de Jurib. Cleric & coram R. P. D. Ansald dec.72.num.4. & in Giennen. Juris mutandi 2 Julii 1706. §. Quod indubitanter coram Kaunitz.*

Fortiùs quia cum hac Juris dispositione concordat etiam sententia Vicarii Generalis Genuæ, anno 1496. specialiter confirmata à fa.me. Alexandro VI. in qua demandatum fuit, 65 ut Præpositi Ecclesiarum nostræ Civitatis, qui habent Canonicos, & Capellanos, cum illis ad processionem teneantur accedere, & personaliter intervenire; Necnon concordat pariter decretum Episcopi Bossii anno 1582. Apostolici Visitator totius Civitatis, & Diœc. Januen. demandantis, ibi: *Quoad Processiones*, *Præpositus*, *Canonici*, *& Capitulum simul collegiatim eant*, *idque omninò servetur*.

Si autem in hac parte adversus hujusmodi obligationem, neque etiam merentur attendi sententiæ Judicum Ecclesiasti- 66 corum, fer. fer. latæ, uti adversantes sacris Ritibus, & Cęremoniali Episcoporum *in Lib.2.de Process. Corpor. Christi vers.Ordo autem*, per ea, quæ in terminis punctualibus advertit *Pignatel. d.consult.30. num.15. tom.4.* ubi refert, & sequitur resolutionem hujus Sac. Congr. *in una Nolana*, in qua injunctum fuit, ut ad prædictorum observantiam deveniretur, non attenta quacumque sententia contraria, & concordant adducti per *Rot. in dec.87. num.23. & 24. par.17. rec.* Quanto magis in nulla haberi debent consideratione contraventiones de facto, atque voluntarius non accessus ad Processiones, sive Præpositi cum suo Capitulo, sive Capituli, & Canonicorum cum Clero Civitatis, nè verificetur incon- 67 veniens illud, improbatum à *Card. de Laur. in Epist ad Lector Epit.Can.* ut scilicet non leges voluntatibus, sed voluntates legibus præferantur, ibi *Nec amplius ad amussim lapidem*, *juxta Philosophi præceptum*, *sed ad lapidem amussim aptare contendamus*, *non inquam legi voluntatem subiicimus*, *sed legem ipsam ad voluntatem trahere non formidamus*.

Præcipuè, quia non defuit motivum, sive subsistens, sive non, talis inobservantiæ, prætensio nimirum antecedentium Præpositorum, volentium incedere cum Parochis Civitatis, non autem cum suis Canonicis, quæ prætensio in 68 suspensum relicta anno 1678. usque ad decisionem hujus Sac. Congregat. ab Arbitro, tunc temporis unanimiter electo, penitùs cessat hodiè per solemnem hodierni Præpositi declarationem, cubitalibus literis se declarantis *in ogni miglior maniera*, *e forma di esser pronto*, *anzi volere onninamente*, *come Preposto*, *e Capo*, *si nella Processione*, *che in altre funzioni publiche*, *che occorressero farsi*, *andare unito col suo Capitolo*, *e Clero*. Et proindè ex tali limitata causa, & parti- 69 culari motivo non accedendi ad Processionem, nullum potest dici illatum præjudicium in circumstantiis accessus cum suis Canonicis, per ea, quæ notat *Bordon Oper. moral.to.4. de Præced.sub num.76.*

Non attento, quod cura animarum nostræ Ecclesiæ residcat penes Præpositum, qui proindè potiùs cum reliquis Parochis, quàm cum suis Canonicis incedere teneatur; Objecto enim punctualiter occurrit *D. Adv Piton. discept Ecclesiast.8.num 16* ad rem advertendo, nomen Præpositi ex sua propria significatione nullatenùs importare significatum Parochi, licèt quando est Parochus, adhuc retineat nomen Præpositi, ea adducta congrua ratione, quod id procedit ex quo cura animarum est penès Collegium, & exercetur per

Pre-

Præpositum, tanquam ipsius Caput, quod ante ipsum observaverant 71 *Corrad. in Prax. Benef. lib. 2. cap. 2. num. 41. 51. & seqq. & Rot. dec. 37. num. 10. par. 9. rec.* ubi, quod in circumstantiis nostri casus Præpositus dicitur gerere vices duarum personarum, Præpositi nimirùm, quatenus substinet locum primæ Dignitatis in Capitulo, & Parochi, quatenùs exercet curam animarum, eidem Capitulo annexam.

Duas habet partes tertium dubium, in quo quæritur, *An dictis Canonicis debeatur præcedentia adversus Parochos urbanos, & Canonicos Ecclesiæ S. Mariæ, & SS. Fabiani, & Sebastiani de Carignano, ejusdem Civitatis* 72 *Genuæ* Illiusque affirmativa resolutio quoad primam adversus Parochos urbanos, illi innititur rationi, quod Canonici Ecclesiæ Collegiatæ in omnibus functionibus præcedentiam habent in concursu Parochorum, ut sequendo dispositionem *Cærem. Episc. lib. 2. cap. 33. de Festivit. SS. Corpor. Christi*, necnon *Conc. Trid. in sess. 22. de Reform. cap. 3 & sess. 24. de Reform. cap. 14.* atque innumeras resoluciones hujus Sac. Congreg. ita tenent adducti per *Pellegr. in Prax. Vicar. par. 1. sect. 5. num 9. in fine*, *Barbos. in Summ. Apostol. dec. collect. 181. num. 4. Tondut. quæst. Benef. par. 2. cap. 2. §. 2. num. 14. Novar. in Summ Bullar. comm. 116 num. 23. Rot. dec. 1445. per tot. cor. Seraph. dec. 87. num. 4. par. 17. & decis 469. num. 25 par. 19. rec.* loquens in debilioribus terminis simplicis Collegiatæ, & nullatenùs insignis.

Minimè attenta asserta immemorabilis consuetudine, ex adverso prætensa, quia illa non probatur in facto, & proba- 73 ta non relevaret in jure. Non probatur in facto, in quo constans est, quod anno 1661. in solemni associatione funeris Ducis Fregoni, quando Præpositus nostræ Ecclesiæ accessit ad funus, unitus cum suo Capitulo, præcedentiam habuit supra Adversarios: Si enim solus sumus in contrarium superabundat ad destruendam consuetudinem immemorabi- 74 lem, per ea, quæ notant *Marescott. var. resolut. lib. 2 cap. 190. num. 10. Gratian. discept. 918. num. 39. Rot. cor. Otthobon. decis. 159. num. 6. & cor. Emer jun. dec. 1296. num. 14 & in rec. dec. 469. num. 57. par. 9. & in Mindonien. prætensæ observationis Constitut. 1. Julii 1706. §. Quin officeret cor. R. P. D. Ansaldo.* Quantò magis inallegabilis erit in præsenti, attento dicto solemni, & publico actu, eidem prætensæ immemorabili opposito, ut ampliando dictam receptam conclusionem, obser- 75 vant *Jo: Andr. in cap. 1. in fin. de Præscript. in 6. Rot. coram Seraph. dec. 1363. num. 1. & cor. Cels. dec. 104. num. 3. & cor. Emer. jun. dec. 1296. num. 13. & in rec. dec. 248. num. 7. par. 2. & dec. 604. num. 12. par. 19.*

Minùsque relevaret in jure, quatenus etiam dicta immemorabilis per insubsistentem, & falsam hypothesim concludenter probata esset in facto, uti irrationabilis, & confundens ordinem à natura præscriptum, nec non, uti repugnans omnibus Juribus, Divino nimirùm, Naturali, Canonico, Civili, per ea, quæ, cumulatis antiquioribus, 76 in terminis observant *Decian. respons. 7. num. 17 lib. 3. Manriq de Præced. par. 18. num. 9. Crus. eodem tract. lib. 5 cap. 12. num 5. Rot. dec. 34. num. 3. apud Novar. in Sum. Bullar. & decis. 4. num. 36. & seqq. cor. Otthobon. & in Colonien Præcedentiæ 1. Julii 1695. §. Potissimè cor. Muto*, & egregiè *Pignatel. consult. 28. num. 8. tom. 4.*

Et in longè durioribus terminis observantiæ, nedùm immemorabilis, sed quod magis est uniformiter practicatæ in Papæ præsentia, ipso vidente, & tolerante, acerrimè informantibus DD. Magistris Cœremoniarum Cappellæ Pontificiæ, favore Liberianæ Basilicæ, *ad relationem Eminen-* 77 *tissimi D. Cardin. Barberini*, intrepidè respondit *hæc Sacra Congregatio in Romana 26. Aprilis* 1704. & 7. *Julii ejusdem anni*, denegando etiam novam audientiam adversùs priorem resolutionem, cujus rationes, & motiva registravi *in meis Instit Crim. lib. 1 tit. 10. §. 4. à num. 206. usque ad nu 239.* & signanter *num. 334. & seqq.*

In conflictu autem dictæ punctualis, & celebris resolutionis hujus Sacræ Congregationis, inallegabiles sunt aliæ authoritates, de facili ex adverso exagerandæ; Non enim in his terminis videndum est, quid Authores scribunt, sed 78 quid Suprema Tribunalia resolvunt, ut dicebat *Card. de Luca de Success disc 16. num. 15.* cum quo concordant *Rovit. dec. 69. num. 19. & Pignatel. consult. 8. num. 19. tom. 8 & consul. 147 num. 16. in fin tom. 9* & firmavit *Rot. in Lauden. Census 21. Junii 1766. in fin. cor. Card Taja, & in Romana, seu Januen. Successionis super reservatis 17. Martii 1706 § Quid dicendum cor. R P D. Ansaldo.*

Affirmativa pariter resolutio secundæ partis d. tertii dubii non minùs fundata videtur; Omissa enim inspectione, an Collegialitas Adversariorum sit, vel non sit concludenter probata, cum, vel sine qualitate insignitatis; Hoc unum est indubitatum, quod, uti recenter fundata, nullam habet 79 præcedentiam erga antiquiores, ut in terminis resolvit *hæc Sacra Congregatio apud Nicol. in Floscul. verb. Collegiata num. 2.* ibi: *Collegiata nuper erecta non habet præcedentiam super antiquas*, & probant *Pellegr. in Prax. Vicar. par. 1. sect. 5. nu. 13. Tondut. quæst. Benef. par. 2. cap. 2. §. 2. num. 15. & Card. de Luc. in Miscel. Eccles. disc. 45. num. 6.*

Sive autem eadem Collegiata Adversaria suam desumat fundationem ab anno 1671. quo de facto erecta fuit, sive ab anno 1583. quo à fa. me. Gregorio XIII permissa fuit illius fundatio, longè major antiquitas in concursu nostræ Col- 80 legiatæ, ex supra animadversis, remanet evidens; Itaut cum omni sermonis proprietate dicere possimus Collegiatæ Adversariæ, *antequam tu fieres, per quinque sæcula ego eram*; quod loquendo de una ex antiquissimis Italiæ familiis, lepidè usurpavit Author, probatæ quidem eruditionis, & judicii, sed meritò damnatæ memoriæ in Libro, cui titulus *P. del P. P. fol. 23.*

Nulla habita ratione usus Cappæ, ex speciali gratia SS. D. N. Adversariis, ultimo loco concessæ; Quia hæc nullam denotat superioritatem, vel præeminentiam, sed solùm personarum ornamentum, juxtà punctualem doctrinam *Ceccoper. Lucubr Canon lib 1. num 93.* cujus verba registravit 81 *D. Advoc. Viton. discept. 49. num. 9.* ubi *num. 1. in fine*, ad comprobandum, quod usus Cappæ nullam importet præeminentiam, vel superioritatem, duo adducit exempla concessionis ejusdem usus Cappæ, etiam non Canonicis, simplicibus nimirùm Cappellanis Ecclesiæ Ferrarien. & Capellanis de Massa nostræ Metropolitanæ Ecclesiæ Januen. de quibus exemplis mentionem quoque faciunt *Corrad. in Prax. Benef.* 82 *lib. 2. cap 14. num. 13 & seq. & Barbos. in Summ. Apostol dec. verb. Cappa num. 10. & 11.*

Sequitur Responsio in eadem Causa.

Affirmativè in omnibus rescribendum videtur, quia 83 ex adverso deducta pro exclusione Collegialitatis nostræ Ecclesiæ S. Mariæ Vinearum, illiusque insignitatis, nullatenus subsistunt.

Non enim subsistit primò, quod Canonici dictæ Ecclesiæ consueverint incedere in Processionibus absque propria Cruce, & separatim à proprio Præposito, quia etsi in aliquibus processionibus, non erecta propria Cruce, & separatim à 84 Præposito incesserunt, id tamen processit ex eo, quia orta inter ipsos, & Præpositum lite, super jure Parochialitatis, penès quem nempè resideret cura animarum, eaque ferè per centum annos numquam decisa, ex quo, apparet incepta anno 1559. & continuata usque ad annum 1653. Præpositus nè suis juribus præjudicaret, se separavit à Canonicis, & cum Parochis incessit, cui innovationi Canonici nunquam consensum præstiterunt, imò ab illa reclamarunt, adeout in Visitatione facta à Reverendiss. Bossio Visitatore Apostolico anno 1582 reportarunt decretum, quod Præpositus incedere deberet ad processiones una cum Canonicis, & Cappellanis collegiatìm, & ann. 1687. Præpositus obtinuit à Reverendiss Petro Hieronymo Tiscornia favorabile Laudum, ut eidem liceret separatìm à Canonicis incedere in processionibùs, usque ad jus cognitum ab hac Sac. Congregat.

Ex quo remanet manifestum, quod incessus Canonicorum separatìm à Præposito, non processit à spontanea illorum voluntate, sed à dicta limitata causa, proindèque nequit 85 fieri illatio; Canonici S Mariæ Vinearum non incesserunt in Processionibus capitulariter cum eorum Præposito, & sub propria Cruce; Ergo Ecclesia non est Collegiata. Quandoquidem illatio prædicta forsan procedere posset, si incessus, separatus à Præposito, processisset ex actu voluntario ipsorum Canonicorum, non verò quando, prout hic, processit ex causa litis, vertentis inter Præpositum, & ipsos Canonicos, qui semper se opposuerunt, juxta in specie animadversa per *Bordon Oper. moral. tom. 4 tit. de Præced sub nu. 76.* ibi: *Non enim per hoc aliæ Religiones antiquiores dicuntur posteriori cedere locum, sed tantùm ex illa causa, quæ cùm limitata sit, effectum quoque limitatum producit*, & concordant *Ferret eod. tract de Præced. num. 19 & seqq & nu. 23. & Rot. dec 1020 sub num 1 cor. Coccin & dec. 203. num. 4. par. 5. & dec. 560. num. 20. par 19. rec.*

Licèt autem ex parte nostra non probetur, Canonicos ante annum 1559 quo orta apparet lis inter ipsos, & Præpositum, 86 incessisse capitulariter, & cum Præposito sub propriæ Crucis vexillo: Nihilominùs cùm hæc probatio impossibilis red-

reddatur, ex quo agitur de actibus, gestis, ante metam centum annorum, super quibus fieri non solent documenta publica, nec reperiri possunt testes adeò annosi, qui valeant de illis deponere in casu, & circumstantiis, in quibus versamur; præsumendum est, Canonicos ante ortam dictam litem capitulariter, & cum eorum Præposito incessisse ad processiones, tùm quia in Civitate Januæ vigebat Constitutio fa.mem. Alexandri VI. confirmatoria sententiæ Vicarii Generalis, latæ de anno 1496. in specie præcipientis, ut

87 unaquæque Ecclesia cum proprio Clero sub propriæ Crucis vexillo incederet in processionibus; Tum etiam quia tempore, quo duravit lis cum Præposito, Canonici à tali inordinato modo incedendi, à Præposito introducto, reclamarunt, & Visitator Apostolicus in Visitatione nostræ Ecclesiæ per suum decretum injunxit eidem Præposito, ut cum suis Canonicis capitulariter incederet, & successivè Præpositus provisionale laudum obtinuit incedendi separatim usque ad jus cognitum ab hac Sac. Congreg.

Secundò non relevat, quod nostri Canonici voluntariè, pacificè, & absque ulla reluctantia cesserint præcedentiam Parochis, quia ex adverso nullus actus præcedentiæ affertur, sed adducuntur tantùm testes, examinati pro parte Parocho-

88 rum, deponentes de recentissimo tempore, & sic de tempore, quo duravit lis inter Præpositum, & Canonicos, ob quam, ut diximus, non potuerunt incedere capitulariter, ob renitentiam eorum Præpositi, & vice versa coacti fuerunt à Reverendissimis Archiepiscopis pro tempore ad accedendum, uti singuli, & proindè uti tales non potuerunt habere præcedentiam adversùs Parochos collegialiter incedentes.

Verùm anno 1653. terminata lite cum eorum Præposito, occasione Processionis in funere Ducis Frugoni de anno 1660

89 in qua nostri Canonici capitulariter cum eorum Præposito, & sub propriæ Parochialis Crucis vexillo incesserunt, præcedentiam adversus Parochos, & locum immediatè ante Clerum Metropolitanæ Ecclesiæ S. Laurentii habuerunt. & subindè exorta fuit præsens controversia occasione processionis in fine Synodi Diœcesanæ anno 1679. peractæ, in qua Parochi cæperunt prætendere præcedentiam, innixi assertæ consuetudini, quæ non potuit incipere ex actibus gestis à nostris Canonicis tempore, quo duravit lis inter ipsos, & eorum Præpositum, ex supra animadversis: Consuetudo autem, uti stricti juris, nunquam extenditur de casu ad casum, sed in illis præcisis circumstantiis servanda est, in qui-

90 bus practicata fuit, per ea, quæ notant *Natt.conf.46.num.2. Soccin.jun.conf.*101.*num.*13.*lib* 2.*Cravett.conf.*96.*nu.*4.*& Rot. dec.*56.*nu.*7.*&* 8.*cor. Mantic. & dec.*379.*nu.*23.*cor. Priol.& dec.* 304.*nu.*7.*& seq par.*12.*rec.*

In hac antem parte *in contraria Facti §. primo*, absque ulla similitudine veri decretum Reverendiss. Archiepiscopi, da-

91 tum in fronte contrarii Summarii, adjudicans præcedentiam Collegiatæ Adversariorum, appellatur definitivum; Illius enim sola lectura facit manibus oppositum tangere, juxta illa cubitalia verba: *Cum declaratione, quod non intendatur per hunc ordinem illatum præjudicium alicui, sed quod integra, & salva remaneant cujuscumque jura, talia, qualia*, ex quibus nullum potest dici illa um præjudicium nostræ Collegia-

92 tæ Ecclesiæ, per ea, quæ notant communiter *Repetentes in §. Cum testamento §. Cum ita ff. de Munumiss testam. Paris. conf.*123 *nnm* 142. *lib.*2.*Rot.dec.*212.*num.*11.*cor. Priol. & dec.* 38.*num.*31.*par.*9.*rec.*

Fortiùs, quia in eodem provisionali decreto adducitur præcisa ratio, & unicum motivum postpositionis nostræ Collegiatæ, ibi: *Ex quo Collegiata S. Mariæ Vinearum non est*

93 *solita collegialiter intervenire*. Igitur quando collegialiter intervenire vult, etiam ad tenorem ejusdem provisionalis decreti, ei debetur præcedentia in concursu Collegiatæ Adversariorum, ut de se patet.

Sed quando omnia ista cessarent, posita ex his collegialitate nostræ Ecclesiæ, Canonici illius temporis, qui vel propter propriam incuriam, vel ad effugiendum incommodum expensarum, ut frequenter evenire solet in rebus Capitularibus, seu communibus, neglexerunt defensionem jurium Ecclesiæ, non potuerunt successoribus præjudicare, & efficere, vel, ut Ecclesia, quæ erat Collegiata, hujusmodi qua-

94 litatem amitteret, vel, ut præcedentia, eidem Collegiatę, omni jure debita, transferetur in Parochos rurales, per ea, quæ notat *Garz. de Benef. par.* 5. *cap.* 9. *num.*69. & firmavit *Rot. in dec.*448. *num.* 7. *coram Pen. & decis.* 46. *num.* 22. *coram Priol.*

Tertiò non obstat, quod emolumenta curæ animarum sint applicata integrè Præposito, qui habet curam animarum, quia emolumenta quartæ funeralis, & alia pinguiora emolumenta Parochialia, spectant ad Canonicos, & Capitulum,

95 & ad Præpositum spectant emolumenta, provenientia occasione baptismatum, matrimoniorum, & benedictionum sponsis dandarum, ad cujus sententiæ tenorem, non obstantibus successivis sententiis, & decretis, deventum fuit inter Præpositum, & Canonicos ad concordiam, quæ finem imposuit liti, inter ipsos tàm longo tempore agitatæ, super pertinentia juris Parochiæ, quod nihil relevat ad effectum Collegialitatis an illud sit penès Præpositum, vel penès Capitulum, cùm infinitæ reperiantur Ecclesiæ Collegiatæ, quæ nullo modo sunt Parochiales, prout est Ecclesia de Carignano in Civitate Genuæ, & multæ aliæ reperiuntur in Urbe, EE. PP. probè notæ.

Quartò non subsistitit, quod præbendæ fuerint determinatæ ab ipsismet Canonicis authoritate privata: Quia hujusmodi præbendarum determinatio facta fuit à Canonicis de consensu Hugonis, tunc temporis Archiepiscopi Genuæ, & deinde confirmata extitit à Gregorio IX. ut ex ejus Bulla,

96 ubi prædictus Summus Pontifex approbavit præfinitionem certi numeri Canonicorum & consequenter etiam præbendarum, cùm non possit dari canonia sine præbenda *Cap. Si quis objecerit* 1.*quæst.*3.*& cap. Relatum de Præben.* & canonia est mater præbendæ, & eam parit, ac se habet, sicut mater ad filium, *Hostien. in Summ. tit. de Præben. num* 1. *Card. in Clem. final. de Preben. quæst.* 10. *Monet de Option. Canon cap* 7. *quæst.*1. *num.*4. *Aloys. Ricc. in collect. decis. par.*4. *collect.*749. *in fine*, cum aliis relatis per *Barbos. de Canon. & Dignit. cap.* 12. *num.* 10. *& D. Advoc. Piton. discept.* 17. *num.* 12. *& sequentib.*

Cùm igitur appareat ex prædicta Bulla Gregorii IX. præbendas, licèt determinatas ab ipsis Canonicis, ad id accessisse consensum Archiepiscopi, confirmatas, & approbatas

97 fuisse au horitate Papæ, non videtur ex tali denominatione posse desumi argumentum exclusivum Collegialitatis, dùm hujusmodi præbendæ, & Canonicatus provideri consueverunt in titulum à Sede Apostolica, vel ab Ordinariis respectivè, juxta regulam mensium, ut tenet *Card. de Luc. de Præemin disc.*8.*num.*11.*vers. Applicando*.

98 Quintò non regit, quod Canonici Ecclesiæ S. Mariæ Vinearum non habeant residentiam quotidianam in Choro, sed tantùm octo, aut decem diebus festivis singulo anno, quodque in casu absentiæ alicujus à dicta exigua residentia non adsit punctatura; Nam quidquid dicant testes, de auditu deponentes, ex adverso Deus scit quibus mediis expiscati, quorum primus nempè D. Antonius Curletto, est nepos D. Bernardi Tagliaferri, unius ex Canonicis Adversariis: Secundus, D. Cajetanus Jacherius, est filius unius actualis famuli Domus Sauliç: Tertius, & quartus, DD. Bernardus Fatius, & Franciscus Baccicalupus, sunt duo ex Adversariis met, uti adscripti servitio Ecclesię de Carignano, qui-

99 bus proindè credendum non est, ex vulgatis juribus, de quibus *Alex.cons.*150 *num.*14 *lib.*5. *Gratian discept.*144. *num.*11. *& Rot. cor. Duran. dec* 148.*num.*5 *& cor. Cels. dec.*150.*nu.*1.

Quotidiana residentia in Choro Canonicorum Collegiatę S. Mariæ Vinearum comprobata exuberanter remanet, nedùm ex antiquissimo Volumine Statutorum ejusdem Colle-

100 giatę, Gotico charactere inscripto, ubi *in Cap* 4. decernitur, quod Prępositus debeat celebrare missam in Altari majori in solemnioribus festivitatibus, quę sigillatim ibidem enumerantur, & eidem inservire debeant Canonicus, & Subdiaconus; *in cap.*5. statuitur, quod Canonici Sacerdotes debeant celebrare in aliis festivitatibus intra annum minùs solemnibus per Turnum, & hę quoque ibi enumerantur. *In cap.* 6. ordinatur, quod in reliquis diebus festivis, & non festivis debeant celebrare quatuor Cappellani, electi ad mediam præbendam per turnum, quibus inserviendum est ab aliis Cappellanis inferioribus *In* 7. *cap.* imponitur pęna in prędictis casibus non

101 servientibus. *In* 8. *cap.* disponitur, quod omnes debeant interesse Divinis Officiis, tam de nocte, quam de die, & non interessen bus imponitur pęna. *Et in* 15. *cap & in aliis tribus sequentibus* ordinantur distributiones quotidianę, tam pro diebus festivis, quàm feriatis, illęque cuilibet horę canonicę assignantur; Ac demùm *in* 19. *Cap.* disponitur, quod dictę distributiones quotidianæ non solvantur à Kal. Julii usque ad Kal. Octobris, quę omnia digito ostendunt necessitatem residendi in Choro.

Verùm etiam d. quotidiana residentia comprobatur ex depositione plurium testium, ex certa scientia deponentium, quia viderunt quotidiè in dicta Ecclesia à Canonicis recitari Divina Officia, eo modo, & forma, quo practicatur à

102 Canonicis Ecclesię Metropolitanę S. Laurentii, & notoria red-

redditur ex Insigni testimonio Episcopi Brugnaten. *in ejus Opusculo*, cui titulus *Il concorso quotidiano della Madonna delle Vigne*, ubi testatur de punctuali, & exacta officiatura his verbis, *Allettate non tanto dalla puntuale officiatura di sì insigne Collegiata;* Nec non ictu oculi desumitur ex Libris punctaturarum coram Judice compulsoriali exhibitis, ubi legitur, fuisse exhibitos Libros prædictos, quorum aliqui ita inscribuntur: *Libro, dove si noteranno le falle, e residenza ordinaria, e Capitoli*; Alii sub titulo *Libro delle Signature del Coro delli Canonici, e Mansionarii*; Alii verò denominantur *Libro, dove si ha da fare le note della Segnatura del Coro*.

A' quibus nullatenùs videntur discordare iidem contrarii, affectati, & interessati testes, dum asserunt, nostros Principales pro illis diebus quibus ad Chorum non accedunt, obtinuisse ab Urbe necessariam facultatem, & rotundam licentiam, ibi: *Abbiamo ottenuto da Roma licenza di non andare ad officiare in Coro &c.* Et ibi: *Hanno ottenuto da Roma di non andarvi, nè officiare in Coro* & ibi: *Perchè avevano ottenuto licenza di non officiare detto Coro*. Ex quibus duo sequuntur: Primum, quòd licentia abessendi supponit obligationem accedendi, egregiè *Bursat.cons.*324.*num.*3. & meliùs *Rot.dec.*172.*num.*15.*cor.Burat.* & *dec* 224.*num* 21.*coram Ottbobon.*& *dec.*678.*num.*19.*cor.Dunoz.jun.* Secundum verò, quod absens a Choro cum licentia Superioris, & ex legitima causa, ad omnes Juris effectus dicatur præsens, ex adductis *ab Hostien. in cap. Ad audientiam num.*3. *de Cleric. non resid. Gonzal.in cap. De cætero num* 7.*versic. Et meritò eodem titulo Trullenk ad Præcept.Decal.lib.*1 *cap.*8.*dub.*8.*num.*3. *Lotter.de re benef.lib.*3.*qu.*27.*n.*134.*Card.de Luc.de Canon.disc.*12.*n.*3. & *Rot.dec.*108 *num.*8. *cor.Coccin.*

103

104

Dùm igitur de quotidiana residentia in Choro nefas est dubitare, argumentum exclusivum collegialitatis ex defectu dictæ residentiæ exadverso desumptum, suaptè natura ruit, & benè procedit argumentum oppositum, nempè Canonici Ecclesiæ S.Mariæ de Vineis habent residentiam quotidianam, in Choro punctaturas, & distributiones quotidianas; Ergo Ecclesia est Collegiata, ut optimis rationibus probat *D. Adv.Piton.discept.Eccles.*8. *num.*3. ubi innumeros allegat concordantes, & addimus *Card. de Luc.de Præemin.disc* 8. *num.*12. ubi, quod signum celebrationis missæ conventualis quotidianæ procedat quidem affirmativè, sed non concludat negativè, ratione desumpta ab observantia, juxtà quam habemus, quod hic in Urbe multę adsunt Collegiatę, in quibus non nisi diebus festivis celebratur missa conventualis, & nihilominùs sunt verè Ecclesię Collegiatę, experientia teste, & id observante *eod. Card. de Luca de Præemin. dicto disc.*8.*num.*12.

105

106

Sed quando omnia ista cessarent, atque inexcusabilis esset negligentia debentium residere in Ecclesia Collegiata, ex tali negligentia nunquam Collegiata Ecclesia desineret esse Collegiata, sed Canonici compelli deberent ad residendum juxta punctualem *dec. Rembold. la* 376. *nu.*14. ibi: *In omnem eventum Ecclesia, de qua agitur, est adhuc actu Collegiata, ex quo in ea sunt Canonici, qui licet non resideant, possunt tamen compelli ad residendum ex sententia Sacr. Congregationis, cujus copia data fuit, & culpa, seu abusus dictorum Canonicorum non facit, quod dicta Ecclesia desinat esse Collegiata*, quod per eadem numero verba repetit *Adden. ad Burat. dec.*455.*num.*7. & concordat *Corrad.in Prax.Benef.lib.*2 *cap.*14 *num.*41.*versic.Verùm.*

107

Sublatis proindè conjecturis, exadverso pro exclusione Collegialitatis nostræ Ecclesię, desumptis ex facto, nullatenus subsistente, opus non esset nostra Collegialitatis signa ab ulterioribus contrariis oppositionibus vindicare, nam quoties in Ecclesia, de qua dubitatur, an sit Collegiata, deficiunt signa, seu conjecturę, collegialitatem excludentes, quoad signa collegialitatis mitiùs procedunt Doctores, & Sacra Rota, quę in tali casu longè minoribus, & paucioribus signis illis, per nos adductis, contentatur, ut constat *ex dec.* 234. *par.* 6. & *dec* 469. *num.* 19. *tom.*2. *rec.* in quibus licèt in illis Ecclesiis, de quibus erat quæstio, non concurrerent tot, & tàm efficacia signa collegialitatis, quę in nostra Ecclesia concurrunt, attamen ex motivo, quod non aderant signa in contrarium, resolutum fuit pro Collegialitate; Prout ex contraria ratione, quia nempè aderant signa excludentia collegialitatem, contrarium resolvit *Rot in Venusina Archipresbyteratus cor. Caril.* inter ejus impressas *le* 41.& 60. aliàs *dec.*143. & 216.*par* 7.*rec.* & *In Materanen. Archipresbyteratus cor. Corrad. dec.*147 *par* 10. *rec.* ac novissimè *in Placentina prætensæ Collegialitatis* 19. *Novembris* 1703.*coram Illustriss. Scotto Almæ Urbis Gubernatore*; in qua ultrà concurrentiam signorum pro exclusione collegialitatis, illa signa, quæ ibidem adducebantur pro collegialitate, numero, & pondere longè debiliora erant nostris signis, quæque proindè nullatenus applicabiles sunt casui nostro, vel potiùs, facta comparatione casuum, nobis assistere videntur, ducto argumento à contrario sensu, quod in jure validum reputatur, ex adductis per *Everard. in Top.legal loco* 4.*Barbos. de Loc.comm.loc.*27.*num.*1. *Gratian.discept.*995.*nu.*1.& *Rot.dec.*445.*n.*55.*cor.Duran.*& *dec.*7.*nu.*16.*par.*17.*rec.*

108

109

110

111

Nihilominùs, ne videamur laborem effugere in confutandis dd. oppositionibus, libenter illis sigillatim respondemus. In primis autem videtur præmittendum, quod ad coloranda contraria signa collegialitatis, & debilitanda nostra, nullum fieri valet fundamentum in *Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ* 26 *Junii* 1709. *cor. Reverendiss.Molines* millies in contrariis Scripturis citata. Reproposita enim eadem causa *die* 14. *Martii* 1710. *cor.eodem*, fundamenta dictę prioris decisionis, apposita in statera, inventa fuerunt minùs habentia, & proptereà Sacra Rota sterit quidem in decisis ex alio prorsùs separato motivo fundationis, seu erectionis Ecclesiæ S. Gertrudis, rotundus literis se declarando in *§ Pro talis*, quod circa collegialitatem ejusdem Ecclesię, exclusam in priori decisione, nihil firmare voluit in secunda, juxta verba illa, *Quidquid sit, an Ecclesia S. Gertrudis dici possit vera, & legitima Collegiata, prout requiritur, adhoc, ut locum habeat supracitatum Conciliare decretum, circa quam inspectionem, tanquam non necessariam, in hodierna audientia nihil firmare voluerunt.*

112

113

Et proindè contrarii Defensores contra Principales nostros figere non possunt pedes in terminis illius collegialitatis, in qua Sacra Rota nihil firmare voluit, ne verificetur inconveniens illud, quod eadem decisio, quæ approbata non fuit in illa met causa, in qua emanavit, robur habeat in alia prorsùs distincta, imò longè diversa, quod improbat *Card. de Luc. de Fideic. disc.* 98. *num.*4. ibi: *Hic autem est unus de nimis claris, & contemptibilibus pragmaticorum erroribus, quod illæ doctrinæ, &c. quæ non fuerunt efficaces in suo casu præciso, in quo accuratè, ac studiosè editæ fuerunt, debeant effici tales in diverso casu.* Esset enim illam fidem prestare testibus in uno judicio, quam non meruerunt in illo, in quo fer. fer. fuerunt examinati, quod absurdum per hæc præcisa verba improbat *Rot.cor.R.P D. Ansald dec.*24. *num.*13. Et in proximioribus terminis, quod ad hoc, ut vis fieri possit in aliqua decisione, opus est videre, & attente considerare, an conclusiones in illa firmatæ approbatæ fuerint in sequenti decisione, aliàs non attendatur, punctualiter firmavit *Rot in Rom. seu Fanen.successionis* 2.*Febr.*1706.*§ Quod dicendum cor.eod. R.P.D. Ansald.* quam sequutus fui *in meis Instit.Crim.lib.*3.*tit.*10. *num.* 37.

114

115

Secundò videtur premittendum, quod ex Historia familię Spinulę Maximiliani Dezzę, non habetur, neque ex illa infertur, quod nostra Ecclesia fuerit deputata in Parochialem, & Collegiatam à Clero Januensi, ut malè exadverso supponitur, sed ex particula dictę Historię clarè resultat, & literis rotundis in ea legitur, nostram Ecclesiam fundatam fuisse circa annum 1000. ab Incarnatione Verbi ab Oberto, & Guido de Spinulis, & erectam in titulum Prępositurę, nec non assignatam Canonicis Regularibus Sanctę Crucis, deindè verò ad breve tempus, absque eo, quod notus sit annus præcisus, mutasse statum, & de Prępositura transiisse in Collegiatam insignem, cum Præposito, & Canonicis Sęcularibus, & denique anno 1146. ob excrescentiam Civitatis Januę fuisse deputatam à Clero Januensi in Ecclesiam Parochialem, & Collegiatam insignem; Et proindè ex hac Historia, licet obscurum remaneat tempus pręcisum, quo erecta fuit in Collegiatam, non tamen dubitatur de tali erectione, antequam à Clero deputaretur in Parochialem cum superadditione qualitatis insignitatis, & per consequens perperam exadverso constituitur in dicta Historia fundamentum tituli infecti, erectionis nempè in Collegiatam, factæ à Clero, non habente hujusmodi facultatem, soli Pontifici reservatam, cùm in dicta Historia non legatur, fuisse erectam in Collegiatam à Clero, sed tantùm erectam fuisse in Parochialem, postquam jam fuerat in Collegiatam erecta.

116

Tertiò præmittendum est, quod ante editionem declarationis Sacræ Congregat. Concilii, emanatam *die* 27.*Jun.* 1629 qua mediante fuit prohibitum Ordinariis Locorum, ne Parochiales Ecclesias erigere possint in Collegiatas, licitum erat Episcopis in propriis Diœcesibus ordinaria authoritate id facere, *ut ex Text in cap. Quoniam de Vit. & honest. Cleric.* ibique *Jo. Andr. num.* 3.*Butr. num.* 2. *Panorm. numer.* 2. & 6. *Imola num.* 1. & ex aliis firmat in spe-

117

specie *Rot. decis.* 608. *num.* 1. *par.* 4. *to.* 3. *rec.* repetita *coram Coccin. la* 1575 *à n.* 1.

Poni igitur possunt ad partes authoritates omnes, exadverso longa manu cumulatæ, firmantes, facultatem erigendi quascumq; Ecclesias Parochiales in Collegiatas, privativè quoad omnes, spectare ad S. Sedem; Quia procedunt, & locum habent in illis, Collegiatis, quæ erectæ sunt post d. ann. 1629 non autem antè, ut in terminis terminantibus, loquendo de erectione Parochialis Ecclesiæ in collegiatam, ordinaria authoritate facta anno 1623. firmavit *Rot. in magistrali decis.* 1084. *per tot. cor. Emer. Jun.* & signanter à *num.* 2. ibi: *Anno* 1623 *sequutæ primæ erectionis communis erat inter Doctores opinio, cui etiam pluries nostrum Tribunal adhæserat, quod ex justa, & rationabili causa &c. licitum esset Ordinariis Locorum Ecclesias erigere in Collegiatas, ut per Textum, &c. Secundum quam opinionem iudicari debet de ejus temporis erectione, licèt deinceps, ob superventas declarationes Sac. Congr. interpretationi Sac. Conc. Trid. præpositæ, contraria invaluerit.* [118] [119]

Quod autem erectio nostræ Ecclesiæ in Collegiatam insignem sequuta fuerit, nedum ante dictum annum 1629. sed per quinque sæcula ante, nempe ante annum 1146. testis, omni exceptione major, est idem celeberrimus historicus *Maximilianus Dezza*, cujus historiæ particula exhibit fuit etiam in contrario Summario, ibi: *Oberto &c. insieme con Guido suo minor fratello, prese à fabricare il sontuoso Tempio di S. Maria delle Vigne, con tanto splendore, che non solo per l'antichità, ma pur anche per le altre nobili conditioni, che l'accompagnano, fù sempre riputato in Genova per uno de' Santuarii più riguardevoli, e venerandi: Egli da principio l'eresse in titola di Prevostura, e lautamente dotato, assegnollo à Canonici Regolari di Santa Croce, che fiorivano allora in Mortara; Indi à po o, nè si sà precisamente il tempo, si mutò in Collegiata insigne con Prevosto, e Canonici Secolari, e finalmente nel* 1146. *crescendo sempre più l'abitatione intorno, e nell' augumento della Città, convertendosi le Vigne in Palazzi, fù deputata dal Clero per Chiesa Parrocchiale, e Collegiata insigne, nel qual stato tuttavia si conserva.* In qua parte non possumus, neque debemus omittere innumeras agere gratias contrariis Defensoribus, nobis generosè exhibentibus in eorum Summario insignem hanc probationem qualitatis insignitatis nostræ Ecclesiæ Collegiatæ. [120]

Verùm cessat quælibet difficultas, quia, licèt ob nimiam temporis antiquitatem non possit ostendi Breve Apostolicum formalis erectionis, attamen pro hac parte ostenditur Breve Gregor. IX. datum circa annum 1233. ex quo licèt non habeatur formalis erectio nostræ Ecclesiæ in Collegiatam, in eo tamen tanquam necessarium antecedens præsupponitur collegialitas; Tùm quia confirmatur certus, & determinatus numerus Canonicorum, & Prębendarum, quę ex supra animadversis Collegiatæ propriè conveniunt, Tùm quia illud directum apparet unico contextu Præposito, & Canonicis collectivè, quod idem est, ac si fuisset directum Collegio, quod utiq; d. Summus Pontifex non fecisset, si d. Ecclesia non esset Collegiata, sed esset Ecclesia matrix, vel receptitia, & illius Beneficiati nuncupati fuissent Canonici tantùm abusivè ut exadverso prętenditur, cum regulariter Papa non soleat scribere, & dirigere Bullas cum expressione tituli personis, abusivè titulatis, sed tantum habentibus titulum verum, & validum per ea, quæ notat *Barbos. de Canon. c.* 1. *nu.* 3. *& seqq.* [121] [122]

Deveniendo modo ad oppositiones, exadverso datas signis collegialitatis nostræ Ecclesiæ, dicimus, nullo modo obstare respectu actuum Capitularium pro nos exhibitorum, quod illa non sint continuata, & facta in loco fixo, quia quoad non continuationem reflectendum est, quod fuerunt exhibita quindecim Volumina Instrumentorum coram Judice compulsoriali, qui ab aliquibus tantùm ex illis extraxit verba, quæ enunciant qualitatem collegialitatis, & hæc sunt illa, quæ referuntur in contrario Summario. Reliqua Instrumenta, contenta in prędictis quindecim Voluminibus, asservari solitis in Archivio nostrę Ecclesiæ, quæ ostendunt continuationem, tanquàm non continentes enunciativam collegialitatis fuerunt omissa, sed non propterea deficiunt, Cæterum ultra infinitum Instrumentorum numerum, contentorum in prædictis quindecim Voluminibus, fuerunt quoque exhibiti alii infiniti Libri, continentes acta Capitularia, indicati in contrario Summario, de quibus non fuerunt stipulata publica Instrumenta, & gesta in Capitulis fieri solitis quolibet die Sabathi ad formam *Cap.* 33. *Statutorum*, ubi decernitur, quod omni die Sabathi post Missam majorem debeant Canonici cum Præposito coadunari in Cappella Sancti Gabrielis, quando pulsatur Campanella. [123] [124]

Quo verò ad variationem loci, ubi dicti actus Capitulares gesti fuerunt, reflectere supplicamus, quod major illorum pars apparet facta in Cappella S. Gabrielis, & in Claustro Superiori Ecclesiæ, & actus gesti alibi, quam in prædictis duobus locis, fuerunt expleti tempore, quo pro dilatatione Sacristiæ opus fuit incorporare dictam Cappellam S. Gabrielis, & ob istam rationem cum adhuc non esset destinatus alius locus certus, acta fiebant diversis in locis: Peracta deinde destinatione loc , nempe mansionis in Claustro, superiori non solum ibidem gesti, & expleti fuerunt omnes actus Capitulares, verum etiam fuit obten um à fa. me. Urbano VIII. Breve approbationis, & confirmationis destinationis prædictæ; Unde cum prætensa variatio loci fuerit occasionalis, de ea curandum non est, cum attendi nullatenus debeat id, quod raro observatum fuit, per ea, quæ notant adductis per *Barbos. axiom.* 82. *num.* 3. *& Rot. dec.* 151. *num.* 3. *cor. Coccin.* [125]

Minus obstare videtur reflexio, quod enunciativæ, tam Summorum Pontificum, quam Ordinariorum, & illæ, quæ leguntur in nostris Libris Capitularibus, non semper important denominationem collegialitatis, & illæ, in quibus talis mentio fit, sint recentes, tanquam non excedentes metam centum annorum; Satis enim videtur respondere, quod idem est enunciare collegialitatem, ac Capitulum, & Canonicos, cùm quælibet Ecclesia habens Canonicos, cum præbenda distincta, & distributionibus quotidianis, ac servitio in Choro, & punctaturis, ex necessitate dicatur, & sit Collegiata, ad differentiam illarum Ecclesiarum, quarum Beneficiati habent servitium in Choro ex sola electione, vel ob salarium, quæ dicuntur, & sunt receptitiæ. [126]

Parumque refert, quod aliquæ ex eisdem non excedant metam centum annorum, quia enunciativæ, excedentes d. metam annorum centum, tunc requiruntur, vel quando ex illis dumtaxat prætenditur deduci probatio collegialitatis, vel quando in contrarium urgent multò plures conjecturæ, exclusivæ ejusdem collegialitatis, in quibus terminis loquuntur omnes authoritates, exadverso ad hunc effectum allegatæ. In nostra vero hypothesi, neq; prætenditur deduci probatio collegialitatis ex solis enunciativis, cum tot alia univoca signa concurrant, neque in contrarium urgent majores conjecturæ pro exclusione collegialitatis, ut supra demonstravimus. [127]

Dicimus *aliquæ ex eisdem enunciativis*, quia habemus multas, quæ longè excedunt d. metam annor. centum, signanter illa, quæ legitur in sæpe citata Bulla Innoc. III. ibi: *Dilectis Filijs Præposito, & Capitulo S. Mariæ de Vineis*, sub Dat. 16. Jan. 1211. Nec non illa, quæ legitur in Brevi fa. me. Greg. IX. ibi: *Dilectorum in Domino filiorum Præpositi, & Canonicorum S. Mariæ de Vineis* sub Datum 28. Octobris 1233. Illa, quæ legitur in Bulla f. m. Alexandri VI. ibi: *Ortis inter Præpositos Collegiatarum, & Rectores Parochialium Ecclesiarum* sub Datum 4. Junii 1496. Illa, quæ legitur in Breve f. m. Gregorii XIII. ... sub Datum anni 1581. Illa, quæ legitur in Synodo Cardin. Antonii Sauli, ibi: *Come anche si escludono le Chiese Collegiate di S. Maria delle Vigne, e di S. Siro &c* term nat. die 1. Septembris 1588. Illa, quæ legitur in Bulla Clementis VIII ibi: *Cum Præpositura Sæcularis, & Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ de Vineis &c.* sub Dat. 18. Nov. 1602 Illa, quæ legitur in altera Synodo Archiepisc. Horatii Spinulę, ibi: *Propterea eadem Anniversaria in Ecclesia nostra Metropolitana, & Collegiata B. Mariæ de Vineis reducimus &c.* inita die 6. Octobris 1604., Quæ omnes enunciativę excedunt respectivè metam annorum centum, biscentum, tercentum, quatuorcentum, quingentorum, & sexcentorum, ut ex calculatione remanet manifestum; Ultra innumeras alias similes enunciativas annor 1619. & sequentium, quæ recognosci possunt in contrario Summario, quæ non possunt dici adeò recentes, ut in qualibet materia unitæ cum dd. aliis demonstrationibus collegialitatis ex hac parte deductis concludentem, imo concludentissimam non faciant probationem ejusdem collegialitatis, procedendo cum axiomate illo *singula, quæ non prosunt, unita juvant*, de quo in nostris punctualibus terminis egregiè *Card. de Luc. de Præem. disc.* 8. *sub n.* 11. *& disc.* 51. *n.* 3. *& R. P. D. Petra ad Constit. Apost. to.* 3. *fol.* 69. *n.* 3. *& Rot. dec.* 29. *n.* 5. *vers. Cæterùm par.* 2. *divers.* [128] [129] [130]

Obiter hic observando respectu d. antiquæ enunciativæ ann. 1588. Synod. Card. Saulii quod iste fuit unus ex illis, qui in minoribus, nimirum in statu Referendarii Utriusq; Signat. supplicavit fa. me. Gregorio XIII pro erectione Ecclesiæ Adversariorum in Collegiatam, ibi: *Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte Vener. Fratris nostri Alexandri Episco-* [131]

Episcopi Alerien., *ac dilectorum Filiorum Magistri Antonii Utriusque Signaturæ Referendarii, & Literarum Apostolicarum Scriptoris*, *& Secretarii*, *Familiaris nostri &c.*, Itaut respectu dictæ enunciativæ verificetur qualitas illa, quod procedat ab uno ex Fundatoribus Collegiatæ Adversariorum, sicquè contra illos plenam faciat probationem, ex adductis per *Dec.cons.29.n.33.lib.1.& Rot.dec.679.n.4.par.18.rec.*

132 Minus relevant oppositiones adversus signum deputationis Massarii, seu Exactoris, & Conservatoris fructuum de Massa, Syndici, seu Procuratoris Arcæ communis, & retentione proprii sigilli: Respectu enim Massarii, & Syndici, quod etiam Congregationes, & Confraternitates Sæcularium habeant hujusmodi Officiales, ponderare supplicamus, quod Massarii, & Syndici Congregationum, & Confraternitatum habent quidem facultatem exigendi, & conservandi bona, & fructus Confraternitatis, at non habent facultatem distribuendi dictos fructus inter dd. Confratres, imò nihil expendere possunt absque licentia Prioris, vel Guardiani, noster verò Massarius juxta dispositionem Statutorum *cap.* 34. nedum habet facultatem exigendi, & conservandi fructus de massa, sed ulterius habet facultatem dictos fructus distribuendi, & expendendi, & absentias Canonicorum punctandi pro facienda legitima distributione, quod est propriè officium deputari solitum in Ecclesiis Collegiatis: Undè licet Massarii Congregationum, & Confra-

133 ternitatum conveniant in nomine cum Massario Collegiatarum, tamen in substantia, & quoad facultatem sunt omnino diversi. Vanum autem esse insistere in argumentis, deductis à simplici denominatione, dicebat *Bartol. in l. Quominus num.22. ff. de Flumin.* ibi: *Non curo de nomine*, & concordat *Rot. in Pisana Jurispatronatus 2. Julii 1700. §. Ut enim cor. R.P.D. Ansaldo*, cum aliis, à me citatis *in Tract. de Livell. c.1. § 21. n.52.*

Respectu verò Arcæ communis, quod debeat esse materialis, & deservire pro asservatione fructuum, & scripturarum Ecclesiæ, & non sufficiat Arca formalis, quæ repræsentatur per Massarium, hæc videtur distinctio noviter à Parte ideata; Authoritates enim, ad id allegatæ, talem distinctionem non faciunt, & contrarium passim servatur, tam

134 in Urbe, quam in omnibus aliis Ecclesiis Collegiatis, & Cathedralibus Orbis, in quibus nulla adest Arca materialis pro reponendis fructibus, sed hic in Urbe ob commodum publicorum Bancorum pecuniæ, retractæ ex fructibus, in dictis Bancis deponuntur, & in aliis Locis fructus, & pecuniæ conservantur per unum ex Canonicis, diversimmodè nuncupatis, juxta diversitatem Locorum.

In ordine autem ad Sigillum, quod non sufficiat illius materialis existentia, nisi simul probetur illius usus, & quod alteri usui nullatenus deserviat; Dicimus, hanc oppositionem procedere, quando dubitatur, an tale sigillum sit Collegiatæ, vel Parochiæ, quo casu requiritur probatio usus ad certificandum, quod sigillum sit Collegiatæ, juxta authoritates, ex adverso allegatas, in quibus constabat, sigillum fuisse, & spectasse ad Parochiam, non ad Collegiatam; Non autem procedit, quando in dubium non revocatur, sigillum esse

135 Collegiatæ, prout in casu præsenti, quo constat ex inscriptione, in eodem sigillo existente, his verbis: *Capitulum Collegiatæ B. Mariæ Vinearum*, quoniam probata pertinentia sigilli quod illud sit & spectet ad Collegiatam, necessaria non est probatio illius usus, qui præsumitur, & habetur in illis actis Capitularibus, qui explentur à Canonicis capitulariter, absque celebratione publici Instrumenti à Notario rogati, sed per solam subscriptionem Præpositi, & Canonicorum.

Observando hic circa sigillum Adversariorum, quod in illo adest quidem imago B. Virginis, sed unita cum armis Gentilitiis Domus Sauliæ, ut dicunt testes, ex adverso dati

136 in contrario Summario, ibi: *Sigillo &c. con l' impronta di Nostra Signora, e l' armi à piedi dell' Illustrissimi Signori Saoli*: Quod non parum derogare videtur prætensæ insignitati, ex adverso inculcatæ, quia Adversarii nedum fruentes pro præbendis, & distributionibus redditibus, sibi assignatis à dicta familia Saulia, sed ulterius utendo pro sigillo armis Gentilitiis ejusdem nobilissimæ familiæ, dicuntur potius illius Cappellani, & nullo modo contendere possunt de præcedentia cum Principalibus, nullam omnino dependentiam habentibus à particularibus familiis Januæ, & utendo proprio sigillo, absque ulla mixtura Stemmatum Gentilitiorum

137 alterius familiæ. Quòd enim Ecclesia patronata, & dependens à particulari, seu privata, licet nobilissima familia, tanquam serva, & subdita, postponenda sit Ecclesiæ liberæ, & à secularis à nemine dependenti, adeò naturale est, ut nullo Authore ad id probandum egeat, juxtà nobilem animadversionem *Cardin. Pallavic. nell' Istor. del Concil. Trid. lib.3. cap.13. num.8.* & concordat *Rot. in Giennen. Iuris votandi 9. Februarii 1705. §. Tantum verò cor. R.P.D. Scotto*, & 3 *Iulii 1706. §. Quod indubitanter cor. Kauntiz*; Eo prorsus modo, quo, loquendo de ipsamet nostra Januæ Civitate, nulli, quantumvis Regiæ, & Imperiali Civitati locum cedit, non alia ratione, nisi quia libera, est, & à nemine dependens.

Postremò non relevat oppositio, quòd in susceptione possessionis Canonicatuum, Canonici de novo provisi non præstent juramentum de servandis statutis; Contrarium enim resultat ex juribus, per nos datis in nostro *Suum.* in quibus, & aliis receptionibus Canonicorum, de novo provisorum in Fratres, datis in manibus Eminentissimi Ponentis, ad evitandam prolixitatem Summarii, in specie legitur Juramentum 138 de servandis statutis; Et licet in *Summ. Partis* referantur binæ receptiones sine dicto juramento, non tamen in illis constitui potest aliquod fundamentum, quia esse potest, vel quòd juramentum prædictum fuerit præstitum per actum separatum, vel quia ubi constat de pluralitate actuum cum juramento antedicto, isti plures actus veniunt attendendi, non autem pauciores, in quibus deficit juramentum, cùm talis defectus potuerit evenire ex errore, & incuria Notarii, vel ex quo fuerit præstitum juramentum per actum separa- 139 tum, juxtà firmata per *Rot. in dec. 2226. num. 14. cor. Coccin. & dec. 301. num. 1. cor. Emer. jun. & dec. 1. num. 15. par. 8. recent.*

Remanet oppositio respectu existentiæ Præpositi, & collationis Præpositutæ, Sedi Apostolicæ reservatæ, quòd nempe existentia Præpositi tanquam Capitis possit convenire etiam simplici Congregationi, & quòd ex provisionibus Apostolicis, per nos exhibitis de antedicta Præpositura, non re- 140 sultet illius reservatio tanquam de prima Dignitate; Tùm quia sunt recentes, & in parvo numero, Tum quia continent clausulam, *seu alio certo modo vacan.*

Cæterùm respectu primæ partis oppositionis dicimus, illam procedere, ubi ageretur de probanda collegialitate ex so- 141 la existentia Præpositi, vel concurrerent in contrarium conjecturæ in majori numero, exclusivæ collegialitatis, non autem procedere potest in præsenti casu, ubi collegialitas probatur ex tot aliis signis, & nullæ concurrunt validæ conjecturæ, exclusivæ collegialitatis ex hucusque animadversis.

Quo verò ad secundam partem, quòd provisiones sint recentes, & in parvo numero, & cum d. clausula, *vel alio certo modo vacan.*, dicimus, ex illis benè probari reserva- 142 tionem collationis Præpositutæ, non obstante, quòd sint recentes, quia istæ præsumuntur factæ ad formam, & tenorem aliarum collationum præcedentium, cùm alias Ordinarii Januæ, si collatio Præpositutæ non esset reservata, tanquàm de prima Dignitate, se opposuissent illarum reservationi, ob præjudicium eis resultans; Et quòd sint in parvo numero, respondemus, esse nihilominùs sufficientes, cùm ad probandam reservationem Præpositutæ non cogantur Canonici exhibere omnes collationes, sequutas ab erectione ejusdem Præpositutæ usque ad præsens, & Regestra Datariæ revolvere per decursum septem, & ultrà seculorum; Maximè cum ex adverso non exhibeatur ulla collatio, quod fuerit facta ab Ordinariis; Cæterùm ad satisfaciendum Parti in præsenti *Summario Additionali.* superaddimus aliam collationem, factam à fa. me. Clemente VIII. Anno X. sui Pontificatus, & sic de anno 1602. cum expressione collegialitatis Ecclesiæ, & quòd eadem Præpositura sit ejusdem Ecclesiæ principalis Dignitas. Ex clausula verò illa, *sive præmisso*, *sive quovis alio modo*, nullatenùs excluditur reservatio, sed apposita censetur de stylo Datariæ, ad effectum magis validam reddendi, & ratio est. quia prædicta clausula de stylo apponitur in qualibet provisione pri- 143 marum Dignitatum, etiam Cathedralium ex traditis, per *Corrad. in Prax. dispens. lib.5. cap.1. num.51.* & à *D. Adv. Piton. discept. 12. sub num. 30.* ibi: *Clausula, sive præmisso, sive alio quovis modo, admitti solita in provisionibus Apostolicis.*

Deveniendo modo ad secundam partem dubii, respicientem qualitatem insignitatis nostræ Ecclesiæ, concordamus cum DD. ex adverso Scribentibus, quòd hujusmodi qualitas non à verbali denominatione, sed à rei substantia, & con- 144 comitantibus circumstantiis metienda sit, eo quia illa non habet in jure præscripta certa signa, illorumque efficacia arbitrio Judicis remittitur.

Tot autem, tantaq; adduximus univoca signa in nostris Scripturis ad probandam insignitatem nostræ Ecclesiæ, ut nullus forsan allegabilis sit casus, in quo congruentiùs, quàm in nostris terminis verificari possit dicta qualitas insignitatis,

gnitatis, ad quem effectum superabundaret sola illa enunciativa *celebris Historici Dezzæ*, qui ante annum 1146. nedùm attribuit nostræ Ecclesiæ epitetum *di Tempio sontuoso*, 145 sed ulterius, quòd fuit ædificatum cum tali munificentia, *e con tanto splendore, che non solo per l'antichità, ma pur anche per le altre nobili condizioni, che l'accompagnano, fu sempre riputato in Genova per uno de Santuarii più riguardevoli, e venerandi*. Insignitas major, sivè consideretur antiquitas, sive omnes aliæ conditiones ad nostrum effectum solitæ à Doctoribus considerari, difficile est, quòd possit nedùm de facto dari, sed de possibili fingi. Præsertim si omnia hæc præ oculis unitè habeantur cum enunciativis Summorum Pontificum, appellantium nostram Ecclesiam Collegiatam Insignem; Cùm enim agatur de enunciativis à Summis Pontificibus prolatis, qui possunt Collegiatas insignes, & insi 146 gnissimas facere, ex illis concludentissimè probata dicitur insignitas, *egregiè Capon. discept 288 n. 12*.

Remotis itaque contrariis oppositionibus quoad collegialitatem, atque insignitatem nostræ Ecclesiæ, non obstant ea, quæ ex adverso allegantur circa secundum dubium: *An* 147 *liceat Canonicis capitulariter, & cum eorum Præposito incedere in Processionibus, & aliis functionibus Ecclesiasticis*, cùm ea procedant, quandò ageretur de Canonicis, vel Beneficiatis Ecclesiæ non Collegiatæ, quandò enim sermo est de Ecclesiis, quæ suum habent Caput, & Clerum distinctum, ut in nostris terminis verificatur, nunquam Caput separatur ab illius membris ut, præter adductos in nostris Scripturis, referendo punctualem resolutionem hujus Sacræ Congregationis, notat *Barbos. in Summ. Apostol. dec. collect. 1. num. 34*.

Nec dicatur, quòd nostri Canonici tempore, quo duravit lis inter ipsos, & eorum Præpositum incesserint, utì singuli, & non capitulariter. Quia incessus prædictus non fuit voluntarius, sed coactus, quia Præpositus ab ipsis se separavit, cumq; huic separationi iidem Canonici semper, & uniformiter se opposuerint, ex ea nullum præjudicium reci- 148 pere potuerunt, nec incipere potuit ulla consuetudo, ipsis contraria incedendi, utì singuli, per ea, quæ ad rem firmavit *Rota in decis. 1120. sub num. 1. cor. Coccin.* ibi: *Ac proindè solutionem non incepisse à spontanea oblatione, quæ requiritur ad effectum consuetudinis*, *& dec. 203. num. 4 par. 5. rec.* ibi: *Quod apertè arguit contradictionem, & repugnantiam, non autem voluntatem, quæ requiritur ad inducendam hanc consuetudinem*, *& dec. 560. num. 20. par. 19.* ibi: *Et idcircò ex actibus, ob prænarratam necessitatem gestis, nullo modo inducta dici possit aliqua consuetudo*; Quæ nequaquàm canonizzata fuit ab hac Sac. Congregatione per decretum, emanatum de anno 1618. nedùm, quia d. decretum emanavit inter Archiepiscopum, prætendentem obligare Abbatem S. Matthæi ad personaliter accedendum ad publicas Processiones in loco, sibi assignato, non citatis, vel auditis Canonicis Collegiatæ S. Mariæ Vinearum, quibus proindè præjudicare non potuit; Verùm etiam quia illud emanavit in simplici possessorio manutentionis, & de tempore, quo ob litem cum Præposito Canonici S. Mariæ Vinearum capitulariter non incedebant, quod efficit, ut, quando etiam, adversus rei evidentiam, dici posset, quod emanasset, ipsis citatis, & auditis, adhuc eis nullum præjudicium inferre posset in præsenti controversia quæ agitatur in petitorio, cùm decreta, & sententia emanata in judicio possessorio non præjudicent in judicio petitorio ex firmatis *per Rot in dec. 230. num 10. & seq. par. 18. rec* Et in terminis præcedentiæ egregiè *Rot. in dec. 18. num. 16. apud Antonell. de Iuribus Clericor.*

Demum circa 3. dubium, respiciens præcedentiam nostrorum Principalium in concursu Adversariorum, concordamus pariter cum DD. ex adverso Scribentibus circa commu- 149 niter receptum conclusionem, quòd semper Collegiata insignis præcedere debeat simplici Collegiatæ, quantumvis antiquiori, quodq; in concursu utriusq; Collegiatæ insignis, præcedere semper debeat antiquior.

Ex hucusq; autem animadversis remanet manifestum, quod nostra Collegiata, nedùm est insignis, sed longè antiquior Ad- 150 versaria, & consequenter retorquentur ad hominem authoritates omnes, ex adverso adductæ.

Quia verò magis usex adverso fit rumor, maximusque clamor, in duabus circumstantiis ad probandam qualitatem insignitati Ecclesiæ Adversariorum, nempè in jurisdictione, qua 151 fruitur Abbas supra Clerum, sibi subjectum, atque in illius honorificis indumentis, & insigniis.

Dicimus primò, quòd antequam dd honorifica ornamenta competerent Adversariis, vigore specialis gratiæ, ultimo loco ab eisdem obtentæ, nostra Ecclesia erat absq; ullo dubio Insignis, ex supra animadversis, & consequenter quatenus 152 etiam dictæ circumstantiæ redderent pariter Collegiatam Adversariorum Insignem, adhuc semper præcedentia deberetur nostræ, attenta anterioritate insignitatis, quod probant ipsæmet doctrinæ, ex adverso allegatæ, quibus addimus punctualem resolutionem hujus Sacræ Congreg. *apud Nicol. in Floscul. verb. Collegiata num. 2.* ibi: *Collegiata nuper erecta non habet præcedentiam super antiquas*.

Dicimus secundò, quod exaggerata jurisdictio Abbatis non est tàm ampla, qualis ex adverso prætenditur, dum si consideretur locus, non egreditur Ecclesiam; Si personas, strictè comprehendit solùm illas, quæ actuali servitio ejusdem Ecclesiæ adscriptæ sunt; Si demum præ oculis habeatur mo- 153 dus, ille præcisè, & taxativè concernit solum ea, quæ ad dictam Ecclesiam spectant juxta præcisa verba Brevis san. mem. Gregorii XIII repetita in alio Brevi san mem. Alexandri VIII. ibi: *Superioritate, & jurisdictione in prædictos Canonicos, Beneficiatos, Ministrosque &c. In his tamen quæ ad dictam Ecclesiam spectant, habeat, & exerceat*; Itaut in substantia jurisdictio hæc, & facultas nil aliud comprehendant, quam ea solùm, quæ concernunt Divini Officii celebrationem, Divinique Cultus in eadem Ecclesia conservationem *Rot dec. 254 num. 5. par. 19 rec.*

Dicimus tertiò, quod ab erectione Ecclesiæ Adversariorum in Collegiatam, demandata anno 1583. à sa. mem Gregorii XIII nullum insignitatis signum desumi valet ex indumentis, tam Abbati, quam Canonicis Adversariis præscriptis, & demandatis. Idque ictu oculi desumitur ex verbis illis: *Nec non Abbati, & Canonicis dictæ Ecclesiæ pro* 154 *tempore existen. ut ornamentum, ac indumentum ad instar Canonicorum, & aliarum Collegiatarum Ecclesiarum illarum Partium deferre, & ejus omnibus, & singulis privilegiis &c. aliis Collegiatis Ecclesiis Partium earundem &c. concessis uti, potiri, & gaudere possint &c.* Ornamenta igitur Adversariorum, ex Bulla eorum erectionis debent esse ad instar Canonicorum aliarum simplicium Collegiatarum Ecclesiarum, non autem Collegiatarum insignium; Idque clarum est ex sola, & simplici lectura Brevis eorum erectionis, absque ulla necessitate glossæ, vel interpretationis.

Dicimus quartò, quod multò minus fundamentum fieri potest in illam et gratia, & Brevi s. m Alexandri VIII. in quo honorificentiora ornamenta, & indumenta Abbati, & Ca- 155 nonicis Adversariis concessa fuerunt; In illo enim septies reperitur Ecclesia Adversariorum, semper cum titulo simplicis Collegiatæ, nunquam verò cum denominatione insignis; Hujusmodi autem reflexio eò magis stringit, quo idem Breve appellari congruè potest epilogus qualitarum Ecclesiæ Adversariorum, dum in illo exactissimè describuntur omnes illius prærogativæ, ut ex lectura; Non igitur verisimile est, & vix sano intellectui persuaderi potest quod si qualitas insignitatis, tunc temporis competiisset Ecclesiæ Adversariorum, enunciata non fuisset in eodem Brevi, & longè inverisimilius est, quod idem Summus Pontifex eo tempore, quo multa nova honorifica ornamenta eidem Ecclesiæ regio animo attribuit, & gratiosissimè concessit, omisisset facere mentionem insignitatis, si hæc tunc temporis Ecclesiæ Adversariorum revera competiisset

Dicimus quintò, quod prædicta omnia, & alia, quæ leguntur in eodem Brevi sa. m. Alexandri VIII fuerunt Adversariis concessa *ex specialis gratiæ dono*, juxta illius præcisa ver- 156 ba; Non solent autem Summi Pontifices Tertiis præjudicare jusque eis tollere per quascumque gratias, etiam motu proprio concessas, juxta solemnem illam declarationem quam facere solent in *Reg 18. Cancell.* & notat *Pignat. consul. 52. nu. 7. tom. 12.* Cum cujus authoritate *in Pragen. Indulti 31. Augusti 1715.* processit *Sac. Congr Rituum Ponente Emin. Barberino*, ut videbimus infra.

Diximus sextò, quod ead. honorifica ornamenta *non denotant superioritatem, vel potestatem, sed dumtaxat perfectio-* 157 *nem, gravitatem, & ornamentum personarum & quod non sint simplices Presbyteri*, sunt verba *Cecoperis lucubrat. Canon. lib. 1 n 93.* quem sequutus fuit *D. Ad. Piton. discep 94 sub n. 9.* ubi ad rem observat, quod usus ejusd Cappæ, ex adverso plus justo magnificatæ, solet etiam concedi simplicibus Cappellanis, juxta exempla ibidem adducta.

Dicimus septimò, quod sicuti dicta honorifica ornamenta non faciunt, Ecclesiam Collegiatam esse insignem, ex modò allegatis, ita illorum non usus respectu aliarum Ecclesiarum, quibus illa non competunt, nullatenùs præjudicant illarum insignitati, in qua parte habemus Sacr. Ro-

158 tæ decisionem, quæ non potest esse magis punctualis *in dec. 29.in fin.par.2.divers.*ibi: *Ratio, quam ipsi allegant, non est bona, neque concludens, quia non sequitur: Præpositur, & Canonici talis Ecclesiæ non utuntur insignijs Pontificalibus. Ergò Ecclesia non est insignis*: Et rationem assignat *Ricc. in Prax. par.4.resol.544.per tot.* solidè advertens, qualitatem insignitatis posse etiam probari per famam, seu communem reputationem, ex qualitate Loci, & confluentia Populi, aliisque circumstantiis, prorsùs separatis, & omninò distinctis à dictis honorificis personæ ornamentis, quarum circumstantiarum concursus superlativè verificatur in nostro casu.

Tandem dicimus, quòd usus Pontificalium respectu Abbatis, & facultas gestandi Rochettum, ac Cappam magnam respectu Canonicorum, expressè concessa legitur in Brevibus exadverso obtentis cum clausula *sine præjudicio alicujus*, quę proindè nequit eisdem tribuere talem qualitatem insignitatis, ob quam competat præcedentia adversùs alias antiquiores Ecclesias Collegiatas insignes, quam seclusa dicta facultate utendi Pontificalibus, & gestandi Rochettum cum Cappa magna respectivè, & ante obtenta d. specialem gratiam, non habebat, cùm naturalis, & quidditativus effectus clausulæ prædictæ sit præservare jus, & præeminen-

159 tias aliarum Ecclesiarum, per ea, quæ in terminis firmavit *Rot. in dec.* 1084.*num.7.cor. Emer.jun.* ibi: *Utcumque se habeat res &c., cùm prædicta erectio reperiretur saltem in implicito statu validitatis, ac Ecclesia semper fuerit in opinione, & figura Ecclesiæ Collegiatæ, nec nova erectio processerit, infirmando priorem, imò in illa expressè legatur clausula sine alicuius præiudicio, quæ jus Episcopi præservavit &c. & dec.* 120. *num.8.par.*3.*rec.*ibi: *Unde stante dicta preservatione jurium DD. Canonici Cathedralis debent præcedere in Ecclesia Collegiata propriis Canonicis ipsius Ecclesiæ eodem modo, quo præcedebant ante erectionem, cum huiusmodi erectio propter illam clausulam sine prçiudicio &c. perindè habetur, ac si facta non fuisset.*

Ex quibus duo corollaria solidè inferuntur pro demonstranda insubsistentia dictarum duarum conjecturarum Jurisdictionis, & ornamentorum in quibus totus conatus DD.

160 exadverso Scribentium hodiè restringitur, deducta ex illismet fontibus, ex quibus illæ delumuntur, ex Brevi nimirum fa. me. Gregorii XIII., & ex alio Brevi fa. me. Alexandri VIII. In istis enim, in quibus conceduntur dicta Jurisdictio, & usus honorificorum ornamentorum, nec miserabile legitur verbum, quod etiam à remotissimis insignitatem Ecclesiæ Adversariorum valeat importare; E converso autem, quoties in eisdem Brevibus fit mentio ejusdem Ecclesiæ, semper, atque semper denominatur Collegiata simplex; Plusquam evidens signum, quod iidem Summi Pontifices, nec illam agnoverunt unquam insignem, nec ad insignitatis gradum sublimare eam voluerunt eo tempore, quo Jurisdictionem, & ornamenta honorifica eis concesserunt; Reflexio hæc adeò solidè excludere videtur prætensionem insignitatis Ecclesiæ Adversariorum, saltem usque ad tempus, quo dicta Brevia emanarunt, ut nihil magis addi posse videatur pro demonstranda ulteriori ejusdem insignitatis insubsistentia, ut ad sensum patet.

Quibus non adversatur prætensus exiguus numerus ministrorum nostræ Ecclesiæ, & modicitas præbendæ nostrorum

161 Canonicorum; Quia exiguitas numeri Ministrorum non subsistit in facto, ex quo constat, in eadem Ecclesia, ultrà Præpositum, novem Canonicos, quatuor Mansionarios, seu Cappellanos, habentes mediam præbendam, adesse sexdecim fixos Cappellanos, quatuor Clericos, & alios Ministros inferiores, *ultra perpetuas alias Cappellanias, quibus ab aliis non Beneficiatis dictæ Ecclesiæ Sacerdotibus cum celebratione Missæ inservitur*, juxtà præcisa verba Vicarii Generalis Januæ, qui quidem numerus longe excedit numerum Ministrorum Ecclesiæ de Carignano, itaut si major, vel minor insignitas sumenda esset à numero Ministrorum, absque dubio nostra Ecclesia esset insignior Ecclesia Adversariorum.

Modicitas verò Præbendæ compensatur, quia, ultra Prębendam, nostri Canonici habent terratica, & pensiones do-

162 morum, ut constat *ex Cap.21. Statutorum*, & distributiones quotidianas, in quibus major pars redditŭum Canonicatuum consistit ita dispositum, ad hoc ut sub spe lucri dictarum distributionum promptiores sint, in servitio Ecclesiæ, quod valde uniforme est dispositioni *Sacri Concilii Tridentini sess.21.de Reformat c.*3.ubi decernitur, quod saltem tertia pars fructuum convertatur in distributionibus quotidianis, ne Canonici servitium Ecclesiæ negligant, prout negligebant anteà, quandò in Cathedralibus, & Collegiatis dictæ distributiones quotidianę non aderant, & eadem erat conditio, & emolumentum servientium, & non servientium.

Et ulterius dd. Canonici participant de emolumentis majoribus, & pinguioribus Parochiæ; exceptis emolumentis minutis, spectantibus ad Præpositum, in recompensam la-

163 boris in exercitio Curæ; Adeòq; redditus Canonicatuum non sunt adeò tenues, ut exadverso decantatur, sed calculatis certis cum incertis, ascendunt ad sc. 150. quolibet anno, ut est notorium in Civitate Januæ.

Nullam tandem meretur animadversionem monstruositas, quæ prætenditur resultare, si in processionibus haberent præcedentiam Canonici Sanctæ Mariæ Vinearum sola Almutia induti, in concursu Canonicorum Adversa-

164 riorum, indutorum Cappa magna. Recurrunt enim eædem animadversiones, supra punctualibus authoritatibus comprobatæ, quod similia honorifica ornamenta nullam denotant superioritatem, vel præminentiam, sed solum ornamentum personarum, & ob istam rationem videmus hìc in Urbe, quod Collegiata Sanctæ Mariæ ad Martyres, seù Rotundæ, quamvis non habeat usum, neque Rocchetti, neque Cappæ magnæ, neque Almutiarum, nihilominus in Processionibus, & aliis publicis functionibus, ratione suæ antiquitatis præcedit omnes alias octo Collegiatas ejusdem Urbis, quarum major pars habet proprium, & honorificum signum distinctum, & propriam Almutiam.

Monstruositas igitur in hac parte in eo residere videtur, quod pleno ore qualificatur exadverso pro inconvenienti, absurdo, & monstruoso, id quod quotidiè practicari vi-

165 demus in Urbe ante oculos Summi Pontificis, & in conspectu hujus Sacrosanti Senatus, Sacror. Rituum conservationi, & instaurationi præpositi, quandò omnes Theologi, & Canonistæ omnes in eo, una voce, unoque calamo concordant quod praxis, & consuetudo Urbis (sunt verba *Rot. in Majoricen. Parochialis de Manac.* 2.*Julii* 1708. *§.Hocque coram Omanna*) *veluti in conspectu ipsius Sedis Apostolicæ inducta, haberi solet pro lege in universo Orbe, & normam Episcopis, aliisque inferioribus Prælatis, tribuere debet*, confirmata 16.*Novembr. ejusdem anni §. Attenta cor. Reverendiss. Molines.*

Ex quibus omnibus, præcipuè simul junctis, tali evidentia probata videtur qualitas Collegiatæ Insignis respectu nostræ Ecclesiæ, ut si in Juris Consultorum Scholis, ut verbis utar *clar. memor. Card. Sfondrati in Lib. cui titulus L.R.fol. mihi* 100. exemplificari velit Ecclesia aliqua, ab antiquissimo, imò immemorabili tempore Collegiata cum qualitate insignitatis, cum omni fundamento, sermonisque proprieta-

166 te, poni posset Ecclesia S. Mariæ Vinearum Genuæ; E'converso autem difficile erit ostendere exemplum aliquod alterius Ecclesiæ, quæ se prætendat Collegiatam Insignem à recentiori tempore, ac sit illa Adversariorum, dum vix exsiccatum est atramentum, quo subscripta fuit Gratia illa, ex qua talis prætenditur insignitas. Cumque eodem tempore penderet lis inter has Partes super eadem insignitate, eo minus fundamentum in eadem recentissima gratia, fieri potest contra Principales per ea, quæ firmavit *Rot. in dec.67. num. 2.cor.Minot.& dec.*37.*n.*3.*& seq.part.*14 *recent.*

Sequitur Replicatio in eadem Causa.

167 IMitatur in sua Responsione unus ex DD exadverso in Jure scribentibus matrem illam, quæ anno mundi 3022. cum non posset obtinere à Salomone integrum, vivumque infantem illum, qui suus non erat, coram eodem Rege adversus veram matrem exclamabat: *Nec mihi, nec tibi, sed dividatur*, ut legitur 3. *Reg.*3.26. & notant communiter *Repetentes in Cap. Afferte, de Præsumpt. D. Ambros. lib.* 2. *de Offic. capit.* 8. *& Pined. de Reb. Salomon lib.*6.*capit.*13. dum in *§. Imò* cum supposito æqualis insignitatis inter no-

168 stram, & Adversariorum Ecclesiam, ait, *ubi asseretur de æquali insignitate, servanda venit alternativa quoad præcedentiam.* Sed cum æqualis hæc insignitas nullatenus subsistat, dum nostra longè insignior est Ecclesia Adversariorum, præcedentia in omnibus attribuenda videtur Principalibus:

De collegialitate nostræ Ecclesiæ satis dictum in nostris Scripturis, in quibus adeò solidè illa demonstratur, ut alter ex DD. exadverso in Jure scribentibus, illa consultò omissa, se restrinxerit ad discussionem solius tertii dubii.

Strictè igitur ad tertium dubium, in substantia prætenditur exadverso præcedentia, attenta insignitate, competente Adversariis ex privilegio, in concursu insignitatis nostræ

170 Ecclesiæ, cui competit de Jure.

Quandò

Quandò autem, morem gerendo Adversariis, rem ad hanc extremitatem vellemus reducere, adhuc facili negotio causa terminata esset, quia *Canonici Collegiatæ, de Jure insignis, præferuntur Canonicis Collegiatæ, quæ est insignis per Indultum de recenti, vel die, Collegiata antiquior, quæ habet insignitatem à Iure, præfertur habenti insignitatem* 171 *ex privilegio posteriorem*, sunt verba *Monacell. in formul. legal. tom. 1 tit. 2. formul 4. num. 22. fol. 39.* ubi sequitur *punctualissimas resolutiones hujus Sac. Congreg. in Castellana Præcedentiæ 13. Februarii 1700 & in Novarien. 8. Maii eiusdem anni ad dub. 11.* in qua scripsi, & obtinui, & in cujus casu concurrebat ulteriùs illa alia circumstantia, quod Collegiata S. Bartholomæi Burgi Mainerii, quæ succubuit, habebat insignia honorificentiora Collegialitatis SS. Gervasii, & Prothasii Domus Ossulæ, & S. Victorii Intri: Hujusmodi enim punctuales resolutiones hujus Sac. Congreg. per ea, quæ egregiè firmavit *Rot. in dec. 7. nu. 3.* apud *Antonell. de Jurib. Cleric.* 172 vim legis habent, & præferuntur regulis generalibus, exadverso inculcatis, quas pannos calidos vocat *Card. de Luc. de Legat. disc 61. num. 7.*

Quæ si procedunt in terminis insignitaris, absque ulla operatione intellectus, resultantis ex sola lectura Apostolici privilegii, quid dicendum in nostris terminis, in quibus tale privilegium non adducitur? Quod evidens fit, observando cum Doctoribus illis, quos refert, & sequitur *Pellegrin. in Prax. Vicar. par. 1. sect. 5. num. 3. fol. 53.* quod *Collegiata Insignis ex privilegio dicitur illa, cui à Summo Pontifice* 173 *tale privilegium conceditur, ut ita vocetur*, juxtà terminos Collegiatæ Burgii Mainerii, cui tale privilegium anno 1682. à fa. me. Innocentio XI. fuerat literaliter concessum.

Videamus igitur, an in dictis duobus Apostolicis privilegiis, exadverso decantatis, legatur, ut Ecclesia Adversariorum vocetur insignis; Ego non semel illa perlegere volui, tàm illud fa. me. Gregorii XIII. quàm aliud fa. me Alexandri VIII. & tale quid neque per somnium adinveni; Et pro- 174 indè dicuntur de subjecto non supponente omnes contrariæ animadversiones, conclusiones, & discursus, quia supponunt, quod Ecclesia Adversariorum sit insignis ex privilegio, quod est prorsus insubsistens, ex sola lectura dictorum privilegiorum. Inveni potius oppositum, quia in utroque Breve, semper denominatur Collegiata simplex, absque ullo addito insignitatis.

Nec dicatur, quod talis insignitas desumatur ex usu Mitræ, & Jurisdictionis Abbatis in Ecclesia Adversariorum, ex illius magnifica structura, & ex usu Cappæ magnæ respectu Canonicorum, quæ conceduntur Adversariis in dictis Brevibus, & in altero SS D N expedito die 10. Febr. 1706. Quia ita discurrere est transitum facere ab insignitate ex privilegio ad insignitatem Juris, quę pręcisè, & univocè desu- 175 mitur à dictis, & aliis similibus conjecturis, per ea, quę in terminis notant *Massobr. de Synod. cap. 4. dub. 14. n. 9. & seqq Lotter. de Benefic lib. 1. q. 15. n. 8 & Barbos. ad Conc. sess. 22. cap 14. de Reform. nu 52.*

Ultra quod ego fateor ingenuè meam imbecillitatem, non percipio, quomodo possit dici insignis, Ecclesia Adversariorum à dd. conjecturis, desumptis à dd. Brevibus, si Sum. 176 Pont. qui illa concesserunt, quive fuerunt, & respectivè sint tria Oracula, utriusque Juris, eadem signa, & conjecturas non habuerunt pro efficacibus ad importandam insignitatem; Si enim eadem Ecclesia habita fuisset pro insigni à dictis tribus Summis Pontificibus, nil facilius, quàm eam pro tali denominare, & canonizare in illis actibus, qui unicè directi sunt ad illam condecorandam, ut de se patet, & cuilibet consideranti notum est.

Pręciso igitur contrario privilegio, quod non ostenditur, totum id, quod potest exadverso prętendi, restringitur ad insignitatem Juris. Inter duas autem Collegiatas insignes de 177 Jure, semper pręcedere debet antiquior, ut resolvit hac Sac Cong. apud *Nicol. in Floscul. verb. Collegiata sub n. 2* & probant *Pellegr. in Prax Vicar. par. 1. sect. 5. num. 13. Tondut. quæst. Benef. par. 2. cap. 2. §. 2. num 15. & Card. de Luc. in Miscell. Eccles disc. 45. num. 6.*

Nec dicatur, quod insignitas Ecclesię Adversariorum, quę habet pro se claram Bullam erectionis, uti certa, expressa, & pręcisa, pręferenda sit insignitati nostrę Ecclesię, quę dubia est, obscura, & disputabilis, uti desumpta à conjecturis: Quia hoc est ęquivocum plusquam palmare. 178 Aliud enim est, quod Ecclesia Adversariorum habeat pro se claram Bullam erectionis in simplicem Collegiatam, quod non negamus; Aliud verò est, quod habeat pro se claram Bullam erectionis in Collegiatam insignem, quod est prorsus insubsistens, itàque oculis evidens fit ex sola lectura dictę Bullę.

Magnificato usui Cappę, quę etiam simplicibus Cappellanis concedi solet, *teste D. Adv. Piton. discept. 49. num. 1.* & concordant *Corrad. in Prax. benef. lib. 1. cap. 14. num. 13. & seqq. & Barbos. in Summ. Apostol. decis. verb. Cappa num. 10. & 11.* respondet alter ex DD. exadverso in Jure scribentibus, cum punctualissima authoritate *Massobr, in* 179 *Prax. prælud. 2. dub. 2 num. 27 & de Synod. cap. 4. num. 45. & seqq.* his verbis: *Quamvis autem usus hujusmodi vestimentorum per se non soleat multùm attendi ad significandum, an Ecclesia sit insignis, nec ne, Massobr. &c attamen infitiari non potest, quin supposita qualitate insignitatis, inservire non valeat ad effectum determinandi controversias præcedentiæ inter Collegiatas æquè insignes*; Si igitur usus dictæ Cappæ non solet multùm attendi ad cognoscendam insignitatem Ecclesiarum Collegiatarum, non debere hodiè tantum exagerari, tantusque rumor circa illam fieri; Prout etiam si usus Cappæ supponit qualitatem insignitatis, in nostro casu insignitas non potest inferri ex usu Cappæ, ne effectus præcedat suam causam, neve principiatum sit prius suo principio, adversùs omnia principia.

Diximus in nostris Scripturis, & constanter repetimus, quod nulla verificatur monstruositas in eo, quod habens usum 180. insignium magis honorificorum cedat locum digniorem, vel nulla habenti insignia, vel habenti minùs honorifica.

Probamus hoc ad evidentiam tribus exemplis, primò respectu Collegiatę Rotundę, quę, ut diximus, atq; observavimus suprà *n. 165.* nulla habet insignia, & nihilominùs prę- 181 cedit octo aliis Collegiatis Urbis, quarum major pars habet insignia honorifica, & ornamenta nobilia.

Secundò respectu Collegiatæ Ss. Gervasii, & Protasii Ossulæ, necnon alterius Collegiatę Sancti Victorii Intri, Novarien. Diœcesis, quæ minus honorifica insignia habent in concursu Collegiatæ S. Bartholomæi Burgi Mainerii, & ta- 182 men pręcedentiam obtinent ex decreto hujus Sac. Congr. *in Novarien. 8. Maii 1700. ad xi. dubium.*

Tertiò respectu insignis Collegiatę Terrę Gallesii, cui fuit adjudicata præcedentia in concursu insignis Collegiatæ Ss. Vincentii, & Anastasii Terræ Arignani, habentis usum Al- 183 mutiarum, quem non habebat dicta Collegiata Gallesii *in Civitatis Castellanæ 13. Februarii 1700.* ut videre est in Libro Decret. hujus Sacr. Congr. *fol. 78* & refert *Monacell. tom. 1. tit. 2 formul. 4 n. 22. fol. 39*

Nec dicatur, quod major adsit differentia inter almutias, quas deferunt Principales, & Cappam magnam, quam deferunt Adversarii; Et inter almutias, quas deferebant dictę 184 Collegiatæ insignes Urbis, Burgi Mainerii, & Arignani, atque inter simplex superpelliceum, quem deferunt Canonici Rotundę, Domus Ossuli, Intri & Gallesii.

Tùm quia longe major differentia videtur adesse inter simplex superpelliceum, seu nullum signum honorificum, & almutias, ac adsit inter almutias, & Cappam magnam, ea ratione, quia primo casu agitur de transitu à non esse, ad esse honorificum, inter quæ nulla adest proportio, ut dicunt Philosophi, quod non verificatur in secundo, in quo solùm agitur de majori, vel minori honorificentia; Magis autem, & minùs non mutat speciem. Tum etiam, quia vis non stat 185 in majori, vel minori signo honorifico, sed in eo, quod in particulari aliquo casu, puta in Processionibus, in nostris terminis, habens signum magis honorificum cedit locum illi, qui tale signum non habet, vel habet minus honorificum, quod nullam importat monstruositatem: *Non enim indecens videtur, nec Iuri repugnat, ut inferior in certo loco, & tempore magis dignum præcedat*, sunt verba *Rot* cumulantis innumeros concordantes, *in dec. 560. n 17 par. 19 rec.*

Pro quorum omnium faciliori admissione dignentur EE. PP. observare, quod usus dictorum insignium, & ornamentorum Rocchetti, & Cappæ magnæ, neque de Jure ne- 186 que ex gratia ante annum 1706. Adversariis competebat; Ad quod demonstrandum non utimur argumentis, neque conjecturis, sed adducimus probationes probatas, ab eisdem solemniter acceptatas, cum litis renunciatione, nempe sententiam R P D. Aldrovandi, quando erat A. C. Locumtenens, duas *Sacræ Rot Decis. in Inuen. Insignium anni 1705. cor. Muto*, firmantes clarum & manifestum esse non Jus Adversariorum circa delationem dictorum ornamentorum in §. 9. ibi: *Quod autem non Ius Collegiatæ sit clarum & manifestum, constat &c.* Et demum duo oracula hujus Sac. Congreg., exclusiva cujuscumque Gratiæ in hac parte ut in §. 2. ibi: *In hoc rerum statu porrexerunt Canonici eiusdem Collegiatæ supplicem libellum SS. D. N. pro obtinenda gratia dela-*

187 *delationis ejusdem habitus, illoque Sac. Congr. Rituum pro Voto remisso, emanavit per binas vices rescriptum, non esse locum Gratiæ;* Pro ut omnia hæc latiùs referunt in Breve Ss. D. N. sub die 10. Febr. 1706. ubi ulteriùs subditur, quod Adversarii *hisce judicatis obsequendo, & parendo, habitum, & insignia hujusmodi deposuerunt;* Pro cujus intelligentia est supponendum, quod aliquibus annis antea, tempore præsentis litis, coram hac Sac. Congr. pendentis, de facto, & attentatè dictum habitum, & insignia propria authoritate deferebant; Itaut d. anno 1705. & 1706. respectivè nullum omninò habitum honorificum detulerunt, sed simplex superpelliceum.

Et proindè videtur nimis durum, ferèque insupportabile, quod hodiè tantus fiat rumor, tantæque audiantur exclamationes, super delatione dicti habitus, & insignium, pro quorum delatione clarum, & manifestum erat, quod ante ann. 1706. nullum omninò jus Adversariis competebat, &

188 quod magis est, neque etiam aderant congruentiæ tales, ut esset locus Gratiæ; Quamvis autem dicto anno 1706. à munificentia SS. D. N. non obstantibus quibuscumque, talem obtinuerint Gratiam, illa uti extorta precibus, & lacrymis, atque ex compassione, & misericordia, apta non est Principalibus præjudicare, *ad Text. in cap. Quod alicui de Regul. Jur. in 6.* cum aliis apud *Barbos. axiom. 196. num. 17. & Thomas. in Florib. leg. regul. 283.* Præcipuè quia obtenta fuit, nulla omninò facta mentione litis, quæ ab annis decem, & novem inter Principales, & Adversarios pendebat coram hac Sac. Congreg. quæ dictam Gratiam constantissimè per binas vices denegavit.

Adversùs affirmativam resolutionem secundi dubii, multa exadversò cumulantur, unicè innixa assertæ consuetudini, qua à tempore immemorabili prætenditur, Principales

189 semper accessisse ad processiones sigillatim, & nunquàm cum eorum Præposito, seu Capite. Cæterùm ultrà ea, quæ diximus suprà, strictè respondemus, quòd talis consuetudo, sivè immemorabilis, sivè centenaria, nullam habet in facto subsistentiam, ex adductis in nostro Summar. *Si enim immemorabilis*, sunt verba *Rotæ*, innumeros cumulantis con-

190 *cord. in Mindonien. 1. Martii* 1706. *§. Quin cor. R. P. D. Ansald. nedum probatione, sed rumore in contrarium obnubilatur, atque enervatur, & inefficax redditur*, quantò magis obnubilabitur, enervabitur, & reddetur inefficax in nostro casu, non ex rumore, sed ex adeò solemni, & solemnissimo actu functionis publicæ, in funere Ducis Frugoni, quod idem est, ac dicere in funere illius, qui faciebat figuram veri Regis in nostra Civitate?

Ultrà quod non sine magna inchoærentia respectu hujus secundi dubii impugnatur Principalibus à DD. exadversò in Jure scribentibus id, quod ultrò admittitur, eisque concedi-

191 tur à Domino Causæ Patrono *in §. 44* suæ Scripturæ facti, accessu nimirum ad processiones unitim cum eorum Præposito, ubi id probat cum punctuali resolutione hujus Sacr. Congreg. relata per *Barbos. in Summ. Apostol. dec collect. 172. num. 11.* his verbis: *Ac procedendo etiam cum supposito, quòd licere possit dictis assertis Canonicis in Processionibus, & aliis functionibus Ecclesiasticis incedere, una cum Præposito, quod etiam Clero simplicis Parochialis permittitur, juxta resolutionem hujus Sac. Congregationis &c.* Videtur enim nimis improprium denegare Ecclesiæ Principalium id quod admittitur, & conceditur cuicumque Ecclesiæ Parochiali, quantumvis simplici, ut de se notum est.

192 Sac. Rit. Congr. die 19. Julii 1710. ad relationem Eminentissimi Barberini infrascriptis dubiis.

I. *An constet de Collegialitate, cum qualitate insignitatis S. Mariæ Vinearum Genuæ.*

II. *An liceat Canonicis ejusdem Ecclesiæ capitulariter cum eorum Præposito incedere in processionibus, & aliis functionibus Ecclesiasticis, & quatenus affirmativè.*

III. *An eis debeatur præcedentia adversus Parochos urbanos, & Canonicos Ecclesiæ S. Mariæ, & SS. Fab. & Sebastiani de Carignano ejusdem Civitatis.*

Respondit *Affirmativè in omnibus.*

DISCEPTATIO VII.

Januen. Præcedentiarum.

Inter easdem Partes.

ARGUMENTUM.

Decisa Causa ab una ex Sacris Congregationibus, an illius revisio committi possit eidem, vel alteri Congregationi cum Voto Rotæ.

PEtunt DD. Canonici Ecclesiæ Ss. Fabiani, & Sebastiani, ac B. Mariæ de Carignano Januæ committi hujusmodi causam Sacr. Congr. Rituum cum *Voto Rotæ;* Sed 1 rejicienda videtur instantia, qui post acerrimam disputationem, habitam in d. Sac. Congreg. *die* 19. *Iulii* 1710. proponente Eminentissimo Barberino, & citatis, tàm Parochis Civitatis Januæ, quàm Canonicis ejusdem Ecclesiæ de Carignano, emanavit resolutio in omnibus favorabilis nostræ insigni Collegiatæ *S. Mariæ de Vineis;* Nam prævia disputatione trium dubiorum fuit solemniter resolutum *Constare de Collegialitate, cum qualitate insignitatis d. nostræ Ecclesiæ S. Mariæ Vinearum; Et ejusdem Canonicis, una cum eorum Præposito competere Ius incedendi per modum unici corporis in processionibus, & aliis functionibus Ecclesiasticis; Eisdemque esse debitam præcedentiam, tam adversus Parochos urbanos, quàm Canonicos d. Ecclesiæ de Carignano.*

At quemadmodum Parochi prædictæ resolutioni, tanquàm justæ, & cum summa, atque consueta maturitate edi- 2 tæ acquieverunt, quamvis prætenderent, & allegarent longam, & immemorabilem consuetudinem præcedendi in processionibus nostris Canonicis, ut singulis, de eo tempore, quapropter contentiones, habitas cum Præposito, in uno, & assueto corpore intervenire non poterant, ita par erat & est, ut etiam Canonici S. M. de Carignano eidem resolutioni se submittant.

Justitia enim d. resolutionis, prò qua de cætero semper, & fortissimè de jure præsumitur, præsertim quando agitur de 3 supremo judicio Sac. Congreg. Rituum, luculenter resultat, ex adductis in d. Sac. Ritum Congr. & registratis in antecedenti Disceptatione.

Cumquè punctus præcipuus d. controversiæ steterit in qualitate Collegialitatis nostræ Ecclesiæ, ad quam excludendam insistebatur in eo, quod talis qualitas probanda foret, vel ex primæva legitima Institutione, vel ex subsequenti privilegio Apostolico, juxtà vulgatam doctrinam *Innoc. in c. Postulasti* 4 *n. 2. de Iure Patr.* cum aliis apud *Rot. dec.* 147 *n. 3. par.* 10. *rec.* & latius *in Placentina prætensæ Collegialitatis* 19. *Nov.* 1703. *cor. Illustrissimo Scotto Urbis Guber. §. Cum enim.*

Facilis data fuit, & datur responsio, quod etiam sine A- 5 postolico Diplomate, præsertim, quando agitur, prout hìc, de Ecclesia, erecta per septem circiter sæcula antecedentia, qualitas collegialitatis ex circumstantiis, enunciativis, signis, & conjecturis probari potest, si tales sint, quæ 6 sint pondere, & numero graves, & quæ hujusmodi qualitatem præseferant, juxtà aliam receptam *doctrinam Abbatis in cap. Nobis sub num. 8. de Iur. Patr.* & benè, & latè, aliis adductis concordantibus, *firmatum fuit in Augustana Canonicat. Provinciæ Moguntinæ* 26. *Ian.* 171\[illegible\] *cor. R. P. D. Falconerio §. Cum enim;* In qua approbantur ferè omnes illæ probationes, signa, & circumstantiæ, quæ in nostro casu concurrunt; Imò in illo casu, non adeò graves, & multiplices concurrebant, & præsertim deficiebat adeò notabilis antiquitas, cum insigni structura ejusdem Ecclesiæ, & tantus Canonicorum, Mansionariorum, Beneficiatorum, & Cappellanorum numerus, ut ex illius lectura.

Hinc attendi non merentur authoritates, laudari solitæ in contrarium signanter *in d. Placentina prætensæ Collegialitatis cor. Illustrissimo Urbis Gubern.* In illo enim casu quæstio 7 erat *de firmando statu Ecclesiæ in petitorio quoad omnes Juris effectus, ut videre est in d. dec. §. Cum enim;* Nos verò agimus de statu d. nostræ Ecclesiæ ad solum effectum, ut illi, tanquam digniori, & antiquiori, adscribatur in processionibus debita præcedentia; In eo pariter casu signa, & circumstantiæ qualitatem collegialitatis prorsus excludebant, quia possessio Ca- 8 nonicis non tradebatur capitulariter cum assignatione stalli in choro, & loci in Capitulo, & nulla reperiebantur statuta, adaptata formæ Collegii, sub quibus Beneficiati viverent,

& ad

& ad quorum formam juramentum præstarent; Neque aderat sigillum commune, aut Arca communis, imò non habebant locum fixum, in quo se congregarent, & Præpositura semper collata fuerat jure Ordinario, ut videre est *in d. dec. §. Circumstantiæ*; Imò in *d. §. Cùm enim* admittur, quod, quando signa, & circumstantiæ sunt tales, quæ potiùs conveniant Ecclesiæ Collegiatæ, quam simplicibus Congregationibus Beneficiatorum, tunc pro Collegialitate præsumatur; Undè in casu nostro, in quo habemus enunciativas Summorum Pontificum, & Episcoporum, tam in actu visitationis, quàm in Relationibus, occasione accedendi ad Sacra limina, tum provisiones Apostolicas de Præpositura, tanquam prima Dignitate peractas, tum ordinem distinctum Canonicorum, Mansionariorum, & Cappellanorum, tum deniq; tot alia signa, & demonstrationes univocas, ad convincendum statum collegialem d. nostræ insignis Ecclesiæ, militant à fortiori, & ad hominem applicantur supradicta fundamenta, deducta *in d. Augustana Canonicatus Provinciæ Moguntinæ cor R. P. D. Falconerio*.

Majorem continet exorbitantiam alia instantia Partis Adversæ pro commissione hujus causæ *cum Voto Rotæ*; Quia dùm de consensu Partium: hujusmodi causa fuit discussa, & terminata in maximo, sacrosanctoque Tribunali Sacræ Congreg. Rituum, resistit juris censura, qua edocemur, judicium esse absolvendum coram eo Judice, seu Tribunali, coràm quo cæptum fuit, juxtà *Textum in leg. Ubi cæptum Cod. de Judic. Innoc. in cap. cùm M. num. 10. lit. B & C. de Constit. Franch. in cap. Ut debitus num 51. de Appellat.* ibi: *Excepto Papa, nullus alius poterit, quia de causa principali debet cognosci, ubi ipsa pendet. Cyriac. controvers. 634. num. 12. Carlev. de Judic. tom. 5. disp. 2. num. 899. Ridolphin. in Prax. par. 1. cap. 7. nu. 55. Card. de Luca de Feud. disc. 33. n. 2. Rot. in rec. dec. 91. n. 19 par. 16. & cor. Coccin. dec. 1506. num. 16. & dec. 1859. num. 106.*

Quod si procedit simpliciter, multo magis perurget, quando, prout hìc, agitur de judicio acto, & terminato, in Sac. Rituum Congregat. cui ex Constitutionibus Apostolicis, & præsertim sa. me. Sixti V. la 75. §. 1., competit privativum jus summariè cognoscendi, & terminandi hujusmodi controversias, quæ super Sacris Ritibus enascuntur ibi: *Controversias &c. cognoscant, summariè terminent, & componant*, & notat *R. P. D. Fatinell. in respons. 73. ex num. 7.*, ubi benè ponderat, quòd imo Tribunal Rotæ declarationes, & resolutiones Sacrar. Congreg. reverenter suscipere profitetur, & consuevit; Quodque Sacræ Congregationes solent Rotæ inhibere, ne in materiis, ad eam spectantibus, manus apponat; Et demum, quòd cum Sacræ Congregationes non arctentur sequi votum Rotale, talia vota non deserviunt, nisi ad defaticandas Partes litigantes cum inutilibus, & magnis expensis, ut antiqua, & recentia ostendunt exempla, idemque etiam ponderat *Fagnan. in c. Quoniam n. 39. de Constitut.*

Indeque receptum fuit, quod quoties agatur de materia, pertinente ad dictas Sacras Congregationes, vel ipsamet Rota solet illarum Votum exquirere, vel Signatura Sanctissimi avocando causæ cognitionem, illam remittit Sacris Congregationibus, ut videre est *ex dec. 46. antè n. 1. par. 10. rec. & dec. 401. in princ. cor. Ludovis. & dec. 845. num. 1. cor. Coccin & dec. 1154. num. 1. & dec. 1219. antè num. 1. cor. Emerix. jun.* & notat etiam *R. P. D. Petra ad Constit. Apost. to. 4. ad Constit. 10. Martini V. n. 31. & 32.*

Habemusque in casu fortiori illud æque notorium, ac celebre exemplum famigeratæ causæ *in Salamantina Cucullæ*, quæ quamvis adhùc decisa à Sacra Rituum Congregatione non fuisset, adhuc commissa fuit eidem Sacræ Congregationi à sa. me. Alexandro VII. in plena Signatura Gratiæ, cum hoc, quod in illa procedere deberet de Voto Rotæ, *appellatione remota*, ut refertur *in dec. 584. in princ. cor. Cerr.* Cùmque ab eadem Rota. re maturè perpensa; lis decisa fuisset favore PP. Benedictinorum, *ut ex dicta dec. 648. cor. Cerr.* & ex illius confirmatoria *dec. 612. cor. eod.* quæ emanarunt sub diebus 6. Decembris 1658. & 23. Junii 1659., & prætenderent Defensores eorundem Benedictinor., Sacram Rituum Congreg. teneri sequi Votum ejusdem Rotæ, re maturiùs revisa ab eadem Sacra Congregatione die 27. Septembris ejusdem anni 1659. favore Basilianorum, intrepidè respondit, dictum Votum nullatenùs esse exequendum, atque resolutio Sacræ Congreg. approbata fuit per specialem *Constitutionem sa. me. Alexandri VII.* die 24. Decembris 1659. ut videre est *in Constit.* 81. inter alias ejusdem Summi Pontificis *in Bullar. nov. to. 6.*

Aliud æquè notorium habemus exemplum ejusdem Sac. Congregationis Rituum in illa celebri *Romana Commemorationis Defunctorum 3. Junii 1665. & 9. Junii 1666. cor. Ottalor.* cujus decisiones impressæ sunt *in par. 14. rec. le 316. e 481.* In quibus Rota plenè firmavit, licere facere Octavas pro Defunctis intrà Octavam Omnium SS. sine speciali Indulto Apostolicæ Sedis, & tamen proposita causa in dicta Sacra Rituum Congreg. die 13. Augusti 1667., hæc opposi tum declaravit, & servandum demandavit, quacumq; consuetudine non obstante, juxtà tenorem dictæ resolutionis, quam per extensum registravit *Pignatell. consult. 52. per tot. tom. 3.*

Si igitur hoc solemniter practicatum fuit in dictis duobus casibus, in quibus Sacra Congreg. Rituum præcedenter suum oraculum non protulerat, relinquimus considerandum Illustrissimis DD. quid sperari possit in præsenti, in quo constans in facto est, quòd eadem Sacra Congregatio plenissimè cognovit, & attentissimè consideravit omnia Adversariorum jura, omnesque eorundem exagerationes, quæ appositæ in statera acris judicii EE. PP., dictam Congregationem componentium, omnium ferè votis inventæ fuerunt minus habentes ad impediendas favorabiles resolutiones omnium trium dubiorum, solemniter in illa disputatorum.

Respectu verò aliarum Sacrarum Congregat. multa alia cumulari possent similia exempla, signanter verò adest illud recens Sacræ Congreg. Episcoporum *in Castellana Bipartitæ 16. Novembris 1705.*, quandò Rota, Ponente Reverendissimo Molines, rescripsit, *esse locum aperitioni oris*, quam sequi noluit eadem Sacra Congr die 27. Junii 1704. Ponente cl. me. Card. Gabriellio; Et quia omnes adhibitæ fuerunt diligentiæ, omnesque revoluti lapides adversus dictam resolutionem Sac. Congregationis, in Signatura Gratiæ, coram Sanctissimo habita, novus fuit admissus recursus cum rescripto, ut, prævia aperitione oris, Sacra Congregatio procederet cum Voto ejusdem Rotæ, quod ista propalavit affirmativum, mediante alia decisione *cor. eodem Reverendissimo Molines, die 12. Ianuar. 1705.* Adhuc istud nullatenùs fuit exequutum; Etenim non sine magna altercatione, commissa tandem causa particulari Congregationi trium S: R. E. Cardinalium, Acciajoli, Panciatici, & Spinulæ, re maturè discussa, & Partibus acerrimè informantibus *diebus 3. Februarii, & 27. Iunii 1707.*, intrepidè responsum fuit pro punctuali executione resolutionis dictæ Sacræ Congregationis Episcoporum.

Aliud æque celebre habemus exemplum Sac. Congregat. Concilii in illa *Romana Matrimonii*, in qua *Rota, Ponente Ursino die 4. Februarii 1697.* rescripsitis, pro validitate Matrimoniorum sufficere præsentiam Parochi, etiamsi purè physicam, seu materialem, quam sequi noluit eadem Sac. Congreg. die 7 Martii 1700. testibus *Bertachin. vot. dec. 100. num. 19. & seq. & Monacell. in Formular. tom. 3. formul. 5. tit. 5. num 12.*

Nec credimus insistendum in aliquibus exemplis, quæ videntur contraria; Aut enim sunt in illis terminis, in quibus eædem met Sacræ Congregationes Rotale Votum exquisiverunt, ut præceteris practicatum fuit à Sac. Congregatione Concilii in dicta *Romana Matrimonii 17. Novembr. 1696.* cum rescripto: *Exquiratur Votum Rotæ*, & in alia *Bononien. Transactionis 16. Novembri 1705. § final. cor. R P. D. Ansaldo, & in Theatina Iurisdict 14. Maii 1708. §. Instante cor. Illustrissimo Scotto Almæ Urbis Gub. & in Senogallien. Fundationis 16. Maii 1710. in principio coram Reverendissimo Molines.*

Aut, si quæ alia contraria exempla forsan adduci possent, ea in aliis terminis processerunt, in quibus agatur de aliqua materia, seu articulo gravi, & exemplari, & Vota EE. DD. Cardinalium valdè scissa inter se fuerint, adeout capi non potuerit resolutio, ut notat *Fagnan. in cap. Quid nobis sub num. 33. de Clandest. desponsat.*, & respectu Sacræ Congregationis Concilii practicatum fuit in celebri *Mediolanen. nullitatis Professionis*, in qua adsunt *dec. 952. 983. & 1003. cor. Emerix. jun.* ut refertur *in 1. dec.* ibi: *Repropofita causa sub die 30. Aprilis 1685. sigillatim vocatis omnibus dictæ Congregationis Cardinalibus, nulla ob scissuram Votorum capi potuerit resolutio; In hoc rerum statu placuit Sanctissimo &c. ob gravitatem simul, & exemplaritatem materiæ, mandare ipsius Sacræ Congregationis Eminentissimo Præfecto, ut desuper exquireret Votum totius Rotæ.*

Imò tanta est veneratio, quam, ut par est, Tribunal Sacræ Rotæ profitetur erga oracula, declarationes, & resolutiones Sacrarum Congregationum, ut si quando aliquid firmaverit, aut declaraverit, cujus subindè contrarium declaratum extiterit per easdem Sacras Congregationes

statim sententiam mutaverit, & prædictis resolutionibus se 24 uniformaverit, ut pluries protestata fuit, & observavit, & videre est in *dec.18. num.6. dec 325. num.12 cor. Cerr. & dec. 627. num.8. cor. Caval. & dec. 532. num.2. & dec.878. num.10. cor. Dunoz. jun. & dec.57. num.10. cor. Priol. & dec.55. num.2. cor. Beninc. & dec 72. num.7. cor. R. P. D. Ansaldo, & dec.46. sub num. 6. apud Vivian. de Jurepatron. & in par. 14. recent. dec.71. in fine, & in par.18. dec.516. in fine, & in par.19. dec. 257. num.17. & in Bonon. Exemptionis 6. Junii 1708. §. His tales cor. R. P. D. Falconerio* ibi: *Sacræ Rotæ mos est venerari, & obsequi Sacrarum Congregationum resolutiones &c. & in Burgen. Jurisdictionis 2. Julii 1708. §. Moti cor. R. P. D. Lancetta, & in Trojana Delationis Crucis super bono Jure 10. Decembris ejusdem anni 1708. §. Sublato, cor. R. P. D. Aldovrando.*

In eadem Causa.

25 INaudito exemplo prætenditur exadverso, ut resolutio præsentis causæ, utraque Parte acriter informante, nervosè pro Adversariis scribentibus tribus primi nominis Advocatis, solemnissimè capta à maximo, Sacrosanctoque Tribunali Sacræ Congregationis Rituum, idque ex utriusque Partis æquè innegabili, ac voluntario consensu; alterius Judicis subiiciatur placitis, magni quidem, sed longè inferioris eidem Sac. Congregationi; Si autem magna exempla speciem iniqui habent, juxtà verba illius nimium noti Authoris, quem tacito nomine refert, & sequitur *Rot.* 26 *dec.308. num.20. & 21. cor. Dunoz. sen.* quæ recognosci possunt, *ex lib.14. Histor. ante finem*, ibi: *Habet aliquid ex iniquo omne magnum exemplum*; Nonnè plusquam iniqui speciem habere videtur maximum illud exemplum, quod, omni adhibito conatu, prætenditur hodiè constabiliri adversus notorias facultates dictæ Sacræ Congregationis Rituum, de quibus *in Constit.75 Sixti V. Congr.5.* mediante instantia, ut Causa, accuratissimè de more decisa, & terminata, instauretur iterùm coram Tribunali Sacræ Rotæ, quo nihil insubsistentius dici, nilve irrationabilius valet excogitari; Non enim in Regestris Signaturæ Sanctissimi aliud reperietur exemplum in his terminis, quàm, vel concessionis solius novæ audientiæ, vel novæ quidem revisionis, semper tamen faciendæ ab illa Sacra Congregatione, quæ causam deciderat, ut, omissis antiquioribus exemplis, respectu alterius Causæ nostræ Civitatis practicatum fuit *in famosissima* 27 *illa Causa Januen. Matrimonii diebus 13. Martii, & 8. Maii 1706.* à Sac. Congregat. Concilii decisa pro validitate Matrimonii, & ex oraculo Sanctissimi in plena signatura Gratiæ, non alteri, quàm eidem Sacræ Congregationi iterum commissa, & deindè terminata, mediante confirmatione priorum resolutionum *diebus 17. Februarii & 9. Aprilis 1707.*

Non attento verè frivolo prætextu arduitatis Causæ; Si enim attentè pervolvantur Regestra omnia ejusdem Sacræ Congregationis Rituum, ex una parte vix reperietur causa 28 minoris momenti, ac sit præsens, respiciens qualitatem Collegialitatis duarum Ecclesiarum, à qua dependet illarum præcedentia; Ex alia verò parte cum difficultate reperietur Causa, vel ex Scripturis hinc inde in dicta Congregatione exhibitis magis enucleata, vel cum majori votorum uniformitate decisa adeout denegata etiam nova Audientia, prævia unica dumtaxat resolutione, penitus terminata remanserit, juxta amplissimas facultates ejusdem Sacræ Congregationis, de quibus *in dicta Constitut. 75. Sixti V. Congr. 5. in fine.*

29 Undè applicatur aurea illa animadversio *Sancti Gregorii Magni lib.7. Epist.61. indict.2.* ibi: *Valdè Ecclesiasticæ est moderationi conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari*, & loquendo in punctualibus terminis nostri casus, concordat *R. P. D. Fattinell. resp.73 à num.7.*

Præcipuè inter Ecclesiasticas personas, in quarum ore quotidiè resonant verba illa: *Dissolve litis vincula, Ne litis* 30 *horror insonet, Extingue flammas litium, &c.* ut ad rem observat *Urceol. de Transact. in Proœm. num. 22.* & meliùs *Rot. in Neapolitana Processionis 22. Junii 1707. cor. Omanna*, ubi, quod non decet Ecclesiasticas personas circa litium sollicitudines occupare, ut ab illis penitùs absoluti, sacris operibus vacare possint.

31 Absque ulla prorsùs difficultate, *quia ex contraria petitione* (sunt verba ejusdem *R. P. D. Fatinel. d. resp.73. num 7.*) *frustrarentur litigantium labores, & sumptus, remanente æmulatione inter Jurisdictionum culmina.* Et revera tanti Viri reflexio videtur omni consideratione digna, quia adversùs claram dispositionem *Text. in l. Properandum, Cod. de Jud.* instauraretur lis, postquam solemniter terminata fuit, 32 cum illis expensis, quæ notoriè annexæ sunt causarum defensionibus, quasve indicat *R. P. D. Ansald. in Addit ad dec. 37. sub num.57.* ibi: *Posset quis diù defatigari, cum sequela illarum expensarum, & ærumnarum, quibus lites abundè scatent*, & comprobat *Rot. in dec.325. num.11. par.14. recent.* ibi: *Cùm omnibus pateat, lites in Urbe non sine magno dis-* 33 *pendio agitari, & dec.527. num.2. par.18.* ibi: *Lites non fiunt sine impensa, ut experientia docet miseros litigantes, & dec. 479 num.17. par.19.* ibi; *Lites in Urbe non sine magno dispendio agitantur.*

Fortiùs, quia ageretur de magnis impensis, deque temporis maxima jactura, absque ulla prorsùs utilitate, exindè retrahenda: Quidquid enim dicendum sit de Tribunalibus inferioribus, vel de uno, seu altero Jud. particulari, obligato ad procedendum cum, vel de voto Rotæ, juxta distin- 34 ctionem, de qua *Gratian. discept.524. nu.2. & 3. Coccin. annot. 185. per tot. Card. de Luc. de Judic. disc.4. num.10 & 11. & R. P. D. Ansald. in Addit. ad dec.27. num.5. & 6.* Hoc unum est indubitatum, quod Sac. Congreg quacumque formula eis committantur Causæ, nullatenus tenetur sequi Votum alterius Tribunalis, quantumvis Collegialis: Et proindè prorsùs supervacaneus esset labor, & omninò frustraneæ expensæ, ut in terminis advertit *R. P. D. Fattinel. cit. resp.73. in fin.* ubi, 35 quod ex tali libertate, & libera facultate, quam habent Sac. Congr. *hæ plerumque respondent, Votum Rotæ non esse exequendum, ut antiqua, & recentia ostendunt exempla.*

Ultrà siquidem quatuor illa exempla Causarum *Salamantina Cucullæ, Romana Commemorationis Defunctorum, Castellana Bipartitæ, & Rom. Matrimonii*, de quibus supra *à num 14.* subnectimus undecim alia, ad hominem compro- 36 bantia jacturam temporis, & expensarum amissionem in committendo Sacræ Rotæ causas, à Sac. Congregationibus decisas, vel quia istæ sequi noluerint Vota ejusdem Sac. Rotæ, vel quia hæc proprium reformaverit judicium, illud aptando resolutionibus Sac. Congregationum, nempe in

Calaguritana Fructuum 1. Julii 1693. §. Et hanc veritatem cor. Eminentiss. Priol. ibi: *Judex debet sensui Congregatio-* 37 *nis se uniformare.*

Calaguritana Præeminentiarum 14 Martii 1668. cor. Ottal. in par. 15. rec. la 210. recedendo ab antecedentibus *decis. 10.* 38 *Decembris 1664. & 4. Januarii 1665.* quæ sunt *in par. 14. le 234. & 256.* Ea adducta ratione, quia contrarium resolverat hæc Sac. Congreg. ut se declaravit *in princ. d. dec.210. par.15.* ibi: *Recesserunt DD. à decisis &c. quia super his consulta Sac. Rituum Congregatio respondit, non licere &c. quàm resolutionem libenter Rota amplexa est, quamvis contrarium firmaverit in præcedentibus dec. ut in simili factum fuit in Romana, &c.*

Cæsaraugustana Domus 22. Junii 1615. cor Manzan. impressa *in par.2. rec. la 745.* à qua recessit *cor. Cels. in dec.60.* illa 39 adducta ratione *num. 40. quia Sac. Congr. contrarium declaravit, & Rota similes declarationes reverenter suscipit, & observat, ut dictum fuit &c.*

Ferrarien. Distributionum 4. Julii 1636. cor. Pirovan. in qua dictum fuit, distributiones, non deberi, sed proposita 40 causa in Sac Congreg. Concil. die 3. Septembr. d. anni 1636. responsum fuit deberi distributiones, referente *Pignat consul. 147. num.21. & 22. tom.4.*

Januen. Restitutionis in integrum 3. Julii 1702. cor. Molines, non sequuta *à Congregatione particulari EE. DD. Carpinei, Marescotti, Panciatici, Bicchii, ac Colloredi 8. Aprilis 1704. Secretario Card. Paracciano tunc Prælato.*

Lucen. Jurisdictionis 26 Junii 1662. cor. Cerr. inter impressas coram eodem *la 723.* à qua fuit recessum *in dec.744 cor eod.* 41 ex illo speciali motivo *num. 13. DD. recesserunt à decisis, attento decreto Sac. Congr. Rituum*, confirmata *16. Februar. 1705. cor. Card. Caprara.*

Maceraten. Beneficii 16. Ianuarii 1640. coram Merlin. quæ est inter ejus impressas *la 825. num.10.* ibi: *Et licet Rota priùs* 42 *censuerit, tali casu esse sacerdotale beneficium &c. tamen, audita contraria sententia Sac. Congreg. Conc. recessit à prima resolutione &c.*

Massanen. Archipresbyteratus 11. Maii 1629 cor Card. Virili, impressa apud *Possb. de manut. dec. 264* ubi Sac Rota 43 approbando concursum, dedit mandatum de manutenendo favore illius, qui in dict. concursu præelectus fuerat, sed proposita Causa in Sac. Congreg. Concil. 15. *Decembris dict. anni 1629.* Sac. Congreg. respondit, *supradictum concursum fuisse*

fuiſſe nullum, teſte *Pignatel. d. conſult.* 147. *n.* 9. & 20. *tom.* 4.

Mediolanen. Capellaniæ 2. *Decembris* 1665. *cor. Cardin. Carpin. in part.* 16. *recent. dec.* 335. *num.* 12. ibi: *Hinc meritò Rota noſtra iiſdem innixa reſolutionibus quas ſemper excipit reverenter, recedendo à contraria opinione, quam tenuerat, &c.* (44)

Mediolanen. Decimarum de Carlatio cor. Mart. And. inter aliàs ejuſdem *la* 59. & *in par* 4. *rec. dec.* 496. *num.* 1. ibi: *Stante declaratione Sac. Cong. Conc. &c. facilis viſa fuit reſolutio dubii, quod ſit recedendum à deciſis ſub die* 18 *Maii* 1616. (45)

Romana Capellaniæ 23. *Junii* 1589. *cor. Pamphil.* apud *Marcheſ. de Commiſſ. tom.* 1. *fol.* 140. ibi: *DD. attenta reſolutione Illuſtriſs. DD. Sac. Conc. Interpretum &c. receſſerunt à reſolutis in hac cauſa.* (46)

Vicen. Juriſdictionis 2. *Martii*, & 9. *Aprilis* 1650. *coram Cerr.* inter ejus impreſſas, *le* 325. & 341. *num.* 15. ibi: *Cæterùm in hanc ſententiam eò faciliùs DD. devenerunt, quia d. Sac. Congreg. DD. Card. Sac. Conc. Interpretum, auditis Partibus ſuper eiſdem in Rota toties deductis, & cauſa exactiſſimè diſcuſſa, ita ter declaravit, quæ Rota ſolet, ut par eſt, reverenter amplecti &c.* & (47)

Urbinaten. Parochialis 12. *Februarii* 1629. *cor. Veroſp.* juxta deciſ. impreſſam *à Pignatel. d. conſul.* 147. *num.* 10. *tom.* 4. & firmantem, non conſtare de irrationabili judicio Archiepiſcopi; Cujus contrarium reſolvit Sac. Congreg. Concil. die 17. Februarii ejuſdem anni 1629. Demandando ulteriùs, ut in Rota nihil in dict. cauſa innovaretur ut obſervat *Pignatel. ubi ſupra*, & patet *ex Lib.* 14. *Decret. ejuſdem Sac. Congregat. fol* 40. (48)

Poſito igitur ex his, & aliis ſimilibus caſibus, qui cum majori otio cumulari poſſunt, & in quibus Sacr. Rot. ſemper proteſtata fuit ſequi velle, & cum effectu ſemper ſequuta fuit reſolutiones Sac. Congreg. cum illis ſe uniformando, mediante receſſu à propriis deciſionibus; Remanet manifeſtum, quod omnes contrariæ diligentiæ, omniſque contrarius conatus nullum alium habent finem, quàm defatigandi Principales, cum innumeris expenſis novæ litis, inchoandæ cor. magno Tribunali Sac. Congregat. Rituum, compoſito ex 25. EE. PP. qui poſſent integrum Concilium componere, ex quo in primis ſeſſionibus Generalis Concilii Trident. vix tot adfuerunt Votantes, ut notat *Card. Pallavic. in Hiſtor. ejuſdem lib* 15. *cap.* 4. & *plur. ſeqq.* (49)

Cum illo addito, quod ſi reſolutiones ejuſdem verè excelſi Tribunalis in materiis, longè urgentioribus, & ponderoſioribus, Beatificationis, & Canonizationis Sanctorum, & ſimilium, tanquam oracula omni jure ab omnibus Chriſtifidelibus recipiuntur, & venerantur, videtur nimis improprium prætendere, ut in materiis longè facilioribus, quotidiè omnibus obviis, non debeant utì leges ſervari, ſed placitis Sac. Rotæ ſubiici, quod in terminis improbat *R. P. D. Fattinel. d. reſponſ.* 73. *in fin.* (50) (51)

Poterant verò omitti exempla, deſumpta ex *dec.* 21. apud *D. de Proſperis de Territ. ſepar.* quæ eſt in illa *Placentina Cathedralitatis cor. Reverendiſs. Molines*. Ex *dec.* 1154. *nu.* 1. *cor. Emer. jun.* Ex *dec* 46. *ante num.* 1. *par.* 10 *rec.* Et ex authoritate *Card. de Luc. in Relat. Roman. Cur. diſc.* 18. *num.* 13. Omnia enim hujuſmodi exempla optimè conciliantur cum ſolida illa diſtinctione, de qua ſupra *num.* 15. & *pluribus ſequentib.* (52)

Dec. enim Placentina Cathedralitatis, commiſſa fuit Sac. Rotæ, non ſuper articulo, concernente gratiam Cappæ, à Sac. Congreg. deciſo, ſed ſuper alio, longè diverſo, & nunquam in d. Congreg. propoſito, hoc eſt ſuper Cathedralitate, cum illa taxativa dictione *tantùm*, ibi: *Recurſum habuit ad Signaturam Gratiæ, à qua reportavit reſcriptum, ut dicta Sac. Congreg. alia vice illius inſtantiam examinaret, exquiſito hujus Sac. Tribunalis Voto ſuper articulo Cathedralitatis tantùm.* (53)

Deciſ. 1154. *cor Emer. jun.* eſt in terminis Sac. Congreg. Boni Regiminis, compoſitæ pro majori parte ex Prælatis, &, quod magis eſt, in illius cauſæ repropoſitione Votantes non fuerunt concordes ut ex illis verbis in principio: *Ac tandem non convenientibus ejuſdem Congreg. DD. noſtro Auditorio delegata, cum ordine, quod loco Congreg. Boni Regiminis &c.* (54)

Deciſ. 46. *par.* 10. *rec.* eſt in terminis cauſæ, avocatæ, non ab aliqua ex Sac. Congr. ſed à Tribunali R. C. & commiſſæ Emin. Camerario de Voto Rotæ. (55)

Card. demùm *de Luc.* loquitur in terminis cauſarum, nullatenus reſolutarum à Sac. Congreg. in quibus terminis non verificatur injurioſa illa cauſarum avocatio, quæ innegabilis eſt, poſtquam eædem Sac. Congregat. ſuum protulerunt judicium, juxta authoritates, allegatas ſupra *numer.* 7. & addi poſſunt aliæ citatæ *in diſc.* impreſſo poſt *Antonel. de Jur. Cleric. fol mihi* 22. *num.* 1. & 2. (56)

Abſque ulla prorſùs difficultate, quia procedendo etiam per modum inſubſiſtentis diſcurſus cum contrario verè frivolo prætextu, ut ſcilicet cauſa maturiùs decidatur, finis iſte longè meliùs haberi poteſt in Sacr. Rituum Congr. quæ ſi unquam aliàs compoſita fuit ex ſapientiſſimorum Votantium numero, & qualitate maximo, id ſanè in præſenti innegabile eſt; Cum illo addito, quod major pars eorundem EE. PP. in illa hodiè meritiſſimè ſedentium, in Congr. habita ann. 1710. nullatenùs Votum dedit, eo quia in albo ejuſdem Congreg. deſcripti non erant; Unde ad hominem retorquetur reflexio contraria, quod integrum dicitur illud judicium, quod plurimorum ſententiis confirmatur, ut dicit *Gloſſ. in cap. Prudentiam*, *verb. Plurimorum de Offic. Deleg* Et nos addimus, quod faciliùs invenitur, quod à pluribus quæritur juxta aliam *Gloſſ in Can. De quibus*, *verb. Pluribus diſt* 20. Atque per ampliores homines perfectiſſima veritas revelatur, juxta punctualem *Text. in l. Quæſtionem* 32. *Cod. de Fideicom* quem ſequutus fui *in meis Inſtit. Crimin. lib* 3. *tit.* 9. *num.* 168. & *ſeqq.* & addo *Pignatel. conſul.* 54. *num.* 12. *lib.* 10. Itaut ex his omnibus, præcipuè ſimul junctis, palpetur manibus inſubſiſtentia contrarii prætextus, & remaneat manifeſtum, eſſe meram antipathiam, cum d. maximo Tribunali Sac Congreg. Rituum contrarium pruritum avocan. ab ipſa preſentem cauſam, quæ non poteſt eſſe magis propria ejuſdem Tribunalis, minuſque potuit cum pleniori, & ſpontanejori conſenſu Adverſariorum in illa proponi, & reſolvi. (57) (58)

Non minus frivolus eſt alter prætextus magnificati gravaminis, Parti adverſæ illati ab eadem Sac. Congreg. Quia illud eſt prorſùs inſubſiſtens *ex deductis in diſcept. antecedenti;* Et tamen ſemper redit idem ſolidum principium, quod adversùs gravamina, ſive vera, ſive apparentia, quæ illata prætenduntur à Judicibus, recurrendum eſt ad Judices ſuperiores, non autem ad æquales, & multò minùs ad inferiores, ea viva ratione, quia ſuperior debet corrigere, quod fecit inferior, non autem è converſo, ut benè notat *Jo: Ferrar. de Appellat. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 138 ubi, quod naturalis ratio hoc dictat; Idque eſt adeò verum, ut nec etiam per pactum conveniri poſſit, minuſque per conſuetudinem introduci, ut appelletur ad æqualem, vel minorem Judicem, rationibus adductis à *Scacc. de Appellat. quæſt.* 1. *num.* 8. & 9. quem ſequutus fui *in meis Inſtit. crimin. lib.* 4 *tit.* 9. *num* 11. ubi *num.* 12. & *ſeqq.* ex hac ratione obſervavi, à ſententia Papæ licitum non eſſe appellare ad Generale Concilium, ſive præſens, ſive futurum, quia illud ſemper inferiùs eſt Papæ, ut ſancivit *ſa. me. Alexan VIII.* 8. *Decemb.* 1690. *propoſit.* 9. (59) (60)

Poſſet proindè hic terminari Reſponſio, quia nihil exadverſo repetitum fuit coram Illuſtriſs. DD. circa aſſerta gravamina, quæ in dicto Tribunali Sac. Congreg. Rituum latiſſimè non fuerint exagerata, atque inventa minùs habentia ad impediendam favorabilem reſolutionem noſtrorum dubiorum, itaut Adverſarii in eodem Tribunali, neque etiam novam audientiam meruerint obtinere. (61)

Et tamen, percurrendo exadverſo magnificata circa 1 dubium, breviter dicimus, quod illorum inſubſiſtentia eſt adeò clara, ut in dicta propoſitione cauſæ coram Sac. Congregat. Rituum unus ex DD. exadverſo in Jure ſcribentibus, nec unicum verbum addiderit circa dictum dubium; Alter verò ex eiſdem, qui in dictæ cauſæ propoſitione ſuo more nervosè ſcripſit, pluſquam tacitè admittendo inſignem qualitatem noſtræ Collegiatæ, cum inſubſtenti ſuppoſito æqualis inſignitatis inter noſtram, & Adverſariorum Eccleſiam, aſſeruit, *ubi ageretur de æquali inſignitate, ſervanda venit alternativa quoad præcedentiam*; Quæ tamen alternativa nullatenùs fuit admiſſa, & meritò, ob notoriam majorem, antiquioremque qualitatem inſignitatis noſtræ Eccleſiæ. (62) (63)

Quam inter alias demonſtrationes, de quibus *in antecedenti diſcept.* probavimus ex claſſicorum Hiſtoricorum teſtimoniis; Quibus plena fides adhibenda eſt *ex adductis in dict. diſcept.* 6. *num.* 35. quibus generaliter addo nobilem animadverſionem *Joſephi Hebræi lib.* 1. *contra Appion.* ibi: *Veracis hiſtoriæ indicium eſt, ſi de rebus iiſdem omnes eadem ſcribant, & dicant;* Præcipuè quando agitur, ut ad unguem verificatur in præſenti, de hiſtorico conterraneo, ut ampliando concluſionem firmavit *Roc. in dec.* 391. *num.* 11. *par* 17. *rec.* quam ſequutus fui *in meo Tract. de Livellis cap.* 1. §. 4. *num.* 2. (64)

Et in præciſis terminis ad effectum probandi qualitatem Collegialitatis, pro veritate conſultus, ſuo more ſolidè probat *D. m. Adv. Piton. diſcept. Eccleſ.* 8 *num.* 10. ibi: *Habemus atteſtationem Joſephi de Breſcianis publici hiſtorici Civitatis Cremonæ, cui tanquam in facto antiquiſſimo, & in quo impoſſibile* (65)

sibile est, vel saltem difficile, reperiri posse Bullam, & Instrumentum, plenissima fides adhibenda est

Contorquetur nimis exadverso in facto scribens ad debilitandam horum historicorum fidem, in ea tandem animadversione pedes figit, quod prædicti historici, non solùm asserant, nostram Ecclesiam esse Collegiatam insignem, sed ulteriùs aperiunt, illam esse talem authoritate ordinaria, non ex privilegio Summi Pontificis, inferendo proindè, quod talis titulus, utì infectus, & invalidus; attendi non debeat, eo quia Episcopi nullam habeant facultatem erigendi Ecclesias in Collegiatas, juxta modernas resolutiones, ibidem allegatas. 66

Cathegorica autem responsio ea est, quod hæc opinio communiter hodie inter Canonistas recepta, & à Supremis Tribunalibus canonizata, non erat talis anno 1623. *ut videre est in decis.* 1573. *num.* 1. *cor. Coccin. & in dec.* 1084. *num.* 2. *& seqq. cor. Emer. jun.* Undè multò minùs admitti potest per sex sæcula antecedentia, nempè anno 1600. de quo tempore loquuntur dicti Historici; Et propterea non est videndum, quæ opinio in hac parte vigeat hodiè, sed quæ dicto tempore vigebat, ut in terminis firmavit *Rot. in magistrali dec.* 1084. *num* 2. *& per tot. cor. Emer. jun.* 67

Admisso igitur ex his, & supra latè expensis, quod qualitas insignis nostræ Collegiatæ Ecclesiæ sit innegabilis, non merentur attendi ea, quæ exadverso adducta fuerunt cum supposito, quod Collegiata Adversariorum sit insignis ex privilegio, & consequenter major nostra Ecclesia, quæ in omnem casum non potest prætendere insignitatem, nisi à Jure. Absolutè enim negamus suppositum; quod illa sit insignis ex privilegio, quod non ostenditur, observando cum DD adductis à *Pellegr. in Prax. Vicar. par.* 1. *sect.* 5. *fol.* 53. *quod Collegiata insignis ex privilegio dicitur illa, cui à Summo Pontifice tale privilegium conceditur, ut ita vocetur.* 68 69

Videamus igitur, an in duobus Apostolicis privilegiis, exadverso decantatis Adversariorum Ecclesia vocetur insignis. Ego non semel illa perlegere volui, & tale quid neque per somnium adinveni, sed solùm miserabilem denominationem simplicis Collegiatæ, absque ullo addito insignitatis, & proindè dicuntur de subjecto non supponente omnes contrarii discursus, quia supponunt, quod Ecclesia Adversariorum sit insignis ex privilegio, quod est evidenter insubsistens ex sola lectura privilegiorum, quæ ad dictum effectum allegantur. 70

Nec replicetur, quod talis insignitas licet oculis corporeis non legatur in dd. privilegiis inferatur tamen ex qualitatibus, & decorosis insigniis, quæ conceduntur Adversariis in dd. privilegiis; Ita enim discurrere, non est difficultatem tollere, sed transitum facere ab insignitate ex privilegio ad insignitatem Juris, quæ univocè desumitur, à dictis, & aliis similibus conjecturis, & signis, ex adductis, per *Massobr. de Synod. cap.* 4. *dub.* 14. *num* 9 *& seqq. Lotter. de re Benef. lib.* 1. *quæst.* 15. *num* 8 *& Barbos. ad Concil. sess.* 12. *de Reformat. cap.* 14. *num* 52 71

Ultra, quod ego fateor ingenuè meam imbecillitatem non percipio, quomodo possit dici insignis Ecclesia Adversariorum, à dd. signis, & conjecturis, desumptis à Brevibus Summorum Pontificum, si illimet, qui illa concesserunt, eadem signa & conjecturas non habuerunt, pro efficacibus ad importandam insignitatem: Si enim eadem Adversariorum Ecclesia habita fuisset pro insigni à dd. Summis Pontificibus, nil facilius, nilvè clariùs, quàm eam pro tali denominare, & canonizare in illis Brevibus, quæ unicè expedita fuerunt ad illam condecorandam, ut patet consideranti. 72

Cæterùm, quando, morem gerendo Adversariis rem ad hanc extremitatem vellemus reducere, per falsam hypothesim admittendo recens privilegium insignitatis respectu Ecclesiæ Adversariorum, adhùc nullatenus conqueri possent Adversarii de aliquo gravamine, sibi illato à Sac. Rit. Congreg. *Quia Canonici Collegiatæ de Jure insignis præferuntur Canonicis Collegiatæ, quæ est insignis per Indultum de recenti; Vel dic, Collegiata antiquior, quæ habet insignitatem à Iure, præfertur habenti insignitatem ex privilegio posteriorem*, sunt verba, *Monacell. in Formul legal. tom* 1. *formul* 4. *num* 22. *fol* 39. ubi sequitur punctualissimas resolutiones hujus Sacr. Congreg *in Castellana Præcedentiæ* 13 *Februarii* 1700. *& in Novarien.* 8. *Maii ejusdem anni ad* 11. *dubium*, in qua scripsi, & obtinui. 73

Hinc præciso contrario privilegio, quod non ostenditur, totum id, quod potest exadverso prætendi, restringitur ad insignitatem Juris; Inter duas autem Collegiatas insignes de Jure semper præcedere debet antiquior, ut resolvit *Sacr. Congr. Rit.* apud *Nicol. in Floscul. verb. Collegiata nu.* 2 & probant *Pellegr. in Prax. Vicar. par.* 1 *sect.* 5. *num.* 13. *Tondut quæst. Benef. par.* 2. *cap.* 2. *§.* 2. *num.* 15. *& Card. de Luc. in Miscell. an. Eccles. disc.* 45. *num.* 6. 74

Minùs replicetur, quod insignitas Ecclesiæ Adversariorum, quæ habet pro se claram Bullam erectionis, utì certa, expressa, & præcisa, præferenda sit insignitati nostræ Ecclesiæ, quæ dubia est, obscura prætenditur, & asseritur disputabilis, utì desumpta à conjecturis: Quia hoc est æquivocum plusquam palmare; Aliud enim est, quod Ecclesia Adversariorum habeat pro se claram Bullam erectionis in simplicem Collegiatam, quod non negamus; Aliud verò, longèque diversum, quod habeat pro se claram Bullam erectionis in Collegiatam insignem, quod est prorsùs insubsistens, ictuque oculi, tanquam tale deprehenditur ex sola lectura dictæ Bullæ. 75

Exagerato usui Cappæ, quæ etiam simplicibus Capellanis concedi solet, id observantibus *Corrad. in Prax. Benef. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 14. *& seqq. Barbos. in Summ Apostol. dec. verb. Cappa num.* 11. *&* 12. *D. Piton. discept.* 40. *num.* 1. respondet *Massobr. in Prax. haben. concurs. præl ud.* 2. *dub.* 2. *num.* 27. *& de Synod. cap.* 4 *num.* 45. asserens, simile privilegium Capparum non multum attendi ad significandum, an Ecclesia sit insignis, necnè; Non deberet proindè idem usus adeò exagerari exadverso, tantusque rumor circa illum fieri; Præterea si usus Cappæ, ut dicitur exadverso, supponit qualitatem insignitatis, in nostris terminis insignitas non potest ex tali usu inferri, ne effectus præcedat suam causam, neve principiatum sit prius suo principio, adversus omnia principia. 76

Demùm non est universaliter verum, minusque aliqua monstruositas verificatur in eo, quod habens usum insignium magis honorificorum cedat locum digniorem, vel nulla habenti insignia, vel habenti minus honorifica, ut probavimus *in discept* 6. *à num.* 164. 77

Congreg. Particularis à SS. D. N. loco Signaturæ Gratiæ deputata, die Vener. 17. Augusti 1714 rescripsit: *Ad Sac. Congr. Rit. pro nova audientia.* 78

DISCEPTATIO VIII.

Placentina Funerum.

INTER

Moniales Carmelitas Excalceatas Placentiæ.

ET

Parochum Sancti Pauli ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM

Functiones funebres, quæ fiunt in Ecclesiis Monialium occasione humationis cadaverum personarum Sæcularium, quæ in illis cum debita licentia tumulantur, an spectent ad Confessarium earundem Monialium, seu potiùs ad Parochum, intra cujus Parochiæ fines positum est Monasterium.

Occasione sepulturæ, dandæ cadaveri Ursulæ Circsiæ in Ecclesia exteriori monialium Carmelitarum Excalceatarum S. Josephi Placentiæ, usque de anno 1711. orta fuit controversia inter Confessarium earundem monialium, Religiosum Carmelitam Excalceatum, & Parochum S. Pauli ejusdem Civitatis, intra cujus fines anno 1670. erectum fuit idem monasterium, cum omnibus illis exemptionibus, privilegiis, ac immunitatibus, quæ competant aliis monialibus, nostræ Religionis, ad quem ex eisdem spectaret facere funebres functiones circa idem cadaver, pro cujus resolutione habitus fuit recursus ab EE. PP. de cujus mandato die 21. Januarii ejusdem anni 1711. de more exquisita fuit Informatio, ac Votum Reverendiss. Episcopi, auditis interesse habentibus, à quibus una cum d. Relatione Reverendiss. Episcopi transmissæ fuerunt innumeræ attestationes, aliæque Scripturæ, ex quibus prætendit idem Parochus ad ipsum spectare dd. functiones: Cùmque ex illarum recognitione ictu oculi appareat irrelevantia ejusdem prætensionis, enixis precibus supplicamus responderi, easdem functiones spectare 1

ad

ad Confessarium nostrarum monialium, nullo autem modo ad d. Parochum, & obtinere confidimus.

Regula enim, & quidem indubitata, assistit nostris Principalibus, quod scilicet similes functiones in Ecclesiis Regu- 2 larium, à Jurisdictione Ordinariorum notoriè exemptorum, nullatenùs spectent ad Parochos, ea viva ratione (sunt verba *Card. de Luc. de Praem. disc. 12. num. 5.*) *quia in Ecclesia Regularium Parochus nullum habet jus, nullamque jurisdictionem, nec actualem, nec habitualem, itaut ille extra propriam Parochiam, propriumque territorium existere dicatur, & consequenter positiva Juris resistentia adesse videtur, ut privatus in aliena domo, privativè ad proprium dominum, seu Praelatum, jus dicere, seu praeeminentiam habere deboat*, & concordant adducti *in dec. 2089. numer. 16. & seqq. cor. Coccin.*

Indeque quotidiè respondere solent Sacr. Congreg. similes functiones, non ad Parochos, sed ad Regulares pertinere, ut, omissis antiquioribus resolutionibus, quae de facili pos- 3 sent cumulari, quasve referunt, & sequuntur *Novar. in Summ. Bullar. comment. 91. nu. 1. Pasqualig. ad Laur. de Franch. de Controv inter Episcop. & Regular. num. 1591. Vener. in Examin. Episcop. lib. 6. cap. 3. num. 4. & cap. 12. eodem num. Barbos. ad Concil. sess. 25. de Reform. cap. 13. num. 33. Joann. Mar. Novar. in Lucerna Regular. verb. Officium num. 12. Gallet. in Margarit. Cas. conscient verb. Sepult. num. 3. Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quaest. 11. num. 21. Gavant. in Manual. ver. Exequiae in addit. num. 10. Peyrin de Privil. Regular. tom. 3. in fine in resp. ad 3. fol. mihi 567. Frass. de Patr. Regul. Indiar. tom. 2. cap. 91. à num. 10. & Panimoll. dec. annot. 10. nu. 18.*

Ita ultimo loco respondit *Sac. Rituum Congreg in Vaden. 3.* 4 *August. 1698. ad 3. dub Ponente Card. Noris, & in Spoletana Funerum 19. Julii 1710. Ponente Card. Caprara*; Nec non ita pariter respondit *Sac. Congregat. Episcopor. in Montis Politiani 26. Martii 1711. ad 4. dub. Ponente Eminentissimo Paracciano.*

Et favore Principalium, Parochis Lauden. acriter informantibus, ita etiam respondit *haec Sac. Congreg. in Lauden.* 5 *Funerum 2 Maii 1711. ad 1. dub.* in qua, neque etiam concedere voluit *in 2. dub.* Literas compulsoriales, & remissoriales ad probandam contrariam consuetudinem, uti irrelevantem, & improbabilem.

Et contra omnes Parochos nostrae Civitatis Placentiae, inter quos aderat etiam ille S. Pauli, hodiernus noster Adver- 6 sarius, re maturè discussa, ita resolvit *Sac. Congreg. Episcop. in alia Placentina 16. Decembr. 1661.* & resolutionem specificè approbavit sa. me. Clemens X. *in ejus Constit 57. in Bullar. nov. tom. 6.* Ultra quatuor alias similes resolutiones *Sacrar. Congreg. Rituum, Episcoporum, & hujus Sac. Congregat.* in forma pariter specifica approbatas à sa. me. Alexandro VII. *in ejus Constit. 93. in d. Bullar. nov. tom. 6.*

Et quod magis est, per viam legis universalis favore nostrae Religionis, amplissimè derogando quibuscumque in contrarium facientibus, ita individualiter determinavit sa. me. 7 Innocentius XI. mediante speciali Indulto, concesso 11. Mart. 1670. ultra quindecim alia similia privilegia, Carmelitanae Religioni concessa à Summis Pontificibus Nicolao IV. Joanne XXII. Clemente VI. Eugenio IV. Nicolao V. Sixto IV. Clemente VII. Pio IV. Gregorio XIII. Sixto V. Clemente VIII. & Paulo V. per extensum impressa *in Bullariolo Privilegiorum Carmelitarum Excalceatorum à fol. 136. usque ad fol. 317.* Quae omnia extendit, & communicavit Carmelitis Excalceatis sa. me. Clemens VIII. mediante ejus particulari Constit. impressa *in d. Bullariolo fol. 210. num. 13.* duplata *in Bullar. Rom. tom. 3. Constit. 25.* inter alias ejusdem Pontificis §. 14.

Itaut contraria praetensio adversus tot Papalia Privilegia, totque individuales resolutiones hujus, & aliarum Sac. Congreg. supra allegatas, & in forma specifica approbatas à duobus Summis Pontificibus Alexandro VII. & Clemente X. omninò reiicienda videatur, nullatenus attentis contrariis 8 generalitatibus, & insubsistentibus discursibus, ut egregiè ratiocinatur *Rot. in dec. 3. num. 6. cor. R. P. D. Ansaldo*, ibi: *Non erat ampliùs contra Bullam, tàm sanctam, & expressam, super generalitatibus, conjecturis, & discursibus, in oppositum excitatis, immorandùm, sed eandem Bullam adamussim, & praecisè servanda pro lege;* Et meritò, quia Summi Pontificis authoritas, uti maxima, & necessaria, nullum admittit praetextum, nullamque excusationem, aptam ad retardandam illius punctualem, & promptam executionem, ut benè advertit *Card. de Luc. de Benef. disc. 89. sub num. 2. vers. sed melius*, & firmavit *Rot. in Legionen. Pa-* 9 *rochialis 4. Decembris 1693. §. Non obstat cor. Pio, & in Lindonien. 1. Martii 1706 §. Verùm coram R. P. D. Ansaldo.*

Nec dicatur, quod omnia haec procedant, & vera fiat respectu Religiosorum, non autem respectu Monialium no- 10 strae Religionis, juxta praecisos terminos casus, de quo disputamus.

Responsio siquidem in promptu est, quia scilicet in iis, in quibus non repugnat sexus, previlegia omnia, concessa Religiosis alicujus Ordinis, competunt etiam Monialibus ejus- 11 dem Ordinis, ex latè animadversis per *Tamb. de jur. Abbat. tom. 1 disp. 17. à num. 49. & de Jur. Abbatiss. disput. 17. num. 1. Bordon Oper. moral. tom. 2. resolut. 52. num. 365. R. P. D. Petra in Comm. ad Apostol. Constit. tom. 2 fol. 198. à num. 25. & Rot. in Herbipolen. Monasterii 27. Februarii 1712. §. Absque eo coram R. P. D. Ansald.* & pro nostris monialibus habemus id solemniter concessum à *sa. me. Gregorio XIII. in ejus Constitut 64. §. 9. in Bullar. nov. tom. 2.* Necnon à *sa. me. Clemente VIII. in ejus Constit.* incipien. *Cùm dudùm 23. Martii 1594.* impressa *in Bullariol. Privileg. Carmelitarum Excalceatorum fol. 218. numer. 1.*

Et in terminis Juris sepelliendi benè *Samuel. de Sepultur. tract. 1. disput. 2. contr. 1. conclus. 5. num. 11. fol. mihi 45.* ibi: *Nomine Religiosorum secundum omnem proprietatem, & usum loquendi comprehenduntur etiam moniales.* Et in praecisis terminis nostri casus egregiè *Nicol. in Floscul. verb. Sepultura num 5. in fine*, ubi refert, & sequitur resolutionem *Sac. Con-* 12 *greg. Episcop. in Nullius 15. Junii 1616. Capon. contr. 131. num. 37 & seq. Bordon. dec. 128. nu. 1 & seqq. Ventrigl. in Prax. par. 2. tit. de Funer. & Exequiis annot. 31. §. unico num. 3. Anton. à Spiritu Sancto tract. 2. disput. 3. sect. 4. à num 128.* & meliùs *Matthaeucc. in Official. Cur. Eccles. cap. 48. de Sepultur. num. 4. vers. Posito*, ibi: *Posito autem, quod alicui, cum debita licentia, sit danda sepultura in Ecclesia exteriori monialium, Regularibus subjectarum, oritur difficultas, à quo sit officium peragendum, à Parocho, an à Regularibus: Respondeo, à Confessario, quia Ecclesiae monialium exemptarum non sunt de territorio Parochorum, proindè in casu ipsi debent officium facere usque ad portam Ecclesiae, ut censuit Sac. Conreg. &c.*

Habemus in hac parte *aequè punctualem, ac magistralem resolutionem hujus Sac. Congreg. re maturè, & funditùs discussa, promulgatam die 19. Martii 1639.* quae per extensum registratur in fine *à num. 27.* & quae uti casum nostrum ad li- 13 teram decidens, habetur pro casu legis, omnemque in hac parte dubietatem tollit, per ea, quae ad rem adverrunt *Fagnan. in cap. Quoniam num. 3. de Constit. Pasqualig. quaest. mor. centur. 1. cap. 61. num. 4 & per tot.* & firmavit *Rot. in dec. 7. nu. 3.* post *Antonel. de Iurib. Cleric.* cum aliis à me allegatis *in Instit. Crimin. lib. 10. tit. 1. §. 4. nu. 149.* quibus addo *Rot. apud Bertachin. vot. dec. 93. num. 17.*

Et in durioribus terminis Ecclesiarum saecularium, nullatenùs dependentium à Parochiali, quod functiones funebres fieri debeant in eisdem a propriis Capellanis, ad exclusionem illorum Parochorum in quorum Parochiis positae sunt, aliis adductis, probant *Tondut quaest. Benef. lib. 1 cap. 63. num. 7.* 14 *Card. de Luc. de Paroch. disc. 31. num. 7. & Rot. dec. 2089. nu. 16. & seqq. & per tot cor. Coccin.* ubi illam adducit bonam rationem, *cùm facere officium, postquam cadavera sunt illata, non sit de Iuribus Parochialibus, &c. sequitur per necesse, quòd si fideles eligant sibi sepulturam in dd. Ecclesiis, prout facere possunt &c. quod officium debeat celebrari per Presbyteros dd. Ecclesiarum, non per Parochos, cùm Parochi nihil agere habeant in dictis Ecclesiis, &c.* Quae ratio mirabiliter casui nostro applicatur, attenta totali, & maxima exemptione Ecclesiae nostrarum monialium à subjectione, nedùm Parochi, sed ipsiusmet Ordinarii, *ex alleg supra nu. 2.*

Minùs insistatur in praetensa contraria immemorabili consuetudine, quae exadverso praetenditur justificata ex magna 15 illa attestationum mole, in Secretaria exhibitarum.

Quia illa respectu nostri monasterii nullatenus in facto probata est, nec ullo unquam tempore probari poterit. 17

Non est de praesenti in facto probata, quia si uno ore admittunt DD. quod nedùm unicus actus, sed solus rumor in contrarium aptus est ad tollendam omnem umbram immemorabilis consuetudinis, ex allegatis per *Marescott var. resol lib. 2. cap. 190. num. 10.* & firmatis per *Rot. in dec. 159 num. 6. & seq cor. Otthob. & dec. 1296. n. 12. & 14. cor. Emer. jun. & in par. 17. rec. dec. 278. num. 8. & in par. 19. dec. 116. num. 7. & in Trojana delationis Crucis super bono Iure 25. Iun. 1708. §. Minùsque cor. R. P. D. Aldrovando.*

Actus iste, & quidem publicus, & notorius, in nostris 18 terminis nullatenùs desideratur, fuitque ad praxim reductus 24. Augusti 1682 respectu cadaveris Thomae de Sacchis, ultrò exadverso admissus in contrario Summario.

Est

Est ulterius eadem immemorabilis prorsùs improbabilis, quia ab ædificatione nostri Monasterii, sequuta ann. 1670. usque ad ann 1680. quo tempore obtentum fuit d Indultum à fa. me. Innoc. XII. cum amplissimis, & effrenatis clausulis, & cum derogatione omnibus in contrarium facientibus, vix effluxi erant anni decem, usque ad ann. verò 1711. quo præsens incepit lis, & controversia, vix numerantur anni 41. Ex qua evidenti reflexione in radice tollitur omnis prætextus, omnisque color consuetudinis immemorabilis, ut de se patet, & egregiè advertit *Rot in dec.30.num.16.cor Otthob.* ibi: *Cum appareat de principio moderno, & proximo, de immemorabili agi non potest.*

Certiùs considerando vim, & efficaciam *decreti irritantis*, contenti in dicto Indulto Innocentiano, eo quia illud, nedùm inficit quamcunque consuetudinem antecedentem,

20 sed ulteriùs impedit, ne alia inchoari possit, ex cumulatis per *Cobell.ad Bull.Boni Regim cap.28. numer.72. Philippin. de privileg. ignor.cap.1 à num 396.& Card.de Luc. de Jurisd. disc.25.num 8. & Rot.dec 30.num.13. & 14 cor.Ottobon.& dec. 1279. num.18. coram Emer.jun.dec.25.num.5. cor. R. P. D. Ansald. & dec.331. num.25.par.12.& dec 418.num.7.& seqq. par.18 rec.& in Colonien Jurisdictionis 17. Aprilis 1679. §. Nec suffragari, & 29. Martii 1680. §.Cùm enim cor. Alberg. & in Hispalen. Juris sedendi in Synodo 21. Junii 1697. §. Post Breve cor.Muto.*

Ultrà quod, quando etiam ageretur de monasterio antiquissimo, & exadverso concludentissimè probaretur eadem exagerata consuetudo (quæ omnia prorsùs falsa sunt, & evidenter insubsistentia in nostris terminis,) adhuc non possunt exadverso figi pedes in facto unius, vel alterius Religiosi ad privandum totum Ordinem, seu Religionem privilegiis,

21 eidem concessis à Summis Pontificibus, ex punctualissimè firmatis per *Rot.in Hispalen.Quarta funeralium 4.Julii 1590. cor.Pamphil.sen.* impressa apud *Dian. coordinat. tom.8.dec.25. §. Neque fol. mihi 196.& cor Royas dec. 179. num.6. & 7.* ibi: *In omnem casum dd Fratres non potuerunt præjudicare successoribus, aut monasterio, nec renunciare privilegiis, toti Ordini concessis, & dec.10.num 2.& 3 cor.Cerr & dec.2070.num. 15.cor.Coccin.& dec.97.num.19 & seqq cor.Caril & dec.63.num. 10.par.5.& dec 44.num.11 & 12.par.7.rec.* ubi, quod contrarium prætendere est mera simplicitas, *& in Trojana delationis Crucis super bono Jure 21. Martii 1708 § finali cor. R. P. D Lancetta.*

Cùm quibus processit *hæc Sac.Congreg.in d.Lauden 2.Maii*

22 *1711.ad 1.dub.* nullum habendo rationem eorum, quæ aliqui Religiosi nostri Conventus Laudæ inconsultò fecerunt, & à Parochis ejusdem Civitatis cor. hac Sac. Congregat. d. die exagerata fuerunt.

Non relevat demùm reflexio, quod Parochi Placentini,

23 sint in prætensa possessione faciendi officia mortuorum, omniaque alia, d.occasione solita peragi erga cadavera illorum, qui sibi sepulturam elegerant in Ecclesiis omnium Regularium utriusque sexus Placentiæ.

Quidquid enim sit de subsistentia in facto hujus assumpti,

24 ex diametro oppositi punctualissimæ resolutioni *Sac Congreg. Episcoporum à fa.me Clemente X* specificè approbatæ *in ejus Constit 57. in Bullar nov tom 6.* & ubi magistraliter per extensum relatæ & sequutæ à *Pannmol. dec 1. annotat. 10. num.18. & seqq & in Matthæucc.in Offic.Cur Eccles.cap.20.num.5.*

Strictè respondemus, quod in hac parte non licet inferre à facto unius, vel alterius Religiosi adversùs Religiosos alte-

25 rius separati, & distincti Ordinis, & diversæ Religionis, ob peculiares facti circumstantias, quæ in utrisque possunt militare, neque proindè facta, & operationes Religiosorum aliarum Religionum, quatenus in facto subsisterent, allegari possunt contra Principales, ex punctualissimè firmatis per *Rot in Roman delationis Crucis super bono Jure 24. Martii 1708.§ finali cor R.P.D Lancet.*ibi: *Non licet Regularibus, sine legitima authoritate Superioris transfigere in præjudicium Iurium Ecclesiæ. & Conventus &c Multò minùs illorum factum & confessiones præjudicare possunt aliis Regularibus &c. ad Textum in leg.1.Cod res inter alios acta, & sæpiùs Rota, &c.*

26 Causa hæc pendet adhuc indecisa.

27 Resolutio Sac Congreg. Conc. 19. Martii 1639.de qua fit mentio supra *num.13.*

28 Ab hac Sac. Congreg. anno 1626. emanavit Decretum tenoris sequentis, videlicet: Sac. Congreg. Card. Conc Tridentini Interpretum sæpiùs censuit, quoties cadavera defunctorum ad Ecclesias Fratrum mendicantium deferuntur, officia mortuorum, ac reliqua, quæ in hujusmodi ministerio adhiberi solent, non à Canonicis, neque à Clero, sed à Fratribus obiri, ac peragi debere.

29 Cùm verò ab aliquibus Ordinariis Locorum, & Capitulis Canonicorum dubitatum fuerit, an hujusmodi decretum de Ecclesiis, tantùm virorum, non autem de Ecclesiis monialium intelligi debeat, humiliter supplicatur, quatenùs Sacr. Congreg. declarare dignetur, an sub prædicto decreto etiam Ecclesiæ monialium, Regularibus subjectarum, comprehendantur. quod referetur in gratiam.

30 *Die 19. Martii 1639 Sac.Congregat.Concilii censuit, supradictum decretum habere locum etiam in Ecclesiis Monialium Ordinis Mendicantium.*

31 Ut videre est in tom. 160. Positionum existente in Archivio Sac. Congr. Conc. fol.972. & in Regest. authographo decret.ejusdem Sac. Congreg. Lib.16.fol 163.

DISCEPTATIO IX.

Anglonen. Jurisdictionis.

INTER

Reverendiss. Episcopum Anglonæ,

ET

Modernum Eminentiss. Abb. Commendatarium Abbatiæ S. Eliæ Oppidi Carboni.

ARGUMENTUM.

Ex quibus exclusa dicatur qualitas Abbatiæ Nullius, cum Territorio separato; Durante lite super probatione talis qualitatis, Episcopus manutenendus est in quasi possessione exercendi suam jurisdictionem in omnibus Locis, sitis intra fines suæ Diœcesis.

Oppidum Carboni, in quo adest Abbatia S. Eliæ Ordinis S. Basilii, situm reperitur intra fines Diœcesis

1 Anglonen. cujus Episcopus die 24. Januarii 1660. ad se eximendum à vexationibus, & impedimentis, quæ à tunc temporis Abbate Rapacciolo parabantur ad impediendam illius visitationem, obtinuit in hac Sac. Congr. disputari dubium: *An stantibus rationibus, in facto, & in Jure per Informantes deducendis, liceat Episcopo Anglonen. visitare prædicti Monasterii Ecclesiam in omnibus, concernentibus curam animarum, Confessarios approbare, Ordines conferre, & in eo sacris Concionatoribus licentiam impartiri*, quod fuit resolutum cum rescripto. *Competere Episcopo Anglonen.facultatem prædicta faciendi, donec per rem judicatam constiterit, præfatam Abbatiam esse Nullius, & cum separato territorio, & jurisdictione, quasi Episcopali*, ut refert *Card de Luca*, qui scripsit pro eodem Ep.scopo in *disc.9.num.3.de Iurisd* ubi testatur ulterius, quod idem Episcopus in executionem ejusdem rescripti d. Oppidum pluries visitavit, in eoque juxta casuum contingentias, omnes jurisdictionis actus successivè exercuit, quod comprobatur etiam hodiè, dum docemus in *Sum.* de Visitatione in illo peracta *senza nessuna repugnanza, nè di Cittadini, ne del Clero.* Idemque comprobatur ulteriùs, dum constat anno 1661. Archipresbyterum, & Cantorem d Terræ Carbonis accessisse ad præstandam obedientiam Reverendiss Episcopo Anglonen Necnon ex processu civili anno 1662. fabricato in Curia Episcopali Anglonen. contra d Abbatem Rapacciolum, pro solutione census debiti Mensæ Episcopali, una cum mandato, illiusque exequutione, & solutione ejusdem census.

Siluit deindè causa, nihilque actum fuit ex parte Abbatum pro tempore, usque ad annum 1709 quando ad instantiam moderni Eminentiss. Abbatis Commendatarii disputata fuerunt tria dubia, de quibus infra *num fin.* quæ non fuerunt

3 resoluta, sed rescriptum: *Dilata, & dentur Literæ Remissoriales, & Compulsoriales, cum præfixione termini quatuor mensium;* In cujus rescripti executionem, quando coram Reverendiss Episcopo Cassanen. ab hac Sac. Congr de Partium consensu delegato, parabantur novæ probationes, exhibiti fuerunt nonnulli articuli pro parte ejusdem Emin.moderni Abbatis, quos hæc Sac.Congr. nedum admisit die 25. Januar. 1710. sed ulteriùs rescripsit: *Pro prorogatione trium men-*

mensium, ad effectum examinandi testes super articulis per Judicem delegatum: Quibus peractis sub eisdem dubiis, Partibus acriter informantibus, iterùm proposita fuit causa die 4 19. Maii 1711. rescriptumque fuit; *Dilata, & coadjuventur probationes, non retardata interim executione decreti Sacræ Congreg. anni* 1660.

Coadjuvatis igitur dictis probationibus, mediante processu compulsoriali, de mandato Sac. Congreg. confecto per Reverendiss. Episcopum Marsicen. in Secretaria exhibito, reproponitur hodiè, & respectu primi dubii, supplicamus respondere; *Standum esse in decisis d. anno* 1660. Respectu 5 verò secundi; *Non constare d. Abbatiam esse Nullius, minusque habere territorium separatum cum jurisdictione quasi Episcopali*, & demùm respectu tertii; *Omnimodam jurisdictionem Ecclesiasticam competere Reverendiss. Episcopo Anglonen.*

Incipiendo à primo, non potest controverti situatio Terræ Carbonis, intra fines Diœcesis Reverendiss. Episcopi, *ut latiùs videbimus in discussione secundi dubii*; & proindè non potest eidem denegari manutentio in quasi possessione exercendi spiritualem jurisdictionem in eodem Oppido, ut omissis generalibus in nostris præcisis terminis observant adducti 6 in *dec.*184 *num.*2.*apud Tambur.de Jur. Abb.* & *dec.*43.*num.*6. *apud Antonel. de Jurib. Clericor.* & *dec.*13.*nu.*2.& *seqq.* & *dec.* 24.*num.*140.*apud D.de Prosperis de Territ.separ.* & *dec.*810. *nu.*1.*cor.Coccin* & *dec* 436.*nu.*3.*cor.Dunoz.jun.* & *dec.*10.*n.*18. *cor Zarat.* & *in Tarraconen.Jurisd.*10.*Maii* 1700 §.*Habet cor. Olmo*, & *in Firmana Jurisd.super reservatis* 15.*Aprilis* 1701. §.*Et licet cor.Reverendiss.Molines*.

Quæ si procedunt ex sola Juris operatione, & præscindendo ab actuali possessione Ordinariorum, ut in specie cumula- 7 tis antiquioribus, observant *Marescot. var.resol.lib* 1.*cap.*11. *num.*5 & *Posth.de Manuten.observ.*45.*nu.*7.& pluries firmavit *Rota*, signanter *cor.Carill.dec.*126.*num.*2.& *cor.Zarat.dec.*10 *nu.*9.& *in rec.dec.*128. *nu.*4.*p.* 1.& *in Leodien.Iurisdictionis* 11.*April.*1698.§ *Ita ex eadem*, & 18.*Februar.*1699.§.1.& *seq. cor.Emin.Priolo*, & *in d.Tarraconen.Iurisdict.*10.*Maii* 1700. §.*habet cor.Olmo*.

Multò magis habebunt locum in præsenti, in quo de tali possessione Reverend Episcopi non potest dubitari; Illaque 8 in acerrimo Partium contradictorio canonizzata fuit ab hac Sac.Congr. tam d anno 1660. quàm anno 1711. ut, conclusionem ampliando, egregiè advertunt adducti in *dec.*810 *nu.* 1.*cor.Coccin* & *dec.*436.*nu* 3.*cor. Dunoz.jun.* & *dec.*10.*n.*18 *cor. Zarat.* & *dec* 43.*num.*6.*post Antonel.de Iurib.Cler.* & *in dec.*13. *nu.*3.*apud D.de Prosperis de Territ.separ.*

Quo verò ad secundum dubium, ante illius discussionem, quatuor præmitto, duo in facto, & totidem in jure.

In facto præmitto primò, quod Terra Carbonis innegabiliter sita reperitur infra fines Diœcesis Anglonen. nullusque 9 alter comparet hodiè vicinus Episcopus, prætendens situationem ejusdem Terræ intra fines propriæ Diœcesis, quod ex se notum est, atque ad evidentiam resultat ex oculari inspectione, & recognitione Cartarum Geographicarum, signanter *ex novo Atlante in Descript. Basilic. lit. DDD. ex Io:* 10 *Blaeu in Theatr. Orbis Terrar. tom.*8.*in Descript. Ital. liter. QQQQ*, & *ex Petro Mortier dans le Theatre d'Italie tab.*46. *Venetiis impresso anno* 1704.à quibus Oppidum Carbonis describitur in medio trium aliorum Oppidorum Diœcesis Anglonen. nempè *Castel Saraceno, Episcopia, e Castro Novo*, ac si esset punctum circuli, seu potiùs centrum perfecti trigoni æqui lateris, compositi ex dictis tribus Terris, seu Ca- 11 stris, quæ undique circumdant Oppidum Carbonis: Hujusmodi autem Geographicas descriptiones perfectam situationis demonstrationem importare cumulatis concordan. in specie firmavit *Rot.dec.*1.*nu.*1.*apud D.Prosp.de Territ.separ.* & *dec.*395.*nu* 3 *cor.Emer jun.*

Demonstratur ulteriùs veritas hæc ex concordi plurium te- 12 stium depositione, de cujus vigore, & efficacia egregiè *Rot. in Nullius, seu Fulden Iurisdict.super præscriptiva* 15.*Iunii* 1711 §.6.& *seq.cor.Caffar.*

Necnon ex diversis Summorum Pontificum Constitutionibus, & Bullis, favore Monasterii S. Eliæ emanatis, in quibus eadem Terra Carbonis semper denominatur, uti de 13 Diœcesi Anglonen. signanter in Brevi Innocentii V. anni 1275. impresso *apud Sanctorium in Historia Carbonensium, fol.*173. & *apud Ughell.in Italia Sacra tom.*7.*fol.*107.& *in* 1. *Processu fol.*27. In alio Brevi Bonifacii IV. anni 1404. impresso *apud eundem Sanctorium, ubi supra*, & *apud Ughell. loco proximè cit.* necnon in Processu dicto *fol.*27. In solemni compromisso anno 1320. facto ab hominibus d. Terræ Carbonis, impresso *ab Ughell.loco supra citato fol* 146. Et demùm in Epistola, anno 1612. scripta Paulo Emilio Sanctorio tunc temporis Abbati, à Maraldo Datario in his materiis versatissimo, ubi dictio, *seu Anglonen. Diœcesis*, per errorem omissa ab Amanuensi in corpore d. epistolæ, superaddita fuit proprio charactere ejusdem attentissimi Datarii Maral- 14 di, cum speciali signo, vulgò *chiamata, seu rimessa*, ubi apponi debebat, ut ex recognitione illius originalis in Secretaria existentis remanet evidens.

Circa quam veritatem situationis d. Abbatiæ in nostra Diœcesi Anglonen. concordat ulteriùs diligentissimus omnium Abbatiarum Italiæ Scrutator, & Christianissimi Regis Ordinarius Geographus *Augustinus Lubin*, in Libro, cui titulus *Abbatiarum Italiæ brevis notitia*, in Urbe impressa *anno* 1693 *fol.mihi* 83. ibi: *Abbatia tituli S.Eliæ &c. Ordi-* 15 *nis S. Basilii Diœcesis Anglonen.* Concordat etiam *Ughellius*, quando aliquid de suo addidit Scripturæ Abbatis Sanctorii *in Italia Sacra tom.*7.*fol.*110. ibi: *Situm est hoc Cœnobium in Claramontensi Comitatu, Anglonen. Diœcesis*. Et demùm concordat *Card.de Luc.* loquens ad nostrum præcisum effectum *de Iurisd. disc.*9. *num.*4 *vers. Tùm etiam*.

De quarum enunciativarum efficacia, & virtute ad probandam situationem alicujus Loci in illa Diœcesi, intra cujus fines enunciatur, in nostris præcisis terminis, cumulatis 16 innumeris concordantibus, egregiè *Rot.dec.*345.*num* 5.*coram Emer.jun.* & *dec.*156.*num.*1.& *seqq.par.*1.& *dec.*40.*num.*6. & *seqq.par.*15.*rec.* & *in Brixinen.Jurisd.*5.*Iulii* 1688.§. *Seu cor. Card Capr.*

Præmitto secundò in facto, quod nullum omninò fieri valet fundamentum, favore Eminentiss Abbatis *in Liberculo* 17 (ut utar phrasi *Card.de Luca de Iurisd.dict.disc.*9.*n.*2.4.& 6.) composito à bo. me. Emilio Sanctorio Abbate nostræ Abbatiæ, cum speciosо illo titulo: *Historia Carbonensium*, in Urbe impresso anno 1601. contra tunc temporis Episcopum Anglonen. quem ad literam fideliter transcripsit *Ughellius in Italia Sacra to.*7. *à fol.*117.& ex quo desumpta fuit tertia pars voluminosi contrarii Summarii.

Si enim in nulla consideratione haberi solent authoritates illorum classicorum Doctorum, qui uti Advocati in aliqua causa scripserunt, ea ratione, quam his verbis adducit *S.* 18 *Io: Chrisostom in Epist.*1.*ad Corinth. hom.*7.*post med.* quia *magna vis est præoccupata opinionis*, ut pro responsione ad *Lotter.* observavit *Rot in dec.*99.*in fin.par.*10.*rec.* Et pro responsione ad *Mansium* advertit *Card de Luc.de Credit. disc.* 158.*num.*3. ad rem observans, quod publica impressio qualitatem Scripturarum nullatenùs alterat, quod notavit etiam 19 *Fagnan.in cap.Cùm venissent num.*74.*de Iudic.* ibi: *Quasi imprimendi licentia æqualem infundat omnibus authoritatem*,

Prout etiam, si in nulla pariter consideratione haberi solent illi classici Authores, qui scripserunt pro ea dignitate, quam in vita obtinuerunt ut, pro responsione ad *Bertrandum*, 20 observavit *Rot.in Carpentoraten Iurisd.*11.*Maii* 1699.§.*finali cor. R.P.D Lancett.*

Quantò minus fides præstanda est eidem Liberculo, illiusque transcriptioni, apud nimis credulum *Ughellium*, nimisque facilem ad implenda ejus Volumina ex iis, quæ sibi ab interesse habentibus transmittebantur, ut observat *Card. de* 21 *Luc.de Iurisd. disc.*20.*num.*7. dum non agitur de Libro, pro veritate edito, sed de Scriptura, cum suo Summario, composita ab uno ex Collitigantibus, ut in punctualissimis terminis nostri casus, me scribente practicavit *hæc Sac.Congr. in Aquilana, seu Nullius Pizzuli* 15.*Iulii* 1695. nullam adhibendo fidem simili Liberculo, ab uno ex antiquis Archipresbyteris dicti Loci, prætendente ibidem quasi Episcopalem 22 jurisdictionem composito, & typis dato sub simili specioso titulo, cujus resolutio reperitur impressa apud *Antonel.de Iurib & onerib. Cleric fol.* 16.

Et in punctualibus terminis pro responsione ad *Caponem*, cujus authoritate prætendebatur probari similis Territorii separatio adversus Reverendiss. Archiepiscopum Surrentinum, firmavit *Rot.in Surrentina Manutentionis* 4 *Maii* 1695. 23 §.*Disceptationes cor.Illustriss.Scotto Urb Gub.*

Et reprobando similem historiam, post litem motam, compositam *ab Horatio Avicenna Urbinate*, eadem *Rot.in dec.* 17.*à num* 15 *cor. Arguell.* quam sequutus fui *in meis Instit.Cri-* 24 *minal.lib.*4.*tit.*8.*num* 119. ubi solidè Rota limitat conclusionem illam, exadverso magnificari solitam, quod fides danda sit Historicis, ut scilicet procedat respectu historicorum 25 classicorum, ut videre est *ibidem num.*20.& *duob seqq.* quod repetit *Card.de Luc.* respondendo in specie *dict. Ughellio, in disc.*20.*nu.*7 & *seqq.de Iurisd.*

Addito, quod idem Liberculus non est de numero illarum Scripturarum, *quæ non sine miraculo inventæ fuerunt* juxta exagerationes præteriti contrarii Restrictus §.46. sed est Scri-

ptura

ptura crambe recocta, dum dicto anno 1660. exhibitus fuit 26 & attente consideratus ab hac Sac. Congregatione ut testatur *Card. de Luc. de Jurisd. disc 9. nu. 2. & 6.* inventusque minus habens ad probandam separationem Territorii, & meritò, dum in illo Author utitur claris illis verbis, ipsum denotantibus Adversarium, non historicum fol. 204. *Ne pari naufragio, turbinibusque abripiantur ad vota Adversariorum*, quæ phrasis quantum usitata est inter Curiales, tantùm impropria videtur in ore historici, dum historia nihil aliud est, quàm rerum gestarum expositio, sive narratio, ut notat *Cicer. lib. 4. Accad.* nullosque alios recognoscunt Historici Adversarios, præter adulationem, & mendacium, ut observat *Card. Pallavic nell'Istoria del Concil. in Introd. cap. 2. num. 1.* ibi: *Ogni Istorico non è altro, che testimonio, narra, e non prova &c. Onde a levargli credenza non si ricerca in lui la maligna volontà d'affermare il falso per vero, basta l'animo appassionato, che approvi l'inverisimile per verisimile.*

Non credimus proindè repetenda hodiè verba ejusdem magnificati Liberculi, minusque maiuscolis adnotanda esse, ac si ageretur de verbis alicujus Pontificiæ Constitutionis, seu 27 Decretalis, cùm non sint, nisi gratuitæ exagerationes unius ex nostris perpetuis Adversariis; Multòque minus credimus repetendas pias illas meditationes ejusdem *Liberculi fol 191.* transcriptas *ab Ughellio tom. 7. fol. 159* circa vindictam, quam gratis ubique asserunt Ss. Eliam, & Anastasium sumpsisse de Episcopo Amanio, medianre repentina morte, quæ non bene forsan operationibus Sanctorum attribuitur, dum nec etiam Christianis convenire videtur; Considerando præcipuè verba illa *ope Sanctorum Eliæ, & Anastasii*, quia videtur, nimis improprium asserere, quod Sancti opem tulerint 28 ad procurandam subitaneam mortem uni ex illis, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, à qua subitanea morte S. M. E. omnes Christifideles liberare desiderat, mediante speciali supplicatione in majoribus Litaniis.

In jure verò præmitto primò textualem illam conclusionem, de qua in *can. Omnes Basilicæ 6. quæst. 7. & in cap. con-* 29 *querente de Offic. Ordin.* quod Episcopus habet fundatam intentionem pro pleno exercitio suæ Jurisdictionis in omnibus Locis, sitis intra fines suæ Diœcesis, quam latè exornant *Fagnan. in cap. Nimis prava à nu. 3. de Exces. Prælat. Tomas. de Benef. lib. 3. cap. 26. per tot. Van Espe de Jur. Eccles univers. par. 3. tit. 12. cap. 2. per tot. Franc. in Pastor. Regul. quæst. 2. par. 2. à num. 8. usque ad fin.* & latissimè *Rot. dec. 15. num. 1. & seqq. apud D. de Prosper. de Territ. separ.* ubi, quod hæc propositio 30 nimis famigerata est, atque communiter admissa ab omnibus Canonistis, itaut proindè superfluum videatur ad illam comprobandam, ulteriùs hìc immorari.

Præmitto secundò in jure, uno ore receptum esse inter Canonistas, & quotidiè approbatum à supremis, & magnis Tribunalibus, quod ad probandum teritorium separatum, non quælibet probationis species admittitur, neque quilibet actus indif- 31 ferenter attenduntur, sed strictè, & præcisè requiritur, vel Apostolicum privilegium, clarum, rotundum, & literale, vel immemorabilis consuetudo, concludentissimè probata, atque à nullo actu contrario interrupta, ad quod probandum facili negotio componi possent Volumina.

Nos autem ad evitandam prolixitatem, remissivè nos habemus ad latè animadversa per *R. P. D. Petr. in Commentar. ad Constit. 6. Alexandri III sect. 1. à num. 67. fol mihi 143.* nec 32 non *ad tres magistrales Sac. Rot dec.* nempè *Brixinen. Jurisdiction. 5. Julii 1688. cor. Card Caprar. Derthusen. Jurisdict. 5. Martii 1692. cor. Reverendiss. Molines, & Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis 1. Junii 1708. à §. 102. coram R. P. D. Ansaldo*, in quibus ad probandam separationem territorii, ac qualitatem *Nullius*, cum Jurisdictione quasi Episcopali, adductæ fuerunt multò plures conjecturæ, & longè efficaciores actus, ac sint illi, qui exagerari solent ex parte moderni Eminentiss. Abbatis, quive à commendabili diligentia contrariorum Defensorum in præterita causæ propositione, *ex* 33 *antiquitatis latebris erudita supellectile in lucem eruti fuerunt*, juxta præcisa verba *dictæ dec Brixinen §. Quibus*, & nihilominus in nulla prorsùs consideratione habiti fuerunt, neque etiam unitim perpensi, & insimul considerati, & rationem adduxit *Rot. in dicta Nullius, seu Fulden § 74.* quia scilicet *aliàs permitteretur conjunctio imperfectorum, quæ de Iure exulat à Tribunalibus.*

His præmissis, à seipsis corrunt omnia ea, quæ exadverso adducuntur; Strictè enim respondendo dicimus, quod, 34 aut exadverso insistitur in privilegio claro, & literali, importante territorium separatum, verè, propriè, & realiter, & hoc nunquam exhibitum fuit, quia in rei veritate exhiberi nullatenùs potest; Quod est adeò verum, ut contrarii Defensores, talem veritatem nullatenùs controvertentes, ultrò asseruerunt, talia privilegia exhibere non posse, *tanquam ex antiquitate temporis partim deperdita, & partim subtracta*, juxta eorum præcisa verba.

Tales autem deperditio, & subtractio non probantur, neque præsumuntur.

Non præsumuntur, quia sunt quid facti, & hæc concludenter probari debent, & non concurrentibus claris proba- 35 tionibus, nunquam præsumuntur, ex notoriis axiomatibus, de quibus *Rot. cor. Dunoz. jun. dec. 713. num. 7. & in par. 15. rec. dec. 254. num. 12.*

Neque etiam probantur, quia, incipiendo à prætensa deperditione, informis notula, exadverso exhibita, nullam meretur fidem, ex quo nescitur, à quo composita fuit, cui 36 facta fuit consignatio Scripturarum, in illa descriptarum, & ad quem effectum ad Urbem fuerint transmissæ, & quod magis est, neque etiam in tali notula registratur titulus hujusmodi clari privilegii; Igitur vanum est illud probatum prætendere ex dict. informi notula Scripturarum, ubi nedum illius substantia, sed nec etiam simplex, & merus titulus registratur.

Minùs probatur prætensa subtractio post obitum Card. de Lauræa ex affectatis contrariis fidibus, quia illa, uti enorme delictum, non ex similibus informibus attestationibus, 37 sed concludenter probanda est, *ex notis juribus* apud *Conciol. resol. crimin. verb. Delictum resol. 1. per tot.*

Secundò, quia privilegia omnia, Abbatiæ concessa, per extensum registrata fuerunt in *d. Sanctoriano Liberculo à fol. 137.* ibi: *Prolata sunt privilegia, & ostensa diplomata Summorum Pontificum, quibus cavetur. declaraturque, Monasterium Carbonense Terrarum dumtaxat subesse Rectori, pen-* 38 *dereque à S. Sedis imperio, & potestate, sed adiiciamus sacras Pontificum paginas*, & *fol. 203. & 204.* ibi: *Diplomata, & Scripturarum volumina &c. in potestatem devenère peculiari Numinis favore servata, &c.* Asserens *d. fol. 204.* quod aliqua ex eisdem monumentis erant macie obsessa, & carie abrosa, illaque proindè transcribere fecisse, *nè pari naufragio, turbinibusque abripiantur ad vota Adversariorum*; Notetur quæso phrasis hæc nimis impropria in ore historici *exanimad-* 39 *versis supra num. 26.*

Quis igitur credere poterit, quod Author iste adeò diligens in transumptandis Scripturis, etiam macie obsessis, & carie abrosis, negligens esse voluerit in omissione registrationis privilegii clari, & literalis, importantis separationem territorii, & jurisdictionem quasi Episcopalem, cum qualitate *Nullius*, ad quam totus illius conatus directus erat; 40 Dicendum proindè est, anno 1601. quo talis Liberculus lucem aspexit, dictum privilegium non adfuisse in Archivio Abbatiæ; Ex quo in necessariam sequitur consequentiam, quod non potuit transmitti ad Urbem anno 1635. describique in d. informi notula, minùsque subtrahi anno 1693. juxta contrariam insubsistentem prætensionem.

Non aderat pariter in rerum natura idem privilegium anno 1320. quando stipulata fuit d. solemnis concordia, transcripta ab *Ughellio in Ital. Sacr. to. 7. fol. 146.* cum recognitio- 41 ne Episcopi Anglonen. in ordinarium Superiorem Terræ Carbonis, facta ab omnibus Monacis Abbatiæ; Quia vim facit intellectui consideratio illa, quod totus Monachorum cætus, consueto more congregatus voluerit se subiicere Jurisdictioni Episcopi Anglonen. si ab ejus superioritate per speciale privilegium, importans separatum territorium, fuisset exemptus.

Remanet propterea imperceptibilis exagerata subtractio assertorum privilegiorum ante dictum annum 1601. quia subtrahi non potest id, quod in rerum natura existere, vel exti- 42 tisse non demonstratur, juxta notoria axiomata apud *Barbos. axiom. 162. num. 1. & Rot. in Romana Immissionis super expensis 7. Decembris 1705. in fine coram R. P. D. Ansaldo.*

Neque minùs imperceptibilis est talis prætensa subtractio post d. annum 1601. dum habentur in promptu authentica Registra, & publica Archivia, in quibus omnes gratiæ, & privilegia, quæ à Sede Apostolica concessa sunt, punctualiter registrantur; Ex quibus nimis facilè esset tale prætensum privilegium reperire, illudque in authentica forma exhibere, si illud in rei veritate concessum fuisset, ut de se patet.

Excluso ex his titulo privilegii clari, & literalis, quod reverà videtur adeò evidens, ut vix aliquid evidentiùs dari possit, non minus insubsistens detegitur alter titulus prætensæ immemorabilis, aptæ quidem ad inducendum mille privilegia, præsumendumque omnem alium meliorem titulum

de Mundo, juxta contrarias exagerationes, sed quando est concludenter, imo concludentissimè probata per testes, deponentes cum notoriis requisitis celebris *Glossæ in cap.1.verb. Memoria de Præscript. in 6.* latissimè, & magistraliter explicatis à *Sac Rot.in Trojana delationis Crucis* 10.*Decemb.*1708. *per tot. cor.R.P.D. Aldovrando*. Non autem, quando talis concludens probatio non concurrit, & adversum prætensam immemorabilem adducuntur actus, nedum incompatibiles, sed ex diametro oppositi eidem prætensæ immemorabili. 44

Si enim *de essentia immemorabilis est* (sunt verba *Rot.in Brixien Jurisdictioni* 5.*Julii* 1688 *§ finali cor. Card. Caprar.* confirmatoria aliarum in eadem causa emanatarum *coram Caril.la* 126.*& cor.Benincasa la* 58.*& cor.Rondinino*,) *quod nihil actum, aut auditum fuerit in contrarium*; *Itaut vel unicus, vel minimus actus, satis sit ad exclusionem immemorabilis,& ad præservandam Jurisdictionem universalem Ordinarii*, juxta punctuales authoritates in eisdem decis. plena manu cumulatas, & aliàs facilitate maxima cumulandas; Quonam colore, & quanam verisimilitudine dici poterit probata in nostro casu asserta immemorabilis, dum constat de multis actibus, quamlibet etiam ordinariam consuetudinem, ad evidentiam destruentibus? 45 46

Omissa enim superflua repetitione illarum enunciativarum, *de quibus supra num.* 13. quæve incomparibiles sunt cum prætensa immemorabili consuetudine in contrarium, per ea, quæ notant adducti *in dec.*13.*num.*16.*apud D. Prosper.de Territ separat.* 47

Habemus 1. loco solemnem illam, & solemnissimam concordiam anno 1320 stipulatam, ut ibi sepies dicitur, *pro bono pacis, & concordiæ, & ut de cætero, nulla sit dissentionis occasio, vel scandalorum origo*, per extensum impressam ab *Ughellio tom.* 7. *fol.*146. gratia brevitatis omissa *à Anctorio in ejus Liberculo*, sub specioso titulo *Historiæ Carbonensium*; In eadem siquidem concordia non potest prætensa consuetudo clariùs insubsistens demonstrari, quàm verbis illis: *Dei gratia, Partium voluntate, & veritatis agnitione sopita dicti Fratres Jacobus, & Conventus, dd. Episcopum, Capitulum, & Ecclesiam in suos Superiores ordinarios agnoscentes, ad eorum obedientiam sunt reversi*. Observando verba ista *ad eorum obedientiam sunt reversi* Reversio enim ad antiquam obedientiam per necessarium antecedens supponit subjectonem præcedentem, ex animadversis per *Rot. in dec.*172.*num.*15.*cor Burat.& dec.*678.*nu.*19.*cor. Dunoz.jun.& dec.*224.*nu.*2.*cor.Ottbob.* 48 49

Habemus 2. anno 1548. consensum, solemniter præstitum ab Episcopo Anglonen. ad enixas preces Universitatis Terræ Carbonis pro fundatione Conventus S. Francisci de Observantia in eadem Terra. 50

Habemus 3. anno 1569. rescriptum hujus Sac. Congreg. & monitionem Abbatis, ne se ingereret in Oppido Carbonis in iis, quæ ad Episcopalem pertinent Jurisdictionem. 51

Habemus 4. anno 1588. concursum, habitum cor. Episcopo, in provisione Parochialis Ecclesiæ d. Terræ Carbonis, quem refert *Card.de Luc.de Jurisd. disc.*9.*num.*7.*vers. Doctum*. 52

Habemus 5. anno 1606. similem concursum in provisione ejusdem Parochialis Ecclesiæ, *teste eodem Card. de Luc.* ubi proximè. 53

Habemus 6. resolutionem hujus Sac. Congr. anni 1660. de cujus viribus hodiè disputamus. 54

Habemus 7. eodem anno 1660. visitationem, pacificè factam ab Episcopo de Luca, una cum aliis actibus Jurisdictionalibus, in nostra Terra Carbonis exercitis, & relatis *à Card.de Luc.de Jurisd disc* 9.*sub n.*7. 55

Habemus 8. solemnem administrationem Sacramenti Confirmationis, eodem anno 1660. in Oppido Carboni factam à d. Episc. de Luca. 56

Habemus 9. approbationem, seu præelectionem anno 1687 factam ab Episcopo Anglonen in concursu habito ad Archipresbyteratum ejusdem Terræ Carbonis. 57

Habemus demùm aliam Visitationem, factam ab Episcopo summa pace, *e senza nessuna repugnaza, nè de Cittadini, nè del Clero*, admissam ab Incolis ejusdem Terræ 58

In conflictu igitur horum actuum unitim præ oculis considerandorum, per ea, quæ in præcisis terminis nostri casus firmavit egregiè *Rot. in dec.*395 *num.*10 *cor. Emer. jun* nimis dura videtur contraria prætensio, ut probata dicatur immemorabilis consuetudo, quæ ex solo rumore in contrarium penitùs exclusa dicitur, ex generaliter firmatis per *Rot dec* 310.*num.*9.*apud Posth. de Manut.& dec.* 70.*num.* 67. *par.* 13. *recent.* 59

Et in punctualibus terminis in *d.dec.*395.*num.*17.*cor.Emer. jun.& in Brixien.Jurisdictionis* 5.*Julii* 1688 *§ Unicus coram Card.Caprar.& in Dertusien.Jurisdictionis* 5. *Martii* 1692. *§.* 3.*& seqq. cor. Reverendiss. Molines,& in Firmana Iurisd.*15. *Apr.*1701.*§.In præsenti cor.Eodem*. 60

Ex quibus nulla remanet necessitas sigillatim confutandi actus omnes, exadverso exagerari solitos, quia ex summa diligentia, exadverso practicata ad illos eruendum ab antiquitatis latebris, sive tenebris, nihil aliud infertur, quàm quod in numero superent illos, quos ex hac parte adducimus; Hoc tamen nullo modo destruit fundatam intentionem Reverendiss. Principalis, *quia* (sunt verba *Rot in Nullius, seu Fulden. Jurisdictionis* 1. *Junii* 1705.*§. Respectu, seu* 91 *cor. R.P.D. Ansald.*) *Non solùm actus numero minores superabundant pro excludenda contraria prætensione, sed exuberant paucissimi, & etiam unicus in oppositum*. Estque conclusio uno ore admissa à Doctoribus, & communiter recepta à Supremis Tribunalibus, ut videre est apud *Bald. in cap. Querelam num.*23.*de Elect. Dec. cons.*215.*num.*2.*& Rot. dec* 912.*num.*8. *cor. Burat.& dec.*24.*nu.*35 *& seqq.par.*10.*& dec.*382.*num.*13. *&* 14.*par.*16.*& dec.*375.*num.*6 *par.*18.*& in Brixien. Jurisdictionis* 5.*Julii* 1688. *§. Et frustrà cor. Card. Caprara, & in Leodien. Jurisdictionis* 10. *Aprilis* 1698. *§. Iure etiam coram Reverendiss.Molines*. 61 62

Fortiùs quia iidem actus, exadverso exagerari soliti, non respiciunt primam, & principalem speciem inferiorum Prælatorum, cum territorio separato, & qualitate *Nullius*, quæ hodiè exadverso prætenditur, sed ut plurimum tertiam, & aliqui dumtaxat ex eisdem actibus vix attingunt extrema requisita secundæ speciei eorundem Prælatorum inferiorum, ut ex illorum combinatione remanet manifestum; Ad quem effectum dignentur EE. PP. observare, quod iidem Prælati inferiores communiter in tres dividi solent classes à Doctoribus. 63

Prima species est illorum, qui plenam, & omnimodam habent jurisdictionem spiritualem, & quasi Episcopalem, privativè quoad Episcopos, mediante formali, vera, & propria territorii separatione, itaut in rei veritate constituere dicantur novum, & particulare territorium, stans de per se, tanquam per speciem Diœcesis, ut ex gr. sunt Abbas Nonantulanus, Abbas Montis Cassini, & similes juxta decisa per *Rot. in Nonantulana Jurisdictionis* 22. *Junii* 1693. *cor.Card.Caprar.& in Capuana, seu Montis Casinen. Parochialium* 10 *Martii* 1679 *cor.Borlem.&* 17.*Junii* 1686. *cor.Card. Matthæjo, &* 6. *Aprilis* 1693 *cor.Ursino*, & isti veniunt sub Ordinariorum nomine, & exceptis iis, quæ sunt Ordinis Episcopalis, in nihilo videntur ab Episcopis differre, ut notat *Card.de Luc.ad Concil.disc.*5.*num.*21. 64

Secunda species est illorum Prælatorum inferiorum, qui habent spiritualem Jurisdictionem in Clerum, & Populum sæcularem alicujus Loci, cum impropria, & abusiva territorii distinctione, & ficta denominatione *Nullius*, compatibilem tamen cum Jurisdictione Episcopi, vel per concursum cumulativum, vel per subordinationem, vel per aliquorum actuum, & causarum distinctionem, ad terminos *Text. in cap. Auditis, & cap. Cum olim de præscript.* nulloque modo istis inferioribus Prælatis conveniunt ea, quæ sunt Jurisdictionis Episcoporum, dicuntur tamen inferiores Prælati jure singulari, impropriè, & abusivè, juxta firmata per *Rot in Toletana Iurisdictionis super excessibus* 17. *Iunii* 1689 *§. Et quamvis, cor.Reverendiss Molines, & in Burgen.Iuris instituendi* 23.*Iunii* 1690 *§. Minus cor eod. & in Gerunden. Iurisd.* 13 *Iun.*1690 *§.Et qua pariter cor.eod.* 65 66

Tertia demùm species Prælatorum inferiorum est Abbatum, & aliorum Superiorum Ecclesiasticorum, & Regularium in suis respectivè Ecclesiis, Monasteriis, & Conventibus existentium quidem in Diœcesi, sed cum clara, & incontrovertibili exemptione à Jurisdictione Episcopi, & isti nullum habere dicuntur territorium separatum, neque proprium, neque improprium, sed illorum Jurisdictio coarctata est, & restricta intra fines, & terminos Ecclesiarum, Monasteriorum, & Conventuum, extra quorum ambitum eadem Jurisdictio est quidem in personas, sibi subjectas, sed sine territorio, ut has inferiorum Prælatorum species distinguendo, antiquioribus adductis observant *Fagnan in cap. Accedentibus à num.*20. *de Excess Prælat. Pignatel. consult.* 204. *num.*18 *tom* 4. *Lotter. de Re benefic lib.*1 *quæst* 52 *num* 6. *& sequent. Filliuc. Oper. moral tom.* 1 *tract* 11. *cap.* 5. *quæst.* 9. *num.* 149. *Card. de Luc. de Iurisdiction. disc* 1. *num.*7. *vers Hinc proindè, & seqq & Rota in sæpè citata Brixinen.Iurisd.*5.*Iulii* 1688.*§.Nec urgent cor.Card.Capr.* 67

Au-

Authenticis autem documentis, ex hac parte adductis ad probandam limitatam, & restrictam Jurisdictionem Abbatis Terræ Carbonis ad hanc tertiam speciem limitatæ Jurisdictionis, addimus seriam, & claram confessionem unius ex illius modernis Abbatibus, nempè Card. de Lauræa, contenta in epistola, proprio ejus charactere scripta die 12. Martii 1687. & directa ejus Vicario Abbatiali, in qua nedùm clarissimè aperuit proprium sensum, sed ingenuitate commendabili testatur etiam de opinione hujus Sac. Congreg. ibi: *Quanto al futuro circa il concorso, esame, & institutione dell' Arciprete in virtù della Lettera, mandatali dalla Sagra Congreg. il Vescovo mandarà le sue ragioni, le vedremo, se potiamo, accordarsi amichevolmente lo faremo, quando nò, litigaremo; Mà già la Congregatione da mò la sente contro di noi, perche la Parrocchia non è commendata, nè unita all' Abbadia di S. Elia*. Quam ingenuam, & seriam confessionem Abbatis, ad excludendum territorium separatum, & Jurisdictionem quasi Episcopalem, magnifecit *Rot. in decis. 295. nu. 7. cor. Emer. Jun. & in decis. 181. num. 6. par. 12. rec.*

[68] [69]

Si enim vera essent ea, quæ prætenduntur hodiè circa amplissimam Jurisdictionem quasi Episcopalem, & territorium separatum, nemo non videt, quod non fuisset opus mendicare exemptionem ab unione Parochialis, facta Abbatiæ, quia posito territorio separato, & admissa Jurisdictione quasi Episcopali in Prælato inferiori primæ speciei, Ecclesiæ omnes, sive unitæ, sive non unitæ titulis Abbatiarum, semper providentur ad nominationem Abbatum, & mediante concursu coram eisdem, vel eorum Vicariis habito, ut EE. PP. probè notum est, & patet ex firmatis per *Rot. in Capuana, seu Montis Cassinen. Parochialium 10. Martii 1679. cor. Bourlem. & 17. Iunii 1686. cor Card. Matthæio, & 6. Aprilis 1693. cor. Ursino, & in Nonantulana Jurisd. 22. Junii 1693. cor. Card. Caprara.* [70]

Cæterùm ad abundationem cautelam descendendo ad particulare examen omnium conjecturarum, quæ solent ex adverso exagerari & expendi, quasvè magistraliter examinavit, ac rejecit *Rot. apud D. de Prosp. de Territ. separ. dec. 10. num. 13. & seqq. & dec. 14. nu. 12.* [71]

I Circa Prætorium edictum tempore Episcopi Joannis Antonii Scotii anno 1512. *Ut possidetis, ita possideatis*, quandoetiam ex adverso concludenter probaretur, nihil ponit in esse, quia per necessarium antecedens demonstrandum esset, quod antea Abbates Carbonenses essent in possessione quasi Episcopalis Jurisdictionis cujus oppositum ultrà alias demonstrationes, de quibus supra, ad oculum resultat ex solemni illa transactione, quæ legitur apud *Ugbell. tom. 7. fol. 146.* [72]

II. Circa assertum bellum inter eundem Episcopum, & tunc temporis Abbatem, istiusque persecutiones, & infortunia, gratis ex adverso solita magnificari, innititur gratuitis verbis, & ampullosis exagerationibus unius ex Abbatibus nostris perpetuis Adversariis, nempè Sanctorii, cui an congruat epitetum illud *gravissimorum Historicorum* circa Libercculum in octavo, miserabilium chartarum 114. ubi Anglonenses Episcopos vocat suos Adversarios, remissivè nos habemus *ad supra animadversa num. 17* Ultrò autem admittimus optimas qualitates ejusdem Sanctorii, & longè digniores Cardinalis ejus Patrui, satis noti in Ecclesiasticis Annalibus, & Summorum Pontificum Conclavibus, sed hæ in materia defensionis propriæ Jurisdictionis nullum pondus addunt, minusque in consideratione aliqua haberi solent in prejudicium alterius Collitigantis, *ut observavimus supra num. 26.* [73]

III. Circa prætensam Synodorum convocationem, ista unicè innititur *testimonio d. Sanctorii*, circa cujus fidem, & authoritatem in re, proprium concernente commodum, & particulare interesse, habemus integrum *quintum titulum tertii libri Codicis*. Aliæ autem Scripturæ, quibus gratis ex adverso nomen Synodi attributum fuit, sunt potiùs actus obedientiæ, præstitæ à subditis Abbati in festo S. Eliæ, ut ex illorum recognitione. [74]

IV Circa assertas visitationes, factas ab Abbatibus pro tempore in Ecclesia sibi subjecta, non probantur exercitæ cum scientia, & patientia Episcoporum, & consequenter ad nostrum effectum non solent in aliqua consideratione haberi, ex animadversis per *Rot in dec. 330 num. 22. par. 15. rec. & in dec. 13. num 34 apud D. de Prosp de Territ. separ. & in Leodien Jurisdictionis 12. Apr 1698 § 2 cor. Reverendissimo Molines*, Certiùs, quia docemus de visitationibus ejusdem Ecclesiæ, summa pace peractis ab Episcopis pro tempore, quæ uti assistentia Juris suffultæ præferendæ sunt aliis, ab inferioribus Prælatis factis, per ea, quæ in præcisis terminis firmavit *Rot. in dec. 10. num. 34. apud D Prosp de Territ. separat & in Leodien. Jurisd. 11. Aprilis 1698. §. 2 cor. Reverend. Molines, & in Firman. Jurisdiction. 15. April 1701. §. Nec cor. Eodem.* Illa autem verba Plateæ, registra a in contrariis Scripturis, non sunt visitationes, sed gratuitæ assertiones unius ex Abbatibus nostris Adversariis, & proindè applicatur responsio data *Liberculo Sanctoriano*. [75] [76]

In omnem verò casum, eò minùs fieri potest fundamentum in dd. visitationibus, ex quo etiam in concernentibus curam animarum illæ cumulativè fieri possunt, tam ab Ordinariis, quàm ab inferioribus Prælatis, ut ad præcisum effectum excludendi qualitatem territorii separati à similibus visitationibus, in terminis firmavit *Rot apud Card. de Luc. de Iurisd. disc 1. & apud D. de Prosp de Territ separ. dec. 10. n. 34.* [77]

V. Circa beneficiorum curatorum collationem, nihil concludit, quia istæ non probantur factæ cum scientia, & patientia Episcoporum pro tempore, quibus proindè præjudicare non poterunt ex firmatis per *Rot. in Firman. Jurisdict. 15. April. 1701. § Nec turbant cor Reverendiss. Molin.* Cæterùm per falsam, & insubsistentem hypotesim adhùc admissa dicta scientia, & patientia, nullatenùs relevarent, quia dantur multi Prælati inferiores secundæ speciei, quibus hoc jus competit, & tamen separatum territorium cum qualitate *Nullius* nullo modo prætendunt *ex allegatis supra n. 67.* Addito, quod multæ collationes eorundem curatorum beneficiorum probantur factæ ab Episcopis, à quibus illas faciendas esse asseruit Card. de Lauræa, loquens ex sententia hujus Sac. Congr. [78]

VI. Circa aliorum beneficiorum non curatorum collationes applicatur à fortiori eadem responsio; Ultra quod possunt esse de illorum numero, quæ unita sint Abbatiæ, juxta distinctionem, insinuatam ejus Vicario à d. Card. de Lauræa; Et tamen regulare est in his materiis, quod *Beneficiorum collationes non evincunt in conferente Iurisdictionem ordinariam* juxta præcisa verba *Rot. in dec. 14. nu. 13. apud D. de Prosp. de Territ. separ.* [79]

VII. & VIII. Circa gubernium, & fundationem Hospitalis, quando etiam in facto probarentur, nullam habent connexionem cum Jurisdictione quasi Episcopali, & qualitate territorii separati, ut de se patet. [80]

IX. Circa approbationes confessariorum, nullatenùs canonizzatur pro univoco signo territorii separati *in Theatina Iurisdict. 14. Maii 1708. §. fin. cor. Illustriss. Scotto*, in qua Prælatus inferior illud nullatenus prætendebat, sed suam prætensionem restringebat ad aliquos particulares actus, à Sac. Rot. approbatos. [81]

Fortiùs, quia hodiè exhibemus similes licentias, & approbationes confessariorum, factas ab Episc. de Luca, & multoties confirmatas, nempè in personis Sacerdotum Marci Antonii Continanzæ, & Joannis Dominici Padulæ. [82]

X Circa dimissoriales considerata fuit, & admissa à *Rot. in Theatiatina Iurisdict. 14 Maii 1708 tantum ad colorandum titulum, & pro concedenda reintegratione adversus spolium, majori discussioni, & examini reservanda*, juxta præcisa verba *d. dec.* Undè non benè detorqueri prætenditur ad nostrum casum, ad effectum canonizzandi Jurisdictionem quasi Episcopalem, & probandi separationem territorii per omnia sæcula sæculorum [83]

XI. Circa reductiones missarum, & attestationes super statu libero, istæ nullam pariter habent connexionem cum territorio separato, cum qualitate *Nullius*, & Jurisdictione quasi Episcopali, possuntque iidem actus ex speciali delegatione fieri etiam à Prælatis secundæ, & tertiæ speciei *ex animadversis supra num. 67.* [84]

XII. Circa actus voluntariæ Jurisdictionis in uno, vel altero casu, ex adverso specificato, illi admissi quidem fuerunt à *Rot. in d. Theatina Iurisdictionis* ad reddendam turbidam assistentiam Juris pro Episcopo, *non intendens de cætero super eisdem quidquam firmare*, ut his præcisis verbis se declarat *in dec. 14. Maii 1708. §. Quæ omnia.* [85]

XIII. Circa electionem afs Vicarii Capitularis non regit in facto, quia idem Vicarius eligitur à Clero, non autem à Canonicis, qui nunquam fuerunt, nec hodiè adsunt in Terra Carbonis. Et in effectu, atque in rei veritate Sac. Congreg. Episcop. in decreto, ex adverso exhibito, mandavit, eligendum esse Vicarium simpliciter, non autem Capitularem, ut ex lectura; Quidquid ex errore forsan Impressoris dicatur in apostilla contrarii Summarii, gratis qualificando pro Vicario Capitulari eum, qui in corpore decreti talis non denominatur. [86]

XIV. Circa denominationem, & enunciativas *Nullius*, oppo-

opponimus alias similes cum denominatione *Diœcesis Anglo-*
87 *nen. ex adductis supra numer.* 13. Cum illa tamen differentia, quod nostræ enunciativæ continentur in privilegiis, exhibitis ab ipsismet Adversariis, quæ proindè habent vim illorum propriæ confessionis, *ex animadversis* in puncto nostri casus per *Cardin. de Luc. de Jurisdict. discurs.* 9. *sub num.* 4. Atque uti adductæ ad comprobationem assistentiæ Juris, militantis pro Episcopis, præferri debent contrariis, etiamsi essent in numero longè majori, ex punctualiter firmat. per
88 *Rot. in Nullius, seù Fulden Jurisdictionis* 1. *Junii* 1708. §. 91. *cor. R P. D. Ansald.*

Prout etiam magna consideratione est alia similis enunciativa, quæ legitur in solemni compromisso, facto in personis Consorti de Continuanza, & Roberti Bonucci ab hominibus Terræ Carbonis anno 1473 occasionem cujusdam con-
89 troversiæ circà Terram Tiganam, ibi: *Monast S. Eliæ de Carbono &c. Anglonen. Diœc.*, ut videre est apud *Sanctorium fol.* 116. inadvertentèr ex ejus calamo elapsa in eo Liberculo, in quo totus est ad impugnandam dictam qualitatem

XV. Innixa dispensationi matrimoniali, & provisioni Archipresbyteratus, exadversò exhibitis, uti ortum habens à petitionibus Adversariorum, juxtà illa verba: *Ad preces*
90 *&c. Dom. Flavii Damiani ejusdem Terræ*, ibi: *Oblatæ Nobis &c. petitionis series continebat*, in nulla pariter consideratione haberi potest, uti enunciativa, emanata ad Partis supplicationem, egregiè, & in terminis *Rot. in Brixien. Jurisdi-*
91 *ctionis* 5. *Julii* 1688 §. 6. *cor. Card Caprar.* & melius apud *D. de Prosper. de Territ. separ. dec.* 10. *n.* 33. *& dec.* 14. *n.* 14.

XVI. Circa confessionem *Cardin. de Luc. disc.* 9. *numer.* 2 *de Jurisdict.* non regit in facto, quià ibi utitur verbo illo *fortè* quod est signum dubitationis, non affirmationis, ex cumulatis per *Barbos. dict.* 127 *num.* 1. *& 2. & Rot dec.* 17. *num.* 3.
92 *cor. Coccin.* Et non relevaret in Jure, in quo indubitatum est, quod in Advocatorum confessionibus, etiam puris, & absolutis, nullum fieri valet fundamentum ex adductis *à de An-*
93 *gel. de Confess. libr* 3. *qu.* 1. *num.* 4.

XVII. Circa repetitionem bellorum, & exageratas persecutiones Abbatum, gratis impictas Episcopis Anglonensibus nullum aliud habent fundamentum, præter gratuitas assertivas, contentas *in dicto Liberculo* anno 1601. in Urbe impresso, in totum chartaram 114. quarum major pars continet omnes illas veteres chartas, fumoque repletas, temporales concessiones Regum utriusque Siciliæ, nihil ad causam
94 facientes, & quod magis est, fereque videtur incredibile, omissa in illo fuit celebris, & solemnissima concordia, in qua totum continetur, circa spiritualia, & Jurisdictionem in spiritualibus ejusdem Terræ, qnamvè per extensum registravit *Ughel. in Ital. Sacr. tom.* 7. *fol.* 134.

XVIII. Demum circa Breve S. Pii V. ann. 1572. in quo
95 datur facultas tunc temporis Abbati procedendi contra quendam Religiosum, sacrilegum machinatorem, & conspiratorem in perniciem plurimarum personarum, ubi legitur illa enunciativa, quod in Oppido Carboni illius Abbas, Episcopalem, & temporalem Jurisdictionem habet, ejusdem pariter est irrelevantiæ.

I Quia in eodem Breve legitur enunciativa quod Oppidum
96 Carboni *sit Anglonen. seù Nullius Diœcesis*, quæ potiùs excludit, quam comprobat territorium separatum, & jurisdictionem quasi Episcopalem ex *supra adductis n.* 13.

II. Quia Episcopalis Jurisdictio, de qua in eodem Breve
97 sermo est, commodissimè verificari potest in secunda, vel tertia specie Jurisdictionis, quæ competere potest inferioribus Prælatis, nullum habentibus territorium separatum *ex animadversis supra num.* 67.

III. Quia non est novum, quod Summi Pontifices committant punitionem alicujus atrocis delicti inferioribus Præ-
98 latis, magna, & temporali pollentibus potestate in loco commissi delicti, absque eo, quod ex tali facultate dicatur præjudicatum Locorum Ordinariis, ut simili objecto punctualissimè respondendo, in terminis advertit *Rot in dec.* 24. *num.* 79. apud *D. de Prosp. de Territor separ.* ibi: *In omnem verò casum, cum totum hoc negotium committendi uni potius, quàm alteri, pendeat ab arbitrio, & libera voluntate Summorum Pontificum, fortassè tunc vice Episcopi selegerunt Abbatem, tanquam sub eorum magis intrinseca protectione receptum, ulteriusque in domo propria præditum potestate brachii temporalis, quod sæpè sæpiùs admodum confert executioni rerum, concernentium regimen, & bonum Ecclesiasticum, quandò de reliquo, neque hæ delegationes concludunt certum suppositum Jurisdictionis quasi Episcopalis; possunt etenim ad Papæ libitum, & ut rectius judicat in Domino expedire, etiam committi simplicibus Sacerdotibus &c.*

IV. Quia anno 1569. & sic tribuis annis anteà ab hac Sacra Congregatione nedum tanquam Ordinarius Terræ Carbonis canonizatus fuerat Episcopus Anglonensis, sed ad præservandam in eodem Episcopo ordinariam Jurisdictionem in 99 d. Oppido, monitus fuit tunc temporis Abbas Commendatarius, ne se ingereret in iis, quæ Episcopalem Jurisdictionem concernebant; Idque, nedum vigore ordinariarum facultatum hujus Sacræ Congregat. sed ex speciali authoritate Papæ, ibi: *Quæ cum ex authoritate SS. D. N. ac de sententia ipsorum Illustrissimorum PP. Amplitudini tuæ significaverim, non vereor &c.* Et propterea in conflictu hujus solemnis declarationis, Papæ authoritate firmatæ, frigescit efficacia dictæ enunciativæ, per ea, quæ communitèr notant *Repetentes in* 100 *l. Non fatetur ff. de Regul Jur*, & concordant *Dec. cons.* 408. *num.* 5. *& 6. Roland. cons.* 69. *n.* 48. *lib.* 3. *& Rot. cor. Pamphil. dec.* 211 *n.* 5. *& cor Bich. dec.* 467. *num* 7

Supplicantes hìc observare magnum discrimen, quod intercedit inter eandem simplicem enunciativam, contentam in privato Breve à Summo Pontifice per organum Secretariæ Brevium ad Partis instantiam, seù querelam, expedito, 101 & inter resolutionem hujus Sacræ Congregationis authoritate Papæ roboratam demandata illius exequutione Archiepiscopo Materæ Metropolitano; Si enim magna est hujus Sacr. Congregationis authoritas, de per se considerata, juxtà notata per *Fagnan. in cap. Quoniam à numer.* 3. *de Constit. & Pasqual quæst. moral centur.* 1. *quæst.* 61. *num.* 1. *per tot.* & firmata per *Rot. in dec.* 7. *num* 3. *post Antonel. de Jurib. Cleric. & in Gienn Juris mutandi* 2. *Julii* 1706. §. *Quod indubitantèr coram Kaunitz*; Multò magis efficacior erit, attenta dicti 102 Summi Pontificis approbatione, seù oraculo, ut ampliando observat *Cardin. de Luc. de Benef. disc.* 89. *numer.* 2. & firmavit *Rot. in Legionen. Parochialis* 11. *Novembris* 1693. §. *Non obstat cor. Pio.*

V. Quia tale Breve videtur potiùs ad hominem retorqueri, eò quia superflua utique fuisset talis specialis delegatio, si Abbas habuisset territorium separatum, cum Jurisdictione quasi Episcopali, & vera qualitate *Nullius*; Quia in istis 103 terminis idem Abbas ex propria, & nativa Jurisdictione, absque ulla speciali delegatione Papæ, potuisset tale facinus sui subditi punire, ut egregiè discurrendo in terminis firmavit *Rot. in Nullius, seù Fulden Jurisdictionis* 1. *Julii* 1708 §. *Pariter vè coram R. P. D Ansald.* ibi: *In primis retorqueri videbatur argumentum, ex quo eædem delegationes pro majori parte superfluæ penitùs extitissent, quoties Abbas Fuldensis habuisset territorium proprium, & verè Nullius, utpotè respicientes exercitium ipsius plenariæ, & quasi Episcopalis Jurisdictionis.*

VI Demum, quia idem Breve emanavit ad instantiam Abbatis, adversùs quem inita fuerat conspiratio illa, cujus punitionem demandavit Summus Pontifex, ut ex illis verbis: *Cum nuper &c. accepęrimus &c.* In istis enim circumstantiis nullum omninò fieri valet fundmentum in quibuscumque amplissimis Summorum Pontificum privilegiis 104 ad probandam qualitatem territorii separati, & quasi Episcopalem Jurisdictionem, ut in terminis firmavit *Rot.* apud *D. Prosperis de Territor separ. decis.* 10. *numer.* 33. *& decis.* 14. 105 *sub num.* 14 Cum illo addito, quod in casu dictarum decisionum agebatur de Breve, nedùm motu proprio expedito, sed prævia matura discussione Sacræ Congr Episcop & nihilominùs, attento, quod in illo legebantur eadem numero verba: *Cum acceperimus*, quæ leguntur in Breve Piano, Sacra Rota solidè firmavit in illo, uti ad Partis instantiam emanato, non posse figi pedes, in præjudicium ordinariæ Jurisdictionis Archiepiscopi Firmani.

Pro quorum omnium faciliori admissione dignentur EE. PP observare, quod quò magis exadversò multiplicantur conjecturæ, & exagerantur præsumptiones, eò magis mirabilitèr emicat defectus privilegii clari, & literalis, & dicitur 106 deficere concludens probatio ass. immemorabilis consuetudinis, quia consuetudo non probatur conjecturis, & præsumptionibus, & in claris, & circa privilegium literale, & nitidum; quale in nostris terminis requiritur, non est opus recurrere ad conjecturas *ex vulgatis*.

Quæ omnia dicta sint ad materiæ ornatum; atque ad ostendendam insubsistentiam omnium contrariarum animadversionum, quia ad nostrum effectum videtur superabunda 107 re brevis illa, & unica reflexio, quod duo Poli, super quibus tota machina territorii separati, & Jurisdictionis quasi Episcopalis, unicè volvitur, & revolvitur, innegabilitèr sunt, vel privilegium clarum, & literale, quod non adducitur, neque adduci potest, quia revera non adest, Vel consuetudo immemorabilis, quæ non probatur, neque ex *supra animad-*

animadversis probabilis est, quibus non concurrentibus frigescunt omnes alias præsumptiones, & discursus cujuscumque sint qualitatis.

Demùm circa tertium dubium, illius favorabilis resolutio satis, superque inferri videtur ex animadversis circa secundum. 108

Sac. Congr. Concilii die 17. Nov. 1714.

I. Dubio; *An sit standum, vel recedendum à decisis sub die 24 Januarii* 1660.

Respondit *In decisis, & ampliùs*.

II. Dubio: *An constet, Abbatiam S. Eliæ Terræ Carbonis esse Nullius, & habere territorium separatum, & Jurisdictionem quasi Episcopalem*.

Respondit *Ex deductis Negativè*.

III. Dubio: *An, & quæ Iurisdictio competat Episcopo Anglonen. in d. Terra Carbonis*.

Respondit *Proponatur super singulis actibus*.

Vide *Tom. 2. Discept. 5.*, quæ est in eadem Causa.

DISCEPTATIO X.

Pragen. prætensi Indulti.

INTER

Consistorium Curiæ Archiepiscopalis Pragen.

ET

Abbatem Monasterii Brzeunovii.

ARGUMENTUM.

Indultum benedicendi Abbates inferiores, consecrandi Ecclesias novitèr ædificatas, & obtinendi benedictionem à quolibet Catholico Antistite, communionem cum Ecclesia Romana habente, an concedi possit Abbati Regulari, non habenti Jurisdictionem quasi Episcopalem, nec Territorium separatum.

1 PEtit ab hac Sac. Congreg. Reverendiss. Abbas Hotmarus Zinz exorbitantissimum Indultum, *ut tam ipse, quam ejus in dicto Monasterio successores Abbates prædicti, de cætero perpetuis futuris temporibus Ecclesias novitèr ædificatas, seù restauratas, tam prædicti monasterii, quam aliorum Locorum, illi subjectorum prædictorum, etiam ritu solemni, in Pontificali conscripto, cum Chrismatis unctione, consecrare liberè, & licitè valeant; Omnesque, & singulos alios Abbates inferiores, vel Præpositos, seù Superiores Claustrales à se, aut prævia Canonica electione, postulatione, vel nominatione confirmatos, institutos, & installatos, benedicere possint, & ipsimet Abbates Brzeanovienses à quocumque Archiepiscopo, vel Episcopo, cum Ecclesia Romana communionem habente, benedici etiam possint, & valeant, etiam Apostolica authoritate perpetuò concedere, & indulgere &c.*

Ejus autem preces omninò reiiciendæ videntur, uti Juri communi adversantes, quo attento prædicta omnia non ad inferiores Prælatos, quacumque exemptione præditos, sed ad illos dumtaxat spectant, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesias, pretioso D. N. J. C. sanguine redemptas, juxtà *Textus in Can. Placuit* 1. *qu.* 2. *& in Can. Nemo de Consecrat. distinct.* 1. & communitèr animadversa per Doctores, adductos à *Fagnan. in cap. Conquestus numer.* 63. *de Fer. Gavant. in Manual. verb. Ecclesiæ consecrationum.* 1. *&* 2. *Barbos. de Potest. Episcop. alleg.* 27. *num.* 1. *& in Summ. Apostol. dec verb. Abbas num.* 9. *&* 13. ubi, quòd ità resolvit hæc Sacræ Congr. *in Cameracen.* 6. *Decembris* 1631. *Del Ben. de Immunitat. Eccles. tom.* 1. *cap.* 2 *dub* 2. *sect.* 10. *n.* 1. *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 50. *n.* 1. *& plurib. seq. Capon. discept.* 183. *num.* 35. Et ex Monachorum cætu benè *Tambur. de Iur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 23. *quæsit.* 7. *per tot.* & signanter *n.* 3. ubi, quod ipsum latet, *simile privilegium hactenus alicui fuisse concessum, & quæsit.* 8. *pariter per tot.* Et ex Regularibus familiis *Mattheucc. in Offic. Cur Eccles. cap.* 7. *n* 5. *& seqq.* 2

Fortiùs; quia cum hac Juris communis dispositione, de qua, præter suprà adductos, latissimè *Rot. in decis.* 24. *num.* 18. *& seqq.* apud *D. Prosper. de Territ. separ.* concurrit in nostro casu plusquam immemorabilis consuetudo, & innegabile antiquissimum solitum quatuor ferè sæculorum favore Celsissimi Principalis, concludentissimè probatum in facto, & cujus vigore ad exclusionem contrariæ prætensionis allegare possumus de Jure mille Apostolica privilegia, omnemque alium meliorem, magisque utilem titulum de Mundo, juxtà animadversa per *Sperell. decis.* 37. *numer.* 13. *& seqq. & Cardin. de Luc. de Benef disc.* 32. *numer.* 2. *&* 4. *& de Canon. disc.* 11. *num.* 6. & firmata per *Rot. in dec.* 22. *num.* 4. *part.* 8. *& dec.* 320. *num* 2. *part.* 16. *& decis.* 671. *num.* 16. *part.* 18. *rec. & cor. R. P. D. Ansaldo dec.* 76. *num.* 3. 3

Major autem exorbitantia verificatur respectu ultimæ partis ejusdem prætensi Indulti, respicientis facultatem, ut Abbates Brzeunovienses benedici in futurum possint à quocumque Antistite, gratiam, & communionem cum Catholica Ecclesia habente, utì oppositi literali dispositioni *Sacri Concilii Tridentini sess.* 6. *de Reform. cap. ultimo*, ibi: *Nulli Episcopo liceat, cujusvis privilegii prætextu, Pontificalia in alterius Diœcesi exercere, nisi de Ordinarii Loci expressa licentia &c. Ex quo loco Sacri Concilii* (sunt verba) *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 23. *quæsit.* 8. *nu.* 1. *constat, non valere ampliùs privilegia, Monachis concessa, quibus poterant absque Diœcesani licentia Episcopos quoscumque, ad eorum Ecclesias consecrandas vocare*, & observat etiam *Mattheucc. in Official. Cur. Eccles. cap.* 7. *n.* 13. *vers. Quatuor:* Si enim talia privilegia meritò per Sacr. Concilium revocata expressè fuerunt, ratione majori adversùs claram dispositionem ejusdem Conciliaris sanctionis iterum concedenda non videntur, sed omnis in hac parte relinquenda est Ordinariis jurisdictio, per Sacrum Concilium eisdem attributa, nulla habita ratione cujuscumque exemptionis inferiorum Prælatorum, ut observat *Barbos. ad Concil. d. sess.* 6. *de Reformat cap.* 5. *n.* 28. 4

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo ea, quæ in prædicto contrario Indulto prætenduntur, unicè directa sunt ad eximendum Adversarios ab illa subjectione, & subordinatione erga Celsissimum Archiepiscopum Pragen. quam ipsimet per plurium sæculorum decursum verbis asseruerunt, & factis comprobarunt; Et proindè absque nova, justa, & rationabili causa, quæ in præsenti exadversò nullatenus probatur, nimis injuriosa eidem Celsissimo Archiepiscopo videtur contraria prætensio exemptionis ab ejus jurisdictione, & superioritate, per ea, quæ notant communiter *Repetentes in cap. Cum personæ de Privileg in* 6. & firmavit *Rot. in Giennen. Juris mutandi* 21. *Februarii* 1698. §. *Cum enim coram Ursino*, & resolvit Sac. Congreg. Concil. *in Ostunen. Indulti* 26. *Aprilis* 1698. *ad* 1. *dub.* ut videre est *in Libr.* 48. *Decret. fol.* 183. 5

Habemusque in hac parte celebrem illam animadversionem *Sanct. Bernard. libr.* 3. *de Consid. ad Eugen. in princ.* sequutam à *Paulut. in Juris prud Sacr. tom.* 1. *lib.* 2. *capit.* 14. *de Metropolit. numer.* 4. *& in discur. impress. apud Antonell. de Jurib. Cleric. folio mihi* 26. *num.* 46. ibi: *Murmur loquar, & quærimoniam Ecclesiarum, truncari se clamitant, & demembrari, vel nullæ, vel parvæ, admodum sunt, quæ plagam istam, aut non doleant, aut non timeant. Quæris quam? subtrahuntur Abbates Episcopis &c.* juxtà præcisos terminos nostri casus, in quibus sub verborum involucro, nil aliud in substantia quærit Adversarius, quàm ut subtrahatur à subjectione Celsissimi Principalis, mediante magna illa libertate obtinendi benedictionem à quocumque Catholico Antistite, gratiam, & communionem habente cum Catholica Ecclesia, nec non benedicendi alios inferiores Abbates, solemnique ritu cum Chrismatis unctione consecrandi Ecclesias suorum monasteriorum. 6

Habemus etiam hoc solemnissimè decisum in punctualibus terminis exemptionis ab Ordinariorum jurisdictione, & superioritate *in Sacrosanto Generali Lateranensi Concilio sess.* 10. ut scilicet sine rationabili causa similia Indulta, & exemptiones nullius sint roboris, & efficaciæ, juxtà clara illa verba ejusdem Generalis Concilii: *Exemptiones autem de cætero absque rationabili causa, & quorum interest minimè citatis, pro tempore concessas, nullius roboris, & momenti esse decernimus.* Cujus dispositionem referunt, & sequuntur *Chokier de Jurisd. in Exempt. lib.* 1. *qu.* 12. *nu.* 3. *Gratian. discept. for.* 918. *n.* 61. *& Rot. dec.* 132. *n.* 12. *par.* 19. *rec.* 7

Eo autem magis Adversarii preces in hac parte exaudiendæ non videntur, attento, quod, nedum non concurrit aliqua justa causa deveniendi ad d. odiosam subtractionem Adversariorum à jurisdictione sui Superioris, qua deficiente, nunquam Apostolica Sedes devenire solet ad dictam exorbitantem gratiam, exadversò petitam, ex suprà allegatis, quibus addimus novissimam resolutionem hujus Sacræ

Congr.

Congregationis *in Uratislavien.* 21. *Aprilis* 1714. in qua simili irregulari instantiæ Ignatii Georgii Magnet Magistri, ac Superioris Militaris Ecclesiæ Crucigerorum cum rubra Stella Uratislavien. pro facultate benedicendi, & reconciliandi Ecclesias, respondit negativè, seù *Lectum*; Sed ulterius omni consideratione dignæ videntur qualitas d. Superioris, & Adversarii operationes.

Quoad Superioris qualitatem supplicamus observare, quod sermo est de Celsissimo Principali Sanctæ Sedis Legato nato, Regni Bohemiæ Primate, & uno ex principalioribus 9 Ecclesiasticis Principibus Germaniæ, ex animadversis per *Gonzal. in cap Constitutis liter. C. de Testibus & in capit. Veniens in notis liter. B. de Accusat. Conring. in notis Lampad. par. 3. cap. 6. § 4. & Vitriar. in Instit. Jur. public. titul.* 15. *de Princ. Imper. numer.* 12. *fol. mihi* 155. Cujus, ejusque Antecessorum operationes pro Catholica fide tuenda in Regno Bohemiæ, præcipuè circa principium præteriti sæculi, occasione electionis in Bohemię Regem, factæ in personam acatholici Principis Friderici Comitis Palatini, satis notæ sunt in historiis, signanter ea, quæ narrat *Inchofer. in Annal. Hungar. anno Christi* 983. *folio mihi* 221. & 223. *de Sancto Adalberto Pragensi Episcopo*, atque Fundatore Monasterii Adversariorum, ut videbimus infrà, *n.* 16. ubi, quod ad implorandam opem adversus pessimos mores suorum subditorum, Romam venit, quodque iidem subditi in illius odium quinque ejus germanos fratres quos ibidem propriis nominibus designat, crudeliter necarunt; Quæ omnia magnam videntur mereri considerationem, præcipuè si uniantur cum pacifica quasi possessione Archiepiscoporum Pragensium in exercitio jurisdictionis ordinariæ respectu Adversariorum, non per unum, vel alium actum, sed per plura sæcula, ut in terminis observat *Rot. in dict. Giennen. Juris mutandi* 21. *Februar.* 1698. §. *Cum enim, cor. Ursino*, ibi: *Idque fortius in casu, in quo possessio Episcopi sæculorum decursu roborata est, quæque uti potentior eò minus in judicii limine vulnerari debet &c.*

Neque Adversario grave videri debet id, quod ab omnibus suis Antecessoribus summa pace admissum fuit, ipseque præ oculis habere debet aurea illa verba S Leonis Papæ, re-10 lata *in Can. Qui scit* 2. *quæst.* 6. ibi: *Qui scit se quibusdam esse præpositum, non molestè ferat, aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam, qua exigit, etiam ipse dependat*; Atque ad praxim reducere optimum illud *consilium Innocentii III.* datum Suffraganeis Episcopis Arelatensis Ecclesiæ, registratum *in tom* 1. *Epist. ejusdem fol. mihi* 228. ibi: *Cum secundum Doctrinam Evangelicam quæcumque vultis, ut faciant vobis homines, & vos eis eadem facere debeatis, eam obedientiam vos convenit præstare Prælatis, quam vobis vultis à subditis exhiberi*; Nec non aliud, quod legitur in alia Epistola, scripta Episcopo Lexovien. ubi suprà *fol* 108. ibi: *Ad hæc, ne propter hoc tu videaris ab ipsius subjectione subtractus, volumus, ut sibi tanquam Metropolitano tuo debitam obedientiam exhibeas cum honore.*

Quò verò ad Adversarii operationes, præter ea, quæ leguntur in Epistola Celsissimi Principalis, directa Emminentissimo hujus Sac. Congreg. meritissimo Præfecto, habemus in 11 facto, quod non inter domesticos parietes, sed in publico documento, relicto in Secretaria Nunciaturæ Viennæ, die 20. Maii 1703 ausus fuit asserere, Concilium Tridentinum in Regno Bohemiæ, non esse in omnibus suis partibus receptum; Idque adversùs rei evidentiam, & claram legem Synodalem, in eodem Regno vigentem, undè applicari videntur ea, quæ in similibus terminis statuta fuerunt in eodem Sacro Concilio adversùs illos, qui Ecclesiæ benignitatem experiri volunt eo tempore, quo ejus præcepta contemnunt, ut videre est *in sess.* 24. *de Reform. cap* 5 ibi: *Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiantur, cujus salubria præcepta temerè contemnit*, & concordat *Text. in cap. fin. de Immunit. Eccl. & in cap. Quia frustrà de Usur.*

Pro quorum faciliori admissione dignentur observare, quod contrarium indultum involvit novitatem, à multis sæculis inauditam in Regno Bohemię, & forsàn etiam in to-12 ta Germania, incognitamque celeberrimo *Tamburrino*, qui tres composuit *Libros de Jure Abbatum*, undè eò certiùs speramus, & supplicamus, illud esse denegandum; Novitates enim semper esse odiosas, atque perniciosas existere, nihilque magis animos perturbare, quam innovare, & à consuetudine alienum facere per hæc numero verba scriptum reliquit *S Jo: Chrys. in Epist. ad Corinth. hom* 7. quem refert, & sequitur *Rot. in dec.* 9. *in fine apud Antonel. de Jurib. Cleric.* & concordant adducti per *Capon. discept.* 85. *nu* 11. & *pluribus seqq & Rot. in Aretina Jurium Parochialium* 5. *Januarii* 1703. §. *Cæterùm coram R. P. D. Ansaldo, & in Pampilonen. Manutent.* 10 *Maii* 1706. §. *fin cor. Caffarello.*

Vivamq, hujus conclusionis rationem adducit *Card. Millinus in Epistola scripta s. m. Greg XIII* & registrata in ejus Vita *cap* 7. necnon apud *Pignatel. consult.* 9. *num.* 18. *tom.* 8. his verbis: *Le novità non dimostrano mai al primo aspetto tutte le* 13 *difficoltà, che possono produrre, vedendosene tutto il di molte, che promosse con ottimo fine, hanno partorito pessimi effetti.*

Hujusmodi autem mali effectus in nostris terminis non longè distant à verisimilitudine, quià si verum est, quod magnum exemplum habeat speciem iniqui, juxtà clara verba illius noti Authoris, quem, tacito nomine, refert, sequitur *Rot. in decis.* 308. *num.* 29. *coram Dunozet. sen.* ex ad-14 missione contrariæ exorbitantis petitionis aperiretur magna via, nedum in Regno Bohemiæ, totaque Germania, sed in cæteris etiam Regnis Catholici Orbis instanti pro similibus Indultis, & quidem à personis æqualitèr qualificatis, & nullatenùs inferioribus Adversario, deque Apostolica Sede optimè meritis, sicque verificaretur hodie id, quod à sex sæculis citrà prævisum fuit à D. Bernardo, non minus miraculorum gloria, quam sapientiæ splendore illustri, de conquestionibus Episcoporum, & Archiepiscoporum, quod ab illorum subordinatione, & reverentiali Jure subtrahuntur Regulares Abbates, ut observavimus supra *numer.* 6. & addimus *Rota in decis.* 15. *num.* 7. *apud Dominum de Prosper. de Territor. separ.* ubi, quod ille Sanctus quamquam, & ipse claustralis, acri, & acuto stylo hujusmodi Regularium liberationes à potestate ordinaria Episcoporum perstrinxit, cum aliis ibidem allegatis.

Neque omittimus observare, quod cum in hac parte adhuc pendeat indecisum judicium, à multis annis introductum, circà prætensam adversariorum exemptionem ab Ordinarii Pragensis Jurisdictione; Quæcumque resolutio hujus Sacræ 15 Congr. apta erit Jura unius ex dictis Partibus Colligantibus infringere, seù lædere, quod, pendente adhuc eadem controversia, non videtur permittendum, ex firmatis per *Rota in dec.* 415. *num.* 2. *par.* 18 ibi: *Donec lis terminetur, omnia debent in eod. statu permanere*, & concordant adducti per *Lancellot. de Attent. par.* 2. *cap.* 7. *num.* 8.

Præcipuè si observetur ulteriùs, quod Monasterium Brzeunoviense, cui hodiè Adversarius præest, in suum recognoscit Authorem, seù Fundatorem unum ex Pragensibus Ordinariis, nempè S. Adalbertum, Pragensem Episcopum, quod probamus ex documento, ab ipsomet Adversario exhi-16 bito in Curia Nunciaturæ Viennensis, & signanter ex illis verbis: *Cùm igitur monasterium vestrum in Ducatu Bohemiæ primum, & novella sit plantatio, sicut Ven Fratre Nostro Adalberto Pragensi Episcopo, Fundatore ejusdem referente, intelleximus &c.* Quæ veritas, uti contenta in Scripturis, exadversò exhibitis, impugnari in hac parte hodiè non potest, & haberi debet pro concludenti probatione, ex adductis per *Paris. consil.* 104. *n* 53. *lib.* 1. *Rot. cor. Bich. dec.* 645. *num.* 10. & *seqq.* & *cor. Priol. dec* 433. *n.* 5.

Eademque veritate admissa, omnis æquitas, omnisque congruitas, & justitia exposcunt, ut nullatenùs eximantur Adversarii à Jurisdictione, & superintendentia eorum Fundatoris, & Benefactoris, usque in illius præjudicium nul-17 latenus ab Apostolica Sede dictum Indultum concedatur ex animadversis per *Cardin. de Luc. de Can. discurs* 39. *numer.* 2. & 3., ubi ad hoc probandum considerat ulterius *Regulam* 18. *Cancellariæ*, in qua Summi Pontifices se declarant, nolle concedere gratias, aliis præjudiciales, quod multò magis procedit in illis gratiis, in quibus, ut in præsenti verificatur, agitur de præjudicio dignitatis Episcopalis, non autem privatæ personæ, ut considerat ibidem *Cardin. de Luc. d. discurs.* 39 *num.* 3.

Quæ omnia, si vera sunt etiam in casu, in quo agatur de modico, atque temporaneo præjudicio, ut notabiliter firma-18 vit *Rot. in dec.* 81. *num* 3 *cor Pamphil.* & *dec* 898 *numer* 13. *cor. Emer. jun.* fortiùs admittenda videntur in præsenti, dùm agitur de maximo, perpetuoque præjudicio Archiepiscopi Pragensis *ex sup allegatis.*

Est etiam animadversione dignum, quod Monasterium Adversariorum multas possidet Parochiales Ecclesias, subjectas Celsissimo Principali, in quibus indifferenter omnia Sacramenta ministrantur, vel à Religiosis, vel à Sæcula-19 ribus Presbyteris & proindè nimis absonum videtur, dd. Adversarios à Jurisdictione Ordinarii eximere, etiam respectu eorum, quæ maximam habent connexionem cum eadem Sacramentorum administratione, ut est, Ecclesias de novo erigendas, consecrare, restaurandas benedicere, & alia facere, quæ in contraria petitione continentur, quæque

præcisè spectant ad dictorum Locorum Ordinarios ex adductis in principio.

In eadem Causa.

Magnus apparatus antiquorum, & antiquatorum privilegiorum Joannis XV., & Bonifacii IX. poni potest ad partes; Aut enim ea, quæ sub specioso nomine Indulti prætenduntur hodiè ab Adversariis, continentur in dictis privilegiis, atque exadversò probatur illorum usus & poterunt gaudere impetratis à dictis Summis Pontificibus, absque ulla posteriori exorbitanti nova gratia, seù extraordinario Indulto. Aut verò, vel non continentur in dictis privilegiis, vel eadem antiqua privilegia ex illorum non usu per quatuor sæcula haberi debent pro abolitis; ex firmatis *per Rot. decis.* 75. *numer.* 19. *coram Otthobon.* & *decis.* 1206. *numer.* 7. *coram Emer jun.* & in *Salisburgen. Vicariæ super bono jure* 4. *Februarii* 1715. § *fin. coram. R. P. Crispo*, Vel fuerunt revocata *in Concil. Trident. sess.* 6. *de Reform. c.* 5. & in hoc secundo casu, nullo modo videntur exaudiendæ illorum preces; Non quidem ex defectu potestatis hujus Sacræ Congregationis vel Summi Pontificis, sed ex eo, quia non expedit illas exaudire; Non enim omnia ea, quæ licent, expediunt, vel ædificant, scriptum reliquit *D. Paul.* 1. *ad Corinth.* 6. 12. & 10. 23.

Quod autem non sit expediens exorbitantissimum indultum, exadversò prætensum, concedere, remanet evidens ex animadversis in nostris Scripturis. Tum quia illud tendit in tertii præjudicium, seu in destructionem authoritatis, & jurisdictionis Celsissimi Archiepiscopi Pragensis, de Catholica Religione, deque Apostolica Sede optimè meriti, egregiè *Pignatel.* cumulans concordantes *in consultat.* 52. *numer.* 7. *tom.* 10. Tum quia esset ansam dare aliis Abbatibus, longè majoribus prærogativis decoratis, quorum multi reperiuntur in sola Germania, petendi similia exorbitantia Indulta. Tum quia daretur locus novitatibus quæ quantum fieri potest, nunquam introducendæ sunt. Tum demum, quia Adversarii non constituunt unum Corpus, unamque Congregationem, sed, ad terminos antiqui juris Canonici, quodlibet ex Monasteriis regitur de per se, undè ipsorum respectu inapplicabilia sunt illa indulta quæ conveniunt Capitibus, seù Generalibus Regularium Communitatum, ex animadversis *per Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 28. *per tot.* & *signanter num.* 8.

Convicti contrarii Defensores ab hujusmodi solidis, & stringentibus congruentiis, ad augen. dignitatem Abbatis Brzenovuii, atque ad coacervanda motiva, saltem apparentia, pro extorquenda controversa gratia, asserunt, illum post Celsissimum Archiepiscopum primum obtinere locum inter Ecclesiasticas personas inclyti Regni Bohemiæ, idque ex privilegio Bonifacii IX. Necnon insistunt in eo, quod Abbas Brzenovuii sit, & vocetur Caput, Generalis, Magister, & Visitator Generalis omnium Monasteriorum, existentium in Regno Bohemiæ, de cujus mandato in certis, & determinatis temporibus convocetur Capitulum Generale.

Verum tamen est, quod ex animadversis per Celsissimum Principalem in Epistola directa Sacræ Cæsareæ, Regiæque Majestati, omnia hæc, vel sunt meræ assertiones Adversariorum, nullamque habent à parte rei subsistentiam; Vel ex contrario usu prorsùs abolita sunt.

Non enim in facto subsistit, quod Adversarius post Celsissimum Archiepiscopum Pragensem habeat primum locum in Comitiis Generalibus totius Regni Bohemiæ, in quibus duodecimum occupat locum. Cumque id, non ab uno, vel ab altero anno, sed à quatuor, & ultrà sæculis semper practicatum fuerit; idque, non in angulo unius ex contrariis Monasteriis, sed in publicis, & generalibus Comitiis totius Regni, ad dictum effectum vigore dictæ quadruplicatæ centenariæ, non unum, sed mille Apostolica privilegia, eidem assignantia dictum duodecimum locum, allegare possumus per ea, quæ notant adducti *in dec.* 76. *num.* 3. *cor. R. P. D. Ansaldo* & *dec.* 671. *n.* 16. *par.* 18. *rec.*

Fortiùs, quia adversus talia asserta privilegia, necnon prætensas exemptiones, & prærogativas militant innumeri actus jurisdictionales, expleti antiquo, & moderno tempore ab Archiepiscopis Pragensibus, ut ex vetusto instrumento Visitationis; Ex electione Abbatis, facta cum assistentia ministrorum Ecclesiæ Pragen.; Ex monitione Archipræsulis, transmissa Monachis pro recta electione Abbatis; Ex recenti actu benedictionis, impartitæ ipsimet Abbati Othmaro Adversario, per ea, quæ in terminis præscriptionis privilegiorum observat *Gratian. d. scept. forens. d. cap.* 918. *num.* 45., ubi, quòd multi Canonistæ tenent, favore Episcopi sufficere præscriptionem solius decennii adversùs hujusmodi Prælatos inferiores, qui se prætendunt exempros, ea ratione, quia per talem interpretationem, & privilegiorum præscriptionem fit reditus ad primævum statum, propter assistentiam Juris, militantem favore Ordinarii, ex theorica *Abb. in cap. ultim. num.* 10. *in fine de Consuetud.* de qua *Felin. in cap. Cùm accessissent num.* 5. & 6. *de Constitut.* & applicantur ea, quæ novissimè firmavit *Rot. in Salisburgen. Vicariæ super bono jure* 4. *Februarii* 1715. §. *Fortius coram R. P. D. Crispo*, ubi *in* §. *Quia*, admittit ulteriùs, contrariam observantiam posse perimere qualitatem privilegiorum, & priùs *in Barchinonen. Parochialis de Altimara* 1. *Junii* 1695. §. *Convenerunt coram Muto*, & ratio esse videtur, quia exemptus potest renunciare juri suo, ex privilegio acquisito, ad tradita *per Feder. de Sen. cons.* 14. *num.* 5. *Glorit. respons.* 1. *num.* 42. *par.* 3. & *Tiraquell. de Jur. Primogenit. qu.* 24. *num.* 4. & *seq.*

Absque ulla prorsus difficultate, quia cum exemptio solùm eximat à subjectione, non autem à situatione *Vitalin. in Clement.* 2. *num.* 4. *de Privileg. Franc. in cap.* 2. §. *Statuto num.* 10. *de Constit. in* 6. & prosequitur *Gratian. dict. cap.* 918. *num.* 9. & 10., ubi, quòd Loca exempta dicuntur esse in Diœcesi, *ad Text. in c. Cum Episcopus*, ubi *Gemin. n.* 3. *de Offic. Ordin. in* 6. *Abb. in cap. Apostolicæ n.* 3. *de Donat. Anchar. in c. Postulasti n.* 45. *de For. compet. Feder. de Sen. cons.* 2. *num.* 4 & *Gonzal. ad Regul.* 8. *gloss.* 43. *n.* 187.

Hinc est, quod tam d. Monasterium Brzeunoviense, quam cœtera Monasteria Ordinis Benedictini, semper permanserunt, & sunt in Diœcesi, & sub jurisdictione Celsissimi Archiepiscopi, non solùm de Jure communi, *ut in Can. Omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. cum aliis in punctualissimis terminis casus nostri animadversis per *Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 28. *num* 8. *versic. Verum*. Sed quod plùs est, ad comproban. illius jurisdictionem, ultra innumeras illas legales, & authenticas justificationes, registratas in nostro Summario, adducimus in testem unum ex Bohemiæ Regibus, ibi: *Per Archiepiscopum Pragensem, cui monasterium ipsum, sicut, & alia Ordinis S. Benedicti monasteria per Diœcesim sita, in spiritualibus subesse dignoscitur.*

Nec est cur contrarii Defensores magnifaciant prærogativas Abbatis Adversarii, ac si esset Caput, & Generalis Magister Ordinis S. Benedicti in Regno Bohemiæ, prout est Abbas Montis Cassini, qui est Abbas Abbatum, & prout est quilibet alius Præsidens Generalis alicujus Congregationis Monasticæ, complexivæ plurium monasteriorum, quibus præsit; Et proindè supplicamus cavere in hodierna disputat. super prætenso Indulto à quibusdam fidibus extrajudicialibus, Deus scit, quibus modis exadversò expiscatis; Ultrà quod enim sufficit respondere, quòd fides non facit fidem, juxtà vulgata axiomata, de quibus *Rot. in dec.* 301. *num.* 5. *par.* 14. *rec.* Addimus insuper, quòd Celsissimus Archiepiscopus, cui ratione insignis Dignitatis longè major debetur fides *Rot. dec.* 460. *num.* 10. & 22. *par.* 18. *rec.* & *in Leodien. Dismembrationis* 25. *Januarii* 1715. §. *Quod verum cor. R. P. D. Lancett.* & *in Romana Hereditatis* 1. *Februarii* 1715. §. *Hæc testamentaria cor. R. P. D. Crispo*, nedùm rotundè contrarium asseruit, & bonis rationibus, & congruentiis probavit in epistola, directa hujus Sacræ Congreg. meritissimo Præfecto, sed ulteriùs pro congrua interpretatione dictarum contrariarum informium attestationum, aliam recentiorem transmisit epistolam ejus D. in Urbe Agenti, ubi advertitur, ipsi Archiepiscopo fuisse insinuatum, quàmplures Abbates ad complacendum Reverendissimo Abbati Adversario, eidem tradidisse multa folia in albo, in quibus nimis verisimiliter præsumi potest, fuisse scriptas affectatas illas attestationes, ad suadendum, illum esse Caput Congr. Benedictinæ Bohemicæ.

Ultra quòd major pars probationum tituli Generalis, vel perpetui, desumitur à suprascriptis epistolarum, quæ fieri solent à Secretariis & mirum est quòd exadversò fuerint conservata, cùm soleant proiici in terram statim ac aperiuntur epistolæ, ut cuilibet notum est.

Cavendum pariter est ab illis actibus, recensitis *in contrario Summario*, & ab asserta serie Capitulorum Generalium, Hujusmodi enim asserti extractus, seu documenta nobis non fuerunt communicata, ut possemus illa considerare, ac de illorum veris tenoribus certiorem reddere Celsiss. Principalem, adeout pro nunc adversùs dd. informia documenta urgeat vulgata illa Juris regula, quòd Jura in actis legaliter non producta, dicuntur esse extra Mundum, & non veniunt attendenda, *Rot. dec.* 259. *num.* 12. *par.* 16. *rec.* Præcipuè quia super

per dicta exemptione, ab Adversario prætensa, pendet lis in Tribunali Nunciaturæ Viennæ.

Et nihilominus ad omnem abundantiorem cautelam præventivè probavimus in nostris Scripturis, quod de nulla 31 Congregatione Benedictina, juxtà modum monarchicum, cum proprio Capite superintendente pluribus monasteriis, sibi subjectis (excepta illa Bulserdiensi) constat in tota Germania, ut refert *Cardin. de Luca de Jurisd. disc.28.* ubi ad rem advertit, quod regulariter in Regionibus Ultramontanis monasteria Monachorum, militantia sub Regula Sancti Benedicti, singulariter regi, & gubernari solent, absque ullo Generali Capite, seù Præsidente, per singulos, & proprios Abbates. Quamobrem absque ullo fundamento Abbas monasterii Brzeunoviensis vult effici Caput aliorum Abbatum, & prætendere jurisdictionem in cœteris monasteriis, existentibus in Regno Bohemiæ, & præsertim in Diœcesi Celsissimi Principalis, qui semper in præteritum religiosè exegit ab omnibus dictis Abbatibus neolectis pro tempore juramentum fidelitatis, & obedientiæ, ut ex longa serie juramentorum, de quibus in nostro *Summario*; Quæ sanè juramenta, præstita in manibus Archiepiscopi, superlativè etiam probant subjectionem, seu possessionem benedicendi Abbates per *Text. in Auth. de Defensor. Civit. §. Jusjurandum*, & animadversa *per Spad. cons. 126. nu. 13. lib. 2.* & firmata per *Rot. dec. 126. cor. Bich. & dec. 1257. n. 2. cor. Emer. jun. & decis. 404. n. 44. par. 19. rec.*

Rursus, quando etiam tales actus jurisdictionales, citrà veri præjudicium, fuissent attentatè, & perperam gesti ab Abbate pro tempore monasterii Brzenoviensis, veluti asserto Visitatore Generali, ut legitur in illis, adhuc ejus inten- 32 tioni minimè possent prodesse; Quia non apparent exerciti cum scientia, & consensu Celsissimi Archiepiscopi, habentis intentionem fundatam, tam in assistentia Juris, quam in aliis actibus, ab ipso gestis, super iisdem singulis monasteriis, & eorum Abbatibus, impartita illis benedictione; Explorati enim Juris est, quod in concursu promiscuorum actuum, semper favendum est Locorum Ordinariis, ut, latè examinata materia, firmatum fuit *in Leodien Jurisdictionis 11. Aprilis 1698. §. Prout coram Reverendissimo Molines*, ubi illam convincentem adducit rationem, quia *Ordinarius, habens intentionem fundatam in juris assistentia, non dicitur agere ad acquirendam jurisdictionem, sed potius ad illam conservandam; E' contra Abbatissa, pro justificatione suorum actuum jurisdictionalium, debere probare scientiam, & patientiam Episcopi, ut in Gerunden. Jurisdictionis 5. Martii 1692 §. Neque cor. eod.*

Præterquam quod favore Episcopi sufficit docere, non de pluritate actuum jurisdictionalium, sed de unius tantum 33 exercitio, ut sibi præservata dicatur omnimoda jurisdictio in sua generalitate, juxtà *theoricam Bald. in capit. Querelam n.23. de Elect. & in cap. Cum Ecclesia de Caus. Possess. & Propr.* quam sequuntur adducti *à Rot. cor. Bich. dec. 290. num. 31. & dec. 287. num. 3. par. 18. rec.*

Nec subsistit, quod Celsissimus Archiepiscopus Pragen. benedixerit Abbat. jure delegato, authoritate nimirum Apostolica, ut legitur in dicta Bulla Joannis XV., non autem jure ordinario, & tanquam Diœcesanus, & per consequens actus jurisdictionales benedictionum tribuendi sint Pontifici deleganti, non autem Archiepiscopo delegato; Talis enim responsio nullam habet subsistentiam; Dato enim per malam hypothesim, sed nunquam admisso, quod sit authenticum privilegium Joannis XV., adhuc dicendum est, quod Summus Pontifex voluerit solum inibi excitare jurisdictionem ordinariam Celsissimi Archiepiscopi, non autem, quod de novo illam ei tradiderit, utque haberi debeat uti Delegatus Apostolicus, ut, disputato formiter articulo, in proximis terminis Sacri Concilii Tridentini, tribuentis facultatem Episcopis visitandi Ecclesias exemptas in concernentibus curam Animarum, quod Visitatio dicatur facta jure ordinario, & non delegato, latissimè firmavit *Rot. apud D. de Prosperis de Terr. se-* 34 *par. decis. 15. numer. 18. & 19.* ibi: *Quibus omnibus ea potentissima accedit ratio, quod in quæstione illa, adeò inter antiquos, & modernos Doctores, confusè pertractata, an jurisdictio concessa per decretum Canonis, seù Legis, censeatur ordinaria, vel delegata, cum ea tandem conveniunt distinctione, quod, aut jurisdictio, quæ tribuitur, est omninò nova, nec Episcopo competebat de Jure ante concessionem, & tunc concessio dicitur facta jure delegato, cum à sola delegantis authoritate profluere dicatur; Aut verò hæc jurisdictio pertinet ad ea, quæ Episcopo competebant de jure communi ante concessionem, & tunc illius concessio dicitur potiùs excitatoria jurisdictionis, & consequenter refertur ad jurisdictionem ordinariam, ut post Felin. in cap. Licèt in corrigendis in princ. de Offic. Ord. & in cap. Ex te n. 11. vers. Quarta differentia de Rescriptis tradunt communiter Bobadill. de Polit. lib 2. cap. 21. &c.*

Poterat autem omitti resolutio hujus Sacræ Congregationis *in Nullius, seù Fulden. 22. Septembris 1703.* quæ ad dubium super facultate consecrandi, & benedicendi, affirma- 35 tivum dederit responsum favore Abbatis Fuldæ, in Locis subjectis propriæ jurisdictioni; Hoc enim exemplum non suffragatur Adversario, qui non fruitur jurisdictione, quasi Episcopali, cum vero, & proprio territorio separato, & consequenter de uno ad alium casum, seù de uno in alium Abbatem, non debet fieri illatio, ex vulgato *Text. in leg. Papinianus ff. de Minor.*

Cœterùm si velimus medullitus scrutari privilegia etiam Bonifacii IX. ex illius accurata lectura non desumitur, nisi simplex exemptio passiva pro disciplina regulari, à qua non rectè infertur ad activam super cœteris Abbatibus alio- 36 rum monasteriorum, ut in specie sequendo *Franc. in capit. Per exemptionem num. 3. versic. 5.* ibique *Anchar. num. 3. versic. 4. de Privileg. in 6.* necnon *Felin. in cap. Grave num. 2. de Offic. Ord.* in nostris terminis observat *Rot. ad ornatum Card. de Luc. de Jurid. dec. 20. num. 5.* Et quamvis dictus Bonifacius IX. receperit monasterium sub protectione B. Petri, hujusmodi tamen receptio tribuit dumtaxat exemptionem passivam, non autem concedit activam, ex latè firmatis *in dec. 20. n. 8 apud D. de Prosperis, de Territ. separ.*

Retorquetur autem ad hominem, potius quam obstet Indultum Martini V., concessum Abbati Sancti Pancratii Florentiæ, registratum à *Tamburin. in Tract. de Jure Abbatum* 37 *tom. 1. disput. 11. quæstion. 10. sub numer. 1.*; Quia in dicto casu nullum omninò verificabatur præjudicium Archiepiscopi Florentini, ex quo, ut dicitur in eodem Indulto: *Abbates, qui pro tempore fuerunt vestri monasterii &c. hactenus benedici non consueverint*; Hoc autem nullo modo verificatur in præsenti, eò quia, nedum Abbates omnes Brzenovuii benedici consueverunt ab Archiepiscopo Pragensi, sed ipsemet Adversarius anno 1710. quando fuit electus Abbas, talem petiit, & obtinuit benedictionem. Itaut non sit assignabilis unicus Abbas dicti Monasterii, qui eandem benedictionem non obtinuerit ab antecessoribus Archiepiscopis, seù quod non consueverit ab eisdem benedici; Implicat autem, quod benedici non debeat Abbas inferior à Celsissimo Principale, dum ab eo benedici debet illorum proprium Caput, seù Abbas Brzenovii, quia membra non debent esse melioris conditionis eorum Capiti, egregiè *Rot. coram Priol. decis. 295. nu. 10. & apud D. de Prosper. de Territ. separ. dec. 17. num. 7.*

Ultrà quod semper urget reflexio illa, quod privilegia omnia, quomodocumque concessa ante Concilium Tridentinum, quorum vigore, poterant Episcopi in alienis Diœcesibus Pontificalia exercendo, exemptorum Ecclesias 38 consecrare, aliasque Ecclesiasticas functiones peragere, cubitalibus literis abrogata fuerunt in eodem *Concil. sess. 6. de Reformatione capit. ultim.* In cujus sequelam ad rem advertit *Tamburin. de Jur. Abbat. tom. 1. disputat. 23. quæst. 8. numer. 1.*, hodie non amplius valere privilegia, Monachis concessa, quibus poterant absque Diœcesani licentia, Episcopos quoscumque ad eorum Ecclesias consecrandas vocare. Itaut pro prætenso exorbitanti Indulto nullo modo figi hodiè possint pedes in assertis privilegiis, vel non continentibus facultatem faciendi ea, de quibus est hodierna quæstio, vel respectu illorum, quæ in illis continentur, per non usum abolitis, vel per Concilium Tridentinum expresè revocatis; Cujus observantia eo magis procuranda videtur in Regno Bohemiæ ad hoc, ut Adversarius opere experiatur, illud receptum esse in eodem Regno.

Enixis precibus supplicantes hic observare, quod ex adversò hodiè non petitur Indultum benedicendi, seù consecrandi simplex Altare portatile, juxtà casum, novissimè disputatum *in Causa Salisburgen. Ponente Eminentissimo Præfecto*, in qua die *27. Julii 1715. recessum fuit à decisis*, sed est sermo de 39 vera, & propria consecratione Ecclesiarum, quæ unicè fieri debet ab Episcopis juxtà *Text. in Can. Placuit 1. quæst. 2. & in Can. Nemo de Consecr. distinct. 1.* cum aliis allegatis supra, quibus addimus *Rot. in decis. 31. numer. 5. apud Tondut. de Pens.*, ubi quod inter alia innumera Indulta, quibus amplissimè decoratus existit insignis Abbas Cavensis, nullatenus legitur istud consecrandi Ecclesias.

Quidquid autem sit in facto de exemplis, in contrariis Scripturis cumulatis, cum quibus judicandum non est, 40 juxtà *Text. in Leg. Nemo Codic. de Senten. & Interlocu.* cum

 aliis,

aliis, apud *Rot. in Roman.*, *seu Liman. Cambiorum* 11. *Junii* 1698. §. *Majorem coram Ursino*, hoc unum est certum, quòd SS. D. N. in hac parte noluit uti ejus maxima potestate, adversus quam nemo dicere potest, *cur ità facis*, ut observat *Lotter. de Re Benef. lib.* 1. *quæst.* 11. *num.* 13. sed Adversarii preces remisit arbitrio hujus Sacræ Congregationis, quod regulari solet à jure, ut quotidiè respondit *Rota*, & videre est *in dec.* 642. *num.* 1. *cor. Bich. & cor. Benincas. dec.* 68. *num* 8. & *dec* 171. *num.* 1. *par.* 19. *rec.* Jus autem non patitur, ut Adversarii, à tempore immemorabili Celsissimo Principali subjecti, inter alias raras qualitates, debeant hodiè decorari illis prærogativis, quæ Episcopis verè, & propriè conveniunt, ut in longè durioribus terminis Abbatis, seu Præpositi Sæcularis, habentis jurisdictionem in Clericos, servitio ejus Ecclesiæ adscriptos, novissimè respondit *Sacra Congregatio Concil. in Amalphitana* 27. *Januar.* 1714. *ad secundum dubium*, *ut videre est in Lib.* 64. *fol.* 37. Cujus casus circumstantiæ erant absque exageratione maximæ, eò quia à duobus, & ultra Sæculis idem Præpositus, videntibus, & tacentibus Archiepiscopis Amalphitanis fecerat ea, pro quibus petebat Indultum, & tamen istud intrepidè denegatum fuit, contradicente eodem Archiepiscopo, ea viva ratione, cui nunquam exadverso dabitur adequata, & categorica responsio, quamve his verbis adducit *Pignatell. consult.* 52. *num.* 7. *tom.* 10. *Quia Sedes Apostolica non concedit gratias in præjudicium Tertii*.

Ex quibus cum omni fundamento speramus, negativam responsionem nostris dubiis, non esse scilicet concedendum Indultum, à Jure exorbitantissimum; summopere lesivum juris Tertii, seu jurisdictionis Celsissimi Principalis, inductivum mali exempli, quod iniqui speciem habet juxtà celebre dictum *Tacit. lib.* 15. *Annal.* atque productivum novitatis, omnibus juribus exosæ, 41

Sacra Rituum Congreg. die 31. Aug. 1715. respondit: *In omnibus Negativè*.

DISCEPTATIO XI.

Pragen. prætensæ Communicationis Privilegiorum.

Inter easdem Partes.

ARGUMENTUM.

Communicatio Privilegiorum Congregationis Cassinensis, an, quando, & quomodo suffragetur Monachis S. Benedicti, nonviventibus sub uno Capite, seu Generali Superiore.

IN Archi-Diœcesi Pragensi, quinque reperiuntur Monasteria Ordinis S. Benedicti. I. videlicet Brzenovii nuncupatum ad S. Benedictum. II. Cladrubii ad S. Mariam. III. Pragæ ad S. Nicolaum. IV. Ad S. Joannem sub Rupe, & V. Ad S. Procopium ad Sazavam. Non solum autem hujusmodi monasteria sita sunt in præfata Archi-Diœcesi, sed etiam erga eadem Celsissimi Archiepiscopi Pragenses, pro tempore ab illorum origine, tanquam Ordinarii, quamplurimis, & diversi generis actibus, Jurisdictionem exercuerunt. 1

Et quidem usque ab anno 1357. Ernestus Archiepiscopus prædictum monasterium Brzenoviense, personaliter visitavit, variasque ordinationes, & reformationes pro munere suo Pastorali à Religiosis ejusdem monasterii, tanquam Jurisdictioni Ordinariæ subjectis, sub virtute S. Obedientiæ jugiter observandas fecit, ut constat ex antiquiss. Instrumento. 2

3 Vacata Abbatia d. monasterii Brzeunoviensis anno 1553. omnes Religiosi ejusdem monasterii, Jurisdictionem Archiepiscopalem recognoscentes, à tunc temporis authoritate Apostolica Archiepiscopatus Pragensis constitutis Administratoribus, videlicet Ecclesiæ Metropolitanæ Pragensis Præposito, Decano, & Archidiacono, facultatem procedendi ad electionem novi Abbatis submissè petierunt; iidemque Administratores novæ electioni interfuerunt, & electum publicarunt, Correligiosis commendarunt, & Ordinaria authoritate confirmarunt, ut liquet ex alio publico, & authentico Instrumento. 4

Successivè anno 1575. Antonius Archiepiscopus Pragensis, ratione Officii, ac intuitu Jurisdictionis suæ Ordinariæ, vacata iterum Abbatia dicti Monasterii Brzeunoviensis, 5 Priorem, ac Fratres Conventus monere non destitit, ut ex gremio suo alium Abbatem eligerent, ulteriùs ab eodem Archiepiscopo recepturi, quæ pro Religionis monasticæ conservatione ratio ipsa postularet.

Anno verò 1603. Vitus Hiefrel Abbas Cladrubiensis ob senium, viriumque defectum, Abbatiam resignare cupiens, per repetitas Epistolas, & cum expresso consensu Visitatoris, instantissimè interpellavit Sbigneum Berkam, tunc temporis Archiepiscopum Pragensem, ad hoc ut facultatem resignandi ab eo reportaret, eaque obtenta, cum certa, & plena voluntate Archiepiscopi se se abdicavit hujusmodi Abbatia, quæ in P. Andream, accedente simul unanimi Fratrum consensu, translata fuit. 6

Hancque Episcopalem Jurisdictionem in omnia monasteria Ordinis S. Benedicti Pragen. Diœcesis luculentissimè fassus fuit Matthæus Ferdinandus, ejusdem Ordinis professus Brzenoviensis in monasterio Braunensi, primùm Abbas ad S. Nicolaum Pragæ, & ad S. Joannem sub Rupe, dein Archiepiscopus Pragensis in suis Literis die 9. Junii 1672. ad monasterium S. Crucis Ordinis S. Cyriaci Pragæ exaratis, sequentibus disertis verbis: *In nomine S. P. Benedicti per nostram Archidiœcesim Pragensem Sacras Familias, quæ exemptione non gaudent &c.* 7

Hinc licet defunctus Abbas Brzeunoviensis, moderni Abbatis prædecessor (impetrato per subreptitias preces à Sua Cæsarea, Regiaque Majestate rescripto) Religiosum quendam ex suo monasterio Brzenoviensi, pro Abbate violenter intruserit; Mox tamen Religiosi memorati monasterii contra hanc violentiam ad Joannem Fridericum, tertium ab hinc Archiepiscopum Pragensem in scriptis recursum habuerunt; dumquem idem Joannes Fridericus præfatam Cæsaream, Regiamque Majestatem meliùs informasset, intrusus Abbas, non tantum revocatus, & libera electio subsecuta fuit; Sed postquam ipsemet Visitator in responso ad sæpedictum Archiepiscopum ingenuè contestatus est, præter monasterium Brzeunoviense, de exemptione aliorum monasteriorum sibi non constare, nec asserere velle (quamvis, nec de hujusmodi asserta exemptione monasterii Brzeunoviensis, aliqua Bulla in Originali producta fuerit, & quamvis produceretur; adhuc per diversos Jurisdictionis actus, etiam in hoc monasterio exercitos, eidem derogatum censeretur; & favore Archiepiscopi ex vulgatis Juris principiis contra prætensam exemptionem præscriptum;) Jure suo, ipse videlicet Archiepiscopus, etiam tam luculenta Visitatoris confessione roborato, usus, ad electionem canonicam Abbatis loco intrusi, suos Commissarios legitimè instructos; nulla prorsus ex parte Visitatoris contra id facta protestatione, aut provocatione, deputavit, itaut sub horum præsidio, seu interventu, unanimi concordia postulatus Cælestinus ex monasterio Cladrubiensi, & post hujus obitum cum expresso assensu ejusdem Joannis Friderici Archiepiscopi Pragensis, ex recensito monasterio Cladrubiensi P. Benedictus alius Abbas noviter assumptus, & uterque Abbas fuerit, juxtà Regni Constitutiones, in temporalibus à Majestate prædicta confirmatus. 8 9

Ulterius, cum idem Thomas, vacata iterum Cladrubiensi Abbati à de anno 1679. non petitis Commissariis Archiepiscopalibus ad electionem Abbatis Tobiæ Hokman de facto processisset, prælaudatus Archiepiscopus Joannes Fridericus ex Comitibus de Valdeltein, taliter celebratam electionem, tàm per Literas ad Visitatorem, quàm per alias ad Conventum Cladrubiensem datas, cessavit, & irritam declaravit, neque prius electionem noviter electi Abbatis Hokman, quàm prævia humiliatione, & deprecatione ab eodem, & alio Religioso nomine Conventus, & monasterii Cladrubiensis personaliter facta, datisque simul Reversalibus, & ad ipsorum Religiosorum Cladrubiensium, errorem suum agnoscentium, ac pro Electo intercedentium, humiles preces, super defectu non petitorum Commissariorum, dispensando, revalidavit, quemadmodum ex propriis Literis ejusdem tunc temporis de novo electi Abbatis liquidò constat, atque inter Partes in confesso est. 10

Post obitum dicti Joannis Friderici Archiepiscopi, Sede Archiepiscopali vacante, & similiter vacante Abbatia S. Joannis sub Rupe ann. 1695. celebrata fuit electio Abbatis, & ad hujusmodi electionis actum idem monasterium à Capitulo Metropolitano pro parte Ordinarii, sciente, & non contradicente Visitatore, mittendos Commissarios expetiit, quibus missis, & præsidentibus, electio canonicè in persona Religiosi fratris Æmiliani peracta fuit. 11

Assumpto ad Archiepiscopalem Cathedram Pragen. Joanne Josepho è Comitibus Breuner, hic non destitit, pro viri-

viribus Archiepiscopalem Jurisdictionem contra prædictum modernum Brzeunoviensem Abbatem, seu Visitatorem, qui variis conatibus eam minuere nitebatur, defendere, ac vindicare, prout constat ex recursibus ad Sacram. Congreg. Concil. ad hunc effectum nomine dicti Archiepiscopi habitis; Attamen quadam inhibitione ab Aula Viennensi, per evidentem obreptionem reportata, eo sub obtentu, quod extrà Bohemiæ Regnum ab eodem Archiepiscopo minimè evocari valeret; Archiepiscopus ipse coactus fuit obtinere speciale Breve delegationis, super hujusmodi controversia Jurisdictionali, directum Eminentissimo, tunc temporis Nuntio Apostolico Viennæ residenti, ac ejusdem Civitatis Celsissimo Episcopo, sub die 27. Februarii 1705.

Præsentato prædicto Brevi memorato Nuntio, statuta fuit præfixio termini 30. dierum eidem P. Abbati Hotmaro, causa tamen ulteriorem progressum non habuit, tam ob aliud rescriptum ab Inclyta Cancellaria Bohemo Aulica à prælibato Patre Abbate expiscato, ne in hoc Judicio Delegato, utpotè non in ipso Regno Bohemiæ constituto, quidpiam ageret, quam ob discessum dicti Nuntii, accedente etiam obitu d. Jo: Josephi Archiepiscopi, ac successiva vacatione Sedis Archiepiscopalis per annos circiter tres, itaut Delegatio ipsa expiraverit, & acta Originalia, pro parte Archiepiscopi producta, fuerint etiam restituta.

In hoc rerum statu, atque imminente propositione Causæ super alio dubio, jam concordato in Sacr. Rituum Congregat. de quo in antecedenti Disceptat. fuit exadversò exhibita simplex copia Brevis, quod dicitur expeditum die 6. Octobris anni 1714. super amplissima communicatione Privilegiorum Ordinis Cassinensium; Sed cognita hujusmodi gratiæ obreptione, attentaque clausula illa, quæ data opera apposita fuit in eodem Breve: *Salva tamen semper in præmissis authoritate Congregationis memoratorum Cardinalium*, non destitimus ad eandem Congregationem recurrere, relatisque nostris precibus sub die 24. Maii 1715. prodiit rescriptum: *Detur Ponens, & proponatur Causa citata Parte*; in cujus sequelam deputatus fuit Eminentiss. D. Cardin. Odescalcus in Ponentem.

Cum igitur hodiè proponi contingat dubium, *An, & quo modo communicatio privilegiorum Congregationis Cassinensis, & S. Justinæ de Padua, de qua agitur, sustineatur.*

Pro negativa resolutione nostri dubii, urgere videntur duæ communiter receptæ propositiones. Prima, quod ubi verificatur Tertii præjudicium, communicatio, quamvis ampla, imò amplissima, quorumcumque privilegiorum concessa, non audito eodem Tertio, nullum operatur effectum, de qua, aliis adductis, *Cardin. de Luc. de Paroch. discur.* 38. *numer.* 3. *Rota in Valentina Decimarum* 28. *Novembris* 1603. *coram Lancellot.* impressa apud *Marchesf. de commiss. part.* 1. *folio* 639 *& coram Pen. dec.* 1090. *num.* 4 *&* 15. *& cor. Cavaler. dec* 101. *num* 3. *& dec* 95. *num.* 2. *&* 3. *apud Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 3.

Secunda verò, quod *eadem communicatio Privilegiorum* (sunt verba *Rot. in decis.* 201. *num.* 15. *& seqq. part.* 19. *rec.*) *non comprehendit ea, quæ sunt speciali nota digna, & difficillima concedi*, & concordant *Barbos. de Jur. Eccles. libr.* 3 *cap.* 26. §. 3. *numer* 41. *Tamburin. de Jur. Abbat. disputat.* 15 *quæst.* 17. *numer.* 14. *& seq. tom.* 1. *& Rot. decis.* 53. *numer.* 17. *coram Zarat. & dec.* 345. *numer.* 4. *par.* 11. *& decis.* 24. *num.* 4. *&* 8. *par.* 13. *rec.*

Ea ratione, quia Summus Pontifex, communicans privilegia, nunquam censetur præjudicare voluisse Tertio, etiam si aliquid faciat, vel rescribat cum clausula *Motu proprio*, juxtà theoricam *Bald. in cap. Ad audientiam de Rescript. Geminian. in cap. Si propter col.* 6 *eod. titul in* 6. *Gratian. disceptat.* 421. *numer.* 38. & benè *Natt. cons.* 4. *num.* 5. Nam motus proprius excludit dumtaxat subreptionem, vel obreptionem, non autem operatur ultrà intentionem concedentis, & sic non validat, aut sustinet gratiam contrà illius mentem quæ tanquam à Justitia regulata, non est intelligenda, ut voluerit alteri præjudicare, nisi adsit certioratio de Jure illius Tertii, de cujus præjudicio agitur, *Abb. in cap. Causam quæ il* 2. *numer.* 3. *&* 4. *de Testibus & in cap. Super eo de Offic. deleg. Mandos. ad Regul.* 16. *Cancell. quæst.* 4. *num* 8. *& quæst.* 6. *num.* 10 *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. glos.* 32. *num.* 5. *&* 6. & prosequitur *Gratian. d. cap.* 421. *num.* 42. *& seqq.*

Quæ conclusio transit in evidentiam in nostris terminis, ex regula 18. *Cancell. de non tollen. Jus quæsitum*, in qua Summus Pontifex cubitalibus literis se declarat, suæ intentionis nunquam esse, quod per quamcumque Gratiam seu Literas Apostolicas, etiam motu proprio emanatas, Jus alteri quæsitum nullo modo sublatum, vel diminutum dici possit, in cujus sequelam in nostris terminis id uno ore affirmant Doctores illi, quos referunt, & sequuntur *Natt. consil* 4. *n.* 6. *& seqq. Pignat. consult.* 3. *n.* 7 *tom.* 10.

Præjudicia autem, & quidem innumera, ex eadem gratia communicationis Privilegiorum indefinitè intellecta quæ resultant Celsissimo Archiepiscopo Pragen., omnibusque illis Locorum Ordinariis, in quorum Diœcesibus positi sunt Adversariorum monasteria, evidentissima sunt, inter quæ non infimum occupat locum illud, quod cum communicatio privilegiorum illum, inter alios, producat effectum, ut ille, cui fit talis communicatio, dicatur habere eadem met privilegia, tam in substantia, quam in qualitatibus, quæ habebat illa Religio, cujus privilegia communicantur, ex adductis per *Oldr. consil.* 300. *numer.* 8. *Mandos. de Privileg. ad instar. quæst.* 2. *per tot. Gratian. disceptat.* 791. *numer.* 9. *Portell. in Dub. Regular. verb. Privilegia numer.* 4. *& Rota decis.* 30 *numer.* 2. *&* 3. *part.* 4. *tom.* 2. *& decis.* 337. *numer.* 71. *par.* 10. *recent. & coram Zarat. decis* 45 *numer.* 26. *& coram Royas decis.* 327. *numer.* 7. *& coram Cels. dec.* 70. *numer.* 11 *& coram R. P. D. Ansald dec.* 61. *nu* 16. *&* 17. Eo ipso, quod Adversarii possent uti indefinita communicatione omnium privilegiorum Cassinensium, mediante unico actu, obtinerent omnia illa privilegia, quæ continentur in magno Volumine, cui titulus *Bullarium Cassinense*, compilatum à *Margarino*, & signanter totalem exemptionem à Jurisdictione Ordinarii, vigore notoriæ dispositionis Juris communis in *capit. Omnes Basilic.* 16. *quæst.* 7. de qua in puncto casus nostri benè *Cardin. de Luc. de Jurisdict. disc.* 28. *sub num.* 8 cum concordantibus, ibidem cumulatis, à tempore immemorabili, respectu monasteriorum eorundem Adversariorum exercuerunt omnes Antecessores, & etiam modernus Celsissimus Archiepiscopus Pragensis.

Quantæ verò, & quales controversiæ ex hac indefinita gratia orirentur, facili negotio mente concipi, quàm exprimi hic possunt; Non enim daretur actus, seu functio Ecclesiastica, quæ, vel revera fieri potest, vel prætenditur posse fieri à Monacis Cassinensibus, quam Adversarii vigore communicationis eorum privilegiorum non possent pariter prætendere; Itaut eadem Gratia esset verum, & proprium litium, & controversiarum seminarium; Si autem istæ, præcipuè inter Ecclesiasticas personas, quantum fieri potest, semper de medio tollendæ sunt, vel impediendæ, ne introducantur, juxtà firmata per *Rot. in Neapolitana Processionis* 22. *Junii* 1707. §. *finali coram Oman.* vel statim terminandæ, postquam sunt introductæ, ex animadversis per eandem *Rot. in decis.* 33. *num.* 2. *coram Priol. & dec.* 39. *numer.* 27 *cor. R. P. D. Ansald* ubi, quod hoc multò magis procedit in magnis Tribunalibus, quæ solent lites & jurgia quantum fieri potest semper resecare; Eò magis speramus, & enixis precibus supplicamus, non esse dandum fomentum eisdem litibus, mediante dicta indefinita gratia communicationis privilegiorum, sed in omnem casum restringenda videtur quoad Indulgentias, & spiritualia tantum, juxta sensum EE. PP. in Congregat. habita die 30. Julii 1714. quando rescripserunt: *Pro gratia quoad Indulgentias tantum.*

Cum illo æquè amaro, ac exorbitanti addito, quod supplicamus præ oculis habere, quod etiam in casu alicujus dubiæ comprehensionis, vel non comprehensionis unius, vel alterius actus in d. privilegiorum communicatione, non proceditur exadversò ut par esset, per solitas, & laudabiles vias Juris, ser. ser. procurando declarationem talis dubii, sed non sinè maximo scandalo proceditur de facto, nedum non permittendo, ut Celsissimus Principalis manuteneatur in illa possessione eorundem actuum, in qua à tempore immemorabili reperitur, sed prorsus negligendo, atque parvipendendo illius juridica præcepta, illaque non semel, sed ter in terram proiiciendo, in una ex magnis festivitatibus, & coram maxima Populi multitudine.

Itaut si EE PP. dictum scandalosum actum non reprobent, declarando ad illum non potuisse Adversarios, vigore d. communicationis privilegiorum, devenire, in futurum nullus erit actus, nullaque Ecclesiastica solemnis, & solemnissima functio, quæ de facto ab Adversariis non reducatur ad praxim, non attentis, imò parvipensis Celsissimi Principalis præceptis, & inhibitionibus: Uno verbo omnia ea, quæ venient in mentem Adversariorum, facto exequentur, quibuscunque non obstantibus: O quantarum consequentiarum sit productivum, necnon [illegible]torum scandalorum futura erit origo, EE. PP. con[illegible] relinquimus.

Subjungentes solum, quod si unquam aliàs talis [illegible]nicatio privilegiorum sustineri non posset, ab

imaginabili dubio illa practicari non potest hodiè, ex duplici circumstantia.

Prima, quià multis annis pendet lis inter Curiam Archiepiscopalem Pragen., & Adversarios, circa dict. prætensam exemptionem Adversariorum à jurisdictione ordinaria. Secunda verò, quia coram Sacr. Congreg. Rituum, Ponente Emminentissimo D. Card. Barberino pendet lis super concessione exorbitantis Indulti, exadverso prætensi, multa faciendi independentèr à Celsissimo Principali, & signantèr benedicendi Abbates Monasteriorum Adversariorum; Omnis igitur ratio, omnisque congruentia exposcere videtur, ut saltem pendentibus dd. controversiis, fer. fer. in dd. Tribunalibus introductis, Adversarii non possint facere ea, quæ à dd. Judicibus petunt, nè verificetur illud *Taciti libr.* 15. *Annal. circa medium* ibi: *tùm intellecto Barbarorum irrisu, qui peterent, quod eripuerant.* [30]

Idque cohærenter ad omnia juris principia, secundùm quæ non adest propositio forsan in jure magis certa, magisque in praxi admissa, quam pendente lite nihil esse innovan. juxtà *Textus in cap.* 1. *& 2. Ut lit. pendent. & in capit. Non solum de Appellat in* 6. *& toto tit. ff. Nihil innov. a pellat. pend.* cum aliis apud *Rot. in dec.* 101. *num.* 1. *& 2. cor. Emer. Jun. & dec.* 12. *num.* 13. *cor R. P. D. Ansaldo.* [31]

Imò ex d. pendentia litis in dicta Sac. Congregat. Rituum, neque etiam sustineri potest quoad spiritualia communicatio privilegiorum, exadverso extorta, quod non probamus argumentis, & conjecturis, sed ex rotundo oraculo s. memor. Innocen. XII. qui in *ejus Constit.* 69. ad occurren. litigantium calliditati, cubitalibus literis demandavit (sunt ejus verba) *quod si quis in posterum preces alicui ex Sacra Congregat. quomodolibet obtulerit, seù præsentaverit, itaut Sacra Congreg. mediante præsentatione precum præventa, manus quomodocumque desuper apposuerit, nequeat ullo modo idem negotium causam, vel petitionem ad alteram ex Sacr. Congregat. etiam mediante rescripto S. Suæ, &c. sub quovis prætextu, &c. deferre, &c. alias rescripta, decreta quæcunque, indulta gratiæ &c. nec non Literæ Apostolicæ, quas illorum, vel illarum vigore desuper expedire contingeret, haberi debeant omninò pro subrepitiis extortis, nulliusque penitus sint roboris, vel momenti, nec ullatenus in judicio, vel extrà suffragari possint, & valeant, perindè ac si nunquam emanassent.* [32]

Proindeque, tam Gratia communicationis privilegiorum, quam subsequens Breve SS. D. Nost. approbativum ejusdem gratiæ, cum solita tamen, salutarique clausula. *Salva in præmissis authoritate Congregationis memoratorum Cardinalium*, poni possunt ad partes, & perindè haberi, acsi exadversò non fuissent obtentæ, nullamque mereantur exequutionem, nec in judicio, nec extrà, ex dicto rotundo Oraculo Pontificio. *Quando enim allegatur Summi Pontificis authoritas*, dicebat *Rot. in Legionen. Parochialis* 11. *Novemb.* 1693. §. *Non obstante, coram Pio, fas non est cæteris Judicibus à Summorum Pontificum sententiis, qui sunt legum Conditores, imò Juris fontes, longè aberrare, eidemque adversari, cum partes obsequentissimi filii sint Patris placita reverentèr amplecti, & ea, qua decet, reverentia exequi, & venerari*, & concordant adducti *à Card de Luc. de Benef. disc.* 89. *sub nu.* 2. *& à Rot. in Mindonien. prætensæ observationis Constitutionis Martii* 1706. §. *Verùm cor. R. P. D. Ansaldo.* [33] [34]

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo Adversarii non constituunt unum Corpus, seù unam Religiosam Communitatem, ad instar aliarum Religionum, sed unumquodque ex contrariis monasteriis regitur da per se, & independenter ab aliis, juxtà distinctionem in his punctualibus terminis expensam *à Cardin. de Luc. de Jurisdict. discur.* 28. *per tot.* & signantèr *sub num.* 7. In quibus terminis nullo modo suffragari eis potest communicatio quorumcumque privilegiorum Congregat. Cassinensis, ea ratione, quia ista elargita fuerunt à Summis Pontificibus intuitu universi Ordinis Regularis, non autem respectu unius, vel alterius monasterii, quorum respectu iidem particulares Religiosi præcisò particulari privilegio, tam quoad personas, quam quoad eorum Ecclesias subjacent ordinariæ Episcop. jurisdictioni, ut in terminis punctualibus, loquendo de Abbate monasterii S. Cornelii ad Indam ex Religione Benedictina, cujus monasterium positum est in Diœcesi Colonien. pro quo scribebat, egregiè observat *Cardin. de Luc. de Jurisd. d. disc.* 28. *per tot.* & signantèr *numer* 8. *vers. Reflectendo ad veritatem.* [35] [36]

Nec dicatur, quod vigore Privilegiorum Summorum Pontificum Joannis XV. & Bonifacii IX. possint Adversarii facere ea, quæ continentur in Privilegiis Congregationis Cassinensis, sibi communicatis. [37]

Responsio enim non subsistit in facto & non relevat in jure: *Non subsistit in facto*, in quo supponitur, authenticè, seù legalitèr nullatenus constare de dictis privilegiis, quæ ulteriùs non concernunt omnia monasteria Adversariorum, sed dumtaxat illud Brzenovii. *Neque relevat in jure*, dum non docetur exadverso de usu dictorum assertorum Privilegiorum, & quidem per longissimum spatium plurium sæculorum: Nemo autem ignorat, quodcumque etiam amplissimum privilegium amitti per longè minorem non usum, juxtà animadversa per *Barbos. in l.* 1. *ff. de Nundin. Card. de Luc. de Præemin. disc.* 2. *n.* 22. *& de Regal. disc.* 49. *n.* 16. & firmata per *Rot. dec.* 75. *n.* 8. *cor. Ottbob. & in Salisburgen. Vicariæ super bono jure* 4. *Februa.* 1715. *in fin. cor. R. P. D Crispo*, & loquendo de non usu per solum spatium annorum 40. benè eadem *Rot. in decis.* 1206. *nu.* 7. *cor. Emer. jun.* ibi *Illiusque observantia exequutioni demandata per annos ferè* 40. *quæ sola sufficeret, & per eam, tanquam per non usum, seù veriùs contrarium usum, quæcumque privilegia censeantur abolita, ad Textum &c.* [38] [39]

Ad omnem verò abundantiorem cautelam, talem non usum dictorum assertorum Privilegiorum concludentissimè probamus, tam ex authenticis Scripturis, concernentibus actus jurisdictionales per Celsissimos Archiepiscopos Pragen. pro tempore exercitos, & quidem pacificè, & absque ulla Adversariorum contradictione; Quàm ex aliis, respicientibus solemnem benedictionem, quam semper impertiti fuerunt Archiepiscopi Pragenses Abbatibus monasteriorum Adversariorum, & quidem postquam ab eis fuerunt supplicitèr exorati. [40]

Quæ omnia dicta sint ad demonstrandam insubsistentiam contrariarum petitionum in omnibus suis partibus: Quia inspectio existentiæ, & subsistentiæ dictorum privilegiorum Joannis XV. & Bonifacii IX. non est remissa judicio hujus Sacrosancti Consessus, sed de Partium placito, & mediante speciali Breve SS. D. N. pendet in Civitate Viennæ: Undè non expectato judicio ejusdem Tribunalis Viennen. non potest hodiè coram aliis Tribunalibus agitari, per ea, quæ ad rem notant adducti per *Lancell. de Attentat. par.* 2. *cap.* 7. *n.* 8. & firmavit *Rot. dec.* 495. *n.* 2. *par.* 18. *rec.* [41] [42]

Semperque urgere videtur in hac parte breve illud, ac stringens dilemma, quod postquam asserta privilegia concludenter probata erunt in partibus, coram dd. aliis legitimis Judicibus, aut illa erunt æqualia, vel majora, ut decantantur exadversò privilegiis Congreg. Cassinen. si majora, aut æqualia nescimus videre, quare hodiè tanto conatu, tantisque defatigationibus, & expensis petunt Adversarii, quod jam habent, adversus regulam, de qua *Rot. in Romana fructuum Census* 26. *Jan.* 1705. §. *Addebatur coram R. P D. Ansald.* Aut verò erunt longè inferiora dictis privilegiis Cassinensium, & ex hucusque animadversis, neque dignum, neque justum videtur, ut concedatur eisdem communicatio ampliorum privilegiorum, in præjudicium, imò totalem subversionem jurisdictionis Archiepiscopalis. [43]

Si enim nimis injuriosum reputatur quemcumque Superiorem privare sua jurisdictione in unum, vel alterum ex ejus subditis, ad *Text. in cap. Cum personæ de Privileg. in* 6. *& in leg. prima Cod. de Execuut. rei judic.* cum aliis adductis à *Rota in Giennen. Juris mutandi* 21. *Febr.* 1697. §. *Cum enim, cor. Ursino*, ubi id probat etiam ex mente Sacri Concilii Tridentini, & punctualitèr resolvit eadem Sac. Congreg Concilii *in Ostunen. Indulti* 26. *Aprilis* 1698. *ad primum dubium*, ut videre est *in Libr.* 48. *Decretor. fol.* 183 Et *in Herpibolen.* 29. *Novembris ejusdem anni* 1698. *eodem Libr.* 48. *Decretor. fol.* 352. de se patet, longè magis injuriosum esse, absque ullo proprio demerito, privare Ecclesiasticum Superiorem sua jurisdictione, quam habet in quinque monasteria, sita in sua Diœcesi, in quibus à tempore immemorabili ejus Antecessores Archiepiscopi omnem exercuerunt jurisdictionem, considerando prætertim illius excelsas prærogativas, & insignes qualitates Legati nati, & Primatis Regni Bohemiæ, omniumque Ecclesiasticorum ejusdem Regni Capitis, & Directoris, de quibus *Gonzal. in cap. Constitutis lit. C. de Testibus & in cap. Veniens in notis lit D. de Accusat. Conting. in notis Lampad par.* 3. *cap* 6. §. 4 *& Vitriar. in Institut. jur. publ. tit.* 16. *de Princip. Imper. num.* 12 *fol mihi* 155. [44] [45]

Pro quorum faciliori admissione non omittimus rogare EE. PP., ut dignentur observare, quod exadverso processum non fuit cum illo candore, & ingenuitate, quæ practicari solent coràm excelsis Judicibus, & sacrosanctis Tribunalibus; dum non solum EE. PP. narrata non fuit dicta lis, quæ pendebat coram dictis aliis Judicibus; Sed nec etiam expressum fuit, quod Archiepiscopi Pragenses à tempore immemorabili sunt in possessione exercendi jurisdictionem in monasteriis Adversariorum, dandi benedictionem illorum Abbatibus, [46]

batibus, omniaque illa faciendi, quae latè comprobavimus in Summario; Et quod magis est, gratis ubique supposuerunt EE. PP. reperiri in Regno Bohemiae veram Congregationem Ordinis Sancti Benedicti, cujus Caput, & Magister in correctione, & reformatione regularis disciplinae est P. Otthmarus Adversarius, Abbas monasterii Brzenoviensis, Sedi Apostolicae immediatè subjecti, quae omnia nullam habent à parte rei subsistentiam. Et propterea corruentibus dictis suppositis, cum omni fundamento speramus corruere etiam dd. privilegiorum communicationem, cum omnibus indè sequutis, juxtà regulam, de quà generaliter *Rot. in decis.* 274. *num.* 11. *par.* 17. *recent.*, & in terminis resolutionum Sacrarum Congregationum, extortarum cum insubsistentibus suppositis benè *Bertacchin. vot. decis.* 113. *num.* 3. & meliùs *Rot. in decis.* 102. *num.* 15. *& seq. part.* 19. *rec.* ibi: *Neque obstitit DD. resolutio Sacrae Cong. Concilii, quia illa fuit furtivè obtenta &c. non apposita tota serie facti &c. Ideoque decretum, utpotè obtentum tacita veritate, & non narrato jure Capitularium, non praejudicat, ex ratione Text. &c.*

47

48

Et in praecisis terminis resolutionis Sacr. Congregationis Rituum, per speciale Breve approbatae à s. m. Urbano VIII. egregiè eadem *Rot. in decis.* 855. *num.* 5. *cor. Dunoz. jun.* ibi: *Non obstat decretum Sacrae Congregationis Rituum, editum sub die* 22. *Januar.* 1644. *& confirmatum per Breve s. m. Urbani VIII sub die* 1. *Martii ejusdem anni, quia patitur defectum subreptionis, vel intentionis ejusdem Sacrae Congregationis, ac Summi Pontificis, quibus cùm non fuerint exposita Statutum, ac Caeremoniale praedicta, eorumque observantia, neque lis, eo tempore inter Partes introducta de mense Augusti anni* 1645. *nullo pacto censeri possunt illa tollere, ac juribus Capituli Metropolitanae specialiter acquisitis, praejudicare voluisse &c.*

49

Ex quibus cum omni fundamento speramus, rescribendum esse, communicationem privilegiorum, exadversò sub, & obreptitiè extortam, non sustineri, sed locum habere posse quoad indulgentias tantùm, juxta sensum EE. PP. expressum in resolutione diei 30. Julii 1714. ut in declaratione alterius communicationis privilegiorum, praevio Voto aliquorum S. R. E. Cardinalium à s. m. Paulo V. concessae, in casu omninò simillimo practicatum fuit, teste *Rot. in decis.* 89. *num.* 19. *apud Tamburin. de Jure Abbat. tom.* 3. ibi: *Sed hìc certa scientia, & causae cognitio quoad exemptionem à decimis, omninò excluditur, ex attestatione duorum Illustrissimorum DD. Cardinalium, ad quorum relationem fuit haec communicatio per SS. D. N. expedita, asserentium, non fuisse de ipsorum intentione, quòd communicaretur exemptio à decimis &c.* Quem restrictum sensum ad solas indulgentias in nostro casu non probamus ex authoritate duorum ex EE. PP. sed ex authentico rescripto, à quo cùm recessum fuerit, atque indefinitè ampliata Gratia ex erroneis suggestionibus, & insubsistentibus suppositis, eadem secunda gratia perindè habenda est, ac si non emanasset, juxtà literalem *Text. in cap. Super literis de Rescript.* & in specie firmata per *Rot. in decis.* 289. *num.* 10. *cor. Priol.*, loquente de simili ampliatione, cum erroneis suggestionibus extorta à s. m. Alexandro VII.

50

51

Sacra Congregatio Episcoporum, & Regularium, Ponente Eminentissimo Odescalco, die 13. Septembris 1715. dubio: *An, & quomodò Communicatio privilegiorum Congregationis Cassinensis, & S. Justinae de Pauda, de quà agitur, sustineatur*, respondit: *Sustineri quoad indulgentias tantùm.*

DISCEPTATIO XII.

Romana dissolutionis Matrimonii.

INTER

Eleonoram.

ET

Alexandrum.

ARGUMENTUM.

Ob Viri impotentiam quando sit locus dissolutioni matrimonii, vel potiùs cohabitationi triennali; Impotentiae species enumerantur, & ostenditur magna differentia inter illas; Prout etiam alia ostenditur differentia inter casum, in quo Mulier, detecta Viri impotentia, reclamat statim, vel post aliquod tempus.

VEram non minùs, quàm commiserandam facti historiam expostituri, supplicamus EE PP. nobis ignosci, si nonnulla aliqua impudica cogimur contexere, quae ad Principalis defensionem sunt necessaria, sectantes in hac parte morem *Hostiensis*, qui similia discussurus, Lectori precatus fuit, ut sibi ignosceret *in Summa de Frig. & malef.* §. *Quae impotentia num.* 6. Pro justa enim causarum notione, oportet castissimas Judicum aures, quandoque similia, & pejora audire; Agitur namque de controversia super dissolutione matrimonii, sub die 10. Januarii 1695. contracti inter Eleonoram, & Alexandrum, ad cujus effectum opus habemus in medium proferre cuncta ea, quae ad demonstrandam illius naturalem impotentiam coeundi, & generandi conducunt, cum quo intento praemittimus, quòd d. Alexander ab ipso momento temporis, quo pubertatem excessit, usque in praesens, in aetate supra 40. annorum constitutus, impotens semper, & perpetuò fuit ad coeundum, ob malè constructas partes genitales; adeoùt, vel erectionem membri virilis nullam habuerit, vel adeò instantaneam, & floccescentem, ut ad Veneris usum reddatur prorsus inepta, de quo impedimento à tempore, quo rationis usum habuit usque ad praesens, deponunt multi testes, quorum depositiones datae fuerunt in *Summ.*, quas omnes depositiones, & demonstrationes ejusdem naturalis, perpetuaeque impotentiae comprobavit specifica, & praecisa confessio ejusdem Alexandri, cum juramento in Positionibus emissa.

1

2

Non omisit idem Vir per plurium annorum decursum remedia omnia, de quibus *Sinibald in Geneatropeja lib.* 3. *tract.* 1. *num.* 10. *de Ignavia Phalli lit. B & C. fol.* 334. pro curatione adhibere; Et quidem, ope tàm Medicorum, quàm Chimicorum, Chirurgorum, & Pharmacopolarum, incassum tamen, & absque ullo prorsus beneficio, attenta perpetuitate, & insanabilitate impedimenti, ut deponunt quamplures Medici, & testes, dati in *d. Summ.*, & cum juramento fassus fuit idem Vir *in posit.* 23. *&* 24. ibi: *Che li medicamenti non hanno fatto profitto alcuno, e che detti medicamenti riuscivano nocivi, e pericolosi alla vita di esso.*

3

4

Ultrà opem medicamentorum, & pharmacorum, ad magis excitandam Venerem, usus est dictus Vir illicitis etiam mediis, nimirùm intentata copula cum pluribus inhonestis mulieribus, sed inani semper conatu, quemadmodum de facto proprio, deque experimento per spatium 2. annorum deponit NN. & de simili irrito conatu NN. & de auditu ab ipsomet Viro, illusque Consanguineis eadem NN. & alii testes, specificantes multos alios conatus cum diversis Puellis, forma venustis, illique admodùm gratis, necnon de reiteratis inanibus conatibus cum plurib. aliis pulcherrimis, nimiumque in Veneris usu expertis mulieribus.

5

Non obstantibus his experimentis, omninò certam, imò evidentem reddentibus ejus impotentiam, & non obstante, quòd in aetate 41. annorum, & ultrà esset constitutus, in qua potentia coeundi, & generandi in dies decrescit, & languet juxtà illud Poetae *Qui non est hodiè, cras minus aptus erit*, idem Alexander matrimonium de facto contraxit cum Eleonora, aequè pulchra, ac innocenti Puella, nulla habita ratione ad magnum matrimonii Sacramentum, minusque considerando proxima pericula, paratamque peccandi occasionem, quibus se, & conjugem quotidiè exponebat, quando in simplicibus terminis dubiae, probabilisque perpetuae impotentiae, matrimonii celebratio non levi culpae attribuitur à Theologis, quos citant, & sequuntur *Sanchez. de Matrim. lib.* 7. *disp* 104. *num.* 10. ibi: *At tenendum est, non licere huic matrimonio copulari, quoniam &c. Ecclusa triennium experientiae concedens, permittit in eo dubio impotentiae matrimonium contrahi, sed quandò semel initum est, ac suboritur id dubium concedit illud spatium ad indagandam veritatem &c.* & *Guttier. eod. tract. cap.* 116. *num.* 3. *& Castropal. Oper. moral. tom* 5. *tit. de Sponsalib. disputat.* 4. *punct.* 14. §. 2. *num.* 9. *&* § 7. *num.* 1. Et in debilioribus terminis impotentiae temporalis idem *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 92. *numer.* 5. *in fine*, ubi quod culpa in hoc casu fundatur in deceptione Conjugis, quae exponitur periculo incontinentiae, nec potest ei imputari, quòd de d. defectu non quaesiverit, quia ille erat occultus, de eoque non solet inquiri, quod advertit etiam *Perez. de Matrim. disp.* 37. *sect.* 3 *num.* 3. *in fine Bonac. de Matrim. par.* 3 *punct.* 13. *propposit.* 3 *num.* 12. *ante finem*,

6

7

finem, *& Zippæus in Jure Pontificio lib.4. tit. de Frigid. &* 8 *malefic.* ibi *Improbè faciunt, qui matrimonium attentant, cujus sunt incapaces.*

Contracto autem d. matrimonio, & ad propriam domum traducta sponsa, idem Vir omnes conatus, omnesque possibiles diligentias adhibuit pro consumatione matrimonii, ipsa Puella non detrectante prout cum juramento fassus fuit in Positionibus, à se datis, & individuant testes, dati in 9 *Summ.* Verùm exoptatus effectus haberi nullatenùs potuit, ob solitam, & naturalem perpetuam frigiditatem, & impotentiam ipsius, quemadmodum claris verbis explicavit in 9. Positione; *Che il d. matrimonio non restò consumato per essersi trovato impotente d. Sig. Alessandro.*

Ab hoc itaque solemni, & posteriori experimento comprobata fama perpetuæ impotentiæ, eaque in dies crescen- 10 te, tùm ex nova applicatione medicinalium, & phamacorum, tùm ex necessario ministerio famulorum, illi assistentium, tùm ex replicatis confessionibus ipsius Viri, de quibus deponunt testes, dati in *Summ.* innocentis Puellæ operationes omnes erga Deum directæ erant: *Con far celebrar molte messe, quali io medema hò ordinate, con pagare la solita elemosina, tanto nella Chiesa di S. Andrea della Valle, che di S. Francesco di Paola, e molti giorni ha fatto fare orazioni à Zitelle, con pagarle un giulio il giorno di elemosina, acciò digiunassero in pane, & acqua &c. con dirci detta Signora Eleonora, che pregassimo N. Sig Iddio à voler illuminare detto Signor Alessandro, e che mettesse la pace frà di loro per la salute dell'anima &c. come anche ogni sera habbiamo recitato il Santissimo Rosario intiero, contemplando li 15 Misterj, recitando il Miserere, e le Litanie della Madona SS., e de Santi, con altre orazioni, e di più detta Signora Eleonora recitava ogni giorno l'Officio della Beatissima Vergine, e molt'* 11 *altre orazioni &c.* De quibus, & aliis devotionibus, orationibus, jejuniis, Sacramentorum frequentatione, & similibus pietatis operibus, deponunt etiam Petrus Paulus, Dominicus, Frater Ambrosius Maria, P. Isidorus, P. Federicus, & Superiorissæ Conservatorii, in quo permansit eadem Eleonora, quibus, tàm ratione qualitatis Religiosæ, quàm Sacerdotis plena fides adhibenda est, ex cumulatis per *Rot. in Romana prætensi matrimonii* 20. *Aprilis* 1668. §. *Et licèt cor. Cardin. Carpineo, & in Cajetana matrimonii* 28. *Jun.* 1683. §. *In præsenti, & §. Quartò comprobatur cor. Cardin. Matthæjo, & in Roman. seu Perusin. filiationis* 13. 12 *Martii* 1690. §. *Non obstat cor. Card. Caprar.* Et utì deponentes de bonis qualitatibus Puellæ, concordantes in hac parte cum juris dispositione, præferendi sunt testibus contrariis, innumeras patientibus exceptiones in personis, & in dictis, ut in specie firmavit *Rot in Lunen. Sarzanen. Sponsalium* 19. *Novembris* 1663. §. *Nec movent cor. Bevilaqu.*

E converso autem Alexander, ejus afflictæ sponsæ affli- 13 ctionem addendo impropriis, inauditisque modis verbis, & factis eandem Eleonoram tractabat, ut concludentissimè probatur ex depositionibus multorum Testium, omni fide dignorum.

Inter quas non sine maxima commiseratione haberi possunt sub oculis depositio Cæciliæ Cubiculariæ; testantis de amotione ab auribus, collo, & digitis Puellæ inaurium, tor- 14 quis, & annulorum, atque de projectione in terram omnium vestium pretiosarum, & aliarum rerum ejusdem, cum expressa, & reiterata prohibitione ne à famula recolligerentur; Depositio Hyacinthi, testantis de importuno rumore ferè per totam noctem manibus, pedibus, & voce propè Cubiculum Puellæ, intensissimo dolore capitis laborantis, quo attento enixis precibus petierat à famulo, ne illam perturbaret; Depositio Annæ Margheritæ, asserentis, quod tempore quo Puella ead. *fù forzata à stare in letto per lo spatio di 16. ò 17. giorni, in detto tempo detto Signor Alessandro non è mai entrato in sua Camera à vederla, ne domandarli cosa alcuna del suo male, benche habbia prese medicine, e sisia cavata sangue*, quod comprobat etiam Medicus Curæ in ejus jurata attestatione.

In harum circumstantiarum duro sistemate constituta 15 sponsa omni miseratione dignissima commendabili modestia alloquentibus de impotentia Viri respondebat, *che stasse quieta, che non gli davano fastidio queste cose.*

Imo cuidam qualificato Religioso, Parocho, & exemplari Confessario, ex Viri commissione cum ipsa de hac re colloquia habenti, imperturbata fronte, animique maxima compositione respondit, *che giacche S. D. M. l'haveva voluta in questo stato, lei n'era contentissima, e non si curava punto di questa sua impotenza, anzi l'essortava à non prender più medicamenti, stantecche si vedeva, che questi riuscivano perniciosi alla sua salute, e che lei ha averebbe convissuto con Lui, come sorella, purche l'havesse trattata con la dovuta convenienza.*

Inhærendo autem mœstissimi Patris consilio, & suasionibus, coacta fuit Judicis officium implorare, à quo in mona- 16 sterio collocata fuit die 14. Mensis Martii 1695. & expeditum successivè fuit Monitorium super matrimonii dissolutione, ob Viri impotentiam.

Mediante verò interpositione Monialium, cum quibus Puella convivebat, inhærendo etiam unius ex Eminentiss. 17 Patribus consilio, post duorum mensium decursum, rediit ad habitandum cum Viro, qui se potentem jactabat; Reconciliatisque pro inde animis, & conjugali affectu, per spatium 8. mensium & ultra, pluries novum tentatum fuit experimentum pro matrimonii consumatione, sed eventu à priori non dissimili, ob dictam perpetuam Viri impotentiam, qui conscientiæ stimulis non leviter agitatus, ut deponunt qualificati Religiosi, etiam extrajudicialiter instabat pro matrimonii dissolutione, ut recognosci potest ex ejus 18 epistolis, & post cohabitationem octo circiter mensium, litem super eadem dissolutione prosequi curavit coram Prælato, ad ejus instantiam in locum Cardinalis Vicarii deputato.

Cùmque in dies crescerent sevitiæ, malæque tractationes, paucis elapsis diebus oppressa fuit Eleonora repentino morbo, à quo non leve vitæ periculum mœstis, afflictisque Parentibus indicabatur, ut ex relatione Medici ejus curæ, 19 & ex alia parte congruum, & expediens non reputabatur cum intractabili Viro alteriùs cohabitare, præsertim quia de brevi erat deveniendum ad utriusque corporis inspectionem; Hinc institum fuit coram eodem Judice prò aliquà provisione quoad habitationem, pro quà postposito etiam monasterio congruam reputare solent Doctores maternam domum, ut in nostris præcisis terminis, quod hæc præferen- 20 da sit monasterio, observat *Ricc. dec.* 21. *per tot. par.* 2. *Pont. de Matrim. lib.* 9. *cap.* 23. *num.* 11. *in fine Bordon. cons.* 79. *per tot & egregiè Rot in dec.* 182. *per tot. cor. Cæsar. de Grass.* ibi: *Fuit per DD. unanimitèr resolutum, d. Prudentiam debere permanere in dicta domo Patris, in qua una cum matre, fratre, & alia sorore jam nubili, honestè habitat, juxta formam dictæ sententiæ, nec voluerunt, eam esse reponendam in monasterio, & decis.* 262. *cor. Duran. & d.* 160. *cor. Cerro & d.* 108. *num* 3. *par.* 6. *rec.*

Citato igitur viro collocata fuit, una cum alia sorore nubili, & fratribus in domo ejus matris, satis laudatæ famæ, & honestatis Viduæ, ob morte ejus Viri lite pendente defuncti, quod Judicis provisionale decretum, mediante quadam 21 protestatione, acceptatum in substantia fuit à Viro, se declarante ab inde citra, nolle ampliùs eandem Eleonoram pro Uxore recognoscere, attento quod matrimonium tacitè declaratum fuerat nullum quoad Deum.

Institit successivè idem Vir pro deputatione Peritorum, & Obstetricium, ad effectum recognoscendi se ipsum, & Uxorem, prout de Partium consensu electi à Judice fuerunt, ut ex citatione, & decreto, & sub die 12. Julii sequentis anni 1696. prævia Judiciali intimatione ad instantiam Viri exequuta, facta fuit recognitio ejus corporis, ex cujus inspectione retulerunt Periti, impotentiam esse naturalem, perpetuam, & insanabilem, ut ex eorum accurata Relatione.

Quando autem insistebatur ab hac parte pro causæ terminatione coram Judice, ab ipsomet Viro procurato, super- 22 venit commissio manu SS. signata, & eidem Judici directa, ut procederet de Voto hujus Sac. Congr. Subscripto igitur dubio, *An sit locus triennali cohabitationi, vel potius dissolutioni matrimonii*, supplicamus responderi locum esse dissolutioni matrimonii, absque necessitate triennalis cohabitationis.

Quia triennalis cohabitatio, non est simpliciter, & indi- 23 spensabiliter necessaria ad dissolutionem matrimonii ex causa impotentiæ Viri, neque absolutè præscripta à Sacris Canonibus, sed conditionaliter tantùm, quatenus scilicet aliundè probari non possit, ut literaliter determinatur *in cap. Laudabilem de Frigid & Malefic.* ibi: *Si frigiditas prius probari non possit, cohabitent per triennium*, ex cujus celebris decretalis dispositione à contrario sensu communiter inferunt DD. quod si probetur per prius impotentia viri, in hoc casu non requiratur triennalis cohabitatio, ut observat *Gloss. in ver. Prius probari*, ibi: *Quod si prius probari possit impedimentum, non expectabunt per triennium*, & communiter notant ibidem *Ancaran. num.* 2. *Abb. eodem num. Specular.* §. 1. *num.* 3 *Jo: Andreas in addit. ad eumd. Specul. Butr nu.* 14. *Præposit. num.* 8. *Alex. de Nevo num.* 17. *Innoc. num.* 1. *versic. Nam si primò probari possit, statim petenti dabitur licentia contrahendi*, *Barbos n.* 2. *& Gonzal. n.* 3. ibi: *Si impedimentum coeundi constet, statim matrimonium separatur, alias cohabitabunt*

bunt conjuges per triennium; *Pirhing. in Jus Canon. lib. 4. tit. 15. de Frid. & malef. §. 3 sub num. 12. versic. Neque verò fol. 145. Cucch. Institut. Canon. libr. 3. de Sacram. matrim. tit. 9. fol. 108 à tergo versic. Si triennio simul habitent*, & alii allegati, per *Guttier. de Matrimon. cap. 120. sub num. 3. versic. Triennium namque Mascard de Probat. concl. 311. numer. 4. Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 66. nu. 1. Card. de Luc. eod. tract. disc. 9. num. 1. & Fcuret de Abusc. lib. 5. cap. 4. num 1. fol. 127*, ibi: *Il est cependant à remarquer en ce chapistre Laudabilem, que le Pape Celestin III. y apporte une limitation tres considerable, car il dit quæ les mariez seront tenus cohabitare per triennium, si tamen frigiditas priùs probari non potuerit; D'ou il faut inferer, que si par la visitation du mary, & rapport des esperts il appar de quelque vice, c defaut apparant, la frigidité erant notoire, il seroit inutil d ordonner, que les marits demeurent ensemble les trois ans entiers, ou parache verojent le reste du triennium s'ils l'avojent deia commencé.*

Et resolvit *Sacra hæc Congreg. in una Vallisolena 15. Februarii 1607.* cum illius verbis: *Episcopus significavit &c., dictaque mulier deindè egit pro dissolutione, ac nullitatis declaratione matrimonii, propter impotentiam d. Joannis &c. Proposita facti specie, omnes uno ore censuerunt &c. rescribendumque Episcopo, ut, si ibi non constiterit de impotentia perpetua ob frigiditatem, vel maleficium, ad præscriptum sacrorum Canonum, compellat eos ad cohabitandum &c.* & in fortiori casu impotentiæ ob maleficium *in Hydruntina dissolutionis matrimonii 17. Januarii 1693.*

Congrua accedente ratione, quia dilatio per tempus triennale datur à Jure, ut impedimentum impotentiæ eodem cursu detegatur, sed quandò ex aliis probationibus incontinenti constat de tali impedimento, frustrà expectatur eventus, cujus nullus induceretur effectus; Quinimò tali casu, nec licitum est, nec permitti debet tale experimentum, ut ponderant *Guttier. de Matrim. cap. 120. sub num. 3. Pont. eod. tract. lib. 7. cap. 66. num. 1. & Tamburin. Oper. moral. lib. 8. de Matr. tract. 2 cap. 13. §. 2. num. 5.* ubi, quod in his casibus etiam si Judex sub excommunicationis pœna imponat conjugibus, ut se matrimonialiter tractent, non tenet præceptum, quia inniteretur præsumptioni potentiæ, quæ cedit veritati, & §. 4. *num. 5. & Dicastill. eod. tract. disput. 7. dubitat. 52. nu. 566.*

Circa modum autem, quo facienda sit hæc probatio impotentiæ, & qualis esse debeat, plures distinguunt casus Doctores; Aut enim impotentia est naturalis, & perpetua, adeout dari possint illius signa evidentia & tunc, constito de dictis signis, statim ad dissolutionem proceditur, sivè elapsum sit tempus triennalis cohabitationis, sivè non, & sive mulier reclamaverit statim, & intrà bimestre, sive etiam post annum & quandocumque; Cùm enim impotentia sit evidens, & perpetua, matrimonium non potuit unquam valere, ac consequenter sine matrimonio non licet magis diuturnum experimentum copulæ demandare, vel permittere, ut clarè colligitur *ex Text. in d. cap. Laudabilem, & cap. final. de Frigid. & malef.*, & tradunt *Pont. de Matrim lib. 7. disp. 107. num. 3. Filliuc. Oper. moral. tract. 10. quæst. 2. cap. 4. num. 106. Trullenk Oper. moral. lib. 7. cap. 9. dub. 17. num. 16. Aversa Oper. moral. de Matrim. quæst. 16. sect. 5. in princ. Spereil. dec. 141. nu. 37. Merbes. in Sum. Ethic. Christian tom. 2. tit. de Sacram. Matrim. disert. 7 quæst. 83. quæstiuncul. 2. & seq. Natal. ab Alex. in Theolog. Dogmat. & moral. de Sacram. Matrim. lib. 2. regul. 9. fol. 744. Panimoll. dec. 52. nu. 2. de Justis de Dispensat. Matrim. lib. 2. cap. 17. num. 26. de Angel. de Confess lib 2. quæst. 47. nu. 7. & 8* & firmavit *Rot. in dec. 965. nu. 2. par. 2. rec. & in Romana Dissolut. matrim. 25. Junii 1685. § Et quia cor. Paulut. & 28. Januarii 1686 § Cùm enim cor. Ursino.*

Aut impotentia non est certitudinaliter, sed verisimiliter solùm, & moraliter evidens, probaturque per signa, verisimiliter eam concludentia, & hoc casu, neque requiritur triennalis cohabitatio, sed pro dissolutione sufficit juramentum conjugum, asserentium, se coire non posse, & septima manus propinquorum, jurantium, se credere, eos verum fateri, ut observant communiter *Repetentes in d. cap. Laudabilem*, & signanter *Barbos. num. 2.* citans antiquiores, & *Gonzal. num. 3 Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 107. num. 14. Brunell. de Sponsal. conclus. 28. nu. 16. Castropal. Oper. moral. tom. 5. tit. de Sponsal. disp. 4. punct. 9. num. 4. Panimoll. dec. 51 num. 3 Baron. de Corpor tit. de Virilib. num. 81. & seqq. Zacch quæst. medic. legal. lib. 3. tit. 1. quæst. 5. num. 25. Filliucc. Oper. moral. tract. 10. de Sacram matrim par. 2. cap. 4. num 106. de Angel. de Confess tom. 2. quæst. 49. num. 8.* ubi, quòd quoties signa sunt verisimilia, itaùt moraliter certam demonstrent impotentiam, matrimonium est statim dissolvendum, canonico termino non expectato, *Mascard. de Probat. conclus. 311. num. 4.* ubi, quod id, quod hoc è constat, hoc est sine ulla temporis dilatione agi debet, *Escobar in Theolog. moral tom. 3. par. 2. lib. 27. dubitat. 130. fol. 266.* ubi, quòd quando fere evidenter constat de impedimento, non est locus triennali experimento, *Leander. Oper. moral. tom. 2. tract. 9. de Matrim. Sacram disp. 21. de Impedim. impot. quæst. 1. & quæst. 43. Christin. dec. Belgic. 338. per tot. tom. 1.* ubi *nu 6.* quòd, constito in suo casu ex Medicorum relatione de impotentia Viri, data fuit mulieri facultas contrahendi aliud matrimonium, & firmant in eorum *tract. de Matrim. Sanchez. lib. 7. disp. 107. num. 14. Pont. cap. 66. nu. 2. lib. 7. Guttier. cap. 120. num. 4. Perez. disp. 37. sect. 11. nu. 6. Tancred. lib. 7. disp. 107. num. 3. & Dicastill. tract. 10. disp. 7. dubit. 52. n. 963.* ubi, quod in his circumstantiis non possunt conjuges se matrimonialiter tractare, etiamsi ad id per censuras compellantur, & *num. 566. Card. de Luc. disc. 9. num. 11.* ubi, quòd in his casibus nulla ratio subesse videtur, ob quam triennale experimentum per quandam speciem Judaismi omninò requiri debeat, & *Jorius par. 8. quæst. 26. num. 13.* & firmavit *Rot. in dec. 40. nu. 3. post Zacch. quæst medic legal. & dec. 695. sub num. 2. & 4. par. 1. rec. & in citata Romana dissolution. matrim. 25. Junii 1685. §. Et quia cor. Paulut.* ubi, quòd hoc procedit ad evitandum scandalum, & peccatorum maximum scrupulum, & *§. Tandem*, quod probabilis certitudo quoad impotentiam perpetuam, sufficit ad statim dissolvendum matrimonium, absque triennali cohabitatione, & *28. Januar. 1686. §. Impotentia cor. Ursino.*

Et ratio est, quia signa, verisimiliter evidentia, intellectum convincunt, atque eundem effectum pariunt apud peritos Judices, quem parit aperta probatio per aspectum, apud imperitos, legalis, & philosophiæ rationis inexpertes; Frustrà igitur requireretur alia dilatio, sive triennalis cohabitatio, quæ nil aliud afferre posset in fine triennii, quàm id quod per media, verisimiliter evidentia de præsenti constat, ut observant *Abb. in cap. Laudabilem num 2. de Frigid. & malefic.*, ibique *Alex. de Nevo num. 3. & Butr num. 10. Hurtad. de Matrim. disput. 22. difficult. 11. nu. 28. & Castropal. Oper. moral. tract. 5. tit. de Sponsal. disp. 4. punct. 14. §. 9. num. 5.*

Aut denique impotentia non est certa, & indubitata, minusque verisimiliter evidens, sed probatur per signa dubia incerta, & præsumptiva, & tunc procedendum est cum substitutione duorum casuum, quorum primus est, quando mulier statim non reclamavit ab initio, sed tacuit per annum & ultra; Tunc enim non dissolvitur matrimonium nisi facto triennali experimento, ea ratione, quia mulier, allegans in istis circumstantiis viri impotentiam, duplicem habet contra se Juris præsumptionem, alteram scilicet, quod tandiù tacendo non reclamavit, alteram verò, quod magis creditur viro neganti, qui caput est mulieris, ut ferè per hæc verba statuit *Text. in cap. 1. de Frigid. & malefic.* & in his terminis loquuntur, & sunt intelligendæ authoritates omnes, firmantes triennalem cohabitationem esse necessariam, quando concurrunt signa, præsumptivè impotentiam indicantia, ut monent *in eorum Tractatibus de Matrim. Sanchez lib. 7. disp. 109. num. 2. & 10. & seqq & Pont. lib. 7. cap. 66. nu. 7. & 11. & Piringh. in Jus Canon. lib. 4 tit. 15. de Frigid. §. 3. num. 14. fol. 145.*

Alter casus est, quando mulier, quæ nupsit virgo *statim in ipsa novitate post mensem, aut duos ad Episcopum, aut ejus missum proclamaverit, dicens volo esse mater, volo filios procreare, & ideò maritum accepi, sed vir, quem accepi frigidæ naturæ est, & non potest illa facere, propter quæ illum accepi; Si probari potest per rectum judicium, separari possunt, & illa, si vult, nubet in Domino*, sunt verba punctualis *Text. in c. 1. de Frigid. & malefic.* ubi communiter *Repetentes*, & signanter *Henrich. Boich num 2. & 4 in fine*, ibi: *Et si per ipsius inspectionem statim potest de defectu constare, & tunc poterit statim matrimonium separari, servata solemnitate, de qua hìc*, & alii infrà allegandi.

Rationem nimis convincentem assignat *Jo: Sanc. in qu. select. qu. 49. nu 8.* relatus à *Tancred. de Matrim. lib. 7. post disputat. 109. fol. 218.* cum illis verbis: *Sicuti enim cùm duo in judicio contendunt, aliquam rem sibi deberi, Judex meliùs probanti, licet non evidenter, & mathematicè, illam tenetur adjudicare, ut docent &c. pariter conjugi, meliùs probanti impotentiam, constrictus erit Judex illicò matrimonium nullum fuisse declarare, nec matrimonii natura ultra probationem meliorem à conjuge postulante triennii experientiam, erit judicandum &c.* Juncta alia bona, & convincenti consideratione, de qua *Tamburin Oper. moral. lib. 8. de Matrim. tract. 2. cap. 13. §. 4. num 12.* quia scilicet, quando mulier statim reclamat, impo-

impotentia præsumitur antecedens ad matrimonium, quod proindè uti contractum cum mala fide viri, hoc est cum scientia ejus impotentiæ, non dat illi possessionem, continuandam per triennium.

Rectum autem judicium, quod Canonicam solemnitatem vocat *Hostiens. in d. cap. Laudabilem de Frigid. & malefic.* in proposito magis communiter statuitur à DD. esse, quando mulier, statim reclamans, reperitur virgo, & concurrunt ex parte viri signa impotentiæ, vel verisimiliter evidentia, vel dubia, & præsumptiva, ut conciliando *Text. in d. cap. 1. & cap. Laudabilem de Frigid. & malefic.* observant *Repetentes in d. cap. 1.* & signanter *Abb. antiquus in fine, Panormitan. num. 5. Alexand. de Nevo num. 13. Joannes Andr. sub num. 1. Barbos. num. 1. 3. & 8. Hostiens. sub num. 1. Innocent. num. 1. in fine, Præposit. sub num. 5. & Zabarell. numer. 1.* & advertunt *de Angel. de Confess. tom. 2. quæst. 49. numer. 8. Baron. de Corpor. tit. de Virilib. numer. 83. Castropal. Oper. moral. tom. 5. de Sponf. disp. 4. punct. 13. § 8. num. 2. Dicastill. de Matrim. tract. 10. disp. 7. dubit. 52 sub num. 574 Filliucc. Oper. moral. tract. 10. de Matrim. part. 2. cap. 4. de Impotent. natural. num. 108. Guttier. de Matrim. cap. 120. num. 28. Mascard. de Probat. conclus. 816. num. 15. Perez. de Matrim. disputat. 37. sect. 11. num. 9. Pyrhing. in Jus Canon. lib. 4. tit. 15. §. 3. sub num. 14. vers. Notandum tertio fol. 145. & fol. 227. in Indice Synoptico, seù Methodico tit. 15. §. 3. Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 66. num. 11. Sanchez eod. tract. lib. 7. disp. 109. numer. 16. Sancius in Select. disp. 49. num 29.* relatus à *Tancred. de Matrim. lib. 7. post disp. 109. fol. 207. Anton. à Spiritu Sancto in Direct. Confess. part. 2. tract. 11. de Matrim. disput. 7. sect. 13. §. 7. num 463. fol. 485. Tamburin. Oper. moral. libr. 8. de Matrim. tract. 2. cap. 13. num. 9. Tancred de Matrim. lib. 7. disp. 109. num. 7. & Trullench. in Prax. Sacram. lib. 7. cap. 9. dub. 16. num. 27.*

His pro thesi præmissis, descendendo ad hypothesim nostri casus, dicimus, quod concurrunt omnia requisita per *Text. in d. cap. 1. de Frigid. & malefic.* dum agitur de muliere, quæ nupsit virgo, & talis probatur post intentatam copulam ex confessione ipsiusmet viri, de cujus viribus ad nostrum propositum benè *Rot.* loquens in terminis alterius mulieris, appellatæ eodem nomine Eleonoræ *in decis. 6. num. 2. & 3 post Zacch. quæst. medic. legal.* ibi: *Secundò ex confessione ipsiusmet &c. qui confessus fuerat, quod non poterat cognoscere D. Eleonoram.* Et ulteriùs eadem uxor ab initio contracti matrimonii, adhuc non transacto bimestre, reclamavit, & concurrunt, nedùm signa dubia frigiditatis viri, quæ impotentiam præsumptivè probant, quæque absque alio triennali experimento de jure sufficiunt ad dissolutionem matrimonii, ex modò animadversis; Sed quod magis est, non desunt signa verisimiliter evidentia, quæ quodcumque aliud copulæ experimentum prorsus inutile, & omni jure illicitum demonstrant; Attenta præcipuè intractabili natura viri, qui anno suæ ætatis 12. à proprio Patre se separando, cum eo usque ad obitum *non ebbe mai confidenza, ne trattamento*, ut deponunt testes, ad instantiam ejusdem examinati, quibus propterea cum ipsum plena fides est adhibenda, ex firmatis per *Rot. in Ulixbonen. Matrimonii 21. Junii 1613. §. Primò quia cor. Sacrato.*

Specialiter reflectendo ad Medicorum, & Chirurgorum juratam Relationem, de ordine Judicis, & de Partium consensu deputatorum, reddentium optimas rationes ejusdem impotentiæ, ob malam scilicet partium structuram, ac totalem ineptitudinem ad copulam, resultantem ex eo, quod corpus fistulare virilis membri est brevius sua extremitate, & venæ, quæ scrotum circumsepiunt, in majori parte sunt turgidæ, & crasso, atque stagnanti sanguine repletæ, quodque textura nerviculorum, per quos transmittuntur spiritus, ad erectionem necessarii, contracta est, & convulsa, sicque penitùs inhabilis, ex iis quæ observat *Sinibald. in Geneanthropeja lib. 3. tract. 1. cap. 4. tit. Qua ratione, ex quibus causis fiat Priapi per tot. fol. 314. & cap. 10. de Ignavia Phalli fol 332.*

Indequè fit, ut colis erectio instantanea sit, & illicò floccescens, concordantes Medici, & Chirurgi in hoc cum confessione ipsius viri, emissa in Positionibus in quibus fatetur insufficientiam, instantaneitatem, & momentaneitatem erectionis; Hæc autem signa, ab artis Peritis in claris posita, vel sunt omninò certa, vel in omnem casum verisimili evidentia concludunt perpetuam impotentiam, ut in terminis punctualibus habentis membrum cum sola instantanea erectione, in totum illicò floccescentem, observant *Præposit. in d. cap. final. num. 5. de Frigid. & malefic. Speculat. eod. tit. num. 3. vers. Vel habet, Zacch. quæst. medic-legal. tom. 1. lib. 3. tit 1. quæst. 3. num. 2. & quæst. 5. num. 25 in fin. Sennert. Instit. medic. lib. 2. cap. 3. sect. 1. cap. 8. de Matrim. facult.* ubi, quòd evidentissimum simptoma naturalis impotentiæ est, quando membrum elevari conatur, & contra voluntatis imperium illicò deprimitur, *Castropal. Oper. moral. tom. 5. de Sponf. disp. 4. punct. 13. §. 59. num. 2.* ibi: *Signa &c. verisimilia censentur ex parte viri, quando aliqualiter membrum ad copulam erigitur. Baron. de Corpor. tit. 17 de Virilib. sub num. 83:* ibi: *Levis tanta, vel nulla erectio, atque per considerabile tempus in erectione non perseverans, Sinibald. in Geneantropeja libr. 3. tract 1. cap. 10. de Ignavia Phalli fol. 332.* ibi: *Dum videlicet facultate, & reliquis coeundi instrumentis ex omni parte integris, penis, neque protenditur, neque excitatur, quantumvis lasciviat Venus, aut si parùm elevatur, statim recidit, aut si modicum perduret, ex floccitie ad certamen ineptus est,* & firmavit *Rota in d. Roman. Dissolutionis Matrimonii 25. Jun. 1685. §. Tertio loco, & §. Tandem cor. Paulutio, & 28. Jan. 1686. §. Quando, & seq. cor. Ursino.*

Medicorum autem judicium in hac materia habetur pro probatione probata, & omninò attenditur, quando, ut in præsenti ad unguem verificatur, de ordine Judicis factum apparet, ut observant *Jo: Andr. in d. c. Ludabilem de Frigid. & malefic.* ibique *Card. n. 2. Abb. antiquus eod. n. Alex. de Nevo n. 17. & Gonzal. n. 6. Zacch. q. medic-legal. tom. 2. lib. 2. tit. 3. q. 3. plurib. n. 6. & seqq. Baron. de Corpor. ejusque partibus tit 17. de Virilib. n 48. & seqq. Layman. in Teolog. moral. lib. 5. tr. 10. quæst. 4. cap. 11. de Impedim. impotent sub num. 4. fol. 1012. de Angel. de Confess. tom. 2. quæst. 49. num. 8. Card. de Luca de Matrim. disc. 9. num. 13. & Rot. in dec. 80. num. 4. post eum d. Zacch & dec. 702. num. 1. & dec 2291. num. 4. cor. Coccino, & in citata Roman Dissolutionis Matrimonii 25. Junii 1685 §. Tertio loco cor. Paulutio, & 28 Jan. 1686. §. Et janè cor. Ursino.*

Attenta præsertim, nedum non reclamatione Viri ab eodem Medicorum, & Chirurgorum judicio, sed positiva approbatione, & comprobatione, contrà quam proinde audiendus ampliùs non videtur, ut, omissis generalibus, in specie firmavit *Rot. in dec. 1226. num. 12. cor. Emer. jun.* ibi: *Undè adversus proprium factum non videtur in præsenti audiendus;* Et quod iidem Periti concordant cum aliis probationibùs, & demonstrationibus impotentiæ, per ea, quæ firmavit *Rot in Colonien. Matrim. 4. Jun. 1640. § Quibus, cor. Panzirolo.*

Probatur 2. Viri impotentia, cum qualitate verisimilis evidentiæ, ex confessione utriusque Conjugis, præsertim verò ipsiusmet Viri, qui & si in hoc judicio stet pro validitate matrimonii, in Positionibus tamen, à se datis cum juramento ingenuè fassus fuit, se esse impotentem; Hæc autem utriusque Conjugis confessio, licèt de se sola sufficiens non sit ad probandam impotentiam, verisimiliter evidentem, neque proindè tollere valeat necessitarem triennalis cohabitationis, juncta nihilominùs cum judiciali Peritorum Relatione, & roborata aliis probationibus, præsumptionibus, & adminiculis, concludentem facit probationem, ut in proximis terminis firmavit *Rot. in dec 220. num. 4. cor. Dunoz. jun. & in Mediolanen. Impotentiæ 16. Martii 1588 §. Confessio cor. Gyptio, & in Favent. Matr. 9. Jan. 1658. § Idenim cor. Taya,* ibi: *Confess. anhelantis ad matrimonium plenè probat contra ipsam & in Colonien. Illegitimitatis 6. Maii 1659. §. Quo verò cor. Verosp.* ubi, quòd confessio Partis præcellit quibuscumque testibus, & conjecturis contrariis, præcipuè quando geminata est, & Sacramento munita, quod verificatur in nostris terminis, *& in Bononien. Nullitatis Matrimonii 15. Junii 1676. §. Et licèt in fin. Bourlem & in Neapolitana Matrimonii 2 Aprilis 1683. §. Hinc opus cor. Guaxardo,* ubi, quòd depositio testium, etiam integræ fidei, & nullam patientium exceptionem, non habetur in aliqua consideratione in concursu contrariæ confessionis Principalis, *& in Theatina Matrimonii 25 Junii 1696. §. Hinc autem, cor. Pio,* ibi: *Habentur positivæ confessiones ejusdemmet Faustinæ, quæ modò validitatem matrimonii, &c.* Et in nostris individualibus terminis, quòd confessio impotentiæ illius Conjugis, qui aliàs cupit matrimonium valere, juncta cum aliis probationibus, reddit illam verisimiliter evidentem, & sufficit ad statim dissolvendum matrimonium distinguendo observat *Mascard. de Probat. conclus. 888 nu. 1. & seqq.* & sunt magistrales *Decisiones in d. Roman. Dissolutionis Matrimonii 25. Junii 1685. §. Impotentia cor. Paulutio, & 28. Januarii 1686. §. Et nihilominùs cor. Ursino.*

Tertiò idem comprobat communis vox, & publica fama, atque reiterata assertio ejusdem viri, pluriès, atque pluriès, tàm antè, quam post contractum matrimonium cum multis personis, super ejus omnimoda impotentia, quæ confessio, toties geminata de tempore non suspecto, & antequam

quam ageretur de contractu, vel dissolutione matrimonii superlativè probat ejus perpetuam, & verisimiliter evidentem impotentiam, ut generaliter observat *Rot. in decis. 11. num. 12. coram R. P. D. Ansaldo*, semper cum laude, & insigni elogio nominando, & in nostris præcisis terminis notant *Baron. de Corpor. tit. 17. de Virilib. num. 69. & 70. & Mancin. de Conf. cap. 1. sub num. 35. vers. Quæro*.

Quarta species probationis eruitur ex usu medicamentorum, quæ ad hunc præcisum effectum curandæ impotentiæ

53 D. Alexander à tempore, quo rationis usum habuit adhibere cœpit, continuavitque post contractum matrimonium absque ullo prorsus beneficio, imò cum non modico præjudicio propriæ salutis, ut cum juramento ipsemet fassus fuit, & justificatur ex depositione Medicorum, qui eum curarunt, ex dictis multorum testium & signanter omnium Medicorum, & Chirurgorum, in Peritos à Judice deputatorum,

54 & ab ipsomet Viro approbatorum Ex his enim, præcipuè simul junctis, & unitis cum aliis probationibus, de quibus supra perpetuam coeundi impotentiam probari, ad propositum advertunt adducti per *Baron. de Corp. tit. 17. de Viril. num. 83. vers. Atque etiam*, & firmavit *Rota in decis. 6. nu. 6. post Zacch. quæst. Medic. legal*

Accedit quintò experimentum illicitæ copulæ, inani semper conatu pluries factum ab ipso Viro, cum pluribus mulieribus de tempore, quo erat in ætate magis florida, ut de-

55 ponunt quamplures testes de auditu ab ipsomet, ac ejus consanguineis, & comprobant in eorum depositionibus duæ ex ipsismet mulieribus, quæ etiam si non sint testes omni exceptione majores, nihilominùs cùm deponant de facto proprio, deque actu illicito, qui perfici non solet, cum mulieribus qualificatis, concurrentibus præsertim, ut in præsenti, pluribus adminiculis, & aliis probationibus, plenè probant, ut observant *Castrens. in leg. Sed alio Jure §. Alveus num. 5. ff. Si ex novali caus. Decian. cons. 363. num. 3. Spad. cons. 83. num. 19. vers. Non obstat, & duobus seqq. lib. 1. Bursatt. cons. 218. num. 7. vers. 3. concludunt, & Rot. decis. 284. num. 8. post secundum volum. consil. Farinac. & in decis. 818. num. 9. & seqq.* & signanter *num 19. part. 18. rec. & in Barchinonen Divortii 14. April. 1679. §. Constat verò cor. Vicecom. & 15. Martii 1680. §. Adulteria, & §. Proindè, & §. Pariter cor. eod. & 30. Jan. 1682. §. In proposito autem, & §. Tertio ae Adulterio cor. Emerix, impressa inter suas la 520. num. 1. & seqq. & 9. Decembris ejusdem anni §. Aliquæ nullitates cor. Guaxard. & in Colonien. Nullitatis Matrimonii 1. Julii 1693. § Ex quibus omnibus, & seqq. cor. Reverendissimo Molines, & in decis. 1194. numer. 4. coram eodem Emerix jun.*

Ex hoc autem probari impotentiam, verisimiliter evi-

56 dentem, deducitur ex *Text in cap Literæ vestræ de Frigid. & malefic.* ibi: *Postmodum per Presbyterum, de cujus Parochia Vir existit, fecistis inquiri, utrum ipse aliquam cognovisset, nec per inquisitionem ipsam vobis constare potuit aliquam esse carnaliter cognitam ab eodem*, & in individualibus terminis *Card. de Luc. de Matrim. disc. 9. num 13.* ibi: *In hac verò facti specie videbatur, quod signa, si non evidenter, ac indubitatè, attamen satis verisimiliter causam naturalem potiùs, quàm accidentalem præseferebant, &c. quia nulla fama erat, quod cum aliis mulieribus, etiam corruptis, magisque facilibus, ut præsertim sunt meretrices, rem ha-*

57 *buerit, potissimè quia ex ejusdem viri moribus, ac vivendi licentia id referri non poterat ad causam, ob quam mulierum cognitionem non habuerunt S. Casimirus, & similes, & Rota in Nicen. Matrimonii 27. Januarii 1586. §. eodem autem cor. Gypsio*, ubi, quod in his casibus exitus acta probat.

Considerando præcipuè hæc omnia insimul unita, prout

58 faciendum esse in punctualibus terminis observat *Rot. in Colonien. Illegitimitatis 13. Januarii 1653. §. Qui sanè cor. Verospio, & in Romana Matrimonii 19. Januarii 1684. §. Cunctæ hæc cor. Ursino, & in d. Romana dissolutionis Matrimonii 25. Junii 1685. §. Impotentia in fine cor. Paulutio*; Et cum animadversione ad floridam ætatem viri de tempore præte-

59 rito, & ad debiliorem de præsenti; Quanam enim verisimilitudine in ætate annorum 42. sperare potest, id quod natura, tot pharmacis adjuta, juveni denegavit? In his enim casibus, & circumstantiis qui non est hodiè cras minus aptus erit, atque inhabilitas, quæ inest de tempore præterito, inhærere dicitur de præsenti, magisque augetur in futurum, & in ætate invalidiori in qua coeundi, & generandi potentia insensibiliter paulatim languet, & notabiliter decrescit, ut observant *Ann. Robert. Rer. judic. libr. 4. cap. 10. vers. Absurdum est, Narbon. de ætat. annor. 50. quæst. 5. per tot. Pont. de Matrim. lib. 7. cap. 66. sub num. 1.* & firmavit *Rot. in d. Romana dissolutionis Matrimonii 28. Januar. 1686. §. Neque hujusmodi cor. Ursino*.

60 Quibus non adversantur Jura, ex adversò exhibita; Unica enim, & brevis responsio deservire posset pro omnium rejectione, quia scilicet sunt merè extrajudiciales attestationes & simplices fides, lite pendente non citata Parte, procuratæ, quæ proindè nullam faciunt probationem ex vulgatis, & in nostris terminis *Rot. in Toletana Matrim. 26. Apr. 1596 §. 1. in medio cor. Justo, & in Colonien. Matr. 4. Jul 1640. & §. Quibus non obstat cor. Panzirolo*. Maximè quia omnes fundatæ sunt in verbis, & insubsistentibus assertionibus ejusdem

61 Viri, seù mutilata, & deficienti relatione causarum suæ impotentiæ, ut ex lectura, sicque nullam mereatur animadversionem; Satis enim absurdum videtur illos admitti ad probandum, quorum repellerentur authores, ait *Text in capit. Quodam de Testibus*, & firmavit *Rot. in Lunen. Sarzanen. Sponsalium 19. Novembris 1663. §. Nec obstat cor. Bevilaqua, & in Lauden. Pensionis 4. Julii 1696. §. Neque potuit cor. Cardin. Caprar.*

Pro congrua nihilominus, & distincta confutatione, sepa-

62 rando contrarias attestationes in duas classes, unam scilicet Medicorum, & Chirurgorum, alteram verò Consanguineorum, & amicorum Viri, generalitèr dicimus, quoad priores, quod cùm sint ultroneæ attestationes Professorum, à Judice in Peritos non electorum in nulla consideratione habentur ad celebrem theoricam *Felin. in cap. Proposuisti sub num. 6. de Probat.* ibi: *Et sis cautus, quia non sufficit, quod Pars conducat Medicum per viam testimonii, sed opus est, ut Judex imponat relationem*, quam adductis antiquioribus, in specie sequuntur *Peregrin. cons. 11. num. 6. lib. 3. Baron. de Corpor. tit. 17. de Virilib. num. 100. & seqq. Ricc. collect. 3065. vers. Et licet part. 7.* ibi: *Non valent fides, factæ à Medicis, non destinatis à Superiore ad illum proprium actum*.

63 Optima quidem ratione, quia Medici electi in Peritos judicialiter, sunt deputati ad respondendum pro veritate, & ità presumitur, quod in eodem sensu veritatis judicium proferant, secùs autem in casu, quo respondent tanquam testes, vel consulti ad instantiam Partis, quia eo casu ad gratificandum potiùs Parti requirenti, quàm in sensu veritatis respondere solent, ut in proximis terminis observat *Conciol. alleg. 81. num. 3.*

64 Specialiter verò illa N. N. in nihilo refragatur habetur siquidem ibidem sermo de tenuissima probabilitate curationis, mediante applicatione medicamentorum, & pharmacorum de mense Julii 1695. subsequutus autem eventus docuit, nimis debilem hanc probabilitatem, prorsus evanuisse, & perseverasse eandem perpetuam impotentiam, circa quam adducimus sequens judicium aliorum Medicorum, & Chirurgorum, post annum à Judice electorum, quod præferendum est aliis, ut in punctualibus terminis monent *Menoch. consil. 1252. num. 13. & 14. Marant. rer. judic. par. 4. cap. 8. & Baron. de Corpor. tit. 17. de Virilib. num. 84. & seqq.* Adducimus ulteriùs posteriorem juratam confessionem Viri, *che li medicamenti non banno fatto profitto alcuno, e che dd. medicamenti riuscivano nocivi, e pericolosi alla vita di esso &c.* quæ præferenda est, & unicè attendenda, ut firmavit *Rot.*

65 *in d. Mediolanen. Impotentiæ 16. Martii 1588. cor. Gypsio*, & in proximis terminis *in Hispalen. Separationis Thori 27. Februarii 1636 §. Sed quod magis cor. Macchiavello, & in Colonien. Illegitimitatis 6. Maii 1653. §. Quorum, & 13. Januarii ejusdem anni §. Validitas cor. Verospio, & in Faventina Matrimonii 7. Junii 1658. §. Non obstant cor. Card. Taya, & in Neapolitana Matr. 2. Apr. 1683. § Hinc opus cor. Guaxad.* Et denique adducimus judicium, seù declarationem eorundem DD. NN. de rei veritate, medicamentorumque usu, & inefficacia edocti à D. NN. cui in Consulto specialiter commissa fuit cura ejusdem Viri, ibi: *Supposto che li medicamenti, nel sudetto Consulto tra noi concertati, e stabiliti, e poi puntualmente posti in uso, non babbiano profittato, &c. sono di parere, che tal impotenza dall'arte non sia curabile &c.*

66 Et ex hoc Excellentissimorum Professorum posteriori judicio, seù declaratione prioris attestationis, nullius remanent efficaciæ mendicatæ fides aliorum Professorum, per ea quæ ad nostrum propositum firmavit *Rota in Meliten. prætensorum Sponsalium 4. Maii 1681. §. Inducti in fine coram Paulutio, & in Neapolitana Matrimonii 2. Aprilis 1683. §. In dictis verò cor. Guaxardo*.

67 Sola lectura alterius attestationis Medici NN. ostendit illius insubsistentiam, addentes solùm, quod si idem Medicus manifestissimè erravit in primis principiis, non minori cum jactantia, quàm obstinatione, *attestando contro à qua-*

à qualunque sia, che l'asserisce, essere uno impotente insanabile da congietture, &c. mentre uno non si puol dire insanabilmente, se non visibile, cioè quando il membro è sproportionato, &c. Circa quod ex diametro se opponit universali sensui Philosophorum, Medicorum, & Canonistarum, ut videre est ex authoritatibus supra citatis *num.19. & 20.* & aliis adductis à *Tancred. de Matrim. lib.8. disput.107. num.4. & Rota in d. Romana Dissolutionis Matrimonii 25. Junii 1685. §. Tandem coram Paulutio*, ibi: *Tandem licèt Periti non concludant super defectu, vel ariditate, non est ambigendum de impotentia naturali, & perpetua, sufficiunt enim ad prædictum effectum frigiditas, & inhabilitas coeundi, de quibus Periti benè testantur, &c.* Si inquam erravit iste Medicus in his generalibus propositionibus, omnibus notis, & ipsismet medicinæ Tyronibus notoriis, de se patet, quænam fides præstanda sit eidem, neganti existentiam, & probationem verisimilis, & perpetuæ impotentiæ, nedùm in concreto personæ Viri, sed etiam in genere, seù in abstracto. 68

Ejusdem farinæ est alia fides Medici N N. innixa prorsus insubsistenti supposito, à Viro ei facto, ibi: *Essendo di più certificato, che il detto Signor Alessandro non haveva in tutto il tempo di sua vita mai usato con Donna alcuna, e conseguentemente, che non haveva positivo esperimento. dal quale potesse arguire non haver egli l'erettione necessaria all'uso del matrimonio, stimai, che questo suo dubio nascesse dalla poca esperienza, & inessercitatione &c.* Quo supposito corruente, ex animadversis supra, nulla fides præstanda est eidem *ad Text. in Canon. Principatus, & Canon. Cùm Paulus 1. quæst.1. Roman. consf.294. numer.2. & 2. Mascard. de Probat. conclus. 358. num.7.* & firmavit *Rot. in decis.584. num.17. cor. Dunoz. jun.* 69

Attestatio demum Chirurgi N. refert omnes illas observationes, quas fecerunt iidem Medici, nihilquè aliud novi continet, quàm ingenuam confessionem diversorum morborum earundem partium, puo quarum curatione usus est illis medicamentis, quæ totiès in præteritum, & in floridiori ætate adhibita, nullum prorsus beneficium Viro attulerunt. 70

Remotis igitur extrajudicialibus hisce attestationibus, ex falsa causa emanatis, nihil remanet, quod potentiam coeundi in Viro suadeat, quinimò è contrà omnes Medici, omnes testes, ab hac parte inducti, omnes amici, qui eum cognoverunt, quivè cum eo conversarunt (quos omnes, pro formiter examinatis, velle habere declaravit idem Vir, sicque contra ipsum plenè probant *Rot. decis.822. numer 8. vers. Quo verò cor. Cerro*,) publica vox, & fama, & experientia, rerum magistra, exclamant contra affectatam, nimis debilem, & plùs justo exadversò exageratam spem curationis Viri, atque probant ejus perpetuam impotentiam, nedùm dubiam, & præsumptivam, quòd, attenta reclamatione intrà bimestre, pro dissolutione sufficeret, sed moraliter, & verisimiliter certam, ita ut absque ulla triennali dilatione, & cohabitatione cum Viro, qui nec etiam cum proprio Genitore cohabitare potuit, dissolvendum sit matrimonium: In humanis enim moralis certitudo evidentiæ æquiparatur, ut in nostris terminis observant *Hurtad. de Matrim. disp.22. diffic.11. num.38. Castropal. Oper. moral. tom.5. de Sponsal. disput.4. punct.13. §.9. num.4. Baron. de Corpor. tit.17. de Virilib. num.82. & Tancred. de Matrim. lib 7. disp.107. sub num.6.* & alii supra adducti *num.20.* 71 72

Et ex his confutatæ etiam remanent aliæ attestationes Consanguineorum, & Amicorum Viri, deponentium de auditu ab eodem, nihilque aliud in substantia asserentium quàm cognovisse eund. Virum per *Galanthuomo*, cum quo præsupposito credunt vera eis asseruisse; Quare autem cum eodem præsupposito asserere non possumus, eundem vera jurasse, quandò eandem impotentiam in Positionibus fassus fuit? Cum hac animadversione, atque considerabili diversitate, quòd in comprobationem ejusdem veritatis judicialis confessionis urgent tot aliæ probationes, & adminicula, supra expensa, & signanter tot depositiones testium, & Medicorum, ab hac parte productæ, & exadversò approbatæ. E'conversò autem in contrarium nil aliud affertur, quàm simplices fides, pendente lite, & sine Partis citatione mendicatæ, quæ nihil ponunt in esse *ex notissimis*; Ultrà quod etiam si essent formiter examinati testes contrarii, adhuc nihil relevarent, utì in solo dicto ipsius Viri unicè fundati, juxtà firmata per *Rot. in Lunen. Sarzanen. Sponsalium 19. Novembr. 1663 §. Nec obstat cor. Bevilaqua.* 73 74

Verùm in harum attestationum conflictu audiamus in veritatis obsequium, & dilucidationem ipsummet Virum, novissimè cum juramento coràm Deo, & hominibus testantem, *che tanto per il passato, quanto di presente mi sono stimato potente, ed abile*. Cùm autem pro tempore præterito, & usque ad diem 3. Junii, qua emisit d. protestationem illius impotentia intra evidentiæ fines constituta videatur, nedùm ex nostris probationibus, sed ex ipsismet contrariis attestationibus, idem prorsus dicendum est de tempore præsenti, vigore illarum parificatarum dictionum; *tàm, & quàm*, de quarum natura, & efficacia *Rot. cor. Peutinger. decis.166. num.5. & in par.7. rec. decis.109. num.9. & in par.8. decis.55. num 15. & in par.9 decis.146. num 9.* 75

In omnem verò casum ex his informibus, ultroneis, affectatis, & lite pendente procuratis attestationibus, nil aliud prætendi posset, quàm nimis debilis probabilitas curationis, fundata in dubietate signorum, impotentiam præseferentium, cùm autem Puella statim reclamaverit, etiamsi hujusmodi signa essent dubia, & præsumptiva, adhuc locus esset dissolutioni matrimonii, non expectata alia dilatione, seu triennali cohabitatione, *ex authoritatibus supra allegatis a num.35.* 76 77

Nec dicatur, quòd in hac materia dissolutionis matrimonii nulla diligentia sit superflua, quodque in dubio pro validitate matrimonii standum sit *ad Text. in cap. Licet de Testibus*, quia regula non procedit, quando matrimonium suum effectum verisimiliter sortiri non potest, & mulier à principio reclamavit, tunc enim non sunt permittendi actus illi, qui sine verò matrimonio illiciti sunt, & peccaminosi, & in tali dubio potius contra matrimonium respondendum est, ut docent *Abb. in cap. Fraternitatis num 16. circa medium de Frigid. & malef. Angel. in Summ. verb. Matrimonium 8. num.16. circa finem vers. Nec obstat, Baron. de Corpor. tit. 17. de Viril. num.97. & seqq. Perez. de Matrim. disputat.37. sect.11. numer.2. & 6. Hurtad. eod. tract. disp.22. difficul.11. num.38. Tancred. pariter de Matrim. lib.7. disp.108. numer.6.* ubi, quòd favorabilitas matrimonii habet locum, si dubitetur, seu certum sit esse consumatum, secus verò si manifestum sit, non esse consumatum, & *Gig. in Si gul. de Matrim. singul.72. per tot.* ibi: *In dubio pro matrimonio est sententiandum cap. Licet ex quadam in fine de Testibus; Fallit hæc regula, ubi matrimonium suum non potest habere effectum, ut puta quando tractatur de dissolutione matrimonii ob impotentiam Viri, & Uxoris Abb. &c. Trivizan. decis.28. num 3. tom.1.* ubi, quod in pari probatione contra matrimonium obtinuit, quia quando matrimonium suum effectum sortiri non potest, in dubio contra illud est judicandum, & *de Just. de Dispensat. matrim. lib.2. cap.17. num.18.* ubi, quod regula quod in dubio respondendum est pro matrimonio, non habet locum, quando istud non potest habere suum effectum, quia hoc casu agitur de præjudicio, & iniuria ipsius matrimonii. 78 79 80

Certiùs attenta mala fide Viri, cùm qua contraxit matrimonium, non obstante scientia suæ naturalis impotentiæ; In his enim terminis in dubio pro dissolutione matrimonii respondendum esse, punctualitèr observat *Tamburin. Oper. moral. lib.8. de Matrim. tract.2. cap.13. §.4. num.12.* ibi: *Quid si probetur per certas probationes mala fides, nempe, conjugem cum cognitione suæ impotentiæ matrimonium contraxisse, respondeo porfectò putarem &c. tunc esse matrimonium à Judice dissolvendum, quia in eo casu conjugi non faveret possessio.* 81

In eadem Causa.

IN controversiis super matrimoniorum dissolutione ob impotentiam, triennalis cohabitatio, non est indefinitè, & absolutè prescripta à Sacris Canonibus, sed solùm in casu, quo signa, illam inferentia, sunt dubia, & præsumptiva, & quando mulier non reclamavit statim, seu post bimestre ex deductis supra *num.35.* Nos autem sumus in casu impotentiæ, probatæ ex signis verisimiliter evidentibus, & reclamationis intra bimestre, proindeque, nulla alia expectata dilatione, videtur locus dissolutioni, ex supra allegatis, quibus addo *Canis. in Summ. Jur. Canon. lib 2. tit.15. de Frigid. & malef. §. Ubi tamen.* 82

Nec refragatur *decis.14. apud Zacch. quæst Medic-legal.* Ultra quod enim in casu d. decisionis, spatio solùm 2. horarum procuraverant Sponsi matrimonium consumare; Et quod magis est, tàm ex relatione Medicorum, quam ex confessione mulieris constabat de aliquali Viri potentia, *ut legitur ibidem num 4. & 6.* In eadem decisione apertè admittitur, quod quando, ut in præsenti verificatur, impotentia per justum judicium probatur non expectatur triennium, ut legitur in principio ibi: *Petente Muliere dissolutionem matrimonii* 83 84

monii ob Viri impotentiam, nisi hujusmodi impotentia per justum judicium fuerit prius probata, certum est, deveniendum esse ad cohabitationem triennalem.

Non obstat, quod non adducamus juramentum Propinquorum Viri, quia illud superlarivè suppletum fuit à juratis

85 depositionibus 20. & ultrà testium, ab eodem approbatorum, ac si essent formitèr examinati; Hoc siquidem Propinquorum juramentum non esse de forma, sed posse suppleri aliis probationibus nulli dubium est, ut observant communitèr *Repetentes in cap. Fraternitatis de Frigid. & malef.* ubi *Abbat. num. 11. & Barbos. numer. 14. Spad. cons. 145. numer. 1. & seqq. Mascard. de Probat. conclus. 816. numer. 7. & 18. Sperell. decis. 141. sub numer. 35. Sanchez de Matrimon. libr. 7. disp. 107. numer. 3. & 7. & Guttier eod. tract. cap. 120. nu. 10.* & egregiè *Rot. in Romana Dissolution. matrimonii 25. Junii 1685. §. His omnibus cor. Paul. & 28. Januarii 1686. § Multòque minus cor. Ursino* ibi: *Multòque minus relevat, quod in*

86 *hac specie probationis adhibiti non fuerint Propinqui septimae manus, sed testes domestici, quoniam longè exuberantior probatio resultat ex undecim testibus domesticis examinatis, & medio juramento deponentibus de veritate omnium confessatorum per utrosque Conjuges, ac de impotentia perpetua coeundi, quàm illam, quae regulariter provenit ex depositione Propinquorum, qui de ea solum debent jurare, quod scilicet credunt, Conjuges vera dixisse, juramentum hoc Propinquorum remanet per testes abundè suppletum &c.*

Et tamen materiam altiùs, & per juris principia assumendo, dicimus, quod juramentum septimae manus Propin-

87 quorum Viri impotentis, tunc solum requiritur, quandò Conjuges, concorditèr impotentiam admittentes, ambo instant pro matrimonii dissolutione, secùs verò, quando unus Conjux fatetur impotentiam, alter verò illam negat.

Patet hoc percurrendo omnes textus, in quibus de juramen

88 to septimae manus fit mentio, ubique enim sermo est de impotentia, ab utroq; conjuge admissa, ut

In can. Requisivisti 33. quaest. 1. ibi: *Quòd si mulier dicit, volo esse mater, & uterque eorum cum septima manu Propin-*

89 *quorum, tactis sacrosanctis Reliquiis jure jurando dicant, quod nunquam, per connexionem carnis conjuncti, una caro effecti fuissent.*

In cap. 1. de Frigid. & malefic. ibi: *Si illa, quae Uxor tua esse debuit, eadem affirmat, quae tu dicis, & probari potest*

90 *per verum judicium, ità esse, ut dicitis, separari potestis*, ubi *Gloss. verb. Verum judicium*, declarando Textum, addit, quod uterq; juret cum septima manu Propinquorum, juxtà dispositain *citato Can. Requisivisti 33. quaest. 1.*

In cap. Laudabilem § Si autem de Frigid. & malefic. ibi: *Si autem quod nunquam se invicem cognoverint, ambo fatentur,*

91 *cum septima manu Propinquorum, vel Vicinorum bonae famae, si Propinqui defuerint, tactis sacrosanctis Evangeliis, uterque jurejurando dicat, quod nunquam per carnis copulam una caro effecti fuissent, & tunc videtur, quod mulier valeat ad secundas nuptias convolare.*

Et in capit. fin. de Frigid. & malefic. ibi: *Ad vestram praesentiam reversi consona voce dixerunt, quod non potuerunt car-*

92 *naliter commisceri; Quocirca mandamus, quatenus si constiterit vobis, praefatum Virum, & mulierem intrà dd. 8. annos per triennium continuum cohabitasse, ipsis cum septima manu Propinquorum firmantibus, se admisceri carnalitèr nequivisse, sententiam divortii proferatis.*

E'conversò autem, quando alter ex conjugibus stat pro matrimonio, alter verò illud ob impotentiam dissolvere prae-

93 tendit, nunquam Sacri Canones juramentum septimae manus Propinquorum requirunt, sed solùm quod impotentia probetur, vel per aspectum, vel per peritos, vel per alia concludentia media, ut

In capit. Proposuisti de Probat. ibi: *Mulier proposuit se, nec à viro cognitam, nec potuisse cognosci, quod tam juramento, quam testimonio septem mulierum probavit &c. viro per ju-*

94 *ramentum suum contrarium asserente, videtur nobis, quod juramento puellae, & testimonio illarum septem mulierum fides potiùs est adhibenda.*

Et in *capit. Causam matrimonii de Probat.* ibi: *Recepturi probationes viri, quas inducere voluerit, quae contrà mulieres illas, quae ad investiganda signa virginitatis ex parte mulieris fuerint introductae, mandamus, ut adhuc matronas ho-*

95 *nestas, providas, & prudentes deputare curetis ad inquirendum, utrùm dicta puella virginitatis privilegio sit munita.*

Hanc eandem discretivam comprobant *Glossa in dicto cap. 1. de Frigid. & malef.* in qua concurrebat concors conjugum

96 confessio, *eadem Gloss. in verb. Verum judicium ait*, scilicet, quod uterque juret cum septima manu Propinquorum, rationè assignans *in ver. Probari*, quia non est standum eorum confessioni contra matrimonium & si uterque confiteatur, non videtur credendum, ne in fraudem hoc diceretur, nisi quod asserunt, probaverint cum septima manu Proprinquorum.

In can. verò *Quod autem 33. quaest. 1.* ubi alter conjux affirmabat, alter negabat *Gloss.* ibi *in verb. Perjustum ait. Sed*

97 *hic appellat verum judicium &c. legitimorum testium, & verb. Judicium;* ibi: *Per aspectum corporis, si virgo est,* & clarius *in sequenti can. Requisivisti verb. Septima manus*, ibi: *Hoc intellige, cùm haec non erat virgo, quia si esset virgo, tunc sufficeret verum judicium per obstetrices*, & observat *Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 108. num. 11. & disp. 109. num. 13.* & firmavit *Rot. in dec. s. 1416. num. 5. cor. Coccin.* duplata *in dec. 52. apud del Bene de Juramen.*

Fundamentalis, & viva ratio, quare Sac. Canon. juramentum septimae manus Propinquorum requirant, quando conjuges concorditer fatentur impedimentum, ea est qnia cùm in

98 his circumstantiis procedi non possit per viam formalis judicii, Ecclesia deferre cogitur utriusque conjugis jnratae confessioni, qua licet regulariter nulla sit major probatio in omnibus judiciis, nihilominùs, quia ista confessio principaliter non tendit, contra confitentes, sed contra matrimonium, cujus dissolutionem petunt, meritò Ecclesia illam pro sufficienti probatione non admittit, requirendo propinquorum juramentum, & praesumendo, quod isti in conjugum possibilem fraudem non concurrant; Non sic autem, quando alter conjux negat impedimentum, imò tunc ad evitandum peccatum est prorsus omittendum; Non enim sinè judicii temerarii nota possent propinqui, incerti de occulta impotentia coeundi, & dubia magis effecta propter alteriùs conjugis negationem, cum juramento asserere, quod credant, alterum ex Conjugibus vera dicere, quin etiam in necessariam consequentiam, alterum conjugem, contrarium

99 asserentem, falsa affirmare; Ad quod evitandum inductum est, nè hoc casu propinquorum juramentnm requiratur, ut ad propositum observat *Panimoll. decis. 51. num 2. & Perez de Matrim. disp. 37. sect. 11. num. 6. in fine*, ubi probat, hujusmodi juramentum, in his terminis non ruquiri, neque Jure positivo, neque naturali *Sanchez de Matr. libr. 7. disp. 108. num. 11. & disp. 109. num. 13. & Rot. d. decis. 1416. num. 5. cor. Coccino.*

Juramentum viri super illius impotentia legi potest in Summar. adminiculaturque ex tot aliis probationibus adductis in

100 eodem Summar. Non est autem necesse ad matrimonii dissolutionem, ut legitimis concurrentibus probationibus, verisimili, & probabili evidentia eandem impotentiam inferentibus, vir in eodem juramento perseveret, imò, ipso etiam reclamante, & contrarium asserente devenire solent suprema Tribunalia ad dissolutionem ad evitandam scandalosam, & peccatorum proximam occasionem, ut practicavit *Sac. Rot. in d. Romana Dissolutionis Matrimonii cor Paulutio, & Ursino.*

Minùs obstat, quod impotentia viri dici non possit perpetua, ex quo visibile non habet vitium in partibus generatio-

101 ni destinatis; Hoc enim est solemne aequivocum interioris notae Professorum, exadversò expiscatorum, ad quod probandum, omissis innumeris authoritatibus, quae possunt adduci, *praeter allegatos §. 1.* habemus individua'em casum per *Sacr. Rot.* non semel decisum *in saepius citata Romana Dissolutionis Matrimonii*, in cujus terminis nullum aderat sensibile, vel visibile vitium in viro, ut constat ex Summario exhibito tunc in Sacr. Rota. Et tamen attento, quod

102 perpetua impotentia deducebatur ex signis, verisimiliter evidentibus, & fundabatur in Relatione Peritorum, deponentium de eorum credulitate, juxtà regulas artis, nullo alio expectato triennio, ad evitandum scandalorum, & peccatorum occasionem, ad matrimonii dissolutionem deventum fuit.

Legalis praesumptio potentiae viri cedit veritati, ab ipso juramento confirmatae, à testibus comprobatae, & ab experientia, rerum magistra, intra evidentiae fines positae. Distinctio autem ejusdem potentiae habitu, & actu, per ejus-

103 dem Defensores allegata, ad conciliandas contrarias juratas attestationes viri, est de illarum genere distinctionum, quae traduntur in scholis pro ingeniorum exercitatione, quaeque sub aliis terminis dici solet potentia possibilitatis, & potentia futuritionis. In nostra autem hypothesi, Scotisticis istis subtilitatibus omissis, illa potentia desideratur, quae devenire possit ad actum, & in nulla habetur consideratione potentia possibilitatis, quae de sui formali conceptu concludit non futuritionem ejusdem actus.

Quo magis exagerantur dissentiones, & jurgia inter virum,

104 rum, & mulierem, eo mahis inutilis apparet, prorsusque frustranea longior dilatio cohabitationis; In his enim casibus inter conjuges cohabitantes *la corrispondenza d'affetto non solo è sommamente profitevole, anzi necessaria, per l'adempimento totale dell'atto conjugale*, ut experientia docet, & observat insignis Physicus, in attestatione, data in Summario viri. An autem ex parte mulieris, potius quam viri dissentiones hujusmodi ortum, & progressum habuerint, ostendit nostrum Summarium, comprobatque etiam illud viri, ubi legitur attestatio, quod *in età di dodici anni si separò dal Padre per alcune differenze, e litigi, di modo che non si trattorno più insieme*.

105

106 Verùm quidem est, quod omnes Canonistæ uno ore Judices hortantur, ut exactissimas adhibeant diligentias, antequam ad matrimoniorum dissolutiones deveniant, sed æquè verum est, quod istæ in casu nostro non deficiunt, quodque omnes sacri Canones majori cum energia, non hortantur solùm, sed positivè vetant scandalorum, & peccatorum proximam occasionem.

107 Novam speciem frigiditatis, ortum habentem à principio calido, nunquam cecidisse in mentem *Hipocratis in Aphorism.16.* ostendunt verba ejusdem, à Defensoribus viri adducta; Mirum verò est, quod insignes Medici, contra exageratam potentiam viri deponentes, de dicta specie frigiditatis mentionem non faciant; Quomodocumque autem sit, certum est, quod *ex Galen. de Sanitat. tuend. lib.6. cap.3. class.2.* nullus Medicus negare potest in frigidis senectutem incipere ab ann.40. Quomodo igitur vir in hac senectute à tribus annis existens; & postquam in juventute nullum beneficium ab arte, & medicamentis recipere potuit, tanta facilitate modo se jactat, potentiam habere posse, alii judicent.

108

109 Contra judicialem peritiam, a quatuor ex primariis Professoribus exaratam, inculcatur defectus citationis viri in illius productione, sed hoc pariter est aliud æquivocum, ortum habens à multiplicitate, & mutatione Defensorum ejusdem viri; Peritia enim non fuit à Nobis, sed ab ipsomet procurata, & propterea nescimus videre quando, & quomodo debebat idem vir citari ex parte mulieris.

Allegatur autem, nimiumque exageratur judicialis Peritiæ error, sed tantùm abest, ut hujus erroris minima detur probatio, quin summoperè coadjuvetur, & fulciatur ab ejusdem viri approbatione, & acceptatione, nec non à posteriori judicio aliorum insignium Professorum; Reclamatio verò ab eadem peritia, ultimo loco, ad consilium novissimi Defensoris viri, in actis emissa, nullius est momenti, ut firmavit *Rot. in decis.1226. num.11. & 12. cor. Emer. jun.* Aliud enim est, quod sententia, super matrimonii validitate in judicatum non transeat quoad Judices, juxta authoritates exadversò allegatas; Aliud verò, quod licitum sit Partibus contra propriam confessionem, & approbationem devenire, quod non est permissum, ut distinguendo observat in punctualibus terminis *Rot. in decis.381. numer.8. & seqq. cor. Pamphil.*

110

111

112 Ea, quæ lato calamo differuntur contra attestationem, datam in nostro Summario, corruunt ex sola consideratione, quod non est novum, nec inauditum in Urbe, ut Collegiales, vel Alumni de Parentum, vel Consanguineorum consensu statutis diebus exeant, pro brevi tempore à Collegiis, causa curandæ alicujus infirmitatis; Et tamen in hoc etiam proceditur exadverso cum alio æquivoco, confundendo unum fratrem ejusdem testis cum alio; Testis enim loquitur de medicamentis, ordinatis à Medico NN. suo fratri, eo ipso tempore, quo vir utebatur opera ejusdem Medici, contrariæ verò mendicatæ fides loquuntur de altero fratre ejusdem testis.

113

114 An vir concordiæ tractatum dissolverit ex fine supernaturali, & nè universalis Ecclesia læderetur, ut exadverso prætenditur, vel potiùs ex aliis mundanis, & terrenis considerationib. recognosci potest ex nostro Summ. ubi quod id fecerat, *perche haverebbe havuto à pagare la dote, da lui promessa*, cum quo concordant testes, exadverso exhibiti in Summario, & ipsemet vir in novissima declaratione, in actis emissa, & data in nostro Summario, in qua se declaravit, velle habere pro formiter examinatis nostros testes quoad matrimonii dissolutionem, non autem quoad dotis restitutionem: Quod est prorsus impracticabile, nimiumque absonum in Jure: Actus enim humani, quoad approbationem sunt individui, nec possunt in parte approbari, & in parte reprobari *Leg. Pomponius scribit 10. ff. de Negot. gest.* ibi *Gloss. verb. Semel probatum Bald conf.10 lib. . Rot. dec.13. num 7. cor. Mantic. & dec 138. num.3. par.18. rec. & in Romana Cambiorum 27 Junii 1695. §. Nec plus urget cor. Plo.* Absque ulla difficultate, ex quo vir eosdem testes aprobavit ad effectum excellentiorem, & maximi momenti qualis est, matrimonii subsistentia, vel dissolutio egregiè *Rot. in decis.969. num.8. & 9. cor. Emerix jun* ibi: *Exquisitiores probationes requiruntur ad effectum susceptionis Sacrorum Ordinum, quàm ad effectum successionis bonorum, cùm Sacerdotium sit dignius successione, ac spiritualia temporalibus præferantur.*

115

116

117 Agnoscentes Defensores viri vim publicæ famæ ejusdem impotentiæ, supponunt illam ortum habere potuisse à reclamationibus mulieris post litem motam; Responsio autem tollitur ex sola lectura nostri Summarii, ex quo apparet, multò ante contractum matrimonii divulgatam fuisse, cum hoc solo discrimine, quòd ex ejusdem mulieris maximo infortunio ad illius, & illorum Parentum aures, ante matrimonii contractum nullatenùs devenerat.

118 Exagerata inverisimilitudo, quod Veronica, & Angela recordari non potuerint de facto à decem, & ultra annis sequnto, cedere debet veritati per ea, quæ observat *Rot. in decis.112. num.3. coram Priolo*. Cæterùm cùm agatur de facto notabilissimo, nimiumque raro, quod scilicet ad Venerem impotens accedat ad mulieres, solitas rem habere cum potentibus hominibus, istius facti oblivio, nedum per decennium non præsumitur, sed nunquam datur ejusdem singularis facti è memoria deletio, ut probant adducti per *Rot. in decis.269. num 20 par 16. rec* &, longè post hæc scripta, observavi latiùs in meo *Discursu de Annu. Præstat. §.1. numer.141. & seqq.*

119 Verissima est regula, quod fama impotentiæ, unita conjugum confessioni, apta non est ad dissolvendum matrimonium, juxta authoritates, exadversò allegatas, sed æquè vera est limitatio, ut regula non procedat, quando, prout in casu nostro verificatur, concurrentibus aliis probationibus impotentiæ, unus ex conjugibus stat pro matrimonio, alter verò illud impugnat, ut probant *Sanchez de Matrim lib.2. quæst.45. num.33. & 34 & de Angel. de Confess. tom 1. lib.2. quæst.6. num.27 & 31* & egregiè admittit *Panimoll. in exadverso allegata dec.19. annot.3. num.53 & 58.*

120 Ad mulieris inspectionem deveniri solet in casu quo vir asserat, illam cognovisse, negante uxore, ut, innumeris concordantibus cumulatis, benè probat *Pont. de Matr. lib.7. cap.63. num.5. in fine.* Cùm autem inter quamplures insubsistentes, & sibi invicem adversantes juratas assertiones viri, quæ recognosci possunt in ejus Summario, nullum habeatur verbum de nostri matrimonii consumatione, sed potiùs de contrario, ut concludenter probatur in nostro Summ. nescimus ad quem finem, & effectum illa petatur, quando etiam in casibus, quo vir asserat uxorem cognovisse, ad illam non esse de facili deveniendum probant *Divus August. lib.1. de Civitat. Dei cap 18. Divus Ambros. lib.6. epist.1. ad Siagrium Episcopum Veronensem. Divus Basil. de vera Virginit. pag.531. Divus Cyprian. de Habitu Virginum in princ. Clem. Alexandr. lib.2. Pedag. cap.6. & lib.3 cap.5. Nicephor. lib 8. cap.4. & lib.10. cap.9. in princip.* quos refert & sequitur *Pont. de Matrim. libr.7. cap 63. per tot.* & in longè durioribus terminis honestæ puellæ, accusatæ de stupro, non sit recognoscenda si illud neget, docent *Galganett. de Tutel. & Cur. lib.1. tit.7. num.42. fol.29. & de Angel. de Confession. tom.2. quæst.47 num.1.* Corporis enim inspectio uti turpis, & indecora, semper quod fieri potest evitanda est. *Rota in Mediolanen. Impotentiæ ad coeundum 16. Martii 1588. §. Non obstat. cor. Gyptio.*

121

122

In eadem Causa.

Mandavit in hac exemplari causa Sacra Congregatio die 27. Julii 1697. ut eligerentur novi Periti ex officio, pro instructione animi, qui referre deberent cum interventu priorum 4. Peritorum; In cujus rescripti exequutionem etiam de Partium consensu ab Eminentissimo Præfecto deputati fuerunt D. Joannes Prothomedicus, & D. Antonius Medicus, nec non DD. Jo: Baptista, & Marius Chirurgi, qui die 19. Aug proximè præteriti 1697. prævia judiciali intimatione, coadunati una cum antiquis quatuor Peritis in domo viri, dictante uti antiquiore, D. Antonio concorditer publico Notario, ibidem ad hunc effectum existenti, demandarunt descriptionem omnium vitiorum, & defectuum pudendarum partium ejusdem viri.

123

124

Congregatis deinde in domo ejusdem D. Propthomedici, pro efformando judicio circa ea, quæ viderant, observaverant, & Notario describi fecerant, primi quatuor in omnibus concordes, eorum novam Peritiam in actis exhibuerunt Ex reliquis autem quatuor, tres exhibuerunt pariter in actis eorum

125

eorum peritiam, D. autem Antonius nescitur qua- ratione, quovè spiritu ductus, separatam voluit in actis exhibere Peritiam, & exeundo postea personam Periti, atque induendo illam accerrimi Defensoris ejusdem viri, duas nimis insolitas, impropriasque Appendices in eisdem actis, una cum duabus aliis æquè insolitis Appendicibus successivè superadditis, exhibuit, & à se ipso medio juramento produxit, ut constat ex illarum productionibus.

126 Cùm autem, tam ex deductis in nostris præteritis Scripturis, quàm ex dictis duabus posterioribus peritiis, & aliis inferiùs deducendis, undique effulgeat perpetua, & insanabilis impotentia viri, iterùm enixis precibus responderi supplicamus, non esse locum cohabitationi triennali, sed dissolutioni matrimonii.

127 Suppositis enim indubitatis theoricis, suprà comprobatis, quod cohabitatio triennalis non sit simpliciter, & absolutè necessaria ad dissolutionem matrimonii ob impotentiam, sed solùm in casu, quo impotentia aliundè probari non possit; Constat ded. perpetua, & insanabili impotentia ex tribus peritis, ex prima scilicèt DD Pauli, & Jacobi Medicorum, & DD. Hyppoliti, & Joannis Chirurgorum. Ex 2 Peritia eorundem, facta post lapsum unius anni, & post novam recognitionem, & diligentiorem inspectionem corporis viri. Ex 3. peritia DD. Peritorum, ultimo loco deputatorum, ex concordi voto primorum Professorum insignis

128 Collegii Patavini, asserentium, virum *magis impotentem ad Venerem, & ad debitum matrimonii persolvendum, quàm Spadones, Eunuchos, & Eviratos &c. nec ulla minima licet ex rationis, & experientiæ penu deducta spes, viget humana ope demendæ, ablegandæque coeundi impotentiæ absolutissimæ, in eadem confirmatissimæ, & inemendabilis omninò, habitualisque, ac veluti connatæ, innatæve;* Et demum ex nimis eleganti, & æquè fundato Voto, ad solam veritatem eruendam composito ab insigni physico, celeberrimoque nostræ ætatis Medico, D. Joanne Maria, non sine magna commendatione approbato in omnibus sui partibus à D. Luca Sanctissimi D N. Medico Secreto, & primario in Urbe medi-

129 cinæ Professore, à DD Petro Paulo, Florido, Francisco Antonio, Luca, Hieronymo, & Ridolpho, qui omnes una cùm tribus ex nostris Peritis, (unico dumtaxat excepto olim Discipulo D. Antonii) constituunt totum Medicorum Urbis Collegium, & ulterius à magno numero aliorum Excellentiorum Urbis Professorum, quorum nomina videri possunt in Summario; Ità ut ex his omnibus peritiis, & attestationibus nullum amplius remanere videatur dubium perpetuæ insanabilisque impotentiæ viri, circa quam standum esse Me-

130 dicorum judicio observant innumeræ authoritates, suprà allegatæ, quibus addi possunt *Tancred. de Matrim. lib. 3. disp. 109 vers. Deinde pag mihi* 223. *& Marchant. in Tribunal. Sacram. to. 3. tr. 1. tit. 2. de Contr. matrim. q. 1. vers. Petes 2. fol.* 356. *& Rot. cor. Coccin. dec. 702 n. 1 & in d. Romana Dissolutionis Matrimonii cor. Paulutio & Ursin* in qua, adductis innumeris authoritatibus, egregiè firmatur, nõ esse necessarium, ut Periti deponant cum certitudine indubitata, sed sat esse loqui secundum probabilitatem, & rationabilitatem, artisque peritiam.

131 Solidè autem fundatur hujusmodi Medicorum judicium in consideratione quamplurium realium vitiorum ponderandarum partium viri, in penis nimirum flacciditate, & albedine, in corporum fistulosorum præternaturali angustia versus pubem, in illorum parvitate excessiva, & improportionata duritie, & coarctatione, habito respectu ad glandem, in venis varicosis, & crasso, stagnantique sanguine repletis, in pinguedine excessiva & magna hernia probè umbilicum, & aliàs latius descriptis in d. Summario, & egregiè rationibus,

132 & authoritatibus comprobatis in dictis peritiis, & celebri Voto famosissimi Physici, & aliis Scripturis, ut præter authoritates, ibidem adductas, probant *Guido Guliat. tract. de Decorat. & Fragos in Chirurg. uni. vers. tract. 2. de Declarat. tit. Como declara al Cirujano,* quos refert, & sequitur *Sanchez de Matrim. lib. 7. disp. 94. nu. 5.* ubi de signis perpetuæ impotentiæ, deductis ex eo, quod vir penem habeat malè com-

133 positum, corrugatum, & à colore debito degenerantem *Dicastill. pariter de Matrimon. tract. 10. disp. 7. dubit. 47 num* 487. ubi de impotentia, fundata in crassitie, & pinguedine viri, atque sunt punctualissimæ authoritates Theologorum, Canonistarum, & Juristarum, ad hunc præcisum effectum allegatæ *in Romana Dissolutionis Matrimonii 28. Ianuarii* 1686. *cor. Ursino,* ubi in specie de impotentia perpetua, comprobata ex floccescentia, & flacciditate penis, & ex eo, quòd in radice esset paulò gracilior, *ut in §. Illi quippe, vers Genitale membrum ejusdem esse in radice paulò gracilius, & §. Rursus quando est flaccidum.*

134 Alia æquè valida, & convincentissima ejusdem impotentiæ probatio deducitur ex univocis, seriis, juratis, replicatis, omnique detorsione incapacibus confessionibus viri, etiam ante contractum matrimonium, & tempore non suspecto emissis; Quibus propriis confessionibus non potest meliori dari probatio, juxta punctuales authoritates supra allegatas, quibus addimus *Spad. cons.* 46 *n.* 5 *to.* 2. ubi, quod Judex potest credere confessioni illius conjugis, qui stat pro matrimonio, & *Rot dec.* 320 *n.* 4 *cor Dunoz jun.* Obscuram enim esse

135 impotentiæ probationem, & uni ei, qui se ad Venerem impotentem facit, credendum esse, ex Medicis etiam observat *Ioannes Baptista Silvatic de his, qui morbũ simulant c 7 pag* 61.

136 Præcipuè quia eædem univocæ confessiones reale, & physicum habent fundamentum in vitiosis, & defectuosis partibus pudendis viri confitentis, concordantque cum tot aliis adminiculis & probationibus, de quibus in nostris Scripturis, fuitque seriò replicata in actu nimis proportionato, recognitionis suæ impotentiæ, ut testantur quatuor fide dignissimi, omnique exceptione majores testes, contestes de loco, tempore, & verbis, ibi: *Il quale ore proprio ce la confessò à tutti quattro noi infrascritti, come attestiamo sù la nostra coscienza, e mediante il nostro giuramento;* Qui proindè concludentissimam faciunt probationem impotentiæ, à viro confessatæ, ex cumulatis per *Rot in Romana Cambiorum 3. Martii* 1692. *§ Cæterùm coram Emanuel.*

137 Ità ut his stantibus eò magis perfectam, & concludentem faciunt impotentiæ probationem, ut, cumulatis concordantibus, in individuo casus nostri, observat *Spad. cons.* 146. *num.* 5. *vers. Maxime, cùm ista confessio esset multum adminiculata lib.* 2 & firmavit *Rot. in d. Romana Dissolutionis Matrimonii* 25. *Junii* 1685 *§. Impotentiæ cor. Paulutio & 28. Januarii* 1686. *§ Et nihilominus cor. Ursino,* & egregiè pariter *in Bononien. Nullitatis Matrimonii* 15. *Junii* 1676. *§. Et licèt cor Card. Vicecomite,* ibi: *Et ipsamet fatetur in sua jurata declaratione &c. cujus quidem declarationis quamvis pro dissolutione matrimonii regulariter non sit habenda ratio, tanquam alterius ex contrahentibus, per Text. in c Super eo, de eo, qui cognov. Consang. Uxor. suæ, Nihilominus, cum aliunde appareat ex rationabilibus, & fide dignis probationibus, hujusmodi confessio non repellitur, ut limitando subdit idem Textus, & late Jo: Jacob de Canib. cons.* 19. *n.* 5 *& 6. inter cons. divers. lib. 1 & ita utraque &c.*

138 Nec offuscatur hujusmodi limpidissima probatio ex posteriori declaratione viri, ibi: *Tanto per il passato, quanto per il presente mi sono stimato potente, & abile &c & io mai mi sono stimato impotente;* Omissa enim nube illa testium, datorum in nostro præterito Summ. & ad hominem eundem virum in hac assertione de mendacio convincentium, qui super-

139 lativè contra ipsum probant, attenta declaratione, qua voluit illos habere pro formiter examinatis, ut in puncto *Rot. cor. Cerro dec.* 822 *num* 8. *vers Quo verò.*

Prorsùs insubsistens detegitur dicta posterior, & affectata assertio ex ipsomet proprio Sum Viri, ibi: *Io infrascritto Chirurgo, curante il Sig. Alessandro dell' indisposizione di non avere una perfetta erezzione &c. Et nu* 23. ibi: *Essendo venuto da me il Sig. Alessandro per consultarsi meco, se lui era abile &c sul dubio di non avere una vigorosa erezzione &c. Ex n.* 24. ibi: *Io infrascritto &c. cominciai à curare il Sig. Alessandro sopra la sua detta impotenza, qual cura non terminai, perche esso volse tralasciarla &c. Ex num.* 25. ibi: *Fo fede io sottoscrit-*

140 *to &c fui convocato in un Consulto &c. nel quale intervennero li Signori Pietro Paolo Paolo Medici fisici, ed Ippolito Chirurgo per essaminare, se l' impotenza nell' uso conjugale del sudetto Sig Alessandro fosse curabile &c. Io Luca, Io Pietro Paolo;*

141 Necnon ex nostro præterito Summ. ibi. *M' incontrai con il Sig. Alessandro mio conoscente, fui dal medemo richiesto di qualche ajuto efficace, per procurarli l' erezzione, asserendomi non poter usare il coito &c.* Et ex nostro præsenti Summ *n.* 37. §. 13 ibi: *Ma anche perche il medemo Sig. Alessandro più volte mi ha communicata la sua impotenza al matrimonio, con dirmi, che non poteva questo consumare per mancanza d' erezzione &c. desiderando, che io gli dassi qualche rimedio, al quale effetto venne anche à trovarmi in mia casa &c* Et ex eodem nostro præsenti Summ *num* 9 ibi: *Ebbi occasione di conoscere il Sig. Alessandro, mi confidò una sua indisposizione, con dirmi, chè non aveva l'erezzione &c. da che aveva l uso di ragione, e che per tal male s' era fatto curare da più, e diversi Medici, e presi varj, e più medicamenti, tanto per bocca, che per unzioni esterne, e da ciò non ne aveva mai potuto ritrarne giovamento alcuno &c.*

Si igitur vir toto suæ vitæ tempore, nil aliud studuit, fecit,

cit, & practicavit, quàm potiones sumere, medicamenta adhibere, unctiones unguentorum, undiquè insupportabili fœtore scatentium, practicare, quotidiè consulere Barbitonsores, Aromatarios, Chirurgos, Chimicos, Empiricos, Spargiricos, & Medicos, & quidem etiam insignes, primeq; classis, inter quos principalem locum obtinuit D. Lucas, eosque enixè rogavit, obsecravitque pro medicamentis, aptis ad curandam ejus impotentiam, quorum aliqua ipsomet teste, non sine vitæ discrimine usurpavit; A multis autem ex dd. Excellentissimis Professoribus, vel cum *Hostiens. in cap.1. sub num.1.* ei dictum fuit, *nec per Medicum potes iuvari*, vel cum *Propertio lib.1. eleg.2.* responsum ei fuit: *Crede mihi non ulla tuæ medicinæ figura est*; vel cum doctissimo Redio, relato à Magnete in *Bibliot. Medic. pract. tit. impot. Viril. fol.1010. col.2.* *Ex consilio meo abstineas ab omni genere medicamentorum, etenim dum in iis perfistes, poteris in uitæ periculum incurrere*; Qua nam veri apparentia cum juramento asserere non dubitavit: *Io mai mi sono stimato impotente?* Quidquid autem, sibi manifestè contradicendo, inconsideratissimè, nec sine perjurii nota, affirmaverit, hoc unum est indubitatum, innegabileque, quòd qui medicamenta pro curanda impotentia quæsivit, non sine impensis adhibuit, & nullum fructum reportavit impotens reputandus est; & propterea confessio his circumstantiis roborata omne aliud probationis genus superat, ex supra allegatis.

Imò ex hoc medicamentorum, & pharmacorum usu aliud æquè solidum argumentum, & concludentissima probatio impotentiæ deducitur, qui enim potens ad rem veneream se existimat, vel in rei veritate est, medicamenta pro illa promovenda non quærit, ut punctualiter observat *Guido Giuliac. tract.6. de Decorat. fragos. in Chirurg. univ. tract.2. de Delat. tit. Como declara el Cirujano*, *Sanchez de Matrim. lib.7. disp. 94. num.5. vers. Ab effectu autem*, *Baron. de Corpor. tit. de Virilib num.83. vers. Atque etiam*, & firmavit *Rot. in dec. 6. apud Zacch. quæst. med. leg.*

Nec deest alia demonstratio ejusdem impotentię, ex communi voce, & publica fama desumpta, ortum habente longè ante matrimonii contractum, & antequam de illius dissolutione ageretur, sicque uti vigens de tempore non suspecto, concludentissimè probat, ut generaliter *Rot. dec.11. n.12. cor. R. P. D. Ansaldo*, & in nostris præcisis terminis notant *Baron. de Corpor. tit.17. de Virilib. n.69. & 70. & Mancin. de Confess. c. 1. sub n.35. vers. Quæro.*

Omnem verò aliam probationem superat illa ab experientia 11. mensium cum uxore desumpta tempore, quo ambo consumationi matrimonii omnem operam dederunt, ipsomet viro id clarè fatente in *posit.* 8. ibi: *che dd. Signori Sposi facevano tutte le diligenze per consumare il matrimonio &c.* Et ab experimentis illicitarum copularum, inani semper conatu, per multos annos tentatis, replicatisque ab eodem viro cum diversis, famosisque mulieribus, etiam corruptis, tempore, quo erat in ætate magis florida: Et addimus aliam comprobationem eorundem experimentorum ejus propriæ confessioni innixam, ibi: *In oltre parimente disse auer anco cercato d'auer commercio carnale con uarie giouani, belle, e di suo genio, e con le medeme anco dormitoci con tutto il suo commodo, ne tampoco auer potuto consumare l'atto uenereo, benche dalle stesse gli fossero stati fatti tutti li uezzi immaginabili per tal'effetto &c.* quæ circumstantiam in individuo considerat *Card. de Luc. de Matrim. discur.9. num. 12.* ibi: *Quia nulla fama erat, quòd cum aliis mulieribus, etiam corruptis, magisq; facilibus, ut præsertim sunt meretrices, rem habuerit potissimè, quia ex ejusdem uiri moribus, ac uiuendi licentia, id referri non poterat ad causam, ob quam mulierum cognitionem non habuerunt S. Casimirus, & similes*; Agebaturque in d. casu de viro, *qui constitutus erat in florida ætate atq; 24. annorum, quandò majores libidinis ardores habentur, coeundi potentia uiget*, juxta præcisa verba ejusdem Author.

Quantò igitur magis habebunt locum respectu viri, qui reperitur constitutus in ætate duplo majore, quando libidinis ardores etiam in potentissimis languescunt, & in qua, pervolutis quampluribus Authoribus per diligentissimum Medicum Jo: Mariam, neminem reperire potuit, qui post 40. annos medicamenta pro curanda impotentia quæsiverit, ut testatur in ejus doctissimo Voto.

Considerando præcipuè hæc omnia simul unita, prout faciendum esse in punctualibus terminis observat *Rot. in Colonien. Illegitimitatis 13. Januarii 1653. §. Qui sanè coram Verospio, & in Roman. Matrimonii 19. Januarii 1684. §. Cunctæ hæ coram Ursino, & in d. Roman. Dissolutionis matrimonii 25. Junii 1685. §. Impotentia in fine cor. Paulutio*; Et cum animadversione ad floridam ætatem viri de tempore præterito, & ad debiliorem de præsenti; Quanam enim verisimilitudine, in ætate annorum 42. sperare potest vir id, quod natura, tot pharmacis adjuta Juveni denegavit? In his enim casibus, qui non est hodiè, cras minus aptus erit, atque inhabilitas, quæ inest de tempore præterito, inhærere dicitur de præsenti, magisq; augetur in futurum, & in ætate invalidiori, in qua coendi, & generandi potentia paulatim languet, & notabiliter decrescit, ut eruditè observat *Eneas Silvius Epist. 63.* ubi, quòd, qui ad ætatem 40. annorum pervenit, ad vesperum pergit, nihilq; est, quod ei cum fœminis conveniat, & egregiè *Annæus Robert. rer. judic. lib. 4. cap. 10. vers. Absurd. est Narbon. de ætat. anno 50. quæst. 5. per tot Pont. de Matrim. lib. 7. cap 66. sub num.1.* & in individualibus terminis nostri casus firmavit *Rota in d. Romana Dissolutionis matrimonii 28. Januarii 1686. §. Neque hujusmodi cor. Ursino.*

Posito igitur ex his; quòd de viri impotentia si non per aspectum, & manifestam evidentiam, saltem per media verisimilia, probabilia, & moraliter certa, constet, locus est dissolutioni, nullo canonico experimento assignato, juxta communem & receptissimam Theologorum, & Canonistarum opinionem, in praxi ab omnibus Tribunalibus amplexam, ut recognosci potest ex supra allegatis, quibus addimus *Marchant. in Tribun. sacr. tract. 1. tit. 4. quæst. 1. vers. Petes 2. in fine fol. 356.* ibi: *Aliàs ubi aliunde apparet per visitationem, vel aliam experientiam, triennium expectandum non est, & Rot. dec.695. num.2. post med par.1. rec. & cor. Coccin. dec.702. num.6.* & practicavit *Sacr. Rot.* in casu deciso insæpius citata *Romana dissolution. matrimonii 25. Junii 1685. cor. Paulutio, & 28. Januarii 1686. cor. Ursino*, in cujus circumstantiis signa verisimilia, & probabilia impotentiæ erant longè debiliora, ac sint nostra, ut testatur unus ex nostris Peritis, qui peritiam pariter fecerat in d. casu, juxta illa verba: *Io Paolo &c. Perito deputato, affermo, e giuro quanto di sopra, ed aggiungo, che in questo soggetto sono nelle parti pudende più sensibili difetti di quelli, che osservai nelli pudendi del Signor NN. quando dal Sagro Tribunale della Rota fui per ciò deputato, ed eletto Perito; Anziche in d. Sig. NN. vi osservai qualche lieve, e diminuta erezzione, che nel Sig. Alessandro in tre volte, che l'hà osservato, non l'ho mai ne meno per ombra veduta, mano propria*; Et clariùs apparet ex attestatione pro parte viri exhibita tunc temporis in Sac. Rota, ibi: *Abbiamo visto, che il d. membro non ha imperfezzione alcuna naturale, poiche è della forma solita degl'altri membri, ne hà grossezza alcuna straordinaria nella testa, ne meno sottigliezza nel fine, e come abbiamo detto tutto uguale, come gl'altri membri*; Et tamen non obstante, quòd signa, impotentiam viri indicantia, non essent adeò conspicua, ut in nostro casu, adhuc matrimonium dissolutum fuit, & novum per mulierem contractum, ut est in Urbe notorium.

Cujus communissimæ, & in praxi receptissimæ opinionis, duæ solent inter alias assignari congruæ rationes; Prima, quia in humanis moralis certitudo æquiparatur evidentiæ, quam in nostris individualibus terminis exornant *Hurtad. de Matr. disput.22. diffic. 11. num. 38. Castropal. Oper. moral. tom.5. de Sponsal. disput.4. punct.13. §.9. num. 4. Baron. de Corpor. tit. 17 de Viril. num.82. & Tancred. de Matrim. lib. 7. disput.107. sub num.6.* Quæ moralis certitudo, non est in Jure definita, qualis, & quanta esse debeat, sed talis sufficit, quæ virum prudentem, attentis circumstantiis, & conjecturis, certum moraliter reddere possit, juxta præcisa verba *Ciarlin. contr. 131. num. 20.* Secunda verò quia signa, verisimiliter evidentia, intellectum convincunt, atque eundem effectum pariunt apud peritos Judices, quem parit aperta probatio per aspectum apud imperitos, legalis, & philosophicæ rationis inexpertes; Frustra igitur requireretur alia dilatio, sive triennalis cohabitatio, quæ non evidentem, & manifestam impotentiæ probationem, sed nil aliud afferre posset in fine triennii, quàm id, quòd per media, verisimiliter evidentia, de præsenti jam constat ex experientia longè majori viginti, & ultra annorum, & non cum unica, & virgine, sed cum diversis, & corruptis, magisque facilibus mulieribus, ut observant *Abb. in cap. Laudabilem num. 2. de Frid. & malefic.* ibique *Alex. de Nevo num.3. & Butr. num.10. Hurtad. de Matrim. disp.22. difficult 11. num. 38. & Castropal. Oper moral. tr.5 tit. de Sponsal. d. sp 4 quæst 14. §.9 nu 5. & Rot. in Tullen Nullitatis Matrimonii 18. Martii 1647 §. Quia causa cor. Ghislerio.*

Quibus addi potest alia specialis in nostro casu; Quid enim boni à cohabitatione triennali sperari posset? Fortè consumatio matrimonii, & quà verisimilitudine? Si vir in florida juventute, & ope omnium medicamentorum adjutus,

tus, copulari non potuit cum defloratis, formosisque mulieribus cum illis circumstantiis, in earum depositionibus descriptis, quas hic exprimere non licet: Quomodo poterit in ætate annor. 42. cum Virgine? Si cum hac fieri non potuit una caro, quando in principio attentati matrimonii, eam vehementer amabat, & ipsa impedimenti prorsus inscia, bona fide studebat illi cooperari, quanam veri apparentia poterit hodie hoc sperari post tot lites, contentiones, & odia? ortum habentia ab impropriis diffamationibus viri, in omnibus Urbis Tribunalibus, & mediantibus tot libellis, ferè famosis, divulgatis, nulla habita consideratione ad familiæ, & personarum qualitatem, ut recognosci etiam potest ex ejus præterito Summario; Et hoc ea ratione, quia: *La corrispondenza d' affetto non solo è sommamente profittevole, anzi necessaria, per l' adempimento totale dell'atto conjugale;* Sunt verba attestationis insignis, primariique Urbis Physici, quæ data fuit per extensum in Summario Viri.

158

Poterit forsan juvamen aliquod sperare à medicamentis, & unctionibus, & undè inveniri poterunt alia medicamenta, aromata, & unguenta, quæ adhùc practicata non fuerunt? Quæ si in ætate validiori, ipsa natura coadjuvante, nullius efficaciæ experta fuerunt, certè idem sequetur in futurum. *Difficile enim negotio pristinum robur partibus illis conciliari potest, cùm & in juvenibus, id magnis laboris opus esse, experientiæ fide constet*, sunt verba: *Jo: Baptistæ Silvatici cent.4.conf.3.pag.475.*

159

Nec abs re fortasse esset consideratio, quod sumus in terminis valoris unius ex septem Sacramentis circa quæ habemus à S. Sede novissimè definitum die 2. Martii 1679. Illicitum esse in Sacramentis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore; Quod autem opinio, in quam concordant duo celebria Medicorum Collegia Romanum, & Patavinum (una cum adhæsione tot aliorum insignium, celeberrimorumq; Professorum, quorum ferè omnium nomina mediantibus operibus typis datis, toti Orbi nota sunt) sit tutior, magisq; probabilis in concursu unius Doctoris, nec etiam credimus exadversò impugnari.

160

Vel saltem ex hac tantorum virorum opinione pro perpetua, insanabilique impotentia viri, infertur non esse permittendam cohabitationem, sub alia consideratione aperitionis nimirum januæ infinitis peccatis, quæ ex tali cohabitatione ortum haberent; Esset enim contra rationis bonum permittere ut vir, & mulier per triennium in eodem lecto morentur, quando unus ex eis moraliter certam habet scientiam impotentiæ alterius, & iste postquam omnibus modis, & viis palam fecit suam impotentiam, nimis debiliter, & solùm coloratè fundat suam assertam potentiam in simplici dicto unius Doctoris. In tantùm enim excusantur à lethali peccato illi conjuges, qui in triennali cohabitatione dantes operam rei nuptiali, copulam consumare non possunt, in quantùm bona fide conjunguntur, cum probabili, fundataque spe talem impotentiam superandi, quæ omnia, nullo modo locum habent respectu mulieris, moraliter plusquam certę de impotentia viri, nec etiam respectu ejusdem viri, qui cum scientia suæ impotentiæ, & sic cum pessima fide, matrimonium contrahere tentavit, ad firmata per *Rot.in Mediolanen. Impotentiæ ad coeundum 16. Martii 1588.§.Verùm cor.Gyptio.*

161

162

Absque ulla prorsus difficultate locus esse non non videtur in nostris terminis triennali cohabitationi, attenta reclamatione mulieris intra bimestre à die contracti matrimonii, quod operatur, etiamsi signa, impotentiam indicantia essent solum dubia, & præsumptiva, adhuc statim, nullaq; interposita mora locus esset dissolutioni, Quanto igitur magis hoc asserendum est, attento, quod hujusmodi signa in nostris terminis sunt innegabiliter, moraliter, probabiliter, & verisimiliter certa ad *Textum literalem, & nimis rotundum in cap.1.de Frigid.& malefic.* cujus verba sunt hæc: *Si autem statim in ipsa novitate post mensem, aut duos ad Episcopum, aut ejus Missam proclamavit, dicens volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi, sed vir quem accepi frigidæ naturæ est, & non potest facere ea per quę accepi, si probari potest per rectum judicium, separari potestis, & illa si vult nubat in Domino*: In cujus *Textus* sequelam ita tenent communiter *Canonistæ in d. cap. 1.* & innumeri alii Doctores, adducti supra, quibus addimus *Barbos. in cap. 1. sub num 8.de Frigid.& malefic.*ibi: *Loquitur ergo Textus in eo casu, quando signa sunt verisimilia tantum, vultque, ut si proclamaverit mulier, sive virgo, sive corrupta, intra duos menses à die intentatę copulæ computandos etiamsi vir renuat, & alias sint sufficientes probationes ad rectum judicium, separentur, non expectato triennio.*

163

164

165

Ea convincenti ratione, assignata per *Jo: Sanc. in quæst. select. quæst.49.num.8.* relatum à *Tancred. de Matrim. lib.7. post disput.109 fol.218.& Tamburin.Oper.moral.lib.8.de Matrim.tract.2.cap.13.§.4.num.12.* quia quando mulier statim reclamat impotentia præsumitur antecedens ad matrimonium, quod proinde uti contractum cum mala fide viri, hoc est cum scientia ejus impotentiæ non dat illi possessionem, per triennium continuandam, quæ viri mala fides in nostris terminis manibus palpatur ex depositionibus tot medicorum, & testium, datis in Summ. mulieris. Et etiam ex illo viri, ex quo apparet, ipsum immediatè ante contractum matrimonium petiisse medicamenta à D. Medico Joanne. Igitur agnoscebat se impotentem & consequenter, cum pessima fide matrimonium contrahere tentavit.

166

Et quod non sine congrua animadversione prætereundum videtur, dignentur EE PP. reflectere, quod idem vir omnibus aliis medicis, à se ipso super ejus impotentia consultis ingenue fassus fuit experimenta cum aliis mulieribus facta, ut ex nostro Summario manifestissimè liquet, & tamen eidem D. Med. Joanni, quem adivit, omnia eidem non manifestavit, sed quod intolerabilius est, supposuit contrarium, ut ex ejus præterito Summario. An autem hoc excusare aliquo colore possit illius malam fidem in contrahendo matrimonium EE PP. judicandum relinquimus.

167

Alia quoque accedente validissima consideratione, quod posita concludenti probatione perpetuæ, insanabilisq; impotentiæ antecedentis matrimonium, istud est incontrovertibiliter nullum in terminis *Add.ad dec.392.n.34.par. 4. tom.2. rec.& Rot.dec.320.nu.6.cor.Dunoz jun.* Posita autem nullitate matrimonii, nullo velamine permittenda est viri, & mulieris cohabitatio, ut de se patet.

168

Non valentes autem viri Defensores congrue in Jure respondere huic literali Textui, communiter sequuto, se restrinxerunt ad factum, impugnantes eandem reclamationem intra duos menses, quæ tamen innegabilis est, dum matrimonium contractum fuit die 18 Januarii 1695. & exitus mulieris à domo viri Judicis authoritate, sequutus fuit die 14. mensis sequentis, non obstante, quod monitorium fuerit expeditum die 23. Aprilis, cùm enim à d. die 14. Martii, usque ad diem 23. Aprilis, mulier moram fecerit in monasterio, & non cum viro, quem d. tempore, nec etiam vidit, plusquam manifestum redditur, reclamationem ortum habuisse ab ejus impotentia, in monitorio expressa, de qua experientiam nullam habere poterat tempore, quo in monasterio permansit. Quæ incontrovertibilis veritas comprobatur ulterius ex depositionibus nostrorum testium, à viro approbatorum, deponentium de conquestionibus, & reclamatione intra biduum, & quatriduum respective, & a jurata confessione ejusdemmet viri.

169

Nec dicatur, D Marium concordare quidem cum DD. Joanne, & Jo: Baptista aliis Peritis, circa impotentiam præsentem, sed non quoad futuram; Testibus enim omnibus celebrioribus Urbis Medicis, subscriptis in fundatissimo Voto D. Doctoris Jo: Mariæ, & alio celebri Professore cujus fundatum judicium, & convincens discursus legi potest in d. Summario, hujusmodi discrepantia quoad futurum tempus nullo modo adest, & ratio est manifesta, quia d. Peritus impotentiam viri incurabilem existimat: *Quando aliunde si provasse, che li rimedii, da lui pratticati fino al presente tempo, fossero stati canonicamente ordinati, e non havessero giovato*: Circa quod adducimus in testem ipsummet virum, hæc omnia rotundis literis cum juramento asserentem, ibi: *che li medicamenti non avevano fatto alcun profitto, che essi medicamenti riuscivano nocivi, e perniciosi alla vita &c.* Adducimus ulterius attestationem D Lucę, subscribentis, & approbantis in omnibus suis partibus Votum D Jo: Mariæ, in quo §.10 dicitur: *Mentre è stato forzato di ricorrere à tanti mezzi distinti, e replicati, anzi à tal uni incompetenti ad un huomo savio, à cui haverebbe dovuto bastare l'havere sperimentati inutili tutti li consegli de M dici, fra quali vi è stato anche quello di Monsig. Luca, che tiene il primo luogo &c.* Ita ut, his stantibus, nefas prorsùs sit dubitare, vel de canonica ordinatione medicamentorum, vel de horum inefficacia, ut patet ad sensum.

170

171

Insanabilem quoque existimat idem Peritus viri impotentiam, quando: *Dipenda da qualche vitio interno, non visibile, ne osservabile*: Et circa hoc habemus pariter æquè punctualem, & præcisam, juratamque confessionem viri: *Che l' impotenza di d. Signor Alessandro non era visibile*: Habemus pariter confessionem Chirurgi Alexandri; Habemus demum similem confessionem D. Doctoris Antonii in ejus Peritia, & quatenus aliqua alia desideretur hujus veritatis demonstra-

172

monstratio, hæc ad oculum habebitur ex sola, & simplici lectura fundatissimi Voti d.D.Doctoris Jo:Mariæ.

Non obstante, quod iste Peritus credat, quod vitia, quæ reperiuntur in partibus pudendis viri; *Possino essere per se stessi sanabili*: Hoc enim non excludit simpliciter illius impotentiam, sed indicat solùm, illam esse insanabilem per accidens, non per se, juxta ea, quæ cum punctuali authoritate celebris *Brun.Scidelis de Morb.incur.pag.*8. mirabiliter observat, & solidè probat idem celeberrimus D in d. Voto, & in punctualibus terminis advertit *Sinibald. in Geneantrop. lib.*3.*tract.*1.*cap.*10.*de Ignavia Phalli fol.* 332. ubi de hac secunda specie impotentiæ per accidens, ita ait: *Dum videlicet facultate, & reliquis coeundi instrumentis ex omni parte integris, penis neque protenditur, neque excitatur, quantumvis lasciviat venus, aut si parum elevatur, statim recidit, aut si modicum perducat, ex floccitie ad certamen ineptus est*: Et iste pariter est casus, de quo *Rot.in d. Roman. Dissolutionis Matrimonii cor.Paulutio, & Ursino*.

173

174

Præterea iste Peritus dicit solùm, quod vitia quæ videntur in pudendis viri, sint secundum se, non autem in tali determinato subjecto sanabilia; Minusque asserit, quod illius impotentia sit sanabilis, & ratione convincentissima, cùm enim, tàm ipse, quam omnes alii Periti, & Medici, (nec etiam D. Antonio, & Chirurgo Alexandro exceptis) existiment impotentiam viri dependere etiam à multis aliis causis, & accidentibus internis, ex hoc, quod externa vitia secundum se sanabilia, sint, non potest ullo modo inferri sanabilitas illius impotentiæ, quæ dependet etiam ab aliis causis internis, & non visibilibus, ut de se patet.

175

Non est autem in aliqua consideratione habenda Relatio D. Doctoris Antonii, una cum nimis affectatis Appendicibus; Ultra enim physicas, & medicas responsiones, & solidas animadversiones insignis Professoris, ad partes datas in Summario mulieris.

176

I. Legaliter dicimus, illam attendendum non esse, quia quando deputantur plures Judices, sive Periti, non attenditur, quid unus ex illis arbitretur, sed illorum major pars, & habens in his casibus majorem partem dicitur habere consensum totius corporis ad *Text. in leg. Nulli*, ubi *Gloss.verb. Duæ partes, & leg. Plane* 4.*ff Quod cujusque univers. nom. & leg. Et suum hæredem* 8.ubi *Gloss. verb. Quarta parte vers. Item notat. de Pact.Abb. in cap.Cùm omnes num.* 13. *de Constit.* & omissis concordantibus, quos citat, egregiè notat *de Angel. in Opusc.de Patron.suffrag. impresso post tractat. de Impensis dotal.num.*16.ibi. *Siquidem is, qui habet majorem partem corporis, interpretative habere dicitur consensum omnium, & factum à majori parte, perinde habetur ac si ab omnibus factum esset*: Id quod (exceptis dumtaxat Poloniæ Dietis) practicari quotidiè videmus in omnibus Universitatibus, collegialibus Tribunalibus, & Sacris Congregationibus; Et in terminis scissionis opinionis Medicorum, quod duodecim ex istis præferendi sint octo aliis, contrarium attestantibus eo quia major pars præferenda sit minori, firmavit *Rota in dec.* 43. *numer.* 6. *& duobus seqq. apud Zacch. quæst. medic. legal.*

177

178

Certiùs, quia iidem Periti non fuerunt judicialiter deputati, sed extrajudicialiter tantum, & pro sola animi instructione, juxta casum *dec.*336 *in expositione facti p.* 13. *rec.* & animadversa per *Card. de Luc.de Judic.disc.*33. *nu.* 29. Quæ animi instructio superlativè haberi potest ex dd. aliis peritiis, & Scripturis excellentium Professorum, unanimiter affirmantium, virum esse impotentem, prorsusque insanabilem Insignioribus enim, & excellentioribus Peritis fides major adhibenda est, ut observant *Anchar. in cap. Proposuisti num.* 3.*de Probat.& Costa conf.*153 *num.*8.& 17 & firmavit *Rot. in dec.*49.*num.*17.& 18 *apud Zacch quæst medic. legal. & in dec.* 246.*n.*4.& 5.*cor.Celso, & in Colonien Matrimonii* 4. *Julii* 1640.§ *Quibus vers.Et ideo potius videtur attendenda interpretatio facta à viris peritissimis cor.Panzirolo*.

179

180

II. Quia iste Peritus in secunda appendice literis rotundis se declaravit, noluisse attendere, & observare celibatum, dissuetudinem experimenta cum tot formosis, corruptisque mulieribus, unctiones, unguenta, & innumera alia medicamenta, à viro pro curanda ejus impotentia per multorum annorum spatium inutiliter practicata, Quomodo igitur potuit sine harum consideratione fundatum judicium ejusdem impotentiæ huic supremo Tribunali aperire? Color autem ille, quod ista omnia respicerent legalem materiam prorsus insubsistens apparet ex ipsa terminorum notione, ac explicatione, nec bene cohæret cum attestationibus aliorum Medicorum pro eodem viro deponentium, ut videre est in ejus Summ Nisi dicamus ista medicæ esse inspectionis quando considerantur in viri favorem, desinant verò talis esse naturæ, quando perscrutari debent à Perito ad veritatis dilucidationem, quo nihil absurdius dici, nilvè insubsistentius valet excogitari.

181

182

Excluditurque ulterius ista excusatio à D. Luca f.m. Inn. XII. & primario Urbis Medico, à toto ejusdem Urbis Medicorum Collegio, & aliis insignibus Professoribus, qui approbarunt Votum D Doctoris Jo: M., & demum a celebri Patavino Medicorum Collegio, per ea, quæ observavit *Caramuel in Theolog. Fundament. pag.* 543. ibi: *Ut multitudine saltem Doctorum illuminetur, qui non potuit firmitate, & pondere rationum*; Omnes enim isti medici, numero viginti duo, una cum quatuor primæ classis Chirurghis, nedum attentissimè considerarunt ea, quæ iste Peritus noluit attendere, sed super iisdem considerationibus in majori parte eorum fundatissimum judicium posuerunt.

183

III. Quia iste Medicus probè agnovit impotentiam viri potius esse: *dependeme da qualche altra causa intrinseca latente, e non verificabile, che per via d'altre prove*, ut totidem verbis fassus fuit in ejus peritia, quod ante ipsum fassus etiam fuerat cuidam viri Chirurgus, ibi: *Scorrono per lo scroto, ò borsa del sudetto varicose vene di stagnante sangue, ed altri interni morbosi accidenti &c* Quare autem examinare recusaverit has intrinsecas, & latentes causas impotentiæ, quandò ad hunc præcisum effectum specialiter ab hac Sac. Congregatio fuerat electus, & deputatus, investigare nescimus; Si enim nil aliud Periti facere debebant, quam statum, figuram, & magnitudinem pudendarum partium viri referre, non fuisset opus excellentes Professores in Medicina, & Chirurgia quærere, & deputare, sed potius simplices Barbitonsores, vel alios fide dignos, & crassę minervæ testes adhibere, quòd prorsùs alienum fuit ab intentione EE.PP., qui non alia ratione præsentiam etiam, & interventum primorum Peritorum demandarunt in nova inspectione, quàm ut novi Periti sufficienter ab iisdem edocti de statu illarum partium, per annum antè ab iis descriptum, deq; medicamentis, ab iisdem peritis jam præscriptis, & nullo commodo usurpatis, fundatum darent judicium, consideratis omnibus considerandis ad firmata *per Rot. in Neapolitan. Matrimonii* 2. *Aprilis* 1683. §. *In dictis verò cor. Guaxardo*.

184

185

186

IV. Quia in Peritia nil aliud facit, quàm declarare, & exponere ea, quæ in controversiam nunquam deducta fuerunt, ibi: *Dalla sola inspettione, e contrettatione de genitali esteriori &c. non mi costa bastantemente l'asserta impotenza del medesimo, ò preterita, ò presente, ò futura*; Circa quod concordant omnes Medici, impotentiam viri solidis rationibus comprobantes, nec unquam tale quid somniavimus asserere, & à multo tempore cum juramento comprobaverat ipsemet vir in *Posit.* 10. ibi: *Che l'impotenza di d. Sig. Alessandro non era visibile, in modo tale, che dall'ispettione delle parti si poteva conoscere*; Et clarissimè fassus etiam fuerat unus ex viri Defensoribus, his verbis, ibi: *Ex triplici probationis genere impotentia argui valet, ex illa scilicet, quæ evidens sit, & per virilium aspectum probetur &c. certum verò est, quòd in casu primæ probationis, præsens, quæ agitur causa, ullo modo non reperitur*.

187

Videant igitur EE PP. & eorum summa prudentia, & sapientia judicent, quanam ratione, quove fundamento unus ex Peritis, tanto apparatu electis, tantisq; incommodis instructus, postquam ad viri domum pervenit, consideravitq; illius genitalia, atque non semel in congressu cum aliis Peritis de illorum vitiis disservit, mediantibus tot peritiis, seu appendicibus, judicium suum efformare voluit super illis rebus, quas ipsæmet Partes contendentes, non impugnant, & rogatus non semel ab iisdem Partibus, convictusq; solidis rationibus ab aliis Peritis, ut in ferendo judicio consideraret ea omnia, quæ ad veritatis dilucidationem conferre poterant, id facere constantissimè recusaverit, contentus potius certa in dubium vocare, quàm juxta onus proprii officii, dubia certa facere, quod, non esse legitimum ingenii usum benè observavit *Baccon. de Verulam. lib.*3.*de Vanit. scient cap.*4.ibi: *Ille sit ingenii usus legitimus, qui ex dubiis certa faciat, non qui certa in dubia vocet*; Et improbat *Wendrock in notis ad Epist Provinc. Montalt. Epist* 14.*sect.* 3. *vers. At in hoc fol.* 284. ib: *Illustrari &c. debent dubia perspicuis, incerta certis, non e contra perspicua dubiis, & certa incertis labefactari*.

188

189

Ex dicta autem assertione, quòd ex inspectione, & contrectatione pudendarum partium viri cognoscere nescįverit illius impotentiam præsentem, & præteritam (de qua testantur ipsimet Medici pro eo deponentes) validissimum deducimus argumentum, quòd ratione majo-

190

ri,

ri, nulla sit ei præstanda fides, quoad impotentiam futuram, ut patet ad sensum.

V. Quia in Peritia supponit viri impotentiam satis dubiam ibi: *la giudicio assai dubia*, & tamen ex explicatione omnium partium pudendarum ejusdem, nec etiam in una ex illis recognovit aliquid minimum signum, indicans dubietatem talis impotentiæ? Quomodo autem respectu unius, ejusdemque personæ, & capitis, possunt stare simul, quòd quis credat aliquem impotentem, vel saltem de impotentia non leve dubium habeat, quodque ad scrupulum usque scrutinatis, perpensisque omnibus, ad rem medicam spectantibus, nec minimum reperiatur signum, eandem dubiam impotentiam indicans in genitalibus. Imò omnes illius partes in statu prorsùs naturali reperiantur, & quod magis est, adsint etiam aliquæ, majorem potentiam indicantes, ut respectu viri cum maxima detorsione authoritati magni Avicennæ supponuntur à d. Doctore, venæ turgidæ in scroto, ibi: *anzi &c. le vene turgide conspicue nel scroto sono argomento di maggior potenza*, quòd esse evidenter falsum, & insubsistens, atque à mente ejusdem authoris prorsùs alienum, egregiè demonstrat Prothomedicus, & olim in Romano Sapientię Archigymnasio Anathomię Lector D. Joannes in ejus peritia.

VI. Quia, ut benè advertitur in Voto, seu Consulto D. Pauli M., scatent Peritia, & Appendices manifestis contradictionibus in pluribus, signanter verò in ea parte, ubi dicitur in descriptione, facta per Notarium, ipso dictante: *Li corpi fistolari, cioè nervosi, più piccioli, più duri, e coartati alla proporzione del glande &c* Et in prima ejus peritia, ibi: *Li corpi fistolari, cioè nervosi, più duri, e coartati alla proporzione del glande &c.* & ibi: *che li medemi corpi nervosi siano più duri &c. quid inde?* Et tamen contrarium legitur in ultima Appendice, ibi: *Perche conforme à bastanza dissi sopra quelli due corpi, cioè tubi fistolosi, oltre non essere più solidi, e duri di quel, che li compete; secondo lo stato naturale, e più commune &c* Eadem contradictio reperitur etiam quoad testium descriptionem, quos in actu recognitionis describi fecit *più tosto piccioli, che grandi*. In Relatione postmodum illos ad mediocritatem detorquet, ibi *Devonsi intendere tali in comparazione de massimi, e majuscoli, e per conseguenza mediocri, quali veramente erano:* Et quod omni ponderatione dignum videtur, quia hujusmodi mediocritas non erat apta ad finem præscriptum, impotentiam confundendi, iterum illos ad parvitatem reducit in prima Appendice, ibi: *E li testicoli furono riconosciuti più tosto piccioli;* quod replicavit in 2. Appendice, ibi: *Li testicoli sono ridotti più tosto piccioli.*

Ultra quod autem indecens reputatur, ut quod quis sua voce dilucidè protestatus est, in eundem casum velit suo testimonio infirmare, ut post *Textum in leg. Generaliter Cod. de Non numer. pecun.* his præcisis verbis observat *Card de Albic. de Inconstant. in Judic. quæst. 24. num. 5* hujusmodi contradictio operatur, ut eidem Perito nulla sit adhibenda fides, ut, omissis generalibus, de quibus *Rot. in Cavallicen. Pecuniaria 15. Jun. 1696. § Contra cor. Ulmo*, in nostris præcisis terminis notant *Alex. conf. 143 num. 2.* ubi refert exemplum Susannæ, *& conf. 253. num. 3 in fine, & num. 6. lib 1. Cephal. conf. 140 num. 59. Gigas conf. 46. num. 19. Jo: Maria Brunel inter conf matrim. divers. conf. 70. num 27. & Rot. in Roman. matrimonii 24. Februarii 1668 §. Duo verò cor. Eminentissimo Card. Carpineo.*

VII. Demum, aliis responsionibus, gratia brevitatis omissis, quia iste Peritus, eo ipso tempore, quo derelinquere voluit Regiam viam, per quam unanimiter, firmi erque ambularunt omnes alii Periti, & celebriores Urbis Professores, defecisse constat in illis rebus, & diligentiis, in quibus abundassent ipsimet in Medicina Tyrones; Quis enim ex istis accersitus ad aliquem ægrotum, dubitantem, an laboraret febri maligna, vel putrida, vel acuta &c. non considerat attentè linguam, non perlustrat attentissimè urinam, non tangit, & retangit pulsum, petitque à patiente, an dolore capitis laboret, & similia, non aliam ratione, nisi quia ab omnibus istis signis, & non a solo pulsu judicium de morbo dari posset; Et propius ad nostros terminos accedendo, non reperietur forsan in Medicis Bibliothecis liber aliquis, in quo agatur de patiente v g. paralisim in brachio, pro cujus curatione vocatus sit Medicus, qui nil aliud faciendo, quàm ipsum considerare, & videre, an sit debitæ magnitudinis, vel coloris, judicium de paralisi inconsideratè proferat, sed, ut doctissimè in nostris terminis ratiocinatur D. J. M, & cum eo omnes celebriores Urbis Medici, quilibet mediocriter in Medicina, & Chirurgia versatus, imitando celebre consilium *Jo. Baptistę Silvatici*, imo quilibet Barbitonsor, diligentiam aliquam adhiberet, experientiamq; faceret, an ęgrotus posset brachium in suspenso tenere, an puncturas sentiret, ab eoque peteret, an unquam brachium movere tentaverit, an ad hunc effectum medicamenta adhibuerit, an ista juvamen aliquod attulerint, & similia.

Cur autem in nostris terminis à Perito id practicatum non fuit, nostrum non est perscrutari, quando recursus habitus fuit ad meras divinationes, & prorsùs insubsistentes pręsumptiones in fine secundæ Appendicis, quæ divinationes de directo repugnant juratis confessionibus viri; Ita ut non sine fundamento conqueri possimus, quòd iste Peritus observare recusaverit ea, quæ ex omnium Medicorum judicio, & ex ipsamet terminorum explicatione, ad rem medicam pertinebant, quæque summopere ad rem, de qua agebatur, faciebant, & deindè insistere voluerit in meris divinationibus, habentibus contra se evidentiam facti, & juratas confessiones viri, quòd ex Medicis etiam improbat *Vincentius Alzarius Crucius in quæsitis per epistolam centur. 3. Epistola ad Julium Cæsarem la Galia*, ibi: *Non prudentis sit in re tanti momenti divinatione uti*: Non esse autem præstandam aliquam fidem testi, seu Perito, asserenti contrarium ejus, quod dixit Principalis, observant adducti per *Rot. in dec 1. num. 14. apud Salgad. in Labyr Credit. & dec 421. num. 12. & decis. 916. num. 5. cor. Cerro*; Et in punctualibus terminis confessionis impotentiæ *Rot. in Mediolanen. Impotentiæ ad coeundum 16. Martii 1588. §. Confessio cor. Giptio*, ibi: *Confessio enim Alphonsi &c. medio juramento facta, a procul dubio &c. ipsi nocet, & quibuscumq; testibus, aliter dicentibus, præfertur &c.*

Et applicantur ea, quæ scripta reliquit *D. Gregor. homil. 37. in Evangel.* ibi: *Nunquid aliud Judex nunciat, aliud Præco clamat.* Vir enim juramento non semel dixit: *Che li medicamenti, non hanno fatto profitto alcuno, che dd. medicamenti riuscivano nocivi, e perniciosi alla vita di esso.* Et iste Peritus, abutendo nomine, & violando Periti officium, verè cum illis metaphisicis ideis, quas in secunda Appendice improbat, divinando asseruit: *Che il Sig. Alessandro dall' ultima cura sia forse rimasto risanato.*

Minus credimus ex adverso insistendum in resolutionibus hujus *Sacræ Congreg. Mutinen. Matrimonii diebus 30. Julii 1672. & 17. Mart 1674.* Reperta enim Positione ejusdem causæ, illaque attentè pervoluta, apparet, quod quidam Matthæus de Casalgrandis, bonus potius, quam impotens vir, die 12. Februari 1654. matrimonium fer. fer. contraxerat cum quadam Clara Vezzali cum qua per plures annos pacificè cohabitaverat, deinde vero eadem Clara, viro relicto, liberioris vitæ gratia, ad Urbem accessit, ubi sine viro facile est coniicere, qualem vitam per spatium 16. annorum duxerit; Tractu autem longissimi temporis 18. scilicet, & ultra annorum, stimulis honoris potius, quam conscientiæ agitatus idem Matthæus, pretendere cæpit matrimonii nullitatem, quia *indotto da preghiere, e forzato da minaccie mi convenne sposare in Modena una tal Mad. Chiara Vezzali, ma non prestai mai il mio libero consenso, ma violentato, se bene poche ore dopo il supposto matrimonio mi fu levata la sudetta delle mani, e condotta, per quanto hò poi inteso, fuori di Modena, e dopo à Roma, della quale io non ne hò mai fatta alcuna istanza*; sunt verba juratæ depositionis ejusdem, in qua habetur quidem mentio ejusdem assertæ impotentiæ, sed potius tanquam appendicis, quàm principalis motivi dissolutionis, ut ex lectura, cum qua confessione viri se conformavit ejusdem Procurator coram Sacræ Congregationis insistendo principaliter in d. qualitate metus, & violentiæ, ut ex ejus Scriptur, ibi: *Annis retrò elapsis fuit violenter contractum matrimonium inter Matthæum Casalagrandem ex una, & Claram Vezaliam ex altera, nulla servata forma Sacrorum Canonum, quod autem supradictum matrimonio fuerit violenter contractum, constat ex propria confessione supradicti Matthæi &c.* & infrà; *Tanto magis est locus irritationi supradicti asserti matrimonii, quia non fuit adhuc consumatum carnali copula, non solùm ob deficientiam potentiæ coeundi suprad. Matthæi &c.*

Cognita autem fraude, atque manibus palpando insubsistentiam hujusmodi prætensionis & nimis affectatæ depositionis, ferè per eadem verba duorum vulgarium Medicorum Carpensium, circa confictam impotentiam ejusdem Matthæi, meritò summoque jure Sacra hæc Congregatio dd. diebus rescripsit *Ex deductis non constare de nullitate dicti Matrimonii* quæ proindè resolutiones prorsùs inallegabiles sunt in nostro casu.

Quia (ut liquet ex pluribus Votis EE. PP. tunc temporis in Congre-

Congregatione sedentium) quidquid sub involucro debilissimæ probabilitatis de mero possibili divinabatur, asserta impotentia non probabatur de præterito, & ante matrimonium concludenter, & certitudinaliter, ut esset necessarium, sed solùm de præsenti, post scilicet 18. annos à die contracti matrimonii, ut legitur in attestationibus Medicorum, ibi: *Quapropter probabiliter conjicimus, quantum ars conjecturalis polliceri potest, ipsum ineptum esse ad rem veneream exercendam, ac completam copulam carnalem perficiendam &c. Carpi die 6. Octobris 1671.* Et in alia attestatione Medicorum, ibi: *Testamur, illum esse nunc impotentem plene ad actum, sive copulam conjugalem Mutinæ die 8. Junii 1673.* Et in Relatione Reverendissimi Episcopi Mutinen., ibi. *Quia duo ex medicis, &c. testantur, illum esse nunc impotentem plane adactum, seu copulam conjugalem &c. Mutinæ 6. Maii 1672*

206

207

Et optima ratione, quia totum fundamentum Medicorum, pro impotentia affectatè deponentium, constituebatur in pravitate testiculorum, allegata post 18. annos, quam supervenire posse temporis progressu, licèt a nativitate non adsit, communiter asserunt Medici, ut probant adducti per *Schenck. lib. 3 observat. Medic. de Testic. pag.* 584. ubi id refert sequutum in personam cujusdam Monachi: *Cujus testes* (sunt ejus verba) *licet in adolescentia moderatam magnitudinem a natura fuissent adepti, nihilominus processu temporis &c. fere penitus contrahere, &c. Zacch. quæst. Medic. legal. &c.*

208

209

Impotentiam autem subsequentem non esse aptam ad dissolvendum matrimonium, præcipue post lapsum longissimi temporis superventam, determinant *Textus literales in Canon. Si Uxorem 32. quæst. 5. & in Can. 32. qu. 7.* late *Bonacin. Oper. moral. to. 1 de Impedim. matrimon. q. 3. punct. 13 proposit. 3. num. 12. ante finem*, & latissimè *Sanchez de Matrim. lib 7. disp 102. per tot.*

210

In Romana quarti Dotalis 15. Junii 1635 quæ est *la* 399. *cor. Dunoz. jun* repetita *in rec. dec. 54. par 7. & apud Zacch qu. Medic. legal. decis.* 71. agitur de matrimonio incidenter, & ad effectum lucrandi quartum dotale non autem de illius fœdere, seu dissolutione; Meritò autem dicitur ibidem *nu-4. & seqq.* quod ad dictum bursalem effectum mulier, non obstante reclamatione infra bimestre, tenebatur præstare patientiam viro, quia eadem mulier nullo modo probaverat ejusdem viri impotentiam, ut ex lectura. Imo ex lectura aliarum decisionum antecedentium, in eadem causa emanatarum, apparet de contrario, potentia nimirum viri, quem uxor admittere semper recusavit, ut videre est in *dec. 320. n. 5. & 6. & in dec. 361. n. 12 cor. eodem*

211

212

Dec. verò 695. par. 1 & 392. par. 4. t. 2. rec. sunt *in Pampilonen Matrimonii cor. Coccin* cor. quo in eadem causa sunt aliæ sex decisiones, ex quarum lectura patet, esse in terminis viri, nullam impotentiam realiter, & secundùm se habentis, sed solum comparative ad mulierem, quæ supponebatur valde arcta, quod nihil prorsus commune habet cum nostris, in quibus impotentia se tenet ex parte solius viri, impotentis cum omnibus mulieribus, sive corruptis, sive virginibus, cum quibus copulam habere tentavit; Aliæ demum authoritates ad nostrum casum, nullo modo applicantur, ut ex lectura, supplicantes EE. PP. observare, quod nulla ex hucusq; allegatis descendit ad nostros terminos, matrimonii scilicet contracti cum mala fide viri, antea impotentis, in qua circumstantia totum causæ pondus residere videtur, & in quibus terminis impossibile forsan erit adducere, nedum resolutionem aliquam hujus Sacræ Congregationis, vel alterius supremi Tribunalis, sed etiam aliquem Consulentem ad causæ opportunitatem qui afferat permittendum esse cohabitationem viro impotenti, & matrimonium attentanti cum mala fide, & morali certitudine suæ perpetuæ impotentiæ.

213

214

Regulæ demum generales favorabilitatis matrimoniorum habent locum in casu, quo illa suum effectum sortiri possunt, benè *Gigas in singul. de Matrimon. singular. 72 per tot.* Nec procedunt quando certum est, matrimonium non fuisse consummatum, egregie *Tancred. de Matr lib. 7 disp. 108. num. 6. & de Just. de Dispensat. Matrim. lib. 2. cap. 17 nu. 18.* Minusque habent locum, quando daretur occasio scandalis, & peccatis, ut in præsenti, ut probat *Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 100 num 14* Hisenim concurrentibus verus matrimonii favor est, illud statim dissolvere juxta communiter receptam theoricam *Abb. in cap Series num. 5. ante med. de Testib.* de qua *Felin. in cap Lator sub num. 3. Sent. & re judic.* ubi, quòd dictum Abbatis est verissimum, quia ita favor est dissolvere matrimonium, nulliter, & mala fide contractum, sicut consolidare legitimè contractum, & *Rot. cor. Pamphil. dec. 16. num. 6.* Ultra quod termini dissolutionis in nostra hypothesi, nec etiam sunt applicabiles, quia attenta antecedenti perpetua, insanabilique impotentia viri ante contractum matrimonium, illud fuit in radice nullum, ut in præcisis terminis advertit *Adden. ad dec. 392. num. 34. par. 4. tom. 2. rec* & firmavit *Rot. in dec. 320. num. 6. cor. Dunoz. iun.* & quando matrimonium nullum est, dissolvi non dicitur, ut in individualibus terminis nostri casus observant *Hostiens. in cap. 1. nu. 1. & Frigid. & malefic. & Monald. cons. 5. num. 95. tom. 2.*

215

216

217

Perstringendo igitur omnia hucusque deducta, supplicamus observare, quod duos habemus Textus in Jure Canonico, ad rem facientes, quive inter se videntur diversi, Unum *in cap. 1. de Frigid. & malefic.* Alium verò *in cap. Laudabilem eod. tit.* Aut igitur in præsenti controversia procedendum est cum dispositione *d cap. 1.* & attenta reclamatione mulieris intra bimestre, & impotentiæ signis, nedum dubiis, & præsumptivis, qualia requirit Textus, sed etiam verisimiliter certis, ex hucusque probatis, & nulla superesse videtur difficultas, quin in executionem d. Textus possit mulier, si velit, alteri in Domino nubere. Aut procedendum est cum alio *Text. in cap. Laudabilem*, & attentis probationibus perpetuæ impotentiæ viri, ante matrimonium, nec etiam est locus cohabitationi triennali, ad literam ejusdem Textus, ibi: *Si frigiditas, priùs probari non possit, cohabitent per triennium*, ubi *Glos. verb. Priùs*, ait. *Quod si prius probari poterit impedimentum, non expectabunt per triennium. Innocen. num. 1. vers. Nam si primo probari possit statim petenti dabitur licentia contrahendi, & Gonzal num. 3.* ibi: *Si impedimentum coeundi constet, statim matrimonium separatur, aliàs cohabitabunt conjuges per triennium*, & latè *Guttier. de Matrim. cap. 120. sub num. 3. Pont. eod. tract. lib. 7. cap. 66. num. 1. & Card. de Luca pariter de Matrim. disc. 9. num. 11.* & egregiè *Feuret. de Abus. lib. 5. cap. 4. num. 11. fol. mihi* 127. ubi, quòd quando ex medicorum judicio constat de viri impotentia non est permittenda cohabitatio triennalis, imo nec terminanda est, si fuerit inchoata.

218

219

220

Aliàs enim sequeretur intolerabile absurdum, ut scilicet vir, qui de sua impotentia est plusquam moraliter certus, tentando cum pessima fide, & non sine maxima profanatione magni Sacramenti, innocentem mulierem sibi matrimonio jungere, posset per triennium cohabitationis omnem voluptatem cum illa captare absque ulla peccati nota, & forsan non sine meriti prætensione, per ea, quæ videri possunt apud *Div. Thom. in Supplem. 3. partis quæst. 41. art. 4. & quæst. 42 art. 3. & Card. Bellarm. tom. 2. controv. lib. 2. de Matrim. c. 1. & seqq. & du Hamel. in Theol. specul. & pract. tom. 7 de Matrimon. lib. 1. disput. 3. cap. 4. per tot.* Quod ad sensum unius ex EE. PP. nedum repugnare videtur omnibus principiis, sed directè opponi ipsimet rationis bono.

221

222

In eadem Causa.

IN sequelam literalis dispositionis Sacrosancti Concilii Tridentini *sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 5.* habentis locum in omnibus impedimentis dirimentibus, ut cumulatis concordantibus observat *ibid Barbos num. 2.* & probat *Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 42 num 7.* non adest apud tractantes de magno matrimonii Sacramento propositio magis certa, magisque communiter recepta, quam, conjugem, qui mala fide matrimonium contraxit, cum scientia nimirum, vel etiam dubio suæ perpetuæ impotentiæ, vel alterius impedimenti dirimentis, statim separandum esse, & nedum indignum prorsus esse omnium sacrorum Canonum favoribus, sed carere etiam ipsamet spe ab illis juvandi; Nec taliter contrahentem absque peccati labe posse debitum petere, ut videre est apud innumeros, quos citant, & sequuntur *Sanchez de Matrim. lib 2. disp. 41. num. 24. & 51. & disp. 42 num 7. & disp 43. num. 3. & 8. Tolet. Institut. Sacerd. lib. 7. cap. 18 num. 3* ubi, quòd in hoc omnes conveniunt, *Perez de Matr. disp. 53 sect. 2. num. 1. Bonac. Oper moral. tom. 1. de Matr. quæst. 4. punct. 4. propos. 3. num. 10. Barbos. ad Concil. sess. 24. de Reform Matrim. c. 5. n 2. Filliuc Oper. moral. tom. 1. tract. c. 9. n. 343 & Guttier de Matrim. c. 50. n. 1.*

223

224

Et viva ratio subnectitur in eadem dispositione Conciliari, ibi: *Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facile experiatur, cujus salubria præcepta temere contempsit*, exponendo scilicet tam magnum Sacramentum evidenti nullitatis periculo; Addita alia ratione, per eosdem Authores communiter adducta, quia per matrimonium mala fide contractum,

225

tractum, nullum jus in uxoris corpus acquiritur; Sicuti enim qui incipit rem alienam cum dubio, & mala fide possidere, juxta notoria, utriusque Juris principia non potest illa uti, vel retinere, ita etiam qui mala fide matrimonium contraxit, illo uti non potest.

In præsenti autem, virum cum pessima fide, hoc est, cum indubitata scientia suæ perpetuæ impotentiæ, matrimonium attentasse, vel saltem juxta lecturam proprii Summarii, & sensum ipsius Defensorum cum maxima, innegabilique dubietate suæ perpetuæ impotentiæ, comprobant actus illud antecedentes, concomitantes, & subsequentes, de quibus latè in nostris Scripturis. 226

Hoc posito, & præ oculis habendo innumeras alias demonstrationes ejusdem perpetuæ impotentiæ, supperadditas post matrimonium ex replicatis Peritiis, & Votis excellentissimorum Professorum, ex irrito conatu, inutilique experimento ferè per annum cum uxore, ex frustraneo usu tot medicamentorum adhibitorum mediantibus replicatis congressibus insignium Medicorum, & aliis in nostris Scripturis comprobatis, & recensitis, quæ omnia, nedum dubium in summum auxerunt, sed imo illud totaliter abstulerunt, reducendo illius impotentiam ferè ad evidentiam: atque ad talem statum, ut verè innegabilis sit. Nescimus videre quo nam colore tanto apparatu in qualibet linea contrariarum Scripturarum insistatur in intrinsecè mala in his circumstantiis, cohabitatione triennali: *Ecclesia enim triennium experientiæ concedens, non permittit in dubio impotentiæ matrimonium contrahi, sed quando semel legitime initum est, ac suboritur id dubium, concedit illud spatium ad indagandam veritatem &c.* sunt verba doctissimi, & in matrimonii materia communis Magistri *Sanchez de Matr. lib. 7. disp.* 103. *n.* 10. *ante medium*, & egregiè pariter *Ledesm. eod. tract. in addit. ad tertiam partem*, *D. Thom. q.* 55 *art.* 11. *diffic.* 2. *lit. D. vers. Ad quartum*, ibi: *Si cohabitatio haberet adjunctum periculum morale accedendi ad non suam, ipsa cohabitatio, ut sic esset intrinsecè mala, sicut ipse accessus ad non suam, nam qui amat periculum peribit in illo, & ita in tali casu nullo modo deberent cohabitare simul*. Antecedenter autem *lit. C.* firmaverat, non posse totam Ecclesiam in his circumstantiis facere, ut cohabitatio, sive accessus ad mulierem sit licita. 227 228 229

Numquam somniavimus asserere, errasse Ecclesiam stabiliendo cohabitationem triennalem, & præcipiendo medium peccaminosum ad explorandam impotentiam, quia hanc triennalem cohabitationem non concessit cuicumque matrimonium attentanti, seu veriùs profananti, sed illis dumtaxat, qui cum bona fide, & fundata, probabilique spe consumationis illud validè contraxerunt, quod nullam involuit malitiam, ut de se patet: Benè verum est, quod id, quod ex institutione Ecclesiæ sanctissimum est, vellet exadverso ad peccatorum abyssum trahi prætendendo idem experimentum concedendum esse etiam ei, qui matrimonium cum pessima fide suæ perpetuæ impotentiæ contraxit, quo nihil absurdius dici, nilve intolerabilius valet excogitari. 230

Sola lectura *Textus in cap.* 1. *de Frigid. & malefic.* ostendit insubsistentiam contrariæ interpretationis circa concessionem audientiæ tantum ad favorem mulieris reclamantis intra bimestre, non verò quoad sententiam super dissolutione matrimonii, cùm enim ibidem literaliter determinetur, *ut in tali casu reclamationis mulier, si vult, nubat in Domino* hæc verba, non obstantibus contrariis glossis, manifestissimè indicant, Textum loqui de dissolutione, non de simplici audientia, in quem sensum illum communiter interpretati sunt Doctores, citati in principio, & signanter *Perez de Matrim. disp.* 37 *sect.* 11. *n.* 9. *ante finem*, ibi: *Probatur id totum, quia in dicto c. fit distinctio inter casum, quo mulier non statim clamat, viro negante impotentiam, & decernitur, viro credendum esse, nec audiendam mulierem &c. & casum quo statim clamat, & decernitur audiendam esse, dissolvendumque statim matrimonium per rectum judicium; At si per hoc rectum judicium intelligeret Textus, quando transactum est triennium, vel signa sunt verisimiliter evidentia, nulla esset differentia, quia etiam, quando non statim proclamat, est in hoc duplici casu audienda, ac dirimendum matrimonium.* 231 232

Nec contrarium firmant *in d. cap. Butr.* supponens, nulla, vel nimis debilia adesse signa frigiditatis, *Præpositus*, explicans solum in genere, quod nam dicatur rectum judicium, *Zabarella*, loquens, in casu quo frigiditas probari non potest, *Barbosa*, stans pro contraria opinione, *Tamburin. de Matrim lib.* 8. *tract.* 1 *de Impedim cap.* 13 §. 4 *num.* 9. & *seqq.* qui retorquetur ad hominem quando, ut in præsenti verificatur, matrimonium contractum fuit cum mala fide, *ut in num.* 12. ibi: *Quid si probetur per certas probationes mala fides, nempè, conjugem cum cognitione suæ impotentiæ matrimonium contraxisse, respondeo, profectò putarem tunc esse matrimonium à Judice dissolvendum, quia in eo casu conjugi non faveret possessio*, & *Rot. dec.* 361. *cor. Dunoz. jun.* loquens ad effectum pecuniarium, seu bursalem. 233

Nihil respondetur mathematicæ demonstrationi viri impotentiæ, derivanti ex corporum fistulosorum angustia versùs pubem, & excessiva duritie in quibus partium dispositionibus, seu veriùs indispositionibus omnes Periti fuerunt concordes, Ex hujusmodi enim corporum duritie, & angustia, quæ componuntur ex venulis, nervis, & musculis, impossibilis redditur penis extensio, quia illorum minimæ cavitates non sunt permeabiles a spiritu & sanguine, quibus deficientibus impedita remanet extensio, & durities, ad coitum necessaria, ut mathematicè, & eruditè ostenditur in omnibus peritiis, & meliùs in fundatissimo Voto D. J. Mariæ. 234 235

Nec meretur allegari, quid quid aliqui Medicinæ Professores, extrajudicialiter dixerunt anno 1695. quando fuerunt extrajudicialiter vocati ad consulendum, circa impotentiam viri. Nemo enim ignorat, quod requisitus Medicus ab infirmo salutem propemodum desiderante, pro aliquo opportuno remedio, licet morbus secundum artem insanabilis censeatur, attamen ad complacendum Instanti, medelas non denegat, salutem restituere promittit, morbum insanabilem nullatenus asserit, & similia pronunciat, ut sublevetur infirmus, ut in dies experimur, neque ideo redargui poterit de contrarietate, & inconstancia, si deinde tanquam Peritus a Judice deputatus, ut suum judicium pro veritate affirmet super qualitate morbi, illum exinde insanabilem judicet, quem prius sanare promiserat, quia diversum penitus est simpliciter consulere, & seriò judicare, ejusque sententiam medio juramento, secundum ejus conscientiam, proferre. 236

Ultra quod præd. excellentissimi Professores, & si tunc temporis dixerint, nullum reperiisse defectum in pudendis viri, non ideò sibi contradixerunt in successiva judiciali Relatione, in qua vitia, & signa impotentiæ descripserunt, quia aliud est excludere defectus in virilibus, quod idem est, ac deficientiam, aut privationem alicujus partis, quæ integræ erant, dum non carebat vir, neque testibus, neque virga, de quibus intellexerunt Professores; Aliud est vitium, & signa, de quibus in eorum Relatione habetur sermo, quæ sunt innegabilia, & ab omnibus Peritis admittuntur. 237

Pro responsione ad decantatam viri potentiam, innixam affectatis attestationibus proprii famuli, unius Aromatarii, & cujusdam Chirurgi, sufficeret consideratio quod sunt simplices fides lite pendente procuratæ, quæ ex vulgatis nullam merentur attentionem, & tamen illis opponimus sequens judicium septem primæ classis Professorum, ab hac Sacra Congregatione specialiter deputatorum, trium nimirum collegialium Medicorum, & quatuor Chirurgorum, uniformiter affirmantium, & per physicas rationes, mediante precedenti inspectione, & contrectatione pudendarum partium viri, demonstrantium, post dictas affectatas attestationes ejusdem viri perpetuam impotentiam; Quibus si jungatur judicium aliorum viginti, & ultra Professorum, de eadem impotentia deponentium una cum Doct. A confessione in ultima Scriptura circa principium §. *Replica*, ibi: *Stante che le confessioni fatte dal Sig. A. restavano sbattute dalle retrattationi, e disdette del medemo, la potenza venerea del quale, adhuc sta sub Judice, se sia stata diminuita, o abolita, &c.* ad sensum patet, quænam consideratio de dd. attestationibus habenda sit. 238 239

Non est autem multum laborandum pro detegenda voluntaria affectatione, vel palpabili errore eorundem testium; Posse enim imperitos in hac re allucinari etiam in ipsis cadaveribus observat doctissimus D. J. M. in ejus Voto, quod respectu Professorum non ita de facili evenire solet ut experientia demonstravit; Cum enim circa initium præteriti mensis Novembris vir idem practicare tentasset cum D Medico D. iste contrarium, hoc est vitia majora expressis, in illis partibus invenit, ut mediante jurata attestatione palam fecit. 240

Nulliusq; ad hunc effectum remanet efficaciæ exemplum Cardani, qui cum potens esset, ex accidenti tamen ab anno ætatis suæ 21. usque ad annum 31 erectionem non habuisse impudentissimè, & non sine scandalosis circumstantiis scriptum reliquit in ejus Libris, ab Ecclesia sanctissimè proscriptis; Quatenus enim magis propria, magisq; stringentia exempla impotentiæ à nativitate desiderentur exadverso, videri possunt in d. Voto D. J. M. Vis autem stat in eo, quod 241

quòd Vir in nostris terminis, neq; ante annum 21. neque post annum 31. erectionem habuit, quodque de præsenti reperitur in ætate annorum 43. atque ab ejus pueritia usque ad præsens, nullum reperitur medicamentum, quo usus non 242 sit, ferè nullus Medicus, nullus Chirurgus, nullus Chimicus, nullus Aromatarius, quem non consuluerit. In his enim circumstantiis, & terminis, nedum difficile erit invenire aliquod exemplum impotentiæ de facto recuperatæ, sed vix credibile remanet persuadere, id posse evenire, præcipuè cum muliere in summum adversa viro, nisi recurramus ad illa miracula, & ad divinam gratiam, ad quæ re-243 cursum habuit unus ex viri Defensoribus, & quæ nullo modo apta sunt ad retardandam declarationem nullitatis ob impotentiam ex allegatis per *Sanchez de Matrim. lib. 7. disput. 93. num. 8.*

Circa peritiam D. M. C. sumitur ex adverso voluntarium equivocum, ut enim latissimè ostendimus supra §. 173. iste Chirurgus non dicit, viri impotentiam esse accidentalem, 244 & in eodem viro sanabilem, sed, quod vitia secundum se possunt esse sanabilia, quę inter se multum differunt, quia impotentia per accidens potest esse perpetua, ut egregiè observat D. J. M. in ejus Voto.

Non opus habemus recurrere ad Galeni aphorismata, ad Decretales, ad Decisiones Sperelli &c. ad ostendendam fal-245 laciam, & insubsistentiam in certis casibus judicii Peritorum; Unus enim ex Peritis ultimo loco deputatis, loculentissimum nobis exhibuit testimonium in hac causa; Aphorismatis autem ratio non consistit in intellectu, sed in voluntate Peritorum, in qua an defecerit solus iste Peritus, vel potius septem alii, imo 30. alii insignes Professores, inter quos principalem locum obtinet D. L. doctrina, & integritate sa-246 tis notus, quorum major pars litigantes nunquam viderunt, stantes pro viri impotentia EE. PP. judicandum relinquimus.

Iis autem, quæ preventivè supra diximus ad hunc propositum, addimus cum *Divo Augustino serm. 27. de Verb. Dom. cap. 19.* eundem Doctorem factum esse viri acerrimum Advocatum, eo ipso tempore, quo de ordine hujus Sacræ Con-247 gregat. fuerat Peritus interpellatus, quod sicut illius inclinationem, animique propensionem ostendit à sola lectura ejus Scripturæ intra evidentiæ fines positam, ita omnem fidem illi adimit, ut observant *Cyriac. controv. 114 num. 38. Et Card. de Luc. de Dot. disc. 27. num. 5.* ubi, quòd suspecta nimis, satisque levis dicitur authoritas scribentis ad gratificationem, & firmavit *Rot. dec. 438. n. 12. par. 9. rec.*

Generalitates de favorabilitate matrimonii pro quo nulla diligentia reputetur superflua, & in dubio respondendum sit, 248 habent locum, quando matrimonium consequi potest fines illos, ad quos fuit ordinatum, in officium scilicet naturę, & in remedium concupiscentiæ, quando enim prolis, bonum, vel fornicationis vitatio haberi non possunt, ut in præsenti verificatur, in dubio potiùs contra matrimonium respondendum est, ne inducta in favorem, retorqueantur in odium, 249 contra omnes Juris regulas; de quibus in nostris punctualibus termini *Sanchez de Matr. lib. 7. disp. 103. sub num. 1.* ibi: *In dubio favendum esse valori matrimonii, procedit, quando matrimonium potest suum consequi finem, nimirum bonum prolis, aut fornicationis vitationem, quod minime contingit, ubi conjux est impotens, sed utroque fine frustratur, potius ergo tunc adversus matrimonii valorem præsumendum est &c. Sic enim conjux potens non manebit eo matrimonio ligatus, ac integrum illi erit ad altas nuptias transire, quo prolem suscipiat, atque incontinentiæ periculum vitet.*

Conclusio autem, quòd opinio unius Doctoris faciat rem dubiam, ad nostrum effectum retorquetur, quia posito ante-250 cedenti dubio impotentiæ ante contractum matrimonii, in hac dubietate antecedenti, & consequenti conjux mala fide contrahens, nullum habet Jus petendi debitum, seu cohabitationem cum muliere, ut probavimus in principio; Imo attenta mala fide ex dicto antecedenti dubio impotentiæ resultante, nedum non sufficit opinio unius Doctoris ad reddendam licitam cohabitationem, sed ad sensum *doctissimi Ledesmæ de Matrimonio in addit. ad tertiam partem qu. 55. artic. 11. difficul. 2. litera C fol. mihi 108.* ad id non se extendit authoritas totius Ecclesiæ.

Utinam vir in hac causa de anima ageret, non de lana ad sensum *Hostiens. in Summ. de Frigid. & malefic. §. Quomodo, & quando num. 14.* ad quod demonstrandum sufficeret sola 251 consideratio, quòd idem vir solemniter declaravit, velle habere pro formiter examinatis omnes testes, ex hac parte adductos, quoad validitatem matrimonii, secus vero quoad dotis solutionem; Et tamen adducimus testem Religiosum, omniq; exceptione majorem, summa integritate, & doctrina dotatum, & ab ipsomet viro in hac causa consultum, cujus depositio videri potest in nostro Summ. ibi: *Gli portai le* 252 *dottrine nella mia Camera di molti, e stimatissimi Dottori, e Teologi, dandogli à considerare la stretta obligazione, che ne aveva, e da questo non avendo egli, che replicare, solo mi soggionse, che il mio dire era un bel discorso da Confessionario, ma non per lui, dicendomi, che quando si fosse dichiarato per tale, averebbe auuto à pagare la dote, da lui promessa &c. Ed in tutto io conobbi esser divertito dalla confessione di tal verità dal solo interesse &c.* & ibi: *Mi ricordo, che ne partiti, e ripieghi presentatomi dal d. Signor Alessandro per il controverso discioglimento matrimoniale da farlo seguire secondo il suo volere d'indennità di buona fama, ed interesse dotale, egli mi disse, che ogni qual volta la d. Sig. Eleonora avesse voluto deporre super nullitate matrimonii, come forzatavi dal Padre &c. e vi avesse procurato sopra di ciò due testimonj, egli non si sarrebbe opposto, ed averebbe lasciato seguire la sentenza al di lei favore, questo ripiego fù da me detestato, come creduto vano, e falso &c.* Relinquentes EE. PP. judicio, an iste ope-253 randi modus viri connexionem aliquam habeat cum piis meditationibus Sacræ Scripturæ locis adductis per illius Defensores.

Supplicamus igitur responderi pro dissolutione, seu veriùs pro declaratione nullitatis istius matrimonii, usque ab initio, quia in rei veritate attenta mala fide viri, illiusque per-254 petua impotentia, nedum validum momento temporis nunquam fuit, sed ex omnibus matrimonii proprietatibus nihil aliud congruentius de illo prædicari potest, quam profanatio, seu devastatio ad sensum *Coninch de Sacram. disp. 30. de Matrim. dub. 2. num. 18.* relati *à Perez de Matrim. disp. 22. sect. 2. num. 2.* ibi: *Nam profanant ritum, ac nomen Sacramenti, iisque abutuntur ad nequitiam, honesto nomine velandam, quod Sacramento omnino injuriosum est.*

Sacra Congreg Concilii in hac Causa dubio: *An sit locus* 255 *triennali cohabitationi, vel potius dissolutioni matrimonii.*

Die 27 Julii 1697. Respondit: *Dilata, & eligantur novi Periti ex officio pro instructione animi, &c. & referant etiam cum juramento 4. Peritorum.*

Die 11. Januarii 1698. Respondit: *Dilata, & vir experiatur nova medicamenta per Peritos benè visos sub directione D. P per totum mensem Novembris proxime futuri.*

Die verò 10. Maii ejusdem anni 1698. Respondit: *Esse locum cohabitationi triennali.*

Die demum 15. Novembris 1698. Respondit: *In decisis, & causa amplius non proponatur.*

In hujus Causæ resolutionibus, & in multis aliis, in quibus succubui, expertus sum id, quod in suo casu notavit *Rovit.* 256 *dec. 49. num. 13.* his verbis: *Nos experti sumus, quod sæpe sæpius decreta proferuntur ex variis figuris causarum, & ex motivis, quæ nec Partes, nec eorum Advocati somniaverant quidem,* & concordat *Card. de Luc. de Regalib. disc. 128. nu. 3. & de Benefic. disc. 73. num 19.* ubi, quod magna, & Collegialia Tribunalia solent resolutiones capere ex solidis quidem, & fundatis motivis, sed à Partibus, eorumque Advocatis non deductis, neque excogitatis, dum longè diversum exitum habuit in Sacra Rota alia similis Causa, sub titulo *Romana Dissolutionis Matrimonii*, in qua emanarunt decisiones cor. Paulutio, & Ursino, sæpissime supra citatæ; Prout diversum pariter habuit exitum, in eadem Sacra Congregatione, alia contemporanea similis causa *Januen. Matrimonii*, in qua mulier non reclamaverat statim, sed post annos 17. a die contracti matrimonii, & tamen dict. Sacr. Congregat. re solita maturitate discussa, tandem absque alia, cohabitatione respondit, locum esse dissolutioni matrimonii, ut ex illius resolutionibus, quæ sunt sequentes.

Die 14. Novembris 1699. dubio: *An Causa sit remittenda ad Curiam Archiepiscopalem, vel potiùs sit cognoscenda in Sac. Congregatione.* Respondit: *Remittendam esse Causam ad Curiam Archiepiscopalem præfixo termino trium mensium ad illam expediendum.* Die 5. Junii 1700. dubio: *An constet de nullitate matrimonii, vel potiùs, an sit locus cohabitationi triennali.* Respondit: *Ad Archiepiscopum præfixo alio termino trium mensium pro terminatione Causæ, & ad D. Secretarium juxta mentem, quæ fuit ut Archiepiscopus præfigeret terminum viro, ad declarandum an vellet se curationi subiicere.* Die 7 Maii 1701. Respondit: *Dilata.* Die 2 . Maii ejusdem anni 1701. Respondit: *Archiepiscopo pro electione novorum Peritorum ex officio eligendorum, Partibus non suspectorum, extra tamen dominium Januæ, & qui referant intra tres menses, juxta Instructionem, ab Urbe transmittendam* Die 18 Julii 1703.

Res-

Respondit: *Præfigatur terminus verò duorum mensium ad se subiiciendum curæ, quo elapso providebitur*. Die 26. Januar. 1704. *Assignetur novus terminus unius mensis viro à die interpellationis, ad effectum se subiiciendi curæ sub peritis sibi benè visis absque interventu alterius personæ, & transmittatur ad Sac.Congregat. relatio causæ*. Die 17. Maii 1704. *Proponatur dubium, an sit locus dissolutioni matrimonii omninò in prima, etiam unica*. Die 14. Junii 1704. *Dilata*. Die 5. Novemb. 1704. *Pro electione Peritorum ad effectum recognoscendi, & adhibendi fomenta, præfixo termino unius mensis*. Die 14. Novembris 1705. *Dilata*. Die 6. Februar. 1706. *Dilata*. Die 13. Martii 1706. dubio: *An sit locus dissolutioni matrimonii*. Respondit: *Affirmativè*. Die 8. Maii 1706. *In decisis, & causa ampliùs non proponatur*. Obtenta autem per virum in Signatura Sanctissimi nova audientia. Iterum die 12. Februarii 1707. disputatum fuit dubium: *An esset standum, vel recedendum à decisis diebus 13. Martii, & 8. Maii 1706*. fuitque responsum: *In decisis*. Die 9. Aprilis 1707. Respondit: *In decisis, & ampliùs causa non proponatur*. Vide *tom.2.par.1.discept.3.& tom.3.par.2.discept.21.*

DISCEPTATIO XIII.

Papien. Congregationis Intermediæ.

PRO

R.P. Provinciali, & tribus Definitoribus Provinciæ S. Didaci Papiæ.

CUM

PP. Custode, & Definitore Papiensi ejusdem Provinciæ.

ARGUMENTUM.

Congregatio intermedia, quando dicatur validè celebrata, & quæ concurrere debeant ad illius validitatem.

Facti series præsentis causæ non potest magis clarè, majorique brevitate fidelibus oculis EE. PP. subiici, quàm illud desumendo ex jurata depositione majoris, & sanioris partis Definitorii nostræ Provinciæ, nempè RR.PP. Provincialis, P. Archangeli à Belgioioso Exprovincialis, & Definitoris subrogati, P. Sereni à Brandate, & P. Pii à Ritorbido Definitorum, qui nedùm magna pars fuerunt eorum, quæ in d. Congreg. intermedia peracta fuerunt, sed attento voluntario discessu P. Custodis, & P. Definitoris Papiensis à loco destinato, d. Congregat. composuerunt, eademque jurata depositio, & facti usque ad minutias accurata descriptio, legitur per extensum registrata in Processu, ser. ser. confecto, quæ talis est. (1)

Il P.M.R. Carl'Alfonso da Pavia Ministro Provinciale della Riformata Provincia di S. Diego, ottenuta la facoltà dal Reverendiss. P. Vice Commissario Generale di celebrare la prima Congregatione intermedia, spedì per tutti li Conventi della Provincia la Circolare, data circa li 19. di Giugno dell'anno corrente 1714. nella quale, benche non fosse determinato il giorno preciso di celebrarla, s'ingiongeva però di fare le solite Orationi a tal'effetto, come parimenti che li Padri del Definitorio, si trovassero nel Convento di Fontana Santa per tutti li 3. di Luglio, e che li 5. di detto mese si cantasse in tutti li Conventi della Provincia la messa dello Spirito Santo. (2)

Per tanto io Frà Pio da Ritorbido Definitore mi portai al detto Convento alli 2. di Luglio, dove ritrovai il P. M. R. Provinciale, il P. M. R. Archangelo Definitore surrogato, & il R.P. Defininitore Sereno da Brandrate, per non perdere il tempo si diede principio à rivedere li conti de Conventi, e visitare le Fedi delle messe. Comparvero la sera delli 3. detto li RR. PP. Giuseppe Girolamo da Borgo Sessia Custode, e Giuseppe Francesco di Pavia Definitore, onde uniti tutti li PP. del Definitorio la mattina delli 4. s'esibirono li conti, riveduti de Conventi, e le Fedi, visitate delle messe alli sudetti PP. Custode, e Definitore di Pavia, quali dopo d'haverne riveduti alcuni, e visitate ancora loro le Fedi delle messe, dissero, che n'avevano a sufficienza, e che si fidavano di Noi quattro: (3)

Proseguissimo poscia tutti assieme à visitare il rimanente delle Fedi, si dello stato di ciascun Convento, come delle messe, e trovate queste legitime, e sufficienti à tenore della Bolla Innocentiana si venne à trattati Consultorii, in cui lettasi la facoltà sudetta del P. Reverendiss. sentendo li RR. PP. Custode, e Definitor di Pavia, che ivi s'ordinava l'osservanza delle Pastorali, di detto P. Vice Commissario Generale, chiesero cosa comandavano le dette Pastorali. A che rispose il P. Provinciale di non saperlo, perche quando furono spedite non era Superiore, nè si ritrovava in Provincia, soggiunse però, che non poteano essere se non coerenti al Testo canonico *de Elect.* à Decreti della Sagra Congregat. ed alle Constitutioni dell'Ordine, quali osservatesi, supponeva parimente d'osservare le dette Pastorali. (4)

Dimandarono poi li PP. Custode, e Definitore di Pavia al P. Provinciale s'aveva nissuna direttione dal Superior Generale, e che se l'aveva l'esibisse, per darle il suo effetto, à che rispose il P Provinciale, che averebbe osservato quanto gli era imposto, ma che non aveva debito di publicare quello, che aveva in confidenza. (5)

Si cominciorono dunque li trattati consultorii, ne'quali il P. Provinciale stimò bene, che precedesse la nomina de Soggetti capaci, e per merito, e per sofficienza della voce passiva; Mà là dove esso P. Provinciale, e gl'altri trè Definitori nominorono ciascheduno da 10. o 12. Soggetti per Guardiani, non fù mai possibile, che li PP. Custode, e Definitore di Pavia ne volessero produrre, ne meno un solo, nominando per altro tutti quelli del loro Distretto respettivamente, che erano capaci di voce passiva, e pretendendo, che prima, com'essi diceano per la giustitia distributiva, & equilibrio, statuito, e posto in Capitolo dall'Eminentissimo Presidente Cusani, gli fossero assegnati li Conventi di loro sodisfazione, onde dopo assai molesta altercatione, e replicate dissenzioni trà d. P. Provinciale, e trè Definitori da una parte, & il Custode, & un altro Definitore dall'altra, fù loro accordata la scielta de Conventi. (6) (7)

Dopo di che il P. Provinciale esortò ciascheduno a nominare 3. o 4. Soggetti per cadun Convento rispettivamente. Il che fu eseguito dalli 4. del Definitorio, ma non dalli due, cioè Custode, e Definitore di Pavia, che dissero di volere nominare un solo per Convento, e che quest'uno doveva esser proposto dal Provinciale per la ballottazione, e dagli Elettori infallibilmente approvato, & eletto: E perche a questo fù risposto, che ciaschedun'Elettore doveva regolarsi col dettame di sua propria coscienza, massime per il giuramento, che doveva farsi sul Crocefisso, perciò pretendere piena libertà fino alla ballottatione *inclusivè*, ripigliarono, che erano ancora loro uomini di coscienza, che averebbero nominato un Soggetto, la di cui elezione non averebbe pregiudicata la coscienza. (8)

Si che vedendo, ch'erano comparsi alla Congregatione, o per non farla in modo alcuno, o per farla à loro modo; Il P. Provinciale stimò bene di fare, e publicare il decreto, come fù fatto di celebrare la d. Congregatione il giorno delli 5. di Luglio, in cui si cantò la messa dello Spirito Santo, alla quale intervennero detti quattro PP. del Definitorio, ma non li due predetti Custode, e Definitore di Pavia.

Terminata la messa, si diede col campanello il segno solito di congregarsi per l'elezioni, onde comparsi tutti li PP. del Definitorio *nemine excepto*, li due PP. Custode, e Definitore di Pavia cominciarono ad opporre, che non s'erano fatti li trattati consultorii. Al che fu risposto, esserfi fatti à bastanza il giorno antecedente, che se essi non avevano voluto individuare alcuno soggetto, era loro colpa, e per loro colpa non si voleva più tardare la Congregatione; Pregati nondimeno à nominare i loro soggetti, finalmente risposero; che cominciasse il P. Provinciale, e questi nominò per Guardiano di Santa Croce il P. Michiele di Pavia, *omni exceptione majorem*, à cui li PP. Custode, e Definitore di Pavia, diedero eccezione sotto pretesto, che non era à consonanza della pace, mentre non era loro amico, e però non lo volevano Guardiano in quel Convento, dove essi, e li loro Principali erano di famiglia: Con tutto ciò non s'ammisse l'eccezione: Il Definitore di Pavia, nominò per Guardiano di San Giacomo il P. Carlo Maria di Pavia, ma non fù approvato per giustissime cause, che s'addurranno dal P. Provinciale. (9)

Vedendo li due PP. Custode, e Definitore di Pavia, che non poteano far a loro modo, chiesero di far li suoi atti, in che furono compiaciuti, onde fatti venire due testimonii,

cioè

10 cioè il P. Salvatore di Barona, & il P. Leopoldo da Pavia, gli disse il P. Provinciale; PP. devono sapere, come noi 4. siamo qui per fare la Congregazione con pace, e sodisfazione di ciascheduno de PP. del Definitorio, vogliamo osservare li Decreti Pontificii della Sagra Congregatione, e le Constitutioni dell'Ordine; Vogliamo pure osservare la giustitia distributiva, & a questo fine si sono distribuiti li Conventi con sodisfazione di tutti, e ciascheduno di Noi. Ma là dove noi 4. abbiamo nominato 3. soggetti, per cadaun Convento

11 respettivamente, non è stato mai possibile indurre li RR. PP. Custode, e Definitore di Pavia ad invidare più soggetti, ma si dichiararono di voler nominar un solo per cadun Convento, e pretendono, che quest'uno, da medesimi nominato, sia da me proposto, ed infallibilmente approvato, & eletto; A che opponendosi tutte le leggi, non se gli può accordare.

Rispose il P. Custode; E quando questo solo fosse soggetto degno d'esser eletto per Guardiano? Horsù via disse il P. Provinciale, quando il soggetto da loro nominato sia tale,

12 gl'accordaremo *pro bono pacis* di nominarne un solo per Convento, onde fatti sortire li due testimonii, il P. Custode nominò per Guardiano di Binasco il P. Geminiano d'Oleggio, che nell'ultimo Capitolo fù escluso da ogni posto dal P. Visitatore, e parimente quì fù escluso dal P. Provinciale per reato di ribelione, da lui preteso nel fatto di Binasco, dicendo, che era *sub Judice*.

Qui il P. Definitor di Pavia s'alzò in piedi dicendo: Finiamola una volta, e mise mano alla carta per leggere l'appellazione, e protesta preparata, per il che fatti rientrare li

13 due sopradetti testimonii, gli disse il P. Provinciale: PP. siano per testimonio, come il P. Custode ha nominato per Guardiano uno, che per cause, à me note non lo posso proporre, e non ne vuole nominare altro. Senz'altro dire il Definitore di Pavia lesse la detta appellatione, e protesta: A che essendosi dal Provinciale, alla presenza de testimonii, risposto in voce nella maniera, che poi si ridusse in scritto, s'essibì subito a sudetti PP. Custode, e Definitore di Pavia anche in scritto, del che non si curorno, non sortendo altro dalla loro bocca, se non che stavano *in appellatis*, e partirono dal Congresso.

Allora il P. Provinciale ordinò al P. Segretario di citarli giuridicamente, come fù fatto alla presenza de due predetti testimonii, ma sentita da Noi 4. la risposta del P. Custode,

14 che voleva prevalersi della sua libertà, e che stava *in appellatis*, e del Definitore di Pavia, che stava *in appellatis, absque præjudicio Definitoriatus*, essendosi à questo solo intimata le pena statutaria, fù risoluto di non più ritardare la Congregatione, siche citati nella Circolare tutti li PP. del Definitorio, per tutto li 3. Luglio ritrovarsi nel Convento di Fontana Santa per celebrarvi la prima Congregatione, e visitate tutte le fedi delle messe legitime, e sufficienti, publicato il decreto di celebrare in d. Congregatione nel detto Convento li 5. Luglio, nel qual giorno ivi si cantò la messa dello Spirito Santo, ordinata in tutti li Conventi della Provincia per l'istessa mattina, dato col campanello il segno della Congregatione, citati canonicamente li due PP. Custode, e Definitor di Pavia, che non volsero intervenire, fatti, e conchiusi i trattati consultorii, ne quali s'individuorno gl'

15 Esteri ancora, discorrendosi della loro idoneità. Il P. M. R. Provinciale con gl'altri 3. Definitori invocarono di nuovo lo Spirito Santo, e premesso il giuramento sul Crocefisso di eleggere li più degni, si celebrò la Congregatione con giustitia distributiva, e con pienezza di voti à tutte l'elezioni. Fù publicata in Refettorio, sentita da medesimi PP. Custode, e Definitore di Pavia, che si fermorono in Capitolo, appresso la porta di detto Refettorio, in cui entrarono terminata la publicazione, senza dire parola alcuna; Tale in sostanza fu il fatto della Congregatione &c.

Ex quibus remanere videtur evidens validitas, seu subsi-

16 stentia ejusdem Congreg intermediæ, omniumque in illa gestorum, & propterea cum omni fundamento sperant, ac enixis precibus supplicant Principales responderi, *Congregationem intermediam sustineri*, ut in punctualissimis terminis duarum aliarum Congregationum intermediarum nostræ Provinciæ, re maturè perpensa, & Partibus acerrimè informantibus, me scribente pro illarum validitate, bis respondit hæc Sac. Congreg. *in Papien Congregationis, intermediæ*, nempè *die* 21. *Januarii* 1707. *Ponente cl. me. Card. Gabriellio, & die* 19. *Julii* 1709. *Ponente Eminentissimo D. Cardinali de Abdua*.

Attentis autem dictis æquè punctualissimis, ac recentissi-

17 mis resolutionibus hujus Sac. Congreg. acriter contradicentibus Partibus, & inter alios Oppositores in specie emanata contra unum ex hodiernis Adversariis, nempè contra P. Josephum Hieronymum à Burgosessia, tunc temporis Definitorem, & hodiè Custodem nostræ Provinciæ, mirùm certè videtur, quod ad impugnandam validitatem, & subsistentiam nostræ Congregationis insistatur in illismet frivolis prætextibus, & coloratis appellationibus, quæ, acriter informante, ut supra, dicto Adversario, ab EE. PP. tunc temporis inventæ fuerunt minùs habentes, & propterea meritò

18 rejectæ, unde eo magis speramus, & supplicamus, eosdem prætextus reiiciendos esse hodiè, ut in simili ponderat *Rot. in dec.* 1620. *num* 4 *cor. Coccin.* ibi: *Visum fuit DD. ridiculum ea allegare, quæ sæpiùs fuerunt reiecta*.

Nedùm enim pro validitate, & subsistentia gestorum in dicta Congregatione intermedia, omnia Jura clamant, ex animadversis per *Abbat. in cap. licet Episcopus num.* 3. *& seqq. de Probat.* ibique *Geminian. num.* 12. *& Pignatel. consult.* 40. *nu.*

19 1 *& seqq. tom.* 10. & firmatis per *Sac. Rot. in decis* 444. *num.* 34. *part.* 8. *recent. & decis.* 205. *num.* 29. *cor. Priol & in Spoletana* 15. *Febr.* 1683. §. *Minusque cor. Ursino*. Sed, consideratis omnibus iis, quæ illam præcesserunt, & concomitata fuerunt, undique emicant talis validitas, & subsistentia; Ex dicta siquidem æquè distincta, ac innegabili facti serie, superlativè ulteriùs comprobata ex infra observandis, remanet evidens, servata fuisse omnia requisita validæ electionis, necnon fuisse præmissa omnia ea, quæ tam de Jure, quàm vigore nostrorum Statutorum præmittenda erant ante illius coadunationem; Dùm ante illam præcessit specialis facultas P V C. Generalis, necnon illius vigore expedita fuit encyclica Epistola, qua mediante invitati fuerunt Vocales ad dictam Congregationem faciendam, cujus vigore pro tem-

20 pore in illa determinato, omnes Patres, componentes Definitorium, comprehensis etiam Adversariis, se contulerunt ad Conventum Fontanæ Sanctæ, ubi habiti fuerunt tractatus consultorii, in quibus recognitæ, & approbatæ fuerunt attestationes Superiorum circa celebrationem missarum, ad formam notoriæ Constitutionis fa. mem. Innocentii

21 XII. necnon visa, & unanimi consensu admissa fuit facultas P. V. C. Generalis pro celebratione d. Congregationis. Pro die Jovis 5 dicti mensis Julii 1714. peracta fuerunt in omnibus Conventibus nostræ Provinciæ ea, quæ præscripta fuerunt in dicta Epistola circulari, & quæ ex stylo nostræ Religionis solent concomitari coadunationem Congregationis, tam respectu Sacerdotum, quàm Clericorum, & Laicorum Provinciæ; Solemniter publicatum fuit decretum pro celebratione Congregationis dicta die 5. Julii, illudque de more publicè affixum in Refectorio.

De manè ejusdem diei 5. Julii, cohærenter ad omnia supradicta, post solitam missam de Spiritu Sancto, consueto more datum fuit solitum signum initii Congregationis, mediante pulsatione Campanulæ. Atque summa pace celebra-

22 ta fuit Congregatio, in qua omnium votis in illa congregatorum, servatis omnibus de jure servandis, electi fuerunt Guardiani, & alii Officiales nostræ Provinciæ, de quorum habilitate, idoneitate, & optimis qualitatibus, nedùm testes, omni exceptione majores, sunt A. R. P. Provincialis, & tres alii Definitores, qui illos unanimi voto elegerunt, sed, præter illos, alii quinque meritissimi Exprovinciales

23 nostræ Provinciæ in solemni attestatione, ubi cubitalibus literis testantur, nedùm omnes esse famæ integerrimæ, ac bonæ existimation s sed ulterius (sunt verba eorum attestationis) *unquam nostri triennali cujusque guberntio* (& sic per tria integra lustra) *alicujus criminis, vel delicti notati, inquisiti, aut processati sunt, nec in actis nostræ Provinciæ, in quibus sic criminosi notari consueverunt, quidquam, quantumvis minimum, de supradictis describitur*.

Supplicantes hìc observare, eosdem dignissimos testes non loqui ex aliorum judicio, opinione, vel relatione, sed ex

24 propria *experimentali scientia, & indubitata notitia*. & proinde ad augendum illorum fidem verificantur de eisdem ea, quæ de se ipso scripta reliquit *S. Joann. epist.* 1 *in principio*, ibi: *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt, &c. testamur, & annunciamus &c.*

Itaut respectu optimarum qualitatum eorundem Officialium, nedùm applicentur ea, quæ sancivit Cœlestinus III.

25 *in cap. Prudentiam de Offic. Deleg.* quod sc licet *integrum est judicium illud, quod plurimorum sententiis confirmatur*, ibique Gloss. *verb Plurimorum*; Sed etiam id, quod habetur *in leg. Quæstionem* 32. *Cod. de Fideic.* ibi: *Per ampliores homines perfectissima veritas revelatur*, cum aliis à me allegatis *in Institut. Crim. lib.* 3. *tit* 9. *num* 169. *& seqq.* quibus addo *Pignat. consul* 54.

consul. 54.*num.*12.*lib.*10. Et ad rem mirabiliter confert spectabilis authoritas *Cassiodori*, relati, & sequuti *à Perez in Codic.lib.*10.*tit.*65.*num.*7. dicentis, *Dignus à multis, qui meruerit approbari, uni enim acceptum fuisse, interdum gratia est, multis placuisse judicium.* 26

Quibus Religiosorum attestationibus junguntur replicatæ, & enixæ preces multarum sæcularium personarum, pro majori nostræ Reformationis bono instantissimè supplicantium, ut in Guardianos eligerentur illi, à quibus Conventus sperare possent utilitatem, exclusis aliis, à quibus nimium fuerant præjudicati, ut respectu Conventus Filizzani justificamus *in Summ.* effectu subsequuto, ut ex confrontatione electionum. 27

Compatibiliter cum dictis bonis qualitatibus electorum, servata fuit ad unguem, justitiam distributiva inter omnes Religiosos nostræ Provinciæ; Quod est adeò verùm, adeò que evidens, ictuque oculi resultans ex sola confrontatione Officialium descriptorum *in Summ.* ut id neque etiam negare ausus fuerit P. Definitor Papiensis Adversarius; Interrogatus enim à P.Generali, *an in nostra Congregatione fuerit observata justitia distributiva*, intrepidè respondit: *In questa parte pare, che fosse osservata, perche elessero 7. Guardiani Pavesi, 3. per gl Esteri, e 3. o 4. per la Lomellina, e per gl'altri secondo li loro distretti.* In hac autem parte, non possumus summoperè non dolere de nostro infortunio, deque hujus causæ fato; Cùm enim illius principalis inspectio unicè in ea resideat circumstantia, an in Congregatione, de qua disputamus, servata fuerit distributiva justitia, in Guardianorum, ac aliorum Officialium electione, postquam P. Defininitor Papiensis interrogatus specificè, & juxta æquè distinctum, ac necessarium interrogatorium, an illa servata fuisset, & rotundis illis verbis affimasset: *In questa parte pare, che fosse osservata;* ob inadvertentiam Amanuensis, interrogatorium hoc indispensabiliter, imò unicè necessarium, nullatenus evacuatum fuit à R.P. Custode, imo nec à remotissimis circa hoc fuit interrogatus, quamvis multa alia fuerint multiplicata interrogatoria, vel parum, vel nihil ad causam facientia. 28 29

Promulgata postmodum, & more solito divulgata electione dd. dignissimorum Guardianorum, & aliorum inferiorum Officialium nostræ Provinciæ, nemo, vel jota unum, vel miserabilem apicem illis opposuit, neque etiam, vel minimum verbum adversùs illos protulerunt acerrimi Adversarii PP. Custos, & Definitor Papiensis, quamvis, ambo ad nostram Congregationem accessissent, non animo illam faciendi, sed totis viribus impediendi, ad dict. effectum paratas ferendo appellationum formulas, ut ipsimet ingenuè fassi fuerunt in examine in Urbe peracto. 30

Specialiter autem interrogati, quare adversùs tales electiones, concordibus votis conclusas, non reclamaverint, non minùs curioso, quàm puerili adinvento responderunt: *Essendo quel Convento di Noviziato, non volemmo in publico dir niente per non scandalizzare li Novizj*, sunt verba P.Custodis: *Non si fece atto alcuno in publico per non scandalizzare li Novizj*, sunt verba P. Definitoris Papiæ. 31

Notetur quæsò delicatissimus operandi modus eorundem Religiosorum; Nullam habuerunt difficultatem, nullumque, vel minimum dubium non accedendi ad missam de Spiritu S. solemnissimè cantatam de mane diei 5. Julii, quando celebrata fuit Congreg. ad quam non semel, & legaliter, & officiosè invitati fuerunt, idque cum evidenti, palpabilique scandalo, nedùm omnium Novitiorum, omniumque qualificatissimorum Religiosorum nostræ Provinciæ, ibidem coadunatorum, sed omnium Sæcularium, omniumque illarum personarum, ad quarum aures simile factum in præteritum pervenit, vel in futurum pervenire poterit, expressè mediante tali obstinata recusatione, denegando convenire, atque assistere incruento illi Sacrificio, quo mediante juxta nobilem animadversionem *S. Ambrosii in præpar. ad Miss. §. Suscipe ergo*, liberantur plebes à tribulationibus, populi à periculis, captivi à gemitibus, orphani à miseriis, peregrini à necessitatibus, debitores ab inopia, languentes à desperationibus, senes à defectibus, juvenes à suspiriis, virgines, & viduæ à lamentis. 32 33

Et deindè ex delicatæ conscientiæ scrupulis, mira facilitate asserentes, in tantùm nullam emisisse protestationem, nullumque fecisse actum in oppositum, audita electione dd. dignissimorum Guardianorum, & aliorum Officialium à Congregatione solemniter incæpta, & solemniùs terminata, *per non scandalizzare li Novizj*; Ac si modestè tollere unam ex illis formulis appellationum, quibus plena erant illorum caputia, illorumque manicæ, illamque æquali modestia consignando, vel A. R. P. Provinciali, vel saltem P. Secretario Provinciæ, fuisset ex propria natura actus, ex se directus ad alios scandalizzandum; Quo nihil absurdiùs dici, nil vè irrationabiliùs valer excogitari, ut de se patet. 34

Præterea ad penitus, penitusque excludendum hujusmodi somniatum prætextum; Nonnè absque ullo scandali remotissimo colore, vel panico timore, emittere poterant quamcumque protestationem, & recusationem coram honestis viris, sive de Clero Sæculari, sive de Regulari, sive etiam Laicis, juxta formulam, quam Adversarii poterant recognoscere apud eorum Correligiosum *Amen. in Prax. Crim. par.* 1.1.*tit.Canones num.*35.*&* 40.*& par.*2.*sect.*9.*num.*15.*& in Tractat. de Delict. & Pœn. tit.*2 *§.*1.*num.*29. nec non apud *Passerin. in Trib. Regular.quæst.*32.*artic.unic.num.*3.*& seqq.* quos sequutus sui *in meis Instit. Crimin. lib* 4.*tit.*9.*de Appellat. num.*20. 35 36

In omnem verò casum, cùm ageretur de solo scandalo passivo, seu Pharisaico, poterant, illo prorsùs spreto, facere quidquid eis justum, & congruum videbatur ad veritatem propalandam, palamque faciendam, juxta auream illam sententiam, celebreque dictum S.Gregorii *homil.*7.*in Ezech.* relati, & sequuti *à Pignatel. consult.*34.*num.*14.*tom.*2. *Si de veritate scandalum sumitur, utiliùs permittitur nasci scandalum, quàm veritas relinquatur.* 37

Constabilita ex his validitate, & subsistentia nostræ Congregationis, omniumque in illa legitimè gestorum; Nec non demonstrata distributiva justitia, cum qua in illa, testibus ipsismet PP. Custode, & Definitore processum fuit; Et demùm præsupposita idoneitate, & habilitate omnium illorum Officialium, qui in illa ser fer. fuerunt omnibus votis canonicè electi; Videamus, quid adversùs illam in Partibus fuerit oppositum in strepitosa appellatione, vel meliùs postea edocti, atque Sapientum consilio instructi, quid iidem Custos, & Definitor Papiæ subjunxerint in Urbe in illorum examine, facto sub assistentia P.V.C G. 38

Primo loco insistitur ex adverso pro nullitate d. Congregat. interpositioni d. appellationis, acriter prætendentes Adversarii, omnes electiones, omnesque actus, in illa factos post d. appellationem esse prorsùs nullas, irritas, & invalidas, eo quia ipsi non appellarunt ab una, vel altera specie electionis, sed ab omni, & quacumque electione, juxta verba illa d. appellationis, *Ideò cùm simus in Jure Ecclesiæ, & in contemptu nostro, protestantes de nullitate cujuscumque electionis, nullam, & irritam existimantes &c* 39

Pro detegenda insubsistentia hujusmodi magnificati objecti, præmittimus textualem illam, aureamque distinctionem, ab Innocentio III canonizzatam in *cap.Cum nobis* 19. *de Election.* quod scilicet, aut appellatio taliter interponitur, ut conprehendat omnes electiones, itaut nulla electio fieri debeat, post d. generalem appellationem, & illa est prorsùs insubsistens, & nullo modo attendenda, eo quia, ut dicit ibidem *Gloss. verb Nulla*: talis generalis appellatio non valet; Aut verò interponitur appellatio, *Non, ut nulla electio fieret* (sunt verba d Textus) *sed, ut fieret canonica, & tunc si factum electionis canonicè fuerit sequutum, non utique contra formam appellationis hujusmodi, sed magis secundùm eam videbatur esse processum, & ideò licet post appellationem, non tamen contra eamdem fuit electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda*: Consultò autem abstinemus ab allegatione aliorum Authorum, in corroborationem hujus celebris distinctionis, quorum aliquos indicat ibidem *Gonzalez*, & alios citant, & sequuntur *Anton. à Spirit. S. in Director. Regular. tom* 1 *de Elect. tract.* 5.*disput.*5 *sect* 3.*nu.* 37.*Sanctor. in Stat.* 19.*cap.*8.*Regul pag.*582.*& Matthæucc. in Offic.Cur.Eccles.cap.*18.*num.*17.*versic. Cæterùm*, quia existimatur debilitas intellectus adducere Doctores ad probandum id, quod literaliter in aliquo Textu determinatur, ut notant adducti à *Gratian.dec.Marchi* 85 *num* 16. 40 41

Remanet nunc videndum, quomodo appellaverint Adversarii pro applicatione hujus distinctionis; Videtur autem evidens appellasse, ut nulla omninò fieret electio, juxta illa verba *protestantes de nullitate cujuscumque electionis*; Et propterea eadem appellatio perindè habenda est, ac si non fuisset interposita, ut sequendo d. Textum notat ibidem *Gloss. verb. Nulla*. 42

Sed quatenus, palinodiam in hac parte cantando, adversùs dicta eorum cubitalia verba, prætenderent hodiè Adversarii appellasse, ut fieret canonica tantùm electio, non, ut nulla electio sequeretur in d. Congregatione, objectum præventivè sublatum fuit supra, ubi ostendimus, electiones omnes fuisse canonicè factas, servatis omnibus de jure & ad terminos nostrarum Constitutionum servandis, ad terminos 43

minos justitiæ distributivæ, & superlativè concurrentibus habilitate, idoneitate, & bonis qualitatibus electorum; Et proindè pro adæquata, & cathegorica responsione ad ad hanc palinodiam applicarentur illa alia verba Textus *si factum electionis fuerit canonicè subsequutum, non utique contra formam appellationis huiusmodi, sed magis secundum eam videbatur esse processum, & ideò licet post appellationem, non tamen contra eandem electio celebrata, propter quod non erat aliquatenus irritanda &c.*

Quibus additur, quod cùm ex hucusque animadversis, & infra observandis, palpetur manibus, exadversò rationabile nihil, nihilque subsistens fuisse oppositum adversùs ea, quæ ser. ser. gesta fuerunt in nostra Congreg. in omnem casum adversùs talem frivolam appellationem applicarentur ea, quæ ex Generali Concilio Lateranensi registrata fuerunt in *cap. 1. de his, quæ fiunt à majori parte cap.* his verbis *Cùm &c. quod pluribus, & sanioribus fratribus visum fuerit, incunctanter debeat observari, grave nimis, & reprehensione dignissimum, quod &c. pauci, quandoque* (dùo possumus addere in nostris terminis) *non tam ratione, quàm de propria voluntate ad ordinationem Ecclesiasticam procedere non permittunt; Quocirca præsenti decreto statuimus, ut nisi à paucioribus, & inferioribus aliquid rationabiliter objectum fuerit, ac ostensum, appellatione remota, prævaleat semper, & suum consequatur effectum, quod à maiori, & saniori parte Capituli fuerit constitutum &c.*

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo, quamvis cohærenter ad hujusmodi Canonicas, & Textuales sanctiones, possent Principales impunè spernere, & nullatenus attendere d. frivolam, & captiosam appellationem, illa nihilominus in obsequium hujus Sacrosancti Consessus, mediante solemni contraprotestatione: *Si, & in quantum acceptarunt, & ad solum effectum devolutivum, non autem in suspensivo.*

Et quidem optima ratione, quia ad tenorem replicatorum decretorum hujus Sac. Congreg. in electione Officialium nostræ Provinciæ, nulla omninò habenda est ratio Nationum, sed solius meriti eligendorum; Ex parte autem Adversariorum, tam in d. appellatione, quàm clariùs in scandalosis Capitulis, exadversò exhibitis Eminentiss. Cusano, unicè insistebatur in dicta Nationum, seu Districtuum prærogativa, & prælatione, quorum insubsistentia ad hominem demonstrata fuit in responsionibus ad dictas contrarias prætensiones, datas eidem Eminen. Cusano, qui agnoscens exorbitantiam, & insubsistentiam dd. contrariarum prætensionum meritò noluit ampliùs in hac materia se ingerere, manusque apponere circa dd. Adversariorum prætensiones.

In istis igitur terminis, & circumstantiis contrariæ appellationis, interpositæ quidem exadversò ad hanc Sac. Congregat. sed ad impediendam eam normam, & fixam regulam electionis Officialium nostræ Provinciæ, quæ ex ejus replicatis oraculis pro omni futuro tempore bis stabilita, & in sequentibus Capitulis, & Congregationibus intermediis semper ad praxim redacta fuit, nonnisi in solo devolutivo admitti poterat contraria appellatio, nè adversùs omnia Jura Mundi, dicamus, repositum fuisse in arbitrio Adversariorum Provinciæ pacem turbare, Congregationem intermediam impedire, & oracula hujus Sac. Congreg. eludere, interponendo appellationes, ex diametro oppositas Textualibus sanctionibus, supra citatis, nec non replicatis oraculis hujus Sacrosancti Senatus, ex speciali gratia recognoscendis apud *Lantusc. in Theatr. Regular. verb. Elect. n. 3. & 10.* quo nihil insubsistentius valet excogitari.

Et in longè durioribus terminis appellationis indefinitè interpositæ à P. Custode, tunc temporis Defin. nostræ Provinciæ sequentibus verbis: *appellando d'adesso per allora da qualunque atto &c. non solo à Superiori, & alla Sagra Congregazione, ma anche immediatamente ad Sanctissimum &c. Io Frà Giuseppe Girolamo Borgosessia Definitore recuso, & appello, come sopra*; Et absque ulla restrictione acceptatæ, & sequentibus verbis admissæ à P. Præsidente Congregationis Intermediæ habitæ anno 1709. *Fanno bene li Padri à fare li suoi atti giuridici, ed io accetto l'appellazione*; Quas circumstantias exclamando, exagerabat P. Custos in suo Memoriali, Sacræ Congregationi tunc distributo §. *Tantò* ante finem, ibi: *Tanto maggiormente, perchè detta protesta, ed appellazione &c. fu accettata dal Presidente, perche conobbe forse anch'egli ragionevole &c. tutti gl'atti fatti dopo d'esso sono nulli, ed attentati*; in terminis terminantibus contra ipsummet P. Custodem rotundis literis respondit hæc Sac. Congregatio in sæpecitata, sed nunquam satis laudata *Papien. Congregationis intermediæ 19. Julii 1709. Ponente Eminentiss. de Abdua*, cum rescripto: *Congreg. Intermediam sustineri.*

Secundo loco insistitur in defectu tractatuum consultoriorum, cum supposito, quod P. Provincialis noluerit ad illos admittere Adversarios, ex quo motivo asserunt appellasse, ut ait P. Definitor Papiensis in *Processf. fol. 1.* his verbis, *Interrogatus, quare appellaverit*, respondit, *Perche &c. non ci volle ammettere alli previi trattati consultorj*, & concordat P. Custos in examine, facto in Urbe, *d. Proc. fol. 13. à terg.* In quo nescimus percipere ad quem finem asseruerit, se esse constitutum in ætate annorum 40. & 32. Religionis, ac si in illa admissus fuisset in ætate annorum 8. ut constat Processus *fol. 12.* ex curiositate recognitus ab A. Rev. P. Provinciali.

Non possumus insubsistentiam hujus objecti, concludentiùs ostendere, quàm demonstrando contrarium ex illa probationis specie, qua in jure non datur major, quævè proindè à Doctoribus, sequutis *à Rot. in dec. num. 7. cor. Priol.* probationum Regina uno ore appellatur, nempè mediante jurata, seria, & literali confessione, quæ legitur in Adversariorum appellatione ad hanc Sac. Congreg. in qua hæc leguntur, *& cùm in tractatibus consultoriis ad prædictam Congregationem primam intermediam celebrandam habitis, d. P. Provincialis, addictus reliquis PP. Definitorii supradictis, ausus fit sibi usurpare facultatem coarctare Electores ad restringendum numerum eligendorum in Superiores Locales.*

Cùmque uterque Adversariorum actus juramento firmatus sit, hoc est, tam appellatio supradicta, quàm examen in Urbe expletum, antequam ipsi declarent, cuinam ex dictis contrariis juratis depositionibus credere debeamus, nescimus, cuinam ex iisdem oppositis propositionibus fidem præstare possimus; Obiter proindè notantes hìc, quod Adversarii hoc modo, contradictoria cum juramento asserentes, invenerunt modum semel saltem veritatem pandere, juxta nobilem animadversionem; *Card. Pallavic nell' Istor. del Concil. lib. 4. cap 12. num 8.* ibi: *Or il Soave ha trovato la maniera di far vedere, che egli non sempre mentisce, poiche essendo impossibile, che tra due contradizioni una non sia vera, certo è, che egli dicendole ambedue, in una di esse è verace.*

Ultra quod nimis incivile videtur ea, quæ Adversarii in Partibus dilucidè protestati fuerunt, in eundem casum in Urbe infirmare, proprioque testimonio resistere, ut per longè expressiora verba, modestiæ causa hìc omissa, id improbat *Textus literalis in l. Generaliter, versic. Nimis enim, Cod. de non numer. pecun.* & concordant adducti per *Rot. in dec. 105. in fine cor. Otthob. & in dec 231. num. 9. cor. Priol.*

Demùm præter omnem necessitatem, sed ad solius materiæ ornatum, subjungimus ea, quæ adversùs hujusmodi defectum diximus pro validitate alterius Congregationis intermediæ nostræ Provinciæ anni 1707. quando similis defectus de more, sed pari infelicitate se exageratus fuit *in contrario Memoriale*, huic Sacr. Congregationi distributo *§. 2.* ibi: *Perche non precederono a detta elezione li trattati consultorii, mentre avendo convocato il Definitorio &c.* quæque absque ullo scrupulo admissa fuerunt ab hac Sacra Congregatione, illam validam declarando, quod scilicet hujusmodi tractatus consultorii non consistunt, vel in determinato numero verborum, vel in certis discursibus, & limitatis sermonibus, sed in sola aperitione, seu cognitione qualitatum, & idoneitatis proponendorum, ne Electorum voluntas feratur in incognitum, ut in specie notant *Rodriquez quæst. regul. quæst. 53. art. 1. per tot. & Novar in Summ. Bullar. Comment. 108. num. 48.* Quæ eligendorum qualitates superlativè cognitæ erant omnibus PP. Definitorii, & plusquam sufficienter discussæ fuerunt in illis præviis tractatibus consultoriis, quos neque etiam Adversarii negare ausi fuerunt.

Tertiò insistitur in eo quod Adversariis non innotuerit certa, & specialis assignatio diei 5. Julii 1714. pro habenda Congregatione intermedia, ut ait P. Definitor Papiæ *in Processf. fol. 3.* ubi interrogatus: *Quo die celebrata fuit Congregatio.* Respondit: *Fù celebrata li 5. di detto mese di Luglio, &c.* Iterùmque interrogatus: *An esset illa dies præstituta, & determinata ad talem Congregationem*, rotundè id negavit, asserendo *Padre nò*, & consonat P. Custos in eodem *Processf. fol. 13.*

Prò confutatione pariter hujus prætextus repetenda adamussim sunt hìc, sed energia majori, ea, quæ supra diximus in demonstranda insubsistentia secundi, quia pro destinatione dictæ Congregationis faciendæ die 5. mensis Julii, & quidem mediante solito Decreto R. P. Provincialis publicè de more affixo in Refectorio, adducimus in testes, omni exceptione majores, ipsosmet Adversarios, in dicta eorum appellatione, solemni juramento firmata, & eorum solemniori subscriptione roborata, ubi hæc leguntur: *Datum ex præ-*

prædicto Conventu Fontis Sancti die 5. mensis Julii: Assignata per Decretum A. R. P. Provincialis ad prædictam Congregationem celebrandam anno 1714. Ego Fr. Joseph à Papia Definitor, &c. Ego Fr. Joseph Hieronimus à Burgo Sexio Custos, &c. Quomodo igitur, & quanam fronte potuerint hæc solemni juramento firmata, & proprium nominum innegabili subscriptione munita, in Urbe mediante alio contrario juramento, verbis illis omni detorsione incapacibus, *Padre nò*, constanter negare EE. PP. judicandum relinquimus.

Quartò insistitur in eo, quod P. Provincialis recusaverit Adversariis ostendere epistolas P. V. C. Generalis, id con- 63 sarcinando pro alio motivo appellandi, seu impediendi coadunationem dictæ Congregationis intermediæ, ut facit P. Definitor Papiensis, his verbis: *Interrogatus quare appellavit?* Respondit: *Perche primieramente il P. Provinciale non volse mai mostrare le direzzioni, auute dal P. Reverendissimo* & concordat P. Custos *in Proces. fol.* 13.

Quàm frivolus sit prætextus iste ostendit ipsummet nomen, quo ex adverso vocantur epistolæ P. V. C. Generalis, quia si erant solùm directivæ, nullatenùs obligabant P. Provincialem, prout ipsemet P. V. C. Generalis illas vocat, & pro 64 talibus qualificat in 9. Interrogatorio, facto PP. Adversariis, ibi: *Si articuli illi non obligabant sua nullitate electionis, ut ajebat Pater Provincialis, quare igitur ob illos non ostensos appellationem interposuerunt?*

Frigescente gratuita illa responsione, quæ datur per dictum P. Definitorem eidem Interrogatorio, his verbis: *Perche non osservandosi quelle direzzioni &c. non poteva osser-* 65 *varse la giustizia distributiva*; Dùm ex ipsomet ore Adversariorum in nostra Congregatione, absque ostensione dictarum epistolarum directivarum, servata fuit eadem justitia distributiva.

Verissima autem fuit, & ex omni parte subsistens, replicata illa responsio, quam obstinatæ interrogationi Adversa- 66 riorum, pro ostensione dictarum epistolarum directivarum, semper dedit P. Provincialis, quamvè registravit dictus P. Definitor Papiensis *in Proces. fol. 1. à tergo. Detto P. Provinciale sempre rispose, di non avere altro, che la licenza della Congregazione, e se aveva altre lettere, erano di confidenza, e non era obligato mostrarle al Definitorio, e che le lettere erano direttive, e non precettive;* Quia confidentiales epistolæ nemini unquam pandendæ sunt, per ea, quæ notat *Gonzal. in cap. Cum olim* 33. *lit. D. de Offic. & potest. Judic. Delegat.* ubi sequendo *Ciceronem Philipp.* 2. humanitatis omnis 67 expertem meritò vocat eum, qui epistolas confidentiales palàm facit, aliisque communicat, quem sequutus fui *in meis Instit. Crimin. lib. 2. tit. de Crimin. fals. num.* 59.

Certiùs, quia P. V. C. Generalis eadem facilitate, & simili confidentia, qua aliqua scripserat P. Provinciali, scripserat etiam multa PP. Adversariis, ut idem negare ausi non fuerunt, eidem P. V. C. Generali, illos judicialiter interro- 68 ganti, ibi: *Interrogatus undè sciret, P. Provincialem habuisse à me directiones, &c.* Respondit, *Lo sapevo, perche avessimo lettere da V. P. Reverendiss. nelle quali significava, aver mandate le direzzioni, &c.*

Ex qua innegabili facti circumstantia duo sequuntur, primum, quod placere nullatenùs poterat eidem P. V. C. Generali apertio, seu publicatio eorum, quæ in dicta epistola confidentiali P. Provinciali indicaverat, quia si ad praxim 69 reducere voluisset, facili negocio includere poterat duplicatum in dictis epistolis, Adversariis, ut supra, confidentialiter scriptis, & proindè ultrà crimen illud, quod connexum est propalationi eorum, quæ alicui confidentialiter nota sunt, ex animadversis per *Menoch. de Arbitr. cas.* 538. *num.* 3. *& seqq. & Clar. in Prax. Crim. lib. 5. § Falsum num* 33 ibique *Bajard. num.* 203. *& seqq.* verificicatum fuisset etiam mortale peccatum in promulgatione eorum, quæ scribens secreta voluit remanere, per ea, quæ observant *Barbos. in cap. Cum olim num.* 33. *de Offic. & potest. Jud. Deleg. & Amen. de De-* 70 *lict. & pæn. tit. 6. § 2. num.* 1. quos sequutus fui *in meis Institut. Criminal. lib. 2. tit. 6. num.* 68. quibus addo *Ricc. dec.* 98. *per tot. part.* 3.

Secundum verò, quod sapere videtur nescio quid contraria prætensio, insistendi ad effectum videndi epistolas, scriptas P. Provinciali summa confidentia, & summo deindè silentio celandi ea, quæ sibi ipsis scripta fuerant, circa ean- 71 dem materiam ab eodem P. V. C. Generali, dum nec miserabilem emiserunt vocem in Definitorio, eo tempore, quo fiebant tractatus consultorii, quod aliqua etiam ipsis scripta fuerunt, circa directionem gerendorum in Congregatione.

Cæterùm pro alia cathegorica responsione adversus hujusmodi prætextum videndi Epistolas confidentiales, P. Provinciali scriptas pro directione eorum, quæ fieri debebant in d. Congreatione intermedia, mirabiliter urget reflexio illa, quod eædem directiones non poterant esse, nisi conformes Sac. Canonibus, Sacrosanctis Apostolicis Constitutionibus, 72 & Ordinis Statutis, solidè desumendo illius voluntatem à potestate, quam non habebat aliquid injungendi adversùs prædicta, juxta ea, quæ ad rem notant *Roman. cons.* 403. *num.* 5. *Soccin. sen. cons.* 251. *num.* 19 *& Mandell. Alb. cons.* 29. *num.* 16. & firmavit *Rot. in dec.* 192. *num.* 12. *cor. Priol.*

Indèque nimis solidè ad nostrum præcisum effectum observat reformatæ Religionis Alumnus *Mattheuc. in Official. Cur.* 73 *Ecclesiast. cap.* 18. *sub num.* 2. ibi: *Si Generalis proponeret tres, aut quatuor, cæteris ab electione passiva injustè exclusis, mandans expressè Electoribus, ut unus ex illis eligeretur, adjuncto etiam Decreto irritante electionem, aliter factam, non tenerentur electores ei obedire, & proindè non obstante tali præcepto, & decreto possent electores alium idoneum validè eligere, quem Generalis teneretur confirmare, si haberet cætera requisita.*

Eo igitur ipso, quod ex hac parte adductis remanet evidens, in nostra Congregatione fuisse ad unguem servata omnia ea, quæ in Sac. Canonibus disponuntur, ab Apostolicis 74 Constitutionibus præscribuntur, & in Ordinis Statutis determinantur, superlativè adimpletæ dicuntur, & ad praxim reductæ eædem directiones, in confidentialibus epistolis P. Provinciali indicatæ, ut patet consideranti.

Nullatenùs attentis iis, quæ ab eodem P. V. C Generali sperabant Adversarii, dum ad id non solùm non se extendebant ejus facultates, sed positiva jussio hujus Sac. Congre- 75 gationis urgebat; ut oppositum exequeretur, servarique mandaret, ut videre est in punctualissimo *Decreto*, impresso à *Lantusc. in Theatr. Regular. verb. Electio num.* 10. ibi: *Sicque & non aliter exequi mandet, & præcipiat*, idest, Superior Generalis nostræ Religionis:

Quintò insistitur in eo, quod Adversarii nullatenùs fuerunt præsentes electionibus, in d. Congregatione intermedia 76 celebratis.

Textualis autem responsio ea est, quod cùm voluntariè noluerint esse præsentes eidem electioni, postquam ter lega- 77 liter moniti, & ulteriùs ad illam civiliter, & paternè invitati fuerunt, dicuntur se ex proprio facto extraneos fecisse, & reputandos esse, ac si essent alieni, juxta *Textum in cap. Cùm nobis* 19. *de Elect.* ibi: *Quoniam ad electionem faciendam accedere noluerunt, alienos se fecisse videntur, propter quod electioni &c. de jure non posse contradicere videbantur*, cum multis concordantibus apud *Card. de Luc. de Regul. disc.* 53. *num* 3 *Sigismund. à Bonon. de Elect. Canonic. dub.* 12. *num.* 5. *Passerin. eod. tract. cap* 11 *num.* 9 1. *& seq.* & apud *Matthæuc.* 78 nostræ Religionis Alumnum *in Offic. Cur. Ecclesiast. cap.* 18. *num.* 17. *& R. P. D. Ansald. in dec.* 86. *num.* 13. ibique latissimè *in addit. num.* 85 *& 86.* ubi, quod stante illegitimo recessu Vocalium, juridicè convocatorum, sive intimatorum, Capitulum in egrè censeatur remanere, & residere in illis, qui in eodem Capitulo perseverantes, devenerunt ad electionem; 79 *Idem enim est, Capitulares legitimè vocatos non venire, ac postquam venerint recedere sub insubsistenti prætextu*, dicebat *Abb. in cap. Cum Nobis num.* 13. *de Elect.* & advertunt *Tamburin. de Jur. Abbat. disp.* 5. *quæst.* 3. *ex num.* 234. *Passerin. de Elect. cap.* 11. *quæst.* 11. *num.* 92. *& seqq. & Sperell. dec.* 181. *num.* 44.

Cumque non sit sermo de Vocalibus, vel non legitimè intimatis, vel post intimationem moram facientibus extra Conventum illum, in quo celebrata fuit electio, sed de Ad- 80 versariis, qui post legitimam intimationem accesserunt ad locum electionis, in eoque præsentes fuerunt tractatibus consultoriis, de more habitis ante diem electionis, & quod magis est audientibus sonum tintinnabuli, illos in specie invitantis ad interveniendum Congregationi, ibi: *Fra tanto sonò il Campanello, che ci chiamava all'elezzione, & il Compagno del Provinciale venne à chiamarci*, nullam habent excusationem, nullumque allegare valent, vel minimum prætextum impugnandi illius validitatem, ut in individualibus terminis notant *Mattheuc. in Offic. Cur. Eccl. cap.* 17. *n* 17. *in fin.* loquens in punctualibus terminis electionum Officialium, quæ fiunt inter Reformatos, ibi: *Nec potest dici contemptus* 81 *elector, qui præsens in Conventu, ad electionem non accedit sonum campanæ, quo omnes vocantur, &c. & sibi imputet defectum &c.*

Imò notanda in hac parte, & commendatione digna videtur

detur moderatio A. R. P. Provincialis, qui cùm ad terminos *nostrorum Statutorum cap.8.num.92.fol.*199. post juridicas citationes, posset P. Definitorem Papiensem ex dicta causa non accessus, Definitoriatu privare, ut notat *Lantusc. in Theatr.Regul.verb.Definitor Provincialis n.*3. ibi: *Si verò eorundem Definitorum aliquis, legitimè non impeditus, convenire renuit, Officio privetur*, ad talem extremitatem nullatenùs devenit, non sine laude ad praxim reducens vulgatum illud *Taciti in Vita Agricolæ*, *nec pœna semper, sed sæpiùs pœnitentia contentum esse*, quem sequutus fui *in meis Institut. Crim.lib.*5.*tit.*5.*de Pœn.num.*9.

82

Sextò insistitur in eo, quod in nostra Congregatione processum non fuerit cum illis Capitulis, seu restrictionibus, quæ ab Adversariis præsentatæ fuerunt Eminentiss. Cusano, & ab eo nullatenùs fuerunt approbatæ, cum supposito, quod fuerint posteà in parte approbatæ à P. V. C. Generalis, ut asserit P. Definitor Papiensis, quæ conditiones non possunt sine risu, & bile sub oculis haberi, ut sequendo suum Concivem *Horatium Flaccum* ad propositum observat *Card.de Luc. in addit.ad discurs.*64.*de Jurisd.num.*52.

83

84

Seu veriùs non possunt sine animi horrore considerari, signanter prima, ibi: *Essendo la Provincia formata di* 21. *Conventi, abbia ciascuno de' PP. del Definitorio trè Guardiani, con le loro rispettive Vicarie di loro precisa nomina, e sodisfazione*, & sic habita distincta ratione Nationum, & æqualitatis Definitorii, non autem meriti eligendorum, adversùs omnium Sacrorum Canonum, omniumque Apostolicarum Constitutionum dispositionem, necnon adversùs recentissimum illud, sacrosanctum Decretum hujus Sac Congregationis 14 Februarii 1709. quod non est, *se non che una dichiarazione di quel, che dispongono le Constitutiozioni Apostoliche, & i Statuti per l'elezione de' più degni senz' altro rispetto, o dipendenza*; Viamque aperuit distributivæ justitiæ administrationi, *come uniformi alle Constituzioni Apostoliche, & alla giustizia distributiva, che compete a meritevoli*, juxta æquè clara, ac cubitalia verba P. Custodis, In Memoriali huic Sac. Congregationi distributo; Eademque monstruositas evidenti à majori verificatur respectu secundæ, in qua curiosissimo adinvento prætenditur, ut in canonica electione facienda à sex Vocalibus, componentibus Definitorium, vota duorum electorum superent vota alior. quatuor; Itaut si verum amamus, fateri omninò cogimur, contrariam prætensionem ex ipsorummet Adversariorum ore esse destructivam eorum, quæ disponuntur in Apostol. Constitutionibus, & Ordinis Statutis, circa digniorum electiones, quæ prætensio sicuti tolerari nunquam deberet, si in angulo alicujus remotæ Civitatis de facto promoveretur, ita v detur prorsùs intolerabilis, dum tali, tantaque diligentia, & strenuis operationibus promota fuit apud Eminentiss. Cusanum, qui meritò illam rejecit, & hodiè tanta publicitate, tantoque strepitu promovetur coram hoc Sacrosancto Senatu.

85

86

87

Ultra quod ego, fateor ingenuè meam imbecillitatem, nescio percipere, quomodo ex una parte inter se compatibilia sint tremenda illius juramenti verba, quibus ad tenorem nostrorum Statutorum coram Sanctissimo Crucifixo jurare debet elector, se eligere meliorem, quæ refert noster *Matthæucc. in Offic Cur Ecclesiast.verb Officialis quoad Elect.Prælat.num.* 48. unita cum illo rigoroso præcepto P. V. C. Generalis occasione Congregationis intermediæ, de qua disputamus, cubitalibus illis literis injuncto A. R. P. Provinciali: *Injungimus &c. ut electores sub pœna non suffragandi, antequam ad hujusmodi electiones procedant sigillatim coram Ven. Crucifixi Imagine, ac te præsente, juramentum præstent, eos eligendi quodlibet prædictorum Officiorum respectivè, quos in conscientia, & omnibus æqua lance libratis, digniores judicabunt*. Et ex alia parte indefinita illa libertas, illudque illimitatum arbitrium: *Che ciascheduno de' PP del Definitorio abbia trè Guardianie con le loro rispettive Vicarie di loro propria nomina, e sodisfazione*.

88

89

Nescio ulteriùs, & ratione majori percipere quomodo Religiosi illi, qui *per non scandalizzare 3 o 4. Novizj* in uno ex nostris Conventibus, magnum habuerunt scrupulum religiosa modestia præsentare in scriptis judicialem appellationem in manibus A R P. Provincialis, vel Secretarii Provinciæ, nullum deindè habuerint, vel minimum scrupulum scandalizzandi integram Provinciam, imo totam Religionem, contra propria Statuta Ordinis, contra Constitutionem Urbani VIII. contra dispositionem Sac Conc. Trid. & contra Sac. Canones, prætendendo deputare Guardianos, non per Regiam viam canonicæ electionis, sed *di loro precisa nomina, e sodisfazione*.

90

91

Ante confutationem autem hujus veræ scandalosæ prætensionis, dignentur EE. PP. observare, quod hæc Sac. Congregatio ad conservandam formam canonicarum electionum in nostra Religione, per viam regulæ, & legis generalis, re maturè perpensa, anno 1657. die 5. Decembris solemniter determinavit, *injungendum esse* (sunt verba Decreti) *P. Commissario Generali Ordinis hujusmodi* (hoc est nostri) *qui curet, ut omninò tollatur asserta divisio, & conventio, ac electiones præfatæ fiant ad præscriptum Constitutionum Apostolicarum, & Ordinis ejusdem; Sicque, & non aliter exequi mandet, & præcipiat*, quæ per extensum refert, atque exornat *Lantusc. in Theatr. Regular. verb. Electio fol. mihi* 226.

92

Dicta verò divisio, seu conventio, quam hic reprobavit Sac. Congregatio, & per viam legis eliminandam esse præcepit, consistebat in præcisissima, & individualissima prætensione Adversariorum, claris literis expressa in primo Capitulo ex illis, quæ prætenduntur fuisse approbata à P. V. C. Generali, opportunè hic repetenda: *Essendo la Provincia formata da ventun Conventi, abbia ciascheduno de PP. del Definitorio trè Guardianie con le loro respettive Vicarie di loro precisa nomina, e sodisfazione*, prætendendo hoc scandaloso adinvento immutare canonicas electiones digniorum in verum, & proprium Juspatronatus dd. Patrum, componentium Definitorium.

93

94

Quod autem hujusmodi præcisissimus esset abusus, reprobatus d. anno 1657. ab hac Sac. Congregatione, patet ex serie facti, fideliter per extensum registrata *à d.Lantusca*, ubi supra *fol.*226 & hìc ad literam repeten *Trà li molti abusi, introdotti nel Capitolo passato di questa Riformata Provincia, &c. il principale fu l'introdurre in detta Provincia sei distretti, assegnando a ciaschedun distretto un Padre di tal distretto in Definitorio, con i suoi Guardiani, cosa, che a prima faccia pare, che abbia assai del ragionevole, ma li disordini, che del continuo nascono, mostrano il contrario, per essere un elezzione ristretta, & artata contro la libertà, e disposizione de' Sagri Canoni, li quali vogliono, che l'elezzioni siano secondo le virtù, e meriti, e non secondo il luogo, e Patria, simili elezzioni facevano anche le Provincie della Marca, e Bologna, e furono per li molti disordini, che nascevano con gran maturità levate dalla Sag. Congregazione &c.*

95

Dignentur ulteriùs observare quod, his non obstantibus similis scandalosus abusus prætendebatur introduci etiam in nostra Provincia S Didaci anno 1693. sed proposito dubio in hac Sac. Congregatione die 5 Martii ejusdem anni, attenta Relatione Card. Cybo, tunc temporis Protectoris, & referente Card. Petruccio, contraria prætensio fuit penitùs rejecta, mediante Rescripto: *Nihil innovandum esse quoad divisionem*.

96

Dignentur tandem observare, quod verè futili prætextu obscuræ intelligentiæ verborum d. decreti, continuantes PP. Papienses in pretensione habendi med etatem Definitorii nostræ Provinciæ, ad omnem prætextum radicitùs tollendum Religiosi forenses, & exteri anno 1709. die 19. Februarii humillimum habuerunt recursum ad hanc Sac. Congregationem pro ejusdem Decreti (quamvis literalis, & clarissimi) opportuna declaratione, quam referente Eminentissimo de Abdua, benignè obtinuerunt, mediante Resolutione illa *Rescriptum anni* 1693. *nihil esse innovandum quoad divisionem, ita intelligendum esse, itaut nulla habeatur ratio Nationum, & æqualitatis Definitorii, sed solùm meriti eligendorum*, quod successivè in forma specifica confirmatum fuit à Sanctiss D. N. die 8. Martii ejusdem anni 1709

97

98

Hujusmodi Decretum non esse, *se non una dichiarazione di quel, che dispongono le Constituzioni Apostoliche, ed i Statuti per l'elezzione de più degni, senz' altro rispetto, o dipendenza* non probamus adminiculis, & frivolis conjecturis, sed seria, & literali confessione P. Custodis Adversarii, jurati inimici Congregationum intermediarum nostræ Provinciæ, totiesque succumbentis, quoties in controversiam illarum validitatem adducere coram hoc Sacrosancto Consessu tentavit; Ipse enim in Memoriali, ejus nomine dato in hac Sac Congregatione *in Papien Congregationis intermediæ die* 19 *Julii* 1709. nedùm præd cta asseruit *in §. Al secondo*, sed ulteriùs *in §. E se bene*, subdidit: *Nulladimeno fù &c. gradita, e col dovuto rispetto da loro riceuta tal dichiarazione, uniforme alle Constituzioni Apostoliche, & alla giustizia distributiva, che compete à meritevoli*.

96

100

Ex quibus palpatur manibus exorbitantia contrariæ prætensionis, aperta fronte omnibus viis insistendo, ut omnibus istis non obstantibus, adhuc in nostra Congregat. intermedia esset procedendum per d reprobatam viam divisionis, tam Definitorii, quàm Guardianiarum, non semel, sed ter solemni-

101

ter ab hac Sac. Congreg. ut supra, proscriptam, cum præciso mandato, injuncto Superiori Generali nostræ Reformationis, ut nullo modo illam permittat, sed omninò exequi curet dicta Decreta Sac. Congregat. pro omnimoda libertate electionum, nullam habendo rationem districtuum, sed solius meriti eligendorum, ut observat *Lantusc. in Theatr. Regular. d. verb. Electio fol. mihi 226.*

Conceptum hic retinendo sermonem, ne mea verba ab Adversariis molestè accipiantur, non possum omittere reflexionem illam, ex qua exorbitantia contrariæ prætensionis 102 crescere videtur in immensum, dum non solùm prætendebant, procedendum esse per d. ter reprobatam viam divisionis Conventuum, sed ulteriùs, quod non multos, sed unum dumtaxat pro unoquoque Conventu, possent nominare Religiosum ex eorum districtu, illumque necessariò eligere tenerentur reliqui ex Definitorio, ibi: *Il Custode, e Definitore di Pauia, dissero, di voler nominare un solo per Conuento, e che quest'uno doueua essere proposto dal Provinciale per la ballottazione, e dall'elettori infallibilmente approvato, ed eletto.*

Idque, nedùm contra naturam, proprietatem, & essentiam electionis, ex animadversis per *Camil. in Director. 103 election. cap. 1. num. 9. Bordon. resol. moral. resol. 26. num. 26. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 33. & Castellin. de Elect. cap. 8. num. 7. & seqq* ex quo electio nunquam potest in tali numero, seu veriùs, & proprius in principio numeri, verificari, eo quia unitas non est numerus, sed numerorum principium, ut sequendo *Euclidem lib. 7. Element. definit. 2.* notant generaliter illius Commentatores, & signanter *Vitalis Jordanus fol. mihi* 304. & in nostris præcisis terminis egregiè *Passerin de Elect. cap. 2. num. 5. & seqq* ubi sequendo *Div. 104 Thom. 1. 2. quæst. 13. art. 2.* aliosque ibidem citatos, convincentem adducit rationem his verbis: *Et ratio est, quia non est electio, ubi non sunt plura eligibilia &c & ita est contra substantiam electionis, quod electores necessitentur ad unum certum, & determinatum eligen.*

Sed contra Jus Commune, contra dispositionem Sac. Concilii Trident. contra cubitalem Bullam fa. me. Urbani VIII. 105 in specie emanatam pro nostra Religione, quam per extensum registravit *Lantus. in Theatr. Regular. verb. Electio nu. 2.* uno verbo adversùs omnium Jurium dispositionem, omnesque congruentias, & naturalem discursum.

Et quod intolerabiliùs videtur, prætendendo habere majus jus in deputando, seu nominando Guardianos, & alios 106 Officiales in Conventibus propriorum districtuum, seu Nationis, ac habeant illi maximi Sæculares Principes, qui ex eorum redditibus Archiepiscopatus, & Episcopatus fundarunt, & ad quos ex benignitate, & gratia Apostolicæ Sedis saltem tres nominare solent dignissimas personas in qualibet vacatione, ut EE. PP. probè notum est.

Imò prætendentes ulteriùs longè effrenatiorem habere potestatem, ac habuerit Eminentiss. Cusanus, nedum cum 107 amplissima facultate ab hac Sac. Congregatione deputatus in Præsidem ultimi Capituli nostræ Provinciæ, sed cum illa nimis rara authoritate, à Sanctiss. D. N. specialiter approbata *di restringere il numero, e le persone de Soggetti da eleggersi in Provinciale, Custode, e Definitori, secondo l'E. V. riconoscerà essere necessario alla quiete, e buon regolamento della Provincia*; Qui non unum, sed tres Religiosos ad d. effectum elegit, ut Adversariis probè notum est, dum fuerunt 108 à d. Eminentissimo Cusano pro duobus ex Patribus nostri Definitorii nominati, & deindè per secretum scrutinium electi, quæ sunt in nostra Provincia notoria.

Septimò insistitur in eo, quod in nostra Congreg. servata non fuerit Justitia distributiva, nec non regula illa, quam gratis ubique supponunt Adversarii præscriptam fuisse ab E- 109 minentissimo Cusano in antecedenti Capitulo Provinciali, ex speciali facultate, ei delegata ab hac Sac. Congreg Interrogatus autem P. Definitor Papiæ à P. Generali, *quænam fuerit distributio facta ab Eminentissimo Cusano; Respondit lasciò tutta la piena libertà al P. Visitatore, acciocche distribuisse le Guardianie secondo la convenienza di ciascun Definitore*, & concordat P. Custos.

Objectum hoc tres habet partes; Prima respicit distributivam justitiam, servandam in Capitulis, & Congregationi- 110 bus intermediis nostræ Provinciæ, & circa hanc nulla potest superesse difficultas, quia ex animadversis supra §. 41. & ex seria confessione unius ex nostris Adversariis, data in nostro Summario, illa fuit punctualissimè servata in nostra Congregatione.

Hoc unum subjungentes, quod juxta Adversariorum sen- 111 sum distributiva justitia non est illa, quam definivit *Ptolomæus in Institutionibus Criminalibus par. 1. tit. 1. tit. de Justitia, & Jure fol. mihi* 10. quem sequutus fui *in meis Institut. Criminalibus lib. 4. tit. 7. num. 65. & seqq.* Minusque illa de qua ad nostrum præcisum effectum benè discurrit *Less. de Justit. & Jur. lib. 2. cap. 1. dub. 4.* ibi: *Finis justitiæ distributivæ est constituere æqualitatem inter proportionem, & proportionem, ut eadem sit proportio inter res, quæ dividuntur, quæ est inter conditiones personarum, quibus fit distributio.*

Sed non sine maxima improprietate pleno ore prædicatur exadversò pro justitia distributiva solemnissimus ille abusus, quem semper detestatæ fuerunt Sac. Congregationes, quem- 112 vè ad præcisum effectum cognoscendi irrationabilitatem contrariæ prætensionis lepidè describit nostræ Religionis Alumnus *Lantusc. in Theatr. Regular. verb Electio num. 10.* his verbis. *Cùm nil magis proficuum sit Religioni, quàm meliores eligere Superiores; & nil deterius illi evenire possit, quàm sub titulo justitiæ distributivæ in conferendis honoribus æqualita-* 113 *tem sustinere, ut æqualia omnia omnibus, idest doctis, & indoctis, junioribus, & senioribus, stultis, & sapientibus, robustis, & debilioribus reddantur.* Quod quàm monstruosum sit, præcipuè inter Religiosas familias strictissimæ observantiæ, de se patet.

Secunda concernit facultates ejusdem Eminentissimi Cusani, quas supponunt Adversarii respicere omne tempus futurum, itaut id, quod ipse in d. Capitulo practicavit, pro 114 infallibili regula servandum sit per omnia sæcula sæculorum, atque omnis ejus actio accipi debeat pro futurorum Capitulorum, & intermediarum Congreg. institutione, & norma; Et hæc est eorundem Adversariorum pia meditatio, quia facultates ejusdem sunt literaliter restrictæ ad d. antecedens Capitulum Provinciale dumtaxat, ut ex illis verbis Epistolæ hujus Sac. Congreg. *Affinche il prossimo Capitolo Provinciale &c. Che il d. Capitolo Provinciale debba celebrarsi con la presidenza di V. E. &c. A cui à tale effetto vengono dalla Sagra Congregazione comunicate tutte le facoltà &c. Acciò siino in esso osservate le Constituzioni Apostoliche &c.*

Supplicantes observare verba illa: *Affinche il prossimo Capitolo &c. Il d. Capitolo &c. A tal'effetto &c. Siano in esso osser-* 115 *vate &c.* quæ omnia tali evidentia, tantaque palpabilitate, digito ostendunt, facultates ejusdem Eminentiss. Cusani restrictas fuisse ad d. antecedens Provinciale Capitulum, ex animadversis *per Barbos. dict. 87. num. 5.* & firmatis *per Rot. in dec. 546. num. 4. cor. Bich. & dec. 1125. num. 7. cor. Coccin. & in Romana relevationis indemnitatis 12. Januarii 1688. §. Nec refert cor. Molines*, & alibi quotidie, ut mirum certè videatur, quod Adversarii ad hanc devenerint extremitatem prætendendi, ut dictæ personalissimæ dictiones: *prossimo Capitolo, detto Capitolo, a tal'effetto, in esso Capitolo &c.* adversùs 116 propriam naturam extendantur ad ea, quæ, neque ex verborum sensu, & proprietate, minusque ex Doctorum interpretationibus contrariam admittere valeant detorsionem, nisi excusare velimus eosdem Adversarios verbis illis *Pellegrin. in Prax. Vicar. fol. 438 sub num. 19. Sed certè excusari merentur, quia hæc dixisse noscuntur, non voluntate, sed potiùs extrema necessitate ob defectum Juris, & inopiam rationum.*

Tertia demùm pars respicit factum Eminentissimi Cusani, cujus respectu ad videndum ea, quæ ipse demandavit circa electiones Guardianorum, & Vicariorum nostræ Pro- 117 vinciæ, non opus habemus recurrere ad Scotisticas subtilitates, atque pias illas meditationes Adversariorum P. V. C. Generali palliatas, quibus inaudita facti alteratione ausi sunt asserere, eundem Eminentiss. Cusanum dedisse *tutta la libertà al P. Visitatore, acciocche distribuisse le Guardianie secondo la convenienza di ciascun Definitore*, ut gratis cum juramento asseruit Definitor Papiæ; Dum in publico instrumento actorum d. Capituli registrata per extensum habemus omnia ea, quæ ibidem peracta fuerunt de mandato ejusdem Eminentissimi Cusani, qui tantùm abest, quod libertatem de- 118 derit eidem P. Visitatori distribuendi Guardianias ad libitum Definitorum, seu *secondo la convenienza di ciascun Definitore*, quin potiùs eidem strictissimè injunxit, & enixissimè demandavit, effectu punctualiter subsequuto, *ut seriò animadverteret* (sunt verba ejusdem Visitatoris) *ut digniores, & probiores eligerentur &c.* cum subsequuta confessione ejusdem Visitatoris, id sedulò adimplevisse, *quantum humana capacitas peragere potest &c. ad mentem, & intentionem prædicti Eminent.*

Cùmque lyppis, & tonsoribus notum sit, quantum inter se distent *probiores, & digniores eligere, quantum humana* 119 *capacitas percipere potest*, necnon dare alicui *tutta la piena libertà di distribuire le Guardianie secondo la convenienza de Defi-*

Definitori; Idque non possit ullo modo attribui ignorantiæ, vel oscitantiæ ejusdem jurati, & qualificati testis, acerrimi, Adversarii, remanere videtur evidens nimis exorbitans, & æque voluntaria facti alteratio in hac parte adeò delicata, majorique consideratione digna in teste, præsertim Religioso, & in sua Provincia qualificato, ac esset panicus ille timor scandalizzandi tres, vel quatuor novitios, mediante appellatione in scriptis, modestè exhibenda A.R.P. Provinciali, vel P. Secretario nostræ Provinciæ.

Licitumque in hac parte sit mihi, consideranti talem, tantamque diversitatem, & diametralem oppositionem in- 120 ter juratam confessionem P. Definitoris Papiensis, & ingenuam facti narrationem, candidamque veritatis propalationem P. Visitatoris nostræ Provinciæ, quando celebratum fuit ultimum Capitulum Provinciale, uti verbis illis *S. Gregorii homil.* 37. *in Evangel. Nunquid aliud Judex nuntiat, aliud præco clamat?* Dum d. P. Definitor Papiæ nunciat P. V. C. Generali, electiones Guardianorum factas fuisse, non ad terminos Canonicarum sanctionum, & sacratissimar. Apostolicarum Constitutionum, & nostri Ordinis Statuta, sed 121 *secondo la convenienza di ciascun Definitore*; E contra P. Visitator clamat, illas fecisse ex dignioribus, & probioribus Religiosis Provinciæ, quantùm humana capacitate percipere potuit, idque ad mentem, & intentionem Eminentiss. Cusani expressum mandatum, ac literale præceptum, ei præcisè injunctum.

Ex quibus, perstringendo omnia hucusque animadversa, remanere videtur æquè evidens, ac palpabilis validitas, seu 122 subsistentia nostræ Congregationis, dùm ante illius convocationem præcessit solita facultas P.V.C. Generalis, necnon adimpleta fuerunt omnia ea, quæ illam præcedere debebant in electionibus, in illa concordi voto peractis, servata fuit 123 distributiva justitia, & bonæ qualitates, necnon superlativè idoneitates omnium Officialium, in illa electorum, sunt notoriæ in tota Provincia.

Adversùs quam nullatenùs merentur attendi magnificati 124 prætextus, exadversò consarcinati pro extorquenda declaratione nullitatis gestorum in nostra Congreg. & quidem

Non interpositio contrariæ appellationis, quia illa, uti generalis, & impeditiva omnis electionis, de jure non subsistit; Vel in omnem casum, uti respiciens electiones non canonicas, eo ipso quod electiones in illa sequutæ, apparent canonicæ, omni jure sustinentur, uti factæ post, non autem contra dd. Adversariorum appellationem.

Non defectus antecedentium tractatuum consultoriorum, 125 quia ex ipsorummet Adversariorum seria confessione, & innegabili subscriptione, probamus, illos fuisse præmissos.

Non ignorantia determinatæ diei pro habenda Congrega- 126 tione, quia contrarium patet ex sola, & simplici lectura contrariæ appellationis.

Non recusatio P. Provincialis ostendendi Adversariis epi- 127 stolas confidentiales P. V. C. Generalis, quia potiùs in hac parte laudem, & approbationem merentur gesta per eundem P. Provincial.

Non absentia Adversariorum à nostra Congreg. quia cùm fuerint ser. ser. citati, & voluntariè recusaverint eidem in- 128 tervenire, se fecerunt extraneos, & totum jus eligendi consolidatum fuit in aliis, componentibus Definitorium.

Non absoluta necessitas servandi in nostra Congreg. Capitula, proprio marte ab Adversariis confecta, seu veriùs conficta, quia hujusmodi prætextus uti incompatibiles cum Sacris Canonibus, & sacratissimis Apostolicis Sanctionibus, & consequenter ad praxim nullatenus reducibiles, potiùs merentur reprobationem, quàm approbationem ab hac Sac. Congreg.

Non demùm gratuita illa exageratio, quod in nostra Congregat. servata non fuerit justitia distributiva, atque ad pra- 129 xim redactæ nullatenùs fuerint perpetuæ illæ Regulæ, quas in ultimo Capitulo Provinciali præscripsit Eminentiss. Cusanus; quia omnia hæc non aliam habent existentiam præ- 130 ter illam, quæ reperitur in Adversariorum mente, itaut proindè omnes contrariæ exagerationes in hac parte cum omni sermonis proprietate vocari possint vera entia rationis.

Tandem supplicamus, nobis ignosci, si intra brevitatis commendabiles fines, præsens Scriptura contineri non potuit; Id enim attribuendum potiùs est Adversariis, totam nostram Provinciam revolventibus ad multiplicanda motiva, & exagerandos prætextus adversùs nostram intermediam Congregat itaut non sine probabilitate credi possit, P. Custodem 131 Adversarium occasione impugnationis duarum aliarum intermediarum Congreg. annor. 1707. & 1709. composuisse Promptarium omnium illarum nullitatum, Formularium illarum appellationum, & Manuale protestationum, quibus intermediæ Congreg. valent in controversiam deduci, retardari, vel à Superioribus emendari, & corrigi, ex eisdem magno studio deducendo hodiè multa, & magna adversùs nostram Congregationem. Et proindè necessarium omninò fuit dd. prætextus insubsistentes demonstrare, ne videremur tacitè approbare illum, contra quem nihil dictum fuisset, juxta nobilem animadversionem *S. Hieronymi epistol.* 61. *ad Pamachium* dicentis: *Qui arguitur in pluribus, & in dilutione &c. aliquid prætermittit, quid quid tacuerit, confitetur.*

In eadem Causa.

Omissa responsione quatuor integris paginis contrarii Memorialis, in quibus fit magna divagatio circa descriptionem nostræ Provinciæ, necnon circa genia, & inclinatio- 132 nes, & demùm circa æquilibrium voluntatum Religiosorum, illam componentium, quorum omnium respectu fides sit penes Authorem dicti Memorialis, cùm nihil commune habeant cum præsenti inspectione, nullaque exadverso adducatur illorum justificatio, seu probatio.

Strictè ad causæ merita, nulla ex contrariis nullitatibus 133 subsistit in facto, minusque relevat in Jure.

Non prima, innixa defectui tractatuum consultoriorum, seu qualificationis illarum personarum, quæ proponi debebant in Congregatione; Omnia etiam hæc superlativè probantur in præsenti. Et revera exceptio videtur idealis, quia 134 Adversarii non negant, nec possunt negare, ante Congreg intermediam, non semel, sed ter convenisse cum aliis Definitorii Patribus, in quibus ter replicatis congressibus habitus fuit sermo de illis, qui poterant eligi, seu de qualificatione eligendorum, qui sunt verè, & proprii tractatus consultorii, ut de se patet, quando ad hunc effectum superabundaret semel tantùm de personis eligendis habere sermonem ante ingressum in Definitorium, juxta præcisa verba Statuti, ibi: *Prima che si entri nel Definitorio, discorrino li Padri trà di* 135 *loro delli meriti, e qualità delli Soggetti*, ut præcisè factum fuit in nostro casu.

Ultra quod respectu hujus prætensæ nullitatis jugulantur Adversarii à propria confessione, dùm in publico, & solemni Instrumento, dato in eorum Sum. hæc habent; *Cùm in* 136 *tractatibus consultoriis, ad prædictam Congregat. primam intermediam celebrandam, habitis* In Calepino enim non possunt reperiri magis clara, magisque rotunda verba, ex quibus probatum dici possit, quod dicti tractatus consultorii præcesserint, seu habiti fuerint, ut ex sola terminorum notione evidens est.

Non secunda innixa Literis directivis P.V.C Generalis, nullatenùs ostensis à Principali ante Congregat. Est enim hujusmodi prætextus adeò frivolus; adeòque insubsistens, ut 137 mirum certè videatur, quod exadverso fiat ex supra animadversis

Non tertia, innixa absentiæ Adversariorum à nostra Congregatione, quia illorum voluntarius discessus in nihilo præ- 138 judicavit validitati ejusdem Congregationis, omniumque in illa servatis servandis gestorum.

Non quarta, innixa interpositioni contrariæ appellationis; Eidem enim punctualissimis authoritatibus satisfecimus 139 *supra à num.* 39.

Quia verò Adversarii proprio marte negant qualificatum illum modum, quo admissa fuit, & acceptata eadem appella- 140 tio, *Si & in quantum*; *& quoad effectum devolutivum tantùm, non autem suspensivum*, non possumus illum concludentiùs probare, quàm mediante formali examine P. Secretarii, qui illam recepit, & duorum testium, in illa subscriptorum.

Cùm illa tamen animadversione, quod primus testis, nempè P. Thomas à Papia, Secretarius Provinciæ, cui rotundè asseruit, *fù accettata sì, & in quantum, quoad actum* 141 *devolutivum, non suspensivum*, fuit ab Adversariis acceptatus, & recognitus pro legali, & veridico, his verbis: *Il P. Provinciale, oltre il suo Segretario, volse chiamare due testimoni suoi confidenti, e da noi non richiesti, mentre ci bastava il Segretario, &c.* & proindè contra ipsos plenè probat, 142 etiamsi esset unicus, ex firmatis per *Rot in dec.* 409. *num.* 7. *par.* 19. *rec & dec.* 11. *num.* 9. *cor R P.D. Ansald.*

Non quinta, innixa prætensis attentatis; Nescimus enim videre, ubi ista fundentur, nisi confundantur cum ap- 143 pella-

latione, exadversò interposita cui satis responsum fuit suprà *num.* 39. *& seqq.*

Non demùm sexta, innixa defectui justificationum circà 144 missarum celebrationem, juxtà disposita *in celebri Constitut. s. m. Innocentii XII.* impressa *apud Matthaeuc. in Offic. Curiae Ecclesiast. V. Officialis quoad celebrationem Missarum à §.9.* Ille enim non regit in facto, & non relevat in Jure.

Non regit in facto idem defectus, quia non revocatur in dubium, quod punctualissimè adimpleta fuerint omnia onera missarum, quibus gravati sunt nostri Conventus; Mi-145 nùsque ausi fuerunt negare Adversarii, quod attestationes, concernentes dictum punctuale adimplementum, juxtà praecisam formam, praescriptam in dicta Constitutione, praesentatae non fuerint in Definitorio; Necnon, quod non fuerint attentè revisae, & utì legales, recognitae à Patre Provinciali, & tribus Definitoribus; Et demùm, quòd non fuerint etiam exhibitae Adversariis, ad hoc, ut possent illas ad proprium libitum recognoscere, juxtà illorum praecisa verba, ibi: *Furono realmente esibite le fedi delle messe, e* 146 *stati, che stavano sul tavolino, ma non vi fù tempo di rivederle*, ut asserit P. Definitor Papiae, & ibi: *Non furono rivedute, da Noi, ancorche ce li esebissero &c. perche dovevano essere collegialmente essaminati li sudetti stati &c.* ut ait P. Custos, quod tunc poterat perfectissimè adimpleri.

Minùs relevaret in Jure idem praetensus defectus, si enim ad tenorem dict. Constitut. §. 3 sat est, quod eaedem fides recognoscantur à tribus tantum Judicibus, seù Religiosis 147 in quocumque Capitulo, seù Congregatione, composito ex magno, imò maximo numero Vocalium, quantò magis satisfactum erit eidem Constitutioni in nostro casu, dùm recognitae fuerunt à quatuor qualificatis PP. Definitorii, nempè à Provinciali, & tribus Definitoribus, necnon publicè, & palam exhibitae reliquis duobus PP ejusdem Definitorii? Sivè enim non adfuerit tempus illas revidendi, ut gratis dicit unus ex Adversariis, sivè esset necessarium, omnes componentes Definitorium illas collegialitèr recognoscere, ut alter ex eisdem Adversariis opinatur, quorum neutrum subsistit, hoc unum verum est, quod in nihilo defecerunt illi, ad quos spectabat dictas attestationes fa-148 cere, atque ad Definitorium transmittere. Et consequenter, absque eorum culpa, non possunt in hac parte redargui, vel puniri rigorosa poena privationis vocis, in dict. Constit. praescripta, & ad praxim reducibili in solo casu magnae culpae, vel innegabilis doli, juxtà notoria generalia Juris exiomata, de quibus *Bald. in cap. 1. n. 15, de Constit.* cùm aliis à me allegatis *in Institut. Criminal lib. 1 tit. 1. num. 6.*

Et in punctualissimis terminis nostri casus individualitèr hoc determinavit *haec Sacr. Congreg. in Camerinen. Provinciae Marchiae Capituli Provincialis 1. Decembris 1713. ad re-* 149 *lationem Eminentiss. Casini*, in qua admisit etiam attestationes factas post electionem Provincialis, noluitque attendere alias resolutiones, quae exadversò allegantur hodiè, & quas ego etiam allegabam, ea disparitatis ratione, quia in istis concurrebat bona fides facientium attestationes, & punctua-150 le adimplementum onerum missarum, quae duae circumstantiae sunt adeò notoriae in nostro casu, ut neque etiam exadversò impugnentur.

Pari insubsistentia laborant ea, quae exadversò absque ulla 151 justificatione afferuntur de qualitatibus illorum, qui electi fuerunt Guardiani in nostra Congregatione; Tùm quia illis opponuntur seriae, & juratae depositiones quinque meritissimorum Exprovincialium nostrae Provinciae.

Tùm etiam quia in contraria Informatione P. V. C. Gene-152 ralis, super qua magnum exadversò constituitur ad hunc effectum fundamentum, tale quid nullatenùs firmitèr asseritur sed referendo Adversariorum accusationes, ait: *Guardiani verò nuper electi, &c. indigni dicuntur*, hoc est ab Adversariis; Ne autem major fides detur copiae, quam originali, nemo dubitat, quin in his casibus nullatenùs credenda sint ea, quae afferuntur ex auditu ab Adversariis, juxtà *Textum in capit Licèt ex quodam de Testibus*, ibi: *Cùm satis videretur absurdum, illos admitti, quorum repellerentur Au-* 153 *thores;* quem sequuntur à me citati *in tract. de Matrim. §.27 numer. 23.* & addo *Rot. in decis. 282. num. 19. part. 17. recent. & in Lauden. Pensionis 4. Julii 1696. §. Neque coram Cardin. Caprara.*

Consultò autem abstinemus à responsione ad id, quod asseritur circa probationes indignitatis dictorum Guardiano-154 rum, resultantes ab Actis Visitationis Pastoralis, quae asservatur etiam hodiè à tunc temporis Visitatore, ne habeatur prò verisimili adeò atrox delictum revelationis eorum, quae continentur in Visitationibus Pastoralibus nostrarum Provinciarum, quibus ex Statutis Generalibus nostrae Religionis, de quibus *Sanctor. part. 2. folio* o. post semestre nigrum praefigendum est thera, nullamque probationem facere possunt in judiciis, juxtà nobilem illam animadversionem *Sancti Athanasii*, ibi: *Nè habita fuisse credibilia videantur*, sequutam à Doctoribus, citatis *in meis Institut. Crimin. lib. 11. titul. 8. num. 123.* Cohaerenter enim ad ea, quae post *Text. literalem in leg 2. Codic Qua'd. & quib. quart. pars libr* 10. his verbis notat *Rot. in decis 437 numer. 2. coram Coccin. Est aequè durum, inhumanum, ac injuriosum nostros defectus detegere*, horret animus hic describere, quam inhumanum sit 155 idem delictum, usque ad hodiè inauditum in nostra Religione, & multò magis horret calamus hìc transcribere ea, quae de eodem delicto scribunt *Sanctor. ad Statut. Gener tom. 1. fol. 246. 660. & 669. & Amen de Delict. & Poen. tit. 5. §. 6. verb. Revelatio secretorum n. 12 & 13. fol. mihi 323.*

Quod speciosus praetextus temperamenti, *che si osservino gl' articoli, prescritti dal detto P. V. C. Generale, anche per le* 156 *altre Congregazioni future per il buon regolamento della giustitia distributiva*; Dicimus, non aliud adesse in nostris terminis temperamentum, quàm illud ter approbatum ab hac Sacra Congreg. ut scilicet: *Reprobata scandalosa divisione exadversò praetensa, nihil innovetur quoad di isionem nostrae Provinciae, in qua canonicae electiones fiant ad terminos Sacror. Canonum, & Apostolicarum Constitutionum, & Ordinis nostri Regulas, itaùt nulla habeatur ratio Nationum, sed solùm meriti eligendorum.*

Quod enim hujusmodi Sacr. Congregat. oracula non sint, nisi declarationes eorum, quae continentur in Sacr. Canonibus, & Apostolicis Constitutionibus, quodque ab illorum 157 exequutione latissima pateat via administrationi justitiae distributivae, & recognitioni meritorum personarum eligendarum, non probamus inductionibus, & argumentis, sed seria, & rotunda confessione Pat. Custodis Adversarii, facta 158 huic sacrosancto Consessui in ejus Memoriali, his verbis: *Qual decreto non è, che una dichiaratione di quel, che dispongono le Constituzioni Apostoliche, & i Statuti per l' elezzione de' più degni, senz' altro rispetto, e dipendenza &c.* & ibi: *Tal dichiaratione uniforme alle Constituzioni Apostoliche, & alla giustitia distributiva, che compete a' meritevoli.*

Itaut per viam temperamenti contrarium hodiè aperta fronte praetendere, atque exhibere articulos, Juris commu-159 nis dispositioni, & hujus sacrosancti Senatus Oraculis oppositos, ad hoc, ut approbentur, confirmentur, & per omnia saecula saeculorum exequantur, est sibi ipsi contradicere, nec non impugnare veritatem, nedùm à se cognitam, sed etiam aliis palam confessatam

Poterant autem omitti ea, quae absque ulla connexione materiae afferuntur de privato congressu, habito de mense Maii 1714. in Conventu Sanctae Crucis, illum pleno ore, non sine maxima improprietate vocando Conciliabulum, quod no-160 men non nisi schismaticorum Praelatorum unioni convenit *ex animadversis nel Vocab. della Crusca verb. Concilia in fine.* In illo enim non fuit habitus sermo nisi *del fatto di Binasco, sopra del quale mi mandano un foglio con il loro parere sottoscritto da tutti*, ut his verbis ipsismet Adversariis hanc veritatem patefecit P. V. C. Generalis in ejus epistola neque poterant cum majori ingenuitate, & candore omnes illum componentes procedere, quam aequali sinceritate, & claritate omnia submittere fidelibus oculis Superioris Generalis, mediante folio, ab omnibus congregantis subscripto.

Nec habent, de quo conqueri possint Adversarii, si in il-161 lo non fuerunt invitati, id enim factum fuit, ex quo ipsi fuerunt causa, & motores, & instigatores scandalosae ribellionis, palam sequutae in eodem Conventu; Quod nedum ex eo patet, quod Religiosi omnes dicti Conventus Binasci pendebant ab eorum nutibus, sed plusquam tacitè ipsimmet fassi fuerunt in alia Epistola, scripta eidem Superiori Generali ibi: *Per la grave sospettione, ch' abbiano contro di Noi intentato qualche negotio, &c.* juxtà *illud Catonis folio mihi 9 Conscius ipse sibi de se putat omnia dici*, ubi latè ejus *Glossatores*; Quod enim idem privatus congressus unicè directus fuerit ad 162 dictum particulare factum Conventus Binasci, neque à remotissimis appellari potuerit Congregatio vel Capitulum, est adeò evidens ex ipsum antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus, ut nihil addi possit ad clariùs excludendum talem praetextum.

Sacr. Congregat. Episcoporum Ponente Eminentissimo 163 Casino, die 8. Februarii 1715. rescripsit: *Congregationem intermediam sustineri, & ad mentem Eminentiss. Ponentis*, qui post prandium ejusdem diei 8. Februarii 715 in praesentia Reverendiss. P. Francisci à Brandelio Procuratoris Generalis Re-

lis Reformatorum, neque etiam accidentaliter præsente, in exequutionem mentis Sac. Congr. comburere fecit duas Scripturas injuriosas exadversò divulgatas.

DISCEPTATIO XIV.

Lunen. Sarzanen. Dismembrationis,

PRO

Marchione Ferdinando Malaspina, ac Hominibus Castri Pontis,

CUM

Jacobo Mariotto Parocho Lycianæ.

ARGUMENTUM.

Quando locus sit dismembrationi Parochiæ, vel potiùs deputationi Cappellani. Enumerantur causæ, ex quibus deveniri solet ad Parochiarum dismembrationem, quæ juxtà laudabilem praxim Sacr. Congregat. Concilii faciliùs obtineri solet, quando illam petentes parati sunt novam Parochiam de proprio dotare. Declarantur authoritates contrariæ.

CONstans in facto est, quod moderna Parochia Ecclesiæ S. Jacobi Apostoli Lycianæ à primordio erecta fuit in Ecclesia S. Rocchi, sita in loco aperto, omnibusque obvio, & viciniori ad Castrum Pontis, & deindè, ob commoditatem Hominum Lycianæ, non multis ab hinc annis translata fuit intrà ipsum Locum Lycianæ, remotiorem, & clausum; Ex qua translatione sicuti longè aucta fuit commoditas Populi Lycianæ, ità etiam summoperè crevit incommoditas Populi Castri Pontis; Quamobrem cùm ob distantiam duorum milliariorum à dict. Castro Pontis ad dictam modernam Ecclesiam Lycianæ, asperitatem itineris, interjectionem novem torrentium, situationem Ecclesiæ in loco clauso, amplitudinem dictæ Parochiæ Lycianæ, conflatæ ex decem, & septem divisis, distintisque Populis, diversitatem dominii temporalis, & mutuas finitimorum Populorum discordias, difficillimus, meticulosus, & summè incommodus factus esset accessus, & recessus Parocho Lycianæ, & Parochianis Pontis ad Ecclesiam Pontim, & Castrum Lycianæ respectivè, & ex hujusmodi causa frequentissimè evenissent obitus Parochianorum sinè Sacramentis, diù inhumata mansissent domi cadavera defunctorum, caruissent ab hominum memoria necessaria instructione circa doctrinam Christianam, Fideique rudimenta pueri, nec ullo unquam tempore asportatum fuisset ab Ecclesia Lycianæ ad Castrum Pontis Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum pro infirmis, & homines Pontis coacti semper fuissent adire Ecclesiam Plebis Montium pro audiendis Sacris, atque ab eodem Archipresbytero pro moribundis Sacramenta suscipere, quemadmodùm pro veritate ab hac Sac. Congreg. requisitus, & interpellatus, retulit Reverendiss. Episc. in sua Relatione, & sigillatim comprobant, testes, inferiùs recensendi; Ideò D. Marchio Malaspina, & Homines Castri Pontis Principales, vertentes oculos ad miserabilem statum suarum animarum, in quo hactenùs, & præsertim à translatione prædictæ Parochiæ à loco viciniori, & libero, ad alium remotiorem, & clausum, fuerant deplorabilitèr constitutæ, pro hisce evitandis periculis, & præjudiciis sese somno excusserunt, & minimè curando expensarum incommoda, sibi Ecclesiam extruxere, ad effectum petendi, ut illa sibi, prævia dismembratione ab altera Lycianæ, in Parochialem erigeretur.

Verùm quia, extructa Ecclesia, adhuc eorum desideria in precibus, porrectis Episcopo Sarzanen. de mense Jun 1710. explere non potuerunt, ob defectum sufficientis congruæ prò decenti manutentione Parochi eligendi, ob cujus defectum coacti fuerunt petere tantummodò deputationem Cappellani, quæ usque tunc ab Episcopo fuit benignè concessa; Idcircò, ut tandem aliquando voti compotes fierent, non dubitarunt, post erectam Ecclesiam, offerre etiam sufficientem congruam, arbitrio EE. PP. assignandam: Et ità præmoniti, sub die 18 Februarii 171. proponi curarunt in hac Sacra Congregatione dubium, eorum favore resolvendum: Sed cum in ea Causæ propositione totus cardo probationum unicè niteretur Relation. Episcopi, cæteræ autem probationes, per nos adductæ, essent informes, nullam propterea placuit EE. PP. capere resolutionem; Veruntamen benignè inclinantes ad petitam gratiam dismembrationis, injunxerunt eidem Episcopo, ut conficeret Processum, non retardata interim deputatione Cappellani, mediante sequenti rescripto. *Dilata, & Episcopus conficiat Processum, auditis interesse habentibus, non retardata deputatione Cappellani, sumptibus petentis, & deindè cujus de jure.*

Provisionale hoc decretum libentèr exceperunt Homines Pontis Principales, & statim illius vigore testes examinandos induxerunt, & successivè etiam institerunt pro accessu ad faciem Loci, ad hoc, ut ex actuali mensuratione itineris, & locorum inspectione, res, qualis ipsa est, in aperto posita, sine ulla contentione, ad oculos EE. PP. perveniret.

E' contrà Pars Adversa, tutiùs sibi ducens in tenebris ambulare, nedùm omnem conatum adhibuit pro retardando examine nostrorum testium, & interim sub specie suppositorum attentatorum in odium hujus Sacrosancti Senatus nostros Principales vexare; Sed ulteriùs, nè veritas satis exploraretur, totis viribus incubuit, nè prædictus accessus in faciem Loci sequeretur, mediantibus pluribus, & iteratis affectatis exceptionibus, de quibus extat Processus *fol.* 107. & resultat ex Relatione Episcopi, data super novis precibus. Ad ultimum tamen videns, quod illum ratione impedire non poterat, recursum habuit ad positivas violentias, ausuque temerario stetit contrà ministros hujus Sac. Congreg. contrà quos armata manu se opponere non dubitavit.

Sed cum denique, his non obstantibus, compilatus remanserit plenissimus Processus 13. testium, formitèr examinatorum sub tortura 190. Interrogatoriorum, optimè supradictas causas probantium, quos testes damus in Summario, quin etiam expletus fuerit accessus in faciem Loci, cùm interventu Reverendissimi Episcopi, & Peritorum, quorum Relationes damus paritèr in Summario, ex quibus omnibus liquidò constat de subsistentia præallegatarum causarum. Ideò solidiori fundamento revocata hodiè ad trutinam Causa, supplices redimus pro favorabili resolutione, & ex innegabili justitia hujus Sacrosancti Consessus constantèr exaudiri speramus.

Et quidem quoad primam partem dubii capienda videtur resolutio affirmativa: Quia in casu nostro concurrunt tot urgentissimæ causæ, magnam difficultatem adeundi Ecclesiam Parochialem præseferentes, ut eis attentis, ambigi nequeat, quin procedendum sit ad dismembrationem, ac erectionem novæ Parochialis, ad *Textum expressum in capit. Ad audientiam de Eccles. ædific.* ubi communitèr *Repetentes*, & signantèr *Fagnan. numer.* 1. *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 4. *de Reformat. Pignatell. consult. ultim. numer.* 4. *&* 5. *tom.* 4. *Adden. ad Gregor. decis.* 504 *sub numer.* 8. *Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 8. *sub num* 26. *Rot. decis* 384. *num.* 3. *par.* 1. *rec.* & magistralitèr *in Lucana Dismembrationis* 9. *Maii* 1611. *per tot. coram Ortembergo*, quam sequitur *in dec.* 87. *cor. Ubaldo*, nec non illam paritèr citat. & sequitur *Lotter de Re benefic. libr.* 1 *quæst.* 23. *num* 27. & firmavit *eadem Sacr. Rot. in Aretina Jurium Parochialium super bono Jure* 15. *Jan.* 1703. *§. Cæterùm cor. R. P. D. Ansald.*

Præsertim, quia tales causæ, tanquàm sufficientes pro petita dismembratione, canonizatæ fuerunt, prævia inspectione Loci, à Reverendiss Episcopo Sarzanen cujus religioni, & judicio Sacr. Conc. Tridentinum remisit pondus, & efficaciam talium causarum, eique deferendum esse decrevit, ut uno ore firmant omnes *Doctores*, de hac materia agentes, & præsertim *Rebuff. in Prax. Benefic. part.* 1. *titul. de Erect. in Curat. & Paroch. numer.* 9. *Menoch de Arbitrar cas* 497. *per tot Ricc. resol* 476. *num* 5. *Barbos. ad Concil sess.* 21. *capit.* 4. *num.* 8. *& de Potest. Episcop. allegat* 68. *n.* 3. *Spada cons.* 48. *num.* 6. *lib.* 3 ibi: *Multùm tamen hoc pendet à judicio Episcopi, & aliorum Superiorum, cui hoc negocium remittitur à d. Conc. Trident. dict. capit.* 4. *sess.* 21. *qui ex inspectione Locorum poterit cognoscere, & arbitrari, an hìc adsit illa magna difficultas, & illa magna incommoditas, considerata in d. cap. Ad audientiam, Bertachin vot. dec.* 100. *num.* 16. *Rot. dec.* 39. *numer.* 2 *cor. Peuting.* ibi: *Et ipsius Ordinarii judicium, cui statur circà rationabilitatem causæ faciendi similes erectiones, & dec.* 234. *numer.* 16. *&* 17. *part.* 16. *& decis.* 460. *num.* 9. *&* 10. *part.* 18 *recen. & in Calagurritana erectionis in Parochialem* 11 *Januarii* 1719. *§.* 2. *cor. Verospio, & in Aretina Jurium Parochialium super bono Jure* 27. *Februarii* 1704 *§. Fist ubi Episcopus cor R. P. D Ansaldo*, ibi: *Firmior. namque probatio in hac, cæteroquin æquivoca materia, haberi non valet, quàm de la*

ratio

ratio Ordinarii, *& in Florentina quartæ Funeralis* 1.*Decembris ejusdem anni* §. 3. *coram Molines*, *& in Comen. Nullitatis Contractus* 18. *Junii* 1706. *in fin. cor. eodem R.P.D. Ansald. & in Pampilonen. Exemptionis* 23. *Junii ejusdem anni coram eodem*, *& in Pampilonen. Juris sedendi* 28. *Februarii* 1707. §. *Provocavit paritèr cor. eodem*, *& in Bituntina Jurispatronatus* 18. *Martii ejusdem anni* 1707. §. *Et demùm*, *cor. Illustr. Scotto Urbis Gubernat.*

Quibus non contradicunt Authores, exadversò de facili allegabiles, loquuntur enim in illis terminis, in quibus Ordinarii de facto, & ex eorum propria, & ordinaria authoritate processerunt ad formalem erectionem novæ Parochiæ, cum dismembratione ab antiqua, ea ratione, quia tunc illorum Relationes tendunt ad comprobandum proprium factum; Non sic autem in præsenti, in quo Reverendissimus Episcopus authoritate propria nullatenùs fecit talem erectionem novæ Parochiæ, sed ab hac Sacra Congregatione requisitus pro mera veritate, circà exposita hinc indè, nil aliud fecit quàm mandatis EE. PP. promptè, ut par erat, obedire; Tunc enim omnis fides, & meritò, illorum Relationibus habenda est, ex punctualibus authoritatibus, suprà adductis. 10

Singulas igitur prædictas causas recensendo, primò se offert distantia duorum milliariorum à Castro Pontis ad Ecclesiam Parochialem Lycianæ, tantamque scilicèt, & non minorem esse distantiam, refert Reverendiss. Episc. in ejus Relatione, tantamque paritèr esse testantur nostri testes, formitèr, & sub rigorosis Interrogatoriis examinati. 11

Contra hanc probationem incassum laborant contrarii testes, affectando distantiam in unico milliario, vel, ut aliàs dixerunt in prima hujus Causæ propositione, in tribus partibus unius milliarii: Quià, stante supradicta facti evidentia, eorum dictum, tamquam falsum detegitur, & potiùs pro nobis militat, quia ex eo agnoscere poterunt EE. PP. quanta affectatione ferantur contrarii testes in favendo causæ Partis Adversæ, in cujus gratiam, ut deponant, eorum oculis ad medietatem rerum aspectus diminuitur, & quali, quantaque arte Pars Adversa impugnare curaverit actualem mensurationem itineris; Nam, ea seclusa, sperabat in questionem vocare distantiam, quam modo, tanquam oculari, & innegabili mensura vindicatam, impugnare non potest. 12

Ex hac distantia duorum milliariorum, superiùs firmissimè comprobata ex dictis testibus, per ea, quæ in punctualibus terminis nostri casus firmavit *Rot. in decis.* 39. *numer.* 2. *& per tot. coram Peuting. & decis.* 1250. *numer.* 5. *coram Coccin.* emergit illa sufficiens causa dismembrationis, præseferens illam incommoditatem adeundi Ecclesiam Parochialem, quæ à Sacris Canonibus requiritur; Nam licèt in jure non præfiniatur, quanta esse debeat distantia, sed solùm dicatur, quod debeat esse talis, ut ab ea incommodus remaneat accessus ad Ecclesiam Parochialem, & hujusmodi considerationem, & mensuram incommoditatis relinquat arbitrio Episcopi, qui in præsenti illam considerat sufficientissimam; Adhuc non requiritur magna longinquitas *Pignatell. consult. ultim. num.* 9. *tom.* 4. & quod ea sit talis, ut inducat illam magnam difficultatem, expressam *in cap. Ad audientiam* per illa verba *sine magna difficultate*, quia ut advertit *Fagnan. in dicto capit. Ad audientiam numer.* 1. & 2. talis expressio ejusdem celebris Textus magis rigorosa, modificata deindè fuit per *Conc. Trident. capit.* 4. per illa verba *sine magno incommodo*, per quam expressionem multum remittitur ex illo rigore Sacror. Canonum, cum illud solùm possimus, quod commodè possumus *cap. fin. de Dilation. cap. Quià propter de Elect. & super d. cap. Ad audientiam* notant *Hostien. versic. Sine magna difficultate*, *Ancharan. ibid. vers. Nota* 2. sed sufficit quod sit talis, ad effectum, ut distantia præbeat justam causam dismembrationis, ut hac via reddat difficilem frequentiam, & statis horis Populus, præsertim adversis temporibus, commodè interesse non possit Divinis Officiis, ut eisdem fermè verbis observat, & distinguit *Fagnan. in dicto cap. Ad audientiam sub nu.* 18. cum aliis ibidem cumularis, quem sequitur *Pignatel. consultat. ult. num.* 9. *tom.* 4 & concordat *Rot. coram Peuting. dec.* 39. *num.* 4 & 5. ibi: *Opus esset, ut duponerent, Incolas sine periculo, & incommodo horis condignis posse accedere ad Divina audienda, & Sacramenta percipienda, ut per Butrium &c. Nam id dicimus posse, quod commodè possumus, & non posse venire hora congrua idem est, ac non posse venire*, cum quibus processit hæc Sacra Congregatio in Anglonen. de qua infrà § 73. in qua habuit pro sufficienti causa spatium duorum milliariorum, cum illo addito, quod in dicto casu nulli aderant Torrentes, nullaque viarum asperitas, quæ in nostro casu verificantur, ut mox videbimus. 13 14 15 16

Hæc autem difficultas interveniendi Divinis Officiis, deducta ex motivo distantiæ, denegari non potest in casu nostro; Nam cùm Concilium Tridentinum tendat ad commoditatem Populi, non solum ad effectum percipiendi Sacramenta, quod rariùs fit, sed ad Divina Officia audienda, quod fit bis saltem in eadem die, necnon ad instruendos pueros circà Fidei rudimenta; Populus nullatenùs commodè potest ipsis intervenire, quià eundo de manè ad audiendam Missam Parochialem, de serò redeundo ad Vesperas, eundo, & redeundo per duas vices in eadem die, metiri debet spatium octo milliariorum, quod nedùm fieri non potest, sine magno incommodo, maximaque difficultate, præsertim quia Patres, Matresque necesse habent pueros humeris deferre, sed hyberno tempore est omninò impossibile, prout ad interrogatoria data, respondent iidemmet contrarii testes; Qui testes, cum sint exadversò inducti, plenissimam contrà inducentem probationem faciunt ex generalitèr adductis per *Adden. ad Burat. decis.* 298. *liter B. Rot. decis.* 107. *numer.* 22. *par.* 10. *& decis.* 35. *nu.* 4. *par.* 19. *rec.* & alibi quotidiè, & in nostris individualibus terminis *Rot. dec.* 39. *sub num.* 1. *vers. Tantò majorem cor. Peuting.* 17 18

Multò autem magis respectu puerorum, senum, mulierum prægnantium, aliarumque invalidarum personarum, ad tàm longum iter capiendum inhabilium; Nam si pueri, qui habent majorem necessitatem adeundi Ecclesiam, ad hoc, ut in pietate, rudimentisque Fidei imbuantur, debent, prout necesse est, de manè adire Lycianam pro audienda Missa Parochiali, quæ in meridie celebratur, & ea audita, redire domum ad prandium; Rursusque accedere ad Lycianam pro addiscenda Doctrina Christiana, quæ fit paulò post prandium, ut communitèr referunt contrarii testes ad interrogatorium 109. non solùm infinitam incommoditatem pati debent ob eorum teneram ætatem, sed nec in tempore, & statis horis advenire possunt, cum intèr Missam Parochialem, & Doctrinam Christianam, non intercedat tanta temporis intercapedo, ut pueri Castri Pontis post Missam Parochialem valeant cibum sumere, & spatium quatuor milliariorum in eadem hora eundo, & redeundo dimetiri. 19

Atque hinc evanescit admiratio, quod ab hominum memoria pueri Castri Pontis nunquam adiverint Ecclesiam Lycianæ pro addiscenda Doctrina Christiana, quodque dicti pueri adulti, & nonnulli etiam senio graves, sint penitùs ignari rudimentorum Catholicæ Fidei, prout tales reperiisse in Sac. Visitatione, testatur Reverendiss. Episcopus, quia potiùs mirum esset, si in eo temporis articulo ad Lycianam accederent, ut benè referunt nostri testes, ibi: *E' vero, che per la lontananza, e difficoltà della strada cattiva, che è da Liciana al Ponte, restano affatto privi della Dottrina Cristiana, ed io non mi ricordo, che ve ne sia andato mai alcuno.* 20 21

Et consequentèr, cum distantia, de qua agitur, sit talis, ut non solùm afferat summum incommodum Parochianis, sed illis reddat etiam impossibilem accessum ad audienda Divina Officia: Hinc sufficiens oritur illa causa dismembrationis, canonizzata à Reverendiss. Episcopo, proùt ex solo motivo distantiæ notat *Barbos. ad Concil. Triden. sess.* 21. *cap.* 4. *num.* 11. ibi: *Habet enim locorum distantia evidens animarum periculum*, & sancitum erat *in capit. Ad audientiam*, *ibique Fagnan. num.* 16. & observat *Pignatel. consult. ultim. num.* 1. & 5. *tom.* 4. *Menoch. cons.* 477. *num.* 9. *Costa de Remed. Subsid. remed.* 76. *Aloys. Ricc. resolut.* 476. *num.* 6. *Trullench. in Exposit. Decal. lib* 3. *cap.* 3. *dub.* 8. *num.* 9. *Rot. apud Tamburin. de Jur. Abb. dec.* 32. *num.* 6 *& hæc Sac. Congreg. in Anglonen.* 20. *Dec.* 1704. de qua infrà. 22

Fortiùs verò; quia ultrà distantiam duorum milliariorum, accedit etiam asperitas itineris, quod ducit à Castro Pontis ad Lycianam; Hoc enim non solum redditur omninò impervium ab interiectione novem Torrentium ponte destitutorum, & accessum impedientium, præsertim hyberno tempore, quandò pluviis exundant, sed etiam dict. iter est angustissimum, & à labentibus aquis in variis locis corrosum, tenditque per apices, & continuata supercilia altissimarum rupium, formantium profundissimas ripas subjecto flumini Tavaroni, in quod ex maxima ejus parte præcipitium ostendit, ut referendo ea, quæ ejus fidelibus oculis subjecta fuere, testatur Episcopus in ejus Relatione, & colligitur ex authentica Planta, desuper per Peritos fabricata data in manibus Rever. P. Dom. Secretarii; Et demum ex nostris testibus ad interrogatorium 29. ibi: *E' verissimo, che la strada &c. è malagevole, difficoltosa, e pericolosa, non solo per essere angusta, ed in più luoghi in cima ael e rupi, e lame, ma ancora per esser traversata da torrenti di acque &c.* Et licèt inviti, fatentur etiam contrarii testes *interrogatorio* 68. 23

rio 68. ibi: *Detta strada per quasi mezzo miglio resta sopra balze, lame, e precipizi.*

Absque quo hujusmodi via dici valeat minùs aspera sub obtentu, quod per eam transeant mulæ onerariæ, aliaque 25 jumenta; Quia ultra quod id genus animalium transit etiam per Alpes, quæ propterea non sunt planæ, & expeditæ, & si transeunt, id faciunt eorum periculo, prout aliàs accidisse probamus in *Summario*. Adhuc id non provenit sine incommodo, & ex eo, quia via sit plana; Sed provenit ex necessitate ob defectum alterius viæ, & cum summo incommodo, & periculo dictorum animalium, ut referunt dicti Testes.

Admissa autem hujusmodi naturali itineris asperitate juncta cum supradicta distantia duorum milliariorum, utique 26 comprobata remanet illa incommoditas accedendi, per quam ad petitam dismembrationem deveniri debet, quia ad hunc effectum opus non est, ut via sit penitùs inaccessibilis, itaut per eam nullatenùs transiri valeat, sed sufficit, quod sit talis, ut non sine magno incommodo transiri queat, prout de facto, & multò magis habetur in casu nostro; Nam cum Parochiani Pontis, ad effectum adeundi Ecclesiam, metiri debeant in eadem die per octo milliaria, viam montuosam, angustam, saxosam, & periculosam, hyemalique tempore nivibus obsitam; utique non sine magno incommodò id facere poterunt, prout benè observat Reverendissimus Episcopus Sarzanen. in ejus Relatione quod sufficit pro obtinenda petita dismembratione, etiam seclusa distantia, cum *Concilium Trident. in cap. 4. sess. 21. de Reformat.* alternativè loquatur ibi: *Ob locorum distantiam, sive* 27 *difficultatem*; Itaut propterea alterutrum sufficiat, ut benè observat *Fagnan. in dicto cap. Ad Audientiam num. 19. de Eccles. ædificand.* ibique *Gonzal. num. 4.* ibi: *Vel si una Parochia habeat domos, ita ab Ecclesia distantes, ut difficile sit &c.* & punctualitèr notant *Pignatel. d. conf. ult. sub n. 9. tom. 4. & Rot. dec. 39. sub n. 2. vers. Sine periculo, & incommodo cor. Peuting. & in Aretina Jurium Parochialium 16. Januarii 1703. §. Cæterum vers. Pro ipsa Populorum necessitate, vel majori commoditate cor. R. P. D. Ansaldo.*

Præsertim quia eadem via intersecatur à præallegatis novem Torrentibus, descendentibus ex vicinis Alpibus, nun- 28 cupatis *di San Rocco, di Rè di Margine, della Crosa, della Matagna, di Magliola, di Gabanasca, del Magianello, del Romanino, e della Colombara*, ut referunt testes, exadversò inducti *ad Interrogatorium 92. & 93.* & videre est in Planta, data in manibus Reverendiss. P. D. Secretarii, qui nec saltari, aut superari possunt, nisi pedibus excalceatis, vel ut explicat tertius testis, exadversò paritèr inductus *Interrog. 102.* nisi saltando super incerta saxa, quæ mediis aquis supereminent, cum periculo in flumen dilabendi, prout accidit in personam cujusdam mulieris, quæ ità saltando sibi pedem fregit, & lu- 29 xata remansit, ut deponit tertius testis *Interrogator. 24.* Quæ omnia si ferè impracticabilia sunt robustis hominibus, non assuetis ad hujusmodi saltus, juxta ea, quæ videmus in Urbe practicari in aliquibus viis, occasione magnarum pluviarum, quantò minùs practicari poterunt à mulieribus, vel senibus, vel prægnantibus, à pueris, aliisque hominibus, debilitate, vel infirmitate aliqua laborantibus, ut de se patet.

Iidemque torrentes hybernis pluviis adeò tumescunt, ut inundent ipsam viam, accessumque impediant, tàm hominibus, quàm equis, & jumentis; transire tentantibus, ut refert Reverendissimus Episc. & deponunt uno ore nostri testes *ad Interrog. 33.* necnon *ad Interrog. 42. & 88* ibi: *In d. ca-* 30 *nale di Rè di Margine, quando vi sono acque, & è ripieno, non vi può ne anco passare un cavallo con non pericolo, mentre anco questo riempie la strada vecchia, e non si può passare con facilità, e quello di S. Rocco nè meno si può passare, quando è ripieno, perche un Canale coll' altro corrispondono assieme, & allagano la strada vecchia*, & & comprobant etiam testes, exadversò inducti *ad Interrogat. 61. & 102.*

Quod est adeò verum, adeoque subsistens, ut non solum Viatores sæpiùs necessè habuerint retrocedere, & domum remigrare, ut de facto proprio restatur primus testis *ad Interrogat. 33.* octavus, & decimus testes *ad Interrogatorium 42.* Sed etiam aliquando in dd. Torrentibus homines, & nonnul- 31 la animalia æquina miserabilitèr perierint, prout paritèr testatur Reverendiss. Episcopus, & concludunt omnes testes *ad Interrog. 5.* Quinimmò ob eorum excrescentiam impeditus fuit per plures dies transitus Parochus, cuntis ad Castrum Pontis pro accipiendo cadavere, tumulando in Parochiali Ecclesia Lycianæ; Et consequentèr, cum dictis Torrentibus hyberno tempore impediatur liber accessus ad Ecclesiam Lycianæ, & æstivo tempore transvehi nequeant à mulieribus, & pueris, nisi cum aliquo periculo, & ex iisdem Torrentibus retardari etiam valeat subministratio Sacramentorum, indè surgit plusquam sufficiens causa dismembrationis *Fagnan. in* 32 *dicto cap: Ad audientiam num. 19. Barbos. de Offic. & Potestat. Episcop. par. 3. alleg. 68. numer. 1. Rebuff. locò citat. num. 2. & Pignatel. dict consult. ult. num. 9. tom. 4. & Rot. decis. 39. numer. 1. cor. Peuting. & dec. 204. num. 1. par. 1. rec.* ubi innumeri alleguntur concordantes.

Et sanè dissimulari non potest difficultas accedendi; Quia contra Partem adversam stat innegabile factum Dom. Marchionis Lycianæ, qui pro dd. itineris asperitate evitanda, coactus fuit, occasione suarum nuptiarum, novam aperire viam per nonnullorum particularium fundos, & ulteriùs 33 militat confessio Antecessorum moderni Rectoris Lycianæ, qui ex hac causa rogarunt Reverendum Archipresbyterum Plebis Montium, ut dignaretur ægrotantibus Sacramenta conferre, ut deponunt nostri testes *ad Interrogatorium 102.* & communiter testes, exadversò inducti *Interrogator. 196. & 204.*; Et demùm militat recens factum Partis adversæ, quæ agnoscens illius difficultatem, non sine affectato studio curavit viam dilatare, mediantibus nonnullis trabibus, quas superinjecta terra, viæ supposuit ad effectum, ut ità eluderet Reverendissimi Episcopi, & Peritorum inspectionem in accessu, tunc proximè faciendo, quæ itineris reaptatio potiùs ostendit illius difficultatem, quàm commoditatem tanquàm pendentem ex insubsistenti reaptatione; quæ ad primum acquarum impetum corruet, relicta via in primo pessimo statu.

Minùs huic itineris difficultati occurri potest transeundo per aliam viam, minus asperam, paritèr tendentem à Castro Pontis ad Lycianam: Quia ultrà quod talis minor incommoditas non tollit distantiam inter Pontem, & Lycianam intercedentem, imò eam maximè auget, cum illa via nova sit majoris longitudinis, quàm antiqua, ut referunt communi- 34 tèr testes *ad Interrog 17. & 18.* ascenditque ad passus geometricos 2075. conflantes duo milliaria Italica, & passus 75. juxtà depositiones decimi, & undecimi testium, deponentium de facto propriæ mensurationis.

His additur, quod Ecclesia Parochialis, quæ aliàs extabat in loco aperto, & viciniori, ob commoditatem Populi Lycianæ translata fuit intra eorum Locum, mœnibus undique clausum, cujus fores singulis diebus de nocte clauduntur, & claves asportantur ad Palatium Domini Marchionis Ly- 35 cianæ, vel retinentur à Custode, habitante in medio ejusdem Loci, ad quem impossibile est, ut sub noctis silentio pertingat pulsantium sonitus, ut benè referunt nostri testes *Interrogatorio 105* & testes, exadversò inducti *Interrogatorio 114.* Ideòque sicuti dicta Ecclesia ob commoditatem Populi Lycianæ translata fuit intra eorum Locum, non obstante præjudicio hominibus Pontis Principalibus, ex tali translatione irrogato, ita à fortiori permittenda est hodiè dismembratio, ob positivam necessitatem eorundem hominum Castri Pontis Principalium, qui ex tali translatione constituti fuerunt in majori distantia, & in longè majori difficultate accersendi Parochum in casibus repentinis, & in illis præsertim, qui noctu eveniunt, prout consideratis hujusmodi facti circumstantiis, in puncto latè probat *Lap. allegat 66 incipien Quoddam Monasterium*, quem allegant, & sequuntur 36 *Fagnan in d. cap. Ad audientiam num. 20. & Lotter. de Re Benefic. lib. 1. quæst. 28. numer. 26.* ibi: *Et hinc est, quod si intra mœnia Civitatis includatur aliqua antiqua Parochia, ad quam saltem noctu non pateat accessus Comitatensium, qui illi priùs suberant, erit justa causa dismembrandi hanc Parochiam, & aliam extra Civitatem erigendi, ut in casu Lap. &c.* Habemusque in hac parte æquè practicum, ac recens exemplum Urbis, in qua ex dicta circumstantia, quod illius portæ nemini pateant de nocte, SS. D. N. jussit, quatuor erigi Parochias extra Urbem, ut est notorium, & dum hæc scribimus, seriò tractatur de aliis erigendis, & dismembrandis à Parochiis, intrà Urbem existentibus

Spreta inani reflexione, quod adiri valeat Parochus per quandam januam secretam suæ domus, contiguæ mœnibus Lycianæ: Tùm quia hujusmodi janua, exadversò aliàs adeò 37 decantata, est quoddam arctissimum foramen, apertum ad simplicem descensum de stabulo Parochi in ejus contiguum hortum, undique circumseptum, ex quo nemo potest exire, nisi prius emittat foras pedes, & deindè manibus sese exerat, & expromat, ut referunt communitèr testes, id deponentes de visu, deque facto proprio.

Tùm etiam, quia prædicta apertura fuit quædam precaria concessio, facta à Domino Marchione Lycianæ ad preces suas

38 suæ filiæ favore antecessoris moderni Parochi Lycianæ, ut testantur primus, & secundus testes, fratres ejusdem Parochi defuncti; Ideòque salus nostrorum Parochianorum committenda non est incertitudini d. januæ, quam D. Marchio Lycianæ potest, quandocumque sibi visum fuerit, obstruere: Cum nemo possit muros Civitatis perfodere, nec ingressum habere in Civitatem, aliàs quam per publicas portas, ut ultrà generalem prohibitionem *Textus in leg. fin. ff. de Rer. divis.* advertunt *Clar. in Prax. §. fin. quæst. 65 versic Muros*
39 *Civitatis*, *Farinac. quæst. 20. num. 147. & Rota in Ariminen. Foveæ Patarinæ* 11. *Martii* 1699. *§. Quatenùs cor. Molines*, ibi: *Uti constructæ ad commune Civium tutamen, non solum, tanquam sanctæ, dicuntur esse quasi Divini Juris, adeoque delinquentes in eis aliquando capitali plectantur pœna &c.* & accedit etiam peculiaris prohibitio D. Marchionis Lycianæ, de qua deponunt testes exadversò inducti *Interrog.* 222.

Tùm demum, quia supradicta apertura correspondet in hortum ipsius Parochi, sepibus circumductum, & altissimo
40 inhærentem scopulo, pro quo adeundo semita est, non solùm periculosa, & inaccessibilis, sed angustissima, & latitudinis unius palmi cum dimidio, ut testantur nostri testes *ad Interrogator.* 110. & 111. & clariùs testes exadversò inducti *Interrogator.* 229. Ultra quam quod, nec Rector Lycianæ, nec Parochiani Pontis unquam consueverunt ingredi, aut respectivè exire per dictam aperturam ad effectum subministrandi Sacramenta, ut testantur nostri testes, & concordant alii, exadversò inducti.

Accedit ulteriùs amplitudo Parochiæ Lycianæ, quæ habet sub se 17. distinctos populos, inter se, & multum ab ipso Loco Lycianæ, distantes, nempè Castrum Pontis, de
41 quo agitur, Castrum del Piano, & Villas Baccanæ, Boschi, Renchi, Gabanasche, Magliole di sopra Magliole di sotto Carpanede, Redi Margine, Vallis Sancti Martini, Vaglie, Arielle, Mezadri Fratrum, Montis Vinealis, & ipsum Locum Lycianæ, prout est notorium, & deponunt nostri testes, & clariùs, ac sigillatim testes, exadversò inducti *ad interrogator* 253. Quibus populis nullatenùs valet Parochus Adversarius supplere, & invigilare, prout deponunt contrarii testes *Interrogat.* 272. Et propterea, cum ex hujusmodi amplitudine, & latitudine Parochiæ timeri semper possit, quod dum Parochus, juxtà suam Pastoralem obligationem, necesse habet adire unum Castrum, in alio urgeat eadem necessitas pro subministrandis Sacramentis infirmis, & moribundis, & præsertim mulieribus parturientibus, & ex hac causa deficere valeant auxilia Ecclesiastica,
42 hinc legitimè infertur plusquam sufficiens causa dismembrationis, benè *Fagnan. in sæpè citato cap. Ad audientiam nu* 17 *Garz. de Benef. par.* 12. *cap.* 3. *num.* 9. & meliùs *Pignatel. d. consult. ult. n* 10. *tom.* 4. & *Rota dec.* 204. *num.* 1 *par.* 17. *rec. & in d. Aretina Jurium Parochialium super bono Jure* 15. *Jan.* 1703. *§. Cæterùm cor. Ansald*

Non obstantibus authoritatibus, exadversò forsàn allegandis, quod nimirum ex solo motivo amplitudinis Parochiæ deveniri non debet ad dismembrationem: Quia Authores, id affirmantes, loquuntur de amplitudine Parochiæ, relativè ad numerum populi ejusdem Loci, quemadmodum passim habemus in variis Urbis Parochiis. Secùs autem, quandò amplitudo Parochiæ, prout hìc, non solum talis est res-
43 pectu magni numeri Parochianorum, sed etiam respectu limitum ipsius Parochiæ, seù distantiæ Populorum, sub dicta Parochia degentium: Tunc enim amplitudo Parochiæ est sufficiens causa dismembrationis, cum semper militet prædicta ratio, quod timeri valeat animarum periculum, ad quod evitandum Sacri Canones voluerunt ad dismembrationes omninò deveniri, ut benè advertit *Fagnan. in dicto capit. Ad audientiam sub num.* 7. ibi: *Undè satis est ad validitatem erectionis, ut immineat periculum, ne sic decedant, neque hujusmodi eventus est expectandus, quin potiùs præveniendum, ne contingat, cum satiùs sit occurrere in tempore, quàm post exitum vindicare*: ubi etiam fatetur, sic censuisse hanc Sacram Congregationem pro erectione novæ Parochiæ, quam per extensum refert *Garz. de Benefic. par.* 12. *cap.* 3. *num.* 9. & concordant adducti per *Pignatell. loco suprà citato num.* 10 &
44 *Monacell. in Formul tom* 1 *tit.* 2. *form.* 3. *n* 3. *fol.* 34. ibi: *Absque eo, quod teneatur expectare, quod aliqui ex Parochianis decedant sine Sacramentis, ut probant dec. Rotæ &c.*

Minùs fundamentum fieri potest in authoritate *Bertacchin. in vot. decis.* 117. *numer.* 2. & 3. uti punctualissima exadversò exagerata, literisque majusculis in præteritis Scripturis distincta: Loquitur enim cum supposito, quod pro exclusione
45 dismembrationis responderit hæc Sacra Congregatio *in Militen.* 26. *Januarii* 1697. Et tamen diligenter pervolutis Regestris hujus Sacræ Congregationis *in Libr.* 47. *Decretor. folio* 27 ubi registratur eadem resolutio, nullum adest positivum decretum, exclusivum petitæ dismembrationis: Sed hæc Sacra Congregatio simpliciter rescripsit: *Episcopo, qui conficiat Processum ser. ser. & ad Sacram Congregationem transmittat*, quod usque ad hodiè exequutum non est, ut remanet manifestum ex replicatis diligentiis, in eisdem Regestris factis; Undè ex una parte edocemur, nimis solidè ab hac Sacra Congregatione die 2. Augusti 1631 cum successiva approbatione s. mem. Urbani VIII demandatum fuisse, ut non credatur Authoribus, referentibus resolutiones hujus Sacræ Congregationis, nisi illæ exhibeantur munitæ subscriptioni-
46 bus Eminentiss. Præfecti, & Illustriss. Secretarii, ut videre est *in Libr.* 14 *fol.* 473. & notant *de Just. de Dispensat. Matrimon. lib.* 1, *cap* 4. *n.* 357. *& seqq. & Herintz in Theolog. Moral. tract.* 5. *disp.* 5. *quæst.* 2. *sub nu.* 2. Ex alia verò applicatur communiter recepta conclusio, quod Authori, loquenti cum aliquo supposito, isto cessante nulla præstanda sit fides, ex adductis per *Lotter. lib.* 1. *qu.* 31. *n.* 59, *Gob. consult.* 80. *num.* 7. & *Rot. dec.* 1223. *num.* 8. *cor. Emer. jun*

Poterat autem omitti contraria diligentia procurandi atte-
47 stationes à Parochis Basilicæ Lateranesis, Sanctæ Mariæ Transtyberim, & Sanctæ Ceciliæ, Urbis, circà vastitatem earum Parochiarum, quibus addi possunt Ecclesiæ S. Mariæ Transpontinæ, S. Susannæ, S. Mariæ de Populo, Basilicæ, Vaticanæ, & aliæ: Quia hujusmodi reflexio retorquetur ad hominem.

Primò, quia habitantes sub dictis Parochiis extrà Urbem
48 magnum habent commodum, maximamque facilitatem audiendi plures missas, nedùm omnibus diebus festivis, sed etiam ferialibus in infinitis Ecclesiis Ruralibus, intrà ambitum dictarum Parochianorum existentibus: Idque sine ullo periculo, vel incommodo attento, quod non adest minimus torrens, vel parvus fluvius, suprà quem multi non adsint Pontes, & ut plurimum lapidei, ut omnibus notum est.

Secundò, quia pro Instructione in rudimentis Fidei habent etiam commodum Missionariorum nedum Clericorum Sæcularium, qui ex devotione missiones extrà Urbem faciunt,
49 sed etiam Presbyterorum Congregationis Missionis, qui ex eorum Instituto, omnibus noto, octo mensibus cujuslibet anni tales missiones in Locis campestribus extrà Urbem facere debent, quod punctualissimè adimplent.

Tertiò, quia habitantes sub dictis Parochiis extrà Urbem non constituunt unum Locum, seù Castrum, sed
50 omnes sunt Vinitores, & Rustici, habentes curam Vinearum, & rusticorum prædiorum, suntque ulteriùs inter se prorsùs divisi, & omninò separati, & proindè in his circumstantiis de se patet, nimis improprios esse terminos erectionis novæ Parochiæ.

In hac autem parte non possumus non rogare EE PP. ut dignentur cavere à magnificato illo animarum numero, qui exprimitur in dictis attestationibus signantèr in illa Parochi Lateranensis, qui inter alia dicit: *à Torre Pignatara habitano circa* 100. *anime*: Et tamen innegabilis veritas ea est, quod
51 in dicta Turri, nonnisi unicus, & miserabilis habitat Eremita, quod est ideò notorium habentibus vineas, & prædia propè dictam Turrim, ut nonnisi cum admiratione sub oculis haberi possit dicta attestatio.

Quartò, tandem quia non obstantibus hujusmodi reflexionibus, clamores dictorum miserabilium Rusticorum benignè excepti fuerunt à Sanctiss D N. de cujus mandato ultimo loco erectæ fuerunt in Parochias quatuor Ecclesiæ, nempè S.
52 Agnetis, Sancti Pauli, & Sancti Laurentii extrà Mœnia, necnon S. Francisci in Monte Mario, agiturque hodiè de multiplicandis dd. Parochiis extrà Urbem, itaùt, Deo dante, limites dictarum Parochiarum, qui ampullosè magnificati fuerunt in dictis contrariis attestationibus ad milliaria 35 15. & sex respectivè, ad longè minorem distantiam reducentur, mediantibus aliis dismembrationibus à dictis antiquis Parochiis.

Perstringendo igitur omnia hucusque latè expensa, si negari non potest magna difficultas hominum Pontis Bossii accedendi ad Ecclesiam Lycianæ, tam pro Sacramentis percipiendis, quam pro Divinis Officiis audiendis, atque ad assistendum Doctrinæ Christianæ instructionibus, remanet manifestum, concurrere sufficientem, & sufficientissimam causam dismembrationis Parochiæ, quia negari non potest cum doctissimo *Fagnano*, in materiis hujus Sacræ Congregationis peritissimo, ex quo priùs sub ejus Avunculo
53 Secretario educatus, deindè in eodem munere eidem subrogatus fuit, ut observat *Rot. in Romana Matrimonii* 4 *Februarii* 1697. *§. Quæsi ex parte cor. Ursino* & ipsemet testatur *in*

cap. Cum contingat n. 51. *vers. Postremò de Decim. In effectu* , *unicam esse causam erigendi novam Parochiam*, *videlicèt magnam difficultatem accedendi ad Ecclesiam matricem pro Sacramentis percipiendis*, *& Divinis Officiis audiendis*, *nam aliæ causæ*, *videlicèt distantia loci*, *flumina intermedia*, *portæ Civitatis clausæ &c. intantum justificant erectionem*, *in quantum pariunt difficultates hujusmodi*, juxta illius præcisa verba *in d. cap. Ad audientiam il primo n.* 23. *de Eccles. ædificand.*

Adnectitur insuper ipsa diversitas dominii temporalis ipsorum Locorum Pontis, & Lycianæ, ex qua fit, ut benè advertit Reverendissimus Episcopus, quod accessus difficultas 54 in infinitum augeatur non solum ex eo, quia Populus Castri Pontis, qui tenetur assistentiam præbere D. Marchioni dicti Castri Domino, non potest uno tempore confluere ad Ecclesiam, ne relinquat totam Patriam, propriasque domos incustoditas, præsertim, quia in dicto Castro varia negocia, & artes exercentur, sed etiam quia, ob prætensum commodum D. Marchionis Lycianæ, protrahitur celebratio missæ Parochialis ad horam, satis incommodam Parochianis Pontis Principalibus, domum quasi ad Vesperas revertentibus, adeòut eorum multi præceptum Ecclesiasticum non adimplerent, nisi haberetur missa à Cappellano D. Marchionis, ut refert Reverendissimus Episcopus & concludunt testes, exadversò inducti *Interrogatorio* 314.

Et proindè, cum ex diversitate dominii temporalis perpetuò insurgant inconvenientia, multòque majora oriri valeant, 55 ob situationem Parochialis Ecclesiæ in loco clauso, ob affectatum commodum D. Marchionis Lycianæ, qui ex hujusmodi motivo ostentat exercere quandam speciem dominii super alteriùs subditos: Ideò ex hac temporalis dominii diversitate, efficacacissima oritur causa petitæ dismembrationis, quæ talis censenda est, quoties populus ex dicta causa, & difficultate retrahi potest à Sacris, & ab audiendis Divinis Officiis, ut referendo casum, de quo *Lap. alleg* 66. benè infert *Fagn in cap. Ad audientiam sub num.* 20. Non obstante quòd ex finibus temporalibus non arguatur ad fines spirituales; Nam, ut ait *Cardin. de Luca in Miscell. Eccles. disc.* 73. *numer.* 8. Licèt à finibus temporalibus non arguatur ad spirituales, ideòque ex diversitate dominii temporalis, de rigore justitiæ, peti non possit dismembratio aliqua, attamen talis ratio est consideratione dignissima, ut juxtà regulas prudentiæ id concedatur, si aliàs, prout hic, propter d. dominii diversitatem aliquis malus exitus timeatur.

Absque ulla difficultate, attentis perpetuis illis contentio- 56 nibus, & simultatibus, quæ naturales sunt inter finitimos populos, experientia teste, & illas observante *Rot. in decis.* 215. *sub numer.* 7. *part.* 13. *rec.* ibi: *Ne de consanguineis*, *& conterraneis transferantur ferè ad inimicos*, *& hostes*, *prout inter finitimos vetus*, *atque antiqua simultas*, *immortale odium*, *& nunquam sanabile vulnus*, *perpetuis contentionibus &c.*

Evidentiùs denique, quia in casu nostro, ultrà d. diversitatem dominii simultates, & contentiones inter Populos, 57 concurrunt apertissimæ dissentiones inter utriusque Populi Dominos, ut refert Reverendissimus Episcopus; Quæ dissentiones influunt etiam in subditos respectivè Populos, qui, ut plurimum genium Principis comitantur, ad ejusque exemplum componuntur.

Absque eo quod pro vera reconciliatione mereantur attendi mutuæ convenientiæ, aliàs hinc indè habitæ inter ipsos, unum alterum invitantes in propriam domum in aliquibus 58 occasionibus; Tùm quia hodiè dd. & omnes aliæ convenientiæ omninò cessarunt, tùm etiam, quia talia signa haberi non merentur in consideratione in nobilibus personis, & magnatibus, inter quos, experientia teste, practicabilis non est incivilis usus plebejorum, se non salutandi, ac rusticè tractandi, ut advertit *Card. de Luc. Miscell. Eccles. disc.* 9. *n* 7. & confert recepta Criminalistarum conclusio, quod offensa, semel ad animum revocata, non tollitur dissimulatione, aut actibus socialibus, *Host. in cap. Olim sub n.* 5. *& seq. & num.* 8. 59 *versic. Soluto* & ibi *Jo: Andr. n* 4. *Butr. n.*7 *Marian. Soccin. n.* 46. *de Iniur.* & est *Gloss in* 9. *fin in ult glos in fin Instit. eodem tit. de Iniur. Farinac. cons.* 98. *num.* 6. Ideòque deveniendum omninò videtur ad petitam dismembrationem, ne aliàs istæ dissentiones, prudenter hucusque dissimulatæ, & modo per pendentiam litis exacerbatæ occasione istius necessariæ communionis, & subjectionis respectivè, erumpant tandem in aperta scandala, & vindictas, tantò graviores, quantò fuerint tardiores, cum maximo præjudicio publicæ quietis, & animarum, ad tradita per *Cardin. de Luc. in Annot ad Concil. Trid. disc.* 26 *n.* 6.

Ex his omnibus cumulatis, & tam fundatis causis quarum quælibet sigillatim considerata de per se sufficeret ad dismembrationem Parochiæ decernendam, liquidò constat, quam sit justa, & fundata petitio Principalium, humilitèr instan- 60 tium in hoc supremo Senatu pro petita dismembratione nè ulterius infelix ille Populus privetur suo Pastore, & cogatur mendicare subministrationem Sacramentorum ab alienis Parochis, prout hactenùs accidit, non sine bonorum omnium scandalo; Nihil enim scandalosius audiri potest, quam quod ab hominum memoria in Castro Pontis, & consequentèr in Oppido, à Catholicis inhabitato, à proprio Pastore, & Parocho nunquam pro infirmis asportatum fuerit Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, ut testatur primis testis inter- 61 rogat. 94. ibi: *Nel tempo*, *che io sono stato a Liciana in tempo di mio fratello*, *non è stato mai portato Sagramento alcuno da Liciana al Ponte*, & sextus testis interrogat. 6. ibi: *E' vero*, *che à mia memoria &c. non hò veduto mai il Paroco di Liciana al Luogo del Ponte*, *che abbia portato il Santissimo Sagramento all' Infermi*; *Ma bensì questo è stato à medesimi somministrato dall' Arciprete de' Monti*, *ò suo Cappellano &c.* Septimus testis interrogat. 94. ibi: *Non l' hò mai inteso dire*, *ne mai l' hò veduto à mia memoria*, cum quibus concordant alii testes, ex adversò inducti ad interrog. 191.

Tales siquidem sunt supradictæ causæ, ut absque dubio subsequi indè valeant mali eventus, quod satis est ad effectum dismembrationis, prout ex solo, & unico motivo distantiæ 62 probat *Barbos. ad Concil. sess.* 21. *capit.* 4. *numer.* 11. cum sola possibilitas malorum eventuum sufficientem præbeat causam dismembrationi, ac erectioni novæ Parochialis, *Fagnan. in d. cap. Ad audientiam num.* 17. ibi: *Hujusmodi eventus non est expectandus*, *quin potiùs præveniendum*, *ne contingat*, *cum satiùs sit occurrere in tempore*, *quam exitum vindicare ad Text. in l.* 1. *C Quandò hic unicuique sine judic. vindic* & ità dicit censuisse hanc Sacr. Congreg. pro erectione novæ Parochiæ non esse expectandum; ut Parochiani absque Sacramentis decesserint *Pac. Jordan. var. lucubrat. tom.* 2. *lib.* 10. *tit.* 31 *num.* 6. *Garz. de Benef. d. par.* 12. *cap.* 3. *numer.* 9. *& Monacell. in Formul tom.* 1. *fol.* 34. *num.* 3. ibi: *Absque eo quòd teneatur expectare*, *quod aliqui ex Parochianis decedant sine Sacramentis*, *ut probant Decisiones Rotæ &c.* Neque *Host. Abbas*, & 63 alii exigunt, quod sine Sacramentis aliquis ex Parochianis decesserit, sed loquuntur per modum exempli, nam alioquin esset sumere clypeum post accepta vulnera, ut notat *Pignatel. consult. ultim. num.* 10. *tom* 4.

In infinitum tamen supradicta stringunt in casu nostro, ubi moveri necesse non habent EE. PP. ad consulendum miserrimo statui Populi Pontis cum sola reflexione possibilitatis malorum eventuum, indè sequendorum; Sed movendi 64 sunt à deplorabilibus casibus, jam sequutis; In quacumque enim parte oculos vertant, occurrent scandala, & inconvenientia, jam hucusque sequuta, & à prædictis causis producta; Equidem non unus, ait alter Parochianorum decessit sine Sacramentis, sed plures, & frequentissimi decesserunt.

Obiit siquidem sine auxilio extremæ unctionis bon. mem. Marchionissa Castri Pontis, quæ decessit eo tempore, quo Parochus Lycianæ ad Locum Pontis tendebat, ut referunt communitèr nostri testes, & decessisset etiam destitu- 65 ta Sacramento Eucharistiæ, nisi illud delatum fuisset à Domino Cappellano Ecclesiæ Plebis Montium, ut referunt prædicti testes loco supracitato; Supplicantes observare, quod si hæc evenerunt respectu nobilissimæ Matronæ, Dominæ in temporalibus nostri Castri Pontis, facili negotio considerari potest, quid dubitandum sit de subditis, & miserabilibus personis, ex quibus obiit sine Sacramentis Dominica, Mater Jacobi Federici, ut fatetur sextus testis, ejus filius ad interrog. 63. cum quo concordant alii testes ad interrog. 65. Pariter sine Sacramentis decesserunt de anno 1689. Joannes Carolus Jannetti, de anno 1690. Uxor Caroli Ferretti, de anno 1692. Camillus Turchetti, ut deponit Reveren. D. Marchus Galeazzius ad interrog. 200. Et cum tot sint, tamen plures etiam sine dd. auxiliis decessissent, nisi ad subministrationem Sacramentorum accurrissent, vel Rev. Cappellanus d. D. Marchionis Pontis, vel Rev. Archipresbyter Pontis Plebis Montium, ut fatentur nostri testes, & signanter nonus, & decimustertius, uterque super *Artic.* 7.

Rursus illud verè scandalosum habemus ex prædictis causis productum, quod pueri Castri Pontis ab hominum memoria nunquam adiverint Lycianam, ut in rudimentis Fidei in- 66 formarentur, ut est in illis partibus notorium, & concordant omnes nostri testes, nec dissentiunt contrarii.

Habemus paritèr, quod ex causa inundationis torrentuum inhumatum remansit per plures dies cadaver Catharinæ Uxoris Jacobi Ridolphi, teste Reverendiss. Episcopo, & 67

concor-

concordantibus in hac parte omnibus aliis testibus ad *interrog.* 73.

Et denique habemus, quod Parochi Lycianæ nunquam, vel rarissimè præbuerint assistentiam infirmis Castri Pontis, & quod pejus est, nunquam, ut diximus, detulerint ad dict. Castrum SS. Viaticum.

Undè cùm non versemur in difficultate accedendi, ex qua tantum possibilis sit aliquis malus eventus, in damnum, & perniciem animarum hominum Castri Pontis, sed de facto simus in casu, ubi inconvenientia propter obitus sine Sacramentis, & scandala jam acciderunt, & per consequens multò fortiùs accidere valeant in futurum attento præsertim augumento Populi, in diem excrescentis, non est hæsitandum in concedenda petita dismembratione, sed totis viribus ad eam deveniendum est, nè contrà censuram Sacrorum Canonum iste infelix Populus, altissimè reclamans à prædictis inconvenientibus, & scandalis, diutiùs relinquatur sine proprio Pastore, qui eorum animarum curam habeat, sicut omninò sperat obtinere à summa providentia, & benignitate hujus Sacræ Congregationis, quæ in similibus, imò in debilioribus terminis nunquam dubitavit ad formalem dismembrationem devenire, ut testatur *Fagnan. in d. cap. Ad audientiam sub num.* 7. *Pignatell. consult. ultim. num.* 5. *tom.* 4. *Barbos. de Offic. & Potest. Episc. par.* 3. *alleg.* 67. *numer.* 10. 12. *&* 21. *Garz. de Benef. par.* 12. *cap.* 2. *num.* 28. *& Rot. dec.* 415. *num.* 6. *par.* 2. *& dec.* 204. *n.* 1. *& per tot. par.* 17. *rec. & in d. Aretin. Jurium Parochialium super bono Jure* 18. *Januarii* 1703. *§. Cæterùm cor. R. P. D. Ansaldo.*

Habemusque in hac parte quatuor magistrales resolutiones hujus Sac. Congr. I. in *Januen.* 16. *Jan.* 1694. *l.* 44. *Decr. f.* 5. II. in *Puteolana Erectionis Parochiæ* 18. *Jun.* 1701. *l.* 5. *Decr. f.* 340. *à tergò*, in cujus punctualissimo casu longè duriores concurrebant circumstantiæ, quia ultra apertum dissensum Eminentiss. Archiepiscopi Neapolitani, pro veritate ab hac Sac. Congreg. interpellari, agebatur de paucis rusticis hominibus, *habitantibus in Mappaliis, seu Tuguriis, circum quæ plures aderant Cappellæ, in quibus festivis diebus missæ celebrabantur, atque in casibus infirmitatum iidem Rustici se transferebant ad proprias Patrias, pro casibus verò repentinis aderat simplex Sacerdos, semper promptus ad illis subveniendum*, juxtà præcisa verba Folii, distributi, dicto die 18. Junii 1701. Et nihilominùs attenta difficultate recipiendi Sacramenta, necnon ad facilitanda rudimenta Fidei filiis, & filiabus colonorum, & rusticorum, ibidem habitantium, hæc Sacra Congregat. utraque Parte acerrimè informante, atque sua jura strenuè deducente, dubio: *An substineatur erectio Parochiæ in Loco Baculi*, die 2. Septembris 1701. intrepidè respondit *Affirmativè;* Antecedentèr autem, hoc est die 9. Julii ejusdem anni, OEconomo, seu Cappellano pendente lite ab Episcopo Puteolano deputato omnem facultatem tribuerat cuncta Sacramenta administrandi, cum rescripto: *OEconomus deputatus administret Sacramenta.*

Tertiam verò *in Anglonen.* 15. *Novembris* 1704. *libr.* 54. *Decr. fol.* 453. in quo agebatur de dismembratione à Parochia, quæ, ut dicitur in Folio, dicto die distributo, *suum habebat Parochum cum* 9. *Coadiutoribus, in tota Parochia Sacramenta alternatim ministrantibus, necnon aliam Parochiam filialem, cui unus Rector, aliique tres simplices Sacerdotes inserviebant;* Agebatur ulterius in eodem casu, non de impossibilitate, neque de maxima difficultate, sed de sola incommoditate itineris, minusque de intersecatione magni alicujus fluminis, vel maximi torrentis, deque distantia duorum miliariorum, & demùm de numero biscentum animarum, pro quibus dismembrata fuit nova Parochia, ut legitur in eodem folio, ibi: *Propter distantiam à d. Terra, incommoditatemque itineris, ac numerositatem Populi, ducentas circitèr animas constituentis, in novam Parochiam erexit &c.*

Et attenta paritèr sola difficultate percipiendi Sacramenta, hæc Sacra Congregatio die 20. Decembris 1704. nedùm respondit *Affirmativè*, 1. dubio, his verbis concepto, *An Episcopo Anglonen. licuerit dismembrare ab Ecclesia matrice S. Jo: Baptistæ Claramontis Ecclesiam, seu Oratorium sub titulo Sancti Antonii Casalis Fardellæ, & illam erigere in novam Parochiam;* Sed ulteriùs in 2. dubio eidem novæ Parochiæ assignavit decimas, quæ priùs solvebantur antiquæ Parochiæ.

Cum quibus post hæc scripta processit in *Frequentina. seù Abellinen. Erectionis Paroch.* 27. *Maii* 1713. *lib.* 63. *Decretor. fol.* 220. in qua recedendo ab antecedenti resolutione, capta *die* 18. *Septembris* 1688. dubio, *An sententia super erectione Parochialis SS. Dominici, & Francisci sit exequenda*, nedùm respondit *Affirmativè*, sed raro exemplo causam amplius non proponi, mandavit, quamvis ageretur de unica resolutione, revoocatoria alterius; Et tamen ab Incolis dismembrationem petentibus, neque etiam integraliter assignata fuerat congrua Rectori, sed solùm in 30. ducatis, reliquis 20. detractis ex decimis Capitulo solvi consuetis, ut rotundis literis dicitur in Folio, d. die distributo.

Hujusmodi autem punctuales resolutiones hujus Sac. Congreg. habendæ sunt pro casu legis, ex adductis per *Rot. in decis.* 72. *num.* 4. *cor. R. P. D. Ansaldo, & in Giennen. Juris votandi* 2. *Jul.* 1706. *§. Quod indubitantèr coram Reverendiss. Kaunitz*, atque ad illarum tramites videtur in nostris terminis procedendum, non attento, quid unus, vel alter ex Doctoribus, vel incidenter, vel materia nullatenus examinata, contrarium asseruerit, quia quandò allegantur hujus Sacrosancti Consessus oracula, omnes aliæ authoritates poni possunt ad partes, dum ipsummet sacrum, supremumque Sacræ Rotæ Tribunal reverenter ejus oracula suscipit, ut testatur in *Januen. Professionis* 3. *Julii* 1702. *§. Et quamquam cor. Molines* & vidimus supra *disc.* 7. *à n.* 11.

Quæ omnia, si sufficiunt ad effectum deveniendi ad erectionem novæ Parochialis, prout esse sufficientissima demonstravimus, & ubi talia canonizzata fuerunt per Reverendissimum Episcopum, cujus judicium, respectu qualitatis causarum, est omninò attendendum, juxtà animadversa per *Pignatel. consult. ult. num.* 3. *tom* 4. & alibi passum, & ad nostrum præcisum effectum firmata per *Rot. in decis.* 105. *numer.* 1. *coram Emer. jun.* cum aliis allegatis suprà *numer.* 7. Multò fortiùs sufficere debent in casu nostro, ubi non petitur dismembratio reddituum Ecclesiæ Lycianæ, & sumptus necessarii ad effectum extruendi Ecclesiam, & manutenendi Parochum eligendum, in quo tantum casu procedit rigor authoritatum, exadversò allegandarum; Sed prædicta Ecclesia jam extructa fuit sumptibus Principalium, & insuper per hanc Partem offertur sufficiens congrua pro necessaria manutentione Parochi eligendi, ut in terminis terminantibus, sequendo *Abbatem, & Hostiensem*, probat egregiè *Ferrett. consil.* 36. *numer.* 1. *& per tot.* nec aliud petitur per Principales, quam petiolum Terreni annui redditus scutor. 4. vel multò minoris, juxtà depositionem contrariorum testium, examinatorum super redditu Ecclesiæ Lycianæ, situm intrà territorium Castri Pontis, una cum aliqua parte decimarum frumentariarum, ad dictam Ecclesiam Matricem spectantium, EE. PP. benè visa, ut ad rem consuluit Reverendiss. Episcopus, quæ, respectu patrimonii Ecclesiæ Lycianæ, ascendentis ad libr. 610. 19. monetæ Januæ, ut referunt de facto propriæ recollectionis primus, & secundus testes *ad interrog.* 129. sunt nullius, vel saltem levissimi præjudicii, in re tanti ponderis omninò spernendi, cum adhuc, eis demptis, Parochus Lycianæ valeat commodè sustentari, maximè quia cessat incommodum subministrandi Sacramenta Parochianis Principalibus, ut advertit idem Reverendiss. Episcopus, quo casu, etiam seclusis legitimis causis, nullo pacto denegari potest dismembratio, ad literalem, *Text. in dict. cap. Ad audientiam*, ibi: *Quod quidem fieri posse videtur, cum ejusdem Villæ Dominus* 20. *agros terræ frugiferæ velit ad usus Sacerdotis conferet*, & sequendo *La. um alleg.* 66. in puncto firmat idem *Fagnan. nu.* 20. ibi: *Si Parochialis habet in Villa aliquas obventiones, sine quibus ejus Rector possit commodè sustentari, & reperiatur aliquis, qui vult novam Ecclesiam fundare, & obventiones illas competentèr augere; Episcopus erigat novam Parochiam, eique assignet hujusmodi obventiones cum d. augumento, & Rectorem in ipsa instituat, Barbos. ad Conc. sess.* 21. *d. c.* 4. *num.* 16. & melius *Ferrett. in d. magistrali cons.* 36. *per tot. & signanter n.* 2. ibi: *Ampliatur ista conclusio, ut procedat, etiamsi non adest magna necessitas, sed aliqualis incommoditas Parochianis, si nova Ecclesia non ædificaretur, dummodo dotetur per construentem, prout dotata fuit per præfatum Nobilem, ità ampliat idem Abbas post Glossam, & Hostiensem.*

Nec ullatenùs merentur attendi contrarii testes, deponentes de redditu Ecclesiæ Lycianæ in solis libris 450. monetæ illarum partium; Quia Jacobus Santinus contrarius testis ad hunc effectum inductus, est subditus D. Marchionis Lycianæ, & deponit de propria affectione *ut in interrog.* 248. ibi: *Vorrei, che la vincesse il nostro Rettore*, in terminis terminantibus *Rot. in decis.* 39. *num.* 2 *cor. Peuting. & dec.* 1250. *num.* 5. *& seqq. cor. Coccin.* Unde hujusmodi testes, nedum ullam probationem, sed nec ullum contrariæ probationis adminiculum constituunt, præsertim in concursu nostrorum testium, deponentium de facto proprio fructuum recollectionis *Rota coram Dunozet. jun. decis.* 647. *numer.* 21. *& decis.* 147. *num.* 6. *part.* 1. *recent.* Et propterea cum his attentis, erectio Parochialis, de qua agitur, nullum Parocho Adversario inferat præjudicium, ex quo adhuc ipse remanet abunde provisus de red-

de redditibus Ecclesiæ, & vice versa sint omninò necessaria hominibus Castri Pontis pro suarum animarum salute; Hinc profectò videtur, quòd dicti Parochi oppositio contineat manifestam invidiam, & æmulationem, etiam in actibus, aliàs licitis, de jure damnatam, quæ propterea nullatenùs est admittenda, juxtà communitèr notata per Doctores in *l. Altius*, *Cod. de Servit. Urban. præd.* cum concordantibus apud *Rot. in dec. 6. numer. 16. & seqq.* apud *Antonell. de Jurib. Clericor.* Præsertim in iis, in quibus agitur de animarum salute, quarum lucram, non autem bona fugacia Parochus quærere tenetur, *Barbos. de Paroch par. 1. cap. 3. num. 9 & 10.* & benè *Ferett. d. conf. 36. sub num. 1.* ibi: *Et propter imminens periculum animarum tendit ad augendum cultum Divinum, ideò non est habenda consideratio de aliquo privato commodo Plebani, vel alterius.*

82

Clariùs, quia data tali dismembratione Castri Pontis, adhuc Ecclesia Lycianæ remanet cum suo antiquo splendore, cùm adhuc sub ea remaneant sexdecim Populi, numerati suprà *numer. 4.* Qui non solùm sufficiunt, pro conservando decore Parochiæ Lycianæ, sed etiam superabundant, cum unus Parochus non valeat omnibus incumbere, ac de illis curam habere, ut referunt testes, exadversò inducti *ad interog. 289.* Quapropter cessante diminutione decoris Ecclesiæ matricis, faciliùs deveniendum est ad petitam dismembrationem, *Cardin. de Luca in Miscellan. Eccles. disc. 1. numer. 115. & 116. & disc. 52. num. 14. & in annot. ad Concil. Trident. discurs. 16. num. 6.*

83

84

Et denique sine ulla difficultate, quia in eadem Diœcesi, imò ab ipsa Lycianæ Ecclesia pura exempla similium dismembrationum suppeditantur, nempè à dicta Ecclesia Lycianæ Castri Bastiæ, ab Ecclesia Giovagalli Bullæ, Nivigolæ; ab Ecclesia Gabbianæ Luzanæ, & Bussetti; & ab ea Bibulæ Villæ Bibulæ, seu Terræ Trecchetti, factarum per Antecessores moderni Reverendissimi Episcopi Sarzanen. de annis 1516. 1517. 1519. 1626. 1627. 1634. non obstante minori distantia, quæ in illis verificabatur, quàm sit illa in casu, de quo agimus; Ideòque attentis talibus exemplis, & tali consuetudine particulari in ista Regione, non solùm ad dismembrationem Parochialium deveniri potest, & debet, sed etiam ad illam Ecclesiarum Cathedralium, difficilius permittendam, ut in puncto *Card. de Luc. in annot. ad Conc. d. disc. 16. n 6.* Eoque magis, quia, ut supra diximus, favore Principalium militat judicium, & Votum pro dismembratione, Reverendiss. Episcopi, cui deferendum in hac materia constanter tenet hæc Sacra Congregatio, ut ultrà authoritates allegatas supra *nu. 9.* notant *Pignatell. consult. ult. nu. 3. tom 4. Ricc. in Prax. resolut. 676. numer. 5. & Pac. Jordan lucubr. tom. 3. lib. 10. tit. 31. de Div s. Benef. n. 5. in fin.*

85

86

Rejecto penitus objecto, alias exadversò perperam adducto, quod sit incongrua erectio Parochialis in Castro Pontis, ob exiguitatem Populi: Quia licet Populus Pontis habeat solùm viginti focularia, ut deponit Consul dicti Loci, qui numerus focularium est sufficiens pro constituenda Parochia, cum ad hunc effectum sufficiant decem focularia, *Cardin. de Luc. de Paroch. discurs. 23. numer. 17* Adhuc habet congruum numerum animarum, ascendentem ad 130. & refert eundem animarum numerum reperiisse in Sacra Visitatione Reverendissimus Episcopus Sarzanen. quarum animarum numerus, non autem focularium attendi debet, ad effectum, ut Populus Castri Pontis jure suo petere valeat Parochum, innixus Sanctioni *Text. in canon. unico 10. quæst. 3.* in quo disponitur, quod sufficiant 10. animæ pro petendo Parocho, ibi: *Ecclesia, quæ usque ad decem habuerit mancipia, super se habeat Sacerdotem*, quem sequitur *Rota dec. 380. numer. 8. & 29. par. 5. rec. Cardin. de Luc. de Paroch. d. discur. 23. num. 17.* & egregiè *Fagnan in d. cap. Ad audientiam num. 28.* ibi: *Et meritò, quia decem faciunt Plebem*, ut ait *Gloss. in verb. Mancipia*, Et sic etiam habet Populum, quod requiritur in sensu Concilii, ut compellere possit Parochum ad dismembrationem, & meliùs *Amost. de Caus piis lib. 5. c. 4. sub n. 45.* ibi: *Ecclesia sub se habens decem mancipia debet habere Sacerdotem, sin minus aliis conjungatur Ecclesiis, quæ quidem sententia admittenda est, nam Concilium in d. cap. 4. asserit, ad novam Parochiam alendam Populum esse cogendum, supponit enim Populum ad id esse necessarium, qui quidem ex decem hominibus componitur &c. Ergo semper debet esse numerus decem personarum, quod non solum intelligas de his, quæ communitèr tantum, sed & quæ habeant usum rationis, cum istæ quotannis teneantur ad præceptum Confessionis, tùm diebus festivis ad missam audiendam, ut benè considerat Fagnanus, &c.*

87

88

Et de dismembratione facta ob solum n. 200. animarum adest dicta punctualis resolutio hujus Sac. Congr. *in dicta Puteolana* 18. *Junii* 170 . & *Anglonen. 10. Decembris* 1704. de quibus *in Lib. 51. Decr. fol 340. à ter. & in Lib 54 fol. 453.* & novissimè *in Spoletana 16. Nov. 1715.*

89

His stantibus, recurri nullo pacto debet ad deputationem Cappellani, (quæ est secunda pars nostri dubii,) quià quotiescumque ex prædictis constat, esse locum erectioni novæ Parochialis, prout verè constat, de se evanescit remedium deputationis Cappellani, qui non datur, nisi in casu, quo deficiant causæ, ad dismembrationem necessariæ, ex punctualibus authoritatibus, & hujus Sacr. Congregationis oraculis, supra citatis; Alias supervacaneum prorsùs esset insudare in demonstrandis causis pro petita dismembratione, si subinde, eis non obstantibus, ad solam deputationem Cappellani esset deveniendum, ut de se patet.

90

Verum quia in casu nostro, undequaque superabundat materia ad effectum etiam positivè excludendi debile hoc remedium deputationis cappellani: Ideò, ad omnem abundantiorem cautelam, aggrediendo etiam hujusmodi inspectionem, dicimus, tale remedium esse omninò impracticabile; Ideòq; quoad secundam partem nostri dubii videtur *Negativè* respondendum, prout iterùm supplicamus.

91

Etenim in hoc procedendum non est indistinctè, quia aliàs non daretur casus imagnabilis, in quo consuli non posset per deputationem Capellani: Sed est procedendum discretè, & distinguendo inter remedinm, quod habetur ex concessione proprii Pastoris, & illud, quod habetur ex deputatione Cappellani, per quem certum est, quod consultum non remanet eo modo, quo consultum esset per deputationem Parochi, tàm ratione personæ, quæ semper habebitur dignior in Parocho, quam ratione dignitatis, & proventuum ipsius officii, in quo Parochus, utpotè sue Ecclesiæ Sponsus, & suarum ovium Pastor, majori studio, & charitate curat Parochianorum salutem, quod non facit simplex mercenarius, qualis in proposito dicendus est Cappellanus, seù Vicarius, ex deductis per *Cardin. de Luc. de Decim. disc. 12. num. 12.* & firmatis per *Rot. in dec. 78. numer. 53. coram R. P. D. Ansald.* ibi: *Easdem Parochiales Ecclesias administrari per merè mercenarios, seù quod idem est, per Presbyteros amovibiles ad nutum, qui malè regularitèr pascunt oves, in proprietate non suas.*

92

93

Posita autem hac diversitate remedii, est mera vanitas supponere, quod per deputationem Cappellani consuli valeat Parochianis Principalibus, quia hujusmodi remedium erit semper defectuosum, inefficax, & insufficiens; Salus enim Populi Castri Pontis, tanquam commissa mercenario, & aliquandò etiam Cappellanis rudibus, & ignorantibus, semper erit in periculis, semperque incidet in aliquod inconveniens, ex adductis per *Gonzal. ad Regul. Cancellar. gloss. 5. §. 6. numer. 60. & sequen. & Rot. decis. 24. vers. Quarta ratio de Præbend. in Novis*, quod proindè ab EE. PP. omninò evitandum videtur.

94

Præterea, procedendo etiam cum toto rigore, nulla ratione deveniri valet ad deputationem Cappellani. Primò quia, quotiescumque Parochiæ amplitudo, & respectivè Loci distantia, torrentium excrescentia, itineris asperitas, supradictorum inconvenientium productiva, talis, ac tanta est, ut oves faciem Pastoris non de facili videant, neque Pastor oves frequentèr cognoscere, & personalitèr, ac quotidiè visitare valeat, talisque sit provisio, prout in casu nostro, ut antiquæ Ecclesiæ matricis dignitas non vilescat, ac nova filialis congruè dotetur, tunc omninò ad dismembrationem, non autem ad deputationem Cappellani deveniri debet, ut benè probant *Ferrett. consil. 36. numer. 1. & sequentibus & Cardin. de Luc. in Miscell. Eccles. discurs. 1. num. 45. & 116. & disc. 52. num 13. & in annot. ad Conc. Trident. disc. 16 num. 6.* & firmavit *Rot. dec. 204. num 1. & 2. par. 17. rec* ut ità oves faciem Pastoris, & iste illam ovium quotidiè videre, & recognoscere possit, ut fieri debet juxtà Divinum oraculum *Joann. 10. 11. & seqq. Ego cognosco oves meas, & cognoscunt me meæ*, cui innixus *Joannis XXII. in Extravag. Salvator*, dicit, etiam ob dictam causam deveniendum esse ad dismembrationem etiam Cathedralium, àlias difficiliùs permittendam, ibi: *Cum unus Pastor singularum vultus inspicere nequeat, aliasque partes boni Pastoris adimplere*: Alitèr enim contrà Divinum Oraculum committerentur oves simplici mercenario, qualis est Cappellanus, *Card. de Luc. de Decim. d. disc. 12. num. 12.* qui tantùm propriam utilitatem curat, non autem animarum, quas deserit in periculis, quia si vidit lupum venientem, fugit, quod non facit Pastor, qui animam suam ponit pro ovibus suis, juxtà in specie firmata per *Rot. in d. dec. 78. num. 3. cor. R. P. D. Ansaldo.*

95

96

97

Secundò, quia omnes authoritate, exadverso aliàs allegatæ,

gatæ, & quotquot allegari, & forsan reperiri possunt super d. deputatione Cappellani procedunt cum supposito temporalis impedimenti, nimirùm ad tempus hyemale restricti, & provenientis a fluminum excrescentia, non autem quando concurrit distantia, hic abunde probata, & limitum Parochiæ amplitudo: Et cum hoc sensu procedit præsertim aliàs exadverso magnificata *decis.578. par.19. rec.* in qua solùm dictum temporale hyemale impedimentum, non autem perpetuum distantiæ, & itineris asperitatis concurrebat, ut videre est in *num.2.* ibi: *In proposito non constat de tali causa, & quamvis illa desumatur ex necessitate ob distantiam, &c non tamen fuit à testibus proparte Incolarum probata distantia*; Ideoque dicta authoritas mirificè retorquetur contra Adversarium, quia in casu nostro verificatur fixum, perpetuumque impedimentum distantiæ, & asperitatis itineris, aliarumque causarum supra recensitarum.

98

99

Tertiò quia, ut diximus, dictis intestinis, & mutuis Populorum discordiis mederi non potest per deputationem Cappellani, non auferentem illam subjectionem, & respectivè superioritatem unius Populi cum altero, quæ forte tales dissentiones causavit: Imò ista deputatio, tanquam præseferens causæ victoriam favore D. Marchionis Lycianæ, magis exasperaret animum hominum Pontis, qui utpote victi, non sine fastu tractarentur ab hominibus Lycianæ atque ità cogerentur ad detegendam, aperiendamque inimicitiam, adhùc, quo magis fieri potuit, dissimulatam, ob spem dismembrationis, ab hac Sacra Congregatione obtinendæ: Tantò magis, quia accedit diversitas dominii temporalis, satis in proposito considerabilis ex punctualiter animadversis per *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. d. disc.53. num.8*

100

101

Quartò, quia in dismembrationibus multùm attenditur qualitas personæ, illam petentis, quæ, si in casu nostro est Loci Dominus, & Princeps, faciliùs concedenda est dismembratio, ut observat idem *Ferret. d. consil.36. sub num.2. versic. Prout dotata fuit per præfatum Nobilem*.

102

Quintò, quia D. Marchio, ac Populus Pontis offerunt sufficientem congruam pro decenti manutentione Parochi eligendi; quo casu, ut advertit fundatè *Monacell. in Formular. tit.2. numer.6. par.1. fol.34.* (sunt verba ejusdem) *oblatio Cappellani, seù Coadjutoris pro administratione Sacramenti diebus festivis per Rev. Rectorem facta, non est sufficiens ad retardandam novæ Parochiæ erectionem, sed ad illam justè proceditur, ea non obstante, ut declaravit Sacra Congregatio in Januen. 16. Januarii 1694.* (in Lib.44. Decret. fol.5.) *quod est contra opinionem Rot. in Oveten. de anno 1661. quæ decisio allegabatur in dicta Causa favore Matricis:* Quæ quidem authoritas est consideratione digna, non tantùm ratione sui, sed ex quo refert casum, ità decisum ab hac Sacra Congregatione, & sic remissa ad partes opinione *Rot. in Oveten.* quæ est *decis.478. par.19.* ab hac Sacra Congregatione non sequuta, ut supra, ex hoc etiam capite deveniendum omninò est ad dismembrationem, non autem ad deputationem Cappellani.

103

Nec subsistit, quod opinio hujus Authoris attendenda non sit, uti opposita *d Dec. Sac. Rotæ in Oveten. erectionis Parochiæ 15. Maii 1681.* quæ est *decis.578. par.19. rec.* cui sunt conformes resolutiones hujus Sacr. Congreg. quæ postmodùm hujusmodi sententiæ semper adhæsit, sicuti elicitur à pluribus resolutionibus ad hunc effectum cumulatis à *Pascucc. de Paroch. tom.2. fol.203.* ut his præcisis verbis, eidem Authori respondendo in terminis advertit *Rota in Leodien. Dismembrationis 1. Februarii currentis 1712. §. Nec in tot cor. R. P. D. Falconerio, confirmata post hæc scripta 3. Julii 1713. cor. R. P. D. Crispo §. Medio itaque, & 22 Junii 1714. cor. R. P. D. Lancetta §. Præsens itaque, & 25. Januarii 1715. cor. eod. § Ita pariter*.

104

Nos enim non insistimus in simplici opinione d. Authoris, prætendendo, ut illa in concursu opinionis Sacræ Rotæ præferanda sit. Sed dicimus, & constanter respondemus, quod in terminis præferanda utique semper est opinio, non d. Monacelli, sed hujus Sacræ Congreg. quam sequitur ibidem d. Author, quod nec ipsummet verè magnum Sacræ Rotæ Tribunal in dubium revocare solet, juxtà replicatas illius protestationes, & resolutiones, de quibus supra *par.1. discept.7. num.34. & seqq.*

105

Quod autem hæc Sacr. Congreg. in ea firmiter semper fuerit, & constanter hodiè perseveret opinione, ut offerentibus Parochianis congruam Parocho, deveniendum sit ad novam Parochiæ erectionem, non autem ad debile remedium mercenari Cappellani evidens fit ex dd. individualibus quatuor resolutionibus, de quibus supra, & hodiè attenta resolutione præsentis causæ, in qua acerrimè disputatus fuit iste præcisus articulus, res videtur redacta ad evidentiam.

106

Quibus non opponuntur resolutiones, cumulatæ *à Pascuccio ubi supra*, sed potiùs mirabiliter retorquentur, quia *idem Pascuccius* unicam dumtaxat refert, & sequitur resolutionem contrariam *in Frequentia 18. Septembris 1678.* amplificatam, & sequutam *in d. decis. cor. R. P. D. Crisp. §. Medio itaque post medium*; Et tamen hæc resolutio est illamet, quam revocavit hæc Sacra Congregatio dicta die 27. Maii 1713. Aliæ verò resolutiones, relatæ per *eundem Pascuccium*, ubi supra *§. Quinimò si constiterit, & §. Et quando* sunt potiùs conformes prædd resolutionibus pro erectione, & dismembratione, ut ex sola lectura manifestum est.

107

Fatalis demùm, & nullam replicationem admitens, responsio ea est, quòd tali distantia, vel difficultate itineris accedente, tàm *cap. Ad audientiam*, quàm *Concilium Tridentinum*, illud innovans in *cap.4. sess.21.* deveniendum omninò statuit ad formalem dismembrationem, & respectivè novæ Parochialis erectionem, nec contentatur simplicis Cappellani deputatione, quam solùm demandat in particulari casu excrescentiæ Populi, aut alicujus temporalis impedimenti, ibi: *In his verò, in quibus ob Locorum distantiam, sivè difficultatem, Parochiani sine magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & Divina Officia audienda accedere non possunt, novas Parochias, etiam invitis Rectoribus, juxta formam Constitutionis Alexandri III. quæ incipit Ad audientiam, constituere possunt:* Ideoque, cum lex unum casum ab altero distinguat, non debemus nos eos confundere, etiamsi omnes Doctores Mundi contrarium dicerent, quia illa facit authoritatem necessariam, isti verò solùm probabilem, imò nullam, quando loquuntur sinè lege, & consequenter magis nullam, quando loquuntur contra legem, etiamsi ista dura videretur, *Textus est in leg. Prospexit §. Ipsa igitur ff. Qui, & à quibus, & in leg. Non omnium ff. de Legib.* cum concordan apud *Rot. in decis.38. num.18 & 19. part.18. recent.*

108

109

Quæ omnia videntur clara, & undiquè concludentia: Cæterùm, quatenùs in hac parte aliqua remaneret dubietas, quod non credimus, adhùc semper in talibus circumstantiis inclinandum esset pro dismembratione, attento quod illa tendit ad majorem Dei cultum, animarumque Fidelium salutem, juxta *Text. in cap. Quia per ambitiosum de Consuetud. in 6.* ibi: *Minuitur cultus Divinus, quem desideramus augeri*, benè *Rot. in Romana Ornatus 6. Junii 1708. §. Verùm cor. Omanna*, ubi quod in dubio semper illa via tenenda est, illeque modus amplectendus, qui tendit ad inducendum majorem cultum Divinum.

110

Præcipuè si omnes dictæ causæ considerentur unitæ, junctimque sub oculis habeantur, ut ampliando notat *Amostaz. de Caus. piis lib.5. cap.4. sub num.9.* ibi: *Si verò Rusticani isti pauperes &c. præstat sufficientem causam creandi novam Parochiam, etiamsi distantia tam gravis non sit prout, quando fuisset causa ipsa sola*.

111

In eadem Causa.

AD cognoscendam necessitatem dismembrationis nostræ Parochiæ non est inutiliter terendum tempus circa antiquitatem Castrorum Pontis Bossi, & Lycianæ, sed illa mensuranda est ab incommodis, & difficultate itineris in recipiendis Sacramentis, & assistendo Divinis Officiis, juxta theoricam *Fagnan. in cap. Cùm contingat. num.51. de Decim.* ortum habentibus à mutatione Porochiæ Lycianæ; Cumque in facto constans sit, quod *prima la Parocchia di Liciana era San Rocco*, & sic extrà mœnia Lycianæ, quodque *è maggior distanza dal Ponte a Liciana, che non è da San Rocco al Ponte*, juxta præcisa verba contrariorum testium *ad Interrogat.298. & 301.* poterant omitti ea, quæ in hac parte exagerantur circa tarditatem petitæ dismembrationis, quæ peti non poterat tempore, quo non concurrebant causæ, ad illam deveniendi.

112

Concordamus cum contrariis Defensoribus, quod justa causa dismembrationis reputatur illa animadversio, *ut Parochus nonnisi cum magna difficultate, & incommodo, præstò esse valeat ad succurrendum spiritualibus indigentiis suorum Parochianorum, & respectivè ipsis non minùs grave, & difficile reddatur adire Ecclesiam matricem pro percipiendis Sacramentis, Divinisque audiendis*. Hujusmodi autem magnam difficultatem, tam ex parte Parochi, quàm Parochianorum, tali claritate probavimus supra, ut illa remaneat hodiè intra evidentiæ fines posita.

113

Supplicantes hìc observare, quòd in hac parte tunc proceditur

ceditur cum omni rigore, tàm circa distantiam, quàm circa itineris asperitatem, necnon insisti solet in qualitate ma- 114 gni incommodi, & maximæ difficultatis percipiendi Sacramenta, quando Parochia dismenbrata petit congruam à Parochia dismembrante, secùs verò, quando illa offertur à petentibus dismembrationem, *juxta punctuales authoritates*, supra *num.*77. *allegatas*, quib. addimus *punctualiorem* 115 *resolutionem hujus Sacr. Congregationis in Januen. Parochialis* 12. *Decembris* 1692. *Lib.*42. *Decretor. fol.*621. & 16. *Jan.* 1694. *Lib.*43. *fol.*26. In cujus casu hæc Sacra Congreg. eo faciliùs circa petitam dismembrationem inclinavit, quia à petente dismembrationem constituta fuit dos novæ Parochiæ, ut dicitur in Folio, his verbis: *Assignata ex piorum eleemosynis dote lib.*300.

Decisio Lucana 9. *Maii* 1611. *cor. Ortemb.* allegata supra *num.*8. exadverso summopere magnificata, quævè nullatenùs reperitur impressa, atque per extensum sequens est: 116 *Fuit resolutum, locum esse dismembrationi Ecclesiæ, & Loci de Casali ab Ecclesia matrice S. Basilii de Lumbrici, nam etsi regulariter intra Parochiam alia nova Parochialis Ecclesia non est ædificanda can. Ecclesia can. Quicumque* 16. *quæst.*1. *& can Bonæ res* 12. *quæst.*2. *& notatur in cap. Cùm dicat de Eccles. ædifican. Tamen excipiuntur nonnulli casus, & inter cæteros, si ob Locorum distantiam, sivè difficultatem Parochiani sinè magno incommodo ad percipienda Sacramenta, & Divina Officia audienda, ad Ecclesiam Parochialem accedere non possint; Necessitas enim non habet legem, & cura animarum omnibus præponderat cap. Ad audientiam de Eccles. ædifican. Decretum Concil. Trident. sess.*21. *cap.*4. *de Reformat. Lap. alleg.*66. *Difficultas autem benè probatur per duos testes, deponentes, Locum Casalis ab Ecclesia matrice distare per sesqui milliare, & viam esse montuosam, & saxosam, ac penè alpestrem, itaut tempore hyemali, cùm flumen inundare solet, non possint Parochiani sinè magno incommodo illam adire: Accedit adminiculum ex attestatione Vicarii Episcopi in Visitatione, cui in hoc multum deferendum esse DD. dicebant. Et ita fuit decisum, utraque Parte informante.*

Retorquetur ad hominem, & mirabiliter favet huic Parti, eo quia ad unguem verificantur in nostro casu, *quod via sit montuosa, ac penè alpestris, itaut tempore hyemali, cùm* 117 *flumen inundare solet, non possint Parochiani, sinè magno incommodo, illam adire*, juxtà præcisa verba ejusdem decisionis.

Est autem forsan error Amanuensis, vel Impressoris, expressio illa *sex milliarium*, ad multiplicandas paginas impressas literis majusculis *in contraria Scriptura* §.4. quia in d. 118 decisione non legitur *sex milliaria*, sed solùm dicitur *sesqui milliare*, & sic distantia erat minor nostra, ex quo erat solùm unius milliarii cum dimidio, attenta dicta dictione *sesqui*, quæ importat tantundem, & ejus dimidium, ut dicit *Calepinus eodem verbo*, & in specie dictionis *sesqui milliari* notat *Nathanael Duez in Dictionario Germano Gallico Latino verbo*: *Andert halb meyl vuegs, un lieve, e demie, Sesqui milliare*, de cujus authoritate benè *Rot. in decis.*291. *num.*6. *par.*16 *rec. & in Carpentoraten. hæreditatis* 23. *Ju-* 119 *nii* 1690. §. *Minùs cor. Card. Priolo:* Et de authoritate *Calepini Capon. discept.*327. *numer.*20. *Card. de Luc. de Regal. disc.*97. *num.*2. & *Pacichell. de Distant. cap.*5. *num.*3. ubi, quòd Cardinalis de Aracæli solitus erat dicere, quod quotidiè versari debet in ejus lectione is, qui vult omnia discere, quem sequutus fui *in meis Institut. Crimin. libr.*2. *tit.*10. *num.* 1*4.

Quatenus verò in hac parte evidentior desideretur probatio hujus parvæ distantiæ unius dumtaxat milliarii cum dimidio, illa ad oculum resultat ex mensuratione, facta cum 120 circino ad scalam milliarior. positam in tabula Dominii Lucensis apud *Gerard. Mercatorem lit. mihi E E.* ex quo apparet, Casale positum esse propè flumen Ozzorium, ex parte respiciente dominium, & Civitatem Pisanam.

*Dec.*59. *cor. Mart. Andrea, quæ est in Mediolanen. Decimarum, seu Primitiarum de Carlatio* 18. *Martii* 1616. revoca- 121 ta fuit 24. Maii 1617 *cor. eodem*, quæ quamvis non reperiatur impressa inter aliàs ejusdem Auditoris, ex quo ultima est sub die 10. Decembris ejusdem anni 1617. quamvis fuerit Rotæ Auditor usque ad diem 20. Jun 1619. quo obiit, *teste Cantalm. in probem. ad Indic. decis.* Est tamen impressa *in par.*4. *rec in ord la*497.

Et nihilominùs in couclusionibus, à quibus non recessit, 122 potiùs favet huic Parti, quia *num.*2. ultrò admittit pro justa causa dismembrationis solùm periculum pro recipiendis Sacramentis, & audiendis Divinis officiis, ibi: *Adcò quod Parochiani sine magno incommodo, imò etiam periculo, pro recipiendis Sacramentis, & audiendis Divinis Officiis ad dictam matricem accedere non possunt:* agebaturque de sola distantia duor. milliariorum, ibi: *Distat à Præpositura circa duo milliaria.*

*Coccin. decis.*1228. & 1250. & *Peuting. decis.*39. necnon 123 *decis.*204. *part.*17. *rec.* favent etiam huic Parti, illasque uti punctuales sæpissimè allegavimus supra.

Decisio in Leodien Dismembrationis 1. *Februarii* 1712. *cor R. P. D Falconerio*, confirmata deinde mediantibus aliis 124 tribus decisionibus, adductis supra *num.*104. fundatur in deficientia potestatis Vicarii, erigentis novam Parochiam, nec non in defectu citationis illarum personarum, qui fundatum Jus habebant ad se opponendum eidem erectioni; In omnem verò casum in conflictu punctualium authoritatum hujus Sacr. Congregationis; quæ vim legis habent ex adductis supra *disceptat.*8. *numer.*13. & aliarum quarumcumque authoritatum diversorum Tribunalium, etiam qualificatorum, semper præferendæ sunt resolutiones hujus Sacræ Congregationis ex animadversis supra *disceptat.* 7. *num.*36. *& seqq.*

Agnoscentes præmissorum veritatem, & subsistentiam, 125 contrarii Defensores, excitarunt prætensionem, quod hæc Sacra Congregat. fuerit pariter in eo sensu, ut in his terminis non sit locus dismembrationi Parochiæ, sed solùm deputationi mercenarii Cappellani; Verùm intentum nullatenùs probarunt, dum nec etiam à remotissimis applicari possunt resolutiones, exadverso citatæ.

Resolutio enim hujus Sacr. Congregat. *in Januen.* 16. *Ja-* 126 *nuarii* 1694. *in Lib.*42 *Decr. fol.*26. non potest esse magis punctualis, ut observavimus supra *num.*115. Et proindè retorquetur ad hominem potiùs quàm refragetur.

Alia resolutio *in Cajetana* 24. *Maii* 1659 cujus verba *ex Barra controv. forens.*52. *in fine*, registrantur *in contraria Scriptura* §.11. neque etiam ad nostrum casum applicatur; 127 Ut enim apparet ex *Libr.* 21. *Decretor. hujus Sacræ Congregationis fol.*631. *à tergo*, in eadem causa omnia fuerunt remissa arbitrio Episc. cum hoc tamen, quod, quatenus omnibus maturè pensatis, inclinaret pro deputatione simplicis Cappellani, id faceret, absque ullo præjudicio Ecclesiæ matricis, ibi: *Sacra Congregatio rem ad Ordinarium Loci remisit, qui pro suo arbitrio, & conscientia id statuat, quod Divino cultui, ac animarum saluti magis expedire censuerit. Ita tamen, ut si precibus &c. id, salvis omnibus juribus Ecclesiæ Parochialis, fiat.* Cùmque in nostro casu Ordinarius animarum saluti, & Divino cultui magis expedire censeat dismembrationem nostræ Parochiæ, potiùs quàm deputationem Cappellani, resolutio hæc potiùs retorquetur, ut de se patet.

Non merebatur autem adduci alia resolutio *in Mileten.* 26. *Januarii* 1697. quàm refert *Bertachin vot decis.*117. *num* 2. 128 & 3. Quia ex *animadversionis supra num* 45. hæc Sacra Congregatio in dicta causa nullatenus resolvit, non esse locum dismembrationi, ut videre est *in Libr.*47. *Decretor. fol.* 27. ubi illa registrata reperitur.

In resolutione demùm *causæ Balneoregien. Parochialis* 19. *Julii* 1698. *Libr.*48. *Decr. fol.*335. nulla concurrebat causa dismembrationis; Non distantia, quia, ut dicitur in Fo- 129 lio, dicta die distributo, illa neque etiam erat unius milliarii, ibi: *Ratione distantiæ minus fere milliarii*; Non asperitas, & periculositas itineris, quia, ut in eodem Folio pariter dicitur, illa nullatenus probata erant, ibi: *Parochus omnia prædicta impugnans, acriter contendat &c.* Et quod magis est, nullatenus offerebatur congrua à petentibus dismembrationem, in qua præcisa circumstantia consistit vis, & fundamentum æquissimæ, & justissimæ opinionis hujus Sacræ Congregationis, sed prætendebatur obligari Parochus antiquus ad illam subministrandam, cui proindè, *non supererat congrua substentatio*, ut dicitur in eodem Folio. Et propterea nil mirum si in eadem causa non fuit concessa gratia dismembrationis, quam speramus in nostro casu, in quo omnia supradicta concurrunt, superlativè probantur in nostro Summario.

Ex quibus relinquitur manifestum, quod non solùm nulla allegabilis est resolutio hujus Sacræ Congregationis, quæ 130 in terminis obligationis, factæ à Parochianis dotandi de proprio novam Parochiam dismembrandam, vel de novo erigendam, denegaverit hanc spiritualem consolationem eisdem, ènixè dictam gratiam petentibus, sed potiùs remanet evidens, d. resolutionem *in Mileten.* 26. *Januarii* 1697. allegatam, & sequutam *in d. Leodien. Dismembrationis* 1. *Febr.* 1712. §. *Idcircò cor. R. P. D. Falconerio*, nullam habere in facto subsistentiam; Prout etiam, aliam resolutionem

Sacræ

Sacræ Congregationis *in Frequentina* 18. *Septembris* 1678. allegatam pariter, & sequutam *in d. Leodien.* 3. *Julii* 1713. *§. finali cor. R. P. D. Crispo*, revocatam fuisse ab hac Sacra Congregatione die 22. *Maii ejusdem anni* 1713. ut videre est *in Lib.* 63. *Decretor. hujus Sacr. Congreg. fol.* 280.

Ostensa ex his inapplicabilitate omnium anthoritatum, exadveso allegatarum, frustra ad demonstrandam itineris facilitatem insistitur in accessu, facto per Reverendissimum Episcopum. Nos enim nunquam somniavimus asserere, illud esse adeò impervium adeoque inaccessibile, ut per illud nullo modo, nullaque persona incedere valeat, sed solùm diximus, & constanter repetimus, illud esse nimis difficile, & æque incommodum, quod ad nostrum effectum superabundat, egregiè *Rota in exadverso laudata decis.* 224. *num.* 6. *part.* 10. *rec.* ibi: *Illa distantia concurrere debet, quæ difficilem admodum, atque incommodum reddit Parochianorum accessum ad suscipienda Sacramenta, Divinaque Officia audienda, eorundemque illis in extremis vitæ conflictibus ministratione, ità quod inde resultent animarum pericula, quibus occurrere necesse sit*: & meliùs *Pignatell. consul.* 226. *pariter exadverso citat. num.* 9. *in fine tom.* 4. ibi: *Magna longinquitas, & itarum discrimen non requiritur, sed solùm talis, ut propterea Parochianis, absque magno incommodo, non pateat accessus ad Ecclesiam Parochialem, & Rot. dec.* 39. *num.* 4. & 5. *cor. Peuting.* ibi: *Dum nituntur asperitatem viæ escludere, minimè satisfaciunt, num opus esset, ut deponerent, Incolas sine periculo, & incommodo horis condignis posse accedere ad Divina audienda, & Sacramenta percipienda &c. Nàm id dicimus posse quod commodè possumus, & non posse venire hora congrua, idem est ac non venire*

Quæ omnia si in nostris terminis vera sunt respectu hominum robustorum, multò magis erunt talia respectu mulierum, senum, & puerorum pro replicatis accessibus in eadem die ad audiendum Sacrum, & ad interveniendum Doctrinæ Christianæ, ut de se patet, & latè probavimus supra, & egregiè *Barra, exadverso citatus controv.* 52. *num.* 13. *vers. Itaut*, in puncto considerans majorem difficultatem, quam in nostris terminis experiuntur pueri, senes, & prægnantes, ibi: *Sed quod constet, quod propter difficilem accessum ad antiquam Parochialem, ob nimiam distantiam, vel itineris difficultatem, præsertim prægnantibus, pueris, senibus, & debilibus, sine magna difficultate. & quod aliquis ex Parochianis decesserit sine Sacramentis, vel propter impedimentum, periculum sit patens.*

Ex hujusmodi autem oculari experientia ejusdem Reverendissimi Episcopi validissima resultat probatio illius justæ causæ, ob talem itineris difficultatem, quam huic Sacræ Congregationi expressit in duplici Relatione, data in nostro Summario; Cui omnis adhibenda est fides ex adductas supra *num.* 9. quibus addimus exadverso citatos *Ricc. part.* 3. *decis.* 209. *num.* 3. ibi: *In arbitrio Episcopi residet causæ justitia, scilicet difficultas, vel Loci distantia in eundo ad curatam Ecclesiam, & Barr. controv. forens.* 52. *num.* 13. ibi: *Arbitrio Episcopi relictum est quanta debeat esse hæc distantia, & Rota decis.* 39. *num.* 2. *cor. Peuting.*

Prout etiam ex eadem reflexione magnæ fidei quæ omni jure debetur Ordinariorum Relationibus, testes contrarii non sunt habendi in aliqua consideratione in concursu nostrorum deponentium de dictis asperitate, & difficultate itineris, eò quia concordant cum Relatione Reverendissimi Episcopi, per ea quæ punctualiter firmavit *Rot. in dec.* 1228. *& decis.* 1250. *per tot & signanter num.* 5. *cor. Coccin. & in d. decis.* 39. *num.* 2. *coram Peuting. & decis.* 59. *num.* 3. *cor. Mart. Andr* ibi: *Fides testium plurimum coadjuvatur ex præsumptione, quam pro se habet d. decretum Archiepiscopi, & in dicta Lucana cor. Ortemberg. in fine, & in Calaguritana* 11. *Januarii* 1619. *per tot cor Verospio.*

Respectu illius deplorabilis status puerorum, imò etiam adultorum Castri Pontis, omnia fidei rudimenta ignorantium, ut dicit Reverendissimus Episcopus, responderur exadverso, quod Parochus Lycianæ singulis diebus festivis Doctrinam Christianam paratus sit docere in sua Ecclesia: Vis autem reflexionis in eo residet, quod pueri, & puellæ ejusdem Castri Pontis, qui de manè ad eandem Ecclesiam se contulerunt pro audienda missa, post prandium non possunt commodè ad illam iterum se conferre, ut latè observavimus supra *num.* 60. *Ea autem, quæ commodè fieri non possunt, censentur quodammodo impossibilia*, sunt verba *Barr. in dicta contr.* 52. *num.* 13. *in fine*, & concordat *Rot. in dicta decis.* 39 *num.* 11. *cor. Peuting.*

Casus enumerati supra, & concludenter justificati in nostro Summario, ostendunt realitatem illius periculi, quod reputatur justissima causa dismembrationis Parochiarum, & tamen communiter receptum est in hac materia, quod pro decernenda dicta dismembratione non sunt expectandi dicti casus, sed præventivè occurrendum, nè eveniant, atque prævenienda pericula, antequam experiantur, quod nedum probant authoritates, per nos adductæ supra *num.* 60. *& seqq.* sed etiam exadverso allegatæ, nempè, *decisio* 224. *num.* 6. *par.* 10. *rec.*

Clausura portarum Terræ Lycianæ tempore noctis justissima reputatur causa dismembrationis, *juxta magistrale cons. Lapi* 66. cum aliis adductis supra, quibus addimus punctualem authoritatem *Mandos. de Signat. Grat. verb. Erectionis vers. Insuper fol. mihi* 118. *à tergo*.

Repetentes hic, quod circa hujusmodi causam habemus æquè punctuale, ac innegabile exemplum Urbis, in qua Sanctissimus Dominus Noster ex eodem præciso motivo ultimo loco quatuor dismembravit Parochias extra Urbem, & dum hæc scribimus seriò agitur de aliis dismembrandis, ut est notorium.

Posita ex his distantia, difficultate itineris, & periculo animarum, locus est dismembrationi Parochiæ, non autem deputationi Cappellani *juxta magistralem decisionem in d. Lucana Dismembrationis* 9. *Maii* 1611. *cor Ortemberg.* quam præter adductos supra, sequitur *Pignatell. consult.* 226. *numer* 9. *tom.* 4. & latè *Barr. controv.* 52. *à num.* 12. *vers. Verum*, ubi, quod concurrente justa causa pro dismembratione, non est agendum de deputatione Cappellani, sed de novæ Parochiæ erectione.

Hujusmodi autem necessitatem deputationis novi Parochi intra evidentiæ fines ponit dominiorum diversitas, & utriusque Populi æmulatio ex latè animadversis supra *numer.* 29. quibus non solùm non adversatur, sed potiùs mirabiliter favet *Card. de Luc. ad Concil. disc.* 16. *num.* 5. pro punctuali exadverso expensus. Postquam enim *num.* 4. præmiserat regulam, exadverso inculcatam, quod Ecclesiarum multiplicitas, æmulationes inter Populos parit, notabiliter illam limitat (sunt ejus verba) *Quando Pars æmula alterius, &c. illam subjectionem egrè ferat, undè propterea resultent inconvenientia, quibus cum adjutricis Ecclesiæ seu Vicariorum, & Coadjutorum deputatione consultum non sit, ad hanc divisionem procedendum est, adeò ut in uno casu, in quo major Populi numerus, majorque territorii amplitudo adsit, divisio facienda non sit, in altero autem expediat*, qui sunt præcisi termini nostri casus, ex latè animadversis supra, & addimus *Mandos. de Signat. Grat. verb. Erectiones vers. Insuper fol mihi* 118. *à tergo, & Pignatell. consult.* 226. *num.* 10. *in fin. tom* 4.

Observando hic, quod ex hoc eodem præciso motivo consulendi animarum saluti, & ad obviandum irreparabilibus damnis, & periculis imminentibus, antecessores Episcopi in nostra Diœcesi, non deputarunt simplices Cappellanos, sed effectivè devenerunt ad quatuor alias dismembrationes Ecclesiarum, teste moderno Reverendissimo Episcopo, ibi: *Non ostante, che fossero meno distanti dalle loro matrici di quello non è il Ponte*, quæ non benè impugnantur in contraria Juris, dum ultrò admittuntur in contraria Facti, ibi: *Prout antiquitus fecerunt in aliis occurrentis, enumeratis in prima Relatione Episcopi Sarzanen* Eædemque dismembrationes, sunt adeò notoriæ in nostra Diœcesi, ut nullam admittant dubietatem.

Pro quorum omnium faciliori admissione dignentur EE. PP. duo observare, primum, quòd incommoda & pericula, ex hac parte adducta, & à nostris testibus comprobata, & quod magis est à Reverendissimo Ordinario ultrò admissa, non respiciunt aliquod temporale, & caducum, sed æternam salutem omnium hominum Castri Pontis. *Si autem* sunt verba (*Mandosii de Signatur Grat. verb Erectiones vers. Insuper fol. mihi* 518. *à tergo*) *mortis corporalis periculum, quoad fieri potest, evitari debet, juxta id, quod dictant Jus Divinum, & humanum, ac ipsamet natura suadet &c. Multò magis periculo perdendi animas occurri, & animarum saluti consuli debet*, & concordat *Pignatell. consult.* 26. *num.* 10 *in fine tom.* 4.

Secundum verò, quod utilitas Parochorum in his terminis postponenda semper est animarum saluti, ut egregiè notat *Vener. exadverso citatus in Exam. Episcopor. lib.* 4. *cap.* 46. *num.* 27. ibi: *Semper attenditur commoditas vicinorum, qui debent recipere Sacramenta & non utilitas Parochi, & Rota in d. Lucana dismembrationis cor. Ortemberg.* ibi: *Cura animarum omnibus præponderat*

Sacr. Congregat. Concilii die 12. Julii 1712. dubio: *An sit locus dismembrationi ab Ecclesia Parochiali Sancti Jacobi Lycianæ*,

Lycianæ, & erectioni novæ Parochialis in Castro Pontis Bossi; Seù potiùs deputationi Coadjutoris Parochi in dicto Castro Pontis, Partibus acerrimè informantibus; Respondit: *Affimativè quoad primam, & Negativè quoad secundam partem.*

DISCEPTATIO XV.

Firmana Cappellaniarum.

PRO

Capitulo, & Canonicis S. Mariæ in Via lata de Urbe.

ARGUMENTUM.

Pium relictum, quando dicatur Ecclesiasticum Beneficium, seu potiùs simplex Cappellania, & quando hæc ex gratia erigi possit in Beneficium Ecclesiast. Enumerantur, & expenduntur requisita Ecclesiastici Beneficii.

Michael Cauccius, Canonicus S. Mariæ in Via lata de Urbe, in ejus ultimo testamento, quoad Cappellanias, de quibus est quæstio, ita disposuit.

1 *Item lascio, che &c. si debbano erigere 6. Cappellanie perpetue, per dote delle quali, lascio, ed assegno 100. Luoghi de' monti &c. voglio però, che non ostante d. assegnatione, l' esattione de' frutti di dd.* 100. *Luoghi de' monti debba sempre farsi dal medesimo Capitolo di S. Maria in Via lata, e che egli sia poi obbligato pagare ogn'anno alli dd. 6. Cappellani l'intiero frutto, che esigerà da dd.* 100. *Luoghi de' monti senza alcuna diminutione, ò spesa di dd. Cappellani; La nomina poi di dd. 6 Cappellani perpetui, per la prima volta la riservo à me stesso, e di poterla fare in qualsivoglia forma, e senza solennità, ed anco in voce; Che la nomina sudetta in qualsivoglia occasione, che vacherà ciascheduna di dette Cappellanie per qualsivoglia causa, spetti sempre, ed appartenghi in perpetuo agl'altri Cappellani superstiti, ed al Parocho &c. non volendo, che queste Cappellanie siino mai compatibili*

2 *con altri Benefizj residentiali; La collatione poi di tutte le dd. 6. Cappellanie, voglio, che sempre in ogni tempo, ed in perpetuo onninamente spetti, ed appartenghi à d. Reverendissimo Capitolo di S. Maria in Via lata*, privativè, & exclusivè *à qualsivoglia altro Collatore, e Superiore, di modo, che non possa mai qualsisia altro per qualsivoglia titolo, ò causa ingerirsi, ò pretendere di fare d. collatione, in verun tempo in pregiuditio del d. Capitolo, al quale li sopradetti Compadroni voglio, che mandino in qualsivoglia occasione di vacanza la nomina, e presentatione, da loro fatta, e che à favore di quelli averanno, come sopra, presentati, debba il medesimo Capitolo concedere la Bolla, ò Patente della collatione, ed istitutione, senza la quale non possa mai il Nominato, o*

3 *Presentato essere ammesso al possesso della Cappellania, che poi ottenuta d. Bolla, voglio possa prendere liberamente senza altra formalità &c. Dichiarando in oltre, che dette 6. Cappellanie non possino mai per qualsivoglia causa essere soggette*

4 *alle Regole di Cancellaria, ne agl'Indulti de' Signori Cardinali, ne ad alcun'altra riserva, ò affettione, benchè* clausæ in corpore juris; *Ma che debbano sempre considerarsi, e regolarsi, come di Juspatronato mero laicale, per averle dotate*

5 *de' miei proprj beni. Dichiarando però, che li sei Cappellani sudetti della Chiesa di S. Michele non siino tenuti à pagare cosa alcuna alla Sagrestia per il consumo di cera, ed altri utensili per la celebratione delle dette Messe &c.*

6 Ex quibus oritur dubium, an eædem Cappellaniæ sint Beneficia Ecclesiastica, vel potiùs reputari debeant tanquam Laicales, circa quod requisitus pro veritate.

Prima facie videtur dicendum, illas esse Ecclesiastica Beneficia, quia concurrunt illorum requisita. Habent enim aliquid spiritualitatis annexum, missarum scilicet celebrationem, onus audiendi confessiones, docendi doctrinam

7 Christianam &c. Sunt conferendæ Sacerdotibus, vel saltem Clericis infra annum promovendis ad Subdiaconatum; Conferri debent ab Ecclesiasticis personis, quæ non possunt illas pro seipsis retinere; Et demum sunt perpetuæ cum dote certa, & invalidabili; Quæ omnia simul unita sunt constitutiva Ecclesiasticorum Beneficiorum, ut videre est apud *Vivian. de Jurepatron. lib.1. cap.1. num.61 & seqq. Garz de Benef. part.1. cap.2. per tot Corrad. in Prax. benef. libr.1.* 8 *cap.1. num.13. Gonzal. ad Regul.8. Cancel gloss.5. num.7. & seq. Rebuff. tract. var. tit. de Pacif. possessor. num 344. & seqq. Card. de Luc. de Benef. in Summ. num.4. Bordon. cons.46. num.3. & Rot dec.224. num.2. & seqq. cor. Buratt. & dec.87. per tot. & decis.396. num.5. cor. Pamphil. & decis.508. num.3. par.1. divers.*

9 Quibus adduntur quatuor circumstantiæ, ex sola lectura testamenti satis clarè idipsum comprobantes.

I. Quod Cappellani pro tempore non debent admitti ad Cappellaniarum possessionem, nisi prævia expeditione

10 Bullarum, quæ nullatenùs adaptantur deputationi Cappellanorum, sed unicè verificantur in Beneficiis Ecclesiasticis, per ea quæ notant *Corrad. in Prax. Benefic. libr 1 capit.2. num.32. & Card. de Luc. in Relat. Cur. discurs.7. sub num.10.* & firmavit *Rot. in decis.87. num.7. cor. Pamphil.*

II. Quia testator demandavit, Cappellanias non esse sub-

11 jectas Regulis Cancellariæ, Indultis EE. Cardinalium, & aliis reservationibus, & affectionibus Apostolicis, etiam in corpore Juris clausis, quæ sollicita Apostolicarum reservationum exclusio redderetur prorsus superflua, si testator mandasset erigi Cappellanias laicales; Notum siquidem est, reservationes, & affectiones Apostolicas compræhendere

12 dumtaxat Beneficia Ecclesiastica, nullatenùs verò Cappellanias laicales ex animadversis per *Vivian. de Jurepatr. lib.1. cap.2. num.135. & Corrad. in Prax. benefic. lib.1. cap.2. num.37. & Card. de Luc. de Benefic. disc.97. num 20.*

III. Quia pro motivo exclusionis earundem affectionum, & reservationum, & ad colorandam illarum naturam, ut reputari deberent tanquam Juspatronatus laicale, adduxit testator rationem, quia illas dotaverat ex propriis bonis, & tamen congruentiùs expressa fuisset propria ratio fundatio-

13 nis Cappellaniarum laicalium *ex supra animadversis*; Præcipuè quia eo ipso, quod Juspatronatus reservatum fuit Cappellanis superstitibus, & duobus Parochis, & sic personis Ecclesiasticis, semper dicitur Ecclesiasticum, non obstante fundatione ex bonis laicalibus, ut observant *Abb. in Cap. Quod autem numer 3.* ibique *Gonzal. num.4. de Jurepatron. Corrad. in Prax. benefic. lib.4. cap.2. n 56. & seqq. Garz. de*

14 *Benefic. par.5. cap 1. ex num 553. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 3. cap.12. num.6. Rot. post Vivian. de Jurepatron. decis.83. num.5. & in par.7. rec. decis.157. num.5. & 6.*

IV. Demùm, quia quandò testator in eodem testamento voluit erigere Cappellanias laicales, id fecit, demandando, illas esse amovibiles ad nutum Reverendissimi Capituli sui hæredis, nullam requirendo Bullarum expeditionem, nec excludendo Apostolicas reservationes, & affectiones,

15 sed usus fuit verbo *deputare*, quòd propriè convenit Cappellaniis laicalibus, *ex allegatis per Rot. in Pampilonen. Cappellaniæ 15. Martii 1646. §. Hoc autem cor. Corrad.* E

16 converso autem in nostris sex Cappellanis, in casu illarum vacationum, usus fuit verbis *nominandi, præsentandi, conferendi &c.* Quæ propriè beneficiis, non autem simplicibus Cappellaniis laicalibus conveniunt *ex allegatis per Panimoll. decis.21. num.10.* Sicuti igitur, quando testator fundare voluit Cappellanias laicales, id scivit propriè exprimere, ità fecisset respectu sex Cappellaniarum, de quibus est quæstio, si illas voluisset erigi in Ecclesiastica Beneficia, ducto argumento à discretiva locutione, de qua *Paris. cons. 50. num.19. lib.4. Menoch. cons.259. num.69 & seqq. & Rot.*

17 *decis. 176. numer. 18. cor. Priolo, & decis. 80. numer. 16. par.19 recent.*

His tamen non obstantibus, attentè consideratà integra dispositione nostri pii testatoris, crederem, easdem Cappellanias esse merè laicales, & nullatenus Beneficia Ecclesiastica.

Moveor autem ex defectu authoritatis Apostolicæ, sive Ordinarii in illarum erectione & fundatione, quam nulla-

18 tenus requisivit, imò positivè exclusit noster pius testator, & sine qua etiamsi omnia alia concurrant requisita Beneficiorum, nunquam Cappellaniæ, sine dicta authoritate fundatæ, dici possunt Beneficia Ecclesiastica, juxta *Text. in cap. Ad hæc, de Religios. domib.* & animadversa per *Gloss. in Clementin.2. verb. Si Beneficiorum in fine vers.*

19 *Judic. de Decim. Guidopap. decis.187. num.1. Garz de Benefic. par.1. cap.2. num 103. & seqq. Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloss 5. num.20. Lotter. de Re benefic. lib.1. quæst.5. numer.59. Rebuff. tract. var tit. de Pacif. possessor. num 349. Nicol. in Floscul. verb. Cappellania num.1. Card. de Luc. de Benefic. disc.27. num.5. & disc.64. num.6. & disc.80 num.17. & disc.92.*

& disc.92. num.7. & disc.97. num.1. & 17. in fine. ubi, quod moderno tempore nimis usitatæ sunt hujusmodi Cappellaniæ, ad evitandas affectiones, & reservationes Apostolicas, *& de Jurepatr. dis.15. num 4. Pignatel. consult.80. numer.1. tom.10. Rot cor. Cavaler. decis 639. num.6. & seqq. & cor. Dunoz jun. decis.101. num.1. & seqq. & par.13. recent. decis.2. num 9. & in par.15. decis.327. num.8. & in Pampilonen. Cappellaniæ 25. Maii 1646. §. Verum, & §. Nam primum cor. Corrad. & in Corduben. Cappellaniæ 26. Maii 1696. §. Nec obstare, & 4. Julii ejusd. anni §. Minusque cor. Muto, & in Hydruntina Cappellaniæ 10. Maii 1697. §. Rursus cor. dell'Olmo & 9. Maii 1698. super confirmatione sententiæ §. Hanc verò cor. Pio.*

20 Quæ conclusio est adeò vera, ut procedat, etiamsi per errorem, vel per positivum consensum hæredum in illarum fundatione accesserit Ordinarii authoritas, quando illa à Fundatore non fuit requisita; Non est enim in potestate hæredum in his terminis, mutando naturam Cappellaniarum, successoribus præjudicare, ut benè adveriunt *Corrad. in Prax. benefic. lib.1. cap.2. num.30. & seqq. & num.40. & seqq. Panimoll. decis.21. numer.5. & seqq. Rot. cor. Merlino decis.79. num.4. & cor. Dunoz jun. decis.101. num.3. & in* 21 *par.18. rec. decis 182. num.13. & in citat Pampilon. Cappellaniæ 25. Maii 1646. §. Tum quia cor Corrad. & in Senogallien. Cappellaniæ 16. Aprilis 1696. §. Nec ex eo cor. Reverendissimo Molines, & in Hydruntina Cappellaniæ 10. Maii 1697. §. Adhuc, & §. Multoque minus cor dell'Olmo.*

22 Iste autem defectus authoritatis Ordinarii in erectione nostrar. Cappellaniarum videtur clarus, & ictu oculi resultat ex sola lectura testamenti, in quo, nedum de eadem nec minima habetur mentio, quod ad nostrum effectum sufficeret, *ex animadversis in puntualibus terminis per Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst.1040. num.5.* ubi, quod in his terminis non censetur volitum, quod non apparet dispositum, *& num.8.* quod cum testator potuerit exprimere aliquo modo, quod erigeretur Beneficium, & non expresserit, præsumendum est noluisse, quodque idem testator, non requirens authoritatem Ordinarii, non videtur, voluisse facere 23 Beneficium Ecclesiasticum, *Rota decis.539. num.8. post medium cor. Remboldo*, ibi; *Ex eo quod testator non requisivit authoritatem Ordinarii, non videtur voluisse facere Beneficium Ecclesiasticum, & propterea erigere Beneficium Ecclesiasticum, esset alterare dispositionem, & voluntatem testatoris, & in Senogalien. Cappellaniæ 16. Apr. 1696. §. Etenim cor. Reverendissimo Molines*, ibi: *Absque eo quod requisita fuerit in erectione authoritas Ordinarii; Et in Hydruntina Cappellaniæ 10. Maii 1697. §. Rursus cor. dell'Olmo*, ibi: 24 *Absque eo quod requisiverit consensum Ordinarii, vel alteriùs personæ, in Ecclesiastica dignitate constitutæ; Signum evidens, quod illius voluntas alia non fuerit, quam instituendi Cappellaniam laicalem.*

25 Sed quod magis est, eadem authoritas literaliter fuit exclusa, demandando ibi: *La collatione poi di dette 6. Cappellanie, voglio, che sempre in ogni tempo, ed in perpetuo onninamente spetti, ed appartenghi à detto Reverendiss. Capitolo di S. Maria in Via lata* privativè, & exclusivè *à qualsivoglia altro Collatore, e Superiore, di modo, che non possa mai qualsisia altro, per qualsivoglia titolo, ò causa ingerirsi, ò pretendere di fare detta collatione in verun tempo in pregiuditio di detto Capitolo*; Quæ verba sunt adeò clara, & tali energia ostendunt enixam nostri testatoris voluntatem pro 26 exclusione authoritatis Ordinarii, ut congruè deservire possint pro formula futurarum Cappellaniarum laicalium.

Nec dicatur, hanc literalem exclusionem authoritatis Ordinarii respicere collationem Cappellaniarum, non autem illarum erectionem, & fundationem, quæ tanquàm 27 facta impersonaliter per illa verba, *si debbano erigere*, interpretanda, prout de jure, eandem Ordinarii authoritatem includant.

Testamentum enim in his circumstantiis non est in partes scindendum, sed ex toto illius tenore testatoris voluntas indaganda est, juxta *Text. in leg. Numeris ff. de Legat. &c. & in leg. Prævia ff. de Manumiss. testam.* & animadversa per 28 *Mantic. de Conject. ult. volunt. tit 13. num.1 & seq. & Rot. decis 817. num.10. cor. Dunoz jun. & decis.139. num.6. par.19. rec.* Præcipuè quia quatuor paragraphi ejusdem testamenti, concernentes easdem Cappellanias sunt omninò inter se connexi, & incipiunt per verba *Item, Perciò, Poi &c* colligantia totam dispositionem; Ad differentiam aliorum paragraphorum, incipientium per verba, *& Inoltre*, discontinuantia sermonem, & orationem, atque diversos impli- 29 cantia sensus, & dispositiones, ex adductis per *Honded. cons.69. numer.24. lib.2. Barbos. dict.175. num.11. & Rot. decis.1645. num.8. cor. Coccin. & decis.556. num.16. part.18. recent.*

Et tamen cùm noster testator enixissimè voluerit consequens, hoc est quod Ordinarius nullo modo se ingerere posset in collatione earund. Cappellaniarum, dicitur voluisse etiam necessarium antecedens, seu exclusionem ipsius au- 30 thoritatis in illarum erectione, ut præter generalem regulam *Text. in leg. Illud ff. de Acquirend. hæredit* de qua, aliis adductis, *Rot. decis.353. n.18. par.19. rec* in nostris punctualibus terminis observant *Amostaz. de Caus. piis lib.3. cap.2.* 31 *num.10. Pasqualig de Sacrific. nov. leg. quæst.1041. la seconda per tot.* illam adducens convincentem rationem, quod quando testator vult, quod Ordinarius non provideat, intendit præservare jus providendi iis, quibus provisionem 32 commisit, & consequenter, Cappellaniam remanere in eo statu, in quo id ad praxim possit reduci *Alphons. de Leon. de Offic. Cappellan. quæst 5. sect.10. per tot. Castropal. Oper. moral. tract.13. tit. de Benefic. disp.1 punct.6. num.7. vers. Quapropter*, ibi: *Si Fundator in provisione Cappellaniæ excluderet Ordinarium, eo ipso censeri debet, noluisse Cappellaniam Ecclesiasticam erigere, sed laicalem, Lar. de Cappellan. lib.2. capit.1. numer.22. & seqq. Corrad. in Prax. benefic.* 33 *lib.1. cap.2. num.55. & seq. Garz. de Benefic. par.1. cap.2. numer.105.* ubi assignat rationem, ex qua moveri solent fundatores ad excludendam authoritatem Ordinariorum, nè scilicet bonis, per eos relictis Cappellanis, imponantur subsidia, vel alia onera solita imponi bonis, & redditibus Ecclesiasticis, *Panimol. decis.21. num.4. & Rot. decis 611. num.2. cor. Seraphin. & decis.224. sub num.1. cor. Buratt. & dec.182. num.1. par.18. rec.*

Advertendo, subjectionem beneficiorum authoritate Ordinariorum promanare ex ipsamet natura earundem bonorum Ecclesiasticorum, non autem ex aliquo addito vel ex- 34 trinseco accidente; Undè eo magis dicendum est, quòd noster testator voluerit excludere causam illam, ex qua naturaliter sequebatur effectus, ejus enixæ voluntati ex diametro oppositus, & totaliter destructivus finis, ab eo unicè intenti, ad evitandam manifestam contradictionem, quod scilicet voluerit Ordinarium, ut ità dicam, spiritualizzare beneficium, mediante ejus Ecclesiastica authoritate, quodque 35 deinde in illo non posset amplius se intromittere, ad quas contradictionem, & repugnantiam evitandas, sumenda est dicta legalis, & voluntati pii testatoris consona interpretatio, ad firmata per *Rot. in decis.14. num.9. & 10. par.12. & decis.33. num.4. par.17. rec. & in Romana Fideicomm. de Albertinis 10. Mart. 1698. §. Nil relevante post medium cor. R. P. D. Lancet. & in Gerunden. Prioratus 17. Junii 1698. §. Et licet cor. eodem.*

Non subsistente, quod verba illa: *Si debbano eriggere 6. Cappellanie perpetue*, tanquam impersonaliter prolata, intelligenda sint, & interpretanda secundùm juris dispositio- 36 nem, & consequenter, requisita Ordinarii authoritate, Objectum enim videtur petere principium, quia supponit, generaliter in omnibus, & specialiter in nostris Cappellaniis de jure requiri authoritatem Ordinarii, quod nullatenus subsistit, ex allegatis per *Card. de Luc. de Benefic. disc.97. nu-* 37 *mer.1. & 17. & de Jurepatron. disc.55. num.7. & Rot. in dec. 327. num.8. par.15. rec. & in Hydruntin. Cappellaniæ 9 Maii 1698 §. Nec obstat cor. Pio*; Et in individualissimis terminis impersonalis dispositionis, *Si erigga, istituisca, e fondi*, 38 non sex Cappellaniæ perpetuæ, sed *un juspatronato perpetuo*, quod non importet consensum, nec includat authoritatem Ordinarii ex voluntate fundatoris, egregiè firmavit *Rot. in Senogallien. Cappellaniæ 16. Aprilis 1696. §. Minusque cor. Reverendissimo Molines.*

Imò hujusmodi impersonalitas loquendi retorquetur potiùs, & clarè demonstrat voluntatem nostri testatoris, sub illa non comprehendendi authoritatem Ordinarii; Quia ea- 39 dem impersonalitate loquendi *si eriggano due Cappellanie*, usus fuit idem testator in antecedenti paragrapho; ubi mandavit, erigi duas alias Cappellanias in Ecclesia S. Mariæ in Via lata, absque eo, quod prætendatur, sub illis comprehendi eandem authoritatem, ex quo indubitanter admittuntur laicales; Non potest autem melior dari interpretatio verbi dubii, in testamento contenti, quam illamet, quæ ibidem in alia parte legitur à testatore data, ut bene advertitur *in decis.882. in fine cor. Dunoz jun.* Estque regula satis nota, quod una pars testamenti aliam declarat, de qua *in par.16. rec. decis.248. num.16. & decis.345 num.17. & decis. 360. num.4.*

In quam opinionem me magis confirmat consideratio, quod

quod in nostro testamento plusquam viginti vicibus nominantur hujusmodi legata pia simplices Cappellaniæ, nunquam autem beneficia Ecclesiastica, & tamen cùm idem testator esset Canonicus in insigni Collegiata Urbis, probè illi nota erat differentia inter Cappellanias, & beneficia, quæ quando voluit nominare in eodem testamento §. *Dichiaro perciò*, in medio, illa scivit exprimere ibi: *Purche non fossero provisti di altri Beneficj di residenza, ò di cura d'anime, non volendo che queste Cappellanie siano mai compatibili con altri Beneficj residentiali*; Signum evidens, quod sub nomine Cappellaniæ non cogitavit exprimere, & constituere Ecclesiastica beneficia, ex adductis *in decis.*638. *num.*8. *part.* 18. *recent.* (41, 42)

Non refragante dictione illa *altri*, *fossero provisti d'altri Beneficj*, quæ refertur ad similia *Rot. decis.*221. *num.*6. *cor. Priol.* Quia eadem dictio verificatur in qualitate residentiæ, ad evitandam instantaneam correctionem, & absurdum, ut, limitando generalem regulam, observant *Gonzal. ad Regul.*8. *Cancell. gloss.*3. *num.*49. *& seq. & Barbos. dict.*26. *num.*14. ad id probandum adducens verba illa *Evangelii S. Lucæ* 23. 32. *Ducebantur autem, & alii duo nequam cum eo, ut interficerentur*, quæ referuntur dumtaxat ad qualitatem associationis in itinere, non autem ad nequitiam duorum latronum. (43)

Ex qua consideratione, alia stringens insurgit animadversio, exclusiva qualitatis beneficialis; Admisso enim per insubsistentem, & falsam hypotesim, quod nostræ Cappellaniæ essent beneficia Ecclesiast. essent per consequens residentialia ex quotidianis oneribus, Cappellanis injunctis in testamento §. *Rispetto poi*: Duo autem beneficia Ecclesiast. sunt incompatibilia de jure, juxta *Text. in cap. De multa de Præbend. & in Extravag. Execrabilis §. Si verò eod. tit.* de quibus latissimè *Rot. in Mogunt. Canonicat.* 1. *Jul.* 1697. *in princip. cor. dell'Olmo*, & in nostro casu incompatibilitatem injunxit testator ex sola ejus voluntate, & lege in testamento adiecta ibi: *Non volendo &c.* Igitur pernecesse dicendum est, illa testatorem non considerasse, neque voluisse constituere beneficia Ecclesiastica, ut in simili egregiè firmavit *Rot. in Hydruntina Cappell.* 10. *Maii* 1697. *§. Et fortius cor. dell'Olmo*, ubi ex eo, quod testator prohibuerat alienationem bonorum, relictorum pro dote Cappellaniarum, benè infert, nullatenus habuisse intentionem fundandi beneficium Ecclesiasticum quia bonorum Ecclesiasticorum alienatio satis, superque per sacros Canones prohibita sit. (44, 45)

Præterea laicalem Cappellaniarum qualitatem denotat exemptio illa ab expensis paramentorum, & ceræ, qua terminatur, & clauditur testamentum cum istis verbis: *Che li sei Cappellani sudetti della mia Chiesa di S. Michele non siino tenuti à pagere cosa alcuna alla Sagrestia per il consumo di cera, ed altri utensili per la celebratione delle dette Messe*; (46)

Omnia enim ista onera, non ad Beneficiatos, sed ad Cappellanos spectant, ut est omnibus notorium, & observat *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst.*968. *num.*3. *&* 4. Attentè hìc ponderando, quòd non sumus in terminis dispositionis, factæ a fœmina, vel sæculari inexperto, & similium materiarum ignaro, sed Sacerdotis, & Canonici, multa possidentis beneficia, & ex propria experientia forsan in minoribus probè scientis, onera hujusmodi paramentorum sacrorum, & ceræ, non ad Beneficiatos, sed ad Cappellanos spectare. Testatoris enim qualitas, & professio nimis conferunt ad solidam intelligentiam, & congruam interpretationem verborum testamenti, ex animadversis per *Card. de Luc. de Benefic. disc.*61. *num.*12. (47)

48 Prout etiam eadem laicalem qualitatem demonstrat administratio, & cura omnium bonorum, & effectuum, assignatorum pro dote Cappellaniarum, relicta Reverendissimo Capitulo, non autem Cappellanis; Administratio siquidem bonorum beneficiorum Ecclesiasticorum integraliter penes Beneficiatos esse debet, ut in specie pro canonizzanda qualitate Cappellaniæ laicalis, observat *Rota in decis.*154. *num* 3. *par.*2. *rec.*

49 Et demùm magnopere consideranda venit ad hunc effectum reservatio illa pro prima vice nominandi Cappellanos, *in qualsivoglia forma, e senza alcuna solennità, ed anco à voce*. Ista enim omnia sicuti apprimè conveniunt deputationi Cappellanorum, ita prorsus impropria sunt in beneficiis Ecclesiast. quæ nullatenus conferuntur absque aliqua formalitate, & solemnitate minusque *à voce*, nec etiam ab ipsomet Summo Pontifice, ut est notorium.

50 Quibus non adversantur animadversiones, in principio adductæ, licet enim negari non possit, quod in nostris terminis concurrant omnia materialia beneficiorum Ecclesiasticorum, supra enumerata; Attamen cùm non fuerit requisita, sed positivè exclusa authoritas Ordinarii, deest illorum causa efficiens, sine qua etiamsi omnia alia requisita simul concurrant, nunquam dicitur constitutum Ecclesiasticum beneficium, ex cumulatis supra *num.*16. & resolvit *Sacra Congregatio Concilii in Civitatis Plebis* 9. *Aug.* 1690. *in Lib.*40. *Decr. fol.*567.

51 Expeditio Bullarum, in testamento demandata, quæ verè, & propriè conveniunt beneficiis Ecclesiast. tunc forsan esset aliqualis considerationis, quando non esset immediatè modificata à sequentibus verbis, *ò Patente*, quæ certum est, verificari in Cappellaniis, nullatenùs autem in beneficiis Ecclesiasticis. Nihil igitur aliud voluit mediantibus dictis verbis, significare testator, quàm actum illum approbationis, seu deputationis, necessariò præmittendum à Reverendissimo Capitulo, ad hoc, ut Cappellani, nominati à Compatronis, possessionem Cappellaniarum possent licitè accipere, absque ulla reflexione ad Ordinarium vel Datariam, ut infertur ex claro tenore ejusdem testamenti, ibi: *Debba il medesimo Capitolo concedere la Bolla, ò Patente della collatione, ed istitutione, senza la quale non possa mai il nominato, ò presentato essere ammesso al possesso delle Cappellanie.* (52)

Cæterùm in his terminis non est facienda vis in verbis, sed in concursu authoritatis Ordinarii, quæ si deficiat, nullatenùs attenditur ipsamet denominatio beneficiorum Ecclesiasticorum, repetitis etiam vicibus in testamento facta, ut in specie observant *Felin. cons.*45. *num.*2. *& seqq. Corrad. in Prax. benefic. lib.*1. *cap.*2. *num.*52. *Gonzalez ad Regul.*8. *Cancellar. gloss.*5. *num.*17. *&* 18. *Rot decis.*611. *num.*1. *&* 4. *cor. Seraph & decis.*254. *num.*5. *par.* 2. *rec. & in Hydruntina Cappellaniæ* 10 *Maii* 1697. *§. Minusque cor. dell'Olmo.* (53)

Eademque responsio tollit vim aliorum verborum *institutionis*, *collationis*, *præsentationis*, *& vacationis*, à nostro pio testatore usurpatorum; Non enim novum est in Jure, verbum *institutionis* accipi, & intelligi pro admissione ad possessionem, *ex allegatis* in nostris præcisis terminis per *Barbos. de Potest. Episcop. par.*3. *allegat.*72. *num.*173. *& Rot. dec.*671. *n.*18. *par.*18. *rec.* Prout etiam verba, *nominationis*, *præsentationis*, *vacationis &c.* commodè interpretari possunt, & intelligi prò deputatione, & admissione novorum Cappellanorum, saltem ex vulgari, & promiscuo loquendi usu, & proindè nequeunt tribuere qualitatem Ecclesiasticam Cappellaniis laicalibus, prout in specie huic objecto respondendo, observant *Gonzalez ad regul.*8 *Cancellar. gloss.*5. *numer.*17. *& seqq. Lar. de Cappellan. lib.*2. *cap.*1. *num* 22. *& seqq. Panimoll. decis.*21. *numer.*12. *Card de Luc. de Benefic. disc.*97. *num* 19. *Rot dec.*66. *num.*1. *& sequen. cor. Ludovis.* benè advertens *num.*7. quod quando testatoris verba in sensu proprio operari non possunt, ut ejus voluntas adimpleatur, sunt improprianda, *& decis.*567. *num* 8. *& seqq. par.*5. *rec. & in Pampilonen Cappellaniæ* 25. *Maii* 1646. *§. Hinc etiam cor. Corrad.* egregiè advertens *in §. Demùm* ex punctuali *dec.* 25. *sub num.*5. *part.*2. *rec.* verbum *vacare* congruè verificari etiam in Cappellaniis perpetuis, quæ non sunt beneficia Ecclesiastica, mortuo nimirùm Sacerdote ad eas deputato, quod posteà firmavit etiam *in decis.*152. *numer.*16. *par.*10. *recent.* (54, 55, 56)

Ex reservationum, & affectionum exclusione, tunc forsan desumi posset adminiculum ad inducendam qualitatem Ecclesiasticam in nostris Cappellaniis, quando illam injunxisset testator per modum novæ dispositionis, secùs autem dum idem expressit per illud verbum *declarando*, quod nihil de novo addit, sed aperit dumtaxat, quod latebat, juxta *Textum in leg. Adeò vers. Cùm enim grana ff. de Acquir. rer. domin.* & animadversa per *Rot. in decis.*293 *num.*18. *&* 19. *par.*12. *& decis.*159. *num.*13. *& seqq. part.*15. *recent & in Ferrarien. seù Imolen. Bonorum* 2. *Decemb.* 1699. *§. Tùm quia cor. Reverendissimo Molines*; Cùm enim de Jure eædem affectiones, & reservationes locum non habeant in similibus Cappellaniis laicalibus, ex infra allegandis *num.*63. id magis declarando noster testator nihil aliud fecisse dicitur, quàm apertius ostendere suam enixam voluntatem, uniformem in hac parte cum Juris dispositione, & sic cessat argumentum à superfluitate deductum, ex animadversis per *Rot. in dec.*249. *num.*21. *par.*7. *recent. & decis*85. *num.*20. *& seqq. cor. Ludovis. & decis.*463. *num* 4 *&* 5. *cor. Priol* ubi, quòd ad hoc ut ratio superfluitatis evitetur satis est, quod actus, qui asseritur superfluus, quid modicum operetur, *& decis*244. *numer.*21. *& seqq cor. Ottbob.* ubi, quod nullo modo dicitur superfluum, quod operatur majorem declarationem. Cujus majoris declarationis exempla habemus in eodem §. ubi volens testator, quod collatio spectaret, ad Reverendissimum Capitu- (57, 58, 59)

Capitulum, id satis, superque expressit mediantibus illis clarissimis verbis: *In ogni tempo, & in perpetuo onninamente spetti à detto Reverendissimo Capitolo*. Sed deindè istis non contentus, subdit: *Privativè, & exclusivè à qualsivoglia altro Collatore, e Superiore, di modo che non possa mai qualsisia altro &c. pretendere di fare detta collatione in verun tempo, &c.* quæ, ut illarum simplex lectura ad oculum ostendit, nihil aliud sunt, quam major, clariorque declaratio antecedentis dispositionis.

61 Hæc literalis interpretatio comprobatur ex aliis partibus testamenti, in quibus quando testator voluit demandare ea, quæ de Jure præscripta non erant, usus fuit verbis illis: *Ordino, voglio, lascio, debbano, non volendo*, & similibus, importantibus novas, & à Jure independentes dispositiones, ex adductis per *Rot. in d. decis.* 1748. *num.* 2. & 3. & *decis.* 1807. *num.* 3. *cor. Coccin.* & *decis.* 748. *num.* 50. *post medium cor. Dunoz. jun.*

62 Quidquid sit, an ratio fundationis Cappellaniarum laicalium clariùs explicasset voluntatem testatoris pro exclusione affectionum, & reservationum Apostolicarum, quàm expressio illa, quod fundatæ erant ex propriis bonis laicalibus; Certum est, quod eundem operantur effectum, quia eædem

63 affectiones, & reservationes, nec habent locum in Cappellaniis laicalibus, nec in Jurepatronatu, fundato ex bonis laicalibus, ex adductis per *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 18. *num.* 2. *Barbos. de Potest. Episc. allegat* 57. *numer.* 26. *Card. de Luc. de Benefic. disc.* 97. *num.* 20. & *Rot. in Romana Cappellaniæ* 14. *Junii* 1680. § *Maximè cor. Vicecomite*;

64 Proindeque ex una potius, quam alia expressione non benè prætenditur exclusa qualitas Cappellaniarum laicalium.

Non benè autem inepta prætenditur eadem ratio ob reservationem Jurispatronatus ad favorem personarum Ecclesiasticarum, cum supposito, quod dici debeat Ecclesiasticum,

65 etiamsi fundatum ex bonis laicalibus; Quia, quidquid sit respectu dominii, seù pertinentiæ, quoad modum exercendi, & providendi, dicitur laicale; nullo modo Ecclesiasticum, ut, articulo maturè discusso, resolvit *Rota in Romana Jurispatronatus coram Sacrato* impressa apud *Vivian. de Jurepatron. lib* 4. *cap.* 9. *num.* 56. *vers. Nec videtur*, quam sequuta fuit *in decis.* 64. *num.* 10. *apud Tondut. de Pension.* & *decis.* 639. *num.* 5. *cor. Cavaler.* & *decis.* 157. *num.* 7. *part.* 7. & *decis.* 327 *num* 3. *par.* 15. *recent.*

66 Erectio demum aliarum duarum Cappellaniarum in Ecclesia Sanctæ Mariæ in Via lata, quæ admittuntur laicales, confirmat potius, quàm destruat laicalem qualitatem aliarum sex, erigendarum in Oppido S. Elpidii; Sicuti enim in illis non fuit requisita authoritas Ordinarii, ex cujus defectu admittuntur laicales, ità idem dicendum est de aliis sex, de quibus est quæstio, per eadem verba erectis, & fundatis, & convenientibus cum dictis duabus in dote perpe-

67 tuà, in spiritualitate eis annexa, nedùm in celebratione missarum, sed in interessentia Choro, & Divinis Officiis, atque in audiendis confessionibus, & in collatione facienda actu Sacerdotibus, & differentibus in sola perpetuitate, quæ tamen nullatenùs apta est mutare naturam Cappellaniarum,

68 illasque ex laicalibus constituere beneficia Ecclesiastica, ut benè probat *Gonzalez ad regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 5. *num.* 20. & *seqq.* & *Corrad. in Prax. benefic. lib.* 1. *cap* 2. *num.* 43. & *seqq.* & firmavit *Rot. in sæpius citatis dec. Pampilonen. Cappellaniæ* 25. *Maii* 1646. §. *Secundum verò cor. Corrad.* & *in Hydruntina Cappellaniæ* 10 *Maii* 1697. §. *Prout nec refert*, *coram dell'Olmo.*

69 Ex quibus in sensu veritatis censeo, Cappellanias, de quibus agitur, esse merè laicales, & resistente testatoris voluntate, nullo modo posse erigi in Ecclesiastica beneficia.

70 Agnoscentes Canonici præmissorum subsistentiam, postquam non potuerunt ex motivis justitiæ obtinere erectionem dictarum Cappellaniarum in Ecclesiastica beneficia, recursum habuerunt ad SS. D. N. id petentes ex gratia; Remissis autem illorum precibus ad Sacr. Congregat. Concilii, in eaque die 30 Septembris 1702 proposito dubio: *An sit signanda supplicatio ex gratia*, Responsum fuit: *Negativè.*

71 Scripsi pariter pro veritate in alio simili casu, *in una Nullius Bosci Cappellaniarum*, in cujus casu Laurentius de Petrinis Archipresbyter Bosci, inter alia in suo testamento ordinavit erectionem duarum Cappellaniarum in Cappella S. Annæ ab ipso constructa in Parochiali Ecclesia ejusdem Terræ, ad quas in eodem testamento nominavit Petrum Antonium de Petrinis, & Hieronymum Antonium de Cobellis suos Nepotes, & post illorum mortem voluit, ut facultas eligendi dictos Cappellanos, spectaret ad suos hæredes, & successores; Voluit insuper, & per caput separatum ordinavit, ibi: *Item circa la sopradetta mia dispositione, fatta per le sopradette due Cappellanie ordinate, mi rimetto anco al giudizio, e prudenza del P. Frà Innocenzio, al quale lascio l'autorità di potere in miglior forma ordinare, e drizzare questa sudetta mia disposizione di dette due Cappellanie, se io rettamente non hò saputo drizzarle, e disporle &c. ma che il detto P. Frà Innocenzio con la sua prudenza possa dichiarare quel, che li pare più espediente circa detta dispositione &c. Anzi che possa moderare, & arbitrare quel, che li pare, che io non habbia ben espresso, & ordinato, mentre confido alla sua integrità, e prudenza &c.*

In executionem hujus specialis facultatis per publicum Instrumentum stipulatum Neapoli die 14. Maii 1694. idem P. Innocentius exequtor testamentarius declaravit: *Che dette*

72 *Cappellanie siano semplici laicali, e pio legato, maggiormente, che in detta dispositione testamentaria non vi è determinazione alcuna di beneficio Ecclesiastico, nè alcuna petitione d'impetratione di beneplacito dell'Ordinario, ò confermatione &c.* ut ex publico Instrumento dictæ declarationis, in quo specificatur arrendamentum olei, in quo ab eodem executore testamentario erogata fuit pecunia, relicta pro dote earundem Cappellaniarum.

73 Suborta autem dubitatione circa erectionem dictarum Cappellaniarum, cum obligatione expediendi Bullas ad formam beneficiorum Ecclesiasticorum, promotam à Vicario Bosci, pro veritate requisitus, crederem prætensionem, uti prorsus insubsistentem, esse rejiciendam.

74 Supposito enim, quod ad constituendum Ecclesiasticum beneficium indispensabiliter concurrere debeant sex requisita, enumerata per *Vivian. de Jurepatr. lib.* 1. *cap* 1. *num.* 61. & *seq. Garz. de Benefic. par.* 1. *cap.* 2. *per tot. Gonzal. ad regul.* 8. *Cancellar gloss.* 5. *num* 7 & *seqq. Rebuff tractat. var. tit. de Pacific. possessor. num.* 344. & *seqq. Card. de Luc. de Benefic. in Summ. num.* 4. *Bordon. cons.* 69. *num.* 3. & *Rot. dec.* 224 *num.* 2. & *seqq. cor. Buratt.*

75 I. Scilicèt, quod sit fundatum authoritate Episcopi; II. Quod pium relictum habeat aliquid spiritualitatis annexum; III. Quod sit conferendum Clerico; IV. Quod conferri non possit, nisi ab Ecclesiastica persona; V. Quod sit perpetuum; Et VI. quod conferens non possit sibi illud conferre, nec retinere.

Deficiunt in nostro casu primum, & quartum, proindeque nullo modo eædem Cappellaniæ sunt, nec nominari possunt beneficium Ecclesiasticum, sed potiùs, & congruentiùs

76 sunt, & dici debent legata pia, ut probant *Gloss in clement.* 2. *verb Si Beneficiorum in fine vers Tu dic de Decim. Guidop. decis.* 187. *num.* 1. *Garz. de Benefic. part.* 1 *cap.* 2. *num.* 103. & *seqq. Rebuff. tra var. tit. de Pacific. possessor num.* 349. *Card. de Luc. de Benefic disc.* 64. *num.* 6. & *disc.* 80. *num.* 18 & *disc.* 92. *num* 7. & *de Jurepatr. disc.* 5. *num.* 4. & *Rot cor. Dunoz. jun. decis.* 101. *num.* 1. & 2 *per tot.* ubi nulla habita fuit ratio

77 institutionis Ordinarii, quæ contra claram intelligentiam testamenti procurata fuerat à possessore legati pii, & *cor. Caval. decis* 639. *num.* 6 & *seqq.* & *in par.* 15. *rec. decis.* 327. *num.* 8. & *in Pampilonen. Cappellaniæ* 25. *Maii* 1646. *per totam coram Corrado.*

78 Et individualiter *Gonzal ad Regul.* 8. *Cancellar. gloss.* 5. *num.* 20. ibi: *Ex quibus infertur, quod Cappellaniæ, quæ sæpe fundari solent &c. absque aliqua Episcopi, vel alterius Superioris authoritate, ut in illis succedant Clerici de parentela, vel alii, quos apposuerint Patroni laici, desuper nominati, vel aliter vocati sint, quod quamvis talis Cappellania debeat esse perpetua usque ad obitum Cappellani, & habeat cætera requisita, præter authoritatem, & institutionem, seù provisionem Ordinarii, nihilominus non erit beneficium Ecclesiasticum &c.* ubi infinitos cumulat pro comprobatione hujus opinionis.

79 Ex quibus sequitur, quod in his casibus hæredes possunt tales Cappellanias ad libitum conferre nec consulto, nec requisito Loci Ordinario, ut advertunt *Gregor. Tholos. in Instit. Benef. cap.* 11. *num.* 10. *in fin Guidop. decis.* 187. *Valasc. decis.* 60. *num.* 12. & 13. *part.* 1. & latè materiam examinando *Ricc. in Prax. tom.* 1. *in Prax. Cappellaniar. result.* 354. *per tot.* Cui Ordinario interdictum est à Jure alterare, vel mutare, etiam in minimo, qualitatem Cappellaniæ, contra testatoris voluntatem, & in præjudicium eorum, quibus ejus vigore jus aliquod competit, *ad Text in cap. Porrò de Privil.* & *in clement. Quia contingit* §. *Aut autem de Religios. domib.* & advertit *Salgad de Libert. benef* & *Cappellan. art.* 9 *num.* 16 *Gonzal ad Regul.* 8. *Cancell. gloss* 5 *num.* 35 & fir-

80 mavit *Rota in d. Pampilonen. Cappellaniæ* 25. *Maii* 1646 §. *Tum quia neque cor. Card. Corrad.*

Non attento, quod noster testator bis easdem Cappellanias

nias nominaverit beneficium; Ultra quod enim lato sumpto vocabulo, etiam Cappellania vocari potest beneficium, ad 81 tradita per *Barbos. tract. var. tit. de Appellat. verb. appellat.* 32. *sub num.* 1. & 2. & firmata per *Rota in Hydruntina Cappellaniæ super confirmatione sententiæ 9. Maii* 1698. *§. Nec obstat in fine cor. Pio*; In his casibus non est facienda vis in verbis, seù denominatione, sed in substantia, seù concursu requisitorum, quibus deficientibus, parum refert, quibus nominibus utantur testatores in suis ultimis voluntatibus, 82 ut in individuo, aliis adductis, advertit *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancellar. glos.* 5. *num.* 17 & 18. & firmavit *Rot. in dec.* 611. *num.* 1. & 4. *cor. Seraph.* & *in dec.* 254. *num.* 5. *par.* 2. *rec.*

Quæ si de jure procedunt, inspecta sola litera testamenti Laurentii de Petrinis, transeunt in evidentiam, attenta declaratione P. Innocentii executoris testamentarii; Si enim 83 in similibus controversiis multum defertur declarationibus simplicium executorum testamentariorum, ad magistraliter, & laté firmata per *Bart. in l. Theopompus ff. de Dot. prælegat. Bald. consil.* 259. *num.* 1. *lib.* 4. *Paris. cons.* 26. *num.* 29. & 30. *pariter lib.* 4. & in nostris terminis *Rot. decis.* 299. *num.* 11. *part.* 15. *rec.* Ita ut communiter firment Doctores, declarationes executorum testamentariorum censeri emanasse ab 84 ipsismet testatoribus, ut videre est apud *Anchar. cons.* 329. *num.* 2. *in fine*, & 3 *Mierez. de Majorat. par.* 1. *quæst.* 44. *numer.* 114. *Mantic. de Conject. ult. volunt. lib.* 3. *tit.* 1. *num.* 20. & *seqq. Rocca Selectar. interpret. lib.* 1. *cap.* 44. *num.* 3. *Adden. ad Pamphil. decis.* 442. *num.* 7. *vers. Executor Rot. decis.* 263. *num.* 21. *par.* 15. & *decis.* 152. *num.* 14. & *seqq. par.* 17. *rec.* & *in Romana Successionis*, & *Legitimæ* 13. *Februarii* 1696. *§. Prædictis cor. Illustrissimo Scotto*, & *in Terulen. Beneficii* 25. *Junii ejusdem anni §. Omnemque cor. Muto.*

85 Quantò magis idem affirmandum est de declaratione, per publicum Instrumentum facta ab eodem P. Innocentio, de cujus potestate dubitari non contingit ex ipsa litera testamenti, & de cujus voluntate constat ex sola lectura ejusdem publici Instrumenti, ut considerando amplitudinem potestatis, in testamento attributæ, observat *Panzil. cons.* 131. *num.* 10. *Rocca Selectar. interpret. d. lib.* 1. *cap.* 44. *numer.* 4. & *Rot. decis.* 73. *num.* 2. *par.* 15. *rec.* Proindeque opus non habemus recurrere ad alia argumenta, & conjecturas per *Textum in leg. Ille, aut ille §. Cum in his verbis ff. de Legat tertio*, & in 86 individualibus terminis *Rot. in decis.* 254. *num.* 2. *in fine par.* 2. *rec.* Sed tenor erectionis Cappellaniarum per executorem testamentarium in claris positus, est attendendus *Pasqualig. de Sacrif. nov. legis quæst.* 1117. *sub num.* 1. & *Rot. coram Coccin. decis.* 2210. *num.* 9.

87 Juxta præmissa conclusum fuit, ut ex sequenti Epistola, scripta Vicario Bosci.

Molt'Illustre, e Molto Rev. Sign.

NElla Congregatione, tenutasi jeri 15. del corrente sopra gli affari delle Badie, essendosi veduta, & attentamente essaminata una copiosa, e fondatissima Scrittura del Signor Avvocato Ursaya in ordine alle due Cappellanie, fondate dalla buona memoria di D. Lorenzo de Petrinis, Arciprete di cotesta Chiesa Parrocchiale, alla Cappella di 88 S. Anna. Questi miei Signori concordemente dichiarorono, essere semplici Cappellanie, e non Beneficii, e che perciò non hanno bisogno alcuno dell'instituzione dell'Ordinario. Sabbato passato scrissi à V.S. che si astenesse da qualunque novità sopra questa materia, e questa valerà per significarle, che ella non se ne ingerisca, e ne lasci il pensiero, e la dispositione à quelli, alli quali appartiene, e me le offero, e raccomando con tutto l'animo. Roma 16. Aprile 1695.

Affetionatiss. per servirla sempre
Antonio Baglioni Canonico deputato.

DISCEPTATIO XVI.

Romana.

PRO

Archiconfraternitate SS. Sacramenti in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi.

CUM

Canonicis ejusdem Ecclesiæ.

ARGUMENTUM.

Confraternitates laicales, prætextu soliti, an possint cogi ad faciendas propriis expensis, functiones illas, quæ fieri solent à Parochis, vel Capitulis Ecclesiarum Parochialium, & Collegiatarum.

IN Sæculo 14 cultum externum SS. Sacramenti, incrediibiliter apud Ecclesiasticos collapsum, instaurarunt in Urbe quinque pii homines sæculares, qui videntes, *il Salvator* 1 *Nostro andare à visitare, e recreare l'infermi &c. non con altro onore, che d'un solo Sacerdote, e d'un sol ministro, con un povero lume in mano, vergognatisi non meno &c. statuirono dedicare le loro persone, e facoltà proprie &c. e trarre ancora coll' essempio quanti avessero potuto all'istesso essercizio*, ut legitur *in cap.* 1. *fol.* 5 *nostrorum Statutorum*, & notat *Piazz. nell' Opere pie di Roma fol.* 440.

Considerantes verò, ad eundem effectum *essere necessario ritrovare un luogo, nel quale si potessero adunare per esercitarsi in così lodevole ministero, giudicarono attissima la Chiesa de* 2 *SS. Lorenzo, e Damaso, e domandarono à Sig. Canonici di essa il luogo vacuo, à man sinistra nell'ingresso di quella, e dalla bontà di quei Signori favoritamente ottenutolo, l'anno del Signore* 1501. *à sue spese vi eressero l'Altare*, juxtà præcisa verba ejusdem Statuti, ubi supra, & concordant decem solemnia, & publica Instrumenta, concernentia acquisitio- 3 tionem dicti situs, ejusque ornamenta, sumptibus Archiconfraternitatis magnificenter extructa.

Laudabile hoc exemplum alios consocios invitavit, & tractu temporis eadem pia radix ita fructus multiplicavit, ut nedum in Urbe, sed in toto Catholico Orbe nostris temporibus cum decenti pompa Venerabile ad infirmos deferatur, præci- 4 puè verò id practicatur in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi, ex nota pietate, & nunquam satis laudata generositate, Regiaque magnificentia Eminentiss. D. Card. Otthoboni, clementissimi Protectoris nostræ Archiconfrat. ut est notorium.

Volens autem verè pium hoc opus coadjuvare cl. m Card. 5 Riarius, S. R. E. Camer. & Commendatarius Ecclesiæ SS. Laurentii & Damasi, qui, ut notorium pariter est, Palatium Cancellariæ proprio ære magnificè ædificari tunc temporis mandaverat, non solùm mediante *Joanne Staphilæo*, authore tractatus de literis Gratiæ, ejus Vicario in dicta Ecclesia, concessionem situs pro nostra Cappella approbavit, ut legitur in dicto Instrumento, sed eosdem pios homines benigniter ad prosequutionem tanti operis animando, beneficiis cumulavit, ne deficientia mediorum optatum finem impediret: Ideoque gratiosissimè illis concessit duo cubicula, unum superiùs, aliud verò inferiùs, sita in eodem magnifico Palatio, contigua muro Ecclesiæ prædictæ, in quibus se recipere, & intorititia, aliaque Sacra utensilia conservare possent: Permisitque per Concionatorem Quadragesimalem commendari fidelibus eleemosynas, applicandas pro indigentiis Archiconfraternitatis, ut pariter resultat ex d. proemio Statuti *vers. Poiche*.

Adaucto verò numero Confratrum authoritate ordina- 6 ria instituta fuit nostra Archiconfraternitas, in qua nedum multæ qualificatæ personæ adscriptæ fuerunt, sed ipsemet fa: me: Julius II. *si compiacque di essere nel numero de Fratelli*, ut legitur *in Statuto cap.* 1. *fol.* 8.

Constructum paulò post fuit sumptuosum Altare in eodem situ, in quo de præsenti extat Cappella SS Sacramenti, sum- 7 ptibus Archiconfraternitatis fabricata, magnificè ornata, & splendidè terminata, quæ omnia non sine evidenti Divinæ providentiæ beneficio peracta fuerunt cum eleemosynis piissimæ æquè, ac nobilissimæ mulieris Theresiæ Henriquez, *ut refertur in eodem Statut. cap.* 1. *fol.* 6. *vers. Doppo questo*, & latiùs in dd. decem Instrumentis.

Ad

Ad denotandum verò terminos situs, sibi concessi, & in quo pavimentum, picturas, & alia ornamenta sumptibus Archiconfraternitatis constructa fuerunt, quæ etiam hodiè omnium oculis exposita sunt, apposita fuit pila marmorea propè januam extante, cum aqua lustrali, quæ insignibus Archiconfraternitatis inspicitur ornata, & distincta à consimili, posita in dextero latere, spectan. ad Ecclesiam. 8

In prædicto Instrumento concessionis situs pro Cappella solidè fundatur intentio nostræ Archiconfraternitatis, & ab eo excluditur quælibet prætensio Capituli, quia clarum titulum, & principium habemus primævæ concessionis, factæ absque ullo onere liberè, & in perpetuum, cum clausulis *ad habendum*, *&c.* cum expressa conditione perpetuitatis, & in ea officium faciendi, ut moris erat, & nostræ Societatis imposterùm placuisset, & cappellam fabricandi ad Confraternitatis libitum, irrequisitis DD. Canonicis, & Capitulo, fabricandi sepulchrum pro Confratribus, & cum expressa permissione perpetuæ manutentionis, quod Instrumentum fuit stipulatum in Sacristia S. S. Laurentii, & Damasi, ut ex illius benigna recognitione remanet manifestum. 9 10

Successivè de anno 1508. fa. me. Julius II. *intesi gl' Instituti, & i progressi della Compagnia*, ut dicitur *in Statut. cap.* 1. *fol.* 8 Archiconfraternitatem nostram laudavit, & specialiter sub pœna excommunicationis, & sub clausula irritante, ordinavit, nè pecuniæ, & res, ad illam spectantes, ullo unquam tempore à quoquam in alios usus, quàm ejusdem Confraternitatis, ac de ejus Officialium licentia, & voluntate erogarentur. 11

Ex quibus, & mox recensendis patet, nostram Archiconfraternitatem, nullum à principio habuisse aliud Institutum, quàm associandi Venerabile, per Viaticum deferendum infirmis, & manutenendi altare SS. Sacr. in propria sua particulari Cappella, in qua aperuit opportunas portas, correspondentes prędicto cubiculo, in Sacristiam converso, & assignato superiore pro habitatione cappellani, & confessoris ipsius Confraternitatis, cum janua libera exteriore, respondenti in atrium Palatii, ut est notorium, & visibile; Cui Sacristię anno 1680. ex gratuita concessione f. m. Innocentii XI. additus fuit alter parvus situs, pro ampliatione ejusdem Sacristiæ, juxtà eum statum, in quo de præsenti reperitur. 12

Ad hoc autem, ut Curatus S Laurentii suo muneri incumbere semper posset, fuit illi tradita clavis cancellorum, quibus cappella circumdata fuit, ut juxta opportunitatem, & indigentias Parochiæ, ad eam haberet ingressum, sicuti usque in præsentem diem practicatur. 13

Ab erectione Confraternitatis usque ad annum 1593. officia, & spiritualia opera, per Confratres exercita fuerunt in ead. Capella, & Sacristia, juxta facultatem, habitam in dicto Instrumento concessionis: Sed postmodùm auctis Confraternitatis redditibus, ex piis benefactorum dispositionibus, & elargitionibus, ejus Officiales dicto ann. 1593. emerunt ab Annibale Guerra domum, positam è conspectu Plateæ Cancellariæ, in qua publicum Oratorium construi curarunt, ibique Confratres usque ad præsens Officiis, aliisque piis exercitiis incumbunt, & juxtà redditutum augumentum opera etiam pia adaugere voluerunt: Hinc celebrem Processionem in Octava die Solemnitatis Corporis Christi duci de manè per vias Parochiæ introduxerunt, ut est notorium, & observat *Piazz. nell' Opere pie di Roma p.* 444. quę ab anno 1691. sub auspiciis Eminentissimi Protectoris anticipatè fuit translata ad diem Mercurii ejusdem Octavæ de sero, & hanc unicam Processionem expressè fieri mandat nostrum *Stat. c.* 26. 14 15

In 2. insuper Dominica uniuscujusque mensis introducta fuit celebratio missæ SS. Sacramenti per Canonicos in nostra cappella, vice missæ conventualis, & post eam processio per ambitum Ecclesiæ, ac etiam extra, juxta dispositionem Bullæ fa. me Pauli III. 30. Novembris 1539. extensæ ad omnes Confraternitates SS. Sacramenti à fa. me Clemente VIII. 7. Septembris 1604. de qua *Clericat. de Euchar. dec.* 60. *num.* 20. *& Baudr de Sacr. Cærem. c. p* 16. *art.* 14. *tit de Process. SS Sacram. facienda singulis mensibus à Sodalibus Confraternitatis SS. Sacramenti*; Quæ adhuc hodiè devotè, & laudabiliter à nostra Archiconfraternitate fit, & de hac expositione, & processione respectivè disponit. pręd. nostrum *Statut. cap.* 27. 16 17

In hoc statu res nostræ Archiconfraternitatis erant anno 1626. in quo renovata, & reformata, aut potius adaucta fuere Statuta confirmata per cl. me. Card. Ludovisium, tanquàm ejusdem Archiconfraternitatis Protectorem, ut legitur in eodem *Statut. c.* 33.

Ex tunc quia Archiconfraternitas majores redditus acquisiverat, & multæ confluebant piorum benefactorum eleemosynæ, non solum quotannis solebat pecunias exuberantes investire; Sed magnificè explebat multa alia exercitia voluntaria, concernentia cultum SS. Corporis Christi, ejusque quinque Plagarum, cujus titulum univerat antiquo SS. Sacramenti. 18

Et quia Capitulum introduxit facere sepulchrum in majori hebdomada intùs dictam sumptuosam cappellam Archiconfraternitatis, tanquàm in loco decentiori, & melius ornato, ideò Archiconfraternitas præcise præcepit Confratribus provisoribus, ut de dicto sepulchro materiali curam haberent, nè scilicet ministri Capituli aliquod dominii signum exercerent in eo situ, & cappella, quæ erat, & est propria Archiconfraternitatis; Satisque probabile nimisque verisimile est, quod intuitu ejusdem loci, spectantis ad Archiconfraternitatem conservata fuerint à Confratribus ornamenta, adhiberi solita pro sepulchro. Verùm de cera necessaria pro eodem sepulchro, nec jota unum, vel minimus apex legitur in eodem Statuto, sed solùm de habendo curam sepulchri per Provisores: Imò notandum in hac parte est, in eodem capitulo fieri expressam, & taxativam mentionem curæ, habendæ per Provisores de cera, destinata ad associationem SS. Viatici, ut in *c.* 12. 19

Ex quo discretivo loquendi modo liquet, statuentes, nec cogitasse de cera pro sepulchro, expressè prohibito Confraternitatibus laicalibus, ut videre est apud *Monacell. in Formul to.* 2 *fol* 15. *n.* 60. *ad dub.* 4 *&* 7 ubi innumeras refert, & sequitur Sac. Congregationum resolutiones, inter quas celebris est illa *Neapolit.* 18. *Maii* 1602. 20

Multa alia misericordiæ opera temporis progressu introducta fuerunt, & laudabiliter practicata à nostris Confratribus, mediantibus puellarum dotatione, visitatione infirmorum, & similibus pietatis, & exercitiis, quæ per omnes Urbis Confraternitates exerceri solent: Et signanter, quia Capitulum *juxta dispositionem Cæremonialis Episc lib.* 2. *cap.* 33. exponere cæpit SS. Sacramentum tempore Divinorum Officiorum per totam Octavam, placuit Officialibus illius temporis eandem expositionem famosis musicorum concentibus associare, & memores habemus Confratres viventes, quibus noti sunt sumptuosi apparatus, cum quibus Confratres Octavario præd. devotè assistebant, prout etiam hodiè assistunt. 21

Tenebatur pariter Capitulum suam processionem particularem facere cum puellis, à se dotatis, juxta testatorum dispositionem, eadem die Jovis Octava Corporis Christi post Vesperas, & per complacentiam aliquorum Provisorum, cæperunt non multò ab hinc tempore ministri Capitulares retinere in Altari majori Ecclesiæ candelas, ab Archiconfraternitate appositas pro processione matutina, propria Archiconfraternitatis, nec non intorstitia, sibi data eadem occasione, itaut ea cera utebantur in propria processione, aut insciis majoribus Officialibus Archiconfraternitatis, aut post factum frustra reluctantibus. 22

Diximus *aliquorum Provisorum*, quia non omnes id in preteritum practicarunt, sed aliqui noluerunt ceram dare pro d. 2 processione, & Capitulum usum fuit suis candelis, & intortitiis, ut justificamus in Summario. 23

Imò omissa per decennium processione Archiconfraternitatis, à tempore scilicet obitus cl. me. Card. Francisci Barberini antiqui Protectoris, sequuto die 12. Decemb. 1679 usque ad annum 1690. quo sub gloriosis auspiciis Eminentissimi Otthoboni renovata fuit, ut est notorium per totum d. tempus, decenniique cursum, Capitulum suis sumptibus suam fecit processionem. 24

A' prædictis spontaneis largitionibus, quia affluebant pecuniæ, inductum non fuit damnum sensibile nostræ Archiconfraternitati usque ad annum Jubilei 1700. verùm cùm de eo tempore fer. fer. distracta fuerint multa loca montium, ad efformandum hospitium, & in eo recipiendas Confraternitates aggregatas, ac etiam paulo antè fructus cæterorum locorum montium fuissent diminuti in quarta parte; Et denique temporum notissima calamitas, eleemosynas cessare, & pensiones domorum nimium diminui fecerit, circa quod calamitas utinam non esset universalis, Officiales pro tempore post annum prædictum Jubilæi à dura atque amara hac necessitate pressi, seriò semper cogitarunt, quomodò expensis quotidianis supplendum esset, & quomodo exonerari posset Archiconfraternitas à debito plusquam 2000. scutorum, ultrà dotes promissas, non adhùc solutas, ascenden. ad insignem quantitatem scut. 1892.44 ut ex distinctis notulis, in Secretaria exhibitis. 25 26

Hinc quia, ut diximus, spes cessabat dimittendi debitum ex eleemosynis, aut voluntariis confratrum, & benefactorum elargitionibus, ob communes calamitates, opus fuit reformare ad intus, quantum possibile fuit, ne cultus divinus exterior diminueretur, ideoq; antiquissima distributio candelarum in festivitate Purificationis Beatiss. Virginis, quæ vigore *Statuti cap.* 31. fiebat omnibus Officialibus Congr. secretæ, fuit prætermissa: Candelæ, distribui solitæ in Oratorio, diminutæ, & reductæ ad dracmas, seu quasi ad non ens: Quæ accendi consueverant ab immemorabili ad Altare, & scamna Officialium in Oratorio, redactæ ad meram luminis necessitatem: Officia Defunctorum, magna pompa recitari solita tempore quadragesimali post Solis occasum, ad evitandam ceræ consumptionem, celebrantur de manè: Sacci, dari soliti confratribus, prohibiti, itaut quilibet de proprio illa parare sit coactus: Musica, flores, & festivitates Oratorii penitus abolitæ, nisi absque ulla, vel minima Archiconfraternitatis impensa, fieri velint à confratribus, propriis eorundem sumptibus: Et tandem institum fuit in sac. Congr. Concilii pro reductione missarum, benigniter concessa pro 12. partitis, sed cum parva utilitate.

27

Licèt autem hæc, & multa alia similia decreta, & reformationes aliquam attulerint utilitatem, hęc longè impar est necessitati, atque angustiis Archiconfraternitatis, ac propterea necesse fuit, se volvere ad expensas, aut non debitas, aut superfluas, quæ in bursale commodum Capituli fiebant ab Archiconfraternitate, & quamquàm per viam supplicationum, & intuitu d. meræ necessitatis habitus fuerit frequens, & reiteratus recursus, ad hoc, ut de bono, & æquo daretur remedium totali ruinę Archiconfraternitatis, attamen per hanc supplicationum viam nihil obtinere potuimus, itaut coacti fuerimus recurrere primo loco ad Eminent. Protectorem, mediante supplici libello: A' quo benignissimè excepti, remissi fuerunt Officiales ad illius R.P.D. Auditorem, ex cujus benigna permissione, novum habuerunt recursum ad SS. D.N. qui dignatus fuit humillimas Archiconfraternitatis preces ad hujus supremi Senatus presidium remittere, omniaque parata erant pro Causæ propositione in Congregat. destinata pro d. die 3. Sept. 1711. pro qua, nedum exhibita fuit Scriptura nomine Capituli, cui datæ fuerunt congruæ responsiones ex parte Archiconfraternitatis, in Scriptura impressa, sed etiam informatum fuerat in voce, ut EE. PP. & signanter Eminentissimus Ponens testari dignabitur.

28

29

In vigilia autem propositionis Causæ ad enixas preces, & reiteratas instantias Canonicorum insinuantium, omnia posse amicabiliter componi, dilata fuit causæ propositio, multaq; deinde data verba, sed nulla penitus velita conclusio circa amicabilem compositionem: Itaut, omni concordiæ tractatu dissoluto, atque instante tempore sepulchri, humillimæ SS. D.N. porrectæ fuerint preces pro parte Archiconfraternitatis, ut dignaretur demandare Canonicis constructionem proprii sepulchri; Placuit verò S.S. die 23. Mart. 1712. rescribere *SS.D.N. mandavit, pro præsenti anno fieri sepulchrum per Arch confraternitatem Oratricem, sine præjudicio jurium ambarum Partium, & per modum provisionis, & cum facultate repetendi contra quos de jure.*

30

Quia verò angustiæ Archiconfraternitatis ad eam redactæ sunt extremitatem, ut impossibile fuisset expensas pro d. sepulcro facere, ad hoc, ut SS. D N rescriptum, ut par erat, promptæ demandaretur executioni, coacti fuerunt Officiales proprios humeros eidem oneri supponere, atque sepulchrum facere ex pecuniis, vel improbo labore, vel proprio sudore acquisitis, destinatisq; pro eorundem filiorum, & familiarum manutentione.

31

Ad hoc autem, ut in eisdem angustiis non reperirentur in Octavario festivitatis SS. Corporis Christi, atq; in secunda processione Capituli, quę fieri solet in Octava ejusdem festivitatis, à multo tempore urgere cæperunt pro causæ propositione.

32

Verùm in efformatione dubiorum, non solum mordicùs institit Capitulum in prætensione præcisæ obligationis easdem functiones continuandi, sed insuper, ut illæ fiant cum eadem impensa, & forsan majori pompa. Imò alias excitavit prætensiones, usque ad controvertendam Archiconfraternitati proprietatem Capellæ, qua à 200. annis, & ultrà pacificè fruitur, in vim apertissimæ, & amplissimæ concessionis, decem publicis instrumentis roboratę, & comprobatæ.

33

Concordata itaque tandem aliquando fuerunt 17. dubia, post quam concordationem, imò postquam nomine Capituli sub initio mensis Aprilis 1712. eadem dubia judicialiter intimata fuerunt huic Parti, licèt cum aliqua diversitate, novi introducti fuerunt tractatus pro amicabili compositione, & quia hæc sincero animo, & bona fide ex parte Officialium Archiconfraternitatis omni via desiderabatur, memorum ejus, quòd quotidiè in ecclesiasticorum ore resonat: *Extingue flammas litium: Dissolve litis vincula: Ne litis horror insonet*, & animadversa per *Urceol. de Transact. in præfat. n.* 22. *& seqq* & firmata per *Rot. in dec.* 305. *n.* 1. *par.* 18. *rec.* pronis auribus excepti fuerunt iidem discursus.

34

Cùmque pro faciliori compositione ex parte Capituli desideratum fuerit ab Archiconfraternitate, ut una deputaretur persona, cum potestate omnia dubia concordandi, amplæ concessæ fuerunt facultates uni ex ejus dignioribus confratribus, hoc est Priori, immediatè antecedenti, pro d. compositione ineunda. Quia verò vulgare fert adagium, quòd serenitas matutina indicare solet qualitatem diei, quodque ex præteritis validum desumitur argumentum quoad futura, non obscurè ab ipsomet initio apparuerunt indicia, quòd amicabilis compositio ex adversò efficaciter non quærebatur. Undè ad omnes amputandas excusationes, quòd ob multiplicitatem dubiorum non potuerint ex adverso parari congruæ informationes, novus habitus fuit recursus ad SS. D. N. felici eventu, ad hoc, ut pro præsenti Congreg dignaretur demandare propositionem illorum dubiorum, quæ unicè respiciunt expensas pro Octavario proximo festivitatis SS. Corporis Christi, atque pro secunda processione capitulari. Ea ratione, quia respectu horum dubiorum nullatenùs applicantur contrarii prætextus, quia quoad has functiones jam Capitulum suas deduxit defensiones coram hac Sac. Congreg. usque de mense Augusti 1711. ut ex illis claris verbis §. *Al presente* contrariæ Script. *Fratelli moderni pretendono non esser tenuti &c. escludendo affatto il Sepolcro, l'Ottavario del Corpus Domini, la Processione in fine di d. Ottavario, come ancora l'uso di* 4. *torcie per servire il Venerabile, quando si porta di notte tempo agl' Infermi, e per il trasporto nelle sole feste di precetto dall' Altare del SS. Sagramento à quel o di S. Nicola &c. Per rispondere brevemente à queste pretensioni &c.* Itaut si aliquid addere velit Capitulum, id potest de more facilè ad praxim reduci à doctissimis contrariis Defensoribus, ut quotidiè practicatur in omnibus Tribunalibus, in quibus Responsiones, & Replicationes distribui solent in vigil a propositionis causæ, ut est notorium, & de facto proprio testatur *Card. de Luc. de Dot. disc.* 111. *num* 3. ibi: *Romanæ Curiæ Advocati semper currenti calamo properando, atque, ut vulgò dicitur, correndo la posta, scribere coguntur.*

35

36

37

38

Strictè igitur ad dicta dubia, ex adversò proposita usque à mense Augusti 1711. concernentia Octavarium, & secundam processionem occasione festivitatis SS. Corporis Christi, quintum his verbis conceptum est: *An eadem Archiconfraternitas teneatur facere in d. Cappella SS Sacram. omnibus, & singulis diebus Octavæ SS. Corporis Christi, tàm dę manè, quàm ad Vesperas expositionem SS Sacramenti, seu potius possit illam omittere in futurum in casu &c.*

39

Hujus dubii resolutio unicè pendet ab illa inspectione, ad quem spectet onus, seu quis facultatem habeat faciendi dd. sacras functiones, seu expositionem SS. Sacramenti, quia si illæ fieri debent ab Archiconfraternitate, certum est, quòd succumbere debet expensis, pro illis necessariis; Si verò fieri debent à Capitulo, non debet istud proprias obligationes sumptibus nostræ Archiconfraternitatis adimplere, quia esset locupletari cum aliena jactura, quod si omnibus interdictum est, multò magis Ecclesiis, ecclesiasticisque personis; quæ sunt cultrices æqui, & justi, & in hac parte exemplum sæcularibus dare debent, ut exclamando notat *Card. de Luc. de Alienat. disc.* 11. *n.* 11 ibi: *Cùm etenim ipsa dicatur æquitatis, ac justitiæ mater, & cultrix, atque super hisce virtutibus, privatorum exemplar sit, ita justitiam, & æquitatem lędere videretur, obtinendo locupletationem de alieno.*

40

41

Ad cognoscendam verò obligationem nostræ Archiconfraternitatis, non possumus recurrere ad Rituale Romanum, ad Cœremoniale Episcoporum, vel ad similes Libros, ex quo sunt incapaces jurium spiritualium, seque in illis immiscere non possunt, ut aliis adductis notat *Monacell. in Formul tom.* 2 *fol.* 14. *nu.* 5. sed unicè inspicienda sunt ejus Statuta, quæ sunt Textus, cum quibus juxta solitum regulantur laicales Confraternitates, & quæ pro lege servanda sunt, ex generaliter adductis per *Abbat. in cap. Quod Clerici sub n.* 3. *de For. compet Felin in c. Cùm omnes de Constit. & Rot. dec.* 265. *n.* 5. *cor. Pamphil & cor. Ansald. dec.* 30. *n* 59. ubi quod habens pro se Statutum non habet opus allegare Doctores Et in terminis Confraternitatum benè *Ricciull. var. lucubr. tit. de Confrater. c.* 5. *n.* 1 *in fine.*

42

Istis autem diligentissimè pervolutis, nulla mentio habetur

betur de dicto Octavario, tàm de mane, quàm de serò, & consequenter mathematicè in hac parte demonstratum habemus, quòd talis sacra functio nullatenus spectat ad Archiconfraternitatem laicalem, & proindè cum omni fundamento speramus, & supplicamus, dicto dubio negativè responderi. 43

Certiùs, quia cum negativa obligationis respectu Archiconfraternitatis, unitur precisa obligatio Capituli faciendi dictam expositionem in Octava SS. Corporis Christi, juxta universalem praxim Urbis, & Orbis, cohærenter ad dispositam in *Cærem.Episc.cap.33. lib.2.* & animadversa per *Clericat de Eucharist.dec.60.n.20.Castald.in Prax.Cerem.lib. 2 sect.10.c.2.& Baudr.in Manual.Sacr.Cerem.c.16.de Festivit. Corp Christ.art.7 num.1. & seqq* circa quod uno ore concordant omnes tractantes de sacris Ritibus, frustra hìc transcribendi. 44

Nec insistatur in eo, quòd cùm eadem expositio fiat in cappella, seù altare Archiconfraternitatis, ubi toto anno SS. Eucharistiæ Sacramentum asservatur, & colitur, dignum, & justum videatur, ut illa fiat expensis ejusdem Archiconfraternitatis; Argumentum siquidem probat nimis, & consequenter nihil, ex firmatis per *Rot. in Spoletana, seu Nullius oblationis ceræ* 18.*Maii* 1705. *§.Tertia cor.R P. D. Ansald.* quia si id subsisteret, posset Capitulum in omnibus festivitatibus toto anno celebrare in eadem cappella, & hoc modo se liberare ab expensis ceræ, quod quantum absurdum sit, oppositumque rationi, & sensui, de se patet. 45

Absque ulla difficultate, ex quo in hac parte non attenditur materialis cappella, ubi sacræ functiones celebrantur, sed formalis, ut ità dicam, obligatio illas celebrandi; Videmus hoc quotidiè practicari in omnibus Patriarchalibus, & Collegiatis Urbis, in quibus Canonici celebrant festum in aliqua cappella illius Sancti, cujus festum illa die solemnizatur, dùm illud celebrant sumptibus propriis, non autem Domini, seu Patroni cappellæ, nisi iste voluntariè expensas velit subministrare, qui non sunt nostri termini, dùm Officialibus Archiconfraternitatis id literaliter prohibitum est à Bulla f. m. Julii II., de qua suprà *n.11.* 46

Et viva ratio ea est, quia in tali cappella patronata Canonici non celebrant missam pro illius Domino, seu Patrono, sed in adimplementum propriæ obligationis, & loco missæ conventualis, quam celebrare tenerentur in proprio altare, & consequenter non possunt obligare Tertium ad subministrandas expensas, quæ necessariæ sunt pro adimplemento propriarum obligationum, ut de se patet. 47

Ceterùm nè in hac parte, & in ipsamet Urbe desit punctuale exemplum, dignentur Eminentissimi PP. observare, quòd in Ecclesia Collegiata SS Celsi, & Juliani adest similis Archiconfraternitas sub eadem denominatione SS. Sacramenti, quæ propriam habet cappellam in dicta Ecclesia, estque illa, in qua adest altare majus, & in qua illius Canonici per dictam Octavam SS.Corporis Christi Divina persolvunt cum expositione Venerabilis: Ex hoc autem, quòd id fiat in cappella Archiconfraternitatis, iidem Canonici quamvis longè minores habeant redditus, nunquam somniarunt petere ceram ab Archiconfraternitate, ut justificamus in præsenti Summario; Verum tamen est, quòd cùm in dicta festivitate soleat Archiconfraternitas in eodem Altare retinere sex candelas, illius Officiales tolerant, ut illæ accendantur, sed reliquæ candelæ ponuntur à Canonicis, ut notorium est, & patet ex nostro Summario. 48 49

Sequitur dub.6. posito scilicèt, quod Archiconfraternitas teneatur facere dictam expositionem: *An teneatur illam facere modo, & forma, qua practicatum fuit de præterito.* 50

Quod congruè resolvi potest cum rescripto *Provisum in 5.* mediante ejus negativa resolutione, rationibus hucusque animadversis. Cœterùm non possumus in hac parte non observare magnam exorbitantiam respectu contrariæ pretensionis, ut nostra Archiconfraternitas continuare teneatur id, quòd unus, vel alter ex ejus ministris proprio marte jure que cervellotico facere voluit, vel ad complacentiam, vel ad vanamgloriam, vel ad quemcumque alium finem, dum habemus in hac parte dispositionem Cœremonialis, & Authores, tractantes de Sacris Ritibus, præscribentes certum numerum candelarum pro decenti, & congrua expositione Venerabilis, ultra quem nemo obligari potest, nisi dicamus esse in arbitrio inconsiderati ministri obligandi suum Principalem pro effrenato arbitrio, & mera sua voluntate, quo nihil absurdius dici, nilvè irrationabilius excogitari potest; Esset enim non ad amussim lapidem, sed ad lapidem amussim aptare, seu non legi voluntatem subjicere, sed legem ipsam ad voluntatem trahere, quòd per hec precisa verba improbat *Card.de Laur.in Epitom.Canon.in Epist.ad Lector.* 51 52

Dub. 7. *An Archiconfraternitas teneatur relinquere saltem duas candelas accensas in Altare dictæ Cappellæ SS. Sacramenti pro tempore, quo, reposito SS.Sacramento, per Capitulum recitatur Completorium antè dictum Altare in præfata Octava.* Si ego vellem in Scholis argumentari pro tuenda affirmativa resolutione hujus dubii, fateor ingenuè, quòd nescirem, ubi nam apparentem rationem fundare possem, ad obligandam pauperem Archiconfraternitatem ad ponendam ceram in Altare, adhoc ut Canonici, reposito SS. Sacramento, adimplere possint eorum obligationem, mediante Divini Officii recitatione: Ex una si quidem parte Laicales Confraternitates, nil commune habent cum obligatione Ecclesiasticorum circa recitationem Divini officii; Ex quo institutæ nullatenus sunt, ut partem aliquam habeant in Ecclesiastica hyerarchia, sed ad hoc, ut pietatis, & Christianæ charitatis officia exerceant, ut sequendo claram Constit. Clem. VIII. notat *Monacell. in Formul. tom.* 1.*fol.*154 *nu.*2. & *tom.*2.*fol.*14.*num.*55. Ex alia verò adhoc assignatæ sunt distributiones, adhoc attributi sunt redditus Canonicales, ut Canonici facere possunt expensas illas, quæ necessariæ sunt pro Divinorum celebratione, residuumque sibi applicare, ut altari inservientes, de altari vivere possint, juxtà dictum *Apostol.* 1. *ad Corinth.*9.13 Atque proprio muneri incumbant propter retributionem illam, de qua loquebantur *David Psalm.* 118. 112. & *Moyses*, teste *D. Paulo ad Hebræos* 11. 26. 53 54

Quæ omnia longè distant à Confratribus, qui nullam in hoc mundo retributionem expectant, quivè ad proprium officium adimplendum, non solùm propria negocia segniter tractare coguntur, sed non sæpè proprias substantias in Locorum piorum sublevamen exponere ex charitatis præcepto obligantur, juxta id, quod ultimo loco practicatum fuit ab Officialibus nostræ Archiconfrternitatis pro sepulchro de mense Martii 1711.& quolibet anno practicari solet in gratuita distributione saccorum, nec non vestium, quam faciunt Officiales erga pauperes Confratres, illarumque consanguineas. 55

Dub. 8. *An Archiconfraternitas teneatur subministrare candelas in Altare majori dictæ Ecclesiæ, & intorstitia Canonicis, & Beneficiatis pro processione SS. Sacramenti, die Jovis Octavæ SS.Corporis Christi, post Vesperas fieri solita, in casu, &c.* Prò congrua hujus dubii resolutione præmittendum in facto est, tanquàm indubitatum, notoriumque in Urbe, quòd in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi duę fiunt processiones in Octava SS.Corporis Christi, una est propria ejusdem Archiconfraternitatis, quæ antè annum 1691. fiebat de mane die Jovis, & de qua loquitur Statutum, & circa hanc nulla adfuit in præteritum, nullaque adest de præsenti difficultas, quod fieri debeat sumptibus Archiconfraternitatis, quod admissum fuit in contraria Scriptura §. *Al presente.* 56 57

Alia processio fieri solet post Vesperas die Jovis, in qua, utì propria Capituli, intervenire solent puellæ, quæ ab eodem dotes habent, & de qua processione nulla prorsus mentio habetur in nostro Statuto: Et proindè negativa resolutio hujus dubii videtur clarè resultare ex hucusque animadversis, quia Archiconfraternitas non potest obligari ad expensas illarum functionum, quæ tertio modo spectant ad Capitulum. 58

Essetque in rei veritate nimis exorbitans obligare pauperem Archiconfraternitatem ad faciendas duas solemnes processiones extra Ecclesiam in una, eademque Octava Corporis Christi, quod nulli alteri Patriarchali Ecclesiæ Urbis, nullique alteri privilegiatissime Ecclesię in toto Orbe permissum est, adverfaturque omnibus sac. ritibus.

Ad evitandum verò æquivoca, humillimè repetimus hìc ea, quæ diximus in Responsione ad contrarias Scripturas in *§ Per evitare*, quòd nostra Archiconfraternitas: *Non ricusa d'intervenire sempre con suoi Fratelli à tutte le fonzioni, che riguardano il culto del SS Sacramento*; *Solamente supplica à considerarse, non esser tenuta dare le Torcie alli Sig Canonici, oltre quelle, che portano l Fratelli, per quelle fonzioni, che non spettano all'Archiconfraternità, mà sono proprie nel Capitolo.* 59

Dub 9. *An Archiconfraternitas teneatur subministrare dicto intorstitia pro associando SS.Sacramento, quando per Parochum ab Altare Cappellæ SS.Sacramenti ad illud S. Nicolai transfertur, & respectivè reportatur.* 60

Dub 10 *An Archiconfraternitas teneatur subministrare saltem quatuor intorstitia pro associando SS Viatico, privatim tempore noctis deferendo in casu, &c.* Negativa resolutio horum dubiorum superlativè infertur ex hucusque animadversis, 61

mad versis, quia cùm respiciant functiones concernentes Parochiale munus, circa illas non possunt, neque debent se ingerere laicales Archiconfraternitates, ex notoriis.

Quibus omnibus non adversatur prætensum solitum, & 62 decantata immemorabilis consuetudo.

Illa enim nullatenùs probatur in facto, & probata non relevaret in Jure. Non probatur in facto, in quo ultra interruptionem illam decem annorum, de qua supra *num.* 24. 63 habemus, quòd tres Provisores nostræ Archiconfraternitatis viventes, una cum Camerario pariter adhùc vivente, notæ probitatis, & integritatis, laudabili constantia tempore eorum officii recusarunt subministrare ceram ministris Capituli, quod proindè suam processionem fecit cum propria cera, ut justificamus in Summario. Si autem solus rumor in contrarium superabundat ad excludendam consuetu- 64 dinem immemorabilem, per ea, quæ notant adducti per *Marescot. var. resol. cap.* 190. *num.* 10. *Gratian. discept.* 918. *num.* 39. *& Rot. dec.* 139 *num.* 6 *& seqq. cor. Otthob.* Quanto magis illa exclusa dici debet ex facto, & positiva, atque reali probatione interruptionis ejusdem? ut ampliando observant ad- 65 ducti per *Rot. in dec.* 1296. *num.* 13 *cor. Emer. jun. & decis.* 78. *n.* 82. *cor. Ansald. & dec.* 314 *num.* 7. *par.* 11. *rec. & in Trojana delationis Crucis super bono Jure* 25. *Junii* 1708. *§. Minusque cor. Lancetta.*

Nec dicatur, quòd eisdem Officialibus credendum non sit 66 favore propriæ Archiconfraternitatis: Cùm enim deponant circa res, quæ non spectant ad Confratres uti singulos, sed uti repræsentantes totam Archiconfraternitatem, eorum testimonium conveniens est, & superlativam facit probationem, ut distinguendo observant *Corn. cons.* 47. *num.* 7. *lib.* 3 *Farinac. de Testib. qu.* 6. *n.* 494. *& seqq.* & firmavit egregiè *Rot. in Gerunden.* 18. *Februarii* 1707. *§. Non attentis cor. Aldrovando, & in Trojana delationis Crucis* 10. *Decembris* 1708. *§ Non relevantibus cor. eodem, &* 23. *Decembr.* 1709. *§. Minoris cor Eminentissimo Priolo.*

Ut autem EE. PP. manibus palpent, facilitatem illam, quam cum uno, vel altero ex Provisoribus nostra Archiconfraternitas experta est in sui præjudicium, ortum habuisse ex 67 principio nimis naturali, & proprio, dignentur observare, quod ad terminos *Statutorum in cap.* 5. electiones Officialium fiunt die Veneris post 2. Dominicam mensis maii, & possessionem accipiunt post Octavam Corporis Christi: Itaut Provisor, qui terminat suum officium, quivè forsan non fuit nimiùm diligens in principio, & medio, propter quod mutatus fuit, nil mirum, si neque etiam talis est in fine sui officii: Alter verò, qui debet capere possessionem sui officii, neque etiam scit ea, quæ ad illud pertinent, ut consideranti notum est.

Minùs relevaret in jure, quatenùs per falsam hypothesim probata esset, quia de essentialissimo requisito consuetudinis est, ut illa introducatur ab habente potestatem juxtà præci- 68 sa verba *Sac. Rot. in dec.* 78. *num.* 59. *cor. Ansald* ubi innumeræ allegantur punctuales authoritates; Quod autem ministri Archiconfraternitatis non habeant facultatem convertendi redditus ejusdem in usus, sibi benevisos, non probamus argumentis, & præsumptionibus, sed rotundis literis Constitut. Summi Pontificis Julii II Itaut sub sole majorem authoritatem ad id comprobandum adducere non possimus, *ut videre est in fine Statutorum fol.* 46. *&* 54.

Itaut videatur sapere nescio quid prætensio, ut in Urbe, sub oculis Summi Pontificis, ad probandum prejudicium Lo- 69 corum piorum, illudque æternandum, allegentur actus illi, qui sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, ab eodem Summo Pontifice reprobati sunt, & nullius efficaciæ declarati, ut de se patet.

Et tamen præscindendo ab hac solida responsione. II. res- 70 pondemus, quòd in præjudicium Locorum piorum allegari non possunt illorum ministrorum operationes, quia isti nullam habent facultatem, neque etiam per actus publicos, & 71 solemnes, dd. Locis piis præjudicium afferre, ut unoore observant adducti per *Bertacch. vot. decis.* 100. *nu.* 15. *& Rot. dec.* 298. *n.* 6. *cor. Dunoz. jun. & dec.* 140. *n* 11. *cor. Cels. & dec.* 10. *nu.* 2. *&* 3 *cor Cerr. & dec.* 179. *num.* 7 *cor Royas, & decis.* 44. *num.* 12 *par.* 7. *recent.*

Quæ si procedunt in actis publicis, & solemniter gestis, juxta terminos dd. authoritatum, multò magis admittenda 72 videntur in actibus tacitis, & abusivis, nè major virtus attribuatur tacito, quàm expresso, contra *Text. in leg. Cum quid ff. Si cert. pet.* cum aliis apud *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. gloss.* 14. *nu* 64. *& Rot. dec.* 7. *n.* 19. *cor. Bich.*

III. Quia, quandò etiam concludenter probaretur talis consuetudo, & ageretur de actibus, gestis ab illis, qui possent illam introducere, adhùc in nulla consideratione habenda esset, quia posito principio illo, seu rotundo titulo ac- 73 quisitionis situs nostræ Capellæ, absque ullo onere, excludente omnem alium contrarium prætextum, ex adductis per *Amostaz. de Caus. piis lib.* 2. *c.* 11 *nu.* 8. *& Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss.* 18. *num* 48. *& seq.* remanet manifestum, nos versari in terminis actuum facultativorum, in quibus non possunt figi pedes pro coactione in futurum, juxta theoricam *Ripæ in c. Cùm Ecclesia Sutrina à n.* 39. *de Caus. possess. & propriet.* quam sequuntur adducti per *Capiblanc. de Baron. pragm.* 1. *num.* 26. *& seqq. Cerr. dec.* 136. *num.* 10. *Ansald. dec.* 12. *in fin. &* 74 *Priol. dec.* 104. *num.* 37. ibi: *Ex hisce actibus facultativis non inducitur contraria consuetudo, impeditiva libertatis &c.*

Non attento, quòd agatur favore causæ piæ, quia cùm etiam ex hac parte defendatur causa, & Locus pius, majori compassione dignus, utì in maximis angustiis constitutus, in his circumstantiis privilegia conquassantur, & unus privilegiatus contra alium pariter privilegiatum non utitur suo privilegio, juxtà *Text. in leg. Sed & milites ff. de Excus. Tut.* quem sequuntur *Mantic. de Tacit. lib.* 11. *tit.* 26. *num.* 7 *Gratian.* 75 *dec. March.* 196. *num.* 18. *&* 19. *& Mar. Anton. var. resol. lib.* 2. *resol lib.* 2. *resol.* 8. *n.* 58.

Imò cùm noster Locus pius tractet de damno vitando, in conflictu Capituli, agentis de lucro captando, semper præferendum est privilegium Loci pii, insistentis pro vitando 76 damno, ut, cumulatis concordantibus, notant *Castrens. cons.* 37. *in fine lib.* 2. *Menoch. cons.* 447. *nu.* 37. *Covarr. in Regul. Possessor. par.* 2. *§.* 2. *num.* 4. *& Mar. Antonin. ubi supra dicta resol.* 8 *num.* 59.

Absq; ulla prorsùs difficultate, ex quo Capitulum allegat generale privilegium Loci pii nostra verò Archiconfraternitas insistit in specialissimo privilegio Julii II. nè illius reddi- 77 tus distrahantur ad libitum Officialium; Est autem conclusio, nullum admittens contradictorem, quòd privilegiatus in specie semper præfertur privilegiato in genere, ut videre est apud *Menoch. cons.* 52. *n.* 43. *Covar. ubi proxim. par.* 2. *§.* 2. *n.* 4. *vers. Quòd verò, & Barbos axiom.* 190. *n.* 4.

IV. Demùm, ad hoc, ut semper oratio crescat, dicimus, quòd in omnem casum sumus in terminis consuetudinis exorbitantis, irrationabilis, & contra charitatem, ut scilicèt cū jactura unius verificetur locupletatio alterius, in ultimum exterminium illius Loci pii, à quo Urbs mediante unio- 78 ne quinque laicalium personarum, & ab Urbe totus Orbis, recognoscit venerationem S^s. Viatici in eo statu, in quo de præsenti omnium oculis exposita est, *juxta animadversa in principio*; In his autem terminis quælibet consuetudo etiam immemorabilis (sunt verba *Rot in dec* 1703. *n.* 11. *&* 12. *cor. Coccin.*) *non potest induci, & inducta non suffragatur Gloss.* 79 *&c. Ultrà quod non videtur certum, quòd ista consuetudo non sit ex se mala, cùm sit contra charitatem*, & possemus in hac parte innumeras allegare authoritates ad probandam hanc conclusionem, in qua concordant omnes Doctores, & cum qua constanter processit *Sacra Congr. Concilii in Salisburgen.* 23. *Decemb.* 1710. in qua neque etiam concedere voluit remissoriam ad probandam talem consuetudinem, licèt immemorabilem; Et constantius *Sacra Congreg. Rituum in Romana* 26. *Aprilis, &* 2. *Junii* 1704. *referente Eminentissimo Barbe-* 80 *rino*, in qua nullatenus admisit, nec tolerare voluit immemorabilem consuetudinem, licèt introductam præsentibus, videntibus, & tolerantibus Summis Pontificibus, non alia ratione, nisi quia illa erat irrationabilis.

Quibus addimus, quòd in illis terminis, in quibus Papa non est solitus concedere privilegia, ut sunt illi, de quibus 81 disputamus, ut scilicèt quis locupletetur cum alterius jactura, seu extermini o, neque etiam allegabilis est immemorabilis, benè *Felinus*, sequutus *à Fagnan. in c. Consuetudines n.* 51. *de Consuetud.*

Calamum hic reponimus, obtruncando ea, quæ concernunt alia dubia, suis loco, & tempore discutienda, ad hoc, ut nulla omnino excusatio afferri, nullusque prætextus ulterioris dilationis ex adversò exagerari valeat, dùm ex una parte strictè, & præcisè loquu i sumus de illis dubiis, quæ continentur, & admissa fuerunt in contraria Scriptura, EE. PP distributa usque de mense Augusti 1711. Ex alia verò pro celeri eorundem dubiorum resolutione urgere videntur extremæ ferè angustiæ, in quibus reperitur nostra Archiconfraternitas, inhabilis ad faciendas expensas, contentas in supradictis dubiis, una cum præcisa necessitate, ut dd. sacræ functiones de brevi fiant.

Itaut in omnem casum, quatenus in hac parte aliqua capienda sit provisio, dum Officiales Archiconfraternitatis de

de propriis substantiis fecerunt expensas pro sepulchro, 82 promptissimè (ut par erat) obediendo oraculo SS. D. N. ibi: *Mandavit pro præsenti anno fieri sepulchrum per Archiconfraternitatem Oratricem, sine præjudicio jurium ambarum Partium, & per modum provisionis, & cum facultate repetendi contra quos de jure.* DD. Canonici cum eisdem quidem cautelis poterunt facere illas, de quibus est quæstio, sed cum illa maxima disparitate, quod Capitulum, absq. ullo incommodo, & se uniformando laudabili solito omnium aliorum Capitulorum Urbis, & Orbis, illas facere potest de 83 redditibus communibus, à piis benefactoribus ad d. præcisum effectum relictis, & destinatis; Officiales verò prædicti illas fecerunt de proprio, non fine præjudicio propriorum filiorum, & familiarum.

In eadem Causa.

84 INterpellati die Lunæ 9. currentis mensis ad audiendam voluntatem Eminentiss. Ponentis, circa causæ propositionem, humillimè nos submisimus ejus totali arbitrio; Placuit verò eidem destinare diem 24. mensis Maii 1712 atque utrique. Parti facultatem tribuere scribendi, etiam super aliis dubiis, ante quorum discussionem necessarium duximus aliqua, tam circa ordinem, quam circa merita causæ præmittere, ex quibus illorum resolutio facilior reddatur. Supposita igitur serie facti suprà exposita *num.1. & seqq.*

Præmittimus I. præsentem litem non fuisse promotam 85 à voluntate unius, vel alterius ex Confratribus, sed propter importunas preces, communesque exclamationes omnium illorum, quibus notæ sunt extremæ angustiæ Archiconfraternitatis, & quorum aliqui videntes, illorum preces non exaudiri, se abstinuerunt, seque etiam hodiè abstinent à frequentando Oratorium, atque ad interveniendum piis Archiconfraternitatis exercitiis.

Unum autem præ cunctis hìc indicare sufficiat, qui mentiri non potest, & qui cum in vita nostram, Archiconfraternitatem dilexisset, in morte omnia sua bona eidem reliquit. Iste est bo. me. Abbas Sebastianus Continus qui suum diem clausit extremum 16. Januarii 1712. quivè post mortem ejus 86 sororis, quam reliquit hæredem usufructuariam, mandavit, ex fructibus ejus hæreditatis in Cappella Archiconfraternitatis celebrandam esse missam quotidianam pro suffragio ejus animæ, & residuum distribuendum ab Officialibus in dotandis pauperibus puellis orphanis. Ferè siquidem omnia dubia, de quibus disputamus, desumpta sunt ex Scriptura, propria manu ejusdem exarata, *quam originaliter à duobus mensibus, & ultrà exhibuimus in manibus Eminent. Ponentis.* quæ 87 ita incipit: *Sebastiano Contini Archivista della nostra Compagnia supplica il Sig. Avv. Ursaya Priore della di lui assistenza nelle seguenti propositioni, che potrebbero esser di molto sollievo nella moderatione delle di lei spese.*

Præmittimus II. quod non obstantibus dictis exclamationibus Confratrum, nulla omissa fuit diligentia à modernis 88 Officialibus, omnisq; adhibitus fuit conatus ad amicabiliter concordanda omnia nostra dubia nedum, mediantibus illis operationibus, quas innuimus suprà *à num.28.* sed ulteriùs mediante illa operatione, seu usque ad illum terminum, quem Philosophi vocant *maximum quod sic*, hoc est se promptos exhibendo ad subscribendum folium album, illudq; humillimè præsentandum in manibus Eminentiss. nostri Protectoris, ad hoc, ut posset in illo quidquid E. S. 89 placuisset apponere, irrito tamen effectu, ut notum est Eminent. Ponenti, atque uni ex DD. Canonicis, cui non semel d. exibitio facta fuit, & repetita die 9. mensis Maii 1712. in Palatio ejusdem Eminent. Ponentis hora 21.

Præmittimus III. quod Confraternitates Sæculares institutæ reperiuntur (sunt verba *Monacell in Formul. tom.2.* 90 *fol.14. sub num.55.*) *non ut in hyerarchia Ecclesiastica, cujus non sunt membra, partem aliquam habeant, sed ad hoc, ut pietatis & christianæ charitatis officia exerceant &c & propterea, cum sint incapaces spiritualium jurium, illis se immiscere non possunt &c. & quod per seipsos exercere prohibentur, nec aliis valeant demandare;* Quæ omnia solidè probat idem Author ex nota *Constit.115. s m. Clem. VIII. §.5. & 3. & ex Conciliis Provincialibus V. & VII. S. Caroli Borromei*, à s. m. Paulo V. approbatis.

His præmissis, deveniendo ad I. Dub. *An Cappella, ubi asservatur SS. Sacramentum in Ecclesia S. Laurentii, sit propria Archiconfraternitatis SS Sacramenti*, pro illius affirma-91 tiva resolutione militat amplissimum Instrumentum literalis concessionis situs, in quo constructa fuit nostra cappella, cubitalibus literis factæ Archiconfraternitati per Capitulum, cum approbatione Card. Riari, una cum novem aliis publicis Instrumentis, concernentibus ornamenta ejusdem cappellæ, quæ dantur impressa, quæ cum faciant probationem probatam, ponere videntur rem in claris, atque intra evidentiæ fines, ex notis Ju-92 ribus *apud Farinac. quæst.156. num.156.* ubi, quod de similibus Instrumentis publicis verificatur illud: *Noli me tangere*, quem sequutus fui *in meis Institut Crim. lib 1. tit.4. n.34.*

Præcipuè si eadem Instrumenta considerentur unita cum pacifica possessione ejusdem Cappellæ, quam à 200. & ultrà annis habuit nostra Archiconfraternitas; Itaut in Ur-93 be, nedum Parochiani nostræ Ecclesiæ, sed omnes alii aliarum Parochiarum perfectissimè hanc veritatem sciant, cum sit res notoria, omniumque oculis exposita cum insigniis Archiconfraternitatis, quæ, nedum insculpta conspiciuntur in Balaustris, sed etiam in pila aquæ lustralis, quæ terminat situm Archiconfraternitati concessum, ex quibus insigniis dominium cappellæ concludenter probari antiquioribus cumulatis, benè notant *Tondut resol. Benef. lib.1. cap.*[illegible] *num.9. & Andreol. controv.381. num 13. & seqq.* & firmavit *Rot. in dec.1271. num.4. & dec.1311. num. 2. cor. Emer jun.*

Observando hìc, quod non est quæstio cum aliquo extraneo, vel extero, qui dicta insignia ignorare potuerit, sed cum DD. Canonicis, qui eo ipso, quod ingrediuntur 94 eorum Ecclesiam, in adoratione SS. Sacramenti, primo intuitu eadem insignia necessario vident: Atque in 2. Dominica cujuslibet mensis, quandò assistunt missæ cantatæ in eadem cappella, etiamsi vellent, non possunt non vide-95 re dd. insignia, eorum oculis non in uno tantum, sed in pluribus locis undique obvia.

Sequitur II. Dub. *An eadem Archiconfraternitas SS. Sacramenti teneatur facere sepulchrum in majori hebdomada in d. Cappella SS. Sacramenti, sita in Ecclesia S. S Lauren-96 tii, & Damasi.*

Sepulchrum, de quo disputamus in hoc dubio, una est ex illis functionibus Ecclesiasticis, quæ individualissimè prohibita est Confraternitatibus laicalibus, ut sequendo innumeras resolutiones sacrarum Congreg. notant *Ricciul. var. lucubr lib.4 tit. de Confrater Sæcul. cap.6 numer 8.* 97 *Barbos de Paroch. cap 12. nu 3. & in Collect. Apost. dec. cap. 391 num.6 Pignatel. consul 79 num. 3 tom.9 & Monacell. in Formul tom.2. fol.16. n 5.* ubi refert ita decisum à Sacr. Congreg. Conc. *in Nullius Nonantulana Jurium Parochialium 13. Januarii 685. ad 4. dub.* Et propterea non potest cogi nostra Archiconfraternitas ad illud faciendum, quia esset illam obligare ad id, quod ei de Jure concessum non est, contra omnia principia, juxtà quæ illud dici-98 mus posse, quod de Jure possumus, juxta *literales Textus*, quos referunt, & sequuntur adducti per *Barbos. axiom.184. num 1. & Gratian. dec. March.13. n 4.* & in nostris terminis *Monacell. in Formul tom.2 fol.14. sub num.55.*

Nec insistatur in præsenti folio, Ultra siquidem ea, *quæ observavimus suprà à n.61.* strictè dicimus, quod non 99 sumus in judicio manutentionis, nec quærimus an Capit. manutenendum sit in prætensa quasi possessione sepulchri, circa quæ multa dici possent, à quibus gratia brevitatis consultò abstinemus; Sed dubium restrictum est ad petitorium, hoc est ad jus, seù facultatem faciendi sepulchrum, cujus negativa superlativè infertur ex dictis punctualissimis au-100 thoritatibus, & S. Sacrarum Congr. resolutionibus, quæ tanquam leges servandæ sunt, ut notant *Fagnan. in cap. Quoniam num.3. de Constitut. Pasqualig. quæst moral. cent.1. cap. 61. num 4. & Rot. dec.7. num 3. post Antonell. de Jurib. Cler. & dec.72. n.4. cor R p. d Ansald.*

III. Dub. *An teneatur illud facere modo & forma, qua factum fuit de præterito in casu &c* Ultrà ea, quæ diximus su-101 prà *à n.19* subjungimus hìc, quod in nulla Ecclesia Urbis, neque etiam in cappella Paulina, servatur hujusmodi uniformitas, nedum in faciendis sepulchris, sed neque etiam in aliis Ecclesiæ majoribus solemnitatibus, ut est notorium, dum sæpissimè variari solent, & propterea nescimus videre, ubi nam fundetur contraria prætensio, ut sepulchrum semper eodem modo fieri debeat in Ecclesia S. Laurentii, relegando varietatem illam, quæ summopere commendatur 102 in sacris Paginis, & signanter *Psal.44. 10. & 15.* quæ in rei veritate multum decoris attribuit sacris functionibus, ut de se patet.

IV. Dub. *An teneatur etiam subministrare Canonicis, & Beneficiatis intorticia occasione ejusdem functionis in diebus Jovis & Ven. majoris hebdomadæ, necessaria pro associando SS Sacramen-103 to.*

to. Intorstitiorum subministratio, de quibus sermo est in hoc dubio, nullam habet connexionem cum sepulchro, dum gratia exempli, omissis aliis Ecclesiis Parochialibus, in Basilica S. Mariæ Transtyberim, quæ fraternizzat cum illa S.S. Laurentii, & Damasi, ex speciali conventione, inter Capitulum, & Confraternitatem SS. Sacramenti, inita ann. 1623. eadem Confraternitas facit quidem sepulchrum; mediante assignatione ad dictum præcisum effectum illarum eleemosynarum, quæ à pietate fidelium recolliguntur in concionibus Dominicæ Palmarum, feriæ v. majoris hebdomadæ de sero, & Dominicæ Resurrectionis, sed intorstitia, necessaria pro associando SS. Sacramento ad sepulchrum, ponuntur à Canonicis, & meritò, quia una operatio longè distat ab alia, & consequenter ab una non valet ad aliam inferri, vulgatis juribus apud *Ansald. dec. 55. num. 10. & 11.*

Observando hìc, quod dum in hac parte, una cum dicta correspectiva assignatione eleemosynarum, quæ recolliguntur occasione concionum, de quibus supra, & in aliis Ecclesiis Urbis, in quibus 17. Confraternitates sub eadem denominatione SS. Sacramenti erectæ reperiuntur, enumeratæ *à Phanucc. nell'Oper. pie di Roma à fol. 234. usque ad fol. 307.* quibus præteritis mensibus addita fuit 18. in Parochiali Ecclesia S.S. Simonis, & Judæ, sepulchra, non à Confraternitatibus, sed à Parochis, & respectivè Capitulis fiunt, remanet manifestum, quod talis obligatio non promanet à proprio Instituto, quod omnibus Confraternitatibus commune est, sed ab alio diverso capite; quod in nostris terminis non verificatur, dum habemus concessionem situs *absque ullo onere*, & consequenter etiam absque illo faciendi sepulchrum, vel dandi intorstitia, quia qui omne dicit, totum excludit juxta regulam *Textus in leg. Julianus ff. de Legat. 3.* de qua *Cephal. consil. 143. num. 22. & Rot. dec. 92. n. 4. cor. Ansaldo.*

Itaut in omnem casum longè expediens fuisset Fundatoribus nostræ Archiconfraternitatis annuam aliquam maximam recognitionem Capitulo à principio promittere pro illo mero, nudoque situ, in quo cappellam, & altare construxit, potius quam illum *fine ullo onere acquirere*, attenta hodierna prætensione, ut Archiconfraternitas faciat ea, quæ in nostris dubiis continentur, quævè important annua scut. centum circiter, ut patet consideranti, dum dicta recognitio in substantiam restringeretur ad unam, vel alteram liberam ceræ, ut dicitur in contraria Scriptura EE. PP. distributa sub die 3. Septembris 1711. ibi *dal Capitolo &c. fù conceduta &c. gratuitamente, e senza peso di alcuna recognizione, ò prestazione, à differenza di diverse Confraternite, e Religioni, che sono state beneficate con la concessione di simili luoghi &c le quali ogn'anno danno alcuna recognizione, ò in cera, ò in altro al Capitolo.*

Circa dubia 5. 6. 7. 8. 9. & 10. satis dictum supra à *numer. 40.*

XI. Dub. *An, non existente fundo pro dictis expensis, liceat, & quomodo, de effectibus d. Archiconfraternitatis illas sumere.* Pro congrua resolutione hujus dubii dignentur EE. PP. observare, quod nostra Archiconfraternitas non habet bona libera, sed omnia gravata sunt aliquo onere, vel missarum, vel dotium, vel distributionis panis, cum illo sensibili, dolorosoque addito, quod cum onera sint semper fixa, & redditus in dies diminuantur, hodiè in eo statu sunt ejus bona, ut onera superent redditus in annuis scut. 117. 54. ultra debitum antiquum in scut. 2892. 44. ut ictu oculi resultat ex ejus Libris, quarum partitæ exhibitæ fuerunt in Secretaria.

Et proindè, cum expensæ, de quibus sermo est in nostris dubiis, nullum habeant fundum, ad dictum effectum destinatum, nescimus undè illas facere possit nostra Archiconfraternitas.

Nec dicatur, quod possit id fieri eo modo, quo practicatum fuit in præteritum, quia modus iste fuit, ut Camerarii pro tempore illas facerent de proprio, quod modernus diligens, & attentus Camerarius facere non intendit, nec potest cogi ad id faciendum de propriis pecuniis, animo se revalendi, dum efflux i sunt quinque anni, & Camerarius antecessor non adhuc satisfactus est de eo, quod suo tempore in dictam causam erogavit, modernus vero Camerarius ex dicta causa est etiam creditor Archiconfraternitatis in scut. 300. & ultra.

Et quod magis est, omnique animadversione dignum videtur, non obstante facultate, ser. ser. à Sacr. Congreg. Conc. obtenta usque de mense Decembris 1711. accipiendi ad censum sc. 300. pro solvendis dotibus, in longè majori quantitate, promissis, & non solutis, non potest dictam tenuem summam reperire, innumeris desuper adhibitis diligentiis, & operationibus Proxenetarum, quibus fuit etiam exhibita, sed sine ullo effectu, attergatio fructuum Locorum Montium, qui sunt fundus missarum, pro facilliori exactione fructuum dicti census; Itaut res ad hanc extremitatem redacta hodiè sit, ut nostra Archiconfraternitas non habeat redditus liberos; Illi, quos exigit, non sufficiant pro oneribus, quibus destinati sunt: Camerarius vero, aliique Confratres, neque potestatem, neque voluntatem habent erogandi aliquid de proprio in illam causam, ad quam, uti voluntariam, Archiconfraternitas non tenetur.

Ex quibus cum omni fundamento sperat eadem Archiconfraternitas ejus miseriæ miserendum, juxta phrasim, qua in simili usus fuit *In oc. IV. in cap. Ex parte de Cleric. non residen* dum quandò in præteritum affluebant eleemosynæ, notorii sunt in Urbe magni illi apparatus, musicorumque concentus, quibus Capitulares sacras functiones associata fuit: Hodiè autem ad illam miseriam redacta videtur, quæ describitur *in Evang. D. Matt. 18. 25.* ibi: *Cùm non haberet undè redderet jussit eum Dominus ejus venundare, & uxorem ejus, & filios, & omnia, quæ habebat:* In qua parte EE. PP. pietati, & commiserationi humillimè se commendat, sperans non esse reducendam ad ultimum exterminium, & suffocationem, ex quo non potest reddere, non quod ipsa debet, quia *situm absque ullo onere acquisivit*, sed quod unus, vel alter ex ejus Confratribus voluntariè forsan fecit, circa quod ipsam obligare non potuit, ex rotunda Constitut. Julii II. impressa in fine *Statut. fol. 54.* In quibus miseriarum terminis, & circumstantiis potius eidem subveniendum esset, atque in manutentione proprii Instituti coadjuvanda: Undè dura nimis videtur contraria prætensio, juxta id, quod observavit *doctiss. Cassiod. lib. 5. Ep.* relatus *à P. Segner. nella pred. 22. in fine*, ubi quod videtur nimis exorbitans ab illis miserabilibus aliquid petere, *quibus jubemur offerre.*

Non omittentes hìc rogare, quod compassionem hanc non imploramus pro Confratribus, sed pro Loco pio, atque pro illa Archiconfraternitate SS. Sacramenti, à qua omnes aliæ similes Confraternitates suum recognoscunt in Urbe initium, dum non adest in illa antiquior nostra, erecta usque ab anno 1501. ex quo illa S. Mariæ suprà Minervam, quæ pariter nimis antiqua est, confirmata fuit 30. & ultra annis postea, sub Pontificatu nimirum s. me. Pauli III. qui electus fuit Summus Pontifex die 13. Octobris 1534. ut legitur in Bulla confirmatoria, impressa post ejus Statuta, & recognosci potest in *Instruction. pro SS. Viatico*, in Urbe impressis annos 1695. §. 13. *num 90. fol. 131.* ibi: *La fel. mem. di Papa Paolo III. che approvò la Compagnia della Minerva in due Constituzioni &c.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo longè majorem, & æquè commendabilem experiuntur compassionem similes Confrat. in aliis Ecclesiis, minoribus dotatis redditibus, ut gratia exempli in eadem Basilica S. Mariæ Transtyberim, suprà indicata, eadem Confraternitas, nedum non gravatur in iis, quæ respiciunt munus Canonicorum, sed sublevatur ab eisdem in respicientibus proprium Institutum, ex quo, ut est notorium in eadem Basilica, mediante tenui, miserabilique annua recognitione scut. trium, Capitulum ejusdem Basilicæ subministrat toto anno ceram, & intorstitia pro secunda processione, quam quolibet mense facit eadem verè pia Archiconfraternitas, juxta regulas proprii Instituti.

XII. Dub. *An possit Archiconfraternitas in dicta Cappella SS. Sacramenti celebrari facere à suis Cappellanis Anniversaria, aliasque missas cantatas, quarum onus relictum fuit ipsi Archiconfraternitati, tempore, quo non perturbantur functiones Capitulares, seù potius eadem Anniversaria, aliæque missæ cantatæ celebrari debeant à Beneficiatis, in casu &c. Et quatenus affirmativè quoad 2. partem.*

XIII. Dub. *An id practicandum sit eo modo, & forma, qua factum fuit de præterito.* Disputatio horum dubiorum eo fine procurata fuit, ut sublevari posset Archiconfraternitas ab expensa juliorum septem cum dimidio, quos persolvit pro dictis Anniversariis, & missis cantatis, dum potest id adimplere, mediante eleemosyna unius julii dumtaxat, obligando nimirum ejus Cappellanos ad canendum missas eisq; assistendum, ut practicari videmus in multis aliis Eccl. Urbis, in quibus quando acceptantur Cappellani, imponitur eis d. leve onus, ex quo resultat magna utilitas Loco pio, omnibus modis ab illorum Officialibus procuranda

Signanter videmus, hoc practicari in Sacrosancta Vaticana Basilica, ut justificamus in præsenti Summario, sperantes à benignitate DD. Canonicorum nostræ Ecclesiæ

clesiæ compassionem illam, quam experitur in hac parte alia Confraternitas SS. Sacramenti à dictis DD. Canonicis Basilicæ Principis Apostolorum.

Fundamentum verò talis facultatis desumimus ex illis verbis Instrumenti concessionis situs pro nostra Cappella, *ut in eodem loco possint, & valeant ædificare Capellam, &* 126 *Altare ad libitum, & voluntatem ejusdem Societatis, illamque ornare, ut dictæ Societati placuerit liberam, & exemptam ab omni onere &c. ad habendum, tenendum, regendum, & gubernandum &c. dummodò Ecclesiæ prædictæ propterea damnum aliquod non inferatur*, dum supplices petimus dd. missas celebrare eo tempore, quo non perturbantur functiones Capitulares, juxta terminos nostri dubii.

XIV. Dub. *An pro functionibus, quæ fiunt per Parochum,* 127 *videlicet benedictione qualibet die Jovis, transportatione SS. Sacramenti à d. Cappella ad Altare S. Nicolai, delatione SS. Viatici, & administratione Sacramenti Eucharistiæ, teneatur Archiconfraternitas subministrare Stolam Curato in casu &c.* Pro favorabili resolutione hujus dubii urgere videtur breve hoc dilemma, aut hæ functiones spectant privativè ad Parochum, aut possunt fieri à Cappellano Confraternitatis; Si spectant privativè ad Parochum, dignum, & ju-128 stum videtur, ut iste accedat ad illas faciendas cum suo proprio habitu, & cum illis insigniis, quæ ejus munus specificant, qualis est Stola, juxtà animadversa per *Cobell. ad Bullam Bon. Regim. cap.* 34. *art.* 5. *num.* 16. *& seqq.* Aut verò fieri possunt à Cappellano Archiconfraternitatis, & tunc illam dabit eadem Archiconfraternitas, quia d. Cappellanus est ejus minister, non sic autem Parochus, qui est minister Capituli.

XV. Dub. *An Cappellanus Archiconfraternitatis possit* 129 *benedicere Ova tempore Paschali in Sacristia ejusdem Archiconfraternitatis, contingua dictæ Cappellæ SS. Sacramenti in casu &c.* Quod ista functio non sit merè Parochialis nec spectet privativè ad Parochum, fierique proindè possit à Cappellanis Confraternitatum, quidquid antiquitùs disputaverint Doctores, novissimè per viam legis respondit *Sacr. Congreg. Rit.* 10. *Decembris* 1703. *ad* 6. *dub.* quam sequuta fuit *Sac. Rota in magistrali dec. Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. *per tot. cor. Ansald.* ubi nervosè probat, & hanc regulam solidè firmat quod ubi non agitur de functionibus merè Parochialibus, cætera de jure permittuntur aliis Regularibus, & Cappellanis, *ut in §. Ex abundanti.*

XVI. Dub. *An potuerint, & possint Canonici impedire,* 131 *quin Confratres exponant quocumque modo in d. Cappella SS. Sacramenti Lignum S. Crucis, in diebus Inventionis, & Exaltationis ejusdem, in casu &c.* Non est quæstio in hoc dubio de solemni expositione Ligni S. Crucis in concursu Ecclesiæ S. Laurentii, celebrantis festivitatem SS Crucifixi, quia nostra Archiconfraternitas, quamvis multiplicetur quotidiè gente, seù Confratribus, qui in illa adscribuntur, non est tamen in statu magnificandi lætitias antiquarum festivitatum, sed sermo est de nuda, simplici, & privata expositione 132 ejusdem pretiosissimæ Reliquiæ in ejus Altari, quæ cum nil commune habeat cum juribus Parochialibus, ut in terminis resolvit *Sac. Congr. Rit. d. die* 10. *Decemb.* 1703. *ad dub.* 10. apud *Monacell. tom.* 2. *fol.* 11. non potest eadem privata expositio impediri, ut in terminis longè fortioribus solemnis festivitatis, quam facere volebant Confratres, me scribente, respondit *Sacr Congr. Concil. in Parmen. Festivitatis S. Crucis* 9. *Augusti* 1698. *&* 28. *Martii* 1699. ut videre est *in Lib.* 48. *Decretor. fol.* 351. *& lib.* 49. *fol.* 159. in qua Sacr. Congr. revocavit in hac parte ea, quæ statuta fuerant in Synodo circa privativam expositionem ejusdem Reliquiæ, 133 faciendam in Ecclesia Cathedrali. Idemque resolvit *Sacr. Congr. Episcoporum in Castellaneten.* 22. *Augusti* 1704. *Ponente Card. Rubino* cum Rescripto: *Licere Confratribus, non tamen privativè, celebrare festum S. Crucis.*

Non adversante reflexione, quod sumus in terminis unius Ecclesiæ, in qua non debet celebrari eadem festivitas in duplici Altare; Tum quia nos non prætendimus celebrare 134 festivitatem SS. Crucis, sed simpliciter decenter exponere nostram Reliquiam in Altare Confraternitatis: Tum etiam, quia non est novum in Ecclesiis Urbis, quod eadem die in duplici Altari celebretur aliqua festivitas, ut est notorium, & respectu festivitatis SS. Crucis id omnium oculis expositum est in Ecclesia Nationis Lucensis, in qua duo adsunt Altaria, SS. Crucifixo dicata, Altare scilicèt majus, & aliud à latere sinistro Ecclesiæ.

Fortiùs, quia Capitulum non habet, neque exponit simi-135 lem Reliquiam Ligni SS. Crucis, juxta terminos *d. resolutionis Sac. Congr. Concilii in d. Parmen.* undè eo minus impedire potest, ut illa exponatur ab Archiconfraternitate in suo Altare, in quo facere potest quidquid sibi videtur, ex clara facultate Instrumenti concessionis situs, factæ cum 136 istis verbis: *Ad habendum, tenendum, regendum, & gubernandum, Officiumque in ea, ut moris est, & d. Societati placuerit, faciendum &c.*

XVII. Dub. *An potuerint, & possint Canonici impedire Confratribus quæstuationem in Octava Defunctorum extrà, & propè d. Cappellam SS. Sacramenti, in casu &c.* Resolutio hujus dubii pendet à lectura dd. Instrumentorum acquisitionis situs, & ornamentorum nostræ Cappellæ, quæ dantur ad partes, necnon à solito quæstuandi extra cancellos Alta-137 ris. Cum enim ex illis remaneat manifestum, Confratres quæstuationem facere non intrà, attentis maximis angustiis, sed propè Cappellam Archiconfraternitatis; In eo tamen situ, qui comprehensus est in Instrumento concessionis, 138 non possunt impediri à Canonicis: Quilibet enim in re sua potest facere id, quod sibi videtur, & utile est, juxta *Text. in leg. In re mandata C. Mandat.* de quo *Ricc. in Prax. par.* 1. *resol.* 149. *num.* 4.

Quod non alio fine quæritur, quam ad facilitandam eleemosynarum recollectionem, quia illi, qui assistunt missæ extrà cancellos nostræ Cappellæ, non solent de loco, in quo orant, moveri, seq; conferre intrà cancellos ad faciendas 139 eleemosynas, sed vix ad illam excitantur, quando Officiales Archiconfraternitatis, stantes extra cancellos, ad subveniendum defunctis, illos provocant, atque in omni patientia obsecrant.

Imò, si toto anno, atque durante tempore omnium missarum, quæ ab ortu Solis usque ad meridiem celebrantur in in nostro Altare, semper clerici nostræ Sacristiæ quæstuatio-140 nem faciunt per totum situm nostræ Archiconfraternitati concessum, & in quo fideles missam audiunt, ut est notorium nescimus videre, quare id limitari pretendatur in Octava defunctorum, cum restrictione intrà cancellos Altaris, quando majora urgent motiva procurandi eleemosynas ad subveniendum animabus, in Purgatorio existentibus, ut cuiq; consideranti de se patet.

In universum denique pro omnium prædictorum admissione, quia de facili circa aliqua ex supradictis dubiis exagerabitur exadversò prætensa consuetudo, cum qualitate immemorabilis, ultrà ea, quæ diximus suprà *à num.* 62. terminamus præsens Memoriale cum illis verbis *punctualissimæ* 141 *decisionis Sac. Rotæ in d. Neapolitana Jurium Parochialium* 13. *Martii* 1711. *§. Cæterum cor. Ansaldo: Parochi mordicùs insistebant super consuetudine immemorabili &c. sed inutiliter; Quoniam nullo modo videbantur iidem testes communiti illis requisitis, indispensabiliter necessariis, ad constituendam probationem immemorabilis, ad celebrem explicationem Glossæ in cap.* 1. *&c. Ideoque ex hoc solo motivo restabat inapplicabilis prædicta limitatio &c. O misso pariter, quod nullatenus prædicti testes deponebant de visu, & auditu proprio à coævis per* 40. *annos, citrà illam amaram ulteriorem quæstionē, an testes, deponere satagentes de immemorabili, teneantur deponere de auditu auditus à suis majoribus, & sic de secundo auditu quemadmodum præscribere visa est eadem Glossa &c. cum aliis innumeris, discussa materia hinc indè &c. & in Trojana &c.*

Quæ omnia fortiùs militant in præsenti, in quo nulla affertur concludens probatio d. assertæ consuetudinis, quæ, cùm consistat in facto, concludentissimè probanda est, & usquequo non probetur, procedendum est cum juris dispositione, qua attenta, ex hucusq; animadversis cum omni fundamento sperat Archiconfraternitas, in omnibus supradictis dubiis multiplici EE.PP. favorabili suffragio cōsolari.

In eadem Causa.

PUlchra metamorphosi pauperrima Archiconfraternitas SS. Sacramenti in Basilica SS. Laurentii, & Damasi, quæ in illius erectione *absque ullo onere* acquisivit paucos palmos nudi, & miserabilis situs, in quo suis expensis sumptuosam ædificavit Cappellam, & magnificum construi fecit Altare, cum illo augumento divini cultus circa SS. Viaticum, quod Urbi, & Orbi notum est, nostrisque temporibus omnium oculis obvium, atque expositum, cogitur hodiè proprium Institutum deserere, omniaque ejus bona vendere, ad supportandum, non unum, vel aliud, sed omnia ferè principaliora onera ejusdem Ecclesiæ, atque ad faciendas omnes majores expensas ceræ, quæ in toto anno in illa consumitur, juxtà terminos decem nostrorum dubiorum; Itaut longè meliùs, longèque expediens fuisset illis verè

verè piis quinque sæcularibus hominibus, qui illam fundarunt, non *absque ullo onere*, ut canit solemne Instrumentum, d. situm acquirere, sed mediante solutione plurium canonum, quia isti nunquam possent adæquare summam illam 100. scutorum, quot important illa onera, de quibus sermo est in nostris dubiis.

Ultrà siquidem magnam illam impensam olei pro quinque lampadibus, quæ continuo accensæ sunt antè d. Altare, aliasque omnium sacrorum utensilium pro SS. Viatico ut experientia notum est, & observat *Abb. Piazz. nell Opere pie di Roma cap* 20. *fol.*443. quæ impensæ in aliis Parochialibus Ecclesiis fiunt à Parochis, habentibus commoda, annexa curæ animarum, nimis considerabilis videtur expensa ceræ, seù intorstitiorum pro sepulchro, nec non pro duplici processione in diebus Jovis, & Veneris majoris hebdomadæ numerosi Capituli 32. personarum, inter Canonicos, Beneficiatos atque Cappellanos Vaitrinos ut est notorium, nec non pro secunda processione capitulari in Octava Corporis Christi post Vesperas, quorum intorstitiorum subministratio colorari nullatenus potest veneranda temporis antiquitate, dum habemus octo Provisores viventes, & unum Camerarium, qui dicta intorstitia, & ceram non subministrarunt, ut probavimus in Summario; Et de hac intorstitiorum præstatione sub involucro verborum pauca nimis sicca, & æqualiter insubsistentia leguntur in attestatione, data in contrario Summ. Quia veritas una est, & non facilè delitescere solet. *Rocc. cap.*46. *num.*28.

Si omnia hæc prætenderentur ab aliqua Parochiali Ecclesia paupere respectu alicujus Laicorum Confraternitatis divitiis abundantis, possent forsan tolerari; Nimis tamen exorbitantia, atque undique intolerabilia videntur in casu opposito, pauperrimæ nimirum Archiconfraternitatis, ex una parte, quæ neque habet redditus, sufficientes pro suis piis exercitiis, neque invenire potest tenuem summam sub usuris pro solvendis debitis antiquis, pro quibus adsunt mandata, expedita pro summa scut. 673.50. ∻ Ex alia verò parte respectu Parochi, qui absque ulla exageratione inter omnes Parochos Urbis primum occupat locum, dùm nulla alia adest Parochia, quæ respectu nobilitatis superet illam S. Laur. ut est notorium.

Verè igitur dignum, & justum est, ut Parochus d. Ecclesiæ, qui magna commoda ejus numerosæ, & nobilis Parochiæ quotidiè experitur, sentiat illa incommoda respectu ceræ, quas læto animo omnes alii Parochi Urbis faciunt; Non attento prætextu, quod eædem functiones fiant in Altare Archiconfraternitatis; Tùm quia id non verificatur in dictis processionibus, quæ fiunt in Altare majori: Tùm etiam, quia in istis circumstantiis non attenditur locus, ubi dd. functiones fiunt, sed præcisa obligatio illas faciendi, ut respectu alterius Collegiatæ Ecclesiæ Urbis, in qua similis Confraternitas SS. Sacramenti est Patrona Altaris majoris, probavimus suprà *num.*48. Et respectu unius ex tribus principalioribus Basilicis Urbis notorium est in Basilica Liberiana, in qua DD. Canonici, eodem prorsus modo, quo practicatur in nostra Ecclesia, assistentes Octavario SS. Corporis Christi, tam de mane, quam ad Vesperas in Cappella Sixtina, utuntur cerà propria, non autem illa d. Cappellæ, quamvis abundet divitiis, ut est in d. Basilica, & in Urbe notorium.

Minùs insistatur in prætensa consuetudine, & continuatione soliti, quia nos hodiè non sumus in Curia Capitolina, vel in illa A.C. in qua quotidiè audiuntur similes inspectiones super manutentione; Sed lis est coram hoc sacrosancto Senatu, & supremo Consessu super ipso petitorio; deducto coram SS. D. N. & ab hoc remisso EE. PP. in quibus terminis improprium est agere de manutentione, ut benè notant *Posth. de Manuten. obser.*7. *num.*53. *versic. Nisi constet*, & *adden. ad Pamphil dec.*136. *n.*4. & me scribente, re mature perpensa, resolvit *Sac. Congr Conc. in Laudien.* 27. *Martii* 1711. ibi: *Nihil de subscriptione dubii quoad manutentionem* de qua *in p.*2. *discept.*14. *num.*6.

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo coram hoc sapientiss. Senatu non desideratur, sed adest expressus, innegabilis, & rotundus consensus Capituli circa d. petitorium, seu facultatem discutiendi merita causæ, ut *ex Scriptura impressa die* 3. *Septembr.* 1711. *EE. PP. distributa*, unà cum nostris Responsionibus, cujus titulus est. *Osservazioni per escludere le pretensioni, nuovamente promosse dall'Archiconfraternità del SS. Sagramento, contro il Capitolo di S. Lorenzo in Damaso*; Advertendo hìc, quod nostræ humillimæ petitiones, quæ gratis in d. Scriptura vocantur prætensiones, non respiciebant, neque respiciunt ass. manutentionem, sed ipsum met petitorium, ipsumq; fundamentale jus faciendi, vel non faciendi functiones, de quibus agitur, cum quibus solidis propositionibus concordat innegabile solitum Summorum Pontificum qui nunquam remittunt Sacris Congr. causas circa manutentionem, ut omnibus innotescit.

Posita igitur hujusmodi remissione SS. D. N. cum subsequuto rotundo, & claro consensu Capituli circa facultatem discutiendi merita nostræ causæ, superlativè comprobato, & ultimo loco sigillato in concordatione nostrorum dubiorum, in quibus nec syllaba legitur, à remotissimis tangens prætensam manutentionem, vanum est de ista discurrere, etiamsi lis ageretur corã aliquo pedaneo Urbis Tribunali, ut benè notant adducti *in dec.*542. *n.*1. *cor. Bich.*

Et tamen pro fatali responsione, radicitùs destructiva omnium assertorum actuum, ex quibus inducta prætenditur contraria consuetudo, respectu omnium nostrorum dubiorum, nunquam satis repetimus literalem Bullam sa. me. Julii II. in quà excommunicationis latæ sententiæ pœna, à qua nonnisi mortis articulo, & satisfactione prævia, absolvi possint, interdicitur Confratribus erogatio redditutum in alios usus, quam nostræ Archiconfraternitatis, circa quàm magnum servatur silentium in contrario Memoriali, quia revera reflexio nullam admittit responsionem, ex quo nimis absurdum videtur, ad probandam consuetudinem, & solitum in destructionem piorum Locorum, allegare in Urbe voluntarios actus illorum Confratrum, qui sub pœna excommunicationis latæ sententiæ damnati sunt à Summis Pontificibus, ut de se patet.

Ad cognoscendum verò, qui nam sint isti usus, in quibus erogari possint, & debeant nostræ Archiconfraternitatis redditus, unicè recurrendum est ad institutum, & Statuta: Isti enim sunt duo illi Poli, super quibus volvitur, & revolvitur sistema Locorum piorum, ut omnibus notum est.

Si consideremus nostrum Institutum, istud non est unicum in Urbe, sed commune 19. aliis similibus Locis piis, enumeratis *à Phanuccio*, & *Piazza in eorum Opusculis de Locis piis Urbis*: Eo igitur ipso, quod non omnia dicta pia Loca sub eodem instituto faciunt ea, quæ in nostris dubiis continentur, quod nec etiam exadversò prætenditur, remanet manifestum, quod illa non possint dici propria Confratrum SS. Sacramenti ratione instituti, quia hoc, ad instar essentiæ, omnibus individuis eodem prorsus modo convenit.

Retorquetur verò, potiùs quàm obstet, atque mirabiliter suffocat contrariam prætensionem solitum Ecclesiæ B. Mariæ de Suffragio, probatum in contrario Summ. dum ex distincto computo, ibidem registrato, ad oculum patet, sepulchrum fieri ex libr.72. ceræ, ex quibus 12. dantur ab Eminent. Protectore, 12. à Benefactoribus, 30. ab Ecclesia, & 28, dumtaxat à Custode Sepulchri, qui cum ex residuali cera, quæ non consumitur, habeat libr. 52. remanet manifestum, esse potius in lucro pro libr.24. Quæ omnia longè distant à nostris terminis, in quibus Ecclesia nil subministrare prætendit, & totum onus imponi prætenditur nostræ pauperrimæ Archiconfraternitati. Eademque reflexio militat etiam pro sepulchro, quod fit in Ecclesia S. Mariæ supra Minervam, de quo *in contrario Memoriali* §.29. ex quo ibidem fit pariter ex piis Benefactorum eleemosynis, non autem ex obligatione Societatis, ut mihi constantissimè in his temporis angustiis supponunt duo Confratres ejusd. Archiconfr. Possetque ictu oculi recognosci ex illa attestatione, quæ, prœter omne solitum, data forsan opera non fuit exhibita in contr. Summ. quamvè proindè videre non potuimus.

Ego autem quatuor alias addo Ecclesias, quæ d. sepulchrum in præteritum fecerunt, enumeratas *à Phanucc. fol.*241. 302. & 307. nempè S Jacobi *Scosciacavalli*, S Laurentii in Lucina. S. Mariæ Rotundæ, & S. Blasii, quæ hodiè illud non faciunt, attentis notoriis præsentis temporis calamitatibus, absque eo quod cogantur ad illud faciendum prætextu soliti, & consuetedinis; Signum plusquam evidens, quod non obligantur ad illud faciendum ratione Instituti neque obligari possunt ex voluntario facto Officialium, ex quo isti non possunt obligare Loca pia ea eorum voluntario facto, egregiè *Rot. decis.* 176. *nu.*7. *cor. Royas*, & *decis.*44. *nu.*12. *par.*7. *rec.* ubi similem prætensionem meritò canonizat pro mera simplicitate.

Si verò consideremus nostra Statuta, ictu oculi, & sola apertitione eorundem, palpatur manibus, quod ea, quæ prætenduntur exadverso nullum habent fundamentum in eisdem Statutis, & propterea posset hìc terminari Responsio, quia ex hucusque animadversis remanere videntur

tur absque ullo fundamento ea omnia, quæ exadverso adducti fuerunt ad colorandas contrarias prætensiones.

Ut autem nihil omninò absque sua congrua responsione omittatur, quoad primum dubium concordamus circa dominium nostræ Cappellę ad terminos Instrumenti acquisitionis situs, neque discordamus circa retentionem clavis, retinendæ à Parocho pro indigentiis Parochiæ, imò de illa expressè loquuti sumus suprà *n.*13. Et propterea poterat omitti disputatio dicti dubii, & ea omnia, quæ illius respectu in contrario Memoriali gratis ubique adducta fuerunt. 167

Confunduntur in contraria Scriptura dub. 2. 3. & 4 sed malè, quia respectu uniuscujusque diversa militat ratio *ex animadversis suprà à num. 96.* quamvis respectu omnium militet defectus probationis ass. immemorabilis, quæ non probatur, nec probabilis est ex mendicatis fidibus aliquorum de gremio Capituli, datis in contrario Summario dùm deponunt ad proprium commodum, atque ad se exonerandum ab expensis, quibus contribuere debent pro functionibus, ad quas de jure tenentur, in quibus terminis ratione interesse nihil probant, ex adductis per *Rot. in dec.* 180 *num.*9. *part.* 16. *rec.* & *dec.* 425. *num.* 13. *cor. Priol.* ibi: *Et sic ratione interesse fidem non merentur, præsertim in concursu aliorum testium, &c.* 168 169

Fortius quia non deponunt ulteriùs, nec deponere possunt cum necessariis requisitis *celebris Glossæ in cap.* 1. *verb. Memoria de Præscriptione in* 6. & signanter de visu per annos 40. ex punctualissima *decisione Sacr. Rotæ in Trojana*, de qua supra dum excepto 2. teste, qui, ut se declarat in dicto contrario Summario, incepit *à servir da Chierico di Coro*, & consequenter non poterat scire ea quæ ad ipsum non spectabant, reliqui nullo modo deponunt de solito per dictos annos 40. sed primus de annis 26. tertius de annis 29. quartus de annis 35. quintus de annis 31. sextus de annis 27. septimus demùm de annis 14. 170 171

Et nihilominùs ipsi videant, quomodo illorum dicta stare possunt cum magna illa interruptione annorum 10. ab anno nimirum 1679. usque ad annum 1690. quibus, ut notorium est, & observavimus suprà *num.*24. nullatenus facta fuit processio de qua deponunt: Nos enim simpliciter subjungimus, quod regulare est in testibus, in aliquo claudicantibus, quod in reliquis neque etiam danda sit eis fides, ratione individuitatis juramenti, ut uno ore advertunt adducti per *Guazzin. ad Defens. Reor. defens.*28. *cap.*13. *num.*17. ubi, quod in his casibus, qui in uno delinquit, factus est omnium reus, juxta dictum *B. Jacobi Apostoli*, *Rot. Avenionen. decis.* 33. *num.*1. & 2. *Farinac. quæstion* 67. *num.*111. & *Rot. dec.*58. *num.*10. *cor. Ansaldo*, & *decis.*269. *num.*7. *par.*16 *rec.* 172 173

Absque ulla difficultate, ex quo eisdem affectatis fidibus, ad proprium commodum, ut suprà, exaratis, opponimus ingenuas attestationes octo Archiconfraternitatis Provisorum, & unius Camerarii, hodiè viventium, & asserentium oppositum, quibus omnis adhibenda est fides, quia deponunt de facto proprio, & nullum habent proprium, & particulare interesse in causa *ex allegatis in par.*2. *discept.*14. *num.*73. 174 175

In omnem verò casum, quatenus hæ contrariæ attestationes conciliari velint benigna illa conciliatione *Text. in cap. Cum tu de Testib.* ibi: *Nos dicta testium benignè interpretari volentes*, de qua *Rot. cor. Priol. decis.* 384. *num.*20. asserendo, contrarios testes vera dicere pro eo tempore, quo non fuerunt Provisores illi Confratres, qui contrarium deponunt, semper urget reflexio illa, quod observantia pro tempore præterito non fuit uniformis, & coactiva, sed per longum spatium annor. 10. innegabiliter interrupta, & voluntaria, sicque inhabilis ad inducendam consuetudinem, obligatoriam in futurum, ex allegatis suprà *num* 62. 176 177

Ad diminuendas expensas sepulchri, de mense Martii 1712. facti à modernis Officialibus de mandato SS. D. N. non sine eorundem filiorum, & familiarum præjudicio, non benè *in contrario Memoriali §.*31. illæ restringuntur ad solas candelas, positas in sepulchro, novo, curiosoque ponderationis genere, sola visione ponderatas à testibus, datis in contrario Summario, quia inter expensas, dicta occasione factas, numerantur illæ 32. Intorstitiorum pro duabus processionibus feriarum V. & VI. majoris hebdomadæ, cum illo addito, quod in hac secunda tenentur accensæ, usque ad consumationem, ut omnibus notorium est, quæ consumptio ceræ non videtur parvi momenti, cōsiderando dictum numerum 32. intorstitiorum pro totidem personis, quot componunt Capitulum S. S. Laurentii, & Damasi. Hujusmodi autem reflexio eo magis videtur necessaria hic, quia exadverso, nescitur quo motivo, omissa fuit in contrario Memoriali, & Summario, dum non semel facta fuit uni ex DD Canonicis, qui nihil omnino respondit, illamque ultro admittere in veritatis obsequium fuit coactus. 178 179

In hac autem parte, extra quidem contenta in nostris dubiis, sed non extra propositum, gratias agimus tribus illis testibus, datis in contrario Summario, asserentibus, sacram functionem feriæ 6. majoris hebdomadæ terminatam fuisse hora 16. ibi: *Talmente, che terminata la sacra fonzione del sepolcro, quando, che in processione dal Reverendissimo Capitolo si portò il Venerabile all' Altare maggiore il Venerdì Santo mattina li* 25. *detto, ad orore* 16. *in circa, &c.* Quia cum d. tempore meridies sit hora 18. palpatur manibus, adversus laudabile solitum omnium Ecclesiarum Urbis, & forsan etiam Orbis, functionem terminatam fuisse duabus horis ante meridiem, & propterea nil mirum esse debebat, nullaq; aderat necessitas per omnes angulos Urbis extollere, atque ad pedes etiam SS. D. N. per viam querelæ criminaliter exagerare deficientiam Officialium Archiconfraternitatis in deferendis hastis Baldacchini: Isti enim non poterant divinari adeo exorbitantem anticipationem duarum horarum, & nihilominus aderant prompti tres Guardiani cum saccis, duo Cappellani, jam cæperant illis se induere, & Provisor cum Mandatario exiverant ad vocandos tres alios pro dicta functione: Ad quam mirum non est, si non aderant alii Cofratres quia d.d. diebus non tenebantur ex obligatione accedere ad dictas functiones, sed ex mera devotione soliti erant Officiales tantum id præstare, ut, peracta functione in feria V. dictæ majoris hebdomadæ hora consueta, & solita, punctualiter præstiterant. 180 181 182

Hodiè vero ad impediendum similem casum in futurum, in Congregatione secreta, habita die 15. præteriti mensis Aprilis 1712. omnium suffragiis eædem functiones determinatæ fuerunt ex obligatione pro omnibus Confratribus; Cum illo addito quod ubi in omnibus aliis anni festivitatibus Confratres, assistentes Divinis Officiis, lucrantur unum punctum. dd. feriis V. & VI. majoris hebdomadæ lucrantur quatuor, nempè duo pro qualibet functione seu assistentia. 183

Idque eo fine factum fuit ut DD. Canonici manibus palpent, quod in illis functionibus, in quibus Archiconfrat. non gravatur onere bursali, ad quod ex ejus æque notis, ac magis calamitatibus concurrere non potest, prosequitur venerationem SS. eo spiritu, eoque fervore, quem practicarunt primi illius fundatores, juxtà verba Statutorum, registrata in contrario Memoriali; Dum ex alia parte dictas hastas Baldacchini in dicta functione pro majori decore, & veneratione portare debent Sacerdotes, pluvialibus, vel saltem cotis induti, *juxta rotundam dispositionem Cæremonialis Episcop. lib.*2 *cap.*25. & 26. innovatam *a s.m. Innocentio XII. nelle Regole, & Instruzzioni per l' accompagnamento del SS. Viatico*, in Urbe impressis anno 1695. fol. mihi 73. ibi: *Le aste del Baldacchino devono almeno esser sei, &c. & infallibilmente si porteranno, ò da Sacerdoti, ò da Chierici, mà con Cotte, overo da Fratelli della Comp. con i Sacchi.* 184 185

Quoad 5. & 6. dub. constantissime hic repetimus, quod hæ functiones nullo modo, nulloque colore spectant ad nostram Archiconfraternitatem, neque vigore Instituti, neque ex dispositione Statutorum, neque prætextu soliti, quod exadverso non probatur, nec probabile est, quia similes expositiones in octava SS. Corporis Christi fieri debent à Capitulis, & Clero, sive Sæculari, sive Regulari, non autem à Laicis, & Sæcularibus Confraternit. ex adductis suprà *nu.*97. 186

Non attento, quod fiant in Altari, seu Cappella Archiconfraternitatis, quia in Basilica Liberiana fiunt etiam, tam de mane, quam ad Vesperas in Cappella Sixtina, & nihilominus, neque dracma una cære ponitur à Sacrista Cappellæ, sed tota, & integraliter à Capitulo, ut est notorium; Idemque practicatur etiam in insigni Collegiata SS. Celsi, & Juliani, in qua similis Archiconfraternitas SS. Sacramenti reperitur, estque Patrona Altaris majoris, ubi toto anno asservatur, & colitur SS. Sacramentum, & omnes functiones Capitulares fiunt expensis d. Capituli. 187 188

Responsio autem contrarii Memorialis, quod eadem Societas *non sia Archiconfraternità, mà una semplice Compagnia, introdotta per associare il Viatico agl' Infermi*, non potest esse debilior, magisque voluntaria, ut ad oculum infertur *ex c.*1. *Statutorum impressorum ejusdem Archiconfraternitatis*, quod adeò notum est in Urbe, ut mirum certe vi 189

videatur, quod talis veritas in controversiam adducatur, sed isti sunt effectus, qui quotidiè experiuntur in illis causis, omni juridico fundamento destitutis, quæ proinde similibus indigent fulcimentis, ut aliquo pretextu colorari possint.

Circa 7 dub. conqueritur contrarius Defensor in §. 45. *dell' Economica parsimonia de' moderni Officiali*, ex quo agatur *della spesa di due miserabili candele, che per tutte le otto* 190 *Compiete dell' Ottavario non eccede il consumo di sei, ò sette oncie di cera*. Possumus autem in hac parte solidè respondere, quod talem œconomicam parsimoniam non in libris, nec in unciis, sed in drachmis ceræ didicerunt iidem moderni Officiales ab attentissimis ministris Capituli, qui in præteritum vix terminata missa cantata super cadaver, statim extinguebant candelas, ardentes in Altari Archiconfrater. quamvis missa esset in statu proximæ terminationis, imò in ipso ultimo Evangelio S. Joannis; Cæterùm quamvis eadem quantitas ceræ respectu Capituli sit parvi momenti, non sic est respectu pauperis Archiconfraternitatis, unita cum aliis de quibus sermo est in nostris dubiis, cùm per omnium ora 191 volitet proverbium, illud quod *multa pauca faciunt unum satis*, quod parvæ expensæ sæpè factæ consumunt substantiam, teste experientia, & id observante *Aristot. lib. 5. Polit.* quodque durum nimis est à mendico aliquod, vel minimum prætendere, juxta id, quod notavit *Cassiodor. lib. 5. epistol.* relatus *à P. Segner. nella pred. 22. in fin.* ubi asserit, *ultrà omnes crudelitates esse aliquid prætendere ab exiguitate mendici*.

Circa dub. 8. concordamus cum contrario Defensore, quòd duæ fiant processiones in octava Corporis Christi in Ecclesia S. S. Laurentii, & Damasi, una die mercurii, quæ est propria Archiconfraternitatis, alia die jovis, quæ spectat ad Capitulum. Concordamus pariter, quod pro prima à Provisoribus Archiconfraternitatis dentur Intorstitia omnibus de Capitulo, atq; ponantur candelæ, necessariæ in Altari majori, undè incipit, & ubi terminat processio; Sed 192 discordiamus in eo, quod gratis ubique dicitur *in d. contr. Memoriali §. 37. Terminata poi d. processione, perche nel giorno seguente si deve fare l' ultima, &c. lasciano gl' Officiali sudetti preparato l' Altare maggiore con l' istesse candele, e 30. torcie in circa &c.* Quia non sunt Officiales illi, *che lasciano le torcie*, sed ministri Capituli, qui nolunt illas restituere, & decentia loci, atque reverentia, personis sacris debita, non 193 permittit transitum ad illas operationes, quas ipsimet Theologi licitas recognoscunt pro recuperatione rerum suarum, ut videre est apud *Barbos. allegat. 51. nu. 6. part. 3. & Panimoll. dec. 22. adnotat. 8. nu. 2.* Et quia Provisores illi, qui anno 1702. ceram pro dicta secunda processione non subministrarunt, usi fuerunt attenta illa cautela petendi intorstitia ad effectum illa poliendi *dalle scolature*, edocti ab experientia ministri Capituli, sequentibus annis responderunt, *che l' averebbero fatte polire da loro ministri*, ut ingenuè fatentur iidem Provisores: An autem hoc sit *lasciare le* 194 *torcie*, vel illas nolle restituere, EE.PP. judicandam relinquimus; Repetentes ulterius, quod quando etiam Confratres illas voluntariè relinquerent, illorum facultas ad id non se extendit, estque actus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ interdictus à fa: me: Julio II. ex animadversis supra *nu. 157.*

Contorquetur contrarius Defensor ad evitandum inconveniens illud, quod pauperrima Archiconfrat. redacta ad hodiè ad ultimos confines calamitatis, & miseriæ, cogatur 195 facere propriis sumptibus, non unam, duas solemnes processiones in una, eademq; octava SS. Corporis Christi, in una, eodemque die, & in una, eademque Ecclesia, quod à nulla Patriarchali Ecclesia, imò neque à Papali Cappella practicatur, asserendo, *che la risposta caminarebbe, quando non si trattasse di Compagnia, che hà per porprio Instituto di onorare il SS. Sagramento;* Sed replicatio palmaris illa est, & cui libenter duplicationem viderem, quod id procedit cum suis Confrat. & Officialibus, qui semper tenentur accedere, & de facto semper accedunt ad similes processiones, non autem locum habet ad exonerandum illas perso-196 nas, quæ ratione proprii officii tenentur pariter SS. Sacramentum honorare, & quidem non ex redditibus miserabilium Archiconfraternitatum Sæcularium, sed ex redditibus propriis, seu Ecclesiasticis, à piis benefactoribus primò, & principaliter pro Divino cultu relictis, juxta totius Cath Orbis praxim, & laudabile solitum

Est autem nimis frivola reflexio illa, quod nostra Archi-197 confraternitas teneatur ad expensas dictæ primæ processionis, ex quo S. m. Paulus V. in ejus Brevi, impresso post Statuta *fol. 66.* concesserit Indulgentias *Confratribus, & Consororibus, qui SS. Eucharistiæ Sacramentum, quando reconditur die octava Corporis Christi, cum luminibus, vel sine, comitati fuerint &c.* Quia Paulus V. loquitur de prima processione, quæ nedùm suo, sed etiam nostris temporibus fiebat in die octava ejusdem festivitatis: Ultra quod concedere Indulgentias pro illis Confratribus, qui cum luminibus, vel sine, associant SS. Sacramentum, nil commune 198 habet cum obligatione dandi Intorstitia omnibus de Capitulo, ut de se patet.

Circa 9. dub. redarguuntur *di poca convenienza li Sig. Officiali, &c.* quia præsens dubium voluerunt aliis unire. Dum autem id fecerunt non ad proprium interesse, & bursale commodum, quod non esset laudabile, sed ad sublevandum Locum pium, cujus sunt Officiales, libenter eandem, & similem sustinent redargutionem, cohærenter ad ea, quæ notavit *S. Augustinus in Ps. 63. vers. 7.* Cumque admittatur ex adverso, quod sermo sit *di quattro libre di cera* 199 *l' anno*, semper verum erit, quod idem valor superabit alium quatuor drachmmarum quæ in præteritum meruerunt attentionem ministrorum Capituli, de quibus supra *num. 191.*

Serena fronte asserens hìc, quod si res restringerunt ad hujusmodi minutias, atque ageretur *di simile bagattella*, juxta præcisa verba contrarii Memorialis, non audirentur hodiernæ conquestiones, sed eadem facilitate, & promptitudine indubitanter ab eisdem Officialibus fierent, quà gra-201 tis datis fuerunt Sacci aliquibus ex pauperioribus Confratribus, & multæ donatæ Vestes eisdem pauperibus Confratribus, non uno, vel altero, sed omnibus annis, consistentes in summa scutorum 2. pro qualibet, ad alliciendos eosdem Confratres ad assistendum piis Archiconfraternitatis exercitis. Quæ omnia dicta sint ex illa necessitate, quam approbat *S. Gregorius lib. 26. Moral. cap. 3.* dicens, *qui, neces-* 202 *sitate cogente, vera de se bona loquitur, tantò magis humilitati jungitur, quantò veritati sociatur*.

Non possumus tamen in hac parte non mirari de exorbitantia illius assertionis, quòd similis prætensio habeat pro base prætensam immemorabilem consuetudinem; Quia ista in hac parte est verum ens rationis chimericum, ex quo non sunt adhuc effluxi tres anni, in quibus se præsentavit in Congr. secreta hodiernus Curatus, id submissè petens ex 203 mera gratia, qui ex sua ingenuitate id non negabit, & convinci potest à magno numero testium, hoc est ab omnibus illis, qui præsentes fuerunt d. Congregationi: Cumq; moderni Officiales, uti paucis diebus antea assumpti ad eorum officium, non perfectè scirent, ea quæ concernebant interesse Archiconfr. annuerunt instantiæ, & petitioni, quam omnibus maturè pensatis, post aliquot menses revocarunt, effectu subsequuto, quia hodie eadem functio nullatenus fit ex pensis Archiconfraternitatis, ut credimus ex adverso non controverti, sed ex Regia munificentia Eminentis. Protect. qui miserendo miseriæ nostræ Archiconfrat. jussit, ut ad dictum effectum, & pro SS. Viatico, tempore noctis ab- 204 sque Confratribus deferendo ad infirmos, juxta terminos sequentis dubii, Parochus utatur illis Intorstitiis, quæ quo libet anno Regia munificentia ad dictum verè pium opus Archiconfraternitati elargitur.

Prætextus verò plus justo in hac parte exageratus, quod id fiat ad commodum Cappellanorum Archiconfraternitatis, non potest esse magis frivolus, quia dictum commodum non petimus, hodiè ex gratia ab eodem Curato, sed nobis competit ex toto rigore justitiæ, vigore Instrumenti concessionis situs, ex quo Archiconfraternitas potest in no 205 stro Altari facere *quidquid sibi placuerit &c. irrequisitis DD. Canonicis, & Capitulo præfatis*, juxta præcisa verba ejusdem Instrumenti.

Circa 10. dub. non sine fundamento, *si gloriano li moderni Officiali, che la loro Archiconfraternità habbia per principale Instituto di ossequiare il SS. Sagramento, e di servirlo in* 206 *qualsivoglia tempo, e luogo*, ut dicitur *in contrario Memoriali §. 54.* Sed hæc gloria nullatenus diminuitur ex eo, quod non possint id præstare nocturno tempore, quando Confratres non solent, neque possunt cum saccis accedere ad illud associandum; Repetentes sæpè, sed nunquam satis, quod Institutum Archiconfraternitatis SS. Sacramenti non obligat ad danda Intorstitia omnibus illis, qui ratione proprii of- 207 ficii tenentur illud associare, seu obligat solum ipsosmet Confratres, quod numquam fuit controversum, neque in dubium hodiè à nostra Archiconfraternitate revocatur.

Prætensa autem consuetudo in hac parte adeò improbabilis est, ut neq; etiam ex adverso assumi voluerit talis inspe- 208 ctio ad illam concludenter probandam, ut ingenuè fatetur contrarius Defensor in *Memoriali §. 54.* ibi: *Non stimando oppor-*

opportuno il medesimo Capitolo per una simile bagattela assumere l' ardua questione, se questa consuetudine sia provata con suoi requisiti, & introdotta respettivamente da chi ne avea la potestà, ex quo hujus respectu verificantur ea quæ supra diximus de petitione à tribus dumtaxat annis retro, facta à moderno Parocho.

Circa 11. dub. procedendo cum dilemmate, quod fit in contrario Memoriali §. 57. *Che, ò l' insufficienza è universale, & in questo caso l' Archiconfraternità dovrà dirsi estinta* 209 *&c. ò l' insufficienza è particolare per quelle poche fonzioni, che l' Archiconfraternità essercita col Capitolo, e chiara cosa è, che questa, &c. non si deve attendere per riguardare il consueto &c.* Stricte dicimus, quod insufficientia est particularis, hoc est pro illis oneribus, quæ nullum habent fundum, nullumque fundamentum in nostris Statutis, quales sunt contrariæ prætensiones; Et proindè non sunt relinquendæ illæ sacræ functiones, pro quibus pii benefactores propria bona reliquerunt, sed illæ, quæ proprio marte, jureque cervel- 210 lotico factæ fuerunt ab illis, qui non erant Domini, sed simplices Administratores bonorum Archiconfrat. cum obligatione illas non convertendi in alios usus sub excommunicationis latæ sententiæ pœna.

Utinam vera non esset *quella radice del male, che l' anno santo passato volsero li Signori Officiali fare l' ospitalità delle Confraternite aggregate, in niun modo ordinata dallo Statu-* 211 *to, &c. con alienare 17. luoghi de Monti, la maggior parte de quali erano soggetti à pesi di messe perpetue, transferendo gl' obblighi predetti sopra i fondi liberi &c.* ut dicitur *in contrario Memoriali* §. 58 Relinquendo autem locum veritati circa authorem dicti Hospitii, cujus respectu multi multa dicunt, dum moderni Officiales tunc temporis, neque etiam erant 212 Confratres Archiconfraternitatis, hoc unum verum est, quod cognito malo, opus est recurrere ad remedia, quæ non minùs necessaria sunt, quando principia mali sunt accidentalia, quàm quando voluntaria sunt, ut de se notum est.

Utinam etiam verum non esset debitum Archiconfraternitatis prò dotibus promissis, & non solutis in summa scutorum 3175. juxtà distinctam notulam, exhibitam in Secretaria, in quâ parte nimis impropriè redarguuntur moderni 213 Officiales, quod illam exhibuerint *per fare comparire l' Archiconfraternità quasi fallita con artificioso proemio, senza specificare il principio, da dove cominciano &c essendosi scoperto, che il detto calcolo comincia à conto longo dall' anno* 1660. Quia hujusmodi somniatum artificium nullum habet à parte rei fundamentum, non enim inspiciendum est, à quo tempore citrà incipiant promissiones dotium, sed an illæ vigore obligationis, seù promissionis debeantur; multæ enim contetæ sunt habere illarum fructus: Aliæ ex nessitate iisdem fructib. contentæ esse debent, ex quo eis non possunt solvi sortes dotium, juxta terminos, in quibus de præsenti reperitur Archiconfraternitas, ut est notorium, manifestumque est illis, qui vel minimam habent Locorum Piorum Urbis notitiam.

Poterat proinde ad convincendum oppositum omitti Scriptura, data in contrario Summario, quia dotes, de quibus ibidem est sermo, quævè neque etiam hodiè solutæ 214 sunt spectant ad illas puellas quę exclamant pro illarum consequutione, ut ex illis verbis ejusdem Summ. *Ad solutionem scutorum* 500. *pro dotibus promissis, & non solutis puellis, quibus modo instantibus pro solutione & deficientibus pecuniis &c.* quævè in omni Congregatione secreta compassionem extorquent, narrando eorum miserias, à quibus motus primus ex modernis Officialibus se obtulit promptum ad vendenda propria loca montium, & subveniendum dictis 215 pauperibus puellis, dando nostræ Archiconfraternitati sub moderata usura illam summam, quam invenire non potuit mediante opera omnium Proxenetarum Urbis.

Ex eo autem, quod aliæ puellæ contentæ sint dotis fructibus, vel quod non instent pro satisfactione capitalis, 216 non bene diminuitur debitum d. Archiconfraternitatis, quia multa Loca pia dicerentur pauca habere debita, si inter ista non connumerentur illa, pro quibus creditores non urgent, vel ex operationibus Officialium, vel ex compassione creditorum, ut de se patet.

Verum est, quod promissio dotium incipit ab anno 1660. à quo anno usque ad annum 1690. numerantur 33. puellæ, 217 & sic debitum in scutis 825. Ab anno 1690. usque ad annum 1700. numerantur puellæ 21. & sic debitum in sc. 525. Ab anno demum 1700. usque ad annum 1711. puellæ 73. & sic debitum in scutis 1825. In totum verò debitum est in scutis 3175. Sed falsissimum est, quod *la maggior parte delle Zitelle sono morte, ò non si maritano più*, ut dicitur in contrario Memoriali §. 61. Quia circa illarum vitam, ex illomet fonte, undè contrarius Defensor habuit notitiam d. anni 1660. eodem contextu videre potuit, quod specificatur illarum vita, prosperaque salus; Pro eo verò, quod respicit *il non maritarse* nullam sperare potest Archiconfraternitas 218 utilitatem, quia quando puellæ moriuntur innuptæ, illarum dotes revertuntur quidem ad eandem Archiconfraternitatem, sed cum obligatione illas iterùm aliis dandi, ut præcisè respectu unius practicatur currenti anno; Idque ea viva ratione, quia testatorum voluntates non debent frustrari suo effectu, sed punctualiter exequi, dando dotem alteri puellæ, quando una illam habere non potuit, morte præventa; In hac autem parte adeò notoria est praxis Locorum piorum, & innegabile solitum nostræ Archiconfraternitatis, ut mirum certè videatur, quod ad notitiam contrarii Scribentis diligentissimi Scutatoris soliti nostræ Archiconfraternitatis, non pervenerit.

Circa 12. dub. pro illius negativa resolutione quoad primam partem adducuntur in contrario Summario documen- 219 ta, quæ ad evidentiam illam videntur excludere: In tantum enim cl. me. Cardinalis Ludovisius anno 1627. mediante Reveremdiss. Cariophilo ejus Vicario mandavit, missas extraordinarias, spectantes ad Capitulum, celebrandas esse à DD. Beneficiatis, quia *tenentur cantare in d. Eccesia omnes missas conventuales, necnon canonicales, & etiam omnes missas extraordinarias defunctorum, & alias ex devotione, vel obligatione*, ut cantat decretum, datum in d. Summario, ubi illa adducitur convincens ratio, quòd *qui in uno* 220 *gravatur, in alio relevari debeat*; Quod cùm nullatenus verificetur in nostris terminis, quia nostra Archiconfraternitas in nihilo gravat dictos Beneficiatos, meritò speramus, & supplicamus, dicto dub. quoad illius primam partem affirmativè responderi. Neque in hac parte, agitur de parva Archiconfraternitatis utilitate, sed de annua summa scutor. 25. 35. quia pro 39. Anniversariis, quot tenetur quolibet 221 anno celebrari facere, si ista celebrantur à suis Cappellanis, impendit julios 39. dumtaxat: Si verò celabrantur à Beneficiatis, sc. 29. 25. ut patet calculanti.

Quibus non contradicit resolutio Sacræ Congreg. Concilii *in Cæsaraugustana* 14. *Janu.* 1621. quia ista loquitur de 222 missis cantatis solemnibus privativè spectantibus ad Parochos, ut ex tenore ejusdem resolutionis, per extensum registratæ *à Monacell. in Formular. tom. 2. fol. 16. nu 66.* qui non sunt termini nostri casus, quia circà Anniversaria, à Locis piis celebranda, nullum habent jus Parochi, ut videmus practicari in Urbe in longè durioribus terminis Anniversariorum, quæ celebrantur per Confraternitates in Cappellis, & Altaribus, non ad ipsas Confraternitates, sed ad Parochos spectantibus, ut respectu Vaticanæ Basilicæ pro- 223 bavimus in Summario, & respectu omnium ferè privilegiatarum Ecclesiarum Urbis notoria est inter alias Confraternitates Urbis praxis Societatis Confalonis, quæ certis anni temporibus mittit, gratia exempli, decem ex suis Cappellanis ad celebranda totidem Anniversaria in diversis Ecclesiis Urbis, quorum unus celebret in una, aliis novem assistentibus, & cantantibus respective in Choro, alter verò in alia, & sic de singulis, quod Lippis, atque Tonsoribus notum est, absque eo quod Parochi, vel Capitula illarum Ecclesiarum, in quibus à Cappellanis antiquiss. Societatis Confa- 224 lonis dictæ missæ celebrantur privativam in hac parte prætendant. Idemq; practicatur ab Archiconfraternitate SS. Sacramenti erecta in Collegiata, & Parochiali Ecclesia SS. Celsi, & Juliani, quæ facit celebrare Anniversaria à suo Cappellano, cantantibus in Choro ipsismet Confratribus, ut notorium est, & egomet video practicari, occasione, quâ, uti Prior, eisdem functionibus assistere teneor.

Circa 13. dub. nihil ex adverso dicitur, nihilque proinde 225 respondere cogimur.

Circa 14. dub. admittimus quod illud respiciat interesse Parochi, cumq; iste sua habeat pinguia commoda Parochiæ, dignum, & justum est, ut incommodum sentiat pro utensilibus sacris, quibus uti debet pro sui officii exercitio, alias lucrum reportaret cum jactura pauperrimæ Archicon- 226 fraternitatis, quod omnibus juribus repugnat, atque ab omni congruentia alienum est, ex adductis supra.

Circa ovorum benedictionem, de qua in 15. dub. poterant omitti antiquæ, & antiquatæ authoritates, quæ allegantur in contrario Memoriali, dum habemus individualem resolutionem *Sacræ Rituum Cong. anni* 1703. *& punctualissimas decisiones Sacræ Rotæ in Neapolitana, allegata suprà* 227 quia in conflictu resolutionum, quæ inter se non cohærent, applicatur axioma, quod posteriora derogant prioribus, ut

ut respectu decisionum rotalium videre est *in dec.* 495. *num.* 1. *cor. Emer. jun.* & respectu resolutionum Sacr. Congregationum apud *Pignatell. consult.* 105. *n.* 14. *tom.* 1. *& Sylveir. Opuscul.* 2. *de Declarat. Cardin. n.* 11. *fol.* 273. 228

Est autem prorsùs insubsistens, quod *la picciola Sagrestia dell' Archiconfraternita sia posta dentro l'istessa Chiesa Parrocchiale, e come tale constituisce un corpo identifico con la Basilica*, quia eadem Sacristia est pars Palatii, non autem pars Ecclesiæ S. Laurentii, ad quod probandum non opus habemus recurrere ad illos testes, nimiùm faciles ad faciendas affectatas fides, exhibitas in contrario Summario, sed sat est oculos in fronte habere, atque ad recognoscendam d. veritatem in faciem Loci se conferre. 229

Circa 16. dub. repetimus, quod nostra miserabilis Archiconfraternitas non prætendit impedire Capitulo *le due feste solenni annuali, che celebra per la SS. Croce, con parati, lumi, e musica solenne*, ut dicitur in contrario Memoriali, sed simpliciter Reliquiam SS. Crucis privatim exponere in ejus Altari, quæ nullo prætextu valet impediri, *ex adductis supra n.* 31. *& seqq.* 230

Innumeras vero agimus gratias Capitulo pro illo pio desiderio, ut Archiconfraternitas exponat eandem Reliquam in Cappella SS. Crucifixi; Nè temporis progressu de more allegetur solitum, & exageretur consuetudo ad privandam Archiconfraternitatem eodem pretiosissimo thesauro, ab uno ex ejus Confratribus paucis ab hinc annis eidem donato. 231

Verum est, quod Confratres *non hanno entrate sufficienti per la spesa di cera, & apparati per esporre d. Reliquia con parati, lumi, e musica solenne*, ut dicitur in d. contrario Memoriali, sed gratias Deo, habent proprium sumptuosum Altare, in quo absque ulla impensa eandem Reliquiam decentissimè possunt exponere, eo tempore, quo missæ ibidem in magno numero celebrantur. 232

Circa ultimum dubium non possumus pariter non agere gratias Capitulo pro illa paterna cura, & œconomica admonitione, quam insinuat Officialibus non quæstuandi in Octava Mortuorum, ex quo *per la sodisfatione delle messe ci rimette gl'utensili, e paramenti*, & quamvis possemus congruè respondere, humiliter petendo, quarè ipsi faciant, & privativè facere intendant, quod alios dissuadent: Strictè tamen dicimus, quod nostra Archiconfraternitas non habet pro fine suarum operationum bursale interesse, sed animarum suffragium; Cumque d. tempore à fidelium pietate majores soleant elargiri eleemosynæ, ex ejus parte vult saltem contribuere quantum in se est, in omni patientia rogando, & obsecrando fideles ad subveniendum defunctis, non curando, an id fiat sine Archiconfraternitatis utilitate, dummodo id cedat in animarum salutem. 233 234

In ultimo §. contrarii Memorialis, ac si innumerabilia essent commoda, à Capitulo collata in Archiconfraternitatem, itaut ibidem exprimi non possent, habetur relatio ad contrarium Summ. quod, non sine aviditate recognitum, inventum est minus habens; Itaut ad hominem retorqueantur. 235

Exageratur primo loco missa solemnis, quæ cantatur à Canonicis qualibet secunda Dominica cujuslibet mensis, sed sine fundamento, quia dicta missa succedit loco illius missæ quam ex præcisa obligatione tenetur cantare Capitulum omnibus diebus festivis, itaut illam cantando in Altare Archiconfraternitatis lucretur ceram, quam ponere deberet in suo Altari, & hoc non est primum incommodum Archiconfraternitatis, sed unum ex commodis Capituli, ut de se patet; Poteratq; omitti allegatio *Statuti cap.* 30. *fol* 42. quia ibidem nullum temporale, seu bursale aliud onus Confratribus imponitur, sed solùm illud *di confessarse, e communicarse ogni seconda Domenica del mese per poterlo degnamente accompagnare nella solita processione, pregare Iddio per li morti &c.* 236 237

Exageratur secundo loco assistentia processioni, quæ fit die Mercurii, *ed il tutto gratuitamente*; Sed circa hoc non potest nisi à præsenti anno gratias eidem agere nostra Archiconfrat. acceptando d. gratuitam exhibitionem, quia pro tempore præterito solvit semper pro d. functione scuta 22. 20 ut credimus non controverti, apparetque ex notulis, & receputis Sacristæ ad nutum EE. PP exhibendis. 238

Exageratur tertio loco benigna illa permissio, qualibet manè dierum festivorum transportandi Venerabile ab Altare Archiconfraternitatis ad illud S. Nicolai, ob commoditatem Parochi sacra communione reficiendi fideles; Sed hoc est proprium officium Parochi, qui si non potest id adimplere in eo situ, quem Archiconfraternitati concessit *ad habendum tenendum &c* debet id facere in alio. Bursale autem commodum ejusdem Parochi maximum est, quia si id faceret in d. Altari S. Nicolai, deberet suis expensis manutenere quinque illas lampades, ardentes continuò expensis Archiconfraternitatis, quæ enpensa non est de minutiis, neque *bagattella*, ut de se patet. 239

Exageratur demùm, quòd in transactione cum Archiconfraternitate Agonizzantium conventum fuerit, ut ista mitteret sex Confratres cum intorstitiis ad associandum SS. Viaticum; Sed hæc non est utilitas Archiconfraternitatis, quia non ex hoc illa mittit sex Confratres minùs, ut notorium est, dum quando non adsunt in promptu Confratres, unus ex Provisoribus cum fasciculo Intorstitiorum sequitur SS. Viaticum, ad illa distribuenda per viam volentibus eidem sacræ functioni assistere. 240 241

Ultrà quod circa verba illa, *quando che poteva convenire alcun vantaggioso annuo partito di cera ò di altro per la sua Sagrestia Capitolare*, non ità de facili res poterant componi, quia opus erat videre, an eadem Confraternitas, id facere voluisset, & quod magis est videre, ulteriùs opus erat, an Eminentiss. Vice Cancellarius, cujus pietas, & devotio erga Augustissimum Eucharistiæ Sacramentum Urbi, & Orbi notissimæ sunt, id permittere voluisset; Itaut respectu omnium dictarum exageratarum utilitatum Archiconfraternitatis verificetur concessio solis de mense Augusti, juxta id, quod ad rem observat *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. for. discur* 46. *n.* 61. 242

In eadem Causa.

Proceditur exadverso cum æquivoco palmari circa ass. Jurispatronatus nostræ Cappellæ ratione fundi, quia tunc solum sub hoc motivo acquiritur Juspatronatus, quando fundus non venditur, seu conceditur per contractum *ad habendum, tenendum, & quidquid placuerit faciendum, irrequisitis DD. Canonicis*, juxta terminos contrariarum authoritatum; Secùs verò, quando concurrunt d. actus dominii translativi, quia tunc implicat in terminis, quod quis transferat in alium omne Jus, quod habet in aliquo fundo ad illum habendum, tenendum, & quidquid placuerit faciendum, etiam ipso invito, & irrequisito, & eodem tempore retineat dominium, ut de se patet. 243

Admittitur in contraria Responsione, quod Societates Laicales institutæ *sint, ut pietatis, & christianæ charitatis officia exerceant*; Hoc autem, ut sæpè diximus, cum inaudito silentio exadverso, verum est respectu Confratrum, non autem favore illorum, qui ad id obligantur ex officio, quia tunc dicerentur institutæ non ad exercenda opera pietatis, sed practicanda officia bursalia, atque ad subministrandas expensas, ut sacræ functiones Ecclesiasticæ ab aliis exerceantur in proprii muneris adimplementum, quod nemo somniavit asserere. 244

Consuetudo immemorabilis non est aliquid solo nomine terrens, sed tunc solùm suum operatur effectum, quando concludentissimè probatur: Tantum autem abest, quod hoc in nostris terminis verificetur, quin potiùs concludentissimè excludatur à novem testibus, præsertim respectu secundæ processionis Octavæ Corporis Christi, & processionum in Feriis quinta, & sexta majoris hebdomadæ; Humillimè supplicantes, hanc actuum, & functionum diversitatem præ oculis habere, quia consuetudo, uti strictissimi Juris, non extenditur de sepulchro ad processiones, aliosque actus omninò disparatos, de quibus in nostris dubiis. 245 246

Addimusque aliam exorbitantiam, qua non potest major excogitari, quia prætenditur obligari, nedum eadem Confraternitas, & in eadem Ecclesia, sed in eadem die ad faciendam duplicem processionem, quia quod nostra processio non fiat die Jovis, ut mandat Statutum, est merum accidens, obsequiumque, omni jure debitum Eminentiss. Protectori. 247

Phanuccius per eadem numero verba asserit, sepulchrum suo tempore fieri in nostra Ecclesia & in aliis quatuor, enumeratis supra *n.* 164. Sicuti igitur in dd. pauperibus Ecclesiis hodiè ampliùs non fit, nec audiuntur similes prætensiones ratione soliti, & prætextu consuetudinis, idem dicendum in nostris terminis: Velle autem obligare Confratres *d'andar questuando* ad faciendum sepulchrum Curato S. Laurentii, qui, ut legitur *in Libris Secretariæ Visitationis anni* 1661. *peractæ à cl. me Card. Chrisio fol.* 190. habet sc. 400. annua, & sc. 500. Sacristia *fol.* 191. *àter* videtur propositio admiratione digna, & in praxi nimis exorbitans. 248 249

Non est verum, quod prætendamus omittere exercitia nostri Instituti, sed humillimæ nostræ petitiones ad hoc unicè

unicè restringuntur, ut unusquisque suam partem faciat; Laicales nimirum Confraternitates, propriis, vel benefactorum expensis cum suis Confratribus se exercendo in officiis pietatis, & charitatis, alii verò in officiis justitiæ, propriis sumptibus faciendo functiones illas, ad quas ratione officiorum tenentur, & pro quibus à piis benefactoribus redditus Ecclesiastici relicti sunt.

250

Historiolæ non probantur authenticis Scripturis, ut verificatur respectu illius Confratris, qui mentiri non potest, & cujus memoria in benedictione est, dignabiturque Eminent. Ponens, illam fidelibus oculis EE. PP. subiicere; Non est autem ars nova ad ridicula deflectere, quando solidæ, & seriæ responsiones non occurrunt.

251

Si congruo tempore nota fuisset contraria intentio, ut exquirerentur vota *delli Fratelli artigiani, & illiterati, per sentire il loro parere* circa præsentem litem, promptè huic desiderio satisfactum fuisset, promptissimè autem, *& in contanti* potest eidem satisfieri, mediante Memoriali, ab eisdem subscripto, & crucibus signato in num. 200. & ultra, originaliter dato in manibus Eminentiss. Ponentis, & exhibito in Congregatione secreta die 13. labentis mensis, in qua junctis manibus turmatim se contulerunt ad Oratorium ubi fiebat solita Congregatio secreta pro mutatione Officialium, instantissimè rogantes, ut confirmarentur omnes moderni Officiales non alio motivo, quàm prosequendi præsentem Instantiam, raro exemplo, effectu subsequuto pro quarto anno omnibus votis, absentibus Priore, & secundo Guardiano.

252

253

Cæterùm videtur res nimis impropria, ut modestè loquamur, audire vota *delli artegiani, & illiterati*, ad cognoscendum pondus legalium rationum, omissis illis Sapientum, quibus abundat Congregatio secreta, ut est notorium, meritòque admissum in contrario Memoriali §. 15. Applicanturque contrariæ prætensioni verba illa *Ciceron. in Parad.* relati *à Calepin. verb. Bajulus*, ibi: *Utrum potius quærendum, quid Bajuli, an quid doctissimi senserint*.

254

Cùmque ex eodem Memoriali §. 15. injectus fuerit scrupulus moderno Priori, eidem benignè aperiendo, *che la sua principal cura è di procurare con tutte le forze, che sia onorato il SS. Sagramento, acciò &c.* ad se exonerandum à dd scrupulis considerandum proponit EE. VV. an, cum notabili diminutione cultus SS. Viatici, permittenda sit interruptio de facto illius æquè immemorabilis, ac laudabilis soliti, concludentissimè probati respectu Clericorum Ecclesiæ S. Laurentii, accedendi ad associandum Ss. Viaticum, saltem in num. 4. cum Cottis, & Intorltitiis.

255

256

Particolarmente (sunt verba ejusdem contrarii Memorialis §. 16.) *perche non si tratta di atti indifferenti, ma bensì tendenti all'augumento del Culto Divino, & in necessarium implementum servitii Ecclesiæ, ne quali termini deve prendersi ogni interpretazione esclusiva della facultatività Abbas &c.*

257

Et in rei veritate videtur nimis exorbitans, magnumque absurdum, quod à qualificatissima Ecclesia Parochiali, Collegiata, & Basilica SS Laurentii, & Damasi, exeat Ss. Sacramentum cum illa pompa, quæ de anno 1694 numerabat 160. intorstitia, quodque nemo de numeroso Sæculari Clero dictę Ecclesiæ eidem sacræ functioni assistat, quando Laici, & uxorati, propriis manibus victum quærentes, certatim ad dictum effectum proprias artes deserunt, propriaque negocia derelinquunt.

258

Supplicantes demùm benignè condonare tædium Scripturarum sub illa ponderatione, quod magni labores pro defensione nostræ Archiconfraternitatis, non sine præjudicio illius nimium debilitati sensus, in quo anima inhabitat, teste *Plinio*, sequuto *à de la Motte nella Fisica del Prencip. cap. 24.* suscepti sunt propter Jesum tantùm.

259

Sac. Congreg. Visitationis Apostolicæ die 24. Maii 1712. Ponente Eminentissimo de Abdua, infrascriptis dubiis respondit, ut infra:

260

Dub. I. *An Capella, ubi asservatur SS. Sacramentum in Ecclesia S. Laurentii, sit propria Archiconfraternitatis SS. Sacramenti*. Affirmativè in casu &c. Servata tamen consuetudine favore Capituli, & Parochi.

261

Dub II. *An eadem Archiconfraternitas SS. Sacramenti teneatur facere sepulchrum in majori hebdomada in d. Capella SS. Sacramenti, sita in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi; Et quatenus affirmativè*. Affirmativè in casu &c.

262

Dub III. *An teneatur illud facere modo, & forma, qua factum fuit de præterito, in casu &c. Et quatenus affirmativè*. Teneri modo, & forma decenti, juxta Rubricas Ecclesiasticas,

263

Juxtà quas *Pignatel. consul. 90. num. 88. tom. 9* sequendo Instructiones Cæremoniales, circa cultum SS Eucharistiæ, quas ibidem per extensum impressit, ait, sepulchrum saltem debere esse cum duodecim candelis super Altare positis.

Dub. IV. *An teneatur etiam subministrare Canonicis, & Beneficiatis intorstitia occasione functionis in diebus Jovis, & Veneris majoris hebdomadæ, necessaria pro associando Ss Sacramento*. Negativè in casu &c.

264

Dub. V. *An eadem Archiconfraternitas teneatur facere in dicta Cappella Ss. Sacramenti omnibus, & singulis diebus Octavæ Ss. Corporis Christi, tam de mane, quàm ad Vesperas, expositionem Ss. Sacramenti, seu potiùs possit illam omittere in futurum in casu, &c. Et quatenùs affirmativè quoad primam partem*. Negativè, ideft non teneri, in casu, &c.

265

Dub. VI. *An teneatur illam facere modo, & forma, qua practicatum fuit de præterito in casu &c.* Provisum in V.

266

Dub. VII. *An Archiconfraternitas teneatur relinquere saltem duas candelas in Altari dictæ Cappellæ Ss. Sacramenti accensas pro tempore, quo, reposito Ss. Sacramento, per Capitulum recitatur Completorium ante dictum Altare in præfata tota Octava*. Provisum in V.

267

Dub. VIII. *An Archiconfraternitas teneatur subministrare candelas in Altari majori d. Ecclesiæ, & intorstitia Canonicis, & Beneficiatis pro Processione Ss. Sacramenti, die Jovis Octavæ Ss Corporis Christi post Vesperas fieri solita in casu &c.* Negativè in casu &c.

268

Dub IX. *An Archiconfraternitas teneatur subministrare duo intorstitia pro associando Ss. Sacramento, quando per Parochum ab Altare Cappellæ Ss. Sacramenti ad illud S. Nicolai transfertur, & respectivè reportatur*. Affirmativè in casu &c.

269

Dub. X. *An Archiconfraternitas teneatur subministrare saltem quatuor intorstitia pro associando Ss. Viatico, privatim tempore noctis deferendo, in casu &c.* Negativè in casu &c.

Et quatenus affirmativè in omnibus, aut aliquibus ex supradictis dubiis.

270

Dub. XI. *An, non existente fundo pro dd. expensis, liceat, & quomodo de effectibus d. Archiconfraternitatis illas sumere*. Videatur particulariter.

271

Dub. XII. *An possit Archiconfraternitas in dicta Cappella Ss. Sacramenti celebrari facere à suis Cappellanis Anniversaria, aliasque missas cantatas, quarum onus relictum fuit ipsi Archiconfraternitati, tempore, quo non perturbantur functiones Capitulares; seu potiùs eadem Anniversaria, aliæque missæ cantatæ, celebrari debeant à Beneficiatis, in casu &c. Et quatenùs affirmativè quoad 2. partem*. Negativè quoad ad primam, affirmativè quoad ad secundam partem in casu &c.

272

XIII. Dub. *An id practicandum sit eo modo, & forma, qua factum fuit de præterito*. Affirmativè in casu &c.

273

XIV. Dub. *An pro functionibus, quæ fiunt per Parochum, videlicet benedictione qualibet die Jovis, transportatione Ss. Sacramenti à d. Cappella ad Altare S. Nicolai, delatione Ss. Viatici, & administratione Sacramenti Eucharistiæ, teneatur Archiconfraternitas subministrare Stolam Curato in casu &c.* Serve:ur solitum.

274

XV. Dub. *An Cappellanus Archiconfraternitatis possit benedicere Ova tempore Paschali in Sacristia ejusdem Archiconfraternitatis, contigua dictæ Cappellæ Ss. Sacramenti, in casu &c.* Negativè in casu &c.

275

XVI. Dub. *An potuerint, & possint Canonici impedire, quin Confratres exponant quocumque modo in d. Cappella Ss. Sacramenti Lignum S. Crucis, in diebus Inventionis & Exaltationis ejusdem, in casu, &c.* Negativè in casu, &c. Absque tamen celebratione festivitatis.

276

XVII. Dub. *An potuerint, & possint Canonici impedire Confratribus quæstuationem in Octava Defunctorum extra, & propè d. Cappellam Ss. Sacramenti in casu &c.* Negativè in casu &c. Intra limites situs concessi, servata tamen dispositione Constitutionis Clem. VIII.

277

Aderant pariter disputanda sequentia duo dubia.

Dub XVIII. *An liceat Canonicis, & Beneficiatis, nec non Curato in Altari Cappellæ Archiconfraternitatis celebrare missas lectas, seu cantatas pro adimplemento propriorum onerum; sumptibus Archiconfraternitatis, seu potiùs teneatur ad expensas utensilium in casu &c.*

278

Dub. XIX. *An candelæ positæ in Altari Ss Sacramenti ab hæredibus, dum Cadaver est expositum, possint tolli, statim finita functione Exequiarum, quanquam in eodem Altari actu celebretur missa; Vel potiùs sit expectandus finis omnium missa-*

279

missarum, aut saltem illius, quæ actu celebratur in casu &c.

Quæ non fuerunt proposita in d. Sac. Congregatione, eo quia Defensores Capit. agnoscentes bonum Jus Archiconfraternitatis, se declararunt admittere negativè esse resolvendum quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam partem dictum dubium 18. Quo verò ad dub. 19. ultra admiserunt, esse expectandum finem omnium missarum; Ex quibus proindè cessavit necessitas illa proponendi in d. Sacr. Congregatione.

Post resolutionem dd. dubiorum, novam excitarunt prætensionem Canonici, non permittendi Clericis, inservientibus missis in altare Archiconfraternitatis quæstuationem extra Cancellos Cappellæ; Idque adversùs æquè laudabile, pium, ac dupliciter centenarium solitum; Et quia de facto per apertam vim illorum inferiores ministri abstulerunt de manibus dd. Clericorum quæstuantium capsulam, in qua à fidelibus, missam audientibus, poni solent eleemosynæ, ex parte Archiconfraternitatis humilimus habitus fuit recursus ad SS. D. N. de cujus mandato, nedùm restituta fuit eadem capsula eleemosynaria, sed expressè injunctum, ut Canonici in futurum abstinerent ab innovationibus, cum subsequuta eorundem acquiescentia, & continuatione dictæ quæstuationis pro tempore, quo celebrantur missæ in dicta Cappella. Vide *tom. 3. par. 2. discept. 23.*

DISCEPTATIO XVII.

Taurinen. nullitatis Capituli.

P R O

Reformata Provincia S. Thomæ Apostoli in Pedemontio.

C U M

Officialibus ejusdem Provinciæ.

A R G U M E N T U M.

Capitulum, celebratum cum restrictiva, seu coarctatione personarum, & cum impressione sæcularis potestatis, cum simoniaca labe, & mediante præcepto S. Obedientiæ, intimato Vocalibus, ut unum determinatum Religiosum eligant, nullum est.

INstante tempore convocationis Capituli Provincialis Reformatæ Provinciæ S. Thomæ in Pedemontio, transmissus ad illam fuit uti Visitator P. Aurelius Augustinus à Tueno, qui in præjudicium libertatis Vocalium, in detrimentum observantiæ Regularis, & in contemptum Constitutionum Apostolicarum, & Statutorum Ordinis, statim cæpit habere discursus, & tractatus de eligendis Officialibus ejusdem Capituli, mediantibus Breve, vel restrictiva à SS. D. N. impetrandis. Cumque illi devenissent ad aures illorum, qui tunc temporis componebant Definitorium ejusdem Provinciæ, medio juramento exposuerunt P. V. C. G. id nullatenus expedire, rationibus, latiùs expensis in epistola, eidem scripta.

Videntes autem, quod eis nullus in hac parte dabatur auditus & è converso pronis auribus accipiebantur ea, quæ concernebant privationem Canonicæ libertatis omnium Vocalium d. Provinciæ, novum habuerunt recursum ad Eminentissimum Spadam Ordinis Protectorem ipsum enixè rogando, ut opportunum in hac parte ferre vellet auxilium eidem Provinciæ, cujus libertas, & existimatio in summis reperiebantur angustiis, atque ab eodem summa, solitaque benignitate omnia communicata fuere eidem P. V. C. G. cum addito, quod ex fide dignis relationibus constabat eidem Eminentifs. Protectori, talem restrictivam, seu electionem Officialium per extraordinariam viam expeditionis Brevis nullo modo necessariam esse, multoque minùs expedire; Eidem propterea seriò injungendo, ut in hac parte nihil de novo tentaret, absque ejusdem Eminent. Protectoris scientia, consilio, & participatione.

Se exhibuit, ut par erat, promptum ad parendum idem P. V. C. G. Cæterùm præter omnem expectationem, omnesque justitiæ, civilitatis, congruentiæ, & urbanitatis regulas, post discessum Eminentifs. Protectoris ab Urbe, non minùs obreptitiè, quàm subreptitiè extortum fuit à SS. D. N. Breve, eidem reticendo dictam prohibitionem Eminentifs. Protectoris, & forsan etiam exponendo inter alia, quod ille non dissentiebat. Unde idem Emin. ad Urbem reversus, & de prædictis omnibus informatus, illorum erroneitatem, & insubsistentiam aperuit SS. D. N. qui demandavit primo loco Capituli suspensionem, & deindè restitutionem Brevis, illiusque remissionem ad Urbem, & successivè de medio sublata eadem suspensione Capituli, demandavit ad illius celebrationem procedi ad terminos Apostolicarum Constitutionum, & Ordinis Statuta, relinquendo Vocalibus libertatem eligendi digniores, ut ex secunda epistola d. Eminentifs. de mandato SS. scripta P. Visitatori, ibi: *Onde ella convochi pure il Capitolo Provinciale, lasciando in libertà li PP. Vocali.*

Punctualiter adimpleta fuit prima pars hujus oraculi SS. D. N. & præcepti Eminentifs. Protectoris, circa Capituli convocationem, sed inaudito, fereque incredibili exemplo, prorsùs neglecta fuit secunda, circa necessariam libertatem Vocalium, ex quo ad hoc, ut idem sequeretur effectus, ad quem directum erat Breve, electionis nimirùm illorum, qui specificati in illo fuerant, contra mentem SS. & præceptum Eminentifs. Protectoris, habitus fuit recursus ad Sæcularem Potestatem, supplices enixasque eidem porrigendo preces, ut manus præberet adjutrices eidem P. Visitatori, prout infra, cui per hæc formalia verba injunctum fuit, ut omnibus modis procuraret electionem nominatorum, & specificatorum in epistola: *In virtù di S. Obbedienza ordino à V. P. R. & à tutti gl'altri PP. Vocali, che &c. si compiacciano d'eleggere per Ministro Provinciale, Custode, e Definitori delli qui sotto nominati soggetti, da me approvati.*

Coadunato igitur Capitulo ab eodem Visitatore, *Et in esso introdotto il Sign. Conte Foschieri Comandante di questa Città, il medesimo disse alli Vocali, che S. A. R. desiderava, e comandava, che per questa sol volta, senza tratto di consequenza, dovessero obbedire agl'ordini del loro Superiore Generale, contenuti in una sua lettera, e che se qualcheduno de Vocali avesse avuto qualche cosa in contrario la significassero per portarla alla notizia di S. A. R. e non fù risposto da altri, che dal Provinciale, e dal Guardiano del Convento, che dissero esser tutti pronti d'obbedire alli comandi di S. A. R.* ut refert Reverendifs. Archiepiscopus in Relatione, per extensum exhibita in Secretaria.

In hoc rerum statu, nemo non videt summas illas angustias, à quibus undique præmebantur iidem Vocales, dùm ex una parte fortiter laicales urgebant jussiones, & ex alia formale S. Obedientiæ præceptum illorum conscientias stringebat, torquebatque. Quibus ad majorem faciendam impressionem à d. P. Visitatore duæ aliæ superadditæ fuerunt antiphonæ. Prima, quod P. V. C. G. *Aveva l'oracolo di S. S. circa li Soggetti eligendi.* Secunda verò, quod *Avvertissero li Vocali, perche se avesse ritrovata una schedola, difforme dal concerto, tenuto nello scrutinio, avrebbe ritirata appresso di se detta schedola, e si sarebbe immediatamente partito dal luogo Capitolare, e questo lo dicono undeci Vocali, & altri tredici, confermando il medesimo, aggiungono, che detto Commissario soggiungesse in tal occasione, che averebbe portata detta Schedola à S. A. R.* ut refert Reverendifs. Archiepiscopus *in d. Relatione §. 1. in fine, & §. Dunque.*

Cum istis præliminaribus facilè fuit assequi finem, ab initio præfixum, oppressionis nimirum Provinciæ, & conculcationis Constitutionum Apostolicarum, & Statutorum Ordinis, mediante scilicet electione illorum, qui specificati fuerunt in dicta epistola; Idque adversus rotundum Pontificium oraculum, & cubiiale Eminentifs. Protectoris præceptum. Quia verò paulò post timebat recursum, & reclamationes Vocalium, & universæ Provinciæ, adversùs hujusmodi improprium, inauditumque modum, in dicto Capitulo practicatum, ad illas impediendas omnem movit lapidem Commissarius Visitator, imponendo etiam omnibus Vocalibus sub præcepto sanctæ obedientiæ: *Di non parlare à chi si sia di quanto s'era fatto in d. Capitolo, e della forma, tenuta in esso,* sunt verba Reverendifs. Archiepiscopi in d. Relatione §. *Dopo.*

Omnia hæc exposita fuere SS. D. N. mediante supplici Libello EE. PP. distributo, qui dignatus fuit per organum Secretariæ Status scribere Reverendif. Archiepiscop. Taurin. ut super expositis in eodem Memoriali illi transmisso, justam, atque veridicam sumeret informationem, illamque captam eidem SS. mitteret; In cujus supremi præcepti obsequium iidem Archiepiscopus solita maturitate, & prudentia sigillatim

12 tim vocavit ad se, & strictè examinavit ferè omnes illos, qui votum dederunt in Capitulo, legitimè composito ex 29. Vocalibus, dum *in §: Dunque* mentionem facit de 24 neque audire potuit alios quinque, ex quo in longiquas discesserant partes, à quibus, non sine maxima difficultate Taurinum reverti poterant.

Habita à P V. C. G. notitia hujus recursus per Principales 13 ad SS. facto, novas ipse porrexit preces Laicali Potestati, cum secunda epistola per nos jam distributa, ex gratia ponderanda, quæ non sine admiratione recepta fuit, atque originaliter consignata Reverendiss. Archiepiscopo, ut illam, unà cùm Informatione Romam mitteret.

Transmissa itaque d. Informatione SS. dignata fuit hanc particularem Congregationem deputare super omnibus præmissis, undè supplicamus humiliter pro declaratione nullitatis d. asserti Capituli, & libertate canonica Provinciæ, ut 14 valeat ad novum Capitulum procedere, servata forma Apostol. Constit. atque dispositione Statutorum nostri Ord. & ab EE. PP. obtinere speramus.

Siquidem ex facti serie, supra fideliter expressa, & comprobata ex dicta Relatione Reverendiss. Archiepiscopi, constat de restrictiva personarum eligendarum in nostro Capitu-15 lo, à non habentibus talem facultatem facta, & quod magis est, fereque videtur incredibile, adversùs Summi Pontificis oraculum, & Eminentiss. Protectoris præceptum, artificiis omnibus, indirectisque modis procurata, & quidem non sine vilitate, implorato etiam auxilio sæcularis potestatis. *Cessat autem electio* (sunt verba *Text. in cap. Ubi periculum § Cæterum de Elect.*) *dùm libertas adimitur eligendi*, ubi communiter *Repetentes*, uno ore affirmantes, libertatem adeò esse de substantia, & essentia electionis, ut sine illa nunquam valeat 16 subsistere, circa quod concordant adducti per *Mirand. in Manual. Prælat. quæst.* 10 *tit.* 2 *art.* 22. *concl.* 2. *Lavor. variar. lucubr. tit.* 4. *qu.* 22. *Sigismund. à Bonon. de Elect. dub.* 52. *& seq. Pignat. consul* 77 *num.* 7 *tom.* 10. *& Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 18. *num.* 12. Idque per viam legis generalis resolvit Sac. Congr. Concilii, ut videre est in *Lib.* 12 *Decr. f.* 136. ibi: *Anstante libertate electionis liceat Prælato Regulari proponere duos, vel tres, ex quibus necessariò eligatur unus, Sac. Congreg. censuit,* 17 *non licere.* Quæ resolutio vim legis obtinet per ea, quæ observat *Fagnan. in cap. Quoniam de Constitut.* cum aliis à me citatis in *Instit Crim. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *num.* 149

Quod liquidò constat ex dicta Reverendiss. Archiepiscopi 18 Informatione, quæ superlativam facit probationem, etiam omnium illarum circumstantiarum, quæ, vel præcesserunt, vel fuerunt concomitatæ idem Capitulum. Magna siquidem & meritò præberi solet fides similibus Episcoporum relationibus, ut notat *Bertachin. vot. dec.* 100. *nu.* 16. & quotidiè *Rota*, ut videre est in decis à me citatis *in tract de Livel. §.* 12. *n.* 10.

Fortiùs in nostro casu, in quo eadem Relatio composita, vel transmissa non fuit ad unius, vel alterius Partis instantiam; Minusque in hac materia ultroneè se intromisit idem 19 Reverendiss. Archiepiscopus, sed in executionem præcisæ jussionis SS. D. N. ut se declarat in principio: ibi: *Per dare à S. S. una distinta, & accertata Informazione del recente Capitolo di questi PP. Riformati di S. Francesco della Provincia di S. Tomaso, come mi fù benignamente ingionto, &c.* ut in individualibus terminis alterius Capituli nostræ Religionis, me scribente, novissimè practicavit *Sacra Congregatio Episcoporum in Papien.* 22. *Januarii* 1707. non solùm procedendo cum dicta Relatione, sed ulteriùs demandando, ut idem Eminentiss. Archiepiscopus præsidere deberet in proximo 20 Capitulo Provinciali, ut tunc fuit punctualiter exequutum, & hodiè practicandum confidimus.

Videtur autem apertam vim facere intellectui consideratio illa, quod poni debeat ad partes, ut exadverso prætenditur eadem Relatio, & procedi cum affectatis attestationi-21 bus Adversariorum. Deus scit, quibus mediis extortis; Si enim id asserendum nullatenùs esset in nullo personarum genere, quanto magis in attestatione pro veritate edita, seu Relatione personæ, adeò qualificatæ, & in sæculo, & in ecclesiastica Hyerarchia, atque Summo Pontifici directa, & à SS. demandata, & volita, juxta animadversa supra *discep.* 4. *n.* 64. Præcipuè quia idem Archiep. nullum particularem interesse 22 habebat in hac re, nullumque lucrum sperare, nec præjudicium timere poterat à validitate, vel invaliditate nostri Capituli, ut ad augendam fidem testibus, longè inferioris qualitatis, notat egregiè *Rol. in. consil.* 38. *num* 38 *lib.* 1. *Conciol. resol. Crimin. verb. Falsum resol.* 6. *num.* 2 *&* 3. *& Rot. dec.* 24 *nu.* 31. *par.* 19. *rec. & in Romana Testamenti* 4. *Martii* 1697. *§. Respectu cor. Card Caprara.*

Cui tantùm abest, quod suffragetur, quin potiùs retorquetur ad hominem animadversio *contrariæ Scripturæ § Sed Adversarii*, ibi: *Ab Archiepiscopo Taurini, qui ætate senio* 23 *confectus, cùm sit facilis ad impressionem, auditis per suum Vicarium Generalem extrajudicialiter nonnullis, suppresso etiam nomine eorum, retulit Informationem satis gravem Principalibus.* Similia enim gratis asserere idem est ac redarguere Summum Pontificem de mala electione personæ, quæ ipsum de gestis in d. Capitulo, & illius occasione justè, ac sincerè informaret, & de non sufficienti cognitione Reverendiss. Archiepiscopi Taurinen. quod quantum insubsistens sit de se patet.

Addito, quod eadem Relatio mirabiliter corroboratur ex contrariis Scripturis, ut ex illarum confrontatione, præcipuè circa præceptum sanctæ obedientiæ, datum in contr. Summ. Circa personas, specificatas in epistola P. V. C. G. de 24 quibus in eodem Summ. Circa declarationem Commissarii Visitatoris. *Che se li Vocali non gl'attendevano la parola, datali nelli scrutini, averebbe prese le cedole, e sarebbe andato, Dio sà dove.* Nimis autem facilè est devenire in cognitionem istius loci, combinanti operationes illas, quæ præcesserunt scrutinium. Et demùm circa recursum ad sæcularem potestatem, circa quem non possumus congruentiùs afferre testimonium, quàm seriam confessionem P. V. C. G. ibi: *Il che essendo seguito mediante la Divina assistenza, e benignità di V. A. R.*

Nec ullatenus officit ultronea illa attestatio, quæ registrata fuit in contr. Summ. Quidquid enim sit, an permitti de-25 beat Superioribus Generalibus ante celebrationem Capitulorum Provincialium post informationes, quas habent, vel paulò ante sumunt, circa qualitates concurrentium ad officia, injungere Vocalibus, & Visitatori, *che premino sopra l'elezione de tali, e tali proposti, giudicati da tutto il corpo della Provincia li più idonei*, ut dicitur in d. contraria attestatione, qui neque est casus noster, dùm electi in nostro Capitulo nulli existimati fuerunt idoneiores à tota Provincia. Hoc unum est indubitatum, & contrarium erit forsan inauditum in nostra, & in omnibus aliis Religiosis Provinciis, quòd ad 26 d. effectum possint iidem Superiores uti exorbitantibus, & strangulatoriis mediis, vel præcepti sanctæ obedientiæ, vel recursus ad sæcularem potestatem, vel declarationis, quod aliàs aperientur schedulæ, & præsentabuntur: *Dio sa dove*, vel mediantibus violentissimis operationibus Visitatorum injungentium profundum silentium gestorum in Capitulo. Sunt enim hæc adeò impropria, ut modestè loquamur, talique claritate opposita Sacris Canonibus, 27 Apostolicis Constitutionibus, & nostri Ordinis Statutis, ut mirùm certè videatur, quod liniri prætendantur, vel cum dd affectatis attestationibus, vel sub prætextu zeli, publicique boni.

Insanabili huic defectui jungitur alius pacti simoniaci, quod non negatur in contraria Scriptura § *Insuper*, ibi: *Quia etiam data veritate hujus pactionis, factæ per Commissarium Visitatorem tamen hic non intraret simonia, quia ille tantùm* 28 *promisisset propositionem P. Stephani de Baldisserio*, & clariùs exprimitur à Reverendiss. Archiepiscopo in d. Relatione *§. Oltre*, ibi: *Per far cadere l'elezione del Definitoriato nella persona del P. Onorato Maria di Saorgio, che il P. Commissario aveva trovato escluso nelli scrutini, fu convenuto con patto espresso, e simoniaco del P. Commissario, che haverebbe proposto per Definitore della Custodia del Piemonte il P. Stefane di Baldisserio, desiderato dalli Vocali, non ostante, che non* 29 *fosse compreso in d. restrittiva, purche dalli Vocali fosse eletto in Definitore della Custodia marittima il sudetto P. di Saorgio, come è seguito.*

Quod enim hujusmodi pactum contineat detestabilem simoniacam pactionem, in terminis probat *Pignatel. consult.* 44. *à num.* 10 *usque ad* 41 *tom.* 10 ubi innumeros cumulat concordantes; Quodque talis simoniaca labes, etiam respectu 30 unius voti, totam inficiat electionem, operetur que nullitatem integri Capituli, benè probant *Fagnan in cap. Nobis nu.* 3. *& seqq. & num* 16 *de Simon* & meliùs *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap* 19. *nu.* 275. *& Card. de Luc de Canon disc.* 28. *n.* 7.

Absque eo quod obstet reflexio contraria, quod idem Commissarius Visitator, qui ad talem devenerat detestabi-31 lem pactionem, non debebat eligere, sed solum proponere; Quia proponere aliquem Capitulo, cum formali præcepto sanctæ obedientiæ, ut ipsum eligant cum expressa jussione sæcularis potestatis, ut Vocales omninò pareant mandato Superioris cum protestatione Visitatoris, quod si non exequebatur promissa volebat aperire schedulas, illasque deferre, *Dio sà dove*, & cum aliis impropriis modis, supra perpensis, est plusquam eligere, ut consideranti manifestum est; Nisi dica-

dicamus in tantùm exadverso talem operandi modum non vocari electionem, quia in illo nulla apparent signa libertatis, sinequa electio nunquam verificatur *ex supra allegatis*, & addimus punctualem *resolutionem Sacræ Congreg. Concil.* relatam *à Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 19. num. 33.* ubi, quod eadem Sac. Congreg. omninò improbavit similem operandi modum sub præcepto sanctæ obedientiæ, quodque electio, taliter extorta, sit prorsùs nulla, quia talis eligendi modus libertati electionis, & naturali consensui adversatur.

32

Probata ex his evidenti nullitate nostri Capituli, nulla vis fieri potest in generalibus illis regulis, quas herbam bettonicam, & pannos calidos vocat *Card. de Luc. de Legat. disc. 61. num. 7.* quod in dubio respondendum sit pro validitate electionis, quodque illa semper sit valida reputanda.

33

Hujusmodi enim, & similes præsumptiones cedere debent veritati, concludenter ex supra animadversis comprobatæ, per ea, quæ notant *Gaill. Pract. observ. cap. 144. num. 6. lib. 2. & Rot. cor. Priol. dec. 112. nu. 3 & in Roman. Fructuum Census 26. Januarii 1705. §. Addito cor. Ansaldo.*

34

Prout etiam nullum fieri potest fundamentum in eo, quod non compareant aperti Oppositores adversùs nostrum Capitulum; Hoc enim non subsistit in facto, & non relevat in jure.

35

Non subsistit in facto, ut testari poterunt Eminentiss. Protector, & Illustriss. Secretarius; Non relevat in jure, quia concurrente justa causa, qualis reputatur lis cum Superioribus, non solent magna Tribunalia obligare recurrentes, & oppressos ad pandendum eorum nomina, idque ad evertendas ab eisdem miserabilibus recurrentibus ulteriores vexationes, de quibus in nostro casu habemus plura exempla in d. Relatione Reverendiss. Archiep.

36

In hac autem parte, omissis generalibus, de facili cumulandis, adducimus *individualissimam resolutionem Sac. Congreg. Episcoporum*, quæ anno 1707. in præcisis terminis alterius Capituli Provincialis nostræ Religionis in citata *Papien.* nedùm non obligavit recurrentes, ut se subscriberent, sed permisit ulteriùs, ut ipsimet legales Defensores in Curia, neque etiam apponerent proprium nomen in Scripturis, vulgari idiomate ex d. causa compositis, & distributis.

37

Demùm non credimus exadverso insistendum in prætensa sanatione nostri Capituli; Sumus enim in terminis electionis, evidenter nullæ, ob essentiales defectus libertatis eligentium, Impressionis potestatis sæcularis, de qua in nostris terminis egregiè *Fagnan. in cap. Quisquis num. 23. de Elect.* necnon deceptionis Vocalium, & pacti simoniaca pravitate infecti, in quibus circumstantiis similes electiones dicuntur prorsùs insanabiles, ea viva ratione, quia uti in radice nullæ dicitur adesse defectus subiecti sanabilis, & contraria prætensio importaret potiùs resuscitationem mortui, vel viventis creationem, quàm sanationem infirmi, ut egregiè distinguendo casum, in quo agatur de formalitatibus electionum, à casu nullitatum, concernentium ipsam essentiam, vel substantiam electionis, notant *Matt. de Caus. consist. sect. 20 num. 44. Pasqualig. Quæst. moral. can. cent. 2. quæst. 109. ex num. 2. Passer. de Elect. cap. 33. num. 167. vers. Et nihilominus Card. de Luc. de Regul. disc. 1. num. 44. & sequent. & disc. 3. num. 5. & disc. 11. num. 12. & disc. 53. num 4.* & in debilioribus terminis nullitatum longè inferioris qualitatis, ac sint nostræ, novissimè respondit Sacr. Congreg. Episcoporum, Ponente Eminentiss. Paracciano, *in Tertii Ordinis nullitatis Capituli 29. Martii 1707.* cum rescripto: *Capitulum non sustineri, nec esse locum sanationi*, pro quo rescripto, & nos iterum supplicamus.

38

39

In eadem Causa.

SI pervolvantur Chronicæ nostri Ordinis, & Annales omnium aliarum Religionum, difficile erit invenire Capitulum Provinciale, quod cum minori libertate, & majori sæcularis potestatis, & propriorum Superiorum impressione, atque spretis omnibus justitiæ, & congruitatis regulis erga mandata Papalia, & Ordinis Protectoris replicata præcepta, conclusum fuerit, ac est illud Capitulum, quod coram hoc sacrosancto Consessu exadverso defenditur hodiè, præteditirque omnibus modis sustineri, magnam aperiendo portam Superioribus Generalibus pro omnibus futuris temporibus, & casibus, non solùm qualificandi plures personas, aptas ad gubernium, sed mediante formali præcepto sanctæ obedientiæ strictissimè injungendi Vocalibus, ut illas eligant, adhibito etiam sæculari brachio, demandante eisdem Vocalibus, ut eidem præcepto pareant, qui modus procedendi per viam sanctæ obedientiæ in terminis reproabtus fuit à Sac. Congreg. Conc. in punctuali resolutione, quam referunt, & sequuntur *Passerin. de Elect. cap. 2. num. 68. & Sigismund. à Bonon. eodem tract. dub. 91. num. 13.*

40

Ad enervandam vim hujusmodi strangulatoriis modis, dicitur exadverso, præceptum obedientiæ modificatum fuisse à verbis illis: *si compiacciano eleggere*; Sed pro adæquata responsione dignentur EE. PP. observare, quod hoc præceptum non erat directum alicui novitio, vel duræ cervicis laico, sed integro Capitulo, composito ex omnibus qualificatis Religiosis nostræ Provinciæ quive perfectè callebant vim formalis præcepti sanctæ obedientiæ, & quantæ sint efficaciæ etiam verba deprecativa in ore, vel in mandatis Superiorum, unita cum d. formali præcepto; Fuit igitur ad praxim reducta d. formula ad magis excitandum animos eorundem Vocalium ad parendum, ut scilicet mediantibus dictis civilibus verbis iidem qualificati Religiosi promptiùs obedirent.

41

Respondemus 2. quod res non stetit in dictis siccis verbis *si compiacciano*, sed pro executione d præcepti sanctæ obedientiæ ex parte P. V. C. G. scriptum fuit P. Commissario, *ordino à V. P. e à tutti gli altri Padri*. Ex alia verò parte superadditum fuit aliud rotundum præceptum laicæ potestatis, *che desiderava, e comandava, che per questa sol volta, senza tratto di conseguenza, dovessero obbedire agl' ordini del loro Superiore Generale*, à quo hujusmodi sæcularis Principis præceptum parum commendabiliter obtentum fuerat, ibi: *Supplicandola ad assistere con la sua suprema autorità al P. Visitatore*. Difficile siquidem erit ostendere quod d formale præceptum sanctæ obedientiæ non dicatur obligatorium, ex eo, quod unitum fuit cum d. verbo *si compiacciano*, dum eodem tempore idem præceptum ad instantiam ejusdem V. C. G. colligatum apparet cum aliis *comandava volessero obedire agl' ordini del loro Superiore*: Advertendo, quod hìc non dicitur *alle preghiere, alle raccomandazioni, &c.* sed *agl' ordini*, quod verbum nullam admittit conciliationem cum illa libertate, quæ simpliciter necessaria est ad validitatem canonicæ electionis, juxta *Text. in cap. Terra de Elect.* & animadversa per *Amen. de Delict. & Pæn. tit. 5. §. 8. num. 58. & Donat. Rer regul. tom. 1. tr. 1. de Statut. form. elect. qu. 9. per tot.*

42

43

Concordant responsiones Vocalium, *che dissero, esser tutti pronti di obedire alli comandi di S. A. R.* Verba enim ista *obedire alli comandi*, clarè ostendunt elongationem libertatis à nostro Capitulo, ut consideranti manifestum est.

44

Ad quid enim seriò, & mediantibus replicatis epistolis recurrere ad sæcularem Principem, ut jubeat, præcipiatque Vocalibus, effectu subsequuto, *che per questa volta, senza tratto di conseguenza, dovessero obedire agl' ordini del loro Superiore Generale*, si ille procedere volebat per verba civilia, *si compiacciano, per obligarme con la loro prontezza &c.* Sunt hæc adeò incohærentia, & se ipsa taliter destruunt, ut mirum certè videatur, quod coram hoc Sacrosancto Consessu exagerentur ad proiiciendam pulverem ante oculos sapientissimorum Judicantium.

45

Quæ omnia mirabiliter confirmantur à declaratione ejusdem Principis sæcularis, qui terminato Capitulo *di questo fatto hà voluto S. A. R. esser pienamente informata, come che anche ad essa per ottenere il suo braccio fù supposta per legitima la detta restrittiva*. Ex quibus ad oculum patet, quod non fuit in controversiam deducta existentia claræ restrictivæ, sed solùm qualitas illius legitimitatis, ibi: *Fù supposta per legitima la detta restrittiva*, quæ tamen non potuit esse magis illegitima, magisque insubsistenter volita, & inculcata, dum processerat ex sola voluntate Superioris Generalis, adversùs mandata Papæ, & præcepta Eminentiss. Protectoris, injungentium *di lasciare in libertà li Padri Vocali*, quo nihil absurdius, nihilve scandalosius.

46

Observando etiam hic verba illa: *anche ad essa*, quæ manibus palpare faciunt, omnibus Vocalibus suppositam fuisse, & pro valida decantatam illius legitimitatem, cum illo alio gratuito adinvento, quod Superior Generalis *aveva l'oracolo di S. S. circa li soggetti eligendi*, cujus oppositum ex diametro justificavimus, dum SS. D. N. rotundis literis demandaverat, restituendum esse Breve, & relinquendos esse Vocales in eorum plena libertate.

47

Ex quibus clarè resultat dicta restrictiva prorsùs illegitima, & illegalis; Sed quando per modum simplicis discursus & falsæ hypothesis, aliquod circa illam remaneret dubium, quod non credimus, adhuc ad nostrum effectum superabundaret, quod talis restrictiva resonaverit in auribus omnium Vocalium, de mandato Superioris Generalis, cum supposito,

sito, quod in hac parte haberet Pontificium oraculum, & cum illa alia circumstantia, quod Sæcularis Potestas demandaverit Vocalibus, ut pro hac vice omnino parerunt eidem Superiori, ad hoc ut electiones cum talibus præliminaribus procuratæ corruant, per ea, quæ in nostris terminis notat egregiè *Passerin. de Elect. cap. 3. num. 49.* solidè advertens, quod in his terminis in tali electione dicitur deficere consensus, eo *quia Electores in alium consenserunt, vel vi, vel fraude, vel saltem ex propria ignorantia ducti, & elegerunt, quem non volebant eligere.*

48

Neque applicatur contraria responsio, quod Sæcularis Potestas nihil aliud in hac parte fecerit, quàm excitare animos Subditorum ad parendum eorum Superiori Generali, quod prætenditur illi esse permissum à Constitutionibus Ordinis; Quantum enim frivolus sit hujusmodi prætextus, ex eo evidenter deducitur, quod eadem Sæcularis Potestas non injunxit, neque mandavit indefinitè, & generaliter Vocalibus, ut exequerentur contenta in epistola eorum Superioris Generalis, sed *per questa volta solamente, senza tratto di conseguenza, dovessero obbedire agl' ordini del loro Superiore Generale*, quæ manifestè ostendunt, eadem verba relata fuisse ad restrictivam, dictæ Sæculari Potestati gratis suppositam pro legitima, non autem ad generalem observantiam Constitutionum, & Regularum nostri Ordinis, quæ non pro unica vice dumtaxat, minusque absque consequentiæ tractu, sed semper Religiosos obligant, illasque exequi tenentur, ut de se patet.

49

Ex quibus nulla remanet necessitas insistendi in qualitate, & modo, quibus eadem Sæcularis Potestas manus in nostra electione apposuit; Ex eo enim, quod minister aliquis sæcularis non intervenerit in ipsomet actu electionis, nullatenùs excluditur eadem impressio, dum habemus actus antecedentes, de quibus egregiè *Rota* in terminis similium actuum, de mandato ejusdem sæcularis Principis *in dec. 341. num. 9. par. 10. recent.* Habemus ulteriùs expressam voluntatem ejusdem Principis, omnibus Vocalibus latis, superque expressam, ut omninò parerent præcepto Superioris Generalis, utque ad ipsam Sæcularem Potestatem deferrent quidquid in contrarium habebant, ut, aliis adductis benè observat *Passerin. de Elect. cap. 9. numer. 3.* ibi: *Quæritur tertiò quid sit eligere per abusum sæcularis potestatis &c. Et tandem si laicus quocumque modo se ingerat electioni*, & habemus Textum *in can. Nullus 63. distinct.* ibi: *Nullus Laicorum Principum, vel Potentatum semet inserat electioni, &c. ne videlicet ordinata, & incongrua fiat electio*, ubi egregiè *Fagnan. n 36.* ibi: *Pondera quia non dicitur eligat, sed semet inserat electioni, & n. 23.* ibi: *Quintus casus, quando Laicus Princeps vel Potestas interest electioni, non cogendo, sed incutiendo metum electoribus, ut certam personam eligant, & hoc casu talis Electio proculdubio est per abusum potestatis laicalis, ut innuit hæc litera &c.*

50

51

Quæ omnia, eo majorem merentur animadversionem, quo talis impressio totis viribus, & mediantibus replicatis epistolis procurata fuit à dicto Superiore Generali, ut tolleret in hac parte illam libertatem nostræ Provinciæ, quam ei de mandato Summi Pontificis, & ad tenorem præcepti Eminentissimi Protectoris relinquere tenebatur, & omni jure debebat; Illa superaddita circumstantia rotundæ declarationis Visitatoris, *che si sarebbe posta la cedola nel cappuccio, e l' avrebbe portata à S. A. R.* quatenùs Vocales sibi promissa non servassent, postquam dixerant *di esser tutti pronti di obedire alli comandi di S. A. R.* Modus certè nimis extraordinarius, & in summo strangulatorius, non adhuc forsàn practicatus in aliquo Capitulo ad incutiendum metum Vocalibus, præcipuè postquam in nostro Capitulo notum erat quidquid paulò anteà in nostra Civitate practicatum fuerat cum PP. Carmelitis.

52

53

Nec relevat animadversio, quod eadem restrictiva non verificetur punctualiter adimpleta cum omnibus omninò Religiosis, specificatis in epistola Superioris Generalis, ex quo electus fuerat P. Stephanus à Baldisserio, in illa non comprehensus; Ultraquod enim illius verificatio in quinque ex sex electis in eodem Capitulo superabundare videtur ad effectum de quo agimus.

54

Supplicamus observare quod res discussa fuit in Capitulo, composito ex Theologis, in Doctoris subtilis schola nimis versatis, à quibus conclusum fuit, id posse fieri (an autem benè vel malè, ipsi videant, propriæque conscientiæ consulant) non obstante dicta non comprehensione in epistola Superioris Generalis, eo quia idem Pater Stephanus comprehensus fuerat in Breve SS. Dom Nost procedendo forsàn cum regula quod sicuti interpretatio admittitur etiam in Jure Divino, ità illa exclusa dici non debebat

55

in nostro casu, ibi: *Dichiarandosi d' interpretare la mente di S. B. per trovarsi nel Breve &c nominato per Definitore.*

II. respondemus, quod electio ejusdem P. Stephani tantum abest, quod Capitulum, de quo agitur, à nullitate salvet, quin potiùs illam concludentissimè comprobet, ex alio quidem capite, sed æquè principali, & majori pœna digno, dum omnes Vocales concordant, electum fuisse mediante simoniaca pactione, seù labe, hoc est mediante expresso pacto circa mutuum reciprocumque suffragium, ut in terminis terminantibus egregiè probant *Amen* nostræ Religionis Alumnus *in tract. de Delict. & Pœn. titul. 8. §. 7. de Simon. num. 56. & Donat. Rer. Regular. tom. 2. tract. 1. de Natur. & form. elect. qu. 22. per tot. & Matthæucc.* pariter nostræ Religionis Alumnus *in Official. Cur. Eccles. cap. 18. sub num. 24.* quæ simoniaca labes ex se sola apta est totum Capitulum infringere, ex punctualibus authoritatibus adductis supra *num. 30.* quibus addimus *Donat. Rer. Regul. tom. 2. tract. 1. de Nat. elect. quæst. 22. num. 9. Squillant de Oblig. Cleric. par. 4. dub 15 sub nu. 85. & Alphons. de Leon. de Offic. Cappellan quæst. 5. n. 202.*

56

57

Poterat omitti exageratio, quod probationes, ex hac parte adductæ, fundentur in dictis illorum Religiosorum, quorum aliqui contrarium attestati fuerunt in simplicibus, affectatisque fidibus, exadversò exhibitis.

58

Quia nos adducimus examen, seù depositionem ferè omnium Vocalium, pro veritate subscriptorum, atque transmittendam Jesu Christi in Terris Vicario ab uno ex ejus principalioribus ministris, & quidem de ejusdem Summi Pontificis speciali mandato; E converso autem contrariæ attestationes mendicatæ fuerunt, & Deus scit, quibus artibus extortæ, opera Superiorum Generalium post intentatam, divulgatamque Capituli nullitatem, & propterea inter contrarias, & nostras probationes verificatur discrimen illud, quod ex ore Pii II. lepidè considerat *de Rubeis in disc. ad Stentiar. Amator.* impresso *in par. 4. tom. 3. rec n. 95* quod scilicet *nostræ transiverint per Veronam, contrariæ autem per Placentiam.*

59

Fortiùs, quia Vocales illi, qui contrarias fecerunt attestationes, concernentes libertatem in eligendis Officialibus nostri Capituli, decepti fuerunt ab Adversariis sub illo specioso supposito, quod restrictiva, demandata à Superiore Generali, utì innixa oraculo Pontificio, esset undequaque legitima, ut apertè se declarant, ibi: *Soggiungo di aver segnato una fede all' odierno Provinciale, in cui dichiarai di aver proceduto all' elezzione libera mente; Mi dichiaro però di aver fatto questo col supposto che la restrittiva fosse legittima, come hò detto, perche fù canonizata da una lettera del Sign. Card. &c. coll' oracolo di S. S. e publicato dal P. Commiss. Visitatore*, & ibi: *Devo anche dire, che circa la metà di Quaresima or scorsa son stato richiesto dal P. Provinciale di sottoscrivermi in una fede, da lui presentatami, circa l' aver concorso liberamente nell' elezzioni capitolari, e mi sono à quella sottoscritto con il supposto, che detta restrittiva fosse valida, e legitima*; Quo supposito ex prædictis corruente, nullum fieri potest fundamentum in dictis attestationibus, juxtà animadversa per *Rot. in decis. 584 numer. 12. coram Dunoz jun. & dec. 274. num. 11. part. 17. rec.*

60

61

Exclamationes circa relaxationem nostræ Provinciæ, & melita illa verba: *Desiderando Io, che si sbarbichino gli abusi introdotti, e si rimetta in piedi la decaduta osservanza*, quibus abundant contrariæ Scripturæ, nullum aliud habent à parte rei fundamentum, quàm assertiones Adversariorum: Ex alia verò parte sumus in materia objectiva, & criminosa, in quibus procedendum non est cum verbis, sed cum probationibus, sole meridiano clarioribus, ut in terminis advertit *D. Ad. Piton. discept. Ecclesiast. 21. num. 4.* ibi: *Excludunt totaliter somniatam relaxationem Provinciæ, quæ cæteroquin, utì materia objectiva, non est de facili credenda, & præsumenda, sed contra illam capienda est omnis interpretatio ad Text. in cap. final. de Præsumpt. & optimè in terminis Pignatel. consult. 8. num. 6. tom 1.*

62

Hujusmodi substantialibus nullitatibus coarctationis, seù restrictivæ, impressionis brachii sæcularis, & simoniacæ labis, junguntur aliæ, publicationis unius schedulæ, neque etiam exadversò impugnatæ, non intimationis Capituli prò determinato die, & tempore, renunciationis duorum ex designatis in epistola Superioris Generalis, absque ulla legitima facultate à Visitatore acceptatæ, cum illo inconvenienti, quod respectu officiorum, pro quibus erant specificati, verificari non potuit electio, dum remanserunt du... alii, qui necessariò fuerunt electi, eligere enim est unum ex pluribus accipere; *Donat. Rer. Regular. tom. 2. tract. 1. de Natur. elect. quæst. 9. num. 1.*

63

Itaut ad imitationem eorum, quæ in simili casu egregiè

 notavit

notavit *clar. mem. Card. Sfondrat in Libro, cui titulus L. R. fol. mihi* 100. non sine fundamento concludere possumus, quod si in Scholis, gratiam exempli, specificandum esse Capit. evidentèr nullum, assignari congruè posset Capitulum Reformatæ Provinciæ Sanct. Thomæ Taurini, celebratum de 65 mense Januarii 1708. eo quia respectu ejusdem omnes ferè defectus, omnesque nullitatis species unitim concurrunt, quæ sparsim à Doctoribus pro nullitatibus similium Capitulorum considerantur.

In eadem Causa.

QUando nel Memoriale volgare distributo all' EE. VV. non vi si leggesse il nome di Religioso tanto qualificato, quanto è quello del P. O. M. di Saorgio, si sarebbe lasciato senza risposta, con fiducia, che l' EE. VV. ad imitatione di ciò, che osservano *Farinac. quæst.* 150. *numer.* 10. e *Cosp. nel Giudic. Criminalist. quæst.* 1. *capit.* 14. *numer.* 24. ne avessero 66 fatto quel conto, che suole farsi de' Libelli famosi, senza nome delli Autori, giache la sola lettura lo fà conoscere per tale; Mà essendosi fatto lecito il medesimo Religioso di distribuirlo à suo nome all' EE. VV. e divulgarlo per tutta la Religione, si stima necessario rispondergli, in essecuzione di quanto si prescrive ne' *Proverbii* 26. 5. e coerentemente à quanto insegnano li primi Luminari della Sag. Teologia *Sant' Agost. de Serm Dom. in Montib. lib.* 1. *cap.* 34. e *S. Tomaso* 2. 2. *quæst.* 72. *artic.* 3. *in corpore*.

In 1. luogo alle asserzioni pur troppo insossistenti, che vi si leggono contro Monsignor Arcivescovo di Torino, e suo Signor Vicario Generale di partialità, di affettazione, di 67 monopolio, di subornatione, e cose simili, brevemente si risponde, che li medemi si sono ingeriti in questa materia in essecuzione de' precisi comandi di N. Sig., e dell' Eminentissimo Prefetto, nè si sono mai sognati di avere interesse alcuno particolare nella validità, ò invalidità del nostro Capitolo. Avendo per altro proceduto con circonspezione di somma lode, perche *à fine di dare à S. Sant. una distinta, ed accertatata distinzione del Capitolo, del quale si tratta*, come se ne dichiara Monsignor Arcivescovo con queste precise parole nel principio della sua Informatione, *serv. serv* si sono fatti esaminare tutti quelli Vocali, ch'erano presenti in Torino, e sentiti gli assenti per mezzo di lettere, che con proprietà di parlare vengono chiamate *taciti nuncii* dall' *Alcuino Flacco in disput. cum Pipino in fine Oper. ejusdem fol.* 1391. E per caminare con ogni candore, e sincerità, ne hanno poi fatte pervenire all' EE. VV. *per extensum, & in forma pro-* 68 *bante* le copie collationate *de verbo ad verbum* con il loro originale, autenticate con le proprie sottoscrittioni di tutti li Vocali essaminati.

Che poi le deposizioni di quei pochi Religiosi, che inclinarono per la validità del Capitolo, siano state registrate, ò in confuso con gli altri, ò in fine del Processeto, è una di quel-69 le osservazioni metafisiche, che confinano con le sottigliezze di Scoto, essendo ciò seguito per mero accidente, ed importando poco, che si leggano doppo, ò prima, qualità utile, e ricercata da quelli solamente, che corrono per vincere il pallio.

Circa le parole del Sign. Co: Foschieri, concordano quasi tutti li Vocali, che fossero di preghiere, e comando assieme: Siche poteva fare di meno di diffondersi, l' Autore del Me-70 moriale in osservare, che altri hanno deposto, che il medesimo *pregava, e commandava*, altri, che *voleva, e comandava*, & altri, che *desiderava, e comandava*; Riflessione di niun' efficacia all' effetto, del quale si tratta, poco importando, che precedesse la parola *pregava, voleva*, ò *desiderava*, quando immediatamente seguiva l' altra *comandava*.

Fraternizza con la sudetta l' altra non meno frivola riflessione, che alcuni Vocali abbiano deposto, che il Visitatore si protestasse, che se non gli era osservato quel, che era stato promesso al detto Signor Conte Foschieri, sarebbe usci-71 to dal Refettorio; Altri, che sarebbe andato, *Dio sà dove*; Et altri, che averebbe presa la schedola, e messala nel cappuccio, e l' averebbe portata à S. A. R. Perche la sostanza è, che ogn' uno di questi tre modi, altrettanto insoliti, ed improprii, quanto strangulatorii, e di niuna edificatione, ò diametralmente opposto à quella libertà, che è necessaria nelle canoniche elezioni. Con aggiunta, che ogn' uno di essi essendo molto chiaramente opposto alle medeme elezzioni canoniche, riesce affatto superfluo il ricorrere ad *Albomzen Hali, Luca Gaurico, Enrico Ranzovio, Girolamo Cardano, Andrea Argoli*, ò altro famoso Astrologo per indovinare il luogo, dove 72 sarebbe andato il Visitatore con le cedole nel cappuccio, uscendo dal Refettorio, & il *Dio sà dove* se non gli fosse stata osservata la parola da Vocali, poiche in simile atto di colera, e di escandescenza, e di mancamento di parola, difficilmente da se solo sarebbe andato in Chiesa à cantare il *Te Deum laudamus*, per l' elezzioni, canonicamente seguite in Capitolo.

Non si sà vedere la necessità di andare ricontrando, se quanti Vocali abbiano deposto, che il Superiore Generale comandasse in virtù di santa obedienza al Visitatore, ed à tutti li Vocali di eleggere li nominati nella sua lettera; E se ve ne siano alcuni, che affettatamente asseriscano, che la 73 lettera di detto Superiore Generale contenesse una mera qualifica; Poiche essendo stata la medema lettera esibita nel contrario Sommario, il precetto di santa obedienza, con le parole *ordino à V. P., ed à tutti li Vocali* vi si leggono à lettere di scatola.

Si ammette exadversò, che quattro Vocali concludentemente provino, che il Visitatore ordinasse in virtù di santa obedienza, che non si parlasse di modo, e forma, tenuta nel nostro Capitolo. Onde poco importa, che gli altri Vocali 74 non ne parlino, potendo essere, ò che non lo sentissero, ò che non ne siano stati interrogati, già che ciò non si legge nelli sei interrogatorii, sopra quali sono stati essaminati dd. Vocali. Essendo ben tenuta ogni ingenua persona, e particolarmente li Testimonii à non dire nessuna bugia à quelli con quali trattano, overo al Giudice interrogante, mà non vi è obligo alcuno di dire a' medemi spontaneamente tutte le verità, che li sono note.

Con ugual chiarezza non si nega *nel § Nessun*, che dieci Vocali con giuramento provino la convenzione di proporre il Padre Stefano da Baldissero, acciò fosse eletto l' Avversario, che è il Padre Saorgio; Mà si risponde, *che non basta* 75 *la convenzione, mentre si richiede anche il patto, e perciò l' asserio* (nuovo modo di citare gli Autori, senza specificazione di Trattato, di Libro, di Questione, Articolo, e Numero) *dice potersi dare convenzione, che non sia simoniaca, ed è allora quando il dato non è come prezzo, ò è stato almeno, come dovuto*.

Quì però si supplicano l' EE. VV. à considerare, che questa proposizione è una di quelle solennemente condannate *dalla s. memor. d' Innocenzio XI. li* 2. *Marzo* 1679. *proposit.* 46. On-76 de trattandosi di Scritture, divolgate in Roma, e distribuite publicamente in un Congresso tanto qualificato, si rimette alla somma prudenza dell' EE. VV. il determinare se vi sia necessario atto positivo di retratazione, per evitare le pene, e censure, comminate contro chi difende, e si serve di dette propositioni dannate.

L' asserzione, che non debba credersi a' testimonii, essaminati per ordine di Monsig Arcivescovo, perche sono persone *degne di proc. nelle prop. persone*, come *gratis ubique* si dice 77 nel contrario Memoriale al § *Questo*, senza specificarne li delitti, individuarne le circostanze, & indicarne il tempo, si può condonare alla simplicità di un Religioso claustrale, Autore di detto Memoriale; Poiche per altro caminando con le regole legali, e sodi principii, sarà difficile poterla comprovare con autorità de' Dottori, ò con la prattica de' Supremi Tribunali.

Se non si deve credere *a' testimonii non essaminati formitèr, come si richiede in questo caso*, giusta le parole del contrario Memoriale *§. Le cinque*, potevasi à meno exadversò d'-78 infastidire l' EE. VV. con tante Scritture, Risposte, Repliche, Dupliche, e Memoriali, una delle quali composta con Asiatico stile e longa di sopra 150. facciate, che non si può leggere senza metter in prattica ciò, che, seguitando *Oratio Flacco*, osserva il *Cardin. de Luc in addit. ad disc.* 64. *de Jurisd. in princ.* non si sà come, ne perche, porta in fronte il seguente curioso titolo: *Juris, & Facti pro Dei honore, Sanctæ Matris Ecclesiæ utilitate, justitiæ munimine, & Religionis, ac Animarum bono*; Non avendo le medeme per fondamento, ne pure un miserabile testimonio, essaminato formiter, mà tutte si restringono, e sono appoggiate à fedi semplici, affettate, varie, ed improprie, estorte, Diò sà come, da Sudditi, ed ad ultronee assertive, che non devono aversi in conto alcuno, essendo verissimo ciò, che riferendo il celebre fatto di Numerio osserva *Gasp. de Valdaur. observat.* 2. *numer.* 1. che *Nemo innocens esse poterit, si accusasse sufficiat*

Finalmente si lascia considerare all' EE. VV. se quanto fondamento possa farsi, e di qual natura sia il giuramento di quelli sei Religiosi, che, come si legge nel contrario 80 Memoriale *§. ultimo*, hanno giurato, nel nostro Capitolo *essersi osservato il prescritto, da osservarsi in ogni canonica elezio-re*,

ne, supponendo allora legitima la restrittiva; Quando non si debba ciò interpetrare in quel senso, che si legge *in Geremia* 5. 20. Restando pienamente provato dalle nostre Scritture, che nè pure una delle regole prescritte dalli sagri Canoni, sia stata osservata in detto Capitolo, e dall'insussistenza di questa fede giurata argomentarne la qualità delle altre, che si portano exadverso de' medesimi Religiosi,
81 come osserva la *Rota di Avignone nella decis.* 33. *n.* 1. *&* 2. dove seguita, e riferisce il detto di *Vergilio Crimine ab uno Disce omnes*.

Terminandosi la presente Risposta con quella soda riflessione, che resta superfluo l'addure maggiori argomenti, per comprovare la restrittiva, l'impressione del braccio secolare, e la libertà, tolta a' Vocali; Mentre quell'istesso degnissimo Prencipe, che innocentemente vi hà cooperato alle replicate istanze del Superiore Generale, con raro
82 essempio ne hà essibite le lettere, si è dichiarato ingannato, con esserle stata supposta per legitima detta restrittiva, e quel che più importa, *desidera, che venghi restituita alla Provincia la sua canonica libertà*, sono parole di Monsig. Arcivescovo nel fine della sua Relazione; Non potendosi,
83 nè in senso grammaticale, nè volgare, nè legale restituire ciò, che non sia stato tolto, come osservano infiniti Autori allegati nel *Trattat. de Offic. vacabil. del Card. de Luc. fol.* 275. *n.* 7. *& fol.* 289. *n.* 1. e lo avvertì anche *Terrent. in Andr.* ibi: *Restitue in quem me accepisti locum*.

Sac. Congr. particularis EE. DD. Card. Spadæ, de Ab-
84 dua, S. Clementis, Gabrielii, & Fabroni die 2. Sept. 1708. Rescripsit: *Capitulum non sustineri, & ad mentem, quæ est ut fiat novum Capitulum cum præsidentia Archiepiscopi, vel ejus Vicarii*.

Ab alio æquè ingenuo, ac qualificato Amico fui pro veri-
85 tate interrogatus; An, & quomodo resignatio beneficii, vel Dignitatis in Religione, fieri possit in manibus Episcopi, vel Electorum ad favorem certæ personæ.

Respondi cum distinctione; Aut enim talis resignatio fit absque ullo pacto, vel conditione, sed purè, & simpliciter illud, vel illam in manibus Episcopi, vel Electorum resignando, concurrente una ex causis, descriptis *in Const.* 58. *S. Pii V.* §. 3. Et tunc, quamvis taliter resignans propriam
86 ostendat inclinationem ad favorem certæ personæ, dummodo hæc digna sit, & Episcopus, seu Electores nullam dent fidem de conferendo beneficium vel Dignitatem eidem certæ persone, non desunt Doctores, asserentes, nullam considerari posse Confidentiæ, vel Simoniæ labem *juxt. doctrin. Abb. in cap. Dilecto numer.* 3. *de Præb.* quam sequuntur *Piasec in Prax p.* 2. *cap.* 5. *art.* 3. *tit. Quando sit confer. benef. n.* 48. *Ricc. d. c.* 207. *per tot. part.* 3. ubi suo more egregiè materiam tractat, contrariis respondendo, *&* n. 3 ad rem asserit, *Quæ tene menti, quia propter eorum ignorantiam vidi quendam alium Episcopum, verè pium, nolentem ullo modo conferre beneficia, coram se renunciata, &* æquè in Jure doctus, ac in praxi exercitatus *Monacell. in Formul. tom.* 1. *tit.* 2. *form.* 17. *n* 1. Ea ratione, quia in istis circumstantiis resignatio non definit esse libera, & Episcopus, seu Electores, ad eorum libitum, absque ullo vinculo, vel respectu possunt beneficium, vel Dignitatem conferre cui volunt, nulla habita ratione personæ, erga quàm resignans inclinationem ostendit, quam adducunt præfati Authores, & signanter *Riccius*, plures alios citans concordantes, quibus addo *Barbos. de Potest. Episcopi par.* 3. *alleg.* 69. *numer.* 50. *Sanch. in Opusc. tom* 1. *lib.* 2. *cap.* 3. *dub.* 36. *num.* 23. *& Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 15. *Dian. coordinat. tom.* 3. *titul. de Potest. Episcop. resol.* 115. *n.* 3. *in fine*, *& Bonac. Oper. moral.* 1. *tit. de Simon. disp.* 1. *qu.* 4 §. 14. *n.* 5. Qui omnes in hunc sensum interpretantur *d. Const.* 58. §. 4. *S Pii*, & alias, quæ videntur esse contrariæ.

Aut verò resignatio fit quidem apparenter liberè in manibus Episcopi, vel Electorum, sed præcedente speciali pa-
87 cto, ut beneficium, vel Dignitas, conferatur certæ personæ, & non aliàs, aliter, nec alio modo, itaut in casu diverso non fuisset processum ad resignationem beneficii, vel Dignitatis, ut mihi pro indubitato suppositum fuit in hoc casu, Et tunc nulla omnino adest difficultates, quòd talis resignatio sit nulla, omni effectu vacua, & perinde habenda, ac si facta non fuisset, *juxt. d. literalem Const.* 58. *S Pii V.* §. 5. ibi: *Quod si secus &c. id totum ex nunc vires, & effectus decernimus non habere*: In cujus cubitalis sanctionis sequelam ita uno ore tenent omnes præfati Authores, & alii quos citant, & sequuntur *Fagnan in cap. Non sine num.* 32. *& seq. de Arbitr. Carthar decis. Crim.* 91. *nu.* 2. *& Zerba in Gemma Episcopali quæst.* 55. *per tot.*

Ex quibus sequitur, quòd collatio hujusmodi beneficii, vel Dignitatis nullo modo teneat, etiam si fiat personæ dignissimæ, & prorsus ignaræ dicti pacti, & evidens ratio, ea est,
88 quia personæ dignitas, & pacti ignorantia non possunt ullo modo efficere, ut id, quod nullum est, & à Papa reprobatum, subsistant; Quidquid sit, an excusare eum possint à pœnarum incursu, ut notant *Card. de Luc. de Benef. dis.* 70. *n.* 9. *Antonell. de Jur. Cleric. lib.* 1. *par.* 3. *c.* 36. *per tot. & Matth. in Offic. Cur. Eccles. c.* 50. *n.* 13. Itaut ad beneficium taliter obtentum nullum omnino jus habeat ille, cui fuit collatum, ex adductis per *Passer. de Elect. cap.* 7. *n.* 306. *& seqq.*

Nec relevaret, quatenus in facto concludenter probare-
89 tur, quod Episcopus seu Electores, in rei veritate non habebant animum conferendi beneficium, vel Dignitatem personæ, per pactum à resignante designatæ, sed acceptarunt renunciationem cùm stabili, & fixa determinatione illud conferendi personæ diversæ: Quidquid enim sit de subsistentia, & probatione hujusmodi contrariæ intentionis, soli Deo notæ, & de qua Ecclesia non judicat, ut ait *Innoc. III. in cap. Sicut tuis de Simon* & observat *Rot in Januen. Professionis* 3. *Julii* 1702. §. *In foro cor. Molines*. Hoc unum est certum, quod talis præsumitur intentio, quale fuit pactum ab ipsis acceptatum, & reciprocè ante resignationem stabilitum, ex cumulatis *per Barbos. axiom.* 222 *n.* 2. Neque creditur Episcopo, vel Electoribus contrarium asserentibus, benè *Matthæuc in Offi. Curiæ Eccles cap.* 50. *num* 7. ibi: *Nec est credendum eligenti in facto suo de sua intentione deponenti*, & melius *Rota in dicta Januem ubi supra*, ubi, quod sicuti mentiti fuerunt Electores cùm resignante, ita mentiri postea possunt quando de propria intentione deponunt, ibi: *Præsumendum est eum mentiri, quia jam se mentitum fatetur*.

Quæ omnia nedum procedunt in pacto expresso, sed
90 etiam in tacito, ea ratione, quia confidentia, nedum inducitur per pactum expressum sed etiam per tacitum, ut notant *Fagnan. in cap. Non sine num.* 32. *& seq. de Arbitr.* & alii adducti à *Zerb. in Gemma Episcopali qu.* 55. *per tot. Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §. 7. *n.* 27 *&* 28. Prout etiam locum habeant in Dignitatibus, & Officiis Regularium, ut observant *Cajetan in Summa verb. Excomunicatio nu.* 72. *in fine Suar. de Relig lib* 4. *cap.* 57. *nu.* 47. *& Donat. Rer. Regul. tom.* 2. *tit. de Natur. elect. tract.* 1. *q.* 27. *& Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 8. §. 7. *nu.* 24.

Omnis igitur difficultas in his terminis restringi solet ad
91 probationem dicti pacti, ex adductis *per Pignatell. consult.* 44. *n.* 1. *& seqq. to.* 10. quod in præsenti casu mihi supponitur innegabile in facto. Non est autem dubium, quòd probari possit ex Partis confessione, sive hæc deducatur ex testium depositione, sivè ex epistolis, seu scripturis, ut notant *Novar. in Summ Bull comment.* 117. *n.* 13. *par.* 2. *Amen de Delict. & Pœn. titul.* 8. §. 7. *numer.* 34. & firmavit *Rot. in decis.* 86. *numer.* 1. *& decis.* 1359. *cor. Seraph.* Imo, deficientibus aliis probationibus, ad veritatem propalandam, cogi possent omnes illi, qui partem aliquam habuerunt in dicta resignatione, etiam si essent Consultores Theologi, quibus, sub naturalis sigilli secreto, tale pactum notum esset, ut referendo sensum Sac. Congregat. Conc. *in Januen.* 3. *Augusti* 1696. adversus tres insignes Theologos Consultores, unum Jesuitam, alterum Augustinianum, & tertium Benedictinum, notat *Monacell. in Formular. tom.* 1. *tit.* 2. *formul.* 19. *à num* 7. *usque ad finem.* Quod rotundis literis strictissimè etiam injungitur inter *Extravag. comm. tit. de Simon. extravagant. Cùm detestabile ante finem.*

Remanet inspectio circa pœnas, incursas propter d. pa-
92 ctionatam resignationem, tam à Resignante, quam à Collatoribus, ante quorum enumerationem præmitto verè tremendum illud monitum *S. Pii V Constit.* 58. §. 4. his verbis expressum *Caveant autem Episcopi, & alii prædicti, itemque omnes Electores, Præsentatores & Patroni, tam Ecclesiastici, quam Laici, quicumque sint, nè verbo quidem, aut nutu vel signo futuri in hujusmodi beneficiis successores ab ipsis Resignantibus, aut aliis, eorum significatione, vel hortatu designentur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiam intentio qualiscumque intercedat*

Quo præmisso, cum distinctione procedendo, aut sermo
93 est de ipsismet Beneficiis, seu Dignitatibus taliter collatis, & hæ statim vacare dicuntur, atque Apostolicæ Sedi specialiter reservatæ sunt, ut cubitalibus literis demandatur in *dicta Const.* 85 §. 5. *sa. me. Pii IV. & Constitut.* 68. §. 5. *in fines. Pii V.* In quarum sequelam ita tenent adducti per *Paris. de Resig. lib* 2. *qu.* 16. *n.* 26. *& de Cond Benef. q. æst.* 7. *numer.* 79. *Piasecc. in Prax. cap.* 5 *num* 4. *in princ. Novar in Sum. Bull. comment.* 12. *per tot. par.* 1. *& comm* 23 *n.* 1. 25. *par.*

Barbos. de Episcop. alleg.57 nu.41. & Coccin. dec.260. num. 3.

Ex quo sequitur, quòd illi, ad quorum favorem admissa 94 fuit talis confidentialis resignatio, nullum omnino jus habeant ad beneficia taliter collata, & ad Dignitates d. modo obtentas, *ut vidimus supra n.72.* & addimus *Rebuff in Praxi tit. de Sismon in resignat num. 8. Menoch. de Recupe. remed. 1. n.135. & nu.336. & remed.5 nu.68.* cum aliis allegatis *à Barbos. in d. Extrav. Cum detestabile n.5. de Simon. inter Extravagantes communes*; Itaut tanquam tales nequeant proindè 95 votum habere in Capitulis, vel aliis actibus Collegialibus vigore juris, descendentis à dd. Dignitatibus, & Beneficiis, ut non obscurè determinatur in d. *Extravag. Cum detestabile*.

Dicitur autem simoniaca collatio Dignitatis, seu Beneficii, nedum quando illa ex reciproco pacto utriusque Partis confertur, seu obtinetur, sed etiamsi *ipsum confidentiæ cri-* 96 *men alterius tantum Partis conscientia sit admissum*, sunt verba alterius *Constitutionis S. Pii V.* quæ est *in Bull. novo tom 2. Const.85. §.3. in fine*, & concordant adducti per *Mascard. de Probat. conclus.1306. n 33.*

Aut verò sermo est de Episcopis, seu Collatoribus, vel Resignantibus, & istis, tam in dicta *Extravag. Cum dete-* 97 *stabile*, quàm in citatis *Constit.85. fa. mem. Pii IV. & 58. & 85. S. Pii V.* imponitur pœna excomunicationis latæ sententiæ, soli Summo Pontifici reservatæ, quæ ex speciali declaratione ejusdem S. PP. Pii V. comprehendit etiam personas specialissima mentione dignas ut videre est in fine *d. Consti-* 98 *tutionis* 85. & concordant adducti per *Thesaur. de Pæn. Eccl. verbo Simonia c.3. per tot.*

Præterea ad hoc, ut in quo quis peccavit in eo puniatur, juxta id, quod legitur *Sapient.11.17. in d Const. 58. S. Pii V.* 100 *§. Qui verò 6.* tam adversus Collatores, & Electores, quàm contra ipsos Resignantes illa alia imponitur pœna privationis electionis, seu præsentationis, his verbis; *Qui verò contra fecerint, ut in eo, quo deliquerint, puniantur, à Beneficiorum, & officiorum collatione, nec non electione, præsentatione, confirmatione, & institutione, prout cuique competierit, tandiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia, seu officia* 101 *receperint, eos prædictis pœnis volumus subjacere. Et nihilominus in eos, qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare vel instituere, ausi fuerint, excommunicationis quoad personas quo verò ad Capitula, & Conventus à Divinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus.*

Quas pœnas his verbis in unum restringit *Amen. de Delict. & Pœn. tit.9. §.7 de Simon. nu.47. & 48. Pœnæ committentium crimen confidentiæ beneficialis sunt, Primò, quod provisiones* 102 *tales sint ipso jure nullæ, & Beneficia, taliter recepta, intelligantur vacare à die receptionis & eorum dispositio est Sedi Apo-* 103 *stolicæ reservata. II. A prima die receptionis alicujus Beneficii cum tali confidentia, ipsi recipientes privati sunt omnibus aliis Beneficiis, legitimè obtentis quæ remanent Sedi Apostolicæ re-* 104 *servata, & talium fructus suos non faciunt, sed Cameræ Apostolicæ censentur devoluti eique debiti sunt, & eos in utroque foro restituere tenentur, III. Præsumentes recipere* (est forsan error impressoris, quia Bulla loqitur de conferentibus, non de recipientibus, ut videre est supra *nu.85.*) *Beneficia cum* 105 *prædicta confidentia, si Cardinales, aut Episcopi, aut Prælati sunt, incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiæ, alii vero excommunicationem, & tales censuræ incuruuntur ipso facto, & sunt Papæ reservatæ, ut ex Bullis Pii IV. & B. Pii V. supracitatis colligitur.*

A quibus nullo modo prætendi potest excusatio, vel non 106 incursu, ratione probabilis, vel verisimilis ignorantiæ; Cùm enim simus in terminis Constit. per viam legis fer. fer. emanatæ statim ac illa publicata fuit in Urbe, omnes contrafacientes afficit, sivè contraventio sequatur scienter sivè 107 ignoranter, juxtà *decis.669 per tot. par.4. divers.* quam sequitur *Novar. in Summa Bull. comm.31. n.15.* ubi loquitur in terminis Constitut. fa. mem. Greg. XIII. *de Public. resignation.* & alterius ejusdem S. Pii V. Atque adsunt in hac parte duæ aliæ magistrales *decis.49. & 51. apud Tondut. de Pension.* loquentes in terminis similis Constitutionis fa. m. Innoc. X. 108 firmantes, quod ignorantia Apostolicarum Constitutionum, emanatarum per viam legis generalis, postquam fer. fer. publicatæ fuerunt in Urbe, neminem excusat, cum quibus terminis longè debilioribus, processit Sac.Congr. *Conc. in Lauden.* de qu *supra discept.14. n.26. par.1.* Et in terminis *d. Constit.58. S. Pii V.* magistraliter *Rot in dec.260. à nu 15. usque ad 23. par.17. recent.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo non sumus in terminis mulierum, minorum, vel rusticorum, in quibus facilè admittitur, & faciliùs præsumitur Juris ignorantia, sed sermo est, vel de Episcopis, vel de Electoribus, æquè 109 doctis, ac in ecclesiasticis materiis versatis, in quibus propterea eo minus præsumitur ignorantia circa illas Papales le- 110 ges, quæ, uti in Bullario contentæ, omnibus notæ sunt, per ea, quæ in proximis terminis Juris peritorum circa leges sæculares firmavit *Rot in dec.667. num. 16 cor. Emer. iun & dec.324. n.9. par.15. recent.* Nec non applicari videtur celebre dictum *Gloss. in Auth. de Judicibus §. 1. verb. Qui ex se*, ibi *Doctor non debet esse indoctus*; Subdendo in nostro casu, quod Collator, seu Elector ignorare non debet leges, cum quibus beneficia, vel Dignitates de Jure conferri debent, ut 111 in punctualibus terminis dictæ Bullæ 58. S. Pii V. benè observant *Navarr. tit. de Renunciat cons 9. per tot & Paris. de Resignat lib 5. c.6. n.1. & seqq* & meliùs *doctissimus Fagnan. in cap. Non sine n.51. de Arbitr.* ubi bonum dat consilium Epis- 112 copis & aliis Collatoribus beneficiorum, ut in his casibus re integra petant à Summo Pontifice relaxationem suspensionis, contentæ in dicta Pian. Constit. quia (sunt ejus præcisa 113 verba) *alioquin petenda esset absolutio ab excommunicatione, & dispensatio ab irregularitate, si celebrasset.*

Circa Simoniam, quæsitum fuit *in una Ulixbonen. Dispensationis*; An illa commitatur ab Equitibus Militiarum Sæ- 114 cularium, obligantibus bona, seu fructus eorum Commendarum pro assecuratione dotium illorum Uxorum; Ad eliminandum verò omne dubium, & pro totali conscientiæ securitate, consulvi, ut haberetur recursus ad Sac. Cong. Conc. mediante sequenti supplici Libello.

Pro parte Josephi de Menesses Comitis de Viana, Militis Professis Ord. JESU CHRISTI, exponitur humiliter EE. VV. à liberalitate, & generositate, Serenissimi Portugalliæ Regis, ejusdem Ordinis Magni Magistri, obtinuisse Indultum, ut super fructibus Commendæ de Idanha; ac Præstimonii S. Joannis de Caros prædicti Ord. JESU CHRISTI, necnon super fructibus alterius Commendæ de Gero- 115 menha Ord. de Avis, quas ipsemet Orator, à S. Sede benignè gratiatus super servitiis Africæ, pacificè possidet, valeat assecurare dotem, sibi traditam à D. Maria de Alencastro, ejus Uxorem, consistentem in summa 32. m. Cruciatorum monetæ Lusitaniæ, una cum Arrha estque augumentum tertiæ partis ejusdem dotis, ad hoc scilicet, ut deficientibus ejus bonis liberis, in casu restitutionis dotis, & arrhæ, 116 quidquid ex iisdem fructibus singulis annis provenerit usq; ad integram satisfactionem prædictæ summæ, solvi possit.

Cupiens autem idem Indultum munimine Apostolicæ confirmationis roborare, preces porrexit pro gratia usq; de an. 1696. quando matrimonium inter Oratorem, & d. Ma- 117 riam de Alencastro adhuc non erat contractum, ut postmodum sequutum fuit; placuit tamen EE. VV. quibus eædem præces remissæ fuerunt, desuper audire Reverendiss Nuncium Apostolicum, in eodem Lusitaniæ Regno degentem, qui in ejus Relatione pro eadem gratia suas adjungit præces ex duobus æquè fundatis motivis, primo scilicet, quia plurima adsunt exempla similium Apostolicarum dispensationum in fortioribus terminis habilitationis mulierum, ad percipiendos fructus ex dd. Commendis, & secundo, quia gratia non petitur absolutè, sed solùm in casu deficientiæ bo- 118 norum liberorum, qui non de facili, pro tota summa evenire potest.

Primum motivum, fundatum in exemplis similium gratiarum, comprobatur in præsenti, nedum ex attestatione Expeditionerii Regii Regni Lusitaniæ, & aliorum, qui id 119 sæpiùs practicarunt, sed ab aliquibus ex innumeris exemplis, quæ possent comulari, indicatis in Summ. Quæ exempla nullatenus à Jure exorbitare noscuntur, considerando naturam Militiarum, & Commendarum, de quibus agitur; Ex animadversis enim *per Sarmient. de Redditib in Defensor. admonit. 55. n.5.* se afferentem de eisdem benè informatum, 120 eo quia eius Pater, & Frater fuerunt Commendatarii, *Pereir. de Man Reg par.2. cap. 48. num.7. & seqq. Cabed. de Patron. Reg. Coron. cap.15 nu.15. & seqq. Pheb. decis. Lusit. 85. num. 10 & seqq. tom 1. & Barbos. de Jur. Eccles. univers. lib. 3. c. 7. de Præceptor. & Commend. Ord. Milit. num.9 & seqq.* hujusmodi Commendæ non dantur propter officium aliquod spirituale, seu Ecclesiasticum, sed propter operam omninò temporalem, seu militiam, neque aliquo sacro Ordine, vel etiam prima tonsura insignitos esse oporte Milites, minusque onere recitandi officium adstringantur; Concludentes proin- 121 de, easdem Commendas non esse materiam simoniæ, eo quia conferuntur titulo laico, & dantur in subsidium, seu stipendium pro temporalibus servitiis, quæ pretio æstimabilia sunt.

Secun-

Secunda verò consideratio Reverendiss. Nuntii non est minus juridica, quia præjudicia incerta, & merè contingibilia, quale est istud, quod potest, & non potest resultare nostris Commendis, ex deficientia bonorum liberorum Principalis, [122] non solent retardare concessionem similium gratiarum, ut, adductis innumeris concordantibus, in specie firmavit *Rot. in dec.* 360. *n.* 24. *&* 25. *p.* 18. *rec.*

Meritò igitur speramus fieri voti compotes, effusis desuper humillimis precibus.

Sacr. Congregatio Concilii die 19. *Martii* 1703. rescripsit. [123] *Pro gratia quoad fructus tantùm.*

DISCEPTATIO XVIII.

Lucana Sponsalium.

INTER

Angelam Mariam.

ET

Laurentium.

ARGUMENTUM.

Sponsalia quando, & ex quibus probata dicantur, & quandò illorum effectuatio impediri possit, & ex quibus causis. Subsequens matrimonium dirimit Sponsalia, antecedentèr contracta.

IN facti serie, mihi exhibita, supponitur, Angelam Mariam die 30. Novembris 1708. in Villa, appellata *S. Gennaro*, allecta ab illecebris, & importunis suasionibus Laurentii subscripsisse minutam quandam, sibi transmissam, per [1] manus cujusdam Religiosi, cujus nomen prudentèr pandere noluit, in quo continetur obligatio contrahendi cum eodem Laurentio Sponsalia, quia minuta, una cum copia, ab ipsa innocenter exarata, non minus incautè, quàm inconsideratè restituit eidem Religioso.

Vigore ejusdem obligationis prætendit hodiè idem Laurentius cogere eandem Angelam Mariam ad contrahendum cum [2] ipso matrimonium, *ad Text. in cap.* 2. *de Sponsal.* ibi: *Hi, qui de matrimonio contrahendo, &c. fidem dederunt, cogendi sunt, & modis omnibus inducendi, ut præstitam fidem observent*; Cumque eidem matrimonio assensum justis de causis dare nolint Tutores, & consanguinei ejusdem Angelæ Mariæ, requisitus fui de meo sensu, tàm circa causæ directionem, quàm respectu efficaciæ d. obligationis Sponsalium.

Verùm considerare non potui tenorem talis obligationis, quam retinet idem Laurentius, & propterea non erit facile, [3] circa illius efficaciam congruum dare responsum, *ad Text. in leg.* 15. *Cod. de Transact.* ibi: *Ut responsum congruum accipere possis insere pacti exemplum, ita enim intelligimus, utrum sola conventio fuerit, an etiam Aquiliana stipulatio.* Cæterùm, non sine magna verisimilitudine, supponendo, eandem obligationem extensam fuisse cum Sapientum consilio [4] quibus semper in præteritum abundavit, & de præsenti abundat Lucana Civitas, quodque proindè obligatio sponsalium munita sit juramento, aliisque solitis effrenatis clausulis, cum quibus concipi solent.

Adhuc in sensu veritatis magnoperè dubito de efficacia obligationis, ex illis resultantis, & moveor ex eo, quod interrogata eadem Angela Maria de modo, quo devenit ad di[5]ctam Scripturam ingenuè, & solemnitèr fassa fuit, ibi: *Ingannata da tali parole, li diedi qualche intentione, & esso all' improviso mi fece capitare per mezzo d'un Religioso &c. per la promessa fattali, una Scrittura, perche la copiassi, e la sottoscrivessi, che principiava: Adì* 30. *Novembre* 1708. *&c. e mi* [6] *pareva contenesse in sostanza di volerlo prendere per marito; Io però per verità non mi ricordo delle parole, ma la copiai senza sapere la forza, e l' obligatione di detta Scrittura, non essendo capace di queste cose, quale Scrittura copiata, con l' originale, diedi inconsideratamente all' istesso Religioso &c.*

Non constat igitur de animo determinato dictæ Angelæ Mariæ se obligandi ad effectuationem sponsalium, & proin[7]dè in illis nullum fieri potest solidum fundamentum, per ea, quæ firmavit in specie *Rot. in Ulixbonen. Matrimonii* 21. *Jun.* 1613. *§.* 2. *cor. Sacrat.* ibi: *Secundò principalitèr fuit dictum, apocam non relevare, quia etsi fuisset conscripta manu D. Joannis, adhuc illum non obligavit, nisi appareat de voluntate D. Joannis consignata D. Antoniæ, ad Text. in l. Labeo &c. Potest enim esse, quod Dom. Joannes illa conscripserit per modum exemplaris, seù mentis suæ discursum, absque animo deveniendi ad illius exequutionem,* quam sequuta fuit *cor. Cerr. dec.* 785 *n.* 2. Quæ circumstantia mirabilitèr applicatur præsenti casui, ex iis quæ fassa fuit eadem Angela Maria, cui omnis in hac parte præstanda est fides in puncto *Sperell. dec* 95. *n.* 8. & meliùs *Panimoll. dec.* 23 *num.* 10.

Deficit ulteriùs mutua repromissio Laurentii in contractu eorundem sponsalium, quæ paritèr operatur, ut ista nullatenùs dicantur perfecta: Ad essentiam siquidem sponsalium non sufficit unius promissio, sed requiritur repromissio alte[8]rius contrahentis, cum sit contractus, qui ad sui perfectionem indispensabilitèr exigit duorum mutuum, & reciprocum consensum, *ad Text. in capit. Tuæ de Sponsal* cum aliis adductis à *Rot. in dec.* 163. *num.* 10. *&* 11. *part.* 9. *rec. & in Gadicen. Sponsalium* 21. *Aprilis* 1694. *§. Videbatur, & seq. &* 5. *Julii ejusdem anni, §. Cum namque cor Ursin. & in Lunen. Sarzanen. Sponsalium* 28. *Junii* 1694. *§. In proposita cor. Pio*, ibi: *Vel denique etiam si dicta verba operentur veram promissionem sponsalium de præsenti, ad nihilum tamen essent profutura, cessante simultanea absentis Nicodemi repromissione.*

Remanet proindè observandum, an præcedente promissione Angelæ Mariæ, subsequens separata acceptatio Laurentii, habeat vim repromissionis, adeòut per talem actum [9] sponsalia dicantur perfecta; In qua quæstione, quamvis non desint inclinantes in affirmativam, pro qua adduci inter alios possunt *Bertacchin. Vot. decisiv.* 128. *numer.* 6. *& Rot. dec.* 342 *numer.* 4. *par.* 15. *rec.* Verior tamen, magisque communis est opinio negativa, quam latè tuentur communis in matrimonii materia magister *Sanch.*, *& Guttier.* relati, & sequuti *à Card. de Luc. de Matrim. disc.* 8. *numer.* 4. ubi refert, ità decisum in [10] quadam gravi causa in Urbe agitata.

Cæterùm vis in eo residet, quod usque ad hodiè, neque concludenter constat de dicta repromissione Laurentii; Cumque hoc interim suum revocaverit consensum Angela Maria usque sub die 27. Januar. 1709 talis repromissio, etiamsi hodiè lucem aspiceret, nunquam habere potest locum, ut probant [11] iidemmet *Bertachin. & Rot. in locis suprà citatis:* Et in durioribus terminis apocæ sponsalium in actis productæ per eum, qui instabat pro illius effectuatione *Rot. in Roman. Sponsalium* 9. *Februarii* 1629. *per tot. cor. Pirovano.*

Quæ si procedunt in genere, multò magis admittenda videntur in concreto nostri casus, attenta triplici circumstantia, in illo concurrente.

Prima apud me maximi ponderis, fundatur in tenera ætate ejusdem Angelæ Mariæ, *Licèt enim* sunt verba *Cardin. de* [12] *Luc. de Matrim disc.* 8. *numer.* 18 *ubi contractum esset matrimonium, itaut adesset jam vinculum spirituale Sacramenti, non curentur ea, quæ de jure communi, vel statutario disposita habentùr favore minorum contrahentium, utpotè de facili circumventionibus subjectorum, dum in spiritualibus sufficit, adesse ætatem congruam, naturaliter obligantem, attamen in ordine ad regulandum d. arbitrium super obligatione sponsalium in ratione contractus, non autem in ratione Sacramenti, ista circumstantia remanet valdè considerabilis, ideoq; justa fuit resolutio.*

Cujus solidæ animadversionis ratio illa assignari congruè potest, quod puellæ teneræ ætatis facili negotio decipi pos[13]sunt, ut notant *Tiraquell. ad leg. connub. l.* 9. *gloss.* 1. *par.* 9. *nu.* 173. ubi refert illud *Propertii At nimium faciles aurem præbere puellæ: Knipschil. de Fideicom. nobil. cap.* 8. *nu.* 229 *& Barbos. Vot. dec.* 17. *n.* 105. & firmavit *Rot. in dec.* 23. *n* 14. *& seqq. par.* 12. *& dec.* 28 *n.* 10. *par.* 16. *rec. & in Perusina Matrimonii* 15. *Martii* 1688. *§ Literali in fine cor. Hervavult.* Indeque ad rem scripsit *Brovver. de Jur. connub. lib.* 1. *de Sponf. dolo contr. capit.* 20. *numer.* 15 *folio mihi* 186 *Non esse operosam gloriam fallere credentem puellam, cujus simplicitas potiùs digna fa[14]vore est*, quem sequutus fui *in meo Tractat de Matrim. §.* 22. *numer.* 12.

II. Circumstantia desumitur ab instabili natura Angelæ Mariæ, seù potiùs à replicatis velleitatibus circa electionem proprii status: Posita enim in educatione in monasterio San[15]cti Josephi, in illo statim se declaravit, velle religiosam vitam ducere, pauló post expressit suam voluntatem circa conjugium ineundum cum Carolo, quod tamen effectum non habuit. Iterùm educationis gratia ingressa monasterium S Jo: rediit ad primam velleitatem emittendi in illo professionem. Ad probandum verò, an talis voluntas ex Deo esset, posita in alio monasterio S. Claræ, non ampliùs in illo S. Joannis, sed [16] in d. monasterio S. Claræ se declaravit velle permanere, vitamque

tamque ducere religiosam, à quo tamen proposito paulò post recessir, se declarando velle carnale inire conjugium, non autem spirituale.

Quamvis autem hujusmodi mutationes non sint raræ in fœminis, per ea, quæ ad rem notant *Gob. consult. 15. num. 14. Corrad. in Prax. Dispensat. libr. 7. cap. 7. num. 37. & 38.* 17 *& Cardin. de Albic. de Inconstan. in Judic. in Præfat. num. 39.* ubi, quòd ter in hora mutari solent, ad quam mulierum inconstantiam alludere voluit *Dambauder in Patroc. Pupill. capit. 9. numer. 97. fol.* 80. quando scripsit, mulieres ex earum rerum numero esse, quæ servando servari non possunt; Veritas tamen est, quod multum conducunt ad inclinandum animum cujuscumque Judicantis pro excludenda coactione ab illa obligatione, cujus respectu verificatur quidem volun- 18 tas, seù potiùs velleitas, sed extorta illis mediis, de quibus loquitur *Text. in leg. 1. Cod. de Raptor. Virgin. Nisi etenim eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle.*

19 III. Circumstantia desumitur à deceptione, cum qua asserit Angela, se inductam fuisse à dicto Religioso ad subscribendum apocam assertorum sponsalium, prætextu transcriptionis cujusdam minutæ, quæ deceptio, seù circumventio admissa fuit à *Rot. cor. Pamphil. dec. 69. num. 5.* pro justa causa recedendi à sponsalibus, quamvis illa nullam admitterent in reliquis dubitationem.

Pro quorum omnium faciliori admissione urgere ulteriùs videntur duæ ex illis causis, quæ aptæ sunt ad dissolvenda sponsalia, etiamsi perfecta essent, & nullam admitterent exceptionem. Sponsalia enim, quantumcumque perfecta, 20 semper in se continent tacitam conditionem, quatenus non accedat rationabilis causa recedendi ab illorum implemento, *ad Text. in Cap. ex lit. de Sponsal* & firmata *per Rot. cor. Celso dec. 374. n. 4. & cor. Emer. jun. eisd. dec. & num. & in Melevitana Sponsalium 8. Maii 1696. §. Et quatenùs cor. Pio.*

Idque verum est, etiamsi dictæ causæ præcesserint contractum sponsalium, quando ignorabantur à muliere, egregiè 21 *Sanchez de Matrim. lib. 1. disput. 93. numer. 2. Ricc. in Prax. par. 4. resol. 414. numer. 5. Bonacin. Oper. moral. tit. de Sponsal. quæst. 2. punct. 8. numer. 16. & 17.* ubi illam adducit bonam rationem, quod ad nostrum effectum paria sunt, aliqua supervenire, vel de novo apparere, seù incipere cognosci, *Monacell. in Formular. tom. 1. titul. 8. formular. 10. sub num. 3. folio 184. P. Gavard. de Sacramen. tit. de Matrim. quæst. 1. artic. 2. sub num. 10. vers. Idem dicendum, Gobat. in Theolog.* 22 *experim. tract. 10. cap. 2. numer. 295. Marchant. in Tribunal. Sacr. tom. 3. tractat. 1. de Matrim. tit. 8. concl. 5 quæst. 2. vers. Respondetur fol. 385. Pont. de Matrim. lib. 12. cap. 18. num. 1. & Rot. cor. Seraph. decis. 1112. num. 9.*

Una ex dictis causis mihi in facto supponitur verificari posse ob habitualem invalitudinem dicti Laurentii, quam in no- 23 stris punctualibus terminis admisit *Rot. in dict. dec. 1112. numer. 8. & 9 coram Seraphin.* quæ est in casu fortiori, quia in circumstantiis nostri casus illa mihi supponitur facilè concludenter probanda, & in terminis dictæ decisionis admissa fuit à Sacra Rota, licèt ab uno tantum teste proberetur; eandemque decisionem sequitur *Ricc. in Prax. part. 4. resol 4 4.* 24 *per tot.* & latè *Gobat. in Theolog. experim tract. 10. num. 304.* ubi de sola suspicione gravis infirmitatis, de qua sola suspicione benè *Pont. de Matrimon libr. 12. capit. 17. sub numer. 4. & Tamburin. Oper. moral. lib. 8. de Matrim. tract. 3. de Sponsal §. 8. num. 3. & 4.*

Altera verò ex dd. causis consistit in disparitate divitiarum quæ pariter in facto mihi supponitur, & in jure valida causa recedendi à sponsalibus reputatur, ex adductis *per Ricc. in* 25 *Prax. par. 4 resolut. 410. num. 2. Bonacin. Oper. moral. tom 1. de Matrim tit. de Sponsal. quæst. 2. punct. 8. num. 17. Gobat. in Theolog experim. tract. 10. num. 299 Anton. à Spiritu Sancto in Director. Confessarior. tom. 2. de Matrim. tract. 11. disp. 5. sect. 6. num. 254. Dicastill eod. tract. disp. 4. num 181. & 204. & Dom. Advoc. Piton discept. 52. num. 80. & 89.*

Observando ulteriùs, quod pro alia legitima causa dissolutionis urgere etiam videtur disparitas ætatis in annis 25. in- 26 ter Angelam Mariam, & Laurentium, ut in terminis disparitatis in annis 24. consuluit *Menoch. consil 1084. numer. 19. vers. Tertius*, sequutus *à Rot. cor. Coccin. in decis. 1462. à numer. 61. usque ad num. 44.* Et generaliter de ætate senili unius ex sponsis *Rot in Eugub. Sponsal. 28. Junii 1606. §. Maximè cor. Justo*, ibi: *Maximè quia allegatur ratio non contrahendi cum illa, quæ est in senili ætate constituta, & quælibet causa sufficit, ut non sit locus coactioni.*

27 Hujusmodi autem causæ, & motiva non sunt de per se, & sigillatim criticanda, sed unitim consideranda, arbitrio prudentis viri, in quo arbitrio juxtà communiter receptam Doctorum opinionem, repositum est judicare, quænam dicantur justæ causæ recedendi ab effectuatione sponsalium, ut in terminis observant *Ricc. in Prax part. 4. resol. 411. num. 2. & resol. 417. num. 4. Panimoll. decis. 23. num. 29. Cardin. de Albic. in Addit. ad Pamphil. decis. 96. num. 11.* & firmavit *Rot. in decis 242. num. 2. & seqq. cor. Duran. & decis. 1112. num. 4. coram Seraph. & cor Emer. jun. decis. 285. num. 5 & in par. 4. rec. decis. 185. num. 2.* ubi, quod quælibet rationabilis causa 28 arbitrio Judicis remissa, occasionem recedendi à sponsalibus legitimam exhibet, *& in Ulixbonen. prætensi matr. 7. Januar. 1599. §. 1. in med. cor. Litt.*

Quæ omnia, peractis dd. probationibus, mihi videntur nimis clara, & æquè fundata in jure, & nihilominùs etiamsi aliquod remaneret dubium, in isto semper inclinandum esset pro exclusione obligationis ad rotundum *Text. in l. Quidquid adstringendæ ff. de Verb. obligat.* Præcipuè favore incau- 29 tarum puellarum, ea ratione, quia simpliciter, & innocenter res tractare solent, & faciliùs à viris decipiuntur, ut notavi *in meo Tract. de Matr. § 6. nu 44.* sequendo in eorum tractatibus *de Matrim. Sanchez lib. 1. disp. 5. num. 5.* ibi: *In dubio obligatio inducenda non est, cùm sit contrà possessionem voluntatis, suam libertatem possidentis, & disp. 18. n. 4. in fine, Henriquez lib. 11. cap. 11. § 6 lit. O Pont lib. 2. cap. 9. n 15. Boss. cap.* 30 *3. nu 246. & Ledesm quæst. 45. art. 3. dub. 1. concl. 4.* ibi: *Et placet nobis, quod asserunt aliqui viri docti, videlicet, quod in simili dubio inclinandum est favore puellæ.*

Advertendo ulteriùs, quod non agitur de re modici momenti, sed de contractu importante perpetuam servitutem, juxta doctrinam *D Thomæ in supplem. 3 par. quæst. 47. art.* 31 *16. in corpore*, & firmata per *Rot. in dec. 411. numer. 1. cor. Royas*, Undè applicari videntur ea, quæ notat *Adden. ad Decis. consil 163. lit. A.* ibi: *Hinc meritò irridenda, imò execranda illorum superstitio præpostera, qui ex qua probatione non judicarent esse legitimam venditionem equæ, vel levidensæ, tamen judicarent matrimonium, non solùm inæquale, sed funestum, perpetuamque alienationem, & servitutem &c.*

Crescitque vis hujusmodi feriæ reflexionis, postquam eadem Angela Maria solemniter declaravit animum suum, 32 prorsus alienum à nuptiis cum dict. Laurentio, rationibus in dicta declaratione, & protestatione latiùs expressis, quia coactæ nuptiæ infelices solent habere exitus, ex cumulatis *per Rot. in Meliten prætensorum sponsalium 4. Maii 1682 §.* 33 *Potissimum cor. Paulucc. & in Lunen. Sarzaren. sponsalium 28. Junii 1694. §. finali cor. Pio.*

Deveniendo modo ad Causæ directionem, crederem non expedire, ut ex parte Angelæ Mariæ præventivum judicium introducatur pro declaratione nullitatis dictæ apocæ 34 sponsalium; Tum quia potest dari casus, quod dict. Laurentius, re meliùs perpensa, omnibusque attentiùs consideratis, à sua prætensione desistat. Tùm etiam, quia semper verum erit, quod quousque adversus Angelam Mariam non inchoatur judicium pro exequutione apocæ, hæc dici non potest incontrovertibiliter acceptata à Laurentio, ex allegatis suprà.

Demùm nullum adest dubium, quòd si hoc interim Angela Maria matrimonio jungatur cum alio Viro, coram Parocho, & duobus testibus, res fit de facili, & breviter expedi- 35 ta, quia per matrimonium subsequens nullius remanent efficaciæ quæcunque antecedentia sponsalia, ea ratione, quia res uni tradita per contractum indissolubilem non potest ampliùs tradi alteri, cui tantummodo promissa est, quam adducunt Authores illi, quos referunt, & sequuntur *Bonacin. de Matrim titul. de Sponsal. quæst. 1. punct. 7. numer. 1. Vla. in Summ. Juris canon. lib 2. tit. 8. de Sponsal. fol 138. vers. Ipso jure, Cartar Decis. crimin. 21. num. 2 Ciarlin. Controv. 131. num 72. Dian coordinat. tom. 2. tract. 6. de Sacram. matrimon. resol 27. per tot Perez ab Unanoa de Matrim disput. 9 sect. 7. num. 1. & Gavard. de Sacram. tit. de Matrim. quæst. 1. art. 2.* 36 *num. 5. fol. 542.* & firmavit *Rot in Lunen. Sarzanen sponsalium 23 Februar. 1665. § Hinc effectuationem cor. Bevilaq.* In qua parte adest *Text. literalis in Cap. Si inter virum 31. de Sponsal.* ubi *Fagnan. num. 2.* & novissima declaratio Sacræ Congregationis *in Amerin. Matrimonii 14. Decem. 1714. & 12. Januarii 1715.*

Scripsi in hac causa obsequendo jussibus *R. P. D. mei Fatinelli*, paulò post editionem *primi Tomi ejusdem doctissimorum* 37 *Responsorum*, in quo cum legissem in *responso 56 seù folio 138.* multa, quæ ibidem adducuntur adversus notoriam praxim, & antiquissimam consuetudinem solvendi Advocatis originalia Scripturarum, quæ recognosci potest *ex dec. 744. numer 9. & 13. par 4. tom. 3. recent.* ubi approbantur, & ca-

& canonizzantur summæ debitæ pro originalibus Scripturarum, tam Advocatorum, quam Procuratorum, & advertit *R. P. D. Ansald.* in his materiis versatissimus *de Commerc. & merc. disc.* 64. *nu* 5 ad me uniformandum sensui *d. R. P. D. Fatinel.* injunxi, præcepiq; meo Amanuensi, ut non transcriberet meo more solito original, hoc est linearum 15. pro qualibet pagina, sed illud scriberet more Scripturarum, quæ à Copistis transcribuntur, ut factum fuit, illudque restrictum in 7. foliis cartis, ità transcriptum, transmisi eid. *R. P. D. Fatinel.* qui commendabili punctualitate, mediante ejus diligenti Studiorum Adiutore, nedum mihi benignè misit duplicatum honorarium, quod solvi solet pro Discursibus, seù Scripturis, quæ pro veritate componuntur, sed ulteriùs pro d. originali mihi misit sex plastras, seu scuta sex & julios tres, ac si illius cartæ fuissent 63. ad quem numerum nullo modo pertingere potuissent, etiamsi de illius syllabis verificatum fuisset illud. *Virgil. lib.* 1 *Æneid. Apparent rari nantes in gurgite vasto.* Cumq; ego constanter respondissem ei, qui mihi d summam dare volebat, in legali materia versato, non posse dict. summam accipere absque nota illius extorsionis, de qua sermo est *in dict. responso num.* 13. fuit mihi replicatum, & benè, quod in hoc casu magnus labor in componendo dictam Scripturam, non erat compensatus cum solito, quamvis duplicato honorario, quodque ob hanc causam idem dignissimus Prælatus, nedum bis, aut ter, sed novies duplicaverat original. An autem innegabile hoc factum dicti doctissimi viri, priùs in Advocati munere, & deinde in causis decidendis exercitatissimi, congruè deservire valeat pro adequata responsione omnibus adductis in dicto responso, alii judicent. Eadem enim reflexio ad hominem applicari videtur omnibus aliis similibus Advocatorum magnis laboribus, quæ nullo modo compensari possunt cum solito exiguo honorario juliorum 24. vel ad summum scutorum trium. Ponamus enim casum, qui non est metaphysicus, quod sermo fit de illis Scripturis, quæ continent 10. & 12. & quandoque plura dubia ut recognosci potest *ex discept.* 16. in quibus casibus multorum dubiorum solent originalia esse multarum cartarum, prætendere in istis terminis, ut dd. magni labores pro quibus opus est multos adhibere dies, compensati dicantur cum honorario juliorum 24. & originali cartarum 10. videtur prætensio, destituta omni legali fundamento.

38 / 39 / 40 (margin numbers)

Et hæc forsàn est ratio, quare Reformatio illa s. m. Innoc. XI. de qua loquitur d. R. P. D. Farinell. neq; ipso vivente, neque tempore successorum Pontificum, ad praxim reducta fuerit, quod in Curia notorium est.

41

Scripsi pariter in alia simili causa *Senogallien.* pro non effectuatione sponsalium simili modo contractorum, pro quibus dicebam, & Sac. Congr Concilii admisit.

42

Non videtur esse locus coactioni Barbaræ ad effectuanda sponsalia cum Ludovico quia non una, sed plures justæ causæ concurrunt in nostro casu pro illorum non effectuatione, in quibus terminis uno ore notant Canonistæ, nunqnam esse locum coactioni, ut videre est apud allegatos in *decis.* 96. *numer.* 1. *coram Pamphil. & in Albanen Sponsalium super Censuris* 15. *Decembr* 1710. *§. In hac coram R P.D Ansald. & in illius confirmatoria* 24. *Junii* 1711 *§* 1. *cor. Illustr. Scotto Urbis Gubern.* quod verum est, etiamsi sponsalia sint juramento munita, ea ratione, quia *vinculum juramenti non adeò firmat sponsalia, quin non liceat ab eis recedere, justa accedente causa*, ut per hæc præcisa verba, cumulatis concordantibus, observat *Rot. in dec.* 19. *num.* 28. *par.* 10. *rec* cum aliis adductis in *dec.* 185. *num* 8. *par.* 14. Et habemus in hac parte punctualissimam resolutionem *hujus Sac. Congr. in Bononien. seù Parmen Sponsalium* 25. *Septembris* 1700. *quæ est in Libr.* 50. *Decret. fol.* 285. & 312.

43

Ante discussionem verò harum justarum causarum, quarum pondus, & efficacia judicantis religioni, & arbitrio relinquuntur, ex cumulatis pe. *Rot. in Ulixbonen. prætensi matrimonii* 7. *Januarii* 1599. *§.* 1 *cor. Litta, & in Comen. Sponsalium* 10. *Junii* 1705. *§. Ratio cor. Molines*, supplicamus observare, quod ad præcisum effectum cogendi, vel non cogendi sponsos ad sponsalium effectuationem, maximam constituunt Doctores differentiam, *quandò* (ut in præsenti ad unguem verificatur) *abscedere volens à sponsalibus non est masculus, sive vir, sed fœmina, idque, si non ad emolliendam rigiditatem Textus in cap. Ex literis, saltem ad requirendam minùs validam, & fortem justitiam causæ in recusando*, sunt verba *Rot. in d. Albanen. Sponsalium* 15. *Decembr.* 1710. *§. Observarunt coram Ansaldo*, ubi illam adducit bonam, atque nimis naturalem rationem, quod mulieres, quantò magis sunt ab initio mobiles, & pronæ ad assentiendum tantò ex post fiunt pertinaciores, quod experientia comprobatur.

44 / 45

Cui alia addi potest ratio, desumpta ex sexus fragilitate, quam adducit *Corrad. in Prax. dispens. lib.* 7. *capit.* 7. *numer.* 37. & quæ in mulieribus naturalis, & immutabilis est, teste experientia, & id observante *Knipschild. de Fideicomm. nobil. cap.* 8. *num.* 120. necnon ex illa simplicitate, qua tractare solent res, & facilè omnia credere. de qua *Tiraquel. ad Leg. Connub. leg.* 9. *glos.* 1 *par.* 9 *num.* 138 ubi refert, & sequitur illud Propertii; *At nimiùm faciles aurem præbere Puellæ*, de quo suprà.

46

Deveniendo modò ad dd. justas causas, primo loco se offert inordinatus; atque insolitus ille modus, quo mediante, extortus fuit consensus ad prætensa sponsalia, superlativè comprobatus in facto, quivè operatur, *ut sponsalia sint ipso jure irrita itaut sponsus deceptus nullo modo ipsis adstringatur*, ut per hæc numero verba id observat *Sanchez de Matrim. lib.* 1 *disput.* 64. *numer* 6. & concordant *Adden. ad Dec. consil* 163. *lit. A Marchant. in Trib. Sacr. ment. part.* 1. *tom.* 3 *de Sacram. Matrimon. cas.* 3. *vers. Dixi*, *Brouver. de Jur. connub. lib.* 1 *tit. de Sponsalibus dolo contractis cap.* 19 *num.* .. & 2. *fol. mihi* 176. cum aliis, à me citatis in *Tractat. de Matrimon §.* 22. *à num* 7. *usque ad finem*, quibus adeo *Rotam in Asprutina nullitatis Matrimonii* 30. *April.* 1708. *§. Et ratio est cor. Illustriss. Scotto Almæ Urb. Gub.*

47 / 48

Alia æ uè justa causa non effectuationis prætensorum sponsalium desumitur à magna indignatione matris, & aliorum consangineorum, totiusque cognationis, & parentelæ sponsæ, quæ in facto innegabilis est; In jure verò pro sufficientissima ad hunc effectum reputatur ex adductis à *Spad. cons.* 152. *numer* 10. *tom.* 2 *Cardin de Luc. de Matrimon. discurs.* 8. *numer.* 11. 16. & *sequent. D. Piton. discept.* 52. *numer.* 87. *D. Gasparr. in Institut anon part* 2. *titul.* 10 *numer.* 26 *Rot. decis.* 1112. *num.* 4 & *decis.* 258. *num.* 1. *coram Seraph. & dec.* 57. *num* 5. & *sequent coram Pæn. & dec.* 412. *num.* 6. *cor. Buvat. & dec.* 19. *num* 45. & 56. *part.* 10. *rec.* ibi: *Indignatio Parentum, & Consanguineorum, &c præbea justam causam recedendi à sponsalibus, & in Viennen. prætensorum Sponsalium* 12. *Januarii* 1705. *§. Quinimò coram Kaunitz, & in Baren. Sponsalium* 22. *Junii* 1711. *§. Quibus addi, versic. Dissensus coram Lancet.*

49 / 50

Tertia causa desumitur ab illo implacabili odio, quo Sponsa prosequitur Sponsum, nedùm ob detectas hodiè eas artes, quibus illam induxit ad se subscribendum Folio sponsalium, sed ex quo illum recognoscit uti authorem, & unicam causam mortis ejus amantissimi Patris, quod in facto concludentissimè probatur ex ejus epistola, unita cum supplici Libello, huic Sacræ Congregationi porrecto, per ea, quæ in terminis similis probationis, desumptæ ex epistola, firmavit *Rot. decis.* 96. *num.* 4. *coram Pamphil.* ibi: *Præsertim quod, ut per suas literas mihi significavit Anna Maria, ità abhorret ab istis nuptiis, & tali odio Marcum Antonium prosequitur, &c. ac si illum habeat pro inimico capitalissimo, & potiùs sit passura mortem, quàm cum eo matrimonium contrahere, quæ etiam habetur pro legitima causa abstinendi à coactione*. In jure verò talem causam pro legitimo recessu à sponsalibus, etiam juratis, approbant *Sanch de Matrim. lib.* 1 *disput* 88. *numer.* 3 *Adden. ad Pamphil. dict. decis.* 96. *numer.* 10. *vers. Odium*, *Rot decis* 447. *nu* 4 *cor. Cavaler. & decis.* 242 *num.* 5. & *seqq. coram Duran. & dec.* 374. *num.* 7. *cor Cels. & in Gadicen Sponsalium* 28 *Junii ejusdem anni §. finali coram Pio*, ibi: *Adeò exacerbatum virginis odium in Marchinum suscitatum fuisse æstimandum est, ut æquissimo jure nè ex connubiali societate mali exitus sequantur, sit locus libertati, quam hisce, vel similibus concurrentibus circumstantiis, etiam in casu, quo reverà sponsalia intercesserint, zelo bono Ecclesia Mater benigna concedere solet, & in Melevitana Sponsalium* 20. *Maii* 1696 *§ Et quatenùs coram eodem & in Baren. Sponsal* 22. *Jun.* 1711. *§ Quibus cor Lancet ib: Tales concurrunt causæ odii inter Partes, ut locus esse nequeat effectuationi sponsalium, quatenùs adessent*.

51 / 52 / 53 / 54

Quarta desumitur ab obstinatissimo æquè ac ab exacerbatissimo animo Sponsæ, quæ non sine lacrymis, narrando infelix accidens, quo mediante, ut ipsa asserit, seque conqueritur, ejus amantissimus Pater ex hac vita post paucas horas ferè ante ejus oculos migravit, EE VV. expressis his verbis: *La medema Oratrice &c. è così implacabile, e mal sodisfatta &c. che è più tosto pronta à soffrire le censure Ecclesiastiche &c. & ogn'altra pena insino alla morte istessa, che congiongersi mai con il vincolo del matrimonio &c.*

55

Quæ obstinatio intrà evidentiæ fines posita est hodiè ab ingenua Relatione Reverendiss. Episc. de mandato hujus Sacr. Congr non semel explorantis ejusdem Sponsæ voluntatem, & asserentis, ibi: *Semper constanter respondit, nunquam in*

animo habuisse se obligandi ad sponsalia, &c. nec ullo pacto, prætensis sponsalibus assentiri velle, imò potiùs se mortem subituram, addens, quod si centiès, vel à me, vel ab aliis interrogetur, semper in eodem responso perseveraturam &c.

Talis autem obstinata voluntas justissima reputatur causa non effectuationis sponsalium, etiamsi ista jurata sint, & nulla alia concurrat justa causa illorum dissolutionis, ea viva 57 ratione, *quia coactio adhiberi solet à Judice, quandò videt aliquem, in sua simplicitate titubantem, secus eum, quem cognoscit constanti animo reluctantem, nè præbeatur occasio spretus censurarum*, juxtà auream doctrinam *Fortunat. in cap. 1. de Pact. declarat. 6. numer.* 30. quem his verbis sequitur *Rot. in decis.* 1285. *num.*6. *&* 7. *coram Emerix jun.* & concordant *Bell cons* 32. *numer.* 11. *Gabr. cons.* 186. *num.* 7. *& seqq. lib.*2. *Rot. decis.* 1112. *num.*3. *coram Seraph. & dec.* 296. *num.*9 *coram Dunoz. jun. & in Toletana Matrimonii* 20. *Junii* 1601. §. 1. *coram Justo*, *& in Eugubina Sponsalium* 28. *Junii* 1606. §. 1. *coram eodem*, *& in Meliten. Sponsalium* 11. *Maii* 1682. §. 58 *Potissimùm coram Paulutio, & in Viennen. prætensorum Sponsalium* 12. *Januarii* 1705. §. *Et quamvis cor. Kaunitz*, *& in Albanen. Sponsalium* 26. *Junii* 1711. §. *Namque coram Illustriss. Scotto Urbis Gubernat.*

Idemque practicavit hæc Sacr. Congregatio in *d. Bononien. seù Parmen. Sponsalium* 25. *Septembris*, *&* 18. *Decembris* 1700, quæ, attenta simili obstinatione alterius nobilis puel-59 læ, injunxit Eminentiss. Archiepiscopo, ut moneret quidem eandem nobilem sponsam, indurato animo nolentem effectuare jurata sponsalia, ad implendam ejus promissionem; Cæterùm si post monitiones, suasiones, & diligentias, adhuc renueret, ad rigorosam coactionem nullatenùs deveniret, re-60 ferente *D. Piton. discept.* 32. *nu.*26. *& Rot. in d. Albanen. Sponsalium* 15. *Dec.* 1710. §. *Demum cor. Ansald.*

Quinta demùm causa, desumitur ex clara dispositione Sta-61 tuti nostræ Civitatis, *in cujus Lib.* 3. *titul. de Malefic. fol.* 17. determinatur, *quod mulier, contrahens matrimonium sinè consensu Patris, vel requisitione trium proximiorum consanguineorum, ipso jure, & ipso facto sit privata, & pro privata habeatur omni commodo, & successione, & parte hæreditatis bonorum, quæ eidem contingere potuerit ex successione quorumcumque consanguineorum suorum, ab intestato decedentium.*

Licet enim ultrò admittamus cum *Ciarl. controv.* 104. *per tot.* & cum caterva Doctorum, ab illo allegatorum, similia 62 statuta, uti opposita matrimoniorum libertati, nullatenùs sustineri. Non potest tamen negari, quod timor talis exhæredationis, vel saltem lites circà interpretationem talium Statutorum, non reputentur justa causa dissolutionis sponsalium, eò quia non desunt Doctores, asserentes, talia statuta valida esse saltem quoad effectus temporales, ut videre est apud dict. *Ciarlin. citat. controv.* 104. *numer.* 9. *& seqq.* & latè apud *Medran. de Consens. connub cap.* 10. ubi refert Pragmaticam sanctionem Philippi II. Hispaniarum Regis, editam anno 1563. & sic contemporaneè ad Sac. Conc. Tridentinum, qua taliter matrimonia contrahentibus, nedùm exhæredationis pœna inflicta est, amissionisque omnium bonorum, sed 63 etiam illa exilii, juxtà verba ejusdem Authoris, quæ regi stravi in meo *Tract. de Matrimon.* §. 8. *num.* 1. & addo citatos ab *Oliva de For. Eccles. par.* 1 *quæst.* 29. *per tot. & à Sanchez*, communiter in matrimonii materia magistro *de Matrim. lib.*3. *disp.*47. *per tot.* & signantèr *n.* 12.

Et in punctualibus terminis, quod procedendo etiam cum recepta opinione, quod talia statuta sint nulla, nulliusque 64 prorsùs roboris, & efficaciæ, adhuc illa reputentur justa causa non effectuationis sponsalium, benè observat *Boss. de Matrimon. capit* 11. §. 19. *numer.* 97. & melius firmavit *Rota in decis.* 401. *num.* 8 *coram Pan.* quam, uti continentem notabilem doctrinam, per extensum registravit idem *Boss. in ejus Tractat. de Matrim. dict. cap.* 11. §. 10. *à nu.* 97. *usque ad num.* 102. & signantèr *num.* 100. ibi: *Quæ licèt manifestè sint invalida, ex quo violant matrimonii libertatem, quam Jura Pontificia ubique requirunt, &c. ad incutiendum tamen justum timorem &c. satis erat, ea de facto in Lotharingia observari, &c. & hinc propterea oriebatur causa rationabilis, ob quam foret ab hujusmodi compulsione abstinendum &c. & coram Seraphin. dec.* 1258. *numer.* 2. ibi: *Quia Parentes Joannis eum* 65 *exhæredare volunt, casu, quo tale matrimonium contraheret, juxtà Statutum Lotharingiæ, quæ causa visa est relevans ad recusationem implementi sponsalium, & coram Cavaler. decis.* 447. *numer.* 2. ibi: *In casu autem proposito satis justa videbatur subesse causa recedendi, quia Parentes puellæ expressè protestati fuerunt, velle eam exhæredare, prout eis permittitur per Statutum Lotharingiæ, casu, quo ipsa contraheret matrimonium cum Martino, ut in his propriis terminis, quod tale Statutum præbeat causam sufficientem ad recedendum à sponsalibus, fuit tentum &c. & decis* 468. *numer.* 1. *coram eodem*, ibi: *Tale Statutum erat invalidum, tanquam impediens libertatem matrimonii, juxtà dispositionem Conc. Trid. quod in Civitate Tullensi in specie fuit acceptatum, sed Informantes pro puella respondebant, statutum hoc aliàs in decisione fuisse habitum pro invalido, sed non propterea cessare dicebant justam causam recedendi à sponsalibus, resultantem ex comminatione exhæredationis &c.*

Supplicantes omnes has causas, & reflexiones unitim sub 66 oculis haberi ad effectum, de quo agimus, ut in his casibus faciendum esse monent *Ciarl. controv.* 108. *sub num.* 68. *Barbos. vot. dec.* 16. *num.* 56. *Sperell. decis.* 79. *numer.* 30. *& Rot. dec.*491. *num.*9. *cor. Royas*, *& dec.*9. *numer.*81. *& seqq. cor. Arguell.* & in nostris terminis *in d. Albanen Sponsalium* 15. *Dec.* 1710 §. *Profectò cor. Ansald.*

Nec credimus in præsenti repetenda ea, quæ ex adversò in præterita Congregatione exagerabantur, de libera, & spon- 67 tanea voluntate Sponsæ effectuandi sponsalia, de quibus agitur, deque illorum retardatione, unicè proveniente ex injustis, & violentibus operationibus matris, & consanguineorum ejusdem.

Pro adæquata siquidem omnium prædictorum rejectione, dignentur EE. PP. perlegere brevem quidem, sed nimis expressivam, & æquè ingenuam Relationem Reverendissimi 68 Episcopi; Ex ista enim palpatur manibus obstinatissimus animus non matris, & consanguineorum, sed ipsiusmet Sponsæ nunquam effectuandi sponsalia, & nullo pacto velle illis assentiri. De viribus autem, & efficacia talis explorationis voluntatis alterius puellæ ad præcisum effectum illam non cogendi ad effectuationem sponsalium egregiè *Rot. in dict. Albanen. Sponsalium* 15. *Decembris* 1710. § *Demùm coram Ansald.* ubi ad rem benè observat, quod sicuti pro cognoscenda spontanea voluntate puellarum pro matrimonio spirituali, statur 69 Relationibus Episcoporum, ità etiam stari debeat eisdem Relationibus, quando in controversiam vertitur spontaneus consensus quoad matrimonium temporale; eo quia de uno ad aliud valet argumentum, juxtà authoritates ibidem allegatas.

Posita ex his negativa resolutione dubii: *An sit locus coactioni?* ad evitandos illos infelices exitus, quos coactæ nuptiæ parere solent, ex punctualiter animadversis per *Rot. in Co-* 70 *men. Sponsalium* 10. *Junii* 1705. §. *Concurrente cor. Reverendiss. Molines*, eadem facilitare speramus, & supplicamus affirmativè responderi alteri dubio: *An Sponsa possit matrimonium contrahere cum alio viro?* superaddito in secunda causæ propositione à Defensoribus Sponsi, prætendentibus talem restrictionem libertatis Sponsæ resultare ex illis verbis apocæ: *Prometto, &c prendere per legitimo sposo il Signor N.N. &c., e non alcun' altro*; Insistendo in verbis istis, *e non alcun'* 71 *altro*, ac si ex illorum efficacia inductum esset perpetuum impedimentum, indissolubileque vinculum ex parte mulieris, nullo unquam tempore matrimonium cum alia persona contrahendi, citando ad id probandum, uti punctualem decis. 72 *Burat. la* 373. *per tot.*

Quantum autem insubsistens sit hujusmodi prætensio, facilè demonstratur observando, quod dicta verba non stant de per se, & absque ulla connexione cum antecedenti promissione accipiendi aliquem in sponsum, sed sunt penitùs accessoria, & unicè dependentia à dict. antecedenti promissione, ut de se patet.

Sicuti igitur d. principalis promissio, vel corruit, vel inexequibilis remanet, ex hoc usque animadversis, ità idem omninò dicendum est de dicta accessoria, & consequutiva obligatione non ducendi alium virum, procedendo in hac parte cum regula *Textus in cap. Accessorium de Regul. jur. in* 6 de qua *Rot. decis* 552. *& decis.* 523. *utrobique numer.* 6. *coram* 73 *Dunozet. jun. & in d. Albanen. Sponsalium* 26. *Junii* 1711. §. *Et hic cor. Illustr. Scotto Urbis Gubernatore*, ubi quod ille, qui justè ab aliquo contractu recedit, non potest ad illius observantiam compelli.

Et tamen præter necessitatem subjungimus, etiam in casu unicæ, & simplicis promissionis negativæ, roboratæ speciali juramento non accipiendi alium in virum, vel in uxorem præter Titium, vel Cajum, adhuc illo non attento, non probatis concludenter, vel ex justa causa dissolutis sponsalibus, vel demùm posito, quod non sit locus illorum effectuationi, semper talia promittens remanet in sua 74 libertate matrimonium cum alio, vel alia contrahendi, juxtà casum *Vintimillen. Sponsalium* in hac Sacra Congregatione quater propositum *diebus* 1. *Junii*, *&* 6. *Julii*, *&* 3. *Augusti*, *&* 28. *Septembris anni* 1709. & tandem solita maturi-

tate

tate resolutum pro libertate contrahendi aliud matrimonium d *die* 28. *Septem* 1709. mediante affirmativa resolutione dubii: *An d. Antonius posset contrahere cum altera?*

Quibus non refragatur authoritas *Rot in decis.* 373. *cor. Burat.* Casus enim d. decisionis toto cœlo distat à præsenti, quia ibidem non agebatur, ut in præsenti verificatur, de

75 promissione, dependente à contractu sponsalium, sed, ut dicitur in principio ejusdem decisionis, quæsitum fuit de viribus independentis, juratæ, præcisæ, & strictissimæ promissionis cujusdam Cornelii, de non contrahendo matrimonium cum alia, præterquam cum quadam Elisabetta, quæ, ut dicitur in fine d. decisionis, subjecta erat gravi præjudicio, ob non effectuationem d. promissionis, itaut nimis difficile alium virum, sibi æqualem, posset invenire. Cum illo addito, *quod idem Cornel.* (sunt verba d. decisionis) *talem promissionem emiserat cum præsentia, consensu, & voluntate parentum, ac interventu duorum fidissimorum ami-*

76 *corum, à quibus consultus fuit*; In nostris autem terminis ex diametro verificatur oppositum, quia Sponsa inducta fuit ad subscriptionem asserti folii, absque ullo consensu, & adversùs innegabilem voluntatem nedùm parentum, & consanguineorum, sed etiam propriam, ut ingenuè testatur Reverendissimus Episcopus; Et quod magis est, adfuerunt quidem duo mediatores, sub amicorum veste larvati, nempè Religiosus, & famula, sed istis, cum omni sermonis proprietate, competit titulus duorum infidelissimorum Consultorum.

Nil igitur mirùm, si in casu d. decisionis, & in circumstantiis adeò legitimi, spontanei, & legalis consensus Sacr.

77 Rota obligavit promittentem ad servandam promissionem, ad differentiam asserti consensus Sponsæ, cui ex solo modo, quo ab illa extortus fuit, succurrendum hodiè esset pro ea liberanda ab effectuatione sponsalium sola probatio, quod illa bona fide, & solito candore contracta non fuerint, juxta punctualem *decis.* 96. *num.* 5 *cor. Pamphil.* ibi: *Secundùm aliquos ex DD. non videntur bona fide contracta, &c. itaut ex hoc etiam videatur justa causa ab illis recedendi &c.*

78 Cæterùm ad materiæ ornatum non omittimus observare, quod si non transit sine maxima difficultate opinio illorum, qui tenent, validum esse præceptum, injunctum filiæ nubendi cum certo personarum genere, & non extra illud, ut videre est apud *Menoch. consil.* 425 *& cons.* 1083. *per tot.* ubi citat pro opinione negativa viginti primæ classis Doctores, frustrà hinc transcribendos, nec non apud *Mont. cons.* 97. *per tot. Vasquez Controv. illustr. lib.* 3. *cap* 41. *num.* 14.

79 *Capyc. Latr. consult.* 72. *num.* 10. *& seqq. lib.* 1 *& Rocc. Selectar. Interpr. cap.* 19. *num* 118. *& seqq.* ea ratione, quia restrictio ad certum personarum genus est impeditiva illius libertatis, quæ in matrimonio omni jure concurrere debet, quantò minùs, præcisa probatione sponsalium, vel posito, quod ista ex aliqua justa causa effectuanda non sint, sustineri potest obligatio, restricta non ad certum personarum genus, sed ad unicum dumtaxat individuum, ut patet consideranti.

80 Pro recta autem applicatione authoritatum, exadverso allegatarum, cum *Sanchez*, exadverso pariter citato *lib.* 1. *disput.* 19. *per tot.* supplicamus observare, quod promissio negativa, non contrahendi cum alio, potest dupliciter considerari; Vel independenter à propositione affirmativa, hoc est (sunt verba *ejusdem Sanchez. in fin. dictæ disputationis*) *Non contraham cum alia à te, vel quàm tecum, vel nisi tecum*; & in hoc casu, quamvis *ex punctuali decis.* 1635. *per tot. coram Coccino*, & punctualiori resolutione hujus Sacr. Congregat. *Vintimilien. Sponsalium* 28. *Septembris* 1709. id non transeat sine contradictore, admittere videtur idem author, quod dicantur contracta sponsalia conditionata, in eo sensu, ut promittens non teneatur præcisè ad contrahendum matrimonium, sed in eo solum casu, quo velit illud contrahere, tunc obligatur dicta promissione negativa, & isti, (qui non sunt nostri,) sunt præcisissimi termini, in quibus, nemine excepto, loquuntur omnes Doctores,

81 exadverso citati, ut patet ex illorum recognitione, & concordant alii, adducti per *Covarr. de Sponsal. part* 2. *cap.* 4. *sub num.* 8. *& Guttier Canon. quæst. lib.* 1. *cap.* 21. *per tot.* & signanter *num.* 13 *& seqq.*

Alio modo potest promissio negativa verificari, & considerari, non de per se, & independenter à propositione affirmativa, sed cum totali, & absoluta dependentia à veris

82 sponsalibus, probatis à præcedenti promissione affirmativa ducendi aliquem, & neminem alium, præter ipsum, juxta terminos nostri casus ibi: *Prometto di prendere per legitimo sposo il Sig. N. N. &c. e non alcun altro*; Et tunc, quia ex dictis primis verbis affirmativis dicuntur probata sponsalia, ut resolvit *hæc Sacr. Congregat. ad* 1. *dub.* sequentia verba negativa, *e non alcun' altro*, regulari debent famulativè, & accessorie ad sponsalia, jam probata à dictis verbis affirmativis, nullamque proindè important distinctam obligationem, sed solùm clarius explicant id, quod continetur in prima parte promissionis affirmativæ, id inferendo, vel ex contextu totius actus vel ex partium voluntate, deducta à conjecturis, & verisimilitudine, ut sequendo *Speculatorem,* 83 *Alexandrum de Nevo, Cepollam, Lopez, & Guttierez*, observat *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *disp.* 19. *num* 7. quem sequitur *Panimol decis.* 23. *annot.* 1. *num.* 9.

Convincentissima autem ratio hujus distanctionis illa est, quia ex dicta accessoria promissione, negativis verbis concepta, nulla alia prætendi potest, & cum effectu nullam aliam prætendunt hodiè obligationem contrarii Defensores, præter illam conditionalem, non ducendi alium, nisi Ad- 84 versarium, non simpliciter, & absolutè, sed quatenus eadem Sponsa velit cum alio matrimonio copulari; Videtur autem evidens, quod hujusmodi distincta obligatio conditionalis nullatenus possit verificari in præsenti, in quo verificatur præcedens obligatio pura, resultans ex verbis affirmativis, seù ex prima parte promissionis, canonizzata ab hac Sacr Congregat. mediante affirmativa resolutione 1. dubii.

Soliditas hujus distinctionis exadverso admittitur, & proin- 85 de fit transitus ad solitas exagerationes, quod nulla concurrat in nostris terminis legitima causa respectu Sponsæ resiliendi à sponsalibus, quodque illa unicè ad dissentiendum moveatur à consanguineorum instigationibus

In hac autem parte non videntur discurrere cohærenter ad ea, quæ in prima causæ propositione asseruentur his verbis: *Quæ sit vera voluntas D. Adversariæ tunc manifestabi-* 86 *tur, quandò illa in alio monasterio extrà Diœcesim Fanen. & Senogallien. in quo non sit, prout in isto, à duabus amitis circumdata, collocabitur*: Collocata enim fuit, juxta Partis instantiam, in diverso monasterio, atque separata pariter fuit à suis amitis, & tamen ejus veram voluntatem his verbis propalavit: *Semper constanter respondit, nunquam in animo habuisse se obligandi ad sponsalia, &c nec ullo pacto prætensis sponsalibus assetentiri velle, imò potiùs se mortem subituram, &c. deceptam fuisse testatur in apocæ subscriptione, &c.*

Et propterea nescimus videre, cuinam verisimilitudini 87 innitantur contrariæ exagerationes, dum de clara, & innegabili voluntate sponsæ non possumus hodiè ampliùs dubitare ex ingenua Relatione dignissimi Prælati, ab hac Sacra Congregat. ad Partis instantiam specialiter deputati, ad explorandam voluntatem ejusdem sponsæ, ex punctualiter firmatis per *Sacr. Rot. in dicta Albanen. Sponsalium* 15. *Decembris* 1710. §. *Demùm cor. R. P. D. Ansald.*

Pro quorum omnium faciliori admissione semper magis opportunè repetimus, quod termini, in quibus loquuntur Doctores, in abstracto, & generaliter disputantes de viri- 88 bus, ac efficacia promissionis per verba affirmativa, vel negativa ad inducenda sponsalia pura, vel conditionata, restricti sunt ad casus illos, in quibus nulla concurrat præsumptio circumventionis, sed agatur de promissione facta à majoribus ætate, cum præsentia, consensu, & approbatione parentum, & consanguineorum, imò etiam fidissimorum amicorum, juxta casum *decis.* 373. *cor. Burat.* Undè à fortiori videntur admitten. in præsenti, in quo agimus de obligatione extorta ab incauta puella annorum 17. eo tempore, quo fagax simula, ut modestè loquamur, *andava inanzi* 89 *& in dietro per guardare se veniva il Signor Padre*; In quibus circumstantiis, quantò magis multiplicantur exadverso affectatæ attestationes illarum personarum à quibus æquè simplex, ac innocens sponsa inducta fuit ad subscriptionem folii sponsalium, eo magis emicat veritas illa, quam non semel, sed semper deindè candidè patefecit in explicatione ejus voluntatis, asserendo, *se tot importunis stimulis, & suasionibus ancillæ, tandem victam apocam subscripsisse, seque deceptam fuisse in illius subscriptione*, quæ ex sola lectura dictarum affectatarum attestationum palpatur manibus, quævè operatur, ut sponsalia, quibuscumque verbis, sivè affirmativis, sivè negativis, concepta, & sivè pura, sivè conditionalia sint, nullam mereantur executionem, nullumque præstent impedimentum, vel importent vinculum, impeditivum alterius matrimonii, ut egregiè probant *San-* 90 *ch. de Matrimon lib.* 1. *disput.* 64. *num.* 6. *Brovver. de Jur. connub. tit. de Sponsal. dolo contract. cap.* 19. *num.* 1. *& 1 fol. mihi* 176 *Bonac. Oper. moral. tom.* 1. *Matrim. de tit de Sponsal. quæst.* 2. *punct.* 9. *num.* 1. *& Jor. de Matrim. par.* 2. *quæst.* 3. *num.* 7. *vers.* 14. *Dissolvuntur.*

Non

Non obstante reflexione, quod in omnem casum sicuti Sacr. Congreg. approbavit in 1. dub. existentiam sponsalium, ità hodie non possit impugnari efficacia promissionis, contentæ in 3. dub. non ducendi alium præter Adversarium, etiamsi admittatur, unicam tantum esse Principalis obligationem, explicatam affirmativis, & corroboratam negativis verbis; Quia aliud est, quod hæc Sacr. Congreg. mediante affirmativa resolutione 1. dub. approbaverit existen-
91 tiam de facto dictorum sponsalium, juxta terminos d. 1. dub. Aliud verò, quod approbaverit efficaciam eorundem sponsalium, aptorum ad cogendam Principalem ad illorum implementum, ad terminos 2. dub. disputati die 12. Mar. 1714. Nos enim admittentes existentiam de facto dictorum sponsalium, strictè respondemus, quod nullatenùs approbavit illorum efficaciam, aptam ad cogendam Principalem, ex quo dicta die 12. Martii distulit resolutionem dubii circa dictam coactionem, & hodiè contrarii Defensores ultro fatentur, non esse locum eidem coactioni.

Cùmque negativa hujus coactionis solidè fundetur in causis, à Jure approbatis, quæ operantur illorum dissolutionem, ex latè adductis in nostris Scripturis, ad differentiam alteriùs casus, quando illa dependet à sola benignitate juris,
92 applicantur punctualiter firmata per *Sacr. Rot. in Albanen. Sponsalium 25. Junii 1711 §. Et hinc cor. Illustrissimo Scotto*, quod scilicet in hoc casu nullum omninò fieri valet fundamentum in existentia de facto sponsalium, quia attenta illorum inefficacia, seu inexequibilitate, nullum operantur effectum, nullamque inducunt validam, & efficacem obligationem: *Quia qui justè à sponsalium contractu recedit, nullo Juris remedio ad illius observantiam compellitur*: juxta verba Sac. Rot. ubi supra.

Speramus proindè, & enixis precibus supplicamus EE. PP. favore Principalis esse responsuros, sequentes vestigia Sancti Urbani Papæ, Sacratio Regi Aragoniæ in casu om-
93 ninò simillimo per hæc verba respondentis. *Hoc æquitate dictante decernimus, ut si illa virum illum omninò, ut dicitur, renuit, & in eadem voluntatis authoritate persistit, ut viro illi prorsus se deneget nupturam* (juxta præcisos terminos nostri casus) *nequaquam eam invitam, & reluctantem ejusdem viri cogas conjugio sociari*. Illa adducta bona ratione: *Quorum enim unum corpus est, unus debet esse animus*, ut videre est *in Can. De neptis 31. quæst. 2.*

Sacra Congregatione Concilii die 12. Maii 1714. I. dub. *An constet de Sponsalibus in casu, &c.* Respondit: *Affirmati-*
94 *tivè*. II. vero: *An sit locus coactioni in casu, &c.* Et III. *An B. possit matrimonium contrahere cum alio viro, quatenùs nolit exequi Sponsalia, de quibus agitur*. Respondit: *Dilata, & ad mentem*, quæ fuit, *ut Puella traduceretur ad Monasterium in Civitate Pisauri, ibique ejus voluntas ab Episcopo exploraretur*. Die verò prima Septembris 1714. II. dub *An sit locus coactioni*: Respondit: *Negativè*. III. autem dub. *An B. possit matrimonium contrahere cum alio viro, quatenùs nolit exequi sponsalia, de quibus agitur, in casu &c.* Respondit: *Affirmativè, & amplius*.

95 Circa primum dubium, concordatum antequam ego requisitus fuissem ad scribendum, statim dixi dignissimo Religioso, qui fortiter promovebat partes mulieris ejus neptis, quod impossibile erat illud vincere, eò quia non poterant negari sponsalia, utì ad oculum resultantia ex sola lectura apocæ, quæ, utì à muliere innegabiliter subscripta, impugnari non poterat. Consului proindè, ut videret, an posset d. dubium mutare, & ad instar alterius disputati *in d. Parmen. Sponsalium, de qua supra num. 41.* disputari aliud sequentis tenoris: *An constet de Sponsalibus, quæ sint exequenda, seù quæ veniant effectuanda*, quia hoc modo parùm referebat prima pars circa existentiam dd. sponsalium, nisi illa essent exequibilia, vel effectuanda; Verùm tamen est, quod nimis serò promota fuit ejus instantia, & opus fuit disputare d. dubium cum totali, & plena certitudine in illo succumbendi. Unde benè observat *D. Advoc. Piton. in suis Disceptat. Ecclesiast in Parerg. fol 7 num 29. Incongruam dubiorum concordationem non leve præjudicium sæpe afferre miseris litigantibus.*

96 Proveniunt autem hujusmodi præjudicia ex eo, quod in principio Causarum, præsertim magni momenti, negligantur congressus illi Defensorum, à quibus ut plurimùm pendet litium celer terminatio, quia dantur casus, & non sunt metaphysici, quod post plurium annorum decursum, in quibus aliqua lis duravit, cognita incongrua dubiorum disputatione, opus est renunciare judicatis, & causam ex integro instruere. Experto credite.

DISCEPTATIO XIX.

Novarien.

PRO

Canonicis Regularibus Lateranen. Novariæ.

CUM

Capitulo Cathed. ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Accedentibus processionaliter Canonicis Cathedralis ad Ecclesias Canonicorum Regularium Lateranensium, isti quomodo teneantur illos recipere in ingressu, & associare in recessu.

Ex speciali devotione erga SS. Virginem ab antiquo tempore Decuriones Civitatis Novariæ, una cùm Canonicis, & Capitulo Cathedralis accedere processionaliter solent in die Nativitatis ejusdem B. Virginis, ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum Canonicorum Regularium Lateranensium, in Suburbiis ejusdem Civitatis positam, ibiquè, persolutis aliquibus precibus, iidem Decuriones offerunt nonnulla cerea intorstitia, ejusdem Civitatis insigniis decorata, & per totum hujus temporis decursum fuerunt benignè recepti, assistente ad januam Ecclesiæ uno ex Canonicis Regularibus Lateranensibus cum aspersorio, ut non controvertitur. 1

Cùm autem post tanti temporis lapsum moderni Canonici ejusdem Cathedralis, nullo prorsus jure suffulti, suscitaverint prætensionem, quod iidem Canonici Regulares Lateranenses, occasione talis accessus teneantur ipsos recipere ad januam Ecclesiæ in corpore, & quidem etiam cum superpelliceo, eosque in ingressu, & regressu associare, proponunt disceptanda duo dubia, de quibus in *fine*, per EE. PP. favore eorundem Canonicorum Regularium Lateranensium resolvenda, prout humiliter, & enixè supplicamus. 2

Ante illorum autem discussionem, præmittenda videtur conclusio, uno ore ab omnibus Doctoribus admissa, & communiter à Supremis Tribunalibus recepta, quod vigore notoriorum privilegiorum, à diversis Summis Pontificibus Religiosis familiis concessorum, istorum Ecclesiæ, prorsus exemptæ sunt, & omninò liberæ ab Ordinariorum, & Cleri sæcularis Jurisdictione, seù superioritate, itàut Clerus sæcularis in Regularium Ecclesiis nullum Jus, nullamque Jurisdictionem actualem, nec habitualem habeat, sed in illis existens, dicitur existere extra proprium territorium, & consequenter positiva Juris resistentia adesse videtur, ut privatus in aliena domo præeminentiam aliquam prætendere valeat, ut ferè per hæc verba generaliter observat *Card. de Luc. de Præem. disc. 22. num. 5.* & concordant adducti *à Cesped. de Exempt. regul. dub. 391. num. 1. Tambur. de Jure Abbat. tom. 1. disput. 15. quæst. 1. num 4. Barbos. alleg 105. num. 11. & seqq. Kochier. de Jurisdict in exempt. quæst. 17. part. 1. num. 25. Petra ad Constitut. Apostol. tom. 1. ad Constitut. 1. Paschal. 2. sect. 1. num. 8. Ansald. in addit. ad decis. 74. num. 13. & 54. & Rot. in decis. 2089. num. 16. & seqq. cor. Coccin. & decis. 10. num. 6. & seqq. apud de Prosper. de Territor. separat.* Et in punctualibus terminis totalis, & omnimodæ exemptionis Ecclesiarum nostræ Congregationis, *Pennot. in Histor. Canonic. regular. lib. 3. cap. 31. num. 3.* ubi refert, & sequitur individualem Constit. *Six. IV.* quæ reperitur etiàm impressa *in Bullar. nov. tom 1. Constit. 10. inter alias ejusdem Summi Pontificis*, & referendo, ità decisum ab hac Sacr. Congreg. *in una Bononien. 14. Febr. 1642.* probat *Pignatel. consul. 18. num. 17. tom. 3.* 3 4 5

II. est præmittendum cum *Lotther. de Re benef. libr. 1. cap. 16. num. 120. & seqq.* quod quatuor sunt gradus prærogativarum, propter quos honorem sibi exhiberi prætendi potest; Duo scilicet superiores, cum administratione, & jurisdictionem, alii verò duo inferiores, sinè administratione, & jurisdictione; Non idem idcircò ait esse unicuique gradui subjectum, ut propterea si versemur circa duos inferiores gradus, totum id, quod ex parte inferioris exhibetur superiori, sistit in simplici cultu, & reverentia, quod secus est in duobus gradibus superioribus administrationis, & jurisdictionis; quia tunc id, quod exhibendum est ex parte inferioris, 6

ris, non solùm consistit in cultu, & reverentia, sed etiam *in obedientia, & honorificentia, prout obedientia est executio præcepti, honorificentia verò est obsequium cujusmodi est gratulabundus occursus*, & concordant *Angel Doct. in 2. 2. quæst 102. art. 2. vers. Prætereà*, ibi: *Cultum, & honorem non debemus omnibus in Dignitate constitutis, sed solùm iis, qui super nos prælationem habent*, & *Bald. in leg. Liberti* 7 *num. 6. Cod. de Oper. libert.* ibi: *Honorificentia est quidam cultus, quo inferior superiorem honorat, puta si Canonici vadunt obviam Episcopo suo, in felici ejus ingressu processionaliter, sicuti moris est.*

His præmissis, respectu primi dubii, vel est sermo de passiva, ut ita dicam, Capituli Adversarii receptione in nostra Ecclesia, seù de patientia à Principalibus præstanda, ut Canonici, ad eandem Ecclesiam processionaliter accedentes, recitent antè altare Beatissimæ Virginis illas determinatas preces, quas ab antiquo tempore soliti fuerunt recita-8 re; Et nulla circa hoc cadit difficultas, nullaque contradictio, quia ultrò admittimus, quod Ecclesiæ exemptæ in his circumstantiis patientiam præstare debeant, illamque parati sunt Principales præstare prò adimplemento dictarum piarum functionum, explendarum à Clero sæculari, ut in terminis celebrationis missarum resolvit *Sacr. Congregat. Conc. in Romana 15. Jan. 1639. Lib. 16. Decr. fol. 128.* quam sequitur *Card. de Luc. de Legat. disc. 25. num. 10.*

Aut verò loquimur de receptione qualificata, ab exemptis facienda per actus positivos, obviam eundo ingredientibus in janua Ecclesiæ, illosque collegialiter recipiendo, & asso-9 ciando, & ad hanc nullo modo tenentur Principales; Quia nullo jure cavetur, quod accedens ad alienam domum, seù ad Ecclesiam, in qua nullam habet jurisdictionem, nullamque superioritatem, obligare possit dominum ejusdem domus, seù Ecclesiæ, ad illum recipiendum modo, sibi benevisо, nisi agatur de Superiore, aut Patrono, ut tradunt *Fagn. in cap. Nobis num. 25. de Jurepatr. Lambertim. eodem tract. lib 3. quæst 1. art. 1. num. 3. vers. Apertè, & num. 11. Lotter. de Re benef. lib. 2. quæst. 4. num. 2 & seqq. Ventrigl. in Praxi par. 2 annot 1 §. 4. num. 9. & Cassan. in Cathal. Glor. Mund. par. 4. consid. 80. circa med.* ea ratione, quia talis collegialis occursus in Janua Ecclesiæ est signum veræ subjectionis, non autem solius reverentiæ, & simplicis honorificentiæ, ut egregiè observat *Bosquet. ad Epist. Inn. 3. lib. 4. reg. 16. epist. 2.* & tradit *Bald. in leg. Liberti n. 6. C. de Oper. libert.*

Et in fortioribus terminis ipsiusmet Cleri sæcularis, omni jure subjecti jurisdictioni, & ordinationibus Episcoporum, quod tunc solum teneatur ad dictum occursum, & qualifica-10 tam receptionem, & associationem, quando ita consuetum est, habemus id solemniter determinatum *in Cæremoniali Episcop. libr. 2. cap. 32.* his verbis *Eo ordine ibit processio usque ad Ecclesiam, ad quam juxta consuetudinem Civitatis dirigitur, cujus Ecclesiæ Clerus, ubi ita consuetum est, procedit obviam usque extra portam Ecclesiæ processioni, ibique stans, eam recipiet*: & concordat *Bauldr. in Manual. sac. Cærem. par. 2. cap. 14. de Process. num. 20 & 21.* ibi: *Si dùm fit processio ad aliquam Ecclesiam divertendum sit, illius loci Clerus cùm habitu Chorali extrà Ecclesiæ portam obviam ire debet, si talis est consuetudo, ex Cæremoniali Episcoporum &c.* & ibi: *Cùm autem processio pervenerit ad Ecclesiam destinatam, ejus Ecclesiæ Clerus, si sit consuetudo, ut supra, procedit obviam extra Ecclesiam, ibique eam excipiat.*

Quoties autem cæremoniale, ad effectum occursus, & honorificæ receptionis, requirit consuetudinem, manifestè demonstrat, assistentiam Juris esse in contrarium, *per Text. in cap. Irrefragabili, §. Excessus de Offic. ordin. leg. Jus singulare ff. de Legib. Rot. decis. 254. num. 7. par 19. recent. &* 11 *in Giennen. Juris votandi 9 Febr. 1705. §. Et quamvis cor. Illustrissimo Scotto*; Nàm permissum ex consuetudine arguit, non esse de jure concessum, quia in uno casu permissum in aliis dicitur prohibitum, *Can. Qualis dist. 25.* ubi *Glossa verb. Negatur*, ibi: *Sic quod de uno conceditur, de alio negatur*,

Præcisa autem dicta consuetudine Ecclesiarum, quæ in casu nostro nullatenus concurrit, ut videbimus infra, duplex respectu Ecclesiarum exemptarum, & utraque efficax, concurrit exclusiva contrariæ prætensionis.

I. Quia in Ecclesiis exemptis in tantùm similes functiones permittuntur Archiepiscopis, Episcopis, aliisque de Clero sæculari, in quantum, mediantibus dictis sacris functioni-12 bus, nullum gravamen inducatur, nullaque molestia inferatur Patronis, seù Dominis earundem Ecclesiarum exemptarum juxta *Text. literalem in Clement 2. de Privileg.* ibi: *Sic tamen quod prætextu concessionis hujusmodi in Locis ipsis exemptis, &c. nullam aliam Jurisdictionem idem Archiepiscopus, vel Episcopus exerceat, nec personis exemptis, vel privilegiatis molestiam inferat, vel gravamen &c.* ubi communiter *Repetentes*, aliquè, quos in *eadem Clement.* citant, & sequuntur *Vitalin. num. 27. & Barbos num 1.* ibi: *Dummodò tamen per hoc, tam Archiepiscopus, quam Episcopus in* 13 *Locis hujusmodi exemptis, vel privilegiatis nullam aliam jurisdictionem exerceant, nec personis exemptis molestiam, vel gravamen inferant, nec in alio exemptioni privilegiatorum præjudicetur.*

Nemo autem non videt, quale gravamen, qualisque intolerabilis inferretur molestia exemptis, si isti cogi possent ad recipiendos, nedùm dictos Archiepiscopos, & Episcopos, sed etiam solum Capitulum, seù Canonicos dumtaxat, 14 absque eorum capite, cum illo qualificato occursu, & magis qualificata associatione in accessu, & recessu, quam prætendit Capitulum, ut de se patet.

II. Ratio consistit in eo, quod honorificæ receptiones in propriis domibus, vel Ecclesiis exemptis, dicuntur potius ex urbanitate, quam ex necessitate, & debito convenire, ideoque non potest quis obligari ad talem qualificatam receptionem, ut in terminis fortioribus solemnis functionis, faciendæ ab ipsomet Episcopo, punctualiter notat *Novar. in Summ. Bullar. comm. 19 num. 11. par. 1.* his verbis: *Nec Re-* 15 *gulares cogi possunt ad assistendum missæ, vel ei occurrere, seù obviam facere, cùm hoc potiùs sit de honestate, & ea, quæ sunt honestatis, non inducunt coactionem*, & referendo eadem præcisa verba, *Cesped. de Exempt. Regular. capit 13. dub. 220. num 4 fol. mihi 304. & Sanchez Consil. moral. libr. 6. cap. 9. dub. 1. num. 36.* & meliùs *Donat. Rer. Regular. tom. 1. tract. 13. de Exempt. Religios. quæst. 74. in fine*, ibi: *Tertiò* 16 *limita, ut Regulares cogi non possint ad assistendum missæ, vel ei occurrere; seù obviam ire, quia hæc sunt honestatis, proindè non possunt coactionem inferre.*

Quamvis autem respectu Episcoporum contrariam sustineat opinionem *Pellizz. in Manual. tom. 2. tractat. 8 capit. 6. sect. 1. num. 38.* id tamen procedere inquit ob specialem Bul-17 lam *Leonis X* quæ monuit Regulares, ut Episcopos congruo honore venerentur, tanquam *loco Sanctorum Apostolorum subrogatos*, ut videre est *in Constitut. 22. ejusdem Summi Pontificis §. 22.* ibi: *Ut eosdem Episcopos, loco Sanctorum Apostolorum subrogatos, prò debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentia congruò honore, & convenienti observantia venerentur*, quæ ratio non militat respectu Cleri sæcularis, seù Capituli, quod, ut de se notum est, nullatenus Sanctos 18 repræsentat Apostolos.

Et in terminis longè piæ functionis, & solemnioris processionis, quæ fieri solet, non à toto Capitulo, sed ab eodem una cum Capite, seu Episcopo, cum Reliquiis alicujus Sancti Protectoris Civitatis, quod non possint cogi Regulares, antè quorum Ecclesias transeat eadem solemnissima processio, illam expectare in januis Ecclesiarum, ad thurificandum dictas Reliquias, benè probat *Pignatel. consultat. 53. per tot. tom.* & signanter *num 40* ibi: *At nullibi, quod vide-* 19 *rim, in sacris Canonibus cautum est, quod Regulares exeant domo, vel Ecclesia pro hac thurificatione &c. Ex quibus censeo, hujusmodi egressum, venerationem, ac thurificationem esse quidem piam, & Religioni, religiosisque viris consentaneam, non tamen necessariam, ac proindè posse Episcopum Regulares hortari, non tamen cogere, maximè exemptos, ac peculiaribus privilegiis Sedis Apostolicæ præmunitos*, quem sequitur *Pascuc. tom. 2 tit. de Regular. fol. mihi 278.*

Quæ si absque ullo dubio procedunt in illis casibus; in quibus tales solemnes functiones fiunt ab ipsismet Archiepiscopis, seù Episcopis, juxta præcisos terminos authoritatum, 20 supra allegatarum, multò magis habebunt locum in illis functionibus, quæ sunt propriæ Capituli, neque annumerantur inter processiones, quæ fiunt ex publica causa, & in quibus caput eorundem, seù Episcopus, non intervenit; *Nimis enim reputatur absurdum, ut major præeminentia tribuatur membro, ac inferiori, quàm capiti, & supremo*, ut per hæc præcisa verba, cumulatis concordantibus observat *Rot. in decis 159. num. 10. cor. Priolo, & decis 17. num. 7. apud de Prosper. de Territ. separ.*

Diximus, quod dicta functio non est propria Capituli, quia illud accessoriam tantum figuram facit in eadem sacra functione, ex quo illa primò, & principaliter directa est ad satisfaciendum antiquæ devotioni Civitatis Novariæ erga Beatissimam Virginem, ad quod explendum in publica for-21 ma illius Decuriones ad nostram Ecclesiam quolibet anno accedunt, ut in eadem Civitate notorium est. Undè applicatur paritas illa, adducta *à P. Segner. nel Cristian. instr. par. 3. ragion. 7. num. 7.* de illo Principe, qui intervenit nu-

ptiis

ptiis unius ex suis familiaribus, quia, *se bene in tal caso il Principe è per se medemo il primo, tuttavia in ordine à quell' attione non vi fà la prima figura;* Et proindè ex hoc etiam capite eò minùs in nostris terminis prætendi exadverso potest extraordinarius occursus, talisque qualificata receptio, & associatio, dum primam, & principalem figuram in eadem sacra functione faciunt Decuriones, nomine totius Civitatis accedentes ad nostram Ecclesiam, non autem Canonici, comitantes solùm, atque associantes eosdem Decuriones, ut patet consideranti.

Diximus pariter, quod eadem functio non annumeratur inter processiones, quæ fiunt ex publica causa, sed dicitur merè privata, uti composita à Capitulo, & Clero Cathedralis tantùm, juxtà celebrem resolutionem hujus Sacr. Congregat. quam referunt, & sequuntur *Barbos. in Summ. Apost. decis. collect.605. num.23. in fine*, ibi: *Dicuntur processiones privatæ, quæ à Capitularibus, & Clericis, & Cathedralibus tantùm fiunt, ob aliquas causas, & de Potest. Episc. par.3. alleg.78. num.6. in fin. Vener. in Exam. Episc. lib.6. cap.18. numer.14. & Ricc. decis. Cur. Archiep. Neapol. par.4. decis.379. num.6.*

Et ex hac animadversione alia insurgit reflexio, penitùs destructiva contrariæ prætensionis, quia si neque ipsimet Canonici, incontrovertibiliter subditi proprio Episcopo, tenentur capitulariter obviam ire, eundemque associare, quando non est sermo de functionibus solemnioribus, *sed solùm ex urbanitate* (sunt verba *Barbos. in Summ. Apost. dec. collect.99. num.5.*) *satis est, ut hoc obsequium illi præstet aliquis ex Dignitatibus, & Canonicis, occurendo ad ostium Ecclesiæ cum aspersorio, & aqua benedicta*, quæ repetit *in tract. de Canon. cap 32. num.7.* & concordat *Gavant. in Manual. verb. Canonicorum munera ergà Episcopum num.11.* ubi refert, & sequitur plures resolutiones hujus Sacr. Congregat. Multò minus idem obsequium à Religiosis, sibi nullatenus subjectis, prætendere poterunt Canonici in illa functione, quæ non solùm non est ex solemnioribus functionibus, determinatis in Cæremoniali, & specificatis *ab hac Sacr. Congreg. 17. Novemb. 1607. & 1. Decembr. 1632.* referente *Barbos. de Canon. cap 32. num.11:* nempè *Epiphania, Pascha Resurrectionis, Feria 5. in Cœna Domini, Ascensio, Pentecostes, necnon Festivitates SS. Petri, & Pauli, Assumptionis Beatissimæ Virginis, Nativitatis ejusdem, & omnium Sanctorum*, sed neque est propria eorundem Canonicorum, neque dicitur fieri ex publica causa, ex supra animadversis.

Ex quibus non credimus exadverso insistendum in præeminentiis, & dignitate Capituli Cathedralis, ex eo, quia illud, uti constituens unum, & idem corpus cum Episc. cujus fratres dicuntur Canonici, & idcircò de illius omnibus prærogativis, & præeminentiis participet, unde est, quod omnes Ecclesiæ de Diœcesi parem Capitulo, & Episcopo obedientiam, ac reverentiam exhibere teneantur.

In primis enim Episcopus Novariæ non accedit processionaliter ad Ecclesiam nostrorum Canicorum, & ideòcùm non habeatur modus, quo ille recipitur, perperam allegatur parificatio, quæ est de subjecto non supponente.

At cessat in universum difficultas ex duplici responsione, quarum prima est, quod regula prædicta, quamvis absolutè vera foret, prout non esse infra ostendemus in secunda responsione, locum minimè sibi vindicaret quoad Ecclesias Regulares, quia illæ innegabiliter exemptæ sunt, atquè obedientiam præstare non tenentur, sicut aliæ Ecclesiæ; Et licet Episcopo salva remaneant reverentialia, attamen hoc, quod est proprium personæ Episcopi nequit prædicari de solo Capitulo; Maxima etenim intercedit inter utrumque differentia, ex quo licèt Episcopo ordinaria sublata sit jurisdictio in Ecclesias, & personas Regularium, utpotè exemptas, attamen in multis casibus, præscriptis à Constit. Apost & à Sacro Concilio Tridentino fruitur saltem jurisdictione delegata; E converso tamen Capitulo deest jurisdictio, tam ordinaria, quam delegata, & quidem, tàm Sede plena, quam illa vacante, de quo tempore indubitati juris est, illud haud quaquam succedere in jurisdictione delegata, quæ specialiter ex privilegio, aut particulari commissione, Episcopo competebat, *Cap. Pastoralis 11. §. Præterea de Offic. Ord. In cap.2. de Stat. Monach. Abb. in cap. Cùm olim vers In 5 de Major. & Obed. Felin. in cap. Eam te n.7. de Rescript. Fagn in d.c. Cùm olim n 54. Feder. de Sen. cons.130. n.1. Alex. cons 1:0. n.3. lib 6. Dian Oper moral. par.5. tract. 4. resol 29. Frass. de Reg. Patr. Ind. lib.1 cap.4 n.6. & 7. Fermos de Potest. Cap. Sed. vacant. quæst.3. numer.14. & 15. & Piasec in Prax. Episcop. in §. Proe. nu. de Elect. nu.21. §. Tanto.*

Quod circa Capitulum, sede vacante, nullo prorsus fruitur jure visitandi monasteria, neque loca exempta, quæ visitat Episcopus, ejusque Vicarius Generalis authoritate Apostolica, *Garz. de Benefic. par.5. nu 45. Quaran. in Summ. Bullar. verb. Capitulum sed vac. §. Quibus quæst.1. Leo in Thes for. Eccles. par 1. cap.10. de Vicar. num 8. ad fin.* Prout etiam non procedit contra exemptos in iis etiam casibus, in quibus procedebat Episcopus, *Passer. in cap, Per hoc num.6. de Hæret. in 6. & Barbos. de Canon. cap.112. a numer.106.* Nec denique illud succedit in iis quæ Episcopo, tanquam Sedis Apostolicæ delegato, tribuuntur à Concilio Tridentino *Fagn. in cap. Cùm olim num 55. de Major. & obed. Barbos. de Episc. alleg.92. num.17. & Gavant. in Enbyrid verb. Capitulum sed. vac. num.52.*

Atquè hinc patet, quàm insubsistens sit prætensio æquiparationis cum Episcopo, à quo Capitulum nimis distare dignoscitur, tùm ratione dignitatis, tùm respectu jurisdictionis; & quidem, tam sede plena, quàm etiam sede vacante, de quo tempore, quamvis illud succedat in jurisdictionem Episcopalem, attamen nunquam jurisdictio Capituli est adeò plena, ac omnimoda, ut illa Episcopi, non solùm quia, ut hactenus probavimus, illa locum sibi non vindicat, quoad Ecclesiam exemptam Principalium, illasque cæterorum Regularium; Verùm etiam, quia nec illa est talis, & quoad omnia respectu ipsarum personarum non exemptarum, sed tantummodo in iis, quæ sunt meræ necessitatis, nullatenus autem in gratiosis, nec in iis, quæ sunt liberalitatis, & jurisdictionis voluntariæ, juxta *Gloss. in cap. His, quæ verb. Pro bono de Major. & obed. & in clement.10. de Hæret. verb. Capituli, Abb. in d. cap. His, quæ numer.3 vers. Quod in his, Gemin. in can.1. vers. Sed facit dist.18. Fagn. in cap. Illa num 13. Nè sede vacan. Garz. de Benef. par 5 cap.7. num.51. 54. 60. & 68. Lotter. de Re benef. lib.1. quæst.9 num.47. & libr.2. quæst.2. num.25. Piasec. in Prax. Episc. in proœm. de Election. num.21. §. Neque, & Barbos. de Potestat Episcop. alleg.132. num 22.*

Hinc est, quod tantum abest, quod Capitulo debeantur eadem reverentialia, quæ debentur Episcopo, ut illa in ipsum nullatenus transire, sede etiam vacante, in puncto tradat *Pignatel. consult.24. num.2. tom.5* ibi: *Ea, quæ competunt Episcopo ex jure delegato, non transeunt in Capitulum Sede vacante, quæ enim specialiter Episcopis, & Prælatis competunt, ea Capitulum expedire nequit; cap.2. &c. Uti neque ardua, & reverentialia, Picard. cons 82. num.98. &c.*

Altera solidissima responsio est, quod communicatio præeminentiarum, ac prærogativarum; quas ab Episcopo mutuare prætendit Capitulum ea ratione, quia Canonici sint pars corporis Episcopi, cujus fratres dicuntur, non reddit Capitulum ita par eidem Episcopo, ut æqualibus, ac ille sit honoribus decorandum; Quod evidentissimè patet ex eo, quod Episcopus, & Capitulum non se se ad invicem æqualiter tractant, sed cùm maximo discrimine, quia Episcopus semper facit figuram Superioris, undè cultum, & reverentiam exigit à Capitulo, quod se habet, ut inferius, & idcircò Episcopo reverentiam, & venerationem præstat; Undè est, quod ipsimet Canonici Episcopo, ad Ecclesiam Cathedralem venienti, teneantur in solemnioribus anni festivitatibus occurrere, ac honorificè eum excipere, *Franc. de Eccles. Cath. cap.29. num.154. & 155. Ric. decis.25.* Ex quo palàm fit, quàm irrationabilis sit prætensio, quod illud parem, ac Episcopo, sibi exhiberi contendat honorificentiam; Resistente ulterius ratione, quod præeminentia, quæ competit ex jure alterius, ac veluti mutuo data, sit semper longè inferior illa, quæ competit ex persona propria, per ea, quæ tradunt *Purpur. in l.1. ff. de Offic. ejus, cui Mand. est jurisd. nu.632 Menoch. cons.51. nu.24. & 25 Dec. in cap. Sanè il 2. n.2. vers Et ad hoc de Offic. Jud. deleg. Bart in leg. Quod Principi in fine ff. de Legat.2. Alciat resp.199. n 336. Cantucc. in voto* impresso penes *Gratian. disc.111. n.58. & 59. & Gonzal. ad Regul.8. Cancell gloss.5. §.4. num.104 & seqq.*

Non relevante, quod Canonici dicantur fratres Episcopi, quodquè unum, & idem corpus cum Episcopo constituant; Non enim exindè infertur parem, ac Episcopo sibi deberi præeminentiam; Et licèt Capitulum constituat unum corpus cum Episcopo, attamen semper est verum, quod in hoc corpore Episcopus gerit figuram capitis, Canonici autem illam membrorum, adeoùt nemo non videat, tantùm Episcopum Capitulo esse honorabiliorem, quantùm caput cæteris membris supereminet, ut egregiè firmavit *Rot. in Hispalen. Visitationis 20. April. 1700. Repetita cor. Molines*, ibi: *Quantùm caput membris, quantumque Princeps Senatoribus, & Consiliariis præstantior est, tantum Episcopi Canonicos antecellunt.*

Sanè

Sanè autem eatenus prærogativæ, & præeminentiæ Episcopi quandoquè communicantur Capitulo, quatenus ipsum cum illo concurrit, & convenit, quia tunc continuativè idem honor exhibetur Episcopo, & Capitulo, utpotè efformantibus unum, & idem corpus; At secus est, cum Capitulum non incedit cum suo capite, sed solus, quia tunc nequit considerari, uti pars corporis Episcopi, sed uti Collegium separatum, ut utrumque casum distinguendo egregie observant *Pignat. consult. 2. n.31.3. Franc. de Eccles. Cath. cap.33. num.37. & 38. Anguian. de Legib. lib.2. controv.4. num.4.* ibi: *Canonicos Cathedralis bipartitò cerni, & considerari posse: Uno modo, quatenus conjuncti, & copulati in unum corpus, Capitulum, seù Collegium aliquod constituunt; Alio verò modo, in quantum repræsentant illam Ecclesiam, & illius Clerici sunt, qua ratione non possunt tales Clerici unam Communitatem sive unum corpus constituere, nisi cum Episcopo, qui caput ipsorum est, Clerici autem membra*, optimè *Manriq. de Præcedent. quæst.1. num.27.* ubi, quod honor, & reverentia, quæ debetur Episcopo, adeò illius ossibus inhæret, ut nequeat ad alium transire, & *Fermosin. de Potest. Capit. sed. vac qu.4 num.4. & 17.*

Quantum autem discriminis sit inter casum, quo Capitulum incedat unitum cum Episcopo, ac alterum, quo ab illo dissocietur, patens fit ex eo, quod primo casu, quia constituit unum, & idem corpus cum Episcopo, locum, & præcedentiam suprà illud non habet Vicarius Generalis Episcopi; At secus est, Episcopo absente, quia tunc cessante ratione connexionis, Vicarius Generalis præcedit Capitulum *Barbos. de Canon. cap.6. num.56. & in Sum. Apost. Decis. collect.714. n.7. Cantuc. in Voto penes Gratian. d. discept. 111. num.16. & 47 idem Gratian. discept.298. num.37. Fermosin. de Potest. Cap. sed vac. cap.5 num.7. & Manriq. de Præced. quæst.52. num.5.*

Minùs credimus exadversò insistendum in prætensâ contraria consuetudine, seù quasi possessione, tam respectu nostræ Ecclesiæ, quam aliarum Ecclesiarum exemptarum Novariæ; Illa enim non probatur in facto, & probata, per falsam hypothesim, non relevaret in Jure.

Non probatur in facto, ad quod demonstrandum præmittimus, quod in hac præeminentiali materia, quando Constitutio aliqua consuetudinem requirit, vel supponit, inter Ecclesiasticas personas, hæc semper intelligitur de quadragenaria consuetudine, seù quasi possessione, per annos 40. pacificè continuata, juxta plures authoritates, relatas à *D. Piton. discept. Eccles.50. num.10.* & concordant adducti *à Carl. Anton. de Luca ad Grat. discept.111. sub num.3. Pignat. consult 63. num.9. vers. Nisi tom 3. & Rot. in Hispalen. Juris Sedendi in Synodo 21.* Junii 1697. *§. Et hoc coram Muto*, ibi: *Nisi ex parte Capituli doceatur de legitima consuetudine in contrarium, dubitationi locus non est, quod Papa intellexerit præservare consuetudinem quadragenariam ex Text. in cap Cum Ecclesia, &c.*

Hoc præmisso, deveniendo ad contrarias probationes assertæ consuetudinis, illa nullo modo probata dici potest ex quodam informi Liberculo, ut prætenditur, usque ab ann. 1663. conscripto à Jo: Baptista Bellotto, Cæremoniario Capituli, in quo legitur, Adversarios recipi à Principalibus, atque à musicis cantari *la Salve Regina, finita la quale l'Ebdommadario parato con Piviale dice l'Orazione, li Sig. Sindici, e Consiglieri vengono ad offerire, e baciare la Pace, s'invia la processione verso casa, &c. sono accolti da RR Canonici Padroni di d. Chiesa &c.*

Tum quia idem assertus Cæremoniarius nunquam somniavit asserere, Adversarios recipi à Principalibus in corpore, & cùm superpelliceo, juxtà contrariam nimis extravagantem prætensionem.

Dùm quia verba illa; *Sono accolti da RR. Canonici, Padroni di detta Chiesa*, commodè verificari possunt de receptione, ab uno dumtaxat ex eisdem Principalibus, qui illos recipere dicuntur in janua Ecclesiæ, eo ipso, quod unus ex eisdem ibidem expectat Adversarios cum aqua benedicta, & aspersorio, eo quia ille Canonicus singularis in hac parte repræsentat totum suum monastrium, ejusque nomine receptionem facit, & proindè verba prædicta, uti æquivoca, apta non sunt ad probandam prætensam contrariam consuetudinem, ex cumulatis per *Rot in decis.282. num. 10. part.17. & decis.290. numer.21. part 18. rec. & cor. Emer. jun. dec.1021. num.1. & in Novarien. Interventus in Pontificalibus 27. Jun. 1704. §. finali cor. Omanna.*

Tum quia asseritur extracta dicta particula ejusdem Liberculi ab uno ex Canonicis Adversariis, & ex prætenso Archivio Capituli, unde nullam omninò fidem meretur; Privatum siquidem Archivium Capituli adversus Principales, eidem nullatenus subditos, nullam fidem addit Scripturis, in illo existentibus, ex punctualiter firmatis per *Rot. cor. Seraph. dec.642. n.1. & cor. Millin. dec.34. n.1. & seq. & cor. Emer. jun. dec.181. num.1. & dec.228. num.4.*

Tum quia detegitur innegabiliter erronea eadem assertio in ea parte, in qua asseritur: *Da musici vien cantata la Salve Regina*, eo quia ex ipso Memoriali, exadversò porrecto huic Sac. Congr. à Relatione Rev. Episcopi Novarein. & ab ipsa depositione testium, exadversò inductorum, paret, quod à musicis non cantatur *Salve Regina*, sed hymnus *Te Deum Laudamus*, & consequenter nullam fidem in aliis partibus meretur, *Rota Aven. dec.33. num 1.* cum aliis allegatis in meis *Instit. Crimin. lib 2. tit.6. num.23.* quibus addimus *Rot. cor. Beninc dec.268. num.10. & in Bononien. Dotis 28. Junii 1700. §. Et sola cor. Muto*; Ita ut proindè de eodem Liberculo verificentur verba illa *Juvenal. Satyr.7. Libellus, nugis refertus.*

Tum demum, quia in omnem casum nulla prorsus fides danda est eidem Liberculo, nullam omninò legalitatis apparentiam habenti, atque ad propriam dumtaxat reminiscentiam conscripto ab uno ex ministris, salariatis ab eisdem Adversariis, ut in punctualissimis terminis nostri casus egregiè probat *Pignatel. consult.161. num.21. tom.3.* & generaliter *Rot. dec.272. num.12. par.17. rec.* Ea ratione, quia potuit idem minister ad dictamen Capituli sui domini scribere in eodem Libro, in Principalium præjudicium, quid quid sibi in mentem veniebat; Et propterea tanquam ipsius Partis interesse habentis testimonium, veluti suspectum, nihil probat pro Capitulo, juxta *Text. in Leg. Inter cartulas Cod. de Conven. Fisc. debit. lib 10.* quem sequitur *Rota in dec.359. num.8. par.9 rec. & in Romana Prælationis 20. Apr. 1709. §. Atque cor. Molines.*

Et considerando qualitatem Libri privati, benè *Rota dec. 14 num.1. par.3. divers. & dec.119. num.6. part.16. rec* Et considerando illegalem modum extractionis assertæ partitæ ab eodem Liberculo, absquè Judicis mandato, & hujus Partis necessaria citatione, *Rot. cor. Manzan. dec.78. num 2. & in par.4. tom.2. rec. dec.200. num.13. & in par.14. dec.15. n.8.*

Ejusdem irrelevantiæ, ad probandam dictam prætensam consuetudinem, sunt depositiones trium testium, exadversò inductorum; Primò, quia duo priores habent exceptionem satis relevantem, quod inserviant Capitulo Adversario, nimirum Antonius Maria Bellottus in ministerio Cæremoniarii, alter verò Joannes Baptista Frocca, uti musicus: Undè de jure repelluntur à testimonio ferendo pro Capitulo, cui servitium præstant, *Rot. cor. Zarat dec.81. num. 14. & in rec dec.129. num.16. par.18.* Tertius demum Joseph Bordo deponit simpliciter de auditu, & ideò nihil probat illius dictum *Rot. cor. Burat dec.538. num.11. Manzadan. dec.620. num.2. & in rec. dec.297 num.11. par.19.*

II. quia hi testes manifestè convincuntur de aperto mendacio in ea parte, in qua testantur de praxi, juxtà sensum Capituli Adversarii, etiam quoad cæteros Regulares, dum ex authenticis documentis, inferiùs allegandis, contrarium est verum; Crescitquè in immensum evidens insubsistentia depositionis respectu primi testis, dum asserit, quod de anno proximè præterito Capitulum Adversarium, accedens ad Ecclesiam S. Marci, Clericorum Regularium S. Pauli, fuit receptum, & associatum, quandò in contrarium habemus autenticum instrumentum, exaratum à publico Notario coram multis testibus, quod in d. anno solus ad portam Ecclesiæ adstitit Religiosus ex Clericis prædictæ Congregat. S. Pauli cum aspersorio, quod sanè instrumentum, nemo ignorat, plenam constituere probationem, *Cap. Cum dilectus de Fid. Instrum. leg. Cum precibus Cod. de Probat. Rot. dec 362. n.1. cor. Peuting. & dec.611. n 24 part.19. rec.*

Perperàm verò depositiones dictorum contrariorum testium adducerentur in linea examinis, formiter facti per Reveren. Episcopum Novarien. Ultra quod enim hoc nullatenus salvaret illorum dicta à vitiis, & mendaciis, mox adductis; Revera iidem testes nullo modo sunt recipiendi, uti formiter examinati; Idem namque Episcopus habuerat ab hac Sac. Congreg. solummodò in mandatis, quod informativam præberet responsionem epistolæ, eidem juxtà solitum scriptæ, & ideò nullo pacto potuit procedere in forma judiciaria ad articulorum admissionem, minusque ad formale examen testium, ut benè observat *Card. de Luc. in Relat. Cur. forens. disc.18. num.9. 10. & 13.* Ad solam etenim Sacr. Congreg. coram qua causa pendebat, spectat facultas admittendi articulos, coram illa producendos, ac prævia citatione Partis, concedendi literas remissoriales,

ies, pro examine, super illis demandandos; Adeoque dictum examen trium testium est apertissimè nullum, ac penitus insubsistens. Præsertim cum idem Episcopus, morem gerendo suo Capitulo, contra omne Juris debitum, spreverit iteratas justissimas protestationes, ac appellationes pluries à nostris Canonicis Regularibus interpositas, adversus dictum formale examen, sicque illud subjectum remanet inevitabili virio nullitatis, per ea, quæ notant adducti in *dec.11.n.34.& dec.37.n.2. apud Franc. de Protest.* 54

Quæ omnia videntur superabundare ad nostrum effectum, quia Adversarii, se fundantes in dicta prætensa contraria consuetudine, deberent illa concludentissimè probare, uti propriæ intentionis fundamentum, non mediantibus dictis irrelevantibus probationibus, & affectatis testium de ositionibus, sed plenè, & concludenter per ea, quæ notant adducti ab *Add. ad Burat. dec.707. num.10. & à Rot. in dec. 09. num.15. par.15. rec. & in Romana Dotis 16. Junii 1679 §. Perperam cor. Bourlemont.* 55

Cœterùm ad omnem abundantiorem cautelam, concludenter probamus, eandem prætensam consuetudinem nullatenus in facto subsistere, & quidem, nec particularem respectu nostræ Ecclesiæ, nec universalem respectu aliarum Ecclesiarum nostræ Civitatis. 56

Non subsistit dicta prætensa particularis consuetudo respectu nostræ Ecclesiæ, sed evidentissime excluditur ex jurata, & ingenua attestatione omnium ferè illorum Canonicorum nostræ Congregationis Lateranensis, qui à multis annis moram fecerunt in nostro monasterio; quorum respectu, ad augendam illorum fidem, verificantur ea, quæ de se ipso scripta reliquit *S. Jo: Epist.1. in princ* his verbis: *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contractaverunt, testamur, & annunciamus:* Cumque agatur de interesse, nullatenus tangente particulares personas eorundem Religiosorum, sed totam illorum Congregationem, omnem merentur fidem, juxta solidam distinctionem, cujus author est *Felin. in cap. Insuper num.6. & num.17 de Testib.* quem sequuntur *Hond. conf.77. à num. 36. lib 2. Farinac. de Testib. quæst.60. num 465. Capon. controv. 49. num 34. Cirocc. discept.8 num.9. & Rot. dec.268. n.3. cor. Beninc.* 57 58

Excluditur ulterius eadem prætensa particularis consuetudo ex aliorum duorum testium depositionibus, loquentium pariter de visu, quorum primus, nempe Jacobus Baptistinus, per spatium 12. annorum, ab anno nempè 1694. fuit magister Cappellæ musicorum ejusdem Cathedralis, optimè que testatur, quod hoc temporis decursu, occasione soliti processionalis accessus Capituli ad nostram Ecclesiam S. M. Gratiarum die 8. Septembris, nunquam vidit receptionem qualificatam, exadverso prætensam, sed simpliciter meram receptionem, mediante interessentia ad januam Ecclesiæ unius ex nostris Canonicis Regularibus, pro aspersione aquæ lustralis, quibus proindè uti deponentibus de re, ipsis perfectissime nota, quæve illorum fidelibus oculis subjecta fuit, omnis præstanda est fides, ex adductis per *Rot. in dec 312. num. 4 cor. Cels. & dec.288. n.10. cor Benincasa.* 59

Minùs subsistit eadem prætensa generalis consuetudo, respectu aliarum Ecclesiarum nostræ Civitatis; Concludentissimè enim docemus de opposito, dum respectu Ecclesiæ PP. S. Augustini Congreg. Lombardiæ, habemus depositiones à pluribus Religiosis exaratas; Quoad PP. Conventuales S. Francisci, habemus pariter depositiones ipsorum Religiosorum; Et quoad PP. Prædicatores, damus pariter depositiones plurium Religiosorum; Et quoad Ecclesiam Collegiatam S. Gaudentii, testantur Custodes ipsius Ecclesiæ; Et ad majorem comprobationem demonstratur ex publicis documentis, confectis per Notarium coram testibus, ad id specialiter rogatis, nempe in Ecclesia *S. Clementis* PP. Carmelitarum; In Collegiata Ecclesia *S. Gaudentii*; In Ecclesiis *S. Jacobi* Presbyterorum Oblatorum; *S. Francisci* PP. Minorum Conventualium, *S. Marci* Clericorum Regularium Congregationis S. Pauli, *S. Ignatii* PP. Societatis Jesu. *S. Laurentii Martyris* PP. Cappuccinorum; *Et S. Quirici* PP. Prædicatorum. 60

Et quod magis est, ita etiam practicatur in qualificatissima Metropolitana Ecclesia Mediolani, quorum Canonici quando separatim ab eorum capite, seu Emin. Archiepiscopo, in diebus Rogationum accedunt processionaliter ad Ecclesias Regularium, nullatenus recipiuntur collegialiter in januis earundem, minusque associantur ad altare à toto cœtu Regularium, ut respectu Ecclesiæ S. Simpliciani PP. Benedictorum, & Ecclesiæ S. Victoris PP. Olivetanorum ejusdem Civitatis Mediolani, concludentissimè justificamus ex jurata attestatione magistri Cœremoniarum præfatæ Metropolitanæ Ecclesiæ; Idque pariter probamus ex depositione Ostiariorum ejusdem Metropolitanæ Ecclesiæ, & quoad Ecclesiam S. Victoris damus quoque depositiones ipsorum PP. Olivetanorum, quibus omnibus plena danda est fides, uti deponentibus de re, propriis oculis non semel subjecta, ex authoritatibus suprà *num.57.* citatis quibus addimus *Rot. dec 393. n.9. par.18. rec.* 61 62

Supplicantes in hac parte cavere ab attestationibus exadverso studiosè extortis, pro eo tempore, quo in casu extraordinario pro unica dumtaxat vice fuerunt invitati à Religiosis S. Dominici pro celebratione solemnis festivitatis canonizationis S. Pii V. Cum enim functio hæc, ad differentiam alterius ordinariæ, quæ quolibet anno fit in Ecclesia eorundem Religiosorum, fuerit nimis extraordinaria, & pro unica tantum vice, atque adversarii accesserint ad d. Ecclesiam præcisè ad faciendam rem gratam ipsismet PP. Dominicanis, illos invitantibus, nil mirum, si ex eorundem urbanitate, & gratitudine recepti fuerunt in corpore, & associati usque ad altare majus, ut utramque functionem distinguendo, testantur iidem PP. Dominicani, & propterea eadem unica receptio, dictis circumstantiis vestita, trahi non debet in exemplum pro aliis casibus, in quibus d. particularis circumstantiæ non verificantur, ad *Text. in leg. Nemo Cod. de Sent. & interlocut.* cum aliis adductis à *Rot. in Romana, seu Limana Cambiorum 4. Julii. 1698. §. Majorem cor Ursino.* 63 64

Et tamen, quando etiam talis solida, & stringens reflexio contrariam reflexionem prorsus non everteret, semper urgeret, quod ad præjudicandum nostræ Congregationi nullatenus possunt figi pedes in facto, & operationibus Religiosorum aliarum Religionum, eo quia non est in istorum facultate præjudicare aliis Religionibus, ut videbimus infrà *par 2. discept.14. à num.22.* 65

Absque ulla prorus difficultate, ex quo Principales, nedum in Civitate Novariæ, sed in omnibus aliis Civitatibus, & Locis, ubi monasteria possident, nullatenus recipiunt Capitula Ecclesiarum Cathedralium, vel Metropolitanarum, imò nec ipsosmet Episcopos, & Archiepiscopos, eo modo, quem prætendunt Adversarii, ut respectu qualificati Capituli Ecclesiæ Lucensis, justificamus in Sum. quod solitum ad nostrum effectum, & ad coadjuvandam intentionem Principalium etiam pro nostra Civitate, magni faciendum est, ex punctualiter animadversis per *Pignatel. consult: 161. nu. 30. to. 1.* ibi: *Mam de hujusmodi prætensa possessione Regularium notoriè liquet ex eo, quod in eorum Ecclesiis Capitula Cathedralium aliarum Civitatum, post concessionem supradictorum privilegiorum, nullum omnino actum superioritatis exercuerunt, hæcq; eorum quasi possessio in una Civitate suffragatur illis quoad alias &c.* 66

Cæterùm ad solius materiæ ornatum subjungimus, quod quatenus etiam adversus rei evidentiam, ex hucusque animadversis concludentissime demonstratam, per falsam hypothesim, in facto probaretur prætensa contraria consuetudo, seù particularis quasi possessio respectu nostræ Ecclesiæ, illa in nihilum attendenda esset, eo quia non sumus in terminis exemptionis, seu privilegii concessi uni, vel alteri Religioso, sed toti Congreg. Canonicorum Lateranensium, & proinde non potuissent aliqui ex eisdem, mediantibus propriis voluntariis, & urbanis operationibus, & absque facto, seu approbatione Superioris Generalis, toti Congregationi præjudicare, juxta rotundum, & literalem *Text. in cap. Cum tempore de Arbitr.* ibi: *Cum et si sponte volueris, de Jure tamen nequiveris, sine licentia Romani Pontificis, renunciare privilegiis, vel indulgentiis libertatis*, ibique communiter Repetentes, quos referunt, & sequuntur, materiam ex professo tractantes *Donat. Rer. Regul. to 1. tract.13. de Exempt. Regular quæst.10. per tot.* quod ita resolutum fuit in *Ulissiponen. Matrimonii 19. Novembris 1625.* quodque id verum est, etiamsi agatur de actibus, capitulariter factis per ipsosmet Prælatos Religionis *Tamburin. de Jur Abbat. tom. 1. cap.15. quæst.12. per tot. Panimol. dec 84. n.6. Pasqua lig. quæst. moral. centur 2 qu.138 per tot.* cum aliis citatis *in p.2. discept.14. à num.22.* Et ad nostrum præcisum effectum egregiè *Pignatel. consult.161. nu.23 tom 1.* ibi: *Maximè quia non probatur, prætensos actus possessionis factos fuisse scientibus, & patientibus Generali, & aliis majoribus Officialibus Religionis, quod tamen debet necessariò probari, cum agatur de acquisitione possessionis juris incorporalis adversus privilegia, concessa toti Relig.* 67 68 69 70

Quæ si procedunt in terminis expressæ, & literalis re-

unn-

nunciationis juxtà præcisos terminos dd. punctualium authoritatum, multò magis habebunt locum in præsenti, in quo insistitur exadversò in actibus vagis, tacitis, & referibilibus 71 ad urbanitatem, civilitatem, & affinitatem inter amicos, & affines forsan practicatis, nè major virtus attribuatur tacito, quam expresso, adversùs literales *Text in leg. Cùm quid ff. Si cert. petat. & in leg. Si filius familias ff. Eodem*, cum aliis citatis à *Rot. in decis. 7. num. 19. coram Bich. & in dec. 952. nu. 14. coram Emer. jun.*

Semperque urgeret animadversio illa, quod, cum notoria privilegia exemptionis nostræ Congregationis ab omni superioritate, & jurisdictione Cleri sæcularis, munita sint *clau-* 72 *sula sublata, & decreto irritanti*, ista inficerent omnem antecedentem prætensam consuetudinem, & ulteriùs impedirent, ne alia in futurum inchoari posset, ut probabimus infrà *discep. 14. num. 21.*

Ultrà quod, præter omnem necessitatem, subjungimus etiam, quod quando in hac parte probaretur, quod unus, vel alter ex nostris Principalibus urbanitatis, & civilitatis causa 73 associaverit aliquem consanguineum, vel amicum ex Adversariis, accedentibus ad d. functionem, nullo jure, nulloque prætextu prætendi posset continuatio in futurum, ea ratione, quam in nostris terminis punctualitèr his verbis adducit *Vitalin. in Clement. 2. num 28. de Privileg. Quia communitèr talia fiunt de gratia, non ex debito &c. Indeque Episcopus &c. hospitatus mille vicibus in domo alterius Episcopi &c. non præsumitur hospitatus causa debiti &c. sed solum de gratia &c.* & concordat *Novarr. in Summ. Bullar. Comm. 104. nu. 18. par. 1.* Et generalitèr, quod ea, qui consistunt in urbanitate, nunquam inducant necessitatem in futurum, etiamsi per mille annos fuerint uniformitèr practicata, notant adducti per 74 *Posth. de Manut. observ. 43. num. 1 & seqq. Adden. ad Ludov. decis. 162. sub numer. 5. & Rot. decis. 418 num. 9 cor Cavaler. & dec. 1126. num. 9. & dec. 1236. num. 6. & dec. 1255. nu. 4. cor. Emer. jun. & decis. 125. num. 21. par. 14. rec.*

Nec replicetur, quod prædicta omnia procedant respectu subjectionis, non autem reverentiæ, quæ Episcopis, & Archiepiscopis debetur etiam ab exemptis: Omissa enim, uti extranea à nostris terminis, exactiori indagine qualitatis, competentiæ hujusmodi reverentiæ, ab exemptis in certis casibus practicandæ, quando agitur de exemptione, 75 ipsis concessa ab Episcopis; Secus autem, quandò, ut in præsenti verificatur, illorum exemptio est generalis, & plena, atque provenit à maxima Summi Pontificis potestate, ut distinguendo utrumque casum, benè advertit *Mandos. de Signat Grat. verb. Exemptiones ab Episc. vers. An autem exempti*, ibi: *Si exemptio obtenta sit à Papa, & sit plena, exempti non tenebuntur ad jus reverentiale Episcopo* & concordant *Ricc. in Praxi part. 2. resol. 279. num. 1. & seqq Franc. de Eccles. Cathedr. cap. 30. num. 307 Cesped. de Exempt. Regular. cap. 13. dub. 220. num. 5. Sanchez ad Præcept. Decal. lib. 6. cap. 9. dub. 1. numer. 36. & Rot. decis. 1025. num. 19. cor. Seraph. & decis. 15. per tot cor. Puteo lib. 3* Duo hæc sunt indubitata. I. quod jus reverentiale nullatenùs egreditur personam Episcopi, minusque transit, vel considerari potest in Capitulo, ex suprà animadversis. II. verò, quod in terminis processionis, de quibus disputamus, & qualificatissimæ receptionis, & associationis, exadversò prætensæ, nullatenùs verificantur termini honoris, & reverentiæ, sed po- 76 tiùs jurisdictionis, & superioritatis, ut ad rem observant *Vitalin. in d. Clement 2. numer. 55. de Privileg.* ibi: *Non posset ibidem illam Episcopus, vel Archiepiscopus facere processionem generalem, quasi sit potiùs officii, quam honoris*, quem sequuntur adducti *à Tambur. de Jur. Abbat. tom. 1 disp. 15. n. 10 & seqq.* & signanter *n. 2.* ibi: *Neque facere processiones solemnes, & generales, quia est potiùs officii, quam honoris Episcopalis*, & referendo ità plures decisum ab hac Sac. Congr. benè *Barbos. in Summ. Apostol. dec. collect. 99. n. 1.*

Ex quibus nulla superest necessitas immorandi in discussione *2. dubii*; Si enim Principales, ex hucusque animadversis, tenentur duntaxat recipere Capitulum, solam præstando pa- 77 tientiam, ut in eorum Ecclesia exempta solitas preces quolibet anno recitent, nullatenùs cogi possunt ad illos recipiendos eo modo, quo nedum S. R. E. Cardinales, sed nec etiam ipsummet Summum Pontificem solent in eorum Ecclesiis recipere, hoc est cum superpelliceo, juxtà contrariam insubsistentem prætensionem.

Proprius siquidem habitus Canonicorum Lateranensium 78 est tunica alba, cum rocchetto, ut post *Gloss. in Clement. 1. verb. Habitus de Election.* notant *Tamburin de Jur Abbatiss. tom. 1. disputat. 25. quæst. 1. numer. 29. Carol. Tap. in auth ingressi nu 6 Cod. de Sacros. Eccles. & Barbos. in Summ. Apostol. dec collect. 103. nu. 4.* cum quo habitu omnes proprias functiones peragunt, ut est notorium; Et propterea illos obligare ad recipiendum Adversarios habitu à proprio diverso, & nullatenus practicato in dd. aliis functionibus, & cum quo neque etiam S. R. E. Cardinales, & Summum Pontificem recipiunt, videtur prætensio nimis exorbitans, ut modestiæ fines non excedamus.

Crescitque exorbitantia contrariæ prætensionis ab illa associatione, quam prætendunt iidem Adversarii, tam in accessu, quam in recessu, non ab uno, vel altero ex nostris 79 Principalibus, sed in corpore ab omnibus illis existentibus in nostro monasterio, atque Ecclesia, omni jure exempta, absque eo, quod pro tali qualificatissima receptione, & associatione cum superpelliceo, vel minima adducatur probatio, ex quo nemo ex contrariis affectatis testibus id somniavit asserere, quandò habemus in hac parte solemnitèr decisum ab hac Sacra Congregatione in una *Bracharten. 1. Septembr. 1607.* quod neque etiam Canonici, qui uti subditi, omni jure tenentur obviam ire, & associare Episcopum, venientem ad Ecclesiam ad solemniter celebrandum, tenentur idem obsequium præstare alteri Episcopo, quamvis Suffraganeo, venienti ad Ecclesiam ad celebrandum nomine proprii Episco- 80 pi, sed sat est, ut eidem Suffraganeo aliqui tantum ex iisdem Canonicis obviam eant, & refert *Barb. in Summ. Apost. dec. collect. 99. num. 12.*

Si igitur Canonici, Episcopo totaliter subjecti, idem obsequium præstare non tenentur alteri Episcopo, quamvis iste, æqualis in eadem dignitate, nomine proprii Superioris se conferat ad Ecclesiam, ad solemnitèr celebrandum remanet imperceptibile, quod Principales, omni jure exempti à jurisdictione Capituli, teneantur in functione, nullatenùs propria, & in qua solùm accessoriam faciunt figuram, 81 eidem præstare idem obsequium, quod nonnisi à subditis in solemnioribus anni festivitatibus proprio Superiori debetur, quodque à nullo alio, quantumvis qualificato Capitulo prætensum fuit à Religiosis familiis neque etiam excepto qualificatissimo Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Mediolanensis, quos imitari in hac parte deberent Adversarii, atque contenti esse debent recipi à Principalibus in illorum Ecclesia exempta eo modo, quo in præsenti docemus recipi à Collegiata Ecclesia Sancti Gaudentii eis subdita, hoc est ab uno tantum Canonico cum aspersorio, & aqua benedicta, juxtà in specie animadversa per *Quar. in* 82 *Summ. Bullar. verb. Archiepiscopi authoritas numer. 5. vers. Decimum.*

Omnia hæc eò certiùs procedere videntur, quo non prætenditur talis qualificatus occursus & magis qualificata associatio in accessu, & recessu ab aliquo rurali Parocho, modernis temporibus constituto, vel dependente ab Adversariis, una cum suis Clericis, ut vocant Sylvaticis de quibus latè *Novar. in Summ. Bullar. comm. 50. per tot.* sed eadem præeminentialis instantia promovetur hodiè contra Canonicos Lateranenses, de quorum *Antiquitate, Nomine, Instituto, Approbatione, Virisque illustribus*, sub his titulis integrum composuit *Tractatum Jo: Trullus*, & latè etiam agunt *Cæ-* 83 *sar. Franciott. in Histor. Sacr. Lucen in princip. Carol. Tapia in Author. Ingressi verb. Monasteria, cap. 2. numer. 3. Codic. de Sacros. Eccles. & Barbos in Summ. Apost. decis. collect. 103. numer. 1. & 2.* Quive proindè, ut est notorium, præcedentiam obtinent antè quoscumque alios Regulares, suntque majores etiam Canonicis Collegiatarum, ut arguendo ab ordine literæ in *capit. Quia sæpè de Elect.* notant adducti *à Serav. de Adjunct. quæst. 12. numer. 9.* atque suam ducunt originem ab ipsismet Apostolis, quod non probamus præsumptionibus, inductionibus, & argumentis, sed ex duobus rotundis oraculis totidem Summorum Pontificum, nempè *Benedicti XII. in ejus Constitut. 6. in princip. tom. 1.* ibi: *Ideòque inter Religiones altas in agro &c ad Religionem Canonicorum Regularium Ordinis S. Augustini, à Christi gloriosis Disci-* 84 *pulis in primitiva Ecclesia sacris institutionibus stabilitam, gerentes præcipuè charitatis affectum*; Necnon *S. Pii V in ejus Constit. 116. § 2. in Bullar. nov tom. 2.* his verbis: *Dilecti filii universi Canonici Regulares Ordinis S. Augustini Congregationis Lateranensis, qui ab ipsis Apostolis originem traxerunt: quique ab eod S. Augustino, eorum Reformatore, iterùm per Reformationis viam Mundo geniti &c.* quod sequutum fuisse anno 397. testes sunt *Jo: Trullus in d. Tract. de Canonic. Regul Ord. Antiquit. Nomin. Instit. Approb. & Viris Illustrib. Gabr. Pennot. in Histor. tripart. de Origin. Canonic. Regul* aliique adducti *à Barbos. in Summ. Apostol. decision. collect. 102. numer. 1. & 2.* 85 Illorumque Ecclesia in nostra Civitate Novariæ una est ex antiquissimis ejusdem Civitatis Ecclesiis teste *Galler. in antiquis*

quis

quis Novariæ monument. inscript. 16. Fuitque miraculosè intacta relicta anno 1552. quando ad muniendam Civitatem destructæ fuerunt omnes aliæ Ecclesiæ, extra illius muros existentes, referente *Carolo à Basilica Petri in Sacr. Novar. lib.* 2. *fol.* 575. ibi: *Mirum item visum est &c. Ecclesiam cum monasterio S. Mariæ Gratiarum Canonicorum Regularium ruinæ subtractam fuisse.*

In eadem Causa.

IN contraria Scriptura, & Memoriale additionali nihil prorsus reperitur, quod præventivè per nos non fuerit Sublatum in nostris Scripturis, in quibus ad oculum demonstravimus, quod prætensa honorifica receptio, nimisque qualificata associatio, nullatenùs competit Capitulo, neque attento Jure communi, neque vigore alicujus legalis consuetudinis, & proptereà cum omni fundamento speramus, & enixis precibus supplicamus EE. PP. ex eorum solita justitia fore responsuros favore Principalium, repetitis desuper humillimis precibus. 86

Et quidem contraria intentio non est fundata in Jure communi, ut latè probavimus supra, ubi demonstravimus, nedum contrariam prætensionem omni prorsus juridico fundamento esse destitutam, sed nihil honorificentius posse dari, imò neque per possibile excogitari, occasione accessus EE. PP. imò ipsiusmet Summ. Pontificis ad nostras Ecclesias; Possentque proindè Adversarii acquiescere honorificæ receptioni, hucusque pacificè servatæ, mediante persona unius ex nostris Canonicis Regularibus, ipsos recipientis in janua nostræ Ecclesiæ cum aqua lustrali. 87

Minùs subsistit in facto contraria consuetudo, quæ potiùs ad hominem excluditur ex justificationibus, exhibitis in nostro Summario.

Est autem curiosum, & studiosum adinventum Adversariorum gratuitum illud suppositum, quòd nostri Canonici Regulares, cum majori honorificentia recipiant Decuriones Civitatis; Quidquid enim aliquando forsan evenerit cum uno, vel altero ex nostris Principalibus, vel titulo amicitiæ, vel ex causa consanguinitatis, ex accidenti, cum illis alloquendo, vel in janua, vel in medio Ecclesiæ, talis actus absque ullo fundamento canonizatur exadverso pro honorificentiori receptione, atque in omnem casum adversus talem actum militant ea, quæ observavimus supra à *num* 96. 88

Nec aliquid facit ad intentum ass. rogitus Notarii, datus in contrario Summario; Tùm quia est unicus; Tùm quia nescitur, quo jure, quavè ratione potuerit idem Notarius proprio marte d. actum canonizare pro honorifica receptione, dum ex illo patet, quod non omnes nostri Principales, sed quatuor solùm ex illis, de facili moram facientes ante januam nostri monasterii, occasione ejusdem piæ functionis, vel ex accidenti exeuntes à porta ejusdem monasterii, processerunt insimul cum toto cætu componentium processionem; Tùm demùm, quia in omnem casum recurrunt omnia ea, quæ adversus talem gratuitam assertionem observavimus supra. 89

Neque vis aliqua, ad probandam prætensam consuetudinem, fieri valet in exagerato illo Liberculo, nugis referto, seù informi notula, extracta ab Archivio Adversariorum, rationibus latè explicatis supra à *num.* 42. 90

Minusque fundamentum aliquod ad eundem effectum fieri valet in ass. depositione trium testium, examinatorum coram Episcopo Novariæ, ex quo, ultra personales exceptiones, dùm inserviunt Adversariis, atque sunt salariati à Capitulo, sicuti est Joseph Bordo Campanarius, convincuntur de aperto mendacio, *ex adductis supra à num.* 50 91

Sed quod magis est, fuerunt iidem testes nulliter examinati à dicto Episcopo, quæ nullitas examinis palpatur manibus, dum ad illud devenit dictus Episcopus, omnem propensionem habens favore sui Capituli, absque ulla legitima facultate: Ad quod demonstrandum, in præsenti Summario fidelibus oculis EE. PP. subjicimus Epistolam, quæ scripta fuit d. Episcopo pro Informatione, longè diversam ab alia formula, quæ solet expediri, quandò ab hac Sac. Congregatione demandatur Episcopis formale examen testium, quam recognoscere supplicamus in præsenti Summario. 92

Posita autem hujusmodi evidenti nullitate examinis dd. testium, plena sunt omnia legalia Volumina quod illorum depositiones in nulla prorsus consideratione habendæ sunt, quodque examen, talitèr nullum, poni debeat ad partes, ac si factum non fuisset, & proindè poterat exadverso minus exagerari examen dict. affectatorum testium, ac si illi essent omni exceptione majores, eo tempore, quo attenta dict. evidenti nullitate examinis, ob essentialem jurisdictionis defectum, & repetitas appellationes ad hanc Sacr. Congregationem neque etiam nomen testium merentur, ex adductis in *decis.* 1368. *numer.* 102. *decis.* 1508. *numer.* 20. *coram Coccino.* 93

Mirumque in rei veritate est, retorquendo contrarias exagerationes in Partem adversam, quod Canonici Adversarii, spretis dictis nostris replicatis protestationibus, & reiteratis appellationibus, ad hanc Sacr. Congregat. & ad S. Sedem legitime factis, & interpositis ante examen, ausi fuerint devenire ad actuale examen dd. trium testium cor. d. Episcopo. 94

In omnem verò casum, saltem ex illa reverentia, quæ majestati hujus Supremi Consessus, omni jure debetur, recurrendum erat ad EE. PP. vel pro reportanda necessaria facultate, vel saltem pro declaratione, quod sufficiens erat Epistola, jam transmissa, quod non sinè mysterio omissum fuit ad colorandam efficaciam dictæ informis depositionis mendicatorum testium. 95

Præcipuè quia ex laudabili praxi hujus Sacr. Congr. omnia Jura, quæ coram illa deducuntur, tunc solùm ab Ordinariis Locorum inseruntur in eorum Relationibus, quando illis demandantur formales processus; Secùs quando, ut in præsenti factum fuit, interpellantur pro sola extrajudiciali Informatione, ut ad rem observat *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. for. disc.* 18. *num.* 9. *& seqq.* 96

Documenta, adducta in nostro Summario, ad ostendendam insubsistentiam contrariarum probationum, sunt validissima, & intentum concludentissimè probant, poteratque proinde omitti æquè animosus, ac verbosus apparatus, cum quo incœptum fuit contrarium Memoriale additionale; Licèt enim inter nostros testes adsit unus, qui in qualitate Aurigæ Principalibus inservivit, ex hoc titulo repelli non potest à testificando, ex quo deponit de re, per solum sensum visus evidenter nota, omnesque nostri testes mirificè excludunt prætensam honorificam receptionem in nostra Ecclesia, adducendo legitimam causam eorum scientiæ, imò apertè etiam de mendacio convincunt contrarios testes, affectatè, & ad puram complacentiam deponentes de universali praxi, & inconcusso stylo omnium Regularium, circa quos verificatur lepida illa observatio Pii II. de qua supra *discept.* 17. *num.* 59. quod quando accesserunt ad locum examinis *transierunt per Placentiam, non autem per Veronam.* 97 98

Quibus, ad excludendam eandem prætensam consuetudinem, addimus hodiè quamplures alias authenticas artestationes qualificatorum testium, deponentium, quod Capitulum nunquam fuit aliter honorificè receptum, præter quàm mediante persona unius Canonici Regularis, permanentis ad januam Ecclesiæ cum aspersorio, quæ originaliter exhibentur. 99

Ponderando præcipuè, quod prætensa consuetudo, non à nobis, sed ab Adversariis plenè, & concludenter justificanda est, cum suis requisitis, tanquam fundamentum propriæ intentionis, nostraque documenta fuerunt ad exuberantiam deducta, atque ad penitus, penitusquè demonstrandam insubsistentiam contrarii assumpti, & irrelevantiam contrariarum probationum. 100

Non est verum, quod in toto Ducatu Mediolani practicentur ea, quæ prætenduntur exadverso, id inferendo ex eo, quod non adducamus attestationes, nobis favorabiles, ex aliis Civitatibus ejusdem Ducatus, quia in nostro Summario, adduximus concludentes probationes respectu ipsiusmet Metropolitanæ Civitatis Mediolani, ad cujus exemplum regulantur aliæ Ecclesiæ suffraganeæ, ex firmatis per *Rot. in decis.* 295. *num* 9. *&* 10. *cor. Priol. & decis.* 17. *num.* 7. *apud D. de Prosp. de Territor. separ.* 101

Et tamen semper opportuniùs reperimus, quod procedi. tur in hac parte cum æquivoco palmari, quia ex latè animadversis, & adductis supra; Nos habemus ad nostrum favorem Juris dispositionem, & proindè non nobis, sed Parti Adversæ incumbit demonstrare contrariam consuetudinem, aliàs deficientibus Adversariis in tali probatione, ex notoriis Juris regulis, à contraria petitione absolvendi sunt Principales. 102

Ad enervandam vim solemnis rogitus Notarii super stylo nostræ Ecclesiæ in Civitate Lucen. idealiter figuratur exadverso, esse fidem nonnullorum ex nostris Canonicis Lateranen. & promptitudine vere mirabili, & inaudita liberalitate in contrario Memoriali additionali §. *Nulliusque roboris*, asseritur falsa, ea adducta ratione, ibi: *Ut audivi à pluribus Lucensibus hic in Urbe:* Cùmque exadverso non specifi- 103

specificentur, quinam sint isti Lucenses, qui in Urbe hoc somniaverint asserere, applicatur pro congrua responsione celebris illa reflexio *Card.Pallav.in Hist.Conc.Trid.lib.* 11. *c.* 16.*n.*7.ib: *Il Soave al suo intento produce molti Autori, ma senza citare ne i luoghi, nè le parole, maniera eccellente, per non* 104 *poter'esser convinto di falsità*, eoque magis, quia non est fides sed rogitus publici Notarii, ut in nostro Summario.

Sententia anni 1632. lata per cl. mem. Card.S.Honuphrii, magno fastu exhibita in contrario Summario additionali, nihil penitus ad rem facit. Quatenùs enim concernit decisionem articuli, quòd Canonici Collegiatæ S. Gaudentii teneantur honorificè recipere Capitulum Cathedralis, supplicamus observare, quòd in ea nihil omninò disponitur circa 105 associationem in recessu, & ex notis Juris regulis de una ad aliam Ecclesiam non potest fieri aliqua illatio, præcipuè quia 106 dicta Collegiata Ecclesia canonizatur pro filiali, & subjecta Capitulo Cathedralis, quod longè distat a nostris terminis.

Prætereà cessat omnis difficultas, nam Pars adversa fateri debet in veritatis obsequium, quòd hodiè in eadem Ecclesia S. Gaudentii talem honorificam non habet receptionem, 107 nam, continnante lite inter Capitulum Cathedralis ex una, & Capitulum ejusdem Collegiatæ ex altera, tandem ad sedandas omnes dissentiones fuit, inter cætera, conventum, & inter easdem Partes concorditer stab litum anno 1659.ibi: *Che andando il Capitolo della Cathedrale alla Chiesa di San Gaudenzio, non siano tenuti li Sig.Canonici di S Gaudenzio incontrare, e dare l'asperforio a' Sig.Canonici della Cathedrale*, & hanc concordiam canonizzavit *Rot. in Novarien. Interventus in Pontificalibus* 27 *Junii* 1704.*coram Omanna*, circa quod concordant omnes aliæ probationes, adductæ in nostro Summario; Undè retorquentur ad hominem contra Partem adversam ea, quæ calamo nimis acuto gratis ubique exagerantur in contrario Memoriali additionali.

Quatenus verò ex adverso deducatur eadem sententia ad demonstrandum universale Jus quoad omnes Regulares, sub ideali supposito, quòd in ea illud canonizatum fuerit, strictè dicimus, quòd tale factum nullatenùs subsistit; Attentè si-108 quidem perlecta eadem sententia, atque ad minutias usque omnibus illius partibus, & verbis non semel consideratis, hæc nil aliud continet, quàm declarationem circa prærogativas, & præheminentias, in eadem sententia enunciatas, favore Cathedralis, in concursu dictæ Collegiatæ Sancti Gaudentii, demandando, ut illæ omninò serventur, & ad praxim reducantur, tam in Ecclesia Cathedrali, & in illa S. Gaudentii, quàm in cæteris aliis, tàm Sæcularibus, quàm Regularibus Ecclesiis; Nec aliter disponere poterat, quia 109 aliàs penitus insubsistens fuisset magis ampla declaratio, comprehensiva omnium Regularium, qui nec erant in eadem causa, nec in illa auditi, vel citati fuerunt.

Caveri proindè supplicamus à supposito, quòd in eadem Sententia determinetur, illud idem obsequium, quod præstatur à Capitulo S Gaudentii erga Capitulum Cathedralis, præstari etiam deberi à Regularibus; Contrarium enim Summ. Memorial. additionalis, ad id probandum, allegatum, non concordat cum contraria gratuita assertione, minusque cum verbis illis apostillæ ejusd.Summ.*lit C.Idem obsequium præstari mandatur etiam à Regularibus*. Aliud enim est, quod Canonici Cathedralis, convenientes cum Cano-110 nicis S.Gaudentii, tàm in Ecclesiis Sæcularibus, quàm Regularibus, præcedentiam habeant, quod solùm legitur in dicta sententia; Aliud verò, totoque Cælo diversum, quod Regulares omnes in eorum Ecclesiis teneantur exhibere Canonicis Cathedralis illud idem obsequium, quod eis præstant 111 Canonici S Gaudentii, quod nec per somnium legitur in dicta sententia, estque proindè verum ens rationis chimericum, atq;de tertia generatione confictionum.

Ex quibus remanent de subjecto non supponente omnes regulares propositiones, ac generales regulæ, exadversò cu-112 mulatæ, innixæ dicto insubsistenti supposito; Isto enim ad hominem corruente, easdem generalitates corruere, necesse est, juxtà regulam, de qua *Rot.dec.*584.*n.*12.*cor Dunoz jun.* & *dec.*112.*n.*7.*par.*17 *rec.*

Ad redarguendam publicum Notarium, qui plures confecit rogitus, datos in nostro Summario, malè insistitur exadverso in eo, quòd contrarium pateat ex affectata fide duorum testium, exadversò exhibita. Redit enim semper ea-113 dem intercalaris propositio, quòd non ad Principales, sed ad Partem adversam spectat onus probandi contrariam consuetudinem; Licèt autem, ex insubsistenti supposito, illa probata dici posset, respectu Religiosorum aliarum Ecclesiarum, illa nullo modo esset apta nocere Principalibus ex allegatis suprà *n.*65.

Ex quibus sequitur, quòd ex eadem depositione non apparet falsus rogitus legalis Notarii, sed econversò ictu oculi detegitur falsissima mendicata fides dd testium, ex d. rogitu, 114 quia Notario rogato plena fides adhibenda est, ex notoriis Juris principiis, de quibus *Rot.decis.*243. *num.*4. *cor. Beninc.* nec talis rogitus dicitur actus de præterito, sed de præsenti, & cadente sub fidelibus oculis, tàm ipsius Notarii, quàm testium, ad id specialiter vocatorum.

Nec est verum, quod idem Notarius somniaverit asserere, Capitulum, & Canonicos Adversarios non fuisse benignè receptos, & associatos in Ecclesia Patrum Prædicatorum, quando invitati fuerunt pro solemni celebratione solemnissi-115 mi Octavarii, occasione sanctificationis S. Pii V.sed rogitus ejusdem Notarii cantat, quod Adversarii non fuerunt recepti occasione Rogationum, quæ est functio ordinaria, & speciali animadversione digna, ex adductis supra à *numer.* 63.

Quoad superpelliceum, ultrò agnoscit Pars Adversa exorbitantiam suæ prætensionis, dùm talem prætensionem restringit ad unicum Religiosum, porrigentem aqua lustra-116 lem, & tamen dubium loquitur de indefinita receptione cum superpelliceo, quoad omnes in corpore, & licet tanquam extrà dubium nulla esset danda responsio, exabundanti tamen dicimus, quòd ex adductis in contrario Summario, patet de solito porrigendi aquam lustralem per unum tantum ex nostris Canonicis Regularibus, cum solo rocchetto, & stola.

Insuper ponderandum est, quod habitus Canonicorum Lateranensium, nempe Rocchettus cum tunica talari alba, est verus habitus Clericorum, & cum eo habitu exercent omnes functiones Ecclesiasticas, & administrant etiam Sacramenta, *Author. Gallus in ejus tract. impresso Parisiis de anno* 1674. intitulat. *Reflexiones Historiques. curieuses* 117 *sur les Antiquitez des Chanoines*, &c.sub Tit *L' origine du Rocchet*, inquit per hæc verba: *Habitus Episcoporum ab habitu Canonicorum Regularium traxit originem, nam antiquitùs Episcopi erant Canonicorum Regularium Præsides, sivè Præfecti, & cum illis convivebant*; Et inferiùs: *Plures etiam vidimus Locorum Ordinarios &c in Ecclesiis &c. suæ Diæcesis Rocchettum Romanum, sive subtile, quod idem est, supra cætera vestimenta sua, cuncto Populo spectante, patenter deferre, & in eo celebrare, Divinis interesse &c.* Nec non *Bordon. de Præcedent.cap.* 5. *num.*2. loquendo de habitu Canonicorum Regularium Lateranensium, refert resolutio-118 nem Sac. Congr.Episcop. emanatam *die* 1 *Sept.* 1163. sequentis tenoris: *Eadem Congreg negotio maturè discusso, declaravit, sufficere, ut ipsi Canonici Regulares Lateranenses in omnibus actibus publicis, &c. remaneant, dimissa tantummodò superiori veste nigra, in linea veste, videlicèt in Rocchetto, absque alio superpelliceo, & tunc intelliguntur esse in habitu Clericali, juxta eandem sententiam Pii IV. & ita observari mandavit &c.*

Quinimò authumantibus nonnullis, quod iidem Canonici Regulares Lateranenses non possent, ad eorum libitum uti etiam Cotta supra Rocchettum, petitum fuit ab hac Sac. 119 Congreg an eis liceret, ibi: *Petitum fuit ab hac Sac.Rituum Congreg.an liceat Canonicis Regularibus Lateranen. in processionibus publicis uti Rocchetto & Superpelliceo*, & eadem Sac. Congreg.sub die 28.*Augusti* 1628 respondit: *Licere*.

Sacr. Rituum Congreg Ponente Card.S.Vitalis, die 18. Augusti 1714. I. dub. *An accedentibus processionaliter, unà* 120 *cum Cruce, & Clero, & unà cum Decurionibus Civitatis, Capitulo, & Canonicis Cathedralis ad Ecclesiam S. Mariæ Gratiarum in festo Nativitatis B. Mariæ Virginis, teneantur Canonici Regulares Lateranenses d. Ecclesiæ recipere dictum Capitulum, & Canonicos*. Respondit: *Affirmativè*. II.verò: *Et quatenùs affirmativè; In quo loco dictæ Ecclesiæ teneantur recipere, & quousque tàm in accessu, quàm in recessu associare, & an in corpore, & cum superpelliceo, an sine, teneantur*. Respondit: *Dilata, & concedantur Literæ Remissoriales, & interim per modum provisionis, & sine præjudicio Jurium Partium, excipiantur in accessu, & associentur in egressu eodem modo Capitulum, & Magistratus*.

DISCEPTATIO XX.

Mantuana Restit. in integrum.

PRO

D. Margharita,

CUM

D.D. ejus Sororibus.

ARGUMENTUM.

Restitutioni in integrum adversus lapsum quinquennii, an sit locus, probata nullitate professionis, & ostensa difficultate reclamandi intra d. quinquennium. Metus ex quibus concludenter dicatur probatus; Et quando tacita professio exclusa remaneat ab extrajudicialibus conquestionibus, & reclamationibus emittentis professionem per vim, & metum.

ENixis precibus supplicamus, & cum omni fundamento firmiter speramus obtinere affirmativam resolutionem nostri dubii: *An sit locus restitutioni in integrum;* Sive enim consideretur tempus antè ingressum Principalis in monasterium, sivè in ipsomet ingressu, sivè quandò emissa fuit professio, sivè durante novitiatu, sivè demum post eandem professionem, intrà, & post quinquennium, undique emicant concludentissimæ probationes innegabilis metus, & apertæ vis, quibus mediantibus extortus fuit ejusdem Principalis consensus; Quæ omnia operantur, ut eadem professio fuerit evidenter nulla; *Deus enim coacta servitia aspernatur, atque voluntarium sibi militem eligit Christus*, juxtà aurea verba *Divi Ambrosii de Vit. beat. lib. 1. cap. 3.* cum aliis, allegatis supra *discept. .. num. 4.* Quibus concurrentibus restitutio in integrum nunquàm denegari solet, *juxta magistralem dec. 1356. per tot. cor. Emer. jun.* & signanter *n. 1.* ibi: *Quoties datur magnus fumus nullitatis professionis ex causa metus, quodque iste tempore labentis qinquennii adhuc duraret, restitutio nunquam solet denegari.*

Quoad tempus antè ingressum in Religionem, inter alias inhumanitates, & barbaras tractationes, de quibus in Summario nostrorum testium, tres operationes proprii Parentis, omni via procurantis, ipsam inducere ad ingrediendum monasterium, non possunt sine maxima commiseratione sub oculis haberi.

Prima nimirum, stricta illa reclusio Principalis in arcto, parvoquè cubiculo, ibi: *Sò, che detto Sig. D. G. teneva rinchiusa in una stanza con catenaccio di fuori d. Sig. D. Margarita &c. publicamente si diceva in casa, che li usasse tali stravaganze, perche si facesse monaca.* Hanc autem circumstantiam detentionis propriæ filiæ in cubiculo, ad illam obligandam ad ingrediendam Religionem, in punctualissimis terminis nostri casus, magnifecit hæc Sacr. Congregat. concedendo gratiam restitutionis in integrum moniali, quæ per annos 18 moram fecerat in monasterio, *in Cephaluden. 14. Februarii 1699.* ibi: *Jacobus Nigrellus, ut ditiorem redderet Joannem, ejus unicum filium, Joannam, & Isabellam illius sorores, ejusque filias respectivè, prius occlusit in cubiculo domus, & postea in monasterium:* Sunt verba Folii, dicta die distributi, & registrati *in Lib. 49. decret. fol. 171.* Nec non similem gratiam concedendo *in Burdegalen. 18. Novembris 1702.* ubi de simili retentione in cubiculo per breve spatium. 5. dierum, ibi: *Testatur de retentione in cubiculo per 15. dies:* Sunt verba Folii dicta die distributi, & existentis *in Lib. 52 decr. fol. 315* Et demum eandem gratiam concedendo moniali, quæ per annos 20. moram fecerat in monasterio, *in Bisuntina 9 Septembris 1713.* ibi: *Postquam diù acris verbis, & verberibus ipsam quotidiè vexassent, ac in privato carcere cohibuissent:* Sunt verba Folii dicta die distributi, ac registrati *in Libro 63. Decret fol. 296.*

Et generaliter, quod ex simili custodia dicatur probatus justus metus, benè *Rot. decis. 315. num 6 par. 5. rec.* ibi: *Continent d. Comitis inhumanitatem, &c. Imò illam tenebat sub custodia, neminemque permittebat cum ea colloqui, vel habere commercium, præter unam famulam, & decis. 326. n. 32. & seqq cor. Ludovis.* ibi: *Quæ tam diligens custodia proculdubio excludit libertatem, imò plurimum confert ad probationem metus, Barbat. &c. Prohibitio etiam commercii, & loquelæ, non parum conducit ad arguendum metum Aymon. &c. & decis. 374. num. 3. coram eodem*, ibi: *Præsertim quia Marchionissa fuit in perpetua custodia posita, omni destituta libertate, tàm eundi, quàm loquendi, nisi quo, & cum quibus placuisset Marchioni Patri, & dec. 771. num. 1. coram Seraphin.* ibi: *Sub perpetua personarum, quæ à nutu Principis pendebant, custodia, habita fuit, itaut non esset ei facultas colloquendi, neque quidquam tractandi liberè cum aliqua persona, &c.*

Secundò, replicatæ illæ verberationes, usque ad sanguinis effusionem, & ad baculorum fracturam, ex illo unico fine, *perche voleva si facesse monaca, e facesse la rinunzia*, de quibus deponit testis de visu, his verbis; *Detto Signore &c. spesso era solito di venire in camera, ove Io dimoravo con detta Signora &c. con un bastone alla mano, che tante volte la percoteva in forma, che anche se li rompeva addosso, e sempre li diceva nell'atto, che la bastonava, che voleva si facesse monaca, e facesse la rinunzia, e per maggiormente indurla à fare ciò la teneva rinserrata, assieme con me:* & concordant alii testes in Summario; Quas inhumanas operationes ad nostrum præcisum effectum præ oculis habuit hæc Sac. Congr. pro concessione gratiæ restitutionis in integrum in *Provincia Bethicæ 11. Martii 1702.* ubi de minis, & violentiis, à matre, & amita illatis moniali, quæ per annos 23. permanserat in monasterio, ut videre est *in Lib. 52. Decr fol. 91.* ibi: *Professionis emissæ per vim, & metum, sibi à Parentibus incussum, & signanter ab amita, penès quam educabatur &c.* & ibi: *Verùm etiam graves minas, & asperitates, sibi illatas à matre &c.* Necnon *in Burdegalen. 18. Novembr. 1702.* juxta verba Folii, dicta die distributi, & registrati in *Lib. 52. Decr. fol. 315.* ibi: *Deponentibus de malis tractationibus, minis, & verberibus, quæ usque ad sanguinis effusionem, aliisque impropriis modis &c.* & ibi: *Il Padre, e la madre per tre volte reserrate li diedero tante botte, che il sangue usciva dalle battiture*, & ibi: *De reiteratis verberibus ad præcisum effectum, che imparasse ad esser Frate*: fraternizantibus cum illis, de quibus loquuntur nostri testes: *Disse ti farò ben'Io venire la volontà di farti Suora*; Et demum *in Melevitana 8. Augusti 1705.* me scribente, pro concessione gratiæ restitutionis in integrum favore monialis, quę per annos 30. in monasterio permanserat, juxta verba Folii, dicta die distributi, & registrati in *Lib. 55. Decret. fol. 311.* ibi: *Professione coactè, & contra propriam intentionem emissa, attento timore incusso per Genitorem, qui erat rigidæ, & asperæ naturæ erga proprios filios, itaut Oratricem semel percusserit in capite.*

Tertia demum, quam non sine tremore calamus ipse describere potest, quamve his verbis refert testis de visu: *Verso le trè hore della notte nella festa dell'Assunta esso Sig. D. G. Padre con pistola, e stillo alla mano venne in camera in tempo, che vi ero anc'Io &c e detta Signora &c. e si avventò verso la figlia suddetta con moto di volerla ammazzare, e in tal' atto le disse, che si risolvesse farsi Religiosa, e fare la detta rinunzia, altrimente voleva levarla di vita.*

Iste autem verè inhumanus actus, de per se unicè consideratus, manibus palpare facit æquè amaram, ac duram illam necessitatem, metumque cadentem in constantissimum virum, à quibus innocens Principalis coacta fuit Patris desiderio se conformare, ex punctualiter firmatis per *Rot. decis. 98. sub num. 4. coram Peuting.* ibi: *Antonium Patrem, ira percitum, stricto pugione in eum irruisse*; Et *dec. 205. num. 9. coram Burat.* ibi: *Et pugione interimeret*; Cum quibus processit hæc Sac. Congreg. in *Suessana 3. Augusti 1714.* ut ex Folio dicta die distributio, ibi; *Vincentius Bossius sibi in animo constituerat Oratorem filium in Religione Cappuccinorum collocare, ipsoque reluctante, crebrò minis afficiebat, verberibusq; impetebat, quinimo semel, iterumque, evaginato ense, insequutus fuit &c.*

Præcipuè quia ad aggravandum eandem crudelem operationem, unicè directam ad suffocandam æquè innocentem, ac nobilem puellam, concurrunt omnes illæ circumstantiæ, contentæ in noto illo versu; *Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.*

Quis? Crudelis Genitor, cui omnis reverentia debita erat à filia, solitusque erat minas exequi, neque etiam parcendo sibi ipsi, seu illi, quæ una erat caro cum ipso. *Quid?* Minando ultimum terribilium, *con moto di volerla ammazzare, voleva levarla di vita.* Mortem enim ultimum terribilium quis non perhorrescat? ait *Aristot. 3. Ethicor. cap. 6. Ubi?* In arcto cubiculo, ubi detinebatur Principalis, & ubi nullum

lum poterat expectare auxiliatorem, nullamque opem implorare, ei permissum erat. *Quibus auxiliis? Con pistola, e stilo alla mano. Cur? Perche voleva si facesse monaca e facesse* 16 *la rinunzia. Quomodo*, seù quà intentione? *Per lasciare ricco di patrimonio il Sig. E. C. suo unico figlio, nato dalla seconda moglie. Quando?* In una ex principalioribus anni festivitatibus, hoc est *nella festa dell' Assunta*, dùm medium silentium tenebant omnia, quo nocturno tempore frustra quis auxilium 17 implorat, ut sequendo celebre d. Demosthenes observat *Feltmann. de Inclus. Anim. cap. 45. sect. 9. n. 3.* relatus in meis *Institut. Crimin lib. 1. tit. 1. nu. 19.* ibi: *Interdiù aliquos auxilio implorat aliquis, noctu autem frustra.*

Quoad tempus ingressus Principalis in monasterium, ex Processu, in Secretaria existente, in necessariis relato in 18 nostro Summario, non minores emicant probationes ejusdem metus, & violentiarum; Concordant enim plures testes de visu, quod *prima di vestirsi piangeva giorno, e notte, quando non la vedeva il Sig. D. G. con esprimersi à me, & ad altra Donzella, che non si monacava volontieri, e che mai ne aveva avuta la vocazione;* Si enim unquam aliàs, sanè in hoc casu ædem lacrymæ pondera vocis habuerunt ad evidenter ostendendam ejus coactam voluntatem, juxtà illud Pœ- 19 tæ; *Nam lacrymæ intendum pondera vocis habent*, quem pro obtinenda declaratione nullitatis professionis ad nostrum præcisum effectum sequitur *Rot. in dec. 25. n. 49. cor. Arguell.* Et considerando easdem lacrymas pro univoco signo, & indubitato argumento coactæ voluntatis ingrediendi monasterium, atque in illo professionem emittendi, in speci observant *Ciarlin. controv. 108. sub nu. 1. & nu. 53.* & sequitur *Rot.* 20 *dec. 391. sub nu. 1. cor Royas, & dec. 9 num. 37. cor. Arguel. & dec. 89. nu 12. & 50. & in part. 13. rec. dec 2 1. nu 10. & in par. 16. dec. 2 2. num 1.* Cum quibus processit *hæc Sac. Congr in Cephaluden. 14. Februarii, & 18 Julii 170 & in Melevitana 8. Augusti 1075. & in bisuntina 9. Septembris 1713. & in Januen. 13. Apr. 1715.*

Concordant pariter iidem testes in illa circumstantia, quod *avvicinandosi il tempo, stabilito dal detto Sig suo Padre* 21 *à vestir l'abito, li venivano frequenti accidenti, e questi cagionati dall' aversione, che concepiva di dover esser Religiosa.*

Præterea tempore dicti ingressus in monasterium habemus alium actum, superlativè comprobantem ejus coactam voluntatem ingrediendi d. monasterium, sequentibus verbis relatum à quarto teste: *In occasione si portava detta Signo-* 22 *ra &c. in carrozza à farsi vestire monaca &c. gli sopragiunse un' accidente con sudore, dal quale rimase quasi fuori di se &c. e fu detto &c. che d. accidente fosse causato &c. e dalla sua forzata volontà di farsi monaca.*

Cùm enim actus iste naturalis fuerit, & non consistat in verbis, quæ quandoque possunt esse falsa, vel simulata, sed in facto innegabili, palam sequuto, eo tempore quo ad monasterium animo, & corpore trahebatur invita, faten- 23 dum utiq; est, quòd non possumus concludentiori modo eandem coactam voluntatem ostendere, juxtà nobilem animadversionem *S. Bernardi in Cantic serm. 59.* ibi: *Operis vox validior est voce sermonis*, concordant *Card. Pallav. nell' Istor. del Conc. lib. 23. c 9. n. 17.* ibi: *Non è al Mondo la più autentica approvatione, che quella de' fatti, linguaggio esente da sospettione di mensogna*, & in nostris terminis *Rot. dec. 205. n. 3. cor. Buratt.* ubi, quòd magis facto, quàm verbis in his casibus probatur coactus animus, & non libera voluntas; Cum quibus processit hæc Sac. Congr. in *Ulixbonen 17. Novembris* 24 *& 1. Decembr. 1714.* juxta verba Folii, d. die distributi, & registrati in *Lib. 74. Decr. fol. 417.* ibi: *Jugiter animum Religioni repugnantem demonstrasse, lacrymis, & lamentationibus emissis, adeò quod præ angustia infirmitate languit.*

Habemus insuper depositionem alterius testis, asserentis: *Che nel riceverla, che fecero le monache alla porta nell'* 25 *atto del suo ingresso, li parve, che li venissero incontro tanti spiriti infernali;* Quæ omnia, præcipuè simul juncta, ut in hac materia faciendum esse, monent adducti *supra in discep. 1. n. 34.* palpabili evidentia comprobant metum & coactam voluntatem ingrediendi monasterium, ut consideranti remanent manifestum.

Tempore professionis non minores concurrunt probationes ejusdem coactæ voluntatis, comprobatæ in nostro Summario, inter quas speciali animadversione digna videtur 26 dilatio actus professionis per octo dies, terminato novitiatu, *à causa, che essa ripugnava;* Sunt verba dignissimæ monialis in d. nostro Summ. ubi ulteriùs subiungit; quod *Dopo s' indusse a farla per le minaccie, che il Sig. D. G. di lei Padre, mandò a fare, si ad essa Sig. che ad un tal P. D. Giacomo allora Confessore di questo monastero, mentre li mandò a dire, che facesse fare la professione a sua figlia, altrimente, si l' uno, come l' altra averebbero fatto lo stesso fine, & a me lo disse lo stesso P. Confessore*, cui omnis in hac parte adhibenda est fi- 27 des, ex firmantis per *Rot. decis. 11. nu. 9. par. 7. rec. & in Romana annuæ præstationis 8. Martii 1700. §. At quando cor. Illustrissimo Scotto Urbis Gubernatore;* Et considerando eandem dilationem emittendi professionem benè *Rota in decis. 255. n. 7. cor. Priolo.*

Necnon magna illa repugnantia in approbando professionem, mediante propria subscriptione, de qua hæc habet testis de visu: *Sò di certo, che veramente non voleva ne meno scrivere, ne sottoscrivere la sua professione d. Signora &c e piangeva continuamente à segno, che la sua professione fu di lagri-* 28 *me, e non d' intentione*, & concordant alii testes de visu, inter quos alia dignissima monialis prosequitur, quod ad d. effectum: *Li fu menata la mano da un' altra monaca assistente a fare d. sottoscittione, quale fu bensì terminata, tuttoche detta Signora &c. ritrasse la mano per non sottosciversi, e gettasse via più d' una volta la penna in mia presenza &c. S' aggionge, che essa non volle ne meno fare sù d. professione la croce solita* 29 *colla penna, & inchiostro, quale però fu fatta da un' altra monaca* Difficile autem erit concludentiores probationes adducere ad ostendendam coactam voluntatem emittendi professionem, ut de se patet; Et in terminis alterius professionis, emissæ verbis prolatis à Confessario, non autem à muliere, illam per vim emittente, habemus casum, ab hac Sac. Congr. individualiter decisum in *Veneta, seu Mantuana*, de qua supra *discept. 3.*

Durante novitiatu, & intra quinquennium testis, formiter interrogatus, de facto proprio hæc asserit: *Tale sua intentione l' ha espressa meco, dopo che si era vestita in d. monastero, dicendomi aver preso l' abito religioso per forza, e non mai di sua spontanea volontà &c. e tali espressioni ha fatte meco* 30 *molte volte, che non mi ricordo il numero, che erano quasi ogni giorno, non solo prima, che si vestisse, ma anche doppo vestita e dopo fatta la professione*, & ibi: *Dopo aver preso l' abito religioso si esprimeva meco, non esser si fatta monaca volentieri, e ciò me lo disse, prima, che facesse professione*, & concordant alii testes, signanter moniales ipsæ, nempè M. Julia Guerriera, ibi: *Quanto alle lagrime le ha versate nell' anno del novitiato*, M. Clara Victoria Perini, ibi: *Dopo aver vestito l'* 31 *abito monacale, non ha mai cessato di querelarsi d' essere stata monacata per forze, e violenze, usatele dal suo Sig Padre*, & M. Laura Celestis Pellegrina, ibi: *Già ho detto, essersi lamentata avanti vestisse l' abito monacale, e dopo fatta monaca continuamente fino al giorno d' oggi, tanto meco, quanto con altre monache di questo monastero.*

De viribus autem, & efficacia similium conquestionum, & querimoniarum tempore novitiatus & intra quinquennium emissarum bene *Pignatel. consult. 173 n. 142. tom 9.* & meliùs *Rot. dec. 189. n 4 cor Ubald.* Quodque eædem conquestiones, intra quinquennium emissæ, sufficiant ad obtinendam gratiam restitutionis in integrum, restando de praxi 32 hujus Sac. Congreg. observant *Barbos. ad Concil. sess. 25. de Regular. cap. 19. num. 10.* ubi quod, ipso scribente, ita obtinuit in *una Conimbrien. 2. Apr 1630.* quæ reperitur registrata in *Lib. 13. Decr. fo. 251.* quamvè sequitur *Rot. in dec. 25. nu. 18. cor. Arguel.* ibi: *Et ex eo, quod ante quinquennium cor. nonnullis consanguineis, & aliis, reclamaverat concessam restitutionem à Sac. Congr. Concilii 27. Aprilis 1630. se informante, dicit Barbos. &c.* & concordant *Roderic. in Compend. qu. regular. resol. 101. nu. 71. Cyriac. controvers. 37. num 37. Nov. in Lucern. Regular. verb. Professio nu. 31. & Rota in Taurinen. Nullitatis professionis 6. Februar. 1614. cor. Verospio*, impress. *apud Pignatel consult. 173. num. 163 tom. 9 & dec. 134. n. 13. part 14. rec. & dec. 1276. nu 1. cor. Emer. jun.* Cum quibus processit hæc Sac. Congr. *in Nicen. 21. Jun 1631.* quæ est *in Lib. 14. Dec. fol. 448. à tergo*, & in aliis allegatis *in discep. 1. numer. 44.*

Demùm post quinquennium à die emissæ professionis, usque ad tempus confecti processus, uno ore concordant omnes nostri testes, & signanter tres æquè nobiles, ac ingenuæ 33 moniales, quod: *Dopo aver vestito l' abito monacale, non ha mai cessato di querelarsi d' essere stata monacata per forza, e violenza, usatele dal suo Sig. Padre: Da quando cominciai a pratticare con detta Signora &c. l' ho sempre sentita lamentarsi della forza usatali dal d. suo Sig Padre nel farla monaca, ripetendo le indolenze in ogni discorso, che accadeva aver seco, come se non avesse avuto mai altro da discorrere: Tutte le volte, che potevo discorrer seco, benche di raro, senza l' assistenza di d. D. S. sua Zia, mi faceva le lamentationi sopra espresse; Dico,*

esser verissimo, che la Signora &c. non ha mai dato segno da cui potesse arguirsi, essere veramente Religiosa, anzi si è sempre espressa d'esser venuta monaca per forza, e per le minaccie, usatele dal suo Genitore, e dolevasi continuamente della tirannia d. suo Padre; E' verissimo, che la Signora &c. si è sempre espressa con altre Religiose di d. monasterio, ed anche meco d'aver vestito l'abito religioso per forza, e violenze, usatele dal d. suo Sig. Padre; Io non saprei mai assegnare alcun tempo, in cui non avessi sentita la Signora &c. a lamentarse di suo Padre, e della forza, da lui usatale, perche pareva non avesse mai altro da discorrere, come fa anche di presente.

Suplicantes observare dictiones illas: *Semper expressa, Mai ha cessato, Non ha mai dato segno, Come se non avesse mai avuto altro da discorrere, &c.* quæ digito ostendunt nunquam interruptam, semperq; continuatam voluntatem Principalis, se conquerendi de vi, deque violentiis, sibi illatis ad ingrediendum monasterium, atque in illo proffessionem emittendi, cùm includant omne tempus ab initio ingressus usque ad hodiè, ut generaliter firmavit *Rot. in dec. 142. n. 8. cor. Dunoz jun. & dec. 476. n. 10. par. 19. rec.* ibi: *Adverbium* semper *est comprehensivum omnium temporum; mensium & casuum, absque ulla interruptione ejus continuationis*, Et in ipsissimis terminis nostri casus, & ad præcisum finem probandi coactam voluntatem emittendi professionem, firmavit eadem *Rot dec. 705 nu. 6. par. 2. rec. & cor. Ubald dec. 276. n. 5.* ibi: *Deponere per verbum* semper, *quod includit omne tempus, & cor. Caril. dec. 178. nu. 7.* ibi: *Testes, deponentes cum dictionibus*, unquàm, & semper, *quæ omne tempus inclndunt*.

34

35

Magnificandas autem esse similes continuatas querimonias reclamantis adversus professionem, emissas intrà, & post quinquennium, eo quia clarè demonstrant ipsius coactam voluntatem egregiè observant aducti à *Pignatel. consult. 163. num. 40. tom. 9. & Rot. cor. Arguel. dec. 9. n. 25. & seq.* ubi, quod afflatus boni spiritus non tàm cito pertransit, quodque proinde subsecutæ conquestiones, voluntatis repugnantiam clarè ostendunt, & *dec. 178. n. 6. & 7. cor. Carill. & dec. 98. n. 1. cor. Peuting. & dec. 205. n. 1. & 14. cor. Buratt. & dec. 189. n. 4. cor. Ubald. & decis. 628 numer. 5. cor. Merlin. & decis. 326. num. 9.* ibi: *Secundo apertiùs animi repugnantiam declarant lamentationes, & protestationes, continuæ &c. & decis. 374. numer. 3. cor. Ludovis.* ibi: *Sed etiam continuæ lamentatoines, & frequentes protestationes, quas ubique, omni tempore emittebat, suspiria, & lacrymas, animi delirium, & tristitiam, & alia signa &c. & dec. 533. num. 5. par. 14. & dec. 216. nu. 1. par. 16. rec.*

36

37

Et considerando continuas monialis conquestiones; quæ per annos 20. permanserat in monasterio, emissas tam antè, quam post professionem, necnon post mortem patris, & fratris, juxtà præcisos terminos nostri casus, benè, *Rot. decis. 178. num. 6. cor. Caril.* Cum quibus processit hæc Sac. Congr. *in Bisuntin. 24. Januarii 1711. & 19. Novembr. & 2. Decembris 1713.* In cujus casu reclamans nullam pariter omiserat occasionem se conquerendi de vi, sibi illata, ut dicitur in Folio, d. die 18. Novembris 1713. distributo. ibi: *Oratorem invito, reclamantique animo professionem emisisse, subindeq; omnem occasionem captasse exagerandi, nulliter penitus regularia vota emisisse, adeò quod per omnium ora in Oppido Salinensi id vulgatum fuit.*

38

39

Pro horum autem faciliori admissione dignentur EE. PP. præmissa omnia præ oculis habere sub aliis sex consideratiobus, quarum I. desumitur à terribili, crudeli, & feroci natura Patris Principalis, qui ei metum incussit, ut videre est Summario testium §. 1. per totum ubi specificantur multæ infelices personæ, cum quibus majores violentiæ usque ad mortem effectivè practicatæ fuerunt; Quam feram naturam, & solitum exequendi minas respectu incutientis metum, ad præcisum effectum nostri casus, ponderant *Felin. cons. 4 n. 9 Hond. cons. 29 nu 30. lib. 1.* aliique relati, & sequuti à *Rot. in dec. 315. nu. 7. & 8 par. 5. rec. & in meis Inst. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. n. 202.* Erat enim Pater Principalis ex illorum numero, quos his verbis describit *Bartol in leg. Metum 9. C. de His, quæ vi, metusvè caus. Sunt enim quidam potentes, & ita mali, quod dicunt, consueti sunt facere, tunc esset justus metus ex minis, & jactationibus.*

40

41

Præcipuè, quando metum incutiens, ut in præsenti verificatur, nedum est naturæ ferinæ, & crudelis, sed ulterius Pater metum passi, ob reverentiam illam, quæ ei à propriis filiabus debetur, ut conclusionem ampliando, bene advertit *Corrad. in Prax. dispens l. 5. c. 14. nu. 10.* ibi: *Maximè quando Pater est multum terribilis, asper, & severus, quæ quidem qualitas in persona, cui debetur reverentia, est multùm considerabilis;* Et cumulatis concordantibus, melius observat *Rot. in dec. 326. n. 12. cor. Ludov.* ibi: *Accedit, quod Marchio, ut dicunt testes, erat multum terribilis, asper, & severus, quæ qualitas præcipuè in persona, cui debetur reverentia, est multum considerabilis, & dec. 374. nu. 16. cor. cod.* ibi: *Reverentia, cum terribilitate, personæ, sufficit pro justo metu, quod etiam vult Felin. &c. & dec. 98. nu. 3. cor. Peuting.* ibi: *Parentes verò natura feroces, rigidos, & iracundos, & solitos exequi minas, quod maximè in Patre observant, &c.* Cum quibus processit hæc Sacra Congreg. gratiam restitutionis in integrum concedendo moniali, quæ per annos 16. in monasterio permanserat *in Suessan. 3. Augusti 1715.* juxtà verba illa Folii: *Neque testes asserere prætermittunt, Vincentium Genitorem violentæ admodum indolis fuisse pluraque patrasse facinora.*

42

43

Indeque uno ore observant Doctores, quod, quando agitur de metu, incusso à Patre, neque etiam sit necesse probare qualitatem naturæ ferocis, & terribilis, quodque solitus sit minas exequi, cùm sufficiat solus metus reverentialis, cum periculo mali gravis, ex sola illius indignatione suspicati, ut punctualissimè firmavit *Rot. in dec 870. num. 16. cor. Emer jun.* his verbis *Non enim refert, quod non constet. eum, qui metum incussit, fuisse terribilis naturæ, sive solitum minas exequi, juxta præscriptum leg &c. quia id requiritur in personis extraneis, non autem in Patre, cui de jure naturæ reverentia debetur; Nam in his terminis sufficit metus reverentialis, juncto periculo mali gravis, probabiliter opinati ex sola Parentum indignatione;* Circa quam conclusionem concordant adducti *ab Avers. de Sacr. matrim. quæst. 4. sect. 5 vers. Asserendum fol. mihi 188.* ubi ad rem observat, *in filiis respectu Parentum, & similibus, sufficere, si non aliud malum timeant, quàm illarum perpetuam indignationem, & apud eos invisos haberi, quia sanè hoc esset gravissimum incommodum, tandiù subeundum, ut per se apparet, Barbos. vot. decis. 77. num 77. lib. 3. Caren resol. 81. nu. 26. Garz. de Nobilit. gloss. 17. n. 11. Rub. in Singul. Rot. Rom. tom. 1. circa decis. Gropperi fol. mihi 220. & Rot. dec. 930. n. 2. & 3. cor. Dunoz, jun. & cor. Peuting. dec. 98. n. 7.*

44

45

II. Circumstantia desumitur ex eo, quod Principalis valde metuebat Patrem, itaut etiam in monasterio, post coactam professionem *ogni volta veniva detto suo Padre, aveva tanto timore, che tremava formalmente*, ut de visu formiter examinata deponit dignissima monialis: *Ratione enim hujus timiditatis*, (sunt verba *Rot in punctuali dec. 326. nu. 27. cor. Ludovis.* ubi concordantes cumulat) *minor requirebatur metus.*

46

III. Circumstantia desumitur à tenera ætate Principalis, tunc temporis annorum 17 Minor enim metus requiritur in eo, qui non est perfectæ ætatis, ut dicunt *Castrens. cons. 174. n. 3. lib 1. Purpur cons. 179. n. 7. & Riminal. sen. cons. 15. n. 22.* & punctualiter firmavit *Rot. in dec. 326. n. 26 cor. Ludovis.* ibi: *In puerula &c. constituta in minori ætate; Minor autem metus exigitur in minori, quàm in majori, & perfectæ ætatis, & dec. 930. nu. 2. cor. Dunoz jun.* ibi: *Eoque magis concurrente metu reverentiali, qui exuberat in fæmina minore 17. annorum, & dec. 205. n. 21. cor. Burat.* ibi: *Propter quam teneram ejus ætatem minor metus exigitur.*

47

IV. Desumitur à qualitate sexus muliebris; Metus enim facilius incutitur mulieribus, & præcipuè teneræ ætatis, quam viris; Proindeque minor in eisdem requiritur metus, quàm in viris, ad annullandam professionem, juxta magistralem *Gloss. in cap. Cum locum verb. Metus de Sponsal.* quem sequuntur adducti in *meis Instit. Crim lib. 1. tit. 10 §. 4. n. 199. & 200.* Et considerando insimul utramq; circumstantiam ætatis, & sexus, bene *Rot. in decis. 771. n. 4. cor. Seraph.*

48

49

V. A magna aversione Principalis ad amplectendum statum Religiosum, de qua uno ore deponunt nostri testes, ibi: *Ha sempre dimostrato repugnanza all'essere Religiosa*, ibi: *Dimostrando continua renitenza allo stato Religioso*, & alibi sæpissime, Nemo autem ignorat, quod à tali aversione, antecedenter ostensa, efficax deducatur argumentum coactæ voluntatis, & meticulosæ professionis, postea emissæ, ex punctualiter animadversis per *Pignatel. consult. 180. num 12. tom 9 Ciarlin controv. 108. n. 48. Bertacchin. vot. decis. 130. nu. 6. Rot. cor. Peuting. dec. 98. n. 1. & in par. 1. dec. 175. n. 1. in fine, & in par. 1 rec. dec. 211 n. 2.*

50

51

VI. Demùm à publica voce, & communi fama coactæ voluntatis Principalis, ante, & post emissam professionem, ibi: *Prima che prendesse l'abito nel monastero di S. Giovanni, prima che facesse la professione, anche doppo, in forma, che sempre si è detto, non essersi fatta volontieri;* De cujus efficacia in jure ad nostrum præcisum effectum facilioris concessionis

52

sionis gratiæ restitutionis in integrum, benè observant adducti supra *discept. 2. n. 23.*

Nec dicatur, quòd omnia hæc procederent, quandò tales violentiæ probarentur exercitæ in ipsomet actu professionis, 53 secùs verò, dum appatent practicatæ longè ante ipsummet actum profitendi, post quem verificantur dd. conquestiones, & lamentationes. Hoc enim ad nostrum effectum nullatenùs est necessarium, sed sat est, constare de dictis violentiis, antè professionem illatis, ut observant adducti supra *discept. 1. num. 35. & 4 seqq.* ubi observavimus, id verum esse, etiamsi professio appareat emissa læto, jucundoque animo, & etiamsi emissa fuerit in loco, in quo non reperiebatur metum incutiens.

In nostro autem casu hujusmodi lætitiæ signa, animiquè hilaritas, neque per umbram verificantur, ex quo infelix Principalis fecit quantum in se erat, ad non emittendam pro 54 fessionem, juxta ea, quæ latè referunt testes, ibi: *Che il giorno della sua professione fù differito per dieci giorni doppo, spirato l'anno dell'approvazione, per causa, che essa ripugnava;* Quæ notabilis dilatio plusquam manifestè excludit lætum animum, promptamque voluntatem emittendi professionem, ut consideranti manifestum est, & advertit punctualiter *Rot. cor. Priol. dec. 255. n. 7.*

Nec dicatur, quòd prædicta omnia non probentur concludenter ab omnibus nostris testibus, sed ab uno, vel altero, loquente de visu, ab aliis verò de auditu, & publica 55 voce, atque communi fama; Cùm enim simus in terminis metus, qui est difficillimæ probationis, tanquam passio consistens in animo, soli Deo noto, hinc uno ore asserunt Doctores, quod ad illum probandum sufficiat etiam unicus testis, cujus dictum coadjuvetur ab aliis conjecturis, & adminiculis, ut in terminis nostri casus, cumulatis concordantibus, advertunt *de Pont. cons. 11. num. 25 lib. 2. Noguerol. allegat. 29. num. 18. & seqq. Fontanell de Pact. nupt. tom. 2. claus. 7. glos. 2. quæst. 6. num. 82.* & pluries firmavit *Rot.* ut videre est *in decis. 595. num. 4. coram Merlin. & decis. 326. num. 47. & dec. 374. num. 22. cor. Ludovis.* ubi, quòd pro 56 adminiculis optimè deserviunt depositiones aliorum testium, loquentium de auditu, vel de communi fama, *& dec 205. num 17.* ubi *Adden. num. 32. cor. Burat. & dec. 870. nu 6 & seq. coram Emer. jun.* Estque regulare in qualibet materia, quod unicus testis, junctis adminiculis, plenam faciat probationem, præcipuè quando, juxta præcisos terminos nostri ca 57 sus, agitur de testibus qualificatis, informatis, & nullum habentibus in causa interesse, juxta magistraliter firmata in *Voto*, extenso à *R. P. D. Cerro in Romana annuæ præstationis 29 Januarii 1714.* & in altero extenso *à R. P. D. Lonio 23. Martii 1715. per tot.*

Quoad qualitates nostrorum testium, tres ex illis, deponentes de iis, quæ evenerunt in monasterio in actu professionis, tempore novitiatus, & post professionem, usque ad hodiè, sunt nobilissimæ moniales, nempè R. M. Julia Guer 58 rieri, quę ab annis 51. in illo professionem emisit, hoc est die 20. Julii 1664. fuitque pluries Abbatissa ejusdem monasterii; R. M. Clara Victoria Perini, quæ professionem in illo emisit ab annis 36. nempè die 5. Februarii 1679. & R. M. Laura Cœlestis Pellegrina, quæ emisit professionem die 11. Octobris 1682. & sic ab annis 33.

Alii verò septem testes, deponentes de iis, quæ evenerunt, tam in sæculo, quàm in monasterio, non minorem merentur fidem. I. Enim est Antonius Chiocchi sacerdos annorum 60. qui continuam habuit confidentiam cum D. 59 Patre Principalis ab anno 19. ejus ætatis usque ad illius obitum, ut considerando qualitatem sacerdotis, atque asserendo, illius depositionem habere vim duorum testium, generaliter advertunt adducti in *dec. 83. num. 27. coram Ansaldo, & dec. 63. num. 2. part. 3. & decis. 815. num. 36. par. 18. & decis. 492. num. 23. par. 19. rec & in Romana hæreditatis 1. Febr. 1715. §. Namque coram Crispo;* Et in punctualibus terminis sacerdotis, inducti ad probandum metum benè *Sperell.* cumulans concordantes, *in dec 75. num. 46.* II. Est Barbara Ganzella annorum 40. quæ per annos 8. in munere cubiculariæ D. Principali inservivit, ut considerando qualitatem domesticitatis, & famulatus in teste, atque asserendo, illam augere potius, quàm minuere fidem 60 testi, ea ratione, quia melius præsumantur informari, quodque non soleat metus coram personis extraneis incuti, observant adducti à *Sperell. in magistrali decis. 75. num 26. & seqq. & num. 43. & 44. & à Rot coram Emer junior. dec. 1356. num. 5.* Cum quibus processit *hæc Sacra Congr. in Bisuntin. 9. Sept. 1713.* juxtà verba Folii, d. die distributi, ibi: *Testimonium perhibent &c. ac præsertim Claudia Grey, quæ tunc temporis famulatum agens, sæpè iis præsens fuit, victumque Oratrici, cùm vincla detinebatur, clam subministravit.* III. Est sacerdos Franciscus Paternieri annorum 58 qui per annos 35. continuam habuit familiaritatem, & conversationem cum Patre Principalis, cujus respectu applicantur ea, 61 quæ observavimus supra respectu alterius sacerdotis Antonini Chiocchæ, quibus addimus *Rot. in Nullius, seu Sublacen. donationis 26. Junii 1711. §. Accedente cor. Lancet. & 11. Jun. 1714. §. Rebus cor. Falconer.* IV. Est Alexander Taffanella ætatis annorum 51. qui cum juramento asseruit, habuisse *tutta la prattica, e cognizione del medesimo*, hoc est Patris Principalis. V. Est Matthias de Valentinis annor. 40. qui est informatus de omnibus rebus, concernentibus domum Prin- 62 cipalis, eo quia est filius nutricis ejusdem Principalis, atque illius Genitor inservivit *per Mezzadoro, ò sia Lavoriero d' una possessione.* VI. Est Jacobus Franciscus de Bono annorum 40. qui per annos 16. una cum ejus Patre inservivit Patri Principalis, tanquam Olitor. VII. Demùm est Tenens Angelus de Mozzis, qui fuit mediator inter Principalem, & multas qualificatas personas ad præstandum manus auxilia- 63 trices, adhoc, ut posset obtinere declarationem nullitatis suæ professionis.

Videtur autem vim facere cuicumque intellectui consideratio illa, ut tot, tantique testes, optimè informati, & plenissimam habentes cognitionem domus Genitoris, & consanguineorum Principalis, nullum omninò, neque à re- 64 motissimis, habentes in causa interesse, mentiri voluerint in perniciem veritatis, absque ulla propria utilitate, ut considerando numerum, qualitatem, & diversas professiones testium, benè observant adducti in *meo Tractat. de Livell. §. 4. num. 4. & seqq.* & alios addo, citatos, in Voto exrenso *ab R. P. D. Lonio in Roman. annuæ præstationis 23. Mart. 1715. §. Esset nè credibile.*

Posita ex his manifesta nullitate professionis expressæ, nulla vis fieri potest in tacita, quæ forsan induci prætenditur ex Principalis nimis longa permanentia in Religione, cum 65 gestatione habitus, aliis monialibus communis, absque ullo prorsùs recursu ad Superiores, vel ad hanc Sacr. Congregat. Talis enim præsumptio tacitæ professionis tollitur per aliam contrariam, longè efficaciorem resultantem ex verbis, aliisque actibus, eidem tacitæ professionis ex diametro oppositis, de quibus suprà, juxtà singularem *Glossam in cap. Tuarum verb. Signatos de Privileg.* quam uno ore sequuntur innumeri illi Doctores, quos referunt à me ci- 66 tati in *meis Instit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. num 192 & seqq.* & alii adducti supra *discept 1. num. 14.* & meliùs *in dec. 705. nu. 5. par. 2. rec*

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo hoc medio tempore vixerunt Pater, Frater, & Amita Principalis, qui ei metum incusserunt ad ingrediendam Religionem, atque in il- 67 la moram faciens; In istis enim circumstantiis nunquam inducta dicitur tacita professio per quamcumcumque longissimi temporis taciturnitatem, ea ratione, quia malum principium influit in omnes sequentes actus, quodque omnes operationes subsequentes, tanquam provenientes ab initio meticuloso, & infecto, eodem vitio laborant, quam his ferè verbis exornant adducti à *Panimol dec. 29. n. 57. & seqq.* cum aliis adducti supra *discept. 1. nu. 43.*

Cùm quibus procedere solet *hæc Sac. Congregat.* concedendo restitutionem in integrum illis, qui durante causa metus, per quodcunque spatium longissimi temporis nullatenus re- 68 clamarunt, ut signanter videre est in resolutionibus, citatis suprà *in dict. discept 1 num 44.* quibus addo alias posteriores, nempè in *Cremonen. 27. Augusti 1712. 30 Septembris, & 18 Novembr. 1713. Lib. 62. Decr. fol. 238. & Lib. 63 fol. 415 & 429.* ubi de taciturnitate annorum 29. *& in Bisuntina 24. Januar. 1711. & 18. Novembris 1713. & 2. Decemb. ejusdem anni, Lib 61. Decret. fol. 2.. Lib. 63. fol. 419. & 32.*. ubi de taciturnitate annorum 14. *& in Patavin. 29. Julii 1713. & 7. Julii 1714 Lib. 63. Decr. fol.* 69 *312. & Lib. 64. fol. 259.* ubi de taciturnitate annorum 22. *& in Ulixbonen. 17 Novembris, & 1. Decembris 1714. Lib 63. Decr. fol. 512. & fol. 527.* ubi de taciturnitate annorum 15. *& in Januen. 23. Aprilis 1715* ubi de taciturnitate annorum 12. *& in Suessana 3 Augusti ejusdem anni 1715.* ubi de taciturnitate annorum 16. Et respectu *Sacr. Congreg. Episcop. & Regularium*, omissis gratia brevitatis aliis reso- 70 lutionibus minoris temporis, respondit in *Januen nullitatis professionis 6. Julii 1696 Ponente clar. mem. Card. Colloredo*, ubi de taciturnitate annor. 41.

Quòd autem taciturnitas Principalis in non reclamando processerit, à duratione causæ metus, usque ad eviden- 71 tiam

71 tiam probamus in nostro Summario. Distinguendo autem tempora mortis omnium illarum personarum, quæ fuerunt causa ejusdem metus, & illius coactæ perseverantiæ in monasterio, constans in facto est, quod usque ad annum 1707. 72 vixit ejus inhumanus Pater, *il quale sarebbe stato capacissimo per il suo naturale molto ardente, già disposto, di venire à qualche risoluzione contro la medesima, benche in monastero, e molto più contro chi avesse operato per Lei*; Usquè ad annum verò 1711. vixit *il Signor D. C. figlio della seconda moglie di detto Sig. D. G. che ancor lui era del taglio del Padre*, quam circumstantiam filii, sequentis Patris vestigia, magnificit hæc *Sacra Congreg. in d. Urbinaten. 18. Februarii* 1713. juxtà verba Folii, dicta die distributi, ibi: *Postquam verò è vivis decessit idem Genitor, Oratorem secum pluries suppliciter egisse, mox dictus Franciscus prosequitur, ut potestatem reclamandi adversùs emissam professionem, &c. Verùm semper ei constanter restitisse, nè injuriam, quam sibi animo effingebat, communis Genitoris memoria causaretur*: Demum 73 usque ad diem 15. Decembris ann. 1712. vixit ejus Amita, monialis in eodem monasterio, quæ non solum in prospera valetudine, sed neque etiam in ultimis ejus vitæ periodis, quandò post pauca momenta redditura erat Deo rationem de omnibus ejus operibus, quod vix credi posset, nisi id jurata referret dignissima monialis, tunc temporis Abbatissa nostri monasterii, ignorans forsitan, seu veriùs oblita illius terribilis excommunicationis, quæ rotundis literis legitur in *cap. 18. sess. 15. de Regul. & Monial. Sac. Conc. Trid.* non omisit rogare Abbatissam illius temporis, ut nullatenus permitteret Principali facultatem reclamandi, & recurrendi ad Superiores, ibi: *Li è stato impossibile, che alcuno abbia* 74 *voluto mettersi à prestarli assistenza, anzi ne meno doppo la di lei morte, finche è vissuta la di lei Zia, monaca professa, morta due anni in circa in questo monastero, mentre la teneva in continua soggezzione, levandoli fino le lettere &c. Anzi avanti la sua morte raccomandò à me, come Abbadessa in quel tempo, volerli tenere l'occhio sopra, acciò se li rompessero tutti li suoi disegni in questo particolare*, & in hac parte concordant omnes nostri testes in eorum juratis depositionibus.

Diximus *in prospera valetudine*; Illa enim durante, quid non fecit, quidque non dixit, & minacibus verbis se expressit, ad impediendum Principali omnem omninò recursum 75 pro obtinenda declaratione nullitatis suæ professionis? Sivè *discacciando dal Parlatorio li Sig. Tenente Mozzi, e una Sorella del Signor Dottor Jacobbi, su'l dubbio, che ajutassero detta Signora à sortire dal monastero, e far ricorso à Roma*; Sivè operando, *che nè meno la Signora D. O. andasse alle Grate*; Sivè *stando sempre, come si suol dire, alli fianchi di detta Sig. D. O.ª quando vi andava alcuno per parlargli, come hò fatto Io con mia madre, voleva sempre esserci presente essa Signora &c.* Sivè *levandoli le lettere, dirette à persone, che in questo potessero giovarli, e gl'impediva ogni mezzo, come la stessa Signora D. S. mi hà raccontato più volte d'aver fatto*; 76 Sivè *tenendola molto riguardata, e ristretta, stanti le raccomandationi di detto suo Signor Padre, tuttociò à fine d'impedirgli li ricorsi*; Sivè, *quando non poteva essere alla Ruota, raccomandarsi all'altre monache, acciochè capitando alcuno da detto Signor D. O. l'avvisassero*; Sivè *riprendendola sempre sopra questo proposito di doglianze, che andava ripetendo con tutte le monache*, Sivè demùm, *accortasi doppo la morte del Padre, che la Sig. D. O. cominciava à far prattica per li suoi ricorsi, & insossistenza della sua professione, procurando, come li riuscì, d'esser Vicaria della Ruota, per meglio accertarsi, che alcuno non li parlasse senza sua saputa*; Itaut omnes hæ impropriæ, & irregulares operationes ejusdem amitę 77 deservire congruè possent pro instructione illarum, quæ omnibus viis procurare volunt, ut infelices moniales, per apertam vim professæ, non possint habere recursum ad Superiores pro obtinenda declaratione nullitatis earum professionum reducendo illas ad illum deplorabilem statum descriptum à *Seneca in Senten. juxta ordin. liter. fol. mihi* 756. ut neque etiam possint se conquerere de earum misero, infelicique statu, relato *in meo Tractat. de Intell. cap. 1. §. 21. num. 45. post princ.*

Posita ex his clara, & concludenti probatione durationis causæ metus usque, & per totum annum 1712. seù usque ad diem 15. Decembris ejusdem anni, qua obiit d. D. J. S 78 constans pariter in facto est, quòd infelix Principalis sequenti anno 1713. die 5. Augusti non omisit solemnem habere recursum ad SS. D. N. in eo rotundis literis eidem aperiendo, quod ejus Pater *l'aveva obligata contro ogni suo volere, e vocatione, cose notorie à tutti, à monacarsi professa nel monastero di San Giovanni Battista &c. con piena fiducia dell'innata, e paterna pietà della S. V. implorando il suo clementissimo patrocinio nel concedermi una retta giustitia*; Cumque eædem præces de more EE. PP. remissæ fuerint usque sub die 15. Decembris ejusdem anni 1713. injunctum fuit Reverendissimo Episcopo Mantuano, ut circa easdem preces Sacr. 79 Congr. informaret, cùm Processus transmissione.

Quę omnia dicta sint ad omnem abundantiorem cautelam, atque ad omnem omninò contrarium prætextum excludendum, quia uno ore inter Doctores receptum est, quòd etiam 80 in illis terminis, in quibus quis non reclamat post mortem illius, qui metum incussit, ex sequuta acquiescentia cujuscunque longissimi temporis, nunquam inducta dicitur tacita professio, nisi cum præcisa scientia nullitatis ejusdem professionis, concurrant ulterius actus certi, & positivi, dictam tacitam professionem clarè inferentes, *juxta punctualissimam decisionem in Neapolitana Professionis coràm Gyptio*, quam referunt, & sequuntur adducti supra *discept. 1. num. 52.*

Prout etiam ad dictum præcisum effectum non solùm constare debet, quòd cessaverit causa metus, sed quòd remota fuerint obstacula omnia, quæ judicialem reclamationem 81 impediebant, ut in terminis probant adducti per *Pignatell. consultat. 173. num. 77. tom. 9.* Cùm quibus processit hæc Sac. Congregatio in *Cremonen. 27. Augusti 1712. 30. Septemb. & 18. Novemb. 1713.* ubi de taciturnitate trium annorum post mortem Patris, qui metum incusserat, eò quia dicto tempore adfuerunt impedimenta judicialiter reclamandi; Inter dicta autem impedimenta post mortem Patris & Fratris 82 Principalis, in nostro casu vigentia, usque ad mortem amitæ, non solùm annumeratur epistolarum interceptio, nec non prohibita colloquutio cum iis, à quibus reclamatio poterat ad Superiorum aures deduci; Sed quod magis est, concurrebat etiam deficientia pecuniarum, sine quibus lites, præsertim in Curia, agitari, & prosequi non solent, ut experientia notum est, & observat *Rot. dec. 325. num. 1. par. 14. rec.*

Ad quod obstaculum superandum, non omisit Principalis pecunias etiam mutuò quærere, sed inutiliter, ut refert testis, cui Principalis se enixè commendavit; Itaut cum omni sermonis proprietate respectu ejusdem Principalis ve- 83 rificata fuerint ea, quæ de se ipso scripta reliquit *D. Paul. ad Timoth. 2. 16.* his verbis: *In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt.*

Minùs replicetur, quòd in omnem casum, si viventibus Patre, Fratre, & Amita, reclamare judicialiter ex his motivis non poterat, saltem tenebatur protestari, suumque animum in hac parte, eo modo, quo ei permissum erat, clariùs aperire: Objecto enim punctualiter occurrit *Fagn. in* 84 *cap. Perlatum num. 6. & sequen. de His, quæ vi, metusvè causa*, ibi: *Quod adeò verum est, ut durante causa metus non tenetur protestari, quia sicuti timor mortis excusat à reclamatione, ut hìc, ita, & à protestatione*, & bonam adducit rationem *Canonistarum Pater Innoc. in dicto c. Perlatum, n. 1.* 85 *versic. Nota*, asserens, *metum mortis, nedum imminere, quandò gladii præsentes sunt, sed toto tempore, quo vivit ille, qui metum incussit, & Innocentium* sequuntur ibidem *Hostien. n. 10. vers. Cave tamen, & Fagnan. n. 6.*

Ultra quòd, durantibus iisdem angustiis, & causa metus, non omisit Principalis eo modo, quod potuit, suum animum apertissimè declarare usque ad importunitatem semper una voce se conquerendo de violentiis, quæ sibi inferebantur, *Ripetendo l'indolenze in ogni discorso, che accade-* 86 *va aver seco, come se non avesse avuto mai altro da discorrere &c. In tutti li suoi discorsi non aveva altro da introdurre, che il racconto di detta sua forzata monacazione, &c. Non saprei assegnare alcun tempo, in cui non avessi sentita la Sig. D. O. à lamentarse di suo Padre, e della forza da lui usatagli, perche pareva non avesse mai altro da discorrere.*

Quoad Religionis Officia, à quorum exercitio probari solet tacita saltem professio, parùm videtur immorandum, eo quia, testibus moderna Abbatissa, & tribus aliis ex senioribus, & dignioribus monialibus nostri monasterii, *la Sig.* 87 *D. O. &c per tutto il tempo che si ritrovava in d. Monastero di S. Gio: Evangelista, questa mai hà avute cariche, inerendo alle quali, questa abbia potuto comandare, come hanno fatto, e fanno respettivamente altre monache, che sono state, e sono in esse cariche*; Respectu cujus veritatis concordant omnes alii nostri testes.

Et quod magis est, nedùm exercere nunquam voluit Religionis Officia, à quibus posset inferri aliqua, vel mini- 88 ma approbatio ejus coactæ professionis, sed neque etiam interesse voluit communibus illis actibus, & Regularibus operationibus, quæ indifferenter practicari solent ab aliis moniali-

monialibus; Imò nunquam voluit *dimostrare quella vera obedienza alle Superiori, che prestano l'altre non volendosi levare al matutino, & andare al Coro*; Illa adducta semper, repetitaque ratione, *Dicendo, e protestandosi, che essa era Religiosa per forza, e non voleva fare cosa alcuna*, & ibi: *Dicendo, che non voleva fare cosa alcuna, perche non era entrata di sua spontanea volontà*: In qua parte miserendo ejus miseriæ, atque ne eidem, graviter afflictæ, nova adderetur afflictio, tolerabatur ab Abbatissis, ut testatur dignissima monialis, his verbis: *Non ha mai voluto d.Sig. D. O. fare quegl' 89 atti, che fanno le vere Religiose, &c. bisognava lasciarla in pace, e fare à suo modo, per non tormentarla più*: Coherenter forsan ad ea, quæ leguntur *in can Cùm percussio 7. qu. 1.& in c. Ex parte de Cler. ægrot.*

Hanc autem circumstantiam magnifecit hæc Sacr Congr. pro faciliori concessione gratiæ restitutionis in integrum alte-90 ri moniali, quæ per annos 22. invita in monasterio permanserat, *Atque propalam asserebat, neque Choro interesse, neque monialium officia subire velle, cùm nulliter regularia vota emisisset*, sunt verba *Folii in Patavina 28. Julii 1713.* & resoluta 7. Julii 1714 *ut in Lib. 63. Decret. fol 219.& in Ulixbonen.* 91 *17. Novemb. 1714. Lib. 64. Decret. fol. 512.* ibi: *Quin etiam, tanquam non professam se reputans, Communitatis observationes parvifaciebat, neque horas canonicas recitabat*: concedendo gratiam restitutionis in integrum alteri Moniali, quæ per annos 15. in Monasterio permanserat.

Cæterùm ad materiæ ornatum addimus, quòd in illis terminis, qui non sunt nostri, quandò concludenter constat de exercitio similium Officiorum, ex istis nunquam induci po-92 test tacita professio, quando id practicatùm fuit, durante causa metus, ut in terminis muneris Cellerariæ, quod non nisi professis competit, *est punctualis dec Merlin. la 628. per tot. & signanter num. 7.* ibi: *Hinc non obstat, quod Catherina fassa fuerit, se ratificasse professionem, dum asseruit, se per triennium gessisse officium Cellerariæ, quod non nisi professis demandabatur &c Quoniam, permanente causa incussi metus, nec functio muneris Cellerariæ, nec permanentia in Religione, nec quicumque alii actus suffragantur ad inducendam* 3 *professionis ratificationem, &c.* Et in terminis muneris Magistræ Novitiarum, & Decanissæ est punctualior resolutio hujus Sac. Congregat. *in Cephaluden. 14. Febr & 18. Junii 1699.* ut videre est in *Lib. 49. Decr fol. 171 & fol 252.* ibi: *Professionem expressè ratam habuit, & munera Magistræ Novitiarum, & Decanissæ laudabiliter in eo exercuit*; Et in terminis monialis, quæ per annos 32. permansit in monasterio, in quo (sunt verba Folii) *munera Infirmariæ, Sacristiæ, aliaque hujusmodi exercuerat &c. ac omnes ordinationes Regulares, sicuti cæteræ moniales professæ, observaverat*, resolvit *hæc Sac. Congreg. in Melevitan. 8. Augusti 1705.* ut videre est in 94 *Lib. 55. Decr. fol. 311.* Et generaliter de aliis inferioribus Officiis, & muneribus pluries resolvit hæc Sac. Congr. juxtà in numeros casus; improbo labore à me sigillatim recognitos, & registratos in *meis Institut Crimin. lib. 1 tit. 10. §. 4. à num. 193.* In quo sensu fuit etiam Sacr. Congreg. Episcop. *in d. Januen. Ponente Card. Colloredo*, de qua suprà *n. 70.*

Ex quibus, præcipuè simul junctis, evidenter constare videtur de nullitate professionis Principalis, utì emissæ per metum, cadentem in constantissimum virum; Et tamen, quando etiam aliquod remaneret in hac parte dubium, quod 95 non credimus, adhùc in tali dubio illius favore inclinandum esset, ea viva ratione, quia in hoc dubio, se tenente ex parte liberi consensus, non consideratur favor Religionis, qui 96 nunquam adesse dicitur, quando spontaneus, & liber consensus profitentis non præcessit, ut in specie observant *Rebuff. conf. 67. in fine, Card. de Luca de Regul. disc. 1. num. 2. & disc. 43. num. 13. Pignat. consult. 173. num. 43. 75. & 157. tom. 9. & Rota dec. 491. num 20. coram Royas, & dec. 9 num. 33. & seq. cor. Arguel. & dec. 13. num. 16. par. 14. rec.*

Itaut non defuerint Authores, in Urbis Tribunalibus 97 multum versati, existimantes (benè, an malè, ipsi videant) se obsequium Deo præstare, mediantibus eorum scriptis, & operationibus opem ferendo Religiosis illis oppressis, & angariatis à propriis parentibus, & consanguineis ad ingrediendam Religionem, qui, servatis servandis gratiam restitutionis in integrum ab hac Sac. Congr. implorant, considerando in hac parte favorem aliorum Correligiosorum, quorum quies à reclamantibus non amplius turbatur, ut de se ipso testatur *Amayden. de Styl. Datar. lib. 1. cap. 12. num 23.* ibi: *Ego sanè, ut hoc ingenuè fatear, propensior sum erga dimissiones Regularium, in Claustris vitam degere renuentium, nam ii sunt, qui reliquos quietos turbis miscent; Ordinemque universum susquè, dequè agunt, & propterea existimo me obsequium præstare Deo, quandocumque adsum Causæ Regularis, contra professionem reclamantis, qui ope mea à Religionis vinculo liberetur.* & concordant adducti à *Pignatel. consult. 173. n. 6. & 7. 10 9.*

In eadem Causa.

Concordamus cum contrariis Defensoribus, quòd ad obtinendam Restitutionem in integrum adversùs lapsum quinquennii, duo copulativè debeant concurrere, pro-98 batio nimirum nullitatis professionis, & causa legitima, seu impedimentum non reclamandi intra quinquennium, juxtà individualiter firmata per *Rot. in dec. 1356. num 1. cor. Emer. jun.* Cùmque utrumque in nostris terminis comprobetur ad hominem, ex adductis in nostro Summario, cum omni fundamento, etiam ad sensum contrariorum Defensorum, speramus, & enixis precibus supplicamus pro affirmativa resolutione nostri dubii

Quoad primum, seu nullitatem professionis, adduximus in nostro Summ. concludentes probationes metus, à quo coacta fuit Principalis illam emittere, & qui operatur, 99 ut perindè habenda sit, ac si nunquam fuisset emissa, ex defectu liberi consensus, ex adductis suprà *n. 1. & seq.* Ad excluden. verò efficaciam dd probationum.

Primo loco insistitur ex adversò in regula generali, quòd actus quilibet præsumitur validus, præcipuè quando gestus 100 fuit coràm Superiore monasterii, & in Civitate Mantuæ, in qua residebat vigilantissimus Præsul. Sed hujusmodi generales regulæ, & regulares propositiones, quas meritò pannos calidos vocat *Card. de Luca de Legat discurs. 61. num. 7.* in nostro casu cedere debent veritati, concludenter probatæ à nostris testibus, individuantibus actus, & operationes, à quibus, nedùm Principalis imbecillis judicii, & debilis sexus, sed quilibet constantissimus vir coactus fuisset succumbere violentissimis impulsibus Patris, ex adductis suprà *num. 2.* ubi ad ponendum intrà fines evidentiæ irregulares modos, & violencias, cum Principali ad praxim reductas, ad extorquendum consensum meticulosæ professioni, combinavimus omnia tempora, ante ingressum Principalis in monasterium, in ipsomet ingressu, quando emissa 101 fuit professio, durante noviciatu, & post professionem, intrà, & post quinquennium; Quò verò ad qualitatem Civitatis Mantuanæ, ubi residebat Episcopus, dicimus, illam in nulla haberi consideratione ad nostrum effectum, ut in terminis meticulosæ professionis, emissæ Melitæ, ubi nedum residet Episcopus, sed Inquisitor, & Magnus Magister, cum nube Equitum, & personarum nobilium, habemus casum ab hac Sac. Congr. me scribente, decisum *die 8. Augusti 1705.* cum concessione gratiæ restitutionis in integrum post annos 32.

Insistitur secundo loco in nullitate examinis nostrorum testium, qui fuerunt examinati à Vicario Generali Mantuæ, non autem ab Episcopo, cui demandatum fuerat idem examen ab hac Sac. Congregatio Sed objectum nullam ha-102 bet subsistentiam, quia ex eo, quòd in his casibus nunquam soleat Sacra Congr. directè scribere Vicariis, non potest dici taliter contemplata industria personæ Episcopi, ut iste per suum Vicarium Generalem non possit mandata Sac. Congr. exequi, ut, omissis antiquioribus exemplis, quæ de facili adduci possent, cadenti anno 1715. bis, me scribente, id admisit hæc Sacra Congr. nempè die 13. Aprilis *in Januen.* juxta verba illa Relationis Eminentissimi Archiepiscopi Januæ, *In adjuncta copia processus, structi in hac mea Curia; & in Lingonen. 20. Sept.* juxtà verba illa Relationis Episcopi Lingonen. *Ex probationibus, quas collegit Vicarius noster Generalis*, de quibus *suprà discept 2. n. 3 & discept. 4. n. 2.*

III. Pro nullitate examinis insistitur in defectu citationis Adversariarum; Sed mihi constanter in facto supponitur, 103 quòd iste nullam habeat subsistentiam; Quod etiam manibus palpare facit contrarium Summ Non enim ad invicem compatiuntur, quòd Adversariæ dederint positiones, quæ leguntur in d. contrario Summ. & multas alias, quæ in illo non fuerunt registratæ, quòdq; ignoraverint intentionem Principalis neque fuerint citatæ in examine testium; & quòd magis est, longè videtur inverisimilius, quod contrariis Defensoribus, ut ipsi gratis asserunt, prorsùs nova, & incogitata advenerit subscriptio nostri dubii, eo tempore, quo à multis mensibus antea paraverant adversùs illius affirmativam resolutionem eorum exceptiones, mediantibus dd. positionibus, ut patet consideranti.

IV. Insistitur in eo, quòd unicus dumtaxat testis de visu deponat de violentiis, aliisque crudelitatibus, nempè 104 Barbara Gazella, alii verò de auditu à Principali, & consequenter metus non dicatur concludenter probatus, nè major fides detur copiæ, quàm originali. Respondemus tamen distinguendo actus, practicatos cum Princ. antè, & post ingressum in monasterium. Respectu enim horum posteriorum, non unus dumtaxat, sed tres dignissimæ monia- 105 les una voce deponunt de facto proprio, deque actibus, qui in earum auribus quotidiè resonabant, atque circa operationes, quæ earum fidelibus oculis subjectæ fuerunt, ibi: *Non ha mai cessato di querelarsi d' essere stata monacata per forza, e violenze, usateli dal suo Sig. Padre*, & ibi: *Si è lamentata avanti vestisse l' abito monacale, e doppo fatta monaca, continuamente sino al giorno d' oggi, tanto meco, quanto con altre monache di questo monastero*, & ibi: *Io non saprei assegnare alcun tempo, in cui non avessi sentita la Signora &c. non lamentarsi di suo Padre, e della forza, da lui usatale, perche pareva non avesse mai altro da discorrere*. Respectu verò illorum actuum, qui gesti fuerunt ante ingressum in monasterium, non possumus convenientiùs testimonium affer- 106 re, quàm illius famulæ, quæ fuit unica socia in passione, seu in privato carcere, in quo detenta fuit Principalis, ut in terminis terminantibus similis depositionibus alterius famulæ, resolvit *hæc Sac. Congr. in Bisuntina 9 Septemb. 1713.* juxtà verba Folii, transcripta supra *num. 60.* Respectu de- 107 mum actuum utriusque speciei, dicimus quòd uno ore concordant Doctores in illa propositione, quòd metus, utì difficilis probationis, concludenter probatur ab unico teste de visu, cujus dictum coadjuvetur ab aliis conjecturis, & præsumptionibus, quæ in casu nostro nullatenus desiderantur, ut, omissis antiquioribus, videre est *in dec. 870 num. 6. & seqq. coram Emer. jun.* cum aliis allegatis supra *numer. 56.*

V. Insistitur in eo, quòd Principalis exercuerit officia Religionis; Sed factum in hac parte non assistit, quia Abbatissa nostri monasterii, quæ in hac parte præsumitur optimè in- 108 formata, & cum illa concordant aliæ moniales, cum juramento asserentes; *La Signora &c. per tutto il tempo, che si trova in d. monastero di S. Giov. mai ha havute cariche, inerendo alle quali questa habbia potuto comandare, come hanno fatto, e fanno altre monache, che sono state, e sono in esse cariche*. Imo, quòd neque etiam voluerit *fare quegl' atti, che fanno le vere Religiose*, per hæc numero verba testantur aliæ moniales, de quibus supra.

Neque contrarium resultat ex illis verbis, registratis in exadversò Summ. responsivis ad positiones ex parte Adver- 109 sariarum datas, ibi: *Hà fatti, & esercitati sino al presente, fà, & esercita tutti gl' atti, fonzioni, & esercitij &c. che si pratticano da tutte l' altre monache &c. Non credit, prout ponitur, credit tantum se non spontè intuitu obligationis Ordinis Religiosi interdum exercuisse functiones, munera, & acta, quæ spontè fiunt à cæteris Religiosis*; Considerando verba 110 illa, *se non spontè intuitu obligationis religiosæ exercuisse*. Relinquimus enim EE. PP. considerandum, quodnam fundamentum fieri possit ad nostrum effectum ratificandi professionem, in radice evidentissimè nullam, in illis actibus, qui non spontè fiunt à muliere, nedùm angariata, sed etiam oppressa a suis Consanguineis, dum uno ore asserunt Doctores, allegati supra *num. 80.* quòd ad hunc effectum *tales actus debent fieri animo validandi professionem nullam, seq; sufficienter obligandi*, juxta præcisa verba *punctualis decis. 137. num. 3. coram Priolo*, ubi Rota ad rem notabiliter 111 subdit, quòd hujusmodi animus validandi professionem, & se sufficienter obligandi non præsumantur, sed concludenter probari debent ab eo, qui se opponit concessioni gratiæ restitutionis in integrum, & meliùs *dec. 705. num. 3 par. 2. rec.* ibi: *Actus debent esse tales, ex quibus nulla alia præsumptio capi possit, quàm purgationis metus*, cum aliis allegatis supra *discept. 1. num. 59.*

Supplicantes observare, quòd verba Principalis, responsiva dictis Positionibus, non sunt apta comprehendere munera, & officia Religionis, quibus annexum est gubernium monasterii, vel cura, seu directio noviriarum, & simi- 112 lia, quæ considerari solent ad nostrum effectum, sed simpliciter restricta sunt ad indifferentes, & pias functiones, atque officia, ac munera, neque etiam à remotissimis communia cum supradictis, in quibus terminis nullum fundamentum in illis fieri valet ad nostrum effectum, juxtà individualem resolutionem hujus Sacr. Congr me scribente, emanatam in *Melevitan 8. Augusti 1705. ubi de officiis Infirmariæ, Sacristæ, aliisque hujusmodi, deque observatione omnium ordinationum Regularium, sicut cæteræ Moniales professæ*, juxta verba Folii, registrata supra *num. 9.* ubi alias punctualiores allegavimus authoritates, loquentes de exercitio muneris Magistræ Novitiarum, ac Decanissæ, nec non de alio 113 distincto munere Cellerariæ, quę non fuerunt in aliqua consideratione habita ad nostrum effectum. Considerando præcipuè, quòd dd. actus, non spontè à Principali, ut supra exerciti, fuerunt ad praxim reducti, durante causa metus, & sic multò minus in illis possunt figi pedes ad effectum, de quo agitur, ex authoritatibus allegatis supra *num. 80. & seqq.*

VI. Insistitur in eo, quòd Principalis per sex annos distulit reclamare post mortem sui Genitoris, sequutam anno 1707. qui fuit causa metus, & violentiarum ad ingredien- 114 dam Religionem. Sed huic animadversioni præventivè ad hominem satisfecimus supra, observando, respectu infelicissimę Principalis, verificatum fuisse illud, *Uno avulso, non deficit alter*, dum dicto anno 1707. sublato è vivis d. ejus Genitore, vivebat *il Sig. D. G. figlio della seconda moglie di detto Sig D. G. che ancor Lui era del taglio del Padre*, ut dicunt testes in nostro Summario. Defuncto verò d. ejus fratre *del taglio del Padre*, die 5. Oct. 1711. superstes erat M. J. S. ejus Amita, quæ obiit die 15. Decembris 1712. Quanta autem hæc fecerit, quantave dixerit ad impediendum Principali re- 115 clamationem adversus suam coactam professionem, EE. PP. ad evitandum tædium repetitionis, dignentur recognoscere ex supra animadversis à *n. 75.*

Ita ut combinando operationes Patris, Fratris, & Amitæ Principalis, longè plus fecerit Amita, quàm illius Genitor, & Frater; Cùm hac sola differentia, quòd quidquid isti semper operati fuerunt fortiter, illa secundùm temporis, & personarum circumstantias, cum fortibus operationibus erga personas sæculares, sæpè miscuit suaves modos, blandaque verba cum monialibus, ad obtinen. intentum, nè Principalis reclamaret, procurando etiam officium assistendi Rotæ, ad hoc ut nemo Principalem alloqui posset, ut observavi- 116 mus supra *num. 76.* Et quòd ferè videtur incredibile, tempore quo agebat animam, *raccomandò à me come Abbadessa in quel tempo, volerli tenere l' occhio sopra, acciò se li rompessero tutti li suoi disegni in questo particolare*, ut vidimus supra *num. 74.*

Enixis precibus supplicantes observare, quod respectu Fratris, & Amitæ non erant necessariæ operationes, & crudelitatis, similes illis, quæ ad praxim redactæ fuerunt ad 117 illam invitam includendam in monasterium; Quia sat erat attentè considerare personas illas, à quibus Princ. poterat expectare auxilium, manusq; adjutrices, illisq; id severè prohibere, ut punctualiter fecit eadem Amita, ex adductis suprà *num. 72. & seqq.*

Non subsistit autem, quod cum miserabili impensa unius vilis quadrantis, seu cum uno folio cartæ, potuisset Principalis sua Jura ponere in tuto, recurrendo ad Episcopum 118 Mantuæ; Minusquè ridicula est excusatio non recurrendi ob dd. impedimenta, ut dicitur in contraria Scriptura. Quia post quinquennium reclamatio ad Episcopos non suffragatur, ut notorium est, & sequendo Conciliarem dispositionem advertitur etiam in dicta contraria Scriptura; Sed recurrendum erat ad Urbem, seu ad Summum Pontificem, in qua lites non agitantur cum impensa unius vilis quadrantis, sed illæ sunt nimis excessivæ, cujus veritatis, comprobatæ ab experientia, & à *Rota in decis. 325. num. 1. part. 14. decis.* 119 *479. num. 17. part. 19. rec.* ego recentissimam habeo memoriam in causa propria, in qua, sub titulo *Romana annuæ præstationis*, emanavit Votum, extensum *à R. P. D Cerro die 26. Januarii 1714.* & aliud, extensum *à R. P. D. Lonio die 23. Martii 1715.*

Prout etiam non subsistit in facto, quòd non reclamaverit post mortem Fratris, & Amitæ, dum ista obiit 15. Decembris 1712. Et ipsa solùm die 3. Augusti 1713. scripsit 120 SS. D. N. epistolam, de qua infra, & consequenter distulit habere dictum recursum per spatium septem mensium. Ultra quòd enim tale tempus, imò etiam illud longius unius anni, non solet ad nostrum effectum haberi in consideratione, juxta notam praxim hujus Sacræ Congregationis; de qua supra *num. 81.* & addimus aliam resolutionem Sac. Congr. in *Corduben. 17. Septembris 1701.* cohærenter ad ea, quæ leguntur *in cap. 2 de Regular.* his verbis: *Infra annum* 121 *non reclamaverit ad Principem*, ubi latè *Barbos.* & melius *Fagnan. num. 19.* ibi: *Spatium unius anni ad reclamandum, quod hìc tribuitur &c.* Strictè respondemus, quod afflictæ Princ. extrajudiciales reclamationes nunquam defecerunt, etiam in dicto spatio septem mensium, quod non proba-

probamus argumentis, & conjecturis, sed ex rotundis depositionibus trium dignissimarum monialium, quarum verba præcisa *retulimus supra num.* 31.

Respondemus 2. quod si non desunt Doctores, bonis rationibus innixi, in eam inclinantes opinionem, ut quinquennium ad reclaman. præscriptum à Concilio *in sess.* 25. *de Regul. cap.* 19. ex legitimo impedimento, durante uno, vel altero anno, imo etiam integro quinquennio, potest per accidens non incipere à die professionis, sed à tempore, quo cessaverit idem impedimentum, ut videre est apud *Pignatell. consult.* 173. *num.* 6. & 7. *tom.* 9. his verbis: *Ex his autem colligitur, quod quinquennium, concessum à Tridentino; ad reclamandum pro invaliditate professionis, debet computari à die, quo cessat metus, & ideo si metus durat post quinquennium, quia durat causa ipsius, adhuc concedendum est aliud quinquennium, post cessationem metus, in quo possit reclamare, aut si cessat intra quinquennium, tunc debet incipere beneficium quinquennii concessum: Nam beneficium quinquennii, à Concilio concessum, respicit capacitatem nulliter professi; Unde tunc censetur concedi, quando ipsum recipere potest, ita ut sit in potestate ipsius, vel reclamare, vel silentio convalidare paofessionem, saltem in foro exteriori, ac exhibere præsumptionem ratificationis. Durante autem metu, non potest recipere beneficium Juris, quia si metus effecit, ut profiteretur contra ejus voluntatem, multò magis faciet, quod non reclamet, unde non potest exhibere præsumptionem ratificationis.*

Nec obstat, quod Sacram Congregationem Concilii fertur declarasse, non esse audiendum eum, qui prætendit toto quinquennio durasse vim, atque metum, sed esse consulendum Summum Pontificem. Nam oppositum quoque declarasse traditur in novis declarationibus ex Bibliotheca Bellarmini ad d. cap. 19. *verb. A die professionis, & ita etiam postea tenuit Rota in Neapolitana pro Monialibus de Loffredo cor. Orano. Quod sanè magis expediens est Religionibus, ac ipsis Regularibus; quia Regularis eò deveniens, ut prætendat, nullam fuisse suam professionem, dum invitus intra claustra manet, semper molestias affert Religioni, nec quidquam boni ab ipso expectari potest, unde utilius est Religioni, ut dimittatur, si potest dimitti*, & concordant *Navarr. cons.* 23. *de Regular num.* 3. & 4. *Suar. de Relig. tom.* 3. *cap.* 4. *num.* 6. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 6. *qu.* 25. *per tot.* & *signanter num.* 8.

In omnem casum in hac parte, in qua sermo est de mera gratia restitutionis in integrum, constito de dd. impedimentis reclamandi, durante causa metus, miserendum videtur miseriæ illius, qui suffocatus fuit, & angariatus ad non reclamandum, saltem ex gratia non imputando ei, neque computando in dicto quinquennio illud tempus, quo in sua potestate non erat reclamare, cohærenter ad ea, quæ observant Doctores de impedito ad aliquid faciendum, asserentes legitimè impedito nullatenùs currere tempus, à lege stabilitum, ut videre est apud citatos, & sequutos à *R. P. D. Ansald. dec.* 62. *num.* 3. ibi: *Nullum tempus currere impedito.* Et in nostris individualibus terminis ita practicavit hæc Sac. Congregatio *in d. Corduben.* de qua supra *num.* 121. in qua concessit gratiam restitutionis in integrum Religioso, qui non solùm per annos 22. quibus vixit Pater, qui fuerat causa metus, nullatenus reclamaverat, sed ex legitimo pariter infirmitatis impedimento distulerunt reclamare per biennium post mortem ejusdem Patris, juxta verba illa Folii, distributi die 17. Decembris 1701. *Eodem Genitore de anno* 1695. *defuncto cæpit &c. reclamare anno* 1697. & ibi: *Se post obitum ejusdem Genitoris pluribus infirmitatibus ferè per biennium præpeditum fuisse, & prius hujusmodi instantiam proponere non valuerit.* Quæ legitima impedimenta ob dictam infirmitatem ferè per biennium adduxit, & comprobavit in exequutionem rescripti hujus Sac. Congregationis, quæ die 7. Maii ejusdem anni 1701. quando resolutionem distulit, subjunxit: *Et Orator doceat, quare tandiù distulerit reclamare post mortem Patris.*

Septimo loco insistitur in eo, quod dicta die 3. Augusti 1713. Principalis non petierit à SS. D. N. restitui in integrum adversus quinquennii lapsum, sed restitutionem suorum bonorum, ad satisfaciendum suis creditoribus, juxta Memoriale illud, quod per extensum exhibitum fuit in contrario Summario. Respondemus tamen, quod sola lectura ejusdem Memorialis manibus palpare facit, illud compositum fuisse, à Principali, ac proindè vanum est prætendere, ut in supplici Libello, à fœmina composito, habeantur formulæ, & legantur phrases legales circa petitionem restitutionis in integrum. Omissis proindè hujusmodi quæstionibus de nomine, juxta doctrinam *D. Thom par.* 1. *quæst.* 54. *art.* 2. *in fine*, & *Bart in leg. Quo minus num.* 22. *ff. de Flum.* ibi: *Non curo de nomine*, & *Rot. dec.* 254. *in fin. cor. Otthobon.* atque insistendo substantiæ, in illo superlativè emicat veritas illa, de qua disputamus, dum dicitur *D. G. &c. mi costrinse con violenze, e con pessimi, e barbari trattati alla rinuncia &c. & indi obligommi di più, contro ogni mio volere, e vocazione (cose notorie a tutti,) a monacarmi professa in questo monastero*, & ibi: *Pretendendo io di conseguire il tutto nel modo stesso, come se fossi al Secolo, in vigore della nullità, sì della rinuncia, come della professione.* Quæ verba superlativè probant recursum cum expressione violentiarum, & coactionum, ad effectum emittendi professionem; Quod unicè requiritur ad obtinendam declarationem nullitatis ejusdem professionis.

Quatenus autem aliqua in hac parte major ex adverso exquiraruṛ declaratio, hæc ictu oculi desumitur ab innegabili facto Summi Pontificis, qui nostras preces non remisit *Ad Judices suos*, ut practicatur in instantiis, quæ non respiciunt aliquod spirituale, seu professionis nullitatem; Sed ad instar omnium aliarum precum, quæ eidem porriguntur, pro obtinenda restitutione in integrum illas de more ad hanc Sac. Congregationem remisit. Et ex longè clariori facto hujus Sac. Congregationem, quæ, cohærenter ad ejus laudabile solitum, dd. preces transmisit Reverendiss. Episcopo Mantuano, juxta epistolam, per extensum registratam in contrario Summario.

VIII. Insistitur in toties repetita, & ad nauseam usque exagerata *dec. Januen. Restitutionis in integrum* 2. *Julii* 1702. *cor. Molines.* Quæ tamen in nulla prorsus consideratione habenda est; Illius enim revisio de mandato S. D. N. remissa fuit Congregationi particulari cl. mem Cardinalium Carpinei, & Colloredi, necnon EE. Marescotti, Panciatici, & Bichii, à qua die 8. Aprilis 1704. unanimi consensu fuit resolutum contrarium, illudque punctualiter exequutioni demandatum. Respectu siquidem uniuscujusque ex eisdem Judicibus, absque ulla exageratione, verificatur id, quod de Suarez asserit *P. Segneri nella predica* 39. *num.* 4. ibi: *Huomo il di cui Voto equivale a quello d'un intiera Università.* Exagerare autem decisiones revocatas, seu insistere in authoritatibus reprobatis, pessimi juris optimum signum est: Imo, non solùm ad causarum decisionem allegari nullatenùs valent, ut aliis adductis, notat *Gob. consult.* 51. *num.* 119. Sed *Rot. in dec.* 1620. *num.* 4 *cor. Coccino*, nimis notabiliter addit, *ridiculum esse illa allegare, quæ fuerunt rejecta.* Indeque eadem *Rota in Romana, seu Fanen. successionis* 8. *Februarii* 1706. §. *Quod dictum cor. R. P. D. Ansald.* quam sequutus fui *in meis Instit. Crimin. lib.* 3. *tit.* 10. *num.* 37. ad rem observat, quod quando allegantur decisiones, opus est videre, an illæ fuerint exequutioni demandatæ, seu approbatæ, quia quatenus non fuerint confirmatæ, seu approbatæ, nullo modo merentur allegari, & multò minùs veniunt attendendæ.

Insistitur tandem in eo, quod non fuerunt examinati omnes illi, quos nostri testes vocant in contestes. Respondemus tamen, quod non erat, neque est in nostra potestate examinari facere omnes illas personas, etiam informatas de violentiis Principali illatis, quæ nolunt se examini subiicere, neque fecerunt attestationes aliquas, concernentes materiam, de qua est quæstio, ut notat *Card. de Luca de Judic. disc.* 32. *nu.* 77. Et propterea ex tali testium renitentia nullum omninò irrogatur præjudicium aliis nostris probationibus; Omissis enim, gratia brevitatis, aliis exemplis, quæ cum majori otio adduci poterunt, habemus hoc cadenti anno solemniter admissum ab hac Sac. Congreg. *in Januen.* de qua supra *discept.* 3. *à num.* 41 *usque ad num.* 4 . in qua præcisè injunxit hæc Sac. Congreg. ut in illa causa examinarentur Pater reclamantis; Et tamen illo, obstinatione inaudita, nolente se subiicere examini; hæc Sac. Congreg. benignè dignata fuit rescribere, *ut procederetur in reliquis ad probationum coadjuvationem, prætermisso examine Patris.* Quæ eo fortiùs procedere videntur in nostris terminis, in quibus habemus concludentes, imo concludentissimas probationes, resultantes ab examine decem testium, specificatorum supra à *num.* 58. *usque ad* 63. Quando juxta Divinum oraculum, de quo *Matth.* 18. 16. duo tantùm sufficerent, ut advertunt *Card. de Luc. de Credit. disc.* 33. *num.* 7. & *Rot. dec.* 611. *num* 6 *coram Emer. jun.* Itaut contraria prætensio videatur potiùs directa ad inutiliter defatigan. Principalem, illamque redigen. ad majores angustias, atque ad eam obligandam ad maximas imò intolerabiles expensas, quæ pro formali examine aliorum testium indispensabiliter essent necessariæ juxta ea, quæ latè observavi *in meo disc. de Annu. præst.* §. 1. *num.* 161. & 162.

Ex

Ex quibus palpatur manibus insubsistentia illarum piarum meditationum, quæ fiunt exadverso, quod si Principalis non poterat judicialiter reclamare, tenebatur cum sola impensa unius vilis quadrantis, seu unius folii cartæ, recur-
144 rere ad Episcopum Mantuæ. Quia durante legitimo impedimento reclamandi, etiam post mortem illius, qui metum incussit, hæc Sac. Congreg. non habet in aliqua consideratione hujusmodi æquè futiles, ac insubsistentes criticationes, sed seriò, & solidè insistit in eo, an recurrens possit validè & cum effectu sua jura coram ipsa deducere, ut notat *Pignat. consul.* 173 *num.* 77. *tom.* 9. & practicavit *in Januen.* de qua supra *discept.* 2. *num.* 27. Respectu autem Principalis, statim reclamare post mortem Amitæ, seu ante dictum breve spatium paucorum mensium, fuit prorsùs impracticabile, nedùm ob mediorum deficientiam, & ob testium renitentiam, sed etiam ob periculosam infirmitatem, quæ longo tempore eam afflixit, præcipuè in oculorum nimis infensa, & æquè obstinata prava affectione; Itaut eo tempore cogitare debuit de recuperanda valetudine, quæ nullam admittebat moram, & qua amissa, vel incurabili reddita, vanum prorsus fuisset circa gratiam restitutionis in integrum instantiam promovere; Itaut demonstrata ex his insubsistentia omnium
145 contrariarum criticationum, & quidem usque ad minutias, cum omni fundamento sperat, & enixis precibus supplicat Principalis, multiplici EE. PP. suffragio consolari.

Die 7 Decembris 1715. Sac. Congreg. Conc. dub. *An sit*
146 *locus restitutioni in integrum in casu, & ad effectum, &c.* Respondit: *Affirmativè*. Resolutio S. C. hic indicata, fuit confirmata die 28. Martii 1716. ut videre est in *tom.* 2. *par.* 1. *discept.* 9.

DISCEPTATIO XXI.

Ordinis Carmelitarum.

PRO

P. Andrea Bonadies Carmelita.

ARGUMENTUM.

Leges non comprehendunt casus præteritos; Provinciales titulares, quibus gaudeant prærogativis, & privilegiis.

REv. P. M. Andreas Bonadies petit ab hac Sac. Congreg. manuteneri in quasi possessione illarum prærogativarum, quæ ei uti Provinciali titulari competunt, & in quarum possessione à decem, & ultra annis pacificè reperitur, & sperat exaudiri. Innititur siquidem ipsius intentio literali
1 dispositioni Capituli Generalis anni 1686. quod editum dici potest de speciali ordine SS. Cum enim P. Generalis Monsignanus capitula aliqua antecedentis Capituli Generalis anni 1680. concernentia prærogativas Provincialium titularium de mandato fa. mem. Innoc. XI. suspendisset usque ad sequens Capitulum Generale, ad hoc ut in ipso, auditis Provinciarum Discretis, emendarentur ea, quæ uti mala ab aliquibus exagerabantur, in eodem Capitulo ann. 1686. concordibus votis stabilitum fuit: *Exprovinciales titulares in suis Provinciis, in quibus sunt affiliati, habeant præcedentiam super aliis Magistris, servatis tamen inter ipsos Exprovinciales, tam reales, quàm titulares, ordine, & loco, eorum Magisterii. Deindè quod hujusmodi Exprovinciales in suis Provinciis &c. sint Definitores perpetui, cum voto consultivo, & decisivo.*

De pacifica autem possessione Oratoris omnium prærogativarum, descriptarum in dicto Capitulo Generali anni 686.
2 dubitari non potest, illamque ultrò admittit P. Procurator Generalis in suo Voto, imò notorium est in nostra Religione, quod, nedum Orator, sed omnes alii Exprovinciales titulares, nemine contradicente, semper in suis respectivè Provinciis potiti sunt prærogativis, & privilegiis, contentis in Capitulo Generali anni 1686. quod in hac parte specificè, & per insertionem illius integri tenoris confirmatum fuit ab hac Sac. Congreg. die 18. Decembris 1699 ad petitionem P. Alberti Mirialis Exprovincialis Saxoniæ, quæ confirmatio in publica forma in Secretaria exhibetur, una cum attestationibus cæterorum Exprovincialium titularium circa privilegia per eosdem in dictis suis respectivè Provinciis potita.

Quibus non adversatur novissimi Capituli Generalis determinatio, in qua dictum fuit: *Quoad Exprovinciales verò titulares, decretum fuit, illos non debere imposterum gaudere privilegiis, Exprovincialium realium.* Dispositio enim hujus Capituli ad instar omnium aliarum legum, & Constitutionum, non habet oculos retrò, nec apta est casus præteritos comprehendere, sed solùm dare normam futuris nego-
3 ciis, & rebus, juxta rotundos *Textus in leg.* 7. *Cod. de Legib.* ibi: *Leges, & Constitutiones futuris certum est dare formam negociis, non ad facta præterita revocari, & in leg. Jubemus ante finem Cod de Legitim. hæred.* cum turba Doctorum apud *Rot in dec.* 115. *num* 12. *par.* 8. *& dec.* 104. *num.* 7. *par.* 16. *& dec.* 520. *num.* 8. *par.* 18. *rec.* Et in punctualibus terminis dispositio-
4 nis, loquentis per verbum *in posterum*, quo usi fuerunt Capitulares in dicto ultimo Capitulo, egregiè *Rot. in Romana Cambiorum* 26. *Junii* 1697. *§. Nec deficit cor. Ursino*, ubi illam adducit congruam rationem: *Quia æquum non est, ut ex*
5 *nova Constitutione, seu lege, præjudicium cuipiam generetur in Jure, sibi ante quæsito, ejusque conditio durior efficiatur.*

Quæ si vera sunt in omnibus quibuscumque negotiis, & materiis, Juris dispositioni nullatenus adversantibus, multò magis vindicant sibi locum in nostris terminis ad salvandam dictam dispositionem novissimi Capituli Generalis à du-
6 plici manifesta iniquitate, seu palpabili injustitia, & improprietate, ex quo illa esset contra Jus Divinum, & humanum. *Contra Jus Divinum*, quia dicerentur de facto spoliati eorum privilegiis, & prærogativis Exprovinciales titulares, nullatenùs auditi, nec citati, ut ponderando verba illa *Genesi* 3. 19. *Adam ubi es?* notat *Ridolphin. in Prax. in præfat. num.* 7 *&* 11 *& par* 2 *cap.* 11 *nu.* 18. &. reprobando primum decretum Definitorii Generalis nostri Ordinis, resolvit hæc *Sacra Congregat. in Neapolitana Vicarii Prioratus* 8 *Augusti, &* 5. *Septembris* 1704. Quod asserendum nullatenùs est, nec præsumendum de quorumcumque hominum Collegio, & Universitate, multò minùs de cætu Religiosarum personarum, quotidiè Sæcularibus prædicantibus, & exagerantibus justitiæ, aliarumque virtutum exercitium, Jurisque Di-
7 vini exequutionem. Contra *Jus humanum*, quia dictum decretum ultimi Capituli Generalis est oppositum ex diametro Juris dispositioni, nempè 6 Synodi Constantinopolitanæ *can.* 37. *cap Inter corporalia §. Sicut enim de Translation. Episc.* aliisque Juribus, pleno calamo cumulatis à *Ricciul. var. lucubr. lib.* 2. *de Episcopo titulari per tot.* Cum quibus concordat Romanæ Curiæ laudabilis praxis, in qua quotidiè videmus, Episcopos titulares omnibus illis prærogativis, & honoribus potiri, & gaudere, quæ potiuntur, & gaudent Episcopi reales, nulla prorsus, prorsusque inter ipsos existente, vel mini-
8 ma differentia, ut experientia notum est, & notant *Barbos. Apost. dec.* 11 *num.* 12. *& seqq. Panimol. dec.* 1. *annot.* 4. *num.* 21. & resolvit Sac. Congreg Rit. in *Compostellana* 12 *Iulii* 1617. *& in Calaguritana* 3. *Novembris* 1621. testibus *Barbos. & Panimol. ubi supra*.

Relinquentes autem EE. PP. determinandum, an toleranda sit similis dispositio à Religiosa Familia tumultuariè capta, in ipsamet Urbe, contra Jus commune, ac contra laudabilem praxim S. Sedis, illiusque Nunciorum Aposto-
9 licorum, qui uti titulares Episcopi in Aulis Catholicorum Principum omnibus illis fruuntur honoribus, & præeminentiis, quæ communes sunt realibus Episcopis; Strictè ad nostrum intentum dicimus, quod saltem quò magis fieri potest restringenda est, & interpretanda, ut casus præteritos nullatenus comprehendat, ex supra allegatis; Procedendo in hac parte cum communibus regulis, quod leges exorbitantes strictissimè interpretandæ & intelligendæ sunt, & ut quominùs fieri potest Juri communi adversentur, ut videre
10 est apud *Jas. in leg Beneficium num.* 19 *& seqq ff. de Constitut. Sanch. de Matrim. lib.* 8 *disp.* 1. *num.* 3 *& Rot. dec.* 270. *num* 11. *cor. Bich. & dec.* 950. *num.* 16 *cor. Emer jun.*

Minorem habet connexionem cum præsenti inspectione decretum hujus Sac. Congreg die 19. Martii 1700 quo declarata fuerunt nullius roboris Indulta omnia, etiam PP.
11 Provinciæ quadragenariorum &c. *Concessa, & concedenda contra formam Constitutionum Ordinis, & Ordinationum Apostolicarum*, juxta illius præcisa verba. Quia ultra, quod decretum loquitur de PP. Provinciæ, & quadragenariis, factis, uti supponebant Recurrentes ex gratia, & contra Ordinis Statuta; Dicimus, quod munus Provincialis titularis Oratoris nullo modo est contra formam Constitutionum Ordinis, nec contra Ordinationes Apostolicas, & conse-quen-

quenter nullatenus compræhensum est sub dicto decreto. Non *contra Ordinis Constitutiones*, quia hæ nullum verbum faciunt de privilegiis Patrum Provinciæ, siquidem ista concessa sunt, tum Exprovincialibus realibus, tum Exprovincialibus titularibus per decreta Capitulorum Generalium; Imò sumendo dispositionem dictorum Capitulorum Generalium pro declaratione Constitutionum Ordinis, dicuntur potiùs juxta Ordinis Constitutiones, ut solemniter canonizzati, & approbati in dicto Capitulo Generali anni 1686. Minùs contra *Ordinationes Apostolicas*, quia non docetur exadverso de aliqua Apostolica Constitutione, prohibente electionem similium Officialium, imò uti approbati à Sacr. Congreg. Concilii anno 1592. teste *Lezzan. in Summ. quæst. Regular. tom.1. cap.18. num.98. fol.* 110. dicuntur potius juxta Apostolicas Ordinationes, quales dicuntur resolutiones ejusdem Sac. Congreg. ad notata per *Fagnan. in cap. Quoniam de Constit.*

12

13

Non omittentes EE. VV. insinuare, quod præsens oppositio P Procuratoris Generalis, non est forsan exempta ab illa præsumptione, quam in simili canonizavit *Rot. in dec. 6. num.20. apud Antonell. de Jurib. Clericor.* Dum adversus prætensionem divisionis suæ Provinciæ fortiter promoram per d. P Procuratorem Generalem, coactus fuit Orator, & quidem felici eventu, cor. EE. VV. Jura ejusdem suæ Provinciæ tueri, utì decebat filium, & Alumnum ejusdem Provinciæ, ad notata per *Barbat. in cap Nonnulli num.2. de Rescript. Valenzuol. cons.200. num.2. & 3. lib.4. & Romaguer. ad Synodum Geruden. lib.3. tit.5. cap.9. num.3.*

14

Quod manibus palpare facit illa animadversio, quod requisitus ultimo loco idem P. Procurator Generalis ab hac Sac. Congreg. pro Informatione, & Voto, pro novo simili Indulto, ex gratia tamen, quod non verificatur in nostro casu, favore P. Magistri Josephi Trigo, cum solo motivo, quod extiterit Prior, Vice-Provincialis, & Definitor, nec non favore P. M. Elisæi Monsignani, eo quia fuit Prosecretarius P. ExGeneralis Barberii, idem P. Procurator Generalis nulla facta mentione ejusdem decreti Capit. Generalis anni 1680 prohibentis, & annulantis similia indulta PP. Provinciæ ex gratia, minusque resolutionis hujus Sac. Congreg. 1700. anni libentissimè utrique instantiæ suum assensum præbuit, Votumque favorabile extradidit, effectu subsequuto, & tamen (præter quam quod Oratori Indultum Patris Provinciæ, sive Definitoris perpetui debetur, tum de jure in vim scilicet Decretorum Capitulorum Generalium, tum de consuetudine) merita, & qualitates ipsius non sunt utique inferiora meritis, & qualitatibus dd duorum qualificatorum Religiosorum, dum ipse etiam fuit Secretarius P. Generalis Villalobos toto sexenio ejus Generalatus, Socius ejusdem P. Generalis, non quidem nominetenus, sed re ipsa, eundem associando in Visitationibus Provinciarum Hispaniæ, Lusitaniæ, & Italiæ, cum illis incommodis, quæ faciliùs excogitari, quàm exprimi possunt, nec non fuit etiam semel, atque iterum Definitor Generalis, ultra alia quamplurima munia, in nostra Religione notoria, non sine Religionis, decore, & utilitate laudabiliter exercita.

15

16

Sac. Congreg. Episcop. Ponente Card. Carpineo Præfecto die 10. Julii 1705. rescripsit: *Manutenendum esse Oratorem in sua quasi possessione.*

Finis primæ Partis.

DISCE-

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

ADVOCATI

DOMINICI URSAYÆ.

Tomus Primus.

PARS SECUNDA.

DISCEPTATIO I.

Fanen. Matrimonium.

INTER

Carolum Franciscum:

ET

Epiphaniam.

ARGUMENTUM.

Matrimonium, contractum coram testibus, non cognoscentibus contrahentes, qui mutatis nominibus, & vestibus, ad illius celebrationem devenerunt coram Parocho, nimis vario in ejus repetito examine, an validum sit, vel potiùs dicatur clandestinum.

1 POstquam Carolus Franciscus per multos annos carnale habuit commercium cum Epiphania hujus Desensores asserunt, cum illa matrimonium contraxisse die 16. Januarii 1691. inter alia, se fundantes in Parochi Constituto, & in adnotatione ejusdem matrimonii in calce licentiæ, obtentæ ab Eminentissimo Episcopo cum istis verbis *Adi 28. Gennaro 1691. S. Costanzo N. N., ut supra, furono congionti in matrimonio da me infrascritto nella Chiesa dell'Oratorio di questa Terra, detto il Sacramento, presenti Giuseppe Rossanà, e Gio: Antonio Marazzani testimonj &c. Io D. Antonio Pulsoni Economo mano propria.*

2 E' converso autem Desensores Caroli Francisci, acriter matrimonium impugnantes, dicunt, quod idem Parochus contrarium pluries asseruit, signanter in jurata attestatione, facta die 10. Decembris 1694. ibi *Mai in detto tempo, nè in Chiesa, nè altrove, nè quì in S. Costanzo, nè fuori mi sono trovato, nè ho assistito al matrimonio, che si suppone, trà il Sig. Carlo Francesco, & Epifania, che di ciò nè meno hò informazione alcuna, nè mai me n'è stato parlato.* Quod confirmavit Eminentiss. Episcopus in Folio, huic Sac. Congreg. transmiso die 6. Junii 1695. ibi *Per il tempo, che lui è stato Vicecurato ha congionto in matrimonio molte persone, ma non hà mai congionto il Sig. Carlo Francesco, & Epifania sudetta.* Idemque attestatus fuit Eminentiss. Legatus in alio Folio, huic Sac. Congreg. transmisso die 30. Junii 1695. ibi *D. Antonio Pulsoni asserisce, non avere saputo cosa alcuna di detto matrimonio, e molto meno essere stato à quello presente, anzi aver fatta una fede giurata in contrario, & averlo solamente sentito dire da detta Epifania.*

3 Introducto Judicio super existentia dicti matrimonii, post plures recursus coram diversis Tribunalibus, ex speciali rescripto Sanctiss. D. N. causæ cognitio remissa fuit huic Sacr. Congregationi, in qua, ad relationem Eminentiss. D Card. Acciajoli propositum fuit congruum dubium die 14. Martii 1697 *An constaret de matrimonio*, quod fuit *affirmativè* resolutum; Concessa deindè nova audientia, & non semel reproposita causa cum solito dubio, *An esset standum, vel recedendum à decisis*, nulla capi potuit resolutio: Ultimo tandem loco rescriptum fuit: *Coadiuventur probationes, ac scribant pro veritate Theologus, & Canonista*; Cùmque in ejusdem rescripti exequutionem, probationibus coadjuvatis, mediante novo examine duorum testium, & aliis notitiis, habitis ab Eminentiss. Episcopo Imolen. de quibus infra. ab Eminentiss. & Reverendiss. D. meo Card. Carpineo, ejusdem Sac. Congreg. meritissimo Præfecto, mihi, inter Canonistas minimo, benignè injunctum fuerit, ut meam pro Veritate sententiam aperiam, parendo Jussibus EE. PP. in duas divido inspectiones Causæ puncta.

4 I. *An ex hinc indè deductis constet, die 16. Januarii 1691. inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam sub nominibus Titii, & Bertæ contractum fuisse matrimonium.*

5 II. *Admisso, quod istud concludenter probetur, an dicendum sit legitimè contractum in faciem Ecclesiæ, & ad præscriptum Sac. Concilii Tridentini, vel potiùs sit clandestinum, & contra ejusdem Sac. Conc. dispositionem.*

6 Pro matrimonii probatione militare videtur Parochi attestatio, seu judiciale Constitutum, in quo facti seriem latè exponendo, concludit, coram ipso, & duobus testibus contractum fuisse matrimonium, de quo quæritur; De Parocho enim nimium confidit Sac. Tridentinum Concilium, illique propterea, de matrimonio contracto restanti, tanquam de re, ad suum officium spectante, plenam adhibendam esse fidem, uno ore firmant *Doctores*, adducti per *Gratian. discept. 481. num. 8. Sert. Oper moral. tom 1 de Offic. & potest. Paroch. disput. 7. difficult. ult quæst. 5. num. 5. Vulp. in Prax. cap. 20. num. 23. Panimol. dec. 36. num. 22. R t. dec. 896. num. 1. cor Dunoz. jun. & dec. 444 num. 1 cor. Caval.* ubi quod hoc procedit, etiamsi agatur de fœdere Matrimonii, *& dec. 761. num. 13. cor. Cer & dec. 451 num. 4 cor Emer. jun. & in Cajetana Matrimonii 28. Junii 1683. §. In præsenti cor. Cardin. Matthæio, & in Perusina Matrimonii 28. Martii 1689. §. In præ-*

præsenti cor. Card. Caccia, ubi quod totum matrimonialium causarum momentum in fide Parochi residet, *& in Plocen. seù Luccorien. Matrimonii* 13. *Martii* 1690. *§. Nec obstare cor. Card. Caprara.*

7 Corroboratur hujusmodi Parochi attestatio ex licentia obtenta ab Eminentissimo Fanen. Episcopo, contrahendi matrimonium inter Titium, & Bertam cum denunciationum dispensatione; Cum enim nullæ aliæ adessent personæ in Terra S. Constantii, imò in tota Diœcesi Fanen. disparis conditionis, inter quas contrahi potuerit matrimonium absque solita publicitate, dicendum utique est, id evenisse intuitu controversi matrimonii, cujus respectu verificantur ea, quæ in eadem licentia expressa fuerunt, ut in punctualibus terminis firmavit *Rot. in Romana Matrimonii* 19. *Ianuarii* 1684. *§. Pro sexta, & §. seqq. cor. Ursino*; Hujusmodi autem præsumptio transire videtur in perfectam probationem ex ultima epistola Eminentissim. Episcopi, in qua fatetur, se plenam habuisse notitiam, quod Titius, & Berta, sub quorum nominibus concessa fuit licentia contrahendi cum denunciationum derogatione, erant Carolus Franciscus, & Epiphania, ut in individuo firmavit *Rot in Cajetana Matrimonii* 20. *Iunii* 1687. *§. Concurrentibus cor. Rondinino.*

8 Adminiculatur etiam à depositione, seu Constituto Epiphaniæ, in omnibus comprobantis ea, quæ Parochus deposuit; Licèt enim depositio unius ex Collitigantibus ad sui favorem non attendatur, matrimoniumque concludenter non probet, juncta tamen cum aliis probationibus, & adminiculis illud multum coadjuvat, ut observant *Cepoll. cons.* 59. *num.* 13. *Corn. cons.* 91. *colum* 3. *vers. Item facit, Rub. Alexandr. inter cons. Matrim. divers. cons.* 73. *num.* 12. *Ciarlin. contr.* 131. *num.* 39. *Sanchez de Matrim. lib.* 2. *disp.* 42. *num.* 12. *& Corvin. in Instit. Canon. lib.* 2. *tit.* 14. *de Clandest. despons. vers. Probatur*, & sæpè firmavit *Rota* & signanter *in decis.* 162. *numer.* 5. *& decis.* 305. *numer.* 9. *par.* 15. *rec. & in Faventina Matrimonii* 7. *Iunii* 1658. *§. Certiùs cor. Card Taya, & in Novarien. Sponsalium* 1. *Junii* 1693. *§. Et omnia cor. Mutto, & in Monasterien. Matrimonii* 27. *Junii* 1696. *§. Iustificata cor. Card. Caprara.*

9 Adsunt duo testes Bossana, & Marazzanus, ad præscriptum Sac. Concilii Tridentini à Parocho vocati; Post Concilium enim ad Matrimonii validitatem, nihil aliud desideratur, quàm Parochi, & duorum testium præsentiam, ut in *sess.* 24. *de Reform. matr. cap.* 1.

10 Non deest adnotatio eorundem testium, facta per Parochum in Libro, cui titulus *Circulus Aureus*, quæ adnotatio licèt nullatenus necessaria, minusque matrimonii validitati noceat illius omissio, ex quo Parochi negligentia contrahentibus præjudicare non valet, ut, cumulatis antiquioribus, firmavit *Rot. cor. Otthob. dec.* 251. *numer.* 36. ubi quod Concilium Tridentinum disponens, quod Parochus retineat Librum, in quo matrimonia debent adnotari, non progreditur ulterius illa invalidando ex defectu adnotationis, *& decis.* 451. *numer.* 10. *cor. Emer. jun. decis.* 301. *numer.* 4. *par.* 11. *& decis.* 44. *numer.* 21. *&* 22. *par.* 19. *rec & in Romana Filiationis* 27. *Junii* 1650. *§. Quia cum cor. Corrado, & in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683. *§. Non attento cor. Card. Matthæjo, in Leodien. Matrimonii* 29. *Aprilis* 1699. *§. Prout cor. Emin. Priolo*, & resolvit *Sac. Congreg Concilii in Dubio Matrimonii* 18. *Nevembr.* 1684. *ut in Lib.* 34. *Decret. fol.* 392.

Nihilominus multum conferr, juncta cum aliis circumstantiis, ad matrimonii comprobationem per ea, quæ observant adducti per *Cavalcan. de Testib. par.* 3. *num.* 243. *Piasecc. in Prax. par* 2. *cap.* 4. *art.* 4. *de Matrim. numer.* 27. *Barbos. de Paroch. par* 1. *cap.* 7. *numer.* 10. *Genu. de Script. privat. lib.* 5. *quæst.* 6. ubi, quod frustrà Concilium Tridentinum onus imposuisset Parochis describendi matrimonia in eorum Libris, nisi fidem facerent, & pluries firmavit *Rot. ut in dec.* 370. *num.* 2. *& seqq. part* 18. *rec. & in Romana Matrimonii* 10. *Maii* 1641. *§. Datur cor. Pirovano*, ubi quod procedit conclusio, etiamsi agatur de fœdere matrimonii, *& in Faventina Matrimonii* 21. *Februarii* 1661. *§. Maximè cor. Card. Taya, & in Cajetana Matrimonii* 20. *Iunii* 1687. *§. Siquidem coram Rondinino*, ubi, quod similis adnotatio alterius matrimonii secretò contracti, etiam mortuis testibus, ex se sola sufficit ad probandam realitatem, & existentiam matrimonii, *&* 12. *Junii* 1690. *§. Verum cor. Card. Caprara*, & egregiè *Card. de Laur. in* 4. *Sent. tom.* 3. *disput.* 22. *de Matrim. art.* 11. *numer.* 301. ubi id probat ex praxi Tribunalis SS. Inquisitionis, in quo ad probandas Polygamias omnis adhibetur fides Parochorum Libris, quod in nostris terminis observant etiam *Bordon. in Manual. S. Offic. sect.* 28. *num* 92. *& seqq. Trasmier. de Polyg. lib.* 3. *qu.* 11. *num* 2. *& Franc. de Magistr. in Sylv Eccles. par.* 2. *lib.* 2. *cap.* 16. *de Pœn. Polygam. num.* 23.

11 In idem coincidit publica vox, & fama matrimonii contracti inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam, illiusque notorietas, & divulgatio per Terram S. Constantii, de quo deponunt plures testes, & clariùs Emin. Episcopus in ultima Epistola, huic Sac Congregationi transmissa, quæ publica fama, & divulgatio parvifaciendæ non videntur ad effectum, de quo agitur, ex adductis per *Rot. in decis.* 374. *numer.* 4. *par.* 3 *rec & coram Buratt. decis.* 530 *numer.* 6. *&* 7. *& cor. Cerr. decis* 845. *nu.* 12. *& cor. Emer. jun. decis.* 451. *num.* 4. *& in Avenionen. Successionis* 4. *Iunii* 1683. *§. Quod autem cor. Ursino, & in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683. *§. Quibus cor Card. Matthæjo, &* 20. *Junii* 1687 *§. Concurrentibus coram Rondinino.*

12 Specialiter autem idem comprobant Vincentius, cum illa circumstantia, quod id audiverit ex ore Parochi, data forsan opera ab Epiphania interrogati, nec non Gualandus, & Fornarius, ultimo loco examinati in Curia Præsidentis Urbini.

13 Multum quoque conferre videtur excessivus amor, quo per plures annos Carolus Franciscus prosecutus fuit Epiphaniam; Sæpè enim idem amor in causa est, ut amantes in uxores ducant concubinas, ut observant *Pirhing. in Ius. Can. lib.* 4. *tit.* 1. *sect.* 4. *assert.* 96. *Dec. cons.* 163. *num.* 26. *in fin.* ubi quod propter favorem amoris verisimile in his terminis videtur matrimonium, *Torniol. cons.* 54 *numer.* 17. *vers. Prima est, Ferret. cons.* 392. *numer.* 1. *vers. hinc Decius, Layman Theolog. moral. tract.* 10. *par.* 1. *cap.* 1. *de Sponsal. numer.* 11. *vers. Adhibeant, Gobat. Oper moral. tom* 2. *tract.* 0. *cas.* 11. *numer.* 430. *Brisson. de Jur. connub. post med. vers. Matrimonium duobus modis &c. & Castropal. oper. moral tom.* 6. *tit. de Sponsal. disp.* 3. *punct.* 2 *numer.* 3. in medio *fol.* 90. Ea ratione, quia, ut observant adducti per *Felic. de Societ. cap.* 7. *numer.* 11. *& seqq.* amantes parum ab amentibus discrepare videntur, quod comprobat exemplis Davidis, Salomonis, Sampsonis, & aliorum *Bermon. de Public. concubinat fol. mihi* 275. *num.* 2. *Burchard. Berlich. de Novercar. Iur. artic.* 2. *sect.* 10. *num.* 202. ubi quod nihil est favore amoris vehementius, *Zacch quæst. Medic. legal libr.* 2. *tit.* 1. *qu* 10. *numer* 48. *& Rota in Senogallien. Legatorum* 13. *Junii* 1697. *§. Undè cor. Reverendiss. Molines*, ubi quod ea, quæ in Jure de amentibus disposita sunt, absque ulla extensione in amantibus locum habent *& § Quinimo* refert illud *Ovidii lib.* 2. *Fastor. Quid non Amor improbus audet.*

14 Plurimum etiam stringere videntur Epiphaniæ quærimoniæ cum diversis confessariis, & cum ipsomet Eminentissimo, tunc Fanen. Episcopo, quod ex zelotypia cum alia muliere, derelicta fuerat à Carolo Francisco ejus viro, qui de hoc non semel paternè monitus fuit ab eodem Eminentiss. Episcopo, ut ex ejus ultima Epistola; Similes enim quærimonias, & assertiones mulieris circa matrimonii existentiam ad nostrum effectum admisit *Rot. in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683. *§. Quinta cor. Card. Matthæio*; Ea ratione, quia solent aliquando viri ex amore minùs legitimo priora legitima matrimonia in dubium revocare, ut in terminis observat *Rot. in Cracovien. Matrimonii super Remissoria* 21. *Aprilis* 1698. *§. Sed ultimum coram Emin. Priol.* ibi *Tanto magis, quia hæc reclamatio facta fuit postquam Joseph, jam detentus amore minus legitimo, voluit sub prætextu nullitatis matrimonii se separare à conjugali consortio, quamvis pluries monitus ad resipiscendum, parere noluerit censuris, à proprio Diœcesano promulgatis, ex quo vehementissima oritur suspicio, quod hæc omnia excogitata fuerunt, ut ità Josephus posset liberiùs, & faciliùs proprio genio indulgere.*

15 Nec parvifacienda videtur specialis illa circumstantia, quod ante diem 20. Januarii 1691. quo matrimonium contractum asseritur, Epiphania nullatenus sacramenta frequentabat, Si enim post diem 20. Januarii 1691. continuasset in antecedenti concubinatu cum Carolo Francisco, vel à semetipsa abstinuisset à sacramentorum frequentia, ut antea fecerat, vel Confessarius, & Parochus

chus id non permiſiſſent, ut ratiocinantur Teſtes, & advertit *Rot. in Cajetana Matrimonii 28. Junii* 1683. *§. Sexta cor. Card. Matthæjo.*

16 His omnibus addenda eſt temporis, circumſtantia, quo contractum fuit matrimonium, nempè circa mediam noctem, aliæquè circumſtantiæ diſparitatis Conjugum, illorumque intentionis ſecretò contrahendi, quod aliàs practicatum fuiſſe conſtat ex reſolutione Sac. Congregationis Concilii *in Ferrarien.* 13. *Martii* 1700. *ut in Lib.* 9. *Decr. fol.*87. Hujuſmodi autem circumſtantiæ operantur, ut debilioribus probationibus in his terminis probentur Matrimonia, ut in ſpecies obſervant *Maſcard. de Probat concl.* 103. *numer.*25. *& Rot. deciſ.* 374. *in fin. par.*3. *rec. & deciſ.* 337. *ſub numer.* 7. *poſt* 2. *col. conſ. Farinac. & deciſ.* 490. *numer.* 8. *& ſeqq. par.*18. *rec. & in Romana matrimonii* 19. *Januarii* 1684. *§. Minuſque cor. Urſino*, ubi quod hæc omnia fortiùs procedunt, quando, ut in præſenti, ſecretum, & præordinatio matrimonium contrahendi noctis tempore, proceſſerunt ex parte Viri *& deciſ.* 119 *num.*4. *cor. Emer. jun. & in Leodien. Mat.* 29. *April.* 1099. *§. finali cor. Eminen. Priolo*, ubi quod unus ex contrahen. qui vult matrimonii ſecretum non debet ex propria culpa commodum reportare.

17 Ut propterea omnes iſtæ circumſtantiæ, & adminicula, inſimul juncta, quodammodo matrimonii probationem facere videantur, prout hoc caſu omnia conjungenda eſſe in proximis terminis firmavit *Rot. in Colonien. Illegittimitatis* 6. *Maii* 1653. *§. Qui ſanè cor. Vero pio & in Barchinonen Divortii* 15. *Martii* 1680. *§. Nec obſtat cor. Viceomite* Et in ſpecie noſtri caſus conſiderant *Dec. conſ.* 163 *numer.* 18. *Maſcard. de Probat d concluſ.* 1035. *numer.*22. *& ſeqq.* & firmavit *Rot in deciſ.*620. *numer.* 6. *par.* 3. *rec. & deciſ* 192 *numer.* 12. *coram Burat. & deciſ.* 1373 *numer.* 9. *cor.* [illegible]*occin. & in Romana Matrim.* 19 *Januarii* 1684 *§. Cunctæ coram Urſin.* cum aliis apud *Tuſc. lit. M. Concluſ* 82. *numer* 40. *ubi ampliat in matr. cland. ob difficultatem illud probandi, & gener. Card de Luca de Legat. diſc* 4. *n.*3 ubi adducit, exemplum pictoris in opere Muſivo, ſeù Muſaico, ex pluribus parvis lapidibus, nihil de per ſe operantibus, perfectam efformando figuram.

18 Præterea animadvertendum, quod etiam data matrimonii dubietate, in dubio pro matrimonii validitate concludendum, ut ex regula *Text in d. cap. fin. de Sent & re Iudic.* communiter tradunt Interpretes, quos referunt, & ſequuntur *Oliver de Matrim nullit. fol. mihi* 37. *verſ. ſeptima Fintè hauſſ. obſerv. practic* 30 *num* 1. *Torniol. conſ.* 52. *in fin Gig ſing.* 34 *Tholoſ. Syntagm. Iur lib.*9. *cap.*21. *numer.* 3. *Ferret. conſ.* 196. *num.* 20. *Eman. Sà in Aphoriſ. Confeſſ. Verb Matrimonia num* 15. *Urſeil. Concluſ. legal.* 115. *ſub numer.* 1. *Alar. in Canon. conſ lib.*5 *Verb. Matrimonium num.* 30. *Goppen obſerv.* 33. *num.* 17. *lib.* 1. *Benedic Canophil. Sagr.*7. *de duplic. matrim Spirit. de tempor. fol.* 12. *Ioa. de Alozza in Alphab. moral. V. Matrimonium* 7. *numer* 14. *de Poſſentib ſing.*126. *num.*5 *cent* 2. *Lezzan. Op. mor. tom.*4. *conſult* 47 *num* 4. *Maſcard. de Probat concl.* 1025. *Fregoſ. de Regimin. Reipubl. Chriſtian. par* 3. *lib* 3. *diſp.*22 *num.*55. *& Pignatel. conſult* 136. *num.*2. *tom* 9. *& Rot. dec.*26. *num.*4. *&* 5. *par.* 1. *diverſ. & dec* 67 *num.*26. *par.* 14. *Rec.*

19 Præcipuè quia agitur de animæ favore, deque caſu, quod ſi declaretur validum matrimonium, & laboret nullitate, præjudicium non ſit multum conſiderabile, ex quo temporis beneficio convalidari ſolet, mediante novo conjugum conſenſu, ut practicatum fuiſſe *in Romana Matrimonii*, deciſa *à Sacra Congregatione Concilii diebus* 2. *Iunii &* 28. *Julii* 1696. & in qua emanavit *Rotæ Deciſio* 4. *Februarii* 1697. *cor. Urſino*, obſervat *Bertacchin. Vot. deciſiv.* 100. *numer.* 19. *verſ. Nihilominus* ibi *Dum hæc cauſa debebat reproponi fuit terminata cum concordia, inter Partes inita, dum Puella, & iuvenis, poſt acerrimam litem, denuò comparuerunt coram Parocho, & ad tollendas omnes ambiguitates denuò matrimonium contraxerunt.* E converſo autem ſi matrimonium declaretur nullum, & validum ſit, inconvenientia, & abſurda ob duplicata adulteria maximæ ſint conſiderationis, ut de ſe patet, & in terminis obſervavit *Rot. in Carpentoraten. Matrimonii* 16. *Martii* 1683. *§. primò cor. Urſino*, ſequendo celebre monitum Allexandri III. relatum *in cap. Lator. de Sent. & re Iudic.* ibi *Nolentes matrimonia canonice contracta levitate quavam diſſolvi.*

20 Non omiſſo, quod ſumus in terminis favorabilis probationis pro matrimonio, quo caſu ad differentiam odibilis probationis contrà illud, minores probationes ſufficiunt, ut obſervat *Rot. in Cajetana Matrimonii* 12. *Junii* 1690. *§. Quod ſi coram Card. Caprara, & in Romana Matrimonii* 4. *Februarii* 1697. *§. Regula autem cor. Urſino*, ubi quod in his caſibus non requiritur probatio pleniſſima, ſed ſufficit ordinaria *ex deciſ.* 273. *num.* 15. *par.* 4. *diverſ.* Quodque favorabilius eſt aliquos contra hominum ſtatuta dimittere copulatos, quàm conjunctos legitimè contra ſtatuta Domini ſeparare, ad literam *Text. in cap. Licèt* 47. *de Teſtib.* quem ſequuntur, & exornant *Oliv. de Matrim. nullit. par.* 1. *fol.*85. *Bæja in reſp. Caſ. Conſc. par.* 3. *cap.*40 *in medio & Carden. in Theolog. moral. tract.* 1. *de Probabil diſput.* 19 *cap.*7. *num* 69. *&* 70.

21 Verùm in præſenti facti ſpecie, licèt hæc omnia magnam vim facere videantur ad inducen. perfectam controverſi matrimonii probationem, attentè nihilominus ponderata meum captivare non potuerunt intellectum ad inducendam ex illis omnibus, etiam ſimul unitis, concludentem hujus matrimonii probationem, quia in ſubſtantia omnes fundantur in ſola fide dicti Parochi, & in dictis, vel factis Epiphaniæ collitigantis. *Quando autem mulier petit aliquem in virum, ſi non probat plenè matrimonium, vir debet abſolvi, ex quo agitur quaſi de ſtatu hominis*, ſunt verba *Gramm. conſ. crim* 26. *numer.* 18. & habemus *Textum* id literali et determinantem *in cap. Mulieri* 35. *de Jurejur.* ubi *Gloſſ. verb Mulieri*, quod hoc eſt verum, etiamſi mulier habeat pro ſe unum bonum teſtem *Grat. inter conſ. matr. diverſ. conſ.* 75. *numer.* 31. *ubi multi ſubſcribentes & ſign Achilles de Graſſis, & Finckelhauſſ. obſervat practic* 39. *numer.*35. ubi adducit illam rationem, quod Jura promptiora ſunt ad abſolvendum, quàm condemnandum: Inſubſiſtentia autem, & irrelevantia earundem probationum, conjecturarum, & adminiculorum, in quibus inſiſtunt Defenſores Epiphaniæ pro matrimonii probatione, non poteſt congruentiùs demonſtrari, quam ſingula percurrendo.

22 Parochi ſi quidem dictum, quod in rei veritate in his materiis magni faciendum eſt, cum figuram faciat principalis teſtis, magnæquè authoritatis ex adductis per *Cardinal. Pallavic. in Hiſt. Concil. lib.* 2. *cap.*8. *numer.* 16. *&* 17. *Fagnan. in cap. Quod nobis numer.* 54. *de Clandeſt. deſponſation. Vaſquez. in* 3 *par. diſp.*209. *ſub numer.* 55. *Veg. in Summ. cap.*25. *de Matrim. caſ.* 33. *in fine Piaſecc. in Prax Epiſcop par.*2. *cap.*4. *art.*4. *numer.*18. *Caramvel. in Theolog fundam. lib.*3. *tit. de Matrim. fund.* 70. *numer.* 3707. & alii communiter; in caſu noſtro nimium debilitatur, imò nullius ferè efficaciæ apparet illius depoſitio ex ejuſdemmet propria confeſſione, & juramento; Ipſe enim primo loco interrogatus, & hujus Sac. Congreg. præceptis à duobus Eminentiſs. Cardinalibus interpellatus, ut veritatem faterctur circà præſentiam controverſo matrimonio, ſemel iterum ac tertiò in negativa perſtitit, cum verbis adeo claris, & effrenatis, ut contrariam gloſſam non admittant.

23 Abſque neceſſitate igitur immorandi in inſpectione, an, & cui Parochi dicto, ſeu atteſtationibus, ſtante perjurio, danda ſit fides, de qua generaliter *Rot. in deciſ.* 199. *numer.* 14. *& ſeqq par.* 17. *rec. & deciſ.* 24. *numer.* 14. *&* 15. *coram Rever. Patr. D. Anſaldo* in noſtris terminis *Jacob. Leonuſſ. inter conſil. matrimon. diverſ. conſ.*99. *ſub numer.* 58. *& numer* 64. *& ſeqq. Zaſ. conſ.*9. *numer.* 38. *&* 39. *Ruin conſ.* 149. *numer.* 5. *lib.* 1. *& Rot. deciſ.* 207. *numer.* 3. *par.* 1. *rec.* An, hujuſmodi perjurio attento, idem Parochus relinquendus ſit impunitus, cujus negativam tuentur *Farinac. de Hæreſ. quæſt.* 188. *num.* 100. *Pegn. in Director. par* 3. *comm* 114. *verſ. Ut autem, & verſ. Illud tamen, & Piſtach. de Superſtit. par.* 2. *cap.* 16. *num.* 32. An in facto ſubſiſtant innumeræ illæ exceptiones, quas Caroli Franciſci Defenſores contra perſonam, & dicta ejuſdem Parochi in eorum Scripturis latè expendunt. Et an per ſecundam depoſitionem potuiſſet retractare primum dictum, illudque totaliter deſtruere, quod non eſſe eidem permiſſum in individuo firmavit *Rot. in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683. *§. Nihil cor Card. Matthæjo*, ubi concordantes, quæ deciſio loquitur in durioribus terminis prioris atteſtationis non juratæ, *& in Romana Matrimonii* 4. *Februarii* 1697. *§. final. coram Urſino*, ubi quod ſecunda Parochi depoſitio, contraria priori, in his terminis non attenditur in præjudicium Juris, ex prima depoſitione alteri ex collitigantibus quæſiti.

24 Cer-

24 Certum est, quod saltem hujusmodi Parochi contradictio, seu variatio in substantialibus operatur, ut non sit testis integer, ut generaliter probant *Ludovic. de Amen. in Practic. Crimin. par. 1. tit. 15. verb. Testis §. 3. num. 34. fol. mihi* 528. & *Bordon. in Manual. Sanct. Offic. sect. 66. num. 3.* ubi quod in his casibus unum dictum destruitur ab alio, & testis sibi ipsi demit fidem per varietatem, & contrarietatem *Gross. controv. for. 38. num. 24. & Salell de Tribunal. Sanctiss. Inquis. lib. 2. reg. 17. num. 126. & seqq.* Et in specie considerando Parochorum varietates, & contradictiones observant, antiquioribus cumulatis, *Marant. respons. 13. num. 27. & sequentib. lib. 1. Sanchez de Matrim. lib. 3. disp. 41. num. 5. Boss eodem tractat. cap. 5. §. 3. num. 25. Panimoll. dec. s. 19. adnot. 3. num. 40. & 47. Bassæus in Florib. theol. tom. 2 verb. Testis num. 14. fol. 837. & Rot. decis. 634 sub num 7. & 8. coram Burat. & dec. 124. num. 12. par. 7. & decis. 40. num. 9. par. 16. recen.* & in terminis contrarietatis, & variationis testium, pro matrimonio deponentium, quod eis proinde nulla sit præstanda fides, probant *Navarr. cons. 6. num. 4. de Sponsal. & Camerar. in consil. matrim.* impress. post illa *Zabarell. num.* 3. ubi quod conclusio est vera non solum quando testis in unico actu sibi contradicit, sed etiam in diversis testimoniis, in diversis actibus, & instantiis testificatur, & firmavit *Rot. in Romana Matrimonii* 24. *Februarii* 1668. §. *Duo cor. Cardin. Carpineo.*

25 Nec videtur congrua responsio, seu declaratio, quæ legitur in ultima depositione, quod scilicet id processerit ex eo, quod matrimonium sub confessionis sigillo illi notum erat, ad similitudinem forsan similis casus, qui videri potest *in dec. 370. num. 8. vers. Nec removerunt part. 18. recent.* Hujusmodi enim crassa ignorantia, quod sub sigillo confessionis venirent ea, quæ coram quinque personis gesta fuerunt, præsumenda non est in Parocho, qui in Urbe morali Theologiæ studuerat. Præcipuè quia adsunt testes, & alii ultimo loco examinati in Curia Prræsidentis Urbini, qui asseruerunt ex ejusdem Paochi ore, cum Epiphania colloquentis, audivisse, contractum fuisse matrimonium. Quomodò igitur stant simul, quod idem Parochus de iis, quæ sub sigillo confessionis sciebat, tanta facilitate sermones habebat, è converso autem constanter omnia negasse Eminentissimis Legato, & Episcopo, illum ex speciali mandato hujus Sac. Congregationis interrogantibus: Præterea sciebat Parochus iste, matrimonium esse adnotandum in particulari Libro ex præscripto Concilii Tridentini, & cum effectu ipsemet illud adnotasse asserit; Nec non scivit à P. Bellusio ad illius validitatem necessarium esse Testium interventum, prout ipsemet illos vocasse ait, nempe duos Peregrinos. Quomodo igitur sub confessionis sigillo poterat tale matrimonium retinere?

Ultra Parochi contradictionem circa præsentiam matrimonio, de quo agitur, concurrit illius inconstantia, circa diem contractus, & contrarietas cum depositione Epiphaniæ; In circulo enim aureo, seu notula licentiæ adnotata legitur dies 16. Januarii, In memoriali, seu licentia Episcopi, dies 20. in qua non semel illud contractum fuisse asseruit Epiphania; Et demùm dies 20. adnotata in circulo aureo, alterata fuit, & conversa in diem 18. Ex qua alteratione, & incertitudine diei contracti matrimonii non parùm diminuitur Parochi fides ex punctualiter firmatis per *Rotam in dec. 40. num. 11. par 16. recen.* Et quod Parochi adnotatio circa matrimonium in una parte erronea, fidem non mereatur in aliis partibus observat *Spad. cons. 241. num 23. lib. 2.* quem sequitur *Rot. in Romana Filiationis 12. Februarii 1680. §. Eoque cor. Alberg. & in Colonien. nullitatis Matrimonii 7. Maii 1692. §. Minus cor. Card. Caccia.*

26

Sed quod magnam meretur animadversionem ex Parochi Constituto, & notulis apparet, ipsum persistere in dicto, quod matrimonium, de quo agitur, contractum fuerit die 16. Januarii 1691. Epiphania autem semel, iterum & tertiò constanter asseruit, matrimonium contraxisse die 20. ejusdem mensis Januarii 1691. ut manifestum est ex illius replicatis Confessionibus, & Constitutis: Quæ seriò emissa confessio ad Judicis interrogationem multi ponderis est, ut in nostris terminis, cumulatis concordantibus, firmavit *Rot in Bononien. Nullitatis matrimonii 15. Junii 1676. § Et licet cor. Bourlem. & in Monasterien. matrimonii 27. Junii 1696. §. Justificata cor. Card Caprara*; Atque illius geminatione attenta non præsumitur erronea, in terminis *Rebuff. respons 104. pro matrimonio vers. Quintò intervenit actus geminatus*; Sed præfertur contrariæ Parochi attestationi ex punctualiter firmatis per *Rot. in Mediolanen. impotentiæ 16. Martii 1588. §. Confessio coram Gyptio, & in Colonien. Illegitimitatis 6. Maii 1653. §. Quorum vers. Dum maximè geminata fuit coram Verospio, & in Faventina matrimonii 7. Junii 1657. §. Id enim coram Card. Taya, & in Neapolitana matrimonii 2. Aprilis 1683. §. Hinc opus cor. Guaxardo, & in Leodien. matrimonii super remissoria 29. Aprilis 1699. §. Materia coram Eminentissimo Priolo*, ubi quod confessio Principalis prævalet mille testibus, contrarium deponentibus.

27

Quis enim meliùs scire poterat, & cui nam magis expediebat memoriæ retinere præcisum diem asserti matrimonii, quàm Epiphaniæ? Agebatur siquidem ejus respectu de summa rerum, ob maximam inter ipsam, & Carolum Franciscum conditionis disparitatem, ob sui infelicis status eximiam mutationem post longævum, scandalosumque concubinatum, ut patet consideranti, & ipsamet clarè fassa est asserens quod de iis, quæ in actu contrahendi gesta fuerunt *sempre me ne sono ricordata*. Posita autem veritate ejusdem diei 20. impossibile est quod Bossanà, & Marazzanus testes, qui diei 19. ejusdem reperiuntur descripti in Hospitali Sanctissimæ Trinitatis Urbis, potuerint sequenti die in Terra S. Constantii matrimonio assistere, nisi supponamus illos habuisse alas ad volandum, ut in nostris terminis, licet ad alium propositum, observat *Jacob Leoniss. inter cons. matrim. divers. cons. 49 sub num. 101. vers. quomodo est ergo possibile.*

28

Quibus non contradicit *Mantic. dec. 372. sub num. 18.* Nihil enim aliud ibidem firmatur, quàm testem de matrimonio deponentem, & non se restringentem ad certum tempus contracti matrimonii, sed simpliciter enunciantem illius scripturam, intelligi deponere de eo tempore, de quo loquitur scriptura, quod firmavit etiam *Rota in Novarien. Sponsalium 1. Jul. 1693 §. Vim coram Muto*, & sequendo *d. decis. Manticæ in Theatina matrimonii 25. Junii 1696. in fin. cor. Pio.*

29

Concurrunt etiam aliæ animadversiones circa ejusdem Parochi affectionem ad causam, & ad colligitantem, latissimè à Scribentibus pro Carolo Francisco expensæ; Signanter autem maxima illa diligentia in perquirendis nominibus testium in Libris Archiconfraternitatis Sanctissimæ Trinitatis, quæ omnia multùm pariter debilitant illius fidem, ut ad rem advertunt *Gratian. discept. 849. num. 10. Sanchez de Matrim lib. 3. disput. 41. num. 5. & 6.* ubi quod Sacr. Concilium præscribendo, ut magna fides habeatur Parochis, processit secundùm frequentiores casus bonitatis ejusdem Parochi, relinquendo in terminis Juris communis alios casus particulares suspicionis ejusdem Parochi *Dicastill. de Matrim. tract. 10. disp 3. dub. 19. num. 154. & seqq.* & firmavit *Rot. in Cajetana matrimonii 30. Julii 1687. §. Non demùm coram Rondinino*; Et in individualibus terminis nostri casus *Torniol. consilio 53. numer. 37*

30

Ex hac parùm tuta fide Parochi nimium debilitatur illa, quæ fundatur in præsentia duorum testium, quia horum existentia nullatenus est probata, nec aliud habemus principium, medium, & finem præsentiæ, & interessentiæ horum testium, quàm simplex, & unicum dictum Parochi, quod ex modo animadversis non meretur integram fidem, minùsque perfectam facit probationem, benè *Torniol. cons. 53. num. 38. Rossignol. de Matrim. part. 1. prænot. 36. num. 2* & meliùs *Bordon. controv. moral. 6. num. 161. 164. & sequen.* ubi quod in istis circumstantiis Parochus non magis probat, quàm unicus testis, & tamen à Sac. Concilio requiruntur saltem duo alii, unà cum Parocho *Transmier. de Polygam. libr. 3. quæst. 4. num. 35.* ubi quod conclusio est vera, etsi Parochus esset testis omni exceptione major, sicuti non creditur soli Notario, quamvis legalissimo *Card. de Laur in 4 Sent. tom. 3. disput. 22. art. 11. num. 297. Card de Luca de Matrim. disc. 16. num. 4. vers. Non debet*, ubi quod matrimonii probatio nullatenus pendet ab affirmativa, vel negativa solius Parochi, & firmavit *Rota in Calaritana Matrimonii 26. Junii 1671. §. Accedit coram Albergato*, ubi quod Parochi depositioni plus non tribuitur in his terminis, quàm cujusvis simplicis testis.

31

Junctis aliis considerationibus, à Scribentibus pro Carolo Francisco expensis, circa impossibilem accessum ad Urbem eorundem testium in solo spatio trium dierum, ex quo iter 180. milliariorum, quot Urbs distat à Terra

32

ra S. Constantii per viam Lauretanam, & 150. per breviorem viam Furli, sed montuosam, peragi nequeat à duobus pauperibus peregrinis, victum mendicantibus, quorum alter erat senex, & quæritabant loca, ubi erant Hospitalia, quam itineris impossibilitatem in dicto brevi spatio trium dierum comprobant multi testes, exhibiti *in Summario*.

33 Licentia ab Eminentissimo Episcopo, contrahendi matrimonium fictis nominibus, cum denunciationum dispensatione, probat quidem voluntatem contrahendi, quæ pariter unicè fundatur in Parochi dicto, sed nullatenus deservire potest pro Matrimonii de facto contracti probatione, quæ est in controversia; Cùm enim in omnibus materiis verissimum sit axioma illud, quod multa tractantur, quæ non perficiuntur, & velle contrahere non est contrahere, communiter in his terminis receptum est, quod ex præparatoriis nullatenus infertur ad probationem actualis contractus matrimonii, ut in specie ad nostrum effectum observant *Sot. in 4. Sent. dist 27. quæst. 2. art. 1. vers. Eadem*, *Camerar. in consil. matrim.* impresso *post illa*

34 *Zabarell. num. 43. post med. Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 8. num. 26. vers. limita 2. Coninch. de Sacr. tom. 2. disput. 20. dub. 1. num. 15. du Hamel. in Theolog. Specul. & practic. tom. 7. tit. de Matrim. lib. 1. dissertat. 3. cap. 3. num. 6. Marchant. in Tribunal. Sacram. post tom. 3. in resol. de Sacram. Matrim. cas. 3. fol. 33. Tancred. de Matrim. lib. 3. disput. 39. sub num. 2. Biss. de Sacr. Rit. verb. Parochus §. 74.* & firmavit *Rot. in Perusina Matrimonii 15. Martii 1688. §. Nec validiora visa sunt argumenta, desumpta ex præcedenti tractatu cor Hervault, & 8. Martii 1689. §. fin. cor. Card. Caccia*, & in duriori-

35 bus terminis, in quibus, nedum constabat de præparatoriis, sed factæ fuerant denunciationes à Parocho, resolvit Sacr. Congregat. Concilii *in Romana Matrimonii 27. Junii 1698.*

36 Ultima verò epistola ejusdem Eminentissimi Episcopi juncta cum alia P. Bellusii sui Theologi, abstulerunt dumtaxat dubium circa identitatem, & notitiam illarum personarum, pro quibus licentia contrahenda concessa fuit, ad terminos illius quæstionis, quam tractant *Card. de Luc. de Matrim. disc. 3. & Pignatel. cons. 78. tom. 5.* & non sine magna Votorum scissura, de qua testis est *Card. de Luc loco citato num. 2.* resolvit Sac. Congreg. Concil. *in Bononien Matrimonii 9. Februarii 1699 ut in Lib. 26. Decr. fol. 168.* An scilicet validum sit matrimonium, contractum simplici Presbytero, cum licentia concessa ab Ordinario sub cognomine diverso unius ex contrahentibus; vel ad terminos alterius quæstionis matrimonii, contracti cum licentia, in qua non specificentur nomina, vel cognomina contrahentium, sed adsit illa relevantissima circumstantia, quod in calce licentiæ generalis dicatur: *Quorum nomina contracto matrimonio in hoc albo à prædicto Dom. Assistente adscribantur*, ut fuit punctualiter adimpletum, ut videre est in *decis 845. coram Cerr.* & apud *Tondut.* qui scripsit in eadem causa *quæst. benefic. par. 2. quæst. 153.* Præscindendo ab illa inspectione, an in istis casibus evitentur illa incon-

37 venientia, quæ considerat *Cardin. de Luca de Matrim. disc. 3. num. 5. & 25. & disc. 4. num. 17.* an scilicet cum una licentia, generalibus verbis concepta, contrahi possent mille Matrimonia.

Quo dubio, quibusve inconvenientibus remotis, per scientiam, seu notitiam, quam ad tenorem ejusdem epistolæ habebat Eminentissimus Episcopus Caroli Francisci, & Epiphaniæ cupientium, ex sola Parochi relatio-

38 ne matrimonium contrahere, remanet aliud circa effectuationem ejusdem voluntatis, quæ nullatenùs inferri valet à præparatoriis, seu dispositione ad contrahendum *ex alleg supra num. 33*

In Libro matrimoniorum deficit descriptio, seu adnotatio controversi matrimonii, & proindè potiùs argumentum urget pro illius non existentia, seu non probatione, quam ex hujusmodi omissione, unita cum aliis conjecturis, benè desumunt *Menoch. cons 72. num. 6 Grattan disceptat. 168. num. 4. & Rot. decis 179. num. 7. coram Peuting: ac in decis. 667. num. 2. & decis. 683. num. 1.*

39 *& decis. 969. num. 1. coram Emerix. jun. & in Faventina matrimonii 7. Junii 1698. § Conjecturæ cor. Card. Taya, & in Cajetana Matrimonii 20. Junii 1687. § Neque secunda cor. Rondin.*

Illa verò adnotatio, seu descriptio, quæ legitur in Circulo Aureo, nullius videtur efficaciæ, quia ibidem non legitur Matrimonii celebratio, sed simpliciter dicitur, ibi *Gioseppe Bossanà, Gio: Antonio Marazzani di Gennaro 16. 1691.* An autem hujusmodi verba referantur ad matrimonium, vel ad aliquem alium actum, puta ad ef-

40 fectum describendi peregrinos illac transeuntes, vel morantes in Hospitali, cujus cura commissa erat Pulzono, non habemus nisi dictum solius Parochi, quod ex supra animadversis non est sufficiens probatio matrimonii ex ipsamet dispositione Conciliari, requirente unà cum Parocho, trium, vel saltem duorum testium concursum, ut

41 in specie probant *Tassion. de Antepb. vers. 9. observat. 2. num. 27. de Luc. ad Ventrigl. de Testib. in caus. Matrim. annot. 3. num. 3.* & resolvit Sacr. Congregatio Concilii *in Brixien. 8. Augusti 1600. ut in Libr. 9. Decret. fol. 102.* Eodemque defectu laborat alia adnotatio, quæ legitur in fine licentiæ, quia nec etiam in illa specificantur nomina, & cognomina contrahentium, sed NN. NN. sub quibus, an comprehendantur Carolus Franciscus, ac Epiphania, non habemus pariter nisi dictum solius Parochi, ex modo animadversis insufficiens & in proximis

42 terminis benè *Rot. in Gadicen Sponsalium 5. Julii 1694. §. In præsenti cor. Ursino.*

Publica vox, & fama ortum habuere ab Epiphania, quæ proindè nullius videtur efficaciæ; Si enim illius depositio tanquam ad proprium commodum, & favorem, matrimonium non probaret per Textum literalem *in leg. Omnibus Cod. Testib.* ibi: *Omnibus in re propria ferendi testimonii facultatem jura submoverunt* quem in nostris terminis refert, & sequitur *Paludan in 4. Sentent. dist. 27. qu. 2. num. 28.* multò minus probant Testes, ex illius au-

43 ditu deponentes, ne plus fidei tribuatur copiæ quàm originali contra *Text. in cap. Licet de Testib* & antiquioribus cumulatis, generaliter *Rot. in Lauden. Pensionis 4. Julii 1696. §. Neque potuit coram Cardin. Caprara*, & in nostris terminis *in Avenionen. Dotationis 19. Junii 1684 §. Articulatum coram Albergat.* ubi quod hujusmodi probatio per famam, tanquam vaga modicæ fidei, & nimium fallax reputatur. Ultra quod hujusmodi fama non fuit in Terra Sancti Constantii communis, dum ex

44 epistola Eminentissimi Episcopi Martii 1698. *Tra le persone più veridiche, e disinteressate &c. altri crederono, che fosse contratto il matrimonio, altri nò:* Et ex 18. Testibus datis in Summario apparet, eandem famam nullam habuisse latitudinem, & firmitatem, Ex quibus illa prorsùs insubsistens remanet ad effectum, de quo agitur ex punctualiter animadversis per *Gig. cons. 41. num. 7. Alexand. consil. 150. num. 13. & consil. 155. num 4. &*

45 *sequentib. lib. 5. Merend. inter consil. Matrim. divers cons. 86. num. 18. & sequent. Noguerol. allegat. 23. num. 38. & Rot. decis. 301 num. 27. par. 11. recent. & decis. 667. num. 18. decis. 623. num. 7. coram Emer. Jun.* Et quod in concursu præferenda sit illa fama, quæ majori numero testium comprobatur, observat *Actolin. resolut. 11. num. 10.* & in nostris præcisis terminis benè *Gramm cons. 26. num. 13. & 14.* ubi quòd in his casibus testes specificare debent personas, à quibus fama traxit originem, ad hoc ut inspici possit, an fuerit vana vox Populi, vel fama probabilis.

Authoritates autem, supra allegatæ, comprobantes efficaciam famæ, loquuntur cum supposito, quod ista concludenter probetur, quodque ortum habeat ab aliis, quàm à collitigantibus, prout etiam procedunt in terminis ma-

46 trimonii probandi ad effectum successionis, vel alimentorum, à quibus proindè nullatenùs inferri valet ad nostros, in quibus agitur de illius fœdere *ex vulgatis*.

Quod Epiphan. fuerit authrix, & divulgatrix matrimonii cubitalibus literis ipsamet fassa fuit & à partium enumeratione, & exclusione concludentissimè probatur; Non enim illa potuit originem habere à Bossanà, & Marazzano Testibus, qui statim, hora scilicet noctis sexta post contractum assertum matrimonium discesserunt, à Terra Sancti Constantii, nec illud poterant divulgare extra illam. ex quo nullam unquam habuerunt contrahen-

47 tium cognitionem. Non à Carolo Francisco, qui supponitur author hujusmodi magni secreti, ne matrimonium consanguineis innotesceret, quive illud semper negavit. Non demùm à Parocho, qui procedendo cum sua depositione usquequò in Urbe consilium petiit à P. Alemanno, credidit illud scire sub sigillo confessionis, & cum effe-

ctu

ctu non semel à proprio Episcopo, & ab Eminentissimo Legato interrogatus, illud negavit *ex animadversis in principio*.

Remanet igitur claré probatum, Epiphaniam divulgasse matrimonium, quod comprobant ulteriùs testes, & ipsemet Parochus, proindeque nulla super hujusmodi fama, & divulgatione constitui potest sufficiens matrimonii probatio *ex suprà allegatis*.

48 Epiphaniam pariter authricem hujus divulgationis agnovit Petrus Simeon, Canonicus Pœnitentiarius Fanensis, à quo Canonico Pœnitentiario pervenisse ad aures Patris Bellusii legitur in sua epistola *§. Fù poi in fine*, qui propterea nullum probationis gradum addere possunt probationis, deductæ ex confessione, seù divulgatione Epiphaniæ colliticantis ex *authoritatibus supr. allegatis*, & aliis adductis egregiè *bon. memor. Seveorlus*, Vir omnium scientiarum peritia

49 clarissimus, *in Vot.* impresso in *part.* 14. *recent. il* 523. *numer.* 12. *&* 32.

Hæc eadem responsio militat etiam circà Attestationem Vincentii. Iste enim in authores sui dicti adducit Epiphaniam, & Parochum, quorum assertiones, si ex supra animadversis non probant matrimonium, eo minus illud probare possunt testes, eos in authorem agnoscentes, benè *Rot. coram Arguel. dec.* 8. *num.* 23.

Ultrà quod hujus testis depositio attentè considerata innumeras continere videtur improprietates, & inverisimilitudines, latiùs à Scribentibus pro Carolo Francisco demonstratas, quæ operantur, ut illi non sit integra fides præstanda, ut in nostris terminis observant inter *consil. Matrimon. diverf.*

50 *Jacob. Leoniss. cons.* 49. *numer.* 57. *Alex. à Scal. cons.* 56. *numer.* 10. *Brunell. consil.* 70. *numer.* 31. *& Merend. cons.* 86. *numer.* 25. & aliis adductis *Rot. in Toletana Matrimon.* 26. *Aprilis* 1569. *ante finem coram Justo*, *& in Romana Matrimon.* 24. *Februarii* 1668. *§. Sub hoc corum cl. mem. Card. Carpineo*, *& in Neapolitana Matrimonii* 2. *Aprilis* 1683. *§. Etenim coram Alberg. & in Avenonien Successionis* 4. *Junii ejusdem anni §. Sed insuper cor. Ursino.*

Nec parvi facienda videtur exceptio ob qualitatem inimicitiæ, in facto probatæ mediante epistola Eminentissimi Legati, & in Jure nimium considerabilis, per ea quæ generaliter observant *Baron. de Effect Inimicit. effect.* 113. *numer.* 1. *& Bellon. de Potestat. eorum quæ incontin. fiunt lib.* 1. *cap.* 65. *numer.* 1. *& Rota in Romana Immissionis* 2. *Decembris* 1699 *in fin. coram Ansaldo*, & in nostris punctualibus terminis *Alex. consil.* 150 *sub numer* 3. *libr.* 4. *Jacob. Leoniss inter cons. matrim. diverf. consil.* 49. *num.* 24. *& Gratian. discept.* 849. *num.* 17 *&* 18. & firmavit *Rot. in decis.* 634. *n.* 8. *cor. Burat. & decis.* 358. *num.* 3. *part.* 2. *rec.*

Hujusmodi inimicitiæ exceptio militat etiam contra depositiones Gualandi, & Fornarii, ex animadversis in facto per Defensores Caroli; Et tamen isti pariter testes agnoscunt in Authricem eorum depositionis sæpè dictam Epiphaniam collitigantem, sicque nihil magis, quam ipsa probant *ex suprà adductis*, & benè *Gaspar de Valdaur. observat.* 2. *num* 1.

51 Sed quod magis est pugnant novissimæ depositiones horum testium cum ultima epistola Eminentissimi Episcopi, ex quo in ista dicitur: *Frà le persone più veridiche, e disinteressate, altri crederono, che fosse contratto il matrimonio, altri nò :* Dicti verò testes asserunt, famam ejusdem matrimonii fuisse communem, & uno ore admissam ab omnibus, ibi*: Publicamente in San Costanzo, e fuori ancora nel Popolo communemente*, & ibi : *Per la Terra di San Costanzo, &c. da tutti se ne parlava ad una voce :* Pugnant cum depositione Pulzoni Parochi, dum ista asserit, nunquam alloquutum fuisse Epiphaniam de matrimonio cum claritate, sed solum per verba generalia; E conversò autem iidem testes referunt nimium particulares discursus inter eosdem de matrimonio habitos : Pugnant demum cum propris eorundem testium antecedentibus depositionibus, juramento corroboratis, in quibus literis rotundis fassi fuerunt, divulgationem asserti matrimonii fuisse meram inventionem Epiphaniæ, quodque *non è stata mai creduta da nessuno questa sua intentione &c. perche si sà, che era, & è sempre stata Donna ingannatrice, raggiratrice, & astuta.*

Quatenus autem placeat dicta horum testium conciliare, ut faciendum esse in his terminis monuit *Rot. in Romana donat.* 26. *Junii* 1699. *§. Autelici coram dell' Olmo*, verificari possunt eorum depositiones de illo actu, quando Carolus Franciscus, & Epiphania coram solo Parocho *si prefero per la mano l'uno, e l'altro, e dissero, che erano marito, e moglie*, quem narrant Epiphania, & Pulzonus, quo tempore Parochus iste in ea vivebat errонea opinione, quod in similibus casibus matrimonium, etiam absque testium præsentia contrahi poterat, ut refert Pater Bellusius in ultima epistola; Quæ conciliatio desumitur ex literali tenore dd. depositionum, dum in illis, nec syllaba habetur de præsentia testium in actu contracti matrimonii, quando in eorum antecedentibus depositionibus habentur specifica nomina illorum testium, in quorum præsentia ipsis asseruit Epiphania, matrimonium contraxisse.

52 Excessivus amor Caroli Francisci à multo tempore suum consequebatur finem, nec propterea ad hunc obtinendum opus habebat matrimonium procurare, labentibus præcipuè annis, quibus amoris calor frigescere incipit, ad sensum, & verba *Rot. in Romana, seù Perusina Filiationis* 13. *Martii* 1690. *ante finem coram Cardinal. Caprara*, & meliùs *Gramm. consil.* 26. *num.* 10. *vers. & è contra*. Quo verò ad finem supernaturalem, seù peccati vitationem, cum ipse persistat in dicto contra matrimonium, & in hac parte Ecclesia non judicet de interno, nihil aliud remanet Judici inquirendum, ut in specie advertunt *Anton. Francisc. de Doctoribus inter consil. Matrimon. diverf. consil.* 68. *numer.* 8. *&* 9. *libr.* 1. *vers. Prætermissa ergo isto conscientiæ ipsorum, & illam relinquendo solius Dei judicio, Tol. Instruct. Sacerdot. libr.* 7. *capit.* 2. *nume.* 8. *in fin. Raymund. in Summ. tractat.* 7. *de Matrimon. capit.* 9. *de Clandestin. desponsat. folio* 543 *Paludan. in* 4. *Sentent. distinct.* 27. *quæstion.* 2. *numer.* 28. *Ciarlin. controv.* 131. *numer.* 20., *Covar. de Sponsal. part.* 2. *numer.* 2., *Sanch. de Matrim. lib.* 1. *disp.* 18. *num.* 6. *Brunell. de Sponsal. concl.* 15. *sub nu.* 2. *Brisson. de Jur. connub. post med. vers. Maurimon.* & resolvit *Sacr. Congreg. Concilii in Eboren.* relata *à Pignat. consult* 150. *numer.* 40 *tom.* 1., & novissimè *in Dub. matrim.* 30. *Maii* 1699.

53 Cumque inæqualitas inter ipsos esset magna, ex hac potius desumitur adminiculum, contrarium præsumptioni pro matrimonio, ut advertunt *Giovagn. consil.* 67. *numer.* 40. *Bell. consil.* 224. *numer.* 10. *Capon. disceptat.* 23 *numer.* 23. *Thom. Cavef. in Summ. Sacramen. de Matrimon. titul. del matrimon. clandestin. folio* 289. *numer.* 9. *Babos. Vot. dec.* 19 *numer.* 83. *Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. disceptat.* 849. *numer.* 6. *Tondut. quæstion. benefic. part.* 3. *quæstion.* 154. *numer.* 15. *Cardin. de Luc. de Matrim. disc.* 16. *num.* 9. *& Rot. coram Seraphin. decis.* 978. *numer.* 7. Quidquid dicendum esset si ageretur de matrimonio ad solum effectum successionis, vel alimentorum, quo casu magna personarum disparitas non

54 attenderetur, ut benè distinguendo observat *Rot. in dec.* 451. *numer.* 6. *cor. Emerix. jun.*, *& in Cajetana Matrim.* 20. *Junii* 1687. *§. Concurrentibus Rondin.*

55 Pro congrua responsione ad querimonias Epiphaniæ cum diversis Confessariis, à quibus pervenerunt etiam ad aures Eminentissimi Episcopi, est supponendum in facto, quod ex supra animadversis constat, alia etiam vice coram eodem Parocho dumtaxat sibi invicem matrimonialem fidem dedisse, ibi: *Detti si prefero per la mano, e l' un l' altro dissero, ch' erano moglie, e marito*; Constat etiam ex epistola Patris Bellusii, eundem Parochum credidisse matrimonium se validè contrahi, etiam absque testibus, ibi : *Il Vice-Curato haverebbe voluto congiungerli senza li soliti testimonii, acciò la cosa passasse con maggior secretezza.*

56 Possunt igitur eædem querimoniæ congruè referri huic actui, quia Confessarii, & alii Sacerdotes, cum quibus conquerebatur de Carolo Francisco, tanquam de suo viro, non tenebantur inquirere de valore, neque de modo, quo contractum fuerat matrimonium, sed habendo fidem eidem mulieri, credere potuerunt, illud contractum fuisse ser. ser. ipsa verò mulier poterat esse in eodem errore, in quo erat Parochus, credendo validum matrimonium coram solo Parocho contractum, ut in specie considerando qualitatem sexus muliebris observavit *Rota in dec.* 451. *numer.* 7. *cor. Emer. jun.*

57 Admonitiones autem, quæ leguntur factæ Carolo Francisco à viva voce Eminentissimi Episcopi, respiciunt illicitum commercium cum quadam Catharina Maria conjugata, nec est verisimile, quod notus zelus ejusdem Eminentissimi Episcopi neglexisset Carolum Franciscum admonere ex alio etiam motivo, quia erat uxoratus, minusq; hanc circumstantiam omisisset huic Sacræ Congregationi in ultima epistola aperire.

Præterea idem Eminentissimus Episcopus in alia epistola,

58 ſtola, admittendo parùm commendabiles qualitates Epiphaniæ, petiit ab Eminentiſſimo legato ſub die 10. Septembris 1694. petens aliquod remedium contra ipſam; Si autem hoc tempore notitiam aliquam habuiſſet, quod erat matrimonio juncta cum Carolo Franciſco à ſemetipſo potuiſſet remedium adhibere, ipſam in alio Conſervatorio collocari faciendo, ut in his caſibus cum conjugatis ſolet practicari. Ultrà quod, ſi Eminentiſſimus Epiſcopus 59 ſciebat contrahere volentium nomina, & cupiebat illos non divulgare, poterant coram ſeipſo mandare ut fieret matrimonium, præſentibus Patre Belluſio, & Pulſono pro teſtibus, idque abſque ulla majori divulgatione, eo quia iidem erant plenè informati de ejuſdem matrimonii antecedenti contractu.

Cùm Sacramentorum perceptio, & frequentatio referri poſſit aliis motivis, in Scripturis pro Carolo Franciſco latiùs enunciatis, in quibus pariter claré probatur Sacra- 60 mentorum frequentatio, etiam tempore concubinatus, vel iſtud argumentum non remanet in facto probatum, vel in Jure ex hac uniformitate frequentationis, tàm tempore concubinatus, quam poſtea, nullius remanet efficaciæ, ut de ſe patet; Atque recurrit eadem reſponſio, quod potuerunt Confeſſarii permittere Epiphaniæ Sacramentorum frequentationem titulo dicti matrimonii, coram ſolo Parocho contracti, fidem præbendo eidem mulieri circà illius validum contractum, & non perſcrutando modum, & circumſtantias illud contrahendi, cum in his terminis nequeant Confeſſarii prætextu invaliditatis matrimoniorum 61 Sacramenta contrahentibus denegare, ut reſolvit *Sac. Congregat. Concilii in Dub. matrimonii* 21. *Junii* 1698. *ad* 3. *dub. ut in Lib.* 48. *Decr. fol.* 298.

Aliæ circumſtantiæ temporis, modi, & deſiderium, ne conſanguineis matrimonii contractus innoteſceret, operantur quidem aliquale Judicis arbitrium, ſed iſtud non poteſt Concilii Tridentini probationem effugere, & quando de hujuſmodi probatione perfectè non conſtat, in nulla habentur conſideratione ſimiles circumſtantiæ, ut in 62 durioribus terminis alterius matrimonii inter Amaſios urgente grviſſima neceſſitate, & optima fide celebrati, obſervat *Pellicion. illuſtr. quæſtionum quæſt.* 30. *cap.* 2. *verſ. Secunda*, & eſt *magiſtralis deciſion* 303. *coram Dunozet. ſen.*, quam meritò laudat *doctiſſimus de Rubeis in addition. ad deciſ.* 431. *numer.* 35., *& ſequentibus part.* 4. *tom.* 2. *recentior.* Ad hujuſmodi tamen propoſitum notabiliter advertit *Navarr. conſil.* 11. *in fine de Clandeſtina deſponſatione* 63 quod, experientia teſte, ut plurimum matrimonia illa, quæ cum magno ſecreto contrahuntur, fiunt aliis matrimoniis ſervatis ſervandis contractis notoria, ob nimium frequentes lites circa probationem, & validitatem eorundem matrimoniorum, clam contractorum.

Regula de uniendis probationibus imperfectis habet locum, quando diſputatur de matrimonio ad effectum ſucceſſionis, vel alimentorum, juxtà terminos authoritatum, allegatarum pro Epiphania, & innumeras alias, quas re- 64 fert, & ſequitur *Rot. in Cajetana Matrimonii* 28. *Junii* 1683. *§. Pro cujus coram Cardinal. Matthæjo &* 20. *Junii* 1687. *§. Concurrentibus coram Rundin. &* 12. *Junii* 1690. *§. Quod ſi coram Cardinal. Caprara*; Secus verò quando agi- 65 tur de illius fœdere, & probatio in ſubſtantiali teſtium concurſu claudicat, ut in ſpecie obſervant *Camerar. in conſ. Matrimon.* impreſſo poſt illa *Zabarell. numer.* 41. *&* 42. *& Pariſ. conſil.* 15. *numer.* 37. *&* 38. *libr.* 2. *Vuames conſil.* 532. *numer.* 3. *Cardinal. de Luca de Matrimon. diſcurſ.* 16. *numer.* 7. *&* 8, *Add. ad Pamphil. deciſ.* 139. *numer.* 13 & pluries firmavit *Rot.* ut videre eſt *in deciſ.* 761. *numer.* 2. *coram Cerr. & deciſ.* 411. *numer.* 1. *coram Royas*, *& deciſ* 634 *eodem numer. coram Burat.*, ubi ampliatur concluſio, quando, ut in noſtris terminis, matrimonium ab uno ex conjugibus denegatur fuiſſe contractum, & *deciſ.* 87. *numer.* 4. *&* 5. *& dec.* 248 *numer.* 5. *& deciſ.* 317 *numer.* 13. *part.* 12. *recent. & in Theatina Matrimonii* 25. *Junii* 1696. *§.* 1. *coram Pio.* Cumque probationes omnes in noſtro caſu *ex ſupra animadverſis*, 66 ſint in ſuo genere imperfectæ, adhuc ſi jungantur, nullatenus perfectam probationem valent conſtituere, ut firmavit *Rot. in deciſion* 136. *numer.* 14. *coram Carill.*, *& deciſ* 100. *numer.* 8. *part.* 19. *recentior.*, *& in Avenionen. Succeſſionis* 5. *Junii* 1676. *§. Minus coram Bourlem.* ubi, quod in his 67 terminis non habet locum regula *ſingula, quæ non proſunt &c. & in Meliten. prætenſorum Sponſalium* 4. *Maii* 1682. *§ Reliqui coram Paulutio*, *& deciſion.* 596. *num.* 7. *coram Emerix junior.*

Demum alia regula, quod in dubio pro Matrimonio pronunciandum ſit, ultrà alias limitationes, quas patitur, ad noſtrum effectum applicatur illa, ut non procedat, quando dubietas verſatur circa probationem, ſeù exiſtentiam matrimonii, quia illius favorabilitas non eſt modus ſupplendi 68 in facto probationes, ut egregiè obſervant in noſtris terminis *Zaſ. conſil* 3. *numer.* 72. *Dec conſil.* 133. *in fin. Alex conſ.* 152. *numer.* 1. *lib.* 5. *Camerar. poſt Conſil. Zabarell. numer.* 43. *ante finem*, *& inter conſil. Matrim. diver. Angel. de Caſtr. à conſil.* 34. *numer.* 4. *&* 5. *Biex. de Nevo conſil.* 35. *numer.* 30. *Jacob. Leoniſſ. conſil* 49. *numer.* 1. *Gavat. conſ.* 81. *numer.* 27. *& Malvatic. conſ.* 84. *numer.* 1. *& ſeqq. Ficard. inter conſ. Matrimon. diverſ. German. conſ.* 38 *num.* 19. *Pariſ. conſ.* 53. *num.* 32. *lib.* 4. ibi. *Nec obſtat Capit. fin. de Re Judicat. Nam non non ſumus in dubio, ſed in caſu apertiſſimo, & claro, in quo probationes adductæ per Marinam ſunt inſufficientes, & inconcludentes, & judicandum eſſe ſuper caſu claro, & vero, cum* 69 *requirantur probationes apertiſſimæ &c. conſ.* 69 *num.* 32. *eodem lib. Oliver. de Matrim. nullit. par.* 3. *fol. mihi* 77. *& Maſcard. de Probat. concl.* 1025 *num.* 4.

Quæ limitatio certiùs eò admittenda videtur, quo agitur de contractu, continente perpetuam ſervitutem, juxtà doctrinam *Divi Thomæ in ſupplement.* 3. *quæſtion.* 47. *artic.* 6. *in corpor.* ſequutam à *Nevizzan. in Sylv nupt. folio* 25. *numer.* 5. Proindèque in dubio facti, ſeù probationis pro ex- 70 cluſione talis obligationis reſpondendum videtur, ex generaliter firmatis per *Rot. in Firmana Immiſſionis* 25. *Junii* 1696. *§. Non obſtante coram Cardinal. Caprara*, Et in noſtris terminis *Add. ad Dec. conſil.* 163 *lit A. Pantzſchaman. quæſtion. pract. part.* 1. *quæſtion.* 9. *numer.* 44. *Sperell. deciſ.* 138. *numer.* 11. *verſ. Confirmatur*, *& Rot. deciſ.* 207. *num.* 71 1. *part.* 1. *recentior.*, *& coram Royas deciſ.* 411. *num.* 1. Præcipuè quia cum ex prædictis, & infrà ponderandis, conſtet, matrimonium, de quo agitur, non fuiſſe legitimè contractum, non minor eſt favor illud diſſolvere, quàm convalidare matrimonia, legitimè contracta, juxtà theoricam *Abbat. in capit. Series ſub numer.* 5. *de Teſtib.* quam ſequuntur *Felin in Capit. Lator ſub numer.* 3 *de Senten. & re judic. Koppen. obſer.* 35. *numer.* 4. *lib.* 1. *& Rot. deciſ.* 16. *numer.* 6. *coram Pamph.*

Ex quibus admiſſo, quod ex probationibus Epiphaniæ, vel concludenter non probetur inter ipſam, & Carolum Franciſcum contractum fuiſſe matrimonium, vel quod eidem matrimonio non interfuerint duo ſaltem teſtes, ex quo ferè omnia adminicula, præſumptiones, & conjecturæ, ſuprà expenſæ, reſpiciant nudum factum contracti matrimonii, non autem concludunt intereſſen- 72 tiam dictorum teſtium, applicatur regula, quod Actore nòn probante abſolvendus ſit Reus, quam in noſtris punctualibus terminis expendunt *Zaſ. conſil.* 3. *numer.* 24. *Camerar. in fin. conſil. Matrimon.* impreſſi poſt *conſil. Zabarell.* in ſpecie ſcribens pro abſolvendo alio Viro nobili à vinculo matrimonii cum plebeja Muliere, ibi: *Ab hoc laqueo &c. hunc honeſtum nobilem liberemus, ipſa verò Bar-* 73 *bara alium coæqualem virum ducat*, *Ferret. conſil.* 196. *ſub numer.* 20. *Alex. conſil.* 150. *numer.* 1. *libr.* 5. *Eſtius in* 4. *Sentent. diſtint.* 27. *in fin. & Rot. in Agrigentina prætenſæ illegitimitatis* 15. *Decembris* 1589. *§. Quibus coram Orano*, *& in Faventina Matrimonii* 5. *Julii* 1660. *§. Nec obſtitit cor. Cardin. Taya.*

Quæ regula procedit, etiamſi in foro conſcientiæ uterque conjux verè conſenſiſſet, quia non conſtito de intereſſentia ſaltem duorum teſtium, & deficiente probatione, à Concilio præſcripta, Eccleſia non judicat pro matrimonio, niſi illud concludenter probetur, *Cardinal. Bellarmin. libr.* 2. *Controver. titul. de Matrimon. controv.* 2. *capit.* 74 8. *folio* 275. *verſ. Sed hæc*, *Gonzal. in capit. Cum inhibitio ſub numer.* 10. *de Clandeſtina deſponſatione Claud. Eſpenæus de Clandeſtin. matrimon. capit.* 13. *in fin.*, ubi, quod hujuſmodi matrimonia non magis coram Deo, quàm coram Eccleſia irrita ſunt, *Eſcobar de Utroq. For. articul.* 2. *num.* 25. *Cened. pract. & canon. quæſtion. libr.* 1. *quæſtion.* 30. *numer.* 3. *Vaſquez in* 3. *part. diſputat.* 163. *capit.* 1. *ſub num.* 1. *Del Bene Oper. moral. tractat.* 3. *ſection.* 6. *numer.* 1. *Veg. in Summ. capit.* 25. *de Matrimon. caſ.* 25 *in fine Caniſ. in capit. ultimo de Clandeſtina deſponſatione numer.* 1. *Peſſant. in Theolog in add. ad* 3. *part. D. Thom. quæſt.* 15. *diſput.* 1. *numer.* 4. *folio* 1009. *Pont. de Matrimon. lib.* 5. *cap.* 1. *per tot. Magd. de num. Teſt. in Teſtament. requiſit. part.* 3. *capit.* 3. *numer.* 201. ubi, quod quoad vinculum matrimonii nullum eſt diſcrimen inter forum fori, & forum poli *Boſſ. de Contract. matrimon.* capi-

capitol. 3. *numer.* 233. ubi, quod illud matrimonium, quod nullum est in foro exteriori, tale etiam est in foro conscientiæ *Passerin de Election. capit.* 30. *sub numer.* 30. ubi, quod 76 matrimonium clandestinum, tam coram Deo, quam coram hominibus nullum est, & *Gavard. in Theolog. exantiqu. tom.* 6. *quæstion* 2. *de Matrimon. articul.* 8. *de Consil. clandestin. numer.* 6. Post Concilium enim ad illius validitatem necessariò concurrere debet clara, & perfecta probatio, non quidem per præsumptiones, & conjecturas, sed ex dicto Parochi, & duorum saltem testium, juxtà literam Concilii & observant *Gargiar. consil.* 29. *numer.* 4. *Valdaur. observat.* 23. *numer.* 94. *& sequentibus*, ubi, quodquid ante Concilium 77 practicaretur, post ejusdem Concilii sanctionem confessiones conjugum, adminicula, & præsumptiones ad probanda matrimonia nullatenùs attenduntur, *Sabell. tom.* 3. *verb. Matrimonium* §. 10. *numer.* 2. *& Rot. coram Cerr. decis.* 761. *numer.* 2.

78 Transeundo ad secundam Inspectionem clandestinitatis præmittendum est in facto, ex parte Defensorum Epiphaniæ prætendi, quod die 16. Januarii 1691 hora quarta seù sesta noctis in Oratorio Santissimi Sacramenti accesserunt Carolus Franciscus, & Epiphania, hæc mutatis vestibus, & nomine, assumpto illo Bertæ, ille verò, licet nobilis, cum habitu plebejo, absque cæsarie, seù adscititio capillitio, atque sub ficto nomine Titii, In quo Oratorio ante Altare Santissimi Crucifixi reperri fuerunt una cum Parocho, Bossana, & Marazzanus testes, qui per Orbem vagantes, data opera adhibiti fuerunt ab eodem Parocho, ne scilicet, sive ex antecedenti cognitione, sive ex propriorum nominum notitia, sive demum ex concinnitate, & qualitate vestium, etiam in remotissimam venirent contrahentium cognitionem; In istis circumstantiis asserunt, Parochum petiisse à Tirio, an vellet Bertam in suam uxorem, qui respondit affirmativè, & explorata deindè voluntate Bertæ, ab eaque affirmativo pariter accepto responso, quod vellet Titium in suum virum, illos matrimonio junxit, juxtà solitam formulam.

79 Quæritur igitur, an iste modus contrahendi dicatur clandestinus, itaut matrimonium, taliter contractum, & alia in futurum eodem modo contrahenda, invalida sint, seù potiùs contractum dicatur juxtà formam, à Concilio Tridentino præscriptam *in sess.* 24. *de Reform. matr. cap.* 1.

80 Pro illorum validitate nimiùm urgere videtur, quod hujusmodi Tridentini lex, uti correctoria Juris communis, ità interpretanda est, ut quominùs fieri possit illud corrigat, ut ad nostrum effectum observant *Tamburin. Oper. moral. libr.* 8 *de Matrimon. tractat.* 6. *capit.* 2. §. 6. *numer.* 3. *Perez de Matrimon. disputat.* 40. *fection* 9. *num.* 6 *Villalobos in Summ. Theolog. moral. tom.* 1. *tractat.* 13. *de Matrimon. difficult.* 23. *sub numer.* 2. *Sannazzar. de Sponf. & Matrimon. capit.* 3. *artic.* 11. *numer.* 100 *Ignat. Lopez. de Salsed. in Pract. crim. canon. cap.* 73. *de Clandestin. nupt. fol* 291. *vers. Undecimo decisio Concilii Amic. in Curs. Theolog. tom.* 9. *disput.* 7. *de Matrim sect* 11. *numer* 104. *Pacion. Jord. var. lucubrat. tom.* 1. *lib.* 3. *titul.* 7. *de Matrimon. numer.* 104. *Card de Luc. de Matrim. disc.* 16. *sub num.* 20 *de Just. de Dispens. matrim. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 97. & firmavit *Rot. in dec.* 845. *num.* 5. *&* 6 *coram Cer. & in Romana Matrimonii* 4. *Febr.* 1697. § *Et multò minus coram Ursino.*

Nec curandum sit de testium qualitate dummodò numerus à Concilio requisitus concurrat; Communiter enim in nostris terminis receptum est, quod quicumque testes etiam inhabiles, & qui in aliis contractibus non admitterentur, matrimoniis validè assistere possint, ratione su-81 prà assignata, quia scilicet agitur de lege correctoria, quæ cum nullam requirat in testibus qualitatem, hæc nullatenùs est per interpretationes addenda, *Sanchez de Matrimon. libr.* 3. *disputat.* 41. *numer.* 5. *vers. Et confirmatur*, ubi, quod hujusmodi Tridentini decretum intelligendum est, ut loquatur de omnibus testibus, *& vers. Tandem*, ubi, quod sicut in aliis Sacramentis instituit Dominus materias, de facili reperibiles, ità Tridentinum intellexit testes admittere cujuscumque conditionis, ut facilior pate-82 ret via, matrimonia contrahendi, *Caspens. in Curs. Theolog. tom.* 2. *tractat.* 26 *de Matrimon. sect.* 6. *numer.* 28. *Franc. Bonæ spei in Theolog. Scholast. tom.* 5. *disputat.* 5 *de Matrim. resolut.* 3 *numer.* 203. *Galett. in Margar. Cas. Consc. verb. Matrimonium folio* 164. *Dian. Oper. moral. part.* 11. *tract.* 3. *resolut.* 33. *vers. Sed communis*, *Coleg Salmatic. in Curs. Theolog. tom.* 2 *tractat.* 9 *de Matrimon. cap.* 8. *punct.* 5. *numer.* 59. *Grof. in Theolog. moral. de Matrimon. tom.* 4. *articul.* 4. *numer.* 17. *Elig. Bassæus in Florib. Theolog practic. tom.* 1. *verb. Matrimonium* 5 *sub fol.* 569. *numer.* 12. *Avers. de Sacrament. Matrimon. quæstion.* 6. *section.* 5. *vers. Communis folio* 353. ubi, quod in hac re Concilium nullam qualitatem requisivit in testibus, neque oportet, aut expedit addere aliquid ultra id, quod expressum est in Concilio. *Henriquez. in Sum. Theologiæ moralis lib.* 11 *de Matrimon. capit.* 3. *sub numer.* 9. ubi, quod Concilium intendit, ut facilè reperiantur necessaria huic Sacramento, ne alioquin emergant passim novæ difficultates. *Anton. Fernandez in Exam. Theolog. moral. part.* 3. *capit.* 18. §. 1. *numer.* 14. ubi quod Tridentinum nullos excipit testes, quodque quamvis secundùm Jus Canonicum, & Cæsareum, multæ tradantur testium exceptiones, ad hoc Sacramentum omnes videntur admittendi in testes. *Gabriel. à Sanct. Vincent. de Matrimon. disputat.* 3. *quæstion.* 8. *numer.* 78. ubi, quod nullo jure contrarium cavetur, & sumus in materia matrimonii favorabili, cui omnia jura favent. *Du Hamel. in Theolog. speculat. & practic. libr.* 7. *de Matrimon. diss.* 2. *capit.* 3. *num.* 6. *vers. Quo autem*, ubi, quod dummodò sint doli capaces, non quæritur, an sint probi, vel improbi. *Tancred. eodem tractat. libr.* 3. *disputat.* 41. *numer* 2. *de Just. de Dispensation. matrimon. libr.* 2. *capit.* 19. *numer.* 97. ubi assignat illam rationem, quod cum Concilium Tridentinum corrigat in hac parte Jus antiquum, non debet extendi, & ampliari, *Bonacin. de Nat matrimon. quæstion.* 2. *punct.* 8. *proposit.* 2 *numer* 43. *Gobat. in Theolog. experim. tractat.* 9. *cas.* 18. *numer.* 502. ubi, quod à Concilio non præscribitur ulla qualitas testium, quodque nullum genus hominum à testimonio ferendo repellitur. *Cardin. de Laur. in* 4. *Sentent tom.* 3. *disputat.* 22. *artic.* 11. *numer.* 288. ubi, quod Concilium nullam qualitatem exigit in testibus, 83 & ubi Jus non distinguit, neque Nos distinguere debemus, *& numer.* 299. ubi quod qualitates personarum non adjecerit, quia nihil aliud requisivit, nisi personam. *Molphes. in Summ. titul. de Sacrament. capit.* 9. *numer.* 34. *Gallem. ad Concil. sess.* 24. *de Reform. matrimon. capit.* 1. *lit. EEE. folio* 457. *Zoes. in Libr.* 4. *Decretorum titul de Clandestin. desponsation. numer.* 18. ubi, quod de qualitate testium non debemus esse 84 solliciti, quia Concilium Tridentinum duos, vel tres tantum testes requirit, nulla qualitatis facta mentione. *Rent. in Encyclop. univers. Theolog. numer.* 10. *tom.* 2. *libr.* 1. *de Sacrament. tractat.* 8. *de Matrimon. capit.* 3. *sect.* 4. *quæres* 12. *in fine*, ubi, quod Tridentinum non determinat, quales debeant esse testes, proindeque omnes sufficiunt. *Villalobos in Summ. Theolog. moral. tom.* 1. *tractat.* 13. *de Matrimon. difficultat.* 23. *sub numer.* 2. *Segur. in Director. Judic. Eccles. part.* 2. *cap.* 15. *numer.* 60. *Biss in Hierurg verb. Testes numer.* 40. §. 2. *Filliuc. Oper moral. tom.* 1. *tractat.* 10. *de Sacrament. Matrimon. quæstion.* . *capit.* 6. *numer* 330. *Barbos. de Potestat. Episcop. allegat.* 32 *numer.* 138. *Natal ab Alex. in Theol. dogm. & moral. lib.* 2. *de Sacrament. Matrimon. regul.* 18. ubi, quod matrimoniales testes non sunt ad severam humanarum 85 legum normam exigendi, sed sufficiunt quicumque rationis compotes. *Trullench. de Sacrament. lib.* 7. *capit.* 6. *dub.* 6. *numer.* 2. ubi, quod cum Tridentinum nullos excipiat testes, nulla est ratio, cur Nos illos excipiamus. *Reginald. in Prax. lib.* 31. *capit.* 23. *de Impedim. defect. Test numer.* 183. *& Anton à Spiritu Sancto in Direct. confess. tom.* 2. *de Matrim. tractat.* 11. *sect.* 10. *numer.* 175. *& Hurtad. de Matrimon. disput.* 5. *diff.* 14. *num* 47.

Non urgentibus in contrarium nominum mutationibus, quia cum id factum fuerit ex legitima causa, à Parocho, & Eminentissimo Episcopo approbata, matrimonium nullatenus infringere valuerunt; Non enim desunt alii casus matrimoniorum, sub fictis nominibus contractorum, de quorum validitate nullatenus fuit dubitatum, ut est *Text in cap. Tua* 86 *Nos* 16 *de Sponsal.* ubi *Abbas. numer.* 2. *&* 3. *& Gonzal num* 2. *& sequentibus*. Et quando constat de identitate personarum, quod nominum mutatio non obstet validitati matrimoniorum, observant *Sanchez de Matrimon. lib.* 5. *disputat* 18. *numer.* 37. *Pasqualig. Quæstion. moral. cent.* 4. *quæst.* 346. *Pignatel. consult* 78. *numer* 6. *tom* 5. *Cardin. de Luc. de Matrimon. discurs.* 3. *numer.* 7 *& ad Concil. disc.* 26 *num.* 23. *in fi-* 87 *ne*. Et in terminis alterius matrimonii, contracti à Petro Paulo de Ximenez sub ficto cognomine de Sinibaldis, firmavit *Rot. in Romana Matrimonii* 16. *Januarii* 1684 *per tot. coram Ursino*, ubi §. *Et cessat*, quod in istis casibus personæ identitas probatur ex unico teste, junctis adminiculis; Et in terminis matrimonii, contracti mutato nomine, & cognomine contrahentis, est punctualiter resolutio *Sacræ Congre-*

gationis Concilii in Parisien. 18. *Septembris* 1660. *ut in Libr.* 22. *Decretorum folio* 280. Et in terminis matrimonii, con-
88 tracti cum quodam Marco Antonio Mariano Mancino ex Oppido Buonconventi, in quo tamen Loco ex Relatione Ordinarii nunquam adfuit talis homo, resolvit pariter *Sacra Congregatio Concilii in Massanen. nullitats Matrimonii* 16. *Maii*, & 19. *Decembris* 1682. *ut in Libr.* 32. *Decret. fol.* 272. & 522.

Minùsque in aliqua consideratione habenda videtur habituum mutatio: Eo enim ipso, quod ex aliis circumstantiis
89 constat de personæ identitate, talis habituum mutatio non relevat, ut in specie observat *Cardin. de Luca de Matrimon. disc.* 3. *sub num.* 21. ubi de viro nobili, contrahente matrimonium cum habitu plebejo.

Dum igitur in nostro matrimonio adfuerunt duo testes, & Parochus, nihil ad illius validitatem desiderari vide-
90 tur, etiam in terminis *Concilii Tridentini*, ex animadversis per *Avers. de Matrimon. quæstion.* 6. *section.* 5. *in princip. folio* 346. ubi, quod Concilium nihil aliud requirit, quàm præsentiam Parochi, & testium, quæ solo corporali interventu præstari videtur, & *Rot. in Neapolitana Matrimonii* 2. *Aprilis* 1683. *in princip. coram Guaxard.* & *in Theatina Matrimonii* 25. *Junii* 1696. *pariter in princip. coram Pio*. Licet nomina contrahentium longè post matrimonium specificata fuerint ab eodem Parocho: In hoc enim omnem illi adhibendam esse fidem in individualibus terminis firmavit *Rot. in decision.* 845. *numer* 4. *coram Cerr.* quam sequitur *in Leodien Matrimonii* 29. *Aprilis* 1699. §. *Nec relevat in fine coram Eminentissimo Priolo*. Et multum ponderis Parochi attestationi addunt ultima Epistola Eminentissimi Episcopi, & declaratio Patris Bellusii, quibus etiam ante contractum matrimonium nota erant nomina nostrorum
91 contrahentium, ut in terminis benè observat *Rot. in Cajetana Matrimonii* 20. *Junii* 1687. §. *Concurrentibus coram Rondin*, ibi *Besultan. ex licentia originali Episcopi Cajetani &c. concessa Pecorino, ut posset matrimonio jungere duas personas qualificatas, oretenùs expressas, quas posteà idem Episcopus declaravit in scriptis fuisse Camillum, & Theresiam &c.* & in *Plocen seu Luceronien Matrimonii* 13. *Martii* 1690. §. *Minùs cor. Card. Caprara*.

Non attento, quod iidem testes nullam habebant contrahentium cognitionem, quia ista nullatenùs necessaria est ad matrimonii validitatem, ut præter authoritates,
92 suprà allegatas, in terminis fere individualibus *Raynaud. in Heterocl. Spir.*, & *Anom. piet. Terrestr. tom.* 16. *section.* 1. *punct.* 14. *de Matrimon. Sacr. numer.* 30. ibi: *Sunt nonnulli, qui clam per Internuncium, qui plerùmque, ut res lateat, est mollis Confessarius, vel Religiosus quispiam, obtenta ab Episcopo ex solutione à proclamantibus, & delegatione cujusvis Sacerdotis ad contrahendum exopata, advocant externum Sacerdotem, cui contrahentes, ac testes sint planè incogniti, & testes quoque inter se vicissim, & cum contrahentibus, & Parocho æquè ignoto, accersiri curant locum alienum, coram quibus in tot latebris de nocte contrahunt, indè digressi potiuntur optatis amoribus cum scandalo, & obmurmuratione multorum, qui eos contraxisse matrimonium prorsùs ignorant, hærentque in ea agendi ratione per annos aliquot, donec exsaturata libidine, vel suborto fastidio, aut excitata, ut facile fit, offensione, concubinus verè maritus, sed publicè incognitus, abiicit conjugem publicè ignotam, nec nisi pro libidinis victima habitam, liberis in notborum seriem abeuntibus, ipse denuò jungitur in facie Ecclesiæ conjugio cum alia altioris conditionis, & paris cum viro dignitatis*. Ubi licet improbet istum contrahendi modum, quo mediante horrendo sacrilegio contaminatur matrimonii sanctitas, nullatenus tamen in controversiam deducit validitatem matrimonii, taliter
93 contracti; Et in terminis matrimonii, contracti coram testibus, mulieri incognitis, est punctualis resolutio *Sacræ Congregationis Concil. in Bisuntina* 10. *Junii* 1621. *in Libr.* 12. *Decretorum folio* 72. Et in terminis matrimonii,
94 contracti coram Parocho, cui mulier nota non erat, resolvit pariter *Sacr. Congregat. Concil in Venetiarum, seu Vicentina Matrimon.* 11. *Martii* 1673. *in Libr.* 28. *Decret folio* 41.

Istis tamen non obstantibus, nimium dubito de validitate controversi matrimonii, & omnibus illius circumstantiis attentè ponderatis, censeo, illud ex studiosa in-
95 tentione, & firmo proposito Parochi, & contrahentium nullatenùs exiisse à finibus clandestinitatis, imò intra illos taliter contineri, quod in toto clandestinitatis genere non reperiatur forsan alius modus contrahendi, magis oppositus Conciliari dispositioni.

Ad hoc probandum præmitto, quod unicus, & principalissimus finis Tridentini Concilii in præscribenda præsentia Parochi, & duorum testium in matrimoniorum celebratione, & quidem sub nullitatis pœna, ille fuit, ut 96 evitarentur Polygamiæ, ad hoc scilicet, ut tentantibus uxoratis novum inire conjugium, possent Parochus, & testes, qui priori matrimonio interfuere, Ecclesiam reddere certam de primo contractu, & sic impedire celebrationem secundi, juxtà communem Canonistarum, & 97 Theologorum opinionem, de qua *Card. Bellar. ad Concil. session.* 24. *de Reformat. matrimon. capit.* 1. *in addit. num.* 20. *in fine vers. Præsentia folio* 343. *Navarr. consil.* 11. *de Clandestina despo sation e in medio*, & *consil.* 13. *numer.* 5. *Matth. Renzi in Enclyclop. univers. Theolog. titul. de Matrimon. capit. de præsent. Parochi articul* 2. *Thom. Caves in Summ. Sacram. de matrimon. titul. de Clandestin. folio* 314. *Avers. de Sacrament. Matrimon. quæstion.* 6. *section.* 5. *folio* 346. *vers Satis tamen*, & *vers Et ex his Reginald. in Prax. pœnitent. lib.* 31 *capit.* 23. *numer.* 182. *Collegium Salmatic. in Casibus Theolog. moral. tom.* 2. *tractat.* 9. *de Matrimon. capit.* 8. *punct.* 5. *num.* 62. *Adam Tanner. Theolog. scholast. tom.* 4. *disputat.* 8. *de Matrimon. quæstion.* 3. *dub.* 6. *numer.* 119. ibi: *Per faciem Ecclesiæ &c. præsentiam Parochi, & testium duorum, vel trium, qui juxta formam dicti Concilii præscriptam Ecclesiam quasi referant, & coram ea de contractu matrimonii testari possint Ciarlin. controver.* 131. *numer.* 63. *Uffell. in consultat. connub. folio* 46 *in princip. Gabr. à Sanct. Vicent. de Matrimon. disp.* 3. *quæstion.* 12. *numer.* 123. *in Summ. moral. Verb. matrimonium numer* 9. *Ugolin. de Offic. & potest. Episcop. part.* 1. *cap.* 15. §. 10. *sub numer.* 3. & *numer.* 8. *Marc. Anton. Berarduc. in Summ. Coron. Confess. sub titul. de Matrimon. num.* 19. *Du Hamel in Theol. specul. & pract. lib.* 7. *de matrimon. differ.* 2. *capit.* 3. *numer.* 4. *Vers Quæ rationes Mastr. in* 4. *Sent. disputat.* 7. *de Matrimon.* §. 8. *artic.* 1. *numer.* 235. & *sequentibus* & *in Theolog. moral. disp.* 20 *de Matrim. quæst.* 2. *artic* 3. *num* 45. *Petr. Cornejo in Theol. scholast. tom.* 2. *dub.* 7. *numer.* 4. *fol.* 875 *Lel. Petus in epitom. Sacr. de matrim. folio* 54. *Vers. Ideo Angles in Floribus Theolog. titul. de impedim. consang. folio* 353. *Manchett. in Floribus aut matrim. fol.* 52. *vers. Clandestinum* ibi *non potest probari contractus, qui in occulto est factus*. *Dionys. Cistercien. in* 4. *Sent. disput.* 26 *quæst.* 1. *artic.* 2. *folio* 15. *Bisс. in Hierurg verb. Parochus* §. 7. *Amic. in Curs. Theolog. tom.* 9. *disputat.* 7. *de Matrimon. sect.* 11 *numer.* 92. & *sequentibus* & *numer.* 100. *Valent. in* 3. *par. D. Thom. disput.* 10. *de Matrim. quæst.* 3. *punct.* 5. *vers. Assertio tertia Jodoc. Lorich. in Lexicon. Theolog. tom.* 2 *de Sacram. Matr. num.* 4. *fol.* 1766. *Herintz. in Theol. Scholast. moral. tract.* 5. *de Sponsal.* & *matr. disput* 5. *quæst.* 2. *numer.* 22. *Add ad decis* 431 *numer.* 13. & 14. *part.* 4. *tom.* 2. *recent. Corrad. in Prax. dispens. lib.* 7. *cap.* 7. *numer.* 11. & *numer.* 36 *in fin. Perez de Matrimon. disput.* 4. *section* 9. *numer.* 2. *Sanchez de Matrimon. lib.* 3. *disp.* 39. *num.* 1. *Ledesm. eodem tract in addit. ad* 3. *part. quæst.* 45. *artic.* 5. *ante finem, vers. Ad secundum folio* 208. *Pont. pariter de Matrim. lib.* 5 *cap.* 21 *sub num.* 10. ubi, quod ad effectum habendi concludentiorem probationem requisivit, non duos dumtaxat testes, sed etiam tertium, nempè Parochum *Dicastill.* 98 *eodem tract. disputat.* 19. *tract.* 10. *numer.* 159 & *seqq. Boss. de Contr. matrim. cap.* 3 §. 1. *numer* 2. *Engel. in Jus Canon. libr.* 6. *part.* 9 *titul.* 21. *de Secund. nupt ad* 2. *quæstion. fol.* 469 *Jo: Maldonat. in Summa Casconscient. quæst.* 13. *artic.* 2 *in fine Mozzius de Matrimon. tit. de Substantialibus matrim sub num.* 16. *Christin decision. Belgic.* 233. *numer.* 5. *tom.* 1. *Themudd. decision. Lusit.* 4. *numer.* 3. *Mendez. in Stater. opinion. benign. discurs.* 12. *de Sacrament. quæstion* 3 *numer.* 34 *Cabbassut. in Prax Jur. Canon. libr.* 3. *capit.* 26. *numer.* 12. *Sannazzar. de Sponsal.* & *matrimon capit.* 3. *articul* 4. *numer.* 59 *Scipio Henric. in censur Theolog. histor. ad Petr. Joan. Polan. de Concil. Trident. sess.* 5. *artic.* 23 *folio* 287. ibi: *Clandestina matrimonia fuisse probibita ob temporum calamitatem, altasque circumstantias, quæ non erant antiquitùs, verba autem Parochi esset tantum conclusiva, sive terminativa contractus matrimonialis*. *Hervet in orat. ad Conc. de Clandest. matrim. impressa post Conf. matrim. divers folio* 4. ibi. *Cum enim ideo probibeantur matrimonia clandest. quod cum ea non adhibitis testib. contrabeantur, si alterutra pars velit à pacto convento resilire, alteri deerunt probationes Wiggers de Sacrament. matrimon. quæst.* 50 *cap.* 5. *dub.* 14. *num.* 35 *Est. in* 4. *Senten dist.* 28. §. 6. *folio* 99. *Dian. Oper. moral. tom.* 10. *tractat.* 13 *resolut.* 20. *Hurtad. de Matrim. diput* 5. *diff.* 14. *num.* 46. *Georg. Schusci-*

Schuselckbart. Dillingan. de Sac. matrimon. thesaur. 11. *sub numer.* 4. *vers. Multumque in pleno Orbis Senatu*, *Caram. in Theolog. fundam. lib.* 1. *fundam.* 36. *numer.* 869. *post medium* ubi, quod noluerunt Patres in Concilio Tridentino congregati contrahentes matrimonia onerare ceremoniis, sed obviam ire inconvenientibus, quæ ex clandestinis conjugiis oriri solebant *Filiucc Oper. Moral. tom.* 1. *tractat.* 10. *de Matrimon capit.* 1. *numer.* 23 *Cabassut. in Summ. Jur. Can. libr.* 3. *capit.* 25. *numer.* 12. *Cardin. de Laur. in* 4. *Sentent. tom.* 3. *disputat.* 22. *de Matrimon. articl.* 10. *numer.* 242. *& num.* 268. *Paciov. Jord. var. lucubrat. tom.* 1. *de Matrimon. lib.* 3. *titul.* 7. *numer.* 95. *Panimoll. decis.* 19. *adnotat.* 1. *numer.* 30. *Villalob. in Summ. Theol. moral. tom.* 1. *tract.* 13. *de matrim. diffic.* 22. *numer* 2 *Bauc. select. Cas. Conscient. quæst.* 209. *vers. Respondetur tertio folio mihi* 177. *Bontemp. in Fasc. flor. moral. tractat.* 10. *de Sacram. matrim. tit.* 20. *sub num.* 204. *vers. Ratio, & finis Eccles. folio mihi* 552. *Cardin. Pallav. in hist. Conc. lib.* 22. *capit.* 8 *per tot. & signanter numer.* 7. *&* 6. *Verd. in expositione select. Theolog. fundament. Caram. numer.* 364. *& Gavard. in Theolog. ex antiquat. tom.* 6. *quæst.* 2. *de matrimon. articol.* 8. *de Conf. clandest. numer.* 16. *& Rota coram Cer. decis.* 845. *numer.* 7. *& in part.* 7. *recentior. decis.* 124. *num.* 17. *& in part.* 11. *dec.* 375. *num.* 9. *& in Colonien. Jurisdictionis* 17. *Aprilis* 1679. *§. Habuit coram Albergat. & in Neapol. matr.* 1681. *§. Nec refert coram eodem.*

98

Videamus igitur, an iste finis habeatur ex modo, quo contractum fuit nostrum matrimonium: Admittunt Defensores utriusque Collitigantis, Josephum Bossana, & Joannem Antonium Marazzanum testes, nunquam cognovisse contrahentes, imò nec illos vidisse. Ultrò concedunt, istos accessisse ad contrahendum sub fictis generalibus nominibus Titii, & Bertæ, necnon concinnitate habituum in plebejam utilitatem commutata.

99

Quomodò igitur poterit unquam probari ab istis testibus, quod Carolus Franciscus matrimonium contraxerit cum Epiphania? Ipsi enim ad summum deponere possunt, se interfuisse matrimonio vulgarium hominum nominibus Titii, & Bertæ, quod autem iste Titius fuerit Carolus Franciscus, & Berta Epiphania impossibile est, quod ab ipsis nedùm probari; seù divinari possit, attento quod ipsi viderunt contrahere plebejos, inter quos nunquam reputatus fuit Carolus Franciscus. Eo autem ipso, quod testes non habent talem antecedentem, vel concomitantem cognitione contrahentiùm, quod de matrimonio testari possint, illud coram ipsis validè nullatenùs contrahi potest, ut observant *Gratian. disceptat.* 839. *numer.* 15. *de Just. de Disp. matrimon. libr.* 3. *capit.* 16. *numer.* 104. *Tamburin oper. moral. libr.* 8 *de matrimon tractat.* 6. *capit.* 2. *§.* 3. *numer.* 6. ibi: *Hinc secundò si Sponsus, vel Sponsa velo faciem coopertus, saltem ex voce non cognoscatur certò à Parocho, & testibus, invalidum matrimonium contrahetur, quia tunc iidem non possunt de matrimonio testificari Sannazar. de Matrimon. cap.* 3. *articul.* 4. *numer.* 38. *Gabriel. à Sancto Vincen. de Matrimon. disputat.* 3. *quæst.* 8. *numer.* 80. ubi, quod testis nesciens quid fit, perindè est ac si matrimonio non esset præsens *& numer.* 77. ubi, quod Tridentinum talem, assistentiam requirit, quæ sufficiat ad testificandum de matrimonio *Gratian. consil.* 75. *per tot. inter consil. matrimon. div.* ubi multi subscribentes, & signanter *Achil. de Grassis* ibi *clarissimè liquere testes de personæ qualitate, loco, & aliis sibi incognitis deponere, id circo eis nullam fidem adhibendam esse nemo est, qui ignoret Ledesm. in* 3. *part. Divus Thom. de Matrimon. quæstion.* 45 *art.* 5. *vers. Major. folio* 202. *in fin. Biss. in Hierurg. verb. Parochus §.* 71. *in medem.* ubi de impedimento cognoscendi ex velo, quo unus ex Sponsis faciem cooperiat *Cocqu. in princip. Theolog. moral. & speculativ. capit.* 13. *de Matrimon. section.* 9. *in fine Paciov. Jordan. variar. lucubrat. tom.* 1. *libr.* 3. *titul.* 7. *de Matrimon. numer.* 103. *in fin.* ubi, quod naturaliter, vel accidentaliter impediri ad viden. audien., & intelligendum non sunt testes idonei, & matrimonium, ipsis præsentibus, contractum nullum est, ob carentiam formæ substantialis, à Concilio requisitæ *Gonet. in Clyp. Theolog. Thomist. tom.* 5. *de Matrimon. disput.* 4. *art.* 3. *num.* 58. *& Rot. decis.* 634. *num.* 5 *coram Buratt.*

100

101

102

103

Quod generale est in omnibus contractibus, in quibus quando testes adhibentur ad probandum actum, semper necesse est, ut contrahentes cognoscant, juxtà *Text. in leg. Scimus §. Sin autem Codic. de Jur. deliber.* quem sequuntur *Gloss in leg. Testium verb. Quanta fides ff. de Testibus* ubi *Bartol. §. Ideoque sua numer.* 3. *& in tractat. de Testibus numer.* 248. *& sequent. Bald. in capit. Causam numer.* 52. *de Testibus Farinac. eodem tractat. quæst.* 71. *numer.* 40. *Calvacan. pariter de Testibus part.* 3. *num.* 15. *Corrad. in Prax. in rubr. de non cognosc. litigant. fol. mihi* 35. *& Rot. decis.* 109. *numer.* 36. *part.* 17. *rec.*

104

Cui non refragatur, quod hoc admisso sequeretur magna difficultas in contrahendo, præsertim inter personas exteras, & non familiares, Objectioni enim punctualiter occurrunt *Bald. in rubric. de Fid. Instrument. numer.* 11. cum istis verbis. *Non est de necessitate, quod tabellio habeat notos contrahentes, & eorum nomina per præcedentem conversationem, vel notitiam, sed satis est, quod acquirat notitiam tunc eo modo, quo potest, scilicèt videndo personas paciscentes, & audiendo verba eorum, & nomina, & pronomina, quibus asserunt se vocari Abbat in Capit. cum causam numer.* 16. *in fin. de Test.* ibi: *Ego dico, quod testes debeant cognoscere Patres, inter quas conficiunt instrumentum, dico cognoscere, non priùs, sed saltem tunc, quando contractus celebratur.* Et *Felin. in eodem capit. sub numer.* 11. ibi: *In Instrumento non requiritur, quod cognoscat Partes, intelligitur hoc quoad notitiam præcedentem, sed tempore contractus, dicit se non videre, quomodo possit esse testis rogatus, nisi capiat notitiam contrahentium*, cum aliis apud *R. P. D. Ansaldo de Comm. & Mercat. disc.* 24. *num.* 11.

105

106

Vivam antem rationem hujus conclusionis adducit *Abb. in citat. Capit. Cum causam numer.* 16. *vers. Sed quoad primum de Testibus* quia scilicet ad hoc vocantur, & rogantur testes à contrahere volentibus, ut videant, audiant, & cognoscant ea, quæ coram ipsis geruntur, ad effectum perhibendi de his omnibus testimonium in casus contingentia; Si autem iidem contrahentes, ut in casu nostro fuit practicatum, coram testibus compareant ferè personati, omnemque adhibeant diligentiam, ne iidem testes veniant in remotissimam illorum cognitionem, sive ex veris nominibus, & cognominibus, sivè ex proprio, & decenti ornatu, sivè demum ex aliis circumstantiis, non video cum eisdem *Abbate, & Felino supra citats* quomodo, & cum qua proprietate sermonis possit esse, imò nuncupari testes, ut egregiè observant *Mastr. in* 4. *Sentent. disputat.* 7 *quæstion.* 8. *de Matrimon. clandestin. artic.* 1. *numer.* 230. ubi quod Concilium *ad matrimonii validitatem requisivit non tantum physicam sed etiam moralem præsentiam, itaut intelligant quid agatur, & de eo testari possint, qua ratione testes à Concilio vocantur, ut advertunt Layman. Petrus de Ledesma, Abellinus, & alii recentiores*, & idem repetit *in Theolog. moral. disp.* 20. *de Matrim. quæst* 2. *art.* 3. *num.* 41. Sed in istis terminis testes dicuntur præsentes Comediæ, seù Tragediæ, ut ad rem ponderat *Marchant. in Trib. Sacr. post tom.* 3. *cas.* 3. *de Matrim. ante finem vers. Dixi, prout fol. mihi* 35. ibi: *Certè in tali casu non censetur Parochus, aut testes verè ad contractum præsentes, sed potiùs ad aliquam Tragediam.*

107

Ac perindè esset, ac si essent testes marmorei, seù picti in tabula, ad sensum *Veg. in Summ. cap.* 25. *de Matrim cas.* 43. ibi: *Ne siano presenti à quel che si fà, moralmente parlando, perciochè tanto varrebbe in quel caso averli dipinti, ò di marmo in vece loro: & Veracru. in Spec. Coniug. in appendic. dub.* 5. *conclus.* 4. *fol. mihi* 14. ibi: *Sancta Synodus, quæ assistentiam exigit necessariam, hanc petit, quæ humana, & moralis &c. sed utique perinde est, ac si non assisteret &c. quia sicut lapis, vel truncus adesset.*

108

Quidquid dixerit *Bordon. consil.* 22. *numer.* 3. loquens in terminis fortioribus Parochi, quod scilicet eidem necessaria non sit cognitio personarum contrahentium, sed sufficiat cognitio negotii, seù matrimonii: Ipsius enim opinio, uti directè contraria dicto Textui, & communi Doctorum opinioni, in nulla consideratione habenda est, præcipuè quia non benè cohæret cum literali dispositione Concilii Tridentini; Quomodo enim evitari poterunt polygamiæ, si non est necessaria in Parocho, & testibus cognitio contrahentium matrimonium? ut patet ad sensum. Itaut meritò respectu conclusionis, ab hoc Authore firmatæ adaptari videntur verba *Cardinal. de Luc. de Pens. discurs.* 81. *num.* 20. ibi: *Absonum prorsùs esset asserere, ut inconsideratum dictum unius moderni Consulentis &c. legem imponere debeat ei, qui habet adeò supremam potestatem.*

109

110

Fortiùs quia ista impossibilitas probationis matrimonii, non est talis ex accidenti, ex eo scilicet, quod testes mortui sint, abierint in Regiones longinquas, vel ob alias contingentias, sed (& hæc circumstantia apud me magni videtur ponderis) ex consilio, voluntate, & operationibus Parochi, & contrahentium, hoc unum, & unicè

unicè pro fine sibi præfignentium, nè hoc matrimonium *fosse noto alli Paesani, & altri convicini, ut dicit Parochus*, utque nullo unquam tempore probari posset, ad quem effectum ultra mutationes vestium, & nominum, necnon ultrà studiosam perquisitionem testium, Orbem vagantium, Parochus sub confessionis sigillo illud scivisse 111 non semel fuit attestatus; Quando autem testes sunt inhabiles culpa contrahentium, quia scilicet isti cum possent vocare idoneos, usi sunt inhabilibus, matrimonium non valet, ut probant *Mascard. de Probat. conclusion. 537. numer. 19. Gig. singul. numer. 3. & 4. & Panimol. decis. 19. adnotation. 2. numer. 27.* ubi concordantes; Sibique imputare debet contrahens si idoneos testes non procuravit, ut in terminis observant *Gavat. inter Consil. Matrimon. diversor. cons.* 112 *81. numer. 27. & Cresp. de Valdaur. observat. 23. numer. 108 Adden. ad Gregor. dec. 247. sub num. 22. & Rot. decis. 390. numer. 2. par. rec.*

Imò taliter intenti erant ad hujusmodi finem magni secreti obtinendum, quod parati erant matrimonium absq; testibus contrahere, & quidem ex consilio Parochi, ut in epistola Patris Bellusii, ibi: *Il Vicecurato haverebbe voluto congiungerli senza li soliti testimonii, acciò la cosa passasse con maggior secretezza*: Ecce igitur quod intentio unicè directa erat ad contrahendum matrimonium eo modo, quo nunquam de illo constare posset, quæ est vera, & 113 propria clandestinitas, quando scilicet deficit legitima probatio *capit. 2. de Clandestin. desponsat. Jo: Honor Van. Alex. in Jus Canon. eodem tit. num. 4. Sanchez. de Matr. lib. 3. disput. 41. ultim. quia, & num. 9. Perez eod. tract. disp. 40. sect. 9. in fine.*

Attentis autem aliis circumstantiis mutationis habituum, noctis temporis, &c. applicantur ea, quæ leguntur penes 114 *Quintilian. libr. 5. Institut. capit. 10. ibi: Dicam bona mente factum, ideoque palam, mala, ideoque ex insidiis, noctu, in solitudine*: quæ ad nostrum propositum referuntur *à Gonzal. in cap. Cum inhibitio numer. 11. in fine de Clandestin. desponsat. & Altaserr. in capit. Tua nos sub numer. 26.* 115 *de Sponsal.* Et alia verba *Socratis libr. 5. de Histor. Ecclesiast.* ibi: *Ea, quæ occultè geruntur improbitatis suspicione plenissima sunt*: quæ refert *Transmier. de Polygam. lib. 2. quæst. 1. numer. 9.* & comprobantur ex iis, quæ leguntur penes *D.* 116 *Bernardin. in tractat. de Nuber. volentib. contemplat. 2. principali sub numer. 8.* & quod tempus noctis arguat clandestinitatem probant *Laur. à Pinu. inter cons. matr. divers. cons. 71. numer. 10. & Jacob. Leoniss. consil. 49. num. 7. & seqq. & Rot. in Ulixbonen. Matrimonii 16. Decembris 1616. §. Ad prædicta cor. Pirovan.*

117 Quibus positis, parum refragari videtur, quod hujusmodi Conciliaris dispositio, uti Juris communis correctoria, extendenda non sit; quod enim matrimonio interesse debeant testes, qui de ipsius contractu possint testari, non est extensio legis Conciliaris, sed ipsius literalis contextus *ex infra animadvertendis*. Et tamen lex etiam pœnalis, & Juris communis correctoria, ad illos casus semper extenditur, quos, si non comprehenderet, frustrare-118 tur, ut in terminis dispositorum in Concilio Tridentino advertit *Scopp. ad Gratian. decision. 37. numer. 9.* ubi concordantes *Sannazar. de Matrimon. capit. 3. articul. 4. numer. 109.* ibi: *Dico quod ex rationis potissimum expressæ identitate fieri potest extensio quæ potiùs compræhensio dicitur etiam in correctoriis Santarell. var. resolution quæstion. 54 numer. 4.* ubi, quod lex Concilii, uti favorem animæ respiciens extendenda est. Et loquendo de favorabilitate Bullæ Baronum egregiè *Rot. in Roman. seu Albanen. Vineæ 5. Decembris 1698. §. Cæterùm coram Olmo.* Et quod omnis capienda sit interpretatio pro punctuali executione tam eximii decreti Conciliaris ad rem benè ponderat *Pacion. Jordan. var. resolution. tom. 1. libr. 3. titul. 7. de Matrimon. numer. 102.*

Verum quidem est, quod ad matrimoniorum validitatem curandum non est de testium qualitatibus, licet hæc in aliis contractibus necessariæ sint, sed æquè verum est, quod requiritur indispensabiliter in testibus illa qualitas, quod testari possint de matrimonii contractu, ad quem finem adhibiti fuerunt à Concilio, ut in specie observat *Narbon. de Ætat. ann. 7. quæstion. 31. numer. 3.* ubi, quod Concilium non requirit idoneitatem testium, sed solum illam qualitatem, quæ naturali Jure in teste desideratur ad ferendum testimonium, quod observat etiam, aliis adductis, *Panimol. decision. 19. adnotat. 2. numer. 41.* ubi, quod Concilium Tri-119 dentinum nullam exigens qualitatem in testibus, adhibendis in matrimonio, requirit tamen illam, quæ Jure naturæ necessaria est, ut quis possit testimonium ferre *Natal. ab Alex. in Theolog. Scholastic. & moral. libr. 2. de Sacr. Matrimon. reg. 18.* ubi, quod testes debent posse de re, coram ipsis gesta, testimonium ferre, *Gobat. Oper. Moral. tractat. 9. section. 2. num. 102. folio mihi 665.* ubi, quod Tridentinum Concilium omnes illos testes idoneos reputavit, quos Jus naturale non 120 arcet, Jus autem naturale arcet illos, de quibus, vel est certum, vel probabile, quod ferre non possint verum testimonium *Dicastill. de Matrimon. tractat. 10. disputat. 3. dubit. 19. numer. 167.* ubi, quod Tridentinum Concilium illam qualitatem requirit in testibus, quæ sufficiat ad testificandum *Rossignol. in Prax. Theolog legal. tom. 10. Verb. Matrimonium 1. prænotion. 32. numer. 6. folio 111. Conink de Sacr. disputat. 47. de Matrimon. dub. 4. numer. 41. & 44.* ubi, quod debent testes ità assistere, ut intelligant, quid agatur, cum 121 nequeant testari circa id, quod nesciunt *Pacion. Jordan. var. lucubr. tom. 1. libr. 3. titul. 7. de Matrimon. numer. 103. Cardin. de Luc. de Matrimon. in Summa numer. 7. Tancred. de Matrimon. disputat. 39. numer. 1.* ubi, quod testis non percipiens ea, quæ coram ipso geruntur, de Jure non censetur præsens. Aliàs applicatur regula, quod idem est non adesse, testes in matrimonio, ac taliter adesse ut testificari non 122 possint ex adductis per *Ventrigl. in Prax. part. 1. de Testib. in caus. Matr. annot. 3. §. 2. num. 6. & de Just. de Dispens. Matr. lib. 2. cap. 19. num 99.*

Hinc videmus, quod ebrii, dormientes, amentes, nec non furiosi, & similes non admittuntur non alia ratione, nisi quia testari de illo non possunt *Veracr. specul. coniug. in append. disput. 5. conclus. 4. fol. 14. Henrinq. in Summ. Theolog. moral. lib. 11. de Matrim. cap. 3. numer 9. Petr. à Sancto Josepho in Idea Theolog. Specul. lib. 4. de Ordin. & Matrimon. cap. 4. resolut. 7. sub num. 240. Perez de Matrimon. disput. 40. sect. 9. numer. 2. Jor. eodem tractat. part. 14. quæst. 8. de Test. numer. 2. Boss. de Contract. Matrim. cap. 3. §. 1. num 2. in fin. & cap. 5. §. 1. num 5. Molin. de Rit. Nuptiar. lib. 2. differ. 11. numer. 124. Trullench. de Sacram. lib. 7. cap. 6. dub. 5. num. 1. Dicastill. de Matrim. tract. 10. dub. 19. num. 158. Cardin. de Luc. eod. tract. in Summ. num. 37.* 123

Eadem quoque ratione cœci non sunt testes integri pro matrimonio *Gratian. cap. 849. num. 21. Molin. de Rit. Nuptiar. lib. 2. differt. 11. numer. 120. & seqq. fol. 108. Farinac. de Testibus quæst. 61. numer. 33. Ventrigl. in Prax. par. 1. de Test. in caus. Matrim. annot. 3. §. 2. num. 14. Michalor. de Cœco capit. 18. numer. 5. Barbos. de Potest. Episc. part. 2 allegat. 32. numer. 49. 86. & seqq. Pacion. Jord. variar. lucubrat. tom. 1. libr. 3. titul. 7. de Matrimon. numer. 94.* ubi, quod eadem conclusio procedit etiamsi notam habeant vocem contrahentium, ea ratione, quia de facili possent decipi, *& de Justit. de Dispens. Matrimon. libr. 2. capit. 19. num. 105.* ubi reprobat contrarium sentientes. 124 125

Minùsque pro matrimonio deponere valent ex eodem defectu, testes cortinati, quando non habent notas voces contrahentium, ut advertunt adducti per *Gratian. discept. 849. numer. 25. Rot. decis. 634. numer. 4. coram Burat. & Panimol. decis. 19. adnotat. 2 num. 29. & 30.* ubi, quod etiamsi notam habeant vocem contrahentium, ad hoc, ut concludenter probent identitatem personæ, debent deponere, quod in loco contracti matrimonii nemo alius aderat. 126

Prout etiam ex eodem motivo, quod licet præsentes physicè, de matrimonio tamen testari non possunt, communiter receptum est, quod nullum sit matrimonium, contractum coram Parocho, & testibus, virtualiter solum, præsentibus, non autem actualiter advertentibus ad id, quod coram ipsis geritur, ut observant in eorum tractatibus *de Matrimon. Sanchez libr. 3. disputat. 39. numer. 5. Perez disputat. 40. section. 10. numer. 3. Hurtad. disputat. 5. diffic. 15. num. 48. Guttier. cap. 96. num. 7. Pont. lib. 5. cap. 41. numer. 8. Dicastill tract 10. disp. 19. num. 159. & seqq. Trullench. in Prax Sacram. libr. 1. capit. 6. dub. 5. numer. 2. Filliuc. Oper. moral. tom. 1. tractat. 10. titul. de Matrimon. par. 1. cap. 6. de Ministr. numer 224. Ventrigl. in Prax. par. 1. de Testibus in caus. Matr. quæst. 45. artic. 5. vers. Hæc conclusio folio 200. Villalob. in Summ. Theolog. moral. tom. 1. tract. 13. de Matr. difficul. 22. numer. 2. Bauc. select. cas. consc. quæstion. 209. Vers. Respondetur tertiò folio mihi 177. Vega in Summ cap. 25. de Matrimon. cas. 44. Tamburin. Oper. moral. lib. 8 de Matrimon. tractat. 6. capit. 2. §. 3. numer. 5. Dian. Oper. moral. tom. 10. tractat. 13. resolution. 20. Collegium Salmaticen. in Casibus Theolog. moral. tom. 2. tractat. 9. de Matrimon. capit. 11. punct. 5. numer. 63. Petr. à S. Josepho ubi supra* ubi, quod non advertens perinde est, 127 128

est, ac si dormiret, aut abesset *Amic. in Curs. Theol. tom. 9. disp. 7 sect. 12. num. 93. Rossignol. in Prax. Theol. legal. de Matrim. prænot. 32 numer. 7 Layman. in Theol. moral. lib. 5. tract. 10. par. 2. cap. 4. num. 6. Alphonsus à Vera Cruc. in Specul. Coniug. in appen. dub. 5. concl. 4. fol. mihi 14. Leander. Oper. moral. tom. 2. tract. 9. de Matrim. quæst. 38. fol. mihi 252. Aversf. de Sacram. Matrim. quæstione 6. sect. 5. vers. Satis tamen fol. 346. Gabriel à Sancto Vincentio de Matrimon. disp. 3. quæstione 8. diffic. 11. numer. 80 Andr. à Matre Dei tract. 9. de Matrimonio cap. 8. punct 5. numer. 61. Cabass. in Prax. Jur. Canon. lib. 3 cap. 26. numer. 12 Pessant. in Comm. D. Thom. in add. t ad 3 par. disp. 4. concl 6. Laym. in Theologia moral. lib 5. tract. 10 quæst 2. cap 4 Rent in Encylop. univ. Theol moral tom. 2. lib. . tract. 8. capit. 3. sect. 5. quæst. 11. fol. 706 Brognol in Specul. Cler. tract 18. cap 5. resol. 12. fol. 532. Aman Eermand in 4. Sent. tract 9. disp. 2. quæst. 8. num. 14. Coton. contr. lib. 1. contr. 1. de Matrim cap. 4. num. 240. Anton. à Spiritu Sancto in Direct. Confessar tract 11. de Matr disp. 4. sect. 11. n. 76. Barbos ad Concil. sess. 24. de Reformat. Matrim. cap. . numer. 73 & Card. de Luc. de Matrimonio in Summ. num 37*

Idem quoque firmant magis communiter Theologi, & Canonistæ in casu, quo Parochus, & testes ex proprio facto testimonium ferre non possunt contracti matrimonii, 129 puta, quia affectando non videre, vel non audire, in rei veritate non perceperunt consensum contrahentium, ut videre est penes *Sanchez de Matrimonio libro 3. disput. 39. numer. 6. Ledesm. in Summ. capit. 7 de Matrimonio concl. 7. Andr Vallens. in Paratitl. ad Decret. lib. 4. titul. 3. de Clandest. desponsat. numer. 8. in fin. Tancred. de Matrimonio libro 3. disp 39. numer. 1 Petr. à Sancto Joseph in Idea Theolog. Specul. lib. 4. de Matrimonio, capit 4. resol 7. sub num. 240. Henriq. in Summ. Theol. moral. lib. 4. de Matrimonio cap. 3. sub nu 1. Reginald. in Prax pœnit. lib. 31. capit. 23. de Imped defect. test. numer. 182. Avers. de Sacram. Matrimonio quæst. 6. sect. 5. vers. & ex his, Guttier eodem tract. cap. 60 numer 9. Tamburin. Oper. mor. lib. 8. de Matrimonio tract. 6. cap. 2. §. 3. numer. 10. Barbos. ad Concil. sect. 24. de Reform. Matrimonio cap. 1. num. 73. Dian. Oper. mor. tom. 10. tract. 10. resol. 20 ante fin. Petrus de Ledesm. in par. 3. quæst 45 punct 4. dub. 2. Pac Jordan var. resolut. lib. 3. tit. 7. de Matrimonio numer. 100. Spin. in Spec Testam gloss. 15 numer. 47. Perez de Matrimonio disp. 40. sect. 10. sub numer. 3. Vera Cruc. in Specul. Coniung. in appendic. dub. 5. concl. 4. Rossignol. in Prax. Theolog. legal. de Matrimonio prænot. 35. num 5. Manuel in Summ lib. 2. cap. 219. numer. 11. Vega parit. r in Summ. lib 6. cap. 155. Amic. in Curs. Theol. tom. 9 disp. 7. sect. 1 . numer 92. & seqq Gobat. in Theol. experiment tract. 9. numer. 491. Trullench in Prax. Sacr. lib. 7. cap. 6. dub. 5 numer. 3. Bonacin. Oper. mor. tom. 1. de Matrimonio quæst. 2. punct. 8. num. 20. De Luc. ad Ventrigl. in Prax. par. 1. de Test. in caus. Matrimonio n. 2. § 2. numer 2. Bauc. in select. cas. conscient. quæst 209. vers. Respondet. tertio fol. mihi 177. Villalob. in Summ. Theol. mor. tom 1. tract. 13. de Matrim. diffic. 22 num. 2. Card de Lugo de Just. & Jur tom. 2. disp. 22. sect 3. num. 22. vers Unde*, ubi de maxima affectatio- 130 ne, & fuga Parochi, postquam ex ore utriusque contrahere volentis, venerat in claram cognitionem, quod tunc coram ipso matrimonium contrahere parati erant *Merbes. in Summ. ethic. Christ. dissert. 7. de Matrimonio quæst 81. par. 7. Cened. Canonicarum & practicarum quæstion. lib. 1. quæst. 30. sub num. 33. Coninck de Sacr. tom 2. disput. 2. dub. 4. numer. 44. Gonet. in Clyp. Theolog. Thomist. tom. 5. de Matrimonio disput 4. artic. 3. de Consens. §. 3. numer 58. Lamasson. in Theol. mor. per Tabul. par 1. de Sacram Matrimonio fol. mihi 176. Gonzal. lib. divers. Jur. argument. cap. 10. num. 2. Caspens. in Cur. Theolog. tract. 26 disput 4 fol. 720. Dreker. lib. 2. dissert 15 in medio. Jor de Matrim par. 4 quæst 7 numer. 8. Biss. in Hierurg. seu de Sacr. Rit. verb Parochus §. 73. Herintz. in Theol. Scol moral. tract. 5. de Spons. & Matrimonio disputat. 5. quæst. 2. num. 24. Gavard. in Theol. exantiq. tom 5 quæst. 2 de Matrimonio artic. 8. numer. 16. Card Pallav. in Histor. Concil. Trident. lib 22. cap 8 numer 14. antè fin. vers Uno di questi, che non si nasconda, Card. de Laur. in 4. Sent. tom 3. disput. 22. de Matrimonio artic. 10. numer. 265.* & magistraliter *Rota in Lunen. Sarzanen. Sponsalium 23. Februarii 1665. §. Nec effectuationem cor Bevilaqua*, in cujus casu factum, seu affe- 131 ctatio Parochi non audiendi, non poterat esse clarior, ut colligitur ex formali depositione ejusdem Parochi, modo asservata inter Positiones ejusdem R. P. D. Bevilaquæ, existentem in Collegio Nazareno, ibi: *D. Joannes Baptista Laviosa, alter ex Curatis &c. examinatus &c tacto pectore &c. Respondit: Detto Signore &c. mi disse Sig. Curato la senta qui, che io voglio per mia moglie la Sig. Giulia &c. ò parole simili, & io mi alterai, e dissi non si fanno li matrimonii à questo modo? non voglio sentire, e mi rivoltai a l' Altare; Io intesi parlare detta Signora Giulia sentii la sua voce, ma non capii il senso del e parole, e non le posso riferire, che non le potei capire &c. & in Neap. Matr. 21. Apr 1681. §. Nec cor. Alberg.* in qua respondit quidem pro validitate matrimonii, non obstantem Parochi affectatione, sed ea ratione quia affectatione non obstante, audiverat, & intelexerat contrahentes, non autem ex quo habebatur pro audiente, vel quia sufficiebat ejus præsen ia materialis, juxta illa clara verba: *Nec refert, quod Parochus noluerit assentiri celebrationi hujusmodi matrimonii &c. quia sufficit quod fuerit præsens* (verba, quæ sequuntur notatu dignissima) *& audierit, & intellexerit contrahentes, licet dissenserit, & contradixerit.*

Multò igitur magis idem asserendum est in nostris terminis, in quibus testes non ex proprio facto, & voluntate, sed ex malitia, fraude, & cuipofis atque scandalosis operatio- 132 nibus contrahentium, & Parochi, testimonium nullatenus ferre possunt de matrimonii contractu ut patet ad sensum.

Demùm nimiùm stringere videtur consideratio, quod præsentia illa Parochi, & testium, de qua sermo est *in sess. 24. de Ref matrimonium cap 1.* ex communi Theologorum & 133 Canonistarum sententia debet esse moralis, & humano modo, non autem physica, & materialis, ut probant *Cucch. Institution. majorib lib. 5 tit. 11. numer. 60. Zipp. in Institutionibus Cant. tit. de Sponsalibus lib 4. numer. 14 Spin. de Test. gloss. 15 numer 47. & seqq. Biss. in Hierurg. seu de Sacris Ritibus verb. Parochus § 71. Ignat. Lopez. de Salsed. in Practica criminali canon. cap. 73. de Clandest. nupt. fol. 283. Vega in Sum. capit 25. de Matrimonio cas. 33 in fine, Anton. Fernandez in Exam. Theologia moral. par. 3. cap. 18. §. 1. numer. 15. Pessant in Theologia scolastica & moral. in additione ad 3. par. D Thom. quæst 45 disp. 1. numer 6. fol 1009. Petr. à Sanct. Joseph in Idea Theologia specul. libr 4. de Matrimonio cap 4. res. 7. numer. 240. vers. Quarto adverte. & vers. Quinto observandum fol. 165. Jo: de Alozza in Alphabeto morali verb. Matrimonium disp. 1 sect. 2. numer 16.* ibi: *Præsentia moralis, & humana, ut quid agitur intelligant. Henriquez in Summ. Theologia moral. libr. 11. de Matrimonio cap. 3. numer. 1. & numer. 9. Colleg. Salmatic. in Casib Theologiæ moral. tom. 2. tract. 9. de Matrimonio cap. 8. punct. 5. numer. 6.* ubi, quod præsentia debet esse talis, ut intelligat quid agitur, ad hoc, ut possit de illo testimonium ferre. *Torrebl. Jur spir. practic. libr. 2. cap. 15. numer. 33.* ibi: *More humano intelligentes, & advertentes quid agatur. Adam Tanner. Theogia schol. tom. 4 disp. 8 de Matrimonio quæst. 3. dub. 6 numer. 117.* ibi: *Scientes quid agatur, Ver cr in Spec. Conjug. in append. dub. 5. concl. 4 fol 14. Coch. in princip. Theologia moral. & speculat. cap 13. de Matrimonio sect 9. in fine, Gonet. in Clyp. Theologiæ Thomist. tom. 5. de Matrimonio disp 4. artic 3. de Cons. §. 3. numer. 58.* ubi, quod in nostris terminis Concilium requisivit præsentiam, diversam ab illa bestiarum, & sufficientem ad ferendum testimonium, *Ricc. in Prax* 134 *par. 3. resol. 424. numer 3. Cened. Can. quæstione libr 1. quæstione 30. numer. 33. & seqq. Corrad in Prax. dispens. libr. 7. cap 7. numer. 36. Murg de Benefic par. 2 numer. 644. Anton. à Spir. Sanct in Direct Confess tit. de Matrimonio tract. 11. disp. 4. sect 11. numer 76. de Angel. de Confess. lib 2. quæstione 6. numer. 13. Rebell. de Oblig. Just. par. 2 lib. 2. quæstione 4. numer. 8. Ve cr. in Exam Episc. cap. 29. de Paroch. in Matrimonio num 5. Dicastill. de Matrimonio tract. 10. disp. 3. dubit. 19 num . Pignatel. consult. 133. sub num. 35. lib. 9. Add. ad dec. 75. numer. 8. & dec. 431. num 15. & seqq. par 4. tom. 2. rec. Du Hamel in Theologia specul. & pract tom 7 tract. de Matrimonio lib. 1. dissert. 3. num. 6 Merbes. in Summ. Ethic. Christian. dissert. 7. de Matrimonio quæstione 81. par. 7. fol mihi 462. Abelly in Theologia moral. titul de Matrimonio sect. 2 numer. 3. Le Masson. in Theologia moral. per Tabul. part 1. de Sacr. Matrimonio fol. mihi 179. Card. de Luc. de Matrimonio disc 2. numer. 2 disc. 6 numer 5. disc 16. num. 12. in fin & Rot. dec. 122. num 4. par. 8. & decis. 375. numer. 7. & 8. par. 11 & in Lunen Sarzanen. Sponsalium 23 Februarii 1665 §. Nec* 135 *effectuationem cor. Bevilaqua* ibi: *Fuit enim affectatum Presbytero celebrante, nullatenus intelligente verba contrahentium consensum illorum exprimentia ut ultra præsentiam physicam, hoc est corpoream ipsius Parochi, requiritur ad subsistentiam matrimonii, ut probant &c.*

Talis autem præsentia moralis, & humano modo nullatenus verificari potest respectu testium, qui ne-

dùm ullam habent contrahentium cognitionem ex converſatione antecedenti, ſed nec etiam illam habere poſſunt ex concomitantibus circumſtantiis, & aliis qualitatibus contrahere volentium; Præſentia ſiquidèm moralis, & humano modo in neceſſarium antecedens includit ſcien- 136 tiam, & intelligentiam eorùm, quæ coram aliquo geruntur juxtà *Text. literalem in leg. Coram ff. de Verb. ſignif.* quem generaliter ſequuntur *Gloſs. in Can. In primis verb. Præſente 2. quæſt. 1. Felinus in proem. Decretalium numero 23. in fine, & Bartolus in leg. Diem proferre §. Coram ff. de recept. arbitr.* & in noſtris individualibus terminis, *Fagnanus in cap. Cum eſſes numero 16. de Teſtamentis Gonzal. in cap. Cum inhibitio ſub numero 8. de Clandeſtina deſponſatione Pac. Jordan. var. reſolut tomo 1. lib. 3. tit. 7. de Matrim. num. 94. & num. 103. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloſs. 48. numero 21. & ſeqq. Parlad. Rer. quotid. diff. 45. num. 5. & ſeqq. Conich de Sacr tom. 2. diſput. 27. dub. 4. num. 44. Bauc. in ſelect. Caſ conſc. quæſt. 209. verſ.* 137 *Reſpondetur tertiò fol. 171.* ubi quod præſentia moralis addit ſupra phyſicam talem advertentiam, & cognitionem, ut teſtis poſſit ferre teſtimonium, quod advertit etiam *Cened. Practic. & canon. quæſt. lib. 1. quæſtione 30. numero 33.* ubi quod quando teſtes non ſunt more humano matrimonio præſentes, non poſſunt de eo teſtimonium ferre, *Averſ. de Sacramenit Matrim. quæſt. 6. ſect. 5. verſ. Satis tamen fol 346. Sanchez de Matrim. lib. 3. diſput. 38. numero 1. verſ. Secundò probatur, Perez de Matr. diſp. 4. ſect. 9. num. 2. Guttier. de Matrim cap. 69. num. 2. in fine, Themud. deciſ. Luſit. 4. num. 4.* ubi, quod ille dicitur præſens humano modo, qui videt, & intelligit. *Wiggeres de Sacr. & Cenſ. quæſt. 50. de Imped matrim. n. 43. fol. 552.* ibi: *Præſentia moralis præſupponit advertentiam, ut poſſit reddere teſtimonium de eo, quod fuerit geſtum, ſivè id illi placuerit, ſivè non, ſivè nolens, ſivè volens adfuerit. Vega in Summ. cap. 25. de Matrim. caſ. 43. Veracrux in Specul. Conjug. in append. dub. 5. concluſ. 4. fol. 14.* ubi, quod aliàs non dicerentur teſtes, ſed ſe haberent tanquam lapi- 138 des, vel truncus, *Tancred. de Matrimon. lib. 3. diſput. 39. num. 1.* ubi, quod teſtis, non intelligens, de jure non cenſetur præſens, *Eſcobar. in Theolog. moral. tom. 3. quæſt. 2. lib. 25. de Matrim dub. 114. numero 530. Caſtropal. Oper. Moral. tom. 5. de Sponſal. diſp. 2. punct. 13. §. 9. numero 8. Maſcard. de Probat. concl. 9. in fin. Corrad. in Prax diſpenſ. lib. 7. cap. 7. num. 36. verſ. Nec tamen, Feuret. de Abuſ. lib. 5. cap. 2 in fin. Hurtad. de Matrimon. diſp. 5. diff. 14. num. 50. Card. de Laur in 4. Sentent tom. 3. diſp. 22. de Matrim. artic. 11. num. 282. Cabaſſut. in Not Concil. lib. 3. cap 25. num. 12. Barboſ. de Paroch par. 2. cap 21 n. 49. & de Poteſt. Epiſcop. alleg 32. num. 49 Add. ad dec. 431. numero 25. & ſeqq. par. 4. tom. 2. recet. & Rota deciſ. 375. num. 9. par 11 rec.*

Non obſtat, quod teſtes peregrini, & caſu tranſeuntes validè aſſiſtant matrimoniis, ut probant *Sachez de Matr lib. 3. diſp. 39. n. 11. Filiuc. Oper. moral. tom 1. tract. 10.* 139 *de Sacram. Matrim. par. 1. cap. 6 numero 226. Eſcobar. in Theol. moral. tom. 3. quæſt. 2. lib. 25. de Matrim. dub. 113. num. 528. Pac. Jordan. variar. lucubr. tom. 1. lib. 3. tit. 7. num. 102. Volp. reſol. moral. 106. nu. 9 Reginald. in Prax. lib. 31. cap 23. num. 182. Bordon. in Manual Sanct. Offic. ſect. 28. num. 94. Gallem. ad Concil. ſeſs 24. de Reformat. Matr. cap. 1. num. 6 & Boſs.* citans innumeros concordantes *de Matrim. contr cap. 3 §. 1. num. 6. Colleg Salmatic. in Caſib. Theol moral. tom. 2. tract. 9. de Matrim. cap. 8. punct. 5. num 64. & Rot. deciſ. 301. num. 7. par. 11. rec. & in Neapolitana Matrimonii 21. Aprilis 1681. §. Nam conſtat cor. Albergat.* & reſolvit *Sac. Congreg. Concil. in Tur-* 140 *ritana 19. Decembris 1648. ut in lib. 18. Decret. fol. 563. à tergo, & in Nullius Carpen. Matrimonii 20. Januarii 1680. ut in lib. 31. Decret. fol. 1. & 36.* Ex qua concluſione motum fuiſſe P. Belluſium ad conſulendam Parocho intereſſentiam teſtium, de quibus eſt ſermò, faſſus fuit in ejus ultima Epiſtola.

Quia hujuſmodi præſentia caſualis, juxtà terminos Authorum allegatorum, intelligitur pro excludenda ſpeciali requiſitione, quæ in aliorum Doctorum ſententia requiritur, ut apud *Andr. Vallenſ. in Jus Canon. libro 3. tit. 3. de Clandeſt. deſponſat. numero 8. Barboſa de Poteſtate Epiſc. par 2. all g. 32 numero 10 & 89. Fagnanus in cap.* 141 *Quod nobis num. 54. de Clandeſt. deſponſ.* ubi refert reſolutiones Sacræ Congregationis Concilii, *Pon: de Matrim. lib. 5. cap. 21 num. 4. Gonzal. ad Regul. 8. Cancell gloſs. 48. numero 32. & ſeqq. Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 2. tract. 1. de Matrimon. tit 7. quæſt. 5. concl. 2. verſ. Ex quo infero, Poſſevin. de Offic. curat. cap. 10. num. 10. Amic. in Curſ. Theolog. tom. 9. diſput. 7. de Matrim. ſect. 11. n. 102. Gabr. à S. Vinc. de Matrim. diſp. 3. quæſt. 7. num. 65.* ibi: *Quia tamen pro parte contraria aliquæ afferuntur declarationes Cardinalium &c. dicendum eſt, illas intelligi debere, quando Parochus caſu præſens non intellexit, vel potuit ſuſpicari, rem non ſeriò agi, Franc. Bonæ ſpei in Theol. ſcolaſt tom. 5. diſp. 5. de matrimon. reſol. 4. num. 112.* ibi: *Si verè advertant teſtari poſſunt. Henriq. in Sum. Theolog. mor. lib. 11. de Matrim. cap. 3. ſub num. 9. Reginald. in Prax. pœnit. lib. 31. cap. 23. num. 182. Petr. à S. Joſepho in Idea Theolog. ſcol. lib. 4. de Matrim. cap. 4 ſub num. 240. verſ. Porrò fol. 165.* ibi: *Dummodò advertat, quæ aguntur, Sayr. deciſ. 24. de Sponſ. & Matr. circa medium, Ugolin. de Offic. & poteſt. Epiſcop. par. 1. cap. 15. §. 10. num. 6.* ibi: *Non requiritur, ut ſit rogatus, modò intelligat actum, qui geritur, Rent. in Encyclop. univ. Theol. tom. 2. lib. 1. tract. 8. de Matrim. cap. 3. ſect. 4. q. 12. in princ. fol. 506.* & alios, quos citat *Boſs. de Contract. matrim. cap. 3. §. 3 n. 7.* Non autem loquuntur citati Authores de teſtibus tranſeuntibus pro excludenda cognitione contrahentium, ſivè antecedenti ad matrimonium, ſivè ex propriis nominibus, & aliis qualitatibus, ut ex lectura, & benè advertunt *Pac. Jordan. var. lucubr. tom. 1. lib. 3. tit. 7. de Matrim. n. 102.* 142 ubi, quod omnis interpretatio capienda eſt pro punctuali executione, & obſervantia tam eximii decreti Conciliaris, *& Guttier. de Matrim. cap 69. num. 12. Ledeſm. in 3. par. tit. de Matr. quæſt. 25. art. 5. verſ. Ex dictis ſequitur fol. 202. Ignat. Lopez de Salſed. in Pract. crim. Canon. cap. 72. de Clandeſt. nupt. fol. 282. Biſs. in Hierurg. verb. Parochus §. 72* ubi in hunc ſenſum explicat reſolutionem Sacræ Congregationis Concilii, relatam à *Fagnan. ubi ſuprà, de Juſt. De Diſpenſ. Matrim. lib. 2. cap. 19. num. 98. & Merbeſ. in Summ. Ethic Criſt. de Sacrament. Matrimon diſſert. 7. qu. 7. quæſtiuncul. 8. fol. mihi 162.* ubi, quod concluſio de teſtibus peregrinis, & caſu tranſeuntibus, 143 vera eſt, quando taliter intellexerunt, quod data occaſione teſtimonium contracti matrimonii valeant perhibere, *Roſſign. in prax. Theolog. legal. de Matrim. tom. 10. verb. Matrimonium 1. num. 10.* ubi egregiè *fol. 113.*

Minus refragatur, quod ad hoc, ut matrimonium ex probationis defectu nullum ſit, non ſufficit difficultas, etiam magna illud probandi, ſed requiratur vera impoſſibilitas, quæ in noſtris terminis non verificatur; dum, aliis conſiderationibus omiſſis, poterat dari caſus, quod ſatellites noctu circuentes Terram Sancti Conſtantii, vidiſſent ab Eccleſia exeuntes Parochum contrahentes, & 144 teſtes, illoſque carceribus mancipaſſent, & Judex explorando quid intempeſtiva illa hora in Eccleſia fecerant, poterat devenire in cognitionem contractus matrimonialis.

Hujuſmodi enim caſus, metaphyſicè dumtaxat poſſibilis, tum quia in Terra Sancti Conſtantii non aderant dd. ſatellites, tùm ex aliis conſiderationibus, expreſſis in ultima Epiſtola Eminentiſſimi Epiſcopi *§. Le querele*, ad 145 ſummum probat, quod matrimonium, de quo eſt quæſtio, probari potuiſſet, non quidem de per ſe, ex intentione operantium, & ex modo, quo ad illud contrahentes devenire voluerunt, ſed ſolummodò per accidens, & ſpeculando caſus, metaphyſicè poſſibiles, quod deſervire nullatenus poteſt pro adimplimento Conciliariis decreti; Communiter enim in omnibus materiis receptum eſt, quod leges adaptantur ad ea, quæ ut plurimùm, & ex propria natura eveniunt, non autem ad illa, quæ 146 rarò accidunt, juxta *Tex. in leg. Nam ad ea, & leg. ſequenti 1. ff. de Legibus* quem in noſtris terminis ſequuntur *Sanchez de Matrimon. lib. 3. diſput. 41. num. 5. verſ. Quod ſi dicas Gratian. diſcept. 849. num. 10. Panimoll. deciſ. 19. adnot. 2. num. 47. Add. ad dec. 431. num. 45. part. 4. tom. 2. recentior.* & benè *Rot. dec. 308. num. 21. cor. Dunoz. ſen. Roſſignol. in prax. Theol. legal. de Matrimon. tom. 10. verb. Matrimon. 1. prænot. 136 num. 5. verſ. Dices fol. 137.* Et generalitèr egregiè advertit *Rot. in Saltsburgen. Canon. 8. Februarii 1694. §. Nec juvat cor. Eminentiſs. Priolo.* Et faciunt animadverſa per *Pont. de Matrimon lib. 5. cap. 5. num. 6. & 7.* ubi benè diſtinguit, quando lex fundatur in præſumptione fraudis in aliquo caſu particulari, vel ut plurimùm, obſervando quod non ſecundo caſu, etiam ſi ceſſet fraus in caſu particulari, non ceſſet lex, & idem obſervat *Giball. de Human. negot tom. 1. lib. 3. cap. 3. art. 3. fol. 641. verſ. Secundo quotiès* cum iſtis verbis: *Quoties lex ali-*

quid

quid tanquam formam præscribit, cessante causa, propter quam formam præscripsit, non cessat lex, causa legis non est fraus, aut malum vitandum, sed præsumptio fraudis, & periculum mali, quod semper existit.

Hinc videmus à contrario sensu, quod si post Contractum matrimonium moriantur testes, vel in longinquas abeant Regiones, matrimonium, coràm ipsis contractum, validum est, quia per accidens est, quod illius probatio haberi non possit ex morte, vel discessu testium, ex cumulatis per *Rot. in Cajetana Matrim.* 20. *Junij* 1687. *§. Siquidem cor. Rondin.*

147

Eadem ratione validum crederem matrimonium, contractum ab aliquo supremo Principe cum plebeja muliere coràm Parocho, & testibus, qui de mandato ejusdem Principis nè factum coram ipsis gestum propalarent, statim, matrimonio contracto, occisi fuerunt; Licet enim impossibilis reddita sit probatio matrimonii ex facto ejusdem Principis, id tamen solùm ex accidenti evenit, quia aliàs actus ex sui natura taliter gestus fuit, quod concludenter probari poterat, ad differentiam nostri casus, in quo taliter contractum prætenditur matrimonium, quod probatio ex actus natura, & aliis circumstantiis impossibilis, ex accidenti solùm, atque ex metaphysicis speculationibus possibilis dici potest, ut de se patet, Concilium autem Tridentinum *prohibet tantùm illa matrimonia, de quibus, quantum est ex eorum natura, non habet Ecclesia certam probationem Marchio Sfortia Palavicin. in Univers. Theol. lib.* 9. *n.* 171. *in fine.*

148

Cumque ab Ecclesia reprobata sint supposita illa matrimonia, quæ in quibusdam Transalpinis Regionibus conscientiæ nominantur, de quibus *Raynaud. in Heterocl. Pietat. tom.* 16 *punct.* 14. *de Sacr. Matrim n.* 30. *& seqq. Feuret. de Abus lib.* 5. *cap.* 2. *numer.* 39. ubi similia matrimonia conscientiæ appellat *infames conjonctions, couvertes, du nom de mariages de conscience* multò minùs ab hac Sacra Congregatione approbandus videtur modus, quo contractum fuit nostrum matrimonium, ob pericula graviora; Conscientiæ enim matrimonia contrahuntur quidem secretò, quatenus illud opponitur publicitati, seu divulgationi, firma tamen manente punctuali observantia Conciliaris sanctionis, eo quia coram Parocho, vel alio Sacerdote de ejus licentia, & duobus testibus, propriis nominibus, & absque fictione contrahuntur, ut observat in terminis *Raynaud. loc. suprà cit.* Noster autem contrahendi modus non solùm directè, & ex fine operis, sed ex intentione operantium ad praxim reducitur tali secreto, quod, nedùm opponitur divulgationi, seù publicationi, sed etiam probationi, à Concilio requisitæ, & si in hac causa, post tot propositiones, & difficultates, pro valido canonizetur, nimiùm dubitandum erit, nè adeò provida lex Conciliaris remaneat de vento, & aperiatur lata via illam fraudandi, quod improbant *Torniol. consil.* 53 *numer.* 1. ubi, quod hominum malitiis in nostris terminis indulgendum non est, sed potiùs obstandum, *Ignat. Lopez de Salsed. in Pract. crim. canon. cap.* 73. *de Cland. nupt. fol.* 284. *Boss. de Cont. Matr. cap.* 3. *numer.* 4. *Card. de Luca eodem tract. disc.* 16. *numer.* 22. *& seq.* ubi, quod aliàs sequeretur, quod hujusmodi Conciliare decretum nullius operationis, atque omnino superfluum remaneret, quod nullatenus asserendum est de lege, quæ adeò summo, & maturo studio edita fuit per tot insignes Canonistas, & Theologos, ac prudentes Viros in generali Concilio congregatos, solideq; ulterius advertendo, quod, admissa contraria interpretatione nimiùm de facili antiquam clandestinitatis inconvenientia Mundo resti tuerentur. & dictum Conciliare decretum, cum adeò magna discussione, & maturitate editum, elusorium, & ideale remanebit *Engel. in Jus Can. lib.* 4. *tit.* 3. *de Clandest. despons. sub num.* 20. *vers Nihilominùs*, ubi, quod nemo inficiari potest, utilissimam fuisse Christianæ Reipublicæ Conciliarem dispositionem, quæ si defraudari permittatur, magna aperitur janua raptibus, & clandestinis desponsationibus cum ingenti damno, *Marchant. in Trib. Sacr. post tom.* 3. *cas* 3. *de Sacr m. Matr. in fin. fol. mihi* 34. ubi, quod in re iam gravi Ecclesia suffragari non debet malitiæ contrahentium matrimonia, vel sacerdotis, illis assistentis, & *Rot. dec.* 308. *numer.* 20. *cor. Dunoz. Sen.* ubi, quod non est aperienda via clandestinis matrimoniis, quæ Sacri Canones tantoperè abhorruerunt, quodque magna exempla speciem iniqui habent & resolvit *Sac. Congreg. Concilij in Ulixbonen.*

149

150

151

152

seu Eboren. ut in Lib. 2. *sess.* 24. *& 25. de Reform. matrim. fol.* 26.

Præcipuè, quia ex admissione aliquorum casuum, facilè devenitur ad alios frequentiores, & perniciosiores, ut in terminis dispositorum in *Sess.* 24. *de Reform. matrim. cap.* 1. observat *Avendan. in Thesaur. Indic. tom.* 2. *in addit. num.* 307. *Verricel. de Mission. tit.* 12. *de Matrim. quæst.* 174. *sect.* 6. *sub. numer.* 22. ubi, quod magis expedit aliqua matrimonia clandestina invalida declarare, quam ratione necessitatis ea admittere, inumeris fraudibus, ac ingentibus peccatis aditum præbendo, quia facilis deindè daretur extensio ad alios casus, cum gravissimo Orbis Christiani damno *Claud. Espenæus de Clandest. matr. cap.* 13. *in fin.* ubi, quod hujusmodi matrimonia sunt contra legem Naturalem, Divinam, Civilem, Canonicam, bonos mores, ac honestatem humanam, *Cardin. Pallav. in Histor. Concil. Trid. lib.* 22. *cap.* 8. *numer.* 10. *in fin.*, ubi, quod matrimonia, non servata dispositione Conciliari contracta, sunt contra justitiam, contra charitatem, & contra honestatem, *& cap.* 9. *numer.* 7. *in fin* ubi, quod licet mala inseparabilia à clandestinis nuptiis ortum habeant ab accidentali hominum malitia, necessitas tamen exigit, ut eidem malitiæ promptè occurratur, nè suo exemplo aliis noceat, & *Redingh. ad Concil. Trid. sess.* 24. *de Reform. matrim. quæst.* 6. *argut.* 6. *fol.* 407. *tom.* 4. ubi ex Rhenano Cassando observat, contra similes nuptias Mundum, Celum, & totam Literatorum machinam conclamare.

153

154

155

Parùm refragante, quod iste contrahendi modus non sit contra literalem dispositionem Concilii; Sat enim est, quòd sit contra finem, ab eo intentum, per *Text. in l. Non dubium Cod. de Leg* ubi *Gloss.* ad propositum benè considerat, aliud esse facere contra legem, quando scilicet quis facit de directo contra verba, ac mentem legis, aliud verò facere fraudem legi, quando quis non venit contra verba legis, sed contra mentem, verba legis observando, utroque autem casu concludens legem offendere, & non observare, quam sequutus fui in *meis Instit. Crim. lib* 1. *tit.* 2. *numer.* 7. & in nostris terminis, quod contra legem facere, & in fraudem legis, equiparentur benè observat *Engel. in Ius Can. lib.* 4. *tit.* 3. *de Clandest. desponsat, sub. numer.* 20 *versic. Nihilominùs* cum concordantibus ibidem allegatis, & meliùs *Card de Luc. de Matr. disc.* 16. *numer.* 21. cum istis verbis *Cùm itaque prævia illa adeò magna discussione & maturitate, quam ejusdem Concilij historia, & acta docent, ut multis occurreretur inconvenientibus, quæ clandestina matrimonia producebant ista nova introducta fuit forma, per quam publicè, & palàm in faciem Ecclesiæ matrimonium contractum dici valeat, hinc proindè ista ratio, vel iste finis, attendendus videtur qui elusus aliàs remaneret. Themud. decis. Lusitan.* 4 *n.* 3. *Molin. de Rit. nuptiar. differ.* 11. *n* 121. Et licèt ad alium effectum benè *Rota in Ferrarien Canonic.* 3. *Aprilis* 1699. *in fin coram Tremoille* ibi. *Atque hoc quidem maximè, ne frustretur ratio præcipua, à Concilio considerata.*

156

157

Et quod magis est in futurum cum illo inconvenienti, quod reprobant *Camerar. in fin consil. matrim.* impresso *post cons. Zabarell. & Card Caraffa olim S. Congregat. Concilij Præfectus in toto edito in Giennen. Matrimonij* 26. *Julij* 1582. ibi: *Confirmatur etiam propter absurdum, & inconveniens, quod aliàs sequeretur, nam patefaceremus magnam fenestram contra hoc Sacramentum*, ab arbitrio & voluntate unius Sacerdotis unicè pendere posset, homines matrimonio culpatos evulgare, adscribendo testes, sibi benè visos, vagabundos, & nullatenùs contrahentes cognoscentes, cum renovatione illius absurdi, quod unicè tollere voluit Concilium, ut in illius *Histor.* observat *Card. Pallav. lib* 22. *cap.* 8. *numer.* 16. ibi *Era troppo agevole il far matrimonio in presenza di tre testimonij vagabondi, & ignoti alla fanciulla li quali partendosi, non rimanesse testimonianza del contratto, e si cadesse ne pristini inconvenienti:* Ad quæ evitanda nimiùm commendabiles Instructiones, & diligentiæ injunctæ fuerunt, & publicatæ de ordine Congregationis Sanctissimæ Inquisitionis relatæ à *Gobat in Theol. fundam in fine hoc est post tract.* 10. *cas* 23. *Ventigl in Prax par.* 1. *de Testib. in caus. matrim. annot.* 3. *§.* 3. *numer.* 50. *Boss. de Contract. Matrim. cap.* 4. *in fine* ubi *num.* 190. quod hujusmodi instructiones servandæ non sunt inter Forenses, quando ea ætate ad locum matrimonii con-

158

contrahendi advenerint, ut alibi matrimonium inire non potuerint *Francisc. de Magistr. in Sylv. Ecclesiast. par. 2. lib. 1. cap. 21. num. 47. & Card. de Albic. de Inconstat. in fid lib. 1. cap. 36. num. 100.* Suntque pariter registratæ in *Bull. 13. Clem. X in Bullario novo tom. 6.*

160 Summa autem ratione injunctæ fuerunt, & commendabili vigilantia procuratur exequutio dd. Instructionum; Agitur enim de Sacramento, quod magnum vocat Apostolus ad *Ephes. 5. 52.* quodque alia Sacramenta præcellere ratione institutionis, loci, & temporis, observant *D. August. de Bon. Conjug. cap. 18. Dionys. Carthus. in Summ. Orthod. Fid. lib. 4. cap. 162. § Ivo Carnotens. Episc. epist. 83. Ioan. Gerson, in Summ. Theolog. lib. 4. de Sacram. Matrim. Esparz. in Curs. Theolog. quæst. 100. de Matrim. numer. 7. fol. 527. Vega de Justi c. juxta Concil. Trid. lib. 11. cap. 24. fol. 19. Vers. Paulus etiam Thom. de Argent. in 4. Sentent. distinct. 27. artic. 4. Nevizzan. in Sylv. nupt. fol. 235. numer. 3. Cavacci nell' Anello Matrim. quæst. 3. fol. 45. Radulph. Ardens in Domin. 2 post Epiphan.* ubi pro illius præcellentia considerat institutorem, tempus, locum, & bona, ab ipso profluentia *Hugo Pratens. sermon 18. Petr. Lombard. lib. 4. dist.*

161 *26.* ubi, quod cum alia Sacramenta post peccatum, & propter peccatum exordium sumpserint, matrimonii Sacramentum etiam ante peccatum legitur à Domino institutum *Iodoc. Lorirch in Lexicon. Theol. tom. 2. de Sacram. Matrim. numer. 2. fol. mihi 1104. & seqq. Altercat. Synagog. & Eccles. cap. 5. Thom. Caves in Summ. Sacr.*

162 *tit. de Matrim. fol. 293. in princ. Io: Montaign. de Bigam. q. 1. num. 6.* ubi, quod hujusmodi Sacramentum, excellens est ratione instituentis, loci, status, iterationis, communitatis, utilitatis, significationis, & societatis, *Riccard. de Mediavilla in 4. Sent. dist. 32. art. 2. q. 2. per tot. Lancellot Corrad. in Templ. omn. Iudic. lib. 2. § 4. de Pap. Potest. in Matrim. num. 2. fol. 58.* ubi, quod est aliis Sacramentis antiquius *Raymund. Sebund. in Viol. Anim. capitulo 82. Ioann. Bramard. in Summ. Prædic. tom. 2. cap. 5. de Matrim. Iodoc. Cocc. in Thesaur. Cathol. lib. 9. tit. de Matrim. numer. 380. fol. mihi 999. Io. Lindeborn. in not. Cache tic. ad Matr. Sacram. in principio, Hieron. Cattic. in Prax.*

163 *Sacram. tit. de Sacr. Matrim. fol. 67. Annibal. Rossellus de sept. Sacr. Eccles. lib. 9. dist. 11. de Matr. fol. 589. Sylvestr. Prier. in Sum. Verb. Matr. 1. nu. 3.* ubi, quod ut est in officium generandi prolem institutum fuit à Deo ante peccatum, ut est in remedium contra peccatum institutum fuit post peccatum tempore legis naturæ secundùm determinationem personarum contrahentium institutum fuit in lege Moysis, secundùm verò quod est Sacramentum, repræsentans conjunctionem Christi cum Ecclesia institutum est in nova lege *Sayr. de Sacram. in comm. lib. 6. cap. 3. in fine*, ubi tamen præcellentiam tribuit Sacr. Euchar. & meritò. *Franc. Pacæus in Scenograph. de Sacr. in genere, & in specie tit. de Matrim. in principio*, ubi, quod licèt matrimonium minus habere videatur spiritualitatis, quàm reliqua, magnum tamen est, quatenus significat conjunctionem Christi cum Ecclesia; Et considerando illius dignitatem, habita ratione ad effectus, ex illo profluentes, benè *Raymund. in Sum. tract. 7. de Matr.*

164 *in præfat. fol. 523.* ubi, quod homines disjunctos arctissimo vinculo conjungit, familias dissociatas mutua affinitate consociat necessitudines conciliat, amicitias Religiosas comparat atque conservet, Domos numerosa sobole fæcundat, Urbes legitimis civibus replet, efficitque, ne genus humanum temporis longinquitate pereat, quodque sine matrimonio nulla Civitas, nulla gens, nec ipse Mundus consistere posset, *Canophyl. Sangrin. de Dupl. Matrim. spir. & temp. fol. 13. à ter.*

Procedunt omnia hæc considerando matrimonium, prout includit contractum, & sacramentum, juxta illius formam, & ad terminos Concilii Tridentini; Cæterùm illud considerando in terminis solius contractus, per ea,

165 quæ leguntur in *Cathechism. Rom. par. 2. de matrimon. in commun. cap. 8. sect. 1. numer. 9* & observant *D. Joannes Chrysostom. in Oper. imperfect. homil. 32. in fin. lib. 9. Abelly Instr. Spirit. instruct. 39. de Matrim. in princip. Scot. in 4. Sent. dist. 26. quæst. unica §. Ad solutionem, Azor. Instit. moral. par. 1. lib. 5. cap. 2. litt. B Io. Lup. de Matrim. & legitim. numer. 9 in fin. Alexand. Carer. de Spons. & matrimon. lib. 3. cap. 1. in princ. Barthol. à SS. Trinitate in Bibliotb. Theol. tom. 5. par. 2. lib. 2. sect. 11. cap. 5. fol. mihi 1140. Ugolin. de Offic. & potest. Episc. par. 1 cap. 15. § 10. numer. 4. Marc. Ant. Becarducc. in Summ. Coron. Confessar. tit. de Matrim. numer. 5. Jacob. Lotom. adversus hæreses tit. de Matrim. lit. C. fol. 95. Stockman decis. Brabant. 62. numer. 5. & Pasqualig. de Privil. constit. in mort. art. quæst. 153. numer. 6.* ubi, quod elevatio contractus matrimonialis ad esse Sacramenti, non alteravit in aliquo naturam contractus, *& Rot. decis. 431. numer. 1. & 2. coram Rojas*. Adhuc nullitas videtur clara; Ponamus enim, quod notarius, & contrahentes velint ad contractum aliquem devenire, puta venditionem, donationem &c. & quod ex causis, unicè notis eisdem contrahentibus, & notario, prorsus autem incognitis testibus, ad talem contractum deveniant sub fictis, & generalibus nominibus Titii, & Bertæ, & cum habitibus, diversificantibus qualitatem contrahentium: Hoc casu non reperietur forsan Doctor, qui contra Textus & Author. sup. adductas §§. 70. & 71. asserat, talem venditionem, donationem &c. esse validam, quia idem contractus non poterit probari per testes, qui etiam si essent magni Doctores, & maximo polierent ingenio; atque memoria, nil aliud possent asserere, quam se interfuisse venditioni factæ per Titium, quem nunquam cognoverunt, & ex habitu plebejum putarunt; atque si modò viderent aliter vestitum illum recognoscere non possent. Quare igitur idem dicendum non est in nostro casu, ut in punctualibus terminis nostri casus argumentatur *Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 2 tract. 1. de Matrim. tit. 7. quæst. 5.*

166

167 *concl. 2. vers. Hæc conclusio*, ne aliàs majorem probationem exigamus in venditione, vel simili levis momenti contractu, quàm in personæ alienatione, quam importat matrimonium, quod improbat *Adden. ad Dec. cons. 163. lit. A.* ibi *Hinc meritò irridenda, imò execranda illorum superstitio posteriora, qui ex qua probatione*

168 *non judicarent esse legitimam venditionem equæ, vel licet videnseæ tamen judicarent matrimonium, non solùm inæqua, sed funestam, perpetuamque personæ alienationem, & servitutem &c.*

Quibus non adversantur authoritates, suprà citatæ. In casu enim *Decis. Roman. Matrim. 19 Januarii 1684. coram Ursin.* Petrus Paulus de Ximenes matrimonium fer. fer. in faciem Ecclesiæ contraxerat cum Anna Maria Bossia; quia autem, sivè per errorem, sivè ex alio

169 accidenti loco *Ximenes*, Parochus in Libro matrimoniorum descripserat diversum cognomen *Sinibaldi*, meritò Sac. Rota, attento quod error cognominis clarè desumebatur, tam ex depositione ipsorummet testium matrimonialium, deponentium eundem Petrum Paulum Ximenes coram ipsis, & Parocho, contraxisse, quàm ex aliis sex demonstrationibus, in decisione latè recensitis, resolvit constare de matrimonio inter eosdem contracto, non obstante dicta cognominis diversitate.

Decisiones in Cajetana Matrimonii coram Card. Matthæjo, Rondinin. & Emerix, loquuntur in terminis matri-

170 monii, probandi ad solum effectum successionis, non autem agebatur ibidem de probando fœdere matrimonii, ut in nostris terminis.

In alia decis. *Cracovien coram Card. Caprara* non dubitabatur de interessentia Parochi, & duorum testium,

171 deque aliis ad matrimonium necessariis, sed dumtaxat prætendebatur, illud fuisse metu contractum.

Decisioni *Romana Matrimonii 4. Februarii 1697. coram Ursino* respondet *Bertacchin. Vot. decis. 100. num. 19.* quod scilicet, dum illa causa deberat reproponi terminata fuit per concordiam; Propterèàque allegari non meretur pro

172 decisione aliarum causarum, ut observant *Card. de Luca de Usur. disc. 1. numer. 9.* ubi quod hæc conclusio de stylo receptissima est, *& de Testament. disc. 79. numer. 14.*

173 *& Rocc. Selec. interp. cap. 194. numer. 35.* ubi, quod iste est inconcussus, nimiumque laudabilis stylus Sacræ Rotæ Auditorii, & sæpè protestata fuit eadem Sacra Rota, ut videre est *decis. 158. numer. 8. coram Buratt. & decis. 101. numer. 11. coram Priol. & decis. 25. numer. 18 & 19. coram Otthob.* ubi considerat illam rationem, quod in causæ repropositione, & revisione potest decisio revocari, *& dec. 271. num. 10. coram Beninc. & dec. 495. num. 54. par. 5. & dec. 105. num. 25. par. 15. rec.* ubi, quod decisio illa, quæ revideri debet, ad decisionem aliarum causarum allegari non potest, *& decis. 274. numer. 11. vers. Simili par. 17. rec.* ubi, quod nullum constitui potest fundamentum in decisione illa, adversus quam concessa fuit nova audientia,

174 quod firmavit etiam *in Romana Successionis 15. Novembris 1630.*

1630. *post princ. cor Hieron. Verospio*, *& in Romana Successionis de Capisucchis 3. Decembris 1633. cor. Motmanno*, *& in Barchinonen. Parochialis de Albiniana 1. Junii 1696. §. Et hinc existimarunt*, *versic. Quia Partes collitigantes deindè se concordarunt cor. R P. D. Muto*, *& in Bononien. Fideicommissi de Victoriis 10. Decembris 1683. §. Quia in coram Paulutio*, *& in Anconitana Pecuniaria 30 Martii 1699. §. Sed neutra cor. Card. Caprara*, & nos observavimus *in Instit. Crim. lib. 2. tit. 8. à num. 255.*

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo juris articuli in eadem decis. contenti, & concernentes interpretationem Sacri Concilii Tridentini ad instantiam R. D. Antonii Rubini 175 Parochi S. Laurentii ad Montes ex speciali rescripto Sanctissimi Domini Nostri Innocentii XII. à sex mensibus, & ultra emanato, in una ex proximè futuris Congregationibus proponi, & decidi debent à Sacr. Congregat. Concil. ut deindè sequutum fuisse patet ex sequenti disceptatione.

Casus figuratus *à Raynaud. ubi supra num. 65.* toto Cœlo distat à nostro, Inibi enim contrahentes ad matrimonii con-176 tractum occultandum non exegerunt à Parocho confessionis sigillum, non mutarunt nomina, & cognomina, minùsque habitum, & omnem externum ornatum, itaut testes, licèt iisdem contrahentibus essent incogniti, benè percipere potuerunt unà cum Parocho, & in casus contingentia testari, quinam essent illi, qui coram ipsis matrimonium contraxerunt, quod in nostris terminis practicari nullatenùs potuit, attentis circumstantiis, cum quibus data opera matrimonium prætenditur contractum; Si autem modus contrahendi ab eodem Raynaudo exemplificatus, vocatur ab eodem, & meritò, nefaria scortatio, *ut in numer. 27.* nec non usquequaque detestabilis, sceleris refertus, planeque abominandus, *ut in num. 31.* ubi, quod matrimonium taliter contractum dicitur iniquitatis mysterium; Quantò magis ista applicari possunt in nostris terminis, in quibus, ultrà circumstantias, in utroque casu concurrentes, in nostro ex præordinatione contrahentium, & Parochi, omnia sub confessionis sigillo scientis, & pertractantis, res taliter dispositæ fuerunt, quod testes nullam habere potuerunt cognitionem illarum personarum, quæ coram ipsis matrimonium contraxerunt, non quidem per antecedentem conversationem, quæ nullatenus necessaria est, sed nec etiam eo modo, quo tempore contractus haberi poterat, vel ex proprio ornatu contrahentium, vel audiendo nomina, & cognomina, quibus se appellarunt, quæ notitia saltem concurrere debe-177 bat pro actus validitate, ad *theoricam Bald. in Rubr. de fid. Instrumentor. num. 11.* & alias authoritates, supra adductas *num. 70. & 71.*

Pro inapplicabilitate autem resolutionum Sacr. Congreg. Concil. præmittendum est, quod ex communi DD. sensu illæ attendendæ sunt dumtaxat in illis casibus, in quibus concurrant illæmet circumstantiæ, quæ causam præbuerunt 178 resolutionibus, ut illas explicando observat *Card. de Luc. ad Concil. disc. 1. num. 11. & disc. 26. num. 13.* & firmavit *Rot. in Hispalen. Juris votandi 4 Febr 1697. §. Distinguentes cor. Card. Caprara*, ubi benè observat, quod contrarium procedit, quandò eadem Sacr. Congregat. respondet in mero Juris articulo, non autem super specialitate alicujus particularis casus consulta, quod observant etiam *de Just. de Disp. matrim. lib. 1. cap. 4. num. 357. Hurtad. tract. var. par. 1. tract. 3. cap. 6. res. 45. num. 335. & Merull. tom. 2. disp. 4. dub. 12. num. 174. & Caramuel. in Theol. fundam. lib. 3 de Matr. fundam. 70. num. 3711. versf. Hinc patet*, ubi, quod utplurimum tales concurrunt in aliquo casu circumstantiæ, ut resolutio, quæ unicum casum respicit, ad cœteros extendi non possit, *& decis. 72 num 6. & 7. cor. R. P. D. Ansaldo*, ubi, quod in his casibus diversitatis circumstantiarum, nec etiam Rota illas attendere solet, licèt alias omni reverentia, & obsequio illas sequatur.

Quo præmisso, non obstat resolutio *in Parisien. Matrimo-179 nii 18. Septempris 1660.* In illius enim terminis, ut legitur in facto, matrimonium in faciem Ecclesiæ contractum fuerat, & sic coram Parocho, & testibus; Licèt autem vir falsò exposuisset Ordinario, se cognovisse mulierem, cum qua volebat contrahere, hoc nil commune habebat cum matrimonii validitate; Prout etiam eidem validitati non adversabatur mutatio nominis, vel cognominis viri, quando contraxit matrimonium, quia in eodem facto præsupponitur verum nomen, & cognomen ejusdem viri nota fuisse contrahentibus, & non constat, ignorata fuisse à testibus, quod verificatur in præsenti.

In casibus resolutionum *Bisuntinæ*, *& Venetiarum* suppo-180 nitur quidem, testes mulierem non cognovisse antecedenter ad matrimonii contractum, sed concurrebat in eisdem testibus illa sufficiens cognitio, quam habuerunt tempore contractus, ex quo mulier data opera non mutavit nomen, nec cognomen, minusque habitum, & omnem alium externum ornatum ad hunc præcisum, & unicum finem, ne ab eisdem testibus cognosceretur; Ultrà quod dubium ejusdem *Bisuntinæ* principaliter versabatur circa mulieris seductionem; Illud autem *Venetiarum* fuit mera cauthela ad sedandam conjugum conscientiam, ut ex lectura.

Longè à præsenti inspectione distant termini resolutionis 181 *Massanen. nullitatis Matrimon.* dum in illa disputabantur solus articulus mortis viri, an scilicèt, ex quo iste post sex menses à loco contracti matrimonii discesserat, absque eo, quod nullus habitus fuisset nuncius de illius vita, vel morte, posset mulier ad secunda vota transire, cui dubio Sacra hæc Congregatio, attento defectu legitimæ probationis, meritò negativè respondit; Circa quam quæstionem videri potest *decis 421. cor. Priol.* Et ad effectum contrahendi matrimonium à superstite benè discurrit *Bertachin. Vot. decis. ultimo*, & nos videbimus infrà *in Taurinen. Matrimonii.*

Quibus omnibus simul, & unitim consideratis, ut in his casibus faciendum esse firmavit, & practicavit *Rot. dec. 372. num. 2. & decis. 773. num. 2. cor. Emerix jun.* patet, in nostris 182 terminis nulla omissa fuisse media, de per se, & absolutè contraria dispositioni Conciliari, atque directè, & ex proposito, & voluntate Parochi, & contrahentium impossibilem reddentia probationem hujus matrimonii.

Respectu enim Parochi, qui supponitur omnium conscius, imò artifex, & director, fuit ab eo exactum confessionis secretum, quo sub sole non potest majus excogitari, ex animadversis per *Pasqualig. Quæst. moral. juridic. 156. per tot. Rent. in Encyclop. univ. Theol. moral. tom. 2. lib. 1. de Sa-183 cr. tract. 5. de Pœnit. cap. 5. per tot.* ubi *quæst. 7. in fine*, observat s. m. Clementem VIII. 26. Maii 1594. motu proprio prohibuisse Superioribus Regularibus, nè utantur scientia confessionis ad externam subditorum gubernationem, *& quæst. 8. per tot.* solidè probat, quod ex notitia, in confessione habita, nec etiam possunt, & debent Superiores vigilantiùs in genere ad aliquid attendere, puta fenestram claudere, murum attollere, claves mutare &c. Licèt adsint contrarium sentientes, quibus non adhæreo, & refert casum sequutum Neapolim.

Contrahentes mutarunt nomina, & cognomina, concinnitas habituum in plebejam vilitatem conversa fuit, itaùt Carolus Franciscus, licèt nobilis, ad contrahendum accesserit sine artificiali cæsarie, seù adscititio capillitio (quod 184 quantum exteriorem aspectum immutet, etiam de die, & inter illas personas, quæ quotidiè ad invicem conveniunt, nemo ignorat), imò sine ullo suæ nobilitatis signo, sed tanquam vilis homuncio, cum plebejo habitu, &, ut dicit Epiphania, *con Berretta da Contadino con gli orecchioni*. Quæ omnia mirabiliter comprobant intentionem contrahentium, omni conatu impossibilem reddere cupientium probationem matrimonii, ex quo prorsus inutiles remansissent interrogationes testium circa aspectum, formam, & vestes contrahentium, quibus in his casibus experti Judices uti solent, ut advertunt *Speculat. libr 1 part. 4. de Testib. sub num. 5. vers. Et quibus vestibus erant induti*, *num. 14 vers. Vel de vestium qualitate*, *& vers Et tunc quæri potest de formis hominum*, 185 *& circumstantiis*, ac *Felin. in cap. Cùm causam num. 11 de Test. vers. Potest interrogari de qualitate vestium*, *& vers. Potest petere Judex de formis hominum.*

Ad præcisum finem *di manter secreto il matrimonio*, *& acciò non fosse noto alli Paesani*, *& altri Convicini*, ut dicit Parochus, data opera adhibiti fuerunt pro testibus homines talis qualitatis, ut nullam haberent antecedentem, mi-186 nusque aliam ex nominibus, cognominibus, & aliis circumstantiis possent habere concomitantem notitiam contrahentium, & demùm nullam subsequentem cognitionem, ex qua impropriectate inaudita de mense Januarii immediatè post contractum matrimonium, quod fuit circa mediam noctem, discesserunt juxta Parochi depositionem, ibi: *Subito che fù fatto il matrimonio loro partirono da Casa mia, e da S. Costanzo*, Imò, *Acciò la cosa passasse con maggior secre-187 tezza, il Viceparoco haverebbe voluto congiungerli senza li soliti testimonj*, ut testatur P. Bellusius in Epistola *§. Mi viene*, ubi *§. Hà poi*, asserit *matrimonio celebrato con tanti riguardi di segretezza*; Quæ omnia clandestinitatem clarè important, benè *Paris. cons. 57. num. 10. lib. 4.* ibi: *Clandestinitas probatur &c. quia dixit, ut secretò teneretur.* Et in effectu, quod cum rigoroso secreto omnia sequuta fuerint, testis est Eminentiss. Episcopus in ultima Epistola *§. finali*, ibi:

Indagare

Indagare evidenze maggiori, benche questo sarebbe difficilissimo, stante la rigorosa secretezza, con cui passò il preaccennato fatto. Et tamen, quod hodie vix detur inter Catholicos Locus, ubi Tridentinum Concilium receptum est, in quo in praxi audiatur distinctio matrimonii publici, & secreti, aliis adductis, observant *Freyta de Acugn. de Sollic. Conf. quæst.2. & Transmier. de Polygam. lib.2. par.1. num.11.* Et quod nuptias occultè contrahens dicatur Ecclesiam scandalizzare, advertit *Raymund. in Sum. tract.7. de Matrimon. cap.9. de Clandest. despons. in princ. fol.542.*

189 Tempus fuit illud, in quo quietum silentium continebat omnia, atque nox in suo cursu medium iter habebat, hora scilicèt sexta noctis, juxtà depositionem Epiphaniæ, quod nimiùm conferre ad probandam clandestinitatem, observavit *Rot. in Ulixbon. Matrimon. 16. Decembris 1640. §. Ad prædicta cor. Pirovano*, & egregiè *Sperell. decis.5. num.48.*

190 ubi quod horæ sexta, & septima noctis sunt nimis impropriæ, & prorsus inconsuetæ ad nuptias celebrandas, proindeque contra matrimonium, tali hora celebratum, semper præsumitur, *Crispin. de Visit. Past. quæst.2. §.17. de Matrimon. num.48. vers. Non si doverebbe contraere mai di notte:* Janua Ecclesiæ erat clausa, quam circumstantiam in individuo casus nostri, & ad præcisum effectum, de quo agitur, expendit *Tondut. Quæst. benefic. par.3. cap.153. num.22.* & generaliter *Sperell. d. dec.5. num.50* In eaque duæ dumtaxat candelulæ accensæ erant, ut fatetur Parochus.

191 Post hæc nihil de hoc matrimonio, taliter contracto, describitur in solito Libro, sed solùm reperitur quædam generalis adnotatio, suspicione non carens, ex adductis per Defensores Caroli Francisci, in alio loco prorsus improprio, nempè Circulo aureo, ubi nec verbum quidèm de matrimonio, minusque de Bossana, & Marazzano, cum specificatione, quod tanquam testes controverso matrimonio interfuerunt, juxtà inconcussam omnium Parochorum praxim, sed simpliciter dicitur: *Giuseppe Bossana, Gio: Antonio Marazzani di Gennaro 16. 1691.*

In calce Licentiæ, ab Episcopo obtentæ, ubi mentio habetur matrimonii, non sunt descripta vera nomina contra-

192 hentium, ut practicatum fuit in casu *decis.845. cor. Cerr.* in quo scripsit *Tondut. quæst. benefic. 153. par.3.* Minusque ficta Titii, & Bertæ, sed NN. NN. quæ omnibus individuis humani generis congruè aptari possunt; Et tamen non alia ratione inventa sunt, & practicantur nominum impositiones, quam significandorum nominum gratia, & ad distinctionem unius personæ ab alia, ut in nostris terminis observat *Rot in*

193 *Romana Matrimonii 19. Jan. 1684. §. Quatuor quippe coram Ursino*, & faciunt firmata per *Jo: Boschæum de Just. & legitim. nupt. lib.3. numer.1.* ubi, quod nomina, & voces sunt certæ, quæ in anima passionum sunt, notæ.

Circa diem contracti matrimonii non concordant in eorum depositionibus Epiphania, & Parochus, qui non erubuit diem falsificare, & falsitatem fateri, non alio motivo,

194 quàm impediendi quamlibet remotam cognitionem hujus facti, ut testatur ibi: *E quando fui esaminato à Fano, seppi che detta Epiphania haveva detto, che detto matrimonio seguisse in detto giorno, la quàl memoria, che diceva sotto li 20. Io poi alterai, e feci sotto li 28. ad effetto, che se mai fosse stata veduta detta memoria, dall'alteratione della giornata si fosse occultato il vero, e non si fosse venuto in cognitione, che era seguito d. matrimonio da qualche circostanza:* Quod repetiit ibi: *Per confondere questa verità aubitando, che potendosi vedere d. foglio da qualcheduno si giudicasse il vero, e non si venisse in qualche cognitione, e si rompesse il sigillo, &c. alterai detto nu-*

195 *mero, e feci 28. come si vede in detta carta &c.* Quæ omnia nil commune habent cum illa nimis frigida, & à longè petita excusatione fractionis sigilli; Licèt enim Confessarii nullatenus, nullaque via possint facere ea, ex quibus deveniri queat in cognitionem eorum, quæ ipsis sub sigillo confessionis nota sunt, nullibi tamen cautum est, minusque reperietur forsan Theologus, qui eisdem confessariis grave, insupportabileque istud onus imponat faciendi omnia possibilia, etiam cum evidenti falsitate, ut in nostro casu, ne à diversis personis, & à factis aliorum, absque ulla confessariorum cooperatione talis notitia à Judicibus haberi possit.

Si autem iste contrahendi modus, & rigorosum secretum,

196 procuratum à contrahentibus & Parocho, ex antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus, non opponitur publicitati, & necessariæ probationi matrimoniorum, à Concilio Tridentino sub nullitatis pœna requisitæ, & per consequens matrimonia, taliter contracta, & alia in futurum contrahenda, non dicantur clandestina, difficile erit effingere alium casum, in quo cum majori proprietate sermonis clandestinitatis termini verificari possint, dum ad hunc effectum sat est, quod eadem matrimonia ità occultè contrahantur, ut exinde legitima probatio non appareat *ad Text. literalem, in cap.2. de Clandest. despons.* ubi *Fagnan. num 2. & seqq.* quod de matrimonio occulto Ecclesia non judicat, & clandestinum dicitur, quando probari non potest, atque paria sunt non esse, & non apparere *Pereyr. in Elucid. Theolog. moral.3. lib.3 elucid 6 de Matrimon. num.1672. Petrus Crespet. in Summ. Cath. Fid. verb. Matrimonium fol.59. Franc. Bonæ spei in Theol. Scholast. tom.5. de Matrimon. numer.2. Gentian. Hervet. in Orat. ad Concil. Trident. de Clandest. Matrimon. in principio* impressa post *conf. Matrimon. divers. Ven. 1565.* ibi: *Ea autem esse statuo, quæ non publicè, & cum iis, quæ à Jure requiruntur cæremoniis, sed clam, & in occulto contrahuntur Bassæus in Florib. Theolog. practic. lib.1. verb. matrimonium 1. fol.559. lit. K. Hieron. Gatticus in Prax. Sacram. tit. de Sacram. Matrimon. fol.65. Cardin. de Laur. in 4. Sentent. tom.3. disp 22. de Matrimon. art.11. numer.300.* Et quod occultum ad nostrum effectum dicatur il-

197 lud, quod probari non potest, observat idem *Fagnan. in cap. Dilectus num.38. de Temp. ordinand. Navarr. in Rubric. de Judic. num.76. & del Bene de Officio Sanctiss. Inquisit. par.1. dub.13. sect.11. num.9 Lup. in Comment. Edict. Sanct. Offic. par.1. lib.3. dist.3. vers. Occultum fol. mihi 42. Ant. Gubert. de Spons. matrim. tit. de Nupt. clandest. sub num.119. & seqq & Alexand Carer. de Matrim. lib.4. cap.7. circa med.* Ad differentiam occulti in terminis Sacræ Pœnitentiariæ: *In quibus occultum dicitur, quando non est publicum, quando videli-*

198 *cet non scitur in majori parte Viciniæ, vel Collegii, vel Parochiæ quare, etiamsi sciatur ab aliquibus, & proindè probari possit, adhuc est intra limites occulti:* ut his verbis observat *Elig. Bassæus in Florib. Theolog. tom.2. verb. Matrimonium 3. num.26.* & generaliter *Corrad in Prax. dispens. lib.7. cap.7. num.13.*

199 Post Concilium autem inter Catholicos pro illorum validitate matrimonia celebranda esse publicè, notoriè, & in faciem Ecclesiæ observant *Boden. colluct. legal.12. num.70. tom.1. Drogh. in conf.* impresso *post Clar. in § Adulterium numer.44 Crespet. in Summ. Cath Fid. verb. Matrimonium fol.*

200 *59. & Bartol Fumus in Summ. Armill. verb. Matrimonum num 61.* Nullaque in Catholicis Civitatibus, Oppidis, & Locis, ubi Trident. Concilium receptum est viget amplius distinctio matrimonii publici, & secreti, ut advertunt *Freyta de Acugn. de Confess. sollicit. quæst.2. & Transmier. de Polygam. lib 2 quæst.1. num.11.*

Ex quibus constito, nedum de intentione, & operationibus contrahentium & Parochi faciendi oppositum illius, quod præcepit Ecclesia, sed quod de facto, quantum in se ipsis erat, id reduxerunt ad praxim, ex hoc etiam capite

201 dubitari potest de validitate matrimonii, de quo agitur, ex clara dispositione *Concilii Tridentini sess.7. can.11. de Sacram. in genere* requirentis saltem in Ministris intentionem faciendi id, quod facit Ecclesia, ibi: *Si quis dixerit in Ministris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt non requiri intentionem faciendi quod facit Ecclesia, anathema sit*, ut generaliter observant adducti per *Emanuel Mascaren. de Sacr. tract. 1. disp.3. cap 4. de Intention. Minist. per tot.* & in nostris terminis *Vasquez in 3. par. D. Thom. disp.138 cap.5. numer 63. fol. mihi 335. Vinc. Fernandez in disput. mixtis & Jur Canon. & Theol. par.9 dub. unico num.3. ubi pag.77. & 93. num. 17.* respondit absurdo, deducto ex voluntate Sacerdotis inordinata, quod id referendum est bono universalis providentiæ, ad quam pertinet mala permittere, *& fol 89.* attribuit hoc argumentum Kemnitio. *Henriquez in Summ. lib. 11. de Matrimon. cap.4 Intentio contrahentium quando impediatur fol.965. Joannes de Allozzo Alphab in moral. verb. Matrimonium sect. unica num.11.* ubi, quod absque hac intentione non esset Sacramentum, esset tamen matrimonium, ut inter Infideles, secundum probabiliorem sententiam *Franc. Sylv. in 2. 2. quæst.100. art.2. fol.722. vers.5. Megal. tom 2. var. resol. cap.194. num 11. Pont. de Matrim. lib.1. cap.9. numer.1.* ubi, quod *Ad habendam hanc intentionem satis erit, si contrahere velint juxta communem morem, secundum quem*

202 *vident Fideles alios in Ecclesia contrahere & Gavard. in Theolog ex antiquat. tom 6. quæst.2. de Matrim. art.2 § 2. num.24.*

Nulla siquem habita ratione opinionis *Francisci Pacæi in scenograph. de Sacram. in gener. & in specie tit. de Matrimon. verb Minister*, asserentis nullum dari determinatum mini-

203 strum hujus Sacramenti, à quo parum discrepare visus fuit *Card. Tolet Instruct. Sacerd lib.7. cap.2. num.6.* docens, ante Concilium Tridentinum non fuisse necessarium aliquem ministrum in Sacramento matrimonii.

Minusque

Minusque alterius, ferè ab omnibus reprobatæ, sententiæ *Melchioris Cani*, docentis ministrum Sacramenti matrimonii esse Sacerdotem *in Loc.Theolog. lib* 5. *cap.*5 quem 204 latè defendit contra *Cardin. Bellarminum Io: Marius Minorita in Libro*, *Parisiis edito Anno* 1620. & pro qua sententia militant etiam *Guglielm. Paris. de septem Sacrament. tit. de Matrimon. cap* 9. *Cocq. in princip. Theolog. moral. & Speculat. cap.*12. *de Matrimon. sect* 7. *num.*1. *Anton. Felician Ninguad. in Manual Parochor. tit. de Sacram Matrim. cap.*3. *vers. quoad Sacramenti*, ibi: *Parochus*, *utì Minister approbans*, *& solemnizans contractum Hier. Gatticus in Prax. Sacram. tit. de Sacram. Matrim. verb. Minister fol. mihi* 60. *Est* 205 *in* 4. *Sent. distinct.*26. §.10. & alii, quos, sub titulo præstantissimorum Theologorum, refert, sed non sequitur *Bassæus in Flor. Theolog. practic. par* 1. *verb. Matrim* 1. *numer.*8. & *Dian. Oper. moral. tom.*3. *tract.*4. *resol.*254. *& Franc. Sylv in* 3. *par. D. Thom. quæst.*42. *in supplem. quæst.*1. & priùs *in* 2. 2. *quæst.*100. *artic.*2. *fol.*721. *vers. Quæ*, ubi pro responsione ad authoritatem Angelici Doctoris divinando asserit: *Ex quibus non immeritò dubitari potest si Summæ Theologiæ par.*3. *absolvisset*, *an non scripsisset*, *ministrum Sacramenti Matrimonii esse Sacerdotem*, cui opinioni adhærere visa est *Rota in decis.*657. *sub num.*2. *vers. Si quæ talia par.*1. *divers.* Circa quo videri potest *Cardin. Pallavicin. in Hist. Concil. libr.*23. *cap.*9. *num.*15.

Sed procedendo cum probabiliori, imò receptissima sen-206 tentia, quod ministri Sacramenti matrimonii sunt ipsimet contrahentes, juxta doctrinam *D. Thomæ in* 4. *dist.*33. *qu.*1. *art.*1 & advertunt *S Jo: à Capistran. in celebr. conf. Matrim.* §. *Circa primum num.*4 *Bellarm. tom.*1. *Controvers. tit. de Matrim lib.*1. *cap.*6. *Andr. Vallens. in Jus Canon. lib.*4 *tit.*1. *de Spons. & Matrim.* §.6. *num.*3. *Suarez in* 3. *par. tom.*3. *disput.*2. *sect.*1. *cap.*1. *num.*16. *Raynaud. in Heterocl. Pietat. lib.* 7 *sect.*1. *punct.*14. *de Matrim. Sacram. num.*3. & 4. *Emanuel. Mascaren. de Sacram. tract.*1. *disp.*3. *cap.*2. *num.*106. *Candid. disquis. moral. tom.*4. *de Ordin dub.*46. *sub numer.*60. *Franc. Florent. de Sponsal. & Matrim. in adnot. ad quæst.*1. *can.*26. *Gratian. vers. Superest fol. mihi* 109. *Torreblanc. Jur. Spir. pract. lib.*2. *cap.*14 *num.*15. & 16. ubi reprobat *Canum* & rationes, ab eo adductas, quod facit etiam *Adam Tanner. in Theolog. Scholast. tom.*4. *disp.*8. *de Matrim. dub.*8. *par.*3. *dub.* 1. *Petr. à Sanct. Joseph. in Idea Theol specul. lib.*4. *de Ordin. & Matrim. cap.*4. *resol.*4. *num.*237 *Vincent. Fernandez in disp. mixtis Jur. Canon. & Theolog. par.*6. *dub.*1. *nu.*5. *fol.*45. *Gabr. à Sancto Vinc. de Matrim. disp.*3 *quæst.*12. *per tot. Jo: Poncius in Curs. Theolog. tit. de Matrim. quæst.*5. *conclus. p. Alar. in Canon. conscient. lib.*5. *Verb. Matrimonium num.*5. *Victor. de Sacram. Eccles. tit. de Matrim. num.*245. *Molan. in Compend. Theol. practic. tract.*4. *cap.*15. *de Matrim. clandest. num.*10. *Themud. decis.*6. *Lusitan. num.*7. *par.*1 *Reginald. in Prax. Pœnit. libr.*31. *cap.*8. *num.*53. *Colleg. Salmanticens. in Casib. Theolog. mor. tom.*2. *tract* 9 *de Matrim. cap.*3. *punct.*1. *num.*8. *Param. de Offic. Inquisit. lib.*3. *quæst.*5. *num.*128. & *seqq. Farvaqu. in Opusc. Theolog. Opusc.*2. *de Baptism. fol.*21. *vers. Quapropter Vinc. Quintian. de septem Sacram. tit de Matrim. vers. Materia fol.*78 *Cotron. controv.*1. *de Matrimon. cap.*1. *num.*18. *Gavard. in Theolog. exantiquat. tom.*6. *quæst.* 2. *de Matrim. art* 2. §.1. *num* 4. *Beccan. de Sacrament. cap* 44. *de Matrim. quæst.*5. *Carden. in Theol. moral. quæst.*2. *dissert.* 20. *cap.*7. *num.*75. & *seqq. & Pont. de Matrim. lib.*1. *cap.* 9. *per tot.* ubi *num.*3. quod prior sententia post Concilium Tridentinum est censura digna, & nostris temporibus contra Canum conspirat universa Theologorum Schola, quàm sententiam sequuta fuit *Rota in Viterbien. Matrimonii.* 19. *Januarii* 1629. *in princip. cor. Pirovano*.

207 Innegabile remanet in nostro casu, hujusmodi ministros uniformiter conspirasse in destructionem illius necessarii requisiti, quod pro forma ab Ecclesia statutum fuit, & hujus conspirationis dux, & molitor fuit ille qualificatus testis, de quo Concilium, & Ecclesia summopere confidit pro publicitare, & probatione matrimonii, ex animadversis *in Histor. Concil. Trident per Card. Pallav. lib.*22. *cap.*4. *in fine*, & *cap.*8. *num.*18. *Redingb. tom.*4. *tract.*11. *sect.*1. *num.*4 & *seq. fol.*203. & *Veg. in Summ. cap.*25 *de Matrim. cas.*33. ubi Parochum vocat *Fedel testimonio sacro della verità del Sacramento*.

Salvo igitur meliori judicio, ex hucusque animadversis in sensu veritatis censeo, matrimonium, de quo agitur, concludenter non justificari, & modum, quo contractum 208 fuisse asseritur, esse verè, & propriè clandestinum, hoc est contra formam, præscriptam *in Concil. Trident. sess.*24. *de Reform. Matrim. cap.*1. Proindeque *maximopere perpendendum est*, *ne detur aditus ad fraudandum hoc sanctissimum decretum*, *quia ex hoc contrahendi modo adhuc incommoda*, & *pericula omnia*, *quæ ex clandestinis conjugiis ante Concilium oriebantur*, *nunc oriri possent*, ut his verbis observavit *Segur. in Director. Judic. Ecclesiastic. par* 2 *cap* 15. *num.*56. *Et licèt aliàs in Jure veteri dolus non annullaret matrimonium*, *tamen Concilium videtur tendisse*, *ad finem puniendi istos dolos saltem nullitate matrimonii*, ut referendo rationes, & motiva resolutions *Ulixbonen. seu Eboren* ad instantiam Joannis Andreæ Caligavii, Collectoris in Regno Portugalliæ amanatæ, inter annum 1573. & 1580. quo tempore non distinguebantur Resolutiones per dies, menses, & annos, sed per materias, seu sessiones, scriptum reliquit tunc temporis Sac. Congregat. Concilii Secretarius *in tom.*2. *sess* 24. & 25 *de Reform Matr. fol.*26. concludens ibi: *Alii quia res exemplo gravis*, & *quia multi in illo Regno* (in Orbe Catholico possumus adddere in nostro casu) *acciperent occasionem utendi istis fraudibus*. *Et via aperiretur fraudibus*, *clandestinisque matrimoniis*, *quæ Sacri Canones tantoperè abborruerunt*. *Habere siquidem videtur speciem iniqui omne magnum exemplum*, *quod contra singulos utilitate publica rependitur*, sunt verba *Dunoz Sen. dec.*308. *num* 20.

Per mortem Caroli Francisci, sequutam in ejus Patria 209 die 26. Maii 1702. cessavit motivum repropositionis præsentis causæ, quæ proinde remansit à S. Congreg. Episc. indecisa, juxta solitum exitum causarum matrimonialium, de quo *Card. de Luc. de Matr. disc.*9. *num.*2. *in fine*, & Nos observavimus *in Dissert. de Matr. nullit. in concl. seu* §. *fin. n.*1.

Responsum Theologicum in eadem Causa P. Liberii à JESU.

Si ex regula D. Thomæ periculosè determinatur omnis 1 quæstio, in qua de peccato agitur, unde diligens cautio adhibenda est, multò magis urget in solutione Causæ prætensi matrimonii inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam, cùm, & periculum immineat exponendi amborum conscientias pluribus, & gravioribus peccatis, & irrogandi injuriam Sacramento, & violandi jura Sacrosancti Conc. Tridentini, ac proindè non nisi serio studio eam discutere fas est, & implorata Divini Numinis ope, à quo omne lumen, quod mihi præstò esse exopto, ne erroneum proferam judicium, sub cujus duce pro clariori elucidatione in duas partes quæstionem partiri opportunum duxi, in eam videlicet, quæ dicitur Facti, & in eam, quæ Juris: In prima quære- 2 mus de veritate existentiæ hujusmodi contractus, prout asseritur ab Epiphania. In secunda, an, admissa existentia, sub illis circumstantiis celebratus subsistat, & retinendus sit; In expensione utriusque brevitati, mihi repetitò injunctæ, consulam, pluribus recisis, momenta quædam solùm percurrendo, & inhærendo juratis depositionibus in legitimo Summario processus ipsius Epiphaniæ, & Antonii Pulzoni Parochi.

Veniendo ad primum, mihi certum videtur, non extitisse 3 prætensum matrimonium inter præcitatos, sed esse suppositium. Moveor plano discursu sequenti, nequit affirmari veritas alicujus facti, quod principiis contradictoriis innititur, porrò existentia prætensi matrimonii plena est contradictoriis, à Patronis illud defendentibus, evulgatis, igitur non est subsistens. Declaro assumptum; Causæ, à quibus pendet existentia contractus matrimonialis sunt debita licentia, Parochi assistentia, testium præsentia, locus, & tempus: In singulis autem horum contradictio reperitur: Quantum ad licentiam contrahendi absque proclamationibus, Pulzonus testatur habitam ab Episcopo Fanensi: Epiphania verò à Sancta Sede Apostolica emanatam constanter fatetur: Ille asserit figuratum in ea casum sub fictitiis nominibus Titii, & 4 Bertæ: Ista sub vocabulis Bertæ, & Baldi, de utroque adjiciens: *Che detta licenza da Roma non conteneva li nostri nomi*, *ma li nomi di Berta*, *e Baldo*, *che sempre me sono ricordata*. Quantum ad locum Pulzonus judicialiter fassus est, se ab Epiphania audivisse hoc matrimonium celebratum fuisse modo Laureti, modo in S. Costantio: *Una volta diceva esser stato celebratro in Loreto*, & *altre volte in S. Costanzo*. Quantum ad tempus Epiphania firmiter asseruit, fuisse celebratum die 20. Januarii 1691. Pulzonus alicubi posuit die 16. alicubi die 20. alicubi die 28. quæ est maxima contradictio, & quidem in substantialibus, indè enim pendet tota veritas de præsentia prætensorum peregrinorum, tanquam testium. Quantùm ad personam Parochi assistentis per verba 5 ipsius Epiphaniæ, relata à Pulzono, ac testibus in jura-

tis

tis depositionibus asseritur modò Pulzonus ipse modo Lelius Pascucci, modò Archipresbyter Balducci: *Che erano stati sposati, ò da me, ò da D. Lelio Pascucci, ò dall' Arciprete morto Balducci.* Quibus palpalibus contrarietatibus stantibus, omnis prudens affirmare cogitur, erroneam fore prætensi matrimonii existentiam. Hanc regulam sequentes Eruditi, minoribus ducti contradictionibus, expunxerunt ex calculo veritatis pleraque facta, evulgata, vel ab hæreticis, vel à sciolis Authoribus, & inter fabulas connumeraverunt, ut pluribus exemplis ostendere facile esset, nisi vetaret demandata mihi brevitas.

Sed illud in præsenti vehementissimum falsitatis, & imposturæ argumentum est, quod Principales, stantes pro parte affirmativa, nulla sunt fide digni; Si de fœmina loquimur, quæ se conjugem declamat, vilis est propter natalia, filia enim est vulgò *di Sbirro*, vilior propter nuptias, cauponario namque olim nupsit, & marito defuncto, cauponariam ipsa officinam administravit, vilissima propter mores, si fides danda est testibus viri, dum zelotypiæ igne succensa movit litem adversus Amasium desertorem; Nemo autem ignorat quales machinas struere soleat impurus, & diuturnus amor illusus, prætermissis, quæ ad infirmandam fidem prætensæ uxoris adnotant Scribentes pro viro, illud urget, quod est pars litigans, & in causa propria quantum sibi favorabili, tantum nobili familiæ odiosa.

Si de Pulzono agimus, prout jurata deponunt testimonia, semper cerebro levis est creditus, & tandem fatuus cubiculo clausus, ab Episcopo à confessionibus audiendis suspensus, satis ignarus circa substantialia Viceparochialis muneris sibi delegati, vel indubiè ignorantiam malitiosè affectans, cùm sub sigillo confessionis exceperit contractum connubii in facie Ecclesiæ celebratum, infidelis Christi Minister, qui lethaliter deliquens neglexit nomina conjugatorum in Libro Parochiali trânscribere, qui notatum diem 20. Januarii artificiosè mutavit in 28. non semel juridicè perjurus, nam in legitimo examine à Judice interrogatus, rotundis verbis negavit individuo huic matrimonio adstitisse. *D. Antonio Pulzoni asserisce, non havere saputo cosa alcuna di detto matrimonio, e molto meno esservi stato presente, anzi haver fatta una fede giurata in contrario*, nec ullum apparet fundadamentum sentiendi, quod posterioribus depositionibus verum protulerit; Æquè enim potuit primis visibus mentiri ob timorem viri, ut ipse ait, ac secundis ob amorem fœminæ, cum qua non laudabilem habuit consuetudinem, proùt ex actis constat, aliundè autem magis dementat amor mulieris, quàm timor viri; Accedit non irrationabilis suspicio, quod mulier zelotypa, cujus ira non est major, teste Spiritu Sancto comminata sit se ejus turpia producturam, nisi staret contra virum; E contra verò ex toto processu, nec verbum quidem habetur, ex quo colligi possit, vel leviter virum, aut ejus fratres, timorem incussisse Pulzono, nè proderet secretum conjugium. Perjurii gravamen non minuit addita excusatio prætensæ ignorantiæ sigilli Sacramentalis, sed crimen auget: Ab eodem Concilio Tridentino, ex quo didicit, non esse celebrandum matrimonium absque proclamationibus, didicit etiam, celebratum esse adnotandum in Libro, ad publicam fidem, & ipsemet confessus est cœtera matrimonia notasse, ac proindè apertè sciebat sub sigillo Sacramentali nequaquam cadere posse; Adhùc palpabiliùs convincitur emendicata excusatio: Tantùm luminis habuit, ut crediderit consulendum esse Episcopum, an sub fictitiis nominibus liceret contrahere matrimonium istud, hoc ipsum lumen ipsi dictabat consulendum esse eundem Episcopum, vel Theologos, an necessitate urgente posset illud prodere: Motivum illud magni secreti ad utrumque dubium postulandum extimulabat: Sed quid ultra egemus testibus pro evincenda affectata excusatione? Ex processus Summario abundè constat extrasacramentalem habuisse notitiam, & de eo extrasacramentaliter non semel fuisse locutum.

Veritati omnia cooperantur in bonum: Adminicula ipsa, quibus Pars se fulentat, assertioni nostræ robur maximum conferunt: Primum est illud, quod adstruitur à divulgatione famæ asserti matrimonii apud Oppidanos S. Constantii: Verùm fama hæc inanis est, & vacua: Primò de hac voce nulla mentio fit per illos octo menses, quibus pacifico jure maritali cohabitasse fatetur fœmina cum viro, sed audiri cœpit post exortam discordiam, ut principalis ejusdem testis deponit: Debuisset autem, & intrà illud tempus subodorari, cùm vir publicè frequentaret domum Epiphaniæ, si ad medendas conscientias, ac scandalum tollendum matrimonium iniissent: Secundò plena contrarietatibus disseminatur in substantialibus quoad Parochum, testes, & locum, sicut constat ex processu: Tertiò testes examinati in favorem divulgationis nullam merentur fidem, duo minùs principales sunt ex auditu, ac per consequens nullius juridicæ authoritatis: Omitto, quod sunt vilis conditionis: Principalis verò testis N. N. convincitur inimicus manifestus viri, & apertus Patronus uxoris, ex relatis ab Eminentiss. Legato; Testi porrò inimico jura non credunt: Quartò 18. testes ex principalioribus Oppidanis Sancti Constantii, quorum sex Ecclesiastica dignitate illustrantur, interposito jurejurando deponunt, huic famæ nunquam præstitam fuisse fidem; imò falsam fuisse creditam, proditoriam, disseminatamque ad illaqueandum virum: Quin ò qualiscumque sit hæc fama, concedatur: sed quantam habet authoritatem? quantam obtinet vim? non majorem ea, qua pollet dictum unius Epiphaniæ prætensæ uxoris: Unicè ipsa est authrix hujus divulgationis, unicè ab ipsa sola pendet: Ecce argumentum evidentissimum, cui nequit replicari: Hoc matrimonium fuit celebratum, prout deponit Parochus, secretissimè, & solùm præsentes fuerunt Viceparochus, vir, fœmina, & duo peregrini; Vir non publicavit, quia constantissimè semper negavit; Peregrini non publicaverunt, quia statim media noctè taciti discesserunt à S. Costantio, imò neque publicare potuissent, si voluissent, cum omninò ignorarent, virum esse Carolum Franciscum, fœminam esse Epiphaniam; Viceparochus semper obmutuit, semper negavit, scrupulo frangendi Sacramentalem sigillum, donèc Romam vocatus Theologos consulvit; Restat ergo sola Epiphania, quæ evulgare potuit, & vulgavit: Ad unicam ergò fœminam tota famæ authoritas revocatur: & viri sapientes in re tam gravi uni garrulæ mulieri fidem dabunt? Absit.

Secundum adminiculum desumitur à notatione diei, in quo fuit celebratum matrimonium, & nomina testium, posita, & recognita in Circulo aureo, quo se usum fatetur in benedicendis nuptiis d. Pulzonus: Sed hic defecerunt scrutantes in scrutationibus suis; Omitto plerasque reflectiones in actis processus contra talem descriptionem, illud expendo, quod assignata dies in Circulo aureo contradicit diei, assertæ ab ipsa Epiphania, ibi enim dies 16. Januarii notatur, hæc verò diem 20. semper constantem affirmavit, quo tempore minimè præsentes esse poterant prætitati peregrini, cùm tunc jam Romæ essent. Aliundè autem in hoc præferendum est dictum mulieris, utpotè interessatæ, quæ optimè, & meliùs individuitatem diei, in quo tantum bonum ipsi advenit, memoriæ tradidit. Illud etiam recolo, quod dict. Polzonus, proùt ipse libenter fassus est, ex notaris in Circulo aureo transcripsit memoriam recensitam, & exhibitam in folio præhabitæ licentiæ ab Episcopo; Et quidem hoc fecit post examem juridicum ex decreto Sacræ Congregationis, tam coram Eminentissimo Legato, quam coram Eminentissimo Episcopo post præmissam diligentem inquisitionem in Hospitali Sanctissimæ Trinitatis, per quam cognovit adventum peregrinorum in Urbem sub die 19. Januarii, & per consequens incompossibilitatem apertam, quod celebrari potuerit matrimonium in Sancto Constantio die 20. coram duobus tunc Romæ existentibus, & tamen in hac memoria non posuit diem 16. sicut in libello notatum est, sed diem 20. Quid hic colligitur? unum ex duobus, vel d. ct. Pulzonum summæ stupiditatis virum tunc extitisse, cùm ad tam evidentem, & palpabilem contradictionem non advertit, vel summæ malitiæ hominem, qui hujusmodi implicantiis voluit res permiscere, & hoc secundum vero similius apparet, cum & ipsum diem 20. iterùm ex industria in 28. alteraverit, ex actis Processus.

Verùm demus, non esse confictam notationem libelli aurei: Quid indè? nihil prorsus: Hæc sunt verba præcisa: *Giuseppe Bossana, Gio: Antonio Marazzani di Gennaro* 16. 1691 & quid hæc ad faciendam fidem pro contractu conjugali inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam? Hinc mentio matrimonii, nulla: Nominatio personarum contrahentium, nulla: Indicatio conditionis testimonialis, nulla: Verba sunt omninò indifferentia: Scriptura centenis est casibus applicabilis, repugnat autem sano judicio intellectus illatio determinata ad unum ex indifferenti omninò principio, & præcipuè in rebus facti, temerè unum certum colligitur ex disparata undequaque conjectura.

Omitto, quod non concordat nomen unius asserti testis cum nomine posito in registro peregrinorum Hospitalis Sanctissimæ Trinitatis: In libello aureo habetur: *Giuseppe Bossana*, in registro autem: *Giuseppe Possà*; Porrò in

istis

istis terminis unius syllabæ, vel literæ diversitas mutationem facit considerabiliter substantialem; Si quidem Familiarum distinctio recognoscitur, ut in *Corsi*, *& Corsini*, aliisque innumerabilibus exemplis notum est, nec tamen facilè error tribuendus est lapsui calami, si urgens fundamentum non movet: Certè Officiales Hospitalis accusandi non sunt, ipse verò Pulzonus satis commodè nomen proprium potuit scire, qui ad cœnam domi suæ excepit, ut paratos haberet pro statuto tempore celebrandi matrimoni, sed, &c.

Alius scopulus frangendus occurrit sequenti ponderatione inclusus: Constat peregrinos Romam pervenisse die 19. Januarii, cum hoc minimè componitur, quod quarta hora 21 noctis diei 16. ejusdem mensis potuerint reperiri in Sancto Constantio, distat enim ab Urbe secundum calculum Peritorum per viam breviorem 150. milliaribus, & per Lauretanam 180. Nunc quis credet, quod duo *Birbanti*, ut depositio loquitur, quod singulis tribus diebus iter confecerint 50. milliariorum per loca aspera, montuosa, & vallosa, sub rigoribus hyemalibus? nec cursori celerrimo conceditur, quantò minùs duobus peregrinis, quorum unus erat senex, quo- 22 rum mos est divertere huc, illucque, ad quæritandas eleemosynas, quorum mos est in Hospitalibus parumper immorari, ut vires reficiant, quorum mos est moderatum iter singulis diebus taxare, ut possint peregrinationem continuare, notum enim est per violentos currendi conatus etiam fortiores defatigari, ità quod nequeant eodem tenore successivis diebus itinera prosequi, quorum mos est Romam pergere non impellente negotiorum gravitate, sed devotionis 23 causa; Non reperimus fuisse dimissos à Sancto Constantio super equos, vel plena crumena, vel additis calcaribus, unde sollicitiores fuisse colligamus, totum munusculum fuit vespertina refectio in domo Viceparochi, quam sumpsissent in Hospitali.

Hinc tribus diebus perfici non posse illud iter etiam per breviorem fatentur jurati testes, in hac materia digni omni fide, ut potè experimentaliter omninò certi, quales sunt tabellariorum socii muluarii, eorumque comites, qui pe- 24 nitus evacuant authoritatem duorum testium pro fœmina stantium, qui solis verbalibus conjecturis utuntur, qui in mensibus Septembri, & Octobri, quæ est considerabilis differentia, explicant, qui partem noctis includunt, qui nec semel spatio trium dierum illud iter compleverunt.

Tertium adminiculum accipitur ab afferta frequentia Sacramentorum ipsius fœminæ à tempore, quo supponitur celebratum matrimonium; Sanè nec species minimæ probabi- 25 litatis inde infertur: Fide digni, inter quos Viceparochus, juramento confirmant, æqualem semper adnotatum, tùm antè, tùm post illud tempus usum in accessu ad Sacramenta, septem videlicet, vel octo vicibus in anno: Deindè ab Amasio spreta, potuit hæc fingere, quæ alia est molita: non permisissent, inquit illa, Confessarii, nisi uxorata fuissem, sed undè constat illos permisisse? undè sciebant ipsam esse uxoratam, quia ipsa dicebat: Porrò Confessarii in his simplici verbo credunt, nec ulterius progrediuntur in- 26 quirere circa valorem contracti matrimonii, nisi dubium aliquod exortum proponatur; Ulteriùs, si veracem admittimus fœminam ob præsumptionem salutaris accessus ad Sacramenta, cur veracem non admittimus virum, tàm seriò negantem hujusce modi matrimonium? cùm & piè credendum sit nolle æternaliter damnari, & nunquam à Sacramentis accusetur repulsus.

His prælibatis, quæro à justissimis Judicibus, si ageretur de gravi delicto, dicamus homicidio, propter quod ad triremes damnandus esset vir, & starent prædicta motiva tam 27 urgentia pro ejus innocentia, auderent nè eum damnare? Nemo mediocriter in Jure instructus id affirmabit, quantò minùs damnabilis est ad perpetuam servitutem, adeò indecoris matrimonii? Bonum ipsum commune, cui potissimè invigilant leges justitiæ postulat Caroli Francisci absolutionem, graviter enim illud periclitaretur, si tantis momentis munitus adjudicaretur reus, foret namque in potestate cujuslibet mulierculæ honestos viros perdere consimilibus machinationibus, quæ sunt valdè faciles versipellibus, & lenonibus.

28 Fateor, matrimonii causam favorabilem esse quoad libertatem qua unusquisque est sui juris, ut cui vult nubat, & quandò; Sed multo magis onerosum concedo quoad jugum; Undè æquitas non dictat, quod ut fiat satis uni ex levi fundamento petenti, gravetur alter ex fortissimis motivis reluctanti.

Concludenter resolvendum mihi videtur, matrimonium reale nullum extitisse, ac proindè dict. Carolum Franciscum esse absolvendum; Verbale tamen non dubitarem admittere: Facile enim est creditu, quod in exercitio turpis 29 amoris, ut assolet, & Amasius sponsam suam quandoque vocaverit, eamque ducere in uxorem oretenus promiserit; hisque decepta lenociniis, ut aliquid lucretur, tanquàm maritum evulgavit, & vexat.

Venio nunc ad 2. partem, quoniam tamen imaginatio in 30 his rebus præoccupans intellectum decipit, unum est oculatè advertendum circa clandestinitatem matrimonii, videlicet duplicem esse, & expressam, & palliatam; Expressè matrimonium clandestinum est, quandò duo contrahunt nullo præsente; Palliatè clandestinum est, quando duo contrahunt coram Præsbytero, & testibus, sed insufficientibus, ut si Presbyter fingatur proprius Parochus, & non sit, si testes fingantur idonei, & non sint, ut si artificiosè assumerentur cœci, & surdi, vel fatui, vel ebrii, ea proportionali ratione, qua distinguunt Theologi usuram in expressam, qua accipitur aliquid supra sortem ex mutuo, nullo titulo intercedente, & in palliatam, qua accipitur lucrum supra sortem titulo aliquo, sed conficto; Quare non eo ipso adjudicandum est matrimonium aliquod non esse clandestinum, quia coram aliis celebratum est, sed videndum, an isti sufficientes sint: Hoc præsupposito pro cautela eo- 31 rum, qui ultroneè proclamant legitimum matrimonium, quia audiunt, Viceparochum interfuisse, cum duobus peregrinis.

Dico, & pro conscientia sentio, matrimonium inter Ca- 32 rolum Franciscum, & Epiphaniam, illius circunstantiis vestitum, quibus à Parocho ponitur, realissimè esse clandestinum, sed palliato colore.

Evinco sequenti discursu, qui in hac materia demonstrativus mihi videtur. Quoties forma, sub qua contrahitur matrimonium, directè, per se, & absolutè evacuat finem præintentum, & legem Concilii Tridentini, annullantis matrimonia clandestina, toties matrimonium contractum clandestinum est: Hæc præpositio est certissima, sed Matrimonium præsens celebratum est sub forma, quæ directè, 33 & per se tollit legem, & evacuat finem, præintentum à Concilio. Ideòque clandestinum est; Expono assumptum. Finis Concilii præcipientis præsentiam Parochi proprii, cum duobus, vel tribus testibus, ille, & unicus est, ut matrimonium possit celebrari coram Ecclesia, quæ non judicat de occultis: Contextus Concilii *sess.* 24. *cap.* 1. *de Reformat. Matrimon.* hic est: *Verùm cùm sancta Synodus animadvertat, prohibitiones illas propter hominum inobedientiam, jam non prodesse, & gravia peccata perpendant, quæ ex ejusdem clandestinis conjugiis ortum habent, præsertim* 34 *verò, qui in statu damnationis permanent, dum priore uxore, cum qua clam contraxerant, relicta, cùm alia palàm contrahunt, & cum ea in perpetuo adulterio vivunt: Cui malo, cùm ab Ecclesia, quæ de occultis non judicat, succurri non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhibeatur, Id circo &c.* Descenditque præcipere proclamationes, & præsentiam proprii Parochi, duorumque, vel trium testium, quapropter petit Concilium media, quibus per se, & attenta natura rerum, possit probari, quamvis ex accidenti dari possit casus, in quo nequeat; Porrò in nostro casu est omni- 35 nò impossibile, quod probetur per se, & ex natura sua celebratum matrimonium inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam, per illam formam, sub qua contractum asseritur, nam occultata sunt testibus nomina propria contrahentium, exposita sunt ficticia Titii, & Bertæ: non est propalata eis hujusmodi mutatio, incognita eis est persona utriusque contrahentis, qua arte per hos testes probare potest Ecclesia Carolum Franciscum nupsisse cum Epiphania? Interroget centies hos testes, respondeant vidisse duos nubentes, quorum unus dictus est Titius, & altera vocata est Berta, undè colliget, hos esse Carolum Franciscum, & Epiphaniam? Interroget iterùm centies, an viderint contrahentes, an eos cognoscant, an audierint aliquando, hos 36 commutasse nomen in Titium, & Bertam, centies etiam reclamabunt se prorsus horum omnium nihil scire, & ità revera est, Nisi ergo revelationem à Deo accipiat Ecclesia, nullo artificio, nullo studio, devenire potest ex depositione horum testium in cognitionem, quod Carolus Franciscus inierit conjugium cum Epiphania. Si matrimonium contrahatur sub forma contraria naturæ, & fini intrinseco ejusdem, puta sub conditione, ut mulier non prolificet, per omnes Teeologos contractus iste nullus est; Ergo si contra- 37 hatur sub forma contraria publicitati naturæ, & viæ, per se proba-

se probativæ, non erit publicum tale matrimonium, ideoque clandestinum: Non erit capax probationis, ideoque non in facie Ecclesiæ, Porrò præsens est hujusmodi: quoniam ex vi illius modi, quo fuit celebratum nunquam certificari potest de nuptiis inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam; Certificabitur quidem de nuptiis Titii, & Bertæ; sed qui isti sint, Deus scit: Mulieris dictum non suffragatur: Parochi testimonium, quamvis aliàs magni ponderis, non sufficit, sed Parochi, & utriusque simul testis præsentia testificari, potentis indivisibiliter, & essentialiter prærequiritur, ibidem declarante Concilio. 38

Secundùm regulam utriusque Juris toties testis non est per se sufficiens, quoties Pars litigans potest per se excipere contra eum: Putà quod sit rei testificandæ ignarus; In præsenti facto per se Carolus Franciscus potest rationabiliter excipere contra hos duos testes, si vocarentur ad judicium, ipsis deponentibus, audivisse Titium duxisse Bertam, promptissimè, & verissimè respondebit, nonnè sum Titius? & evidenter probabit, afferendo tabulas Baptismales, adducendo totius suæ Familiæ, totiusque Oppidi certissimam scientiam. Testes nihil noverunt de nominis mutatione: nihil noverunt de individuo Epiphaniæ, deque individuo dicti Caroli Francisci, qui, præter nomen etiam habitum exteriorem mutasse affirmatur; Non possunt ergò esse testes singulares de facto individuali, quæ est alia conditio requisita ab utroque Jure in teste, per se sufficiente. 39

Hinc spontè corruit, quod speculatur, potuisse detegi contrahentes, si, completa functione, accurrissent Satellites, vulgò *li Sbirri*, quibus aliundè essent noti contrahentes, & depræhensos peregrinos interrogassent, quid hic fecistis? ipsique responderent, præsentes fuimus matrimonio, quod isti duo contraxerunt. 40

Siquidem nec res ità evenit, nec evenire potuit sub constitutis circumstantiis, cùm clausis januis secretissimè omnia peregerint, & separatim à nubentibus discesserint testes, nec in Sancto Costantio erant *Sbirri*: Deindè casus est omninò abstractus, & metaphysicus, & in iis, quæ per accidens incidunt, à lege minimè compræhensis, certa est regula omnium Theologorum, quod leges disponunt de rebus, prout moraliter, & humano modo evenire solent. Injunctæ brevitati consulens, evincam exemplo, ad propositum aptissimo: Demus duos personatos, vulgò *due Masscherati*, nubere coram proprio parocho, & duobus testibus, quibus illi sint omninò incogniti, Iste contractus, absque dubio est nullus, & clandestinus, eo motivo, quod non est capax probationis per se, & ex sui natura, & tamen est casu accidentali revelabilis: Ponamus, completa functione, occurrere Satellites, seù *li Sbirri*, qui tempore bacchanalium circumeunt Civitatem, capiant testes, egredientes è domo Parochi, eos interrogent, quid fecistis apud Parochum? Respondeant, præsentes fuimus matrimonio, quod contraxerunt duo illi personati, quos videtis; Tunc Satellites expolient personatos, & eos cognoscant, en cognitio via accidentali; sub qua nullo modo stat valor matrimonii: 41 42

Quod si quis ne succumbat argumento auderet concedere validum matrimonium, descriptum inter duos personatos, actum est de lege Concilii: Via occultandi polygamiam facillima aperta est; Fiant matrimonia inter Amantes mascheratos coram testibus omninò incognitis, & poterunt singulis mensibus variare nuptias, absque periculo, quod possint ab Ecclesia convinci: Nunc ad rem nostram, quod facit personatio, vulgò *l'abito da maschera*, multo magis facit nominis extranei confictio; quia nomenclatura totam personam refert, & demonstrat. Ecclesia pro valore matrimonii postulat non qualemcumque præsentiam testium; sed talem, quæ ex natura apta sit ad testificandum, ad probandum; Undè si vir, & mulier inebrient duos testes, & coram illis contrahant, contractus ille est formaliter clandestinus quamvis ex accidenti possent cognosci nubentes, puta si clam laterent duo Clerici in angulo Ecclesiæ, qui, & audirent, & cognoscerent personas. Necessè est igitur, quod forma ipsa contrahendi vim probativam includat, & in casu nostro substantialis modus contrahendi continet, media impossibilitantia probationem. 43 44

Replicabit fortè, non esse necessariam prævium cognitionem in testibus, sed sufficere eam, quæ in actuali contractu colligitur per externam corporaturam sponsorum, & ideò valent matrimonia secreta, & quæ ex conscientia dicuntur coram exteris, & ignotis testibus: Hinc si occurrerent Carolus Franciscus, & Epiphania illis duobus vagabundis, facili negotio cognoscerentur per aspectum corporaturæ, quamvis pro Titio, & Berta haberentur: Continet replica aliquam veritatem & quidem eam, in qua totum pondus radicatur; sed non benè applicatur, nec verè: Lubenter admittimus non esse necessariam præcedentem notitiam; Ultrò fatemur sufficere eam, quæ in actu, contractus hauritur: sed ut hæc legitima sit, necesse est, quod exterior apparatus, saltem essentialis, sit verus, & non falsarius, si enim falsarius sit, aptus non est pro acquirenda veritate sed multùm opportunus pro inducendo errore: Volumus sufficere corporaturam sponsorum, sed debet esse naturalis, non vestita fallacibus coloribus, ex artificio assumptis ad fallendum; si quis hominem sibi incognitum attentè perspiciat medio speculo varigato, seù lineato, & species præsentes alterante, nunquam illum distinguet, remoto speculo, etiam si millies in via ei occurret; Pleno ore damus, testes matrimonii non oportere esse omni exceptione dignos, intraneos, concives; sed tamen debent esse tales, ut possint testificari, debent taliter assumi, ut adsit illa qualitas, quæ requiritur à jure naturæ ad deponendum, ad probandum: Si autem hac conditione spolientur, nihil efficitur In matrimoniis conscientialibus substantialis apparatus exterior verax est, forma essentialis externa non est mentita, nec fictionibus colorata, quamvis quoad aliquas circumstantias accidentales non adsit omnimoda connaturalitas; Ex qua oritur, quod quandoque ex accidente nequeant probari, ut si post contractum connubium sponsi occiderent legitimos testes. 45 46 47

In casu verò nostro substantialis apparatus est fictionibus vestitus, forma necessaria est mentitis circumstantiis involuta, & totum ex industria factum est pro occultanda realitate. Carolus Franciscus mentitus est alienam personam, plebei unius videlicet, cujus rusticalia vestimenta induit, occultatis signis viri nobilis, ac proindè etiam corporaturæ speciem, morum, loquelam opportunam personæ, quam gerebat, affectaverit: Sponsus uterque, nedùm proprium nomen reticuit, sed novum sibi finxit. Nec qualecumque, sed Titii, & Bertæ, quæ sunt universalia vocabula, sub quibus in literis supplicibus solent configurari casus ad occultandam individualitatem personarum postulantium. Quæsiti sunt peregrini ex remotis Regionibus adventantes; quibus prædictarum personarum conditio, nec nominis confictio est indicata: In actu confessionis stabilitus est modus contrahendi; & sub sigillo Sacramentali se obligavit secretò Viceparochus, Electa est media nox, quæ non modicum conducit ad alterandas species visuales pro recta cognitione personarum incognitarum; Si iste non est modus per se occultativus &, impossibilitans probationem per se, nescio qualis sit, & libenter aliam formam artificiosiorem audirem. 48 49

Totum subsidium devolvitur tandem ad Epistolam Eminentissimi Episcopi, & P. Bellusii sui Theologi; Sed hoc est totaliter evacuatum, per ea, quæ reflectunt Scribentes pro viro, mihi unum sufficit, omninò evidens, videlicet, totam notitiam, quam habuisse fatetur Episcopus cum suo Theologo, unicè resolvi in dict. Pulzonum Viceparochum, & Epiphaniam, sicut ex Epistola, & aliis monumentis claré constat: Autoritas autem Pulzoni, non sufficit pro evitanda clandestinitate, cùm Conciliaris dispositio præter Parochum requirat etiam testes, sub ea qualitate, quæ est necessaria per se ad testificandum: Fides mulieris non suffragatur, ipsi enim non creditur, utpotè Parti principali litiganti: Si agere ur de damnando Carolo Francisco ad exilium trium annorum pro homicidio, non puto, quod justissimi Judices ferrent sententiam, moti dicta Epistola, quæ tota innititur relatis à Viceparocho, & publicatis à Fœmina accusatrice; Multò minus moveri debent, ad eundem damnandum perpetuæ servituti disparis, & ignominiosi matrimonii. Addo, quod, etiamsi subsisteret benè adminiculatæ Epistolæ authoritas, adhuc non sufficeret pro valore matrimonii, quia notitia personarum contrahentium, de qua in illa fit mentio, præcedit actualem celebrationem matrimonii, notitia autem præcedens non suffragatur, si in actu contrahendi non servetur forma essentialis, per se apta ad probandum; Valor enim matrimonialis non pendet ex antecedentibus, vel consequentibus adminiculis; sed ex forma actuali legitima; undè & si notissimum fuisset Episcopo, cæterisque, quod duo contracturi sunt matrimonium, si tamen in actu assumantur testes inidonei verb. grat. fatui, contractus nullus est, notitia præcedens non deservit; porrò si Episcopi concedunt facultatem contrahendi absque proclamationibus, semper intendunt, quod in actu observentur debita constituta. 50 51 52

Alia via ostendi potest nullitas præsentis matrimonii; ea videlicet, 53

videlicèt, quòd defuerit necessaria intentio pro conficiendo sacramento, quod Matrimonio Catholicorum essentialiter adnectitur: Conficientes Sacramenta, ut in hoc, sunt Conjuges, debent habere intentionem faciendi, id quod facit Ecclesia, quæ certè excludi videtur per modum contrahendi adeò artificiosum, & Carolum Franciscum non habuisse legitimum consensum, sed fraudolentum, machina ipsa adinventa, cæteris fulcita adiacentibus, satis superque indicat.

54

Et ità pro veritate sentio, salvo semper meliori judicio.

Fr. Liberius à Iesu Lector Sacrar. Controv. in Seminario S. Pauli apud S. Pancratium Fratrum Carmelitar. Discalceator.

55 Sub eodem Responso Theologico A. R. P. Liberii adest hæc subscriptio.

Sum in eodem Voto.

Ego Don Joannes Baptista Crucianus Procurator Generalis Clericorum Regularium, vulgò Theatinorum, S. Congregationis Rituum Consultor, manu propria.

56 Rogatus &c. legi, & attentè recognovi duo Responsa, R. C. A. Typis edita, alterum R. P. Fr. Liberii à Jesu Ordinis Carmelitarum Discalceatorum, alterum verò D. Advocati Dominici Ursaya, pro veritate scribentium de mandato Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium *in Fanen. Matrimonij*, inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam Et in ea sum censura, præfatos Theologum, & Juris Doctorem benè opinari de nullitate matrimonii vigore Ecclesiasticæ legis, latæ à *Trid. sess. 24. cap 1. de Reform. Matrim.* cujus, & irretractabile præceptum est ad ea evitanda, quæ ibi Sancta Synodus deplorat, & detestatur, matrimonii Sacramentum contrahendum, & celebrandum esse in faciem Ecclesiæ, idest publicè, & notoriè, recognoscente, & approbante Ecclesia, cujus ex indulgentia, hæc publicitas, & notorietas se restringit æquè principaliter, saltem ad assistentiam proprii Parochi, vel Sacerdotis, ejus vicem gerentis, & duorum, vel trium testium; Quod si in his dolus, vel fraus intercesserit, profectò matrimonium, prout deficiens in substantialibus, erit clandestinum, & proindè invalidum, irritum, & nullum.

Et in casu præsenti, præter quam quod etiam dubitari potest de assistentiæ testium defectu, hac quantumvis posita, seu præsupposita, invalida tamen, & nulla omninò est, Cùm enim S. Synodus ex summa benignitate, ultra Parochum, contenta sit duobus, vel tribus testibus, ut ex hac publicitate, & notorietate, repræsentante faciem Ecclesiæ, clandestinitas, & omnis clandestinitatis suspicio tollatur, debet testibus clarè, apertè, & pro veritate indubitabili constare de formali contractu, &. personis contrahentibus; Quare cùm in casu controverso assumpti fuerint in testes duo per Loci transitum, & ad momentum commorantes, incogniti alienigenæ, & vilissimi vagabundi, hora noctis intempestiva, secretò in Ecclesiam, foribus clausis, admissi, atque testes assistentes facti contractui matrimoniali inter personas habitu ementito, & quippè larvatas comparentes, & ità malitiosè contrahentes; Et quod nodus indissolubilis nullitatis est, falsato nomine Titii, & Bertæ, quod unicè saltem testibus clarè, & sinè ulla fictione aperiendum erat. Cùm enim, & personarum recognitio alienigenis non tàm facilis sit, cùm ex specierum confusione facillimè labatur, ab earundem veris, & propriis nominibus in suo actu firmatur contractus, & confirmatur deindè per assumptos testes, qui in matrimonii Sacramentali contractu, nedùm æquè principaliter cum assistentia Parochi sunt considerandi, sed tanquam de assistentia potissima magis principaliter, ex ea ratione, quod Parochus nolens, seu volens assistens, quinimò, & si renuens, & contradicens assistere, concurrit ad firmandum contractum substantialem matrimonii, si cætera adsint; Quod si testes renuant, & contradicant, nulla erit eorum præsentia. Quare si tanti existimantur testes, cùm hi de Titio, & Berta individualiter ferre tantùm possint testimonium, publicitas, & notorietas in faciem Ecclesiæ vera non fuit de Carolo Francisco, & Epiphania, Talis quippe error est in substantialibus contractus, cùm error sit unum pro alio reputare, ut ait *S. Doctor Bonaventura ex D. Augustino in Enchir. cap. 21.*, & refertur *cap* Quibus 22. *quæst.* 2. Quod si non sit necessaria cognitio personæ, consistens in sola scientiæ negatione, non excusat tamen inductus malitiosissimè positivus error simulando testibus Titium pro Carolo Francisco, & Bertam pro Epiphania, Adeo que cùm nomina contrahentium testibus falsata, & iniquo velamine tecta fuerint, clandestinum debet reputari controversum matrimonium, & nequaquam in faciem Ecclesiæ, sed coram Principe tenebrarum celebrato.

57

58

59

Nec urget, si dicatur dirigi contractum ad personas contrahentes, & non ad earum nominis, & cognominis scientiam, Ex prælibatis Sacr. Trid Synodi mens est tollere omnem clandestinitatem, & hæc nonnisi ex publicitate, & notorietate personarum, quæ præcipuè, & sigillatim evulgatur ex nominum, & cognominum declaratione; Quod si nomina falsentur, erit actus & contractus subreptitius, & obreptitius in substantialibus, & per consequens innegabiliter nullus Nec valet ad effugium ex Sac Paginis exemplum Jacobi adducere, qui simulato nomine, & vestitu Esau, benedictionem à Genitore Isaac extorsit *Gen.* 27. Quinimò, & in puncto firmantes ex hoc capite nullitatem matrimonii controversi ex Sac. Interpretibus, sapientissimè respondent, illam benedictionem fuisse mysterium, & privilegiatum opus Dei, Eo quia Jacobo debebatur ex cessione primogenituræ, aliàs ipsi facta ab Esau. Et in actu etiam fuit invalida & ab Isaac postea confirmata est, ita Deo inspirante, ut recitat *S. August. lib* 16. *cap.* 37. *de Civit. Dei*, *& alii ibi*, & in *Commentario Coquæi*, necnon *S. Doctor Bonaventura cum Scoto Mudius* in id Josue 9. *Et non percusserunt eos Sanchez n.* 16. *Theodoret quæst.* 79. *in Genes. &c.* & si in aliquibus poteft effugium quæri, nullum semper erit, ob malitiam perversorum, & pravę cujusque dispositionis conterendam pro viridi observantia sanctissimæ legis Trid. Synodi, ita Spiritu Sancto suggerente &c. Quare &c.

60

61

Ita sentio salvo omni meliori judicio.

Ego D. Julius Lucenti Abbas Cistercìensis, Sac. Theolog. Magist., & Sac. Cong. Indicis Consultor &c.

Ego infrascriptus accuratè expendi duplex Responsum, Theologicum unum, & Juridicum alterum in *Causa Fanen. Matrimonij* inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam, & in utroque comperi solidissimis rationibus demonstratum, prætensum matrimonium inter prędictos esse fictitium, & etiamsi in illis circumstantiis celebratum fuisset, adhuc fore invalidum, & reiiciendum. Ita sentio, salvo semper &c.

62

Joannes Maria Gabriellius Monachorum Reformatorum S. Bernardi Ord. Cistercien. Abbas Generalis, postea S. R. E. Cardinalis.

Ego infrascriptus attentis, consideratis, ac diligenter discussis Allegationibus D. Advocati Ursaya, in Causa *Fanen. Matrimonij*, censeo matrimonium, de quo ibidem agitur, esse verè ac propriè clandestinum, eo præsertim, quòd illius exemplo manifestè labefactantur Sanctiones Sacrosancti Concilii Tridentini, & lata aperitur via inconvenientibus, quæ ex clandestinis nuptiis ante Concilium oriebantur, & ad quæ tollenda providæ præfati Concilii sanctiones editæ sunt. Ultraquamquòd non probatur concludenter factum ex parte mulieris, cui matrimonium alleganti, ex notis juribus, incumbit onus præcisè ipsum concludentissimè justificandi; Agitur namque de facto, quod nunquam præsumitur, & ita censeo in sensu veritatis, & pro justitia requisitus.

63

Ego Fr. Thomas Granellus de Genua Lector Iubilatus, Consultor P. Generalis, Qualificator Supremæ Inquisitionis S. Officii, atque Consultor Sac. Congregationum Rituum, & Indicis, manu propria.

Vidi duo Responsa pro veritate, Theologicum unum à R. P. F. Liberio à Jesu ex Carmelitarum Discalceatorum Familia, & Juris alterum à D. Advocato Dominico Ursaya, magna doctrina, & eruditione exarata ita benè in Causa *Fanensi Matrimonij* inter Carolum Franciscum & Epiphaniam, ambo negativa matrimonii prętensi reperii, & quidem solidis rationibus fundata, quibus inhærens eidem sententiæ me subscribo, & præcipuè, quia ex nullis. quę ibi deducta ex processu referuntur, Ecclesiæ constare video tale matrimonium; Non ex depositionibus Epiphaniæ, & Oeconomi, pro validitate deponentium, quia inter se valde discordant, inditium certissimum falsitatis, *Dan. c p.* 13. *Convicerat enim Daniel ex ore suo falsum dixisse testimonium*, quia unum ex Senibus accusantibus dixit, se vidisse Susannam cum adolescente sub schino & alter sub pino.

64

Non ex attestatione ipsius Parochi, seu Oeconimi, utpote varia, imo & contraria in ipsomet Judicio prolata, quod valde adimit ipsi fidem *cap. Licèt Causam de Prob. & l. Qui falsò, vel variè ff de Testib.* qui non apparent, imò mihi verosimiliùs nullus interfuit matrimonio, & suadet præter incompossibilitatem manendi in Urbe in Hospi-

Hospitali Sanctissimæ Trinitatis ipsos, quos dicunt testes, die 19. Januarii, & die 20 immediata, in qua celebratum dicitur matrimonium, interesse in S. Constantio, distante ab Urbe ad minus 150. milliariis. Credulitas ipsa Parochi, quod factum matrimonium sibi sub sigillo Sacramentali fuerit commendatum, quæ utique nimia foret, & aliena à Parocho, si id, quod fit præsentibus testibus sub sigillo cadere crederet; Nec si adessent, & adfuissent testari possent quia peregrini, & facto quasi larvato in nocturno tempore adesse, non dicuntur humano modo, quod exigitur, ut verè sint testes matrimonii, juxtà Doctores, & de peregrinis solis hoc docet *Bonac. tom. 1. de Natura, & propriet. Matr. quæst. 2. num. 49.*

Instrumenta, & depositiones testium de voce, & fama matrimonii, non convincunt, ut benè in his Responsis demonstratur, ex quo toto improbatum, ne dicam impossibile reperio hoc matrimonium in facie Ecclesiæ, quod sufficit, ut sententia dissolvatur, juxtà expressam doctrinam *Gratian 30. quæst. 5. per totam*. Adhuc casu quo verum fuisset matrimonium occultum, ut erat ante Trid. *Incerta enim (ut Sixtus Papa scribit Episcopis per Hispaniam constitutis) nemo Pontificum judicare præsumat, & quamvis vera sint, tamen credenda non sunt, nisi quæ certis indiciis comprobantur, nisi quæ manifesto judicio convincuntur, nisi quæ judiciario ordine publicantur.* Sic citatus *Gratianus de Connubiis clandestinis* & concludit: *Apparet clandestina Conjugia ideo esse prohibita, quia cum eorum alter conjugalem affectum se ad alterum habuisse negare voluerit, legitimis probationibus convinci non poterit, quibus deficientibus, Judicis sententia ritè absolutus, reatum adulterij uterque incurrit, dum, utroque eorum vivente, aliis se copulaverint.* Et huic malo remedium apposuit Sac. Concilium Tridentinum, irritando contractus, qui legitimis probationibus convinci non possunt, inter quos esse præsentem judico, salvo meliori &c. Datum in hoc Conventu S. P. Augustini de Urbe sub die 26. Augusti 1699.

Magister Fr. Alphonsus Dominguez, Assistens Hispaniarum Ordinis S. Augustini.

Ego infrascriptus vidi, & attentè consideravi rationes, & motiva, deducta per D. Advocatum Ursayam in Causa *Fanen Matrimonij*, & omnibus attentè ponderatis, pro veritate censeo, matrimonium, de quo ibidem agitur, esse propriè clandestinum, & modum, quo contractum fuisse contenditur, prorsùs evertere sanctionem Sacrosancti Concilii Tridentini, Reipublicæ Christianæ nimis proficuam. In fidem &c. hac die 4. Septembris 1699.

Fr. Carolus Riccius Custos Angelicæ Bibliothecæ in Conventu D. Augustini Urbis, Sac. Theol. Prof. & Mag.

Nos infrascripti vidimus, & attentè consideravimus rationes, & motiva, adducta in Causa *Fanen. Matrimonij*, tàm à R. P. Liberio à Jesu, quàm à D. Advocato Ursaya, & omnibus maturè perpensis, & ad trutinam veritatis libratis, in eo sumus sensu, quod matrimonium, de quo ibidem agitur, concludenter non probetur quodque modus, quo contractum fuisse prætenditur, est propriè clandestinus, & de directo oppositus sanctioni *Concilij Tridentini sess. 24. de Reform. Matrim. c. 1.* ut tenemus in sensu veritatis. Hac die 6. Septembris 1699.

Ego Fr. Angel Pizzolante Sac. Theologiæ Magister, & Doctor, Provincialis Hyberniæ, nec non Secretarius Ordinis Carmelitarum.

Ego Fr. Joseph Maria Mendes S. Theol. Mag nec non Provincialis Or. Carmel. Provinciæ Romanæ.

Ego Fr. Antonius Clemens Pugliani Sac. Teologiæ Magister, ac Doctor, nec non Prior S. Mariæ Transpontinæ de Urbe.

Solidè ità, & eruditè invaliditatem Matrimonii inter D. Carolum Franciscum, & Epiphaniam prætensi, propugnat D. Advocatus Dominicus Ursaya, ut a me, cum ex parte facti, tum Juris, ipsius rationibus expensis, cogar cum eodem proferre, ex primo non sufficienter probari, ipso facto tot contrarietatibus, & ambagibus implicato corruere, & ex secundo à finibus clandestinitatis non fugere. Profectò si valida hujus generis matrimonia declarabuntur, vel pro polygamiis extirpandis, non satis provisum fuit à Sacrosanta Synodo Tridentina, vel ejus provisioni jam occurrit humani generis hostis, legis Christianæ observationem affectans, fine autem legis à Christiana Republica non assequuto; Omnia enim ex una parte disposuisset eadem Sacrosancta Synodus, Spiritu Sancto edocta, ad matrimonia coram facie Ecclesiæ contrahenda ipsique Ecclesiæ deindè, urgente necessitate testificanda: Omnia ex altera ad malum proni ex natura homines, Dæmone suggerente, adinvenissent ad Matrimonia, coram facie Ecclesiæ contracta, eidem occultanda. Utrinque militaretur pro fine contrario, & utrinque syncerum Ecclesiæ finem intentum esse credamus? Absit. Pro omnium Sacramentorum valore, sicuti illicitæ declarantur, tutioribus relictis, opiniones probabiles, ita & illicitæ reputandæ veniunt declarationes pro eorum validitate, opinionibus probabilibus innixæ, tutioribus relictis: Cùm ergo numeris omnibus absolutis pro invaliditate præfati matrimonii fundamenta satis concludentia, satisque tutiora inscripserit D. Advocatus Ursaya, ejus sententiæ verissimæ, solidissimæ ac fundatissimæ me subscribens, pro veritate judico, tàm jure, quàm facto invalidum esse agitatum matrimonium.

Fr. Petrus Thomas Sanchez Or. Carmel, S. Theol. Magister, ac Doctor, Lector Moralis in Conventu S. Mariæ Transpont. de Urbe & in eodem S. Theol Regens, necnon in Romana Sapientia publicus Metaphysicæ Prolector.

Dum hæc imprimuntur dignissimus Prior Generalis sui Carmelitarum Ordinis.

Sub Responso Theologico R. Patris Liberij adsunt hæ binæ subscriptiones,

Sum in eodem Voto.

Ego Fr. Petrus Antonius de Rubeis, in Universitate Pisana Sac Theologiæ publicus professor. Ordinis Servorum B. M. V. Procurator Generalis &c.

Sum in eodem Voto.

Ego Fr. Antonius Maria Castelli Ordinis Servorum B. M. V. in Collegio Henrici Studij Regens.

Quæ de prætensi matrimonii insubsistentia, tùm in Jure, tum in facto solidè, accuratè & doctè, necnon eruditè, hoc est suo more, scripserunt Theologus, & Canonista, tum in facto tum in Jure subsistunt: Omninò enim, & rationi congruunt, & Juri: Rationi, nàm respuendus est à testificando Parochus perjurus, & proprii adeò ignarus officii, ut matrimonium, celebratum cum interventu quinque personarum, ut ait, quod Ecclesia vult taliter celebrari, quo facilè ex vi actus, cuique possit innotescere, crediderit cadere sub sigillo Confessionis: Jure verò, nàm omninò tenendum, à Tridentino irritatum omne matrimonium, de quo constare non possit Ecclesiæ, quod initum fuerit inter determinatas personas, Quarè sum in sententia, & voto utriusque; tum Theologi, tùm Canonistæ. Hac die 19. Augusti 1699.

Franciscus Maria Campionus Ordinis SS. Trinitatis Red. Captiv. Apostolicus Cleri Examinator &c.

Duo mihi allata fuere Responsa in Causa *Fanen. Matrimonij*; Juris unum, à D. Advocato Dominico Ursaya editum: Theologicum alterum, confectum à R. P. Liberio, atdicere coactus, quid ipse in hac controversia sentiam pro veritate, & conscientia, num videlicèt subsistere possit veritas existentiæ matrimonii, prout asseritur ab Epiphania, Uxore prætensa, & num videlicèt, illa asserta, sit factum juxtà legem Tridentini, tantorum luminum ope, non dubito me erroneum prolaturum judicium, unde ad primam.

Dico: Tantum abest, quod probetur veritas existentiæ matrimonii, quod tali discursu evinco. Qui non adducit causas veras, ex quibus pendet veritas alicujus facti, non probat existentiam facti, sed potius demonstrat non existentiam facti. Sed in casu nostro non adducuntur causæ veræ, ex quibus unicè pendet veritas existentiæ d. matrimonii, ergo non probatur veritas existentiæ matrimonii, sed potiùs demonstratur non existentia talis veritatis. Adducuntur causæ, ex quibus unicè pendet existentia prædicti matrimonii, & declaratur, quod istæ nullatenùs sint veræ. Causæ enim istæ sunt, assistentia Parochi, præsentia testium, locus, & tempus, & cùm in singulis earum contradictio, veritas omnis pro qualibet determinata parte eliminetur, indè est, quod non adducuntur causæ veræ. Quantum ad assistentiam Parochi, modò asseritur unus, modò asseritur alius, imò si Pulsonum inspiciamus, omnem sibi demit fidem, cùm una vice pronunciet adstitisse, & pluribus aliis hoc ipsum negat, & juramento firmat: Quantùm ad locum modo asseritur fuisse celebratum matrimonium in uno loco, modò in alio: Quantùm ad tempus pariter asseritur celebratum modò una die, modò altera, quæ contradictio falsificat præsentiam testium peregrinorum, quæ insuper redditur falsificata, quia hoc aliundè probari non potest, nisi ex solo dicto Parochi, cùmque dictum Parochi sit contradictorium, contradictoriam reddit præsentiam testium; Undè cùm, nec seorsim, nec simul adducantur causæ veræ existentiæ matrimonii, non probatur existentia, sed potius clara, & quasi demonstrativa redditur non existentia.

Quantùm ad secundam idem sentio, sicut sapientissimè

me scripserunt duo illi insignes Doctores, & Lectores, sub
80 quibus veluti ducibus, idem judicium profero, quod illi prætulerunt, salvo semper meliori consilio; Ita est &c.

Fr. Hyacinthus Maria à S. Bernardo Augustinianus Discalceatus, & in Universitate Romana Lector &c.

Appendix ejusdem P. Liberii à JESU ad dictum Responsum Theologicum.

81 AUthor Responsi Theologici in matrimonio Fanensi fundat suam resolutionem in eo, quod matrimonium prædictum non sit per se probationis capax, hoc autem est falsum, siquidem est per se probabile, ut sit clarum, si fingatur casus, practicè possibilis, sub his terminis: Demus, quod Carolus Franciscus secunda die à celebrato matrimonio amorem mutaverit, quo nihil facilius, vel turbolentias passus cum Epiph. ab ea recedat; Mulier reclamet, statim Romam veniat, antequam duo Peregrini discendant; Judices interpellet, qui jubeant peregrinos detineri, jubeant Carol. Franc. Romam venire, & secum deferre habitus illos, quibus illo vespere in eo actu usus est, jubeant illis vestiri, & fœminam similiter iisdem, quibus est usa, & indutos præsentent eos illis duobus peregrinis, interrogentque, an agnoscant illos duos, an fuerint alicubi præsentes matrimonio, inter eos celebratos? Optimè respondebunt agnoscere,
82 & in S. Constantio contraxisse nuptias, nescient quidem hunc esse Carolum Franciscum, & illam Epiphaniam, sed agnoscent esse illas duas individuales personas, quæ ibi contraxerunt: Et hoc sufficit, ut patet in ordinariis matrimoniis, quæ plurima Romæ fiunt assumptis bitbantibus pro testibus, qui nec familiam, nec cognomen, nec personam agnoscunt contrahentium, sed solùm audiunt nomen v. g. Francisci, & Claræ, quæ sunt communia pluribus. Est ergò ille contractus capax probationis per se.

Replica hæc confirmat resolutionem Authoris: Ad cujus claritatem benè advertenda sunt duo.

Primum, quòd aliud est considerare in abstracto, & prout sub imaginabilibus, & somniabilibus circumstantiis evenire possunt, aliud est considerare res in concreto, & in facto es-
83 se, seu prout eveniunt: Plurima sunt in abstracto possibilia, quæ in concreto accepta non sunt talia: Do exemplum: Si dicam in abstracto canis venaticus paulò velocior lepore, potest leporem capere, rem possibilem, & veram assero: Si autem ponam casum in concreto, puta quod lepus sit propè collem asperum, densum, & spinosum, & per decem, vel duodecim passus antè canem, tunc per se est impossibile, quod canis leporem capiat, quia in ascendendo lepus est velocior, canis verò minus velox, lepus per condensa facilè se ascondit penetrando, secùs canis.

Secundum est, quod res cadentes sub legibus humanis accipiendæ sunt secundùm possibilitatem moralem, non autem
84 metaphysicam, quia ordinatæ sunt ad modum vivendi humanum; Modus autem vivendi humanus non respicit metaphysicos casus, hi enim sunt extrà regulam, sed respicit casus, ut subsistunt circumstantiis, moraliter evenibilibus, hi enim sunt capaces regulatione.

Nunc casus, quem Replica meditatur, est omninò abstractus, & solum metaphysicè possibilis in concreto autem
85 acceptus, proùt debet accipi, est evidenter impossibile secundùm ea, quæ moraliter, & per se eveniunt, si attentè perpendatur: Si attendamus ad naturam matrimonii, quod est vinculum amatorium, per se non evenit, quod in tam brevi tempore conjuges disjungantur; Et in casu Epiphaniæ multò minus, quæ erat captiva Caroli Francisci, à quo victum recipiebat: Si attendamus ad naturam mulieris, hæc non solet esse prompta ad tentanda ea, quæ in casu replicæ finguntur; Et quoad hanc mulierem res non est moraliter excogitabilis: Mulier paupercula, vilissima, existens in Pago parvo, in rigoribus hyemis, iter Romanum satis longum qua arte, quibus auxiliis arriperet, taliter ut
86 perveniat ad Urbem, priusquàm discedant peregrini prætensi ab Hospitali Sanctissimæ Trinitatis; Si verò exierint, quomodò per Urbem vagantes inveniet homines omninò incognitos? Si extrahendus est Commissarius ab Urbe, summa notabilis pecuniæ est depositanda, ubi eam accipiet mulier non boni nominis? Si attendamus, & Curiæ stylum, & similium negociorum conditionem, non creditur fœminæ asserenti, sed deputatur Ordinarius pro Informatione, aliaque fiunt, prudentia, & æquitate postulante, pro quibus exequendis tempus rationabile prærequiritur, Interim, & prætensi peregrini evanescunt, & Carolus Franciscus res suas disponit; Sibiq; providet, & cautiones proportionatas assumit: Sed apertam impossibilitatem confìcti casus quis non videt? De facto Carolus Franciscus constanter persistit in negatione contracti matrimonii cum Epiphania; Qualiter ergò quæret illum vestitum rusticalem priorem, il-
87 lumque induet, ut compareat coram testibus? Si omnia negat, si mendacem proclamat Epiphaniam, & versipellem, falsariam, quomodò Judices jubere possunt, ut compareat sub forma, præscripta in casu Replicæ? Convincendus ergò prius est facto; Atqui per Sapientissimum Dominum meum nequ t convinci de facto, cùm approbet lubenter primam partem Responsi Theologici; Ergo apertè non est moraliter possibilis casus, quem descripsit in Replica, adeoque, ut planum est attentè consideranti, casus ponitur sub circumstantiis tantùm metaphysicè evenibilibus, ac proindè casus est de per se accidens omninò, non autem de per se, nec de in entris à lege.

Ulterius procedamus, & figuremus Romæ duos personatos, vulgò *in Maschera*, coram testibus ignotis contrahere
88 matrimonium, pectus discopertum in utroque demonstrat, unum esse fœminam, & alterum masculum, de reliquo densissima, & largissima maschera totaliter uterque contegatur: A tribus diebus Sponsus mutet amorem: reclamet mulier: adeat Judices, narret factum: detinere faciant testes: jubeant eosdem sub illa eadem maschera coram testibus comparere, Interrogent, an agnoscant illos duos: An aliquando viderint illos inter se contrahere matrimonium: Respondeant id, quod noverunt, En casus simillimus illi, in Replica descripto: En inventa speculatio, sub qua videtur posse probari personatorum matrimonium, quibus tamen non obstantibns, matrimonium illud est omninò nullum absque dubio: Quod si quis Camelum vellet deglutrie, ut ex-
89 cullat publicem, concedens validum fore matrimonium, non video quid fecerit Sacrosanctum Concilium sua lege; Certè non providit polygamiis; Certè non attulit remedium ullum horrendis illis adulteriis, quæ ibi deplorat: Certè integra remanet Juvenibus forma decipiendi puellas, & mutandi uxores.

Dicit Sapientissimus meus Dominus: In casu mascheratorum respondebunt testes, se vidisse duos similes homines matrimonium celebrasse à tribus diebus: In casu verò Caro-
90 li Franc. respondebunt testes, has duas personas contraxisse, quia vultus, & frons discooperta magnum est signum cognoscibilitatis.

Sed hic est punctus difficultatis: Cur in casu personatorum similes tantùm cognoscentur, & in casu Caroli Francisci personæ? si utrobique realiter sunt eædem? si utrobique sunt in ea positione, sub qua contraxerunt? si utrobi-
91 que est occultatio contrahentium? si utrobique assumuntur signa, per se fallentia, & decipientia? deponenda est allucinatio vultus, suæ connaturali dispositioni relictus, & si paulò magis expolitus, & inunctus, est signum veræ cognoscibilitatis, non autem vultus artificiosè confictus, diversùs ab eo, quem quis habet, tùm ex parte habituum, tum ex parte gestuum, tum ex parte modi deferendi corporaturam, sub quibus apparet quis distincta persona ab ea, quæ revera est: Parùm refert, quod maschera immutans sit pro delineamento supra unam cartam vultui adjunctam, vel sit pro lineamento immediatè afficiente vultum medio artificio: Exemplum quotidianum, & palpabilissimum habemus in Theatris: Unus in uno actu Comediæ personam
92 gerit unius nobilis, in alio verò actu personam gerit vulgo *di buffone*, & non dignoscitur, quod hic posterior, sit idem ille prior, nisi ab illo, qui prius aliundè noverat eum: Et tamen vultus est discoopertus, sed immutatus conformiter ad personam, quàm repræsentat, hęc sunt ordinaria experientia evidentia: Recursus ergo ad vultum sic in abstracto, non est firmum argumentum, sed debet esse recursus ad vultum in concreto.

Addo, majorem esse occasionem decipiendi in casu dicti Caroli Francisci, quàm in casu personatorum: En planum motivum; In casu mascheratorum nullum est signum, determinans ad judicandum masculum v. g. plebejum esse
93 potiùs, quam nobilem ex vi mascheræ; In casu autem Caroli Francisci omnia signa expressè determinant ad formandum judicium, quod sit plebejus, non autem nobilis, qualis ipse est, adeoque explicitè datur major, & vera ratio, per se fallens, inducensque cognitionem unius personæ omninò distinctæ ab altera.

Si quis liberalis vellet dare, quod tamen falsum est, casum Replicæ esse de moraliter evenibilibus, nihil adhuc concludet;

cludet; nàm nunquàm Carolus Franc. comparens sub illo eodem habitu eandem personam exteriùs repræsentabit, quàm sub illo repræsentavit prima vice, quando nupsit, non solùm quia artificiosè diversam corporaturæ formam confinget, ut non se prodat; v. g. finget, se luscum, stolidum &c sed naturaliter, & per se, & secundùm veram naturam aliter esse non potest; certum est, philosophia docente, atque experientia approbante, quod juxtà qualitatem affectuum naturalium interiorum fiunt mutationes exteriores in corpore: Carolus Franciscus prima vice amantis affectibus ducebatur sub illo habitu plebejo, e calvitio, e *berrettone con gli orecchioni* ad matrimonium, celandum, secunda vice ageretur affectibus iracundi, infamati, timentis, ac proinde diversus animi expressiones exteriores faciet connaturaliter, & ex industria, sub quibus diversus oportet ex necessitate appareat à seipso in priori: Et quomodò illum distinguent duo peregrini, qui sub prima forma eum viderunt (in vultu, fortè terga verterit) ad momentum transeuntes, ad lumen duplicis candelæ accensæ super Altare in media noctæ; Certè non, etiamsi lynceos habuissent oculos.

94

95

Addo, in celebratione prætensi matrimonii exigitum est secretum sigilli Sacramentalis, quod per se est rigidissimè insolubile: Ex hac conditione annullatur matrimonium, & inter confinia clandestinitatis recluditur, quod ut evincam formo alium casum: Jacobus habuit rem cum Margarita, hæc minatur se proditurum ejus crimen: Jacobus spondet eam accepturum, vadunt ad Parochum cum debitis testibus, & parentibus, sed antè Jacobus seriò convenit Parochum, & protestatur, se nolle eam ducere revera; sed faciet illum actum externum, ut satisfaciat mulieri, ne sequatur sibi infamia: Hoc matrimonium coram Deo est nullum, defectu legitimi consensus, ob quem ille actus externus efficitur solùm apparens, non realiter, erit etiam nullus in foro externo, si sufficienter probetur serietas protestationis præmissæ, quamvis ob crimen deceptionis dignus esset Sponsus pœna. Ita March. *in resolutionibus de Matrimonio*.

96

97

Nunc ad rem nostram, Carolus Franciscus de consensu Epiphaniæ, & Viceparochi tractare voluit matrimonium in confessione, exegit occultari sub conditione sigilli Sacramentalis, idest protestatus est, se nolle cum Epiphania contrahere, nisi sub indispensabili secreto Sacramentali, quo deficiente non contraheret: Constat ex actis Processus, voluisse absque testibus contrahere, Parocho nolente, expostulavit prædictam conditionem, quæ directè, & per se evacuat omnem vim probativam illius actus exterioris, & aufert omnem efficaciam, redditque actum apparentem, ac proindè nullum coram Deo, utpotè ex diametro tollens essentiam, & naturam matrimonii: Est etiam nullum coram Ecclesia, si constet sufficienter de illa protestatione; atque illi constat abundanter ex Processu legitimo, adeoque in utroque foro nullum est.

98

Nec valet dicere, quod Ecclesia exigit illam formam præcisè externam, ut fit coram Parocho, & testibus, non attendens ad intentionem, de qua non judicat, tanquam de occulto; Non valet, inquam, nam Ecclesia etiam non judicat de interno consensu, utpotè de occulto, sed attendit consensum exteriùs exhibitum, & tamen si præcessit protestatio prædicta, non subsistit valor matrimonii, & ratio est, quia Ecclesia petit externum consensum verum, & non præcisè apparentem; Hæc eadem ratio currit in hoc casu, exigit externam publicitatem Ecclesia, non materialem, sed formalem, non apparentem, sed realem, hinc præcipit fieri matrimonium, non coram hominibus, sed coram testibus, quia debent habere requisita essentialia ad testificandum; sed sigillum Sacramentale essentialiter impedit in quolibet actu externo vim probativam in foro exteriori; ergo tollit naturam probativam in foro exteriori; ergo tollit naturam probationis exterioris: Falsum etiam est, hìc solùm agi de intentione interna, sed est vera, & realis conditio exterior, apposita actui exteriori.

99

Nec valet secundò, quod illud secretum non teneat, de hoc nolo disputare: Sed vis consistit in eo, quod involvitur protestatio de non contrahendo, nisi sub hoc secreto, quo cessante non contraheret Carolus Franciscus: Sufficit, quod in errore, & ignorantia contrahentium credatur tenere, & valere, ad hoc, ut matrimonium habeat conditionem contrariam suæ naturæ; Quod non teneat, per accidens est, quia applicatur materiæ non debitæ; Cæterùm ex sua natura, & per se insolubile est, & quia tale creditur, assumitur à contrahentibus: Ac per se consequens ex mente contrahentium, & intentione eandem vim retinet: Error materialis non tollit efficaciam intentionis formalis; Non contraheret Carolus Franciscus, si putaret æqualiter esse revelabile, vel publicabile illud matrimonium, sivè apponatur, sivè non conditio sigilli Sacramentalis, sicut non contraheret prædictus Jacobus, si crederet æquè valere matrimonium, sivè præmittat protestationem, sivè non; Cùm ergo Ecclesia noverit legitimè ex actis Processus hanc expostulatam conditionem protestativam, sequitur; & coram Deo, & coram eadem Ecclesia, nullum fore contractum inter Carolum Franciscum, & Epiphaniam.

100

Et ita &c.

DISCEPTATIO II.

DUBIA

MATRIMONIALIA

Moralem Parochorum præsentiam in Matrimoniis concernentia.

ARGUMENTUM.

Præsentia physica Parochi, an sufficiat pro matrimonii validitate; Affectante verò Parocho non audire verba, & non videre nutus volentium matrimonium clandestinè contrahere, & revera illa non audiente & istos non vidente, an matrimonium sit validum; Et quid facere teneatur Parochus in illis circumstantiis, in quibus coram ipso matrimonia prætendantur contrahi, denuntiationibus non præmissis.

Nondum calamum posueram, obsequentem jussibus Eminentiss. & Reverendiss. D. m. Card. Carpinei Sac. Congregat. Episc. & Regul. meritissimi Præfecti, pro defensione verè maximi decreti Sacrosancti Concilii Tridentini *in sess. 24. de Reform. Matr. c.* 1 in ea parte, in qua præscribendo certam formam ad evitandam clandestinitatem matrimoniorum, nulla prorsus, & invalida declaravit matrimonia aliter contracta, Quando, obtemperando præceptis alterius Eminentiss. & Reverendiss. D m. nova se offert occasio reassumendi calamum pro defensione ejusdem celeberrimi decreti in altera parte, in qua pro validitate matrimoniorum præscribitur moralis, & humana Parochorum præsentia.

1

In *Dec.* enim *Romana Matr.* 4. *Febr.* 1697 *cor. Ursino*, nulla urgente necessitate, ex quo in *§ De consensu* latè firmatum fuerat in facto, cor. Parocho expressum fuisse Helenæ consensum per nutus, & signa, quæ in *§. Stabilita* de Jure fuerant habita pro sufficientibus, ad validè exprimendum consensum pro matrimonio, etiam ad sensum Conc. Trid. maximum resolvit dubium S. Rota circa eandem Parochorum præsentiam pro matrimoniorum validitate, ut videre est in *§. Demonstrato, & seqq* cum istis verbis.

2

„ Demonstrato consensu Helenæ DD. descendentes ad
„ examen alterius nullitatis, oppositæ matrimonio, de quo
„ contenditur circa debitam Parochi præsentiam, à Conci-
„ lio Tridentino requisitam sub *c.* 1 *sess.* 24. *de Refor. Matrim.*
„ illa DD. cessare visa est ex genuina intelligentia ipsius Te-
„ xtus Conciliaris.

3

„ Etenim quamvis Parochus post auditum Francisci con-
„ sensum, dixerit in criminalibus: *Io ciò sentendo senza darli*
„ *tempo gli hò voltato la schiena, dicendo, che non li conoscevo*
„ *per niente*, & respectu Helenæ subdat: *E non hò inteso, se*
„ *la Giovane mi habbia detto cosa alcuna*. Attamen exindè re-
„ sultat, ejus non intelligentiam, ab ipsius Parochi positivo
„ facto processisse, proindeq; dum ipse causam dedit, quo-
„ minus intelligeret, de Jure habendus est pro intelligente,
„ dum nesciens ex quo noluit scire, vel affectavit nescire, ha-
„ bendus est pro sciente *c. Cum inhibitio §. Si quis de Clandest.*
„ *despons.* Et in puncto de Parocho non intelligente, ex quo
„ aures obturavit ne audiret, firmat doctissimus *Fag. in cap.*
„ *Quæsitum de Pænit. & remission n.* 8. & post eum de Parocho
„ fugiente, & per alios actus improprios non audiente, *Ricc. in*
„ *Prax for. Eccles resol* 2. 3. *n.* 3 *Pont de Matr. lib.* 1. *c.* 25. *sub*
„ *num.* 12. *Boss. eod. tract. c.* 3. *num.* 22. *Lean. Oper. mor. tom.* 2 *tr.*
„ 9. *disp* 7. *quæst.* 50 *Barbos de Potest Episc. par.* 2. *alleg.* 32.
„ *num.* 83.

4

5

,, *num.83.& 85 & de offic.Paroch.par.2.cap.21.num.47.& 49.*
,, *& ad Concil.seff.24.de Refor.Matrim.cap.1.num.73. & 75.*
,, *& Card. de Luc. in annot.ad Concil. disc.26.num. 4. & seqq.*
,, & sequitur *Natal. ab Alex. in Theol.Dogmat.tom. 6. reg. 10.*
,, *in fin. fol.* 494
,, Ac per hujusmodi Parochi adhibitionem, ex tali causa
,, non intelligentis, satisfactum est dispositioni Concilii,
,, ad effectum substinendi validitatem matrimonii, & irri-
,, tationem, ab eodem Concilio indictam evitandi. Siqui-
,, dem verum est, sapientissimos Concilii Patres pro matri-
,, monio ritè, & rectè celebrando, ultrà solemnitates, præ-
,, scripsisse per illa verba: *Parochus, Viro, & Muliere inter-*
,, *rogatis, & eorum mutuo consensu intellecto, vel dicat &c.*Sed
6 ,, tamen ubi transeunt ad inducendam irritationem, ne qua-
,, quam repetunt Parochi intelligentiam, sed tantùm præsen-
,, tiam, ibi. *Qui aliter quàm præsente Parocho, vel alio Sa-*
,, *cerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, & duobus,*
,, *vel tribus testibus Matr.contrahere attētabunt, eo Sacrosan-*
,, *cta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit,*
,, *& huiusmodi contractus irritos, & nullos esse decernit.*
,, Cùm itaque conditio illa mutui consensus per Parochum
,, intellecti, quę fuerat apposita in prima parte dispositionis,
7 ,, non legatur in hac secunda super irritatione; Utique non
,, censetur volita sub pœna irritationis contractus, ut benè
,, distinguendo dispositionem Conciliarem in duas partes ob-
,, servat *Card. de Luca dicto disc.26.sub n.4.&* 47. ubi firmat,
,, valere matrimonium, Parocho expressè dissentiente, aut
,, fugiente, vel per vim detento, seu aures claudente, ut non
,, audiret, & in casibus hujusmodi sufficere illius præsentiam,
,, seu interventum materialem; Idemque dixerat *in disc. 2.*
8 ,, *de Matr.n.*9. ubi distinguit inter Parochum ex vi naturalis,
,, vel accidentalis impotentiæ non audientem, & inter no-
,, lentem, seu affectantem non audire; idemque concludunt
,, *Riccius, & alii, supra laudati.*
,, Neque sapientissimi PP. ejusdem Concilii, qui hanc so-
,, lemnitatem præsentiæ Parochi, uti publicæ personæ ad
,, tollendam potissimùm clandestinitatem actus exquisive-
9 ,, runt, censendi sunt ita voluisse matrimoniorum libertatem
,, coangustare, ut esset in cujusvis Parochi potestate illorum
,, celebrationem impedire, illaque irrita reddere per ipsorum
,, voluntatem, & affectatam non intelligentiam, cùm cœ-
,, teroquin matrimonii libertas judicata fuerit semper neces-
,, saria, etiam post Concil. Tridentinum, prout ex Oracu-
,, lo Summi Pontificis rescriptum fuit anno 1616. ad Archie-
,, piscopum Meclinienfem, & ex Cardinali Belarmino
,, transcripsit *Pignatel.to.4.consul.*145.*n.*12
,, Et multò minùs irritatio inducenda est ex illo defectu, de
,, quo Concilium non disponit expressè, stante theorica *Tex-*
,, *tus in l.Pręcipimus C.de Appellat.* quod quidquid in nova
,, lege non apparet specialiter expressum, id sub veterum le-
,, gum, Constitutionumque regulis relictum intelligitur,
,, nec per subauditos intellectus inducendum est, quod expres-
10 ,, sè non legitur; Ac proinde cum in ea parte Concilii, in qua
,, matrimonia irritantur, non legatur expressè repetita Paro-
,, chi intelligentia, sed tantùm pręsentia, nequaquam indu-
,, cenda est irritatio ultra terminos ipsos, à Concilio expressos:
,, Ideoque dum loquitur Concilium solummodo de pręsentia,
,, illius tantùm defectus ex mente Concilii irritare debet
,, matrimonium, non autem defectus intelligentiæ.
,, Eoque magis inclinarunt DD. in hanc sententiam, ex
,, quo ipsamet Sacra Congregatio Concilii Tridentini Inter-
,, pres, tam antiquis, quam modernis temporibus eidem sen-
,, tentię adhęsisse visa est, & signanter *in una Giennen.26.Iu-*
,, *lii* 1582. in qua super dubio, his verbis concepto. *Quid si Sa-*
11 ,, *cerdos nihil eorum, quę agebantur vidit, neque audivit: Con-*
,, *gregatio declaravit, non valere matrimonium, si non intel-*
,, *lexerit, nisi affectasset non intelligere*, in cujus sequelam
,, paucis post annis *in una Ulixbonen.* etiam consimile decre-
,, tum prodiit, ibi: *Congreg.censuit, si vera sunt quę narrantur,*
,, *& Parochus affectaverit non intelligere matrimoniū valere*,
,, & in terminis themati, de quo disputatur, proximioribus, *in*
,, *una Sarzanen.*16 *Febr* 1648. ubi omissæ fuerunt denuncia-
,, tiones, Parochus contradicebat, & audivit tantummodò
,, verba consensus, pręstiti per Sponsum, dum Sponsam habe-
,, bat prę manibus, Congreg.censuit: *Matr. substineri, etiamsi*
,, *Parochus non intellexerit verba Sponsę, dum tamen de illius*
,, *consensu ex aliis signis, juxta Iuris communis dispositionem*
,, *legitimè constet.* Prout etiam *in Patavina* 16. *Maii* 1699. *in*
12 ,, *Tolentinat.* 28 *Novemb.*1671. *& in Venetia* ū 11. *Mar.*1673.
,, in quibus omnibus juxta tenorem decretorum, quę hodiè in
,, foliis authenticis circumferebantur, resolutum legebatur,
,, matrimonium valere, etiamsi Parochus verba alterutrius

,, ex contrahentibus non audiverit, vel quia affectaverit non
,, intelligere, vel quia, ex quo terga vertit, non auscultavit,
,, vel quia propter iram, aut rumorem, seu quid simile, au- 13
,, dire non potuit. Et allegata pręmissa resolutione *Giennen.*
,, firmat *Fagnan.* tum *in dicto c. Quæsitum de Pænit.& remiss.*
,, *n.6.7.& 8.* tum *in c. Quoniam num. 25. de Constitut. una cum*
,, *aliis, supra allegatis.*
,, Hinc rejiciendos DD. censuerunt quosdam Moralistas,
,, & signanter *Sanch. de Matrim.lib.3.disp.39.sub n.6. Tancred.*
,, *eodem tr.lib:3.disp.39 n.2. Herinthz. in Theolog. Scolast. mo-* 14
,, *ral.tr.5. de Spons.& Matrim disp.5.q.2.n.* 24. aliosque non-
,, nullos ejusdem generis, qui resolutionem Sac. Congrega-
,, tionis in causa Giennen. dicunt interpretādam de Parocho,
,, qui affectavit non intelligere, sed nihilominus revera in- 15
,, tellexerit: Quia agnita fuit contraria contextui ipsius de-
,, clarationis, in quo supponitur, Parochum non intellige-
,, re, dum si revera intelligeret, casus dubitationis non emer-
,, geret cùm nullus unquam dubitaverit de matrimonii vali-
,, ditate, Parocho revera intelligente. Ideoque quæstio in
,, propriis terminis agitabatur, si Sacerdos nihil eorum, quæ
,, agebantur, vidit, neque audivit, ut sunt verba pręcisa du-
,, bii, disputati in Sacra Congregatione, quæ, citra vio-
,, lationem literæ, prædicari non valent de Parocho revera
,, intelligente, ac propterea rationem, à *Sanchez* allatam,
,, meritò fuisse frigidam appellatam *à Pontio*, cum aliis su-
,, pra relatis; Proindeque valuit matrimonium, de quo agi-
,, tur, dum intervenit præsentia Parochi, non obstante
,, quod non audiverit, num Helena aliquid dixerit, sive ex
,, quo terga vertit, sivè ex quo, terga vertendo, affectavit
,, non audire &c Et ita &c.

Exposuit autem f.m. Innoc.XII. Julius Antonius de Rubi-
nis Rector Parochialis Ecclesiæ S. Laurentii in Montibus, 16
quod in una.

Causa Romana matrimonii, ventilata per lo spatio di molti anni nella Sac. Congregazione del Concilio, & ultimamente nella Sac. Rota, alla quale fù rimessa dalla medesima Sac. Congreg. per il Voto, restano l'infrascritti dubii circa la validità de Matrimonii non perfettamente risoluti à causa dell' aggiustamento, seguito trà le Parti litiganti, atteso il quale aggiustamento nessuna delle medesime Parti hà procurata la revisione della Decisione, e molto meno la necessaria esibizione del Voto Rotale nella medesima S. Congreg. quale Voto averebbe dato sussequentemente motivo alla resoluzione di detti dubii dalla piena Congregazione del Concilio. 17

E perche il proseguire in S. Rota detta revisione della Decisione, e procurarne susseguentemente il Voto, non puol farsi, che con spese non ordinarie, alle quali non puol soccombere il Curato di S. Lorenzo à Monti, humilissimo Oratore, e dall'altra parte è sommamente necessario, che i Parochi restino pienamente informati della resoluzione de medemi dubij per potere validamente essercitare il loro ministero. 18

Perciò il medesimo Oratore supplica humilmente la Santità Vostra à compiacersi di ordinare alla medesima S. Congregazione del Concilio, che risolva, secondo il suo solito, per giustizia li medemi infrascritti dubii, non ostante, che per la causa accennata non si esibisca il Voto Rotale, ed il tutto &c. 19

D U B I A.

I. *An Parochus teneatur prohibere, & quantum in se est positivè resistere clandestinis matrimoniis, & quatenus affirmativè.* 20

II. *An ob inopinatum casum, deficientibus aliis mediis prohibendi, & resistendi, peccet, vel malè faciat Parochus tentando fugam, claudendo oculos, & aures obturando.* 21

III. *An Parochi præsentia, de qua loquitur Sac. Concilium in 2. par.c.1. seff.24. de Reform.matr.* cum illis verbis: *Qui aliter quàm præsente Parocho &c. debeat esse moralis humano modo, & cum advertentia, itaut possit esse testis matrimonii actualiter, & de facto contracti, non verò voluntatis contrahendi, vel sufficiat potius sola præsentia physica, seu materialis.* 22

IV. *An affectante Parocho non audire verba, vel non videre nutus attentatium clandestinè contrahere matrimonium, & revera illa non audiente, vel istos non vidente, validum sit matrimonium, coram ipso attentatum.* 23

Cùmque idem f.m. Innoc.XII. benignas præbendo aures præfatæ instantiæ die 10. Januarii 1699. mandaverit, ut in hac Sac. Congregatione discutiantur eadem dubia; Hinc subnectitur. 24

D U B. I.

An Parochus teneatur prohibere, & quantum in se est positivè resistere clandestinis matrimoniis

Affirmativè. Ità enim literaliter sancitum fuit in *cap.* 51. 25 Gen. Conc. Lateranen. celebrati sub Innocentio III. cum interventu 412. Episcoporum. Archiepiscoporum, & supra 700. aliorum inferiorum Prælatorum, quod proindè per antonomasiam Generale Concilium in Decretalibus appellari observat erudicissimus *Doviat. Prænot. Canon. lib. 2 cap. 6. nu.* 11. ut videre est in *tom. 4. Concil. Gener. fol.* 226. ibi: *Sanè si* 26 *Parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut quilibet etiam Regularis, qui eisdem Præsumpserit interesse, per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus si culpæ qualitas postulaverit*. Quæ Conciliaris sanctio registrata reperitur *in cap. Cùm inhibitio de Clandestin. desponſ.* fuitque inovata per *S. Tridentinum Concilium in sess.* 24. *de Reform. Matrim. cap. 1. post princip* in cujus sequelam ita communiter tenent Theologi, & Canonistæ, quos referunt, & sequuntur *Boss. de Matr. c. 6. n. 80. & cap. 8. num* 15. 27 *Tancred. eodem tract. lib. 3. disp. 48. num. 1. Trullench. in Prax. Sacram. lib. 7. cap. 6. dubit. 7. num. 6. Nicol var. lucubr. lib. 1. tit. 10. de Nupt. num 64 de Just. de Dispensat. Matrim. lib. 2. cap. 19. num. 38. & Pignatell. consult. 146. la 1. num. 14. 19. & 20. tom. 4.*

Aliàs enim, nedum incurreret Parochus pœnam suspensionis à Divinis, contentam in dicta Conciliari sanctione, 28 ut observant citati Authores, & præter illos advertunt *Tondut. quæst. benefic. tom. 1. cap. 71. in fine, Elig. Bassæus in flor. Theolog. tom. 2. verb. Matrimonium 1. sub num. 12. Franc. Torreblanc. Jur. spirit. pract. lib. 2. cap 15. num. 50. Ugolin. de Sacram. nov leg. tit. de Matrim. fol. 145. vers. Octava, Anton à Spirit. Sanct. in Director. Confessar. tract. 11. de Matrim. disp. 4 sect. 15. num. 2 6. Franc. Bonæspei in Theol Schol. tom 5 disp. 5. de Matrim. resol. 6. dub. 3. num. 50. Cammarot. de septem Sacram. tit. de Matrim tract. 12. dub. 16. Rodriquez. in Summ. c. 219. num. 4. Corvin. in Jus Canon tit. 14. de clandest dispensat. vers. Quod si Litterati in Summ. Summar cap. 49. n. 9. Rent. in Encyclop. unic. Theolog. moral. tom. 2. lib. 1. de Sacram. tract 8. de Matrim. c. 3 sect. 4. qu. 13. vers. Dicendum est fol. 507. Mozz. de Matrim tit. de substant. Matrim. num. 15 Vivald. in Candel. aur. p. 1. tit. 17. de Matrim. num. 239. Dicastil. de Matrim. tract 10. disp. 3 dubit. 23. Guttier. eod. tract. c. 75. num. 13. Majol. de Irregul. lib. 3. c. 25. num. 27. Barbos. ad Concil. sess. 24. de Reform. Matr. cap. 1. num. 31. & Gavard. in Theolog Exantiquat tom. 9. quæst. 2. de Matrim. art. 8. num. 16. Raynald. obser. crim. tom. 4 suppletion. 3. ad c. 22. num. 18. Rot. in Leodien. Matrimonii 29. Aprilis 1699. § Nec relevat cor. Eminentiss. Priolo, & resolvit hæc S Congreg. in Pisana 14 Decembris 1586. in lib. 4. Decret. fol. 215.*

Sed peccaret etiam læthaliter, eo quia in re gravi opera- 29 retur contra Ecclesiæ prohibitionem, ut probant *Sanchez. de Matrim. lib 3. disp. 5. num. 5. & seqq Barbos. de Potest. Episc. alleg. 32 num. 4. Coninch. de Sacram. tom. 2. disp 27. num. 51. Gobat. in Theol. experim. tract. 10. cas. 13. num. 502. Mozz de Matrim. tit. de Substant. Matrim. sub nu 16. Sannazzar. de Sponſ. & Matrim. cap. 3. art. 4. num. 104. Via in Summ. Jur. Canon. lib. 2. tit. 9. de Matrimon. vers. Quotuplex fol. 140. Gross. in Theol. moral. tom. 4. de Matr. art. 4. num. 18. Ser. Oper. moral. tom. 1. de offic. & potest Paroch. disp. 7. diffic. unic. quæst. 5. num. 107. Ignat. Lopez. de Salsedo in Practic crimin. Canon. c. 73. de Clandest. nupt fol. 281 vers. Peccaret Parochus, & fol. 286. Alex. Carer. de Sponſ. & Matrim. lib. 4. cap. 7. Jodoc. Lorich. in Lexicon. Theolog. tom. 2 de Sacram. Matrim. num. 27. fol. 1778. Bartolom. Fumus in Summ. Armillæ verb. Matrimonium num. 61 Gonet. in Clyp. Theolog. Thomist. to. 5. de Matrim. disp. 4. art. 3. de Conſ § 3. nu. 6. Basseus in Florib Theolog. practic. tom. 1. verb. Matrimonium 4 nu. 2. fol. 565. Reginald. in Prax. pœnit. lib 31. cap. 23. num. 173. Ugolin. de Sacram. nov. leg. tit. de Matrim. quæst. 25. num. 3. Zerol. in Prax. Episcop. verb. Matrimonium fol. 144 à terg. vers. Tertiò in fine, Guttier. de Matrim. c. 75. num. 9. Marc. Anton. Berarducc. in Summ. Coron. Confessar. tit. de Matrim. num 20. vers. Ex quibus, du Hamel. in Theol. specul. & practic. lib. 7. de Matrim dissert. 2. cap. 3. sub num. 3. vers. Peccant igitur Pignatell. consult. 133. num. 29. tom. 9. Scarsell. nel Giardin. de Sommist p. 2. c. 163. del Matrim. n. 21. Alar. in Canon. Conscient. lib. 5. verb. Matrimonium num. 11. ante medium, Ant. Fernandez in Exam. Theol. moral p. 3. c. 18. § 1. num. 25. vers. Duæ, Vivald in Candel. aur. p 1. lib 17. de Matrim. num. 242. Veracr. in Specul. Conjug. par. 1. artic. 10 de clandestin. Matrim. num. 2. & 3 Card. de Luc. de Matrim. disc. 26 sub n. 5. & Romaguerr. ad Constitut. Synod. Gerunden. lib. 4. tit. 1. c. 5. n. 7. & seqq.* & resolvit hæc Sacra Congregatio teste *Card. de Luc. de Matrim. disc. 2. n. 7.*

D U B. II.

An ob inopinatum casum deficientibus aliis mediis prohibendi, vel resistendi, peccet, vel malè faciat Parochus tentando fugam, claudendo oculos, & obturando aures.

Negativè, quia ad evitandam suspensionis pœnam, & ad 30 non committendum mortale peccatum, omnem tenetur Parochus adhibere diligentiam, ne clandestinis Matrimoniis assistat, cùm autem inter media ad effugiendam dictam pœnam suspensionis, & incursum peccati mortalis, reputentur aufugere, oculos claudere, & aures obturare; Hinc, aliis deficientibus modis, nullatenus peccat, neque male facit, tentando fugam, claudendo oculos, & aures obturando, ut de Parocho fugiente observant *Card. de Lug. de Justit. & Jur. tom. 2. disp. 22. sub num 23. Tamburin. Oper. moral. lib. 8. de Matrim. tract. 6. cap. 2. § 3. num. 14. & 15. Panimoll. dec. 19. adnot. 1 nu 31. & Rota dec. 124. num. 17. par. 7. rec. & coram Royas dec. 431. num. 5.* & resolvit Sac. hæc Congregatio *in Comen Matrimonij 2. Junii 1675 ut in lib. 28.* 31 *Decret. fol.* 312. Et de Parocho claudente oculos, & obturante aures advertunt ferè omnes classici Authores, infrà allegandi *dub. 4. num 2* Et de Parocho descendente scalas Cubiculi statim ac pervenit in cognitionem coram ipso contrahere volentium *Rota dec. 122. per tot. par. 8. rec.* quam refert & sequitur *Adden. ad decis. 431. num. 29. & seqq. par. 4. tom. 2. rec.*

Nedum autem ista faciendo non peccat Parochus, neque pœnam aliquam meretur, sed potiùs suum officium implendo, mediante punctuali exequutione literalis Sanctionis di- 32 cti Generalis Concilii Lateranen. præmium meretur, & laudem, ut consideranti patet.

D U B. III.

An Parochi præsentia, de qua loquitur Sac. Concilium in 2. par. c. 1. sess. 4. de Reform Matrim cum illis verbis: *Qui aliter quàm præsente Parocho &c. debeat esse moralis, humano modo, & cum advertentia, ita ut possit esse testis Matrimonii actualiter, & de facto contracti, non verò voluntatis contrahendi; Vel sufficiat potiùs sola præsentia physica, seu materialis.*

Dubium hoc pro præsentia morali, humano modo, & talis naturæ, ut Parochus testificari possit de Matrimonio de fa- 33 cto coram ipso contracto, resolvendum videtur, Prorsus insufficientem declarando purè physicam, seu materialem ejusdem Parochi præsentiam; Ita enim uniformi calamo Theologi, & Canonistæ asserunt, ut videre est penes.

Abelly in Theolog. moral. tit. de Matr. sect. 2. n. 3. Alagon in 34 *Compend. totius Jur. Can. lib. 4. de clandest. desponſ. num. 1802. fol. 572. Alar. in Canon. conscient. lib. 5. verb. Matrimonium num. 5. Alban. in addit. ad Tolet. Instr. Sacerd. lib. 7 post. cap. 2. Allozz. in Alphab. moral. verb. Matrimonium disput. 1. sect. 2. num. 16. Amic. in Curs. Theolog. tomo 9 disp. 7. sect. 11. num. 90. & seqq. de Angel. de Confess. lib. 2. quæst 6. num. 13. Angles in Florib. Theolog. quæst in 4. sentent. fol. 287. & 353. Antonell. de Regim. Eccles. lib. 8. cap. 10. num 1. Anton. à Spirit. Sanct. in Director Confessar. tit. de Matrimonium tract. 11. disp. 4 sect. 11 num 76. Araux. decis. moral. tract. 3. quæst. 30. sub num. 6 vers. Tertio probatur. Arriaga in Curs Theol tom 8 disp. 36. sect. 4. subsect. num. 41. fol. 419. Arsdekin in Theolog. tripartit. par. 2. tract 4. c. 8 § 5. n 6. Avendan. in Thesaur. Indic. tom. 2. in addit. ad cap 14. de Sacr. matr. num 305. & seqq. Anton. Cabreros de Avendan. de Metu lib. 2. cap. 19. num. 75. A vers. de Sacr. Matrim quæst. 6. sect. 5. vers. Satis tamen. Barbos. de Paroch. quæst. 6. cap. 21. num. 49. & de Potest Episc. alleg 32. num. 49. Barra observ. 80 n 22. & seq centur 4 Bass. in Flor. Theolog. moral verb. Matrimonium 6. ante medium Bauc. in select. cas. conscien. quæst 209. Baun in Theol. moral tract. 6. qu. 4. lit. E. Beat. quæst moral. quæst. 30. sub num. 10. Beccan. de Sacram. cap. 145. de Matrimon quæst. 4. num. 2. Bellarmin ad Conc. Trid. sess. 24 de Ref. cap. 1. in addit. num. 20. vers. Præsentia. Berarducc. in Summ. Coron. Confessar. tit. de Matrim. num. 19. Bertacchin. Vot. decisiv. 100. num. 20. Biss de Sac. Ritib seu in Hierurg. verb. Parochus § 71. Bonacin. Oper moral. to. 1. quæst. 2. de matr. punct 8. num. 41. Bonæspei in Theol. Schol. to. 5. disp. 5. de matrim. resol. 4. num. 205. Bontemp. in Fascic. Flor. moral. tract. 10. de Sacr. Matr. sub num. 204. Gaudent. Bontemp. in*

Pallad.

Pallad.Theol tom.7.de Sponf.& Matr.difp.23.de Matrimon. clandeft.in quæft.4.num.23.in fine fol.726. Boff.de Matrimon. cap.3.§.1.num.2. Brognol.in Specul Cleric.tract.18. cap.5. refol.12.fol.532. Buffembau.in Medull.Theolog. mor. lib. 6. tract.6.cap.3.num.9. Cabaffut.in Not.Ecclef.in not.ad Concil.Trid. num.55.& in prax.Jur.canon.lib.3.cap. 26. num. 12.Camerota de Sep.Sacram.tit.de Matr.tract.12. dub. 16. fol.722.Campanil.in Diverf.Jur. Can. rubr.1. num. 51. verf.Sed ipfe. Canif.in Jus canon.lib.4. tit.3. de clandeft. defponf.cap.ult.num.11.Capic. Latr.confult.126.num. 24. & feqq.tom.2.Capon.difcept.98.num.18.Caram. in Theol. fundam.lib.1.fundam.30.num.860.& feqq.Carbon.in Compend.Theolog.in ;uppiem.3.par.quæft.45. in fine verf. prohibentur fol.945.Cafpenf.in Curf.Theolog.tom. 2. tract. 26. de Matr. fect.6.num.26.Caffian.à Sancto Elia in Theolog. moral expurgat.cap.7.de Matrim.num.250.Caftill. decif.Sicil.96.fub num.9.Caftropal.Oper.mor.tom. 5. de Sponfal. difp.2.punct.13 §.8.num.8 Cavaccia nell'Anell.Matrim.par. 2.fol.33.& par.3.fol.45 Caves in Summ.Sacr.tit. de Matr.fol. 314.verf.Del Matrimonio Clandeftino Cened.practic & canon. quæft.lib.1.quæft. 30.num.33.Cevall. quæft. commun. con. comm.604.num.52.& feqq.Chartar dec.crim.23.num 20. Chriftin.dec.Belgic 333.num.5.tom.1 Ciarlin.contr.131.num. 61. & feqq. Ciftercienf.in 4 Sentent.dift.26 par. 1.art. 2. fol. 137.Cocq.in Princ.Theol.moral.& fpecul.cap.13.de Matrim. fect.9.in fine. Colleg.Salmatic.in caf.Theol. moral. tom. 2. tract.6. de Matrim.cap.8 punct.5. num.161. Comitol. refponf.moral.lib.1. quæft.120.num.1.Coninkh.de Sacr. tom. 2.difp.27.dub.4. num. 44.Cornejo in Theol. Scholaft tom 2. dub.7.num.4.fol.875.Corrad.in Prax.difpenf.lib.7.cap.7. num.36.Corvin in Jus Canon.lib.2.tit.14.de Clandeftin.defponfat.circa principium Coft.remed. fubfidiar. 53.num. 3. verf.Non ita. Coton.controv.lib.5.controv.1. de Matrim.c. 4.num.237.Cucch.Inftit.major.lib.5. tit. 11. num. 60.Diana oper.moral tom.10.tract.10.refol.20.ante finem. Dicaftill. de Matr.tract.10.difp.3.dub. 19.num.158.Engel.in Jus canon. l.4.poft tit.21.de fecund.nupt. ad 2.quæft.fol. 469. Efcobar. in Theol.moral. tom.3.quæft.2.lib.25.de matrim.dub. 144. num. 530. Efpencæus de Clandeft.Matr.cap.13.ante finem.Eftius in 4.Sentent.dift.26.§.10.num.13.§.8.verf.fecundum fol. 100. Fagnan in cap.Cum effes num.16. de Teftam. Fagundez ad Præcept.Decalog. tom.2.lib.8.cap.39.num.15.Fenech.in Cafib.moral.tit.de matr.num.36.Fermofin.tom.2.de Offic. Archipr.quæft.1.num.63.fol.509.Fernard in Exam.Theol.moral. par.3.cap.18.§.1.num. 15.Feuret de Abuf.lib 5 cap.2.in fine Filliuc.Oper.mor.par.1. tract.10.c 6.num.224.Gabriel à S.Vinc.de Matr.difp.3.quæft.12.num.123.& in Summ. moral. verb.Matrimonium num.9.Gallemar.ad Concil Trid. feff.24. de Refor. matrimon.verb.Præfente Parocho fol.453 Gallett.in Margar caf.confcien.verb.Matrimonium fol. 163.& feq. Gamachæus in Summ.Theolog.tit.de Matr.cap. 10.de conf.clandeft.verf.Prima affertio, & verf.Sed alia fol.327. Gargiar. conf.19. num.4. lib.1.Gavard.in Theol. exantiq. tom. 6. quæft.2.de matr.artic.8. num.16.Giballin. de Hum. negot. tom.1 lib.3.cap.3.art. 3.§.Diffentiunt fol. 621. Gobat. in Theolog.experim.tract.9.de Matr.num. 491. Gonet in Clyp. theolog.Thomift.tom 5.de Matrim.difp 4 art.3. § 3. num 58. Gonzal (Emanuel) in cap.Cum inhibitio fub nu.8.de Clandeft.defponf.Gonzal.(Hieron.) ad Regul.Cancellar glolf.48. num.21 & feqq Graff.dec.aur.par.1.lib.2.c.86. de Matrim. clandeft.num. 1.& 10.Jo: Baptifta Gratian. in Sacr. Elem. tit.de Sacr.matr.elem.3.in fin.fol.285. Guttier.de Matrim. cap. 96. num. 1. du Hamel.in Theol.fpecul.& practic. tom. 7.de Matrimonio lib 1. differt.2. cap. 3. num.6. verf.Quo autem fol 651 Henric.in Cenfur. Theolog.& Hiftor. adverf. Petr.Soav.art.23.verf.Ad quintum verò fol. 227. Henriquez.in Summ.Theolog.mor.lib.11.de matr.cap.2. num. 1. & 9.Herinthz.in Theol fchol.moral tract 5.de Sponfal. & matrim.difp.5.quæft.2.num.1 & feqq.Hermand.in 4. Sentent.tract.9.difp.2.quæft.8.num.14 Hervet. in Orat. ad Concil.Trid.de Clandeft.matr in principio impreffa poft Confil.Matr.diverf.Homobon.de Exam Ecclef.par.3. tract.13. cap.10.de Matrim.quæft.28.in fine. Hurtad. de Matrim. difp.5.difficult.15.num.50.Jordan.var.refol. tom. 1. lib. 3. tit.7.de Matr.num.94.& 103.Jorius de Matrim.par.4.quæft. 7.num 19.de Juft de Difpenfat.Matr.lib.2.cap.16.de Matr. clandeft num.95.& feqq Juverin in Comment. Hiftor. dogmatic.tit.de Sacr matr.cap.3 concl.2.Card.de Laur.in 4. Sentent.tom 3.difp.22.de Matrim.art. 11. num. 282. Layman.in Theol.moral.lib.5.tract.10.p.2.cap.4.num.6. Leand. Oper.mor.to 2.tract 9.difp.7.quæft.35 per tot.Ledefm.de Matrim.quæft.45.art.5.punct.3.dub.2.A Lege in addition.ad Sylveft. in Summ. verb. Matrimonium primo in princip. Leo in Prax.for.Ecclefiaft.par.2.de Matrim in gener.fol. 204 verf. Matrimonium clandeftinum, Lorich.in Lexic.Theol.tom.2.de Sacram.matr.num.4.fol.1766.Card.de Luca de Matrim.difc. 2.num.9.difc.6.num.5.& difc.16.num. 12.in fine, Card de Lugo de fept.Sacram de Matrim.theorem.9.num.6.Lup. de Illegitim. Comment.3. §. 1. num 33. & feqq.Maldonat. in Summ Caf Confcient.quæft.13.artic.2.in fine. Manbett. in Florib.aur.tit.de Matrim fol.52.& feq. Mantic. de Tacit. lib.3.tit.17.num 24.Marant.in Medull. Decret. verb. Matrimonium verf.Verùm hodie, Marchant. in Specul. totius homin.Chriftian.tom.3.de Matrim tract.1. tit.7.quæft. 5. concl.2.Martin.à Sanct.Jofeph.in monit. Confeffar. tom. 1. lib.1.tract.15.de Matrim.num 11.& feqq.Mafcard. de Probat.concluf.9.in fine, le Maffion.in Theol moral. per tabul. par.1.de Sacram.matrim.fol.mihi 179 Maftr.in 4 Sent. difp.7. de Matrim.quæft.8.art.1.num.239. & in Theol.mor. difp. 20. de Matrim.quæft.2.art.3.num.41.Maya obfer.12.num.405. & feqq.Medic.in 3.par. D Thom.quæft.127.artic.5.verf. Sciendum fol.169.Merbef.in Summ Ethic.Chrift.differt.7.de Matrim.quæft.81.fol.462.Mendez in Stater.opin.benign.dift. 12. de Sacram.matrim.quæft.3.num.34. Meroll in Theol. moral. tom.1.cap.2.num 283.fol.49. Molan.in Compend.Theol.practic.tract 4.cap.15.de Matrim.clandeftin.num. 12.Molin.de Rit.nupt.par.7.num.5.& lib.2.different. 11.num. 113.& feqq. Monacell.in Formul.tom.3.fol.138. à num. 6. Mezzius de Matrim.tit.de fubftantial.&c.Matrim.fub num.16. Murga de Benefic.par.2.num.644.Muttin. in Theolog. moral. tit.de Matrim.quæft 6.verf.Tertio petes fol.169. & verf. Primum fol.171.Nald.in Refol.practic.Caf.confcient. verf. Matrimonium num.4 verf.Et nota, Narbon.de Ætat. ann. 7.quæft.31.num.1.& ann.14.quæft.11.num.3. Natal.ab Alexandr.in Theol.dogm.& moral.tom.6.de Matr.reg.10. Navarr.conf.11.de Clandeft.defponf.in med.& conf.13.num 5. & conf.20 poft medium, Nicol in Flofcul. verb. Matrimonium num. 10.Ninguad.in Man.Parochor.tit.de Sacr. matrim.cap.4.§.Legitimum, Orfucc.poft conf.Palm.87 num.76. Card Pallavic.in Hiftor.Concil.lib.22.cap.8.per tot.& fignanter num.6.& 16 Palm.conf.87.num.54.Panimoll.dec.19 adnot.2.num.30. Parlador. Rer. quotidianar. different. 45. num.5.& feqq.Perez de Matrim.difp.40.fect 10.num.1 Peffant.in Theol.fcholaft.& moral.in addition.ad 3 par.D.Thom. quæft.45 difp.1.num.6.fol.1009.Petr.à Sanct.Jofeph in Idea Theolog.fpecul.lib 4.de Matrim.cap.3.refol.7.nu.240 fol.165. Pet.in Epitom.Sacram tit.de Matrim. verf. Animadvertens fol.53.Philiarch.in Enchir.five Manual. Sacerd. tit. de Sacramen.matrim fol.187. Piafec.in Prax. Epifc par. 2 cap. 4. art.45.de Matrim.num 17.Pilaja dec.2.num.80.& feqq.lib.2. Pignatell.Confult.Canon.133.fub num.35. lib. 9. Pinus in Anul.Sacram.ex Concil Trid.defumpt. fol. 60.verf. Caufa effectrix &c.& fol.61. Piringh. in Jus Canon. tom. 4 de Clandeft.defponf.§.3 num.22. Pont.de Matrim lib.5 cap 21. num.4.& feqq. Poffevin.de Offic.Curat.cap. 10. num 20. Præpofit.in 3.par. D.Thom.quæft.4. de Matrim dub. 13. num.83.Rafin.poft conf.Palm.87.num.76. Raynald Obferv. Crim.tom.4 fupplet.3.ad cap.22.num.14 Rebell.de Oblig. Juftit par.2.lib.2.quæft.4.num.8 Redingh.ad Concil. Trident. feff.24.de Reform matr quæft.6.Reginald.in Prax.pænit.lib. 31.cap.23.nu.182.Rent in Enciclop.Univ.Theolog. moral. tom.2.lib.1.tract 8.cap.3.fect.4.quæft 11.fol. 506. Rice. in Prax.par.3.refol.424.num 3.& dec.7.num. 4. par. 2. Rodriquez in Summ Caf.confcient.tom.1 cap 219.num. 11. & 18.Romaguer.ad Conft.Synod.Gerunden.lib.4.de Sponf. & Matr.tit.1.cap.1.num.20.Roffignol in Prax.Theol legal. tom.10 de Matr.prænot.32.num.5.De Rubeis in addit. ad dec.75.num.8.& dec.431.num.15.& feqq par.4.tom. 2. rec. Sà in Aphorifm.Confeffar. verb. Matrimonium num 1. verf.Sacerdos fol.339.Sabell in Summ. verb. Matrimonium num.3.verf.Quod poffit, Salfed.in Pract crimin Canon. c. 73.de Clandeftin.nupt fol.283. Sannazzar. de Sponfal. & Matr cap.3 art.4.num.98 & feqq. Sanchez de Matrim. lib. 3. difp.39.num.1.Scarfell.nel Giardin de Sommift.cap. 165. del matrim num.26.par.2.Schueickhardt Dilingan.de Sacram. matrim.thef.11.fub num 4 Spad.poft Palm.conf 87.num 76. Spin.in Specul.teftam.glofs.15 num. 47. Tamburin Oper. moral.lib.8.de Matrim.tract.6.§.3.num.2.Tancred de Matr. lib.3.difp.39.n 1.Tanner.in Theolog fchol.tom 4. difp. 8. de Matr.quæft.3.dub.6.num 117.Thomund dec.Lufitan.4 num. 1.2.4.16.& 17 Tolet.Inftruct.Sacerdotal lib 7 cap. fub num.6.Tondut.Quæft.benefic par.3.quæft.154.num. 44 Torreblanc.Jur.fpirit.practicab.lib.2.cap.15. num. 53. Trullench.in Prax.Sacram lib.7.cap.6. dub 5. num. 1. Turrian.

rian.in Summ.Theol.moral.par.2. de Sacram.cap.97.dub.35. conclus.1.fol.266. Tusc.(Carolus) in addit.ad Dominic Tusc. verb.Matrimon.clandestinum fol.427. Valent.in 3.par.D.Thom. disput.10.de matrimon. quæst.3. punct.5. vers. Assertio tertia, Vallen. in Partitl. ad Decretal.lib.4.tit.3. de Clandestin. desponsat.sub num.8. Vega in Summ.cap.25. de matrimon cas. 33.in fine, & cas. 43. Vener. in Examin. Episcop. cap. 29. de Paroch. in matrimon. num. 5. Verd. in Exposit. select. Theol fund. Caram.num 364.& seqq. Veracrux in Specul. conjug. in in append.dub.5.conclus.4.fol.14. Uffell.in consult.connub.fol.46. in princip. Ugolin.de Offic.& potest. Episcop.par.1 cap.15 §.10. sub num.3.& num.8. Via in Summ.Jur.Canon.lib.2. tit.9. de Matrimon. vers. Ad cujus fol.152. Victorell in addit ad Possevin. de Offic Curat. in not. ad cap.10.num.20. fol.228. Victor. de Sacram.Eccles.tit.de matrim.clandestin.num.266.fol.153. Vidal. in Casib. Conscient. de Matrim.Sacram. inquis.2.num.2. 9 44.& 49. Villalob. in Summ.Theol.moral. tom.1.tract.13. de matrim. difficul.21.num.1.& sequentib. Vivian.in Ration Jur. Pontif.lib.4.de Spons.cap.Tuæ vers.Quia Ecclesia fol.16. Wiggers de Sacram. quæst.50. de Impedim. matrim.cap 5. dub. 14. num. 34. fol. 553. Zecch.de septem Sacramen. tit. de matrimon. cap.21. versic. His impedimentis, Zerol.in Prax.par.1.verb. matrimonium in fine fol.483 Zipp. in Instit. Canon. lib. 4. de Sponsal. num.9. & 14. Rota decis. 77. num. 8. post Massol. in Trismegist. legal. & decis. 845 num. 7. coram Cerro, & decis. 124.num.17.par.7.& decis.122.num.4.par 8 decis.375.num.7. & sequent. par.11.& in Lunen. Sarzanen. Sponsalium 23. Februarii 1665.§. Nec effectuationem coram R P. D. Bevilacqua, & in Neapolitana Matrimonii 21. Aprilis 1681. §. Nec refert cor. Alberg.

Quam opinionem sequuta fuit hæc Sac. Congregatio in undecim resolutionibus infra allegandis *dub.4. post princ.* Et præter illam *in Lauden. matrimonii 28. Januarii 1678. ut in lib. Decret.fol.15.* in qua nullatenùs pro valido canonizare voluit matrimonium coram Episcopo, materialiter, & physicè præsente contractum, quod matrimonium in exequutionem mandatorum ejusdem Episcopi, nedùm successivè, hoc est die 11. Decembris 1681. iterùm contractum fuit servatis servandis coram Sacerdote Joanne Dominico Olcello locò Parochi subrogato, & Christophoro, & Josepho de Arensis pro testibus: sed ad tollendum omne dubium, & in Populo, antecedentis facti conscio, quamlibet æquivocandi rationem die 25. ejusdem mensis, & solemnitate Nativitatis D. N. Jesu Christi inter Missarum solemnia Jacobus Merlus Præpositus illud publicavit ex ordine ejusdem Episcopi, ut legitur in attestatione D. Dominici Philippi Citerani moderni Præpositi ejusdem Ecclesiæ S. Columbani. Idem etiam antiquiùs admisit in celebri *Giennen. juxta 4. dub.* ibi: *Quartum dubium: Si Sacerdos adfuit, nihil tamen eorum, quæ agebantur vidit, neque audivit, utrum tale matrimonium validum sit sic contractum, vel potiùs tanquam sine Sacerdote, nullius sit ponderis; Respondit Sacra Congregatio, non valere, si Sacerdos non intellexerit*, ut observat *Rossignol.in Prax.Theol.de matrim.1.prænot.32.vers.Expressè hæc assertio fol.110.*

Huic communissimæ sententiæ mirabiliter favet literalis, & rotundus *Textus in leg. coram Titio ff. de verb. signific.* ibi: *Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat; Scire autem, non etiam velle is debet, nam, & invito eo, rectè fit quod jussum est*, quem Textum sequuntur, & ad sydera usque extollunt communiter civiles Repetentes, & ferè omnes Authores supra laudati, & in rei veritate unicus iste Textus abundantissimè intentum comprobare videtur. Itaut cl. mem. Card. de Aste mihi benignè asseruerit, unicum hunc Textum taliter decidere præsentem quæstionem, ut nihil aliud desiderari urgentiùs possit ad ostendendam insubsistentiam contrariæ opinionis, eisdemque ferè verbis id mihi confirmavit bo: me: Severolus, solo nomine satis, superque celebris.

Eidemque opinioni assistit viva illa ratio, quod præsentia physica, seu materialis non est sufficiens ad testificandum; Dormientes enim dicuntur physicè, & materialiter præsentes, & tamen in nullo contractu tanquam testes validè adhibentur, ne incidamus in absurdum illud, quod irridendo reprobat *Div. Augustin. in explic Psalm.63. versic.7.* ibi: *Dormientes testes adhibes, verè tu obdormisti* & in specie, quod in matrimoniis non possint esse testes observant in eorum *Tractatibus de matrimon. Perez disput.40. sect.9. num.2. Boss.cap. 3.§.1. num.2. in fine, Dicastill tractat. 10. disput.3.dub.19 num.158. Jorius par.4.quæst.8.num 2 Molin. de Rit. nuptiar.lib.2. differ.11. num.124. Henriquez in Summ. Theol.moral.lib.11.de matrim.cap.3.num.9. Petro à Sancto Joseph in Idea Theolog specul. lib.4. de matrim. cap. 4. resolut.7. sub num. 240. Colleg. Salmatic. in Casib. Theol. moral tom. 2. tractat.9.de matrim cap.8.punct.5. num.61.in fin. Trullench. de Sacram. lib.7.cap.6.dub 5. num 1.& Veracrux in Specul. Conjug. in appendic. dub.5.conclus.4.fol.14.* Cœci pariter, & surdi dicuntur physicè, & materialiter præsentes, & nihilominùs non reperietur forsan Theologus, qui asserat coram Parocho cœco contrahi posse matrimonium per nutus, & coram Parocho surdo per ver verba, eo quia isti, licet præsentes physicè, nequeunt de illo testimonium ferre, ut observant Authores supra allegati.

Parochus autem non alia ratione matrimoniis interesse debet, quam uti testis Ecclesiæ magnæ authoritatis, qualificatus, & excellens, ut observant *Engel. in Jus Canon. lib. 4.tit.3. de Clandestin. desponf. num. 14. Andr. Vallens. in Paratitl. ad Decretal. lib.4.titul.3. de Clandestin.desponf.num.8. & sub eodem titul. Zoes. num. 12. Merbes. in Summ. Ethic. Christ.tit. de Sacram. matrim. dissert.2. quæst.91. quæst.7.fol. mihi 462. Piasec. in Prax. Episcop.par.2.cap.4.art.4. num.18. Pont. de matrim. lib.5.cap.24 num.8. Boss eodem tract.cap.3. num.21. Rossignol.in Prax. Theol. legal.de matrim.prænot.32. num.7.vers.Dices, Henrinthz. in Theol.scholast.moral.tract.5. de Spons.& Matrim.quæst 2 num.23.& seqq. Rent.in Encyclop. univ Theol.moral.tom.2 lib.1.de Sacram tract.8. de matr mon. cap.3. sect. 4 par.12. versic. Difficultas fol.507. Le Masson. in Theol.moral.per Tabul.par.1.de Sacram. matrim fol.176.vers. Ministri, Veg.in Summ. cap.25. de matrim. cas 33. Theophil. Alar in Canon. conscient.lib.5.verb.Matrimonium sub num.5.* ubi, quod Parochus quoad cæremonias dicitur minister Sacramenti matrimonii, quo verò ad illis essentiam dicitur testis *Cassian. à Sanct Elia in decis.theol decis.3.de Paroch assist. matrim.num.21. Natal ab Alexandr. in Theol dogm.& moral. tom.6.de matrim.regul.10.in princip. Cabassut. in not.ad Concil. Trident. num.53.* & aliis omissis egregiè *Cardin. Pallavic. in Histor. Conc. lib.22. cap.8. ferè per tot.* ubi *num.* 17. advertit, quod ad tollendam omnem umbram authoritatis, noluit Concilium uti verbo *præfuerit*, juxta instantias Gallorum Oratorum, & quæstione ad partes examinata, egregiè pariter *Fagnan.in cap. Quod nobis num.54. de Clandestin. desponf.* ubi concludit, Concilium voluisse adhibere Parochum utì testem authorizabilem, per quem utì certum, & notum ministrum, & omnibus expositum, maximè innotescere potest contractus matrimonii; Quam sententiam approbarunt, & sequuta fuerunt supremа Tribunalia, ut de *Sacr. Rota* videre est in *decis.375. num.9. par.11. recent. & in Neapolitana Matrimonii 21. April. 1681. § Nec refert. coram Alberg.* Et de hac Sac. Congreg. testis est *Fagnan. in cap. Literæ num 23.vers. Respondetur de matrim. contract.contr. interdict. Eccles.*

Quod comprobatur ulteriùs ex eo, quod licet Concilium Tridentinum nullam requisiverit in testibus matrimonialibus qualitatem, indispensabiliter tamen pro matrimoniorum validitate in eisdem testibus concurrere debet illa qualitas, quod possint testificari de matrimonio, coram ipsis contracto, ut observant *Narbon. de Ætat. annor. 7. quæst. 31. num.3. Gobat. Oper. moral. tract.9 sect.2. num. 102 Dicastill de matrim. tract.10. disp. 3. dub. 19. num. 167. Tancred. eodem tract. disp. 9. num. 1. Pac. Jordan. var. resolut. tom.1. lib.3. tit 7 de matrim. num.103. Ventrigl in Prax. par.1. de Testibus in caus. matrim. annot 3. §.2. num.6. de Just. de Dispensat. matrim. lib.2.cap 19.num 99 Coninch de Sacram.disp. 47.de matrim.dub.4 num.41.& 44. Natal ab Alexand.in Theol. schol.& moral.lib 2.de Sacram.matrim.regul.18. Panimoll.dec. 19. annot. 2. num. 41. & Card. de Luc de matrim. in Summ. num. 37.*

Si igitur Concilium in illis testibus, in quibus nullam requisivit qualitatem, voluit pernecessè illam, ut possent testificari de matrimonio, quantò magis dicendum est, eandem qualitatem requisivisse in Parocho, à cujus qualitatibus præsupposuit supplendos defectus aliorum testium, ut observant *Piringh. in Jus Can lib.4 §.3. de Clandest. desponf. num.14. Sanchez de Matrim lib 3. disput.41. num [illegible] vers Secundo, Perez eodem tract. disp.40. sect.9 num.6. versic. Colligitur 2 Oliver. de Nullit. matrim. insp.4. fol. mihi 86 in princip. Ventrigl. in Prax.par.1.de Testibus in caus. matrim. annot. 3 §.2 sub num.9. Amic. in Curs.Theolog tom 9 disp.7 de Conse clandest num.103. Rossign. in Prax Theolog. legal. tom.10. de Matrim. verb. matrimonium 1 prænot.36. num.5. fol.137. Rodriquez in Summ cap.218 num.18. Castropal. Oper. moral. tom.5. disput 2 de Matrimon. punct. 10. §. 13. num. 3. Rota decis. 179. num. 11. coram Peuting. & decis. 490. num. 13. par. 18. recen.* Aliàs enim quantumcumque qualificatus sit

ali-

aliquis testis, nullum gradum suppletionis addere potest defectibus aliorum testium, qui absque facti notitia, & advertentia, personæ excellentia, & qualitas ad nihilum deservire potest ad testificandum, multò minùs ad supplendos aliorum testium defectus, ut patet consideranti.

Præsentia præterea Parochorum requisitam fuisse à Concilio *Ad evitandos dolos, fraudes, incertitudines, scandala, & deceptiones eorum, qui illegitimè contrahunt*, per hæc verba observant Authores relati ab *Uffell. in Consult. connub.* 48 *fol.46. in princip. Seraphin. Cappon. à Porrect. in Supplem.3. par. D. Thom. quæst.45. art. 5. in Appendic. num.50. fol. mihi 237. Franc. Bonæ spei in Theolog. scholast. tom.5. disp.5. de Matr. dub.1. num.12 fol.314. & num.29 fol.316. Molin. de Rit. nupt. lib.2 differ.11. num. 120. Marchant. in Tribunal. Sac. post tom.3. in Resol. de Matrim. fol. mihi 33. Pont. de Matrim. lib.5. cap.6. num.8. vers. Primùm*, & resolvit hæc Sac. Congreg. *in Ulixbonen. seu Eboren. ut in tom.2. sess.24. de Reform. Matrim. fol 26.* ibi: *Licèt aliàs in Jure veteri dolus non annullaret matrimonium, tamen Concilium videtur tendisse ad finem puniendi istos dolos saltem nullitate matrimonii* Non est autem mul- 49 tum laborandum ad ostendeudum, hujusmodi inconvenientia evitari non posse à simplici, & nuda assistentia materiali, seu purè physica, quam Bestiarum præsentiæ æquiparat *Gonet. in Clyp. Theol. Thomist. tom.5. de Matrim. disp.4. art.3. de Consens. §.3. num. 58.* & quam impertinenter se habere, tam ad rationem contractus, quàm Sacramenti advertit *Marchant. in Tribun. Sacram. tom.3. tract.1. de Matrim. tit.7. quæst. 5. concl.1.*

Considerando ulteriùs imperceptibilem in hac parte inverisimilitudinem, quod postquam Sanctiss. Patres à contractu matrimonii excluserunt Parentum consensum, voluerint relinquere filios, filiasve omnibus deceptionibus subjectos, 50 mediante assistentia duorum testium, qui ex cumulatis per *Bass. in Florib. Theolog. tom 1. verb. matrimonium 5. num. 12. Aversf. de matrim. quæst.6. sect.5. vers. Communis fol.353. Gabr. à S. Vincent. de matrim. disp.3. quæst.8 num.78. Nicol. in Floscul. verb. matrimonium num. 10. de Abreu. in Specul. Parochor. lib.9. de Sacram. à Parocho &c. sect. 3. num.445. fol.549. & du Hamel. in Theolog. specul. & pract. lib.7. de matrim. dissertat.2. cap.3. num.6. vers. Quo autem*, etiamsi infames, & infideles sint, non fuerunt exclusi, & alterius testis, qualificati quidem mediante scientia, prudentia, officio &c. sed materialiter tantùm præsentis; Quod idem est, ac si esset lapis, vel truncus ad nostrum effectum, & benè observat *Veracrux in* 51 *Specul. Conjug. in Appendic. dub 5. conclus.4. fol.14.* Vel si esset Parochus marmoreus, seu pictus, ut advertit *Veg. in Summ. cap.25. de matr. cas.43.* Quod certè repugnare videtur omnibus Juris, & congruentiæ principiis.

Pro responsione ad authoritatem *Card. de Luc.* sibi contrarium *in disc.2. num.9. de matrim. & in adnot. ad Concil. dist.26. num.4. & 27.* qui unicè contra Theologorum, & Canonista- 52 rum torrentem adducitur, ad probandum, quod materialis præsentia Parochi sufficiat pro validitate matrimoniorum, non opus habemus recurrere ad animadversionem, qua doctissimus iste Vir solitus erat declinare vim aliarum authoritatum, observando scilicet, non quid Defensores scribant, sed quid Tribunalia decidant, præferendo placita eorundem Tribunalium scriptis Advocatorum, ut testatur *in disc. 90.* 53 *nu 12. de Testam. & disc.98. num.24. de Fideic.* Quod est etiam de mente *Sac. Rot.* ut videre est *in dec.103. num.26 par.15. rec. & in Lauden. Census 23. Junii 1666. §. Denique cor. Cardin. Taya, & in Surrentina Manutentionis 4. Maii 1695. §. Disceptationes cor. Illustriss. Scotto* dum hæc imprimuntur Urbis Gubernatore.

Congrueret siquidem hujusmodi responsio *eidem Card. de Luc.* in dicta causa causa succumbenti, ut videre est *in decis. 431. cor. Royas, & dec.375. p.11. rec.* & more suo nimium com- 54 mendabili ingenuè fatetur *in dicto disc.2. num 6.* ibi: *Istæ posteriores resolutiones in negocio principali mihi, quamvis pro Viro scribenti, visæ sunt probabiles, benèque fundatæ &c. non obstantibus iis, quæ egomet, & cæteri deducebamus tanquam Advocati pro nullitate ex parte Viri scribentes. undè propterea tam sæpè docemur, quantum Consulentium authorit. deferendum sit.*

Non inquam opus habemus hac alioquin cathegorica responsione uti, ex quo in ejus casu Parochi intelligentia erat 55 innegabilis: Postquam enim audiverat perfectissimè verba ista contrahentium, relata in *citata dec. 431. num.3. coram Royas: Questa Sig. D. Giovanna Maria de Xavit è mia Moglie, e la voglio per Moglie; E questo Sig. D. Michele Varez è mio Marito, e lo voglio per Marito*, fugam arripuit ab Altare, se declarando nolle consensum præstare eidem matrimonio, exclamando *Scommunicati, Scommunicati*, hoc est inferendo ad excommunicationem, per Synodales Constitutiones comminatam contra matrimonia non servatis servandis con- 56 trahentes, quæ intelligentiâ ultrò admittebatur *ab eodem Card. de Luc. ut in dicto disc.2. de matrim. num 9 in fine, & à Rota in d. dec.431. num.5. coram Royas, & dec.375. sub num.1. par.11. rec.*

Si igitur in terminis discursus *Card. de Luca* constabat de 57 perfecta Parochi intelligentia, qua attenta, Sacra Rota resolvit in dicto casu constare de validitate matrimonii, ubi de dicta intelligentia non constat, sed concurrit simplex materialis interventus, semper nullum erit matrimonium ex dictis, *dec.431. cor. Royas, & dec.375. par. 11. rec.* in quibus scripsit *Card. de Luca*, cui non possumus meliùs respondere, quàm cum suis precisis verbis *in disc.98. de Fideic. sub num.24.* 58 nempè: *Hic autem est unus de nimis claris, & contemptibilibus Pragmaticorum erroribus, quod illæ doctrinæ, quæ ab ipso Authore vivente, oretenùs etiam dante calorem, non fuerunt efficaces in suo casu præciso, in quo accuratè, ac studiosè editæ fuerunt, debeant effici tales in diverso casu, ex eo quod inter volumina impressæ sint, ut patet de me ipso, scribente in tot causis, in quibus succubui, quoniam si meæ Informationes editæ in causis cum diverso exitu, luci editæ fuissent, prout jacent, pro decisione servire deberent, cujus contrarium egomet pluries agnosco.* Et in rei veritate, quando idem *Card. de Luca* scripsit absque affectionem ad causam, *ut in Summ. tract. de Matrim. num.37.* requisivit intelligentiam in Parocho affectante, & contradicente pro matrimonii validitate.

Non obstante distinctione, seu scissione Conciliaris decreti, quasi quod in prima parte sermo sit de præsentia cum intelligentia, non autem in secunda, in qua loquatur Concilium de sola præsentia; Si enim quando Parochus illis viro, & muliere interrogatis, quorum perfectam habet notitiam, 59 & quorum voluntas liberè contrahendi est eidem nota, postquàm denunciationes in Ecclesia fecit ex litera Concilii, ibi: *Eorum mutuo consensu intellecto*, percipere debet contrahentium consensum, nec sufficit ejus præsentia materialis, quanto magis hujusmodi præsentia non erit sufficiens quando denunciationes non præcesserunt, quando Parochus nullam habet contrahentium notitiam, & quando eidem nota non est eorundem spontanea voluntas matrimonium contrahendi? ut de se patet: Ne dicamus, Sanctissimos PP. in pleno Orbis Senatu Tridenti congregatos post 14. congressus minorum Theologorum, habitos ad occurrendum malis, ex clandestinis nuptiis derivantibus, teste *Card. Pallavic. in illius Histor. lib.22. cap.10. in princ.* in solemni sessione, minus efficax adhibuisse remedium, ubi majus aderat clandestinita- 60 tis periculum, contra dispositionem alterius Generalis Concilii, nempè *Lugdunen.* registratam *in cap.3. de Election.* ibi; *Ubi periculum majus intenditur, ibi proculdubio est pleniùs consulendum, & in leg. 1. C. de Carbon. edict. §. Sed & si quis*, ibi: *Nam vel magis consulendum est iis, quibus majus periculum intenditur*, cum aliis apud *Fenzon. ad Stat. Urb. lib.1. cap.151. num.35.*

Et tamen eo ipso, quod Concilium in secunda parte Decreti usum fuit verbo *præsente*, ex sermonis proprietate, & legali interpretatione comprehenditur sub illo scientia, & intelligentia, ex dicto literali *Textu in leg. coram Titio ff. de ver. signific.* cujus verba ad nostrum effectum nunquam satis repetuntur, ibi: *Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur* 61 *præsente eo fecisse, nisi is intelligat &c. Scire autem, non etiam velle is debet, nam & invito eo rectè fit, quod jussum est*, & ultra authoritates supra adductas *num.1.* omnes in specie loquentes de secunda parte decreti Concilii Tridentini *in sess. 25. de Reform. matrim cap 1.* egregiè observant *Boss. de matr. cap.3. num.2.* ibi: *Qui non intelligit, nec præsens dici potest &c. præsentia intellectum, & scientiam includit. Avendan. de met. lib.2. cap.19. num.75. vers. Facit expressè*, ibi. *Demùm ea verba Concilii ibi:* quàm præsente Parocho: *capiuntur de Parocho præsente, & intelligente, Avers. de Sacram. matr. quæst.6. sect.5. fol.346. vers. Satis tamen*, ibi: *Et hanc sanè vim habet verbum Concilii* præsente Parocho, & testibus, 62 *intelligi enim debet de præsentia morali, & humana, qua is, qui assistit verè intelligat, & percipiat quid agatur, Nald. in Resol. practic. Cas. conscient. verb. Matrimonium num.4. vers. Et nota*, ubi illam solidam adducit rationem, quia in qualibet materia, & facultate in dubio termini intelligantur formaliter, & humano modo, non autem physicè, & materialiter *Molin. de Rit. nuptiar. lib.2. differ.11. num.116.* ibi: *Qui non intelligit non potest dici præsens &c. præsentia intellectum, & scientiam includit, Colon. lib.5. Controv. contr. 1. de*

*de matr cap.4.num.237.*ibi: *Qui non intelligit, nec præsens dici potest, & Themud.dec.Lusit.4.num.13.*

Ratio est, quia quando Jus, vel statutum requirit alicujus præsentiam, non sufficit materialis interventus, nisi intelligat, quid agatur, ut, innumeris concordantibus cumu- 63 latis, jure communi attento, in nostris individualibus terminis, observat *doctissimus, & eruditissimus de Rubeis in addit.ad dec.431.num.22. & seqq.par.4 tom.2. rec.* ubi, quod præsentia, de qua loquitur Concilium, includit talem intellectus advertentiam, ut rectè contracti matrimonii testimonium possit perhiberi, quod probat etiam *Corrad.in Prax. dispens.lib. 7.cap.7. num.36 vers. Nec tamen, & vers. Cum enim.* Et de dispositione statutaria *Felin. in proem. Decretal. num.22.* ibi: *Verbum præsens includit sensum, & intellectum, & num.23.* ibi: *Et hoc ipse notat ad Statuta, requiren-* 64 *tia præsentiam alicujus, quod non sufficit præsentia, si probetur, eum non intellexisse, quod nota;* Quod esse etiam de mente *D.Thom in 1.par. quæst.8.art.3.in corp. & ad 2.* observat ibidem *Cajetan. & P Seraphinus Cappon. à Porrect.* ubi quod illud propriè dicitur præsens, quod præsentatur sensui, & intellectui.

Retorquetur proindè potiùs quàm obstet theorica *Textus in leg. Præcipimus Cod de Appellat.* quod scilicet quidquid in nova lege non apparet specialiter expressum, id sub veterum legum, Constitutionumque regulis relictum intelligitur, 65 nec per subauditos intellectus subintelligendum est; Dum in nova lege Concilii Tridentini expressa fuit advertentia, & intelligentia Parochi sub dicto verbo *præsente*, ex modo animadversis, & egregiè *Guttier. de matrim.cap.69.num.1.* ibi: *Cum igitur Concil. Triden &c. ad valorem matrimonii requirat præcisè præsentiam Parochi &c intelligi debet juxta Juris communis dispositionem, scilicet de præsentia more humano, hoc est cum intelligentia, & advertentia actus, qui celebratur.*

Et nihilominus procedendo etiam cum veteri lege, seu antiqua Constitutione Generalis Concilii Lateranensis, quam in hac parte innovavit Tridentinum, juxta illa clara verba: 66 *Idcircò Sacri Lateranensis Concilii, sub Innocentio III. celebrati, vestigiis inhærendo, præcipit &c.* quod Parochorum præsentia in matrimoniis non sufficiat materialis, & physica, sed necessaria sit moralis, & humano modo, imò cum operationibus Parochi, plusquam evidenter desumitur ex sola, & simplici lectura *cap 51. ejusdem Generalis Concilii, ut in tom.4. Concil. General. fol. 226. & in cit. cap. Cùm inhibitio de Clandest. de spons.* & in terminis observant *Beccan. in Summ. Theolog. Scholast. tit. de Sacram. matrim. cap. 44 quæst. 6. num. 2. Petr. Cornejo in Theol. Scholast. tom. 2. dub. 7. num. 4. fol 875.* ubi, quod Parochi præsentia semper eadem fuit necessaria pro matrimoniis, licet non semper eodem modo, quia ante Concilium Tridentinum vigore Concilii Lateranensis erat necessaria necessitate præcepti, post 67 Concilium Tridentinum verò requiritur tanquam conditio, sine qua non & *du Hamel. in Theol. Specul. & practic. lib.7. de matrim. dissert.2. cap.3. num.4.*

Nec stringit argumentum. Conditio mutui consensus, per Parochum intellecti, quæ fuerat supposita in prima parte dispositionis, non legitur in secunda super irritatione, Igitur non censetur volita sub pœna irritationis actus; Si enim 68 licitum esset ita argumentari circa disposita in hoc Christianæ Reipublicæ nimium proficuo decreto, majori ratione validum esset sequens argumentum.

Qualitas proprii Parochi, quæ apposita legitur in prima parte Conciliaris decreti ibi: *Ter à proprio Parocho &c.* non legitur in secunda, ibi: *Parochus viro, & muliere interrogatis &c* Minusque in tertia, ubi dicitur solùm: *Qui aliter quàm præsente Parocho &c.* Et quod magis est apposita fuit in quarta parte ejusdem decreti ibi: *Benedictionem à proprio Parocho fieri &c.* Igitur matrimonium coram 69 quocumque Parocho contractum, etiamsi proprium contrahentium non sit, validum est, ex quo ubi Concilium voluit qualitatem proprii illam expressit, & proindè ubi non legitur, illa consultò omissa dici debet, ex allegatis *per Rotam in dec.628 num.7. & 8. par.18. rec. & in Romana, seu Januen. Bonorum 14. Januar. 1698. § Minus coram Muto,* & in nostris terminis *Rent in Encyclop. univers. Theol. tom.2. lib. 1. de Sacram tract.8. de matrim.cap.2. sect.2. quæst.12. ante finem, fol 446.* ibi: *Trident. loquens de matrim. clandest. ex defectu Parochi, & testium illud irritavit, loquens verò de eo ex defectu denunciationum nihil dixit de irritatione, & sic, ut videt, ubi voluit dixit* & melius *quæst.4 cap.3. sess.4 fol.503.* ubi, egregiè probat sat esse qualitatem proprii expressam fuisse supra ad hoc ut censeatur postea repetita in parte irritativa. Contrarium verò nemo Theologorum, vel Canonistarum, quem viderim, affirmavit adhuc.

Dixi *ratione majori*, quia magis salvaretur finis Concilii, mediante præsentia morali, & humana cujuscumque Parochi, ex quo iste semper poterit esse testis Ecclesiæ, quàm mediante sola physica, & materiali præsentia proprii Parochi, quæ ad nihilum valet ad rotundum textum in *leg. Non multum 14. de Author. Tutor.* ibi: *Non multum interest, an adfue-* 70 *rit Tutor cùm negotium contraheretur, an præsens ignoraverit quale esset quod contraheretur;* Talisque materialis præsentia est prorsus inepta ad finem à Concilio intentum, ibi: *Efficacius aliquod remedium adhibeatur.*

Si igitur nullum est matrimonium, contractum coram non proprio Parocho, non obstante quod qualitas proprii non sit repetita in secunda parte dicti decreti, in qua irritantur matrimonia aliter contracta, eadem ratione nullum erit matrimonium, contractum coram parocho non intelligente consensum, sed materialiter solum præsente, non obstante 71 omissione repetitionis intelligentiæ in prima parte decreti expressæ, & contentæ sub verbo *præsente* ex allegatis *supra num 64.*

Et ex hac qualitate proprii Parochi magis, magisque comprobatur necessitas moralis præsentiæ, & advertentiæ; Ad quid enim proprium requirere Parochum, nisi quia iste suas cognoscit oves, ut in terminis observat *Molin. de Rit. nuptiar. lib.2. differ. 11. num. 118.* ibi: *Ut quidam insignis suarum pastor ovium, ne quidquam malè fieret interesse matrimoniis &c.* 72 Si autem hæc cognitio non esset necessaria, sed sufficeret materiali interventus, nulla adesset necessitas, minusque aliqua urgeret congruentia, ut Parochus matrimoniis assistens deberet esse proprius contrahentium, ut de se patet.

Adeò tamen rigorosè, & meritò, insistunt Theologi, & Canonistæ in hac qualitate proprii Parochi, ratione cognitionis suorum Parochianorum, ut communiter observent, Parochum originis, qui ad alios effectus, & præcipuè Sa- 73 cramenti ordinis, dicitur proprius, in nostris non possit matrimoniis validè assistere, ut videre est apud *Sanchez. de matrim. lib. 3. disp. 23. num 7. Reginald. in Prax lib. 31. cap. 23. num. 177 in fine Pont. de matrim. lib. 5. cap. 13. § 1. num 2. Caton. discept. 283. num. 5. lib 4. Ciarlin. contr. 131. num. 55. lib. 2 Cardin Bellarmin. ad Concil. Trident. sess. 24. de Reform. matrim cap. 1. vers. 2. Viggers. de Sacram. & cens. quæst. 50. de Impedim. matrim. c. 5. rubr. 14. versic. quæritur num. 2. fol. 553 Colleg. Salmatic. in Casib. Theolog. moral. tom.2. tract 9. de matrim. cap 8. punct. 3. num. 25. Guttierez de matrim cap 62. num. 29. Filliuc. Oper. moral. par. 1. cap. 6. num. 208. Boss. de matrim. cap. 4. num. 14 Panimol. dec. 120. num 27. Perez de matrim. disput. 40. sect. 2. num. 1. Gabr. à Sancto Vincent. eodem tract. disp. 3. quæst 8. num. 69. Dicastil de matrim. disp. 3. dub. 8. num. 47. Anton à Spir Sanct. in Director. Confessar. tract. 11. de matrim. disput. 4. sect. 6. num 139 Bellet. Disquis. Clerical part. 1. de Exempt. Cleric. à Statut. §. 5 num. 8. Romaguer. ad Constit. Synod. Gerund. lib. 4. tit. 1. cap. 6. num. 5. Barbos. de Paroch cap. 21. num. 36. par. 2. & Gavard. in Thelog exantiqu. tom. 6. quæst 2. de matrim. artic. 8. num 14.* & resolvi Sac. hæc Congreg *in Nullius 21. Martii 1602.* teste *Barbos. ad Concil. sess. 24. de Reform. matr. cap. 7. num 2.*

Præterea si modus argumentandi, supra expressus, subsisteret, per legitimam consequentiam inferri posset validitas matrimonii per purus contracti coram Parocho cœco, & per 74 verba coram Parocho muto; In utroque enim casu verum esset, quod illud contraheretur præsente Parocho, & duobus testibus, quod solum literaliter continetur in 2. par. Conciliaris sanctionis, irritativa matrimoniorum.

Absque eo, quod suffragetur animadversio *Cardin. de Luc. de matrim. disc 1. num. 8.* adducentis discrimen inter Parochum non intelligentem, quia impeditum vi naturalis, 75 seu accidentalis impotentiæ, ut in casibus supra positis, & inter Parochum, nolentem audire, & videre, seu affectantem non intelligere, licet expeditas habeat potentias visivam, & auditivam.

Eidem enim responderi posset. *Quod per subauditos intellectus inducendum non est, quod expressè non legitur in hoc Decreto,* quodque ubi Tridentinum Concilium non distinguit, neque nos distinguere debemus, ut observant 76 Doctores, allegati per *Cardinal. de Lauria in 4 Sentent tom. 3. disput. 22. de Matrimon. articul. 11. num. 288. Trullench. de Sacrament. lib. 7. cap. 6. dub. 6. num. 2. Gob. t. in Theolog. Experiment. tractat. 9. cas. 18. num. 302. de Just. de Dispens. matrim. lib. 3. cap. 19. num. 97. Ugolin. de Offic. & potest. Episcop. par. 1. cap. 15. §. 10. num. 3.*

num.3.Anton. à Spirit.Sanct. in Director. Confessar.tract.11.de Matrim.disp.4.sect.6.num.141.& Fenech.in Casibus moral.tit. de matrim.num.38. In Concilio autem nulla fit distinctio Parochorum, quando sunt cœci, vel surdi, & quando coram ipsis per nutus, vel per verba fiunt matrimonia, quæ proindè in dd. casibus valida essent; Eo quia agitur de lege exorbitanti, & Juris communis correctoria, quæ ita interpretanda est, ut quominus fieri possit illud corrigat, ut advertunt *Perez de matrim. disp.40. num.6. Villalob.in Summ.Theolog. moral.tom 1.tract.13. de matrim. diffic.23.sub num.2.Sannaz. de matrim.c.3.art.4.num 100. Franc.Bonæspei in Theol.Schol. tom 5 disp.5.de matrim.resol.4.num.93.Layman.in Theol. mor. lib.5 tract.20.par.2.c.4.num.6.Card.de Luc.de matrim.disc.16. sub num 20.de Just.de Dispensat.matrim.lib.2.cap.19.nu.97.& Rot.dec.845.num.5.& 6.cor.Cerro.*

77

Quatenus autem respondeatur, omnia hæc intelligenda esse in eo sensu, quod non sunt inducendi subauditi intellectus extranei, & disparati à Conciliari dispositione, secus autem intrinseci, & necessarii, qualis est ille, quod coram Parocho cœco contrahi non possit matrimonium per nutus, & coram Parocho muto, per verba, ad hoc scilicet, ne adeo provida lex Concilii frustretur, & prorsùs inutilis remaneat, ut in terminis dispositorum in Concilio Tridentino benè observat *Scopp.ad Gratian.dec.37.num.9. ibi. Dicendum est &c. sub dicto Sac. Concil.Trident.decreto probiberi. quippe etiam lex exorbitans, & pœnalis, ad alium extenditur casum, ad quem nisi extenderetur frustraretur*, & meliùs *Torniol.cons. 52.num... Lopez de Salsed.in Practic.crimin.Canon.c.73. de Clandest.nupt.fol.284. Engel.in Jus Can.lib.4. tit.3. de Clan. dest.desponf.sub num 29.Boss.de matrim cap.3.num.4.Verricel. de Mission.tit.12.de matrim.quæst.174 sect.6. num 22. & Card. de Luc.de matrim.disc 16.num.22.* Quodque in similibus casibus nihil additur Conciliari dispositioni per intellectus subauditos, sed aperitur dumtaxat id, quod latebat ad similitudinem illius, qui excutit granum à spicis, juxta exemplum *Textus in leg. Adeo §. Cùm enim ff.de acquir.rer. domin.* & in individuo observat *Fagnan.in cap. Quoniam num.17.& seqq. de Constit.* & signanter *num.19.* ibi: *Ea quæ, veniunt per modum declarationis verè, & propriè inesse dicuntur, qui enim explicat nihil novi facit, sed discooperit.*

78

79

Responsionem congruam admittentes, dicimus, quod illa ratione majori applicatur ad probandum, quod sub verbo illo *præsente* comprænhendatur intelligentia, eo quia de Jure, & secundùm communem Doctorum interpretationem *coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat leg. cor ff.de verb. signif* Non sic autem respectu alterius verbi *Parocho*, qui æquè benè prædicatur de illo, sive sit cœcus, sive mutus, sive claudus, sive quocumque alio defectu laborer, ut patet ad sensum.

80

Manifesto autem laborant æquivoco ea, quæ dicuntur de libertate, quam ultrò necessariam admittimus in matrimoniorum celebratione, sed cum illa qualitate, ut scilicet sit libertas cinjungibilis cum fine, à Concilio volito, non fovens clandestinitatem, nec destruens efficaciam remedii, adhibiti ad tollenda inconvenientia, ex clandestinis nuptiis derivantia, ut ad rem notat egregiè *Hervet. in Orat.de Clandest.matrim.* impressa *post consil.matrim.diverf. Venetiis 1563. fol.14.* ibi *Dicunt enim non coacta, sed libera matrimonia esse oportere, quod quidem fatemur, nec ullum cogendum esse fatemur, ut matrimonium contrahat, velit, & consentiat quidem necesse est, qui contrahit, Sed consensus ille legitimus sit oportet &c. Quod si qui ad vitia præcipites feruntur impotentes meritò appellantur.*

81

Si enim sermo sit de libertate, in tota sua latitudine sumpta, hanc potius Concilium sanctissimè restrinxit, mediantibus antiquis vinculis impedimentorum, quæ confirmavit, & novorum, qui addidit, Raptus scilicet, ac præsentia proprii Parochi; Et quot in unico hoc impedimento præsentiæ proprii Parochi continentur restrictiones hujusmodi libertatis in tota sua latitudine consideratæ; Poterat enim addere tertium testem, sed ad similitudinem aliorum, hoc est cujuscumque conditionis, & qualitatis servum, fœminam, familiarem, excommunicatum, infamem, infidelem &c. *Rent.in Encyclop.unic.Theolog.moral.tom.2.lib.1.de Sacram. tract.8.de Sacram. matrim cap.2.sect.4. quæst.12. vers.2 Difficultas fol.507.Rossign.in Prax.Theolog.legal.de matrim.tom.10 verb.matrim.primò, prænot.36. num.5.fol.136* Poterat eligere Sacerdotem, sed quemcumque. Poterat præscribere interessentiam alicujus testis qualificati, sed indefinitè. Poterat requirere Parochum, sed non proprium. Cùmque hæc omnia omiserit, & proprii Parochi præsentiam sub nullitatis pœna requisiverit, non alio fine, quam ut efficacius ali-

82

quod remedium adhiberet gravibus peccatis, & inconvenientibus, quæ ex clandestinis conjugiis ortum habent, ut his verbis protestatum fuit *in capit.1. session 24* dicendum utique est, Sanctiss.Patres illam libertatem voluisse, quæ præcepta, & violentias Principium excludat, quæ placitum, & consensum Paternum non requirat, quæ necessitatem proclamationum non exposcat, & quæ ministerium aliquod Sacerdotis assistentis non includat: E contra autem necessariam existimasse restrictionem illius libertatis, quæ, vel clandestinitatem fovet, vel destruit efficaciam remedii præscripti ad illam eliminandam.

83

84

Nec est verum, quod ita esset in cujuscumque Parochi potestate matrimoniorum celebrationem impedire, illaque irrita reddere per ipsorum voluntatem, & affectatam non intelligentiam; Aut enim Parochi nolunt assistere matrimoniis, servatis servandis, contrahendis, & ultra pœnam, quam merentur, adest promptum remedium, recursus scilicet ad Superiores, qui loco Parochi renuentis possunt, & solent subrogare quemlibet Sacerdotem, ut observant *Gonzal. in cap. Cùm inbibitio sub numer.8. de Clandestin. Desponf. Gratian.discept.169. num 8.& 9. Sanchez de matrim. lib.3. disp. 28.num.4. Ledesm. eodem tract. quæst.45.artic.2.punct.3.paulò ante dub.4. Ventrigl. de Jurisdict. Archipiscop. c. 148. per tot. Molin. de Rit. nuptiar.lib.2.differ.11.num.95. & seqq Barbos.de potest Episc.alleg.32.num 155.Amic.in Curs Theol.tom. 9.disp.4.sect.10.num.80.& seqq.& Jorius de matrim.par 4.qu. 7 de Paroch.sub num.6.*

85

Imò, quod in casu irrationabilis recusationis Parochorum licitum sit contrahere volentibus dolosa æquivocatione, vel aliis artibus illos adducere ad interessendum, dummodo tamen vis personæ non inferatur, benè probat *Aversf. de matrim. quæst.6.sect.5. vers. Tenetur Parochus fol. 347.* ubi eam adducit congruam rationem, quia tenetur Parochus ex obligatione sui officii matrimoniis assistere, si justam causam non interessendi non habeat *Anton. à Spirit. Sancto in Director. Confessar. tract. 11. de Matrimon. disput 4 sect 10. num.178. Dicastill. de matrimon disput.3. num.168. Layman. in Theolog. moral. lib.5. tract. 10.par. 2.cap.4. num. 6. Diana Oper. moral. tom. 11. tract. 3. vers. Nota tamen, Cabassut. in Not. ad Concil. Trident. sub num 55. Perez de matrimon.disp. 40. sect.10. num. 6. in fine, Hurtad. eodem tract. difficul. 15. num.51.Tambur.Oper moral.lib.8.de matrim tract.6.§.3.num. 13. Caspens. in Curs. Theolog. tom.2. de Matrimon. sect. 6. num. 27.*

86

Aut verò recusant Parochi assistere matrimoniis, spretis Ecclesiæ solemnitatibus, contrahendis, & ut, supra probavimus in 2. dubio, merentur præmium ab Ecclesia, quæ in Spiritu Sancto legitimè congregata in Generali Concilio Lateranen. eisdem Paochis sub adeo rigorosis pœnis suspensionis à divinis, & peccati mortalis imposuit, nè matrim. in d. circumstantiis contrahendis assisterent, ex *animadverf. supra primò dub.*

87

Et tamen, hominum malitia ad evitanda hæc salubria præcepta, latissimam in hac parte reperit viam, quæ utinam non esset omnibus obvia, nempe Parochos vi, dolo, malis artibus, sub specioso prætextu assistendi moribundis, nec non ad disparatum finem illum vocando, & inducendo ad assistendum matrimoniis, contrahendis in spretum Ecclesiasticorum præceptorum, in quibus terminis, quidquid sit de peccatis, & pœnis, tam ratione injuriæ, Parocho illatæ, quam ratione contemptus Ecclesiæ, certum est, quod matrimonia, taliter contracta, dummodò dirimentia impedimenta non adsint, Sacra hæc Congregatio semper valida declaravit, cum illa sola conditione, *Dummodo Parochi, taliter decepti, vel retenti, consensum percipiant*; Ea ratione, quia injuria, facta Parocho, & contemptus præcepti Ecclesiæ, non impediunt, quin idem Parochus testificari possit de matrimonio, qui fuit finis Concilii, ut videre est apud *Zoes. in Jus Canon. lib.4 de Clandest. desponf. num. 12. Cabassut. in Not. Concilior. in Not. ad Concil Trid. sess.24. vers. Hic jam quæritur fol. mihi 484. Sanchez de matrim. lib. 3. disp.39. num 7 & seqq Pac. Jordan var lucubr. lib.3.tit.7. de matrim num 96. Gattier. pariter de matrimon. cap 69. num.10. Caspens. in Curs. Theolog tom 2. tract. 26. de matrim. sect.6. num.26. Camarot. de septem Sacram. tit de matrim tract 12. dub.16. vers. secundo, Campanill in divers. Jur. Canon. rubr.1. num.51.*, ubi, requirit ulteriùs, quod ... matrimonii vocatus sit, *Rent in Encycloped. unic. Theolog. moral. tom. 2. lib.1. tract. 8. de matrim. cap 3. sect. 4 par 1. vers. Habes 2. fol. 506. Abreu in Specul. Parochor lib. 9 de Sacram. à Parocho &c. sect. 3. num 445. fol. 549. Herm. Theol. tom.8. de matrimon. conclus. 7 cap. 11. fol. 251. versic. Porrò,*

88

89

Ro-

Rodriquez in Summ. cap. 218. *num.* 18. *Molan. in Compend. Theolog. practic. tract.* 4. *cap.* 15. *num.* 8. *Castill. decis. Siciliæ* 96. *num.* 9. *Possevin. de Offic. Curat. tit. de matrimon. cap.* 10. *sub num.* 20. *Colleg. Salmatic. in Curs. Theolog. tom.* 2. *tract.* 9. *de matrimon. cap.* 8. *punct.* 5. *num.* 66. *Sannazar. de matrimon. cap.* 3. *art.* 4. *num.* 98 *Ugolin. de Offic. & potest. Episcop. par.* 1. *cap.* 15. *§.* 18. *nu* 7. *Gabr. à Sancto Vincent. de matrim disput.* 3. *quæst.* 12. *num.* 123. *Eman. Sà in Aphoris. Confessar. verb. Matrimonium num.* 1 *Anton. à Spirit. Sanct. in Director. confessar. tract.* 11. *de Matrimon. disp.* 4. *fol.* 10 *numer.* 177. *Parlador Rer. quotid. differ.* 45. *num.* 5. *& sequent. Trullench in in Prax. Sacr. lib.* 7. *cap.* 6. *dub.* 5. *num.* 3. *Castropal. Oper. moral. tom.* 2. *disp.* 2. *de Matrim punct.* 13 *§.* 8. *num.* 11. *& §.* 13. *num.* 1. *Merbes. in Summ. Ethic. Christian. tit. de Sacram. matrim. disp.* 7. *par.* 8. *fol. mihi* 462. *Gobat. in Theolog. Experim. tract.* 9. *num.* 491 *Perez de matrim. disp.* 40 *sect.* 10. *num.* 5. *& Gavard. in Theol. Exantiq. tom.* 6. *par* 2. *de Matrim. ar.* 8 *sub num.* 16. *& Rota coram Seraphin. dec.* 1099. *num.* 9. *coram Royas dec.* 432. *num.* 5. *& in Calaguritana Matrimonii* 26. *Junii* 1671. *§. Accedit coram Alberg & in Neapolitana matrimonii* 21. *Aprilis* 1681. *§. Nec refert coram eodem*; Et plures

90 resolvit Sac. Congreg. signanter in *Comen. Matrimonii* 2. *Junii* 1674. *ut in Lib.* 28. *Decret. fol* 312. ubi de Parocho per brachium, vel detento, *& in Ruremunden. matrimonii* 23. *Augusti* 1681. *in lib.* 51. *Decret. fol.* 461. ubi quod *de validitate matrimonii contracti coram Parocho proprio, licet vi retento, dummodo intellexerit, quod agebatur &c. dubitari non potest & in Dubiis matrimoniorum* 21. *Junii* 1698. *ad* 2. *dubium, ut in lib.* 48. *Decr. fol.* 231.

Ex qua communissima opinione, ab hac Sac. Congregatione approbata, requirente in casibus retentionis Parochorum per vim, illam indispensabilem conditionem, *dummodo intellexerint quod agebatur*, plusquam evidenter infer-

91 tur, præsentiam matetialem non sufficere, Ad quid enim dictam conditionem requirere, si verum esset, quod in istis circumstantiis sola materialis præsentia, & merus physicus interventus sufficeret? Non enim negari potest, Parochum vi detentum esse physicè, ac materialiter præsentem in loco, ubi per vim detinetur, ut de se patet.

Pro coronide demùm primæ partis hujus tertii dubii, in præmissorum comprobationem adducimus in testem, omni exceptione majorem, unum ex ipsismet Sanctissimis hujus Decreti Conditoribus. Is est Hieronymus Ragazzonus Episcopus Nazianzenus, & Coadjutori Famagustanus, de

92 quo mentionem cum laude facit *Cardin. Pallavic. in Histor. Concil. lib.* 21. *cap.* 2. *num.* 4. *& lib.* 24. *cap.* 5. *num.* 4. qui in Oratione, habita die 4. Decembris 1563. in ultima solemni sessione, inter alia, sequentia, non sine laude, & applausu, dixit teste *Philipp. Labbè ad Concil. Triden. fol. mihi* 94. *lit. A* ibi: *Quid de furtivis, tenebricosisque matrimonii commemorem? Equidem ita sentio, si alia nulla causa convocandi Concilium fuisset (quæ multæ, & maximæ fuerunt) propter unam hanc, id omninò fuisse faciendum, nam cum res hæc ad omnes spectet, neque ullus in Orbe Terrarum universo angulus reperiatur, quem labes hæc non invaserit, curandum meritò fuisset, ut communi huic malo, communi etiam consilio provideretur. Innumerabilium PP. sanctissimi, & gravissimorum delictorum, ac scelerum occasio prudentissima ista vestra, ac propè Divina Sanctione penitùs ablata est, & Christianæ Reipublicæ gubernationi sapientissimè consultum.*

Nemo enim non videt cum quanta improprietate celeberrimus iste Orator expressisset & Sanctissimi PP pronis auribus audivissent summas laudes illius remedii tantorum ma-

93 lorum, consistentis in physica, seu materiali præsentia, quæ ad sensum *Gonet. in Clyp. Theolog Thomist. tom.* 5. *de Matrimon. disput.* 4 *artic.* 3. *de Conf. §.* 3. *num.* 58. æquivalet præsentiæ equi, canis, & aliarum bestiarum. Quomodo Christianæ Reipublicæ gubernationi sapientissimè consultum fuisset per illam præsentiam, quæ ad nihilum valet: *Non enim multum interest, nùm adfuerit Tutor cùm negotium contraheretur, an præsens ignoraverit, quale esset, quod contraheretur leg. Non multùm* 14. *ff. de Auth. & conf. Tutor.* Quanam proprietate sermonis prudentissima, ac propè Divina dici potest illa sanctio, quæ ad impedienda innumerabilia, & gravissima delicta, necnon scelerum occasionem innixa esset attentioni, & diligentiæ Parochi picti, vel marmorei, quibus æquivalet præsentia physica veri Parochi, juxta opinionem *Veg. in Summ. cap.* 25 *de*

94 *matrim cas.* 43 Unde expectari posset remedium ad impedienda furtiva, & tenebricosa illa matrimonia, si pro illorum validitate superabundaret præsentia lapidis, vel trunci, quam in nihilo differendo a Parochi, materialiter præsentis, observat *Veracrux in Specul. Conjug. in Append. dub.* 5. *concl.* 4. *fol. mihi* 4.

Imò si juxta opinionem Authorum, allegatorum supra *num.* 14. & quibus addimus *Spin. de Testam. gloss.* 15. *num.* 48. *in fine Rossignol. in Prax. Theologicolegal. tom.* 10. *verb. Matrimonium . præ not.* 32. *vers. Expressè in fine num.* 2. *fol.* 110. *& versic. Benè etiam*, testis præsens solummodo physicè, & non intelligens ea, quæ coram ipso peraguntur, perindè est, ac si non adesset dicta *leg.* 1. *§. Tutor ff. de Author, Tutor*, ibi: *Neque enim præsentia corporis sufficit ad authoritatem, ut si somno, aut morbo comitiali occupatus tacuis-*

95 *set.* In quo consisteret efficacius illud remedium, quod pro forma in matrimoniis addere voluerunt Sapientissimi Patres ad arcendam clandestinitatem ad probationem stabilem, firmamque procurandam? *Ad tollendas innumeras lites, inextricabiles anfractus, & ambages, perjuria, & nuptiarum incertitudines, Partium fraudes, & deceptiones, quarum una neget, altera asseveret, & dejeret, intervenisse clandestinas desponsationes, unde, rebus non probatis, transitus ad posteriora, non conjugia, sed adulteria.* Et tamen omnia

96 hæc operari moralem illam, & humanam Parochorum præsentiam, pro univoco remedio præscriptam in saluberrimo decreto Concil. Trid. ferè per hæc numero verba observat *Cabassut. in Not. Concil. in not. ad Concil. Trid. num.* 53. *vers. Saluberrimum fol.* 97.

Si autem magnifacienda est authoritas illorum Authorum, qui scripserunt tempore proximo terminatione Concilii, ut de *Navarro* observat *Card. de Luc. de matrim. disc.* 5.

97 *num.* 11. ea ratione, quia nimium probabile est, quod ipse à Cardinalibus, sive à Prælatis, qui in eo intervenerunt, perceperit, qualis fuerit Patrum sensus in condendis decretis, & priùs *in disc.* 41. *num.* 12. *& discurs* 95. *num.* 10. *de Jurisdict. Cardin. Denhoff. nell' Instruzione Pastoral. fol.* 7. ibi: *Delle leggi meramente umane come sottoposte alle necessitudini de tempi li migliori Espositori sono li Dottori contemporanei.* Quanto magis hoc habebit locum in dicto Ragazzono, uno ex eisdem Patribus, qui pars magna fuit ejusdem decreti, ut in terminis advertit idem *Card. de Luc. in adnot. ad Concil. discurs.* 1. *num.* 4.

Secunda verò pars ejusdem dubii videtur resolvenda pro necessaria qualitate testificationis actualis contractus, non autem voluntatis illud contrahendi, juxta communem Theologorum, & Canonistarum opinionem, ut videre est penes

98 *Sotum in* 4. *Sent. dist* 27. *quæst.* 1 *artic.* 1. *vers. Eadem ferè*; *Camer. in Consil. matrim* impresso post illa *Zabarell num.* 43. *post medium*, *Sanchez de matrim. lib.* 2. *disp.* 8. *dub.* 26. *vers. Limita* 2. *Coninch. de Sacram. tom* 2. *disp.* 29. *dub.* 2. *num.* 15. *Mastr. in Theol. moral. disp.* 20. *de matrim quæst.* 2. *art* 1 *nu.* 30. ubi, quod in hoc conveniunt omnes Doctores, quia ad matrimonii validitatem consensus notus esse debet per signa demonstrativa de præsenti, non autem per prognostica, & deductiones, *Vidal. in Casib. conscient. de Sacram. matrim. inquis.* 2. *num.* 44 *&* 49. *du Hamel. in Theolog. specul. & pract tom.* 7. *de matrim lib. differt.* 1. *cap.* 3 *sub num.* 6. *Marchant in Tribun. Sacram. post tom.* 3. *in resolut de Sacram. matrim. cas.* 3. *fol.* 33. *Tancred. de matrim. lib.* 3. *disp.* 39 *sub num.* 2. *Biss. in Hierurg. seu de Sacr. Ritib. verb. Parochus §.* 74. *de Just. de Dispens matrim lib.* 1. *c.* 4. *num.* 136. ubi innumeri allegantur concordan-

99 tes, quam opinionem sequuta fuit *Rot. in Perusina Matrimonii* 15. *Martii* 1688. *§. Nec validiora cor. Hervault. &* 8. *Martii* 1689 *§. fin. cor Card. Caccia, & hæc Sac. Congreg. in Romana matrimonii* 2. *Junii* 1698. *ad* 2. *dub.*

Et ratio evidens est, cum enim hominis voluntas ambu-

100 latoria sit, & tractentur multa, quæ non perficiuntur, atque velle contrahere non sit contrahere, Parochus testificari debet, Sponsos de facto contraxisse, neque sufficit, quod testificetur, eos voluisse contrahere, ut observant omnes Authores, supra citati, signanter verò *Sanchez, du Hamel, Tancredus, Bissius, & Vidal.*

101 Neque sine fundamento, sæpè enim accidit mutatio voluntatis in his casibus, ut observat *Fagnan. in cap. Licet num.* 12. *de Spons. duor.* ubi, quod ex hac causa introductum est in aliquibus Locis, ut mulier prius interrogetur, quia cùm sit volubilis, cautiùs est priùs illius consensum antea perscrutari, ne vir priùs consentiens, remaneat cum dedecore, si illa postmodum renuat consentire, ut sequutum fuisse Paduæ, testis est *Corrad. in Prax. dispensat. lib.* 7. *c.* 7. *num.* 37. *&* 38. ubi, quod interrogatus priùs vir, respondit velle aliquam in uxorem, postmodum verò interrogata mulier, negavit se illum velle in suum virum, qui proindè remansit derisus: *Tass. super Prag. de Anthephat. vers.* 8 *observ.* 2. *num.* 62.

num.62. ibi: *Ne fæmina interrogat neget.* & ad propositum *Card. de Albic' de Inconst. in Judic. in Præfat. num.* 39. ubi, quod mulier, cùm sit fragilis consilii, est levis, & inconstans, & ter in hora mutari solet. Non desunt autem Authores, asserentes, interrogandos priùs esse viros, ad hoc ut mulieres minus pudore suffusæ, postquam viri consenserunt, ipsæ quoque consensum aperiant, ut videre est pœnes *Sannaz. de matrim. cap.3. artic.4. num.* 105. ubi, quod ita practicatur Ticini.

D U B. IV.

An affectante Parocho non audire verba, vel non videre nutus attentantium clandestinè contrahere matrimonium, & revera illa non audiente, vel istos non vidente, validum sit Matrimonium coram ipso attentatum.

103 Hujus dubii negativa resolutio per legitimam, & necessariam consequentiam infertur ex probatis in dubio antecedenti. Quià admisso, quod Parochus affectans, in rei veritate non videat nutus, nec audiat verba contrahentium matrimonium, dicitur eidem matrimonio materialiter solùm, & physicè præsens, quæ præsentia, ex animadver. in dicto tertio dubio, non est sufficiens pro matrimoniorum validitate. Nec alia intraret inspectio, extranea à nostro dubio, quàm videre, an Parochus in his casibus justam habuerit, vel non, causam taliter operandi, non ad effectum prorsus disparatæ consequentiæ validitatis, vel invaliditatis matrimonii in radice, & ob defectum formæ, innegabiliter nulli, sed illum condemnandi ad reficienda alteri ex contrahere volentibus damna, provenientia ex ipsius recusatione,
104 & affectatione, ut ex *Gregor. Lopez in l.4. verb. Deven. haver tit.3. quæst.4. & Didaco Perez in l.1. tit.1. lib.5. ordinat fol.33.* in terminis observat *Rodriquez in Summ. c.219. num* 20. Omissa alia inspectione, an renuentibus Parochis solemnizare matrimonia, permissum id sit Regularibus, ut negativam tuendo, obervat *Lezzan. Oper. mor. tom.3. in Mar. magn. August. pag.135 num.130.*

105 Cœterùm, præscindendo etiam à probatis in dicto 3. dubio, adhuc videtur *respondendum negativè*; Eo enim ipso, quod Parochus dissentiendo, contradicendo, vel similibus actibus, sive propriis, sive impropriis, affectando non audire verba, vel non videre nutus, in rei veritate de facto verba contrahere volentium non audit, nec videt nutus, non potest esse testis contracti matrimonii, ad quem effectum
106 ex adductis supra *dub. 3. num.42.* sub nullitatis pœna illius præsentia præscripta fuit à Concilio; Proindeque nullum esse matrimonium, taliter contractum, communiter observant Theologi, & Canonistæ, adducti in antecedenti *discept 1. num.129.* quibus addo *Alar. in Canon. Conscient. lib 5. verb. Matrimonium num.9. Anton. à Spirit. Sanct in Director. Confessar tract.11. de Matrim. disp.4. sect.10. num.177. de Angel. de Confess. lib.2. quæst.6. num.14. Avendan. de Met. lib.2. cap. 19 de matrim. num 75. Bertacchin. vot. dec.100. num.19. & seqq. Bonæspei in Theolog Schol. tom.5. de matrim. disp.5. resolut.4. num 24. & num 107. Cabassut in Not. Eccles. in Not ad Concil. Trident. num.55. & in Prax. Jur. Canon. lib 3. c.26. sub num.12. Castill. dec. Sicil 96. num.9. Ciarlin. controv.* 131. *num.26. & seqq. Comitol. Respons. moral lib.1 quæst.114 num.3 vers. Imò Cost. remed. subsidiar.* 53. *num.3. vers. Non ita, Dicastill. de matrim. tract.10 disp.19. num.167. Engel in Jus Canon lib.4. tit.3. de Clandest. despons. sub num.14. Fermosin de Offic. Archipr. quæst.1. num.64. fol.509. Feuret. de Abus. lib 5. c.2. in fin. Gabr. à S. Vinc. de matrim. disp.3. quæst.12. num.123. Jordan. var. resol. lib.3. tit.7. de matrim. num.100. Jorius de matrimon. p.4. quæst.7. sub num.8. de Just. de Dispensat. matrim. lib.2. cap. 19. de matrim. clandest. num.98. & seqq. Card. de Laur. in 4. Sentent. tom.3. disp.22. de matrim. art.10. num.265. Marchant. in Specul. totius homin. Christian. seu Tribunal. Sacram de Matrim tract.1. tit.7. quæst.5. concl 2. vers. Dices Molin. de Rit. nuptiar lib.2. differ.11. num.113. & seqq. fol.108. Monacell. in Form. tom.3. fol.37. à num.* 6. *Mutin. in Theolog. moral. tit. de*
107 *matrim. clandest. dub.13 num.85. Panimol. dec.19 adnot.1. num. 31. vers. Vel ab Altari fugam arripiat, Pignatell. consult.133. num.36. tom.9. Piringh. in Jus Canon tom.4. de Clandestin. despons §.3. num.23. Præposit. in 3 par. D. Thom sect.4. de matrim. clandest. dub.3. num.85. de Rubes de Validit. legal. c.18. num.66 & seqq. Sà in Aphorism Confessar. verb. matrimonium sub num 1. Sannazar eodem tractatu c 3. art.4 num.97. & seqq. Themud dec. Lusit.4. num.16.* ubi *num.1.* quod nimium frequentes sunt similes casus in Lusitania, quodque ita millies, & millies fuit judicatum, ut in *nu.19. Turrian. in Summ Theolog. moral. par.2. de matrim. c.97. dub.3. num.6. & 37. Ugolin. de Offic. & potest. Episc p.1. c.15 §.10 sub num.7. Wigers. de Sacr. qu.50. de Impedim. matr. num.43. vers. Dixi fol.554. Zipp. in Ius Canon. tit de Spons. & Matrim. num.4.*

108 Quod sæpissimè resolvit hæc Sac. Congreg. quæ in tantum censuit, constare de validitate matrimoniorum, contractorum coram Parochis affectantibus, dissentientibus, contradicentibus, & mediantibus similibus actibus, procurantibus non audire, in quantum, istis non obstantibus, perfectissimè perceperunt consensum contrahentium, juxta Resolutiones, quas citant, & sequuntur *Bonac. Oper. moral. tom.1. de Natur. & propriet. matrim. quæst 2. punct.8. num.20. Pont. de matrim. lib.5. c.21. num.1. & 5. Ledesm. in 3 p. D. Thom. quæst. 45. art.5. fol 201. vers. Quo posito, Gonet. in Clyp. Theol Thomist. tom.5. disp.4. de Consens. matrim art.3. num.59. post medium, Rodriquez in Summ. c.218. num.18. de Just. de Dispens. matrim. lib.2. c.19. de matrim clandestin num 98. Gonzal. ad Regul. 8. Cancellar gloss.48. num.7. Pignatel. consul.79. sub num.19. tom. 5. Jor de matrim. p.4. quæst.7. de Paroch. num.8.* & pluries re-
109 solvit hæc Sac. Congreg. signanter *in Mediolanen.* 15. *Decemb.* 1629. *ut in Lib.14. Decret fol.162. à terg & in Brugnat.* 16. *Mart.1630. ut in eodem Lib.14. fol.259. à tergo, & in Comen. matrimon. 2. Junii 1674. ut in Lib. 28. Decret. fol. 312. & in Ruremunden. matrimonii 23. Augusti 1681. ut in Lib. 31. Decret. fol.461.*

110 Quibus Authoribus, seu illorum majori parti, non obstat qualitas Moralistarum, seu Theologorum, Sumus enim in terminis matrimonii, quod, tanquam unum ex septem Ecclesiæ Sacramentis propriè cadit sub discussione Moralistarum, & Theologorum, testibus *Pontio in fine proem. de Matrimon. & du Hamel. pariter in proem. disput. de matrim. tom.7.* Atque egregiè observat *Card. Pallavic. in Histor. Concil lib.22. c.4. num.5 in fine*, ibi: *Nella materia de Matrim. il caminare con la sola scienza de Canoni, senza la Teologia, è à punto caminare con un sol piede, cioè zoppicando, e spesso cadendo:* Et concordat *Veracrux in Specul. conjug. in proem.* ibi: *Et juris peritiam, & sapièntiam Theologiæ expostulat.* Imò qualitas Moralistarum potiùs vim au-
111 get, & majorem tribuit authoritatem, si verum est id, quod propriam causam tuendo observat *Victor. in Relectionib relect. 7. de matrim. p.1. num.3. fol.316.* ibi: *Theologis non licet in suis disputationibus, sicut in Juris-Consultis, aliquid insolens, novum, & inauditum contra rationem, & authoritatem asserere.*

112 Inter quam plures autem rationes, pro hac opinione militantes, & quibus citati Authores insistunt, intentum concludentissimè probare videtur unica illa animadversio, quod ad nullum alium finem, & effectum Sacrosanctum Tridentinum Concilium Parochi præsentiam in contrahendis matrimoniis requisivit, nisi, ut esset testis qualificatus Ecclesiæ, ut uniformi calamo probant Theologi, & Canonistæ, allegati supra *dub.3. num.42.*

113 Eo igitur ipso, quod affectando non videre nutus, vel non audire verba contrahentium matrimonium, illos revera non videt, & ista non audit, non potest esse testis contracti matrimonii, quod proindè, tanquam deficiens in forma substantiali, hoc est in uno ex tribus testibus, a Concilio pro forma requisitis, nullum est in radice, ut probant Authores, relati per *Maur. Anton. Berarduc. in Summ. Coron Confessar. tit. de Sacram. matrim. num.19. corollar.4. vers. Ex quibus circa medium*; Sivè voluntariè, sive ex quocumque alio motivo nequeat testificari de matrimonio eo modo, quo Confessarius nequit absolvere pœnitentem ex quocumque motivo, etiam voluntario, illius peccata non audiat, non alia ratione, nisi quia figuram facit Judicis, qui judicium nullatenus proferre potest circa id, quod ignorat; Eodem igitur modo testis, ex quocumque motivo non percipiat consensum, non potest de illo testificari, ut in individuo, ducta paritate à Confessa-
114 rio, seu Judice, in nostris terminis observant *Sanchez de matrim. lib.3. disp 39 num.5. vers. Et confirmatur, Perez eodem tract. disp.40. sect.10. num.9 vers. Dico tamen, Andr. à Matre Dei in Curs. Theolog. tom 2. tract. 9. de matrim. cap.8. punct.5. num.63. Card. de Laur. in 4. Sentent. tom.3. disp.22. de matrim. art.10. num 243 Verricell. de Mission. quæst.174. sect 6. sub num 22. Gabriel. à Sanct Vincent. de matrim. disp 3 quæst. 8. num.80 & Franc. Bonæspei in Theolog Schol. tom.5. disp 5. de matrim. resol.4. num* 109.

115 Sic practicari videmus in aliis minoris momenti contractibus, & ultimis voluntatibus, puta in testamentis, in quibus deficiente, sive ex propria culpa, & voluntate, sive ex alio accidenti, uno ex septem necessariis testibus, illud est nullum, ex literali *Textu in leg Si unus Cod. de Testam.* & observant *Gloss. in leg.1. § Si quis neget ff. quemadmodum Testam.* ape-

aperiantur Salycet. in leg. In exercendis Cod. de Fid. Instrum. Fagnan. in c. Cùm esses num. 37. de Testam. Soccin. Iun. cons. 229. num. 5. lib. 2. Surd. cons. 378. num. 9. & 10. & Rot. in Romana, *seu Januen. testamenti*, impressa *post Card. de Albic. de Inconst. in Judic. quæst. 35. num. 58. & seqq. & in Salisburgen. Canonicatus 8. Febr. 1694. §. Nec juvat cor. Eminentiss. Priolo.*

Mirabiliter autem stringit hujusmodi reflexio, ex quo testes testamentarii non tenentur prohibere confectionem testamentorum, eisdemque assistendo non peccant, minusque pœnam aliquam merentur: Fortiùs igitur ista habent locum in matrimonio clandestino, quod Parochus, quantum in se est tenetur prohibere, eique positivè resistere, ex animadversis in primo dubio, ex quo constat, tantùm abesse, in istis circumstantiis, Parochum dici testem necessarium, ut potiùs dicatur contradictor, seu oppositor necessarius, seu legalis.

Nec contrarium firmant *Ricc. in Prax. resol. 213. Barbos. de Potest. Episcop. alleg. 32. num. 83. & 85. & de potest. Paroch. p. 2. c. 71. num. 47. & 49. & ad Concil. sess. 24. de Reform. matrim. c. 1. num. 73. & 75. & Card. de Luc. in Annot. ad Concil. disc. 26. num. 4. & seqq.* Quia, ut ex eorum lectura patet, supponunt, Parochum, licet affectantem, revera audivisse verba, & percepisse consensum contrahentium, qui termini non cadunt sub nostro dubio.

Verè autem doctissimus *Fagnan. in cap. Quæsitum num. 6. & seqq. de Pœnit. & Remiss.* loquitur in casu culposæ, dissolutæ, & punibilis negligentiæ, quam ait æquipollere scientiæ, adducta paritate ignorantiæ Judæorum, qui nolunt intelligere, ut benè agant, ibi: *Affectatam negligentiam æquiparari scientiæ, ac dolo, etiam in foro Pœnitentiali &c. Item dissoluta negligentia habetur pro conscientia &c. qualis est ignorantia Judeorum, qui nolunt intelligere, ut benè agant.* Proindeque nullatenus applicari potest affectationi Parochi, nolentis audire, non ex culposa, & dissoluta negligentia, sed ex virtuosa, & commendabili diligentia in exequendo Sanctionem Generalis Concilii Lateranensis *c. 51.* & recusantis intelligere, non tanquam Judæus, ut benè agat, sed uti optimus Christianus, nè malè faciat.

Minusque contraponi merentur *Pont. de matrim. lib. 5. c. 21. sub num. 12. Boss. eodem tract. cap. 3. §. 12. num. 22. Leandr. Oper. moral. tom. 2. tract. 9. disp. 7. quæst. 40. & Natal. ab Alexan. in Theolog. Dogmat. tom. 6. regul. 10. in fine*, & forsan alii, qui possent citari, interpretantes, seu verius detorquentes clara, & literalia verba Concilii. Primò, quia in tantum, & isti Authores putant, matrimonium esse validum in quantum supponunt, Parochum affectatione non obstante etiam percepisse consensum. Igitur in horum Doctorum sententia necessaria est intelligentia, quam ipsi desumunt ab affectatione.

II. Quia in concursu communissimæ opinionis, supra comprobatæ, nulla ratio habenda videtur unius, vel alterius Doctoris, illi contradicentis, ut omissis generalibus, de quibus *Rot. in Ferrarien. Canonicatus 3. April. 1699. cor. Pio*, ubi quod Doctores, numero plures, & magis convincenti rationi innixi, præferendi sunt in individuo firmavit *Rot. in Romana Matrimonii 4. Febr. 1697. §. Licet cor. Ursino*, ibi: *Eorum opinio parvipendenda est in concursu tot insignium Canonistarum, de quibus supra satis longum retexuimus Cathalogum*: Præcipuè quia, ut in punctualiùs terminis nostri casus, advertit *Themud. decis. Lusit. 4. num. 20. Nostram sententiam sequuti sunt multi, ac cordati Doctores, quos non abstrahit, neque attrahit à communi, & regia benè sentiendi, & judicandi via, novitas aliqua doctrinæ, quam aliqui Doctores suis scriptis, vel potius transcriptis opinionibus, venditandam exponunt ad novitates, qui iuveniliter exultant, & ad peregrinas opinionum novitates evolare præsumunt.* Est enim satis durum non adhærere opinioni, comprobatæ innumeris Authoribus, ait *Rota in Melevitana Parochialis 13. Martii 1684. §. frustra cor. Rondinino.*

III. Quia unicè fundantur in resolutione Giennen. quæ ex infra animadvertendis *num. 171.* loquitur in casu Parochi, affectantis quidem non audire, sed revera audientis, ad cujus proindè terminos sunt intelligendi dicti Authores, in illa se fundantes, ex nota regula, de qua *Rot. dec. 258. num. 7. par. 16. & dec. 317. num. 28. p. 17. rec. & in Florent. Pensionis 12. Januarii 1699. §. Minusque cor. Olmo.*

IV. Demùm, quia interpretationem Concilii Tridentini sibi ipsis reservarunt cum decreto irritanti & clausula *sublata* Summi Pontifices, ut legitur *in Constit. 81. Pii IV. §. 1. in fine, & in Constit. 74. Sixti V. in 8. Congreg. §. 1.* & advertunt *Fagnan. in c. Quoniam num. 6. & 7. de Const. & Cohell. in Notit. Card. c. 5. Congreg. 6. fol. 56. §. Quam postea, & ex oraculo B. Pii V. legitur in Lib. 1. Decr. fol. 471.*

Itaut ejusdem Concil. Trident. interpretationem, nec etiam verè magnis, & Collegialibus Tribunalibus competere, observat illius diligentissimus Secretarius *Fagnan. in cap. Cùm venissent num. 34. de Judic.* & constat ex *dec. 328. num. 1. p. 2. diversor.* & ex animadversis per *de Rubeis tom. 1. singul. circa dec. Gropper. vers. In eadem causa num. 2. fol. 320.* Quanto igitur magis interdicta dici debet. Collectoribus, & similis farinæ Authoribus, quorum proindè interpretationes, & glossæ nequeunt pro causarum decisione allegari, ut in individuo advertit *Card. de Luc. ad Concil. disc. 1. num. 2.* ubi, quod prudenter, ac laudabiliter Juristis, & Theologis prohibitum est, cum consuetis subtilitatibus, hanc modernam involvere legem, ut antiquiores leges involverunt, & observando virtutem clausulæ sublatæ, & decreti irritantis, in Literis confirmatoriis Sac. Concilii Tridentini, quæ inesse censeatur cuilibet ejus capitulo, in longè durioribus terminis circa disposita *in c. 1. sess. 24. de Refor. matrim.* sunt punctuales *decis. in Colonien. Jurisdictionis 17. April. 1679. § Nec suffragari, & 29. Martii 1680. §. Cùm enim cor. Alberg. & in Corduben. Benedictionum Nuptialium 5. Julii 1683. §. Imò omne, & 17. Mar.* terminis *sess. 1684. §. Tertius coram Paulut.* Quarum primas in *24. de Reform. c. 18.* refert, & sequitur *Rot. in dec. 1279. nu. 17. & dec. 1296. num. 26. cor. Emer. jun.*

Speciali autem animadversione digna non videt authoritas Pontii, (viri alioquin doctissimi) Iste siquidem Author, ex inclinatione geniali, & innato pruritu reprobandi *Sanchez* in omnibus ferè conclusionibus sui Tractatus, omnium primus eidem opinioni, quia à *Sanchez* probatæ, se opposuit, imitando in hac parte Scotum, qui in illis quæstionibus, in quibus impugnare non poterat conclusionem, utpotè de fide, vel irrefragabili motivo certam, impugnavit rationes Angelici Doctoris, ut observat *Gobat. in Theol. experim. tract. 9. num. 491.* ubi, quod in hac parte callidè se gessit; Quod manibus palpatur ex antecedenti *num. 11. citati c. 21. lib. 5.* ubi, non alia ratione probavit, nullum esse matrimonium, contractum per Interpretem coram Parocho, non intelligente idioma contrahentium, nisi quia (sunt ejus verba) *Repugnat naturæ testimonii, ut quis sit testis, fidem faciens de iis, quæ novit per Interpretem, cùm debeat deponere de iis, quæ novit per proprium sensum:* Nonnè autem magis repugnat naturæ testimonii, ut Parochus sit testis, fidem faciens de iis, quæ data opera non novit, nec per se, nec per Interpretem, & omnem adhibuit conatum, & diligentiam ne nosceret?

Preoccupavit hanc difficultatem idem Author citato *num. 12.* cum istis verbis: *Eo ipso, quod Parochus affectat non intelligere, admonitus primò, velle matrimonium contrahere eos, qui adsunt, sanè jam ignorare non potest consensum contrahentium, atque adeò testis esse potest ejus consensus apud Ecclesiam &c. quasi qui vocatur ad hoc, ut adsit matrimonio, & monitus à contrahentibus, se velle contrahere, potuerit non intelligere matrimonium ab illis contrahi, quamvis postea aures occludat.*

Responsioni autem verè, & propriè convenit epitetum illud *frigidi*, quod congruere non videtur modestæ interpretationi *Sanchez*, & ad hoc demonstrandum utor ipsius argumento, & ferè ejusdem verbis; In sententia hujus Authoris (quæ tamen communiter tractantibus de Matrimonio non arridet, ut videre est penes *Rossignol. in Prax. Theologico leg. de Matrim. verb. Matrim. 1. prænot. 32. num. 3. fol. 3.*) non potest esse testis Ecclesiæ contracti matrimonii Parochus, non callens idioma contrahentium, licet admonitus ab Interprete, velle matrimonium contrahere eos, qui adsunt, illos summa pace aspiciat labia moventes, audiendo murmur, & confusos illos sonos idiomatis, sibi ignoti, necnon videndo manuum mutuam porrectionem, anuli impositionem &c. omniaque alia observando, quæ in matrimoniorum celebratione solent practicari: Ex illa forsan ratione, quia surdi sumus omnes in linguis, quas non intelligimus, ut ait *Cicero* sequutus *à Pignatell. cons. 56. in fine tom. 6.* & relatus *in meis Instit. Crim. lib. 4. tit. 8. num. 136.*

Quomodo igitur cohærenter ad istas propositiones, & hujus Authoris doctrinam, defendi potest, Parochum, qui contrahentes non cognoscit, quorum spontaneam voluntatem contrahendi matrimonium notam non habet, quos, ut in dubio supponitur, non audit loquentes, neque videt signa aliqua facientes, poterit esse testis ejus consensus apud Ecclesiam? Ut in individuo, huic Authori respondendo, observant *Tambur. Oper. mor. tom. 1. lib. 8. de Matrim. tract. 6. §. 3. num. 10.* ubi, quod nimis immeritò tanquam vana, & inutilis distinctio *Sanchez* criticatur *Tancred. de Matrim. lib. 3. disp. 39. sub num. 2.* ubi, quod debebat potiùs prudentem simul, ac mode-

131 modestam *Sanchez* responsionem mirari, quam frigidam appellare, & *Gobat. in Theolog. experim. tract. 9. cas. 18. sect. 1. num. 191.* ibi: *Hoc puto si perpendisset Pontius dissimulasset suam frigidam impugnationem.*

Eo autem magis hæc procedunt, quo tres rationes, in quibus fundantur citati Authores, non videntur captivare intellectum; Non prima, quod scilicet affectans nescire habea-
132 tur pro sciente ex *cap. Cùm inhibitio §. Si quis verò de Clandestin. desponsat.*

Quidquid enim fit ad simplicem effectum legitimationis, in præjudicium affectantis, ex ignorantia culposa, & dissoluta negligentia, pessima fide operantis, in spretum Ecclesiasticorum præceptorum, in quibus terminis loquitur cita-
133 tus Textus, quem ita interpretantur Authores, quos referunt, & sequuntur *Barbos. ibidem num* 10. ubi, quòd in his, quæ clam facta sunt, & si prætendatur ignorantia, vel simplicitas, præsumitur dolus, nec excusatur aliàs excusandus *Gonzal. litt. D.* ubi quod ignorantia affectata dicitur indirectè voluntaria neque excusat, ut proles legitima nascatur *Vivian. in Ration. Jur. Pontific. lib. 4. fol. 37. vers. Quin talis,*
134 *Fagnan. in cap. Quæsitum num. 6. de Pœnit. & Remiss.* ubi hanc dissolutam negligentiam æquiparat ignorantiæ Judæorum, qui nolunt intelligere, ut benè agant *Laym. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 10 part. 2. cap. 4. num. 16. Lel. Zecch. de Sacram. tit. de matrim. cap. ult. de Ritib. nuptiar. vers. Quinto notandum, Gasp. Zigler. in Jus Canon. lib. 2. tit. 14. de Clandest. desponsf. fol. 469. & Honded. cons. 87. per tot lib. 1*

Videtur certè prorsus inapplicabilis dispositio ejusdem textus Parocho, nolenti scire, non ex sua voluntate, dissoluta negligentia, & peccaminosis operationibus, sed in adimplementum proprii officii, & in executionem Generalis Conci-
135 lii Lateranensis, inferendo ex hac conclusione præjudicium Tertii, unius scilicèt ex contrahentibus, ut plurimùm innocentis, & decepti; In circumstantiis enim nostri casus, tunc solùm audiuntur in Tribunalibus similes controversiæ, quando agitur de matrimonio, spretis Ecclesiæ solemnitatibus contracto, & unus ex assertis Sponsis dicit, illud contraxisse, alter verò negat, Parochus autem fatetur, se non audivisse nutus contrahentium, & duo alii amici ejusdem contrahentis, tanquam testes ad audiendum conducti, afferunt, coram ipsis contractum fuisse matrimonium, seu, ut utar verbis *Canis. in Jus Canon. lib. 4. tit. 3. de Clandest. desponsf. n.*
136 *3.* ibi: *Hinc continuæ rixæ, & dissentiones inter clam contrahentes, dum fortè alter contrahentium &c. negat, à se contractum esse matr. alter verò affirmat, sed id probare non potest &c.*

In istis igitur terminis nihil aliud est resolvere, matrimonium, taliter contractum, validum esse, quàm velle, ut innocens, & deceptus condemnetur in servitutem perpetuam,
137 quam importat matrimonium, ex testimonio illius, qui nihil vidit, neque audivit, quivè optimam illam adducit rationem suæ ignorantiæ, quia scilicèt, ne videret, & audiret in spretum, & contemptum Generalis Concilii Lateranensis, fugam arripit, aures obturavit, & oculos clausit.

Si autem non adest in Jure propositio magis certa, magisque communiter admissa, quàm, sive ad condemnandum,
138 sive ad aliquid probandum, nullam fidem præstandam esse testibus, ex quocumque capite non informatis, pro qua conclusione citati possent omnes Authores, agentes de Testibus, & Attestationibus, nescimus videre, quanam ratione conclusio hæc locum habere non debeat in matrimonio, quod licèt à D. Nostro Jesu Christo elevatum sit ad dignitatem Sacramenti, nedum retinet naturam contractus, sed inter istos primum occupat locum, ex allegatis per *Azzor. Instit. moral. part. 2. lib. 5. capitul. 2. litter. B. Oliv de for. Eccles. part. 1.*
139 *quæst. 6. num. 13. Stochman. decis. Brab. 62. num. 5. Barthol. de Angel. in Examin. Confess. & ardinand. tit. de Sacram. in comment. §. 69. Franc. Maldonat. in Summul. cas. conscient quæst. 12. art. 1. ante finem, Carer. de Sponsal. & Matrim. lib. 3. cap 1. in princip. Joann. Lup. de matrim. & legitim. num. 9. in fine, Pasqualig. de Privil. constit. in moral. art. quæst. 153. num. 6. Esparz. in Curs. Theolog quæst. 110. de matrim num. 7. fol. mihi 527. Jacob. Latom. advers. hæres. tit. de matrim. lit. C. fol 195. Gabr. Beat. in quæst. moral. quæst. 30. num 10 Romaguerr. ad Constit. Synod. Gerunden lib. 4. de Sponsal. & matrim. tit. 1. cap. 1. num. 1. & Rota decis. 431. num. 1. & 2. cor Royas.*

Validum prætereà declarare in istis terminis matrimonium idem est, ac loco præsentiæ moralis Parochi, & illius intelligentiæ, à Concilio requisitæ, subrogare ejusdem Parochi
140 ignorantiam, seu affectatam non intelligentiam, & tamen dictum Conciliare decretum nullatenùs adimpleri potest per æquipollens, cùm respiciat formam præcisam, ex authoritatibus citatis *in magistrali decis. 308. per totam coram Dunoz. senior.* ut in durioribus terminis, quod intelligentia Parochi taliter sit necessaria, ut illa suppleri nequeat à scientia
141 totius viciniæ, observant *Henriquez de matrim. lib. 11. cap. 3. num. 5. Sanchez eodem tract. lib. 3. disp. 17. num. 7. Barbos. de Paroch. cap. 21 num. 61. cum aliis ab his allegatis,* & relatis *in meo tract. de matrim. §. 17. per totum.* Imò, quòd nec etiam suppleri possit à mille testibus, & innumeris egregiis Personis, etiam in majori Ecclesiastica dignitate constitutis, ad-
142 vertunt Authores, quos referunt, & sequuntur *Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 48. num. 30. & 31. Corrad. in Prax. dispens. lib. 7. cap. 7. num. 36. Barbos. de Potest. Episc. a leg. 32. num. 81. Boss. de Contract. matrim. cap. 1. num 29. de Justit. de Dispens. matrim. lib. 2. cap. 6. num. 376. & lib. 3. cap. 19. num. 95. & seqq. & Card. de Luc. de matrim. disc. 3. num 14. & 15.*

Imperceptibile igitur videtur, ut non intelligentia Parochorum, sivè affectata, sivè non, dummodò revera talis sit,
143 subrogari possit loco veræ intelligentiæ, & illos effectus pro validitate matrimoniorum operari, quos non operaretur innegabilis scientia multarum personarum, omni fide dignissimarum, ut patet ad sensum.

Parificantur ulterius à Concilio Parochus, & testes in ordine ad præsentiam pro validitate matrimoniorum, ibi: *Qui aliter, quàm præsente Parocho, & duobus testibus*, ut observant *Pirhing. in Jus Canon. tom 4. tit. de Clandest. desponsf. § 3. num. 24. Augustin Hunnæus de Sacram tit. de Sacram. matrim. axiom. 76. vers. Hic, & seqq Turian in summ. Theol. moral. par. 2. cap. 97. dub. 42. fol. 267. Gross. in Theol. moral. tom. 4 de matr. art. 4. num. 18. Dian. Oper. moral. tom. 11. tract. 3 resol. 33. §. Nota etiam Victorell. in addit. ad Possevin. de Offic. Curat. in not. ad*
144 *cap. 10. sub num 20. Colleg. Salmatic. in Curs. Theol tom. 2. tract. 9. de matrim. cap. 8. punct. 5. num. 57. Franc. Bonæspei in Theol. Scolast. tom. 5. disp. 5. de matrim resol. 3 num. 77. fol. 315. Sanchez de matrim. lib. 3. disp. 39. num. 5. vers. Tandem, & Perez eodem tract. disp. 40. sect. 10. num. 3. §. Dico tamen vers. Firmo, quia Tridentinum parificat præsentiam Parochi, & testium.*

Ponamus ergo, quòd, nedùm Parochus, sed etiam ambo testes, vel unus ex illis, sint affectatores ignorantiæ; In istis circumstantiis nulla considerari potest disparitas, cur
145 Parochus affectans ex dispositione *cap. Cùm inhibitio de Clandestin. desponsat.* debeat haberi pro intelligente, & non debeant haberi pro talibus testes, eodem modo, ac Parochus, ut supponimus, affectantes. Imò si aliquod adesset discrimen, istud militaret potiùs favore Parochi; Tum, quia voluntariè assistendo clandestinis matrimoniis peccat, & suspensionem à Divinis incurrit, quod non habet locum in testibus, præciso dolo, ut resolvit hæc Sacr Congreg. *in Florentina 17. Febr. 1629. ad 4. dub. ut in Lib. 14. Decret fol. 35.* Tum quia nihil tenentur facere testes, nec tempore contractus, nec postquàm matrimonium conclusum fuit, non sic autem Parochus, qui (licèt non sub nullitatis pœna) multa ratione proprii officii explere tenetur, anteà, tempore con-
146 tractus, & posteà, ut videre est in *cap. 1. sess 24. de Reform. matrim.* & in terminis observant *Gonet. in Clyp. Theol. Thomistic. tom. 5. disp. 4. de Conf. matrim. § 3. num. 58. in fine*, ubi, quòd major est ratio de Parocho, ex quo adesse debet ut repræsentans personam Ecclesiæ, & ut cognoscens rem, quæ geritur, & *Marchant in Trib. Sacr. tit. de matrim tract. 1. tit. 7 quæst. 5. concl. 2. in princip.*

Quid igitur dicendum in isto casu? Si affirmetur, quod
147 matrimonium sit validum, sequeretur, Concilium causam dedisse multo majoribus inconvenientibus, eo ipso, quod tollere voluit illa, quæ ante ipsum evenire solebant, dum ante Concilium pro validitate matrimoniorum necessaria erat duorum testium præsentia moralis, humana, & apta ad testificandum. Si verò dicatur, nullum esse matrimonium, contractum coram testibus, ignorantiam affectantibus, eo quod nequeant testificari, eadem prorsùs ratio militar in Parocho, qui ex animadversis supra *dub. 3. num. 42.* nullam aliam facit figuram in matrimonio, quam testis Ecclesiæ.

Breviter omnia hæc perstringendo, certum est, quod Pa-
148 rochus, nedum obligationem aliquam non habet assistendi clandestinis matrimoniis, seu aliquo, vel minimo pollet arbitrio illis interveniendi, vel non interveniendi, sed iis-
149 dem matrimoniis verè, & propriè non potest assistere, ex claro, & rotundo Textu Conc lii Lateranensis, registrati in sæpiùs citato *cap. Cùm inhibitio de Clandest. desponsf. & in sess. 24. de Reformat. matrim. cap. 1. post princip.* per Concil. Tridentin. innovati. Posse enim quis non dicitur, quod contra Jus potest, quia omnis potestas secundùm jus intel-
150 ligenda est, ex notis regulis utriusque Juris, de quibus *Barbos. axiom. 184. num. 5. & dict. 268. num. 10. & Gratian. decis.*

Marcb.

Mareb. 13. *num.* 34. Imò si communiter firmant Authores, adducti à *Barbos. cit. dict.* 268. *num.* 9. & 10. quod illud non possumus, quod non sine incommodo, periculo, & non honestè possumus, & concordat *Fagnan. in cap. Ad audientiam* 8. *post num.* 2. *de Ecclesf. ædificand.* quantò magis id verum erit respectu illius, quod non sine peccato, & incursu in suspensionis pœnam possumus, ut de se patet.

Fateor autem ingenuè meam imbecillitatem *cum Divo Hier. epist.* 13. *seu ultima adversùs Vigilantium in fine*, ego non percipio, quomodo Parochus possit haberi pro intelligente ex dispositione illius Textus, ex quo illi posse intelligere denegatur? admittendo actum in illo, cui potentia non conceditur, contra omnia principia. Quomodo conclusio illa de dissoluta negligentia, & Judaica ignorantia, nolentium intelligere, ut benè agant, applicari possit Parochis affectantibus non audire, ne malè faciant? Quomodo affectans non intelligere id, quod non tenetur scire, vel intelligere, haberi poterit pro sciente, & intelligente? Et demum, quomodo possit haberi pro sciente ad effectum ferendi testimonium contra innocentem Tertium ille testis, quem juxta verba dubii supponimus, re vera nihil scire? 151 152

Nec etiam relevat secunda ratio, quod scilicet eo ipso, quod Parochus affectat non audire verba matrimonii, istud ignorare non possit. Quia non potest scire nisi voluntatem contrahendi; Ipse autem ad hoc, ut validum sit matrimonium, debet esse testis completi, & perfecti matrimonii, hoc est ipsiusmet actualis contractus, non autem voluntatis illud contrahendi ex probatis supra in secunda parte tertii dubii *num.* 98. Præsumptio autem, quod Parochus audiverit, & perceperit contrahentium consensus, cedere debet veritati, ut generaliter firmavit *Rot. in decis.* 112. *num.* 3. *cor. Priol. & in Romana Salviani* 10. *Decembris* 1698. *§. Multoque coram Olmo*. Et in punctualibus terminis nostri casus egregiè *Themud. decis. Lusitan.* 4. *num.* 7. ubi, quod in istis circumstantiis Parochus non potest esse testis, nisi de credulitate; In causa autem gravissima, qualis reputatur matrimonialis, testis deponens de credulitate nihil probat, & meliùs *Gobat. in Theolog. experim. tract.* 9. *num.* 491. ibi: *Testabitur quidem ille, scio, quod dixerint, velle sese jam jam contrahere, juxta normam Tridentini Concilii, adeòque se velle, audiente me, atque intelligente, proferre verba, contractum matrimonialem de præsenti significantia; Utrùm autem re ipsa profati sint, testari non valeo, magis quàm cœcus de colore re ipsa appicto, quem cœcus audierat esse mox appingendum, re quippe vera, verissima, sed ob aures occlusas, seu ob vehementem animi in alia distractionem voluntariam, ignoro sint nè loquuti Græcè, an Hebraicè &c. Præsumptionem tamen, quod re ipsa perceperit percipienda, non esse tam firmam, quin Judex Ecclesiasticus possit, & debeat fidem habere tali Parocho juranti, se non intellexisse.* 153 154

Tertia demùm ratio, seu potiùs absurdum restrictionis libertatis matrimonii, quasi quod ita à Parochi voluntate, & affectatione dependeret, nullius est relevantiæ Distinguendo enim Parochorum consensum ab illorum scientia, dicimus, quod decantatum absurdum verificaretur solùm, quando ad matrimonii validitatem requireretur Parochi consensus, quod absolutè negamus, secùs verò quando concurrere solùm debet illius scientia, seu præsentia, apta ad testificandum; Hujusmodi enim scientia, seu præsentia potest perfectissimè haberi etiam contra Parochi voluntatem, & ipso, nedùm non consentiente, sed expressè reluctante, juxta literalem, & rotundum *Text. in leg. Coram Titio ff. de Verb. obligat.* & observant *Clarlin. controv.* 131. *num.* 63. *Sanchez de matrim lib.* 3. *disp.* 39. *num.* 7. & *seq. Torrebl. Jur. Spirit. pract. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 37. *Cabassut. in Not. Concil. in not. ad Concil. Trident. sess.* 24. *de Reform. matrim. vers. Hic jam fol. mihi* 484. *Perez de matrim. disp.* 40. *sect.* 10. *num.* 5. & *Rot. cor. Seraph. decis.* 1099. *num.* 5. & *in Calaguritana Matrimonii* 26. *Junii* 1671. *§. Accedit cor. Alberg.* 155

Ut autem manibus palpetur insubsistentia hujus magnificati absurdi, observandum est, quod illud nullatenùs allegabile est in casu, in quo matrimonia contrahi prætendantur, servatis servandis, in quibus terminis ferè impossibile videtur, ut in destructionem matrimoniorum conspirando, ab hominum commercio se separent uterque Parochus, viri scilicet, & mulieris, Vicarius Generalis Episcopi, Episcopus, Archiepiscopus, & Legatus in sua Provincia, coram quibus omnibus validè contrahi potest matrimonium, ex adductis per *Ventrigl de Jurisd. Archiep. cap.* 148. *per tot Rent. in Encyclop. univ. Theol. moral. tom.* 2. *de Sacram. lib.* 1. *tract.* 8. *de matrim cap.* 3. *sect.* 4 *quæst.* 5. *fol.* 503. *Pilaja decis.* 2. *sub n.* 80. *lib.* 2. *Dian. Oper. moral. tom.* 1. *tract.* 3. *resol.* 35. *Ugolin. de Offic. & potest. Episcop. part.* 1. *cap.* 15. *§.* 10. *num.* 2. *Marchant. in Tribun. Sacram de matrim. tract.* 1. *tit.* 7. *quæst.* 7. *concl.* 2. *corollar. unic. Gabriel. à Sanct. Vincent. de matrim. disp.* 3. *quæst.* 8. *num.* 72. *Gonet in Clyp. Theolog Thomist. tom.* 5. *disp.* 4. *de Consens. matrim. §.* 3. *num.* 56. *Ponc. in Curs. Theolog. tit. de Sacram. matrim. quæst.* 5. *conclus.* 7. *num.* 34. *Caspens. in Curs. Theolog. tract.* 26. *de matrim. sect.* 3. *num.* 6. & 27. & resolvit Sacr. hæc Congregatio *in Nullius* 4. *Julii* 1602. *ut in Lib.* 10. *Decret. fol.* 36. & *in alia Nullius* 3. *Junii* 1628. *ut in Lib.* 13. *Decret. fol.* 467. & *in dub. Jurisdict.* 22. *Martii* 1681. *ut in Lib.* 31. *Decret. fol.* 363. 156

Minusque dictum absurdum exagerari potest in terminis nostri dubii, quando scilicet matrimonia contrahi prætenduntur, spretis Ecclesiæ solemnitatibus; In istis enim circumstantiis omninò improprii, & prorsùs insubsistentes sunt termini restrictionis libertatis matrimoniorum, dependentis ab effrenata Parochorum libertate. Quia isti in dicto casu, ex probatis in primo dubio, & ex allegatis supra *à num.* 25. nullam habent libertatem, nullumque arbitrium interessendi, vel non interessendi, sed tenentur præcisè non assistere, imò illis positivè resistere, & quantum in se est, illa prohibere, ex rotundo Textu Generalis Concilii Lateranensis, & aliis authoritatibus citatis in d. primo dubio. 157

Non omittentes observare, quod omnes Catholici respondere tenentur magnificato huic argumento, desumpto ab hujusmodi absurdo, quod respectu aliorum Sacramentorum comprobari solet authoritate: *Sancti Joannis Chrisostomi homil.* 85. *in Joannem circa finem*, dicentis: *Sacerdos, & linguam, & manum præbet; Nec enim justum est propter alterius malitiam ad salutis nostræ symbola fide accedentes offendi*. Militat enim contra omnia Sacramenta, in quibus de fide est, requiri pro illorum validitate intentionem ministrorum, ut sancitum fuit *in Concilio Tridentino sess.* 7. *de Sacram. in genere Canon.* 11. cum istis verbis: *Si quis dixerit, in ministris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem, saltem faciendi, quod facit Ecclesia, anathema sit*; Itaut neque sufficiat, si iidem ministri omnem externum ritum, formamque observent, quando intra se resolvunt, non intendere facere, quod facit Ecclesia, ut fuit *à Sede Apostolica definitum*, die 8. Decembris 1690. propositione. 28. & faciunt animadversa per *Amen. de Delict. & pœn. tit.* 8. *§.* 1. *verb. Abusus in Baptismo*, ubi refert casum cujusdam Parochi, qui cùm non posset aliam injuriam facere Domino Loci, ejus inimico, quando baptizabat ejus filios, non habebat intentionem illos baptizandi; In fine autem vitæ resipiscens id fassus fuit, & superstites (aliqui enim mortui erant) iterùm fuerunt baptizati, inter quos unus ex Religione Franciscana, in qua plures Locales, & Provinciales Prælaturas administraverat, & post baptismum iterùm omnes sacros Ordines suscepit. 158 159

Dicendo cum Authoribus, quos refert, & sequitur *Vincent. Fernandez in Disp. mixt. Jur. Canon. & Theolog. part.* 9. *dub. unico per tot. & signanter num.* 3. & *num.* 17. *pag.* 87. & 93. id referendum esse bono universalis Providentiæ, cui mala permittere, vel impedire convenit. 160

Non autem respondendo cum *Durando*, *Alensi*, *Zarardo*, & aliis, quos referunt, sed non sequuntur *Card. de Lug. de sept. Sacram. lib.* 1. *de Sacram. in gener. cap.* 2. *quæst* 8. *num.* 70. & *Filliuc. Oper. moral. tract.* 1. *de Sacram. in commun. cap.* 5. *de Ministro num.* 80. quòd Deus in his casibus suppleat ministrorum intentionem, ex pietate illa, quam meritò vanam, & non secundùm scientiam appellant *Suarez in* 3. *part. quæst.* 64. *art.* 8. & *Card. de Lugo ubi suprà*. Contraria enim opinio communi Theologorum consensu recepta est, ut videre est apud *Rent. in Encyclop. univers. Theolog. tom.* 2. *lib.* 1. *tract.* 2. *de Sacram. Baptism. cap.* 3. *quæst.* 9. *fol.* 41 *Card. de Lugo loco suprà cit.* ea ratione quia, quod Deus suppleat intentionem, non fundatur ulla lege, promissione, aut necessaria ratione, intentionem autem necessariò requiri, ex suprà animadversis, de fide est, benè *Barthol. de Angel. in Examin. Confessar. & ordinand tit. de Sacram. in commun. dialog.* 1. *§.* 30. & *seqq.* Authoritas autem *S. Joannis Chrisostomi*, & animadversio illa, justum non esse, eum, qui bona fide accedit, ob malitiam ministri, absque propria culpa offendi, non refragatur; Injustitia enim refundi nequit in Deum, qui sufficienter providit homini modo illi accomodato, sed iniquo attribuitur ministro, & is, qui eam patitur, non damnatur propter alterius malitiam, sed ob proprium peccatum, originale in pueris, & actuale in adultis; Sacerdos autem est veluti causa per accidens, non applicans scilicet remedium salutis, quod Deus in ejus manibus constituit, 161 162

tuit, ejusque arbitrio commisit, ut his ferè verbis observat *Filliuc. tr.* 1. *de Sacr. in comm. cap.* 5. *sub n* 80.

Longè siquidem majora derivari possunt inconvenientia ex necessaria intentione ministrorum in aliis Sacramentis necessitatis, puta Baptismatis, Pœnitentiæ &c. circa quæ non 163 possunt cogi ad habendam intentionem faciendi id, quod facit Ecclesia, minùsque possunt iidem ministri de contrario convinci, cum agatur de intentione, quæ soli Deo nota est, quam ex morali præsentia Parochorum respectu Sacramenti matrimonii, quod voluntariè initur, & cujus respectu, ultrà quod Parochi affectationem allegantes, seù alio titulo in controversiam deducentes contractus matrimoniales, vel cogi possunt de facto ad audiendum, & intelligendum, vel convinci possunt à testibus de intelligentia, & perceptione consensus contrahentium, & sic constare dicitur de subsistentia matrimoniorum, ut advertunt ferè omnes Authores suprà citati, & egregiè *Cardin. de Laur. in* 4 *Sent. disputat.* 22. *artic.* 10. *numer.* 266. *in fine*, & practicavit *Sac. Rot. in dec.* 893 *numer.* 6. *coram Buratt. & decis.* 124. *numer.* 14. *par.* 7. *& decis.* 40. *num.* 9. *par.* 16 *rec.*, *& in Calaritana Matrimonii* 26. *Julii* 1671. *§. Accedit cor. Alberg.* Necnon in eodem sensu fuit *Sac. hæc Cong. in Patavina* 11. *Maii* 1699. *ut in Lib.* 29. *Decr. fol* 22. *& in Dubio Matrimonii* 18. *Novemb.* 1684. *in Lib.* 34. 164 *Decr. fol.* 392. Adest ulteriùs modus ille (licet peccaminosus, & illicitus) Parochos inducendi vi, dolo, fraudibus, & malis artibus ad assistendum matrimoniis ex allegatis suprà *dub.* 3. *n.* 88. non semel etiam post hæc scripta, in Urbe strepitosè practicatus.

Verè autem Altitudo Divitiarum Sapientiæ, Scientiæ, & Providentiæ Dei ostendere voluit in hac parte incomprehensibilitatem suorum judiciorum, & investigabilitatem 165 suarum viarum, ex animadversis per *Amen. de Delict. & pœn. titul* 8. §. 1. *num.* 3. relatum in nostris *Institutionibus Criminalibus lib.* 1. *titul.* 10. *num.* 70 permittendo, ut non semel, & quidem nostris etiam temporibus, tam Sacerdotes, quam Episcopi fassi sint propria crimina in hac parte, respiciente defectum intentionis in conficiendis Sacramentis, & id non permittendo in Sacramento matrimonii, in quo, ut observat *Cardin. Pallavic. in Hist. Concil. lib.* 22. *cap.* 8. *num.* 13. non est auditum, quod à tempore Concilii: *nè meno si ode, che nello spatio, & uso di* 90. *anni* (quot effluxi erant tempore, quo idem Liber imprimebatur) *li Popoli Cattolici gridino di non poter liberamente contraere li loro matrimonii, perche li Preti non vogliono*. Quod comprobatur ulteriùs per volu-166 tione ferè omnium resolutionum hujus Sacræ Congregationis à die, quo erecta fuit, usque ad hodiè, quam improbo quidem, sed non inani, nec vacuo labore facere volui, nec inveni disputatum casum aliquem, in quo Parochi defecerint in hac parte adimplere proprium officium, recusando 167 assistere matrimoniis, servatis, servandis, contrahendis. Non igitur ampliùs pleno ore insistendum adeò videtur in hoc argumento, cui quilibet Catholicus, illud obiiciens, respondere tenetur.

Tantum autem abest, quod singularis opinio dd. Authorum, fomentum recipiat à resolutionibus hujus Sac. Congregationis, quin potiùs istæ mirabiliter comprobent nostrum 168 intentum; Quia in illis casibus, in quibus hæc Sac. Congr. resolvit, validum fuisse matrimonium, Parocho affectante, contractum, in rei veritate, & affectatione non obstante, perfectissimè perceperat contrahentium consensum, ut latè observavi *in meo tract. de Matr. §.* 14. *per tot.* & singulas percurrendo remanet manifestum.

In Giennensi enim 26. Julii 1582. in qua unicè fundantur *Pontius*, *Bossius*, *Leander*, *& Natalis ab Alexandro*, & for-169 sàn alii, inclinantes in contrariam sententiam, Parochi intelligentia erat in rei veritate talis naturæ, imò talis evidentiæ, ut illam in dubium revocare, sit cecutire in meridie; Quod absque inductionibus, & argumentis manifestum reddit sola lectura facti ejusdem, quod refert *Petr. de Ledesm. de Matrim. quæst* 45. *artic.* 4. *dub.* 2. *vers. Et alia fol. mihi* 202. cum istis verbis: *Est alia declaratio eorundem Cardinalium, facta Episcopo Giennensi, quæ quidem declaratio gravissima, est, & habet se in hunc modum &c. in Civitate Giennensi quidam Alvaricus, prætendens contrahere matrimonium cum quadam Catharina, sub prætextu, quod à Parentibus ejusdem impediretur, petiit à Vicario D. Episcopi Giennen, ut d. Catharina in loco libero constitueretur, in quo liberè posset voluntatem suam declarare; Interim verò Parentes, & Consanguinei d. Catharinæ eam occultarunt, quod Vicarius intelligens, & timens, quod posteà evenit, præcepit omnibus Parochis dict.* 170 *Civitatis, ne prædictam Puellam cum aliquo desponsarent. In quadam tamen nocte, quidam Consanguineus dictæ Puellæ vocavit Parochum pro audienda confessione, confingens, quod quædam mulier parturiens laborabat in extremis, qui Parochus fide bona domum fuit ingressus, ubi aderat dicta Puella, & ibidem constitutis multis hominibus armatis, Consanguinei dictæ Puellæ, ut ipsa puella coram dicto Parocho cum quodam Andrea matrimonium contraheret, fecerunt, reclamante, & dicente Parocho, se neque ut Parochum, neque ut testem illi clandestino Matrimonio posse, nec velle interesse* (memor forsàn Conciliaris sanctionis, registratæ in *cap. Cum inhibitio de Clandest. despons.*) Quomodo enim poterat meliùs declarare Parochus, se percepisse consensum contrahentium matrimonium, quàm affirmare coram ipsismet contrahentibus, & multis hominibus armatis, necnon consanguineis puellæ, se 171 *neque ut Parochum, neque ut testem illi clandestino matrimonio posse, neque velle interesse?* ut in individuo citatam resolutionem declarando, & intelligendo de Parocho, affectante quidem non audire, sed re vera omnia perfectissimè audiente, observant Authores, suprà adducti *num.* 106. *& signantèr Sanchez de Matrim. lib.* 3. *disputat.* 39. *numer.* 6. *Tancred. eod. tract. lib.* 3. *disput.* 39. *numer.* 2. *Perez paritèr de Matrim. disput.* 40 *sect.* 10. *sub num.* 3. *Pacion. Jord. var. Resol. lib.* 3. *titul.* 7. *de Matrim. num.* 94. *Henritz. in Theol scholast & moral. tract.* 5. *de Spons. & matr. disp.* 5. *quæst.* 2. *num.* 24. *Torreblanc. Jur. Spirit. practicab. cap.* 15. *num.* 34. *lib.* 2. *Biss. de Sacr. Ritibus verb. Parochus §.* 73 *Gobat. in Theol. exper. tract* 9. *num.* 490. *& seqq. Dicastill. de Matr. tract. disp.* 19. *nu* 167. *& seqq. Trullench. in Prax. Sacr lib* 7. *cap.* 6. *dub.* 5. *num.* 3. *Guttier. de Matrim. cap.* 69. *num.* 9. *Dian. Oper. moral. tom.* 10. *tract.* 13 *resol.* 20. *in fin. Amic. in Curs. Theol. tom* 9. *disp.* 7 *sect.* 11. *n.* 90. *Bonac. Oper. moral tom.* 1. *de Natur. & propr. matrim. quæst.* 2. *punct* 8. *n.* 80. *Rossignol. in Prax. Theol. legal. tit de Matrim. tom.* 10. *prænot.* 32. *sub num.* 5 *Card. de Laur. in* 4. *Sent. disp.* 22. *art.* 10. *de Imped. cland. n.* 265. *&* 266. *Themund dec. Lusit.* 4. *num.* 16. *Jor. de Matrim. par.* 4. *quæst.* 7. *de Paroch nu.* 8. *& Rot. in Neapolitana Matrimonii* 21. *April.* 1[illegible]8. §. *Nec refert cor. Alberg.* ubi, relata dicta resolutione *Giennen.*, firmat 172 quidem, matrimonium valere, non obstante Parochi affectatione, sed quia iste, licet affectans, perfectè audiverat, & intellexerat, non verò quia, affectatione attenta, habebatur pro sciente, & intelligente.

173 Ex innegabili hoc facto resolutionis *Gienn.* quatenus opus esset, declararentur verba illa illius rescripti: *Non valere matrimonium, si non intellexerit, nisi affectate affectatione intelligere*: juxtà communem regulam, quod omnes resolutiones, sententiæ, rescripta, & decreta, declarationem recipiunt ab instantia, & precibus, seù facto, de qua est *Text in leg.* 1. *C de Divers. rescript.* & observant *Lotther. de Re benef. libr.* 3. *quæst* 4. *numer.* 4. *& seqq. Rot. dec.* 416. *num.* 10. *& dec.* 452. *nu* 3. *coram Priol. & dec.* 276 *num.* 8. *&* 9. *p.* 11. *& dec.* 479. *num* 1. *&* 5. *part.* 18. *rec.* Quoniam si factum ejusdem resolutionis 174 importabat, quod Parochus affectans non intelligeret, revera intellexerat, in eisdem terminis interpraetanda est illius resolutio, ex authoritatibus supra allegatis, & in terminis matrimonii *Dunoz. jun. dec.* 451. *n.* 11. *&* 12.

Non habemus tamen necessitatem utendi hac alioquin congrua responsione, quia etiam verba rescripti commodissimè eandem interpretationem admittunt; Affectare enim in nostris terminis, nihil aliud est, quam consultò aliquid facere, ut ex *Text. in leg. Quod ait ff. Ad leg. Jul. de Adulter.* in indi-175 viduo observant Authores, quos citant, & sequuntur *Sanchez de Matrim lib.* 3. *disput.* 39. *numer* 6. *vers. Fateor. Rossignol. in Prax. Theolog. legal. tom.* 10. *de Matrim. prænot.* 32. *numer.* 5. *Torreblanc. Jur Spirit. practic. lib* 2. *cap.* 15. *sub numer.* 34. egregiè id explicans cum istis verbis: *Affectare enim est consultò aliquid facere &c eo quod intelligens fingat, se non intelligere, nam absurdus intellectus vitandus est &c & Themund. decis. Lusit.* 4. *numer.* 16 ibi: *Quæ verba sunt intelligenda, hoc est, nisi consultò, & data opera fingat non intelligere, cùm tamen revera intellexerit, & num.* 19 ibi: *Ita millies, & millies judicatum est à gravissimis Patribus satis maturis, & in judicando rectis.*

Licet autem concedamus, evenire æqualiter posse, quod affectans non audire, audiat, & è contra affectans audire, non audiat, itaut nemo ex Logicis hanc consequentiam con-176 cedet: *Titius affectavit non audire, ergo non audivit*: Vel hanc. *Titius affectavit audire, ergo audivit*. Ex hoc tamen magis, magisque confirmatur soliditas nostræ responsionis, quod scilicet cum æquè benè verba *resolutionis Giennen* aptari possint ad auditionem, & non auditionem, intelligentiam, & non intelligentiam, illa cum fundamento referri debeant ad auditionem, & intelligentiam; Tum quia factum ita illa interpretari cogit ex modo alleg. Tum etiam quia hoc modo cohæ-

177 cohæret resolutio cum facultatibus hujus Sacr. Cong. de quibus generaliter *Gonzal. in Appar. de origin. & progress. Jur. Canon. num. 57. post medium*, ibi: *Ut in declaratione non excedatur declarandi facultas, nec per eam amplietur, seu restringatur Concilii decret. Et de Just. de Dispens. Matr. lib. 1. c. 4. sub n. 360.* ibi: *Quod Cardinales solùm declarent, & interpretentur, non autem disponant, seu dispensent, vel restringant, aut amplient, ultra vim verborum, aut regulas Juris:* Et in individuo nostri casus benè *Raynaud. in Heter. piet. t. 16. sect. 1. punct. 14 de Matrim. nu. 12. in fin. fol. 178.* ibi: *Hi porrò Eminentiss. Interpretes non habet locum Legislatorum &c. sed merè interpretantur Legislatoris mentem, eorum scripta &c. sunt tantum declarat. sensus legis, à Trident. Synodo latæ, non autem renovationes ejus ad abrumpendum &c.*

Interpretando hoc modo hujus S. Cong. voluntatem à pote-178 state, juxta firmata per *Ambrosin. de Immun. c. 21. num. 13. & seqq. & Rot. dec 158. n. 10. cor. Cels. & dec. 192. n. 12. cor. Priolo, & in rec. dec. 38. n. 5. p. 19*, idq; ad evitandum absurdum, ex contraria interpretatione derivans, ut in terminis observant *Oliver. de Matr. nullit. p. 3. fol. 90.* ibi: *Nullo modo credendum est hujusmodi casus nostro fuisse similes, ne fiat injuria Judicibus, qui malè judicassent; Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 39. sub n. 6 Torreblanc. Jur Spir. practicab. lib. 2. cap. 15. sub nu. 34* & ferè omnes alii Authores, sup. allegati *n. 171*.

Nec dicatur, quod hæc interpretatio contraria sit contextui resolutionis, in qua supponitur, Parochum non intelligere, dum si revera intelligeret, casus dubitationis non emer-179 geret, cum nullus unquam dubitaverit de matrimonii validitate, Parocho revera intelligente.

Ultra quod enim paradoxi speciem habere videtur assertio, quod in re, quæ supponitur adeo clara, miserè allucinati fuerunt tot insignes Theologi, & Canonistæ, quot supra 180 citavimus, interpretantes dictam resolutionem de Parocho, revera intelligente: Signanter autem, nedum doctissimus *Sanchez*, quem communem in matrimonii materia Magistrum, & meritò, appellat *Gobat. in Theolog experim. tract. 9. sect. 2. num. 502.* nec non perfectum hujus materiæ, & secretorum illius indagatorem *Fontanell. de Pact. nuptialibus tom. 3. gloss. 12. num. 12.* & quod magis est innumeri illi gravissimi Patres satis maturi, & in judicando recti Judices, qui millies, & millies ità judicarunt, referente *Themund decis. Lusit. 4. n. 16. & 19.* Imò ipsummet supremum, magnumque Tribunal S. Rotæ, quæ non in abstracto sed in casu concre-181 to, & practico, in hunc sensum dictam resolutionem est interpretata; *In citata enim Neapolitana Matrimonii 21. Aprilis 1681. coram Alberg.* perpensa dicta *resolutione Giennen.* quæ ut ibi dicitur in fine §. *Nec refert*, fuit data *in Summ. num. 27* respondit pro validitate, non obstante affectatione, non quia Parochus habebatur pro sciente, sed quia fuerat præsens, audiverat, & intellexerat contrahentes.

Non subsistit in facto, quod nullus unquam dubitaverit de matrimonii validitate, quando istud contractum fuit coram Parocho, revera intelligente; Ferè siquidem innumeri sunt 182 casus, in quibus multum dubitatum fuit de matrimoniorum validitate, licet nullum adesset dubium de Parochorum intelligentia, ut videre est apud *Eman. Sà in Aphorism Confessar. verb. Matrimonium num. 1. in princ. Gabr. à S. Vincen. de Matrim disp. 3. p. 8. num. 69. & seqq. Corrad. in Prax. dispensat. lib. 8. c. 3. num. 21. & seqq. Garz. de Benef. p. 5. c. 7. num. 11 Anton. Fernand. in Exam. Theol. moral. p. 2. cap. 18. § 1. num. 11. Pessant. in Theolog. Scholast. & moral. in addit. ad 3. part. D. Thom. qu. 45. disput. 1. num. 6. folio 019. Vivald. in Candelab. aur. tit. 27. de Matrim. num. 244. Tanner. in Theol. Scolast. tom. 4. disput. 8. de Matrim quæst. 3. dub. 6. numer. 115. vers. Quarto posse Layman. in Theolog. moral. lib. 5. tract. 10. p. 2. cap. 4. num. 5. Camerot. de sept. Sacram. tit. de Matr. tract. 12. dub. 16. folio 722. Alar. in Can. conscient. lib. 5. verb. Matrimonium num. 22. Gallett. in Margar. cas. conscien. verb. Matrimon. fol. 163. Gross. in Theol. moral. tom. 4. de Matrimon. artic. 4. num. 7. & seqq. Gaspar. Iuuenn. in Comm. histor. dogm. tit. de Matrim. quæst. 5. art. 3. fol. 996. Pilaja decis. 2. n. 80 libr. 2. du Hamel. in Theol. specul & pract. lib. 7. de Matr. disp. 2. cap. 3 numer. 6. vers. Jam. verò, Anton. à Spirit. Sanct. in Director. Confess. tract. 11. de Matrim disp. sect. 7. nu. 142 & seqq Cassian. à S Elia in Theol. mor. expurg. cap. 17. de Matrim n. 248. Jo. Poncius in Curs. Theolog. tit. de Sacram Matr. q. 5. concl 7. n. 34. & seqq. Caspers. in Curs. Theol. tract 26 de Matr sect. 4 n. 28. Franc. Bonæspei in Theol Schol. t 5. disput. 5. de Matr. dub. 5.* & resolvit hæc S. Congr. *in Amerina anni 1573. in Lib. 1. Decr. fol 119 & fol. 125. In Abulen. 5 Dec. 1573. in Libr. 7. Decret. fol. 139. à tergo. In Saonen. 2. Martii 1595. in L br. 8. Decr. fol 106. à ter. In Nullius 3. Jun. 1609. Lib. 11. Decr fol. 60. In Bojanen. 25. Junii 1616. in Lib. 11. Decr. fol. 178. à ter. In Nullius 5. Decembr. 1626. in Libr. 13. Decretor. fol. 435. In* 183 *Ceneten. 31. Julii 1627. in Libr. 13. Decret. fol. 305. à terg. In Nullius 15. Aprilis 1628. in Lib. 13. Decr. fol. 435. In Nullius 16. Martii 1630. ad 1. dub. in Lib. 14. Decr. fol. 259. In Tridentina 9. Septemb. 1633. in Lib. 28. Decr. fol. 163. In Urbinaten. 1. Decemb. 1640. in Lib. 16. Decr. fol. 456. In Turritana 3. Julii 1651. in Lib. 19. Decr. fol. 131. In Dubio Matrimon. 21. Julii 1674. in Lib. 28. Decr. fol 348. In alio Dubio Matrimon. 9. Septemb. 1684 Lib. 34. Decr. fol. 302. à ter. In Hortana 29. Augusti 1690. in Lib. 4. Decr. fol. 579.*

Et individuo nostri casus, de Parocho affectante non au-184 dire, non semel accerrimè disputatum fuit in S. Rota, ut signanter videre est *in Neapolitana Matrimonii* per tres instantias agitata, in Partibus scilicet, *coram Boyas, & tandem coram Corrado, ut in decis. 431. coram eodem Royas, & decis. 375. par. 11. recent.* indubitata autem auditio, & intelligentia in isto casu non poterat à S. Rota clariùs exprimi, quàm cum istis verbis: *Constat enim ex depositionibus &c. cor. Paro-* 185 *cho illos benè audiente, atque intelligente mutuo consensu per verba de præsenti unanimiter expresso matrimonium contraxisse:* Quæ leguntur *in cit. decis. 375. sub num 1. part. 11. recent.*, in qua scripsit *Cardin. de Luc. ut in disc. 2. de Matrim.* ubi *n. 9 in fine*, eandem intelligentiam præsupposuit pariter, & clarissimè admisit.

Pro responsione *ad Ulixbonen.* superabundaret animadversio, quod illa circumferri, & citari solet, nedum absque die, & anno, sed absque specificatione tomi, & folii Libri, in quo adnotata reperiatur, quam proindè nequivimus in Re-186 gistris hujus Sacræ Congregationis invenire, in quibus casibus similes resolutiones nullatenus attendendas probant in nostris præcisis terminis *Juvenin. in Comm. hist. dogmatic. de Sacram. Matrimon quæst. 5. artic. 3. folio 996. Perez. de Matrim. disput. 40. sect. 10. in fine, Cocq. in Princip. Theol. moral. & specul cap. 12. de Matr. sect. 7. n. 7. Franc. Sylv. in 2. 2. quæst. 100. art. 2. fol. 723. vers. Neque refert, Vidal. in Casib. conscient. de Sacram. Matrim. inquis. 2. num. 28. Barb. de Jur. Ecclesi. lib. 1. cap. 4. num. 83. Silver. Opusc. var. opusc. 2. resol. 25. de Declarat. Card. n. 7. fol. mihi 283. & du Hamel. in Theolog. Specul. & practic. tom. 7. de Matr. lib. 1. disput. 3. cap. 3. sub nu. 6. & cap. 6. sub num. 2.*

Et tamen cum illa unicè fundetur in dicta resolutione *Giennen.* seu veriùs nihil aliud sit, quàm simplex instantia, ibi: *Supplicano le SS. VV. Illustrissime, e Reverendissime li mandi-* 187 *no dare detta dichiaratione, che fù data nella sudetta causa Giennen. Matrim.*, ad istius proindè terminos, hoc est Parochi, licet affectantis, revera intelligentis, interpretanda est, ex adductis per *Rot. in dec. 122 n. 23 p 15. & dec. 258. nu. 7. p. 16. & dec. 317. n. 22. par. 17. rec. & in Florentina Pensionis 12. Januarii 1699. §. Minusque cor. dell'Olmo.*

Supplicantes ulteriùs observare, quod in informi folio ejusdem resolutionis *Ulixbonen* quod solet circumferri, non supponitur, Parochum in rei veritate non audivisse verba, 188 minùsque vidisse signa, & nutus, sed solùm: *procurò, & affettò per non udire, otturando le orecchie:* Quæ verba potiùs ex se ipsis important Parochum, licet affectantem, revera percepisse contrahentium consensum, saltem videndo nutus, dum nulla fit mentio affectationis non videndi.

Resolutio *in Sarzanen. Matrimonii 35. Februarii 1648. in Libr. 18. Decret. fol. 452.* quæ supponitur esse in terminis thematis, de quibus disputatur proximioribus, retorquetur ad hominem. Dubium enim, quod in illa disputabatur tale 189 erat: *Quæritur, an Matrimonium contractum absque denunciationibus, ac sine Ordinarii licentia, coram testibus, Parocho contradicente, qui audivit tantummodò verba consensus, per sponsum præstiti, dùm præ manibus habens Sponsam dixit (Questa è mia moglie) & audivit, quod Sponsa dixit nonnulla verba, quæ tamen non intellexit, an sit de Jure validum:* Cui dubio Sac. Congreg. respondit: *Matrimonium sustineri, etiamsi Parochus non intellexerit verba Sponsæ, dummodò tamen de ejus consensu ex aliis signis, juxtà Juris communis dispositionem, legitimè constet:* Ad quid enim requirere, ut de consensu Sponsæ ex signis constaret legitimè, hoc est mediante testium, & Parochi depositionibus, si Sac. Congregat. fuis-190 set in sensu, quod eo ipso, quod Parochus affectat, & affectando non percipit contrahentium consensum, validum sit matrimonium, etiamsi non audiat verba neque videat nutus, admittendo pro sufficienti ad illius validitatem physicam, & materialem ejusdem Parochi præsentiam?

Ultimo loco inter familiares discursus ab Amico, in legali materia non advena; sed hospite, pro veritate circa duo puncta fui interrogatus. Primò scilicet, qualia esse debent

bent signa illa, ex quibus juxtà Juris communis dispositionem dicatur constare de valido consensu ad matrimonium. II. verò, An talis qualitatis dicatur accessus mulieris ad Ecclesiam, unà cum viro, necnon permanentia in eadem Ecclesia expectando Parochum, & demum approximatio ad eundem Parochum, postquam mulier audivit virum dicentem, illa est mea uxor.

192

Quoad primum respondi, quod signa esse debent talis naturæ, & qualitatis, ut ex illis certa, & determinata arguatur voluntas præstandi actualiter consensum matrimonio, illaque clarè, & perfectè nota esse debent Parocho, ac duobus saltem testibus, juxtà præcisa verba illorum Authorum, quos citavi *in meo Tractatu de Matrim.* §.3 *n.*24. *& pluribus seqq.* Estque conclusio, nullum habens contradictorem, ea ratione, quia agitur de contractu, importante perpetuam servitutem, qui proindè concludenter demonstrandus est, non ex probationibus, & signis æquivocis, & ad alium referibilibus, sed ex signis præcisis, & determinatis ad actualem consensum, ut discurrunt præfati Authores, quibus addo *Sannazar. de Matr. cap.*3. *art.*4. *num* 112. ibi: *Cauti tamen esse debent Parochi, nè fortè signa dubia essent, vel testes ea non perciperent.*

193

194

Quo verò ad 2. respondi quod omnia prædicta, etiam simul juncta, & unitim considerata, non videntur certè, & determinatè exprimere actualem consensum coram Parocho, & testibus, sed ad summum solam voluntatem postea exprimendi actualem consensum, quæ voluntas in his terminis non sufficit, quia *velle contrahere non est actualiter contrahere*, juxtà præcisa verba *Sanchez de Matrim. lib.*2. *disput.* 18. *num.*24. cum aliis, à me citatis *in d. Tract. de Matr.* §.5. uno ore asserentibus (sunt verba *Tancred. de Matrim. lib.*3. *disput.*39. *num.*2.) *Hic non potest esse testis, nisi de voluntate contrahendi, non de ipso contractu. Ipse autem*, hoc est Parochus, *ut validum sit matrimonium, debet posse testificari de facto eos contraxisse, neque sufficit, quod testificetur, eos voluisse contrahere*, sunt verba *Biss. de S. Rit. verb. Parochus* 6.74. cum aliis, citatis *supra discep.*2. *n.*98. *& n.*153. *de Matr.* §.13. *n.*8. *& seqq.* Si enim veritatem amamus fateri omninò cogimur, quod accedere ad Ecclesiam, expectare Parochum, se approximare ad Altare, & similia, non sunt univoca signa actualis consensus, sed solius voluntatis, seù velle postea actualiter contrahere matrimon. ut de se patet, & in terminis notant *Card. de Lug. de Just. & Jur. tom.*2. *disput.*2. *num.*23. *& Marchant. in Trib. Sacram. tom.*3. *post casum* 3. *fol.*33.

195

196

Quæ omnia adeò vera sunt, ut si daretur iste casus, quod coram Parocho, & duobus testibus reperirentur vir, & mulier, contrahere volentes matrimonium, ad dictum finem accedentes ad Ecclesiam, vocantes Parochum, qui unà cum testibus ex Divina revelatione esset certus, non de voluntate contrahendi, sed de actuali consensu eorundem contrahentium, coram ipso stantium, & per eorum taciturnitatem, & moram coram d. Parocho & testibus satis, superquè loquentium, adhuc matrimonium esset nullum, ea ratione, quia non verificaretur expressio actualis consensus, de præsenti, vel per verba, vel per visibile signum, ut sequendo *Sanchez de Matrim. lib.*2. *disput.*30. *per totam*, & alios Theologos, & Canonistas, observavi in meo *Trac. de Matr.* §.2. *n.*2.

197

198

Quantò igitur magis idem dicendum est in præsenti, in quo Parochus non est certus de actuali consensu contrahentium ex Divina revelatione, cui non potest subesse falsum, sed ad summum potest id verisimiliter inferre, & credere ex præsumptionibus, & indiciis, quæ non sunt talia respectu actualis consensus sed solùm respectu voluntatis, illum postea exprimendi, ut de se notum est.

199

Neque vis aliqua fieri potest in taciturnitate mulieris, quando vir coram Parocho, & testibus suum consensum expressit, mediantibus illis verbis: Illa est mea uxor, quam indicavit.

200

Omissa enim facti inspectione, an eadem verba audita fuerint ab eadem muliere, posita in loco distanti, & attento tumultu, suborto ex rei novitate, & Parochi alteratione. Hoc unum est in dubitatum, quod sine veri præjudicio, per hypothesim admittendo, quod perfectè eadem mulier dd. verba audiverit, adhuc illius taciturnitas non potest haberi pro actuali consensu ad matrimonium juxtà innumeros illos Authores, quorum præcisa verba registravi in meo *Tract. de Matrim.* §.2. *num.*3. *& seqq.*

201

Nec replicetur, quod prædicti Authores intelligendi sint, in eo casu, in quo matrimonium attentatur inter personas æquales, secus autem inter nobilitate, & facultate dispares, in quibus terminis taciturnitas illius, qui non est æqualis alteri contrahenti, æquipolleat consensui actuali.

202

Replicatio enim non subsistit, quia adhuc admisso consensu interno conjugis inferioris conditionis, ex dd. vel ex aliis similibus præsumptionibus deducto, nunquam taciturnitas æquivalet actuali consensui, necessario ad matrimonii validitatem, ut egregiè notat *Bonac. Oper. moral. tit. de Natura, & propriet. matrim. quæst.*2. *proposit. unica num* 6. *& seqq.* ibi: *Ex his colligitur primò, non esse validum matrimonium, quando puella tacet, quamvis ipsa interiùs consentiat, & ratio est, quia consensus ipsius non sufficienter exprimitur per taciturnitatem*, cum aliis à me *allegatis in d. Tract. de Matr.* §.2. *num.*3. Addita illa reflexione, quod matrimonium importat obligationem personalem; Taciturnitas autem non habetur pro consensu, ubi agitur de inducenda obligatione personali, ut notat *Fagnan. in cap. Tuæ literæ num.*56. *de Cler. per saltum promot.* Et omnium meliùs in longè fortioribus terminis mulieris, nedum tacentis, sed etiam non retrahentis manum, quam tenebat Vir, coram Parocho, dicens, non illa, ut in præsenti, sed hæc est mea uxor *Marchant. in Tribunal. Sacramen. tom.*3. *post casum* 3. *fol. mihi* 33. *vers. Resp.*2. *in fine*, his verbis: *Non sufficit consensus, quem Maria prætenditur dedisse primò conveniendo ad Ecclesiam, adeundo Sacerdotem, nec ille, qui permissione apprehensionis suæ manus à Petro exprimitur, sed requirebatur consensus ultimatus, requisitus in actu formali &c.*

203

204

205

Omniumque præmissorum illam assignat bonam rationem *del Bene de Iuram. cap.*3. *dubit* 28. *nu.*26. *fol. mihi* 281. quia scilicet taciturnitas non est, neq; consensus neq; dissensus, sed medium quid inter affirmationem, & negationem, juxtà *Text. in cap. Is qui de Regul. Iur. in* 6. ibi: *Qui tacet non fatetur, sed nec utiquè negare videtur.* Ad validitatem autem matrimonii requiritur positivus, & certus consensus de præsenti, juxta disposita in *Conc. Trid. sess.*23. *de Refor. Matr. c.*1. *& videbimus infra nu.*20. non autem sufficit consensus negativus, seu non dissentire, vel tacere, ut in terminis longè fortioribus apprehensionis manus mulieris, ipsa non retrahente brachium, notat *Hopping. cons.*7. *ante finem fol. mihi* 294. & firmavit *Rot. in dec.*179. *in princ. & num* 1. *coram Peuting. & Marchant. in Trib. Sacr. post tom.*3. *cas.*3. *fol. mihi* 33. *vers. Dices primo*, ibi: *Femina non retraxit manum, Respondeo, non teneri retrahere ipso instanti manum sed potuisse expectare, donec super consensu interrogaretur, & suam tum demum intentionem exprimere*, concordant *Card. de Lug. de Iust. & Iure tom.*2. *disp.*2. *sub num.*23. cujus verba retuli *in meo Tract. de Matrim* §.15. *num.*4.

206

207

Præterea quando etiam juxtà illud *Poetæ*, relatum *ab Arguell. dec.*25. *num.*49. velint dari pondera vocis dictis signis, seù operationibus mulieris, hoc est accessui ad Ecclesiam, unà cum viro, expectationi Parochi, discessui à loco, ubi moram faciebat, approximationi ad Parochum, & genuflexioni ante gradus Altaris majoris, admittendo sine veri præjudicio, quod copulativè concludenter in facto probentur, ad summum omnia hæc, etiam unitim sumpta, nil aliud valent importare, quam id, quod loquendo exprimitur sequentibus, vel similibus verbis; *Vado ad accipiendum Titium in meum maritum*, seù: *Volo accipere Titium in meum maritum, & ad hunc effectum modò proficiscor ad dandum meum consensum coram Parocho, cum ipso loquente.* Hujusmodi autem verba nullo modo, nullaque ratione importare valent matrimonium de præsenti, quamvis prolata sint coram Parocho, & duobus testibus; Imo quamvis post eadem verba, coram eisdem testibus, & Parocho sequuti fuerint alii actus inter contrahentes, neque etiam exclusis osculis, *juxtà punctualem dec.*121. *per tot. par.*4. *divers.* & signanter *numer.*8. ubi refert, & sequitur catervam Theologorum, & Canonistarum, quorum aliquos citavi *in meo Tract. de Matrimon.* §.20. *num.*12. *& seqq.* quibus addo *Rot. in dec* 179. *numer.*2. *cor. Peutinger. & in Perusina Matrim.* 10. *Maii* 1688. §. *Quibus coram Hervault*, loquentem in terminis verborum *Voglio pigliar, e son contenta di pigliar &c.* & solidè firmans, quod eadem verba juxtà legalem intelligentiam magis propriè referuntur ad matrimonium de futuro, quàm de præsenti, de qua supra *discept.*3. *num.*3.

208

209

210

Quæ comprobantur ex eo, quòd juxtà illa cubitalia verba Concilii *Concil. Trid. sess.*24 *de Ref. Matr. cap* 24. *num.*1. *Per verba de præsenti*; & cubitalioria Generalis Concilii Florentini sub *Eug IV.* relata per *Fagn. in c. Tuæ fraternitati nu.* 30. *de Sponsal. & Matr. Causa efficiens matrim regulariter est mutuus consensus, per verba de præsenti expressus*, debent eadem verba de præsenti concludere, ut dictũ est, & ideò cum signa, juxtà benigniorem opinionem, quæ in judicando prævaluit, parificentur verbis, ad hunc effectum, seù ut verborum vicem suppleant, atque pondera vocis habeant, res ad-

211

 modum

modum dura, & pessimi exempli videtur esse, ut rigor ille, qui meritò adhibetur in examine verborum, inaudita facilitate relaxetur ubi majus adest deceptionis periculum, seù ubi de signis,& nutibus agitur,ut firmavit *Rot.decis.*307. *numer.*7.*par.*10.*rec.*ibi ; *Est actus valdè periculosus*, *& fallaciis suppositus*; Cùm tamen omnis ratio dictet, ut signa, & nutus debeant minus æquivocè esse evidenter demonstrativa temporis, & actus de præsenti, quàm verba, quia verba propriè sunt instrumenta, quibus homines propriam voluntatem demonstrant, juxta citatos à *Barbos. axiom* 122.*nu.*2. & firmata *per Rot.in decis.*301. *num.*5. *cor. Ludovis.* cum aliis à me adductis *in Tract. de Matrim.* §.23.*num.*9. *& seqq.* Non sic autem signa, quæ cum sint minus certa, tanquam instrumenta consensus minus propria, seù verius subsidiaria, debent esse in suis respectivè casibus magis indubitabilia,quàm verba, uti ait *Ulpian in l.Quoties §.Si quis nomen ff.de Hæred. instit.* ibi : *Sed indubitabili signo eum demonstraverit*, & dixit *Rot. in Liodien.Matr.*20.*Jan.*1614.§.*Idq; cor. R R.D.Ansald.*

Prædicta autem signa non sunt, nec fuerunt indubitabilia, minusque expressiva consensus de præsenti, non solum in seipsis, & in genere considerata, ex supra animadversis, sed quod magis est, neque etiam fuerunt talia in sensu ipsius mulieris, quæ post audita illa verba: *Quella là è mia moglie*, si verè illa audivit, postquam se approximaverat ad Parochum, & postquam à parte rei positiva fuerunt signa omnia, indicata *supra n.*2. *& n.*18. permansit immobilis propè Altare, expectans Parochi reditum, à quo loco tunc solum discessit, quando ab aliis, vocata fuit, ut mihi supponitur, ex testibus constare, Igitur nec ipsa complectam functionem dijudicavit, sed ibi permansit tanquam in statu rei gerendæ, & consensus præstandi, non in statu rei gestæ, & consensus præstiti in actu ultimato. Si enim habuisset actualem consensum pro præstito, ad quid Parochum expectare pro illo exprimendo? Prout etiam si habuisset matrimonium pro perfecto, ad quid velle consensum denovo coram Parocho exprimere? Matrimonii siquidem magno Sacramento injuriam facit, qui illud reiterat, postquam perfectè contractum fuit, ut observavi in meo *Tract. de Matrim. §.* 19. *num.*4. *& in Replicatione*, impressa in fine *num.*16. sequendo punctuales authoritates *Corn.consf.*91.*col.*3 *lib.*3. *& Gozzadin. consf.*77. *num.*13. & punctualiorem *Jacob. Leoniss. inter cons. Matrim. diversor. cons.*4. *n.*3. *& seq.* ibi: *Præsupponebat matrimonium jam fuisse contractum inter eos, ideò non erat opus alio secundo contractu matrimonii &c quia ille fuisset superfluus &c. Imo illud, qui reiterat facit injuriam Sacramento, & Ciarlin. contr.*131.*nu.* 33. ibi: *Unde sequitur certum esse, quod prius non fuerat inter eos contractum matrim. ratum, quia non erat opus, si ita fuisset, quod iterum contraheretur, & supra disc.*3. *num.*13.

Circa quod, ut eo clariori, quod possum, modo me explicem, observo cum *D.August.* relato *à Gavard.in Phil.par.* 2.*art.*2 *num.*2.*fol.*10. quod *signum sit id, quod præter speciem sui, quàm ingerit sensibus in cognitionem alterius facit devenire* & cum *Baldo in l.Mutus ff. de Procurat.* quod aliquando *signa sint loco vocis*, quem sequitur *Michal. de Cœc.Surd. &c. cap.*65.*num.*6.ibi: *Signa esse loco vocis,unde sicuti oportet, ut Notarius voces scribat, sic etiã signa describere debet*: Quo præmisso iterum observo, quod sicuti dantur voces, quæ significant consensum,vel de præsenti, vel de futuro, ita omnino dari debent signa (subrogata loco vocis) quæ faciant in cognitionem alterius devenire, sivè de præsenti,sivè de futuro: Ad cognoscendum autem quando signa de præsenti actum aliquem significent, aureis istis verbis regulam constituit *Bald. ubi supra : Quomodo autem appareat de consensu per nutum? Dic, si interogatus, annuit*, & concordat *Michal.ubi supra num.*7. ibi : *Notarius scribere debet, talem interogatum assensisse, & humeris, vel capite annuisse*: De quo assentiendi modo per capitis nutum mihi supponitur in facto, nullo modo constare.

Pro quorum admissione nimis urgere videtur qualitas mulieris, quæ cum non esset puella, quæ juxtà *Gloss. in cap.Si inter virum verb Dicente in fine de Sponsal. propter verecundiam annuunt potius, quàm loquantur*,cum aliis, à me citatis *in Tract. de Matrim* §.3. *à numer.*12. sibi imputare debet, si consensum non expressit modo sufficienti, apto ad ostendendam ipsius voluntatem de præsenti ad contrahendum matrimonium, *Anton. Gavat.inter cons Matrim divers. cons*81 *n* 27. cum aliis à me allegatis *in Tract de Matrimon.* §.5.*num.*7.*&* §.22.*num.*4. & supra *discept.*3.*num.*27.

Non attento, quod hodiè ipsamet mulier instet pro obtinenda declaratione validitatis matrimonii: Quia ad probandum matrimonium de præsenti, post Concilium Tridentinum non attenduntur ea, quæ sivè post, sivè ante contractum matrimonium à contrahentibus fiunt, ad probandam illius validitatem, benè *Gargiar. cons.*29. *n.*4. ibi : *Nec conjecturæ hodiè post Concilium prosunt*, cum aliis, à me citatis *de Matr.*§.5. *n* 8. *& supra discep.* 3 *nu.*11. Sed strictè, & unicè videndum est,an cor.Parocho, & duobus Testibus copulativè, consensus de præsenti fuerit expressus, quod si id concludenter non probetur, matrimonium remanet innegabiliter nullum, ut in terminis longè durioribus actualis consensus, innegabiliter bis expressi coram Parocho, una vice coram ipso,& uno teste,& altera vice, seù paulo post, coram eodem Parocho, & altero teste, qui duo testes concordabant cum Parocho, circa dictam claram expressionem consensus de præsenti coram ipsis bis expressi, re maturè perpensa, meque scribente pro nullitate, resolutum fuit à Congr. Eminentissimi Urbis Vicarii in celebri *Albanen. Matrimonii* 29.*Julii* 1705. effectu punctualiter subsequuto, cum post declarationem nullitatis matrimonii, non amplius actum fuerit de prosequutione litis, & summa pace fœmina ingressa fuit Religionem S. Dominici, ut est notorium.

Generales regulæ, juxtà quas observant Doctores, in dubio favore matrimonii inclinandum esse, & à Judicibus pronunciandum, uno ore limitantur ab eisdem DD. in matrimoniis contractis, seù attentatis, culpabiliter omissis denunciationibus, ut videre est apud Authores, quos citavi *supra discept.*2.*n.*209.& in meo *Tract.de Matr.*§.6 *à n.*19. *usque ad nu.*23.*& §.*7.*per tot.* & signanter *à n.*2. quibus addo *Grat. discep.*83.*n.*16.*& seq.Passerin.de Electïon. cap.*13.*nu.*50. *vers. Ideò matrimon.& Vulp.in Prax.for. Eccl.cap.*15.*n.*6. *& Barbos.ad Conc.sess.*24. *de Ref. Matr. cap.*1. *num.*32.

Ita ut in similibus circumstantiis illud idem dici valeat, quod de stipulatione non minus eleganter, quam strictè ait doctissimus *Cuiac. in leg. Stipul. ista* 38.*lit. F*, *vers.In stipulationibus ff.de Verb. Obligat.* nempè : *Ambiguitas stipulationis contrà stipulationem est.*

Demùm non obstat, quod cum Parochus non perceperit consensum mulieris ex ipsius facto, seù per ejus affectationem non audiendi, haberi debeat pro præsente, & matrimonium adhuc sit validum, ex adductis *in Romana Matrim.* 4. *Febr.*1697. *coram Ursino*. Pro adequata enim responsione adversus firmata in eadem decisione, militant ea omnia, quæ de mandato Sac.Congregat. in dicta Causæ propositione pro veritate scripsi, quævè registravi supra in *Dicep.*2. *per tot.* necnon, articulo maturè discusso, admissa fuerunt ab eadem S.Congr. ut videbimus infrà *num* 62.

Præscindendo autem ab omnibus, hucusque animadversis, figuremus casum in alio longè inferiori genere contractus, puta in venditione, & empione alicujus vestis, vel Equi, quod emptor, & venditor accedant ad domum, seù Officium Notarii cum testibus ad perficiendum contractum emptionis, quodque emptor, manens propè Notarium, & testes, exclamando asserat, ille (venditorem indicando, qui permaneat in loco aliqualiter distanti) mihi vendit vestem, seù Equum pro tali, tantaque summa, quodque venditor, audito emptore,surgat à loco,ubi manebat,seque approximet Notario, qui nolens contractum sua authoritate perficere, aufugiat, & venditor non possit amplius clariori signo, seù verbis, coram eodem Notario,& testibus suam voluntatem vendendi vestem, vel Equum aperire.In istis circumstantiis non reperietur forsan in legali facultate, vel leviter versatus, qui asserat, venditionem fuisse perfectam, & actualem consensum venditioni sufficienter fuisse expressum per dictum accessum ad domum Notarii, cum aliis supra indicatis, ea viva ratione, quia omnia prædicta respicientia venditorem, se tenent ex parte præparatoriorum ad venditionem, non autem concernunt actualem consensum, præstitum eidem venditioni.

Si autem procedunt hæc in terminis contractus venditionis villis vestis,seù vilioris Equi, ex supra animadversis, ego nescio percipere, quare admittenda non sint in personæ venditione,seù alienatione,quam important matrimonium, cum perpetua servitute, juxtà doctrinam *D.Thom. in supplem.*3.*par. quæst.*47.*art* 6. *in corpore*. Et quare ea,quæ Doctores asserunt de aliis contractibus, applicari non debeant matrimonio,quod primum occupat locum in genere contractus, juxta ea, quæ leguntur in *Cathechis. Rom. par.*2. *de Matrim. in commun.cap.*8 *sect.*1. *numer.*9. & notant adducti per *Pasqualig.de Privileg.constit.in mortis articul quæst.*153. *num.*6. ubi, quod elevatio contractus matrimonialis ad esse Sacramenti nullatenus in reliquo alteravit naturam contractus, *& Rot. decis.*431. *num.*1. *&* 2.*coram Royas*.

Relin-

Relinquentes proindè aliis considerandum, an adversus facilitatem illam inclinandi pro matrimoniorum validitate, quando illa contracta fuerunt spretis Ecclesiæ solemnitatibus, & neglectis Instructionibus Congregat. SS. Inquisitionis, aut cùm proximis periculis illa contrahendi in gradibus prohibitis, & cum impedimentis dirimentibus, applicentur ea, quæ, referendo decisionem pro nullitate matr. notant, adducti per *Adden. ad Dec. conf.*163. *lit.A. in fine* his verbis: *Hinc meritò irridenda, imò execranda illorum superstitio præpostera, qui ex qua probatione non iudicarent esse legitimam venditionem Equi, vel levidensæ, tamen judicarent matrimonium, non solum inæquale, sed funestum, perpetuamque personæ alienationem.*

232

233

Perstringendo omnia hucusq; animadversa non videntur in facto probata signa, eò quia mihi supponitur, quod circa illa non concordent saltem duo testes; Si essent plusquam concludenter probata, non relevarent, non solùm quia æquivoca, sed etiam, quia referibilia in omnem casum ad voluntatem consentiendi in futurum, non autem ad consensum de præsenti, quando ad validitatem matrimonii per verba, expressè, & concludenter constare debet de actuali consensu: Unde multò magis de illo constare debet, quando contrahitur per signa, quæ sunt mille fallaciis, & deceptionibus obnoxia, ut in terminis longè debilioribus Sponsalium, quod ista non probentur ex signis æquivocis, benè *Rot. in Meliten. prætensorum sponsalium* 4. *Maii* 1782. §. *Signa cor Paul.* ibi: *Signa autem, & conjecturæ quæ sunt allatæ minus sunt visa proficere &c. quatenus in facto probarentur, tanquam nimis equivocæ, & quæ ad aliud possunt referri, quàm ad sponsalia*: Proindè concludo cum verbis doctissimi: *Marchant. de Sacr. post tom.*3. *casu* 3. *fol.*34. *verf. Dixi Quomodo in hoc casu Presbyter consensum Sponsæ intellexit, qui nec eam interrogavit, nec ab illa certum aliquod signum accepit, quo ejus consensum intelligeret?* Et quidem, non ex ipsius surditate, vel ex visivæ potentiæ defectu, sed *quia* (sunt verba ejusdem) *ex parte Sponsæ nullum signum datum est præsentis actualis consensus, ad matrimonium requisiti*. Requisiti, inquam, non ex unius, vel alterius Doctoris opinione, sed ex clara dispositione duorum Generalium Conciliorum, ut vidimus supra *num* 21.

234

235

236

237

238

In Patavina 11. *Maii* 1669. *quæ est in Libr.*29. *Decret. fol.* 227. *à tergo*, Parochus, tam à testibus matrimonialibus, quam à proprio facto, seu verbis, coram contrahentibus prolatis, convincebatur de intelligentia, proindeque nulla ratio habita fuit nudæ, & simplicis assertionis ejusdem Parochi, quod affectaverat non audire. Postquam enim: *Franciscus, innuens Parocho Mariam, pronunciavit hæc verba: Vedete, questa è mia Moglie: Quo audito Parocho cæpit indignatus eos increpare, & redarguere, & terga vertens non auscultavit, ut ipse asserit* (verba notatu dignissima, & denotantia, quod ipse asseruit, non auscultasse, sed revera auscultasse, ut deponebant testes) *eandem Mariam, quæ suum expressit consensum, his verbis: Questo è mio Marito: Loquens de dicto Francisco, vel Signor si, che il Signor Gambara deve esser mio Marito, ut respective iidem testes deponunt.*

239

*In Tolentinaten.*28. *Novembris* 1671. *quæ est in Lib.*27. *Decr.fol.*260. Parochi intelligentia non potuit clarius explicari à tunc temporis Secretario, quàm illis rotundis verbis, quæ leguntur Folio, tunc distributo, & ex Scripturis, hinc indè in Secretaria exhibitis, de more comprobato: *Paulus Carbonus, & Lucia Corradi &c. accersiverunt proprium Parochum &c. ibique coram Parocho, ac testibus mutuum explicarunt consensum.* Licèt autem Episcopus Tolentinas, qui, ut in eodem Folio idem Secretarius testatur, prætendebat, atque insistebat pro nullitate matrimonii, multa proprio marte inculcaverit in epistola, huic Sacr. Congregat. transmissa, & in Scripturis distributis, Istæ tamen nullatenus attendi debent, minusque præponderare iis, quæ Secretarius asseruit in folio, authenticis scripturis justificato, per ea quæ observat *Card de Luc. de Testam. disc.*90. *numer.*12. *& de Fideic. disc.*99. *sub num.*24. & firmavit *Rot. in dec.*103. *num.*26 *p.*15. *rec.*

240

241

Præcipue, quia Episcopi instantia (nescitur cui fundamento innixa) non erat separata à motivis, concernentibus interesse bursale, & prorsus disparatis à dubio validitatis matrimonii, ibi: *In luogo delle pene meritate, si sarebbe contentato il Vescovo, che si obligasse la Donna di alimentare nel monastero, e poi dotare una figlia dell'altro matrimonio.*

242

Demùm *in Venetiarum. seu Vicentina Matrimonii* 1. *Martii* 1673. *in Lib.*28. *Decret fol.*41. Parochi intelligentia erat innegabilis; Coram eodem de mutuo contrahentium consensu nulla dubitatio, ex quo postquam præmonitus fuerat, quod Guttardus, & Cecilia matrimonium contrahere volebant, præsentibus multis testibus, *Fæmina verba audivit, & Viri anuli traditionem aspexit*: nec *minimum* legitur verbum de affectatione non audiendi, vel non videndi in decreto, in quo potius dicitur dubii resolutionem peti: *Adsedandam Conjugum conscientiam.*

243

Adversus quæ non merentur allegari duæ resolutiones Sacr. Congreg. Conc. Una *in Romana Matrim.*6. *Augusti* 1612. Alia verò *in Amerina Matrimonii* 15. *Decemb.* 1714. & 12. *Ianuar.* 1715. ac sic d. Sac. Congregatio recedendo à prioribus antiquis resolutionibus, & præcipuè *à dicta Romana Matrim.*6. *Martii* 1700 in ea fuerit opinione *in dd. Romana, & Amerina*, ut sola physica Parochi præsentia pro matrimonii validitate sufficiat, utque, affectante Parocho non audire, & revera ex ipsius facto, seu affectatione, non audiente consensum contrahentium, adhuc matr. sit validum.

244

Obiectum enim nullam omninò habet subsistentiam; Omissa siquidem pro nunc pleniori discussione resolutionis *in d. Romana Matrimonii* 6. *Augusti* 1712. in qua scripsi, & cujus circumstantias forsan cum majori otio particulariter expendam; Hoc unum est indubitatum, & æquè notorium, quod in d. Causa nulla omninò adfuit apud EE. PP. dubitatio, tam circa expressionem consensus utriusque contrahentis coram eodem Parocho, quàm circa ejusdem Parochi intelligentiam, & advertentiam, non obstante ejus tarda fuga, postquam audivit eorundem contrahentium consensum, circa quam ex parte mulieris multi adducebantur testes, id asserentes ab ipsa conducti ad audiendum.

245

Respectu verò resolutionis *in d. Amerina*, in Folio, distributo *die* 14. *Novembris* 1714. hæc habentur, desumpta ex authenticis justificationibus, in Secretaria exhibitis. *Die* 7. *Septemb.* 1712 *præcitatus Thomas coniugium inire ausit cum præfata Angelica Trasea, asserto consensu coram Parocho Sacrum faciente repente explicato.* In alio verò Folio, distributo die 15. Januarii 1715. ex Parochi depositione referuntur sequentia; *Mentre io celebravo messa senti un mormorio, che io stimai fosse qualche pazzo, e perciò non mi voltai; Ma continuando l'Evangelio, il medemo Tomasso Trenta replicò, e non intesi altro, che queste precise parole, questa è la mia Sposa, e io all'ora mi rivoltai un poco, e mi protestai, che non volevo assistere à detto preteso matrimonio &c. e così io per la terza volta cominciai à legere l'Evangelio.* Ex depositione verò duorum testium dicitur etiam in eodem Folio. *Quædam mulier &c. & alter testis expressè asserunt, nedum Thomam Trentam, sed etiam Angelicam Traseam verba, mutuum consensum expressè designantia protulisse.*

246

247

248

Ex quibus, præcipuè simul sumptis, remanet innegabilis expressio consensus utriusque contrahentis coram Parocho, perfectè illum percipiente, seque rotundis illis verbis protestante, *che non voleva assistere à d. preteso matrimonio*; Et proinde validitas matrimonii impugnari nullatenus proterat ex defectu intelligentiæ, seu affectationis Parochi, ut in terminis alterius matrimonii, contracti coram Parocho, celebrante missam istamq; nolente continuare, redeundo ad Sacristiam, firmavit *Rota in decis.*431. *coram Rojas*, *& dec.* 375. *par.*11. *rec.* Et de matrimonio contracto coram Vicario Generali Taurini, celebrante pariter missam, eo tempore, quo conversus ad Populum dicebat: *Orate Fratres*, missamque continuavit, resolvit *Sac. Congregat Concilii in Taurinen. Matrimonii* 27. *Novembris* 1697. Et de matrimonio, celebrato coram Parocho, nedum dicente missam, sed in actu elevationis SS. Sacramenti, *Themund. decis. Lusitan. par* 1. *dec.*4. *per tot.* & *Raynald. tom* 2. *ad cap.*22. *supplet.* 2. *n.*14. Et in terminis Parochi, ab Altare videntis virum, & mulierem, existentes in fenestra, & eorum consensum ad matrimonium exprimentes, notant adducti à *Verricell. quæst. moral. alegal. tract.*8 *Miscell. quæst.*56. *per tot.* Et in terminis Parochi, se declarantis, ut in præsenti, nolle assistere matrimonio, quod coram ipso contrahebatur, est punctualissima resolutio hujus Sacr. Congreg. *in Giennen.*, cujus factum recensuimus supra *par.*2. *discept.*2. *numer* 170. & 171.

249

250

Quibus additur illa circumstantia, quæ in hoc casu manibus palpare facit Parochi intelligentiam, quia scilicet idem Parochus nedum habebant antecedentem perfectissimam contrahentium cognitionem, sed ulterius, explorata de more eorum voluntate, per binas vices fecerat denunciationes in sua Ecclesia, pro detegendis impedimentis, si quæ adessent, inter ipsos contrahentes, ut dicitur in Folio, distributo die 15. Decembr. 1714. ibi: *Futurarum nuptiarum promissione mutuò recepta inter Thomam Trentam, & Angelicam Traseam de Luniano, peractisque binis denunciationibus &c.* Itaut omnia hæc insimul uniendo, vana prorsus, & nimis insubsistens rema-

251

remaneat prætensio, quod ide Parochus quamvis affectando non audire, revera non perceperit consensum contrahentium, unicè directum ad illud matrimonium, cui ipse se declaravit, *e mi protestai, che non voleva assistere*, considerando verba illa, *non volevo assistere al pretesò Matrimonio*, quod sicuti per necesse importat duorum consensum, seù maris. & fœminæ conjunctionem, ita ex sua natura includit cognitionem duarum personarum, quæ ad illud contrahendum coram ipso permanebant, parati ad illud tunc contrahendum ibi: *Questa è la mia moglie*. 253

Posito autem ex his, quod hæc Sacr. Congr. nullatenus recesserit à dicta resolutione *Romana Matr. 6. Mar.* 1700. quæ per extensum registratur in fine, seu *num.*62. non est curandum de aliis authoritatibus, quæ possunt in oppositum allegari, de quibus suprà *par.*2. *discept.*2. *num.*17. Ut enim onere admissum fuit à 21. EE. PP. qui interfuerunt in d. Congr. habita 6. Martii 1700. in his terminis authoritas privatorum Doctorum in nulla prorsus consideratione habenda est, sed unicè requiritur illa Summi Pontificis, ut vidimus suprà *discep.*2. *à num.*122. Ea viva ratione, quia vigore cubitalis dispositionis *S. Conc. Trid. sess.* 24. *de Refor. Matr. cap.* 1. matrim. non contractum coram Parocho, & duobus saltem testibus, nullum est. 254 255

256 Quando autem Parochus affectat non audire, & revera non audit consensum contrahentium, matrimonium non potest dici contractum coram Parocho, & duobus testibus, juxtà rotundum *Text in l. Cor. Titio ff. de Verb. Signif.* cum aliis allegatis *supr. disce.*2. *à n.*13. & propterea illud validum in his terminis declarare, idem est, ac velle, ut matrimonium, contractum coram duobus tantum testibus, validum fit, quod ut dixi & constanter repeto, derogando d. Conciliari dispositioni, soli, & unico Summo Pontifici reservatum est.

Verba Folii, distributi in Sac. Congreg. Concilii *in dicta Romana Matrimonii* 6. *Martii* 1700. 257

Libertas Matrimon. quæ juxtà Sacrum Concilium Tridentinum ab aliena voluntate pendere non valet, eo pervenit, ut sæpè homines, amore, vel potius facultatibus captos, trahat ad illa contrahendum clandestinè, ac omissis solemnitatibus, præscriptis ab ipsamet Conciliari dispositione in cap. 1. *sess.*24. *de Reform. Matrim. Parochos verò plerumque impellat ad dubitandum, an valeant iis matrimoniis positivè resistere, & aliis deficientibus mediis prohibendi, & resistendi, an se malè, vel benè gerant, claudendo oculos, aures obturando, ac fugam arripiendo; Prout etiam, an eorum præsentia, de qua loquitur Sacrum Concilium, debeat esse moralis, physica, seù materialis, itaut etiam ipsis Parochis affectantibus non audire verba, vel non videre nutus clandestinè contrahentium, & revera non audientibus, vel non videntibus, matrimonium coram ipsis ita attentatum sit validum, nec nè. Præfata omnia experti fuere quamplures Parochi, ac etiam exposita huic Sacræ Congregationi, quæ novissimè Causam in Romana Matrimonii, in qua pariter de præsentia Parochi in iis Matrimoniis requisita moraliter, & cum advertentia seù potius physicè, & materialiter disceptabatur, ad Rotam pro Voto remisit, & ab ea decisum fuit, sufficere illius præsentiam physicam, seù materialem; Ita quod, etiam Parocho affectante non audire verba, vel non videre nutus, matrim. sit validum, ut colligitur in ejus Decisione, edita 4. Februar.* 1697. §. *Demonstrato cum pluribus seqq cor. bo. me. Ursino. Verum quia post editam hanc decisionem Partes concordarunt, nec opus aliquod habuere coram eadem Sacra Rota de illius viribus dubitare, minusque exhibere Votum in hac Sacra Congregatione, cujus erat, & est, controversiam decidere, ad plenam sui ipsius, ac Parochorum necessariam instructionem, Iulius Antonius de Rubinis, Rector Parochialis Ecclesiæ S. Laurentii in Montibus, cæteroquin insufficiens ad obtinendam dictæ decisionis revisionem, & Votum, praeces porrexit SS. D. N. ut infrascripta dubia remittere dignaretur huic Sacræ Congregationi, quibus benignè remissis, eidem instantiæ adhæsit Antonius Bernardus, Parochus S. Ivonis, declarans in ejus speciali mandato procuræ, casum hujusmodi clandestini matrimonii sibi in propria Ecclesia evenisse circa meridiem, esset que omnibus notorium; Ambo igitur enixè precantur pro declaratione dub. I. An Parochus teneatur prohibere, & quantum in se est positivè resistere clandestinis matrimoniis, & quatenus affirmative II An ob Inopinatum casum, & deficientibus aliis mediis prohibendi, & resistendi, peccet, vel malè faciat Parochus tentando fugam claudendo oculos, & aures obturando. III An Parochi præsentia de qua loquitur Sacrum Concilium in 2 par. cap 1 sess 14 de Reform. Matrim. cum illis verbis.* Qui aliter, quàm præsente Parocho &c. *debeat esse moralis, humano modo & cum advertentia, itaut possit esse testis matrimonii actualiter, & de facto contracti, non verò voluntatis contrahendi, vel sufficiat sola præsentia physica, seù materialis. IV. An affectante Parocho non audire verba, vel non videre nutus attentantium clandestinè contrahere matrimonium, & revera illa non audiente, vel non vidente, validum sit matrimonium coram ipso attentatum. Die* 6. *Martii* 1700. *Sac. Cong. EE. S. R E Card. Concil. Trid. Interpretum reprobata opinione, quod sufficiat præsentia Parochi purè physica seù materialis, censuit providendum esse in casibus particularibus.* 258 259

J Cardinalis Sacripantes Præf.

Io. Dominicus Thomatus Sac. Congr. Secretarius.

Circa quòd illud notandum occurrit, quod, attenta gravitate materiæ, & articuli arduitate, in Congregat. d. die habita, raro exemplo, inter fuerunt 21. EE. PP. nempè Eminentiss. DD. Card. Bullionus, Acciajolus, de Carpineo, Petruccius, Colloredus, Cantelmus, de Judice, Morigia, Tanara, Cincius, S. Clementis, Sacripantes Præfectus, Noris, Paulutius, Radolovicus, Sperellius, Gabriellius, Bichius Franc. Barberinus, de Alteriis, & Sancti Cæsarei. 260

Meritò igitur ex his omnibus relinquitur manifestum, hanc Sac. Congr. declarasse quidem valida matrimonia, contracta coram Parochis, affectantibus non audire verba, vel non videre nutus, illa contrahentium, sed in rei veritate illa audientibus, & istos videntibus, nunquam vero pro validis habuisse illa matrimonia, in quibus Parochi, commendabiliter quidem, quantum in se ipsis erat, obsequentes Generali Concilio Lateranensi affectantes ignorantiam, nullatenus perceperunt consensum contrahentium, & hoc ad evitandum intolerabile istud absurdum quia, admissa contraria interpretatione, vera esset hæc propositio: *Validum est matrimonium, contractum absente, seu fugiente Parocho, & nullatenus percipiente consensum contrahentium*: Non obstante, quod contrarium literaliter legatur determinatum in Concilio Trident. *sess.*24. *de Reform. Matr. c.*1. quo decreto non adesse aliud in toto Concilio majus, seu de novo sancitum, observant in illius Historia *Card. Pallav. lib.*12. *cap.*4. *num.*1. *Rending. tom.*3 *tract.*11. *sect.*1 *sub num.*4. *& seqq. & Anastas. Germon. in paratitl. ad Decret. lib.* 4. *tit.* 3. *de Clandest. desponsat. in fine*, ibi: *Sciendum est in toto Tridentini Concilii volumine nihil ferè novi præter hoc, esse ab illis Sanctissimis PP. constitutum, neque injuria, cum ex illis clandestinis nuptiis innumera orirentur crimnia, quibus ut occurreret, necesse fuit, ut id lege decerneretur*; Imò, quod ad unicum hoc decretum faciendum debuisset idem Concilium convocari, in oratione habita in ultima illius sessione Hieronymus Ragazzonus Episcopus Nantianzenus, & Coadiutor Famagustanus cum his verbis Mundo testatum reliquit; *Quid de furtivis tenebricosisque matrimoniis commemorè? Equidem ita sentio, si alia nulla causa convocandi Concilium fuisset &c. propter unam banc id omninò fuisset faciendum*, ut videre est penes *Labbè ad Concil. Trid. fol mihi* 491. *lit. A.* 261 262 263

Restringendo autem omnia hucusq; animadversa, aut Parochus affectando non videtur nutus, & non audire verba Contrahentium matrimonia, affectatione non obstante, illos videt, & ista audit, & sumus extra omnem difficultatem, nec de isto casu disputamus, ut colligitur ex claris verbis nostri dubii. 264

Aut in rei veritate eo ipso, quod affectat non videt nutus, & non audit verba, & ex hucusque probatis matrimonii Sacramentum, uti deficiens in forma, nullum, & invalidum est, Sicuti autem non est in potestate ejusdem Parochi taliter operari, ut contra dispositionem Conciliarem valeat matrimonium, quando non concurrit attentio, & advertentia sufficiens, ad testificandum à Concilio pro forma requisita, ita ad id non se extendit authoritas quorumcumque Thelogorum, & Canonistarum, sed, vel requiritur Summi Pontificis Constitutio, vel, ut observat Cardinal. Pallavicin. licèt ad alium effectum *in Histor. Concilii lib.*22. *cap.*8. *sub num.*19. *la materia esser ta'e, per cui sarebbesi potuto meritamente congregare, un Concilio à posta*; Et in hoc casu, sivè Constitutionis Pontificæ, sivè alterius Generalis Concilii, opus esset declarare, quod in terminis Parochi affectantis, & revera non percipientis consensum Contrahentium, valeret matrimonium cum solis duobus testibus non autem id statuere firma remanente Concil. Tridentini dispositione de tribus testibus, quod scilicèt, etiamsi unius ex illis, puta Parochus, affectet, & non intelligat, valeat matrimonium, Nulla enim datur potestas, se extendens ad hoc, ut quis possit esse testis circa id quod nescit, ut benè advertit *Perez. de Matr disp.*40. *sect.* 10. *n.*1. Atque *omninò impossibile est quod Sac. Congr. voluerit testimonium illius esse validum qui nihil percepit eorum, quæ facta sunt. Quomodo enim testificari potest de Matrimonio quod non cognovit*, 265

sunt

sunt verba *Rossignol. in Prax. Theol. legal. tom. 10. verb. Matr. 1. præno. 32. sub num. 5.*

Enixis tandem precibus EE. PP. obsecramus, ut dignentur reflectere, quod hominum malitia, effrenisque libertas in hac parte, eò usque devenit, ut vix possit ulteriùs fimbrias dilatare, dum nulla habita ratione etiam impedimentorum dirimentium, non sinè bonorum mærore, quotidiè audiuntur casus manifesti contemptus hujus saluberrimi decreti; Itaùt æquè doctus, ac exercitatus per 44. scilicèt ann. ut testatur *int. 3. obser. crimin. supplet. 2. ad cap. 32. num. 81.* Criminalista *Rainald. in tom. 4. Observ. Crimin. ad cap. 22. supplet. 3.* describens casum, qui causam dedit præsentibus dubiis, commendabili zelo pœnas exasperandas, & legem Pontificiam in hac parte exoptaverit *num. 7. & 8.* ibi: *Hodiè pœnas exasperandas esse ob frequentiam horum matrimoniorum &c. Imo desiderarem in hoc legem Pontificiam, pœnam corporalem, etiam relegationis, indicentem, quia excessus iste frequens est, nedum in Urbe, sed etiam alibi* ut de Urbe, ejusque districtu poterit esse testis omni exceptione major, Eminentissimus Vicarius, atque omnes Parochi; De Italia Eminentiss. Gregorius Barbadicus (Episcopalis Dignitatis nostri Sæculi decus, & ornamentum, cujus integritatem, & strenuam tuitionem Jurium Ecclesiæ, sibi commissæ, nulla unquam delebit oblivio) referente eodem *Raynald. loco supra citato*, ubi testatur hoc perlegisse in Relatione Ecclesiæ Patavinæ, huic Sac. Congr. ab eodem transmissa, De Regionibus ultra Montes nimium notæ sunt conquæstiones, & reiteratæ preces Archiep. Mechliniensis registratæ per *Pignatell. consult 45. num 12 tom. 4.* Et de Portugalliæ, & Hispaniarum Regnis *Themud. citat. decis. 4. in princip. & decis. 5. per totum.*

268 269 270

In Urbe autem malum hoc eò usquè invaluit, ut longè post hæc scripta, nempe anno 1712. die 5. Martii, actum fuerit in hac Sac. Congregat. de inveniendo aliquo efficaci remedio, juxtà illa verba Folii: *Cùm frequens abusus irrepserit in Urbe contrahendi matrimonia sine denunciationibus, & non petita licentia Eminent. Vicarii cor. Parochis, clandestinè, & per fraudem accersitis; Cùmque id injuriam Sacramento, & præjudicium inferat decori familiarum, adeoque sponsi post expletam amoris vehementiam, conjuges suas, vel malè tractant, vel deserunt; quoniam verò ad refrenandam supradictorum sponsorum petulantiam nulla adhuc pœna spiritualis, vel temporalis reperiatur imposita per edicta, vel leges particulares adversus Parochos, ipsosque contrahentes, ac testes, intervenientes &c. Hinc &c.* Quando rescriptum fuit *Ad mentem, quæ fuit Eminentiss. Vicarius procedat juxtà facti circumstantias.*

271 272

Usquequò igitur fortius applicetur remedium malo huic, quotidiè excrescenti, EE. PP. non claudant saltem viam hanc affectationis Parochorum, tot insignibus Theologis, & Canonistis perviam, ut scilicet Parochi per illam tutò ambulantes, quandò non detinentur alligati, vel alio modo vim non patiuntur, juxta casus adductos per Authores, allegatos *dub. 3. num. 34* fugiendo, occludendo aures, oculosque claudendo, saltem voluntariè propriis auribus non audiant, propriisque oculis non videant æque scandalosum, ac manifestum contemptum duorum Generalium Conciliorum, quorum unum per antonomasiam in Decretalibus Generale Concilium appellari observat eruditissimus *Doviat Præn. canon. lib 2. cap. 6 n. 11.* Ab alio verò plura Catholica Ecclesia consequuta est commoda, quàm ab omnibus aliis Generalibus Conciliis, simul unitis id observante *Card. de Luca in adnot. ad idem Concil. disc. 1. nu. 7. & Cabassut. in Notit. Concilior. in not. ad Concil. Tridentin. in princip. fol. 471. & Card. Pallavic in illius Historia. c. 1. num. 4.* ubi quod: *Nessun altro Concilio fù per duratione più longo, per articoli di fede, quivi decisi, più ampio, per mutazione di costumi, e de leggi più efficace, per ostacoli incontrati più arduo, e per diligenza nell' essaminare le materie più esatto.*

273

Posthabita benigna interpretatione, regulariter pro matrimoniorum validitate capienda; Illa enim nullatenus locum habet in matrimon. quæ contrahuntur, spretis Ecclesiæ solemnitatibus, ut uniformi calamo observat *Honor. Van Axel in Compend. Jur. Canon. lib. 4. tit. 4. n. 2. Haveman. de Jur. Canon. tom. 2. in Append ad consf. 74. fol. 966. Uvames cons. 534. num 8. & inter cons. matr. divers. Grat. cons. 75. num. 43. Leonis. cons. 48. nu. 16. & Malvatic. cons. 8. num 1. Mascard. de Probat conclus. 1025. num. 10. & 11. Capon. controv. 27. num. 22. Borbos. vot. decis. 1. num. 137. Tambur Oper mor. lib. 8. tract 9. cap. 2. §. 3. num. 15. Card. de Lugo de Just. & Jur. tom. 2. disp. 22. sub num. 23. Card. de Luca de Matrimon. disc. 16. num 16. & de Just. de Dispens. matrim. lib. 1. cap. 4. num. 248.* Ratione, quæ legitur *in c. 5. sess. 24. de Reformat.* matrim. *Concil. Trid.* quià scilicèt. *Digni non sunt, ut Ecclesiæ benignitatem facilè experiantur, qui ejus salubria præcepta temerè contemnunt*, quam sequuntur *Oliver. de Matrim. nullit. par. 1. fol. 42. Januar. res. mor par. 1. res. 16. num. 7. Sanctarel. var resol. q. 54. nu. 3. Coninch de Sacram. tom. 2. disput. 27. dub. 9. num. 80. fol. 774 & Rota in Toletana Matrimonii* impressa apud *del Bene de Juram. decis. 14. n. 2.*

274 275

Hæc sunt, PP. EE., quæ animum meum pro veritate, & conscientia ad ita sentiendum movent Cæterùm (ut illis utar verbis, quibus in simillimo casu Tridentinos alloquutus fuit Patres *Gentianus Hervetus in Oratione*, quæ legitur impressa post *Conf. divers. II. CC de Matrimon fol. 4. à ter. & fol. 13. in fine*) *Ego quidem non is sum, qui ausim, aut velim temerè de tanta re pronunciare, maximè cùm, nec meum sit, nec cujusvis alterius, sed hujus Sacrosancti Conventus de ea re ferre sententiam, sed cum considero gravissima, quæ in Rempublicam Christianam invehuntur incommoda, non possum, non optare, à Vobis ferri decretum, quo statuatur, matrimonium non posse consistere; Licèt enim negari non possit, aliqua fortassis nonnunquam posse evenire incommoda, hujusmodi tamen levissima sunt, si cum eis conferantur, quæ quotidiè videmus accidere, integerrimo vestro judidio omnia submittens.*

276

De mandato ejusdem Sacræ Congreg. Concil. scripserunt pariter in hac causa duo æquè celebres insignes Theologi, nempe P. Calixtus Lodigerius Ordin. Servorum B. M. V. in Collegio Henrici apud S. Marcellum de Urbe Regens, deinde suæ Religionis Generalis, & tandem Sancti Miniati Episcopus, ubi ultimo loco piè obiit; Necnon P. Liberius à Jesu, Lector Controversiarum in Seminario S. Pauli apud S. Pancratium Fratrum Carmelitarum Discalceatorum, quorum fundatissima Vota, impressa reperiuntur in Typographia R.C.A. anno 1699.

277

Exitus causæ principalis hujus controversiæ, in qua emanavit dicta Rotæ decisio, de qua supra cit. num. 2. refertur à *Bertacchin. vot. decis. 100. numero 19.* his verbis: *Dum hæc Causa debebat reproponi, fuit terminata cum concordia inter Partes inita, dum Puella, & Juvenis, post acerrimam litem, denuò comparuerunt coram Parocho, & ad tollendas omnes ambiguitates denuò matrimon. contraxerunt;* Quod refertur etiam in Folio distributo in Sac. Congr. Concil. die 7. Martii 1700. ibi: *Verum, quia post editam hanc decisionem Partes concordarunt, nec opus aliquod habuere coram eadem Sacra Rota de illius viribus dubitare &c.*

278

Dictis verò quatuor dubiis, de quibus supra *à n. 20.* propositis in Sac. Congr. Concil. dicta die *7. Martii 1700. eadem Sac. Congregatio, Reprobata opinione, quod sufficiat præsentia Parochi purè physica seu materialis, censuit, providendum esse in casibus particularibus.*

279

Authores adden *d b. 3. num. 34.* & firmantes ad tollenda inconvenientia ex clandestinis nuptiis derivantia, necessariam esse moralem, & humanam Parochorum præsentiam, nec sufficere eorundem Parochorum præsentiam purè physicam, seu materialem *Abreu in Specul. Parochor lib. 9 de Sacram. à Parocho &c. Sect. 3. num 445. fol. 549. D Aguirr. in Instit. Civil. lib. 1 tit. 10. de Nupt. n. 99. Andr. à Matre Dei tract. 9. de Matrim. cap. 8 punct. 5. n. 61. Baron. in addit. ad tract. de Corpor tit. de Membr. nu. 69. Escob. Oper. moral. tract. 17. exam. 19 cap. 1. §. 3. num. 19. D. Gaspar. in Instit. Canon. par. 2. tit. 11. de Sacram. matrimon num. 19. Franc. Ghetius in Thesaur. anim. tom. 3. verb. Matrimonium num. 13. Gross. in Theol. Moral. tom. 4. tit. de Sacram. Matrim. art. 4. num. 17. fol. 293. & seqq. Hermes Theol tom. 8. de Sacrament. conclus. 7. c. 11. fol. 251. Jacob. Illsuns. in Theol. pract. univers. tract. 6. disp. 9 quæst. 3. §. 9. num. 161. fol. 719. col. 2. Lis. in Auctar. in par. 2. D Thom. verb. Matrimonium cas. 15. & de Sacr. Matrimon. cap. 3. dub. 1. §. Nota 3. Maur. in Oper. Theolog. tom. 3. de Sacram. tit. de Matrim. lib. 13. quæst. 295. num. 9 & seqq. Merat. in Tract. de Matrimon. disp. 7 sect. 17. num. 8. Neesen. in univers. Theol. tom. 2. de Sacram. tract. 8. qu. 6. dub. 4. fol. 330. Pasqualig. de Privil. constit in mort. artic quæst. 447. num. 13. Jacob. Platellus in Synops. totius Curs Theolog par. 5. cap. 7. §. 5. n. 1117. de Rub. de Validit. legal. cap. 15. nu. 66. Segur. in Director Judic. Eccles. par. 2. cap 15. n. 51. & seqq. Sylvius in D. Thom. tom. 4. in Supplem. quæst. 45. artic. 5. quæstiuncul. col. 6. Volp. res. 107 num 10. Zeeger Bernard. van. Espen. in jus Eccles. univ. tom 1 par. 2. tit. 12. num. 15. fol. 664.* Vide *in Tom. 1. part. 1. Discep. 21.*

280

DISCEPTATIO III.

Romana prætensi Matrimonii,

PRO

Nicolao Bonsio,

CUM

Veronica Fracassetta.

ARGUMENTUM.

Matrimonium per verba de præsenti quando concludenter probatum dicatur.

1 RESpondendum videtur: *Non constare de Matrimonio per verba de præsenti*, quia Veronica Actrix in replicatis terminis, ab hac Sac. Congregatione præfixis spatio trium circiter annorum, non probavit concludenter contractum fuisse matrimonium, de quo quæritur, proindeque Nicolaus Reus omni jure videtur absolvendus, ex generali regula, quod, actore non probante, absolvendus est Reus, quam in nostris punctualibus terminis expendunt *Zas. cons. 3. num. 24. Alex. cons. 150. num. 1. lib. 5. Estius in 4. Sent. dist. 27. in fine*, & firmavit *Rot. in Agrigentina prætensæ illegitimitatis 15. Decembris 1589. §. Quibus cor. Orano, & in Faventina Matrimonii 5. Julii 1660. §. Nec obstit cor. Card. Taya.*

Ad abundantiorem tamen cautelam ex hac parte concludentissimè demonstratur insubsistentia contrariæ prætensionis, tam ex attestatione, quàm ex formali depositione Parochi, asserentis, se nunquam adstitisse prætenso matrimonio: Post Concilium enim absque Parochi, & testium præsentia matrimonium subsistere nullatenus potest, ut in *sess. 24. cap. 1. de Reform. matrim.* eidemque Paro- 2 cho, id asserenti, utpotè testanti de re ad suum officium spectante plena adhibenda est fides, ut pluries firmavit *Sac. Rot.* & videre est in *dec. 896. num. 1. cor. Dunoz. jun. & decis. 761. num. 13. cor. Cerro, & in Romana Matrimonii 10. Maii 1641. §. Datur cor Pirovano, & in Cajetana Matrimonii 28. Junii 1683. §. Quartò cor. Card. Matthæjo*, ubi de attestatione extrajudiciali Parochi, & in *alia Romana Matrimonii 19. Januarii 1684. §. 1. cor. Ursino*, & in *Perusina Matrimonii 28. Martii 1689. §. In præsenti cor. Card. Caccia*, ubi, quod totum matrimonialium causarum 3 momentum positum est in Parochorum attestationibus, & in *Plocen. seu Luceorien. Matrimonii 13. Martii 1690. §. Nec obstare, vers. Cui standum est, cùm respiciat ea quæ concernunt Parochi officium, & contractum matrimonii, cor. Card. Caprara.*

Substantialissimo huic defectui indispensabiliter necessariæ præsentiæ Parochi, jungiter alter æque substantialis deficientiæ duorum testium; Clericus enim Joannes Franciscus, ad hunc effectum exadversò indicatus, nihil tale asserit, sed potiùs contrarium juxtà 4. interrogatorium, 4 ibi: *Io non sò, se trà detta Sig. Veronica, e detto Sig. Nicolò sia stato fatto matrimonio alcuno, ne tampoco l'hò inteso dire.* Imperceptibilis igitur remanet asserta probatio matrimonii, quod prætenditur contractum coram Parocho, & teste, qui contrarium deponunt, per ea, quæ observant *Ciarlin. contr. 116. n. 36. Rot. cor. Celso dec. 214. num 8. & in Avenionen. Successionis 4 Jun. 1583. § Deponunt cor. Ursino.*

Nulla habita ratione cujusdam nimis animosæ depositionis Petronillæ matris Veronicæ; Ultra quod enim si ipsius 5 dictum, utpotè unius, in omni materia reputatur dictum nullius, juxtà commune dicterium, de quo, antiquioribus cumulatis, novissimè *Rot. in dec. 48. n. 13. coram R. P. D. Ansaldo.* Multò magis hoc habebit locum in probatione matrimonii, cujus respectu, ultrà Parochi præsentiam, necessariò requiritur interventus duorum testium, juxtà claram sanctionem Sacrosancti Concil Trid. *sess. 24. de Reformat. matrim cap 1.* & individualibus terminis alterius depositionis matris contrahentis matrimonium, in concursu contrariæ assertionis Parochi, firmavit egregiè *Rot. in dec. 761. num. 12. & 13. cor. Cerro*, Et in teminis depositionis sororis 6 *Rot in Gadicen Sponsalium 5. Julii 1694 § In præsenti cor. Ursino*, ibi: *Sufficere non poterat depositio Catharinæ sororis, quæ uti singularis in dicto attendi non valet in hac facti specie, requirente exactissimam probationem, elicitam saltem à duobus testibus, insimul contestibus.*

Dicimus, quod in suis casibus, licèt regulariter consanguinei, & parentes testificari possint pro matrimonio, limitatur tamen regula, quando, ut in nostris terminis verificatur, intercedit inæqualitas inter sponsos, & consanguineos, atque parentes mulieris commodum, vel reparationem honoris desumere ex eorum depositione prætendunt, juxtà commu- 7 nem Doctorum opinionem, de qua *Guttier. de Matr. cap. 44. n 14. Boss. eod. tr. cap. 5. n. 39. & seqq Gig. singul. 38. per tot. Card. de Luc. de Matrim. disc. 2. n. 16. & Rot in Tolet. Matrim. 26 April. 1596. §. 1. vers. Inter alias adest mater cor. Justo, & in Colonien. Illegitimitatis 6. Maii 1653. §. 1. vers. Reliqui verò repelluntur ex consanguinitate &c dùm enim agitur de resarciendo honore familiæ, reputantur inhabiles cor. Veros- 8 pio, & in Neapolitana Matrimonii 2. April. 1683. §. in personis, vers. Pater, & Fratres Ursulæ sunt interessati, & commodum ex propria depositione consequuntur, cor Guaxardo.*

Semperque urget cathegorica responsio, quod non attenduntur testes ad probandum matrimonium, quando istud contractum non fuit in Parochi præsentia, etiam si ageretur de magno numero nimium qualificatorum testium, ut de præsentia mille testium exemplificant Doctores adducti per 9 *De Just. de Dispens. Matr. lib. 2. cap. 6. n. 376. & cap. 19. n. 95. & seq. Boss. de Matrim cap. 1. num. 29. Gonzal. de Regul. 8. Cancell. gloss. 48. n. 30. & 31.* ubi de præsentia mille testium, & multarum personarum egregiarum, *Cardin. de Luca de Matr. dis. 3. n. 14. & 15.* ubi de matrim. cor. magno numero 10 personarum in Ecclesiastica, etiam majori dignitate, constitutarum cum aliis *in meo Tract. de Matrim §. 17. per tot.*

Ejusdem prorsùs irrelevantiæ sunt assertæ confessiones & epistolæ Principalis, exadverso productæ, & in præterito contrario Summario registratæ, quia post Concilium matrimonium non Conjugum confessione, non ex epistolis, vel ex aliis conjecturis, & adminiculis, sed ex consensu, cor. Parocho, & testibus præstito, probandum est, ex adductis per 11 *Grat. conf 7. nu. 42. inter Consil. matrim. diversor. Gargiar. consil. 19. nu. 4. Barbos vot. dec. 1. n. 15. & seqq & Valdaur. observat. 23. num. 94. & seqq.* ubi, quod quidquid esset ante Concil. Trid. quando matrimonii probatio à solo Conjugum consensu pendebat, post Concilium hujusmodi confessiones, & adminicula ad nihilum deserviunt.

Et tamen assertæ epistolæ, à Veronica approbatæ, retorquentur ad hominem, & mirabilitèr comprobant, prætensum matrimonium nullatenus fuisse contractum, dum in illis supponitur, Principalem hortatum fuisse Adversariam, 12 ut in exploratione suæ voluntatis diceret; *Sempre di sì, che lo voglio, nè altro, che lui piglierò*, & infrà *Li diranno, che vi sono migliori partiti di me, e lei risponda, non me ne curo &c.* Igitur matrimonium de præsenti contractum non fuerat, quia si reverà fuisset contractum, non erat amplius locus pænitentiæ, minusque electioni, vel rejectioni meliorum partitorum, ut benè advertunt *Corn. cons 91. col. 2. lib. 3. Gozzad. cons. 77. num. 13. & Jacob. Leonis. cons. 4. n. 3. & seq. inter Consil matrim. divers.* ibi: *Præsupponebat matrimonium* 13 *jam fuisse contractum inter eos, ideò non erat opus alio secundo contractu matrimonii &c. quia ille fuisset superfluus, imo illud, qui reiterat, facit injuriam Sacramento.* Et *Ciarlin controv. 131. num. 33.* ibi: *Sexta conjectura urgentissima desumitur ex eo, quod Sponsus requisivit Vicarium Generalem, ut sibi concederet licentiam desponsandi dictam Claram per verba de presenti, unde sequitur, certum esse, quod priùs non fuerat inter eos contractum matrimonium ratum, quia non erat opus, si ita fuisset, quod iterum contraheretur, eo quod sola morte matrimonium dissolvitur &c. & Rota in Perusina Matrimonii 15. Martii 1688. §. Quæ demum coram Hervault, & 10 Maii ejusdem anni §. quia coram eodem.*

Hanc veritatem superlativè comprobavit etiam Mater Adversariæ, se conquerendo circa finem mensis Febr. 1695. cum D Anton. M quod noster Parochus renuebat Filiam matrimonio jungere cum Principali; In necessarium igitur 14 antecedens dicendum est, quod in fine præcedentis mensis Januarii, vel principio dicti mensis Februarii matrimonium non fuerat contractum, ut nimis animosè deposuerat, *ex authoritatibus supra citatis*

Proindeque nulla fides ei adhibenda est, ut in nostris præcisis terminis advertunt inter *cons. Matrimon divers. Jacob. Leoniss. consil. 49. num. 57. Alex. è Scala cons. 56. numer. 10.* 15 *& Merend. cons. 86. nu. 25.* & egregiè firmavit *Rota in Rom Matrim. 24. Februarii 1668 §. Sub hoc intellectu coram Card. Carpineo, Et in Romana Filiationis 1. Apr. 1680. §. Prætetea coram Albergat.* & *in Meliten. prætensorum Sponsalium*

4. Maii

4. *Maii* 1682. *§. Tertius*, *cor. Paulutio*. Et quidem fides ei præstanda nullatenus est, ne dum circa tempus contracti matrimonii, cujus respectu illius depositio detegitur prorsus insubsistens, & falsa, sed nec etiam circa reliqua, in eadem depositione contenta, quia testis in uno mendax, ratione 16 individuitatis juramenti, in omnibus non meretur fidem, ut in nostris præcisis terminis firmavit *Rota in Colonien. Nullitatis Matrimonii* 7. *Maii* 1692. *in fine cor. Card. Caccia*, & generaliter *Guazzin. ad Defens. Reorum defens.* 28. *cap.* 13. *num.* 17. ubi, quod in his terminis, *qui in uno delinquit factus est omnium reus, juxtà dictum Beati Jacobi Apostoli* quod 17 refert etiam *Bordon. in Manual. Sanct. Offic. sect.* 66. *num.* 5. *& Rot. Avenionen. dec.* 33. *nu.* 1. *&* 2. ubi refert, & sequitur vulgatum illud Virgilii: *Crimine ab uno Disce omnes*.

Non obstant emptio Anuli, exploratio voluntatis utriusque Contrahentis, facta per Parochum Sanctæ Catharinæ, descriptio nominium eorundem prò denunciationibus faciendis, & effectivæ denunciationes, in utraque Parochia factæ. Quia hæc omnia, utì respicientia præparatoria, & 18 dispositiones ad matrimonium contrahendum, nullatenus probant, Matrimonium fuisse de facto contractum; Parochus enim, & testes debent testari non de voluntate contrahendi, nec de præparatoriis ad contractum, sed sponsos de facto actualiter matrimonium contraxisse, quia velle contrahere, non est contrahere, & multa tractantur, quæ non perficiuntur, ut in præcisis terminis observat *Sotus in* 4. *Sent. distinct.* 27. *qu.* 2. *artic.* 1. *Coninch. de Sacram. tom.* 2 *disp.* 29. *dub.* 1 *num.* 15. *Vidal. in Arca salutar. tit. de Matrim. Sacram. inquisit* 2 *numero* 11. *Marchant. in Tribunal. Sacram. post tom.* 3. *in resolut. de Sacr. Matr. cap.* 3. *fol.* 33 *eruditissimus du Hamel. in Theolog. speculat. & pract. tom.* 7. *de Matrim. lib.* 1. *dissert.* 3. *cap.* 3. *num.* 6. egregiè *Biss de Sac. Rit. verb Parochus §.* 74. ubi, quod aliud est de facto contrahere, aliud verò, longequè diversum velle contrahere, & in eorum Tractatib. *de Matrim Sanchez lib.* 2. *disput.* 18. *sub num.* 26. *Pont. lib.* 5. *cap.* 22. *num.* 2. *& Tancred. lib.* 3. *disput.* 39 *num.* 2. *in fine*, & firmavit *Rota in Perusina Matrimonii* 15. *Martii* 1688 19 *§. Nec validiora visa sunt argumenta, desumpta ex præcedenti tractatu cor. Hervault & die* 8. *Martii* 1689. *§. fin. cor. Card. Caccia* ibi: *Non obstant gratulationes, dona, epistolæ &c. quia hæc omnia sunt æquivoca, & resolvuntur in voluntatem contrahendi &c. adeoque respiciunt articulum sponsalium, qui non cadit sub præsenti disputatione*.

Minoris relevantiæ ad hunc effectum est cohabitatio Adversariæ cum Principali per plures dies in Hospitio S. Birgittæ, & præsunptiva copula inter eosdem habita. Quia, attento defectu præsentiæ Parochi, & Testium, copula, qua- 20 tenus concludenter probaretur, in his circumstantiis argueret stuprum, non matrimonium *l. Nuptias ff. de Regul. Jur. ubi Gloss.* quod sæpè est concubitus, licèt non sit matrimo- *Gigas in Singul. de Matr.* impresso *post. Tomum ejus consil. singular.* 52. *&* 57. *Gargiar. cons.* 19. *num.* 2. *&* 3. *Haveman. de Jur Conubial. tom.* 2. *in Append. ad cons.* 14 *fol. mihi* 970. *& Bottiglier de Success. cap.* 1. *theorem.* 5. *num.* 46. *& seqq* ubi, quod in his casibus absque ulla Judicis authoritate, nullaque expectata Ordinarii licentia, uterque contrahentium cum aliis contrahere potest, copula non obstante, *Rota in Carpentoraten. Matr.* 16. *Martii* 1682. *§. primo*, *& pluribus se-* 21 *quentibus*, *& per tot. cor. Ursino*, ubi de matrimonio plusquam consumato, & cohabitatione conjugum per annum & ultrà.

Alii verò actus nimium generales, & æquivoci, impropriè trahi prætenduntur ad probationem matrimonii de præsenti, dum referri congruentiùs possunt, & cum omni verisimilitudine debent, alteri causæ amatoriæ servitutis, indicatæ *per Rot. in Lunen. Sarzanen. Sponsal.* 28. *Junii* 1694. 22 *§. Neque sufficientia cor. Pio* ibi: *Cum iidem attribui queant causæ amatoriæ servitutis, juxtà consuetudinem Regionis, inter amasias permissæ, non inferunt certitudinaliter &c.*

Magnificata Scriptura nostri Parochi nihil aliud revera fuit, quam simplex descriptio nominum, cognominum, patriæque utriusque contrahentis, ad effectum faciendi denunciationes, ut ipsemet in formali depositione fatentur, 23 ibi: *Io scrissi il nome di d. Sig. Veronica, conforme haveco fatto precedentemente in Sagrestia, in quanto al nome del Sig. Nicolò &c.* quę proindè nimis incongruè expenditur pro concludenti probatione asserti matrimonii, ut in punctualibus terminis similis interrogationis, & verborum alterius Parochi: *Se era contenta pigliare il Signor Nicolò, lì presente, per suo Sposo, e rispostomi di sì feci la medema interrogatione al Sig. Nicolò, se voleva la Sig. Elisabetta per Consorte, e rispose di sì, soggiunsi, che haverei fatte le denuntie*, sunt *magistrales Decisiones in Perus. Matr.* 17. *Mart. &* 10 *Maii* 1688. *cor. Hervault. &* 28. *Mart.* 1689. *cor. Card. Caccia*, in quibus nervosè firmatur, eadem verba nullatenus importare matr. de præsenti, non obstante illorum prolatione in præsentia contrahentium, Parochi, & testium, quod in casu nostro nec etiam verificatur, dum Parochus, & unus ex testibus asserunt potiùs oppositum.

Quod clariùs comprobavit subsequutum factum ejusdem Parochi, qui tale assertum matrimonium tempore non sus- 24 pecto, & antequam lis super illius existentia introduceretur, in Libro, ad hunc effectum retento, non adnotavit. Signum evidens, quod illud non fuit revera contractum, benè *Menoch. cons.* 72. *nu.* 6. *lib.* 1. *Gratian. discept.* 68. *n.* 40. & pariter firmavit *Rot* ut videre est in *decisionibus*, quas refert, & sequitur *in decis.* 179. *n.* 7. *cor Peuting. & in Faventina Matr.* 7. *Jun.* 1658. *§.* 3. *cor. Card. Taya in decis.* 667. *&* 683. *cor. Emerix jun.* Concurrente in idem inhibitione, seu 25 *Nihil transeat* Urbis Vicarii, in cujus spretum præsumendum non est, eundem Parochum, notæ probitatis, & vitę exemplaris, voluisse asserto matrimonio intervenire, ut his terminis ponderat, *Rot. in dicta Perusina Matrim.* 15. *Mart.* 1688. *§. Quæ instantanea coram Hervault*.

Decis. 75. *cor. Mill. &* 713. *&* 993. *cor. Burat.* sunt in terminis, in quibus non dubitabatur de præsentia, imò neque de interrogatione Parochi, quæ nullatenus est necessaria, *Rot. cor. Priol. decis.* 184 *num.* 97. *& in Cajetana Matrimon.* 26 20. *Junii* 1687. *§. Non quidem cor. bon mem. Rondinin.* qui ulteriùs matrimonium in eorum Libris punctualiter descripserant, ut ex lectura; Proindeque nil commune habent cum nostro casu, in quo omnia ista deficiunt, ex hucusque animadversis, & declarando easdem decisiones *Buratti*, advertit *Rota in sæpè citata Perusina Matrimonii* 10. *Maii* 1688. *§. Non obstat*, *& seqq. cor. Hervault*.

Patet igitur ex his manifestè nullitas asserti matrim. & tamen etiamsi aliqua superesset dubietas, adhuc in hoc dubio contra matrimonium respondendum esset, non obstante illius favorabilitate, quia dubium versatur circa factum, seu probationes, quas illius favorabilitas supplere non potest, ut punctualiter advertunt *Zas. cons.* 3. *nu.* 73. *Dec. cons.* 133. *in fine Camerar. in consil.* impress. *post cons. Zabarel. num* 43. *Ficard. inter consil. Matr divers. German. consil.* 38 *num* 10. 27 *Oliver. de Matr. nullit. par.* 3 *fol. mihi* 77. *in fine Mascard. de Probation. conclus.* 1025. *numero* 4. Sibique imputare debet contrahens, qui meliores probationes non procuravit, ut in terminis observant *Gavat. inter cons. Matr. divers. cons.* 81. *num.* 27. *& Cresp de Valdau. observat.* 23. *num.* 108. Quo casu non benè applicantur termini dubietatis, egregiè *Decis. cons.* 133. *in fine*, ibi: *Non obstat. quod in dubio judicandum sit pro matrimonio, quia hic non sumus in dubio, sed in casu claro, in quo patet, quod actor legitimè non probavit intentionem suam*.

Præcipuè, quia agitur de contractu, qui perpetuam continet servitutem juxtà doctrinam *D. Thom. in Supplemen.* 3. *par. quæst.* 47. *artic.* 6. *in corpore*, in quo proindè obligatio 28 in dubio inducenda non est, cùm sit contra possessionem voluntatis, suam libertatem possiden is, ut per hæc verba advertit *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *disput.* 5. *num.* 5 & observant inter *consil. Matrim. divers Leonis. cons.* 49. *n.* 25. *Rub. Alexandr. cons.* 73. *num.* 12. *Adden. ad Dec. cons.* 163. *lit. A. Pantschmnan. quæst. practic. par.* 1. *quæst.* 9. *num.* 34 *Sperel. dec.* 138. *num.* 11. *& Rot. dec* 412. *num.* 1. *coram Rojas*, *& dec.* 207. *num.* 1. *par.* 1. *rec.* Atque coactę nuptiæ, præcipuè inter conditione dispares, ut in casu nostro, infelices solent habere exitus *Rota in Ulixbonen. prætensi Matrim* 7. *Ja-* 29 *nuarii* 1599. *in fine coram Litta & in Toletana Matrimonii* 20. *Junii* 1601. *§. Quæ limitatio coram Justo & in Meliten. Sponsalium* 4. *Maii* 1682. *§. Potissimum coram Paulutio*.

In eadem Causa.

Dubium, quod in hac causa disputatur, est, *an constet de* 30 *Matr. contracto per verba de præsenti*; Omissis proinde iis, quæ extra concordatum dubium, de prætensa coactione, & assertis sponsalibus ex adversò differuntur, suis loco, & tempore discutiendis.

Strictè dicimus, & enixis precibus supplicamus, negativè eidem dubio respondere, quia non constat de asserto matrimonio; Parochus enim, & Clericus Jo. Franciscus, in te- 31 stes ex adversò interpellati nullatenus deponunt de consensu de præsenti, coram ipsis præstito, quo stante improprii sunt termini probationis matrimonii, juxta literalem sanctionem

per *Sac. Concilii Tridentini sess.*24. *de Refor. Matrim. cap.*1. Sed quod magis est, idem Parochus, & Clericus rotundè asserunt contrarium, coram ipsis scilicèt nunquam contra-
32 ctum fuisse assertum matrimonium; igitur prorsus imperceptibilis remanet contraria prætensio, & adversaria actrice non probante suam intentionem, absolvendus est Principalis Reus, in terminis, *Rota in Faventina Matrim.* 5. *Julii* 1660. §. *Nec obstitit coram Card. Taya.*

Ultrò admittimus regulam generalem, quod mater testificari potest favore matrimonii, à filia contracti; Cœterum innegabiles sunt duæ limitationes hujus regulæ, casui nostro congruentes; Prima scilicèt, quando adest magna inæqualitas inter Sponsos; & secunda, quando mulieris mater commodum, vel honoris reparationem ex propria depositione
33 reportare prætendit, ut advertit *Card. de Luca exadverso citatus de Matrim. disc.* 2. *n.* 16. & in terminis firmavit *Rota in Colonien Illegitimitatis* 6. *Maii* 1653. §. 1. *cor. Verospio, & in Neapolitan. Matrimonii* 2. *Apr.* 1683. §. *In personis coram Guaxardo.*

Et tamen in nostro casu matris testimonium, utpotè unius,
34 nullius dictum reputatur, ut, omissis generalibus, in individualibus terminis depositionis matris, discordantis à Parocho, firmavit egregiè *Rota in dec.* 761. *num* 12. & 13. *coram Cerro, & in Gadicen Sponsalium* 5. *Julii* 1694. § *In præsenti coram Ursino.*

Generalitates illæ, quod ad probationem matrimonii jungendæ sint imperfectæ probationes, adminicula, & conje-
35 cturæ, procedunt ad effectum successionis, vel alimentorum, secùs verò, quando, ut in præsenti verificatur, agitur de probatione ipsiusmet fœderis matr. quo casu non attenduntur, nec conjunguntur imperfectæ probationes, & conjecturæ, juxtà celebre *cons.* 27. *Gemin.* à Doctoribus, & Sacra Rota passim approbatum, ut videre & apud *Wames. cons.* 532. *num* 3. *Cresp. de Valdaur. observat.* 23. *num.* 108. *Card. de Luca de Matrim. disc.* 16. *n.* 7. & 8. *Adden. ad Pamphil. dec.* 239. *num.* 13. *Rota cor. Cerr. dec.* 761. *n.* 2. *cor Royas dec.* 411 *n.* 13 & *in rec. dec* 317. *n.* 13. *par.* 12. & *in Theatina Matr.* 25. *Junii* 1696. §. 1. *coram Pio.*

36 Quæ communis conclusio eo certiùs procedit quando non agitur de probatione matrimonii inter filios, & hæredes, sed inter ipsosmet, qui prætenduntur illud contraxisse, & unus ex eisdem illud negat, ut benè observat *Adden. ad Pamphil. dec.* 139. *numer.* 13. & meliùs firmavit *Rot. in dec.*
37 634. *sub n.* 1. *cor. Buratt.* & *in Toletana Matrimonii* 26. *Apr.* 1596. §. 1. *post principium cor. Justo.*

Non sine mysterio forsan plura exadversò involvuntur circa assertam Scripturam nostri Parochi, quæ, ut diximus, nihil aliud fuit, quàm exploratio voluntatis, seù adnotatio nominum, & cognominum utriusque sponsi, ad ef-
38 fectum faciendi publicationes, ex necessitate peragendas à Parochis, in proprii numeris adimplementum, juxtà claram dispositionem Sacri Concilii Tridentini *sess.* 24. *de Reform. Matrim. cap.* 1. & *Catechism. Rom p.* 2. *de Matr. Sacr. cap.* 8. *in principio*, & advertit *Abelly Instruct. Spiritual. instruct.* 49. *de Matrim post principium;* Quæ proindè nullatenus deservire potest pro matrimonii probatione, juxta punctuales decisiones *in Perusina Matrim.* 17. *Mart.* & 10. *Maii* 1688. *cor. Hervault* & 28. *Mart.* 1689. *cor. Card. Caccia.*

Nec aliquod remanet dubium in hac parte postquam idem Parochus, cum Partis adversæ interrogatoriis examinatus,
39 clarè fassus fuit, nullam aliam Scripturam fecisse, quàm voluntatis explorationem, seù nominum descriptionem ad effectum faciendi denunciationes: Eidem enim Parocho, tanquàm testanti de re, ad suum officium spectante, plena fides adhibenda est, ex cumulatis per *Rot. in Plocen seù Luceorien. Matrimonii* 13. *Martii* 1690. §. *Nec obstare cor. Card. Caprara*, & vidimus supra *discept.* 1. *n* 6.

Amatoriæ epistolæ, dona, denunciationes matrimoniales, exploratio voluntatis, emptio anulorum, & vestium,
40 accessus ad Ecclesiam, ad effectum dandi Parocho nomina, & cognomina, & similia, sunt præparatoria ad matr. nec attenduntur ad illud de præsenti probandum, multa enim tractantur, quæ non perficiuntur, & velle contrahere non est contrahere, juxtà notoria axiomata; Post Concilium enim matrimonii probatio, non à præparatoriis, con-
41 fessionibus, & adminiculis probatur, sed à viva voce Parochi, & testium, juxtà claram Concilii dispositionem, & latè observant *Fagnan. in cap. Cùm esses n.* 3. *de Testam* & *in cap. Quod nobis n.* 54. *de Clandest. desponsat.* & *Rot. dec.* 275. *n.* 7. *per tot p.* 11. *rec.* & *cor. Peuting. dec.* 179 *per tot.*

Quando etiam concludentissimè probaretur ass. copula,
42 de qua nullam aliam habemus demonstrationem, si verba DD. exadversò Scribentium excipiamus, illa argueret stuprum, non matrimonium *Gigas singul.* 52. & 57. *de Matrim. Gargiar. conf.* 19. *num.* 2. & 3. *Feuret. de Abus. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 4. & *Conich. de Sacr. tom.* 2. *disp.* 46. *dub.* 2. *n.* 17. *fol.* 752.

43 Ea, quæ dicuntur de copula post contracta sponsalia, faciente ista transire in matrimonium de præsenti, procedebant de Jure antiquo, & in certis circumstantiis à Doctoribus expensis; Jure autem novo Concilii Tridentini attento, absque Parochi, & testium præsentia matrimonium nunquam contractum dicitur, nec unquam per sequentem copulam sponsalia transeunt in matrimonium, ut observat *Oliver. de Matr. nullit. p.* 1. *fol.* 32. ubi de copula continuata per
44 15. dies & *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *disp.* 26. *n.* 12. ubi, quod hujusmodi matrimonia præsumpta non habent ampliùs locum post Concilium *Rot. cor. Cels. dec.* 374. *n.* 3. & *dec.* 1285. *n.* 4. *cor. Emerix. jun.*

Repetuntur demum, & iterum inculcantur in fine contrarii Restrictus multa, in facto nullatenus justificata, & in Jure prorsus irrelevantia, concernentia assertam deflorationem, ad effectum cogendi Principalem ad effectuandum matrimon.; Licitum autem nobis sit Responsionem terminare cum verbis punctualis *dec Perusina Matrimonii* §. *final. cor Card Caccia* ibi: *No obsta t* &c. *quia respiciunt articulum sponsalium, qui non cadit sub præsenti disputatione.*

45 Die 14. Februarii 1699. Sac. Congregat. Concilii, dubio; *An constet de Matrimonio per verba de præsenti*, Respondit: *Dilata, ad primam omninò.* Die verò 14. Martii ejusdem anni, Respondit *Dilata, & Eminentiss Vicarius compellat Parochum ad exhibendam Scripturam Juris remediis.* Tandem die 27. Junii pariter d. anni 1699. Respondit: *Non constare de Matrimtnio per verba de præsenti.*

DISCEPTATIO IV.

Aquilana Matrimonii,

INTER

Leonem,

ET

Rosam.

ARGUMENTUM.

Matrimonium circa mediam noctem contractum à muliere, ex condicto cum propriis consanguineis, accedente ad cubiculum, & cubile viri, an dicatur validum.

Anhelantibus Sebastiano Patre, & Josepho, Petro, & Nicolao Fratribus Rosæ, istam matrimonio jungere cum Leone, Patritio Aquilano, æquè curioso, ac detestabili adinvento die 31. Decembris 1713. ipsum invitarunt in
1 propria Domo, in qua *si stiede allegramente* &c. *con cenare, ballare, sonare tutti assieme con femine, & huomini.*

Quia verò iidem Sebastianus Pater, & dicti tres ejus filii descripti erant inter milites Arcis Aquilanæ, finxerunt, se debere dicta nocte 31. Decembris in illa pernoctare ad faciendas excubias, ad hoc ut Leo rogatus, exoratusque posset faciliùs, majorique securitate accedere ad cubiculum, in
2 quo dormiebat eadem Rosa, quæ ipsum ad illud invitaverat, atque expectabat.

Videns autem Rosa, quòd nullatenus ad ipsam accedebat, eo quia lassus ex saltationibus, nedùm spontè transiverat ad aliud apparamentum superius ejusdem domus, quod inhabitabat Aloysius, sed summa pace in eodem cubile, unà cum illo dormiebat, dum medium silentium tenebant
3 omnia, atquè nox in suo cursu medium iter agebat, eadem Rosa se contulit (*nel suo letto*) sunt ejus verba, adducens illam rationem, *perche non vedendolo venire in Camera mia, secondo l'appuntamento, io andai à trovarlo al suo letto.*

Vix pervenerat eadem Rosa propè cubile, ubi sopore gravi detinebatur Leo, una cum d. Aloysio ibique majori felici-
4 tate, ac evenit illi viro, de quo sermo est in meis *Institut. Crimin. lib.* 2. *tit.* 5. *num.* 192. undique vestibus circumdata, atquè nullatenùs depositis ejus pretiosis ornamentis, posuit se ad illam partem cubilis, in qua dormiebat Leo, quandò statim *vennero in detta stanza con la lume li trè Fratelli miei, Nicola, Pietro, e Giuseppe, ed il M. Onofrio mio Cognato, ed avendoci ritrovati à letto, cominciò Giuseppe mio*
5 *Fra-*

Fratello à lamentarse &c. Disse detto Giuseppe mio Fratello, mò l' hai da sposare, mò mandamo à chiamare il Parocho.

Quæ deinde in hoc cubiculo, & cubile evenerunt non possumus meliùs scire, quam ex depositione dicti Aloysii, à principio usque ad finem semper æque presentis, ac attentis omnibus iis, quæ peracta in illo fuerunt; Formiter enim examinatus circa id, quod in ejus cubiculo evenit eadem nocte 31. Decembris 1713. cum juramento asserit, quod post duas circiter horas, quibus placidum capiebat somnum in eodem cubile cum Leone *Sentii un gran rumore per la stanza, ed Io tutto sbigottito per il sonno nel vedermi aprire le bandinelle della cortina, svegliatomi al rumore, viddi tutti li Fratelli con il M. Onofrio tutti quattro armati di scoppette, che stavano attorniati nel letto, e colle scoppette ingrillate in mano, impugnate verso Leone, che stava colcato nel letto, gridando tutti li Fratelli, & il M. non si muova nessuno, che sete morti, e le palle andaranno per l' aria, minacciando di volere ammazzare &c. Fra questo tempo Io voltatomi mi accorsi, che dentro al letto dalla parte di dietro vi stava colcata Rosa, onde Io in un subito mi buttai dal letto, e cominciai à dire che cosa è questa?* (6)

In istis circumstantiis omni commiseratione dignus Leo, nullam videns occasionem, nullumq; subterfugium evitandi proximum vitæ periculum, ac si reperiretur in manibus Banditorum in vanum cæpit primo loco precibus se commendare, deindè vero, à verbis transitum faciens ad facta, *offerse un' obligo di 200. ducati per dare alla figliuola, accioche l' avessero lasciato andare via &c. perche tutti li loro fratelli stavano guardinghi con le scoppette alla mano, & anche vi era un certo Spagnuolo, chiamato Kaim* (nomen à se ipso ostendens proditionem contra inermem Principalem) *il quale stava alla porta della camera, con una spada sfonderata alla mano.* (7)

Audita d. considerabili oblatione, & exhibitione, nullatenus amoto d. custode *dalla porta con la spada, sfodrata alla mano*, minusque depositis manuariis tormentis, fratres Rosæ recursum habuerunt ad Sapientem, qui unà cum ipsis ibidem reperiebatur, nempè ad M. Honophrium eorum Levirum, cum quo habbito brevi colloquio, conclusio fuit negativa, ut scilicet nullatenus acceptaretur eadem oblatio, *ma che voleva &c. l' avesse sposata in ogni modo.* (8)

Ad facilitandum verò dictum intentum, atque extorquendum Leonis consensum, accessit deinde Pater Rosæ, & vere curiosa increpatione cæpit ipsum vocare proditorem; Cumque principalis *tutto turbato passeggiasse per la stanza senza rispondere niente* importunis suasionibus, & minacibus petitionibus eorundem Patris, & Fratrum, agnoscens idem testis proximum, atquè evidens vitæ periculum sibi, atque Leoni à dictis armatis hominibus imminens, charitativo consilio illum exhortavit, sequentibus verbis: *Io conoscendo il pericolo di vita, nel quale si trovava detto Signor Leone me li accostai, e li dissi via Signor Leone ditè, che la volete per moglie, perche così vi levarete d' impegno.* (9)

Se accomodavit tandem idem Leo temporis angustiis, & quia jam accesserat Parochus, vocatus solito prætextu commendandi animam moribundæ submissa voce dixit, velle Rosam prò uxore; Agnoscentes autem iidem Fratres non benè fuisse audita à Parocho ejus tremebunda verba, iterum majori ferocia *tornarono à replicarli l' instanza, che avesse parlato più forte;* Et propterea *al ritorno, che fece di passeggiare verso il Paroco si voltò alli Fratelli, ed altri Parenti, dicendoli Così volete voi? E voltatosi verso il Paroco disse la Sig. Rosa è mia moglie &c. è così fù finita la Comedia*, & concordat Joannes alter testis, ibidem præsens, & formiter etiam examinatus. (10) (11)

Interrogatus autem magis præcisè d. testis undè motus fuerit ad inducendum Leonem ad consentiendum matrim. in d. extraordinariis circumstantiis, ingenuè fassus fuit, id fecisse ad vitandum proximum vitæ periculum, tam sui ipsius, quam ejusdem Leonis, his verbis: *Io mi mossi à dire al Signor Leone, che avesse risposto di volere per moglie la Sig. Rosa, perche conobbi l' evidente pericolo di vita nel quale si trovava il detto Leone &c. perche impegnati li fratelli di aver trovata una loro sorella nel letto con un huomo, non l' averebbero fatta passare così, mà l' averebbero certamente ammazzato, ed io temendo tutto questo, anche perche Io aveva timore della mia vita, assicurando V. S. Illustrissima, che tremavo da capo à piedi, ebbi pietà della vita di quel Giovane, e per esentarlo da ogni pericolo lo persuadevo, che avesse detto di si &c. E certo però che Io ci connobi una evidente repugnanza, ed un totale dissenso e contrarietà à tal matrimonio.* (12)

Terminata hoc modo Comædia, ut utar phrasi hujus oculati, & informatissimi testis, mente revolvens Leo vulgatos illos, versus, relatos à *Glossa in c. Ad id Verb. Per annum de Sponsalib.* & sequutos à *Rot. in Cracovien. Matrimonii super Remissoria 21. Aprilis 1698 §. Sed ult. cor. Eminen. Priolo.* (13)

Effuge cum poteris ne consensisse videris.
Nam si perstiteris, illius uxor eris.

Nedum statim discessit à cubiculo, suamque domum repetiit, ut est in confesso inter Patres, & ingenuè fassus fuit in ejus examine, ubi asseruit, *Mi presi il mio ferrajuolo, e me ne tornai in mia Casa e non vi sono tornato più in detta Casa, nè hò intenzione di tornarci.* (14)

Sed incontinenti etiam recursum habuit ad Curiam Episcopalem Aquilanam prò declaratione nullitatis dicti matrimonii, quæ, solita maturitate in hac parte procedendo, prius injunxit assertis Conjugibus, nè ad invicem conversarentur, deinde verò demandavit constructionem Processus, mediante examine Parochi, assertorum conjugum, & testium, qui in illo fuerunt præsentes, quem postea ad hanc Sac. Congregat. originaliter transmisit, ad hoc, ut Partes ejusdem judicio facilius acquiescerent, imitando in hac parte exemplum Reverendissimi Episcopi Cajetani, qui in simili gravi causa matrimoniali se abstinuit à judicio ferendo, ut refertur *in Cajetana Matrim. 18. Junii 1690. §. 1. cor. Card. Matthæio.* (15) (16)

Coram qua institum deinde fuit pro causæ propositione, & quia nemo ex parte Rosæ comparuerat, die 28. Aprilis 1714. injunctum fuit Vicario Apostolico Aquilano, ut competentem terminum Partibus præfigeret ad deducendum sua jura in Sac. Congr. quod punctualiter adimplevisse constat usq; sub die 15. Junii 1714. quando præfixus utrique Parti fuit terminus unius mensis. (17)

Hodiè igitur proponitur dubium, *An constet de Matrimonio contracto in casu &c.* quod speramus, & enixis præcibus supplicamus, negativè esse resolvendum. (18)

Est enim uno ore receptum inter Doctores, quod matrimonia, contracta per metum, cadentem in constantem virum, nulla prorsus sint, nulliusque efficaciæ, ea ratione, quia in illis contrahendis spontanea, & omnino libera voluntas debet concurrere, ut notant communiter Repetentes in *c. De Muliere*, & *cap. Consultationi de Sponsalib.* cum aliis apud *Barbos. Vot. dec. 1. per tot. Perez de Matr. disp. 17. per tot. Pont. eodem tract. l. 4. c. 14. n. 2. Panimol dec. 202. n. 1. Sanchez de Matrim. l. 4. disp. 5. nu. 5. & 9. & Christin. dec. 335. per tot. tom. 1.* & firmavit *Rota in Nicen Matrim. 27. Januarii & 3. Martii 1586. per tot. coram Gyptio, & in Tullen. nullitatis Matrim. 18. Martii 1647. §. Neque in hoc cor. Ghislerio, & in Neapolitana Matrim. 2. Apr. 1683. §. 1. cor. Albergato.* (19) (20)

Et in punctualibus terminis matrimonii, per vim, & metum contracti à viro, reperto in lecto cum muliere, habemus *Textum literalem in cap. Veniens* in secundo *de Sponsal.* ibi: *Interim autem cum apud domum vicini sui pernoctaverit, ejus filia nocte illa secum concubuit, quos Pater puellæ simul in uno lecto inveniens, ipsum eam per verba de præsenti desponsare coegit, ideoque mandamus &c.* Et de eodem præciso casu loquentes concordant *Alex. de Nev. conf. 12. inter conf. Alexand de Imol. lib. 3. conf. 99. Barbat. conf. 54. lib. 1. Barbob. conf. 24. inter conf. Matrim. divers. lib. 1. Corn. conf. 41. nu. 1. & seqq. lib. 2. Paris conf. 53. per tot. lib. 4. Giovagn. conf. 67. lib. 1.* & aliis omissis, latè *Sperell. dec. 5. per tot. Ricc. decis. 82. pariter per tot. par. 4. & Cardin. de Luc. de Matr.* scribens pro veritate *disc. 6. à nu. 12. usq; ad fin. & Rot. dec. 86. & dec. 213. per tot. co. Burat.* (21)

Quod autem hujusmodi metus cadens in constantissimum virum, remaneat in præsenti evidentissimè probatus, videtur innegabile ex præmissa facti serie, considerando præsertim omnes sequentes conjecturas, omniaque alia, quæ ipsum præcesserunt, concomitata, & sequuta fuerunt, in Summario latissimè comprobata, insimul unica, ut, omissis generalibus, in nostris punctualibus terminis ita faciendum esse, firmavit *Rot. in decis 71. num. 25. cor. Buratt. & dec. 732. n. 2. cor. Emerix jun. & in Viennen Matrim. 25. Junii 1703. §. Et quamvis coram Illustriss. Scotto Urbis Guber.* (22)

Primò enim loco occurrit tractatus ille, seù conspiratio Patris, fratrum, & consanguineorum Rosæ decipiendi Leonem, taliterque operandi, ut reperiretur in lecto cum eadem Rosa, quam pro univoca demonstratione coactæ voluntatis in matrimonium postea contractum punctualiter expendunt *Barbob d. conf. 24. sub numer. 2. inter conf. Matrim. divers. lib. 1. Giovagn. conf. 67. nu. 5.* (23)

numer.5. *Spe. decis*.5. *numer*.39. & 40. & *Rot. decis*.643. *numer*.3. & 4. *par*.1. *rec.* duplata coram Buratt. *decis*.86. *numer* 4. & *decis*.213. *per tot. cor eodem* . Et In debilioribus terminis metus, incussi sine armis egregiè *Rota in Melevitana Sponsalium* 8.*Maii* 1696. §.*Etiamsi*, & §. *sequen. coram Pio*. 24

II. Concurrit magnus apparatus armorum, & armatorum, cum ensibus denudatis, custodientibus januam, & cum aliis armorum generibus, terrentibus Leonem, eumque impellen. ad præstandum suum consensum in matrimonium, qui concludenter probatus dicitur ex testibus de visu, quivè operatur, ut matrimonium in his circumstantiis contractum, omninò nullum sit, ut, cumulatis concordantibus, in punctualibus terminis nostri casus firmavit *Rot. in dec*.86.*n*.7 &*seqq.cor. Burat.* ibi: *Ingressi fuerunt ex improviso in cubiculum Blancæ, in eodem lecto cum Emanuele jacentis, Philippus &c. cum ense, & archibusio &c.* 25

III. Observanda sunt tempus, & locus quandò, & ubi contractum fuit assertum matrimonium; Constans enim in facto est, illud fuisse contractum hora nona noctis, nimis impropria, & æqualiter insolita ad contrahenda matrimonia juxta individualiter animadversa per *Sperel. d. dec*.5.*nu.* 48. ibi: *Celebratum fuit hora noctis septima,& sic post mediam noctem, hora quidem importuna nimis, & prorsus inconsueta ad nuptias celebrandas &c. & ideò contrà illud præsumitur*, ut uno ore concordant innumeri illi Authores, quos refert, & sequitur ibidem citatus *Sperell. ubi proximè*, Prout etiam innegabile in facto est, quod illud contractum fuit in loco, à quo Leo recedere ad sui libitum non poterat, quod ad probandam vim, seu metum maximè attenditur, ex punctualiter animadversi per *Berou qu. Familiar*.54.*sub n*. 1.*in fine*, & firmatis per *Rot. in d. dec* 86. *n*.2.&*seq. cor. Burat.* 26 27

IV. Ex submissa illa voce, qua Leo prima vice consensum explicavit, itaut à Fratribus Rosæ coactus deindè fuerit ad respondendum altiori voce, quæ circumstantia metum evidenter ostendit, præcipuè quia ante secundam responsionem conversus erga dictos fratres eis dixit: *Cosi volete voi?* In terminis terminantibus *Panimol. dec*.202.*n*. 37. & *Sperel. d. dec*.5.*n*. 55. ibi: *Ex responsione ad primam Parochi interrogationem voce adeò submissa, ut opus fuerit, illum iteratò interrogare, undè colligitur, illum prima vice non benè, nec intelligibiliter respondisse, quod quidem arguit metum, argumento legis &c. Juncta responsione &c. in hæc verba* Sì finiamola, *quæ maximum indicant tædium; & indignationem, nec ullam præseferunt liberi consensus indicationem*, & concordat *Rot.* in punctuali *dec* 86. *n*.9 & 10. & *dec*.213.*per tot. cor. Burat.* & *dec*.732.*n*.4.*cor. Emer jun.* 28 29

V. Ex recusatione obligationis, per Leonem exhibitæ, solvendi Rosæ scuta biscentum, ad redimendas vexationes illas, quibus undique angariatus reperiebatur à Rosæ consanguineis, in punctualibus terminis *Rot. d. dec*.86.*n*.6. *cor. Burat.* ibi: *Offerendo interim schedulam, Philippus recusabat, dicens, non esse amplius differendum ob honorem Blancæ, sed statim esse adimplendum &c.* 30

VI Ex magna inæqualitate Leonis, & Rosæ, quæ notoria est in Civitate Aquilæ, illamq; unitam cum aliis pro magna conjectura matrimonii, meticulosè contracti, benè expendunt *Petr. Barb. conf* 24.*n*.10. *Turrett. conf*. 28. *nu*. 10. *l*.1. *Giovagn. conf*.62 *n*.11. *Ricc. dec*.110. *n*.21 *par*.4. & *Sperel. d. dec*.5. *n*.58. 31

VII. Oritur ex subitaneo recessu Leonis à loco contracti matrimonii, utcumque enim terminata comædia, quæ fuit nimis proxima tragædiæ, statim recessit, seque collocavit in loco tuto, undè manifesta deducitur conjectura, matrimonium voluntariè non contraxisse, ut sequendo literalem *Text. in Can. Constat.* ubi egregiè *Glos*.1.*q*.1. & *In c. Et si id de Sponsal.* per hæc præcisa verba notat *Sperel. d. dec*.5. *num*.59. & concordant *Barbob. d conf*. 24. *nu*. 7. *vers*.2. & *Menoch. de Præsump. lib*.3. *præsump*.4. *n*.8. 32

VIII. Ex publica voce, & communi fama, quæ in nostra Civitate notoria est, quod matrimonium, de quo disputamus, contractum fuerit per apertam vim, & manifestam violentiam, Leoni illatas à patre, fratribus, & consanguineis Rosæ; Ex illa enim magnum resultare argumentum meticulosi matrimonii, præcipuè unita cum aliis conjecturis, in terminis observat *Giovan. conf* 67. *n*. 19. *Barbob. d conf*.24. *num*.17 & *sequen Genuens. in Prax. Cur. Archiep. c*.105. *n*.4. *Menoch. de Præsump. l* 3 *præs*.4. *num*. 21. & *Sperel. sæpecitata dec*. 5. *n*.64. 33

IX. Demùm, aliis gratia brevitatis omissis, maximum hujus veritatis adminiculum desumitur ex illa facti animadversione, quod Leo eo ipso, quod in sui libertate positus fuit, portamque liberam reliquerunt fratres Rosæ, eorumque fidelis comes Kaimus, nedùm statim discessit, nec etiam salutata Rosa, sed recursum habuit ad Judicem, se conquerendo de vi, metuque sibi illato in contrahendo matrimonium; Est enim experientia notorium, atque uniformi calamo observant in hac parte Doctores, quod in matrimoniis non meticulosis hæc nullatenus practicari solent, ut in terminis egregiè advertunt *Barbob. d. conf*.24.*sub nu*.7.*vers. Secundo*, *Menoch. de Præsumpt lib*.3.*præsumpt*.4.*n*.18. *Sperel. dec* 5.*n*.60. *Panimol. dec*.102.*n*.25. *Card. de Luc. de Matr. disc*.6.*n*.23 *in fine*, & *Rot. dec*.24.*n*.12.*cor. Mantic.* & *dec*. 86. *numer*. 10.&*seqq. coram Burat.* & *decis*. 732. *numer*. 5. *coram Emer. jun.* 34 35

Et quando etiam (sunt verba *Card. de Luc. de Matrim. disc*. 6.*n*.18) *in ea nocte, ob aliquam animi turbationem, cum muliere permanere, atque matrimonium consumare noluisset, omninò probabile est, quod diebus subsequentibus redivisset pro continuanda illa amorum licita, & tuta effectuatione, quam tot annorum spatio illicitè & clandestinè atque cum tot periculis, & timoribus, & incommodis continuaverat, cum timor Patris impediret quidem traductionem sponsæ ad domum &c. non autem dictam continuationem amorum adeout omnino impossibile videretur captivare sani hominis intellectum ad credendum, ut adolescens scholaris in eo intermedio spatio se continere potuerit, quando matrimonium, ex ejus voluntate, initum fuisset.* 36

Iterum hìc repetentes, quod cum simus in terminis metus qui difficillimè probari potest, dictæ conjecturæ non sunt sigillatim criticandæ, sed unitim præ oculis habendæ, sub illa consideratione, quod in materiis difficilis probationis leviores sufficiunt conjecturæ, ut in nostris punctualibus terminis practicavit, & practicandum esse firmavit *Sac. Rot. in dec*.773.*n*.2. *cor. Emer jun.* & *in d. dec*.86.*n*.25. & *dec*.213. *per tot. cor Burat.* quæ, nedum in hac materia sunt magistrales; sed ulterius sunt in casu fortiori, quia in illis concurrebant sponsalia, antecedenter voluntariè contracta inter sponsos, inter quos non controvertebatur etiam stuprum, per multum tempus continuatum sub fine matrimonii futuri, quæ neque per umbram verificantur in præsenti, & in *Nicen. Matrimonii* 27. *Januar*. 1586. *in fine coram Gyptio*. 37 38

Quæ omnia si locum habent in illis terminis, in quibus quis ex sua propria culpa fuit causa timoris, & occasio metus, quibus mediantibus contractum fuit matrimonium, puta quia ipse ex mala intentione accessit ad cubile mulieris juxta terminos authoritatum, huc usque allegatarum, & in specie *d dec*.86. *num*.23. *cor. Burat.* ibi: *Etiam quod culpa Emanuelis præbuerit ansam timori*, & concordant adducti per *Sperel. d. dec*.5.*per tot* & *Card. de Luc. de Matr. disc*.6. *pariter per tot.* 39

Quantò magis locum sibi vindicant in præsenti, attento quod ad unguem verificantur ea, quæ observavit *Sac Rot. in dec*.338.*sub n* 2.*par*.1. *divers.* his verbis, *magis ipsa faciebat amorem cum ipso, quàm ipse cum ea*, seu veriùs Rosa faciebat amorem cum divitiis, & nobilitate Leonis; In his enim terminis in longè fortiori casu sequuti stupri, quod nec per umbram verificatur, minusque probatur in præsenti, ex quo vix vestita se posuit Rosa propè Leonem, gravi sopore detentum, quando accesserunt illius pater, fratres, & consanguinei. In his, inquam, terminis nullo modo tenetur vir ducere in uxorem eam, quæ accessit ad lectum ejusdem viri, juxtà in specie animadversa per *Amescuam de Potest. in se ipsum lib* 2.*c*.16. *n*.13. & *Raynald. tom*.2. *Observ. crim c*.23. §.4. *n*.96.&*seq.* quem sequutus sui in meis *Instit. Crim lib*.3. *tit*.5. *nu*.31. 40 41

Quæ omnia superabundare videntur pro negativa resolutione nostri dubii, absque necessitate repetendi hìc latè deducta per causæ Patronum circa alium æquè essentialem defectum præsentiæ proprii Parochi, nec non circa defectum voluntarii consensus Rosæ, ad quæ proinde remissivè me habeo, hoc unum superaddens, quod hujusmodi etiam defectus magnoperè influit ad probationem metus, per ea, quæ in terminis observat *Card. de Luc. de Matrim. disc*. 6. *nu*. 14 & 15. ubi, quòd si apud antiquos Canonistas, ante formam, à Concilio Tridentino præscriptam in matrimoniis contrahendis, absentia consanguineorum viri præseferebat probationem metus, & violentiæ in matrimoniis, quæ contrahebatur de nocte, & ex improviso in domibus mulierum, malamque habebant faciem, quamvis clandestina matrimonia tolerarentur, multo magis id affirmandum est post Concilium, quando ad consulendum incovenientibus, quæ clandestinis matrimoniis annexa sunt, præscripta est 42

forma

forma adeò publica, & solemnis, *Unde* (sunt verba ejusdem *Card. de Luc. ubi supra omnes illi defectus, qui ex parte viri,* 43 *impugnantis matrimonium, allegabantur super primo puncto, respiciente formam, à Concilio Tridentino præscriptam quamvis eo respectu nullam haberent subsistentiam, nimium tamen eos considerabiles videri advertebam ad hunc effectum corroborandi dictam metus probationem, ex hujusmodi contrahendi modo aliàs resultan.*

Nec ulteriùs differenda videtur causæ resolutio ex eo, quod nemo compareat pro muliere, & agatur de re nimis 44 gravi, qualis est magni matrimonii Sacramenti dissolutio, ex animadversis *supra discept. 1. n. 19.* Cum enim de mandato hujus Sacræ Congregationis non unus, sed multi utrique Parti præfixi fuerint termini ad deducen. eorum jura, non debet mulier ex ejus voluntaria contumacia in non comparendo, commodum reportare, juxta notoria axiomata; In omnem verò casum possent EE. PP. respondere ex hactenus deductis, non constare de validitate matrimonii, hoc modo relinquendo apertam viam mulieri deducendi alia motiva, quatenus adsint, pro ejusdem matrimonii validitate, ut, omissis antiquioribus resolutionibus, practicavit *in Passavien. Matr. 20. Novemb. 1706. & in Marianen. Matrimonii 7. Maii 1707. & in Avenionen. Matrim. 8 Februar. 1710. & in Taurinen. Matrim. 4. Februarii 1713.*

Sacra Congregatio Concilii dubio: *An matrimonium, de* 45 *quo agitur, sit validum* die 1. Junii 1715. Respondit: *Negativè ex deductis.*

DISCEPTATIO V.

Nuscana Irregularitatis.

PRO

Alexandro Bosco.

ARGUMENTUM.

Irregularitas an incurratur propter offensionem, factam cum instrumento non apto ad occidendum, & quando in istis terminis sit locus gratiæ dispensationis.

Supplex redit pro tertia vice humillimus EE. VV. Orator Clericus Alexander Bosco à Terra Montellæ Nuscanæ Diœcesis pro dispensatione ad cautelam, quatenùs dubium aliquod remaneat circa irregularitatem, quæ prætenditur resultare ex sequenti facti serie, & sperat fieri voti compos.

Die 16. Aprilis 1702. (sunt verba Innocentii Rizzo, au- 1 thoris rixæ, formiter examinati in Curia Episcopali Nuscana) *viddi il Chierico Alessandro Bosco, e Matteo Marinaro dentro il Giardino del Sig. Fabritio Carfagna, ed Io, come Creato del d Sig. Fabritio, andai in d. Giardino &c. e loro dissi, che andate facendo per detto luogo? e mi rispose il detto Chierico Alessandro ci sono Io quà? Io risposi: Se il Padrone di tutto il Giardino? però il figlio del Carrella che non si accosti nelle robbe del Sig. Fabritio; E dicendo queste parole mi sentii afferrare dal Signor Franco Bosco alla crovatta dalla parte di dietro &c. e detto Sig Franco mi cominciò a battere con un piede di boffetta &c. e mentre che il Sig. Fabritio vidde, che mi volevano uccidere à bastonate, corse per agiutarmi, ed havendolo visto il Sig. Franco venire, li corse incontro al detto Fabritio, e li diede con un piede di boffetta sopra la testa, facendolo subito cadere in terra, e seguitò le bastonate sopra detta testa, ed anco il detto Chierico Alessandro battè con le mani il detto Fabritio, e nel mentre, che Io fuggivo, viddi venire &c.* & concordant alii testes, nempè Dominicus Boccella, Horatius Cafone, & Donatus de Sordo; Necnon Reverendissimis Episcopus in Relatione, ibi: *Prædictus Francus ipsi occurrit, & in capite fuste percussit, & in terram verberando stravit, interim fugam famulo arripiente, accessit etiam prædictus Alexander, eundemque Fabritium similiter verberavit, adeout post aliquas horas, ex vulnere in capite recepto, eadem die ex hac vita migraverit.*

Ex qua facti serie plura sequuntur, e quibus favorabile sperat Orator, & humillimè supplicat habere responsum, quod scilicet idem Orator non dabat operam rei illicitæ; 2 Quod non fuit author rixæ; Quod non percussit instrumento, apto ad occidendum: Quod nulla aderat inimicitia, vel causa præcedens inter ipsum, & occisum: Quodque demum occisi mors non processit ab offensionibus Oratoris, sed à vulnere in capite, ei illato à Franco Bosco.

Non dabat Orator operam rei illicitæ, eo quia nil aliud faciebat, quam animi recreandi gratia ipso die Paschatis per- 3 manere in viridario sui affinis, nihil ab illo sumendo, nullumque præjudicium Domino inferendo, quæ circumstantia operatur, ut faciliùs sit locus gratiæ dispensationis *Corrad in Prax. dispensat. par. 5. c. 1. nu. 6.* & practicavit hæc Sacra Congregatio *in Nullius Coropoli Irregularitatis 5. Aprilis 1704.* in qua pro homicidio, simili modo sequuto, *die 7. April. 1701.* gratiam denegaverat *diebus 21. Aprilis, & 15. Decembrii 1703.* eandemque deindè concessit *d. die 5. Aprilis 174.*

Non fuit author rixæ, sed provocatus ab Innocentio Riz- 4 zio, famulo occisi, quod pro faciliori gratiæ concessione ponderat *Mandos. in Prax. Sign. Grat tit. Absolutio, & rehabilitatio ab homicidio, vers. Circa absolutiones.*

Non percussit instrumento, apto ad occidendum, sed manibus, ibi: *Battè con le mani il detto Fabritio*, quæ pariter circumstantia ad nostrum effectum haberi solet in consideratione, ut ad rem advertit *Pignatel, consult 88. num. 93. tom. 9.* ibi: *Vel inter iros pugnis solummodò, aut alio instrumen-* 5 *to, non periculoso, quia hujusmodi concertamen est sine periculo occisionis, vel mutilationis*; Observando præcipuè teneram ætatem Principalis, nati die 2. Maii 1684. & sic tempore dictæ rixæ neq; etiam compleverat decimum octavum suæ ætatis annum, *toto tit. Decr. de Delict. Pueror.* Adeò autem levis reputatur offensio, facta à pueris cum pugnis, vel manibus, ut contra taliter delinquentes neq; etiam criminaliter procedi possit, ut, referendo præcisa verba resolutionis Sac. Consultæ, notant *Bonfin. ad Bannim. Gen. in addit. ad c. 26. lit. B. & Zaul. ad Stat. Faven. to. 1. l. 4. rub. 20. nu. 18.*

Nulla aderat præcedens inimicitia inter Oratorem, & occi- 6 *sum*, dum illa à nullo teste allegatur, sed omnes factum narrant, uti sequutum in rixa accidentali, & pura, cui unice causam dedit famulus vulnerati.

Occisi demum mors sequuta fuit ex vulnere, in capite recepto à Franco, non autem ab offensione, facta manibus Oratoris, 7 ut testatur Reverendiss. Episcopus, ibi: *Post aliquas horas ex vulnere, in capite recepto, eadem die de hac vita migravit*; Circa quod concordant omnes testes.

Pro quorum omnium faciliori admissione dignentur EE. PP. ponderare, quod agitur de homicidio, sequuto octo ab 8 hinc annis, & sic à tempore remoto, *Corrad. in Prax. dispensat lib. 5. c. 1. n. 5.* ubi, quod difficilius dantur dispensationes, quando homicidium est recens. Quod Orator, neque ante, neque post rixam, de qua est quæstio; fuit unquam diffamatus, processatus, vel inquisitus de aliquo delicto, 9 sed semper laudabiliter vixit, propriæ Ecclesiæ inserviendo; Quodque demum à Curia Episcopali Nuscana, ser. ser. procedente in causa homicidii, de quo agimus, declaratus fuit nullatenus incursus in aliquam irregularitatem; Ita ut ex his omnibus, præcipuè simul unitis, cum fundamento speret Orator gratiam dispensationis, pro qua iterum semperque humiliùs suas apud EE. PP. reiterat supplicationes, & preces.

In eadem Causa.

Clericus Alexander Bosco, à Terra Montelæ, Nuscanæ Diœcesis, humillimas EE. PP. renovat preces pro gratia dispensationis ab irregularitate, quæ prætenditur incursa, ex quo die 16. Aprilis 1072. præsens fuit in illa rixa, in qua Fabritius Carfagna occisus fuit à Franco Bosco, ejus vitrico, & attento, quod nullam omninò partem ha- 10 buit in eodem homicidio, sperat fieri voti compos, in honorem præcipuè proximarum festivitatum, quarum occasione solet hoc sacrosanctum Tribunal viscera suæ pietatis ostendere.

Ex Relatione siquidem Reverendiss. Episcopi, in Secretaria originaliter existente, necnon ex quatuor testium formali examine constat, quòd dictus Fabritius occubit ex vulnere, in capite recepto, eique unicè illato à dicto Fran- 11 co Bosco, nullo autem modo à Principali, juxta clara verba d. Reverendiss. Episcopi, ibi: *Adeout post aliquas horas ex vulnere, in capite recepto, eadem die ex hac vita migravit*; Nec non juxta concordem omnium dictorum testium depositionem, & signanter Innocentii Rizzii, famuli occisi, & rixæ authoris, ibi: *E se ne morse per causa di dette ferite,* rice-

ricevute sopra la sua testa dal detto Franco, Dominici Bocelli, ibi: *Il colpo, avuto in testa, aveva rotto l'osso &c. per il che giudico, esser morto per il colpo, datoli dal detto Franco &c.* Horatii Casoni, ibi: *Il detto Fabritio era stato ferito nel luogho della rissa da Franco Bosco con bastone, per il che e morto detto Fabritio;* Et Donati Surdi, ibi: *A mio giuditio posso dire di esser morto per la bastonata, avuta in testa dal detto Franco Bosco.*

Concordant autem omnes testes, & testatur Reverendiss. Episcopus, dictum vulnus in capite ei non fuisse illatum à Principali, sed à d. Franco Bosco, ejus Victrico, juxta eorumdem testium præcisa verba, supra registrata, & proindè clarum videtur, quòd idem Principalis nullam ex hoc capite irregularitatem incurrerit; In omnem verò casum ad abundantiorem cautelam sperat, atq; enixis precibus supplicat pro dispensatione.

Non adversante, quòd idem occisus verberatus etiam fuerit à Principali, ut in dicta Relatione, ibi: *Prædictus Francus ipsi occurrit, & in capite fuste percussit, & in terram verberando stravit, interim fugam famulo arripiente, accessit etiam prædictus Alexander, eundemque Fabritium similiter verberavit, adeout post aliquas horas ex vulnere, in capite recepto, eadem die ex hac vita migravit.*

Quia irregularitas, de qua est quæstio, non incurritur ex levi verberatione, cum instrumento, ex sui natura nullatenus apto ad occidendum, sed ex lethalibus vulneribus, vel ex ipsa occisione, cui causam nullam dedit Principalis, dum ipsemet Episcopus, postquàm retulit dictum actum levis verberationis, subjungit, Fabritium, non ex ipsa, sed ex vulnere, in capite recepto, obiisse: Quod clariùs fatentur omnes testes, & signanter famulus occisi, specificando instrumentum, quo mediante à Principali verberatus fuit idem occisus, ibi: *Il detto Chierico Alessandro batiè con le mani il d. Fabritio;* Quod enim levis verberatio cum manibus, apta non sit ex sui natura ad occidendum, ex se patet, & ad nostrum effectum observat *Pignatel. consult. 88. num. 93. tom. 9.*

Et propterea applicatur conclusio, uno ore à Doctoribus amplexa, quod tunc fit irregularis aliquem percutiens, vel offendens, quando offensio sequitur cum instrumento, semper, vel ut plurimum apto ad occidendum, quam sequuntur adducti per *Graff. lib. 5. tit de Homicid. conf. 2. nu. 8. & per tot. Ricc. in Prax. par. 3. resolut. 273. per tot. & Monacel. in Formular. tom. 2. fol. 74. sub n. 34.* Ad excludendum verò occisionis periculum in nostris terminis, ex una parte dignentur EE. PP. considerare robustam naturam, maturamque ætatem occisi, ex alia autem teneram ætatem Principalis, leviter manibus ipsum verberantis, dum eo tempore constitutus erat in ætate 17. annorum.

Minusque dicatur, quod sumus in terminis promovendi, non autem constituti in sacris ordinibus, quodque proindè in dubio facti semper præsumendum sit, percutientem incurrisse irregularitatem, ratione illa, quæ legitur *in c. Significasti 18. de Homicid. volunt. vel casual.* his verbis: *Cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temerè celebrare pro eo, quod in altero nullum, in reliquo verò magnum periculum timeatur*, quamve ponderat ibidem *Fagnan. vers. In Textu.*

In nostris enim terminis non dubium, sed clarum videtur, quod mors sequuta fuerit ex lethali vulnere, per Francum occiso illato, non verò ex levi verberatione, manibus Principalis sequuta dùm in hoc concordant omnes testes, necnon Reverendiss. Episcopus, *ex supra animadversis*: Textus autem, supra adductus, loquitur in eo casu, in quo non potest discerni, ex cujus vulnere quis fuerit occisus, ibi: *Nos in præmisso casu credimus distinguendum, utrùm constare possit, quod præfatus Sacerdos non inflixit percussionem lethalem &c.* & infrà, ibi: *Quod si discerni non possit, ex cujus ictu percussus interiit, in hoc dubio, tanquam homicida, debet haberi Sacerdos &c.* Quæ omnia longè distant à circumstantiis nostri casus, dùm ex testibus, formiter examinatis concludenter constat, quod Principalis non inflixit percussionem lethalem & optimè discerni potest, atque superlativè probatum remanet, ex cujus ictu Fabritius obiit, dum *se ne morse per causa di dette ferite, ricevute sopra la testa dal detto Franco*, ut dicit famulus occisi, & concordant omnes alii testes, qui fuerunt præsentes, nec dissentit Reverendiss. Episcopus.

Authoritates verò, quæ in contrarium allegari possunt, non procedunt in quolibet levi dubio, sed dumtaxat in illo, quo manifesta apparent indicia, & magnæ præsumptiones, quod mors sequuta fuerit ex facto, vel illicitis operationibus illius, qui prætenditur occisor, ut observat *Fagnan in cap. Ne innitaris nu. 97. & duobus seqq de Constit.* sequendo *Angel. Doct. 2. 21 quæst. 60 art. 4.* ejusque verba ibidem registrando, nempè, *ubi non apparent manifesta indicia de malitia alicujus, debet unusquisque eum uti bonum habere, in meliorem partem interpretando, quod dubium est:* Iterum, sed semper ad opportunitatem repetendo, quod non solum non apparent manifesta indicia, quod mors Fabritii sequuta fuerit à levi verberatione, facta per Principalem, sed potiùs evidentes habemus probationes, quòd illius unica causa fuit lethale vulnus, in capite eidem inflictum à Franco Bosco.

Fortiùs, quia Doctores illi, qui asserunt, in dubio facti præsumendum esse incursum in irregularitatem, loquuntur cum supposito, quod unus tantùm fuerit ille, cui attribuitur occisio, ut ex eorum lectura; Et propterea illorum opinio nullatenus extendi valet ad nostrum casum, in quo occisio ab omnibus testibus attribuitur uni, qui lethale vulnus in capite intulit, & pretenditur extendi ad alterum, qui solis manibus leviter verberavit, ea ratione, quia sumus in materia pœnali, & odiosa, in qua non est facienda extensio, ut per hæc præcisa verba observat *Sperel. dec. 77. nu. 34. & seqq.* & firmavit *Rot. in dec. 402. n. 15. & 16. cor. Peuting. & dec. 5. n. 4. cor. Emer. jun.*

Imò in nostris terminis applicantur ea, quæ ad rem punctualiter notat *Pignatel. consult. 71. per tot. tom. 9.* ubi nervosè probat, rixantem cum aliquo nullo modo irregularitatem incurrere, quamvis consanguineus ejusdem rixantis, accurrens ad ipsum defendendum, alterum corrixantem occidat; *Num. 4.* hanc rationem adducens, quæ mirabiliter præsenti casui applicatur: *Ratio autem, est quia quando concurrentibus pluribus ad aliquem offendendum, aliqui solum leviter, & non lethaliter percutiunt, & aliquis lethaliter percutit, nec iste occidit eorundem studio, consilio, aut mandato, solus occidens contrahit irregularitatem, ita sancitur in c. Significasti 2. de Homic &c.* & concordant *Covarruv. in Clem. Si furiosus par. 2. §. 2. n. 3. vers. Secundus casus de Homicid. Bonacin Oper. moral. tom. 1. disp. 7. de Irregular. quæst. 4. punct. 8. numer. 32. Panimol. decis. 89 adnot. 5. numer. 40.* ibi: *Amplia, ut irregularitas incurratur ex homicidio, commisso in rixa, etiam ab omnibus, qui vulneraverunt, licet ex vulneribus illatis unum tantum sit lethale, & nescitur quis illud intulerit: Sed qui certò scit, se non vulnerasse, tutus est in conscientia, & irregularis non est, prout etiam, si quis certè sciret, se non lethaliter, & animo non occidenti vulnerasse, & Pasqualig. Quæst. mor. Can. centur. 3. quæst. 269. num. 2. & per tot.* ibi: *Quando quis in rixa lethaliter vulneratus est unico vulnere, si constet, quis infixerit vulnus, cæteri, qui intervenerunt, non sunt irregulares.* Nimis notabiliter eandem conclusionem amplians, ut etiam vera sit, *quando primus lethaliter percussit, & secundus, ità percussit, ut statim percussus obierit*, citans, & sequens *Coninckium, Avilam, & Bonacinam.*

Non omittentes observare, opinionem illam, quòd in dubio facti respondendum sit pro incursu in irregularitatem, non esse adeò pacificam, ut non desint magni nominis Doctores illam impugnantes, unumque præ cunctis allegare sufficit, apud quem concordantes recognosci possunt, frustra hìc transcribendi, *eruditissimum nempè Gonzal. in suis doctissimis Commentar. ad dictum cap. Significasti 18. de Homicid.* signanter. *numer. 6.* ibi: *Aut dubium erat facti &c & in hoc casu præsumi quem irregularem, quia in dubiis tutiorem partem sequi debemus; Sed placet opinio negativa, scilicet quocumque casu dubium vertatur, excludi irregularitatem in utroque foro &c. Et quidem si dubium juris est, constat irregularitatem tantum contrahi in casibus, à jure expressis; Et si dubium facti sit, etiam probatur hæc sententia, quia nemo punitur ob peccatum dubium &c. In dubiis enim favendum est Reo &c. quia procliviores sumus ad liberandum, quàm ad ligandum &c.* Et concordant, ab ipso non citati, *Marchan. in Tribun Sacrament. tom. 3. tract. 4. tit. 1. quæst. 2. n. 1 fol. mihi 95.* ibi: *Quia in pœnis favore Rei semper judicandum est, tum quia pœnæ restringendæ, tum quia Reus possidet contra transgressionem legis, non clarè probatam Rot. dec. 80. n. 19. par 11. rec.*

Pro quorum omnium faciliori admissione dignentur EE. PP. ponderare, quod in præsenti casu verificantur omnes illæ circumstantiæ, ex quibus in casibus durioribus innegabilis incursus in irregularitatem, moveri solet hæc Sacra Congregatio ad concedendas gratias dispensationis, indicatas à *Fagnan. in c. Henricus num. 35. de Cleric. pugnant. in Duello*, his verbis: *Sanctiss. remittit supplicationes ad Sac. Congr. Concilii, quæ precipuè considerare solet, an homicidium fuerit commissum per industriam, seù præmeditatè, & per insidias, an verò calore iracundiæ, & in pura rixa;*

An

An occidens fuerit rixæ author, *vel provocatus*; *An tantum temporis excesserit à die perpetrati homicidii ut illius memoria sit obliterata in Loco*, *&c. An Orator esset bonæ conditionis*, *& famæ*, *& an post delictum semper laudabiliter vixerit*, & concordat *Corrad. in Praxi dispens. lib.5. cap.1. num.4. & 5.* Quia in nostris terminis non agitur de homicidio præmeditato, sed sequuto in pura rixa, cujus nullatenùs author fuit Principalis, qui nunquam de aliquo alio delicto inquisitus, vel diffamatus fuit, effluxumque est tempus octo annorum à die occisionis dict. Fabritii, sequutæ à tertia persona corrixante, proùt omnia hæc resultant à dd. testium depositionibus; Ex attestatione omnium Canonicorum Collegiatæ Ecclesiæ Monrellæ super honestate vitæ, & bonis moribus Principalis; Necnon à Relatione Reverendissimi Episcopi, interpellati ab EE. PP. pro suo voto, & inclinantis pariter pro eadem gratia, ibi: *Quare*, *ut pateam EE. PP. animi sensum humiliter aperio*, *posse præfato Alexandro dispensationem censuræ irregularitatis impartiri*, *quatenùs fuerit incursus &c. si ità EE. PP. videbitur*, *quibus me submitto &c.* 24

Meritò proindè sperat, & humillimas reiterat preces Principalis, ut saltem in honorem proximarum festivitatum EE. PP. cum eo benignè agentes, atque misericordes oculos erga illum convertentes, petitam gratiam concedant.

25 Sacr. Congregat. Concilii die 12. Aprilis 1710. rescripsit: *Pro Gratia*, *peractis exercitii spiritualibus per mensem*.

DISCEPTATIO VI.

Aquilana Irregularitatis.

PRO

Dominico Nanzi.

ARGUMENTUM.

Gratia dispensationis ab irregularitate, *incursa ob homicidium casuale*, *quibus concurrentibus concedi soleat à Sacra Congregat. Concilii*. *Parochus irregularis*, *post obtentam dispensationem ad celebrandum*, *an indigeat nova gratia pro continuando exercitio Curæ*.

Die 15. Decembris 1707. Dominicus Nanzi, Presbyter Terræ Pizzuli, Curatus Ecclesiæ Parochialis Sanctæ Mariæ de Paradiso ejusdem Terræ, unà cum multis aliis consanguineis Laurentii Joannucci sponsi, accedens ad domum Marthæ Cappellæ sponsæ, invenit ante portam ejusdem sponsæ multitudinem hominum, fortiter, viriliterque 1 impedientium sponso ingressum, nisi eis daretur strena, seù una perna, quam nolens dare idem sponsus, ex hac causa magnus excitatus fuit tumultus; Volens autem Orator illum sedare, medium se inter corrixantes posuit, atque lethaliter vulneravit Thomam Maronarum, eo tempore, quo ad terrendum illos, qui impediebant dictum ingressum ad domum sponsæ, exoneratus fuit venatorius sclopus, quem in manibus habebat, *senza che fosse alzato il cane*, *per semplicemente metter timore*, ut de facto proprio, atque *per aver viduto ciò con proprj occhi* deponunt undecim testes in authentico documento, exhibito in Secretaria: Et de publica voce, & fama testati pariter sunt Syndicus, & Massarii ejusdem Terræ, jurati asserentes, vulnus fuisse sequutum *per mero accidente nell'atto istesso*, *che si volse impugnare per intimorire*, *e toglier la pugna &c.* & concordat Vicarius Capitularis in ultima Relatione.

2 Compilato desuper Processu, atque habita pace ab uxore, & hæredibus ejusdem Thomæ Maronari, qui ob dictum vulnus ex hac vita migravit, absolutus fuit Orator ab homicidii reatu, cum declaratione tamen, quoad irregularitatem incursam, ut ad Sanctam Sedem pro absolutione recursum haberet, ut in d. Relatione.

In cujus exequutionem Orator supplicem porrexit libellum Sanctiss. D. N. pro dict. absolutione, ab eoque de more remissa instantia huic Sacræ Congregationis atque ab hac expetita dicta Informatione Vicarii Capitularis Aquilani, relata causa per Summarium in Cong. diei 17. Novemb. 1708. eadem gratia denegata fuit.

Quia verò miserabilis Orator in tali deplorabili statu vivere, seque manutenere non potest, attenta qualitate verè accidentali ejusdem homicidii, sequuti absque animo occidendi, qui manibus palpatur, nedùm ex impugnatione sclopi *senza che fosse alzato il cane*, sed etiam ex eo, quod onustus erat parvis globulis, vulgo *migliarini*, ut in dicta Relatione, ex quibus occidendi animus exclusus dicitur, *ex animadversis per Blanc. in Prax. Crimin. §.2. num.38. Campan. Select. resol.2. num.41. & Raynald. Obser. Crimin. tom.1. cap.7. §.1. num.42.* novum habuit recursum ad EE. PP die 24 Augusti 1709. sed pari infelici exitu, ob dict. gratiam dispensationis iterùm denegatam. 3

Hodiè verò facto meliùs comprobato, novisque anthenticis probationibus dilucidato, in honorem proximarum festivitatum, attentaque dict. ultima Relatione Vicarii Apostolici, quam terminat sequentibus verbis: *Nunc verò addendo tantummodò*, *Oratorem de patrato delicto involuntarie quàm maximè pœnitere*, *& humi prostratum EE VV. clementiam*, *& benignitatem suppliciter exorare*, iterùm & tertiò humillimas EE. PP. porrigit Orator supplicationes, preces precibus addendo pro eadem gratia dispensationis à d. irregularitate, firmiterque sperat, multiplici EE. PP. suffragio consolari. 4

Agitur siquidem de homicidio, quod involuntarium appellat Vicarius Apostolicus in dict. Relatione, qui non oscitanter loquitur, sed ex illa notitia, quam habet ex eo, quod servatis servandis processum super illo confecit, taleque apparet ex dictis aliis duabus relevantissimis circunstantiis, quòd illud sequutum fuit mediante venatorio sclopo, onusto parvulis globulis, *impugnato per intimorire*, *e toglier la pugna*, exoneratoque *senza che fosse alzato il cane*; Quibus additur tertia circumstantia, quod nulla intercesserat antecedens inimicitia inter Oratorem, & occisum, nullaque præcedens particularis rixa, vel offensio, cujus author fuerit Orator; Itaùt ex his omnibus, præcipuè simul unitis, de qualitate involuntaria, mereque, & simpliciter accidentali, dubitari nullatenùs potest, ex adductis per *De Angelis de Delict. par.1. cap.74. num.4. & seqq.* 5

Posita autem tali qualitate involuntarii, & accidentalis homicidii, solent EE. PP. ex illorum magna benignitate, & nota pietate misericordes oculos convertere erga illos, qui jam in Sacris Ordinibus constituti reperiuntur, eosque habilitare ad Divinorum exercitium, ut de laudabili praxi hujus Sacr. Congregationis testis est illius olim Secretarius *Fagnan. in cap. Henricus num.35. de Cleric. pugn. in Duell.* ibi *Sanctiss. remittit supplicationes ad Sacr. Congregat. Concilii*, *quæ præcipuè considerare solet*, *an homicidium fuerit commissum per industriam*, *seù præmeditatè*, *& per insidias*, *an verò calore iracundiæ*, *& in pura rixa*, *an occidens fuerit rixæ author*, *vel provocatus &c. an Orator esset bonæ conditionis*, *& famæ*, *& an post delictum semper laudabiliter vixerit &c.* & concordat *Corrad. in Praxi dispensat. lib.5. capit 1. num.4. & 5. & in addit. numer.15.* & aliis omissis, quæ de facili possent cumulari, EE. PP. probè notis, in terminis promotorum ad Sacros Ordines, novissimè practicatum fuit in casu longè fortiori promovendi, seù Clerici primæ tonsuræ *in Nuscana Irregularitatis 12. Aprilis 1710.* cum rescripto *Pro gratia*, *peractis exercitiis Spiritualibus per mensem*, *de qua in discept. antecedenti*. Et in terminis constituti in solo Diaconatus Ordine *eadem Sacr. Congregat. in Nullius Coropoli Irregularitatis 5. Aprilis 1704. Libr.54. Decret. fol.123.* Et in terminis longè fortioribus, recedendo à decisis in *Salamantina Irregularitatis 19. Aprilis ejusdem anni 1704. eodem Libr.54. Decr. fol.142.* 6 7

In eadem Causa.

Die 5. Martii 1712. humillimis Principalis præcibus pro benigna dispensatione ab irregularitate, incursa propter homicidium casuale in personam Thomæ de Marronario, rescriptum fuit: *Scribatur Vicario Apostolico pro nova Informatione*; qua perventa, atque originaliter exhibita in Secretaria, iterùm hodiè humillimas idem Principalis fundit preces pro dicta dispensatione, & exaudiri confidit. 8

Ex dict. enim nova informatione comprobantur ea omnia, quæ dict. die 5. Martii 1712. EE. PP. narrata, atque à testibus de visu deposita fuerant, quod scilicèt homicidium sequutum fuit mediante sclopo venatorio, *senza che fosse alzato il cane*, *per semplicemente metter terrore*, *per mero accidente nell'atto istesso*, *che si volse impugnare per intimorire*, *e toglier la pugna*, ut ex illis verbis novæ Informationis ibi, *Homicidium fuisse absque animo*, *& voluntate*, *imò & casualiter* 9

liter commissum. Hoc enim elicitur ex eo, quod sclopum onustum non pilis, sed parvis globulis, explosum fuisse ad tollenda jurgia, jam exorta, & timorem ad hunc effectum incutiendum: Ita enim testes repetiti constanter asserunt.

Posita autem dict. qualitate homicidii casualis, & involuntarii, solent EE. PP. ex illorum nota pietate misericordes oculos convertere erga illos, qui, ut in præsenti verificatur, in Sacris Ordinibus constituti reperiuntur, ut præter supra adductos *num.5.* observat *Pignatell. consult.20. numer.1. tum.1. juxta Romanam impressionem*, loquens in præcis terminis homicidii casualis, & involuntarii, commissi ab eo, qui sacris erat initiatus ordinibus, & referens per extensum gratiam dispensationis, ab hac Sacr. Congregat. eidem concessam. Idque non sine magno æquitatis, & justitiæ fundamento, quia scilicet similia homicidia casualia potiùs fato. quàm culpæ imputantur juxtà *Text. literalem in leg.1. in fine Cod. Ad leg. Cornel. de Sicar.* cujus verba transcripsi *in meis Instit. Crimin lib.2. tit.5. de Homicid. num.492.* & sunt sequentia. *Ea, quæ ex improviso casu potiùsquàm fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur*, & concordant adductis *per Conciol. resol. crim. verb. Homicidium resol.4. num.1. & 7.*

10

Neque dici potest, quod daret operam rei illicitæ, quia in substantia procurare terminationem rixæ, atquè homines inter se diffidentes pacificare *impugnando l'archibugio per semplicemente mettere timore, e togliere impedimento all'ingresso &c.* sequuta deindè offensione ex mero accidenti, *e senza che fosse alzato il cane*, non potest dici res undequaque illicita; præcipuè si consideretur qualitas Principalis, qui tunc temporis erat Parochus Loci, ubi aderant corrixantes, ex quo Parochi ex officio tenentur procurare pacem suorum parochianorum, per ea, quæ in proximis terminis notat *Soccin. Sen. cap.2 num.96. de Libell. oblat.* & firmavit *Rota decis.305. num.1. par.16. rec.*

11

Pro faciliori verò ejusdem gratiæ concessione supplicamus præ oculis habere quatuor indubitati facti circumstantias. I. quod *nulla præcedens causa, odium, inimicitia, atque rixa inter Partes intercesserat*, juxta præcisa verba *novæ Informationis Vic. Apostolici*, & concordant omnes testes. Itaùt eo magis in his circumstantiis probata dicatur qualitas involuntarii, & casualis, ex adductis *per de Angel. de Delict. par.1. cap.74. numer.4. & seqq. & Panimol. decis.22. adnot.3. num 8. & 9. & num.18.* II. quod sclopus onustus erat solis parvis globulis, vulgò *migliarini*, ex quorum explosione cùm communiter sequi non soleat mors, dicitur deficere in radice animus occidendi, ex punctualiter animadversis per *Blanch. in Practic. crimin. part.2. num.41 & Raynald. tom.1. observ. crim. cap.7. §.12. num.42. vers. Exonerat archibusium, migliarinis onustum.* III. Quod *Orator* (sunt verba ejusdem *novæ Informationi*) *bona vita, bonisque moribus imbutus semper fuit*, circa quod concordant omnes aliis testes. IV. demùm quod idem Principalis *adeò pauper, & miserabilis, ut quasi mendicare ad propriam, suorumque nepotum, omni prorsus auxilio destitutorum, sustentationem coactus videatur*, ut per hæc præcisa verba terminat dict. Vicarius Apostolicus Aquilianus suam novam Informationem; Circa quam miseriarum congeriem, & extremæ paupertatis angustias, ex fida relatione Concivium ejusdem Principalis, omni fide dignorum, atque à multo tempore moram facientium in Urbe, multò plura EE. PP. adducere possemus, dum agitur de caterva nepotum ejusdem Principalis, omni humano auxilio destitutorum, atque à Divina Providentia unicè dietim sperantium undè vivere possint, ex quo ratione ætatis, & sexus, fodere non valent, & quamvis mendicare non erubescant, reperiuntur tamen in Loco, ubi cùm non affluant divitiæ, multis diebus, ab Ecclesia non præscriptis, jejuniare coguntur;

12

Terminantes humillimas Principalis preces verbis illis Relationis antecedentis Vicarii Aquilani, die 19. Julii 1709. *Nunc verò addam tantummodo, Oratorem de patrato delicto involuntariè quammaximè pœnitere, ac humi prostratum EE. VV. clementiam, ac benignitatem suppliciter exorare.* Itaut cum omni ingenuitate, in veritatis obsequium, asserere cogar, quod in longo triginta annorum cursu, in quibus non semel pro hujusmodi gratiis scripsi, & frequenter obtinui, ut observavi *in meis Instit. Crim. lib.2. tit.5. num.360. & seq.* nunquam præ manibus habui casum, vel minùs voluntarium, magisque casualem, vel majori commiseratione undequaque dignum.

13

Sacr. Congregat. Concil. sequentia fecit rescripta in hac Causa. Die 17. Novembris 1708. *Lectum.* Die 24. Augusti 1709. *Indecisis, & amplius.* Die 5. Martii 1712. *Vic. Apostolico pro nova Informatione.* Die 1. Decembris ejusdem anni: *Expectet.* Die 1. Aprilis 1713. *Pro Gratia, dummodo non celebret in loco commissi delicti, & per viginti milliaria circumcirca.* Die 12 Martii 1714. *Pro gratia, ut possit celebrare in loco commissi delicti*; Idque ex alia specialia gratia, quia non adhuc effluxus erat integer annus à die primæ gratiæ.

14

In eadem Causa.

Alia deindè orta fuit difficultas, an idem Parochus indigeret nova gratia pro continuatione sui muneris Parochialis, ad quam tollendam sequens exhibitum fuit Memoriale.

15

Dominico Nanzi Parocho di Pizzoli, Diocesi dell'Aquila, umilissimo oratore dell'EE. VV. riverentemente le rappresenta, avere ottenuta da questa Sagra Congregazione sin sotto il 1. Aprile 1713. la grazia per la dispensa dell'irregolarità incorsa per l'omicidio casuale seguito li 15. Decembre 1707. in persona di Tomasso Maronaro.

16

Mà perche nella medesima vi fù apposta la solita clausula: *Dummodò non celebret in loco commissi delicti, e per 20 milliaria circumcirca*, ebbe nuovo ricorso all'EE VV. supplicandole à permetterle, che potesse celebrare in detta Terra di Pizzoli, attese le proprie miserie, e quelle di cinque nipoti. inabili à guadagnarse il vitto, come riferì all'EE. VV. il Vicario dell'Aquila sotto li 12. Giugno 1712. nella Relazione, esibita in Segretaria con queste parole: *Nota terremotus calamitas ipsum ad egestatem redegit, adeoque pauper, & miserabilis existit, itaùt quasi mendicare ad propriam, suorumque nepotum, omni prorsus auxilio destitutorum, sustentationem coactus videatur*; E sotto li 12. Marzo 1714. benignamente ne ottene la grazia.

17

Nasce di presente dubio, se celebrando già nella sua Chiesa, come sopra, vi si ricerchi nuova grazia, ò altra dispensa, per potere continuare il suo offizio di Paroco, quale sin ora è stato, ed è anche di presente esercitato da Economo.

18

Onde di nuovo, e sempre più umilmente le supplica à dichiarare, che non vi si ricerchi altra dispensa, ne grazia, attesoche ne meno l'omicidio colposo hà annessa de Jure la pena della privazione de'Benefizj, come alla *magistrale decisione 735. per tot. cor. Cerro* seguitata dalli Autori, citati nelle *Instit. Crim. dell'Avvoc. Ursaya libr.4. tit.15. numer.95.* dove la Sagra Rota al *num 4.* ferma, esser ciò vero anche nell'omicidio qualificato: Onde molto meno può aver luogo detta pena nel nostro caso di omicidio meramente involontario, per il quale l'Oratore nè fù assoluto servatis servandis dalla Corte Ecclesiastica, come riferisce il Reverendiss. Vicario Apostolico dell'Aquila nella Relazione delli 19. Luglio 1709. con queste parole: *Fuit declaratus irregularis &c. sed stante remissione Dominicæ Viduæ &c. fuit absolutus &c.* Il che conferma nell'altra Relazione sotto li 30. Aprile 1712. con queste parole: *Fuit declaratus irregularis &c. & attenta remissione Partis post carceres per plures menses passus &c. fuit absolutus &c.* E della grazia &c.

19

Sacra Congregat. Concilii die 23. Febr. 1715. Rescripsit: *Non indigere dispensatione.*

20

DISCEPTATIO VII.

Novarien. Translationis Hospitiis Galliatæ.

PRO

RR. PP. Reformatis S. Francisci Oppidi Galliatæ

CUM

RR. PP. Servitis, Cappucinis, & Observantibus ejusdem Oppidi.

ARGUMENTUM.

Quibus concurrentibus fit locus translationi Hospitii ab uno ad alium locum.

Pertractantibus Hominibus Regii Burgi Galliatæ Novarien. Diœcesis ampliare Chorum eorum Parochialis Ecclesiæ, atque ad eundem effectum deputatis pro Fabriceriis Joanne

1

Joanne Bovio, Julio Ferrerio, Antonio Federico Curto, & Joanne Baptista Ugatio, cùm eadem ampliatio per necesse requireret incorporationem scalæ, partis Ecclesiæ, & aliquarum mansionum Hospitii PP. Reformatorum Sancti Francisci, prævidentes iidem Religiosi periculum expulsionis, atque opportuno tempore providere cupientes eorum indemnitati, procurarunt *di comprare un sito aperto fuori del Borgo di Galliata, ed ivi hanno dato principio alla nuova fabrica per alienare poi il vecchio Ospitio*, juxtà verba Reverendissimi Episcopi in ejus Relatione.

Se opponentibus verò translationi ejusdem Hospitii PP. Servitis, Observantibus, & Cappuccinis Adversariis, ad relationem Eminentiss. Ponentis contingit hodiè disputari, an eorum petitionibus sit annuendum.

Videntur autem humillimæ eorundem preces exaudiendæ, quia non est sermo de nova fundatione Hospitii, sed de sola illius translatione ab uno ad alium locum, justa accedente causa, in quibus terminis uno ore asserunt Doctores, locum esse translationi, ut loquendo in durioribus terminis translationis Conventus, seù Monasterii, observant *Ricc. dec.* 175. *per tot.* & signanter *à num.* 5. *par.* 4. *Mirand. in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 33. *artic.* 2. *Rodriquez. in Compend. quæstion. regul. resol.* 55. *numer.* 4. *Portell. de Dub. regular. verbo Monasterium num.* 7 *& in addition. eodem verbo numer.* 4. *Diana coordinat. tom.* 7. *tract.* 1. *de Dub. regular. resolut.* 22. *num.* 2. *Antonel. de Regim. Eccles. lib.* 7. *cap.* 1. *numer* 6. *Carol. Anton. de Luca ad Ventrigl. par.* 1. *annot.* 18. *num.* 14. *Novar. in Summ. Bullar. comment* 81. *num.* 4. *Barbos. de Jur. Ecclesiast libr.* 2. *cap.* 12. *num.* 78. *in fine*, *Nicol. in Floscul. verb. Conventus n.* 1. referens, ità decisum ab hac Sac. Congreg. die 4. Aug. 1641. favore Cappuccinorum, qui in hac causa sunt nostri Adversarii: Et loquendo in punctualibus terminis nostri casus, atque sequendo plures resolutiones hujus Sac. Congregationis propter quas mutavit opinionem, quam tenuerat in prima editione *ejus Libr.* sub titulo *Offic. Curiæ Regularis* benè *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap* 16. *num.* 9. *vers. Quod dicta*, & meliùs *Monacell. in Formular. tom.* 1. *tit.* 6. *formul.* 19. *nu.* 4. *&* 5. *fol.* 162. sequens resolutionem hujus Sacr. Congregat. *in Montis Realis* 9. *Maii* 1642. quæ emanavit contra Cappuccinos, *& in Gerunden.* 19. *Septemb.* 1687. & ad rem advertens quod pro justa causa solet hæc Sac. Congreg. præ oculis etiam habere Religiosorum incommodum ibi: *Vel insalubritatis aeris, vel aliud grave incommodum*, quod in circumstantiis nostri casus est innegabile, ex infrà observandis.

Diximus *in terminis durioribus*, quia ad differentiam Conventuum, Hospitia etiam de novo fundari possunt, nullo accedente consensu vicinorum Conventuum mendicantium, & nullatenùs servatis requisitis, in Apostolicis Constitutionibus, pro novis Conventibus præscriptis, *quarum ratio* (sunt verba *Ventrigl. in Praxi par.* 1. *annot.* 18. *§. unico num.* 26.) *cessat in his Locis, quia non adest præjudicium vicinorum, & angustia circa eleemosynam, ac sustentationem, cum hæc Loca sustententur ex redditibus Conventus principalis, cui accedunt*, & concordant adducti per *Donat. Rer. regular. tom.* 2. *tractat.* 1. *de Monast. ædificand. quæst.* 22. *per tot. Ricc. decision.* 140. *per tot. par.* 2. *& collect.* 2269. *per tot. Cesped. de Exemp. Regul. quoad Monasteria ædificand. capit.* 1. *dub.* 6. *per tot. Laur. de Franc. in contr. inter Episc. & Regul tit. de Con. nov. fundat. par.* 3. *n.* 414. ibique *Pasqualig.* innumeros citans concordan. *Tambur. de Jur. Abb. tom.* 3. *disp.* 5 *par.* 1. *num.* 10 *Novar. in Prax. Jur. Canon. tit. de Monast. ædific. concl.* 2. *n.* 1. *& seqq. & alter Novar. Frater in Summ. Bullar. comm.* 8. *n.* 11 & novissimè acriter se opponentibus Cappucinis, resolvit hæc Sacra Congregatio *in Mantuana Hospitii* 8. *Augusti* 1710. *Ponente Eminentissimo Gozzadino, de qua in sequenti Disceptatione*.

Adversus quæ non merebatur pro punctuali allegari dispositio *Text. in capit. unico de Excessib. Prælat. in* 6. duplici ratione.

Primò, quia eadem Decretalis, quæ in suum Authorem agnoscit Bonifacium VIII. defunctum die 11. Octobris 1303. abrogata fuit respectu mendicantium à posteriori Constitutione Sixti IV. qui obiit die 12. Augu. 1484. aliisque privilegiis à successoribus Pontificibus, eisdem concessis, ut in punctualibus terminis advertunt *Passer. in dict. cap unic. num.* 80. *de Excess. Prælat. in* 6. *Mirand. in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 33. *artic.* 2. *concluf.* 2. *Portell. verb. Monasterium num.* 7. *Hieronim. Rodriq. in Compend. quæst. regular. ref.* 55. *n.* 4. *Dian. coord. tom.* 7. *tract.* 1. *de Dub. regul. resol.* 22. *numer.* 2. *& Antonel. de Regim. Eccles. lib.* 7 *cap.* 1. *num.* 6 Optimè ad rem advertentes, quòd hujusmodi privilegia revocata non fuerunt per sequentem dispositionem Concilii Tridentini, aliasque posteriores Constitutiones Summorum Pontificum, & signanter illam Urbani VIII. incipien. *Romanus Pontifex in Bullar. nov. tom. la* 25. *quia in ea non est sermo de mutatione seù translatione Conventuum, sed de nova erectione &c. In aliis verò Constitutionibus minimè comprehenditur translatio Conventus de una parte Civitatis Oppidi &c. quia hæc non est nova erectio Conventus in Civitate &c. de qua sola illæ Constitutiones loquuntur*, juxtà præcisa verba *Passerin.* ubi supra, & punctualiter idem advertit etiam *Pasqualig. ad Lauret. de Franc. par.* 1. *num.* 406.

Secunda limitatio ejusdem Bonifacianæ Decretalis desumitur à justa causa, quæ limitatio in jure ultrò admittitur pro vera in contraria Scriptura, adducendo in illius comprobationem *Text. in canon. Corpora* 36. *de Consecrat. distinct.* 1. qui tamen loquitur de translatione Corporum Sanctorum, & Reliquiarum, non autem Conventus Religiosorum, & multò minùs Hospitiorum, ut ex illius integra lectura, quę talis est *Corpora Sanctorum de loco ad locum nullus transferre præsumat, sine consilio Principis, vel Episc. sanctaque Synodali licentia*.

Sed eadem legitima, & justa causa acriter impugnatur in facto, ad quem effectum unicè insistitur in duabus Relationibus Episcopi, datis incontrario Summario, quæ cum nullam habeant in facto subsistentiam, ex illarum attenta recognitione potiùs probata, quàm exclusa remanet justa causa translationis nostri Hospitii.

Incipiendo autem à prima Relatione, dignentur EE. PP. observare, quod nullo modo in facto subsistit, Communitatem se opposuisse, & opponere petitioni Principalium, ut dicitur in *§. In ubbidienza*, circa finem. Quia folium indicatum, & in eadem Relatione annexum, subscriptum est à novem dumtaxat personis, amicitia, vel consanguinitate cum Adversariis junctis, inter quas una est mulier, seù monialis, alter verò Religiosus, ut ex recognitione; Et proindè affectatæ attestationi paucarum personarum nimis impropriè attribuitur nomen totius Communitatis, quæ verè, & propriè repræsentatur per illos 83. Testes, qui se subscripserunt attestationi, datæ in nostro Summario, quivè non solum nostræ petitioni non se opponunt, sed suas humillimas preces Principalium supplicationibus adjũgunt pro gratia translationis Hospitii ibi: *Al qual fine concorrono tutti con santa gara à procacciarli, prepararli, e condurli li materiali &c. per poter avere questo Publico la continuatione del beneficio spirituale delle messe, e massime delle Confessioni &c.*

Minus subsistit posse fieri novam scalam æque commodè ex alia parte nostri antiqui Hospitii versus viridarium, *quando facendosi l'allungamento del sud Coro si occupasse il sito della riferita scala, ut in §. In occasione*. Quia porta illa, de qua mentio habetur in dicta Relatione, transit per atrium Palatii Potestatis dicti Burgi, & per illam ex speciali conventione, inter Partes stipulata, & semper religiosè observata, transire debent sola plaustra. Ulteriùs pro ampliatione dicti Chori non occuparetur sola scala, ut dicitur in eadem Relatione, sed illa ad praxim reduci nequit *senza buona parte del fondo di dett' Ospizio, e Chiesa*, ut pro veritate testantur 83. Testes, dati in Summario.

Refectorium nostri Hospitii esse capax pro 30. personis, ut in eadem Relatione, §. *Viddi*. Quia ex authentica, & jurata attestatione Peritorum in arte, describentium usq; ad minutas partes ejusdem novi Hospitii resultat, idem Refectorium consistere *per longhezza in braccia* 17 *& oncie* 9. *per larghezza braccia otto & oncie nove, nel quale si entra per il Corridore sudetto, e dal Refettorio si passa alla dritta nella Dispensa, & alla sinistra al longo del Refettorio si passa alla scala del Dormitorio:* Itaut, attento dicto duplicato transitu, nemo non videat, esse prorsùs incapax pro 30. personis, imò angustius Refectorio antiqui Hospitii, quod in circuitu se extendit ab bracchia 38.

Post scalam immediatè sequi aliud cubiculum, *ut in d. §. Viddi*. Quia dd. Periti tale cubiculum nullatenùs ibidem invenerunt, quia revera nullibi adest.

Habere potiùs aspectum formalis Conventus, quàm Hospitii ædificium, à Principalis inceptum, *ut in d. §. Viddi*. Quia hæc est mera exageratio, nullum habens à parte rei fundamentum, ut ex accurata descriptione omnium mansionum, facta à publicis Peritis, quòd ictu oculi resultat ex planta utriusque hospitii, data in manibus Eminentiss. Ponentis, & fidelibus oculis EE. PP. inter informandum subiicienda.

Principales habere intentionem sub colore hospitii faccre in *Galliata, come fecero in Oleggio, distante di Novara otto miglia, ove à titolo di Ospitio hanno li PP. Riformati fabricato*

to un Convento formale, ut in fine d. §. *Vidi*. Quia insubsistentia hujus assumpti, ut modestè loquamur, ictu oculi deprehenditur ex solemni decreto hujus Sacræ Congregationis emanato die 24. Aprilis 1646. ad relationem Cardin. Franciotti, & confirmato die 30. Maii 1659. referente Card. Camillo Astallio, declarante idem Hospitium pro Conventu formali, cum impositione perpetui silentii *Fratribus Cappuccinis*, *Presbyteris Sæcularibus*, *& quibuscumque aliis litis Consortibus*, & post hanc declarationem Patres novam fabricam prout stat de præsenti construxerunt, ut ex copia ejusdem decreti, impressi in Typographia Camerali d. anno 1659. data in manibus Eminentiss. Ponentis.

Posse eosdem Principales quando sunt infirmi, vel convalescentes ad effugiendas illas incommoditates, quæ militant pro justa causa translationis novi hospitii, se conferre ad alios Conventus, existentes in Diœcesi Novarien. ut in §. *Dice però*, ubi iidem Conventus specificantur. Quia temperamentum hoc est de illorum natura, quæ in abstracto pulchra videntur, in concreto autem impracticabilia sunt. Nedùm quia admittitur in eadem Relatione, quod omnes alii nostri Conventus distent triplo majori distantia à Conventu Novariæ, ac distat hospitium Galliate, sed etiam quia Religiosi convalescentes, vel infirmi in hoc hospitio omnem illorum substentationem habent à proximiori Conventu Novariæ, cui annexum est dictum hospitium, quod si ad alios magis distantes Conventus se conferrent, ex notis, imò notoriis nostrorum temporum angustiis non possent necessaria consequi, sicque afflictis à morbo, afflictisque à longiori itinere, alia adderetur afflictio deficientiæ rerum, ad vitam necessariarum, quod non videtur permittendum ad *Text. in Canon. Cum percussio 7. quæstio. 1.* qui ità sumatur *Flagellatis à Domino afflictio addi non debet*, *& in capit. Ex parte de Cleric. ægrot.* ibi: *Nec afflicto afflictio sit addenda*, *imò potiùs ipsius miseriæ miserendum* cum aliis apud *Gonzal. in cap. 1. num. 4. de Cleric. ægrot. Prob. ad Monach. in cap. 1. num. 17. de Cleric. non resid. in 6. & Graff. de Effect. Cler. effect. 1. num. 1172.*

Demùm debere construi novam Civitatem extra illam Novariæ ad effugienda illa pericula, propter quæ Principales instant pro translatione Hospitii, ut in §. *Anche i Padri* Quia magna exageratio in hoc §. gratis amplificata ad evitanda pessimi aeris pericula, cum indicatione illarum Religiosarum Communitatum Novariæ, quæ deberent domos extra illam ædificare, palpatur manibus, dùm ibidem enumerantur solùm octo Conventus Regularium, & deindè terminatur amplificatio, & concluditur paragraphus, asserendo, quod *converrebbe fare un' altra Città fuori di Novara*, quæ certè esset nova species Civitatis, restrictæ ad octo miserabiles domos. Et tamen omnes prædictæ Religiones suas habent domos, & Hospitia extra Civitatem Novariæ, ad quæ se censerunt æstivo tempore, ut ibi notorium est, absque eo quod unquam quis somniavit asserere, adesse ibidem duas Civitates; Ultra quod nemo est, qui ignoret, si unirentur domus, & Palatia, extra magnas Civitates existentia, fieret alia parva Civitas, ut consideranti remanet manifestum.

Terminatur tandem Relatio cum illa assertione, *circa il fatto tutto sossiste*, quod ex hucusque animadversis EE. PP. judicandum relinquimus, an sit verum, vel non. Hoc unum subjungentes, quod ad ostendendum principium Conventus formalis debebat Episcopus non magnificare Refectorium, minusque multiplicare cubicula, seu cellas, sed transmittere exactam descriptionem, & distinctam mensurationem situs ædificii, quod fecerunt Principales subiicientes oculis EE. PP. dictam plantam, quæ est probatio evidens, & vera demonstratio illius veritatis, quam quærimus, per ea, quæ notant *Coler. de Process. exequutiv. par. 3. cap. 9. nu. 118. & Post. de Manut. observ. 101. n. 8.*, & firmavit *Rot. in dec. 548. n. 2. & dec. 584. n. 3. cor. Emer. jun.*

Hic terminat prima Relatio Episcopi, transmissa de mandato hujus Sac. Congreg. die 18. Junii 1709. Quia verò aliam deinde, nullo præcedente mandato EE. VV. transmisit sub die 3 . Decembris ejusdem anni 1709., cogimur pariter ejus insubsistentiam demonstrare.

Primo autem loco non videntur inter se convenire ea, quæ leguntur in §. *in ubbidienza* primæ Relationis ibi: *PP. Osservanti del Convento di Trecate, distante poco più di un miglio da Galliate* cum iis, quæ leguntur in hac secunda Relatione §. *Ne tampoco* ibi: *In Trecate distante da Galliate tre miglia quello de Minori Osservanti*: Si enim Trecates distat à Galliate uno dumtaxat milliario, ut dicitur in prima Relatione, quomodò dicitur distare tribus milliaribus in secunda? Observantes, discrepantiam hanc esse unam ex illis rebus, quæ consistunt in facto, circa quod legitur in fine primæ Relationis *circa il fatto tutto sossiste*: Et tamen ex hac secunda Relatione apparet, quod id non verificatur, neque subsistit.

Deveniendo modò ad §. *Oltre la fabrica*, multa in illo leguntur, quæ à parte rei nullam habent subsistentiam, neque possumus concludentiori modo veritatem in hac parte ostendere, quàm supplicando EE. PP. attentè considerare dictam plantam, quæ facta est à personis in arte peritissimis, & procedentibus cum regulis artis, & accurata mensuratione, non autem cum amplificationibus, & figuris rhetoricis, cum quibus Adversarii procurarunt Episcopo ostendere ea, quæ non sunt, ac si revera in rerum natura essent.

In §. *Tuttociò* insistitur adhùc in ea exageratione, *che il disegno de PP. Riformati è di fare una fabrica capace di 30., e più Religiosi*. Ut autem in hac parte pauca faciamus verba, nostras restringimus preces ad gratiam pro sola constructione ad summum novem dumtaxat angustarum cellarum in dormitorio, cum æquè perpetua, & rigorosa prohibitione de nunquam augendo illorum numero, & hoc modo res erit expedita.

Non possumus tamen non rogare EE. PP. ut dignentur observare incohærentiam illam, quæ legitur in hoc §., dùm in principio asseritur, velle Principales ædificare Conventum formalem, capacem *di 30., e più Religiosi*, paulò verò ante finem dicitur, quod *sarebbe un' Ospizio d'inosservanza, e di libertagine*, Si enim ex notoria Constitutione *Instaurandæ s. mem. Innoc. X. in Bullar. nov. tom. 5. la 50.* in ordine, in solo numero duodecim Religiosorum commodè servari possunt ea omnia, quæ necessaria sunt pro Regulari observantia, multò magis idem posset haberi effectus à longè majori, & plusquam duplicato numero eorundem Religiosorum, ut de se notum est.

Addito, quòd magnus iste Religiosorum numerus neque etiam reperitur in principali Conventu Novariæ, & si de mero possibili dari posset casus talis existentiæ in Hospitio Galliatæ, non haberent undè vivere, quia in dicto Burgo non habent quæstuam sufficientem, & propterea secum asportant à Conventu Novariæ totum id quod pro illorum necessaria substentatione consumunt in Hospitio Galliatæ.

Ea autem, quæ de inobservantia Religiosorum, illorumque parùm commendabili libertate, gratis exagerantur in hac parte, nullo prætextu, nulloque exemplo colorantur, imò nec colorari possunt nedùm in Provincia Mediolani ex depositione 83. Testium, sed in nulla alia Provincia nostrorum Principalium, quæ quamvis vera, dicta sint ex illa præcisa necessitate defendendi pauperes Principales, quam approbat *Sanct. Gregor. libr. 46. Moral. cap. 5.* dicens *qui necessitate cogente, vera de se bona loquitur, tantò magis humilitati jungitur, quantò veritati sociatur*. Si autem Adversarii *in hac parte putant, nos mentiri, proferant alios, quibus credemus*, ut in simili per hæc eadem verba dicebat *Lactant. de Fals. Relig. lib. 1. cap. 2.*

In §. *Per ora* non re usitus, nec interpellatus ab hac Sacr. Congreg. se offert Reverendiss. Episc. paratum ad procurandam venditionem novi hospitii, in qua parte pro hac generosa exhibitione gratias eidem agunt Principales, contenti eorum Syndico Apostolico pro illis contractibus, quos à se ipsis facere non possunt, neque debent.

Exemplum verò S. Columbani, in hac parte adductum, neque etiam à remotissimis nostris terminis applicatur, quià ut probè recordor, in eadem Causa, in qua scripsi, PP. Carthusiani, erant veri, & directi Domini illius domus, quæ à pio benefactore Bartholomeo Fideli nobis concessa fuerat pro hospitio, cumque id factum esset, non requisitis dd. PP. Carthusianis, isti petierunt, & obtinuerunt prælationem, juxtà verba Instrumenti, dati in Summario Patrum Observan. coram hac Sacra Congreg. die 12. Julii 1710. *referente Eminentiss. de Abdua* ibi: *Monasterium Carthusiæ habeat prælationem in acquisitione recensitorum bonorum, ut supra suppositorum dicto Libellario perpetuo erga præfatum Sac. Monasterium Carthusiæ pro eodem pretio, ut supra convento, deliberavit facere acquisitionem dictorum bonorum pro eodem pretio, quo ipsa bona vendita fuerunt*.

Non omittentes hic observare, quòd tàm circa factum hoc, recentissimè subjectum EE. PP. judicio, quàm circa alias gratuitas expressiones, quibus abundant contrariæ Relationes, poterat, imò debebat Reverendissimus Episcop. exactiores diligentias facere, neque illud repræsentare ad solam Adversariorum requisitionem, & simplicem relationem. Et propte-

propterea sola hæc facti animadversio EE. PP. benè nota, digito ostendit, eadem insubsistentia laborare omnes alias expressiones, in eadem Relatione contentas, & ad Adversariorum instantiam registratas, per ea, quæ ad rem notant *Vermigl. cons.74 num.16. Mascard. de Probat. concl.1340. n.6. & Rot. dec.1330. in princ. cor. Seraph & dec.89. num.8. & dec. 132. num.6. cor. Priol. & dec.1167. n. 13. coram Emer. Jun. & dec 514. n. 11. par. 18. rec. & in Capuana Jurispatronatus 10. Junii 1709. §. Fortiùs cor. R.P. D. Aldrovando.*

In hoc eodem *§. Io per ora* asseritur ulteriùs, novam fabricam non esse propriam *per Ospitio, ne per il sito, ne per la grandezza.*

Circa magnitudinem satis dictum suprà, circà verò situm veritas est in oppositum, quia quantum proprius est situs novi Hospitii, tantum est improprius situs antiqui, quod manibus palpatur, observando, situm novi Hospitii remotum esse à tumultibus Populi, uti extra Oppidum positum, ut in dicta Relatione *§. Tutto ciò in fine*, ibi: *Fuori del Borgo di Galliate, ma vicino alle mura del Borgo, che si stende all'aperta Campagna*, quæ sunt illa copulativa, & necessaria requisita, cum quibus in exequutionem Regulæ, à nostro Fundatore præscriptæ, semper, & ubique Loca nostrorum Religiosorum, quantum fieri potest, ædificantur in solitudinibus & remotis sitis; ut experientia notum est. (29)

E converso autem in antiquo situ Hospitii unitim verificantur omnes illæ incommoditates, quarum unica sufficeret pro justa, & justissima causa illius translationis, ex punctualiter animadversis per *D. Monacell. in Formular. tom.1. titul.6 formul. 19. nu.4. fol. mihi 162.* Sunt enim Religiosi in illo existentes, expositi visioni omnium illarum mulierum, quæ moram faciunt, vel accedunt ad domos Potestatis, Actuarii, Satellitum, & Parochi: Nec non aliorum transeuntium per publicam plateam; Sunt etiam subjecti continuis illis vexationibus, & tumultis, quas experiuntur illi, qui habitant propè easdem plateas, & cauponas, idque tam de die, quàm de nocte, ut in eodem Burgo notorium est. (30)

Ex alia verò parte ferè sepulti sunt, nedum à domibus prædictorum Potestatis, Actuarii, Satellitum, & Parochi, sed ulteriùs à Choro, & ab Ecclesia Parochiali, & quod intolerabilius est, a muris Burgi, coopertis terra usque ad illorum medietatem; Quæ omnia adeò vera, adeòque evidentia sunt, ut quando Reverendiss. Episcopus, occasione sanctæ Visitationis in eodem Burgo, propriis oculis consideravit situm nostri antiqui Hospitii, non potuit non exclamare cum circumstantibus, dicendo; *Veramente non sappiamo, come li Padri possino abitare in questo Tugurio*: Imò ad stantes fuit efficaciter hortatus, ut manus porrigerent adiutrices pro novi Hospitii terminatione. Quidquid postea in Relatione scripserit, non cohærenter ad ea, quæ propriis oculis viderat, sed ad ea quæ in ejus aures Adversarii insufflaverant. (31)

Asseritur demùm in fine ejusdem *§. Io per ora*, quod non ampliùs *si pensa di ampliare la Chiesa Parocchiale, e quando si parlò di accrescerla, fù un puro discorso di chi non hà l'autorità, ne il denaro per farlo*: Et tamen ex solemni, & publico documento, exhibito in Summario, docemus de opposito, ut ex illius confrontatione, & recognitione. (32)

Supplicantes observare, quod Principales non debent, neque possunt expectare momentum illud, in quo Fabricerii incipiunt demoliri eorum antiquum Hospitium pro ampliatione Chori, & Ecclesiæ Parochialis, sed gratias agere benefactoribus, atque ab eisdem accipere id, quod volunt eis hodiè dare, ut fecerunt circa situm pro novo Hospitio, & fabrica jam incepta. (33)

Ea, quæ continentur in *§. Ne tampoco*, nullam merentur responsionem, cum supponant, Principales velle fundare novum Conventum in Burgo Galliatæ, circa quod solemnem emiserunt iidem Principales delarationem in contrarium cor. Reverendiss. Episcopo, & parati sunt omnem aliam amplam, & amplissimam in hac parte novam facere declarationem EE. PP. benè visam. (34)

Poterat omitti Breve s. m. Alexandri VII. diei 16. Februarii 1663. in eadem Relatione insertum: Illud enim cubitalib. literis loquitur de fundatione novorum Conventuum, non autem Hospitii, ibi: *Decrevit, nè posthac in d. Provincia ad fundationem novorum Conventuum &c. procedi possit, nisi servata distantia &c.* Nos autem diximus, & opportunè repetimus, quod non prætendimus fundare, neque novum Conventum, neque novum Hospitium, sed istud ab uno ad alium locum ex juxta causa transferre, quod omni jure permissum est, ex suprà allegatis. (35)

Et ex his nullum fieri valet fundamentum in dictis Relationibus, attento quòd illæ, uti ad Partis suggestiones exaratæ deteguntur insubsistentes, prout in terminis faciendum esse monuit, & practicavit *Rota in Placentin. Jurispatronatus 1. Decembris 1704. §. finali cor. Omana* his verbis: *Neutiquam attenta Relatione Ordinarii Placentini, directa Sac. Congreg. Concilii in qua præsupponit &c. Ultrà quod enim d. Relatio manifestè erronea convincitur &c. & in Sagonen Plebaniæ 10. Decembris 1706. §. Quin attenaenda sit Informatio, per Episcopum facta in Sacr. Congregat. Episcop., & Regular. &c. coram eodem Omanna.* (36)

Relinquitur etiam ex hucusque animadversis plusquam manifestum, nullius esse relevantiæ dissensum omnium Adversariorum: Cum enim illorum consensus in fundatione Hospitiorum nullo modo requiratur, ex superradductis §. 3. quibus addimus punctualem resolutionem hujus Sacr. Congr. *in Gerunden. 19. Septembr. 1687. ad relationem Card S. Cæciliæ*, relatam, & sequutam à *D Monacel. in Form t. 1. t.6. Form.19 fol.162. n.4.* ubi quod apud se retinet originale, seù authenticum documentum ejusdem resolutionis: In necessariam sequitur consequentiam, quod nihil operetur eorundem dissensus. (37)

Prout in specie talem dissensum in nulla habuit consideratione hæc Sacra Congregatio tàm in *dicta Gerunden.* quàm in *Mantuana 8. Augusti 1710. ad relationem Eminentiss. Gozzadini*, in qua idem numero prætextus constructionis Conventus formalis sub titulo Hospitii exagerabatur ab Episcopo Mantuæ in tribus Relationibus, huic Sac. Congr. transmissis, datisque in Summario Cappuccinorum, In prima nimirum diei 23. Octobris 709. his verbis *Essendo ricorsi da me li Padri Minori Riformati &c. per la facoltà di fabricare un' Ospizio &c. che poscia facilmente erigerebbero in Convento, l'hò negata &c.* In secunda verò diei 9. Januarii 1710. ibi: *Respondendo, che non fabricavano altrimente un Convento, mà un' Ospizio &c. mà credendosi ciò un pretesto in pregiudizio del Paroco, e de Cappuccini di Goito &c.* Et in tertia die 22. Januarii ejusdem mensis, & anni, ibi: *Detti Cappuccini, & Arciprete temono di essere pregiudicati col pretesto di Ospizio:* Et tamen dissensus Cappuccinorum, oppositiones Cleri sæcularis, & denegatio consensus Episcopi, in nulla fuerunt habiti consideratione, fuitque nobis concessa gratia fundationis Hospitii; Multò igitur magis speramus hodiè obtinere longè minorem gratiam solius translationis ejusdem Hospitii de uno ad alium ampliorem, salubrioremque locum, juxtà regulam *Text. in cap. Non debet de Regul. Jur., & in authentic Multò magis C. de Sacros. Eccles.* cum aliis apud *Menoc. cons 502. n.41. & Thom. de Thomass. in Florib. leg. reg.89.* (38)

Demum non omittimus observare; quòd contraria prætensio videtur adeò exorbitans, ut aliquo modo dici possit opposita ipsimet humanitati, dùm absque ullo, vel minimo, proprio præjudicio, prætendunt Adversarii privare Principales aeris salubrioris communi respiratione, & beneficio, præsertim si habeatur respectus ad infirmos, & convalescentes quorum favore destinatum est hospitium, de quo disputamus, quibus, etiam non petentibus, ipsamet humana natura dictat succurendum esse, experientia teste, ut vidimus *suprà part. 1. discept.4. n.65.* (39)

Itaut quando omnia hucusque animadversa deficerent, Principalium humillimæ petitioni annuendum esset ex illo fraternæ charitatis principio, *quod tibi non nocet, & alteri prodest, &c.* quod omissis generalibus, in præcisissimis terminis nostri casus sequitur *d. Monacell in Formul. tom. 1. folio 162. nu.4.* ibi: *sed etiam, quia de æquitate, quod tibi non nocet, & alteri prodest, concedere compelleris.* Possuntque Adversarii in hac parte imitari Labeonem illum celebrem Juris Consultum, de quo in *leg 2. §. Item Varus ff* qui talem æquitatem dilexit, scribendo, *qui factus mihi quidem prodesse potest, ipsi nihil nociturus est, hæc æquitas suggerit etiamsi jure stricto deficiamur:* Attenta præcipuè qualitate Tribunalis Ecclesiastici, & personarum Ecclesiasticarum, atque Religiosarum collitigantium inter quas, ut dicit *Rot. in dec. 4. in fine de Appell. in Novis, magis de una bona, & grossa æquitate, quàm de Juris rigore procedi solet.* (40)

Sacra Congregat. Episcoporum & Regularium Ponente Eminentiss. Grimaldo die 24. Julii 1711. respondit: *Arbitrio Episcopi pro usu Hospitii tantùm.* (41)

DISCEPTATIO VIII.

Mantuana Hospitii Roverbelli.

PRO

PP. Strictioris Observantiæ Sancti Francisci Provinciæ Sancti Antonii Venetiarum.

CUM

PP. Cappuccinis Goiti, & Villæ Franchæ,

ARGUMENTUM.

Novum Hospitium prò Religiosis, ab uno ad alium Conventum transeuntibus, quando permittendum sit: Enumerantur omnes conditiones privati Hospitii.

PAtres Strictioris Observantiæ San Francisci Provinciæ Venetiarum, humillimi EE. VV. Oratores, non habentes, ubi capita reclinare in transitu ab illorum Conventu Mantuæ ad illum Veronæ, & è contra, qui distant inter se spatio 24. circiter milliariorum, anno proximè elapso tanquam à Divina Providentia sibi oblatam acceperunt domunculam quandam, à Julio Cœsare Lancino pio Benefactore, ad dictum effectum destinatam, in Oppido Roverbelli, sito in medio inter dictos Conventus Mantuæ, & Veronæ, ad quem effectum, prævia licentia ab Administratione Cœsarea obtenta, eandem domum semidirutam restaurare cœperunt, & reducere ad formam privati Hospitii, eo prorsùs modo, quo similia privata Hospitia retinent in Provincia Romana, in Hetruria, in Umbria, atque in aliis Provinciis ejusdem Religionis, juxtà notoriam praxim omnium aliarum Religiosarum Communitatum.

Dubitantes verò PP. Cappuccini Goiti, quod ædificare vellent potiùs Conventum, quàm privatum Hospitium, atque trepidantes timore, ubi nullus aderat timor, cum insubsistenti supposito, quòd dicto palliato nomine uterentur ad celandam fundationem Conventus, juxtà verba illa eorum Memorialis: *Tentano di eriggere un Convento sotto la speciosità di un' Ospitio nella Villa di Roverbella*, recursum habuerunt ad hanc Sacram Congreg. exagerantes eorum assertum præjudicium, ex tali ædificatione promanans, & sub tali præsupposito die 26. Octobris 1709. obtinuerunt rescribi, ut audiretur P. Procurator Generalis nostræ Religionis, utque interim supersederetur in ulteriori fabrica.

Procuravit idem P. Procurator Generalis nostræ Religionis in suo fundatissimo Voto, dictum palmare æquivocum, evidentissimè aperire EE. VV. solita ingenuitate, & candore asserendo, suos Religiosos, non Conventum, neque publicum Hospitium in eadem Villa ædificare velle, sed *solummodò pauperem domunculam, sibi à quodam Benefactore oblatam, eatenùs receperunt, ut possint Fratres itinerantes, nocte superveniente, ibidem tutò commorari, & aeris, pluviarumque evitare inclementiam.*

Quia verò, hoc non obstante, insistunt adhuc Adversarii in prætensione, ut idem privatum Hospitium non perficiatur ad quem effectum obtinuerunt destinari in Ponentem Eminentissimum Gozzadinum, ad illius relationem cogimur hodie ab innegabili rectitudine, & magna pietate EE. PP. impetrare illius permissionem, injungendo Adversariis, ne ampliùs in hac parte pauperes Principales molestent, & speramus fieri voti compotes.

Ad quem effectum sat est observare, quod respectu fundationis similium privatorum Hospitiorum nullam habemus in Jure, nullamque ab Apostolicis Constitutionibus prohibitionem, ea evidenti ratione, quia Religiosi in illis pernoctantes, considerarunt uti simplices, & meri viatores, nec potest dici, quod in illis habitent, juxtà theoricam *Jason. in leg. Plerique n. 18. ff. de in jus vocando*, quàm in præcisis terminis nostri casus sequuntur *Ricc. dec. 140. per tot. p. 2.* ubi refert, ita decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana, plurésque adducit congruas rationes, frustrà hic transcribendas, & in *Collect. 2269. per tot. Donat. Rer. Regul. tom. 2. tract. 1. de Monast. ædific. quæst. 22 per tot.* ubi, quod illis Religiosis, quibus prohibitum est habere Monasteria, vel Conventus in aliquo Loco, permissum est habere similia Hospitia, quia in illis considerantur uti viatores, *Et quia ex tali hospitio nullum præjudicium, aut detrimentum fit cœteris Religiosis*, ideoque *cessat finis, per quem dd. Constitutiones sunt factæ, & cessante causa finali, cessat legis dispositio latissimè Cesped. de Exem. Regul. quoad Monaster. ædificand. cap. 1. dub. 6. per tot., Laur. de Franch. de Contr. inter Episc. & Regul. tit. de Convent. nov. fundat. par. 3. n. 414.* ibique *Pasqualig.* innumeros citans concordan. *Tambur. de Jur. Abb. tom. 3. disp. 5. quæst. nu. 10. Novar. in Summ. Bullar. comment. 80. nu. 11.*, ubi refert ità pluriès vidisse observare, atque ipsum consuluisse alter *Novar. Frater. in Prax. Jur. Canon. titul. de nov. Monast. ædificand. concl. 2. n. 1. & seq. Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 16. nu. 9. vers. Quod d. Nicol. in Floscul. verb. Hospitium num. 1.*, ubi refert, & sequitur quamplures resolutiones hujus Sac. Congr. *Ventrigl. in Prax. tit. de Nov. Monaster. ædificand. annot. 18. § unico n. 26.*, ubi, quod in his casibus cessat ratio Constitutionum Apostolicarum, prohibentium fundationes novorum Monasteriorum, & Conventuum, quia non adest præjudicium vicinorum.

Ex quibus non relevat dissensus Parochi, seù Archipresbyteri ejusdem Oppidi Roverbellæ; *Cùm enim* (sunt verba *Caroli Anton. de Luc. ad Ventrig. in Praxi par. 1. annot. 18. n. 5.*) *ille requiratur ratione præjudicii, resultantis in emolumentis oblationum, & eleæmosynarum ratione Anniversariorum, & Missarum, aliorumque Divinorum* & concordant *Donat. Rer. Regul. tom. 1. tit. de Monaster. ædificand. qu. 15. nu. 1. Barbos. de Potest. Episc. par. 1. alleg. 26. n. 14. & Card. de Luc. de Regul. discur. 29. nu. 4.* Respectu simplicis, & privati Hospitii, de quo disputamus omnia hæc sunt prorsùs inapplicabilia, nullamque habent in facto apparentiam, & propterea idem dissensus in nulla habetur consideratione, & per hanc Sac. Congreg. negligi solet, ut prosequitur idem *Card. de Luc. d. disc. 29. de Regul. num. 5.*

Eademque responsio applicatur etiam dissensui Reverendissimi Episcopi Mantuæ; Omissa enim indagatione illarum congruentiarum, ex quibus motus fuit ad suum denegandum assensum, à nostris Principalibus demississimè petitum, & humillimè procuratum, quamvis nullo modo necessarium, ex suprà animadversis; Hoc unum certum est, quod etiam ipse deceptus fuit à contrariis suppositis, quod Principales non simplex Hospitium, sed formalem Conventum erigere intendebant, ut ex illis verbis ipsius Relationis sub die 23. Octobris 1709., huic Sacræ Congregationi transmissæ *Essendo ricorsi da me li PP. Min. Rifor. &c. per la facoltà di fabricare un' Ospitio nella Villa di Roverbella, che poscia facilmente erigerebbero in Convento, l'hò negata &c.* Et ex aliis secundæ Relationis diei 9. Januarii 1710. ibi: *Non fabricavano altrimente un Convento, mà un Ospizio per il loro passaggio da Mantova à Verona; Mà credendosi ciò un pretesto in pregiuditio del Paroco, e de PP. Cappuccini di Goito &c.* In qua pariter erronea opinione vivit Vicarius Generalis ejusdem Episcopi, ut ex epistola, huic Sacr. Congregationi transmissa die 13. Martii 1710. ibi: *Ora che dd. Cappuccini, & Arciprete temono di essere pregiudicati col pretesto d' Ospitio.*

Cum igitur hodiè hujusmodi suppositum cesset, atque deceptio ejusdem qualificati Prælati ferè octuagenarii, palpetur manibus, dùm Principales non Conventum, sed simplex, privatumque Hospitium ædificare intendunt, corruunt etiam eædem Informationes, & Relationes, eidem supposito innixæ, per ea, quæ firmavit *Rot. in dec. 584. n. 12. cor. Dunoz. Jun. & dec. 274. num. 11. par. 17. recen. & in Colonien. Canonicatus primæ Gratiæ 4 Februarii 1699. §. Hinc neq; cor. Illustr. Scot.* loquens in fortioribus terminis decisionis Rotalis quæ non attenditur, corruente supposito cum quo emanavit.

In omnem verò casum, cum ex supra animadversis clarum remaneat, consensum Episcoporum nullatenùs requiri in erectione, vel fundatione similium privatorum Hospitiorum, non indigemus precibus animum ejusdem Reverendiss. Episcopi flectere, ubi habemus Jus, literaliter nobis in hac parte assistens, *Frustrà enim precibus impetratur, quod absque illis permissum est*, juxta præcisa verba *Sac. Rot. in Giennen. Juris mutandi super restitutione in integrum 26. April. 1700. § Non attento cor. Muto*, & concordant *Soccin. Jun. cons. 160. numer. 40. lib. 2. & Modestin. Pistor. cons. 9. num. 9. leg. 8. & Thomas de Thomasett. in Florib. leg. reg. 150.*

Circa contensum Populi, seù Communis dictæ Villæ Roverbellæ militant eædem reflexiones, & animadversiones, quæ eò fortiùs stringunt, quo dissensus aliquorum ex Incolis dictæ Villæ, procuratus exadversò fuit modis, & operationibus parùm laudabilibus, dùm unus ex eisdem subscriptis in contrariis fidibus, in solemni documento, quod datur in præsenti Summario, se declaravit apertè deceptum ad subscribendum, ibi: *E benche lo infrascritto Segnato Paolo*

Paolo Bonmilioni abbi sottoscritto detta fede, questa mia sottoscrittione fù fatta con inganno, e con suppositioni, totalmente contrarie à quanto viene espresso in detto attestato: Ex quo non obscurè infertur, quod dicendum, & præsumendum sit de aliis subscriptis in eadem atteſtatione, juxtà animadversa per *Rot Avenionen decis.* 33. *num.* 1. *& 2.* ubi refert, & sequitur illud *Virgilii: Crimine ab uno Disce omnes* Et quod retractatio unius testis tollat fidem aliis, eo quia eodem. modo potuerunt subornari, & decipi, aliis adductis, probat egregiè *Gratian. discept.* 192. *n.* 3. *& 7.* & firmavit *Rot. in dec.* 89. *n.* 7. *& 8. cor. Priol. & dec.* 514. *n.* 1 *par.* 18. *rec.*

11

Fortiùs quia in dicto Summario, docemus de acclamatione Incolarum dicti Oppidi Roverbellæ, ea ratione, quia nostrum Hospitium *non puol essere, ne presentemente, ne in avvenire di verun pregiuditio, ne aggravio alla Communità sudetta*; Quod adeò verùm videtur, ut nulla indigeat probatione, dum ex transitu, vel mora unius diei, vel pernoctatione unius, vel alterius Religiosi, perfectæ observantiæ, & exemplaris vitæ, in aliqua Terra, difficile erit ostendere præjudicium aliquod vel damnum, ejusdem incolis, & habitatoribus proveniens, ut de se patet.

12

Pro quorum omnium faciliori admissione non possumus non rogare EE. PP., ut dignentur observare exorbitantiam contrariæ prætensionis dum acriter impugnatur Principalibus id, quod ab omnibus piis Christifidelibus, imò ab ipsismet pessimæ conscientiæ hominibus, non denegatur proscriptis, & facinorosis personis, securitas nimirùm, & absconsio à turbine, & à pluvia, eo tempore, quo cum obedientia suorum Superiorum transeuntes à Conventu Mantuæ ad illum Veronæ, vel è contrà, lassati ab itinere, quod pedeiter facere tenentur, ulteriùs progredi non valent, benevolosque receptores non facilè inveniunt.

13

Hæc respiciunt causæ merita; Cæterùm quia de facili ex adverso fiet transitus ad illius ordinatoria, ad prætensum spretum Inhibitionis Curiæ Episcopalis de mandato hujus Sacræ Congregationis expeditæ, Omissa inspectione, an benè, vel malè se gesserit in hac parte Curia Mantuana, exequutionem dictæ Inhibitionis committentis Archipresbitero, acerrimo Adversario, hoc modo illum faciendo Judicem, & Partem, adversus omnia principia, quod Eminentiss. Patribus judicandum relinquimus.

14

Dicimus, illam intimatam fuisse eo tempore, quo domus, de qua est quæstio, in eo erat statu in quo de præsenti reperitur, ut justificamus in Summario, ex quo proindè nulla prætendi potest contraventio, nullusque spretus, quia similes inhibitiones non habent oculos retrò ex adductis ab *Adden. ad Pamph decis.* 529. *numer.* 8. & firmatis per *Rot. dec* 115. *n.* 12. *par.* 8. *& dec.* 520. *num.* 8. *par.* 18. *rec. & in decis.* 67. *numer.* 16. *cor. R. P. D Ansald*

15

Certiùs, quia ex supra animadversis, illa extorta fuit cum supposito, quod ageretur de fundando Conventu, vel publico Hospitio, & consequenter non comprehendit casum restaurationis simplicis domus, pro Religiosis itinerantibus, ut in terminis observant *Donat. Rer. Regular. tom.* 2. *tract.* 1 *de Monast. ædificand. quæst.* 22. *num.* 1. *& Novar. in Summ Bullar. commentar.* 80. *numer.* 11. Cujus facti ignorantiam allegare nequeunt Adversarii, dum id expressè, & solemniter protestatus fuit Syndicus Apostolicus Principalium.

16

Quamvis autem in parva Capella ejusdem privati Hospitii nostri Religiosi missam celebraverint ex eo, quia Archipresbyter Adversarius illius celebrationem permittere noluit in sua Ecclesia, nullus etiam in hac parte considerari valet excessus, quia Superiores Principalium ex speciali Privilegio Leonis X. talem habent facultatem, benedicendi nimirùm privata Oratoria, existentia in eorum simplicibus Hospitiis, ut videre est apud *Barbos. de Potest. Episcop. part.* 1. *all g.* 27. *sub numer.* 49. *Sorb. in Compend. Privileg. verb Benedicere, Pellizar. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 8. *cap.* 5. *num.* 67. *Mirand. in Manual. Prælator. tom* 2 *quæstion.* 39. *consult.* 3. *& Anaclet. Reinffenstuel. Oper. moral. tom.* 3. *lib.* 3. *tit.* 16. *de Consecr. Eccles. respons.* 6. *num* 9. *pag* 940.

17

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo nemini patet accessus ad Cappellam dicti privati hospitii: Itaut unicè deserviat pro ipsismet Religiosis itinerantibus, juxtà naturam similium privatorum Hospitiorum, de qua *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. capit.* 16. *num.* 7 ubi refert, & sequitur resolutionem hujus Sacr. Congregat. *in Calaguritana de Bilbao* 15. *Septem.* 1690. in qua per extensum referuntur, & explicantur omnes conditiones privati Hospitii, quæ sunt sequentes: *Quod tantummodo deserviat pro recipiendis Religiosis itinerantibus: Quod in illo nulla servetur forma Regularis; Non erigatur Ecclesia, seù Oratorium formale cum janua in publica via, sed tantum Oratorium internum ad effectum inibi missas, & orationes privatas pro eorum spirituali usu tantum celebrandi: Quod in illo Sacramenta non administrentur, nec fiant publicæ conciones nec Divina aliæq; functiones peragantur: Non tumulentur cadavera, nec retineatur campana, nec aliquod signum, quod vero Conventui adaptetur, & transcendat naturam, & conditionem meri, & simplicis Hospitii: Addita prohibitione quæstuandi, nec non quòd Regulares, ad illud se transferentes, non assumant titulum Præsidentis, vel alterius Officialis*, Quas conditiones refert, & sequitur etiam *Monacell. in Form. tom.* 1 *tit.* 6. *form.* 19. *num.* 15.

18

Sac. Congregat. Episcoporum, Ponente Eminentiss. Gozzadino, die 8. Augusti 1710. Respondit: *Pro gratia Hospitii privati tantùm.*

19

DISCEPTATIO IX.

Vintimilien. Quæstuationis.

INTER

PP. Reformatos S. Francisci Oppidi Saorgii.

ET

PP. Cappuccinos Terræ Sospelli.

ARGUMENTUM.

Patres Cappuccini an possint quæstuare in illis Locis, in quibus Patres Reformati soliti sunt quæstuare.

PAtres Reformati Sanct. Francisci Conventus Beatæ Mariæ Miraculorum Saorgii Diœcesis Vintimiliæ, repe- riuntur ab annis 80. & ultrà in pacifica, & quieta possessione quæstuandi, panem, & vinum in Terra, atque districtu Bregli ejusdem Vintimilen. Diœcesis.

1

Verùm quia Patres Cappuccini Conventus Sospitelli, distantis à dicta Terra Bregli per sex, & ultrà milliaria, novissimè excitarunt prætensionem quæstuandi in eadem Terra Bregli panem, & vinum: Hinc pro parte dd. Reformatorum habitus fuit recursus ad hanc Sacram Congreg. emanatoque solito rescripto: *Episcopo Vintimiliæ pro Informatione & Voto*, illa superventa, ad relationem Eminentiss Ponentis proponitur hodiè dubium, an id permittendum sit; Supplicamus autem respondere. *Non competere PP. Cappuccinis Jus quæstuandi panem, & vinum in dicta Terra Bregli*, & videtur annuendum.

2

3

Etenim Conventus Cappuccinorum Sospitelli distat à dicta Terra Bregli per sex, & ultrà milliaria, ut est notorium; & testatur Reverendissimus Episcopus in sua Relatione ibi: *Li PP. Cappuccini di Sospello per esser distanti sei miglia in circa dal Luogo sudetto di Breglio &c.* & consequenter Terra Bregli reperitur extrà fines, & districtum prædicti Conventus, quo stante, non competit Cappuccinis ejusdem Conventus jus faciendi dictam quæstuationem in dicta Terra, existente intrà nostrum Districtum, ut benè observat *Cardin. de Luca de Regul. disc.* 28. *num* 2. & in nostris præcisis terminis contra eosdemmet PP. Cappuccinos declaravit hæc Sacr. Congregatione die 22 Junii 1674 ut refert *Matthæucc in Offic. Cur. Ecclesiast c.* 43. *verbo Officialis quo ad Quæstuam num.* 2. *Lantusc. in Theatr. Regular. in Supplem verb. Eleemosyna n.* 3. *& Nicol in Floscul. verb. Quæstuor n* 9

4

5

A fortiori in nost a hypothesi, attenta antiquissima observantia quæstuationis Reformatorum privativè quoad PP. Cappuccinos, ut deponunt testes, & testatur dictus Reverendissimus Episcopus in sua Relatione ibi: *Prese le informazioni dovute &c hò ricavato in sostanza esser la verità, che li medemi* (nempè PP Reformati) *sono sempre stati soliti di portarsi à questuare publicamente pane, e vino nel luogo sudetto di Breglio distante poche miglia da quel di Saorgio e ciò sempre col consenso, e toleranza di quel Popolo, e Particolari &c.* Versaq; vice PP. Cappuccini vi *sogliono andare* (sunt verba ejusdem Relationi.) *in questua per Lino, Canepa, ed Oglio, mà non mai per pane, e vino, come han cominciato à far da qualche mese in qua, con non poco pregiudizio de medesimi PP. Riformati di Saorgio.* Valdè autem attendendas esse hujusmodi Relationes, quæ per Ordinarios ad Sac. Congreg. transmittuntur observat *Rot. decis.* 234. *num.* 16. *& 17. par* 16. *& dec.* 325. *n.* 12. *& de-*

6

7

*& dec.*460. *num.*9. *&* 10. *par.* 18. *rec. & dec.* 685. *num.*9. *coram Card. Cerro*, *& decis.*14. *n.*17. *cor. R.P.D.Ansald.* cum aliis à me citatis in *Tract. de Livell. cap.*1. §. 12. *n.*10.

Absque ulla difficultate, dùm Populus, & particulares personæ Terræ Bregli *da medesimi Padri* (ut prosequitur dicta Relatio) *restan serviti continuamente nell' ascoltar le con- 8 fessioni, e colle prediche sempre, che vengono ricercati, lo che non hanno mai fatto, nè fanno li PP.Cappucini di Sospello, per esser distanti sei miglia in circa dal Luogo sudetto di Breglio &c.* Ac proindè prohiberi omninò debet PP. Cappuccinis, ne eorum antiquum districtum ad quæstuandum egrediantur, sed 9 intrà suos limites se contineant, ut PP. Reformati ab his, quibus serviunt, substentari faciliùs possint, sunt verba, punctualis resolutionis hujus Sacr. Congregat. *diei* 22 *Junii* 1674 quam per extensum refert, ac sequitur *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccl. c.* 43. *n.* 2.

Neque refragatur, quod PP. Cappuccini aliquoties panem, & vinum quæstuaverint in Loco, de quo agitur: Ultrà quod 10 enim contrariorum testium dicta conquassantur à nostris oppositum ex diametro deponentibus strictè respondemus quod illorum assertio detegitur omninò insubsistens ex dicta Relatione Episcopi, attestantis, ab aliquo mense dumtaxat cœpisse quæstuare panem, & vinum ibi: *Soglìono andare in questua per lino, canepa, ed oglio, ma non mai per pane, e vino, come han cominciato à fare da qualche mese in quà*; Semperque urget reflexio illa, quod in eodem casu clandestina quæstuatio PP. Cappuccinorum extrà eorum districtum, præju- 11 dicare non valet PP. Reformatis, non probata illorum scientia, & patientia egregiè *Rota*, cumulans concordantes *in decis.*1167. *num.*10. *cor. Emer. jun.*

Pro quorum faciliori admissione dignentur Eminentissimi 12 Patres observare, quod Patres Cappuccini, commorantes in Conventu Sospitelli, sunt in parvo numero: Ultrà quæstuationem, quam habent in d. Loco Sospitelli pro eis superabundantem, dùm Oppidum est valdè oppulentum, quæstuant etiam in Terra Scarenæ, & in aliis Locis circumvicinis transmittendo panem eis superabundantem alteri eorum Conventui Villæ franchæ; E converso autem PP. Reformati sunt in numero valdè majori, & præter duo Oppida Saorgii, & Bregli non habent alia Loca ad quæstuandum: In istis autem cir- 13 cumstantiis omnis æquitas, & justitia suadent, exaudiendas esse preces Reformatorum, ne verificetur inconveniens illud de quo *D. Paulus* 1. *ad Corinth.* 11. 21. *Alius quidem esurit, alius autem ebrius est.*

14 Sacr. Congregat. Episcoporum, & Regularium Ponente Eminentiss. S. Clementis die 2. Augusti 1715. Rescripsit: *Servetur solitum, & Episcopo pro exequutione, cum facultatibus Sac. Congregat.*

Resolutio fuit confirmata die 16. Septembris 1718., ut videre est in *Tom.*3. *part.*1. *Discept.*17.

DISCEPTATIO X.

Tricaricen. Processionis.

PRO

PP. Reformatis Sancti Francisci Terræ Montis Murri.

CUM

PP. Dominicanis ejusdem Oppidi.

ARGUMENTUM.

Infra Octavam Solemnitatis Sanctissimi Corporis Christi, an licitum sit omnibus Religiosis extra Claustra Processiones facere.

SA me. Gregorius XIII. ad augendam Christifidelium devotionem erga Augustiss. Eucharistiæ Sacramentum, me- 1 diante *Constit.*10. inter alias ejusdem Pontificis *motu proprio* (sunt ejus præcisa verba) *non ad alicujus super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex mera deliberatione, & certa scientia, universis, & singulis Clero, & Clericis, ac personis Ecclesiasticis, tam Sæcularibus, quam quorumvis Ordinum Religiosorum, & militarum Regular. ut Literis Pii Prædecessor. hujusmodi non obstan. liceat ipsis, tàm die ipsa Dominica infrà Octavam Corporis Christi, quàm aliis totius Octavæ prædictæ diebus, processiones suas celebrare, nec super eo, tam ab aliis quibuscumque personis &c. quomodolibet molestari, inquietari, vel perturbari &c. tenore præsentium concedimus, & permittimus &c* Amplissimè derogando omnibus in contrarium facien. & signanter Bullæ S. Pii V. concedentis Fratribus Dominicanis facultatem, privativè quoad omnes alios Religiosos, faciendi dictam processionem in die Dominica infrà Octavam Corporis Christi, ut ex toto tenore ejusdem Gregorianæ Constitutionis, quæ non potest esse magis rotunda, magisque literalis, & clara, illamq; punctuali exequtioni semper demandan. esse censuerunt Sac. Congr. juxtà resolutiones quas referunt, & sequuntur *Pignatell. consul.*121. *to.* 1. *& Matthæucc. in Offic. Cur. Eccl. cap.*40. *n.*8. *& seq.*

Hujus cubitalis Constitutionis vigore anno 1712. Religiosi Conventus PP. Reformatorum Oppidi Montis Murri, Tricaricen. Diæcesis, ad se conformandum piæ intentioni ejus- 2 dem Summi Pontificis, eandem processionem fecerunt die Dominica infrà Octavam Solemnitatis Corporis Christi, idque summa pace, & absque ulla, vel minima dissidiorum occasione, sed cum omnium bonorum ædificatione, omnique SS. Eucharistiæ Sacramenti veneratione, & cultu.

Verùm Religiosi Ordinis Prædicatorum ejusdem Oppidi, non excedentes in totum numerum trium Sacerdotum, & duorum Conversorum, ac si Literæ prædictæ sanct. memor. Gregorii XIII. non essent revocatoriæ, sed potiùs confirma- 3 toriæ aliarum S. Pii V. se opposuerunt eidem verè pio desiderio, prætendentes privativam faciendi dict. Processionem in Dominica infrà Octavam ejusdem Solemnitatis; Habitus proindè fuit recursus ad hanc Sacram Congregationem quæ de more exquisivit Informationem, & Votum, tàm Vicarii Capitularis Tricaricen. quàm Procuratoris Generalis Ordinis Prædicatorum, in Secretaria existen. in quo cohærenter ad ea, quæ propriam defendendo causam notat *Donat. Rer. Regular. tom.* 1. *tract.* 13. *de Exempt. Religiosor. quæst.*82. *per tot.* ex quatuor motivis, latiùs expressis in eadem Informatione, & Voto dicti Pat. Procuratoris Generalis, insistit in 4 eadem privativa, I. nempè vigore prætensæ consuetudinis II. vigore specialis privilegii ipsis concessi à San. Pio V. III. vigore resolutionis hujus Sacr. Congregat. *in una Placentina* 30. *Aprilis* 1701. & IV. quia vigore alterius resolutionis Sac. Congregat. Rituum 9. Aprilis 1643. non sunt permittendæ duæ processiones eodem die, & in eodem Oppido; Quibus pro coronide superaddita fuit alia congruentia, quia talis processio impediret concursum expositioni Venerabilis, quæ eadem die fit in Ecclesia PP. Dominicanorum: Verùm tamen est, quod laudabili candore, & commendabili ingenuitate agnoscens idem P. Procurator Generalis debilitatem dictorum motivorum, sibi forsàn ab Adversariis insinuatorum, terminavit suam Informationem sequentibus verbis, *Recedendo pro bono pacis da ogni instanza litiggiosa, mi rimetto con la dovuta profonda rassegnazione à quanto sarà dall' EE. loro deciso*, ex quibus plusquam tacitè consensum præstitit affirmativæ resolutioni præsentis dubii, pro qua enixis præcibus supplicamus, & exaudiri confidimus.

Intentio siquidem Principalium solidè fundata est in dicto Oraculo Summi Pontificis, roborato clausula *Sublata, & decreto irritanti*, quæ operantur, ut omnis antiquus contrarius usus abolitus omninò fuerit, utque novus impeditivus exequtionis ejusdem Constitutionis, nunquam introdu- 5 ctus dici possit, juxtà notam indolem, & notiorem efficaciam dicti decreti irritantis, & clausulæ *Sublata*, per ea, quæ notant adducti in *decision.*795. *numer.*2. *& sequen.* ibique *Adden. num.* 9. *coram Burat. & decis.*637. *num.*15. *& dec.*814 *num.*4. *& seq. coram Merlin. & decis.*61. *num.*2. *&* 3. *cor Priol. & dec.*30. *numer.*58. *coram R. P. D. Ansaldo*, *& dec.*418 *num.* 7. *part.* 18. *recent.*

Et meritò, quando enim allegatur Summi Pontificis authoritas, quàm maximam, & necessariam appellat *Cardin. de Luc. de Benef. disc* 89. *sub num.*2. omnibus prætextibus rejectis, nihil aliud remanet, nisi omnibus viis procuranda il- 6 lius punctualis exequtio, ut omissis antiquioribus, practicavit Sacra Rota, & practicandum esse firmavit in *Legionen. Parochialis* 11. *Novembr.* 1693. §. *Non obstante cor. Pio & in Mindonien.* 1. *Martii* 1706. §. *Verùm cor. R. P. D. Ansald.*

Atque sequendo eandem Constitutionem Gregorianam in specie observant *Barbos. in Summ. Apost. decis. collect.*231. *numer.* 2. *Gavant. in Manual. verb. Processio num.*42. *Cardin. de Laur. in Epitom. Canon. verb. Processiones in fin.* ibi: *Processio Corporis Christi infrà Octav. ejus festi fieri potest è quocumque Clero, & Monasterio Locorum*, ex *Constit.*10. *Gregorii XIII. & Mat-*

& Matthaeucc. in Offic. Cur. Eccles. cap.40. num 9. ibi: *Ad solemniter faciendam processionem extrà Claustra in quacumque die infrà Octav. Corporis Christi, habent etiam Regulares privilegium cum amplissimis derogatoriis à Gregor. XIII. distinctis tamen horis &c.*

Et quod magis est, favore PP. Ordinis Minorum Vltramontanae Familiae contra eosdem PP. Dominicanos, acriter informantes, itá resolvit *Sac. Rit. Congr. in Quiten. 24. Martii 1696. Ponente Eminentiss. Pamphilio* cum rescripto *Licere PP. Franciscanis facere processionem die Dominica infrà Octavam Santissimi Corporis Christi*, confirmato die 1. Septemb ejusdem anni, cum addito, ut processio fieret hora distincta ab illa, in qua processionem faciunt Dominicani, quae rescripta in forma specifica confirmata fuerunt à s. m. Innocentii XII. testibus *Matthaeucc. in Offic. Cur. Eccles. d. cap. 40. num.9. & seqq. & Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 5. formul. 7. num 31. fol. 112.* 9

Quibus non adversantur ea, quae ratione officii exposuit EE. PP. dictus Pater Procurator Generalis Dominicanorum. 10

Non primum ratione praetensae consuetudinis, quia ista inallegabilis est adversùs Papalem Constitutionem, munitam clausula *Sublata, & decreto irritanti, ex suprà allegatis:* quibus addo *magistralem decis. 237. n.9. & seq. cor. Emer. Jun.* ibi: *Clausula Sublata, & decretum irritans, abrogant quemcumque stylum, vel consuetudinem in contrarium, ut est Textus &c. & impediunt introduci novum stylum, & consuetudinem &c. Imò, quod nec etiam probatio non usus, vel contrarius usus admitti possit, Felin. &c. & dec 199. nu.37. par.12. rec.* ibi: *Clausula Sublata, & decretum irritans omnem consuetudinem adeò inficiunt, & illius principiis obstant, ut nec nasci quidem, nec alio modo incipere potuerit, & in Neapolitana Constructionis Ecclesiae super 2. dubio 26. Junii 1711. §. Nec ex eo coram R.P. D. Falcon.* ibi: *Clausula, Sublata, & decretum &c. ut statim nata consuetudine extincta censeatur, itaut corruptelae dumtaxat nomen ipsa retineat.*

Minusque refragatur, quod PP. Dominic. sint in possessione faciendi processionem dicta Dominica infrà Octavam, quia exinde nihil infertur contrà Principales, in exequtionem dictae Gregorianae Constitutionis, volentes diversa hora facere similem processionem, ut in terminis terminantibus observat *Pignatell. consult.63. n.4. tom.6.* ibi: *Neque obstat, quod attentans prohibere sit in possessione faciendi processionem illa die, alter verò non consueverit facere, nàm ob id non est derogatum Juri, quod habet faciendi processionem.* 11

Ea viva ratione, quia privilegium hoc non fuit concessum uni, vel alteri Religioso, in cujus facultate repositus sit illius non usus, sed fuit concessum omnibus Religionibus, & propterea non erat, neque est in facultate privatorum Religiosorum, sive tacitè per non usum, sive etiam expresse eidem privilegio, in Papali Constitutione contento, renunciare, egregiè *Rot in Hispalen.* impressa *apud Dian. coordin. tom.8. folio 186.* & meliùs *coram Royas dec. 179. num.7. & cor. Cerr. dec.10. num.2. & 3. & in par.7 rec. dec.44. num.12. & in Herbipolen. Monasterii 27 Januarii 1712. §. Denique coram R.P.D. Ansaldo.* 12

Non secundum vigore privilegii, ipsis concessi à S. Pio V. quia istud in individuo, & cubitalibus literis moderatum fuit *in dicta Constit. 10. s mem. Gregorii XIII.* juxtà clara illa verba *in §. 3.* omni detorsione incapacia *Literas Pii Praedecessoris hujusmodi harum serie penitùs, & omninò quoad effectum prohibitionis celebrandi processiones hujusmodi, cassamus, irritamus, & annullamus, viribusque, & effectu evacuamus, & tanquam tales minimè attendi, vel ejusdem Fratribus Praedicatoribus suffragari posse volumus:* Est autem optimum signum pessimi Juris allegare privilegia, & Constitutiones revocatas, irritas, & annullatas, ut, concordantibus cumulatis, probant *Gob. consult.51. num.118. & seq. & Marcon. in Prax. Opin. p.1. art.14. sub n.6.* 13 14

Neque subsistit in facto, idem privilegium S. Pii V. fuisse confirmatum à s. mem. Clemente VIII. Iste enim, mediante Brevi, exadversò in Secretaria exhibito, nihil aliud fecit, quàm confirmare Indulgentiam ab eodem Sancto Pio V concessam intervenientibus processionibus faciendis à Dominicanis die Dominico infra Octavam Solemnitatis SS. Corporis Christi, illam extendendo etiam ad Conventus, fabricatos post gratiam Sancti Pii V. Inhibendo quidem omnibus aliis Religiosis, nè processionem facerent dicta die, hora, non tamen indefinitè, sed taxativè pro solis tempore, & hora, quibus processionem faciunt Dominicani, qua semel electa, illam amplius mutare non possent, juxtà illa clara verba: *Inhibentes omnibus Fratribus, & Presbyteris aliarum Religionum, ne dicto tempore, & hora similes processiones celebrare audeant per vias, & plateas, ac loca, ab eis electa, & semel tantùm eligenda &c.* 15

Ex quibus remanet manifestum, eundem Summum Pontificem nullatenus revocasse dictam celebrem *Constitut. 10. s. mem. Gregorii XIII.* cujus nec minimam fecit mentionem, sed solùm dedisse optionem PP. Dominicanis circa electionem horae, qua semel electa, ampliùs illam mutare non possent, ut in terminis, eandem gratiam s mem. Clementis VIII. in individuo interpretando, notant *Barbos. in Summ. Apostolic. decis. collect. 372. numer. 12.* ubi refert ità decisum *ab hac Sac. Congreg. in Pisauren. 14. Novembris 1615. & in Materanen. 10 Julii 1629. & de Potest. Paroch. cap. 12. num.14. Pignatel. consult. 63. sub num 6 tom.6. & Monacell in Form. tom.1. titul. 5. form 7. numer. 31. fol.112.* ubi refert ità decisum *ab hac Sacra Congreg. in Bellicastren. 28. Aprilis 1690. ad relationem Card. Petrucii.* 16

Et in specie, quod dicta gratia Clementis VIII. Dominicanis concessa, non tollat Jura competentia Religiosis vigore dictae Constitutionis Gregorii XIII., cui derogatum non fuit, egregiè observat *Pignatell. consult. 63. num. 1. tom.6.* 17

Quae omnia manibus palpare facit unica, & simplex illa limitatio horae, PP. Dominicanis, nedùm praescripta à s. me. Clemente VIII., sed cum addito, ut, illa semel electa, eam amplius immutare non possint, & sequendo dictam Clementinam notant adducti à *Pignatel. consil.63. sub num.6. to.6* & resolvit *haec Sac. Congregat. in d. Quiten.* apud *Matthaeuc. in Offic. Cur. Eccles. capit. 40. numer.9. & seq.* Si enim Dominicani haberent privativam faciendi processionem in tota die Dominicae infrà Octavam, itaut ipsi soli dicta die illam facere possent, nemo non videt, quod non esset opus dict. restrictione, & limitatione horae, quia tota & integra dies relicta esset ad eorum commodum, & libertatem. Quae sola reflexio deservire valet pro congrua responsione ad versùs omnia, exadversò adducibilia, ex illa naturali ratione, quam in his casibus unicè allegare sufficit, ex animadversis per *Cardin. Pallavic. nell' Istor. Concil. lib.3. capit.13. num.8.* ibi: *In quei casi, in cui la raggione naturale si scorge aperta, non richiedersi altra legge, nè altro Dottore, che il lume impresso negli animi dalla natura*; quem sequutus fui *in meis Institut. Crim. lib.2. tit.8. num.245.*, & addo *Card. de Luca in Miscel. Eccles. disc.26. in fin.* 18 19

Non obstat tertium innixum resolutioni *Sacr Congreg. Rit. in dict. Placentina 30. Aprilis 1701.* in qua disputatum fuit dubium *An liceat PP. Dominicanis prohibere aliis Regularibus, nè in die Dominico infrà Octavam Corporis Christi peragant processionem in casu &c.* Quia affirmativa resolutio dictae Sacr. Congreg. Rituum, metiendo ipsius voluntatem à potestate juxtà regulam, de qua *Rot. decis. 92. numer.12. coram Priol.* non potest intelligi, nisi de facultate prohibendi dictam Processionem in eadem hora, in qua illam facere solent Dominicani, non autem in tempore, & hora diversa, quia in hac parte adest literalis, & clara Constitutio Gregoriana, quam sequuta fuit haec Sacra Congregatio favore nostrae Religionis, Fratribus Dominicanis acriter informantibus *in dict. Quinten.* apud *Matthaeucc.*, & *Monacell. locis suprà citatis.* 20 21

Ultrà quod cum dicta resolutio *Placentina* emanaverit in dicto particulari casu, & ex ejus particularibus circumstantiis, in illo concurrentibus, non potest allegari pro generali lege in omnibus casibus, ut egregiè distinguendo materiam, & interpretando verum sensum resolutionum Sacrarum Congregationum, observant adducti à *Pasqualig. quaest. Moral. centur. 1. quaest. 61. numer. 4. 9 & 14. & à Sac. Rota in Hispalen. Juris votandi 4. Februar. 1697. §. Distinguentes cor. Cardin. Caprara*, quam sequutus fui *in meis Instit. Crimin. lib.1. tit.10. §.4. num.150.* 22

Non obstat quartum, quod in eadem Terra, eadem die non sint permittendae duae processiones vigore resolutionis *Sacr. Congregat. Ritu. 9. Aprilis 1643.* apud *Nicol. in Floscul. verb. Processio numer. 12.* Illa enim loquitur de aliis processionibus, non autem de illis, quae fiunt occasione Solemnitatis Corporis Cristi, ut declarando authoritates, quae in contrarium allegari possunt, & eandem conciliando resolutionem *Sacr. Congreg. Rituum* cùm aliis in quibus determinatum fuit oppositum, in terminis observat *Matthaeucc. in Official. Cur. Eccles. cap.40. n.10.* his verbis *Unde, patet decretum S.C. R. de anno 1653. 9. Aprilis apud Nicol. floscul. verb. Processio n. 2. disponentis, non esse permittendas in uno Loco, & eodem die duas similes processiones, non applicari ad praefatas, faciendas infrà Octavam Corporis Christi.* 23

Hinc pariter videmus, quòd licet vigore *celebris Constitut.*

stit. 115. *s. m. Clemen. VIII. in Bullar. nov. tom.* 2. nonnisi una Confraternitas erigi possit sub eadem denominatione in eadem Civitate, seù Loco; Id tamen non procedit respectu Confraternitatis Sanctissimi Sacramenti, quæ nedùm potest, sed erigi debet in qualibet Parochia, ut ex Literis Sacræ Congregationis Indulgentiarum, à s. m. Paulo V. approbatis, & relatis à *Laur. de Franch. in Contr. inter Episcop. &c. part.* 1. *num.* 231. probat *Monacell. in Formular. tom.* 1. *titul.* 6. *form.* 12. *num.* 1. *fol.* 155.

24

Demùm non obstat ultima contraria reflexio, quòd per nostram processionem impediretur concursus ad Ecclesiam PP. Dominicanorum, in qua post prandium ejusdem die Sanctissimæ Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum exponitur.

25

Ultrà quod enim id nullo modo verificatur, quia nostra processio fit immediatè post prandium, & Expositio PP. Dominicanorum post horam 22. quandò processio terminata fuit.

26

Strictè respondemus, quod talis frivolus prætextus nullo modo retardare valet nostram processionem, eo quia, vel commodè possunt Fideles utrumque obsequium eidem Augustissimo Sacramento præstare, priùs interveniendo processioni, & deindè illud visitando in Ecclesia Dominicanorum, ut patet consideranti; Vel augumentum Divini Cultus, qui ex dicta processione innegabiliter habetur, eidem incerto, & lævi præjudicio afferræ diminutionis concursus præponderare debet, juxtà theoricam *Butr. in c. Cùm olim num.* 15. *de Consuetud.* quam sequuntur *Marant. respons* 28. *numer.* 34 & *seqq. Rot. cor. Seraph. dec.* 847. *num.* 3. & apud *Antonel. de Juribus Cleric. dec.* 17. *num.* 13. & *in par.* 16. *rec. dec* 165. *in fine*, ibi: *Cæterùm Domini existimarunt, nullius esse considerationis præjudicium quod dd. PP. possent pati ob diminutionem concursus populi ad illorum Ecclesiam, quia Divini cultus favor, & augumentum similia præjudicia prorsùs excludit, atque antecedit.*

27

Quæ omnia ad hominem comprobantur ex notoria praxi Urbis, in qua videmus, Religiosos omnes infrà Octavam Sanctissimi Corporis Christi absque ullo, vel minimo impedimento Dominicanorum suas facere processiones, quæ praxis magnifacienda est, & pro regula servanda respectu aliarum Ecclesiarum Orbis, ex adductis per *Rot. in dec.* 469. *numer.* 62. & *dec.* 560. *numer.* 2. & 3. *par.* 19. *rec.* & *in Majoricen. Parochialis de Manacor.* 2. *Junii* 1708. § *Hocque cor. Omanna*, ubi, quod Urbis consuetudo, veluti in conspectu Sedis Apostolicæ observata, haberi solet pro lege in universo Orbe, & normam Episcopis, aliisque inferioribus Prælatis tribuere debet, *confirmata die* 16. *Novembris ejusdem anni* 1708. *cor. Reverendiss. Molines.*

28

29

Demonstrata ex his insubsistentia motivorum, adductorum à dicto P. Procuratore Generali, ad impediendam nostram processionem, ex seipsis corruunt etiam animadversiones repetitæ in Informatione Vicarii Capitularis Tricaricen. qui ex hac vita ultimo loco migravit. Concludenter siquidem docemus. Principales hora 19 Dominicæ infrà Octavam Corporis Christi incæpisse processionem per illa numero Loca, per quæ illam de mane fecerant PP. Dominicani, qui non excedunt numerum trium Sacerdotum, & duorum Conversorum, itaut ab ipsis invitati etiam Principales, eorum processioni intervenerunt; Addentes, nostram processionem terminatam fuisse hora 21. absque ullo præjudicio concursus populi ad Ecclesiam eorundem PP. Dominicanorum; Et proindè remanent absque ulla facti assistentia ea, quæ gratis ubique exagerata fuerunt in dicta æquè partiali, ac affectata Informatione dicti Vicarii Capitularis, qui cùm ulteriùs in illa asseruerit, Principales confessiones audire, & verbum Dei prædicare absque illius licentia, non possumus in hac parte meliùs dictum suppositum insubsistens demonstrare, quam exhibendo in forma authentica rotundas licentias, ab ipsomet Vicario Capitulari nostris Religiosis concessas.

30

Sacra Congregat. Episcoporum Ponente Eminentiss. Corsino dubio: *An liceat PP. Reformatis Oppidi Montis Murri facere processionem die Dominico infrà Octavam SS. Corporis Christi* die 18. April. 1714. Respondit, *Affirmativè, dummodo fiant processiones distinctis horis.* Fuit confirmata resolutio die 4. Martii 1717. ut videre est *in Tom.* 2 *par.* 1. *Discept.* 3. Vide etiam *Tom.* 3. *par.* 1. *Discept.* 22.

31

DISCEPTATIO XI.

Salernitana, seù Trojana Clericatus.

PRO

Alexio Zappale.

CUM

Curia Episcopali Trojana.

ARGUMENTUM.

Clericus homicida quando gaudeat Ecclesiastica Immunitate, itaut Episcopus eum teneatur defendere à violentiis Curiæ Laicalis.

ALexius Zappalis Casalis Aquæ Melarum Diœcesis Salernitanæ, servatis omnibus de jure servandis, die 2. Januarii 1701. prima initiatus fuit tonsura à Reverendissimo Archiepiscopo Salernitano, ejus Ordinario; Ab indeque citra nedùm semper incessit in habitu Ecclesiastico, & tonsura Clericali, ut deponunt duodecim testes, sed descriptus semper fuit inter alios Clericos servitio suæ Parochialis Ecclesiæ, ac tanquam talis exemptus fuit, & est à gabellis Laicorum, nec non punctualiter solvit quolibet anno emolumenta, solita exigi à Clericis occasione visitationis; Omniaque alia fecit, quæ à cæteris Clericis practicari solent, ut constat ex depositione dictor. duodecim testium, estque in Casali Aquæmelarum, atq; in vicinis Oppidis notorium.

1

Idemque practicavit tempore, quo accessit ad Oppidum Foggiæ, Diœcesis Trojanæ, ubi ab aliquibus annis moram traxit, & de præsenti moram facit, ut loquendo de anno 1709. probant multi testes de visu; Estque pariter in d. Oppido Foggiæ notorium.

2

Quia verò eodem anno 1709. prætextu rixæ verbalis, sequutæ inter eundem Zappalem, & Nicolaum Scarafonum *Mastro Giurato*, ut vulgò dicitur, ejusdem Oppidi Foggiæ, prætendebat Curia Laicalis contra ipsum procedere, habito recursu ad tunc temporis Vicarium Generalem Reverendiss. Episcopi Trojani, eidemque ostendendo authenticas justificationes sui clericatus, fuit ab eodem assecuratus, sequentibus verbis: *V. S. camini publicamente, e non tema di cosa veruna, che da me sarà difeso, e mantenuto da Chierico.*

3

Orta autem inimicitia inter eundem Zappalem, & Dominicum Piccirillum, omnibus modis prætendentem impedire matrimonium, quod idem Zappalis contrahere volebat cum filia Fabritii Fiorini ex eodem Oppido Foggiæ, excæcatus amore ejus futuræ sponsæ (qui aliquandò operatur, ut amantes parum ab amentibus distare videantur, ut experientia notum est, & observavit *Rota in Senogallien. Legatorum* 13. *Junii* 1697. §. *Et profectò cor. Reverendiss. Molines*, quam sequutus fui in meis *Instit. Crimin. lib.* 2. *tit.* 5. *nu.* 443.) in eam prorupit insaniam, ut eundem Piccirillum miserè necaverit, ut refert Reverendiss. Episcopus Trojæ in Relatione, huic Sac. Congr. transmissa.

4

Cujus homicidii occasione, prætendente Curia Laicali contra ipsum procedere, recursum habuit ad eundem Episcopum Trojanum, cujus Vicarius duobus annis anteà omne auxilium, omnemque defensionem eidem utì Clerico promiserat; Verùm præter omnem expectationem, renuente Reverendissimo Episcopo illum utì Ecclesiasticum à laicalibus violentiis defendere, recursum habuit ad hanc Sacram Congregationem à qua de more obtinuit rescribi eidem Reverendissimo Episcopo, ut constito de necessariis requisitis, ipsum viriliter defenderet.

5

In hujus rescripti exequutionem per manus publici Notarii, qui id solemniter testatur, procuravit Zappalis justificare omnia requisita, in propriis manibus Reverendiss. Episcopi Trojani, præsentando *una copia autentica delle sue Bolle, un' atto publico &c. fatto dal Reggimento &c., e da molti Cittadini, continente, che il sud. Chierico Alessio Zappale è stimato, e riconosciuto da persona clericale, & ecclesiastica, per andare continuamente vestito con abito, e tonsura da Chierico &c.*

6

Verùm non sine omnium admiratione idem Episcopus, nedùm recusavit eundem Zappalem defendere, sed neque etiam voluit retinere in ipsius Curia requisita ejus clericatus, illa restituendo eidem Notario, atque exhibendo

7

do separatum, hanc Sacr. Congregat. informare, prout fecit, transmittendo affectatam Relationem, quæ congruentiùs vocari potest Scriptura, confecta pro laicali authoritate, ut ex illius lectura remanet manifestum, itaùt Zappalis dolere possit de ejus infortunio verbis illis *Cassiodor. epist.* 27. 8 *Malorum omnium probatur extremum indè detrimenta suscipere, undè sperabantur auxilia provenire.*

Supplices proindè ab EE. PP. hodiè petimus, ut dignentur eidem Episcopo mandatum reiterare, ut Zappalem à vexationibus laicalibus defendat, & speramus fieri voti compotes, ex quo de ipsius Clericatu nulla omninò adest controversia; Proùt etiam de adscriptione servitio Ecclesiæ; Et demùm de incessu in habitu, & tonsura; Quibus concurrentibus, nullum adest dubium, quin Clericus gaudere de-9 beat fori privilegio, *juxta notoria principia*, & notam praxim omnium Ecclesiasticarum Curiarum, & de solito hujus Sacræ Congregationis injungendi Nunciis Apostolicæ Sedis, & Episcopis, ut in istis circumstantiis personas Ecclesiasticas à violentiis laicorum defendant, testis est *P. Ricc. in Synops. Eccles. Immun. §. Nuncius num.* 21. *&* 23. plures referendo punctuales resolutiones hujus Sac. Congr.

10 Non subsistit autem in facto, & non relevaret in jure id, quod ab Episcopo Trojæ asseritur, quod occasione injuriarum erga Nicolaum Scarafonem *Mastrogiurato*, non fuerit Zappalis recognitus uti Ecclesiastica persona; *Non subsistit in facto*, dùm contrarium concludentissimè justificamus in nostro Summario; *Nec relevaret in jure*, quia non est in facultate Clerici, in Ordin Clericalis præjudicium, laicali Ju-11 risdictioni se submittere, ut uno ore observant omnes Theologi, omnesque Canonistæ, relati, & sequuti à *Sperel. decis.* 105. *num.* 85. *Panimol decis.* 6. *adnotat.* 6. *num.* 29. *Gratian. discept.* 190. *num.* 3. *& R. P. D. Zaul. ad Stat. Favent. tom.* 1. *fol.* 195. *num.* 4. Estque principium, nullam admittens dubietatem.

Minùs subsistit alia assertio ejusdem Episcopi Trojani, quod Zappalis non incesserit in habitu, & tonsura; Dùm 12 in Oppido Trojæ, saltem ab annno 1709. & sic ante delictum homicidii concludentissimè probamus oppositum.

Ultrà quod communiter receptum est in his terminis, *quod Clericus* (sunt verba P. Riccii *in Synops. fol.* 156. *numer.* 1.) *propria authoritate reassumere potest habitum clericalem post delictum, & processum, & gaudere debet privilegio fori, & est liberatus à jurisdictione Judicis laici quoad* 13 *personam*, referendo ità pluries ab hac Sacr. Congregat. individualiter fuisse decisum; Et in longè durioribus terminis clerici, reassumentis habitum post commissum homicidium, quod gaudeat privilegio quoad personam, habemus individualem resolutionem hujus Sacræ Congregationis *in Gravinen.* 7. *Julii* 1699. *Lib.* 2. *Decr Vallem fol.* 59.

14 Demùm non subsistit qualitas proditorii, gratis Zappali in dicta Relatione impicta, imò illa evidenter excluditur ex eo, quod in eadem Relatione ultrò admittitur præcedens inimicitia inter Zappalem, & Piccirillum, ortum habens ab impedimentis, præstitis matrimonio, quod idem Zappalis contrahere procurabat, in quibus circumstantiis vanum est prætendere qualitatem proditorii, juxtà *magistralem decis. ultimam Sperelli*, ubi materiam latissimè, & per juris principia tractat, contrariis egregiè respondendo, & declarando, eumque sequutus fui in meis *Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 5. *de Homicid. à num.* 65. & concordat *Panim. decis.* 22. *annot.* 5. *à num.* 32.

Convincens autem ratio hujus communissimæ opinionis ea est, quia in terminis inimici, quamvis occulti, tenetur quis sibi præcavere, atque sequens offensa dicitur provenire 15 à propria culpa, & injuria antecedenti: Sciens enim, se aliquem offendisse tenetur ab ipso pacem petere, vel apud Judicem instare pro cautione de non offendendo; Et in terminis homicidii, commissi per insidias inter illos, inter quos præcesserant altercationes, quod nullo modo dicatur proditorium, resolvit hæc Sacra Congregatione *in Anagnina* 22. *Januarii* 1704. *Libr.* 4. *Decret. Valleman. pagin.* 550. Ulteriùs in illis casibus, in quibus concludenter constat de qualitate proditorii, hæc vigore notoriæ *Constit. santa memoria Gregorii XIV.* excludit dumtaxat Reum à beneficio immunitatis localis, non autem ipsum privat immunitate personali, itaùt clericus dicti criminis reus puniri possit à laico Judice.

Quæ dicta sint ad materiæ ornatum, quia cùm Reverendissimus Episcopus Trojanus non confecerit processum ali-16 quem circa dictum homicidium, minusque testes examinaverit super prætensa qualitate proditorii, nimis impropriè, & æquè intempestivè exagerantur multa in dicta Relatione, nullam habentia à parte rei subsistentiam; *Non enim qui accusatur statim reus est, sed qui convincitur criminosus* dicit Textus *in Can. Sciscitantibus* 15. *quæst.* 8. Applicanturque nostris terminis aurea illa verba *Sancti Simmachi Papæ*, relata *in Can. Nonnè* 8. *quæst.* 4. *Lex Ecclesiastica Pontificem* (Clericum possumus dicere in nostro casu) *ab aliis accusatum, priùs quàm sub luce objecta constiterint, exigit non relinqui.*

Sacra Congregatio Immunitatis die 30. Septembris 1711. 17 Ponente R. P. D. Marefusco, tunc temporis Sacræ Congregationis Immunitatis Secretario, & dùm hæc imprimuntur Sanctissimi Domini Nostri Auditore, rescripsit: *Gaudere, & Episcopus tueatur.*

DISCEPTATIO XII.

Asculana.

INTER

Convictrices Infantis Jesu Civit. Asculi.

ET

Promotorem Fiscalem Cur. Episcopalis ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Locorum Ordinarii an possint superaddere pœnas mulieribus in Conservatoriis viventibus pro transgressione Regularum proprii Instituti, præter illas, quæ leguntur appositæ in earundeque Regulis, sivè Instituto. Superiorissa Conservatoriorum piarum mulierium an eligi debeat quolibet triennio ad ornatum Constit. 80. S. M. Gregor. XIII. Et quando in dictis casibus deveniri possit ad censurarum fulminationem.

Cum supposito, quod antè spatium novem mensium, nempè 17. Julii anni 1713. Reverendissimus Episcopus Asculanus aliqua fecisset decreta, concernentia Institutum, 1 seù Congregationem Infantis Jesu Civitatis Asculi, die 20. Aprilis sequentis anni 1714. idem Reverendissimus Episcopus mandavit, eadem decreta intimari R. M. Superiorissæ, ac aliis Convictricibus ejusdem Congregationis, *ad effectum* (sunt verba dictæ intimationis) *ut eadem decreta quamprimùm debitæ exequtioni omninò demandari, ac eisdem parer curent, sub pœnis, &c.* Quod longè post exequutum fuit, nempè die 26. Maii dicti anni 1714. quandò eadem decreta lucem aspexerunt, fueruntque dictis Convictricibus ostensa à R. D. Spino Taurineta, eorum Cappellano.

Quia verò major pars eorundem Decretorum adversabatur Instituto, seù Regulis dictæ Congregationis Infantis Jesu, necnon aliqua ex illis erant destructiva laudabilium consuetudinum, in eadem Congregatione semper inviolabiliter observatarum, *Perciò fattovi sopra ciascun di essi, capitolar-* 2 *mente adunate, più volte matura, e distinta considerazione, e sessioni, & anche presane informatione dalle altre Congregazioni, con tutto l'ossequio, e riverenza di suddite umilissime*, eædem Convictrices supplicem habuerunt recursum ad Reverendissimum Episcopum, eum submississimè exorando, ut dignaretur benignè reflectere ad illa solida motiva, atque stringentes rationes, propter quas non poterant eadem decreta exequutioni demandari.

Non attentis autem iisdem æquè fundatis, ac rationabili-3 bus motivis, cum omni humilitate, & submissione non semel renovatis, idem Reverendissimus Episcopus mandavit, eadem decreta omninò esse exequenda, atque pro illorum exequtione procedendum esse ad ulteriora in promulgatione censurarum Et in effectu, quibuscumque non obstantibus, atque innegabiliter spreto etiam monitorio, ab A. C. obtento, & Promotori Fiscali servatis servandis præsentato, super observantia, & manutentione in possessione exercendi, ac spreto etiam recursu, & appellatione ad Sanctissimum interposita, de facto Curia Episcopalis Asculi properavit ad fulminationem dictarum censurarum, necnon ad cedulonum affixionem; Quæ omnia notoria sunt in nostra Civitate, & referuntur

referuntur etiam in Epistola Reverendissimi Episcopi, huic Sacræ Congregationi scripta die 23. Augusti proximè præteriti 1714.

4 Habitus proindè fuit recursus ex hac parte ad eundem A. C. prò dictorum attentatorum purgatione, ad quæ evitanda, ex parte Promotoris Fiscalis institum fuit coram R. P. D. Auditore Sanctissimi pro remissione causæ ad hanc Sacram Congregationem illaque obtenta, deputatus fuit in Ponentem Eminentissimus D. Card. Casinus, Undè speramus, & enixis præcibus supplicamus favore Principalium, ut infrà respondendum esse.

Ante omnia autem, præmittimus conclusionem, in qua concordant omnes Doctores, quod cùm professio in aliqua vera Religione, a Sede Apostolica approbata, vel emissio simplicium votorum in Conservatoriis, vel piarum Mulierum Congregationibus, ad effectum ibidem in communi vivendi, importent ex parte simpliciter voventis, vel solemnem professionem emittentis, veram, & propriam obliga-5 tionem, ut in specie observat *Monacell. in Formul. tom 2. tit.16. formul.3. num 15. fol 228.* ibi: *Votum, quod emittitur in Congregationibus, vel Collegiis, emittitur per modum contractus, ultrò, citroque obligatorii, facio, ut facias &c.* Et proindè eadem obligatio non potest ad libitum Superiorum extendi, & ampliari, sed intelligi, & practicari omninò debet juxtà præcisam formam, & tenorem Constitutionum veræ Religionis, vel Regularum], & Ordinationum, sub quibus Conservatoria, vel pia Loca erecta fuerunt; Itaùt præscindendo ab iis, quæ peccata, seù culpam involvunt, nullo modo, nullaque ratione obligari valeat, vel simplicia vota, vel solemnem professionem emittens, ad aliquid non contentum in propriis Constitutionibus vel diversum à propriis Regulis, ea viva ratione, quia emittens aliquam obligationem ad perfectè vivendum in Religione, à Sede Apostolica approbata, vel in Conservatoriis, ab eadem Sede Apostolica toleratis, dicitur se obligasse per illa media ordinaria, quæ in Constitutionibus tempore pro-6 missionis continentur, ut notant *Suarez de Oration. Mental. libr.2. cap.4. num.1. & seqq. & Tancred. eodem. Tract. libr.2. disp.2. num.2.* quos sequuti fuimus *in Tract. de Livellis cap.2. §. unico num.10. fol.107.*

Et in dubio semper inclinandum est pro alterius obligationis exclusione, nè quìs contra propriam voluntatem cogatur ad faciendum ea, ad quæ non se obligavit, juxtà rotundum *Tex. in leg. Quidquid adstringendæ 99. ff. de Verbor. obligat.* sequutum *à Rota in decis.5. num.27. coram Bich. & in Firmana 25. Julii 1696. §. Non obstante coram Cardin. Caprara* Et in proximis terminis benè *S. Bernard. in tract. de Præcept. adipiscend. in princip.* ibi: *Solum quippè à me posse exigi arbitror, quod promisi, & Rota in Neapolitana Livellorum 11. Februarii 1715. cor. R. P. D. Crispo.*

Prò cujus regularis conclusionis faciliori admissione dignentur EE. PP. observare, quod in Catholico Orbe multi, & varii reperiuntur modi piè, & Religiosè vivendi, qui 7 omnes directi quidem sunt ad dictum bonum, & laudabilem finem, sed discordant in mediis, quia non omnes eorumdem piorum Locorum, & Religionum Regulæ, neque omnes Constitutiones sunt æquè strictæ, & rigorosæ, sed aliæ sunt laxæ, aliæ laxiores, aliæ strictæ, aliæ strictiores, & aliæ strictissimæ, ut experientia notum est, & uno ore notant Sacri Interpretes, citati à *Card. Belarmino in explicat. vers.10. Psal.44.* in explicatione illorum verborum *Circumdata varietate*, & concordant adducti *in decis.90. num.1. cor. R. P. D. Ansaldo, & in Romana Restitutionis Dotis 26. Januarii 1696. coram Illustris. Scotto Urbis Gubernat. & 22. Aprilis 1697. cor. dell'Olmo.*

Et proindè eo ipso, quod quis suas vires mensurando, non emisit solemnia vota in aliqua Religione, à Sancta Sede approbata, sed solùm simplicem promissionem fecit ob-8 servandi Constitutiones, & Regulas alicujus pii Loci, seù Conservatorii, nullo Jure, nulloque colore ab Ecclesiasticis Superioribus obligari potest ad ea ad quæ non se extendunt Regulæ proprii Instituti, etiamsi id sequatur in actu Sanctæ Visitationis, juxtà æquè rotundam, ac literalem Constitutionem sanct. memor. Gregorii XV. emanatam favore Patrum Congregationis Oratorii de Urbe, quam per extensum impressit *Monacell. in Formul. tom.2. tit.13. formul.2. sub num.52.*

His præmissis, deveniendo ad 1. Decretum sequentis tenoris.

Illustris. & Reverendis. D. mandavit prò observantia Instituti, ipsas Convictrices abstinere à colloquiis cùm Secula-9 ribus in diebus festis de præcepto, & Veneris, ac toto tempore Adventus, & Quadragesimæ, neque diebus SS. Communionis in communi ad tenorem Regulæ cap.6. de Secess. à Colloquiis, sub pœnis arbitrio Illustris. & Reverendis. Domin. Episcopi.

Dicimus, illud contineri ad literam in nostris Regulis, non loco citato in dicto decreto, sed in *cap.9. Della Ritiratezza, e silenzio §.6. fol.131.* Et punctualissimè semper fuisse serva- 10 tum ad unguem, & etiam hodiè servari in nostra Congregatione, esse æquè notorium, ac innegabile in nostra Civitate. Et proindè nullam in hac parte habent Principales difficultatem illud servandi, uti ad literam conforme earum Constitutionibus.

Duas tamen æquè humiles, ac expressas faciunt instantias respectu ejusdem decreti I. ut intacta, illæsaque remaneat P. Visitatori, nec non Matri Superiorissæ nostræ Congregationis facultas dispensandi in eadem Regula *per dare una breve risposta con giusta causa*, juxtà præcisa verba ejus- 11 dem Regulæ *d. cap.9. §.6. in fine*. II. verò ut pro observantia dispositorum in d. Regula, non pœna arbitraria Reverendis. Episcopo, sed illa, quæ præscribitur in Constitutionibus nostræ Congregationis, puniendæ sint illæ Convictrices, quæ talem prohibitionem non servant, absque justa causa, & non accedente licentia M. Superiorissæ, vel P. Visitatoris, ea ratione, quia aliàs pro unica transgressione duplici pœna punirentur, adversus dispositionem omnium Jurium, allegatorum per *Pellegr. in Prax. Vicar. par.4. sect.8. num.49. & in meis Instit Crim. lib.1. tit.1. num.13. & libr.4. tit.3. num 98.*

II. Decretum. Item à participando, & notificando eisdem Sæcularibus, etiam per epistolas, res, & negocia ipsarum, & Congregationis, nè extrà illarum domum publicentur, eis- 12 *que oriantur præjudicia, sed quando indigebunt auxilio, & consilio, recursum habeant ad Ordinarium, aut ad P. Visitatorem, & respectivè ad ipsarum Syndicos, sub iisdem pœnis.*

Respectu hujus 2. Decreti recurrunt ea, quæ supra diximus circa primum, quia non recusarunt unquam, vel recusant Principales illud ad unguem servare, uti conforme earum Instituto, sed sub pœnis in Constitutionibus præscriptis, non autem sub aliis Reverendis. Episcopo arbitrariis, quia 13 aliàs esset extendere illarum obligationes ad ea, ad quæ non se adstrinxerunt in ingressu in Congreg. quod permissum non est Superioribus Ecclesiasticis, ex adductis supra *num.7 & 8.*

Nec dicatur, quod cum ex hac parte non controvertatur obligatio Principalium adimplendi ea, quæ continentur in Constitutionibus, & renovata fuerunt in dd. Decretis, potuit Reverendis. Episcopus pro illorum firmiori, & tutiori adimplemento alias addere pœnas, sibi arbitrarias. Respondemus enim, quòd cum respectu transgressionis nostrarum Regularum, certæ, atque determinatæ legantur pœnæ in Constitutionibus, prius an. 1603. à c. m. Card. Carpineo approbatis, & deindè à clar. me. Card. de Lauræa, uti Visitatore Apostolico, confirmatis, & tandem à Congregatione, specialiter à Sanctissimo D. N. deputata 31. Julii 1702. 14 iterùm solemniter approbatis, ut notat *Monacel in Formul. tom.2. tit.16. formul.3. num.16.* ibi: *Convictricibus Congregationis Sanctissimi Infantis Jesu Urbis, & extra Urbem existen vigore Constitutionum ejusdem Congregationis, quæ priùs ab Eminentis. Urbis Vicario authoritate ordinaria an. 1693. deindè à fæl. me. Card de Lauræa Visitatore specialiter à s.m. Innocentio XII. deputato eodem anno 1693. & tandem à Congregatione à Sanctissimo D N. CLEMENTE XI. specialiter deputata sub die 31. Julii 1702. fuerunt approbata.* Quarum exemplar an. 1711. publicè in Urbe impressum fuit, non est hodiè in potestate Reverendis. Episcopi alias addere pœnas pro illorum exequutione, seù tutiori, & securiori adimplemento. Habemus siquidem hoc, me scribente, solemniter decisum ab hac Sac. Congregat. Ponente cl. mem. Card. Coloredo die 19. Junii 1705. in una *Romana pro Carmelitis*, in qua fuit quæsitum; An Pater Generalis Carmelitarum pro introducenda, seù conservanda vita communi posset à suis Religiosis exigere juramentum, quod nullatenus præscribitur in Constitutionibus dictæ Religionis, fuitque negativè resolutum, hoc est: *Non esse exigendum juramentum*, ut videre est in meo *Tractatu de Livellis cap.2. §. unico per totum*; Idque ea ratione, quia cum in Constitutionibus Ordinis adessent statutæ pœnæ pro observantia, & conservatione vitæ communis, non erat in arbitrio P. Generalis ealias superaddere pœnas, & nova vincula pro conservation, & introductione ejusdem vitæ communis: Cui addi potest alia 15 in nostris terminis, quod permissum non est Episcopis manus apponere circà illa Instituta, ac Constit. quæ de speciali mandato Summorum Pontificum Innocentii XII. & Sanctiss.

ctiss. D. N. fuerunt solemniter approbatæ, & solemnissimè confirmatæ, per ea, quæ notant adducti à *Ferrar. de Appellation lib. 2. num. 138.* quem sequutus fui in meis *Institut. Criminal. lib. 4 tit. 9. num. 10.*

III. Decretum. *Pariter prohibuit illis recipere intrà domum viros tàm Laicos, quàm Ecclesiasticos, & Regulares, cujuscumque Ordinis, & Religionis, sinè licentia in scriptis* 16 *Ordinarii, aut P. Visitatoris ad terminos Regul. cap. 4. §. 6. De Castitate, sub pœna excommunicationis, & aliis arbitrio. A quà tamen prohibitone excepit Confessarium ordinarium, & extraordinarium, deputandum ab Episcopo, Cappellanum pro celebranda missa, cum Clerico interveniente, Medicum physicum, & Chirurgum occasione infirmitatum, laboratores bonorum pro asportatione fructuum, & operarios manuales pro indigentiis domus.*

Redeunt hìc omnia hucusque animadversa circa dictarum pœnarum additionem, & præcipuè excommunicationis, quà non datur major, & quæ nimis parcè reducenda est ad praxim; Præcipuè quando non est sermo de transgressionibus involventibus mortale peccatum, juxtà disposita à Sacro Concilio Tridentino *sess. 25. de Regul. cap. 3.* & rationem 17 assignat, *Rota in dec. 82. num. 2. cor. R. P. D. Ansaldo,* his verbis *Remedium excommunicationis est telum subsidiarium, quo Ecclesia benigna mater, quodammodò alio medicamine desperato, ferit inobedientes,* quam sequutus fui in meis *Institut. Criminal. lib. 4. tit. 5. num. 19.*

Deest ulterius exceptio illa, quæ legitur in nostris Regulis, citato *cap. 6. de Castit. §. 4.* ibi: *Se per altro non fossero parenti,* quorum respectu procedi non solet cùm illo rigore, 18 qui meritò practicatur cùm extraneis respectu etiam verarum monialium perfectæ clausuræ, ut EE. PP. probè notum est, eo quia illorum respectu non militant præsumptiones illæ quæ urgere solent contra personas, nullo consanguinit. vinculo monialibus conjunct.

IV Decretum: *Et ut magis proficiant in via Domini, illis quoque prohibuit sacramentaliter confiteri sine licentia Ordinarii, Confessariis extraordinariis, ad ipsarum libitum, sed solùm illi, seù illis, qui fuerunt ingressi ipsarum Oratorium, & nunquam in alienis Ecclesiis, pro cujus finis conse-* 19 *quutione ademit cuicumque alteri Confessario facultatem audiendi illarum confessiones, & contravenientes declaravit incursas in pœnis, sancitis in Sacris Canonibus, & Constitutionibus Synodalibus, contra Sacerdotes confitentes sine approbatione, & licentia Ordinarii.*

V. Decretum. *Quo verò ad Confessarium ordinarium man-* 20 *davit mutari, & renovari quolibet triennio, & declaravit expiratam illius facultatem ultimo die ipsius triennii, nisi justa causa prorogetur tempus ab ipso Ordinario.*

Ambo hæc Decreta nullatenùs sustinentur, proindè servanda non sunt, utì ex diametro opposita nostris Regulis, ut supra ter approbatis nempè à cl. me. Card. Carpineo Ur- 21 bis Vicario, à cl. mem. Card. Lauræa Visitatore Apostolico, & demum à Congreg particulari à Sanctissimo D. N. deputata. In illis enim respectu Confessariorum nostrarum Convictricium sequentia determinata leguntr *c. 7. della Confess. e Commun. §. 2. f. 96. Si confessaranno le Convitrici, una almeno, mà al più due, ò trè volte la settimana da Confessori, che à tal'effetto deputerà il P. Visitatore, e senza espressa licenza del medemo non potranno confessarsi, già mai da altri tanto in casa quanto fuori di essa, Et §. 5.* ibi: *Potranno i Confessori, à tal'effetto deputati dal P. Visitatore elegger quelli, che più le piacerà, & il simile potranno fare ancora in caso di grave, e pericolosa infermità; Et §. 6.* ibi: *E chiunque trasgredirà le sopradette Regole, ò in tutto, ò in parte, sarà dalla Superiora col conseglio dal P. Visitatore severamente mortificata, e punita.*

Supplicamus proindè respectu horum duorum decretorum simpliciter responderi, illa non esse exequenda, sed servandas esse nostras Constitutiones, ut supra ter solemniter approbatas; Et ad tollendum omnem omninò contrarium præ- 22 textum, & criticationes, posset addi id, quod de jure inest, quodquè in toto contextu nostrarum Constitutionum centies disponitur, ut scilicèt iidem Confessarii, à P. Visitatore deputandi ad terminos dispositorum in nostris Constitutionibus sint ex numero approbatorum ab Ordinario, qui non potest in hàc parte conqueri, ex quo non agitur de Confessariis verarum, & propriarum monialium, quarum respectu loquuntur Authores, de facili exadversò adducendi; 23 Sed sermo est de Confessoribus piarum mulierum, seù Oblatarum, in communi quidem religiosè, & piè viventium, sed absque solemnium votorum emissione, quorum respectu nullo modo applicantur ea, quæ in Sacris Canonibus disposita sunt circa veras, & proprias Moniales, ut latiùs videbimus infrà *num. 26*, dum Instituta fuit illarum Congregatio ad effectum cooperandi in salutem animarum *ad imitatione dell'Apostoli coadiutrici indifesse di Dio nella grand'opera della redentione del Mondo, ut dicitur in cap. 1. nostrarum Regularum,* ubi latissimè optimus iste finis, & illarum laudabile Institutum exponitur, & declaratur.

VI. Decretum: *Item mandavit eligi novam Superiorissam, seù Præsidem quolibet triennio, servatis solemnitatibus de jure servandis, & juxta praxim aliarum Congregationum hujus Instituti, & aliorum Locorum piorum, sub pœ-* 24 *nis arbitrio, ac etiam excommunicationis. Et ulterius declaravit, expirare officium Superiorissæ antiq; ultimo die triennii ipso facto, nec posse iterum eligi, nisi elapso novo triennio.*

Duas continet partes hoc Decretum prima respicit modum eligendi nostram Superiorissam, circa quem sola con- 25 troversia reducitur ad exorbitantes pœnas, in illa præscriptas, quæ ex supra animadversis nullatenùs imponi possunt, ultrà contentas, & præscriptas in nostris Constitut.

Secunda verò respicit illius durationem, taliter restrictam ad tempus trium annorum, ut post triennium, non possit 26 iterùm eligi, nisi elapso novo triennio, ad terminos celebris *Const. 80.* sa. me. Greg. XIII *in Bullar. nov. tom. 2.*

Hujusmodi autem secunda pars nullo modo sustinetur, multoque minus exequutioni demandari debet, ea viva ratione, quia dicta Constitutio Gregoriana, & omnes aliæ authoritates, quæ de facili exadversò adducentur, procedunt, & literaliter loquuntur respectu verarum monialium, & illarum, quæ solemnem professionem emittunt in aliqua Religione, à Sancta Sede specialiter approbata, utì vera, & propria Religione, qui non sunt termini nostri casus, ex quo, ut sæpè, sed nunquam satis, diximus, Convictrices Principales nullatenus sunt veræ, & propriæ moniales, ut in terminis terminantibus, explicando eandem Gregorianam Constitutionem, uno ore notant Theologi, & Canonistæ, quos referunt, & sequuntur *Tamburin. de Jur. Abbatissar. disp. 30 quæst. 2. num. 3.* ibi: *Si quæras, Collegium,* 27 *sivè Universitas mulierum oblatarum, an eligere teneantur suam Præfectam ad triennium; Respondeo &c. Negativè, quia in Constitutione Gregorii XIII de Duratione Abbatissarum &c. sermo est de monialibus, & Abbatissis verè Religiosis, tria vota essentialia secundùm Regulam, à Sede Apostolica approbatam, profitentibus, non autem de aliis mulieribus non verè Regularibus, sub aliquo habitu Ecclesiastico degentibus &c. Tùm quia Constitutio Canonica, quatenus statuit aliqua nova, & à Jure Communi exorbitantia de monialibus, solùm intelligenda est de veris monialibus, & non de aliis, quantumcumque religiosè, & collegialitèr viventibus, nisi expres-* 28 *sa de illis mentio fiat: At Gregor. XIII prodiit legem illam Abbatissarum, & Præpositarum, quæ servant normam, & Regularem disciplinam, & non extendit expressè ad alias;* Et priùs *disp. 28 quæst. 7. num. 4.* ibi: *Locum habet in electionibus, quæ fiunt inter moniales, quæ sunt verè, & propriè Religiosæ, non autem in electionibus, quæ fiunt in Congregationibus fœminarum quæ non sunt verè Religiosæ, quæ professionem non emittunt, licèt in communi vivant &c.* & concordant *Rodriquez Quæst. Regul. tom. 2. quæst. 54. art. 6. per tot.* ubi latè, egregiè *Navarr. cons. 82. de Regular. lib. 3. in antiquis, & cons. 7. de Stat. Monach* loquens de Præsidente domus Oblatarum Turris Speculorum Urbis, & in *Sum. eodem tit num. 8 & seqq. Portell. de Dub. Regul. verb. Abbatissa num 4. Castellin. de Elect. cap. 5 num. 33. Bonac. Oper. Moral tom. 3. tit. de Censur. in partic. extrà Bull. Cœnæ disut. 2. quæst. 2. punct. 5. proposit. 1. num. 3.* ibi: *Ratio, quià in Textu sermo est de electionibus &c. inter Moniales, præfatæ autem fœminæ non sunt propriè Moniales; Suarez eodem tractat. disp. 23 sect. 4. num. 9. Filliucc. Oper. Moral. tract. 14. de Censur. in pratic. cap. 4 quæst. 5. sub num. 57* ibi: *Quia nomine monialium tàm in jure, quàm in usu communi, solùm intelliguntur Religiosæ fœminæ; Et Novar. in Summ. Bullar. comm. 1. tit. de Abbatiss. num. 8.* ibi: *Declaratur modò, ut sub hujus Constitutionis ordine non includantur moniales, quæ verè non sunt professæ Regulam, à S Sede Apostolica approbatam, & Quarant. in Summ. Bullar. verb. Abbatissa num. 1. in fine,* ibi: *Hæc autem Constitutio declaratur per Navar.* 29 *cons. 82. de Regul. lib. 3. non includere eas, quæ verè non sunt professæ Regulam à S Sede Apostolica approbatam, & Card. de Luc. ad Concil. 7. num. 21.* ibi: *Sub his, aut similibus Decretis seù Constitutionibus non continentur; Quoniam in effectu non sunt moniales, quæ formalem professionem irretractabilem emittunt &c sed sunt potiùs personæ sæculares, seù Oblatæ, quæ tanquam in Conservatorio collegialiter sub pio Ecclesiastico Instituto vivunt, clausuræ non subjectæ &c.*

Quibus

30 Quibus additur alia particularis circumstantia, quod præsens Superiorissa nostræ domus fuit illius generosa, & pia Fundatrix, quæ reflexio operatur, ut respectu durationis ejus gubernii procedendum nullatenùs sit cùm illo rigore, qui generaliter forsan practicatur cum Superiorissis aliarum Oblatarum, quæ non fuerunt Fundatrices piorum Locorum, ut in specie semper practicatum fuisse cum omnibus aliis Fundatricibus aliarum Domorum nostri Instituti, concludenter probatur in facto.

Et respectu Congregationis Spoletanæ, cujus Superiorissa Eleonora Brecchia exercuit talem superioritatem ibidem per annos decem, & octo, concludentissimè probatur in facto; Idemque practicatum fuit in alia Congregatione nostri Instituti, erecta in Civitate S. Severini; Necnon in alia

31 Congreg. erecta in Civitate Reatina; Quòd in Urbe notorium est respectu Annæ Moronæ, primæ Fundatricis Congregationis in Urbæ erectæ, ut indicatur in §. 1. nostrarum Regularum, §. 1. *dell'Origine del nostro Instituto:* Ità ut ex his omnibus remaneat concludentissimè probatum solitum nostræ Congregationis, nedùm permittendi Fundatricibus officium Superiorissæ toto tempore earum vitæ, sed ulterius remanet etiam probata facultas totiès eligendi in Superiorissam unam ex conponentibus Congregationem, quoties majori illarum parti id consonum, & expediens videatur, à quo solito non videtur hodiè recedendum, *cap. Quod dilectio de Consanguin. & Affinit. Rota in Aretina Jurium Parochialium* 15. *Januarii* 1703. *§. Cæterùm cor. R.P.D. Ansaldo*, cùm aliis à me allegatis in *tract. de Livellis c.* 2. *§. unic. n.* 23.

32 VII. Decretum. *Prohibuit quoque ipsis Convictricibus pernoctare extrà propriam domum ipsarum solitæ habitationis, sine licentia in scriptis Ordinarii, juxta dispositionem Regulæ, dicto cap 2. de Secessu à Colloquiis num 9. sub pœna privationis vocis activæ, & passivæ per triennium, ac aliis arbitrio.*

Circà substantiam hujus decreti, uti ad literam desumpti ex nostris Constit. loco in illis cit. nulla adest controv. quæ tamen non levis oritur circa superadditionem novæ pœnæ privat. vocis activæ, & passivæ per triennium, & alterius ar-

33 bitr. dum in iisdem *Constit.* §. 11. præscribitur alia his verbis; *Oltre di esser severamente mortificata, e punita nel Refettorio, non possa per un anno intiero uscire mai più di Casa per qualsivoglia causa, ò pretesto*, cui pœnæ in dictis nostris Constitutionibus literaliter præscriptæ, non est licitum alias superaddere *ex supra allegatis*.

VIII. Decretum. *Item mandavit, pecunias dotium spi-*

34 *ritualium ipsarum, censuum restituendorum, aut similium capitalium reponi, & custodiri in capsa in domo ipsius Congregationis sub duplici clave diversa, quarum una retineatur à Superiorissa pro tempore, & altera ab Ordinario.*

Fit transitus in hoc decreto ad novitatem, usque hodiè inauditam in omnibus Civitatibus Catholici Orbis, & in omnibus Congregationibus nostri Instituti nunquam practicatam, dum prætendit Reverendiss. Episcopus retinere clavem pecuniarum, nullo jure, nulloque prætextu ad ipsum spectantium, sed verè, & propriè pertinentium ad nostras Convictrices.

35 Solitum autem nostrarum domorum, concludenter probatum, illud est, quod pecuniæ ex quocumque titulo spectantes ad nostras Convictrices, reponuntur in capsa, tribus clavibus obserata, quarum una retinetur à Superiorissa, alia ab officiali, quæ appellatur Capseria, & tertia à Procuratrice, seù antiana. Quando autem fiunt Istrumenta, seù contractus circa dictas pecunias, id practicatur præsentibus Deputatis prædictæ domus, unà cùm Vicario Generali, quando agitur de investiendis dotibus convictricium, quandò verò sermo est de investiendis aliis pecuniis, præsentibus dumtaxat dictis Deputatis.

Hodiè igitur nullatenus videtur alterandum hujusmodi inveteratum solitum, absque ulla necessitate, & nullo adducto inconvenienti, propter quod adeò insignis innovatio fieri debeat, adversus dispositionem *Text. in cap. Continebatur de His, quæ fiunt à Prælat. sine consens. Cap.* in quo ca-

36 nonizatur facultas abbatissarum faciendi contractus, cum consensu tamen, & approbatione suarum subditarum, earum domibus utiles, absque necessitate præsentiæ, seù consensus Episcopi, quem textum sequuntur adducti *à Donat. Rer. Regul. tom.* 4. *tract.* 8. *de Potest. Abb. quæst.* 18. *per tot & Monacell. in Formul. tom.* 3. *tit.* 4. *irreg.* 2. *num.* 13. *fol.* 191. *Tambur. de Jur. Abbat. disp.* 32. *quæst.* 13. *num.* 1. *& seqq. & Sanchez in Præcept. Decal. lib.* 7. *cap.* 19. *n.* 44. qui omnes conclusionem ampliant, quando, ut in præsenti verificatur, cùm talis Juris communis dispositione, jungitur particularis Locorum Piorum consuetudo, superlativè probata in nostro casu.

Præcipuè quià non sunt ligatæ manus Reverendiss. Episcopi revidendi suo tempore rationes, & attentè considerandi occasiones illas, in quibus erogatæ fuerunt pecuniæ, ad Principales spectantes, absque ulla necessitate retinendi unam ex duabus clavibus, quæ non superintendentiam, unicè Episcopis in his casibus competentem, juxtà terminos dispositorum in Sac. Concilio Tridentino *sess.* 7. *de Reform. cap.* 15. ubi latè *Barbos. num.* 2. sed verum dominium rerum sub clave existentium probat, ad *Text. in leg. Clavibus, ff. de Contrahend. empt.* & animadversa per *Gratian. discept.* 681. *num.* 5. *Posth. de Manut. observ.* 22. *num.* 5. *& seqq. Card. de Luc. de Empt. & Vendit. disc.* 0. *sub num.* 6. ibi: *Clavium retentio privati dominii, & possessionis est indicium &c.* 37

IX. Decretum: *Pariter eisdem prohibuit celebrare contractus emptionum, & venditionum, & censualium, aliorumque similium pro quacumque summa, sine licentia Ordinarii, juxta dispositionem Synodalem cap.* 32. *de Piis locis, & Bonorum Eccles. administrat. & cap.* 41. *sub pœnis in eisdem Constit. sancitis, & aliis arbitrio.* 38

Adversus IX. hoc Drecretum recurrunt ea, quæ observavimus circa 8. & nihilominus Principales se declarant promptas eidem decreto obtemperare in contractibus considerabilis quantitatis, non autem videtur expediens illud observare in quacumque summa, quia hæc potest esse adeò tenuis, adeoque contemptibilis, ut magnum importet incommodum respectu Reverendiss. Episcopi, magnumque redoleat præjudicium Principalibus in procurando ipsius consensum, & approbationem, aut conclusionem, vel perfectionem alicujus contractus tenuissimæ summæ. 39

X. Decretum; *Item declaravit, illarum Syndicos subjectos esse dispositioni Constitutionum Synodalium dict. cap.* 41. *de Syndic. Monial. ac aliorum Locorum piorum.* 40

Cùm Synodalis dispositio loquatur de veris monialibus, deque illarum Syndicis, quæ ut plurimùm eorum officia exercent mediante aliqua congrua recognitione, vel præeminentia, non potest comprehendere Deputatos nostræ domus, quæ non est verùm monasterium *ex hucusque allegatis*. Præcipuè quia tale onus esset de facili causa, ut iidem Deputati non amplius ex mera charitate tale Officium exercerent, quod in maximum Principalium præjudicium vergeret, ut in simili bene discurrit *Card. de Luc. de Tutor. disc.* 42. *in fine* ibi: *Si ita esset non de facili invenirentur qui hujusmodi onera susciperent.* 41

Et nihilominùs quatenus iidem Deputati huic decreto velint se submittere, Principales nullatenus se opponunt, sed simpliciter EE. PP. exponunt idem nimis verisimile præjudicium, quod si non verificabitur cum hodiernis Deputatis, de facili verificabitur in successoribus in eodem gratuito officio. 42

Pro quorum omnium faciliori admissione urgere videntur tres circumstantiæ. 43

Prima, quod nullum omninò vel de recenti, vel ab antiquo tempore allegari potest, vel à Reverendiss. Episcopo adductum fuit inconveniens, quod dare potuerit causam adeò insigni innovationi Regularum nostri Instituti, in Urbe ter solemnissimè approbati.

Secunda verò innititur optimis qualitatibus, & laudabilibus moribus, nec non continuis exercitiis pietatis, & charitatis illarum Convictricium, quæ nostram domum hodiè componunt, quæ recognosci possunt in publica, & solemni attestatione Magistratus nostræ Civitatis ac publici Consilii, centum, & Pacis nuncupat., & in alia ejusdem Reverendissimi Episcopi. 44

Toto spiritu supplicantes hìc observare, quod dictam commendabilem attestationem, publicumque testimonium qualitatum Convictricium Principalium fecit Reverendissimus Episcopus, antequam lucem aspicerent ejus decreta, & sic eo tempore, quo indifferenter, atque non sine omnium bonorum laude indistinctè practicabantur ea, quæ mediantibus dictis decretis fuerunt postea prohibita, & quidem sub rigorosis illis pœnis majoris excommunicationis, & aliis suprà expressis.

Tertia demùm resultat ex solemni declaratione, à nostris Principalibus palàm emissa anno 1711. nedùm acceptandi Constitutiones nostri Instituti, sed ulteriùs ex æque clara protestatione *di non volere in alcun tempo ammettere mai mutazione alcuna*, cubitalibus istis literis acceptata à Reverendissimo Episcopo: *Accettiamo la sudetta dichiarazione, e protesta in Ascoli questo dì 6. Aprile 1711. Gio: Vescovo, e Prencipe d'Ascoli*. Videtur enim nimis improprium, ut modestè loquamur omnibus viis, omnibusque modis, neque etiam excluso terribili illo majoris excommunicationis fulmine, 45

suffocare

suffocare easdem Principales, illasque obligare ad immutandas Regulas illas proprii Instituti, quas Reverendissimus Episcopus acceptavit, quasque nunquàm immutandas esse voluit, ut patet consideranti.

Deveniendo modò ad 2. dub. *An subsistineantur Censuræ, promulgatæ ab Episcopo*, illius negativa resolutio videtur ad hominem inferri ex eo, quod promulgatæ fuerunt post solemnem intimationem monitorii, ex hac parte expediti coram A. C. & Promotori Fiscali servatis servandis intimati ante dictarum Censurarum fulminationem, quod nec etiam controvertit Reverendissimus Episcopus in Epistola, huic Sacræ Congregationi scripta die 22. Augusti 1713. §. *E perche* ibi: *Ne pure in questi termini si mossero all'adempimento, de sudetti Decreti, affidate sotto il monitorio, che precedentemente avevano estorto da Monsig. A.C.* & patet ex d. Monitorii exequutione sequuta die 26. Junii 1714. necnon ex præcepto dict. Reverendissimi Episcopi, Principalibus intimato die 13 sequentis mensis Julii ejusdem anni 1714.

Posita enim hujusmodi præventione, seu recursu, habito ad A. C. & antecedenti præsentatione dicti monitorii, sequens excommunicatio nullatenùs salvari potest ab evidenti nullitate, juxtà *Text. in Can. Sententiæ*, ubi *Gloss. verb. Timenda est* 11. *quæst.* 3. & latè animadversa per *Sperel. dec.* 48. *num.* 7. ibi: *II. nullitas dicebatur resultare ex eo, quia excommunicationis sententia lata fuit post primam appellationem, occasione citationis interpositam; Excommunicatio autem lata post appellationem est ipso jure nulla &c.* & concordat *Marchand. in Trib. Sacr. tract.* 4. *tit.* 1. *sect.* 2. *quæst.* 2. *concl.* 1. *versic. Injusta fol.* 82 *Panimol. dec.* 96. *annot.* 2. *num.* 4. *& Rot. dec.* 496. *num.* 5. *par.* 14. *& decis.* 277. *num.* 24. *par.* 17. *rec. & cor. Cocc. dec.* 1533. *num.* 1. *& seqq.* ubi quod non adest minimum dubium quin evidenter nulla sit excommunicatio, lata post appellationem & resolvit Sac. Cong. Conc. in *Lauden. Censurarum* 4. *Septem* 1700. *lib.* 50. *Decret. fol.* 683. (47)

Minimè, attento duplici prætextu de facili exadversò adducendo; Primò quod processum fuerit in actu S. Visitationis. Secundò verò, quia A. C. nullam habebat jurisdictionem in hac causa. (48)

Non enim obstat primus; Ultrà quod enim pium est credere, eadem decreta facta fuisse in antecedenti Visitatione, dum per novem sequentes menses summo silentio nunquam divulgata fuerunt; Strictè dicimus, quod præscindendo ab eis, quæ concernunt morum correctionem, in aliis rebus, & negotiis nullam habent facultatem Episcopi in visitationis actu non servandi ea, quæ de jure obstant, vel servanda sunt; In quibus circumstantiis etiam à decretis, in visitatione factis, semper datur appellatio, ut notant adducti à *Card. de Luc. de Regul. disc.* 22. *num.* 2. *& de Judic. disc.* 37. *num.* 54. *& in adnot. ad Concil. disc.* 5. *num.* 5. ubi ad rem egregiè subdit: *Nihilque refert ad effectum appellationis &c. An de tempore Visitationis, vel extra id fiat, isteque error est communis, & quotidianus, quod scilicet quandò Episcopi sunt in actuali visitatione, credunt facere posse totum id, quod potest Papa, & fortè aliquandò faciunt ea, quæ Papa facere quidem potest, sed non solet:* Imò admisso etiam, quod Episcopi valeant in actu visitationis facere decreta, vel promulgare edicta, per quæ imponatur pœna circa morum correctionem, vel castigationem, quod erroneum est, id intelligendum venit sano modo, videlicet dummodo pœna sit levior, seu extraordinaria, juxtà frequentes resolutiones Sacr. Congregat. Concilii aliàs datas *cor. Ubaldo decis.* 153. *num* 4. ubi testatur, in dicta Sac. Congreg. resolutum fuisse non posse Episcopum in actu visitationis facere decreta, seu edicta, quibus imponatur maxima pœna excommunicationis, cujus fulminationis proindè nullitas augetur in casu nostro, nec ullatenus commendari potest hujusmodi processus, nè transeat in exemplum, quod præ ceteris improbant *Raynald. Observ. Crim. lib.* 1. *cap.* 1. §. 9. *num.* 75. ubi refert verba *dec* 327. *n.* 5. *impressæ post* 2. *vol. cons. Farinac.* ibi: *Quia quamvis excommunicatio sit nervus Ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continen. in officio populos, valdè salutaris, sobriè tamen, magnaque circumspectione ferenda est cùm experientia doceat, si temerè, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, ut sapienter monuit Concil. Tridentinum: Unde licèt potuerit Vicarius pœnam pecuniariam augere, non debuit tamen ad excommunicationem fulminan. quæ in subsidium dari debet, properare*, ibique alias concordantes resolutiones Sacrarum Congregationum allegat, & addimus *Rotam dec.* 277. *à num.* 22. *par.* 16. *rec.* (49) (50)

Præcipuè quia dari possunt multæ transgressiones nostrarum Regularum, de quibus sermo est in decretis Reverendissimi Episcopi, quæ evenire possunt sine reatu peccati mortalis; Implicat autem quod maxima pœnarum pœna majoris excommunicationis feratur ob actum, qui non involvit culpam mortalem, ut observat *Monacell. in Form. tom.* 3. *in prælud. num.* 60. *in fine* ubi, explicando causas, propter quas ferri potest excommunicatio, ait, *Causa verò mediata, & remota sunt diversa, crimina, quæ debent esse mortalia gravia, scandolosa & enormia, ex quorum singulis contumacia descendit.* (51)

Neque etiam obstat secundus, quia ultrà quod appellatio, seu recursus interpositus fuit quoque ad Sanctiss. D. N. in illis etiam casibus, in quibus dubium est: An monitorium, seù inhibitio liget, nec nè, non est in facultate unius Partis illam impunè spernere, sed recurrendum est ad Judicem pro moderatione, nè totus judiciorum ordo pervertatur, ut in terminis exclamat *Card. de Luc. de Judic. discurs.* 18. *num.* 38. ibi: *Nè in facultate &c. repositum sit gerere partes Judicis in causa propria, atque sibi ipsi jus dicere, Adire enim debet Superiorem pro moderatione, atquè interim parere, ne Superioris majestas contemnatur, atque ita omnis judiciorum ordo pervertatur*, & concordant adducti per *Rotam in Nullius, Seu Terræ Pontiani Successionis* 16. *Novem.* 1699. *in fine cor. R. P. D Ansaldo.* (52)

Sacr. Congr. Episcoporum, Ponente Eminentiss. Casino, die 8. Feb. 1715. rescripsit *Ad mentem*, quæ fuit sequen.

1 *Quanto à Confessori; Si debba da Monsignore lasciare alle Convitrici quell'arbitrio, che loro danno le proprie Constitutioni, per non porre in angustie le conscienze.*

2 *Quanto all'elettione della Superiora; Non si riprova, che ogni triennio si faccia il nuovo scrutino, mà con piena libertà delle Convittricci, o di eleggere nuova Superiora, ò di confermare la presente.*

3 *Quanto alle Censure, publicate da Monsignor Vescovo; L'assolva à cautela, e sub conditione, e per l'avvenire, si contenti d'astenersi da infligere loro simil pena, che i Sagri Canoni vogliono. non si debba usare, se non con gran cautela, egual maturità, e per cause, che includano peccato, e perciò la rimoverà da Decreti, fatti per dette Convitricci.*

4 *Finalmente l'intentione della Sacra Congregatione è, che le sudette Convitricci si mantengano quanto più sia possibile nell'osservanza delle loro Regole, e Constitutioni, nel che si potrà sempre più segnalare il zelo di Monsignor Vescovo, e la vigilanza del P. Visitatore, che viene da lui assegnato, con fare, che il tenore di esse, come le pene, da esse prescritte, siano puntualmente esseguite, senza imporre ad esse nuovi oblighi, ne caricarle di nuove pene.*

DISCEPTATIO XIII.

Romana.

PRO

RR. PP. Congregationis Oratorii de Urbe.

ARGUMENTUM.

Præpositus Congr. Oratorii de Urbe an habeat privativam facultatem proponendi negotia, concernentia interesse totius Congr. tam respectu Congr. Generalis, quam in ordine ad aliam Congr. particularem, qualibet hebdomada fieri solita, cum solo interventu quatuor Deputatorum.

INter Constitutiones Ven. Congr. Oratorii S. Philippi Nerii *moribus potiùs eruditæ quam legibus adstrictæ*, ut dicitur, in proemio earundem tam à s m. Paolo V. in forma specifica confirmatar. in *Bullar. Rom Tom.* 3. *Const.* 92. quam etiam à s. m. Vrbano VIII. per Breve speciale infra recensendum, sub titulo *de Præposito, & quatuor Presbyterorum depuntadorum electione, & munere* cap. 5. hæc leguntur: *Ad Congregationis, rerumque ad ipsam spectantium gubernationem, & curam, Præpositus primùm eligitur, deinde quatuor Presbyteri deputantur, de quorum omnium electione, & munere sic decernit Congregatio &c.* (1)

Præscriptaque electionis Præpositi, & eorundem Presbyterorum deputatorum forma, statuitur in §. *Nihil*, ut Præpositus *nihil singulare habeat in Ecclesia, mensa, cubiculo, domi, forisve, præter locum primarium, & Laicum ex nostris*, (2)

stris, à Deputatis assignandum. In quo circa rem familiarem, quamvis determinetur, eidem Præposito onus incumbere
3 circa domesticarum rerum curam; Nihilominus præter rectæ, & accuratæ administrationis onus, præstandiq; subditis ad victum, & vestitum necessaria, sollicitudinem, ita illi facultas restringitur, ut ultra unius aurei nummi summam, pro quolibet mense, etiam in usus pauperum, sine Deputatorum consensu elargiri non possit, sine verò totius Congregationis consensu, si decem nummos aureos contigerit excedere.
4 Sic pariter *in §. Totiùs* declarando officium Præpositi, ita præscriptum legitur *Totius Congregationis gubernandæ, omniumque curandorum prima potestas sit penes Præpositum. Ad ipsum enim solùm pertinebit Congregationem cum opus fuerit convocare, tractanda proponere, ritè constituta perficienda curare*: Ac postquam declaravit ad Præpositum pertinere exigere
5 *quoque rationem actorum, vel agendorum à singulis nostrorum, quibus est aliquod munus, vel onus quomodolibet ubique locorum mandatum, & videre, ut singula rectè expediantur*, facultatem ut supra Præposito tributam coarctando, separata oratione, sic præcipit: *Convocabit ad hoc Congregationem quatuor Deputatorum, saltem qualibet hebdomada, sine quorum consensu nihil aget, quod spectat ad universalem gubernationem domus, & eligendos, amovendosquè Officiales*, sumptaque occasione, passivas qualitates in Præposito, Deputandis, & eligendis requisitas, insinuando Præpositi facultatem restringendam esse ad Deputatorum arbitrium, in *§. Post electionem* iterum hisce verbis declarat: *Post electio-*
6 *nem Præpositi statim eligentur ei quatuor ex Presbyteris qui decennium transegerint in Congregatione, ex quo sunt admissi ad primam probationem, & Jus habent eligendi à tota Congregatione, de quorum consensu, ut dictum est, cuncta à Præposito agentur, quæ ad universalem Congregationis gubernationem pertinere ipse judicaverit.*

Denique sub titulo *de Præcipuis nostrorum observationibus* Cap.8 ita determinatur: *Quando lex aliqua universalis constituenda est, Sacerdotes omnes intersint, qui expleverint triennium, votumque consultivum habeant, decisivum verò tantùm, qui decennium compleverint* De ipsis tamen Constitutionibus hæc verba in Appendice *si quid ambiguum fuerit in*
7 *nostris Constitutionibus, Præpositus, & Deputati declarabunt, nullo tamen modo possit eas commutare, derogare, aut aliqua ex parte innovare, vel novas condere.*
8 Cùmque post dictarum Constitutionum Apostolicarum confirmationem, anno 1612. sequutam, verba illa supra recensita, ac in *§. Totius* expressa, videlicet: *Ad ipsum enim solùm pertinebit Congregationem, cùm opus fuerit, convocare, tractanda proponere, &c.* Ac alia: *De quorum consensu, ut dictum est, cuncta à Præposito agentur, quæ ad universalem Congregationis gubernationem pertinere ipse judicaverit*,
9 apposita in *§. Post electionem ejusdem capitis*, sic intelligi potuerunt, ut effrenatam facultatem proponendi, vel non, ad arbitrium Præpositi tribuerent, ac per consequens dispoticè gubernandi Congregationem, contra mentem nostri Institutoris, nolentis in solius Præpositi arbitrio præfatum regimen
10 remanere, sed juxtà præmissam declarationem in principio *ejusdem capitis*. ibi: *Ad Congregationem, rerumque ad ipsam spectantium gubernationem &c. Præpositus primùm eligitur, deindè quatuor Præsbyteri deputantur*, Præposito simul cum Deputatis tributam esse.
11 Quamobrem anno 1624. dum adhuc in humanis agebant viginti duo, ex senioribus dignissimis Præsbyteris, sancti Institutoris primariis discipulis, à quo tanquam ex fonte limpidissimo optimè regendi institutum spiritum hauserunt; Inter alios verò adnitentibus, ac suadentibus, R. P. Juliano Justiniano tunc temporis Congreg. Præposito, Petro Consolino, qui ob eximiam vitæ, morumque probitatem dilecti S. Philippi discipulis cognomentum est assecutus, aliisque Presbyteris ac ejusdem eximii nominis Deputatis, post integri anni, & amplius consultationem, hac super re adhibita,
12 Constitutionibus supra recensitis benè perpensis, ac ponderatis, examinatis itidem consuetudine, ac traditione, scripta in Decretorum Congregationis Libris, attentis etiam tribus decretis, emanatis ipso tempore, quo Sanctus Institutor Philippus inter mortales vitæ usura fruebatur, primum videlicet confectum die 28. Julii 1588. alterum 26. ejusdem mensis anni 1589. tertium denique 23. Decembris 1595. Presbyteri omnes in Generali Congreg. legitimè congregati, proponente Præposito, sub die 30. Martii 1624. statuerunt, nedum ex vi declarationis vigore facultatis, illis à Constitutionibus tributæ in *§. Si quid ambiguum* in Appendice regi-
13 strat, verùm etiam ex vi novæ legis, attenta facultate, habita in *§. Quando lex cap. 8.* Cuilibet ex Deputatis in particulari Deputatorum Congregatione, jus competere proponendi negotia, ad regimen Congregationis spectantia. In Congregatione tamen generali omnium Præsbyterorum privativè spectare ad Præpositum, hac adjecta lege, ut quando 14 à majori Deputatorum parte negotium aliquod expedire visum fuerit, etiam ipso renuente proponi deberet, ita declarando ambiguitatem verborum illorum: *Ad ipsum enim solùm pertinebit Congregationem, cùm opus fuerit, congregare, tractanda proponere &c.* ut intelligantur de privativa proponendi Præposito, in Generali Congregatione, & publica, ubi omnes Presbyteri intersunt attributa, secùs verò de particulari Deputatorum Congregatione, ut latiùs in ipso decreto, ibi: *Quando uno delli Deputati giudicherà espediente, che si proponga in Congregatione Generale qualunque cosa, in tal caso potrà liberamente da se stesso proporla in Congregatione segreta, che si fà ogni settimana, e se la maggior parte delli Deputati sarà dell'istesso parere, e giudicherà quella tal cosa, qualunque esser si voglia, degna di esser proposta à tutti li Padri, in tal caso il Prepposito, etiamche per altro giudicasse in contrario, sia nondimeno obligato di convocare Congrega-* 15 *tione, e proporla in quel tempo che l'istessa maggior parte delli Deputati giudicherà opportuno.*

Hac retenta regiminis forma, in nostra Congregatione usque ad annum 1704 absque ulla controversia sese gesserunt Presbyteri; Verùm eodem anno tunc temporis Præpositus prætendere cœpit absolutam, & omninò independentem facultatem à dictis quatuor Deputatis, à quibus ad tenorem nostrarum Constitutionum, præsente eodem Præposito, in una ex solitis particularibus Congregationibus, servatis omnibus servandis, revocata fuerunt omnia, ab eodem ge- 16 sta, præter, vel contra tenorem earundem Constitutionum. Propter quæ ab eodem habitus fuit judicialis recursus ad Eminentissimum tunc temporis Urbis Vicarium, uti Judicem 17 ordinarium, à quo obtinuit solitum monitorium super manutentione arbitrariò, & independenter à Deputatis regendi Congregationem, ac super observatione Literarum Apostolicarum cum inhibitione, eoque dictis Deputatis judicialiter præsentato, adjerunt isti Sanctissimum D. N. cui placuit committere R. P. D. Fatinello, ut controversiam sine stre- 18 pitu, ac figura Judicii, decideret, quod punctualiter adimpletum fuit, mediante compilatione Voti, Sanctitati Suæ extraditi sub die 25. Novembris ejusdem anni 1704. in cujus exequutionem mandavit idem SS. D. N. Patribus Congregat. Oratorii mediante epistola Secretariæ Status, plenariam observantiam dicti Voti, ac si pro ejus confirmatione expeditæ fuissent Literæ in forma Brevis, ut latiùs videre est in 1.*tom. Responsorum ejusdem R. P. D. Fatinelli respons.* 58. *per tot.* in cujus calce registravit etiam per extensum dictam Epistolam, rarò exemplo scriptam per viam Secretariæ Status, cum illa declaratione: *Come se per la conferma di esso fosse stato spedito special Breve dalla Santità Sua.*

Verùm asserentes eosdem Deputatos, eundem R. P. D. 19 Fatinellum, non minus nulliter, quàm injustè in suo Voto processisse, ac in eo multa insubsistentia contineri, ita ut si pro illius observantia desuper expeditæ fuissent Literæ in for- 20 ma Brevis, istæ patenti laborarent vitio obreptionis, & subreptionis, humillimum habuerunt recursum ad SS. D. N. qui benignas præbendo aures supplicantibus, Congregationem particularem trium primi nominis Prælatorum, deputavit, nempè Nuptii Sacr. Cong. Episcop. Secretarii, Corradini tunc temporis ejusdem Auditoris, & hodiè S. R. E. Cardinalis, & Marafuschi moderni Auditoris ejusdem Sanctissimi D. N.

Pendente autem causa in d. particulari Congregatione, requisitus pro veritate, in eam inclinavi opinionem, ut cum 21 omni fundamento sperari posset revocatio Voti R. P. D. Fatinelli, & circumscriptio omnium illorum, quæ gesta fuerunt per organum Secretariæ Status, effectu subsequuto, eo quia commendabili candore solet Apostolica Sedes revocare ea, quæ ab ipsa tacita veritate, obtenta fuerunt, ut suis etiam temporibus observavit *D. Ber. in epist.* 180. *ad Innoc. III.* Habemusque in hac par. celeb. factum Justiniani, & celebriora ipsius verba *in auth. de Nup.* ibi: *Non enim erubescimus si quid meliùs horum, quæ ipsi prius diximus, adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem*, cum aliis apud *Card. de Albic. de Inconst. in Judic. in præfat. à num* 42.

Ad ostendendam autem insubsistentiam eorum, quæ canonizantur in dicto Voto R. P. D. Fatinelli, præmittebam, quod controversia in eodem Voto decisa, solummodò versabatur inter Deputatos ex unâ, & Præpositum illius temporis Partibus ex altera, absque eo quod ullus ex aliis Congr. 22 Presby-

Presbyteris vocatus esset ad causam, nam agebatur in ea, ut dictum est, de sola jurisdict. seu facultate proponendi, vel non, in eorum Congr. privata, seu particulari, semel in hebdomada fieri solita à Præposito, & quatuor Deputatis, & in qua, neque votum, neque locum habent alii Presbyteri ejusdem Congreg. Qua propter solummodò dicti quatuor Deputati mediante monitorio, ad Præpositi instantiam coram tunc temporis Eminentiss. Vicario vocati fuerunt, & isti dumtaxat coram eodem R. P. D. Fatinello, in illius locum subrogato, comparuerunt.

23

24 Hoc præmisso, aut Votum, de quo agitur, una cum mandato Sanctissimi, in Epistola Secretarii Status expresso, dicitur continere aliquam legem, de novo sancitam, Presbyteros omnes Congreg. obligantem, aut verò dicitur continere simplicem antiquarum Constitut. declarationem. Si prætendatur continere novam legem, ecce obreptio, & subreptio, parenter ex Voto præfato suborta, nàm inter Constitutiones, supra recensitas *cap.8. §. Quando lex*, per hæc verba statuitur; *Nulla lex, à Sanctissimo confirmanda proponatur, nisi prius in ea consenserint Presbyteri, exacti in Congregatione decennii*, & sequenti §. *Quando lex aliqua universalis constituenda est, Sacerdotes omnes intersint, qui expleverint triennium, Votumque consultivum habeant, decisivum verò, qui decennium compleverint*. Cùmque ad constitutionem istius novæ legis nullatenùs consensisse legantur Presbyteri exacti in Congreg. decennii, juxta supradictarum Constitutionum dispositionem, & multo minus ad illius confirmationem petendam, eorum nullus interfuit, inevitabilis, ac clarissima est obreptio, & subreptio prætensæ legis, à Voto R. P. D. Fatinelli promanatæ, & confirmationis in Epistola Secretariæ Status expressæ, non exprimente necessitatem consensus Presbyterorum extra decennium ad ipsius novæ legis constitutionem, ac præsentiam pariter omnium etiam Præsbyterorum infra decennium ad petendam illius confirmationem; Nec in Epistola Secretariæ Status legitur derogatum fuisse huic necessitati, decreto irritanti, ac clausula sublata à duobus Summis Pontificibus, nempe Paulo V. & Urbano VIII. in favorem Presbyterorum munit. Unde applicatur notorium axioma, per Doctores communiter receptum, ad comprobandam obreptionem, & subreptionem, quod si R. P. D. Fatinellus hanc necessitatem expressisset in suo Voto, Sanctissimus D. N. vel illud non confirmasset, vel difficilius, quod ad inducendam subreptionem superabundat, ex adductis per *Felin. in cap. Super literis num.8. de Rescript. Soccin. sen. conf.260. num.2. lib.2. & Rot. dec. 89. num. 7. & dec.302. num.5. & seqq. cor. Bich. & dec.736. num 45. cor. Dunoz. jun. & dec.391. num.3. cor. Priolo*.

25

26

27 Crescitque vis argumenti, ponderando præsertim, quòd sa. me Urbanus VIII. per Breve speciale Apostolica confirmatione munivit Constitutiones, alias à Paulo V. ut supra per Bullam confirmatas, cum illarum insertione de verbo ad verbum, & circa finem expressè prohibet, irritatque quamcunque declaratationem, annullationem, seù innovationem, vel judicium, prolatum contra formam Constitutionum, ibi insertarum, etiamsi facta legatur à Summis Pontificibus, quotiescumque id minimè factum fuerit Presbyteris ad hunc effectum citatis, ibi; *Decernentes præinsertas Literas nullo unquam tempore; etiam per Nos, seù Romanos Pontifices Successores nostros pro tempore existentes, aut aliorum quomodolibet, nisi Presbyteris dictæ Congregationis ad hoc citatis, & auditis, declarari, aut interpretari, aut corrigi, aut iis derogari posse, & declaratum, interpretatum, correctum, aut derogatum censeri, & non alias, & in præmissis omnibus, & singulis &c.* ut latius dicemus inferius.

28

29 Certum enim est in casu præsenti, nunquam fuisse citatos, nec auditos Congr. Presbyteros, ut novam hanc legem reciperent, vel derogatoriam, vel suppletivam antiquæ, cum hac clausula confirmatæ. Et quamvis dici posset, fuisse R. P. D. Fatinellum auditos Deputatos, quos etiam citatos fuisse constat per monitorium; Responderi potest, quod hoc non verificatur ad effectum recipiendi novam legem, correctoriam antiquæ, & quia nunquam citati, & auditi fuerint cœteri Presbyteri ad tenorem privilegii, ut supra in confirmatione facta ab Urbano VIII. expressi, quotiescunque Votum una cùm Epistola Secretariæ Status continere dicatur aliquam novam legem, integram Congregat. obligantem, tanquàm emanatum contra formam præfati privilegii, de quibus, nec Votum, nec Epistola loquuntur, etiamsi pro ipsius Voti confirmatione expeditæ fuissent Literæ in forma Brevis, hæ essent subreptitiæ, & obreptitiæ, ac per consequens nullius valoris, non ex defectu potestatis Summi Pontificis, sed voluntatis, ut per *text. in cap. Super literis de Rescriptis* advertunt communiter DD. & præ cœteris ad rem nostram *Castrens. conf.288 sub num.4. lib.1. Felin. in cap. In nostra num.19. de Rescriptis Pamphil. dec.611. num.1. & 10. & Boerius dec.283. num.35. & sequen.*

30

31 Fortius quia Præpositus dumtaxat illius temporis recursum habuit ad tunc temporis Eminentissimum Urbis Vicarium, & solummodò Deputati coram R. P. D. Fatinello comparuerunt, quibus à Constitution. interdicta legitur immutatio, derogatio, particularis etiam innovatio, & efformatio novæ legis, ut in §. *Si quid ambiguum in Append.* ibi: *Nullo tamen modo possint eas immutare, derogare, aut aliqua ex parte innovare, vel novas condere:* Sicque isti mediante recursu ad SS. D. N. d. an. 1704. habito, & ad R. P. D. Fatinellum, ut hujusmodi novæ legis promulgationem, & respectivè confirmationem ederet, nunquam præjudicium inferre potuerunt cœteris Presbyteris, aut integræ Congregat. qui consensum instantiæ hujusmodi nullatenus præstiterunt; Ubicunque etenim consensus requiritur, eo deficiente actus non tenet *cap. Auditus 29. de Elect.* & advertunt *Baldus in leg. fin. num.3. C. ad S. C. Macedon. Gom. in Regul. de Impetrat. Benefic. per obitum famil. Card. quæst.11. sub numer.4. vers. Nam ex quo consensus Gonzal. ad Regul.8. Cancell. glos. 47. num.3.*

32

33 Quod si dicatur, Votum R. P. D. Fatinelli novam legem obligatoriam non continere, sed potius declarationem antiquæ, ut videtur insinuare Epistola Secretariæ Status, eadem reflexione objectum prorsus diluitur. In Constitut. enim superius expressis, & ab Urbano VIII. confirmatis nedum Judicibus, sed etiam Summis Pontificibus interdicitur declaratio prædictarum Constitutionum, nisi prius specialiter citatis, atque auditis Presbyteris. Igitur dum hæc forma fuit omissa, juxta rationes, & authoritates, superiùs enunciatas, prætensa declaratio esset evidenter subreptitia.

34

35 Meritò autem per sa. m. Urbanum VIII. fuit prohibita novæ legis constructio, & antiquæ declaratio, facienda absq; consensu, & citatione Presbyterorum; Cùm enim in allegatis Constitutionibus, quæ confirmabantur, adesset facultas de condendo leges, & declarandi antiquas, ipsismet Presbyteris attributa, noluit ille Summus Pontifex inposterum ab aliis, quàm ab ipsismet, vel saltem sine eorum approbatione, atque consensu, permittere, ut novæ conderentur, antiquæ declararentur Constitutiones & leges.

36 Quapropter, quamtumvis Epistola Secretariæ Status, de qua agitur, importare diceretur solummodò confirmationem declarationis antiquæ legis, jam conditæ, & in forma specifica confirmatæ, cum clausulis superiùs expressis, & recensitis, tribuentis amplam facultatem privativam Presbyteris Congregationis condendi novas, & declarandi antiquas; Quemadmodum talis declaratio minimè consonare videtur actui declarato, illiusque verbis, nequaquam præsumendum est, quòd Summus Pontifex, illa mediante, tollere voluerit Jus, nostris Presbyteris quæsitum, sed id attribuend. est importunitati, illam petentis, & per consequens remaneret effectu vacua, & ipso Jure nulla, ut per *tex. in cap Cum olim de Sentent. & re Judic.* advertit ibi: *Felin. num.5. vers. & adduci potest.* pluribus allegatis, & in specie *Bellar. dec.724. col.6. vers. sexta ratione*.

37 Verùm patens veritas est, quod Votum R. P. D Fatinelli secum fert alteram novam legem, oppositam antiquæ, ac ut supra firmatæ. Ad elucidationem namque hujus assertionis necesse est in memoriam revocare Constitutiones, ut supra confirmatas; Etenim in 1. Append. §. *Si quid ambiguum*, illæ tribuunt facultatem declarandi ambiguas Constitutionum partes, & ulterius *cap 8. §. Quando lex*, expressè statuunt, posse omnes Presbyteros, tàm suprà, quàm infrà decennium, leges condere, sicque anno 1624. sub die 24. Martii, nedum Præpositus, & Deputati ponderando omnia ea, quæ mandant Constitutiones circa regimen Congregationis, & præcipuè verba illa expressa *in cap.5. in principio* ibi: *Ad Congregationem, rerumque ad ipsam spectantium gubernationem, & curam, Præpositus primùm eligitur, deindè quatuor Presbyteri deputantur*. Quorum vigore regimen Congregationis apparet tributum, non solum Præposito, sed ipsi, & Deputatis simul; Facta de prædictis collatione cum aliis verbis ejusdem capitis §. *Totius* ibi: *Ad ipsum enim solùm pertinebit Congregationem, cùm opus fuerit, convocare, tractanda proponere:* Cognita inter ipsa quoad substantiam repugnantia, & per consequens ambigua, declarata fuerunt, decernendo, in Congr. Deputatorum pro bono Instituti regimine competere jus proponendi etiam ipsis Deputatis, dum ex vi Constitutionum de eodem regimine participare debebant; Sed in Congreg. generali omnium Presbyterorum, juxta dispesita

38

39

dispositâ in §. *Totius*, soli Præposito competere jus proponendi prædictum; cum onere exequendi ea, quæ à majori Deputatorum parte resoluta fuissent, ac per consequens etiam proponendi in Congregatione generali, juxtà resolutionem prædictorum Deputatorum, & pro majori stabilitate declarationis præfatæ, etiam (sunt verba decreti) *per sfuggire l'incontro di quello scoglio, che pretendeva la Congregatione più d'ogni altra fuggire, cioè il governo, ristretto all'arbitrio d'un solo &c.* ex omnium Presbyterorum voto per viam novæ legis stabilitum remansit.

41 Quæ sanè intelligentia, nedum est Constitutionibus, & Instituto conformis, verùm etiam inhæret menti ipsorum Patrum antiquorum, id statuentium, atque Juris communis dispositioni Siquidem Constitutiones præfatæ *cap 5.* sub titulo *de Præposito, & quatuor Presbyterorum electione, & munere*, ita decernunt: *Ad Congregationis, rerumque, ad ipsam spectantium gubernationem, & curam, Præpositus primùm eligitur, deinde quatuor Presbyteri deputantur*, & insuper *in §. Nihil singulare*, tanquam alter simplex Sacerdos regulatur Præpositus, præter locum primarium, & Laicum, illi ad servitium per Deputatos etiam assignandum.

42 Imò *cap.7. §. Lectionem* in fine indistinctè Præpositus, & Deputati vocantur Superiores ibi: *Superiorum arbitrio, Præpositi scilicet, & Deputatorum;* Quapropter si Deputati, ex vi Constitutionum, debent esse participes gubernationis domus, & Præpositus nihil singulare habere debet ab ipsis, præter honorifica, & vocantur Deputati Superiores, sicut ipse Præpositus vocatur Superior, omnis æquitas postulat,

43 ut in eorum Congr. particulari illis competat indistinctè, una cùm Præposito jus proponendi, absque ulla privativa favore Præpositi; Nec adversantur verba taxativa expressa in §. *Totius* videlicet: *Ad ipsum enim solùm pertinebit, Congregationem, cùm opus fuerit, convocare, tractanda proponere &c.* Ibi enim loquuntur Constitutiones de generali Congr. omnes Præsbyteros comprehendente, ea ratione quia in hoc pio Convictu duæ sunt Congreg. una generalis omnium Presbyterorum, & altera particularis Præpositi cum Deputatis, quoties igitur Constitutiones loquuntur de Congreg simpliciter, certum est de sola generali tanquam majori, & potiori per antonomasimam debere intelligi juxta Textum in *§. Sed Jus quidem in fine Institut. de Jure naturali Gentium, & Civil. Gloss in cap. Significavit 3 verbo Urbe de Pœnit. & in cap. Propterea 8. verb. Proprietas de Verb. Significat.* Ita enim

44 clarè insinuant verba illa: (*Totius Congreg.*) posita in principio §. quæ cùm correlativè se habeant ad subsequentia illa verba *ad ipsum enim solùm pertinebit &c.* clarum remanet, ibi Constitutiones loquutas fuisse de d. Congregat. generali,

45 Verbum siquidem *Totius* denotat unum corpus integrum subsistens ex omnibus suis partibus nemine excluso, ex allegatis *per Barbosam de Dictionib. dict.*408. *num.*1. *cum seq.* & quemadmodum si Constitutiones dicerent, omnium Presbyterorum Congr gubernandæ &c. tunc clarè haberetur, quod verba subsequentia taxativa denotantia facultatem privativam proponendi Præposito tributam applicarentur Gener. Congreg. omninm Presbyterorum, ità idem omninò dicen-

46 dum est cum dictum sit *Totius Congreg. &c.* nam inter se conveniunt omnes, & totum *Raudens. de Analog. lib.*1 *cap.*12. *sub num.*2. *Monach. decis. Florentin.*71. *num.*22. & qui totum dicit nihil excludit, *ex allegatis per Barb. dict.*241. *num.*16.

Quod insuper clarè demonstratur, nedum ex integro ipsarum Constitutionum contextu à principio usque ad finem,

47 quæ verba faciendo de Congreg. indistinctè intelliguntur de generali, ac de consortio omnium Præsbyterorum, ut videre est eodem *cap.*5. *§. Tres annos §. Ab ejusdem §. Si nemine, & cap.*8 *§ Cum aliquid*, sed signanter, & appositè deprometur ex *§ Circa rem familiarem* proxime immediate præcedenti eidem *§. Totius* ubi tribuitur facultas Præposito largiendi pauperibus nummi aurei summam, & in majori quan-

48 titate, quotiescumque hujusmodi largitionum se dederit occasio, ibi: *Quatuor Deputatorum requiret consensum, cùm verò decem nummos aureos excedere contigerit, totius Congregationis &c.* Sicut n. in aliis partibus Constitutionum, quando loquitur de Congreg Generali solummodo legitur expressum mediante verbo *Congregationis*, vel cum adjecto *totius*, & quando de Congreg. particulari Deputatorum dicunt nu-

49 dis verbis de consensu Deputatorum, sine consensu Deputatorum, Præpositus scilicet, & Deputati, Superiorum arbitrio &c. Ita singula singulis congruè referendo, de eadem

50 dicendum est loquutas fuisse in præsenti, dum eisdem verbis utuntur, Melior n. intelligentia alicujus Constitutionis non invenitur, quam illa, quæ provenit per illius partis interpretationem, ex animadversis per *Sperell. dec.*102. *num.*51. & firmatis *per Rot in decis.*175. *num.*9. *part.*9. *rec. & decis.*87. *num.*10. *cor. Ludovis. & in Romana pretii Officiorum* impressa apud *Card. de Luc. de Offic. vocab. dec.*1. *n.*3. *& dec.*2. *nu.*11.

Cumque nostræ Constitutiones dùm loquuntur de Congregatione generali omnium Presbyterorum, tribuunt Præposito Jus privativum proponendi, mediantibus verbis personalissimis & quando de Congregatione particulari Deputatorum non ita, sed diversimodè disponant, benè valet inferri, ex vi dd. Constitutionum, Præposito non competere Jus privativum proponendi in Congregatione particulari Deputatorum, licèt ipsi competat in Congreg generali omnium Presbyterorum, quæ propterea facultas nullatenus valet extendi ad Congregationem particularem Deputatorum,

51 quia dum Constitutiones in hac parte exorbitant à Jure communi, disponente, actus Capitulares dirigi debere ab antiquiore de Capitulo in defectum ejus. ad quem id spectat de Jure, vel consuetudine, ut inferiùs dicemus, & monet *Fagn. in cap. Quia propter §. Illud num.*75 *de Elect.* ubi testatur de praxi, ab ipso semper servata, nisi diversimodè dispositum esset, etiam ex identitate rationis extensio non admittitur, ex juribus allegatis *per eundem Fagn. in cap. Tuæ literæ num.*47. *de Cleric. per saltum promot.*

Fortiùs quia in eodem *cap.*5 *§. Deputatorum* expressè sancitur ibi: *Deputatorum erit præterea cùm Præpositus decesse-*

52 *rit, vel finiet ejus munus, Seniorem prædictum monere, qui ejus vicem interim fungitur, ut convocet ad electionem Præpositi convocandos, quod si ille negligat, ipsi convocabunt;* Sicut enim ex vi Constitutionum in hoc § expressè Deputati supplere debent negligentiam Senioris in locum Præpositi subrogati; Ita etiam dicendum est, in eisdem concessam fuisse facultatem supplendi negligentiam ipsiusmet Præpositi, nolentis proponere; Nam subrogatus assumit eandem naturam, & qualitatem personæ, in cujus locum subrogatur *per tex in leg Proponebat.*76. *ff. de Judic.* cum aliis apud *Rot. cor Cerr decis.* 3 *num.*12. *& seqq.* Et quemadmodum Constitut. tribuunt facultatem Deputatis supplendi, nedum negligentiam senioris, in locum Præpositi subrogari; sed etiam ejusdem Præpositi in casum impotentiæ per mortem, vel

53 cessationem muneris, ita dicendum est, eisdem concessam fuisse eandem facultatem in casu negligentiæ voluntariæ, cum nolle, & non posse in Jure æquiparentur *cap. Sciscitatus de Rescript. & cap. Prudentiam §. Adjecimus de Offic. delegat.*

54 Omnia hæc in se clara, clariora redduntur ab observantia tam extrajudiciali, quàm judiciali, quæ in facto sunt innegabiles.

55 Quoad observantiam extrajudicialem, multi adducuntur actus, comprobantes facultatem proponendi in Deputatis, signanter unus diei 6. Junii 1580. alter diei 28. Junii 1587. *Il dì avvanti la Congregatione segreta avvertischi ciascuno* (dest ex Deputatis) *di quello, che hà da proporre*, alter diei 5. Maii 1588. alter diei 26. Julii 1589. alter diei 23. Decembr. 1593. alter diei 30. Martii 1624. alter diei 17. Apr. 1629. alter demum diei 4. Maii 1638.

Ex istis autem quinque actibus annor. 1580. 1587. 1588. 1589. & 1593. sequutis & ad praxim redactis tempore nostri Fundatoris, imo eo ipso tempore, quo ipse uti Præpositus nostram Congregationem sanctissimè rexit, & ex innegabi-

56 li facto illorum Patrum antiquorum, qui nostram Congregationem componebant anno 1624. & quorum major pars convixerat cum eodem Sancto Fundatore, congruè videtur responsum animadversioni illi, quæ his verbis fit in fine appendicis *R. P. D. Fattinelli: Cùm igitur privativa proponendi potestas, data in Constitutionibus Præpositis Oratorii, veniat ex Instituto, & consuetudine S. Philippi, perpetuò in hac Congregatione servata, habere videtur quandam speciem irreverentiæ erga Sanctum Fundatorem immutatio, quæ à Deputatis exposcitur;* Imo posita hujusmodi contraria praxi, etiam in vita ejusdem Fundatoris, ex contraria prætensione & privativa proponendi respectu Præpositi, quam nunquam habere voluit idem Fundator nedum species irreverentiæ, sed aliquid longè majus inferri posset erga eundem Sanctum Fundatorem, quia diceretur habere majorem, & ampliorem potestatem, ac habuerit ipsemet Fundator. Et proindè ab omni verisimilitudine prorsus alienum est quod noster Fundator, qui in spiritu humilitatis, & mansuetudinis fundavit, & rexit nostram Congr. voluerit deindè dare suis successoribus in munere Præpositi illam effrenatam libertatem, quam ipsemet in vita nunquam exercuit, nec exercere voluit.

57 Præcipuè quia, procedendo cum supra animadversis, concordat gubernium nostræ Congregationis cum aliis Regulis, & Institutis aliarum Religionum; Cum enim antiqui Re-

ligionum

ligionum Institutores, *teste Tam de Jur. Abb. to. 3. disp. 1. quæsit. 2. num. 2. monarchiam potiùs, quam aliam speciem regendi elegerint, ob depravatos nihilominus hominum mores, & humanæ naturæ corruptionem, & eo quia non omnes subditi sunt Possidonij, nec omnes illi, qui regunt possunt esse Auguft. & Benedicti (& nos addere possumus) neque etiam omnes possunt esse Philippi summa ratione factum est, ut Religiones omnes loco monarchiæ absolutæ cum ea simul aristocratiam amplexatæ fuerint, ut notat Tamburin. ubi supra*, & concordat celeberrimus *Canonista Navarr. qui centesimum explevit annum in Urbe in Comm. de Regular. comm. 3. n. 15. vers. Ad decimum quintum.*

Quo verò ad observantiam judicialem, habemus duas punctuales resolutiones Sacræ Congregationis Episc. & Reg. quæ diebus 17. Jan. & 3 Martii 1692. admittendo talem facultatem proponendi favore Deputatorum in Congregatione particulari, quæ fit quælibet hebdomada, quęvè impugnabatur à P. Præp Maceratæ, bis resolvit, teneri Præpositum ad proponendum ea, quæ judicabantur utilia, & proponenda à majori parte Deputatorum, concernentia quandam fabricam, atque injungendo Episc. Maceratæ promptam exequtionem talis resolutionis. (58)

Quanti autem facienda sit similis observantia nemo ignorat, ex quo illa, nedum uno ore vocatur omnium interpretationum Regina, sed sensus, comprobatus ab observantia, semper exequendus est, & præferendus alteri, quamvis iste de Jure verior esset, magisque accomodatus verborum sensui, ut de prima conclusione videre est apud *Repetentes in leg. Minimè ff. de Legib. & Rot dec. 49. num. 10. cor. Zarat. & in Asculana fid. 13. Jun 1698. §. Maxime coram Pio* Et de secunda apud *Socc sen. conf. 145. num. 2. lib. 1. ad Adden. ad Greg. dec. 184 num 8. & Rot. cor. Dun iun. dec. 829 nu. 9. & cor. Priolo dec. 393. num. 7.* (59, 60, 61)

Pro quorum faciliori admissione nimis urgere videtur communis sensus dictorum antiquorum Sacerdotum nostræ Congregationis, quæ d. anno 1624. rebus omnibus, & rationibus hinc inde militantibus, æquali soliditate, ac attentione ponderatis, dubium de quo disputatur de medio prorsus abstulerunt, demandantes; *Che quando uno de' Deputati giudicherà espediente, che si proponga, potrà liberamente da se stesso proporerla in Congregatione segreta, che si fà ogni settimana*; Iis enim omnis competebat facultas, nedum declarandi antiquas Constitutiones, sed etiam novas leges condendi pro meliori bono Congregationis, ut latè determinatur in eisdem Constit. & clariùs in earum Appendic. (62)

Cumque ex una parte sermo fit de Sacerdotibus, qui convixerunt cum nostro Fundatore, præsumuntur optimè informati, & ad plenum instructi de vero sensu nostrarum Constitutionum, & proindè idem decretum perindè habendum est, ac si esset insertum in nostris Constitutionibus, ex punctualiter animadversis supra *discept. 2. n. 97* Ex alia verò parte sermo pariter est de personis, ætate, moribus, natalibus scientia, & conscientia insignibus unde applicantur ea, quę scribit *Glofs. in Capit. Prudentiam de Offic. Deleg. ubi quod integrum est iudicium illud, quod plurimorum sententiis confirmatur, & in Can. De quibus verbo Pluribus distin. 20. ubi, quod facilius invenitur, quod à pluribus quæritur, cum aliis à me citatis in Instit. crim. lib. 3. tit. 9 nu. 170. & seq.* quibus addo *Pignatell. consult. 54. nu. 12. tom. 10 & Card. de Luc. de Regularib. disc. 10. num. 9.* (63)

Non attento defectu potestatis eorundem Sacerdotum, quæ in *Voto R. P. D. Fatinelli n 16. vers. Quoniam* desumitur à Breve S. M. Urb. VIII cujus verba ibidem registrantur, & sunt sequentia *Denegata facultate easdem corrigendi, declarandi, & interpretandi.* Cùm enim idem Breve emanaverit anno 1628. dictum verò decretum Congregationis Generalis per 4. annos antea, nempe anno 1624. nulla vis fieri valet in eodem posteriori Breve ad enervandam vim dicti antecedentis decreti 4 annis antea emananti: Leges enim non habent oculos retrò, ut vulgò dici solet, sed solùm futuros casus comprehendunt, *ad Text. in leg. Meminimus in fin Cod. de Legitim. hæred. ibi: Si quis autem casus iam evenerunt &c. nullam sentiant ex hac lege retractationem*, & notant adducti *in dec 115. n. 12. par 8. & dec. 104. n. 7 par. 16 & dec. 520. n. 8. par. 8. rec. & in Romana Cambiorum 16 Iunii 1697. Nec deficit cor. Ursino, & in Romana seu Firmana Succes. 10 Decembris 1698. § Nihil officiente cor R P D. Ansaldo.* (64)

Quamvis autem conclusio hæc limitetur in illis terminis, in quibus ex particularibus facti circumstantiis, summus legislator oppositum exequi mandet, ut notat *Card. de Albic. in adnot. ad dec. Pamph. 569. num. 9. & 10* Nos sumus extrà terminos hujus limitationis, eo quia f. m. Urbanus VIII. voluit, idem Breve effectus suos plenarios habere, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos spectat, & in futurum spectabit, & sic de tempore præsenti, vel futuro, non autem ab iis, ad quos in præteritum spectavit, illud observare, Et proinde ex solo facto, seu recognitione datæ ejusdem Brevis, omnis in hac parte sublata dicitur difficultas. (65)

In eadem Appendice fit pariter mentio de illa facti circumstantia, quod in Congregatione Generalis anni 1683. major pars nostrorum Sacerdotum noluerit confirmare, neque infirmare decretum anni 1624 Illa tamen nullatenus retragatur; Cùm enim decretum plenissimam approbationem habuerit in dicta Congreg. Generali anni 1624 ejusque vigore ad terminos nostrarum Constitutionum vim legis obtinuerit, nil eidem detrahit, vel detrahere aptum fuit reflexio illa, quod in alia posteriori Congregatione habita anno 1683. PP. Congregationis illud non confirmaverint; Satis enim est, quòd idem decretum non revocaverint, sed in sua firmitate relinquerint; Imò ex eo, quod eidem expressè non derogaverint, præcedentem validitatem, & efficaciam plenè agnoverunt *ad Textum in leg. Præcipimus C. de Appel. leg. Sancimus C. de Testam. Mangil. de Imput. q. 150 n. 13. vers. Et postremo, & Surd. conf. 163. n. 9 & conf. 509. n 6. & dec. 195. eodem n* (66, 67)

Quia verò in dicto Voto *R. P. D. Fatinelli n. 16 Vers. Anno 1658.* fit mentio alterius concordantis opinionis celeberrimi Canonistæ Fagnani, & cujusdam pii Sacerdotis Antonii Charlas, quem omnes cognovimus, & tractavimus; Non omittimus in hac parte observare, eundem doctissimum Fagnanum nullatenus suo more in hac causa scripsisse, sed simplicem vulgari idiomate misisse Epistolam quę circumfertur tanquam ejus Votum sub die 7. Martii 1655. in qua, siccis verbis, paucis se expediendo, nullam facit distinctionem inter Congregationem Generalem, in qua privativam proponendi habet Præpositus, & inter Congregationem particularem, quæ fit cum solis quatuor Deputatis, & cum dicta distinctione Congregationum optimè conciliantur verba nostrarum Constitutionum, in quibus talis privativa facultas proponendi attribui videtur Præposito, Cum dicta pariter confusione, seu non distinctione utriusque Congregationis procedit citatus Charlas, optimæ quidem conscientiæ Sacerdos, sed nullo modo in scientia, & in Supremorum Tribunalium praxi comparandus iis, qui pro veritate doctissima, & fundatissima composuere Vota, opposita dictæ privativæ proponendi, à Præposito prætensæ in Congregatione quatuor Deputatorum, inter quæ longè emicant illud cla. m. Card. Riccii: Aliud bo m Fortunati Durantis Episcopi Squillacen: Aliud bo. m. Advocati Arrighi, postea fa m Innocentii XI Aud. Aliud bo. m. Advoc Pacioni; Aliud bo. m. Marchionis Jannis Baptistæ Bottini: Aliud bo m. Hippolyti Ursellii, Sacri Palatii Apostolici Causarum Patroni, & alia plura, doctissimorum quidem Professorum, sed nolentium eorum nomina divulgare, probe scientium, & ad praxim reducentium id, quòd scriptum reliquit *Senec. de quatuor Virtutib. c de Prudent. ibi: Nec te movent dicentis authoritas, nec quis, sed quid dicat attendito*

Concludendo cum verbis illis *D. Augustini in Epist. 8. ad S. Hieronymum: Ego Authores ita lego, ut quantalibet sanctitate quantavè doctrina polleant, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi per alios Authores, vel canonicas, vel probabiles rationes, quod à vero non abhorret, persuadere potuerunt*; Ad eam enim miseriam facultas legalis redacta hodiè est, ut nihil tam pacificum in Jure inveniatur, quod offuscari, confundi, & dubium reddi non possit, ut, me citato, in *in Instit Crim lib. 3 tit. 5. n. 185.* exclamat *Sacra Rota in Firmana fideicommissi 4. Maii 1705. §. Verùm cor. Ansaldo.* Idque observaverat priùs *in dec. 68. in principio cor. eod.* (68)

Congregatio particularis, de qua *supra n. 20.* die 18. Martii 1709. rescripsit: *Consulentum Santiss. ut mandet, PP. Congregationis Oratorii uti posse Jure suo ad formam Constitutionum, & decreti, editi in Congregatione Generali anni 1624. non obstante Voto R P D. Fatinelli & Epistola Secretariæ Status, pro observatione dicti Voti: Factaque per me infrascriptum relatione supradictæ resolutionis, Sanctitas Sua illam benignè approbavit, ac ita inposterum servari mandavit. In fidem &c. Ita est &c. P Archiepiscopus Athenarum Auditor. Loco ✠ Sigilli.*

Vide *Tom. 2. part. 1. Discept. 37. & Tom. 3. par. 1. Discept. 3. à num 129.*

DISCEPTATIO XIV.

Lauden. Funerum.

PRO

PP. Carmelitis Excalceatis Civitatis Laudæ.

CUM

Parochis ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Parochi, associantes cadavera in Ecclesia Regularium, an possint illas ingredi cum stola, & Cruce, & in quo loco possint eis dare ultimum Vale. Et an eis debeatur quarta funeralis; Impedientes liberam electionem sepulturæ, qua pœna puniendi sint, & quando sit locus exhumationi cadaveris, tumulati in illa Ecclesia, in qua sepelliri non debebat.

EX munificentia clar. me. Cardinalis Trivultii PP Carmelitæ excalceati Principales ab annis circiter 55. re- 1 cepti fuerunt in Civitate Laudæ, ut in eadem Civitate notorium est; Occasione autem associationis cadaverum in eorum Ecclesia, Superiores ejusdem Conventus, nunquàm permiserunt eisdem Parochis ingressum in dicta Ecclesia cum stola, & cruce, minusque, ut ab eis daretur ultimum Vale in eadem Ecclesia, sed semper extra illam, ut deponunt 2 duodecim testes, omni fide digni, quorum multi sunt Sacerdotes, & Religiosi, ex quibus tertius, & quartus specificant actus, sequutos cum Parocho S. Geminiani, uno ex hodiernis Adversariis.

Quia verò aliqui ex iisdem prætendere cæperunt ingressum in Ecclesiam Principalium cum stola, & cruce elevata in associatione cadaverum, addita alia non minus exorbitanti 3 prætensione, sub colore ultimi Vale, velle recitare orationes supra cadaver, quas specificat Reverendissimus Episcopus in eius Relatione, non defecerunt vigilantissimi Superiores nostri Conventus eisdem se opponere de jure, & de facto.

De Jure, obtinendo anno 1680. speciale Indultum à sa. m. Innocentio XI. *ut in posterum corpora defunctorum, qui in Ecclesiis Regularium Ordinis Carmelitarum Discalceatorum Congregationis Italiæ sepulturam elegerunt, Parochi tenean- 4 tur associare usque ad portam Ecclesię præfatorum Regularium &c Nec Parochos se ingerere posse in faciendo super iisdem cadaveribus officium in Ecclesiis præfatorum Regularium, sed ad ipsos Regulares in propria Ecclesia spectare, & pertinere;* Cum exhibitione ejusdem Indulti in authēnica forma in Cancellaria Episcopali Laudæ tempore Vicarii Generalis Maldolti, à quo fuit eisdem Principalibus, coboratum propria subscriptione, restitutum.

De facto, verò nedùm injungendo Donatis, seu Laicis nostræ Religionis, *che stassero bene attenti alla porta per impedire in caso, che qualcuno de' Sig. Parochi volesse entrare, ò violare la nostra giurisditione*, sed manentes iidem Priores nostri Conventus antè januam ejusdem Ecclesię, ad eundem effectum impediendi ingressum Parochis cum stola, & cruce, 5 ut de visu ab annis 40. testatur P. Isidorus à S. Luca ibi: *Attesto con mio giuramento, aver veduto trent'anni sono in circa un tal P. Felice della Croce, allora Priore di questo nostro Convento, à stare egli stesso alla Porta della nostra Chiesa in occasione de funerali, preparato à resistere a' Sig. Parochi &c. & in fatti stavano fuori &c.* Circà quod concordant multi alii testes, omni fide digni.

Ad eludendum ejusdem Summi Pontificis Indultum, omnium Regularium privilegiis conforme, omnem moverunt lapidem, omnesque adhibuerunt, & adhibent diligentias Adversarii, vel indefinitè insistendo cum ægrotis, ut mutent electionem sepulturæ, factam in nostra Ecclesia, ut non semel practicarunt Parochi SS. Narboris, & Felicis, & S. Geminiani cum D. Ambrosio Puzzuolo, idipsum cum juramento testante, addita scandalosa illa protestatione, quòd aliàs *il Prevosto di S. Narbore &c. non averebbe accompagnato il cadavere alla Chiesa di S. Marco*, Vel ponendo ante oculos illorum, qui sepulturam in nostra Ecclesia elegerunt, presentem litem, ejusque dubietatem, seu verius prętensionem Adversariorum, insinuando eisdem ægrotis, in vitæ extremis constitutis, ut ad evitandam eandem litem, atque exagerata inconvenientia, electionem, jam factam, mutarent, juxta ea, quæ practicarunt cum Joanne Pozzuolo.

Habitus proindè fuit recursus ad EE. PP. à quibus injunctum fuit Reverendiss. Episcopo, ut Sacram hanc Congregationem redderet instructam, mediante ejus Informatione, 6 & Voto, quam exhibemus, & ad cujus tenorem omni adhibito conatu prætendebant Adversarii disputare dubium super prætensa manutentione, Rejecta autem fuit illorum instantia die 27. Martii 1711. cum rescripto: *Nihil de subscriptione dubii quoad manutentionem.* Subscripta proindè fuerunt circa negotium principale dubia à R. P. D. Secretario, quæ ut infrà, resolvenda videntur, effusis desuper humillimis precibus.

Incipiendo à primo dubio: *An liceat Parochis in associatione cadaverum ingredi Ecclesiam Patrum Carmelitarum Discalceatorum cum stola, & cruce elevata, & intra Ecclesiam 7 dare ultimum Vale. Vel potius eisdem Parochis liceat dare ultimum Vale extrà Ecclesiam, eam, ut supra, non ingredientibus*: Pro illius negativa resolutione quoad dictam primam partem, & affirmativa quoad secundam, urgere videtur dictum rotundum, & literale privilegium s. m Innoc. XI. Ita ùt, etiam in ipsamet Urbe, & quod magis est, in materia Ecclesiast. in controversiam deduci velit Summi Pontificis authoritas, omni disputatione indigna videtur inspectio, an Adversarii possint facere in nostra Ecclesia ea, quę continentur in dicto dubio, & quę in illa fieri non posse mandavit idem s. 8 m. Innocentius XI. Summi enim Pontificis authoritas, nedùm maxima, sed necessaria meritò appellatur, ex adductis à *Card. de Luc. de Benef. disc. 89 n. 2.*

Certiùs, quia non agitur de Indulto, exorbitante à praxi omnium aliarum Religionum, sed potiùs uniforme omnibus 9 privilegiis uniuscujusque Religiosæ Communitatis, dum uno ore probant Doctore, & quotidiè respondere solent Sacræ Congregat. Parochis in nullam Ecclesiam Regularium permissum esse ingredi cum stola, & Cruce, multoque minus dare ultimum Vale intra Ecclesiam eorundem Regularium, ut videre est apud *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. n. 1591.* ibi: *Jurisdictio supra defunctum durat quousq; transeat in aliorum iurisdictionem, non transit autem in iurisdictionem Regularium, nisi quando pervenit ad ianuam Ecclesiæ Novar. in Sum. Bullar. comm. 91. n. 1.* ubi eandem adducit rationem; *quoniam iurisdictio Parochi, Cleri, & Canonicorum durat usque ad 10 portas Ecclesiæ Regularium. Vener. in Exam Episcop. lib. 6. c. 3. n. 4. & c. 12. eodem n. Barbos. ad Concil sess 5 de Reform. c. 13. n. 33. Tambur. de Jur. Abb. to. 1. disp 15. q. 1 n. 21. Flamin. in Prax Vicar Capitular. par. 3. c. 40 n. 28. Frass. de Patron Reg. Indiar. to. 2. c. 91. à nu. 10. Gavant. in Manual. Verb Exequiæ in addition. n. 10.* ubi, sequitur duas resolutiones Sac. Congreg. Episcoporum, *Peyrin. de Privileg. Regul. to. 3. in fine in respons. ad 3. pag. mihi 567. Io. Maria Novar. in Lucerna Regul. verb. Officium n 3. & Panimoll. dec. annot. 10. n. 18.*

Et quotidiè respondit hæc Sac. Congregat. signanter 22. Aprilis 1625. quàm per extensum impressit *Novar. in Summa Bullar. dicto comment. 91. num. 2. & in Placentina 16. Decembris 1661. ad 2. dub.* impressa à *Panimol. dec. 1. annot. 10. nu. 21.* ubi, 11 *num. 18.* refert, & sequitur alias resolutiones Sac. Congregat. Rituum *in Eugubina 12. Martii 1612 Et 5. Iulii 1614. & in Placentina 15. Maii 1619. & in Catanien. 12. Octobris eiusdem anni, & in Sulmonen. 8. Augusti 1629. & in Adrien. 5. Julii 1631 & in Bononien. 12. Januarii 1646 & in Mediolanen. 31 Jan. 1647.*

Idemque resolvit eadem Sac. Rituum Congregat. *in Vaden. 3. Augusti 1698 Ponente Card Noris ad 2. dub.* ibi: *An Parochus ingredi possit Ecclesias Regularium cum stola, & Cruce: Negativè,* quàm impressit *Matthæuc. in Official Cur. Eccles. verb. Officialis quoad Exequias num. 3. & in Avenionen. 3. Decembris 1701. ad 3. dub. ad relationem eiusdem Card. Noris.*

Quibus addimus punctualem resolutionem S. Congregatio- 13 nis Episcoporum, & Regularium favore Carmelitarum *in Sutrina ultima Februarii 1708. ad relationem Eminentiss. Corsini* in qua 1. *dub. An Archipresbytero Collegiatæ Ronciliones, sivè soli, sivè cum Capitulo liceat ingredi, cum stola, & cruce erecta Ecclesiam RR. PP. Carmelitarum &c* Respondit; *Negativè* III verò dubio *An, & usque ad quem locum possit associare cadaver, tumulandum in d. Ecclesia.* Respondit, *Usque ad januam exclusivè.*

Ita etiam per viam legis, confirmando aliquas ex citatis, & quamplures alias resolutiones hujus, & alterius Sac. Rituum Congregationis, demandarunt *sa. me Alexand. VII. const. 93. & sa. mem. Clemens X const. 57. in Bullar. nov. to. 6.* Ita ut omni

omni prorsùs fundamento destituta videatur contraria prætensio, uti opposita communi Doctorum opinioni, Innumeris Sacrarum Congregationum resolutionibus, & dictis Pontificiis oraculis trium Summorum Pontificum f.m. Alexandri VII Clementis X.& Innocentii XI.

Adversus quæ non merentur allegari illæ verè frivolæ exceptiones, quæ continentur in Scriptura Adversariorum, annexa dictæ Informationi Reverendissimi Episcopi Laudæ.

15

Non prima; Quòd Adversarii sint in antiquissima, & immemorabili consuetudine faciendi ea, quæ continentur in dicto 1.dub. Talis enim somniata immemorabilis, nec de præsenti probata est in facto, nec ullo unquam tempore probari poterit in futurum.

16

In facto nullatenùs de præsenti probata est; Si enim uno ore admittunt Doctores, quod nedùm unicus actus, sed solus rumor in contrarium superabundat ad excludendam immemorabilem, per ea, quæ notant *Marescot.var resol lib.2. cap.190.num.10.Gratian. discept.* 918 *num* 39. *Rot. dec.* 159. *num.6.& seqq.coram Otthob.& dec.*1296.*num.*13.*&* 14 *cor. Emer.jun.& in par.*17.*rec.dec.*279.*num.*8 *& in par.*19. *dec.* 116. *num.* 7. Quanto magis exclusa dici debet in nostro casu ex replicatis illis actibus, & contradictionibus, de quibus deponunt, non unus, vel alter, sed duodecim qualificati testes egregiè *Monet. de Decim. cap.* 5. *quæst.*1.*num.*76. *Rot. cor. Pen. dec.* 508.*n.*1.*& seqq.& cor.Cels.dec.*104.*n.*2.*& in par.* 19. *rec.dec.*604 *n.*12.& melius *in Trojana delationis Crucis super bono Jure* 25.*Junij* 1708.*§.Minus cor.R.P.D. Lancetta*.

17

18

Supplicantes observare, quod major pars dictorum testium qualificata est dignitate Sacerdotij, & decorata Religiosa professione, quod illorum fidem auget, ex adductis per *Franc. Ancon.Cost.conf.* 20. *num.*16.*Castr.conf.* 144. *num.*3. *vers. Adest lib.*2.*Rot.cor.Pamphil.dec.*620.*num.*1.*&* 2.*& coram Priol.dec.*384.*nu.*2.*& in par.*10.*rec.dec.*171.*n.*17.*& in par.* 18. *dec.*552.*num.*15.*& dec.*815.*num.*36.*& apud Zuff. de Legitim. Process.decis.*84.*num.*11.*&* 12. ubi, quòd depositio Sacerdotis æquivalet depositioni duorum testium. Quod, longè post hæc scripta, firmatum fuit in Voto, extensio ab *R. P. D. Cerr.in Romana annuæ præstationis* 26.*Januarij* 1714.*§.* 11. *& in alio Voto ejusdem Causæ, extenso ab R.P.D. Lonio* 23. *Martij* 1715.*§.*14.

19

Est etiam improbabilis in futurum quia ab ædificatione nostri Conventus usque ad annum 1680. quo tempore obtentum fuit dictum Indultum, cum amplissimis, & effrenatis clausulis, decretoque irritanti, non adhuc erant effluxi ann. 30. Usq; ad hodiè verò vix 60. elapsi sunt anni, ut est notorium, & constat ex ipsismet contrarijs Scripturis; Ex qua animadversione tollitur in radice omnis prætextus immemorabilis consuetudinis, ut de se patet, & in terminis punctualissimè advertit *Rot. in dec.* 39. *num.* 16. *cor. Otthob.* ibi *Cùm appareat de principio moderno, & proximo, de immemorabili agi non potest*.

20

Et considerando vim, & efficaciam decreti irritantis, contenti in privilegio fa. me. Innoc. XI. ad nostrum præcisum effectum observat *Cobell. ad Bull.bon.Regim.cap.*28.*num.* 72.*& Rot.in decis.*1279.*num.*18.*cor.Emerix Jun.* ubi, quòd decretum irritans tollit quamcumque possessionem, & observantiam antecedentem, & impedit, nè possit inchoari observantia in futurum, & concordant adducti *per eandem Rot. in Colonien Jurisdictionis* 17.*Aprilis* 1679.*§. Nec suffragari, &* 29.*Martij* 1680.*§ Cùm enim, cor.Albergat.& in Hispalen. Juris sedendi in Synodo* 21.*Jun.*1697.*§.Post Breve cor.Muto, & in Tarraconen.Præcedentiæ* 12.*Januarii* 1698.*§.penultimo cor R.P.D.Ansaldo*.

21

Addito, quòd etiamsi effluxus esset longè major annorum numerus, quod est prorsùs insubsistens, adhuc ex facto, vel incuria unius, vel alterius Religiosi nostri Conventus nullo modo præjudicatum dici posset privilegijs nostræ Religioni concessis, Sivè, quia non est in facultate Superiorum pro tempore cedere, seù præjudicare Juribus, Religioni competentibus, ut generaliter observant *Natt. consil.* 160 *num.*46. *lib.*1.*Sperel.decis.*104 *num.*85.*Ambrosin. de Immun. cap.* 16. *num.*2.*& Panimol. dec.* 6. *annot.* 6. *num.* 29. & in nostris punctualibus terminis egregiè *Rot.in Hispalen.quartæ funeralium* 4.*Julij* 1590.*coram Pamphil sen.*impressa *apud Dian.coordin. To.*8.*dec.*25.*fol.*186. *§.Neque obstare*, ibi *Ultra quod istæ ass. solutiones cùm sint factæ vel ab Exequutoribus ultimarum voluntatum, vel à Monacis particularibus, qui non potuerunt renunciare privilegio, toti Ordini concesso, non præjudicant Monasterio &c. & coram Royas dec.*179.*num.* 6.*&* 7. ibi *In omnem casum dicti Fratres non potuerunt præjudicare successoribus, aut Monasterio, nec renunciare privilegijs, toti Ordini concessis, & coram Cerr.& dec.*10.*num.*2*&* 3. ibi: *Cum enim privilegia fuerint concessa favore totius Religionis, cum clausula Sublata, & decreto irritanti, non potuit per solum Rectorem illis renunciari, & dec* 63.*nu.*10.*p* 5 ibi: *Quia isti non potuerunt præiudicare Privilegiis Religionis*.

22

Et qualificando pro simplicitate contrariam pretensionem, benè *Rot.dec.*44.*num.*11.*&* 12.*par.*7.*rec.*ibi: *Nec obstat, quod Provincialis se concordaverit &c. & renunciaverit privilegiis Religionis, quia ista fuit mera simplicitas, quam Superiores majores nullatenùs debent sufferre, cùm dictus Provincialis non posset renunciare dd.privilegiis, quæ sunt concessa favore Religionis, non autem personæ particularis, ex qua ratione, nec Clericus potest renunciare privilegio fori &c.*duplata *coram Coccin dec.*2070.*n.*15.*& cor.Caril.dec.*97. *num.* 19. *& seqq.* ibi: *His igitur stantibus, dixerunt DD.nihil relevare renunciationem, ex defectu potestatis in Provinciali transigente &c. & propterea ex mera simplicitate d. Provincialis non debet præiudicium inferre universæ Religioni &c.* Et in ipsissimis terminis elevationis Crucis, *Rota in Trojana delationis crucis super bono Jure* 21. *Martii* 1708.*§.finali cor.R.P.D. Lancetta*, ibi: *Non licèt Regularibus sinè legitima authoritate Superioris transigere in præiudicium Jurium Ecclesiæ, & Conventus &c.Multò minùs illorum factum, & confessiones præjudicare possunt aliis Regularibus &c.*

23

Humillimas in hac parte fundentes preces, ut EE PP.dignentur observare, quod si hæc procedunt in actibus expressis, & omni detorsione incapacibus, juxtà præcisos terminos, in quibus loquuntur præfati Authores, & præcipuè *Sacra Rota in dicta Troiana delationis Crucis*, multò magis admittenda videntur in tacitis, seù tolerantia, vel conniventia unius, vel alterius Religiosi, ne major virtus attribuatur tacito, quàm expresso, adversus ea, quę communiter notant *Alex.cons.*59.*num.*15.*lib.*3. *Menoch. de Præsumpt. lib.*4. *præsumpt.*40.*num.*10.*Barbos.axiom.*218.*num.*1. *&* 4. *& Rot. dec.*7.*n.*19.*cor.Bich*

24

Sivè quia in dictis prætensis actibus tolerantiæ unius, vel alterius Religiosi, uti consistentibus in materia facultativa, non possunt figi pedes pro inducenda coactione in futurum, ex ijs, quæ ad rem notant *Dec cons.*175.*sub num.* 6. *Roland. cons.*53.*n.*38.*lib.*2.*Surd.cons.*127 *n.*82.*in fine Adden. ad Ludovis.dec.*162.*n.*16.ubi, quòd conclusio est vera, etiamsi agatur de lapsu temporis immemorabilis, *& Rot.decis.*104. *num.* 37.*cor. Priol.*

25

Minùs relevat secunda responsio, *quòd* (sunt verba contrarię Scripturę *§.Tertium*) *privilegium decantatum, quamvis in Curia Lauden.exhibitum, nunquàm tamen receptum, neque à Reverendiss.Ordinariis admissum, aut acceptatum sit*, Est enim cautè legenda, & forsan qualificatione digna eadem propositio, quòd leges Papales ad hoc, ut validæ sint, & exequi possint, recipi, admitti, & acceptari debeant ab Ordinarijs, dùm receptissimum in Jure est, & à nullo catholico Authore impugnatum, *quòd cùm Summus Pontifex*) ut loquitur *Sac.Rot.in dec.*42.*n.*16.*& seqq.apud Novar.in Summ. Bullar.*) *habeat immediatam potestatem à Deo, absque dependentia à consensu Populi, ut primùm Constitutionem &c.publicavit, eà censetur effectum sortita ubique, cùm statim liget, & obliget absque alia Subditorum acceptatione, qui non possunt de illius non usu, seu contrario usu excipere &c.* & concordant adducti *in dec.*77.*n.*3.*& dec.*111.*per tot. cor. Caval.& dec.*650. *n.*6.*p.*4 *& dec.*259 *n* 2 *par.*12 *rec*

26

Absque ulla prorsùs difficultate, præ oculis habendo vim, & efficaciam decreti irritantis, in eodem Indulto contenti, de cujus natura est frangere, & enervare vires non usus, seù contrarij usus, ut per hæc verba prosequitur *Rot.d.dec.*42 *n.*17.*apud Novar.in Summ.Bullar.*& addimus *Rot. cor. Cels. dec.*200.*num.*5.*&* 6.*& in Tarraconen. Præcedentiæ* 13. *Januarii* 1698.*§.penult.cor.R P. D Ansaldo* ibi: *Quin etiam nec forte, ubi eadem consuetudo per Congregationem S.Elmi fuisset liquidò justificata, potuisset attendi, ex quo Constitutio Gregoriana, continens postremo loco clausulam Sublato, decretumq; irritans, inficit, quatenùs oporteret, qualemcumque contrariam consuetudinem, quæ progressu temporis provaretur, ut est de natura eiusdem decreti irritantis, ad sæpius firmata &c.*Quod admisit hęc S.Congr.*in Massana* 17.*Apr.*1706. *lib* 56.*Decret.fol.*211.

27

Ita ùt afficiat etiam ignorantes dispositionem illius Scripturæ, in qua idem decretum irritans reperitur, ut notabiliter advertit *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancel. glos.* 67. *num* 8.ibi: *Ligat etiam dictum decretum, quando est impositum à Papa, non solùm scientes, sed etiam ignorantes, quamvis non essent addita illa verba scienter, vel ignoranter*, quæ tamen in nostro privilegio apposita fuerunt, & firmavit *Rota in Papien. Bono-*

28

Bonorum 16 *Januarii* 1598. §. *Presertim coram Pamphil. Sen.* quæ reperitur impressa apud *Mar. Antonin. var. resolut lib.* 1. *re. sol.* 98. *in fine*, *& decis.* 587. *num.* 3. *par.* 1. *divers.* ubi quod Sacra Rota semper sequuta fuit hanc opinionem, *& cor. Coccin. decis.* 1810. *num.* 6.

Ejusdem insubsistentiæ est tertia, quòd eidem privilegium specificè, & personaliter notificatum non fuerit omnibus Parochis Adversariis: Si enim Papalia privilegia, ex modò

29 animadversis, ligant etiam ignorantes; multò minùs illorum efficacia evitari potest pretextu defectu dictæ specialis intimationis, quæ nullatenùs in his terminis necesaria est, *ex quo decretum irritans inficit quidquid in contrarium scienter, vel ignoranter quoquo modo innovatur*, ut per hæc præcisa verba advertit *Rot. in dec.* 349. *n.* 1. *cor. Priol.* ubi concordan.

In universum denique pro punctuali observantia ejusdem privilegii Innocentiani terminamus responsiones dictis vagis, & generalibus argumentis, exadversò exageratis, cum ver-

30 bis punctualis decisionis *Sac. Rot. in dec.* 3. *num.* 6. *coram R. P. D. Ansaldo* ibi: *Non erat ampliùs contra Bullam, tam sanctam, & expressam super generalitalibus, conjecturis, & discursibus, in oppositum excitatis, immorandum, sed eadem Bulla adamussim, & præcisè servanda est pro lege*, & concordant adducti per *Rot. in dec.* 322. *num.* 8. *coram Priol. & dec.* 247. *nu.* 5. *par.* 16. *recent.*

Necnon pro cathegorica responsione ad omnes resolutiones Sac. Congregat. quæ exadversò non sine detorsione prætendun-

31 tur applicabiles ad nostrum casum, strictè dicimus, quod illis expressè, specificè, & literaliter derogatum fuit in dicto Indulto Innocentiano, his verbis. *Quibuscumque decretis eiusdem Sac. Congregat. & aliis in similibus editis in contrarium, non obstantibus.*

Non omittentes hic observare, quòd ultimum Vale, juxtà sensum omnium Canonistarum non consistit *in dicendo: Pater noster, & successiva recitatione consueti Versiculi. A*

32 *porta Inferi &c. cum Oratione: Absolve quæsumus Domine*, juxtà contrariam prætensionem, his verbis relatam, & canonizatam à Reverendissimo Episcopo in ejus informatione sed in simplici benedictione, ut per viam legis determin. *S. Congr. Episc. Ponente Eminentissimo S. Clementis in Nullius, seu Aquinaten. Iuris sepelliendi* 2. *Aug.* 1709 *ad* 4. *dub.* ibi: *An dictum ultimum Vale consistat in simplici benedictione cadaveris, recto tramite introducendi in Ecclesiam Regularium; Vel potiùs in recitatione alicuius Psalmi, vel alterius Orationis. Ad*

33 *Ultimum vale consistens in simplici benedictione.* Et videmus hoc quotidiè practicari in Urbe, cujus solitum in hac parte magnificendum est, per ea, quæ egregiè firmavit *Rot. in dec.* 469. *n.* 62. *par.* 19. *rec. & in Maioricen. Parochialis de Manacor.* 2. *Julii* 1708. §. *Hæcque cor. Omanna* ibi: *Sola autem Urbis consuetudo, veluti in conspectu ipsius Sedis Apostolicæ inducta, haberi solet pro lege in universo Orbe, & normam Episcopis, aliisq; inferioribus Prælatis tribuere debet*, confirmata 16. *Novemb. ejusdem anni* §. *Attento cor. Reverendissimo Molines.*

Itaut prætendente Parocho Cathedralis Camerini, non quidem intrà, sed extrà limina Januæ Ecclesiæ PP. Conven-

34 tualium, loco dictæ simplicis benedictionis pro ultimo Vale dictas preces recitare, *Sac. Rituum Congreg* referente *Card. Caprara, die* 1. *Septemb.* 1708. dubio. *An liceat Parocho Cathedralis Camerini occasione associationis cadaverum ad Ecclesias Regularium deposito feretro ante limina Ecclesiæ, consuetas preces recitare;* Respondit: *Non licere, & ampliùs.*

Et ex his superfluum videtur immorari in discussione 2. dubii: *An sint concedendæ Literæ remissoriales, & compulsoriales* ad probandam assertam immemorabilem consuetudi-

35 nem; Dùm enim illa est prorsùs improbabilis, ex supra animadversis, imò inverisimilis, irrelevans, & imaginaria, nec non nullius prorsùs efficaciæ in conflictu d. Brevis innocent. muniti clauf. sublat. & decr. irritanti, nullo modo videtur locus concessioni Literarum remissorialium, & compulsorialium, ut in terminis immemorabilis, de cujus initio moderno constabat, multis concordantibus cumulatis, firmavit

36 egregiè *Rota in dec.* 542. *num.* 3. *par.* 4 *rec. & cor. Otthob. dec.* 36. *num.* 16. *& seq.* Et in terminis remissoriæ, petitæ ad probandum aliquid contrarium Constitutionibus Pontificiis, munitis decreto irritanti, *Marches. de Commiss. par.* 2. *cap.* 10. §. *uni-*

37 *ca num.* 55. *& seqq. Bonden collect. legal.* 34. *num.* 143. *& Rot. dec.* 531. *num.* 2. *coram Emerix Jun. & in Romana Assentillatus* 19. *Novembri* 1698. § *Defuit etiam cor. Reverendissimo Molines* ibi: *In hoc casu talis observantia iudicandus est abusus, non admittendus, sed eliminandus, ut in individuo exclamant &c* Et in terminis remissoriæ ad probandam materiam improbabilem, inverisimilem, & imaginariam, *Adden. ad Pam-*

38 *phil. dec* 310 *num.* 7. *Rot. cor. Cerr. dec.* 527. *num* 2. *& cor Emerix Jun. dec.* 173. *num.* 5 *& in Novarien. Pensionis super remissoria* 5. *Decemb.* 1710. §. *Quo verò cor. Kaunitz* Et in terminis materiæ impossibilis, qualis est prætensio probandi immemo-

39 rabilem respectu nostri Conventus, fundati ab annis circiter 60. *Rot. dec.* 196. *num.* 5. *cor. Duran. & dec.* 775. *num.* 2. *cor. Dunoz. Jun. & decis.* 103. *num.* 8. *& dec* 495. *num.* 2. *cor. Cerr.* Et in terminis materiæ irrelevantis *Rot. cor. Caval. decis.* 87. *num.* 4. *&*

40 *cor. Emer. Sen. dec.* 10. *num.* 1. *&* 5. *& cor. Merlin. dec.* 807. *num.* 6. *& cor Priol decis.* 194. *n.* 2. *& cor. Ottob. dec.* 28. *in fine*, *& in p.* 18. *rec. dec.* 653. *n.* 7.

Circa quas materias, non admittentes concessionem Literarum remissorialium, & compulsorialium, habemus duas

41 æquè punctuales, ac individuales resolutiones *huius Sac. Congregat in Saliburgen Capitulationum* 11. *Martii* 1702 cum rescripto *Nihil de Remissoria*, & novissimè *in Saliburgen. Clausuræ* 10 *Januarii* 17 1. cum simili rescripto *Nihil de Remissoria.*

Deveniendo ad 3. dub. *Quibus pœnis puniendi sint Parochi, quatenus impedirent electionem sepulturæ in dicta Ecclesia*,

42 illud facili negocio decidi potest, demandando, puniendos esse pœnis, contentis *in c.* 1. *de Sepultur. in* 6. quod cùm sit literale, nullis indiget adminiculis, vel ulterioribus superfluis Doctorum allegationibus.

Hoc unum in hac parte subjungentes, quod inter modos impediendi electionem sepulturæ in nostra Ecclesia connumeratur ille, quem concludentissimè probamus hodiè, conventio nimirum, seu veriùs liga, & confœderatio omnium

43 Adversariorum, non associandi cadavera ad Ecclesias Regularium, nisi isti permittant, illos ingrediendi cum stola, & cruce in eorum Ecclesiis, alias procurantes disponere morientes, ut ad tollendas lites mutent electionem sepulturæ, & declarent, se velle sepeliri in Ecclesiis Parochialibus: Dignentur enim EE. PP. observare, quod similes æquè impropriæ, ac importunæ persuasiones cum dicta pulchra apparentia, & specioso titulo evitandi scandala, inconvenientia, & jurgia, plus justo ab Adversariis exagerata, fiunt personis constitutis in ultimis vitæ periodis, & sic nedùm inclinatis ad complacendum directoribus propriarum animarum, sed ulteriùs dispositis, ac paratis ad removendam omnem, & quamcumque etiam remotissimam scandalorum occasionem: Itaut si id permittatur, indirectè obtinebunt Adversarii id, quod directè eis prohibitum est ex tot Summorum

44 Pontificum Oraculis, & Sacrarum Congregationum resolutionibus. Non adest autem in Jure propositio magis certa, magisque in praxi recepta, quàm indirectè permittendum non esse id, quod directè prohibetur, ut videre est apud *Surd. dec.* 21. *num.* 4. *Barbos. axiom.* 193. *num.* 5. *& Bel'et. disquis. Cleric. cap* 1. *de Exempt. Cler. à num.* §. 7 *num.* 6. Nequis ex propria malitia commodum reportet, adversùs omnia Jura Mundi, sequuta *à Rot. in dec.* 34 *n.* 42. *cor. Priol. & in Ferrarien. restrictionis Ghetti* 21. *Martii* 1697. §. *Quo enim coram R. P. D. Lancetta.*

Prout etiam parùm videtur immorandum circa 4 *dub. An pro funere defuncti, eligentis sepulturam in dicta Ecclesia, de-*

45 *beatur Parocho quarta funeralis, vel potiùs obstet exemptio, prætensa à dict. Patribus dictam quartam non solvendi*, dùm Reverendissimus Episcopus, sui Cler. & Adversariorum favore non parùm inclinatus, in sua Relatione, ingennè admittit, illam non deberi, his verbis: *Quod attinet ad quartam funeralem, hæc utique non debetur Parochis, quatenus Patres Carmelitæ promptè acquiescant legitimis, & laudabilibus consuetudinibus huius S. Laudensis Ecclesiæ &c.* Et meritò, attentis Summorum Pontificum privilegiis, Carmelitarum Religioni concessis, de quibus in magistrali *dec.* 8 *per tot.* apud *Antonell. de Iurib. Clericorum*, quæ non potest esse magis punctualis, ex quo in illa omnibus in contrarium opponibilibus solidè, & cathegoricè respondetur, & signanter *n.* 8. advertitur, quod *Privilegium, Carmelitæ Religioni à Nicolao V. in hac parte concessum, & exemptivum à solutione Quartæ copiosius*

46 *est quocumque altero cæterarum Religionum Mendicantium, per alios Summos Pontifices concesso*, Quod observarunt etiam *Rodriquez q. Regul. to.* 1. *q.* 39. *art* 2 *sub princip. & Collector privileg. Mendicantium verb. Canonica portio n.* 5.

Quamvis autem illa loquatur favore Carmelitarum primi Instituti, nihilominus privilegia omnia, & in-

47 dulta dictorum Carmelitarum verè, & propriè competunt Discalceatis, ut sancivit *fa. me. Clemens VIII constit.* 101. *per tot. in Bullar. nov. tom.* 3. quæ ita summatur: *Declaratio, quod Congregatio Fratrum Discalceatorum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo est unus de quatuor Ordinibus Mendicantium, eorumque gratijs omnibus perfruitur.*

Et

Et in durioribus terminis respondit hæc Sac. Cong. *in Æsina quartæ funeralis* 14. *Iunii* 1710. in cujus casu non controvertebatur, quod PP. Minimi admissi fuerant ad Jus sepulturæ, cum clausula *sine præjudicio Iurium Parochialium*, de cujus viribus in punctualibus terminis contra eosdem Minimos adest *individualis decisio* 101. *coram Cavaler.* Prout etiam non revocabatur in dubium, quod iidem Religiosi eandem quartam semper solverant Parochis, ut testabatur Episcopus; Et nihilominus hæc Sacra Congregatio respondit, illam, nullatenus deberi, eo quia Religiosi acceptantes Jus sepulturæ cum dicta clausula, vel quartam de facto solventes, non potuerunt præjudicare privilegiis, toti Religioni competentibus, ut latè demonstravimus suprà *num* 20. & sequentibus. [48]

Addita illa alia circumstantia, quod noster Conventus fundatus fuit anno circiter 1643. & sic annis 79. post Concilium, publicatum anno 1564. quam circumstantiam ad omne dubium prorsus eliminandum magnifecit *Rot. in d. decis.* 8. *à num.* 9. *post Antonel. de Jurib. Cleric.* loquens de alio Conventu Carmelitarum, fundato anno 1628. & solidè observans, contraria omnia procedere respectu illorum Conventuum, qui, nedum fundati sunt antè Concilium, sed per annos 40. ante idem Concilium soliti erant quartam Parochialibus Ecclesiis solvere. [49]

Neq; aliquid commune habet cum dicta prætensa solutione quartæ conditio illa, quam subdit Reverendiss. Episcopus in sua Relatione: *Quod attinet ad solutionem quartæ, hæc utique non debetur Parochis, quatenus PP. Carmelitæ promptè acquiescant legitimis, & laudabilibus consuetudinibus hujus S. Laudensis Ecclesiæ*, Quia Principales tuta conscientia nullatenus acquiescere possunt illis consuetudinibus, quæ Pontificiis sanctionibus adversantur, quales sunt illæ, quæ exadversò prætenduntur ex hucusque animadversis. Et propterea adversus talem prætextum consuetudinis applicantur ea quæ scripta reliquit *D. Augustinus de unic. Baptism. lib.* 2. his verbis: *Veritate manifesta, cedat consuetudo veritati &c. nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat, quia consuetudinem ratio, & veritas semper excludit &c. & in epistola ad Guilelmum Aversanum Episcopum*, ibi: *Quævis consuetudo, quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati omninò est postponenda; & usus qui veritati est contrarius, est abolendus*, relata *in can. Veritate, & in can. Si consuetudinem* 8. *distinct.* [50] [51]

Pro affirmativa resolutione 5. *dub. An sit restituendum cadaver Joannis Pozzuoli, seù saltem emolumenta funeris, percepta à Parocho S. Geminiani, ad favorem dictorum Patrum.* [52]

Præmittimus in facto, quod idem Joannes Pozzuolus innegabiliter sepulturam sibi elegerat in nostra Ecclesia, quam sepulturæ electionem probamus ex actu publico, per eundem Adversarium emissò die 26. Novembris 1710. annexo Informationi Reverendiss. Episcopi, ibi: *Io hò inteso, che voi havete disposto di voler farvi sepellire nella Chiesa de' PP. Carmelitani Scalzi di San Marco di questa Città;* Quæ Adversarii confessio omnem superat probationem, juxtà *Text in leg. Cum precum, C. de liber. caus.* cum concordan. *apud Ludovis. dec.* 143. *num.* 3. *& Priol decis.* 7. *num.* 4. [53]

Comprobatur eadem electio ex responsione ejusdem Adversarii protestationi, emissæ, per Principales ibi: *Io sono pronto à trasferire, ed accompagnare il cadavere del detto Pozzuolo alla Chiesa de' loro Molto RR. PP. purchè circa l'entrare in detta Chiesa si osservi il solito, e non altrimenti, ed il tutto conforme resta espresso nella protesta &c.* [54]

Supplicantes hìc observare, quod eadem responsio, uti emissa post obitum ejusdem Joannis Pozzuoli, dum respiciebat transportationem, & associationem ipsius cadaveris, posterior est prætextui assertæ mutationis ejusdem sepulturæ: Si enim Adversarius se declaravit promptum ad associandum cadaver ejusdem ad Ecclesiam Principalium, plusquam manifestum est, quod etiam ipse talem prætensam mutationem, vel habuit pro nulla, vel non habuit pro vera, & probata. [55]

Certiùs quia modus, quem tenuit Adversarius cum eodem Joanne Pozzuolo, laborante in extremis, & per extensum relatus in nostro Summario, non videtur commendatione dignus, ut ex ipsius recognitione, & clarius ex attestatione, data in eodem nostro Summario ibi: *Ed era restato molto scandalizato* (Patruus scilicèt graviter ægroti) *mentre in cambio di ricordare Dio al suo nepote agonizante, gli aveva ricordato il proprio interesse*, dum non alia de causa prætendebat mutare voluntatem defuncti, nisi quia Principales nolebant illi permittere ingressum in eorum Ecclesiam quod cum ex suprà animadversis sit prorsus insubsistens, corruente tali prætextu, necesse etiam est corruere omnes alios discursus, eidem innixos, juxtà regulam de qua *Rot. dec.* 584. *n.* 12. *cor. Dunoz. Iun. & dec.* 274. *n.* 11. *par.* 17. *recent.* [56]

Cum igitur non obstante dicta electione sepulturæ, facta in Ecclesia Principalium, Parochus S. Geminiani, spreta protestatione per Principales solemniter emissa, & data in Summario, illud in sua Ecclesia sepellierit, omni Jure restituendum videtur nostræ Ecclesiæ, unà cum emolumentis funerum, juxtà *Text. literalem in cap.* 1. *de Sepultur. in* 6. ibi: *Si verò iidem Religiosi, vel Clerici prædicti &c. in suis Ecclesiis, vel Cœmeteriis præsumpserint sepellire, ad restitutionem tam sepultorum corporum si petantur, quam etiam omnium, quæ occasione sepulturæ illorum pervenerint quomodolibet ad eosdem, intrà decendium integraliter faciendam, ipsos obligatos esse censemus.* In cujus sequelam, ita faciendum esse monet *Lezzan.* testando de praxi Sac. Congregationum *Oper. Moral. tom.* 2. *fol.* 1181. *num.* 8. ibi: *Nota, intentionem Sac. Congregationis Regularium eam esse, ut non solum cadavera defunctorum, qui sibi sepulturam elegerunt in Ecclesiis Regularium, in eisdem sepelliantur, sed etiam, quod casu, quo alibi sepelliantur, restituantur dictis Ecclesiis.* [57]

Et om ssis antiquioribus, ità respondit Sacra Congregat. Episcop. *in Compsana* 18. *Febr.* 1707. *Ponente Card. Gabriellio*, ibi: *Esse locum restitutioni cadaveris, unà cum emolumentis*, confirmata *die* 27. *Aprilis* 1708. cum rescripto; *In decisis, & amplius: Et in Auximana restitutionis Cadaveris* 31. *Augusti* 1708. *Ponente Eminent. Priolo*, ibi: *Esse locum restitutioni cadaverum, & omnium emolumentorum:* Necnon Sac. Rituum Congregat. referente *Card. Caprara in Spoletana Funerum* 19. *Iulii* 1710. *ad* 2. *dub.* ibi: *An sit restituendum cadaver Magdalenæ ad effectum sepelliendi in dicta Ecclesia, in casu &c. Affirmativè* & hæc Sac. Congr. *in Æsina Iuris sepelliendi* 15. *Decemb.* 1703. *ad* 2. *dub. Lib.* 53. *Decr. fol.* 611. [58]

Idque ad hoc, ut idem pius benefactor, & nostrorum Religiosorum devotus, illorum orationibus magis juvetur; Cadavera enim, in aliqua Ecclesia sepulta, juvantur patrocinio illorum Sanctorum, in quorum honorem fuit consecrata, juxtà verba *D. Augustini in Lib. de Agen. Cur. pro mortuis*, relata *in Can. Non æstimemus* 13. *quæst.* 2. & firmata per *Rot. in dec.* 1486. *à num.* 9. *cor. Coccino.* [59]

Quatenus verò ad tollendam vexationem illam humanorum cinerum, de qua *Geminian. in cap. Non solùm in fine de Appellat. in* 6. *& Menoch. de Recuper. poss. remed. ultimò num.* 36. EE. PP. in eam benigniorem, æquitativamque inclinent opinionem, ut cadaver restitui non debeat, saltem locus videtur affirmativæ resolutioni 2. partis ejusdem dubii pro restitutione omnium emolumentorum funeris, prout in terminis resolvit, & practicavit hæc Sac. Congregatio *in Romana Iuris sepelliendi* 17. *Aug* 1697. impressa Apud *Antonell. de Iurib. & Onerib. Clericor. fol.* 10. Et ex æquitate faciendum esse advertunt adducti per *Rot. in decis* 439. *num.* 12. *coram Bich. & dec.* 41. *à num.* 1. *usque ad* 5. *apud Novar. in Summ. Bullar.* [60] [61]

Et ex his nulla vis fieri potest in contrariis mendicatis attestationibus, de facili exadversò exagerandis: Ultrà quod enim major pars illarum factæ fuerunt à personis vilis conditionis, & qualitatis, quales sunt Vespillones, Adversariis inservientes, & ab ipsis mercedem sperantes in sepultura, cadaveribus danda, signanter Joannes Baptista Bononia, qui in contraria attestatione, de facili exadversò danda, se qualificat de tertia generatione Vespillonum, deque illorum familia effectiva, & contentiva, sicque nullam merentur fidem, ut, considerando testium vilitatem, notant adducti per *Rot in dec.* 262. *num.* 5. *cor Pamphil. & dec.* 1330. *num.* 3. *cor. Seraph. & dec.* 85. *num.* 17. *& seqq. cor. Zarat & dec.* 61 *num.* 3. *cor Arguel. & decis.* 203. *numer.* 15 *par.* 7. *rec.* Et considerando dependentiam, & subordinationem testium respectu illorum, quorum favore deponunt, advertunt citati *in decis.* 82. *num.* 14. *coram Zarat. & dec.* 697. *num.* 19. *cor. Dunoz. Iun. & dec.* 1086. *num.* 5 *cor. Emerix Iun. & in par* 18. *rec. dec.* 129. *num.* 15. *& seqq.* [62] [63]

Respondemus, quod eædem affectatæ attestationes parum laudabili modo expiscatæ fuerunt, procurando, ut subscriberentur, absque eo quod illas viderint in eis subscripti, ut retractando propriam, asserit Paulus Bandisale; Retractatio autem unius Testis fidem aliis tollit, per ea, quæ advertunt *Vermigliol. cons.* 74 *num.* 16. *Guidop. cons.* 75. *num.* 4. *Farinac. de Testib. quæst* 67. *num.* 256. *& Mascard. de Probat. conclus.* 1340. *num* 6. & firmavit *Rot. in dec.* 1330. *in princip. cor. Seraph & decis.* 89 *num.* 8. *& dec.* 132. *num.* 6. *cor. Priol. & coram Emerix Jun. decis.* 1167. *num.* 13. *& in par* 18. *rec. dec* 515. *num.* 11. ibi: *In primo examine, quod proptereà in hoc secundo* [64]

secundò retractaverunt, *ex quo duo præcipuè resultant*, *alterum nempè*, *quod*, *& ipsi*, *& cæteri omnes subordinati censeri debent Ruin. &c. & in Capuana Jurisdict.* 10. *Junii* 1709. *§. Fortius coram Aldobrando*.

Remanet sextum, & ultimum dubium: *An constet de attentatis*, circà quod nescimus videre, ubi nàm illa fundentur, quia Principales nihil aliud fecerunt, quàm procurare 65 executionem dicti Indulti Innocentiani pro continuatione illius possessionis, in qua reperiebantur, non admittendi Adversarios in eorum Ecclesia ad faciendum ea, quæ adversabantur dicto Pontificio Indulto.

Nisi dicere velimus, & cùm omni legali fundamento, quòd constet de attentatis, consistentibus in omnibus illis conatibus, & protestationibus, exadversò de facili dandis, 66 quibus prætensum fuit, promptæ exequutioni non demandare dictum literale privilegium fa. mem. Innocentii XI. munitum decreto irritanti: *Hujusmodi enim decretum* (sunt verba punctualis *decis.* 231. *à num* 3. *par.* 5. *rec.*) *habet implicitam inhibitionem, Cassadorus &c. Imò continet vim privativam, & avocativam potestatis*, *aliàs competentis &c. Itaùt quod contrà illius tenorem gestum est*, *attentatum dicatur*, *ac nullum ipso jure*, *hoc est etiam Parte non opponente &c.* quàm sequitur *Priol. decis.* 322. *num.* 4. ibi: *Et ulteriùs concurrit etiam inhibitio*, *attento decreto irritanti*, *apposito in dictis Brevibus*, *quod continet implicitam inhibitionem &c. esse attentatum quidquid geritur contrà decretum irritans &c.*

Nec replicetur, quòd idem privilegium Innocentianum non fuerit Adversariis expressè, & personalitèr intimatum, sine cujus notitia incongruum sit agere de illiùs spretu, & 67 consequentèr de attentatis; Ultrà enim ea, quæ suprà adduximus adversùs dictum prætextum à n. 29. Objecto punctualitèr occurrit *Sac. Rot. in d. dec.* 231. *à num.* 5. *par.* 5. *rec.* his verbis: *Et ratio est*, *quia hoc decretum ligat indistinctè ignorantes dicto cap. Si eo tempore &c. saltem quoad pœnam nullitatis*, *quidquid sit quoad alias pœnas &c. ac etiam ante ejusdem decreti præsentationem*, ibique concordantes cumulat.

Minùs insistatur pro iisdem attentatis in prætensa possessione Adversariorum, cùm omnibus aliis Regularibus Ci- 68 vitatis Lauden. Ultrà quod enim illa nullatenùs subsistit in facto, ut concludentèr justificamus, & constat ex Relatione Reverendissimi Episcopi ibi: *Assertam consuetudinem ingrediendi Ecclesiam Regularium*, Considerando verbum illud *assertam*, quod potiùs negat, quàm affirmat ex adductis per *Rot. cor. Pamphil. dec.* 91. *n.* 3. quidquid sit de aliis Religionibus, deque facto aliorum Religiosorum, strictè respondere possumus cum verbis illis *D. Pauli ad Corinth* 11. 16. *Nos talem consuetudinem non habemus*.

Neque nobis obstare rem, inter alios actam, & aliorum Regularium operationes, quæ nullum afferre possunt præjudicium Principalibus, volentibus tueri Jura propriæ Reli- 69 gionis, prout in terminis terminantibus, loquendo in durioribus circumstantiis expressæ conventionis aliarum Religionum, firmavit *Rota in Trojana delationis crucis super bono Jure* 21. *Martii* 1708. *§ finali*, *cor. R P. D. Lancetta* ibi: 70 *Tùm quia si non licet Regularibus sine legitima authoritate Superioris transigere in præjudicium Jurium Ecclesiæ*, *& Conventuum*, *& concordiam stabilire &c. Multò minùs illorum factum*, *& confessiones præjudicare possunt aliis Regularibus*, *qui non intervenerunt*, *nec consensum præstiterunt*, *sed propria jura sustinere conantur ad Textum &c.*

Semperque verùm erit dicere, quod respectu Principalium non ampliùs discurrendum est de dicta prætensa possessione Adversariorum, dùm illam rejecit *hæc Sac. Congreg. die* 27. 71 *Martii proximè præteriti* 1711. cùm rescripto: *Nihil de subscriptione dubii quoad manutentionem*, attento quòd ex hac parte justificavimus oppositum ex documentis, exhibitis in Summar. Exclusa autem prætensa possessione Adversariorum, vel ad omne pejus attenta illius turbiditate ex actibus oppositis, & testibus, contrarium deponentibus, vanum est discurrere de attentatis, requirentibus ad eorum essentiam innegabile, & incontrovertibile factum in contrarium, aliàs applicatur regula, quod continuans non attentat, de qua *Rot. decis.* 557. *num.* 1. *cor. Ludovis. & decis.* 10. *eod. num. cor. Merlin. & dec.* 340. *num.* 13 *cor. Priol.*

In eadem Causa.

NOn subsistit in facto exagerata consuetudo respectu omnium Ecclesiarum Regularium Civitatis Laudæ faciendi ea, quæ continentur in 1. dub. ut justificavimus in 72 nostro Summario, & multò minùs verum est, quod eadem consuetudo pacificè vigeat in nostra Ecclesia, juxtà uniformes attestationes 12. testium, datorum in dicto nostro Summario.

Adversùs, quas non relevat reflexio, quòd aliqui ex istis sint Religiosi: Objecto enim punctualissimè occurrit *Sac. Rot. in Trojana delationis crucis* 10. *Decemb.* 1708. *§. Non relevante cor. R. P. D. Aldourando*, his verbis *Non relevantibus exceptionibus contra personam*, *& dictum hujus testis*; 73 *Quo enim ad personam parùm refert*, *quod ipse olim degerit inter Religiosos S. Augustini*; *Quià cùm ex hac depositione illi nulla utilitas in particulari resultare possit*, *dùm interesse spectat ad Religionem in universali*, *ideò à testificando non repellitur*, *Corneus &c. &* 13. *Decemb.* 1709. *§. Minoris cor. Eminentiss. Priolo*, ibi: *Dùm ejus in hac causa nullum considerari valet particulare interesse*, *vel commodum*, *ut*, *præter ibidem allegatos*, *dictum nuperrimè fuit cor. me in Brundusina*.

E converso autem nullam merentur fidem contrarii testes in eorum affectatis depositionibus, nedùm quia omnes deprehenduntur mendaces, dùm asserunt, in omnibus Ecclesiis Regularium Laudæ indistinctè practicari, quod Parochi illas ingrediùntur cum stola, & cruce ad dicendum intra il- 74 las ultimum Vale, quod ex supra animadversis verum non est, saltem universaliter, ut prosequuntur dicti testes, sed etiam quià tres ex eisdem affectatis testibus, conscientia ducti, easdem fides solemnitèr retractarunt, nempè Joseph Maria Broccherius, Franciscus Pater, & Paulus Bandirolis.

Dignentur enim EE. PP. ex retractatione dd. trium testium inferre, quænam fides possit dari aliis, sinè maxima affectatione ex condicto deponentibus per eadem numero verba, ægregiè *Rota Avenionen. dec.* 33. *n.* 1. *&* 2. ubi, refert & sequitur illum *Virgilii*, *Crimine ab uno Disce omnes*, & nos 75 possumus addere *Crimine à trino Disce omnes*. Ea ratione, quià ex unius testis subornatione *& cæteri omnes subornati censeri debent* juxtà præcisa verba *Rota in decis.* 514. *num.* 11. *par.* 18. *recent.* cum aliis adductis *in Capuana Jurispatronat.* 10. *Junii* 1709. *§. Fortiùs coram R. P. D. Aldrourando*, *& supra. num.* 64.

Sed quandò omnia ista deficerent, & Adversarii plusquàm concludentissimè probarent ass. consuetudinem respectu 76 omnium Ecclesiarum Regularium Laudæ quod est prorsùs insubsistens, nescimus videre, quid inferri exadversò prætendatur contra nostros Principales, volentes defendere Jura propriæ Religionis. In his enim casibus factum aliorum Religiosorum eisdem Principalibus nullo modo præjudicaret *juxtà individualissima Sac Rot. decis. in Trojana* 21. *Martii* 1708. *§. finali cor. Lancetta* quæ non potest magis punctualitèr casum præsentem decidere, quàm firmando, quod *Regularium factum*, *& confessiones præjudicare non possunt aliis* 77 *Regularibus*, *qui non convenerunt*, *nec consensum præstiterunt*, *sed propria Jura sustinere conantur*: Quæ individualis authoritas, contradictorem non habens, reputatur casus legis, juxtà animadversa per *Cardin. de Luca de Usur. disc.* 22. *n.* 2. *& Rota in Giennen. Juris votandi* 2. *Jul.* 1706. *§. Quòd indubitantèr cor. Kaunitz.*

Et ex his non videtur immorandum in enumeratione ponderatione, & generalitate casuum, exadversò magnificatorum, quià regulæ generales non attenduntur in conflictu punctualium authoritatum, ut advertit *Card. de Luc. de Legat. disc.* 61. *n.* 7. ubi quòd in his terminis insistere in regulis genera- 78 libus idem est, ac adhibere pannos calidos ad medendum vulnus, eo tempore, quo pro illo sanando requiruntur medicamina propria, & specifica.

Cæterùm ad materiæ ornatum dicimus, quòd vera, & solida distinctio casuum, cum qua procedunt communitèr in hac materia Doctores, illa est, quòd aut agitur de funere associando à Capitulo, & Canonicis Ecclesiæ Cathedralis, vel Metropolitanæ, & quià in his terminis omnes incedere debent sub illius Cruce, & non sub alia Ecclesiæ tumulantis, tunc potest Parochus, & Clerus, cum stola, & Cruce ingredi Ecclesias Regularium: Aut verò sermo est de Paro- 79 cho alterius Ecclesiæ inferioris, & tunc funus associantes non sub illius cruce, sed alterius Ecclesiæ tumulantis debent incedere: Quòd si Religiosi ejusdem Ecclesiæ tumulantis non sint invitati ad funus, vel nolint ab illa exire, sed antè Januam expectare cadaver, tunc usque ad eandem januam exclusivè possunt Parochi illud associare, eique dare ultimum Vale, juxta innumeras punctuales resolutiones Sacr. Congregat. antiquas, medias, & modernas citatas supra *num.* 11. *& seqq.* quibus addimus tres alias æquè punctuales, ac recentissimas, unam *hujus Sacræ Congreg. in Ebredunen.* 25 *Julii* 1695. *ad dubium* 10. *lib.* 45 *decretor. fol.* 319. Aliam verò *Sac. Congr. Rituum in Spoletana funerum* 19 *Jun.* 1710.

Polien-

Ponente Card. Caprara, Tertiam demùm *Sac. Congr. Epis. in montis Politiani 16. Marti 1711. Ponente Eminentis. Paracciano*, ibi: *An in associatione cadaverum in Ecclesia dd. PP. tummulandorum liceat Parocho S. Martini eam ingredi cum cruce erecta, sive debeat dictam crucem deponere, & terminare preces associatorias ante atrium dictæ Ecclesiæ. Negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad secundam*. Quid clarius, atque punctualius? Dum agitur de Carmelitis primi Instituti, quorum privilegia, nullo excepto, Principalibus concessit *fam. Clem VIII. in Const. 101. Bullar. nov. to. 3.*

In quorum conflictu in nulla prorsus consideratione habendæ sunt aliquæ, nedum antiquæ, sed antiquatæ resolutiones, indicatæ in contrariis Scripturis; Tùm quia eisdem in specie, & præcisè derogatum fuit in nostro Indulto Innocentiano, ibi: *Quibuscumque decretis ejusdem Sac. Cong. & aliis similibus editis, in contrarium non obstantibus*. Insistere autem in authoritatibus revocatis, vel derogatis pessimi juris optimum signum est, ut dicebat *Rot. in dec. 6. nu. 15. cor. Dunoz. jun.* Tum etiam, quia in omnem casum nostræ, uti posteriores, semper essent præferendæ antiquioribus ut egregiè notant *Sylveyr. tract. var. in Opuscul. 3. de declarat. Cardin. n. 11. fol. mihi 287. & Pignatel. consult. 107. in fine to. 1. & Rot. dec. 495. n. 1. cor. Emer. jun.*

Neque in contrarium merebatur allegari resolutio *hujus Sac. Congr. in Trojana funerum 17. Junii 1702.* I. Quia resolutio capta fuit unica Parte informante, ut ex Folio dicta die distributo, & in quo, mediantibus septem dumtaxat lineis, aperitur factum, & adducuntur motiva: II. Quia dubium dicta die disputatum non tangit ingressum cum stola, & cruce, qui sunt termini nostri casus, sed simplicem, & solum ingressum; ibi: *An liceat Canonicis, aliisque Curatis, ac Presbyteris occasione funerum ingredi Ecclesias Regularium:* III. demum, quia in illo casu prætendebatur immemorabilis, ut in Folio, ibi: *Sub prætextu immemorabilis consuetudinis:* Circa quam deindè quinque emanarunt in *Sac. Rot. dec.* eandem immemorabilem canonizantes *nempè 21. Martii, & 15. Junii 1708. cor. R. P. D. Lancetta, 10. Decembris ejusdem anni cor. R. P. D. Aldrovando 28. Junii 1709. cor. Reverendis. Molines, & 13. Decembris ejusdem ann. cor. Eminentis. Priolo.*

Minus replicetur, quod eadem immemorabilis prætendatur etiam in nostro casu, ad quem effectum in *2. dub.* petuntur exadverso Literæ, compulsoriales & remissoriales: Quia eadem prætensa immemorabilis respectu nostri Conventus fundati ab annis 60. circiter, est mera vanitas, ut latè probavimus *supra n. 17. & seq.*

Addito, quod in terminis, in quibus immemorabilis non est physicè improbabilis, ut in nostro casu, prætextu ejusdem immemorabilis, antè illius concludentem probationem, nunquam permittitur Parochis ingressus cum stola, & cruce, sed interim, & usquequo parantur tales probationes immemorabilis, canonizandæ per tres conformes, non possunt Parochi Ecclesias Regularium ingredi, ut, omissis antiquioribus resolutionibus, quæ de facili cumulari possent, novissimè respondit *Sac. Congr. Rituum in d. Spoletana Funerum 19. Julii 1710. Ponente Card. Caprara*, rotundis literis respondendo *Negativè* dubio: *An liceat Parochis in associatione cadaverum ingredi Ecclesiam PP. Bernabitarum cum superpelliceo, stola, & cruce*, quamvis addiderit ibi: *Salvo jure probandi immemorabilem consuetudinem*, quod generale est in qualibet materia, dum consuetudo immemorabilis nunquam censetur exclusa, ut loquendo in punctualibus terminis nostri casus firmavit *Rot. in dicta Trojana delationis crucis super bono jure 10. Decembris 1708. §. Eoque potissimum coram R. P. D. Aldrovando*, ubi ad rem notat, quod *ad probandam immemorabilem dicta testium spatium saltem centum annorum complectere debent*, quod in nostris terminis est physicè impossibile, quia non sunt effluxi tot anni ab initio, seu constructione nostræ Ecclesiæ, & Conventus.

Adversus Breve fa. m. Innoc. XI. ex cujus sola, & simplici lectura remanent nullius efficaciæ omnia exadverso cumulata, dicitur illud non obstare *in contrariis Scripturis*.

I. quia *nihil aliud decernat, nisi quod Parochus teneatur associare cadaver usque ad portam Ecclesiæ*. Ex hoc autem nemo non videt, quod nullatenus ingredi potest eandem Ecclesiam cum stola, & cruce, quia verba illa *usque ad portam Ecclesiæ* intelliguntur *exclusivè*, ut respondit *Sac. Congreg. Epis. in Sutrnia ultima Februarii 1708. Ponente Emo Corsino ad 2. dub.* ibi *Usq. ad quem locum possit associare cadaver tumulandum in dicta Ecclesia: Usque ad Januam Ecclesiæ exclusivè.*

II. quia idem Indultum non derogat assertæ consuetudini:

Sed hoc non subsistit, quia decretum irritans, in illo contentum, tollit antecedentem, & impedit, ne nova incipiat consuetudo ex allegatis *supra à n. 21.*

III. demùm, quia Principales per spatium annorum 30. non fuerint usi eodem Indulto, seu Privilegio. Sed in hac parte factum non regit, quia de contrario docemus in nostro Summario. Ultra quod non erat in facultate Religiosorum nostri Conventus renunciare eidem Indulto non particularibus personis, sed toti Ordini concesso, egregiè *Rot. dec. 44. n. 11. & 12. p. 7 rec.* cum aliis allegatis *sup. à nu. 22.*

Circa gratuitam omissionem 3. dub. proceditur exadverso cum æquivoco, quia electio sepulturæ impediri potest, nedum expressè, & directè, sed etiam per indirectum, & nedum mediantibus voto, jurando, & fide interposita, sed etiam *aliàs*, juxtà præcisa verba *Textus in c. 1. de Sepultur. in 6.* ubi *Gloss. verb. Promitendum*, quod Deus non facit differentiam inter votum, jusjurandum, & simplicem promissionem.

Quod autem talis mutatio sepulturæ per indirectum procurata exadverso fuerit, probamus ex ipsomet contrario Summario, ibi: *Io hò inteso, che voi avete disposto di voler farvi seppellire nella Chiesa de RR PP. Carmelitani &c. Io non sono venuto qui per rimovere la vostra volontà, ma solo vi dico, che vertendo trà li Parochi di questa Città e dd RR PP. controversie, e differenze, &c. per la qual causa sono succeduti poco fà alcuni inconvenienti, lascio però a voi considerare se volete, che seguano detti inconvenienti, anche in occasione, che si porti il vostro cadavere nella Chiesa de RR. PP. Scalzi, e se volete à ciò provedere, dite, dove volete esser seppellito, quando detti RR. PP. non s' intendino passarla di concordia con me. Al che rispose queste parole: Io non intendo, che seguano alcuni inconvenienti, e quando non s' aggiustino &c. voglio esser sepellito nella Chiesa Parochiale &c.*

Toto spiritu supplicantes hìc observare, quod idem ægrotus, ad quem dicta prætensa inconvenientia fuerunt exagerata, eo tempore agebat animam dum idem discursus factus ei fuit ab Adversario *circa horam secundam noctis*, & eadem nocte obiit, ibi: *Paratus erat associare Joannem Pozzaolum hac nocte defunctum*. Si enim in dictis circumstantiis nemo præsumitur immemor æternæ salutis, juxta animadversa per *Rot. in dec. 294. n. 8. par. 14 & dec. 391. n. 7. par. 17. rec. & in Massana seu Januen Immissionis 4. Julii 1698. §. ponderando cor. Reverendiss. Molin.* quanto magis præsumendum est, quod idem graviter infirmus, perterritus à dictis inconvenientibus, non sine magna exageratione ante ejus oculos semiclausos positis, & amplificatis, ad instigationem Adversarii mutaverit sepulturæ electionem, ex illo præciso motivo, ab eodem moriente adducto: *Io non intendo, che seguano alcuni inconvenienti*.

Respectu quarti dubii nihil exadverso affertur, quod præventivè non fuerit insubsistens demonstratum *suprà a numer. 45.*

Hoc unum addentes, quod prætensam quartam nullo unquam tempore Adversarii exegerunt à Principalibus, nullusque circa eandem solutionem legitur apex, vel iota unum in longissimo contrario Summario. Quia reverà Adversarii nunquam somniaverunt illa petere; Et proinde nimis incongrua videtur præsens instantia sub illis generalitatibus quæ frigescunt in conflictu cubitalis privilegii Nicolai V. favore religionis Carmelitanæ, & respectu Conventus fundati 79. annis post Concilium, qualis est noster, itaut contraria petitio manibus palpare faciat apertam Adversariorum voluntatem vexandi pauperes Principales in re, undiq; manifesta, & clara.

Veritas hæc adeò notoria est in Civitate Laudæ, ut illius Reverendiss. Episcopus in Informatione, huic Sac. Congr. transmissa, rotundis literis asseruerit: *Quod attinet ad quartam funeralem, hæc utique non debetur Parochis:* Circa quod dicendum est fuisse loquutum ex informatione illa, & vera scientia, quam præsumitur habere omnium rerum, & consuetudinum suæ Diœcesis, juxta animadversa per *Card. de Luc. de Benef. disc. 90. n. 12. & firmata per Rot. dec. 115. n. 4. cor. Priol. & dec. 460. n. 10. par. 8. rec. & in Bituntina Jurispatronatus 28. Martii 1707 §. Et demum cor. Ill. Scotto.*

Agnoscitur exadverso difficultas & evitari prætenditur asserendo, *Adversarios prorsus ignorare, quomodo fuerit prolapsa propositio illa Reverendiss. Episcopi, quod Parochi se offerant promptos quartam funeralem non expostulandi:* Hoc tamen est manifestum æquivocum, quia Reverendiss. Episcopus non dixit, Parochos nolle petere dictam quartam, sed quod hæc nullo modo debeatur, juxta illa clara verba: *Hæc utiq; non debetur Parochis*. Quantum autem inclinatus sit favore Ad-

Adversariorum idem Episcopus rotundis literis asseruit in particulari Epistola, scripta R.P.D. Secretario, & data in contrario Summario, juxtà illa verba: *Il mio parere senza dubbio favorevole à questo mio Clero.*

Non omittentes hìc advertere, quod postquam Ordinarii, interpellati de mandato Sacrarum Congregationum 100 suum Votum aperuerunt, & propriam Informationem transmiserunt, non sunt soliti similes gratuitas Epistolas superaddere contra unum ex recurrentibus, prorsus inscium, ut EE. PP. probè notum est.

101 Respectu 5. dub. nihil remanet addendum animadversis *supra à n.52.*

Remanet ultimum dubium circa prætensa attentata, quæ revera nullam habent a parte rei subsistentiam, & excudun- 102 tur à sola lectura cotrarii Summarii, ibi: *Il Signor Preposto soggiunse le formali parole: Padri, perche impedite l' ingresso &c. alla mia croce, e a me? Al che rispose il P. Giuseppe Maria: Ciò facciamo in vigore de' nostri Privilegii della nostra Religione.* Quod clariùs, & latius patet ex protestatione, eodem tempore per eumdem Religiosum emissa, ibi: *Loquens semper verbis humanis, & religiosis cum debita modestia, & humilitate, se solum prætendere observantiam Apostolicorum decretorum, & privilegiorum suæ Religionis:* Non enim dici potest attentatum id, quod fit pro executione decretorum Apostolicæ Sedis, atque ad praxim reducitur humanis verbis, & Religiosa modestia, nisi mutentur nomina rebus, juxta id, quod legitur *Isajæ 5. 20. Qui dicitis malum bonum, & bonum malum:* Nec probant contrarium exadverso citati *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 31. n. 10. & 11. & Pign. consult. 28. n. 12. tom. 10.* quia loquuntur in casu, in quo Judices de partibus procedant judicialiter in causis, pendentibus in Sacris Congregationibus, qui non sunt termini præsentis controversiæ.

In eadem Causa.

AD faciendam impressionem, saltem Scripturarum mole, ubi rationum pondus non assistit, & Doctorum au- 103 thoritas non concurrit, adductæ fuerunt innumeræ attestationes in contrario Summario, quæ appensæ in veritatis statera, & subsistentiæ lance, deprehenduntur minus habentes ad probandam assertam consuetudinem contra Principales, cum omni sermonis proprietate valentes dicere cum *D. Paul. ad Corinth. 11. 16. Nos talem consuetudinem non habemus*, quod manibus palpatur ex illarum particulari recognitione, ex quo.

Num. 1. adducitur actus, tangens Clericos Regulares S. Pauli, in judicium deductus anno 1690. & sic ratione temporis recentis nullam probat consuetudinem, neque etiam 104 contra dictos Religiosos. Ratione vero personarum nihil probat contra Principales ex *adductis sup. à nu. 22.* Quælibet enim consuetudo, uti stricti Juris, nunquam extenditur de casu ad casum, neque de persona ad personam, & multò minus de una ad aliam Religionem, ut omissis generalibus, circa quæ de facili possent Volumnia impleri, in nostris punctualibus terminis firmavit egregiè *Rot. in Trojana*, *allegata supra n. 23.*

N. 2. Adest Relatio Episcopi, quæ in §. *Interim* excludit potius, quam probet prætensam consuetudinem, qualifica- 105 tam verbo illo *assertam*, *ex adductis supra à n. 68.*

N. 3. Jo: Baptista Bononia testatur de eodem actu, sequuto anno 1690. & applicatur responsio data *supra n. 104.* Res- 106 pectu verò Principalium nullum specificat actum, & particularem casum, quamvis gratis asserat, retinere Librum, ubi adnotat mortuos, quod videtur nimis inverisimile, & æque affectatum, etiamsi vera essent ea, quæ ibidem asserit de sua descendentia, & familia effectiva, & contentiva *di Anziano, e Sopraintendente a Funerali, e Sepulture.*

Num. 4. Franciscus Ruzzone Vespillo nullum specificat 107 actum, individuatque casum cum Principalibus, unde applicatur responsio data supra *n.* 106.

Num. 5. Duo testes, hìc adducti se restringunt præcisè ab 108 anno 1682. & sic post Indultum Innocentianum anni 1680.

N. 6. Ex quatuor testibus, datis in hoc *n.* duo retractarunt 109 eorum depositiones, conscientia ducti, ut vidimus supra, ex quo de facili argui potest, quænam fides danda sit cæteris: Neque specificant particulares casus.

Nu. 7. Testes hìc registrati specificant recentissimos casus 110 annorum 1704. 1708. 1710.

Num. 8. Secundus testis retractavit suam attestationem. Alii nullos specificant casus. 111

Num. 9. Capitulum, & Canonici Cathedralis neque per somnium individuant nostram Ecclesiam, sed nimis laconicè, nullum specificando casum, loquuntur generaliter de consuetudine immemorabili, quæ in nostris terminis est physicè impossibilis *ex adductis sup n. 20.* 112

Nu. 10. Testes nullos specificant casus cum Principalibus, & dum asserunt, nunquam audivisse, vel vidisse, *che alcun Regolare abbia fatto alcun richiamo, ò contrasto*, ictu oculi deteguntur mendaces, ex juribus, datis in ipsomet contrario summario numero primo. 113

Nu 11. Loquuntur de duobus recentissimis casibus annorum 1696. & 1702. 114

Num. 12. Restrictivè deponunt de actu, sequuto mense Novembri 1709. 115

Nu. 13. Deponunt ab anno 1680. citra, specificando casus ab anno 1687. 116

Nu. 14. Loquuntur de Canonico, Parocho Cathedralis, qui associando cadavera Capitulariter cum suis Concanonicis Regularium Ecclesias ingredi potest cum stola, & cruce, ex *adductis supra n. 79.* 117

Generaliter verò contra omnes dictos affectatos testes, omnesque illorum informes attestationes, militat fortis illa animadversio, quod ad hominem de mendacio convincuntur ex solemni, & publico actu, dato in contrario Summario num. pr. ex quo asserunt, prætensam consuetudinem fuisse introductam *quieta, e pacificamente senza alcuna contradizione, ò ripugnanza.* Quod non concordat etiam cum probatis in nostro Summario. 118

Asserunt ulterius, in omnibus Ecclesiis Regularium Laudæ vigere dictam consuetudinem, quæ tamen innegabiliter non practicatur in Ecclesia PP. Congregationis Olivetanæ, & proinde applicantur ea, quæ ad rem advertit *Guazz. ad defens. Reor. defens. 28. c. 13. nu. 17.* ubi quod in his terminis, *qui in uno delinquit, factus est omnium Reus*, juxta dictum *Beati Jacobi Apostoli Epist. 2. 10.* Idque ratione individuitatis juramenti, per ea, quæ notant adducti per *Conciol. alleg. 6. nu. 4.* 119

Remanet proindè manifestum, quod ex contrario Summario probata non apparet ass. consuetudo, neque immemorabilis, neque quadragenaria, in specie contra Principales, à tempore illorum introductionis usque ad annum 1680. & multo minus ab hoc anno usque ad præsens. 120

Non immemorabilis, quæ esset præcisè necessaria adversus Indultum, munitum clausula *Sublata, & decreto irritanti*, ut in terminis resolvit *Sac. Cong. Rituum in Spoletana de qua supra n. 58.* Quia dato moderno principio, vanum est discurrere de immemorabili *Ottbob. dec. 39. n. 16.* 121

Minusque quadragenaria, quia ab anno 1643. quo primus lapis positus fuit pro fundatione nostri Conventus, usque ad annum 1680. quo à dicto decreto irritante sublatus fuit omnis contrarius abusus, non nisi 37. anni erant effluxi, ut calculanti patet: Quanto igitur magis idem dicendum erit, attento quod prætensa consuetudo incipere non potuit quando Cæmentarii fabricabant Conventum, & Ecclesiam, sed quando Religiosi in illo habitare cœperunt; Imo quamdo in illorum Ecclesia practicari cœpit sepeliendi Jus, quod dictus famosus Antianus, & superintendens sepulturis Laudæ, in contrario Summario numer. 3. antè finem asserit, cœpisse anno circiter 1660. nempè 50. *anni fà in circa.* 122

Et tamen, quando per simplicem discursum, & falsam hypothesim asserere velimus quod posset concludenter probari prætensa consuetudo post dictum annum 1680 attentis clausula *Sublata*, *decreto irritanti*, in nostro Indulto contentis, diceretur solemnis, & solemnissimus abusus, non probandus per testes, formiter examinandos, sed eliminandus, ut meritò exclamat *Rot. in dec. 10. num 40. ad Pation. de Locat* quia idem esset ac probare apertam transgressionem Ecclesiasticarum personarum erga innumeras resolutiones Sacrarum Cangregationum, Summorum Pontificum oraculis roboratas quo nihil absurdius dici, nil ve irrationabilius excogitari post. 123 124

Agnoscitur vis motivi in contraria Responsione, in qua dicitur, id verum esse, quando clausula *Sublata*, *& decretum irritans* apponuntur in legibus universalibus, non autem quando leguntur in privilegiis favore certarum personarum: Sed *Rot. cor. Buratt. decis. 131. numer. 6 & Card. de Luc. de Canon. disc. 25. num. 4. de Benef. disc. 65. nu. 19.* ad dictum assumptum colorandum citati, illud non probant, neque probare possunt, ea viva ratione, quia vis dictæ clausulæ, 125

sulæ, & efficacia ejusdem decreti regulantur à potestate Papæ concedentis, non autem commensurantur à particularitate personæ privilegiatæ. 126

Si igitur omnia hæc superabundare videntur ad excludendam concludentem probationem ass. consuetudinis, quantò magis efficaciora reputari debent ad eundem effectum, unita cum 12. nostris testibus, deponentibus de opposito, egregiè, *& in terminis terminantibus Rot. in Trojana delationis Crucis 25. Junii 1708. §. Minusque coram R. P. D. Lancetta*, ibi: *Sed ulterius deponunt, ingressum Capituli in Ecclesiis prædictis non fuisse pacificum, cùm Regulares reclamaverint, & de facto probetur &c. Undè sequitur, quod nulla per Capitulum consuetudo, vel concordia valeat allegari, &c.* 127

Videamus modò quid exadversò adducatur in contraria Responsione contra eosdem testes, oppositos exageratæ consuetudini. 128

Dicitur 1. quòd illorum depositiones factæ sint pendente hac lite. Sed contrarium Summarium non continet syllabam affectatarum depositionum, quæ non sic expiscata currenti mense, ut ex lectura. Igitur in hac parte non debemus ad imparia judicari *leg. Non debet Actori ff. de Reg. jur.* cum aliis vulgatis apud *Rot. coram Bich. dec. 573. n. 9. & in par. 19. rec. dec. 2. n. 11. & in Nullius, seu Falden. Jurisd. super bono Jure 5. Junii 1708. §. Ad trutinam, seu 5. coram R. P. D. Ansaldo.* 129

Dicitur 2. quod dictum Joannis Boccalini secundi testis, non specificantis tempus, de quo loquitur, interpetrari debeat de casu, sequuto mense Februarii 1711. Sed responsio data apparet, non recognita illius depositione, quæ cum facta legatur antecedenti mense, nempè die 18. Januarii, impossibile est, quod interpretari possit de casu, post mensem sequuto; Futura enim prævidere, atque de eisdem, tanquam præsentibus, loqui, privilegium est Prophetarum, quod nullatenus commune prætendimus nostris testibus. 130

Dicitur 3. quod aliqui ex iisdem testibus scribere nesciant neque probetur commissio, data illius, qui eorum nomine illorum depositiones fecerunt. Sed in hac etiam parte Principales sequuti sunt vestigia Adversariorum, idem practicantium in contrario Summario respectu quatuor testium, in illo adductorum. 131

Dicitur demum, quòd inter dictos nostros testes reperiantur aliqui Religiosi. Nos autem replicamus, quod hæc qualitas retorquetur ex adductis sup. à *n.* 73. quia illa auget, non minuit fidem testibus in iis, quæ concerunt interesse commune, non proprium commodum. 132

Retorquetur ulterius, quia tanquam tales testari possunt, & testantur de facto proprio, & proindè ad augendam illorum fidem verificantur ea, quæ de se ipso scripta reliquit *S. Joann. epist. 1. in principio*, ibi: *Quod audivimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt &c. testamur, & annunciamus.* 133

Atque in rei veritate videtur vim facere cuicumque intellectui considerario illa, quod Religiosi adeò exemplaris Instituti, qualificati à muneribus Prioratus, aliisque in eorum Religione exercitis, in adeò magno numero, mentiri voluerint, & absque ullo proprio, & particulari interesse, uniformiter conspirare in destructionem illius veritatis, de qua quærimus, per ea, quæ egregiè considerat *Roland cons. 38. num. 18. lib. 1.* & firmavit *Rot in dec. 408. numer 10 coram Priol. & dec. 787. num. 23. par. 18. rec & in Forosempronien Testam. nti 11. Decis 1697. §. Et alterum coram R. P. D. Ansal. & 5. Dec 1698. §. Minusque cor. Card. Capr.* 134

Sed quando omnes istæ rationes non militarent pro hac parte, & nulla alia punctualis adduceretur authoritas, quàm individualissima illa Sacræ Rotæ *in dicta Trojana*, cujus verba registravimus supra *n.* 73. eadem ad nostrum effectum superabundaret, quia *ubi allegatur Rotæ decisio non est amplius quærenda ratio*, dicebat *Bonden coll. leg. 3. num. 7.* & quod *Rotæ Auditoribus in judicando placuit, communis opinio reputatur*, juxta verba *Vizzani de Mandat. Princip. leg. 2. numer. 9.* & concordan adducti per *Ursell conc. leg. 8. n. 20. & Card. de Albic. in addit. ad Pamphil. dec 43. num. 9* & 10. 135

Terminantes nostram Replicationem in maximis temporis angustiis cum additione alterius *punctualissimæ resolutionis hujus Sacr. Cong. respectu 1. dub. in Insularum Canariarum 31. Julii 1694. lib. 44. decr. fol. 355.* in qua negativè respondit dubio: *An Parochi ingredi possint Ecclesiam Regularium cum stola, seù alio signo:* Et circa ultimum Vale respondit: *Parochos posse illud dare in januis Ecclesiarum Regularium.* Et meritò, quia *Iurisdictio suprà defunctum durat quousque transeat in alterum jurisdictionem, non transit autem in Jurisdictionem Regularium, nisi quandò pervenit ad januam Eccl.* sunt verba *Pasqual. ad Laur. de Franch. n. 1791.* 136

Sac. Cong. Concilii die 2. Maii 1711. sequentibus dubiis respondit, ut infra. 137

I. An liceat Parochis in associatione cadaverum ingredi Ecclesiam PP. Carmelit. Discalceat. cum stola, & cruce elevata, & intra Ecclesiam dare ultimum Vale; Vel potius eisdem Parochis liceat dare ultimum Vale extra Ecclesiam eam, ut supra non ingredientibus. Negativè quoad primam; Affirmativè quoad secundam partem.

II. An sint concedendæ Litteræ remissoriales, & compulsoriales. Negativè.

III. Quibus pœnis sint puniendi dicti Parochi, quatenus impedirent electionem sepulturæ in dicta Ecclesia. Prout de Jure.

IV. An pro funere defuncti, eligentis sepplturam in d. Ecclesia debeatur Parochis quarta funeralis; Vel potius obstet exemptio, prætensa à dd. PP d quartam non solvendi. Negativè quoad primam. Affirmativè quoad secundam partem.

V. An sit restituendum cadaver Io Pozzuoli, seù saltem emolumenta funeris, percepta à Parocho S. Geminiani ad favorem dd. PP Negativè.

VI. An constet de attentatis. Negativè.

DISCEPTATIO XV.

Lauden. Funerum

Inter easdem Partes.

ARGUMENTUM.

Renuentibus Parochis associare cadavera ad Ecclesias Regularium cum numero Sacerdotum, benè viso hæredibus defuncti, ad terrendum alios, nè in illis sepulturam eligant, quomodo providendum sit per Iudices Ecclesiasticos.

Die 2. Maij 1711. inter alia dubia, in hac Sac. Congr. utraque Parte acriter informante, proposita, inter PP. Carmelitas Discalceatos Civitatis Laudæ Principales, ex una, & R. Parochum Sancti Geminiani ejusdem Civitatis Partibus ex altera, tertiò loco propositum fuit sequens; *Quibus pœnis sint puniendi dicti Parochi, quatenus impedirent electionem sepulturæ*, resolutum cum rescripto: *Prout de Iure*, quo attento habemus literales dispositiones *cap. 1. de Sepult. in 6. & clement. Cupientes §. Sanè de Pœn.* in quibus multæ comminantur, & infliguntur pœnæ contrà tentantes impedire liberam sepulturæ electionem. 1

Verùm ad effugiendum talem pœnarum incursum, necnon ad manifestè eludendam vim resolutionis primi dubii hujus Sacræ Congr. in qua eadem die decisum fuit: *Non licere Parochis Lauden. ingredi Ecclesiam Carmelitarum cum stola, & cruce elevata, neque posse eundem Parochum intrà eandem Ecclesiam dare ultimum Vale cadaveribus illorum, qui in illa sibi sepulturam elegerunt*, novum excogitavit modum idem Parochus Sancti Geminiani, non accedendi ad associandum cadavera illorum, qui sibi eligunt sepulturam in nostra Ecclesia, sed mittendi alium Presbyterum, & inducendi omnes omninò Sacerdotes Laud. nè accedant ad associanda dicta cadavera, eo motivo, *perchè li veniva vietato entrare in detta Chiesa di S. Marco con croce*, ut justificavimus in Secretaria, quod in substantia nihil aliud est, quam parvipendere, & nullatenus debita reverentia recipere, & exequi oracula hujus Sac. Cong. eo quia talis prohibitio *di entrara in detta Chiesa di S. Marco con la croce*, non ab alio Judice, neque ab alio Tribunali ei prohibitum, & vetitum fuit, præterquam ab hac Sac. Congr. *dicta die 2. Maii 1711. in responsione ad d. 1. dub.* 2 3

Nè autem adversus omnia Jura Mundi, sequuta à *Rot. in decis. 34. num 42. cor Priol. & in Ferrarien. Restrictionis Ghetti 21. Martii 1697. §. Quo enim cor. Lancet.* idem Adversarius commodum, reportet ex propriis parum laudabilibus operationibus, & Principales decepti, elusique remaneant, nevè propriis auribus quotidiè audiant replicatas derisiones eorundem Parochorum, humillimis effusis precibus, imploramus hodiè ab hac Sac. Congr. opportunum, & efficax remedium, obligandi eundem Parochum in casus contingentia ad associanda cadavera ad nostram Ecclesiam cum nume- 4

numero Præsbyterorum, beneviso consanguineis, seù hæredibus defuncti.

Pro quo facilius obtinendo supplicamus observare, quod omnes Parochi Civitatis Laudæ inaudita consœderatione concordes in hac parte sunt, ut justificavimus in Secretaria, & quod magis est, propitios in hac parte etiam habent omnes omninò Officiales, & Ministros Curiæ Episcopalis, ex quo in Relatione, huic Sac. Cong. transmissa dicta die 2. Maii 1711. contraria prætensio gratis ubique ab eadem Curia canonizata fuit, utì legitima, & laudabilis consuetudo; Itaut non nisi ab hac Sac. Congr. dictum æquè promptum, ac necessarium remedium unicè expectare possimus, & confidimus obtinere.

Si enim hujusmodi indirectis modis permissum esset Parochis impedire electionem sepulturæ in Ecclesiis Regularium, actum esset de istorum amplissimis Papalibus privilegiis, quotidiè canonizzatis à Sacris Congregationibus, inter quæ decem, & septem numerat nostra Religio, per extensum impressa *in Bullariol. Privilegior. Carmelit. Excalceat. à fol.36. usque ad folium* 317. quia mediantibus dictis æquè impropriis, ac scandalosis modis, & operationibus, comprobatis in nostro Summario, retraherentur Sæculares à dicta electione sepulturæ, facienda in Ecclesiis Regularium. ut de se patet, & ad rem notat *Donat. Reg. Regul. tom.3 tract. 10. de Sepultur. in ordin. ad Regul. qu.* 14. *nu.*3. *in fine*, ibi: *Quandoquidem prædicta coactio deterret homines ab eligenda sepultura in Ecclesiis Regularium.*

Hinc similes Parochorum excogitationes, adinventæ ad dictum finem retrahendi homines ab eligenda sepultura in Ecclesiis Regularium, toties rejectæ fuærunt à Sacris Congregationibus, quoties in illis fuerunt propositæ.

Primò enim loco prætensionem excitarunt Parochi, nolle associare cadavera ad Ecclesias Regularium, quæ rejecta fuit, juxtà plures resolutiones, relatas, & sequutas *à Matthæucc. in Official. Cur. Eccles. cap.*29 *num.*2. *vers. Ad* 5. *Ventrigl. in Prax. par.*2. *tit. de Funer. & exequiis annot.* 2. §. *unico nu.*37. Etiamsi cadaver in aliena Diœcesi sepelliendum sit, & per longum iter associandum, juxtà punctualem resolutionem *Sacr. Cong. Epis. Ponente Card. Gabriellio*, me scribente, emanatam *in Senogall.* 23. *Decembris* 1707. *ad* 2. *dub.*

II. Velle exigere majora emolumenta à cadaveribus, sepelliendis in Ecclesis Regularium, & succumbuerunt, ex adductis per *Passerin de Stat. hom. quæst.*187. *art.*4. *numer.* 187. *tom.*... *Pignateli consultat.*204 *num.*1. *& seqq tom.*2 *juxtà Roman. impress. Pan. mol. decis.*5. *adnot.*3. *num.*70. *& D. Adv. Piton. tom* 2. *discept.* 50 *num* 45.

III. Cogendi hæredes defuncti ad vocandum tot sacerdotes è Clero sæculari, quot essent Religiosi, associantes funus, & pariter succubuerunt, ex adductis per *Panimol. dec.* 5. *adnot.*3. *n* 7. ubi refert, & sequitur resolutionem hujus Sac. Congr. *in Papien* 27. *Dec.* 1665. *& per Matthæucc. in Official. Cur. Eccl cap* 20. *nu.*4. & habemus in hac parte punctualem resolutionem *Sac Congr. Epis in Lucerina funerum* 22. *Sept.* 1702. *Ponente Eminentiss Sancti Clementis.*

IV. Habendi candelam majoris ponderis in concursu illarum, quæ distribuntur Religiosis, & succubuerunt etiam, ex adductis *à Monacell in Formular. tom* 1. *tit.*10. *formul.*18. *n.*7. *fol.*214. ubi, quod ità resolvit Sac Cong. Episc. *in Cassanen.* 5. *Maii* 1617. *& Panimol. dec.*1 *annot.*10. *num.*2. ubi, quod ità resolvit eadem Sac. Congr. *in Placentina* 16. *Decembris* 1661. quam refert, & sequitur etiam *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. v. Officiales quoad exequias num.*4.

V. Teneri hæredes defuncti celebrari facere in Ecclesia Parochiali tot missas, quot testatoris jussu apud Ecclesiam Regularium celebrari debebant, & eodem modo succubuerunt, ex adductis per *Marchant. in Tribun. Sacrament. post tom* 3. *fol mihi* 551. *& Donat. Rer. Regular. tom.*2. *tit. de Sepultur. in ordine ad Regul. quæst.* 17 *per tot.*

VI. Cadavera illorum, qui sibi sepulturam elegerunt in Ecclesiis Regularium, asportanda esse ad Parochiales, ad effectum inibi peragendi prius exequias, & obtinere nullo modo potuerunt, ex adductis per *Pignatel cons.*48. *num.*8. *& seq tom* 3 *Nald in Summ. vers. Sepultura num.*13. *Gavant. in Manual Episcop verb. Exequiæ nu.*25 *Lantusc. in Theat. Regular verb Exequiæ num.*6. *& Nicol. in Floscul. verb Sepultura num.*13. Idemque resolvit Sac. Congr. Episc. 23. *Septembris* 1707. *in cit. Senogallien. Ponente Card. Gabriellio*; Necnon *hæc Sacra Congregatio in Novarien. Funerum* 25. *Martii* 1704. *ad* 7. *dub. & in Massan.* 17. *Apr.* 1706.

VII. demum, aliis omissis gratia brevitatis, rejectis in pluribus Constitutionibus Summorum Pontificum, & signanter *in Constit.*47. *S. M. Pauli V. in Bullar. nov. tom.*4. *In Constit.*22. *S. M. Urbani VIII. in eodem Bullar. nov. tom.*5. *In Constit.*93. *S. M. Alexandri VII. in eodem Bullar. to.*6 *& in Constit.*57. *S M. Clementis X. eodem Bullar. dicto tom.*6. prætensionem excitarunt, posse saltem in Synodis ab Ordinariis Locorum determinari, præter quartam funeralem pro quolibet cadavere, sepelliendo in Ecclesiis Regularium, solvendas esse Ecclesiæ Parochiali duodecim libras ceræ, & ab Sac. Congr. negativum reportarunt responsum *in Mantuana Funerum* 16. *Ianuarii* 1693. quam impressit *D. Adv. Piton. in tom.*2. *discep. Eccl. fol.*55.

Ex quibus remanet evidens, cohærenter ad Sacrorum Canonum dispositionem, omnes Sacras Congregationes in eo fuisse, & esse sensu, nullo modo, neque directè, neque indirectè à Parochis facienda esse ea, ex quibus impediri possit libera electio sepulturæ in Ecclesiis Regularium: Quod impedimentum cum ad unguem verificetur in nostris terminis ex dicto novo adinvento Parochi S. Geminiani, supplicamus pro opportuno remedio, responderi eundem Parochum in casu sepulturæ, dandæ in nostra Ecclesia alicui ex ejus Parochianis, teneri associare cadaver ad Ecclesiam Principalium cum numero Presbyterorum, requisito ab hæredibus, seu consanguineis defuncti, nè alias idem Parochus per indirectum triumphet, & post plenam succumbentiam in omnibus dubiis, ipso accerrimè informante ab hac Sacr. Congr. resolutis, cuncta se impetrasse lætetur, eo quia perterriti Cives Laudenses ex dicto improprio, inauditoque modo associationis cadaveris, concludentissimè probato in nostro Summario, nunquam amplius sepulturam in Ecclesia Principalium elegerunt.

Causa pendet indecisa.

DISCEPTATIO XVI.

Romana Distributionum

PRO

Abb. Georgio Anetra

CUM

Aliquib. Beneficiatis Vatic. Basilicæ.

ARGUMENTUM.

Beneficiato infirmo quando debeantur quotidianæ distributiones, & an concedendum sit ei Indultum abessendi usquequo infirmitas perduraverit. Beneficiatus, qui non est solitus residere in bona valetudine, an possit pretendere distributiones tempore infirmitatis: Et an prædicta locum habeant, nedum in terminis Iuris communis, sed etiam ad terminos Constitution. Vaticanæ Basilicæ.

PEssimis corporis affectionibus variè, & non sine vitæ periculo sæpè afflictus Abbas Georgius Anetra, Sacrosanctæ Vaticanæ Basilicæ Beneficiatus, eo meliori, quo potuit modo, semper procuravit proprium munus adimplere, vel de facto punctualiter inserviendo suæ Ecclesiæ, quando non reperiebatur à morbo impeditus, vel plurium annorum spatio eidem Basilicæ inserviendo in munere Visitatoris, & Vic. Generalis Abbatiarum Bosci, & Cusatorum, non sine proprio incommodo, & considerabilibus impensis, cum ejusdem Basilicæ maxima utilitate, resultante ex eo, quod non solvit solita honoraria pro dictis muneribus Vicarii Generalis; Et quod magis est cum evidenti vitæ periculo, ob Capituli jurisdictionem fortiter, & Ecclesiastico zelo defensam, ut omnibus DD. Canonicis nostræ Basilicæ notum est.

Ingravescente autem senili ætate, & malis corporis affectionibus in pejus quotidiè ruentibus, ultimo loco Lithiasi, seù Calculorum morbo, superaddita fuit nimis incommoda, & æquè periculosa Epiphora, seù Fistula in oculo, cujus occasione anno 1693. postquam inutiliter plura expertus fuerat in Urbe medicamina, ex consilio diversorum primæ classis medicorum, unica spes recuperationis sanitatis reposita fuit in athmosphæræ mutatione, & beneficio nativi aeris: Quod esse solet ultimum medicorum consilium: quando morbus superari non potuit à medicamentis;

tis; Proindeque exposita huic Sac. Congr. hujusmodi legitima causa, die 26. Septemb. ejusdem anni 1693. solitum obtinuit Indultum abessendi, ad sex menses duraturum, cujus vigore ab Urbe discessit 2. Martii 1694. ut legitur in Epistola Eminentissimi Archipresbyteri. Quod Indultum durante adhuc causa illius concessionis, successive diversis vicibus prorogatum fuit per totum mensem Decembris 1696.

Quia verò infirmitas durabat adhuc, atque impedimentum erat accessui ad residentiam, in Congr. diei 18 Martii 1697. preces porrectæ fuerunt pro nova prorogatione; Rescriptum tamen fuit: *Eminentiss. D. Cardin. Archipresbytero, qui dignetur Sacr. Congreg. Concilii super novis precibus instructam reddere, eique votum suum aperire, auditis Episcopis Policastren. & Caputaquen.* Qui Eminentiss. Archipresbyter, præhabitis veridicis Relationibus continuationis infirmitatis à dd. Reverendiss. Episcop. Votum suum transmisit die 7. Septembris 1697. quod fuit pro prorogatione per totum mensem Octobris sequentis, ut ex citata Epistola; Cum successiva attestatione Vicarii Basilicæ, in Secretaria jam exhibita, quod DD. Beneficiati à se ipso interpellati ad dicendum, opponenduque quidquid eis videbatur, contra prorogationem, à Principali petitam, nihil opponendum habuerunt, ad cujus Eminentiss. Archipresbyteri Voti tenorem die 7. Decembris responsum fuit pro prorogatione per totum mensem Octobris 1697.

Post hæc adeò vehementia expertus fuit Principalis morbi accidentia, tantaque subivit mortis magna pericula, ut non semel pro mortuo existimatus communiter fuerit, semperque in lecto jacere coactus, quibus expositis in Congreg. diei 16. Julii 1698. novæ porrectæ fuerunt præces, vel pro Indulti prorogatione, saltem per totum mensem Novembris ejusdem anni; Vel, attenta ejus infirmitate, pro declaratione: *Eidem competere fructus omnes, & distributiones à tempore expirati Indulti.* Negantibus autem aliquibus Beneficiatis omnibus, ex hac parte expositis, & exclamantibus pro non concessione gratiæ, preces exauditæ non fuerunt, sed intactam nobis relinquendo viam justitiæ, responsum fuit pro Indulti dumtaxat denegatione, cum istis verbis: *Quoad Indultum pro tempore præterito nihil; Quò verò ad futurum concedatur per totum mensem Novembris cum clausula resolutiva.*

Præclusa hoc rescripto mediante omni spe ulterioris gratiæ, recursum habuimus ad viam justitiæ, coram A. C. met Judice ordinario probare cupientes, distributiones deberi Principali, attenta ejus infirmitate; In vim autem rescripti hujus Sac. Congr. (cui pro declaratione, remissa fuerat instantia, tam ab Eminentissimo Præfecto, quàm ab Illustrissimo Auditore SS.) mandantis, ut Principalis uteretur Jure suo coram hac Sacr. Congreg. nulla interposita mora, ipsamet die 9. Augusti 1698. institimus pro expeditione Literarum Remissorialium, ad effectum probandi gravem, periculosamque infirmitatem, quibus Literis post duorum mensium decursum tandem obtentis, die scilicet 7. Octobris ejusdem anni 1698. directisque Neapolitano Nuntio, cum recusatione tamen ex parte dictorum Beneficiatorum Rmi. Episcopi Policastren., & D. Vicarii Bosci: A Ministris Nunciaturæ excitata fuit prætensio transmittendi specialem Commissarium à Civitate Neapolis, prævio solito deposito scutor. centum pro expensis itineris, ut practicari solet, quando iidem Commissarii transmittuntur à Nunciatura contra facinorosissimos delinquentes, & similis farinæ homines.

Coacti proinde fuimus die 29. Novembris novum recursum EE. PP. habere, eisdemque aperire impossibilitatem ex parte Principalis faciendi dictum depositum, necnon insinuare insubsistentiam prætensionis eorundem ministrorum Nunciaturæ, & benignè rescribere dignati sunt Illustrissimo Neapolitano Nuntio: *Ut pro confectione Processus, de quo agitur, aliquam sibi benevisam personam idoneam, & in Ecclesiastica Dignitate constitutam, ac Partibus non suspectam, exceptis Episcopo, & Vicario &c. deputet, cùm nulla subesse videtur legitima causa, aut necessitas transmittendi ad prædictum effectum aliquem ministrum, aut Commissarium istius Nunciaturæ &c.*

Verùm nec etiam voti compotes fieri potuimus ex alia nova, æquè tamen insubsistenti prætensione eorundem ministrorum Nunciaturæ, assumendi partes Judicis, privativè quoad hanc Sac. Congr. ut legitur in Epistola responsiva Illustrissimi Nuncii sub die 13. Januarii 1699. & præter solitum directa Illustrissimo Secretario, non autem Eminentissimo Præfecto à quo eidem Nuncio scriptum fuerat, ibi: *Per eseguire gli ordini della Sacra Congregatione datimi ad instanza, tanto delli Signori Beneficiati di San Pietro, quanto del Signor Abbate Anetra &c. è necessario, che accudiscono in questo mio Tribunale i loro Procuratori, à finche fatti, che saranno gli atti necessarii nella conformità, che vien prescritto dalla medesima S. Congregatione si potrà tirare avvanti per giustizia, e conforme dispongono le regole legali:* Obitèr circa hanc epistolam observantes, quod in illa enunciantur ordines ministris Nunciaturæ dari ex parte aliquorum Beneficiatorum, absque eo quod Nobis aliquid communicatum fuerit, vel in illorum expeditione citatus fuerit Principalis, vel demum registratum reperiatur rescriptum aliquod in Libris Secretariæ:

Iterùm igitur, & tertiò die 14. Februarii 1699 humillimas effudimus præces pro deputatione unius Judicis, ex omnibus Archiepiscopis, Episcopis, & aliis qualificatis personis Ecclesiasticis vastissimi Regni Neapolis, quas omnes, nemine pænitus, pænitusque excepto, semper pro confidentissimis habuit Principalis. Et quia hoc medio tempore accesserat ad Urbem D. Vicarius Bosci, cum quo plurà colloquia habuerunt aliqui ex Beneficiatis; Isti recedentes à priori allegatione, tanquam suspecti, ipsum totis viribus exoptarunt in Judicem Remissorialem, eorumque desiderio (contra omnes Juris, & politicæ regulas) prompto animo Principalis adhæsit, fuitque proinde Laurentius Balbi Vicarius Bosci Judex Remissorialis de Partium consensu deputatus.

Hoc modo in substantia ab ipsamet Urbe transmisso ad Partes Judice dictis Beneficiatis acceptissimo, iste se contulit ad locum suæ residentiæ, in quo statim ægrotare cæpit, sed post aliquot dies recuperata valetudine, accessit ad Patriam Principalis, ubi cum rigorosissimis Interrogatoriis, exadversò datis, examinavit quinque testes, omni fide dignos, inter quos quatuor in Sacerdotali dignitate constituti sunt, qui omnes uno ore fatentur, Principalem in tale reperiri pessimo salutis statu, ut vix possit miserabilior, deplorabiliorque excogitari, ibi: *In questa Patria non si parla d'altro, se non che dello stato miserabile di detto Signor Abbate Proc. f. 12. à ter. Sono più le settimane, che stà in letto, che li giorni, che stà fuori di quello, Proc. f. 14. Quelle poche carni, che tiene sono più mucide, che vere, e reali Proc f. 15. Benche abbia qualche giorno di tregua dalli suoi mali, ne meno può prevalersi, essendo che resta tanto oppresso, che pare un cadavere spirante; Proc. fol. 12. à ter.* Itàut lectura depositionis eorundem testium similis videatur Hist. Libri Job, ut recognosci potest ex Summ. & latiùs ex Integro Processu.

Probationi autem, deductæ ex dd. quinque testibus, formitèr examinatis, adjungimus ingenuam confessionem D. Judicis Remissorialis, exadversò exoptati; Iste enim in Epistola diversorum negotiorum nostræ Basilicæ, hæc scribit: *Oltre la detta Informatione presa, hò estragiudicialmente sentita la calamitosa vita, mena detto Signor Abbate Anetra per stante continue infermità, che si può chiamare un composto de mali, non havendo giorno, che possa dire essere senza linea, e quando per una cosa, e quando per un' altra, sempre stà acciaccato:* Adjungimus Vota Episcoporum Policastren. & Caputaquen. ab hac Sac. Congreg. pro veritate requisitorum, in Secretaria jam exhibita. Adjungimus judicia trium medicorum celebris Universitatis Salernitanæ. Adjungimus testimonium aliorum duorum Medicorum curæ, Soriæ, & del Terzo, necnon celebris chirurgi Marsici, in Secretaria paritèr existen. Adjungimus attestationes juratas 24. Sacerdotum, & aliarum 19. qualificatarum personarum, quæ dantur in Folio impresso ad partes, & originalitèr exhibitæ jam fuerunt in Secretaria. De quarum attestationum relevantia ad nostrum præcisum effectum, egregiè *Ant. Escobar. in Theol. mor tom. 4. sect. 1. cap. 12. num. 115. & seqq Trullench. ad Præcept. Decalog. tom. 1 cap. 8. dub. 8. num. 2. Sansel. decis. 416. num. 11. & Rota decis. 25. num 3. apud Zacch. qu. medic. legal.*

Speramus igitur, & enixis precibus, attentis novis probationibus supradictis, respondèri supplicamus: *Distributiones omnes deberi Principali à die 1. Novembris 1697. qua expiravit ultima prorogatio, usque ad tempus, quo reperietur in tali salutis statu, ut absque evidenti vitæ periculo ad inserviendum suæ Ecclesiæ ad Urbem accedere possit*, & confidimus exaudiri.

Indubitati enim Juris est, quod Beneficiatus, qui ex infirmitatis causa propriæ Ecclesiæ inservire nequit, facit suos, eique debentur omnes fructus beneficii, omnesve quotidianæ distributiones, per *Textus literales in cap. Ad audientiam de Cleric. non residen.* ibique *Gloss. verb Infirmitas*, & *in cap. unic. eod tit. in 6.* ubi *Repetentes* communitèr, & obser-

servant *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 1123. *num.* 10. *Barbosa de Episcop. par.* 1. *alleg.* 53. *num.* 66. *& ad Concil. sess.* 24. *de Reform cap.* 12. *n.* 88. *Antonel. de Loc. legal. lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 20. *Zacch. de Salar. quæst.* 19. *num* 48. *Ventrigl. in Prax. par.* 1. *tit. de Resid. Canon. annot.* 29. *§.* 2. *n* 1. *& seqq. Cardin. de Luca de Canon. disc.* 12. *n.* 3. *Pignatel. consult.* 115. 17 *n.* 52. *tom.* 9. ubi quod ità servat Curia, & plurie's firmavit Rota, ut videre est *in dec.* 567. *n.* 2. *& dec.* 626. *n* 1. *cor. Bich. & dec.* 726. *n.* 7. *cor. Pamph. & dec.* 776. *n.* 8. *cor. Dunoz. Jun. & decis.* 108. *num* 8. *cor. Cocc.* ubi, quòd hoc clarum est *& in Varmien. Distributionum* 23. *Junii* 1666. *§. Fundamentum cor. Ottalora*, *& in Majoricen. Distributionum* 25. *Jun.* 1677. *in princip. cor Card Vicecomite.*

Et in punctualibus terminis nostræ Basilicæ, firmavit novissimè *Rot. in Romana Coadjutoriæ* 14. *Maii* 1696. *§. fin. cor.* 18 *R. P. D. Muto*, ubi, quòd, exceptis Communibus, & Exequiis, Canonici, & Beneficiati nostræ Basilicæ infirmitatis tempore lucrantur omnes alios fructus, & distributiones.

Ratione adducta à Divo Gregorio in Epistola ad *Candidum Urbevetanum Episcopum*, registrata *in Can. Cùm percussio* 7. *quæst.* 1. quia scilicet in his casibus, in quibus Dei ju- 19 dicium ignoratur, non est flagellatis per infirmitates nova addenda afflictio privationis modi se sustentandi, & ab Innocentio III. in minoribus nostræ Basilicæ Canonico *in cap. Ex parte de Cler. ægrot.* ubi, quòd, nedum in his casibus afflicto non est addenda afflictio, sed potiùs ipsius miseriæ miserendum est, quod legitur etiam *in Canon. Indicas* 3. 20 *quæst.* 9. & observant *Gonzal. in cap.* 1. *num.* 4. *de Cleric. ægrot.* ubi ex *Justiniano in §. Item surdus Instit. Quibus non est permiss. facer. testament.* notabiliter observat, viris literatis ut plurimùm accidere, quod gravi, diuturnoque morbo laborent *Prob. ad Monach. in cap.* 1. *n.* 17. *de Cleric. non resid. in* 6. ubi, quòd ratione infirmitatis recedimus à regulis Juris communis, *& num.* 20. ubi, quòd ista conclusio innititur rationi naturali, nè infirmus duplici afficiatur damno, adda- 21 turque afflictis afflictio *Fagnan. in cap. Licèt n.* 47. *de Præb. Monet. de Distribut. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 6. *in fine*, *Bonac. Oper. moral. tom.* 1. *tit. de Iis*, *quæ ad Divin. Offic. &c. disp.* 2. *quæst.* 5. *punct.* 2. *num.* 9. *vers. Tertio fol.* 655. ubi, quòd hujusmodi privilegium concessum est infirmis, non solùm, nè afflicto addatur afflictio, sed etiam, nè à servitio Ecclesiæ terreantur, & ad beneficia dimittenda excitentur, timentes fore, ut debitis subsidiis ægritudinis tempore desti- 22 tuantur *Pignatel. consult.* 115. *num.* 64. *tom.* 9. *& Graff. de Effect. Cleric. effect.* 1. *num.* 1172. ubi, quòd iste unus est ex illis casibus, in quibus infirmitas prodest, statim tamen subjungens: *Sed à tali prodesse libera nos Domine.*

Quod procedit etiam si Beneficiatus infirmetur extra locum beneficii, moramque proinde faciat in Civitate, à residentia distante, juxtà *Textum literalem in cap. Ad audientiam de Cleric. non residen.* ibi: *Ut Canonici, qui non resident in* 23 *eadem suarum priventur fructibus præbendarum, illis exceptis, quos infirmitas excusaret:* Et in punctualibus, imò durioribus terminis Beneficiati, qui voluntariè, non autem ex necessitate, seù infirmitatis causa ut in præsenti, à loco beneficii discedit vacationis tempore, aliòve se transfert, ubi taliter infirmatur, quod absque vitæ periculo ad residentiam redire non potest, advertunt *Monet. de Distribut. quotid. par.* 2. *quæst.* 6. *num.* 10. *Sanchez consil. moral. tom.* 2. *cap.* 2. *dub.* 90. *num* 6. *Trullench tom.* 1. *Decalog cap.* 8. *quæst.* 8. *n.* 3. benè *Joan. Escobar. de Hor. canon. quæst.* 5. *§.* 2. *num* 95. *& 101. Bonac. Oper mor. tom* 1. *tit. de Iis quæ ad Divin. offic. &c. disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 1. *n.* 6. *fol. mihi* 654. ubi quod hoc est in 24 Jure certissimum, *& n.* 14. *vers. Amplia secundò*, *Castropal. Oper. moral tom.* 2. *tract.* 7. *de Oration. disp.* 3. *punct.* 9. *§* 1. *n* 3. *& 6. Leo in Thesaur. for. Eccles. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 21 *& seqq. Gallemar. ad Concil. sess.* 24. *ca.* 12. *de Reform. literis V V. vers. Quod Clericus*, *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 3. *de Distribut.* 25 *quotit. cap.* 28. *num.* 65. loquens in terminis durioribus, de absente scilicèt à loco beneficii ob metum Principis sæcularis, & privatas inimicitias, ex propria beneficiati culpa contractas, & adducens innumeros concordantes, refertque individualem resolutionem hujus Sac Congregat. *in Carpen.* 17. *Septembr.* 1616. *& de Potestat Episcop. alleg.* 53 *n.* 167. *in fine*, *Ventrigl. in Prax. tit. de Residen. Canon. annot.* 29. 26 *§.* 2. *num* 1. ubi, quòd hæc opinio, ultra rationes, habet pro se magnam æquitatem *Panimoll. decis.* 20. *annot.* 3 *sub num* 58. *Vener. in Exam. Episcopor. lib.* 4. *cap.* 42. *de Absen. Canon. n.* 9. ubi ampliat conclusionem etiam ad casum, quo flumina crescant, denuncietur bellum, vel pestis superveniat, à quibus impedimentis detineatur Canonicus nè ad residentiam possit accedere, *Vidal. Inquisit. moral. inquisit.* 2. *n.* 13. *& 24. Fregos. de Regim. Reipub. Christian. par.* 2. *lib.* 10. *de Distribut. §.* 2. *nu.* 8. *vers. Hoc etiam*, *Pignatel. consult.* 81. 27 *per tot. tom.* 5. ubi *sub. n.* 9. refert, & sequitur individualem resolutionem Sac. Congreg. Episcoporum, & Regularium *in Aquilana* 20. *Junii* 1581. & firmavit *Rota in Leodien. Fructuum* impressa apud *Marches. de Commiss. par.* 2. *fol.* 519. *n.* 2. *vers. Unde cùm de Jure*, Et in terminis nostræ Basilicæ, 28 loquendo indefinitè de quibuscumque infirmis sivè residentibus, sivè absentibus ab Urbe, *in citata Romana Coadiutoriæ* 14. *Maii* 1696. *in fine cor. Muto.* Et magistraliter resolvit Sac. hæc Congreg. *in Nullius Distributionum* 18. *Decem-* 29 *bris* 1666. *ut in Lib.* 25. *Decret. f.* 290. impressa post *Antonell. de Jurib. Cleric. resol.* 1. *fol. mihi* 16.

Rationes autem, & congruitates hujus communissimæ conclusionis, (cui nullatenus dubitamus, se libentissimè subscripturos omnes Urbis, & Orbis Beneficiatos, si de eorum sententia pro veritate requirerentur) plures sunt. Quia scilicèt *Text. in cap. unic. de Cleric. ægrot.* loquens de non residentibus causa infirmitatis, indistinctè loquitur; Igitur intelli- 30 gendus est indistinctè de infirmis, sivè residentibus, sive non in loco sui beneficii, ut in terminis egregiè advertit *Monet. de Distribut. quotid. par.* 2. *quæst.* 6. *nu.* 19. *& 20. & Ventrigl. in Prax. par.* 1. *de Resid. Canon. §.* 3. *num.* 16. *vers. Verùm*, Quia præsentia in loco residentiæ nihil prodest, quando quis Ecclesiæ interesse non potest *Gloss. in cap. unic. verb. Præsentes de Cleric. non residen. in* 6. *Fagnan. in cap. Licèt num.* 24. 31 *vers. Quid enim prodest præsentia in loco, ex quo Divinis non adsunt de Præbend. Rot decis.* 141. *num.* 8. *par.* 17. *rec.* Quia Beneficiato debentur distributiones, non solum ob residentiam actualem, sed etiam propter officium residendi, cujus exercitium æqualiter legitimè impeditur per ægritudinem, sivè in loco beneficii, sivè extra illum superventam, *Bonac. Oper. moral. tom* 1. *tit. de Iis quæ ad Divin. Offic. &c. disp.* 2. *qu.* 5. *punct.* 1. *n.* 9. *vers. Prima est fol.* 655. Quia ad effectum 32 lucrandi distributiones in legitimè impedito sufficit præsentia interpretativa, quæ optimè verificatur in ægroto, absente à loco beneficii *Adden. ad Phamph. dec.* 726. *num.* 7. *vers. Intellige*, *& Rota in Majoricen. Distributionum* 25. *Junii* 1677. *in princ. cor. Vicecom.* Quia absentia à loco residentiæ non efficit quin infirmus verè, & propriè Ecclesiæ nequeat inservire ob causam, à Jure communi probatam *Trullench. ad Præcept. Decal. tom.* 1. *cap.* 8. *dub.* 8. *num.* 3. Quia præce- 33 ptum residendi ad effectum lucrandi distributiones, obligat tantùm eos, quos potentes reperit ad residendum, non autem illos, qui cùm infirmi reperiantur extra locum residentiæ, nullam residendi obligationem habere dicuntur pro tempore infirmitatis *Pignatel. consult.* 81. *num.* 8. *tom.* 5. Quia satis residere, & Ecclesiæ servire dicitur, qui propter adversam valetudinem servire impeditur, moramque facere cogitur extra locum Beneficii, *Hostiens. in cap. Ad audientiam n.* 3. *de Cleric non resid. Gonzal. in cap. De cœtero n* 7. *vers. Et meritò eodem titulo Trullench. ad Præcept. Decal lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 8. *num* 3. *Lotter. de Re benef. lib.* 3. *quæst* 27. *num.* 134. *Card. de Luc. de Canon. disc.* 12. *num.* 3. *& Rota cor Coccin. dec.* 108. *num.* 8. Quia pœna infirmitatis, & absentia, il- 34 lius causa, à loco residentiæ verti non debet in beneficiati culpam, & in distributionum privationem *Gloss. in cap. Ad audientiam verb. Infirmitas de Cleric. non resid.* Quia tempus infirmitatis, ubicumque reperiatur infirmus beneficiatus, pro actuali servitio semper computatur *Gloss. in Can. Scripsit verb. Et ideo* 7. *qu.* 1. *Prob. ad Monach in cap. unic. n.* 16. *de Cleric. non resid. in* 6. *Bonac. Oper. mor. tom.* 1. *tit. de Iis, quæ* 35 *ad Divin. offic. &c. disp.* 2. *q.* 5. *punct.* 1. *num.* 8. *vers. Secunda ratio fol. mihi* 645. *& Vener. in Exam Episcop. lib.* 4. *cap.* 42. *de Absent Canonic. num.* 9. Injustum enim esse honore suo privare ægrotum, quando corporis molestia irruit, per hæc verba sancivit *Divus Gregorius* in epistola ad Anatolium, Constantinopolitanum Diaconum, ut advertit *Gonzalez in cap.* 1. *sub num.* 4. *de Cleric. ægrot.* Quia infirmus Juris fictione censetur præsens in Choro, & residens in loco beneficii, ex cumulatis per *Probat ad Monach. in cap.* 1. *num.* 16. *de Cleric. non resid in* 6. *& per Fragos. de Regim. Reipub. Chri-* 36 *stian. par.* 2. *lib.* 10. *de Distrib. §.* 2. *num.* 8. *vers. Nec propterea*, *Antonell. de Jur. Cleric. lib.* 2. *par.* 6. *cap. ult. n.* 123. *& Rot. cor. Bich. dec.* 102. *n.* 16. Quia demum non tenetur Beneficiatus pro lucrandis distributionibus vitam suam evidenti periculo exponere *Rot. dec.* 141 *n.* 2. *par.* 17. *rec.* Impium enim visum fuit ferèquè inhumanum Episcopo *Paci Jordano var. res. t.* 1. *prælud.* 8. *n.* 78. cum vitæ evidenti discrimine in talibus circumstantiis beneficiatum ad residentiam adstringere, vel eundem distributionibus privare, quia hoc esset eundem beneficiatum ad impossibile contra omnia Jura obli- 37 are,

37 gare; Non enim posse quis ea dicitur quæ cum vitæ periculo potest *Azor.Instit.moral.part.1 lib.10.cap.13.col.2.§.Quæres*, *& Rot.decis.* 776.*num.* 6.*&* 8.*coram Dunoz Jun* Nullumque majus impedimentum supervenire posse, quàm infirmitatem, experientia patet, & observat ad nostrum præcisum effectum *Gonzal. in cap. Querelam num.* 8. *de Procur.*

Indeque communiter observant Doctores, & resolvit Sacra hæc Congreg.contrarium, nedum statuere non posse Canonicos, sed nec etiam disponere posse Episcopum, ut scilicet infirmus in his circumstantiis non lucretur quotidianas distributiones, ut videre est apud *Fagnan.in cap. Licèt num.* 138. *de Præb.* ubi, quòd hæc Sacra Congregatio noluit con-
38 firmare Statutum Capituli, in quo contrarium cavebatur, vocatque similia Statuta irrationabilia, & contra bonum Ecclesiæ, & alias resolutiones referunt etiam, & sequuntur *Nicol.in Flosc. verb. Canonic. nu.*22. *verb. Decret.& verb. Distributiones num.*11.*versic. Quibus*, *& Pignatel consult.*81. *num* 9.*tom.*5.*& consult.* 115.*num.*53.*tom* 9. egregiè *Monet. de Distrib. part.* 2.*quæst.*6.*num.*20 quem sequitur *Ventrigl. in*
39 *Prax.* 1.*part. de Resid. Canon.* 13.*num.*16. *vers.Verum*, & firmavit *Rot. in decis*25.*num.*8.*post Zacch. quæst.Ledic. legal.*

Quæ causa, seu duratio multiplicis, & periculosissimæ infirmitatis Lithiasis, seu calculorum, Ægilopis, seu fistulæ in oculo, surditatis, Hydrocelis, seu herniæ aquosæ, & aliarum pessimarum corporis affectionum, à testibus descriptarum, & Principali omninò impedientium, nedum accessum ad Urbem, sed quodcumque aliud iter, & exercitium absque evidenti vitæ periculo, intra evidentiæ fines posita est ex depositionibus dd. testium, formiter exa-
40 minatorum de ordine hujus Sacr Congregat. Junctis dd. aliis juratis attestationibus tot insignium, & fide dignarum personarum, dum ad hunc effectum sufficere simplices medicorum fides, quas in Secretaria jam exhibuimus, observant *Fagnan in cap.Licèt num.*141.*de Præb. Gratian. discept.* 19. *num.*19. *Zacch. quæst.Medic.legal. lib.*2. *tit.*3.*quæst.*4.*num.*2.
41 *Pignatel.consult.* 115.*num.* 57. *tom.* 9. *Rot.apud Marchesf. de Comiss part.*2.*fol.*519 *num.*1.*& in part.* 15. *recent.decis.*117. *num.*15.*& decis.*312.*num.*6. Imò quòd hoc remittatur prudentis Judicis arbitrio in nostris terminis advertunt *Bonac.Oper. moral.tom.*1.*fol.*654.*num.*4.*& Monet.de Distribut.quotid.part.* 2.*quæst.*6.*num.*24.*& seq.*

Non offuscatur autem hujusmodi qualitas infirmitatis ex eo, quòd Principalis ex medicorum consilio per breve temporis spatium aliquando exierit ad deambulandum, præfueritque meliorationibus, factis in domuncula, in qua de præ-
42 senti inhabitat; Cùm enim hujusmodi actus ordinati fuerint à medicis pro recuperatione sanitatis, ut dicunt testes, nullatenus excludunt infirmitatis existentiam, juxta *individualem decisionem Leodien. Fructuum* 31. *Maii* 1604. *cor. Litta*, impressa apud *Marchesf. part* 2. *fol.* 520. & duplata post *Zacch.quæst. Medic.legal. decis.*24. *num.* 11. ibi: *Et dum dicunt, quod Christianus exibat de domo, deambulabat, & ibat ad viridarium, fuit responsum, hæc, & similia ab eo fieri potuisse, & debuisse pro recuperanda sanitate*, quod fir-
43 mavit etiam *Rot.coram Duran.decis.* 178. *num.* 28. *& coram Dunoz.Jun.decis* 776. *num* 12. Et in fortioribus terminis, quòd ad nostrum effectum tempus convalescentiæ non distinguatur ab illo actualis infirmitatis, observat *Rot. in decis.* 431.*num.*10.*part.*4. *tom.*2. *recent.* Et in terminis infirmi, laborantis herniæ pondere, & dolore, de quo respectu Principalis deponunt omnes testes, *Rot decis.* 25.*num.* 3. *post Zacch. quæst med. legal.* Quo verò ad magnificatam superintendentiam fabricæ, id pariter ex medicorum consilio sequutum est, ad illum sublevandum, & quidem permanendo
44 paulisper dumtaxat in sedili, ut dicunt testes *Proc.fol.*8. *à terg Quando è stato alquanto allegerito dalle sue indispositioni, certo che è stato attento, seduto ad una sedia à vedere l'operarii, più per diportarsi dalli suoi acciacchi, che per altro.*

Ex eisdem quoque testibus, formiter examinatis, & aliorum juratis attestationibus, prorsus excludi ur & insubsistens in facto detegitur prætextus, quod Principalis iter facere debuisset in illis diebus, in quibus liber fuit à morbo; Dum iidem testes uno ore concludunt, nedum à die expirati Indulti, sed etiam tempore illius durationis, nunquam in tali
45 statu sanitatis repertum fuisse, dum semper: *Quando hà caminato qualche poco è andato sempre con un bastoncino nelle mani Proces fol.*7 *à ter.* & concordant omnes alii Testes. Et tamen objecto punctualiter occurrit *Rot. in citata decis.* 24. *num.* 12. *apud Zacch. quæst. medic.legal.* cum istis verbis: *Et ad illud, quod morbus vertiginis non sit perpetuus, fuit responsum, quòd ultra vertiginem laborabat senio, & aliis infirmitatibus, unde non debebat se submittere tam imminenti periculo vitæ suæ sed quantum in se erat studere recuperationi sanitatis*, *& decis.*30 *num.*16.*post Pic.ad Stat.Urb.* ubi, quòd licèt homo non decumbat, ita tamen aliquando domi detinetur, ut non possit moveri, ne humores defluant. Et consi-
46 derando dolorem illum in mingendo, de quo deponunt testes, cum illa circumstantia: *Si vede morire ogni momento, quando urina*, qui dolor meritò carnificinus vocatur à medicis, observat *Zacch. quæst.med.leg.lib.* 10. *cons.*84 *num.* 13. *vers. Ad quod*, ibi: *Addit, quod primo loco Canonici obiiciunt, falsum esse ipso facto convincitur, quia licèt dolores, & ardores in mingendo non sint perpetui, nec frequentissimi, afferunt tamen cruciatum intolerabilem, & licèt minus frequenter illum molestent, quàm soleant &c. Sunt tamen frequentes respectu naturalis consuetudinis &c. nunc aliquando vigesies cum carnificino illo dolore mingere cogitur.*

Certiùs quia cùm semel contra medicorum consilium ad Urbem accedere voluerit, post unius dietæ iter, pœnas luit suæ audaciæ, & imprudentiæ, ex quo attentis itineris in-
47 commodis in Civitate Salernitana pessimè se habuit, ex qua, ita consulentibus, imò præcipientibus medicis celeberrimæ illius Universitatis, viribus utcumque recuperatis, statim Patriam repetere fuit coactus *Proc. fol.* 8. Ex qua experientia iter faciendi, quæ judex rerum evidenter apparentium appellatur à *Galeno*, relato à *Zacch.quæst. med.Leg. tit.* 2. *lib.*10. *cons.*84. *num.* 13. quisque facilè dijudicare poterit, an absque vitæ evidenti periculo possit Deum tentare, ite-
48 rùm imprudenter, & reluctantibus medicis se committendo itineri octo circiter dietarum.

Crescitque in immensum vis hujus animadversionis, experientiæ innixæ, dum de mense Octobr. 1697. ab itinere quartæ partis unius milliarii, suscepto impellente pietate, & charitatis officio erga defunctam sororem. *Li sopravenne una sincope di modo, che fù costretto farsi portare in una sedia, e ci ebbe à perdere la vita, e tutti dissero, ciò essergli pervenuto dallo strapazzo causatoli dal far quel poco viaggio à*
49 *piedi, essendosi molto indebolito di forze dalli continui dolori, patisce dalle sue gravi infermità, & indispositioni Pr.fol.*8.*à ter.* Ultrò proindè admittimus, quemlibet beneficiatum teneri vitam cum morte in beneficii loco commutare; Sed prætendere, quod idem beneficiatus contra experientiam, bis imprudenter tentatam, reluctantibus professoribus medicis, & se protestantibus, *per scrupolo di conscienza à non proseguire il viaggio*, proscriptorum ad instar, mori debeat in di-
50 versoriis, vel belluarum more, subdiu, & secus publicas vias, absque ulla exageratione, repugnare videtur, nedum fraternæ charitati, & christianæ pietati, sed ipsimet humanitati.

Omnia hæc testium dicta supplicamus præ oculis habere, & attentè considerare, ad dignoscendum, an Principalis vitam in deliciis, & dies suos in bonis ducat in Patria, ut nescitur sub quo veritatis colore gratis ubique in præteritum
51 exadversò dictum fuit, cum istis verbis, *per godere il dolce, e delitioso riposo della Patria*. Vel potiùs, an de eo verificentur verba *Deuter.* 28. 59. *Plagas tuas magnas, & perseverantes, Infirmitates pessimas, & perpetuas. Ecclesiast.* 2. 23. *Cuncti dies ejus doloribus, & ærumnis pleni sunt, nec per noctem requiescat*, & alia *Hieronim.* 6. 5. *Coram me semper infirmitas, & plaga*: Et considerando epiphoram, seu fistulam in oculo, de qua mentionem facit *D. Balbus* Judex
52 Remissorialis *in Epist. suprà cit. num* 13. an applicentur verba illa *Ciceronis Epist.* 418 *lib.* 16. *Balbus ad me scripsit, tanta se epiphora oppressum, ut loqui non possit &c.*

Nec dicatur, quod hæc procedant de Jure communi, secus autem attenta Constitutione S. M. Nicolai III Quia dum hæc Sacr. Congreg. pro notitia infirmitatis Principalis, in Partibus moram facientis, citatis, & acriter contradi-
53 centibus aliquibus Beneficiatis, demandavit confectionem Processus, jam ad Urbem perventi, vanas prorsus reputavit subtilitates, & criticationes voluntatis ejusdem Summi Pontificis, nimis clarè determinantis, ibi: *Casus autem, in quibus Beneficiati pro residentibus, & horis Canonicis deservientibus, etiamsi non deserviant, sunt habendi, sunt infirmitas, debilitas &c.* Idem in hac parte statuendo, quod S.M.Bonifac.VIII. sancivit *in cap.unico de Cler.non resident. in* 6. Ad quid enim non sine temporis jactura, & considerabilibus impensis hæc Sacr. Congregatio demandasset, & dicti Beneficiati mediantibus tot Interrogatoriis manus tandem dedissent probationibus infirmitatis Principalis, si hæ ad nihilum deservirent, postquam factæ? Et propterea applicari videntur in nostris terminis verba illa *Div. August. de Verb.Dom serm* 5.*&* 29. *Non nos hortaretur, ut peteremus, nisi dare vellet.* Ad abundantiorem tamen cautelam, utque

omnis

omnis in hac parte tollatur difficultas objectum hujusmodi funditùs evertitur in alia Script quæ ad prolixitatem evitandam registratur infra à *num.* 75.

Non credimus autem, quod iterum ex adversò insistatur in magnificata venditione mobilium Principalis, quando ab Urbe discessit, ad arguendum illius animum ampliùs non redeundi ad residentiam; Ut enim non semel R. P. D. Secretario expositum fuit nomine unius ex DD. Canonicis probè informati, id processit ex eo, quod non erat utile domum locatam retinere, ex quo pensio unius anni ferè æquabat illorum omnium integrum valorem. In cujus veritatis comprobationem eidem R P. D. Secr. quo supra nomine dictum fuit, quod in aliis discessibus Principalis ab Urbe, occasione muneris Visitatoris Generalis Abbatiarum, idem semper ex eodem motivo fuit practicatum. Quæ veritas hodiè intra evidentiæ fines superlativè posita est ex concordi depositione omnium testium, asserentium; *Sempre have havuto, & have al presente desiderio ritirarsi in Roma, e sempre che con me, & altri hà discorso di questo particolare, hà dichiarato, e confessato, che lui haveva fede in Dio di portare, e lasciare le sue ossa nella Basilica di S. Pietro, da cui era venuto il suo essere, però come hò detto &c. sempre n'è stato sconsigliato da medici, per il pericolo evidente, che corre di perdere la vita nel viaggiare, e strappazzarsi. Proc. fol.* 12. *à ter.*

54

55

Quod si dd. Beneficiati majorem exquirant hujus veritatis probationem, posset unus ex eisdem eo ipso tempore, quo per Sacristiam circuit, quærens, sollicitansque alios, ut se subscribant in Folio contra Principalem, eosdem Consocios certiores reddere ex certa scientia, & de facto proprio, prorsus insubsistens esse, & ab omni veritate alienum, quod Principalis *per non tornar più alla residenza habbia scasato affatto da Roma, e venduti tutti li mobili, & utensilii*, ut non semel, sed semper æquè insubsistenter dictum fuit in contrariis Scripturis, dum idemmet Beneficiatus tempore absentiæ Principalis ab Urbe gratuitum habuit commodum usus ejusdem Cappæ, quæ certè fuisset primo loco vendita, neque tanto tempore, urgente præcipuè ex alia parte magna necessitate, unà cum aliis sacris Indumentis considerabilis valoris conservata, si vera essent ea, quæ absque ullo fundamento exadversò divinando asseruntur de venditione omnium mobilium, *per non tornar più alla residenza*.

56

57

Duratio infirmitatis, quæ majora semper afferre solet incommoda illam patienti, nullatenus apta est impedire continuationem dispositionis Juris faventis infirmis, & in effectu de morbo quadriennali loquitur *Textus in cap. Ex parte de Cleric. ægrot* De longa infirmitate *Amostazz. de Caus. piis lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 34 De morbo per octo annos passo *Rot. in decis.* 25. *num.* 1. *post Zacch. quæst. medic legal.* Et de Infirmo ab anno 1596. usque ad annum 1604. *Rota in Leodien. fructuum* impressa apud *Marches. de Commission. part.* 2. *fol.* 519. *num.* 1. Et ratio est, quia sicuti nulla duratio infirmitatis naturaliter præfixa, & determinata est, ita nullum tempus à Jure præfinitum reperitur, & limitatum Beneficiatis infirmis pro lucrandis distributionibus, ut observat egregiè *Monet. de Distribut. part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 1. ubi, quòd hoc est certissimum, & punctualiter firmavit *Rot. cor. Millin. decis.* 392. *num.* 4. & 5. Minusque hujusmodi tempus limitatum est à nostra fundamentali Constitutione Nicolai III. in qua potiùs præcipitur contrarium, ut scilicet infirmi distributiones *percipiant durantibus ipsis infirmitatibus*, ut sunt præcisa illius verba in *num.* 53. Ratio autem rationis est, quia, ut advertunt *Covar. variar. resol. lib.* 3. *cap.* 13 *num.* 8. *vers Septimo*, & *Santbez cons. moral. tom* 2 *lib* 2. *consil.* 19. *num.* 2. hujusmodi impedimentum infirmitatis non provenit à Jure, nec ab homine, itaut tolli possit à Judice, vel aliis modis removeri, sed provenit ab ipso Deo, cujus judicia inscru abilia sunt.

58

59

Et ex hac animadversione corruit exageratum inconveniens, quod ad imitationem Principalis Beneficiati seniores possent Patrias repetere, ibique nullatenùs Ecclesiæ inserviendo, frui commodo distributionum; Quando enim ex justo Dei judicio alter ex Beneficiatis nostræ Basilicæ reperietur in Patria in eo statu, in quo de præsenti reperitur Principalis, (quod semper avertat Deus) nedum nullum erit inconveniens, sed maximum pietatis opus, taliter afflictum ulteriùs non vexare, neque affligere, in controversiam deducendo suas distributiones, egregiè *Bonacin. Oper. moral tom.* 1. *tit de iis quæ ad Divin. offic. &c. disp.* 2. *quæst.* 5. *punct.* 2. *num* 8. *vers. tertio fol mihi* 655 ubi in hoc pietatis officio, & charitatis actu considerat potiùs Ecclesiæ utilitatem, ibi: *Nè à servitio Ecclesiæ terreantur, & ad beneficia Ecclesiastica dimittenda excitentur, timentes fortè, ut debitis subsidiis, ægritudinis tempore destituantur.*

60

61

Cùmque Principalis non sine maximis illis incommodis, quæ inseparabilia sunt à chronicis morbis, multa passus sit, & quotidiè patiatur ab infensa duratione suæ infirmitatis, deberent Adversarii ex hoc saltem motivo ejus miseriæ misereri; Humanum enim esse infirmos compati, & relevare, observant adducti per *Sabel. in Summ. tom.* 2. *verb: Infirmitas sub num.* 4. & dum idem Principalis fructus omnes sui Beneficiatus convertere quotidiè cogitur in *Medicine, Sciroppi, Conditi, Empiastri, Unguenti, Pittime, Chisticri, Coppe à vento, Sanguette, Untioni, Solteattini, & altri medicamenti* iidem Adversarii gaudere possunt, Deoque gratias agere, quod ipsis licitum est illos erogare in lætiores, magisque gratos usus.

62

Posita autem concludenti probatione infirmitatis Principalis, non refragatur animadversio, quod eidem, etiam si revera infirmo, nullatenùs competant distributiones quotidianæ, eo quia in bona valetudine non erat solitus Ecclesiæ inservire. Quia factum non assistit, sed corruit ex ipsismet contrariis Scripturis, seu Nota Indultorum exhibita in hac Sacr. Congreg. die 9. Augusti 1698 in qua, postquam enumerantur multi anni, quibus fuit Visitator, & Vicarius Generalis Abbatiarum quando verè, & propriè nostræ Basilicæ inservisse dicitur ex literali Constitutione S. M. Nicolai III. *num* 52. ibi: *Illi autem, qui de mandato Archipresbyteri, vel eius Vicarii, & Capituli &c. absentes ab Eccles. procuranda &c. quamdiù sic absentes fuerint percipiant &c. sicut cæteri residentes, & pro residentibus habeantur.* Subjungitur in eadem contraria Nota *Nell'anno* 1687. *&c. servì alla Chiesa Nell'anno* 1688 *servì pontualmente la Chiesa &c. Nell'anno* 1689 *servì la Chiesa &c. Nell'anno* 1690 *ritornò in Patria con licenza del Rmo Capitolo per terminare la controversia delle riscessioni, e pagamenti dell' Abbatie. e fù ammesso per presente &c. Nell'anno* 1691. *ritornato à Roma servì la Chiesa. Nell'anno* 1692 *per li cinque mesi Gennaro à tutto Maggio fù ammesso per presente, e puntato alli Communi, & Essequie come Infermo, e cessata l'infermità servì la Chiesa da Giugno à tutto Decembre. Nell anno* 1693. *&c. ottene l'Indulto.*

63

64

Ex contrariis igitur Scripturis relinquitur manifestum, Principalem ante ultimum discessum ab Urbe inservisse suæ Ecclesiæ per sex annos continuos immediatè antecedentes, ultra servitium multis annis antecedentibus, eidem præstitum in munere Visitatoris, & Vicarii Generalis: Et tamen ad nostrum effectum superabundaret, ut id per solum triennium antecedens practicatum fuisset, ut observant communiter Doctores, quos refert, & sequitur *Antonell. de Loc. legal. lib.* 1. *quæst.* 4 *num.* 26. ibi: *Censetur autem quis solitus non interesse divinis ad effectum amittendi distributiones, si duobus, vel tribus præcedentibus annis, ultra tres menses ab Ecclesia, seu Choro absuerit &c. Quemadmodum solitus interesse dicitur, qui minori temp re absuit.*

65

66

Prætextui demum deficientiæ intimationis infirmitatis Principalis antequam Benefic ati acquirerent jus ad illius distributiones, respondet punctualiter *Rot. apud Garz. de Benefic. part.* 3. *cap.* 2. *num.* 363. ibi: *Infirmo, & senio confecto debentur destributiones, etiam si non resideat, & etiamsi aliquando exiret de domo, nec infirmitas esset intimata Capitulo, quia de Jure infirmis non residentibus, aliàs tamen solitis residere, debentur distributiones &c. Nec Jure cautum reperitur, quod intimatio infirmitatis debeat fieri per infirmos, & senio confectos, aliàs solitos residere ad effectum consequendi distributiones &c. Nec potest excusari Capitulum ex consumptione distributionum, bona fide facta, cum minimè probabiliter ignorare potuerit infirmitatem, & maximam senectutem, quod quidem infirmo de Jure debeantur distributiones*: & apud *Zacch quæst. medic. legal. decis* 24. *num.* 13.

67

Et tamen factum in hac parte non regit, quia ut legitur in ultima contraria Responsione § *Finalmente*, divisio distributionum inter Beneficiatos facta fuit post mensem Novembris 1698. quo tempore, nedum aderant notitiæ infirmitatis, attestationes illam comprobantes, intimationes, citationes &c. Sed quod magis est exequutum jam fuerat monitorium, & emanaverat rescriptum hujus Sacr. Congreg. ut Principalis uteretur Jure suo, à quibus Beneficiati postea distributiones Principalis inter se dividentes, positi fuerunt, nedum in mala, sed in pessima fide sicque nullo jure illas suas facere potuerunt, ut in durioribus terminis distributionum consumptarum ante impedimenta legalia, est punctualis *decis.* 24. *num.* 15. *apud Zacch quæst. medic. legal.* Et in terminis solius protestationis extrajudicialis infirmi *cor. Bich. decis.* 102. *num.* 10 & 11. Propterea que improprii sunt termini Juris quæsiti Beneficiatis à mense Octobris 1697.

68

69

1697. quo expiravit ultima prorogatio, usque ad mensem Julii 1698. quando petita fuit, & denegata nova gratia; Cum enim dicto tempore Principalis fuerit infirmis, & quidem tali debilitate praeditus, viribusque adeo destitutus, ut absque vitae evidentissimo discrimine, nec etiam facere potuerit brevissimum iter quartae partis unius miliarii, ut probavimus supra *num.* 49. & superlative constat ex nostro Summario, Infirmi distributiones in his casibus non accrescunt Beneficiatis deservientibus, minusque isti aliquod acquirunt Jus pro illis consequendis, sed ex nimium notis Juris regulis debentur eidem infirmo, eo quia Juris fictione etiam ipse Ecclesiae inservire dicitur, & ex aliis animadversionibus punctualibus authoritatibus comprobatis supra *num.* 30. *& seq.*

Concludendo igitur, aut dicendum est in veritatis destructionem ex condicto conspirasse in nostro casu duos Episcopos, 70 aliam qualificatam personam Jurisdictionem quasi Episcopalem exercentem, quinque Canonicos, triginta circiter Sacerdotes, integrum Collegium Medicorum celeberrimae Universitatis Salernitanae, duosque alios Medicos, & Chirurgum in suis Provinciis satis notos, & suprà 30. alios dignissimos testes optimae qualitatis, & famae: Unico verbo, omnes illos, qui interpellati de ordine hujus S. Congreg. vel pietate, & veritate impellente, juratas attestationes fecerunt de gravissima infirmitate Princip. non jocosè, nec officiosè, sed perniciosissimè contra conscientiam mentiendo, & nedum absque ulla propria utilitate, sed cum praecisa obligatione restituendi Beneficiatis distributiones, 71 de quibus est quaestio, quod nec etiam suspicari fas est, ut in terminis personarum, nec adeo qualificatarum, nec in tanto numero punctualiter firmavit *Rota in decis.* 408. *num.* 10. *cor. Priolo*, ubi, quòd nimis inverisimile est, quod plures personae disparis conditionis, & qualitatis conspiraverint ad struendam falsitatem, quod firmavit etiam *in decis.* 135. *num* 7. *cor. Merlin. & cor. Emerix iun. decis.* 1251. *num.* 7.

Aut verò admittendo, quod iidem qualificati testes veritatem dixerint, quodque proindè Principalis summa pau- 72 pertate laboret, illiusque infirmitas in eo reperiatur statu, de quo uniformiter deponunt, & horret certè animus audire, quod ejus miseriae non miserendo, ex adversò deducantur in controversiam illius distributiones, eique, summoperè afflicto ab infirmitate, & paupertate, nova addatur afflictio erogandi in expensas hujus litis id, quod necessarium est pro sui sustentatione, quando in his circumstantiis piae, & Ecclesiasticae personae, solent, & debent pauperibus, & afflictis, in minoribus angustiis constitutis, etiam proprios redditus elargiri, ut probat *Antonell. de Jur. Cler. lib.* 2. *part.* 6. *cap.* 16. *per tot.* & signanter *num.* 6. & videtur applicari *illud Cassiodor. lib.* 5. *Epist. Pudeat illis tollere, quibus iubemur offerre;* Praecipuè quia ipsamet humana natura dictat, succurrendum esse infirmis, etiam non petentibus, neque auxilium, & subventionem implorantibus, ut vidimus supra *par. p. discept.* 4. *num.* 65. & addimus *Sabel. in* 73 *Summ. verb. Infirmitas sub num.* 4.

Ex quibus si denegari non potest fides tot qualificatis testibus, & in Beneficiatis, ex illorum nota pietate, abundet charitas, firma remanet spes Principali consequendi suas distributiones à die expirati Indulti, usque ad tempus, 74 in quo absque vitae periculo ad inserviendum suae Ecclesiae valeat accedere, effusis desuper humillimis precibus.

In eadem Causa.

Contrarii Defensores dantes manus victas quo ad huc usque animadversa in terminis Juris communis, se restrinxerunt ad particulares leges Vatic. Basilicae, praetendentes non habere locum in ista ex particulari Constitutione S. M. Nicolai III. in minoribus ejusdem Basilicae Archipresbyteri, & in Pontificatu Beneficiatorum Fundatoris, sed aequali insubsistentia; Circa distributiones, enim ab in- 75 firmis lucrandas, ita disposuit quoad DD. Canonicos idem S. M. Nicolaus III.

Si qui autem de residentibus Canonicis sic infirmati, vel debilitati fuerint, eo scilicet tempore, quo in ipsa Ecclesia residént, vel pro residentibus sunt habendi, tantaque, seu talis esset eorum infirmitas, seu debilitas, quod absque periculo pro- 76 *prii corporis, vel multùm notabili, & magna indecentia, quae posset horrorem, vel scandalum generare, scilicet ex legaturis, emplastris in locis indecentibus, vel huiusmodi, horis interesse non possint, non excludantur à distributionibus supradictis, sed eas percipiant durantibus ipsis infirmitatibus, & debilitatibus, & indecentiis; Quas etiam percipient medicinati semel in anno diebus quatuor, & minuti sex vicibus in anno, duobus diebus in unaquaque minutione, dummodo praedicti in ipsa Ecclesia fuerint residentes, vel in Urbe, de licentia tamen Archipresbyteri, vel eius Vicarii, & Capituli, vel solius Capituli absentibus ab Ecclesia Archipresbytero, & eius Vicario, commorentur*, ut in *num.* 53. Quo verò ad DD. Beneficiatos haec leguntur in *num.* 78. *Casus autem, in quibus Beneficiati pro residentibus, & in horis canonicis deservientibus, etiamsi non deserviant, sunt habendi, sunt infirmitas, debilitas, indecentia propter ligaturas, & huiusmodi,* 77 *sumptio medicinae, & minutio sanguinis, balnea, & sicut de Canonicis est praedictum.*

Ex quibus patet, in nihilo alterasse dispositionem Juris communis, admittendo infirmitatem DD. Beneficiatorum pro una ex legitimis causis, non inserviendi Ecclesiae, cujus 78 Constitutionis verba cùm sint clara, & literalia, non admittunt subtiles argumentationes, & insubsistentes criticationes in contrarium, ut in similibus terminis novissimè observavit *Rota in Romana Clericatus, seu Beneficiatus S. Laurentii in Damaso* 3. *Martii* 1698. *§. Secundum cor. Molines.*

Supplicantes observare, quod ex ejusdem Constitutionis tenore infirmitas operatur, ut DD. Beneficiati, nedum habeantur pro deservientibus, quod verum est de infirmis in Urbe morantibus, sed etiam pro residentibus, quod nullo 79 modo verificari potest, nisi de absentibus, & in Urbe moram non facientibus, ut patet ad sensum, & ad rem nostram egregiè observat *Add. ad decis.* 576. *num.* 139. *& seqq. part.* 4. *tom.* 3. *recent.* Et distinguendo praesentiam, seu residentiam Beneficiatorum in Loco Beneficii, ab interessentia, seu servitio Chori, est magistralis *Gloss. in cap. unico verb. Adfuerint de Cler. non resident. in* 6. quam sequuntur *Lotter. de Re benef. lib.* 1. *quaest.* 20. *num.* 40. *de Ang. de Confess tom.* 2. *quaest.* 8. *num.* 28. *Card. de Luc. ad Concil. disc.* 15. *num.* 11. & firmavit *Rot. in decis.* 25. *num.* 5. apud *Zacch. quaest. med. leg. & cor. Lu-* 80 *dov. decis.* 154. *num.* 4. *& cor. Cassador. decis. unica de Praebend num.* 1. *vers. Cùm aliud sit residere, aliud Divinis interesse, & num.* 4. *verb. Ista apertè differunt residere, & interesse.*

Absque eo, quod valeat replicari, eundem Summum Pontificem Nicolaum III. *num.* 53. ejusdem Constitutionis, ubi de DD. Canonicis sermo est, limitationem addidisse, *dummodo praedicti in ipsa Ecclesia fuerint residentes, vel in Urbe, de licentia tamen Archipresbyteri vel ejus Vicarii &c. commorentur.* Duos enim casus ibidem consideravit, & providit Summus Pontifex; Primum scilicèt, quando Canonici propter infirmitatem in Urbe residere, & Ecclesiae inservire non possunt, & hujus respectu statuit illud idem, quod de Jure communi dispositum habetur *in cap. unic. de Cleric. non* 81 *resident. in* 6. deque DD. Beneficiatis legitur in dicta Constitut. juxta verba supra relata, quod scilicet infirmitas faciat illos haberi pro residentibus, & deservientibus. Secundum casum considerat idem Pontifex *à vers. Quas etiam*, quando Canonici medicamina percipere volunt, vel sanguine minui &c. & hujus respectu eximit illos pro determinatis diebus à servitio Ecclesiae, sed cum dicta conditione, dummodo in Urbe resideant, vel absentes sint cùm licentia Archipresbyteri, vel Vicarii.

Non igitur ab hoc secundo casu, speciales habente considerationes, de quibus infra *num.* 93. inferri potest ad pri- 82 mum, & quidem cum odiosissima, & nunquam praesumenda correctione clarae, & indubitatae dispositionis Juris communis, innixae maximae equitati, vulg. *leg. Papinianus ff. de Minor.* ad propositum benè *Rot. in Romana Cambii* 8. *Februarii* 1697. *§. Dictione, &* 28. *April.* 1698. *§. Rei namque in fine cor. Ursino*, & meliùs *in Romana Fideicommissi de Albe-* 83 *rinis* 10. *Martii* 1698. *§ Geminae cor. Lancet.* & priùs *in Romana Locorum Montium* 17. *Febr. pariter* 1698 *§. Minus autem cor. Ursino.* Et in punctualibus terminis Bullae Nicolai III. eadem *Rot in Roman Clericat. Beneficiatus S. Petr.* 3. *Decemb.* 1696. *§. Et tantò minùs procedit, & §. Et tantò minùs dici meretur cor. Card. Priolo.*

Observando praecipuè, quod utraque dispositio, diversos continens casus, infirmitatis scilicet, & perceptionis medicamentorum, regitur à proprio verbo, & conditio re- 84 sidendi in Urbe accomodata est, & unita secundo casui perceptionis medicamentorum &c cui proindè unicè referenda est, per *Text. literalem in leg. Quae conditio* 39. *ff. de Condit. & demonstrat.* ibi: *Quae conditio ad certas personas accomodata fuerit, eam referre debemus ad eum dumtaxat gradum &c.* & firmavit *Rot. in decis.* 633. *num.* 25 *part.* 18. *recent. & in Romana, seu Januen. Bonorum* 24. *Jan.* 1698. *§. Demum cor. Muto.*

Aliàs contrarium asserendo daretur immediata, & instantanea correctio, ad quam evitandam omnis sumenda est interpre-

85 terpretatio, ut in nostris punctualibus terminis firmavit gregiè *Rota in Roman. Beneficiatus S. Petri*, *quæ est decis.* 14. *num.*9. & 10. *part.*12. & *decis.*33. *num.*4. *part.*17. *recent.* & novissimè *in Gerunden. Prioratus* 17. *Junii* 1698. §. *Et licèt cor. R.P.D. Lancet.*

Correctio, seu inevitabilis contradictio esset manifesta, procedendo cum contraria detorsione, quia Summus Pontifex, ex supra animadversis, literaliter determinat, beneficiatos infirmos haberi pro residentibus imfirmitatis tem-86 pore; In necessarium igitur antecedens supponit illos abesse à residentiâ, ex supra animadversis *num.* 81. Qui enim in Urbe moram facit, non habetur Juris fictione pro residente, sed revera, & physicè residet, ut in terminis observat *Rot. cor. Bich. decis.* 102. *in fin. ubi concord.* Quomodo igitur absque palpabili, & manifesta contradictione, atque instantanea correctione dici potest, obligare immediatè voluisse eundem infirmum ad residendum in Urbe; Deberet enim de isto verificari, quod resideret, & non resideret, quodque moram faceret, & non faceret in Urbe, quæ implicant in terminis, & ad rem in simili egregiè observat *Rot. in Roman. Cambii* 28. *April.* 1698. §. *Intermedia coram Ursino*, ibi; *Ne duplex detur contraria lex pro uno, eodemque tempore*, & §. *Nec cùm* ibi: *Nam ad unum, & alterum insimul &c. teneri non potest, & contradictoria est una conventio cum altera*, Non est autem in Jure propopositio magis certa, quàm omnem sumendam esse interpretationem ad evitandam manifestam repugnantiam in eadem dispositione, ex cumulatis *in Roman. Fideicom. de Alberinis* 19. *Martii* 1698. §. *Nil. relev. cor. Lanc.*

Non egemus autem detorsionibus, & subtilibus interpretationibus ad evitandam hanc instantaneam correctionem, dum quoad DD. Beneficiatos verba Constitutionis sunt adeo 87 clara, ut potiùs omnem contrariam interpretationem ex seipsis excludant, ex allegatis supra *num* 79. Quo verò ad DD. Canonicos æquè clarus est literalis sensus Constitutionis, in qua postquam à vers. *Si quis* usque ad vers. *Indecentiis*, Summus Pontifex explicaverat suam voluntatem quoad infirmos, in omnibus Juri communi conformem, à vers. *Quas etiam*, novum prorsùs, & omnino diversum casum perceptionis medicamentorum, minutionis sanguinis &c. considerat, ut patet ex dictione illa, *etiam*, quæ ampliativa est, augetquè dispositionem, implicando casus à priori diversos, ut observat *Rocc. select. Interpr. cap.*18. *num.* 31. *in princip.* & *cap.*124. *num.*24. ubi, quòd est casuum multiplicativa, & pluries firmavit *Rot.* ut videre est *in decis.* 161. *num.*7. *part.*16. & *decis.*98. *num.*8. & *decis.*305. *num.*7. *part.*17. & *decis.*762. *num.*10. *part.*18. *recent* & *decis.* 47. *num.*21 *coram* 88 *Zarat.* ubi, quòd includit casus, ab expressis omninò diversos, ea ratione, quia æquivalet dictioni *Ultra*, ex cumulatis per *Add. ad Pamph. decis.* 156. *num.*22. & *Rot. decis.* 161. *num.*7. *part.*16. *recent. ubi concordantes.*

Confirmatur, magisque augetur hujusmodi interpretationis vis ex sequentibus verbis; Clausula enim illa: *Dummodo prædicti in ipsa Ecclesia &c.* cohæret immediatè perceptioni medicamentorum, sanguinis minutioni &c. nullam-89 que habet connexionem cum infirmitate, vel morbo beneficiatorum, de quibus mediante oratione separata, & ex omni sui parte perfecta, antea dispositum fuerat, ex supra animadversis. De natura autem dictionis *prædicti* est, ut referatur ad immediatè præcedentia tantùm, non autem ad 90 remota, & mediatè expressa, ut benè advertunt *Honded. cons.*72. *num.*24. *lib.* 1. *Roland. consil.* 34. *num.* 31. & 35. *lib.*4. *Rot. cor. Ludovis. decis.*495. *num.*7. ubi, quòd refertur tantùm ad immediatè antea expressa, quod firmat etiam *cor. Merlin. decis.*263. *num.*1. & *decis.*44. *eod num. part.*5. & *decis.*372. *num.*9 *part.*11. *recent.* ubi, quòd verbum *prædicti* restrictivum est, separatque nominatos superiùs à nominatis poste-91 riùs, ad quos tantummodò refertur, & *in Roman. Domorum* 8. *Decemb* 1696. §. *Neque cor Illustris. Scotto*, & *in Roman. Pecuniaria* 20 *Junii* 1698. §. *deducta cor. Ursino.*

Literalis iste sensus innegabili evidentia comprobatur ex licentia illa Archipresbyteri, vel ejus Vicarii, quam requirit Summ. Pontifex ad hoc ut in dicto casu commorantes in Urbe lucrentur distributiones, ibi: *Dummodo prædicti* 92 *in ipsa Ecclesia fuerint residentes, vel in Urbe. de licentia tamen Archiprosbyteri, vel ejus Vicarii, & Capituli &c. commorentur*: Si enim verbum illud *prædicti* intelligendum esset de infirmis, dignentur quæsò DD Beneficiati Nobis aperire, à quanto tempore citrà, seu quando nam petierunt, vel habuerunt opus licentia aliqua, quando ipsi infirmati fuerunt in Urbe ad lucrandas distributiones? Nonnè commendabili urbanitate, ex solito nostræ Basilicæ, absque ulla licentia, statur in hoc simplici assertioni cujuscunque Beneficiati? Nos ex illorum relatione loquimur, omnia submittentes in hac parte eorundem judicio.

Non obstante generali regula, quod clausula, in fine posita, referatur ad omnia præcedentia; Illa enim limitatur, quando, ut in nostris terminis verificantur, ea, quæ supra posita sunt, habent orationem perfectam, nullamque connexio-93 nem cum subsequentibus, ut aliis adductis, observant *Dec. cons.*17. *num.*34. *lib.*1. & *Barbos. tract. var. claus.*70. *num.*28. Et quando clausula non stat de per se, & independenter ab omnibus casibus, sed, ut in casu nostro verificatur, est accessoria, & consequutiva ad unum ex eis, ut advertit *Card. de Luc. de Tut. disc.* 10 *num.*6 & firmavit *Rot in decis.* 9. *num.* 3. *part* 16. *recent.* Prout etiam non procedit regula quando inter 94 unum, & alium casum aliqua diversitatis ratio assignari potest, ex cumulatis per eundem *Card. de Luca de Tut. disc.* 19. *num.*7. & *Rot. coram Burat. decis.*322. *num.*9. Diversitatis autem ratio in casu nostro est innegabilis; Absentia enim ab Urbe illius, qui medicamenta percipere vult, sanguine minui &c. est prorsus voluntaria, cùm ad libitum possit non discedere, vel ad Urbem statim redire; Non sic autem de eo, qui ex infirmitate contrà propriam voluntatem de-95 tinetur in locò, ab Urbe distante, ut de se patet. Posita verò hujusmodi clara diversitate terminorum, impossibilis est paritas illationis, & relationis ad omnia præcedentia, ad sensum, & verba *Rot. in decis.* 633. *num.*21. *part.* 18 *recent.*

Potiùs igitur applicantur in casu nostro aliæ regulæ, quod scilicet in dispositione, continente plures casus, singula singulis congruè referenda sunt, de qua cumulatis concordantibus, *Rot. in Reginen. Fideicom.* 27. *Junii* 1698. §. *Et profectò cor. R. P. D. Ans.* Quod dispositio referri semper debeat subjecto, cui illius verba magis congruant, de qua *Rot. in* 96 *Recanaten. Fideicom.* 21. *April.* 1698. §. *Verùm cor. Pio.* Quod si Papa hanc conditionem apponere voluisse in casu infirmitatis, illam apposuisset, sicut apposuit in casu perceptionis medicamentorum, quod cùm non fecerit, consultò illam omisisse dicendum est, ex adductis per *Rot. in decis.* 97 638. *num.*7. & 8. *part.*18. *rec.* & *in Rom. seu Januen. Bonor.* 24. *Jan* 1698 §. *Minus cor. Muto.* Et demum, quod verba quantumvis ampla, & generalia, ubicumque posita, ex circumstantiis restringuntur ad justum, & rationabilem intellectum, de qua *Rot. in Roman. Cambii* 28. *Aprilis* 1698. §. *Nec majorem cor. Ursino.*

Quatenus autem aliqua superesset dubietas, quod non credimus, hanc prorsus eliminavit subsequuta observantia trium Sæculorum, & ultra; Omissis enim gratia brevitatis antiquioribus casibus, hæc in nostris terminis non potest esse magis individualis, dum practicata fuit cum Principali met, DD. enim Beneficiati, nedum tacitè, consentiendo scilicet concessioni Indulti, illiusque replicatæ prorogationis, sed quod magis est die 22. Novembris 1697. interrogati à R. P. D. Parracciano, tunc temporis nostræ 98 Basilicæ Vicario, & dum hæc imprimuntur S. R. E. Cadinali atque de ordine hujus Sacræ Congregation. specialiter interpellati ad se opponen., & dicendum quidquid eis videbatur pro retardanda, vel impedienda novissima prorogatione Indulti favore Principalis infirmi, & ab Urbe absentis, nec verbum quidem fecerunt de obstaculo d. Bullæ, minusque aliqua difficultas promota fuit ab Eminentissimo Archipresbytero, vel de ejus Vicario: Signum evidens, quòd eadem Bulla, uti loquens de perceptione medicaminis, sanguinis minutione &c nullo modo complectitur alium casum veræ infirmitatis, & inhabilitatis ad residendum; Non enim in 99 mentem cordati viri cadere unquam potest, dispositionem ejusdem Bullæ Nicolai III. quæ ut legitur in fine contrarii Memorialis 9. Augusti 1698. prætenditur exadversò literaliter decidere nostrum casum, quævè est fundamentum, & basis omnium obligationum Canonicorum, & Beneficiatorum nostræ Basilicæ, ignoratam prorsus fuisse, nedum ab Eminentissimo Archipresbytero, & ejus Vicario, sed à toto corpore Capituli, & Beneficiatorum, per ea, quæ ad pro-100 positum observat *Rot. cor. Bich. decis.* 231. *num.*6 & *in part.* 12. *recent. decis.*69 *num* 32. & *in part.* 18. *dec* 415. *num.*5 & 6.

Observantiam autem optimam esse interpretem cujuscumque Constitutionis Apostolicæ, concordantibus cumulatis, in specie probat *Rot. in Bononien. Sportularum* 22. *Junii* 1692. §. *Quæ clariora coram Molines.* Et in his terminis Bullæ Nicolai III. *in Romana Clericatus Beneficiatus S. Petri* 3. *Decemb.* 1696. §. *Quod talis, & ferè per tot. coram Cad. Priolo.* Etiamsi contrarius intellectus esset de Jure verior, magisque accomodatus verborum sensui, ex adductis per *Rot. in dec.*393. *num.*7.

num.7. cor. Priol. & in Romana Cambii 8 Februarii 1697. §. Et id fit, & 28 Apr. 1698. §. Nec vim coram Ursino & in Asculana Fideicommiss. seu Domus 13. Junii 1698 §. Maximè coram Pio. Quia talis dicitur sensus in verbis, qualem demonstravit subsequuta observantia ex adductis per *Rot. dec. 165. n. 20. cor. Ottbob. & in Giennen. Juris mutandi 21. Febr. 1698. Et ad propositum cor. Ursino.*

102

In omnem verò casum (& unica hæc responsio superabundat ad victoriam) per impossibilem hypothesim admissa per modum solius discursus contraria prætensione, Constit. Nicolai III. loquitur de Canonicis, qui infirmantur extrà Urbem, & ab illa absque congrua licentia discedunt: Nos autem sumus in casu infirmitatis, Principali supervenientiæ in ipsamet Urbe, à qua cum licentia hujus Sac. Congreg. discessit, ut non controvertitur: Proindeque ad omne pejus casus noster, uti in dict. Constitutione expresse non consideratus, neque determinatus, remansit sub dispositione, Juris communis *leg. Commodissimè ff. de Lib. & posth. Rot. decis. 218. nu. 10. par 16. rec. & in Romana Assecurationis 24. Januar. 1680 §. Hinc etiam cor. Albergato, & in Romana Cambii 8. Februarii 1697. §. 1. coram Ursino*, ubi quod hæc conclusio est vera, quamvis concurreret paritas, imò majoritas rationis, & citat concordantes, *& in Romana Oratorii 13 Januarii 1698. §. Sublato coram Card. Priolo*: Et in individualibus terminis nostri casus *in dec. 25. num 6. apud Zacc. quæst. med. & coram Burat. dec. 694. num. 7.* ibi: *Statutum Ecclesiæ super residentia, & interessentia excipiens certos casus, in aliis non firmat regulam in contrarium, nec illos excludit, sed suppletur, & interpretatur à Juris dispositione.*

103

104

Et in terminis Bullæ Nicolai III. *in Romana Clericatus Beneficiatus S. Petri 3. Decemb. 1696. §. Et tanto minus procedit coram Cardin. Priolo*; Ea ratione, quia in omissis Papa præsumitur secundùm Jus velle disponere, nec ab illius sanctione recedere ex cumulatis per *Rot. in decis. 171. num. 2. coram Duran. & in Roman residui dotis 28. Aprilis 1698. §. Hunc nullatenus cor. Muto* Jure autem communi attento, beneficiatum infirmum, sive absentem, sive præsentem à loco residentiæ indistinctè lucrari quotidianas distributiones latè demonstravimus suprà à *n.* 4.

105

Diversitatis autem ratio est evidens, quia quando quis à residentia discedit absque licentia, & infirmatur extra locum residentiæ, nunquam exemptus dicitur, & liberatus ab obligatione residendi, non sic autem respectu illius, qui cum opportuna licentia, & ex legitima causa aliò se confert: Iste enim pro tempore Indulti, & prorogationis liberatus dicitur ab onere residendi, & inserviendi, eodem autem tempore finito, cum reperiatur infirmus, & inhabilis, nullam habere dicitur obligationem accedendi ad residentiam, ut in individuo casus nostri, dictos casus egregiè distinguendo, observat *Pignat. consult. canon. 81. nu. 8. & 9. tom. 5.* ubi refert, ità decisum à Sacr. Congr. Episcoporum, & Regularium.

106

Sac. Congregat. Concil. die 14 Novemb. 1699. rescripsit: *Prævio recessu à decisis, deberi distributiones in præteritum, & in futurum conceden. esse Indultum ad biennium, si tandiu infirmitas perduraverit.*

107

Verum tamen est, quod tale rescriptum, accerrimè se opponentibus aliquibus Beneficiatis obtentum, suum non habuit effectum pro tempore futuro, eo quia Principalis de mense Januarii 1700. ex hac vita piè migravit, unde illius Oppositores palparunt manibus, vera fuisse ea, quæ ex hac parte adducebantur circa illius infirmitatem; quæque Sac. Cong. Conc. mediante d. rescripto admisit, & canonizavit.

108

DISCEPTATIO XVII.

Salernitana Matrimonii.

PRO

Hieronyma Maurella.

CUM

Alexandro Moscato.

ARGUMENTUM.

Sponsalia, & Matrimonium, contracta inter conjunctos ante Apostolicam dispensationem, an sint valida, vel indigeant novo consensu post obtentam dictam dispensationem. Consanguineus matrimonium contrahens cum consanguinea, si deindè separetur ob matrimonii nullitatem, an fiat inhabilis ad contrahendum cum aliis mulieribus.

Mutuo implicati amore Alexander Moscatus, & Hieronyma Maurella, post varia colloquia de contrahendo matrimonium, ac etiam post secutam copulam, & disseminatam famam ejusdem copulæ, dispositas nuptias, quas Alexandri conjuncti præpædire decertabant, Sponsi prædicti effectuare diligenter curarunt; Die enim 26. Septembris 1697. dum Parochus post apertam januam Parochialis Ecclesiæ Sancti Laurentii Oppidi Solophræ, ad celebrationem missæ, summo manè dici solitæ, necessaria parabat, ei occurrerunt Alexander, & Hieronyma præfati, atque coram eo, & duobus testibus, matrimon. invicem contrahere velle affirmarunt, dicendo Alexander *Sentami Sign. Parocho: Io voglio questa Sig. Girolama Maurella per moglie*, & ipsa Hieronyma respondit *Io voglio il Sig. Alessandro Moscati per marito*, post quæ verba Alexander detracto è digito annulo, istum in Sponsæ digitum posuit.

1

2

Quia verò ad eorum notitiam pervenit, in 2. & 3 consanguinitatis gradu esse conjunctos ab ulteriori matrimoniali actu se abstinuere, & dispensationis gratiam à Sancta Sede successivè impetrarunt.

3

Post obtentam dictam dispensationem, uterque necessarias instantias promovit in Curia Archiepiscopali Salernitana pro matrimonii effectuatione, Imò Alexander etiam literas ab Eminentiss. Prodatario impetravit super postcipatione pœnitentiæ, iterum declarando, velle Hieronymam in uxorem ducere, ad quem effectum mandatum procuræ in personam Antonii Maurelli exaravit ad ejus nomine contrahendum dictum matrimonium solemniter cum Hieronyma in faciem Ecclesiæ, prout hæc omnia patent ex Relatione Illustrissimi Archiepiscopi Salernitani.

4

Dum in Curia Salernitana hæc procurabantur: Promotor Fiscalis ejusdem petiit, Hieronymam, & Alexandrum declarari incursos in censuras, à Constitutionibus Synodalibus comminatas, ex quo ausi fuere contra formam in Concilio Tridentin. præscriptam matrimonium contrahere: Quamvis autem hujusmodi censuræ nullatenùs validæ sint, eo quia Episcopi non possunt excommunicationis pœnam imponere contra matrim clandestinè contrahentes, vel Parocho dolosè, & malis artibus adhibito juxtà oraculum Sac. Congregat. Concilii 25. Januarii 1681. registratum in *libr. 31. Decret. fol. 323.* Nihilominus ad id non advertendo, & forsan ignorando in eadem Curia Archiepiscopali comparuit dict. Moscatus petendo recessum à Sponsalibus, & matrimonio, jam pridem contractis, & sic ab eo tempore, quam adamavit non sine injuria odio habere cæpit, Quamobrem Curia prædicta, non solum per Cedulones à fidelium consortio eosdem Sponsos sejunxit, sed insuper decrevit, matrimonium hujusmodi, utpote contractum cum existentia impedimenti consanguinitatis in secundo, & tertio gradu, nulliter, & invalidè fuisse contractum, salva provisione facien. super validitate, vel invaliditate Sponsalium.

5

Ab hoc decreto reclamante Hieronyma, obtinuit, causam remitti ad hanc Sacram Congregationem, coram qua duo fuerunt subscripta dubia, proposita in Congregat. habita die 3. Martii 1708. in qua ego non scripsi, primum nempè *An constet de nullitate matrimonii, & quatenus affirmativè 2. An constet de sponsalibus*, quorum primum resolutum fuit affirmativè, ea ratione, quia de consanguinitate in 3. gradu inter contrahentes nulla omninò aderat controversia: Inter conjunctos autem usquem ad 4. gradum consanguinitatis, vel affinitatis matrimonium non potest subsistere, tam de Jure antiquo *in cap. Quod super his, & in cap. Non debet de Consanguinit. & affinit.* quàm ex nova dispositione Concilii Tridentini *in sess. 24 de Reform. Matrim. capit. 5.* & notant *Corrad. in Prax. lib. 7. c. 7. sub num. 4: lib. 8. cap. 3. nu 20. de Just. de Dispensat Matrim. cap. 4. numer. 228. & seqq. & Rot coram Millin. decis. 329 num. 1.*

6

7

Itaque si deindè post contractum matrimonium obtineatur Apostolica dispensatio ad matrimonii valorem novus accedere debet consensus coram Parocho, & testibus, juxtà animadversa per *Barbos. de Paroch. cap 21. sub nu. 84. Panimoll. dec. 46 num. 32. Card. de Luc. de Matrim. disc. 17. num 4 & ad Concil. disc. 17. num 6. & 11.* & firmata per *Rotam in dec 201. num 4. coram Mantic. & dec. 785. num. 5. cor. Cerro dec. 107. n. 1. & per tot. part. 8. & dec. 242. numer. 8. par. 14. rec.* Atque liberum

8

berum sit utrique contrahenti eundem novum consensum denegare, ut notat *Guttier. Canon. quæst. libr. 1 quæst. 22. sub num. 18.* ibi: *Nihilominus tamen ante, & post dispensationem impetratam quemlibet ex contrahentibus poterit ad libitum pœnitere, cum novus consensus ad contrahendum sit necessarius post omnimodam expeditionem dispensationis, ex quo fit, ut si tunc nollent de novo consentire, essent liberi*, & concordant *Bertacchin. vot. dec. 128. num. 4. & Rot. dec. 107. sub n. 4. post 1. volum. cons. Farinac. & dec. 242. n. 8. par. 14. rec.*

Ex eodem quoque motivo 2. dubium resolutum fuit negativè, hoc est pro nullitate sponsalium, quia inter consanguineos sponsalia etiam nullatenùs validè contrahi possunt, & contracta nullius sunt momenti, etiam si contracta fuissent sub spe obtinendæ dispensationis, ex adductis per *Cevall. opin. comm. contr. commun. quæst. 391. num. 3 Card. de Luc. de Dot. disc. 79. num. 9.* & latè *Roc. disp. Jur. cap. 62. num. 32. & seqq. Rot. decis 742. num. 2. par. 14. & dec. 96. sub num. 13. cor. Pamphil. & dec. 2222. num. 17. & seqq. coram Coccin. & dec. 108. numer. 23. coram Zarat. & dec. 66. num. 5. & 6. coram Benincasa.* Adeout obtenta in exequutionem dictæ reservationis Apostolica dispensatione, adhuc cogi non possint contrahentes ad præstandum consensum, quatenus illum dare nolint, ut probant prædictæ authoritates, & signanter d. *dec. 66. nu. 5. cor. Benincasa, & dec. 785. n. 6. cor. Cerr.*

In nova igitur propositione, in qua scripsi, insinuavi Procur. mulieris, ut non ampliùs insisteret in dictis duobus dubiis, sed procuraret additionem alterius dubii, effectu subsequuto cum subscriptione sequentis dubii.

An Alexander effectus fuerit inhabilis ad contrahendum matrimonium cum aliis mulieribus: Pro hujus dubii affirmativa resolutione adducimus 1. loco rotundum, & literalem Textum *in can. Qui propinquam 35. quæst. 2. & 3.* qui non potest esse magis clarus, magisque evidenter dictum dubium decidere, ut ex lectura.

Adducimus 2. Datariæ stylum, secundum quem in illis dispensationibus matrimonialibus, quæ expediuntur pro incestuosis consanguineis, apponitur semper clausula: *Quod alter alteri supervivens perpetuò absque spe conjungii remaneat*, ut videre est apud magnum practicum, & æquè doctum commentatorem Praxis Datariæ *Corrad. lib. 8. cap. 3. num. 60* Hujusmodi autem Datariæ stylus pro lege servandus est, ea ratione, quia Dataria dicitur Papæ organum, ut advertunt *Gonzal. ad Regular. 8. Cancell. gloss. 63. num. 60. & Cardin. de Luc. de Benefic. discurs. 16. n. 9. & disc. 104. nu. 10.* & firmavit *Rot. in dec. 703. n. 11. cor. Cerr. & dec. 814. n. 4. cor. Emer. Jun. & in p. 18. rec. dec. 379. n. 2.*

Adducimus 3. *magistral. resolutionem hujus Sac. Congreg. in una Papien., seu Januen., de qua in Lib. 29. Decr. folio 428. à tergo*, ibi: *Diviti adolescenti puellæ consanguineæ Parentes matrimonium cum filia suadere cœperunt, & spem Pontificiæ dispensationis ostendere, eumque sub semihoram in lecto introduxerunt, unde connubiis factum initium, ex quo prolis fructus prodiit, sed re, delata ad Episcopum, fuerunt separati, & licet petita, nunquam obtenta fuit dispensatio, ex quo cum ob incestum contracta est inhabilitas ad contrahendum cum aliis, supplicatur pro declaratione nullitatis matrimonii, cum absolutione ab incestu, necnon cum decreto contrahendi cum aliis.*

Ad hæc reperio adnotata infrascripta manu Card. Alciati: Die 29. Maii 1588. Congreg. particularis S. T. V. A. S. censuit, faciendam supplicationem Sanctiss., in qua narretur iste casus, & petatur tolli illam inhabilitatem, quam ex hoc contraxit ad ducendam aliam in uxorem.

Et congruam hujus communiter receptæ propositionis rationem adducunt *Barbos. in d. can. Qui propinquum 35 qu 2. Petr. Gregor. Tholosan. Syntagmat Jur. lib. 9. cap. 11. num. 4. vers. Sed Jure, Choveron. in Rubr. de Incest. numer. 17. Farinac. quæst. Crimin. par. 5. quæst. 149. num. 142. Sanctarell. var. resol. lib. 1. quæst. 54. num. 3. Philiarch. de Offic. Sacerd. tom. 1. par. 2. lib. 2. cap. 13. in princip. Ledesm. de Matrim. quæst. 55. artic. ultim. dub. 2. difficult. 1. conclus. 1. & Menoch. de Arbitrar. cas. 102. num. 106.* quia scilicet dignum, & justum est, ut cum incestuosas nuptias contrahentes, agant contra Sacramentum, illo priventur, & *Corrad. in Prax. dispensat. lib. 8. capit. 3. numer. 60* ubi, quod talis inhabilitas contrahentis incestuosas nuptias ad contrahendum matrimonium cum aliis, est pœna delicti incestus, *Sanchez. de Matrimon. lib. 3. disp. 42. numer. 7.* ubi, quod hujusmodi pœna tendit in maximum animarum favorem, quia retrahit consanguineos ab irritis matrimoniis.

Neque juvat recurrere ad assertam ignorantiam dicti impedimenti consanguinitatis. Ultra quod enim adversus contrahentes matrimonium, omissis denunciationibus, quale est illud, de quo disputamus, præsumitur mala fides, & ignorantia impedimentorum dicitur affectata, & crassa, neminem excusans, ut sequendo *Tex. in leg. Qui contra Jura de Regul. Jur. in 6.* notant *Wames. cons. 534 num. 8. de Just. de Dispens. Matrim. lib. 1. cap. 4. num. 448. Barbos. vot. dec. 1. num. 137. & Card. de Luc. de Matrim. disc. 16. n. 16.* & firmavit *Rot. in Mediol. impotentiæ 16. Martii 1588. §. Verum cor. Gyptio.*

Respondemus primò, scientiam dicti impedimenti in nostro casu superlativè probari ex confessione, ab utroque conjuge emissa pro obtinenda Apostolica dispensatione, ibi: *Quod ipsi aliàs scientes se secundo, & tertio à communi stipite provenientibus consanguinitatis, vel affinitatis gradibus invicem esse conjunctos, vel attinere.* Juncta cum alia confessione, seù instantia ejusdem Alexandri die 23. Junii 1698. emissa in actis Curiæ Salernitanæ ibi: *Contraxisse matrimonium, licet nulliter coram Rever. proprio Parocho in faciem Ecclesiæ cum Hieronyma Maurello, &c. in 2. & 3. consanguinitatis gradu comparenti conjuncta, &c.* Necnon cum protestatione die 28. Januar. 1700. ab eodem emissa in Civitate Neapolis, ibi: *Fui forzato contrarre matrimonio clandestino, senza dispensa in grado proibito, con la Magnifica Girolama Mauriello congiunta in 2. e 3. grado di consanguinità &c.* Propria enim confessio omnem superat probationem, habeturque pro clara, & incontroverribili demonstratione, juxtà *Textum in l. Cum precum C. de Liberal. caus.* cum aliis apud *Rot. in dec. 236. num. 1. cor. Celso, & dec. 5. num. 4. cor Priol.*

Respondemus secundò, quod prætextus ignorantiæ ad nostrum effectum nullatenùs attenditur, neque in aliqua habetur consideratione, quando, ut in præsenti verificatur, matrimonium fuit contractum culpabiliter omissis denunciationibus, quod non probamus inductione, vel argumentis, minusque authoritate unius, vel alterius Doctoris, sed ex oraculo, & rotunda dispositione illius Sacrosancti Concilii, à quo plura Catholica Ecclesia consequuta est commoda, quàm ab omnibus aliis generalibus Conciliis, simul unitis, ut vidimus supra *Discep. 2. n. 308.*

In Session. enim 24. de Reformat. matrim. cap. 5. hæc leguntur. *Si quis intra gradus prohibitos scienter matrim. contrahere præsumpserit, separetur, & spe dispensationis consequendæ careat, idque in eo multò magis locum habeat, qui non tantum contrahere, sed etiam consumare ausus fuerit, quod si ignoranter id fecerit, siquidem solemnitates, requisitas in contrahendo matrim. neglexerit, eisdem subiiciatur pœnis, Non enim dignus est, qui Ecclesiæ benignitatem facilè experiatur, cujus salubria præcepta temerè contempsit.*

Pro quorum omnium faciliori admissione, dignentur Eminentissimi Patres misericordes convertere oculos ad infelicem illum statum, in quo reperitur nobilis Principalis; Quatenus enim Alexander non posset cogi ad effectuandum cum ipsa matrimonium, atque in sua libertate constitutus diceretur transeundi ad alias nuptias, adversus omnia Jura Mundi, duo inevitabiliter sequerentur inconvenientia; Primum quod idem Alexander remaneret prorsus impunitus, & prò illo eodem num. crimine, pro quo Sanctissimi Pontific. incestuosis consanguineis meritò imponere semper solent pœnam illam, *ut alter alteri supervivens perpetuò absque spe conjugii remaneat*, vivente adhuc Hieronym., & ante ipsius oculos posset alteram mulierem triumphali more in uxorem ducere; Secundum verò, quod idem Alexand decipiens incautam, inexpertamque Principalem, ab eaque tollens id, quod neque etiam Deus potest illi restituere, juxtà dictum Divi Hieronym in Epistol. ad *Eustoch.* registrata *in Canon. 11. 32. quæstion. 5.* nullum experiretur incommodum; E converso autem Principalis omni miseratione dignissima, irreparabile sentiret præjudicium ex dolo, machinationibus, & malis artibus Alexandri, improbatis à *Text. in leg. unica Codic. de Raptor. Virgin* ibi: *Nisi eam sollicitaverit, nisi odiosis artibus circumvenerit, non facit eam velle*, & benè *Sanch. de Matrim. lib. 7. disp 12. nu. 11.* Idque adversus omnia Jura, disponentia, subveniendum esse deceptis, non autem decipientibus, ut videre est apud *Thom. de Thomasett. in florib. legum. regul. 92. in princip.*: *Nam* (sunt verba *Brovver. de Jur. connub. lib. 1. cap. 19 numer. 1., & 2. fol. mihi 176.*) *Sicut in amore, & ambiendis puellis, candidè, & sincerè agere, laurum mereatur, & laudem, ità fallere, ac candoris oblivisci, ignominiam, & pœnam*, quæ registravimus *in Tract. de Matrim. nullit. §. 22. num. 12. & 13.*

Adversus quæ non credimus repetendum, quod Alexand. coactus fuerit matrimonium, de quo agitur contrahere, urgente præsentia plurium Consanguineorum Hieron. ut gratis ubique dict. fuit in prædicta prima propositione Causæ.

Pro

Pro adæquata enim confutatione hujus curiosi adinventi, dignentur EE. PP. perlegere contrarium Summarium, in quo registratum fuit examen Parochi, referentis contractum matrimonii, de quo agimus, his verbis. *Giovedi entrai in Chiesa, &c. e nel mentre mi ero inginocchiato, uscì dietro l'Altare il Dottor Alessandro Moscati con il schioppo in mano, &c. e mi prese per un braccio dicendomi: Senta Sig. Paroco, Io voglio questa Sig. Girolama Mauriello per mia moglie, &c.* Est enim mera vanitas prætendere, quod homini forti armato potuerit incuti timor, vel ab inermi fœmina, vel à Parocho, dolo inducto ad assistendum matrimonio, vel demum à testibus, qui nec verbum aliquod dixerunt, nec minimum ediderunt motum, vel signum, ut patet consideranti.

Fortiùs quia idem Alexander in examine, facto coram Judice Ecclesiastico, eundem metum concludentissimè excludit, asserendo potius, quod ejus germani Fratres. *Che non hanno à caro questo matrimonio, mi volevano forzare à non farlo anco con minaccie*. Est nè igitur verisimile, quod d. Alexander coactus dici possit ad contrahendum matrimonium illud, pro quo ejus Fratres ipsum seriò urgebant, imò etiam minabantur, nè illud contraheret: Sunt hæc adeò inverisimilia, ut ex se ipsis palmarem insubsistentiam somniati prætextus excludant, juxtà animadversa per *Cravett. cons.61. num.9. Rot. cor. Coccin. dec.2342. num 40 & cor. Priolo dec.220. in fine*.

Ultrò autem fatemur cum Alexandro in ejus examine, ubi asserit se coactum fuisse ad contrahendum matrimonium cum Principali; non autem ab extrinseco, sed ab intrinseco, seù urgente ejus conscientia juxta illa verba. *Sendo io obbligato con la Sig. Girolama Mauriello, e forzandomi la coscienza a contrarre con essa, stimai bene effettuarlo per verba de' presenti*. Quæ species coactionis fraternizat cum illa, que legitur in principio *cap.8. Proverbiorum*, ibi: *Fugit, &c. nemine persequente* quævè nullatenus apta est ad annullandum actum, ut egregiè probat communis in matrimonii materia Magister *Sanch. lib 4. disp.13. num.3.* ad rem advertens, quod in his terminis metus provenire dicitur à natura delicti, & ab intrinseco, estque propositio, nullam admittens dubietatem, cum qua processit *hæc Sac. Congreg. in Spoletana 2. Maii 1705.*

In eadem Causa.

Exclamant contrarii Defensores in eorum Memoriale impresso post § *Nulla enim*, & continuant exclamationes in Responsione § *Quo demum, nulla lege, Canone, aut Concilii Tridentini decreto, pœnam inhabilitatis infligi contrahentibus matrimonium cum consanguineis suis, etiam cum scientia impedimenti dictæ consanguinitatis*, sed absque ullo fundamento; Ex multis enim sacris Canonibus, quos referunt, & sequuntur DD. allegati *sup. n.17.* mirabiliter urget *can. Qui propinquam 35 quæst.2 & 3.* in quo, non *Gratianus* in aliqua palea, minusque aliquis ex Sanctis Patribus, *ab eodem Gratiano* in Decreto adductus, sed S. Fabianus Papa, qui martyrio coronatus fuit anno 253. non potuit præsentem casum magis punctualiter decidere, quàm asserendo: *Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt, & separantur, non licebit eis quandiù utrique vivunt, alias uxores sibi in conjugio sociare, nisi ignorantia excusentur*, ubi communiter Repetentes, quorum aliqui, allegati à *Barbosa* asserunt, id vulgatum esse, ibi: *Vulgò colligitur ex hoc Textu, contrahentes incestas nuptias non posse cum aliis contrahere matrimonium*.

Cum hoc punctuali textu concordat inconcussus Datariæ stylus pro lege servandus, secundùm quem in dispensationibus matrimonialibus quæ expediuntur pro incestuosis consanguineis, apponitur clausula illa, *quod alter alteri supervivens perpetuò absque spe conjugii remaneat*, cui nihil exadversò respondetur.

Nec dicatur, quod hujusmodi pœna infligatur à Dataria illis, qui uti volunt gratiis dispensationum, quod non verificatur respectu Adversarii; Id enim nullatenus subsistit, quia dicta pœna sequitur delictum incestus, & ante dispensationem Datariæ vigebat, illique subjectus erat incestuosus, quod manibus palpare facit verbum illud, *remanet*, digito ostendens, pœnam fuisse inflictam à Jure antè actum dispensationis; Non enim remanere aliquid dicitur, quod priùs non aderat *Rebuff. in l. Verbum vers. Remanere ff. de Verb. signific. & Rot cor. Dunoz. Iun. dec.630. num.13. & in par.17. rec. dec.168. num.20.* Et si contrarium verum esset, diceretur in dispensatione absque spe conjugii *efficatur &c.* non autem absque spe conjugii *remaneat*, ut patet ad sensum.

Concordat etiam punctualis resolutio hujus Sac. Congr. de qua *suprà n.14* quæ pariter magno involvitur silentio in contraria Responsione, queve etiam pro lege habenda est, ex animadversis *supr. discep.6. num.64. p. pr.* Itaut in controversiam deducere subsistentiam hujus textualis propositionis, ab hoc Sacrosancto Senatu amplexæ, & à Dataria quotidiè practicatæ, sit Solem in meridie controvertere, cognitamquè veritatem impugnare.

Quibus non contradicunt authoritates, pro punctualibus allegatæ in contrariis Scripturis: Pro illorum siquidem applicatione *cum Menoch. de Arbitrar. cas.502. à num.97.* duo casus distinguendi sunt.

Primus est, quando incestus commissus fuit sine colore matrimonii, *& de hoc casu, qui non est noster*, loquuntur DD. omnes, exadversò citati, & insistentes, seque forsan confusè diffundentes in ea circumstantia, quæ toto Cœlo distat à nostris terminis, an scilicèt copula habita sit cum consanguineis uxoris, vel cum consanguineis propriis, seù viri, ut ex illorum lectura remanet manifestum.

Secundus casus est (sunt verba *Menochii, ubi supra num. 103.*) *quando commissus est incestus sub colore, & figura matrimonii, hoc etiam casu multæ impositæ sunt pœnæ à Iure Pontificio. Prima quarum est, quod incestuosi sunt ipso jure excommunicati &c. Secunda, ut separetur thorus &c. Tertia est pœna, nè possint ii incestuosi cum aliis contrahere matrimonium, Can. Qui propinquam 35. qu.2. & tradit &c.* De hoc autem secundo casu, qui est noster, nullus omninò ex Doctoribus, in contrarium citatis, loquitur, ut ex recognitione.

Parum igitur refert, quod Adversarius absolutionem obtinuerit à dicta prima pœna, seu excommunicatione, juxtà documentum, exhibitum in calce contrarii Memorialis. Quia ex tali absolutione, seù remotione primæ pœnæ excommunicationis, nunquam sublata dici potest tertia, hoc est inhabilitas ad contrahendum matrimonium cum alia muliere. Quando enim plura adsunt vincula, ex eo quod tollatur unum, nihil infertur circà aliud, ex animadversis per *Card. de Luc. de Emphyt. disc.3. num.4. & Rot. decis. 299. num.5. coram Dunoz jun.*

Præcipuè, quia eadem inhabilitas tolli non poterat à Vicario Salernitano, à quo obtenta fuit dicta absolutio, sed recurrendum erat, & est ad Summum Pontificem, juxtà Oraculum hujus Sacræ Congregationis, de quo *supra num.14.*

Nec credimus allegand. prætextum ignorantiæ impedimenti consanguinitatis; Illa enim concludenter excluditur ex animadversis *supra num.19.* Imò plusquam tacitè admittitur in contrariis Scripturis positiva scientia hujusmodi impedimenti, quæ revera innegabilis videtur, tam attenta proximitate contrahentium, dum juncti sunt in secundo, & tertio consanguinitatis gradu, quàm Adversarii qualitate, nedum V. I. D. sed magna dexteritate, & sagacitate præditi, quàm demum angustia Loci Casalis Serenæ, Patriæ eorundem, ubi contractum fuit matrimonium; In parvis enim Oppidis, & angustis Locis, nulla reperitur vetula, nullusque adolescens, vel villicus, qui perfectam non habeant notitiam graduum consanguinitatis conterraneorum, ut experientia manifestum est.

Demùm non credimus exadversò impugnandum incestum, seù copulam, cum Principali habitam; Ex combinatione enim omnium illarum circumstantiarum, quæ resultant ex utroque Summario, nullus remanere videtur locus de illa dubitandi, sivè considerentur verba illa Adversarii, *Sforzandomi la coscienza a contraere con essa*, sivè confessio Principalis, sivè Constitutum Adversarii, de quo in Relatione Reverendiss Archiepisc. sivè demum, aliis omissis juxtà *Senec consil. in declamatione 2. de Virg prostituta*, ibi: *Quædam satius est, vel cum causæ detrimento tacere, quàm inverecundè dicere*, ponderando circumstantiam illam, quod post contractum matrimonium, Principalis, & Adversarius, remotis arbitris, ad eorum placitum moram fecerunt in secretis cubiculis, locisque aptis ad matrimonii consumationem; Si enim *de Rosis in Prax Crim. par.3 cap.4.* quem secutus fui *in meis Instit. crim. lib.3. tit.5. num.43.* ex tali permanentia in similibus locis ad duriorem effectum probandi carnis delicta, solidè advertit, id sufficere, ea adducta congrua ratione, quia non est præsumendum, quod Psalmos legerint, vel sacra colloquia tractaverint, sed quod perfecerint id, quod locus, & occasio præbuerunt; Quantò magis eadem præsumptio viget in nostris terminis, in quibus contrahentes non fuerunt in sensu committendi peccatum, sed attento præcedenti contractu matrimonii in facie Eccle-siæ,

siæ, deveniendo ad illius consumationem, crediderunt facere actum meritorium, per ea, quæ notant *Div. Thom. in sup. 3. p. q. 42. artic. 3. & Sanc lib. 9. disp. 1.*

47

Non attento, quod hujusmodi probationes dicantur præsumptivæ; Sumus enim in operatione, quæ patere non solent visui; ut dicit *Gloss. in cap. Literis verb. Ut concedebant de Præsumpt.* in qua proindè uno ore receptum est inter Canonistas, illam probari præsumptionibus, & conjecturis, etiam ad effectum dirimendi matrimonia, ut videre est apud *Mascard. de Probat. conclus. 57. num. 7. & 8. Farinac. quæst. 136. num. 2. & Panimoll. dec. 93. adnot. . num. 15.* & sunt in hac parte *magistrales dec. 261. per tot. cor. Otthob. & decis. 8. à num. 30. cor. Arguell. & in Colonien. Nullitatis Matrimonii 1. Iulii 1693. §. Ex quibus coram Molines* confirmata *cor. Emerix. jun dec. 1194. num. 3.*

48

Quæ dicta sint ex abundanti, quia dictus celeberrimus, & punctualis Textus, pro inducenda inhabilitate contrahendi matrimonium cum aliis, non requirit probationem copulæ, sed solum matrimonii contractum, ibi: *Qui propinquam sanguinis uxorem ducunt.* Idque in pœnam temeritatis taliter contrahentium matrimonia, ut scilicèt illo priventur Sacramento, cui injuriam fecerunt; Et in favorem ejusdem Sacramenti, ut nimirum terreantur alii, & non de facili matrimonia cum impedimentis dirimentibus contrahant, ut observat *Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 42. num. 7.*

49

Sacra Congr. Concilii in hac causa sequentia fecit rescripta Die 3. Martii 1708. I. Dub. *An constet de nullitate Matrimonii*, Respondit: *Affirmativè*. II. verò dubio. *An constet de Sponsalibus*, Respondit: *Negativè* Die 17. Novembris 1708. I. Dubio. *An sit standum, vel recedendum à decisis*, Respondit: *In dec.* II. verò dubio superaddito, *An Alexander factus fuerit inhabilis ad contrahendum matrimonium cum aliis*, Respondit: *Affirmativè in casu, de quo agitur*. Demum die 11. Januarii 1710. Dubio, *An sit locus petitæ dispensationi*, Respondit: *Negativè*.

50

DISCEPTATIO XVIII.

Asculana.

PRO

Reformata Provincia Sancti Francisci Marchiæ.

CUM

Fr. Angelo Ab Asculo Clerico ejusdem Provinciæ.

ARGUMENTUM.

Religiosus strictioris observantiæ San. Francisci, transmissus ad Triremes, terminato tempore condemnationis, an recipiendus sit inter Religiosos suæ Provinciæ.

Sino dall'anno 1704. sotto li 3. del mese Gennaro fer. fer. fù pronunciata sentenza *ad triremes per septennium*, dal Reverendissimo P. Gio: Antonio da Palermo di quel tempo Commissario Generale di tutta la Famiglia Cismontana dell'Ordine di S. Francesco contro Fr. Angelo d'Ascoli, Chierico Professo della Riformata Provincia della Marca, non senza rendimento di grazie, accettata dal medemo, attesoche, à misura de suoi delitti, meritava pena molto maggiore, come dal tenore della medema sentenza, e sua accettazione, originalmente esibita in Segretaria.

1

Terminato detto tempo, facendo il medemo istanza di ritornare nella detta Religione, e Provincia, hà avuto ricorso all' EE. VV. che essendosi degnate di ricercare il Voto del Reverendiss. Padre Procuratore Generale, che è stato esibito in Secretaria, nel quale asserisce, esser la contraria istanza contro le Constitutioni, e contro la consuetudine della Riforma, per parte della Provincia della Marca sono umilmente supplicate l'EE. VV. ad ordinare che non vi sia ricevuto.

2

La ragione fondamentale è appoggiata alle chiare, e letterali Constitutioni della nostra Religione, ne' quali *al cap. 7. num. 71.* si determina, che. *Nullus expulsus, & ad triremes damnatus, amplius ad Ordinem admittatur*, quali Constitutioni, come approvate in forma specifica dalla S. Sede mediante l'Oracolo di questa S. Congregat. fino sotto li 18. Ag. 1662. previa una resoluzione della Congregat. particolare delli Signori Cardinali Carpegna, Franciotto, & Brancaccio, come si è autenticamente giustificato nelle mani dell' Eminentissim. Ponente, devono inviolabilmente, e come legge Papale osservarsi, come puntualmente fermò *la Sagra Rota nella Firmana annuæ præstationis 15. Iunii 1705. §. Omnisque tollitur avanti Monsignor Molines*, & è conclusione, che è ammessa communemente ne' Tribunali, e non hà contradittore alcuno.

3

4

Alla quale si aggiungono trè riflessioni, ogni una delle quali è di tanto peso, che da se sola basterebbe à farne rigettare l'istanza; Onde molto più ciò dall'EE VV. si spera considerandole unitamente colle dette Constitutioni, che in questa parte sono assai chiare, e letterali. La prima, che ricevendosi nella Religione verrebbe questa a tenere un'infame, *infamia facti, & juris*, e come tale incapace di entrare in detta, & in tutte le altre Religioni, che senza principio alcuno di dubio è quello, ch'è stato condannato in Galera, *& actualiter remigavit*, come determinò la san mem. *di Urbano VIII. li 4. Gennaro 1635.* al riferire dello *Squillant. de Privil Episcop. par. 3. cap. 22. n. 34. & del Corrad in Prax. dispensat. in addit fol. 25. n. 55. & 56.* dove *per extensum* si trova registrato detto oracolo Pontificio, & osservatissimo nelle *nostre Instit. Crim lib. 4 tit. 5. num. 245.*

5

6

La seconda perche sarebbe causa di continue inquietudini ne' Conventi, dove fosse collocato di stanza, oltre il pericolo prossimo di esserli continuamente rinfacciata la passata vita, e presente infamia, anzi con maggior facilità attesa la permanenza nelle carceri, e Galere, che sono chiamate meritamente scuola d'infamità *dall Isern. ad Constit. Regn. tit. de Homicid. &c. rubr. 77. column. 6.* e casa del Demonio *da Tertulliano*, seguitato dalla *Rota nella dec. 179. num 9. par. 14. rec.* e ne' nostri precisi termini l'osservanza *il dottissimo Fagnano nel cap. Religiosi num. 68. de Regul.* con queste parole, *Regulares transmissi ad triremes ad tempus, eo elapso, redeunt ad Religionem multò nequiores quàm antea, & alios suis corruptis moribus contaminant, & omnes afficiunt gravissimo scandalo*.

7

Terza, perche non restarebbe alle Religioni strada aperta per potersi liberare da cervelli inquieti, e degni della galera, giache l'altra dell'incorrigibilità, per le tante formalità, che devono accompagnarla, riesce quasi impratticabile in fatto, come è notorio per esperienza, e l'osserva il *Novar. in Summar. Bullar. tom. 2. com. 8. per tot.* e particolarmente dal *num. 27. fino al fine.*

8

Al che non puole opporsi l'opinione di alcuni Dottori, che parlando ne' termini del Jus commune, ò di quelle Religioni, che non hanno ciò per legge particolare delle loro Constitutioni, inclinando nella opinione contraria, con addurre anche una risoluzione di questa Sagra Congregazione delli 12. Maggio 1617. come si può vedere nel *Donat. Rer. Regular. tom. . tract. 9. de Galeot Religios. quæst 22. per tot.* Perche in concorso di una Constituzione, specialmente approvata dalla Santa Sede l'anno 1662. come si è giustificato di sopra, non devono attendersi le autorità di qualsisia Dottori, già che quella della Santa Sede con ogni fondamento viene chiamata, & è massima *dal Card. de Luc. de Benef. disc. 89. sub n. . vers. sed melius* con altre puntuali autorità addotte di sopra *disc. 10. num. 6.*

9

Dal che resta categoricamente risposto alla d. resolutione di questa Sagra Congregazione dell'anno 1617. Perche detta conferma *in forma specifica* come posteriore ottenuta l'anno 1662. deve essere per ogni riguardo preferita, essendo trito l'assioma. che *posteriora derogant prioribus*, ne' termini delle decisioni della Sagra Rota antiche, e moderne, seguitato dalla medema *nella dec. 495. n. 1. cor. Emer. jun.* e parlando delle risoluzioni delle Sagre Congregationi, individualmente ammesso dal *Sylveir. opusc. 2. de Declarat. Card. num. 11 fol. 283. Pignat. consult. 107. num. 14. tom. 1. il Sig. Avvocato Pitoni nelle sue dottissime discettazioni Ecclesiastiche discept. 40. num. 11. tom. 2.* e la *S. Rota nella Melevitana Decretorum 2. Martii 1707. § finali cor. R. P. D. Ansaldo*: E ne' medemi termini parla il *Matteuc. in Official Cur. Eccles. capit. 25. in fine*, dove *al num. 33. & seqq.* parlando delli Ejetti, molto meno si applica ne' nostri termini, ne' quali si tratta. non di un'ejetto *simpliciter*, mà d'un ejetto, *mediante transmissione ad triremes*, e pure ne' semplici termini *de ejectis, absque transmissione ad triremes*, ogni volta, che le Constituzioni, approvate da Sommi Pontefici, prescrivono,

10

11

vono, che non siano più ricevuti nelle Religioni, ne meno possono esservi ricevuti, come prova il *Sanchez ad Præcept. Decalog lib. 6. cap. 9. num* 32. ibi: *Nisi esset contraria Regula illius Ordinis, si enim Regula præscriberet, ejectos non esse admittendos amplius ad Religionem, servanda esset &c.*

Le quali cose passano in evidenza sù la considerazione, che dal tempo della detta conferma in forma specifica de' nostri Statuti, fino al presente, sempre è stato pratticato di rilasciarsi liberamente dalle galere quelli, che vi hanno terminato il tempo della loro condanna, ne mai sono stati ricevuti nella nostra Religione, come si giustifica con autentica attestazione de nostri Superiori Generali, che si registra nel fine al *num.* 16. Onde per evitare l'assordo, & inconveniente, che tra quelli, che sono sottoposti alli stessi Statuti, & alle medeme Leggi, altri restino liberi 13 nel Secolo, & altri debbano ritornare nella Religione, pare ugualmente giusto, e conveniente, che detto Frat. Angelo non sia ricevuto nella medema Religione.

An. 1711. Causa non fuit proposita in Sac. Cong. Ponente 14 Eminent. San. Clementis, eo quia consideratis Juribus nostræ Provinciæ, Religiosus recurrens acquieverit.

Anno 1710. Ponente eodem Eminent. Sancti Clementis similem promovit instantiam Fr. Victorius ab Ovada Laicus Provinciæ Genuæ, qui anno 1703. ad triremes pariter 15 per septennium condemnatus fuerat à Rever. P. Fr. Cherubino à Nardò, tunc temporis totius Cismontanæ Familiæ Commissario Generali; Cæterùm Religiosus recurrens, ejusque Defensores, visis Scripturis pro parte ejus Provinciæ à me compositis, non curarunt, amplius Causam proponi facere in eadem Sacra Congr.

Noi sotto scritti, per la verità ricercati, facciamo piena, & indubitata fede, che in essecutione delle nostre Constituzioni Generali *al Capo* 7 *§*. 6. *num*. 71. dal tempo della loro conferma in forma specifica, seguita li 18. Agosto 1662. 16 fino al presente, non sono mai stati ricevuti nella nostra Religione quelli Religiosi, che sono stati condannati alla Galera, quali tutti, terminato il tempo della loro condanna, sono restati liberi al Secolo. E tanto è stato pratticato con li Frati Ilario di Celleno, Gioseppe di Piperno, Deodato di Assisi, Teodoro di Noja, Antonio di San. Antimo, Gioseppe di San. Erasmo, & altri. Così abbiamo inteso esser stato pratticato sempre per il passato. E noi sappiamo di certa scienza per il tempo, che siamo stati Superiori Generali. In fede &c questo dì primo Settembre 1710.

Così è Io Frat' Antonio da Montebuso Vice Commissario Generale della Riforma mano propria.

Così è Io Frà Carlo Francesco di Varese Es Commissario Generale &c. mano propria.

Così è Frà Cherubino di Nardò Es-Commissario Generale de' Minori Osservanti, e Riformati.

Così è Io Fr. Francesco di Brandeglio Procuratore Generale della Riforma mano propria.

DISCEPTATIO XIX.

Neapolitana postulationis Abbatissæ.

PRO

Curia Archiepiscopali Neapolis.

CUM

Monialibus Monasterii Reginæ Cœli.

ARGUMENTUM.

Postulatio, an habeat locum in electione Abbatissæ. Terminato triennio, quibus concurrentibus habilitari soleant Abbatissæ pro secundo triennio.

CUm expletura esset triennium in officio Abbatissatus Monasterii, Reginæ Cœli nuncupati, Civitatis Neapolis, quod exercebat D. Joanna Pignatella, cupientes Moniales ejusdem Monasterii eandem reeligere prò secundo triennio, preces huic Sacr. Congregationi porrexe- 1 runt prò opportuna facultate, & necessario Indulto, quod remissum fuit arbitrio, & prudentiæ Eminentissimi Archiepiscopi, cujus tamen nulla præcesserat Informatio, ex quo forsan suppositum fuit, quod nullum obstaculum eidem gratiæ adversabatur, præsertim quandò arbitrio Ordinariorum executio ejusdem gratiæ remmittitur, juxtà stylum hujus Sac. Congr.

Considerans nihilominus idem Eminent. Archiepiscopus in casu nostro, nullam adesse necessitatem confirmandi dictam Abbatissam, imò hoc nullatenus expedire prò bono regimine ejusdem Monasterii, ea, qua decet reverentia, EE. PP. sui animi sensum expressit in Relatione, originaliter data in manibus Eminent. Ponentis. Nec non in Epi- 2 stola, directa R P D. Secretario, ex quibus facto verbo de hujusmodi negotio in plena Congregatione, h[illegible] die 10. Aprilis 17[illegible]0. rescriptum fuit: *Moniales deveniant ad electionem novæ Abbatissæ.*

Reclamantibus autem eisdem Monialibus ab hoc rescripto, porrectisque reiteratis Memorialibus, cùm soliti fœmineis cantilenis, placuit Eminent. Ponenti causam reproponere sub die 23. Maii ejusdem anni, prodiitque rescri- 3 ptum — *In ultimo loco decisis*.

Quisque crediclisset, dictas Moniales, quæ humilitatem, & obedientiam professæ fuerunt, acquiescere debuisse repetitis resolutionibus hujus Sacrosancti Consessus, sed contrarium practicantes, excitarunt in primis prætensionem, quod non deberet intervenire novæ electioni in actu, quo præstantur secreta suffragia, Archiepiscopalis Can- 4 cellarius, sed solus Reverendiss. Vicarius Generalis qua controversia composita, cum se consulisset idem Reveren. Vicarius ad recipienda suffragia prò electione novæ Abbatissæ, excogitarunt eædem Moniales novum modum perpetuandi Abbatissatum in eadem persona, vocemque dederunt, ut sequitur, *Ego N. N. postulo in Abbatissam D. Jo. Pignatellam.*

Quamvis autem Eminent Archiepiscopus, hoc irregulari modo delusam videns propriam Jurisdictionem, & prorsus neglecta gemina hujus Sac. Congreg. decreta, potuisset ad actum deputationis Abbatissæ ex officio devenire, ni- 5 hilominus prò ea, qua pollet, benignitate, ac circumspectione, demandavit solùm novi scrutinii reiterationem, sed Moniales in earum contumacia induratiores effectæ, causam dederunt, ut tandem per E. S. deputata fuerit tanquam Præsidens, seù Vicaria, D. Antonia Marchese, actualis Priorissa, quæ vè pluries laudabiliter Abbatissæ officium in eodem Monasterio exercuerat.

Dum hæc Neapoli agebantur, hìc Romæ Moniales Adversariæ institerunt prò repropositione causæ super articulo prætensæ postulationis, & quia ignorabatur deputa- 6 tio ejusdem Præsidentis, EE PP. in eo fuerunt sensu, ut in hac parte satisfieret earundem Monialium petitioni, & interim nihil innovaretur.

Verum, quia jam deputatio peracta erat ante hoc rescriptum, itaut continuare omni jure potuisset, & debuisset in gubernio dicti Monasterii eadem D Marchese, prætendit 7 Monialium Defensor, dictam deputationem non sustineri, ex quodam Indulto, exemptivo ab officiis, obtento à præfata D Marchese de anno 1704. Sed absque ullo fundamento, ex quo idem Indultum concessum fuit, *durantibus infirmitatibus*, quæ causa non verificabatur in præsenti, nam eadem Monialis actualiter est Priorissa nostri Monasterii, & uti talis se subscripsit quamplurimis Memorialibus, ut non credimus controverti, & ictu oculi legit. in attestatione, data in contrario *Sum*

Cumque ad imponendum perpetuum silentium huic cu- 8 riosæ instantiæ, propona ut hodiè d. dubium *An eadem postulatio admittenda sit*, speramus, rescribendum esse: *Negativè*, seu potius *in decisis*, & *Moniales acquiescant*, prout humiliter supplicamus.

Militat enim contrà eandem instantiam rotunda *Constit.* 80. *S. M. Gregorii XIII. incipien. Exposci in Bullar. nov. tom.* 2. in cujus §. *secundo* literaliter, & expressè demandatur, 9 Abbatissas in Italia, nonnisi ad triennium eligi debere, quo elapso eædem Abbatissæ suis officiis perfunctæ, præesse desinant, omnique prorsus auctoritate careant, & à regimine, & administratione Monasterii per triennium, à die finitæ administrationis inchoandum, abstineant, juxtà præcisa verba dictæ Constitutionis, de quà latè disserunt *Fagn. in Cap. Ut filii num* 3[illegible] *de* [illegible] *Præsbyt. Nald in Summ. verb. Abbatissa sub num.* [illegible] *Tambur. de Iur. Abbati disp* [illegible]0. *quæst.* 1. *num.* 2. *Nicol in F[illegible] verbo Abbatissa n.* 9 *Castell in de Elect. cap.* 17. *eodem num Donat. Rer* [illegible] *tom.* 4 *tract.* 7. *de Elect. Abbatiss. quæst.* 20. *num.* [illegible] *Monacel in Formul.* [illegible] *tom.* [illegible] *tit.* 11. *formul* 20. *num* 1. *& seqq. & tom.* 3. *tit.* 4. *suspens.* 5. *num.* 2.

*fol.*186. *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 1. *per tot.* & *Matthæucc in Offic. Cur. Eccles. c* 1. *n.*6.

In cujus Gregorianæ constitutionis sequelam adeò notoria sunt, & replicata hujus Sac. Congreg. Decreta, idem demandantia, sequuta à dictis Authoribus, ut omninò superfluum sit hìc illa sigillatim recensere.

Nec dicatur, hanc Sac. Congreg. solitam esse concedere hujusmodi confirmationes, ad secundum, & etiam ad tertium triennium; Quia omnia hæc militant accedente consensu Ordinarii, qui semper concurrere debet, ut probat *Gonzal. in Cap. Et si unanimiter nu.*8. *de Postul. Prælat.* ibi: *Consentire etiam debet Episcopus, cujus jurisdictioni subiicitur, &c.* Non autem quando idem Ordinarius dissentit, & prò majori bono Monasterii contrarium practicandum censet, ex quo inolevit praxis, quod similes gratiæ semper remittantur Ordinariorum arbitrio, ut in terminis observat *Card. de Luc ad Concil. disc.*37. *num* 19. ibi: *Benè verùm, quod ubi Moniales id desiderent, atquè Episcopus Sac. Congr. Episc. referat, quod ità Monasterii bono regimini expediat, de facili solet hæc Sac. Congreg. in hoc dispensare, seù Episcopo, pro ejus arbitrio, dispensandi facultatem concedere,* testans *Lit. O. de quotidiana praxi hujus Sac. Congreg.*

Et revera in nostro casu dicere possumus, à Sæculis non esse auditum, quod ad perpetuandum Abbatissatum, Moniales studuerint habere intentum per viam postulationis, ab Adversariis, seù potiùs ab earum Consulentibus hodiè excogitatæ, quæ non habet locum, nisi in illis Ecclesiarum Prælatis, per quorum obitum Ecclesiæ remanent viduatæ, ut videre est in toto *Titul. Decretal. de Postul. Prælat.* & latè probat *Passerin. de Elect. cap.*40. *tit. de Elect. Abbatiss. quæst.*2. *num.*10. ubi nervosè demonstrat, electionem Abbatissarum nullatenus subiici legibus, latis prò electionibus Virorum.

Nec in Secretaria hujus Sac. Congr. ullum invenietur simile exemplum, quod ad confirmandam Abbatissam in secundo triennio, devenerint Moniales ad actum postulationis, & multominus, quod Sac. Congr. novam hanc praxim admiserit, itaut cum omni sermonis proprietate dici possit, quod contraria instantia nec simile in præteritum habuerit exemplum, nec sequens habebit unquam in futurum.

Aliàs enim lata sterneretur via, & spatiosa aperiretur janua omnibus Religiosis, sivè mendicantibus, sivè non mendicantibus, eligentibus ad tempus determinatum eorum Superiores (quique in fine dicti temporis à Jure, vel ab eorum Constitutionibus limitati, omnium illorum vota habent, quos ad officia, & munera Religionis elegerunt) perpetuari facere gubernium Conventuum, & Monasteriorum per dictam viam postulationis, & hoc modo excludere Apostolicas Constitutiones, Statuta Ordinum non servare, & generalia Decreta Sacrarum Congregationum parvipendere, quo nihil irrationabilius dici, nil insubsistentius valet excogitari.

Concurrente ulterius viva illa ratione, quod cùm postulatio non fiat nisi de illis Prælatis, qui cum Ecclesia spirituale conjugium contrahunt, ut præter supra adductos, notat in specie *Abbas in cap. Et si unanimiter num.*8. *de Postul. Prælat.* & Abbatissæ non sint, nisi simplices administratrices ad tempus, neque habeant Monasteria in titulum, non dicuntur habere propriam dignitatem, *Fagnan. in Cap. Ut filii num* 27 *de Fil. Presbyt.* & ideò non benè in earum reelectionibus applicatur forma, de novo excogitata per viam postulationis.

Nescimus ulterius videre, quænam intercedat differentia, saltem ad finem de quo agitur, inter gratiam ab hac Sac. Congr. expetitam per viam confirmationis dictæ D. Joannæ in Abbatissam, & bis rotundè denegatæ, & inter postulationem noviter hodiè adinventam, dum certum est, quod post expletum triennium, adhoc, ut possint Moniales reeligere Abbatiss. indigent speciali indulto hujus Sac. Cong. quod non nisi gratia est. Quam gratiam non semel, sed bis ab hac Sac. Congr petierunt, illaq; non semel, sed etiam bis constater denegata fuit, mediante primo rescripto: *Moniales deveniant ad electionem novæ Abbatissæ*, & cum secundò: *In ultimo loco decisis.*

Ad quid igitur tendit actus postulationis hodiè excogitatus, nisi ad triumphandum, sivè per unam, sivè per aliam viam, cum postulatio nil aliud sit, quàm gratiæ petitio, Superiori directa, ut notant *Abb. in cap.*1. *de Postul. Prælat. num.*1. *Hostien. in Summ. eodem tit. Fagnan. in cap. Bonæ memoriæ num.*59. *pariter eodem tit.* ubi ex eo, quod postulatio in substantia nil aliud importet, quam gratiæ petitionem, sequendo *Hostiensem*, lepidè concludit, quod in illa plus adest de aqua, quam de vino, & *Vener. in Examin. Episc. lib.*4. *cap.*3. *num.*10. *de Postul. Prælat.* ubi quod postulatio pendet à mera liberalitate, & gratia Superioris.

Ex quo sequitur, quod ad illam denegandam quodlibet motivum sufficiens sit, quodque ab illius denegatione nunquam datur appellatio, neque admittitur recursus, ut, innumeros citando concordantes, probat in terminis *Card. de Luc. de Regular. disc.*13. *num.*6. ibi: *Postulatio redolet solum preces, quæ porriguntur Superiori, ut ex gratia, non autem ex justitia postulatum præficiat, ideoque in Superioris arbitrio est concedere, vel denegare, neque exinde postulato jus competit appellandi, vel recursum habendi ad Text. &c.*

Si igitur postulato non competit jus appellandi, minusq; recurrendi à denegatione admissionis postulationis, quantò minus tale jus competere potest postulantibus? ut de se patet, & contrarium prætendere idem est, ac obligare eum, qui arbitrium habet aliquid concedendi, ut per vim, & omni strictiori modo cogatur operari ad modum, & voluntatem petentis gratiam, quo nihil absurdius valet excogitari.

Præsertim attenta inaudita inobedientia, & magna contumacia postulantium, quæ sola superabundaret pro exclusione gratiæ, non enim obedientia humilibus prodesset, si contumacibus inobedientia non obesset; sunt verba punctualis *Text. in cap.*1. *de Postulat. Prælat.*

Adversus quæ non relevat affectata fides Adversariarum, circa prætensum bonum gubernium D. Pignatellæ, tempore, quo fuit Abbatissa, necnon circà magnificatas utilitates, quas sub ejus gubernio nostro Monasterio procuravit: Imò summoperè mirandum videtur, quod coram hoc sapientissimo Consessu exhibita fuerit, dùm ex illius sola, & simplici lectura tot, tantæque emicant inverisimilitudines, & improprietates, ut potius pro Indis, quàm pro Europæis composita dici potest. Crescitque admiratio ex illius divulgatione per totam illam Urbem, in qua etiam pueri nasum rinocerentis habent: Quid enim improprius dici, aut excogitari potest, aliis omissis gratia brevitatis, quàm melioratio illius Ruris, *che prima fruttava solo botti* 20. *di vino, e questo corrente anno ha fruttato à beneficio di detto Monastero botti* 100. *di vino*, & sic dolia octuaginta pluris, quod idem est, ac augumentum à Cadis 300. ad Cados 1500.? Si viveret hodiè *Prosper* ille *Rendella*, qui integrum, famosumque composuit *Tractatum de Vineis, Vindemia, & Vino*, posset utique edoceri in hac parte ab operibus dictæ Abbatissæ, & mediantibus additionibus suo Libro faciendis, Agricolis omnibus pro totius Mundi bono secretum hoc pandere, plantandi vineas cum tali ordine, & simetria, ut tertio plantationis anno non adhuc completo, reddant quantitatem quintuplo majorem; Res quidem usque adhuc inaudita, & talis naturæ, ut à solis claustralibus mulieribus Mundo divulgaretur, & si ad praxim reduci posset, mereretur utique Adversaria, nedum pro secundo triennio, sed in perpetuum pro Abbatissa confirmari, imò eligi in Abbatissam Abbatissarum omnium Monasteriorum Neapolis.

Videant igitur EE. PP cum quanta improprietate, ut modestè loquamur, ad similia paradoxa coloranda Adversariæ Deum ipsum vocent in testem, sequen. verbis. *Chiamando le medesime il sommo Motore de' Cieli in testimonio dell' infrascritta verità*, & eorum summa prudentia observent, an nostris terminis applicentur ea, quæ admittit *Rot. Avenonien dec.*33. *num.*1. & 2. ubi refert, & sequitur vulgatum illud Virgilii *Crimine ab uno disce omnes*, & concordat *Rot. in Romana nullitatis contractus* 20. *Junii* 1698. §. *Cæterum cor. R P D. Ansaldo.* Quia nos pro responsione ad alia paradoxa remissivè nos habemus ad celebre illud dictum Divi Athanasii: *Nimis falsa non sunt refellenda, nè habita fuisse credibilia videantur*, secutum à Patre Sebastiano à S. Paulo *in Appendic. ad motiv. Jur.* §. 11. *num.*86. nè scilicèt eo vilitatis intellectum reducamus, ut ipsismet mulierum somniis respondere cogamur, ut egregiè notat *Casareg. ad Stat. Jan. resolut.*8. *num.* 1. *fol* 429.

Pro quorum faciliori admissione dignentur EE. PP. quatuor præ oculis solita maturitate habere.

I. Quod præsens casus non est primus, in quo Eminent. Archiepiscopus suum arbitrium interponere recusavit in circumstantiis gratiæ, exadversò petitæ, dum æquè notoria, ac celeberima est in Civitate Neapolis constantissima ejusdem renitentia favore monialium Monasterii S. Mariæ D. Reginæ, quæ anno 1707. simile obtinuere rescriptum, ejus arbitrio remissum, pro confirmatione D. Catharinæ Pigna-

Pignatellæ suæ germanæ sororis, ut in ejus Relatione, 28 ibi: *E tutto che pretendessero le monache di farmi persuaso, che sarebbe la medema D. Catarina stata carissima à tutte, e non inutile al Monastero, sì nelle cose economiche, come morali, pure, benchè fosse mia sorella carnale, per non introdurre un tal uso, e per non dar questo esempio agli altri Monasterii, non vi concorsi, ma à suo tempo fù eletta la Madre Suor Eleonora Filingieri.*

In qua parte simile habemus constantię, justitiæque exemplum in *Card. de Luc.* tempore quo fuit Vicarius Capitularis in Patria, ipso referente in *disc.1. de Regular. n.*141. ibi: 29 *Præficiendam censui eam, quæ majorem votorum partem habebat, ultrà medietatem, &c. quamvis in altera factione tres meæ germanæ sorores adessent, monialem conjunctam promoventes.*

II. Quod non deest justa causa, à qua motus fuit, & continuò urgetur Eminentiss. Archiepiscopus ad non interponendum in hac parte suum arbitrium pro confirmatione Adversariæ, circà quam non possumus nisi omni majori humi- 30 litate, & reverentia EE.PP. repetere ejus præcisa verba, quæ leguntur in Relatione, ibi: *Dalla somma prudenza, e carità dell'EE. VV. spero mi sarà permesso, che io non riveli tutti li motivi particolari, oltre li communi accennati, perchè con questo silenzio si fà bene à molti.* Supplicantes observare, quod ille, qui ita loquitur unus est ex S. R. E. Cardinalibus atque Archiepiscopus unius ex primariis Italiæ Civitatibus, omnibus officiis, & Sedis Apostolicæ muneribus laudabiliter perfunctus, ut considerando primam qualitatem notant egregiè adducti per *Rot. in dec.*156. *num.*13. *par.*18. *rec.* & præ oculis habendo secundam, ea ratione quia præsumitur apprimè informatus de qualitatibus monialium, & Mo- 31 nasteriorum suæ Civitatis, advertunt adducti per eandem *Rot. in dec.*234. *num* 16. *par.*16. *& d.*305. *num.*12. *&* 13. *par.*18. *rec. & dec.*685. *num* 9. *cor Cerr. & in Herbipolen. Monasterii* 10. *Junii* 1707. §. *Cessare cor. Caffarello.*

III. quod ex contraria prætensione magna aperiretur por- 32 ta similibus instantiis, & maximum constabiliretur exemplum in contradictorio judicio pro obligandis iis, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei, ad faciendum ea, quæ eorum conscientiæ repugnant, quæque recto monialium gubernio nullatenus congrunt: Habere autem videtur speciem iniqui omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur, juxta præcisa verba illius nimium noti Authoris, quem tacito nomine refert, & sequitur *Rot. in decis* 306. *numer.*29. *coram Dunoz. sen.* & concordat *Adden. ad dec.*413. *nu.*42. *par.* 4. *tom.*2. *rec.*

IV. demum, quod non sumus in terminis Monasterii, in quo nullæ aliæ, vel in parvo numero adsint moniales, ca- 33 paces Abbatissatus, dum sex numerantur in nostro Monasterio, quibus non levis irrogatur injuria, ex quo omnes ad idem officium ser. ser. eligi possunt, indicanturque in Epistola, data in manibus R. P. D. Secretarii, quarum quinque subscriptæ sunt in attestatione, data in contrario *Summ.* & consequenter moniales, eligibiles ad Abbatissatum sunt ex ipsismet Adversariis, quando ad nostrum effectum sat esset, si una dumtaxat ex monialibus reperiretur habilis, ut in terminis probat egregiè *Passerin. de Elect. cap.* 40. *de Elect. Priorif. seù Abbatif. qu.*3. *num.*59. *fol.*572. Itaut in rei veritate, & substantia palpetur manibus, quod nullus 34 adest prætextus insistendi in gratia confirmationis, sed res ad hoc redacta sit extremum, ut Adversariæ omninò velint punctum vincere, & triumphare, modis omnibus nolentes proprio Pastori obtemperare, & quibuscumque non obstantibus, rotundæ Constitutioni Summi Pontificis Gregorii XIII. recusantes parere.

Non omittentes observare, quod in hac Adversariorum obstinatione, vel D. Joanna Pignatella, quæ jam suum officium Abbatissatus terminavit, non adhæret contrariæ instantiæ, suæque confirmationi renunciavit, ut nobis po- 35 stremis diebus suppositum fuit, & res est expedita ex hac sola facti circumstantia. Aut eidem instantiæ constanter adhæret, & non sine fundamento applicatur in nostris terminis dispositio *Text. in cap. Avaritiæ de Elect in* 6. de quo latè *Passerin. de Elect. cap* 33 *per totum.* Nec non dispositio alterius *Text. in cap Si Religiosus* 27. *de Elect. in* 6. ibi: *Consensus sic præstitus non teneat, & in pœnam præsumptionis illius electio eadem ipso facto viribus vacuetur omninò.*

In eadem Causa.

ENumerantes Canonistæ casus omnes, in quibus locum habere potest postulatio, unanimiter asserunt quod sex 36 sunt personæ illæ, quæ postulari possunt. *Primò Archiepiscopus ad alium Archiepiscopatum &c. Secundò Episcopus ad alium Episcopatum, vel Archiepiscopatum &c. Tertiò Laicus ad dignitatem &c. Quartò Clericus in minoribus ordinibus constitutus &c. Quintò illegitime natus &c. Sextò qui non est in* 37 *ætate legitima constitutus &c.* sunt verba *Antonii Thimo ei in Addit. ad Lancelot. Instit. canonic. tit.*8. *de Postul. Prælat. verb. Quicumque.*

Cum igitur neque etiam à remotissimis ad hos casus reduci possit præsens Adversariarum instantia, cum omni fun- 38 damento speramus obtinere negativam resolutionem nostri dubii, effusis desuper humillimis precibus.

Addito, quod postulatio in suis casibus respectu illarum, qui spirituale conjugium cum Ecclesia injerunt, semper fit prò uno ad aliud distinctum officium, seù dignitatem, ex communiter animadversis per Repetentes in *Rubr. de Postul. Prælat. & per dict. Thimot. ubi proximè*, & egregie *Abb. in cap. Etsi unanimiter sub numer* 8. *eodem titulo de Postulat. Prælator.* In præsenti autem, continuando rubricam contrariarum exorbitantiarum, postulatio petitur 39 exadversò pro confirmatione Adversariæ in eodem munere abbatissatus, & proindè ex hoc etiam capite palpatur manibus insubsistentia contrariæ prætensionis.

Potereant proindè omitti authoritates exadversò cumulatæ, dùm omnes, nulla excepta, percutiunt unum ex dictis sex casibus postulationis Virorum ad distinctam dignitatem, vel officium, qui non sunt nostri, neque in hac ma- 40 teria valet argumentum à Juribus, loquentibus de postulatione Virorum ad electiones abbatissarum, ut in *terminis egregiè probat Passerin. de Elect. cap.*40. *tit. de Elect. Abbatif. quæst.*2. *num.*10.

Et ex his nulla urget necessitas immorandi in inspectione, an Superior teneatur, vel non admittere in suis casibus postulationem, & tamen *si postulatio* (sunt verba contrariorum Defensorum, in §. *Quæ postulatio*) *nullum dat jus postulato in re, vel ad rem sed est simplex petitio & supplicatio, quæ fit Superiori, ut dignetur admittere & concedere personam postulatam per viam gratiæ, & dispensationis, ut docet Text.* 41 difficilè erit ostendere, quod illius denegatio importet injuriam, vel quod Superior teneatur illam necessariò concedere; Quia non habenti jus in re, vel ad rem, sed illam 42 petenti ex mera gratia, nulla infertur injuria per illius denegationem ab eo, qui arbitrium habet concedendi, vel denegandi, ut considerandi manifestum est, & applicatur dispositio *Text. in leg Quod si fugitivus § Apud Labeonem ff. de Ædilit. edict.* sequuti à *Rota in dec* 46. *num.*26. *& dec.*168. *num* 17 *par.*19. *recent.*

Prout etiam neque urget necessitas videndi an in nostro 43 casu concurrat justa causa petendi postulationem; Quia Doctores, exadversò citati loquuntur in illis terminis, in quibus postulatio petitur pro consequtione alterius officii, vel dignitatis ab una ex illo sextuplici personarum genere, 44 de quo loquuntur Authores *supr. num.* 36. citati, qui, ut diximus, & constanter repetimus, non sunt termini nostræ controversiæ.

Cæterùm ad ornatum materiæ subjungimus in hac parte, 45 quod adhuc per malam hypothesim admisso, sed nunquam concesso concursu justæ causæ pro petitione postulationis, illi nunquam locus esset, attento concursu causæ justioris, imò justissimæ pro illius denegatione.

De concursu autem dictæ justissimæ causæ denegationis gratiæ nefas videtur dubitare, dum de illa testis in hac 46 parte omni exceptione major est Eminent. Archiepiscopus, probè informatus de qualitatibus monialium, & monasteriorum suæ Civitatis ex allegatis *supra num.* 31.

Ultra quod vim facere videtur intellectui consideratio illa, quod si Eminent. Archiepiscopus non haberet justam dis- 47 sentiendi causam, vellet, nulla habita ratione Divini servitii, & pacis Monasterii, nedum suaviter, sed etiam fortiter recusare gratiam, de qua disputamus? Crescitque oratio, observando, quod ipse etiam à remotissimis nullum habet interesse, vel in confirmatione antiquæ, vel in nova electione alterius Abbatissæ: Itaut si revera subsisteret utilitates Monasterii sub præterita Abbatissa, & panicus timor, quod sub gubernio alterius, idem Monasterium in pejus rueret, tam quoad spiritualia, quam quoad temporalia, adversus

omnia principia, præsumenda in eo esset prava intentio, & fixus præjudicandi animus; Quod si Jura omnia, neque etiam admittunt in improbis, seù facinorosis hominibus, 48 ex animadversis *per Vermigl. consf 55. num. 17. & seqq. Conciol. resol. crim. verb. Delictum resol 5. per tot. & Rot. dec. 624. num. 6. & 7. par 19. rec.* Quanto minus suspicandum est de tali, tantoque Viro, cujus qualitates adeò notoriæ sunt Urbi, & Orbi, ut injuriam ei facerem circa hoc divagando, ju- 49 xtà nobilem animadversionem *Divi Hieronymi* relati & sequuti à *P. Segner. nel Cristian. Instruito p. p. ragion. 7. num. 7.*

Sed quandò omnia ista deficerent, nonne superabunda- 50 ret prò justissima causa denegationis gratiæ protestatio illa adversariarum, quę non sine animi horrore legitur in contraria Scriptura §. *Secunda* sequentibus verbis.

Infima, & constanti voluntate omnium monialium habendi gubernium hujus dignissimæ Prælatæ, dùm excepta tantum unica prætendente, omnes tenaciter persistunt in hac volunta- 51 te, qua nunquam retrahi potuerunt per tantum tempus, nec unquam mutabunt voluntatem in futurum nec admittent aliam Abbatissam &c. & §. *Tertia* ibi: *consensus iste universalis omnium monialium adeò fixus, & tenax &c.*

Si verba hæc legerentur in una ex illis parvis pagellis, quas mittere solent personæ facinorosæ, per campestria excurrentes, hominibus fortunæ bonis abundantibus, ut illos concutere, seù recattare valeant, nullam importarent admirationem sed sapere videtur nescio quid, quod legantur in Scripturis, impressis in Urbe, & distributis EE. PP. quia si Adversariæ tali, tantoque strepitu minantes, hac vice suum habebunt intentum; alia vice loco verborum illorum *nec 52 unquam mutabunt voluntatem in futurum nec admittent aliam Abbatissam* forsan subrogabunt alia, *non admittent Archiepiscopum, & aliquid amplius, neque unquam mutabunt hanc voluntatem.*

Obiter duo hìc observando; primum, quod illa alia Abbatissa, quam nolle admittere verbis scandalosis protestantur, & reprotestantur, una est ex eisdemmet Adversariis, quæ si asserunt in earum Scriptura §. *Secunda consistit*, quod *excepta tantum unica prætendente, omnes persistunt in hac voluntate* in scrutinio prò nova electione excludant d. unicam prætendentem, juxtà eorum imaginationem, & res erit expedita favore uniusmet ex eisdem Adversariis: Secundum verò, quod si hæc imprimuntur, & divulgantur 53 in Urbe, in Scripturis, huic Sacrosancto Consessui distributis, eo tempore, quo gratiam implorant, quid dicendum est fecisse, & divulgasse in Civitate Neapolis, in qua gratis ubique asserunt, & nimia liberalitate supponunt sibi fuisse illatam injuriam, mediante non admissione postulationis? Quod non obscurè desumitur ex contrario Sum- 54 mar. Et tamen Eminent. Archiepiscopus, uti optimus Pastor, & amantissimus Pater nil aliud fecit nihilque procuravit, & procurat, nisi ut ad novam deveniant Abbatissæ electionem, ad praxim laudabiliter reducendo ea, quæ leguntur *in l. unica C. si quis Imperat. maledixerit.*, seque expressè de- 55 clarando verbis ejusdem Textus, Adversarias *neque durum aliquid, neque asperum volumus sustinere*, ex tribus illis animadversionibus, in eodem Textu non minus eleganter, quàm significativè adductis.

Agnoscentes tandem Adversariæ injustitiam atque exorbitantiam illarum petitionis ad terminos juris communis, atque dubitantes intentum obtinere à dd. minacibus verbis, apertam rebellionem, & manifestam inobedientiam undique spirantibus, nec non in illis aliis, quæ leguntur in eorum Summario, *contro ogni Legge Divina, ed uma- 56 na, viene ritardata la communemente ricercata conferma in Abbadessa per un altro triennio*, aptis potius ad terrendos addiscentes prima erudimenta Institutionum, quam ad 57 ostendendum in Gregoriana Constitutione aliquid demandari, *contro ogni legge Divina, & umana*, nè ullum relinquant intactum medium, intentum obtinendi, figunt denique pedes in æquitate, afferentes emollito juris rigore, eidem æquitati locum esse debere in nostro casu: Id tamen pari infelicitate exagerant quia, dum habemus legem claram, 58 & rotundam Pontificiam Constitutionem, agiturque de casu nimis exemplari, & magno exemplo, iniqui speciem habente strepitosè evulgato in duobus primis maximisque Italiæ 59 Civitatibus, prætensa æquitas non scripta in nulla haberi debet consideratione, & evidens ratio illa est, quia æquitas non scripta adversus legem claram, appellatur à Doctoribus duplex iniquitas, ut videre est apud *Andreol. contr. 92. num. 17. Conciol. alleg. 50. num. 38 & seq. & alleg. 52. num. 27. & Gratian discept 639. nu. 25. & seqq.* ubi, quod in circumstantiis nostri casus prætendens æquitatem, dicitur illam penere sine diphtongo, quem sequutus *fui in meis Institution. Criminal. lib. 4. tit. 8. num. 54.*

Sacr. Congr. Episcoporum, Ponente Emin. Corsino die 8. 60 Augusti 1710. rescripsit: *Arbitrio & prudentiæ Eminent. Archiepiscopi, cum facultatibus Sacræ Congregat* Non acquiescen ibus verò Monialibus triplicatis rescriptis d. Sacr. Congr. iterum proposita causa die sequentis mensis Sept. 1710. rescriptum fuit: *Pareant Eminentiss. Archiepis.*

DISCEPTATIO XX.

Ordinis S. Fran. Alternativæ

PRO

PP. Reformatis S. Francisci

CUM

PP. Observantibus

ARGUMENTUM.

Alternativa inter Reformatos, & Observantes in Electione Commissarii Generalis quomodo regulanda sit; Impedito Capitulo, in quo servari debebat alternativa, quomodo providendum sit præjudicio illius Partis, ad cujus favorem fieri debebat electio.

Per Apostolicas Constitutiones in Religione PP. Minorum S. Francisci cautum est, ut in Cismontana Fa- 1 milia servetur Alternativa circà officium Commissarii Generalis inter PP. Reformatos, & de Observantia ejusdem Religionis, itaut uno triennio idem Commissarius Generalis sit de Reformatis, altero verò de Observantibus, ut videre est in Breve S. M. Alexandri VII. sub die 30. Augusti 1664. incipien. *Illius qui charitas est*, & in altero S. M. Innocentii XI. sub die 3. Junii 1688. incipien. *Inter gravissimas*, cujus vigore absque ulla controversia eadem Alternativa inviolabiliter practicari cœpit: In illo siquidem sexennio, in quo Cismontanæ Familiæ Commissariatus Generalis officium competebat primo triennio electus fuit ex Reformatis P. Carolus Franciscus Varesius: In 2. ex Observantibus P. Antonius ab Introduco: In 3. ex Reformantis P. Cherubinus à Nardò: Et in 4. attentis præsentium tempo- 2 rum calamitatibus, impedientibus Congregationem Generalem, in qua eligi debebat anno 1703. mediante Breve Sanctiss. D. N. expedito die 20. Januarii ejusdem anni 1703. electus fuit P. Joannes Antonius à Panormo ex Observantibus non quidem usque ad Capitulum Generale, *sed ad tempus, ab Apostolicis, & præfati Ordinis Constitutionibus præfixum*, juxtà ejusdem Apostolicæ Gratiæ verba, replicata in fine ejusdem Brevis, ibi: *Ad tempus, quo hujusmodi officium, juxtà Regularium dicti Ordinis Instituta, per Sedem Apostolicam confirmata &c. durare consuevit.*

Hujusmodi autem tempus in celebri Bulla Unionis S. M. Leonis X. in nostra Religione præscriptum, limitatum est ad solum triennium, ut videre est *in Bullar. novo tom. pri- 3 mo* inter alias Constitutiones ejusdem Summi Pontificis la 23. in ordine § 8. ibi: *Qui quidem Commissarius Generalis per triennium solum Generalis Commissionis fungetur officio, quo triennio elapso novus Commissarius &c. institui debeat.* Quod adeò verum est, ut attentis verbis illis ejusdem Constitutionis in §. 4 *ip ipso facto absoluti, & pro absolutis habeantur Cherubin. in ipsius adnot. seù scholion. primo* advertat, tale tempus nulla ex causa, nulloq; modo protrahi posse, nisi de Summi Pontificis expressa authoritate, referendo ita practicatum tempore S. M. Clementis VIII.

Ad harum igitur Apostolicarum Constitutionum præ- 4 scriptum, officium ejusdem P. Joannis Antonii à Panormo terminare debet in Vigilia proximæ Dominicæ Pentecostes anni 1706 dictoque triennio elapso, novus Commissarius Generalis debet eligi. Verùm quia ex eisdem, imò majoribus præsentium temporum calamitatibus, nullatenus Generale Capitulum commodè potest congregari, & propter eandem causam à summa providentia SS D N. idem Capitulum Generale prorogatum fuit ad alios duos annos, nomine P Francisci de Brandelio moderni Procuratoris Generalis Reformatorum humillimæ porrectæ

ctæ fuerunt preces eidem SS. D. N. ut dignaretur unum ex
5 PP. Reformatis ad hoc munus eligere, adhoc, *ut eadem alternativa perpetuis futuris temporibus inviolabiliter, & quam exactissimè observetur* juxta præcisa verba Brevium Alexandri VII. & Innocentii XI.

Cumq; idem SS. D. N. dignatus fuerit exquirere Votum
6 EE. PP. idem P. Procurator Gen. suas reiterat humillimas preces, ad hoc, ut dignentur illud Sanctitati Suæ tradere favore eorundem PP. Reformatorum.

Ad quem effectum præmittimus, quod ex dd. Apostolicis Sanctionibus Leonis X. Alexandri VII. & Innocentii XI. habemus, idem officium terminare post triennium in vigilia
7 Dominicæ Pentecostes; Atque circa ipsius electionem inviolabiliter & quam exactissimè servandam esse alternativam inter PP. Reformatos, & de Observantia Cumque triennio cadenti idem Commissarius Generalis fuerit ex Observantibus, in necessariam sequitur consequentiam, pro triennio proximo eligendum esse ex Reformatis. Dubium autem versatur circa ejusdem electionem, quia ad Constitutionum nostri Ordinis præscriptum fieri non potest Capitulum Generale ob illius prorogationem ad alios duos annos, à SS. D. N. factam.

In hac autem parte habemus viam planam, nobis apertam
8 à providentia ejusdem SS. D. N. qui sicuti in præterito triennio, quo ob minores temporum calamitates Congregatio Generalis commodè coadunari non potuit, nullatenus permisit, continuare in eodem officio P. Cherubinum à Nardo, Religiosum ex Reformatis, sed per suum speciale Breve in Commissarium Generalem elegit P. Joannem Antonium à Panormo ex Observantibus, ita dignabitur S. Sua
9 mediante simili Breve ad dictum officium aliquem Religiosum ex Reformatis assumere, *ad hoc, ut inter eosdem Religiosos fraterna charitas nutriatur, & justitia servetur*, ut loquuntur Summi Pontifices in memoratis Brevibus circa alternativam; Utque inter eosdem Religiosos servetur æqualitas, nedum in substantia, hoc est circa Religiosum Reformatum, seu de Observantia, ad dictum munus de triennio in triennium eligendum, sed etiam circa modum electionis, dum ex Observantibus non alio motivo electus fuit per Breve cadentis triennii, quàm ob temporum præsentium calamitates, quæ causa cum duret etiam hodie, consequenter pro imminenti triennio respectu PP. Reformatorum eadem
10 provisio speranda est ab æquali rectitudine, & amore communis Patris.

Itaut his omnibus, attentè de more consideratis, planè omni disputatione indigna videat. præsens controversia, resq; procedere videatur de plano, præcipuè attenta æquitate illa, quæ in similibus controversiis inter Religiosos præ
11 oculis in Principis Consistorio semper habenda est, ut advertunt *Valenzol. cons.* 75. *nu* 25. *Fontanell. dec. Catalon.* 547. *nu.* 19. & *Rot. dec.* 4. *ante fin. de Appell. in novis.* ubi de bona, & grossa æquitate.

Certiùs, quia ea, quæ adversus prædicta subtiliter adduci possunt, potius apta sunt ad acuenda in scholis ingenia,
12 quam ad impugnandam dictam æqualitatem, & alternativam subvertendam.

Non enim subsistit, quod eadem alternativa non reguletur à tempore triennii, sed à Congregatione ad Capitulum, seu de Capitulo ad Congregationem. Ita siquidem discurrere est verbis ludere, non autem congruè respondere, quia
13 si admittitur ex parte Religiosorum Observantium, quod officium Commissarii Generalis durare debeat à Congregatione ad Capitulum, & à Capitulo ad Congregationem, in necessariam sequitur consequentiam, quod admitti etiam debeat limitatio temporis triennalis, Et ratio est manifesta, quia coadunationes Congregationum, & Capitulorum Generalium, à nostri Ordinis Constitutionibus, Apostolica authoritate roboratis determinatæ, & limitatæ sunt ad triennium, & sexennium respectivè; Igitur idem est dicere in nostro casu, quod Commissarius Generalis
14 durare debeat à Congregatione ad Capitulum, & à Capitulo ad Congregationem intermediam, ac si diceretur, de triennio ad triennium, ut patet consideranti.

Et tamen respectu ejusdem officii Commissarii Generalis verba Constitutionis Leoninæ in d. §. 8. supra registrata, sunt, adeò clara, ut nullum admittant discursum, nullamque argumentandi criticationem, dum in illa disponi-
15 tur, ut durare debeat *per triennium solùm, quo trienio elapso &c.* Itaut si unquam aliàs sanè præsenti casui applicetur dispositio celebris textus in §. *Ille aut ille ff. de Leg.* 3. de quo *Rot. dec.* 171. *n.* 4. *cor. Emer. jun.* & alibi quotidiè. Considerando precipuè taxativam, & limitativam illam dictionem *solum*, de cujus vi, & efficacia *Glos. in canon. Si quis verb. Translatus* 21. *qu.* 2. & *in l. final. verb. Solus C. de Legib. Corn. cons.* 167. *n.* 9. *lib.* 3. *Paris. cons.* 7. *numer.* 12. *lib.* 2. *Grat. discept.* 255. *numer.* 1. *Barbos. diction.* 375. *eod. num.* & *Rot. dec.* 315. *nu.* 4. *par.* 11. *recent.*

Neque vis aliqua fieri potest in eo, quod sicuti, prorogatione durante Generalatus, qui post vigiliam Pentecostes 16 spectaret ad Familia Cismontanam, continuat in Ultramontana, ita tempore dictæ prorogationis Commissariatus Generalis continuare debeat in PP. Observantibus, inter quos reperitur.

Disparitas enim palpatur manibus, quia prejudicium Generalis non respicit solos Observantes, sed etiam Reformatos, estque secundum currentium temporum calamitates prorsus inevitabile. E contra verò præjudicium Commissarii Generalis particulariter tangit, & unicè respicit solos Reformatos, eidemque præjudicio commodè, & facile potest occurri, vel mediante electione per Breve, eodem 17 prorsus modo, quo electus fuit P. à Panormo; Vel etiam per legitimam electionem, quia cum electio Commissarii Generalis fieri possit extrà Capitulum à solis Commissario Generali, Discretis perpetuis Ordinis, nec non Procuratoribus, & Definitoribus Generalibus, isti commodè, facilique negotio possunt congregari.

Cui additur primò, quod si in præsenti, attenta prorogatione Capituli, Generalatus reperitur, & continuat in Familia Ultramontana, in casu alterius possibilis prorogationis posset reperiri, & continuare in Familia Cismontana; 18
Si autem aperiatur modò via confirmandi P. Commissarium Generalem actualem occasione prorogationis Capituli, semper, & in omni casu alterius possibilis prorogationis ejusdem Capituli Generalis Officium Commissarii Generalis erit PP. Observ. eo quia vigore Brevis alternativæ 2. triennio Cõmissarius Generalis semper esset ex Observantibus, idque cum intolerabili præjudicio PP. Reformatorum, & contra expressam mentem s. m. Innocentii XI qui non alio motivo Alternativam inviolabiliter, & quam exactissimè practicandam decrevit, quam ad servandam æqualitatem inter 19 PP. Observantes, & Reformatos, ut ex lectura ejusdem Brevis remanet manifestum.

II. Quod Superiores illi Generales, qui, prorogatione durante, continuant in eorum officio, eligi non possunt, nisi in Capitulo Generali, unde ipsorum respectu adesse videtur necessitas præcisa continuandi in eorum officio, non 20 sic autem respectu Commissarii Generalis, qui, ut supra innuimus, potest etiam extra Capitulum eligi, vel scilicet in Congregatione intermedia, vel per Breve, ut fuit noviss. practicatum cum P. Panormo.

III. Quod iidem Superiores Generales non continuant in eorum officio ex justitia, vel ex Constitutionum præscripto, sed ex mera gratia Summi Pontificis, & absq; alicujus præjudicio hujusmodi autem præjudicium ex confirmatione P. à Panormo respectu PP. Reformatorum, ex hucusque animadversis palpatur manibus. Non solent autem Summi Pontifices gratias impartiri cum aliorum præjudicio ad celebrem *Text. in l.* § *Si quis à princip. ff. Ne quid in loc. publ.* de quo in specie loquendo de Summo Pontifice justissimo, & æquissimo Principe *Card de Luc. de Jurepatr. disc.* 70. *numer.* 15. & *Rot. decis* 81. *numer.* 3. *coram Pamphil.* & *decis.* 898. *numer.* 13. *coram Emer Jun.* & *decis.* 618. *num* 6. *par.* 18. *rec.* & vidimus *supra parte prima discept.* 10. *numer.* 40. 21 22

IV. Quod illa specialis, & æquissima ratio, quæ militat respectu aliorum Superiorum Generalium, non applicatur P. Commissario Generali, quia iidem Superiores Generales electi fuerunt in præterito Capitulo Generali, ad hoc, ut votum haberent in proximis Congregatione, & 23 Capitulo Generali; Cumquè ob dictam electionem per Breve P. à Panormo, votum dare nullatenus potuerint in Congregatione intermedia, quæ ob dictum Breve facta non fuit, absque ullo proprio demerito, vel culpa, privati remanerent voce, tam activa, quam passiva in proximo Capitulo. Quod incoveniens nullatenus verificatur respectu P. à Ponormo, quia ille in omnibus futuris Congregationibus, & Capitulis Generalibus semper intervenire posset, & utraque voce potitur.

V. Demum, quod in Cismontana Familia PP. Observantes tres habent Religiosos, nempe P. Antonium ab Introduco, P. Michaelem Angelum à Candia, & Patrem 24 Joannem Antonium à Panormo, qui votum habent perpetuum in omnibus Congregationibus, & Capitulis Generalibus.

libus. Imò etiam in omnibus Congregationibus, & Capitulis Provincialibus, tam PP. de Observantia, quàm Reformatorum ejusdem Familiæ Cismontanæ. Inter PP. verò Reformatos non adsunt, nisi duo, hoc est P. Carolus Franciscus Varesius, & P. Cherubinus a Nardò, qui tale perpetuum votum habent: Dignum igitur, justum, & æquum videtur, ut idem PP. Reformati ad servandam æqualitatem vigore dictæ alternativæ tertium habeant simile votum, eodem modo, quo illud habent Observantes, nempe per electionem per Breve, facien. à SS. D. N. Præcipuè quia respectu Definitorum Generalium considerabilis remanet inter ipsos disparitas dum quatuor ex illis sunt Reformati, & sex ex PP. Observantibus.

Et ex his remanent inapplicabilia exempla prorogationum similium officiorum annorum 1599. 1624. 1631. & 1657. quia tunc temporis non adhuc præscripta erat, minusque servabatur Alternativa inter PP. Reformatos, & de Observantia nostræ Religionis, & consequenter à dd. disparatis exemplis nulla fieri potest illatio ad nostrum casum *vulgata leg. Papinianus ff. de min. & Rot. d. 464. n. 15. cor. Priolo*, & alibi passim.

Imò si exemplis præsenti controversiæ imponendus est finis, habemus ultimum SS. D. N. quod pro cunctis deservire potest, & summoperè magnifaciendum videtur, uti practicatum tempore Alternativæ. In facto enim constans est, quod anno 1703. quo terminabat triennium P. Cherubini à Nardò Reformati, ad æqualitatem servandam, & Alternativam confovendam summa prudentia SS. D. N. nullatenus permisit, ut idem Religiosus ex Reformatis continuaret in officio, sed istud transtulit in unum ex Observantibus, qui modò in illius possessione reperitur. Nè igitur ad imparia judicentur PP. Reformati, & de Observantia, idem summis precibus expetimus hodiè, & confidimus practicandum esse, ad firmandam pacem, & nutriendam charitatem inter nostros Religiosos, ad quem effectum commendabi providentia summorum Pontificum Alexandri VII. & Innocentii XI. præscripta fuit inter illos Alternativa.

Cui non obstat replicatio, quod novissima prorogatio nostri Capituli non fuerit facta ad triennium, quo casu servari posset Alternativa juxtà dictum exemplum moderni Commissarii Generalis, sed ad solum biennium. Hoc enim respicit præjudicium PP. Reformatorum, qui clausis oculis in hac parte se submittunt SS. D. N. judicio, & voluntati, & protestantur expresse, suum triennium restringere ad dd. duos annos, quatenus post illos celebretur Capitulum Generale; Itaut in proximo Capitulo (Deo dante) post dictum biennale tempus celebrando, idem officium Commissarii Generalis liberè transeat ad aliam Familiam; Quibus stantibus potiùs in hac parte gratiæ agendæ videntur ab Observantibus PP. Reformatis, illorumque moderatio laudanda, quàm contendendum id, quod ex tot Summorum Pontificum Constitutionibus, & placitis omni jure eis competit. Attento præcipuè, quod licèt Reformati tot habeant Provincias, quàm Observantes, nihilominus in spatio annorum 40. unicum tantum interpolati gubernii sexennium habuerunt.

Ejusdem prorsus insubsistentiæ est alia reflexio, quod verba illa Brevis SS. D. N. *Ad tempus, quo hujusmodi officium juxta Regularia dicti Ordinis Instituta, per Sedem Apostolicam confirmata &c. durare consuevit &c.* non sint referenda ad solum Religionis, sed ad particulares casus similium prorogationum P. Antonii de Galbiatæ anni 1631. & P. Sebastiani à Cajeta anni 1657. *relatos à P. Gubern. in Orbe Seraph. tom. 1. & 4.*

Hujusmodi enim interpretatio opponitur *textui in l. 5. ff. de Legib.* ubi disponitur *Ad ea potius debere aptari Jus, quæ & frequenter, & facilè, quam quæ per rarò eveniunt*, quem sequitur *Rot. in dec. 44. n. 12. par. 19. rec.* Cumquè in omnibus aliis electionibus nostrorum officiorum præter allegatas, adamussim semper servatæ fuerint Ordinis Constitutiones, non sine manifesta detorsione prætenditur in præsenti, dd. verba extendere ad casus particulares, & insolitos, *ex supra allegatis*.

Destruitur ulterius eadem interpretatio ab eisdem verbis, quæ contra nos allegantur, dum in casibus particularibus, ex parte Observantium adductis, officia prædicta non durarunt tempore longiori, *Juxta Regul. N. Ordin. Instit.* sed cohærenter Summorum Pontificum derogationibus, placitisquè, temporum vicissitudinibus accomodatis, prout etiam in nostro casu SS. D. N. in d. ultimo Brevi non habuit relationem ad particulares Summorum Pontificum dispensationes, quod regulare est in omnibus legibus posterioribus *ex adductis per Rot. in dec. 566. n. 5. par. 19. rec.* sed ad nostri *Ordinis Regularia Instituta*, secundùm quæ ut sæpè diximus, & nunquam satis repetimus, officium Commissarii Generalis durare debet per *triennium solum*, & non *ultra*, dum illo elapso eligi debet alter *ex Const. 23. Leonis X. §. 8.*

Minus præjudicium aliquod ad nostrum effectum irrogatum dici potest PP. Reformatis à declaratione, facta à Superioribus Generalibus Nostri Ordinis die 2. Martii 1703. qua quæsitum fuit *An, supposita prorogatione Capituli Gener. ad biennium authoritate SS. D. N. nuper facta, censendum sit vigore Bullæ Unionis, & in ea dispositi sexenii pro Generalatu taxativè in singulis Familiis alternativè Generalatum Ordinis deberi ad Vigiliam proximæ Pentecostes huic nostræ Familiæ, adeoque aliquam super ejusdem Familiæ ad Generalatum Jurium præservatione faciendam esse protestationem; Cui unanimiter per PP. responsum fuit, Generalatum non deberi nostræ Familiæ, & durante prorogatione remanere debere in Ultramontana Familia, nec expedire fieri super hoc puncto aliquam protestationem.*

Tùm quia ultima ista verba *nec expedire*, deservire congruè possunt pro adæquata responsione, *juxta illud D. Pauli ad Corinth. 1. 6. 12. Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt*, ostenduntque Definitorii conclusionem, processisse ex dura illa, & amara necessitate, cui secundùm præsentem justitiam alio modo occurri nullatenus potuit, & quæ nullis subjacet legibus *leg. 1. ff. de Exerc. action. & l. Tutor. ff. de Administr. Tutor.* Quæ necessitas longe abest à nostro casu, dum SS. D. N. illa eademmet facilitate, qua pro cadenti triennio ob Catholici Orbis calamitates elegit per Breve Commissarium Generalem ex Observantibus, eligere etiam potest hodiè ex Reformatis: Ea autem quæ necessitate impellente permittuntur, trahi non debent in exemplum ad inferen. præjudicium in iis, in quibus talis necessitas nullatenus urget *can. Discipulos*, ubi *Glos. verb. Fama de Consecrat. dist. 5. Thom. de Thomasett. in Florib. l. Regul. 202. in fin. & Bellett disquis. Cleric. par. 1. tit. de Disciplin. Cleric. §. 20. n. 4. & seqq.* Quia multa per patientiam in uno casu tolerantur, quæ in alio diverso tolerari non debent *cap. Cùm tam dudum de Præbend. Glos. in can. In ipsis verb. Abrogatæ dist. 4. Abb. in cap. ult. n. 8. de Consuetud. & Rot. dec. 1552. num. 23. & seqq. cor. Coccin. & dec. 4. à nu. 12. par. 18. rec.*

Tum etiam, quia licet in prædicta declaratione tam Reformati, quam Observantes ex dicta inevitabili necessitate cesserint juri, quod insimul habebant ad Generalatum, expleto sexennio, ex hac tamen necessaria cessione nullum præjudicium illatum dici potest alteri diverso particulari juri, PP. Reformatis competenti; Circa quod nulla adfuit causa renunciandi, nullumq; factum fuit verbum ad illam obtinendam, & meritò, quia quatuor Religiosi Reformati, qui in Discretorio Generali interfuerunt, nullatenus poterant juri, omnibus PP. Reformatis competenti, voluntariè renunciare ex adductis supra *discept. 14. n. 22.* Quod enim omnes tangit, non ab uno, vel altero absque speciali facultate, sed ab omnibus approbari debet juxta *Text. in c. Quod omnes de Reg. jur. in 6. Rip. resp. 93. per tot. & Rot. dec. 716. n. 12. cor. Dunoz jun.*

Præcipuè quia præjudicium familiæ Cismontanæ circa dilationem electionis Generalis, & aliorum Superiorum Generalium restringitur ad circumstantias solius temporis biennii, absq; ullo præjudicio illorum vocis activæ, dum prorogatione durante, quilibet remanet in possessione sui officii, cum facultate, terminato d. biennio, interveniendi, & suffragandi in d. Capitulo Generali.

Non sic autem respectu PP. Reformatorum in ordine ad Observantes, quia Reformati omni futuro tempore, & pro omni possibili casu alterius prorogationis perpetuum experirentur præjudicium, ea ratione quia, aut ob justam causam à Summo Pontifice impediretur coadunatio Congregationis Generalis, & adducerent exemplum P. à Panormo, qui in istis circumstantiis electus fuit per Breve in Commissarium Generalem; Aut verò eadem justa causa durante, iterùm prorogaretur Capitulum, & in hoc pariter casu, si hodiè non eligeretur unus ex PP. Reformatis adducerent exemplum præsens, asserentes prorogatione durante, ipsorum Commissarium Generalem continuare in eodem Officio usque ad Capitulum Generale; Quod supplicamus præ oculis habere, quia præjudicium est nimis insigne, & prorsus destructivum illius Alternativæ quàm inviolabiliter, & quam exactissimè servari voluit fa. me. Innocen. XI. ad nutrien. charitatem, & servan. justitiam inter PP. Reform. & de Observ.

Cujus

Cujus præjudicii respectu nimis notæ sunt in Romana Curia contentiones, & jurgia à PP. Observantibus promotæ contra Patres Reformatos ob confirmationem P. Bonaventuræ Caballi in Commissariatu Generali pro 2. triennio, motu proprio factam ab Alexandro VII. Itaut ad consulendum dd. inconvenientibus idem P. Bonaventura provisus fuerit de Ecclesia Casertana, ut observat *Card. de Luc. de Regul. disc.6. n 2.* In cujus casu scripsit pariter *Rocca, ut videre est in tom.1 cap.79. quæst. select.*

42

In omnem verò casum supplices petunt iidem Religiosi Reformati separationem, & divisionem ab Observantibus, ad instar similium separationum, quas cum Religionis augumento, Religiosorum fructu, & Sæcularium ædificatione, obtinuerunt Discalceati Carmelitæ Ordinis SS. Trinitatis, & Augustiniani, nec non aliæ Religiones Reformatæ, quæ propriis Generalibus Superioribus reguntur, & gubernantur, & sperant in hac saltem parte voti compotes fieri, *quia æquum, & rationi consonum est, ut qui arctioris Regulæ observantiam sectantur, Superioribus eorum, qui in laxiori degunt, non subiaceant, sed quilibet ejusdemmet professionis Superiores habeant, & illis juxta eorum Instituta Regularia prosperè, & feliciter gubernentur*, quam in separatione Carmelitarum Discalceatorum à Calceatis adduxit Greg. XIII. in ejus *Const.64. §.6.* Quamvè repetiit Urbanus VIII. *in ejus Constitut.210. §. 4.* in separatione Fratrum Discalceatorum Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis Captivorum Congr. Hispaniæ à Generali Calceatorum ejusdem Ordinis, his verbis: *Cùm rationi consentaneum non esset, ut qui arctioris Regulæ sectantur observantiam, Superioribus, qui in laxiori degunt, subiaceant, sed Superiores habeant proprii sui Instituti*; Quamvè demum novissimè præ oculis habuit SS. D. N. in Brevi, expedito die 20. Novembris 1705. favore Provinciæ Italiæ ejusdem Ordinis, quàm exemit à Jurisdictione Generalis Calceati, & subjecit Generali Excalceatorum Congregationis Hispaniæ, prævio Voto Congregationis particularis Eminentiss. DD. Aciajoli, Colloredi, Sperelli, & Gabriellii sub die 7. Octobris ejusdem anni 1705.

43 44 45 46

In eadem Causa.

IMitantur in hac causa PP. Observantes matrem illam, quæ anno Mundi 3022. cùm non posset obtinere à Salomone integrum, vivumque infantem illum, qui suus non erat, coram eodem Rege adversus veram matrem exclamabat; *Nec mihi, nec tibi, sed dividatur*, ut legitur *Reg.3.3. 26.* & observant ibidem Sacri Interpretes, nec non *Repetentes* communiter *in c. Afferte de Præsump.* & præter illos, *D. Ambros. lib.2. de Offic. cap 8. D. Hieronym epist.131. Pined. de Reb. Salomon. lib.6. cap.13. & Cassiodor. lib. de Amicit. tit. de Natur. mot. propè medium*; Dùm agnoscentes insubsistentiam eorum prætensionis habendi novum Commissarium Generalem ex eorum Religiosis, à nostri sæculi Salomone petunt divisionem ejusdem officii, itaut loco unius duo eligantur Vice-Commissarii Generales, unus ex Reformatis, alter verò ex Observantibus; Verùm ad imitationem ejus, quo practicatum fuit à Salomone speramus, & humillimè supplicamus, idem officium nullatenùs esse dividendum, sed integraliter conferendum uni ex Reformatis.

47 48

Non potest ab Observantibus controverti, quod si alternativæ usus circa idem Commissariatus officium determinatus in Brevibus Alexandrino, & Innocentiano regulari deberet de triennio ad triennium, juxta Bullam Leoninam, in proxima Vigilia Pentecostes ad idem officium eligi deberet unus ex Religiosis Reformatis, sed prætendunt, *exercitium talis Alternativæ verificari non posse, nisi de Congregatione Generali in Capitulum*, vel è contra, inferendo exindè, quòd cùm, attenta prorogatione, nostrum Capitulum non nisi post duos annos coadunandum sit, tunc, & non antea eadem alternativa ad praxim reduci possit, insistendo in generalibus propositionibus, quod terminus prorogatus censendus sit omninò idem cùm primo termino, quodque jus consequutivum verificari nullatenus possit, nisi posito Jure, seu termino antecedenti, qualem supponunt esse coadunationem Congregationis Generalis, seu Capituli, in ordine ad usum alternativæ.

49 50

Verùm hujusmodi generalitatibus, quas pannos calidos, & meritò, vocat *Card de Luc. de Legat. disc.61. n.7.* solidè opponimus incontrovertibile, & individualissimum factum novissimæ electionis Commissarii Generalis ex Observantibus qui ad servandam alternativam, electus fuit per Breve SS. D. N. attento, quod post solitum triennium Congreg. Generalis ob præsentium temporum calamitates coadunari non potuit; Igitur non est verùm, quòd alternativæ usus reguletur à Congregatione ad Capitulum, & à Capitulo ad Congregationem, minusque subsistit, quod ejusdem alternativæ exercitium, non nisi in Capitulo, vel in Congreg. Generali ad paxim possit reduci.

51

Agnoscitur exadverso difficultas, sed non benè evacuatur cum illa disparitate, quod Congreg illa, in qua eligi debebat Commissarius Generalis ex Observantibus non fuit prorogata, sed prorsus impedita à SS. D N. non sic autem Capitulum, quod fuit simpliciter prorogatum ad duos annos. Quia, sivè illa prorogata, sivè impedita fuerit, semper verum est, remanetque incontrovertibile, quod alternativa non fuit regulata à Congregatione, seù à termino antecedenti, ut exadverso discurritur cum illis verbis *Guber. in Orb. Seraphic. par.1. fol. 277. ut Commissarius Generalis, ex Observantibus una vice, altera de Reformatis esset assumendus, in singulis Capitulis, & Congregationibus Generalibus.*

52 53

Semperque pariter verum est, quod Congregatio Generalis non fuerit convocata, & tamen alternativa practicata fuit. Quare igitur idem practicari non poterit respectu Capituli Generalis? Quod ex eisdem, imò ex urgentioribus causis, ex quibus impedita fuit Congregatio Generalis, hodiè coadunari non potest: Non enim abbreviatæ sunt manus SS. D. N. neque aggravatæ sunt illius aures, ut exaudire nequeat humillimas Reformatorum preces pro exercitio ejusdem Alternativæ extra Capitulum, sicut exaudivit illas PP. Observantium, dando eis Commissarium Generalem extra Congregationem, statim terminato triennio Reformatorum.

54 55

Ultrà quòd, non opus habemus, recurrere ad hujusmodi stringentia argumenta, ad ostenden. quod officium Commissari Generalis non reguletur à Congreg. ad Capitulum, & è contra, sed de triennio ad triennium, dum habemus legem claram, & literalem, nempè *Constit.23. §.8. Leonis X.* ibi: *Qui quidem Commissarius Generalis per triennium solum Generalis Commissionis fungetur officio, quo triennio elapso, novus Commissarius &c. instituti debeat* nec non *Statuta Generalia nostri Ordinis cap. 8. §. 23. n.1.* ibi: *Officium Commissarii Generalis est triennale, quo finito spirat ejus authoritas &c.* Et quidem ipso facto, & nulla requisita hominis operatione, juxta præcisa verba *ejusdem Constitutionis Leonine §. 10.* ibi: *Quo triennio elapso pro absolutis ab officio à cunctis Fratribus habeantur*, ut observat ibidem *Cherubin. in ejus Scol.1. & Rodriqu. qu. Regul. tom.3 qu.52. art. 2. vers.2.*

56 57 58

Non negamus tamen, quod quando propter bella, vel alia legitima impedimenta, Capitula, & Congregationes Generales coadunari nequeunt, recurrendum sit ad media extraordinaria; Sed hæc non respiciunt personas, quibus jus passivum competit ad obtinenda officia in nostra Religione, sed solum modum, seu eligentes, dum dd. casibus loco solitæ electionis: *Minister Gener. de plenitudine potestatis, aut eundem &c. usq; ad tempus opportunum in officio continuare, vel alium, qui sit ejusdem Familiæ sufficere possit &c.* sunt verba *Statut. Gener. nostræ Religionis c.8. §.23. n.1.*

59

Si igitur Minister Generalis in his casibus plenitudine potestatis uti debet, ad hoc, ut Commissarius Generalis continuet in officio, vel novus eligatur ex eadem Familia, quando Capitulum intermedium celebrari non potest, in necessariam sequitur consequentiam, quòd duratio Commissarii Generalis non est affixa tempori celebrationis Capituli, dùm ex legitima causa, prorogato Capitulo, non exindè prorogatum dicitur officium ejusdem Commissarii, sed requiritur novus actus, omninò distinctus à prorogatione, & meritò; Aliud siquidem est prorogare Capitulum seu differre unionem Vocalium, aliud verò, totoq; cælo diversum prorogare electionem Officialis, ex propria ejus natura triennalis, & eligibilis etiam extra Capitulum prorogatum; indeq; quando fa.me. Urbanus VIII. motu proprio prorogavit Capitulum anno 1631. mediante distinctà gratia seù speciali Brevi confirmavit in officio Commissarii Generalis P. Benignum à Genua.

60 61

Ex eo autem, quod in Brevibus Alexandrino, & Innocentiano, quibus innititur Alternativa, non fiat expressa mentio dicti temporis triennalis, nihil ad rem nostram potest inferri, Quia hujusm. Brevia non emanarunt pro determinando tempore durationis Commissariatus, quod jam reperiebatur solemniter stabilitum in Bulla Leonina, & in Statutis Generalibus Ordinis, sed solùm pro inducenda, & confirmanda dicta Alternativa; Quando igitur in dictis Brevibus dicitur, quod una vice eligatur Commissarius Generalis Cismontanæ Familiæ ex Reformatis, altera

62

verò

verò ex Observantibus, & deindè alternatim, hoc non alio modo potest intelligi, nec ad praxim reduci, quàm pro eo tempore, quod expressissimè, & literis cubitalibus stabilitum & determinatum antecedenter erat, ut patet consideranti.

Quoad observantiam, omitti poterant casus prorogat. 63 factæ anno 1599. à Clemente VIII. annis 1623. & 1631. ab Urbano VIII. & anno 1656. ab Alex. VII. quia tunc temporis respectu Commissariatus Generalis, non adhuc stabilita fuerat alternativa in Familia Cismontana inter Reformatos, & Observantes.

Post dictam verò alternativam, casus P. Caballi potiùs evidenter confirmat, quàm in minimo debilitet intentionem PP. Reformatorum; Quia, exclamantibus Religiosis Observantibus, non obstante prorogatione, facta ante expiratum primum triennium; Imò neque etiam attenta resolutione Congregationis particularis, rescribentis pro validitate gratiæ prorogationis, opus fuit eundem P. Caballum, nedum ab officio removere sed ab ipsa Religione tollere, ad placandos animos, magnomque tempestatem, in nostra Religione exortam, ob non servatam alternativam, ut notorium est, & refert *Card. de Luc. de Regular. disc.6. n.6* ibi: *Unde propterea, vacante officio, in eo deputatus fuit pro dictæ alternativæ observantia Religiosus alterius ordinis Familiæ*; ubi notanda verba illa. *Pro dictæ Alternativæ observantia*, quæ habita fuit pro violata ex d. gratia prorogation.

Exempla durationum Provincialium, & Guardianorum, 64 etiam ultra triennium per aliquot menses, retorquetur ad hominem, quia id non procedit ex natura dd. officiorum, sed ex Summorum Pontificum gratia, specificè confirmantium Statuta Generalia Religionis, in quibus ad breve tempus id permittitur in particularibus, & extraordinariis casibus; Usquequò igitur tale privilegium, similisque gratia ostendatur respectu officii Commissarii Generalis, cum derogatione Bullæ Leoninæ, pro istius exequutione respondendum est: 65 Imò ex hac discretiva majoris durationis respectu dd. Officialium magis, magisque confirmatur diversa dispositio circa officium Commissarii Generalis, circa quod habemus legem apertam, nimisquè clarum, & æqualiter literalem, omnem excludentem longiorem durationem, demandando, quod duret per triennium solùm, juxtà suprà animadversa.

Alteri verò exemplo Ministri Generalis abundè satisfe- 66 cimus pariter *supra nu. 16. seqq.* Quibus addimus, quod id processit ex voluntario facto illius Familiæ, in qua prorogatione durante Generalatus non reperiebatur, quia ei non erat expediens obtinere Generalatum pro uno, vel duobus annis prorogationis, & sic consumere turnum alternativæ, cum præjudicio quatuor, vel quinque annorum gubernii 67 generalis; Non sic autem in præsenti, quia agitur de officio triennali, deque prorogatione duorum annorum, & sic de præjudicio unius dumtaxat anni.

Retorquetur pariter ad hominem Breve f.m. Innoc. X. relatum à *Guber. in Orbe Seraphic. tom. . fol.* 384. quo elegit P. Sebastianum à Gaeta in Commissarium Generalem, prorogando ejus officium: *Ad aliud triennium, seù ad proximè celebrandum Ordinis Capitulum Generale*. Quia SS. D.N. non 68 elegit P. Panormum usque ad proximè celebran. Capitulum Generale, sed: *Ad tempus, quo hujusmodi officium juxta regularia dicti Ordinis Instituta, per Sedem Apostolicam confirmata, durare consuevit*. Quod tempus, ut vidimus supra *n. 3. & seqq.* tam à Generalibus Statutis, quam à Constitutione Leonina, per viam regulæ generalis determinatum est ad solum triennium, *quo triennio elapso*, dicitur in Constitutione Leonina, *novus Commissarius institui debet, & quo triennio finito, spirat ejus authoritas*, juxtà præcisa verba dicti Statuti.

Non negamus, Alternativæ usum, juxtà regularem ipsius naturam, practicari debere in Congreg. & Capitulis quando ista temporibus, ab Ordinis Constitutionibus præfixis, coadunantur. Diximus *regularem naturam*, quia in 69 illis extraordinariis casibus, in quibus id non potest ad praxim reduci, tunc recurrendum est ad media extraordinaria, juxtà casum electionis P. à Panormo, electi quidem tempore à Constitutionibus præfixo, sed extra Congregationem, & sic cum limitatione dictæ generalis regulæ.

Eodem prorsus modo, quo Statuta Generalia Ordinis, loquentia de Congregationibus, & Capitulis, intelligun- 70 tur de illis, quæ juxtà illorum ordinarium cursum, & regularem naturam coadunantur, in quo sensu admittimus, quod tempora in illis præscripta, accipi non debeant Judaicè, & physicè hoc est de momento ad momentum, sed moraliter, seu de Capitulo ad Capitulum.

Nedum autem efficacissima non est, sed nimis debilis, & in sola superficie fundata, ratio illa adducta in contrarium, quod si modo Commissarius Generalis eligatur ex Reformatis, isti duabus vicibus inter Capitul. & Capitulum 71 idem Officium obtinerent, & Observantes una tantùm vice; Quia in angustiis currentium temporum, & nostri Sæculi calamitatum, unum ex duobus necessariò practicendum est; Aut scilicèt inter Capitulum duabus quidem vicibus Commissarium Generalem eligere ex Reformatis, sed pro exequutione alternativæ, & pro tempore in Apost. Constitutionibus præfixo; Aut verò una vice illum eligere ex Refor- 72 matis per solum triennium, alia verò vice eadem alternativa postposita, illum eligere ex Observantibus per quinquennium, & forsan etiam ultra; In hac igitur dura necessitate nescimus videre, quare postpositis hujusmodi nominalibus quæstionibus juxta celebre dict. *D.Thom. 1. par. qu. 54 art. 4 ad 2.* ibi: *Sapientis autem est non curare de nominibus*, in rei veritate, & in substantia servari non debeat alternativa, tot effrenatis verbis à duobus Summis Pontifici- 73 bus in Cismontana Familia stabilita; Et si non fuit permissum Reformatis officium Commissarii Generalis longiori tempore retinere, durantibus Mundi calamitatibus, quare istis non cessantibus, & forsan ex justis Dei judicio longiori tempore duraturis, id permittendum erit Observantibus? Qui debebant utique in eorum Responsione omittere verba illa. *PP. Reformati, non habentes tot Conventus, & nudius tertius exæquati in regimine Observantibus*, probè scientes, quod non nudius tertius, sed à duobus sæculis à Leone X. non exequati solùm, sed prælati fuerunt Observantibus, ex quibus nemo potest esse Minister Generalis. *Nisi vitam ducat reformatam, & pro reformato à Commun. habeatur*, juxta præcisa verba *ejusdem Bullæ* §. . Et non va- 74 lentes etiam ignorare, quod Reformati plures habent Provincias, quàm habeant Observantes, ut in nostra Religione plusquam notorium est.

Insimul autem sub oculis habendo omnia ex hac parte deducta, remanet aburdè probatum, Officium Commissarii Generalis in nostra Religione ex sua propria, & peculiari 75 natura triennale prorsus esse; Alternativa igitur in illius exercitio inviolabiliter, & quàm exactissimè practicanda, ut loquuntur Summi Pontifices Alexand. VII. & Innocen. XI. in illis Brevibus, in quibus illa stabilita fuit, nimis sensibiliter læderetur, nisi post triennium Commissarii Generalis ex Observantibus, unus ex Reformatis eligatur, eodem prorsus modo, quo terminato triennio Reformati, unus ex Observantibus electus fuit.

Congr. particularis Eminentissimorum Carpinei Spadæ, Panciatici, Sacripantis, & Paulutii, necnon R.P.D. Pa- 76 racciani, tunc Prælati, & hodiè S.R.E. Card. die 10. Maii 1706. in eam inclinavit opinionem, ut duo eligerentur Vice Commissarii Generales, unus pro Reformatis, alter verò pro Observantibus, effectu subsequuto, ex SS. D. N. approbatione, & electione dictorum duorum Vice Commissarior. Generalium, hoc modo aperiendo viam illi separationi, *de qua supra n.43.*

Ad evitandas continuas dissentiones, & contentiones inter Relig. Reformatos, & Observantes, circa festivitates, 77 picturas, & elogia illorum Religiosorum, qui cum fama sanctitatis ex hac vita discesserunt, & deinde fer. fer. à Summis Pontificibus inter Sanctos relati fuerunt, providè in Capitulo Generali, Victoriæ celebrato die 24 Maii 1694. multa in hac parte unanimi consensu statuta fuerunt; Quod nempè, si Servus Dei canonizatus sit ex Reformatis, in picturis, sculpturis, laminibus, libris, scripturis, & elogiis, exprimatur, quòd est Minorum Observantium Reformatorum; Si ex Observantibus, quod est Minorum Observantium; Si ex Discalceatis, vel Recollectis, dicatur Discalceatorum, vel Recollectorum; Quod processio solemnis canonizationis priùs fiat à Conventu illius membri, cujus Servus Dei, dum viveret, portio fuerat; Quod ad processionem; quæ à principali Conventu fiet, aliorum Conventus Communicantes omnes concurrere teneantur; Quod demum, si in Loco non esset Conventus immediati Instituti novi Sancti, processio, cui ut supra omnes interesse debent, primò fiat à Conventu antiquiori ex quocum- 78 que membro Observantiæ fit. Quæ omnia pro illorum majori firmitate, & perpetua observantia, addita pœna privationis vocis activæ, & passivæ contra transgressores, specificè à Sac. Rituum Congr. confirmata fuerunt die 9. Decembris 17 3. mediante sequenti resolutione, seu Decreto. *Sacr. Rituum Congregatio suprascriptum Statutum benignè* 79 *confirmavit, & contra ejusdem Transgressores sub pœna privatio-*

vationis vocis activæ, & passivæ, procedi posse decrevit. Die 9. Decembris 1713.
G. Card. Carpineus Præfectus.
N. M. Tedeschi Episc. Liparitanus S. Rit. Cong. Pro-Sec.

DISCEPTATIO XXI.

S. Severinæ Præcedentiæ.

PRO

Confratern. S. Jo: Baptistæ Terræ Cutri,

CUM

Confraternitate SS. Annunciationis ejusdem Loci.

ARGUMENTUM.

Inter Confraternitates quænam debeat præcedere; An Confratres possint uti saccis sericeis, cum ornamentis similibus, & an possint intervenire omnibus Processionibus, quæ fiunt à Clero Sæculari.

Usque ab anno 1574. quo Venerabilis Confraternitas S. Jo: Baptistæ Terræ Cutri S. Severinæ Diœcesis erecta 1 fuit, sub expressa obligatione interveniendi in omnibus processionibus, tàm publicis, quàm privatis, in quibus intervenit Clerus, ut ex Instrumento fundationis, semper in omnibus processionibus, cæterisque functionibus Ecclesiasticis, consuevit præcedere omnes alias Confraternitates ejusdem Loci, & signantèr illam SS. Annunciationis. Cùmque ista de anno 1606. occasione, qua aggregata extitit Ven. Archiconfraternitati SS. Trinitatis peregrinorum Urbis præcedentiam prætendere cæperit, instaurato judicio coram Vicario Generali S. Severinæ, examinatisque formitèr testibus, tam pro parte prædictæ Confraternitatis S. Jo: Baptistæ, quàm pro parte Confraternitatis SS. Annunciationis, de quibus in Summario, uno ore concludentibus, nostram Confraternitatem ab exordio suæ erectionis in omnibus processionibus tam publicis, quàm privatis, cæterisque functionibus Ecclesiasticis, semper præcessisse Confraternitatem Adversariam, dictus Vicarius suam protulit sententiam anno 1607. in qua mandavit, *Confratres Confraternitatis S. Jo: Bapt. qui in quasi possessione præcedentiæ, ac juris præcedendi sunt, quibuscumque reclamationibus, protestationibus, appellationibus, & aliis subterfugiis prorsùs remotis, & cessantibus, & postpositis, in processionibus, tàm publicis, quàm privatis præcedant, & præcedere debeant*, quæ ob non interpositam appellationem, transitum fecit in rem judicatam.

Anno verò 1677. in d. Curia Archiep. S. Severinæ post æquè longam, ac maturam causæ discussionem, alia ema- 2 navit sententia, in qua dictum fuit, quod Confratres Confraternitatis Sanctæ Joannis Baptistæ *In processionibus, tam publicis, quàm privatis præcedant, & præcedere debeant*, & insuper prætendente Confraternitate Adversaria, quod Confraternitas Principalis non posset ad formam ejus obligationis, associare Clerum in dictis processionibus, tam publicis, quàm privatis, aliisque functionibus, in quibus ipse intervenit, fuit itidem definitivè pronunciatum, quod Confraternitas Adversaria impedire non posset Principalem *à præcedendo in omnibus processionibus, tàm publicis, quàm privatis, necnon ab associando Rev. Clerum, in quibusvis aliis actibus*, & hæc pariter sententia in rem judicatam transivit.

Verùm, his non obstantibus, eadem antiqua controversia toties definita item fuit excitata mediante supplici Libel- 3 lo, huic Sac. Congr. porrecto, quo die 10. Julii 1710. de more remisso Reverendiss. Arciepiscopo *pro Informatione, & Voto*, hac superventa, contingit modò ad relationem Eminentiss. de Abdua sex dubia disputare, quæ ut infra videntur resolvenda, prout humillimè supplicamus.

Quoad primum præcedentia competere videtur nostræ Confrat. S. Jo: Bapt. Siquidem reperitur in quasi possessione præcedendi per sæculum, & ultrà in omnibus processionibus, tàm publicis, quàm privatis, cæterisque Ecclesiasti- 4 cis functionibus, concludentissimè probata ex depositionibus nostrorum testium, formiter examinatorum usque de anno 1607. necnon comprobata ulterius ex testibus d. anno exadverso inductis, & quod magis est, per duas sententias, in judicatum transactas, canonizatas, adeoque indubitati juris est eidem Confraternitati competere præcedentiam in dictis processionibus, tàm publicis, quam privatis, 5 aliisque ecclesiasticis functionibus, ex nota regula, quod in materia præcedentiarum primum occupat locum quasi possessio præcedendi, ut tradunt *Antonel. de Regim. Eccles. lib. 3. cap. 18. §. 1. n. 6. Frances de Eccles. Cathedr. c. 25. num. 377. Tancredin. consult. 14. n. 1. & seq. Panimol. dec. 1. nu. 1. & seqq Ricciul. Lucubr. Eccl. lib. 4 c. 16. num. 1. Barbos. de Jur. Eccles. lib. 2. c. 11. nu. 102. Pasqualig. ad Lauret. de Franc fol. 88. n. 227. vers. Quoad præcedentiam, Rot. dec. 229. n. 1. penes Posth. de Manut. & cor. Merlino dec. 779. n. 1. & cor. Bich. dec. 566. n. 8. & in voto 8. n. 2. & seqq. post Rembold. & in Tarracon. Præcedentiæ 28. Junii 1697. §. Nec deest cor. Card. Capra-* 6 *ra, & in ejus confirmatoria cor. Ansaldo* inter ejus impressas *la 25. n. 1. & seqq. & in annot n. 8. & in Andrien. Præeminentiarum super bono Jure 17 Februarii 1710. §. Præter cor. Aldrovand.* ubi, quod in controversiis præeminentialibus taliter attendenda est quasi possessio, ut potiùs sit habenda ratio possessionis, quàm Juris, vel tituli.

Absque ullo dubio attenta literali *Const. 48. s. m. Gregor. XIII. in Bullar. tom 2.* qui in §. 3. ad submovendum hujusmodi crebras lites inter Confraternitates, cubitalibus literis statuit, ut præcedentia debeatur illi, quæ reperitur in hac 7 quasi possessione præcedendi, ibi: *Qui in quasi possessione præcedentiæ, ac juris præcedendi sunt, &c. in processionibus, tam publicis, quàm privatis, præcedere debeant*; Et proptereà nisi velit exadverso in controversiam deduci Summi Pontificis authoritas, casus iste uti literalitèr decisus à dicta Pontificia sanctione, remanet omni disputatione indignus; & applicatur regula *Textus in leg. Ille, aut ille ff. de Legat. 3* quem in terminis alterius Constitutionis s. m. Innoc. XI. sequitur Rota in dec. *apud Card. de Luc. de Offic. vacab. fol. 184. n. 1.*

Neq; obstat aggregatio, exadverso obtenta ab Archiconfraternitate SS. Trinitatis Urbis. Ultra quod enim nostra 8 Confratern. etiam post d. aggregationem innegabiliter reperitur in d. antiqua quasi possessione præcedendi; Strictè respondemus, quod talis aggregatio operatur solum circa Indulgentias, & gratias spiritales, non autem jus aliquod præcedendi antiquioribus Confraternitatibus tribuit, ut observat. *Rot.* apud *Antonel. de Jur. Cleric. dec. 43. n. 8.* & resolvit *Sac. Congr. Episc. in Brugnaten. 23. Novemb. 1691. teste Monacell. in Formul. For. Eccl. tit. 4. formul. 17. n. 1 tom. 1.*

Quo verò ad 2. *Dub. An liceat Confraternitati S. Jo: Baptistæ, etiam non invitatæ, intervenire processioni S. Crucis, quæ fit ab Ecclesia SS Annunciationis, ac pariter in omnibus* 9 *processionibus, tàm publicis, quàm privatis, in quibus intervenit Clerus*; Præsupposita illa facti circumstantia, quod in d. processione S. Crucis intervenit Clerus Terræ Cutri, ut testatur Reverendiss. Archiepisc. facilis videtur resolutio affirmativa quoad utramque partem:

Etenim Confraternitas Principalis tenetur accedere ad omnes processiones, tàm publicas, quam privatas, in quibus intervenit Clerus, vigore ejus obligationis, & Capitulorum, in limine fundationis ab Ordinario approbatorum, & per consequens omninò ei licet, etiam non invitatæ, in- 10 tervenire processioni S. Crucis, de qua agitur, dum in ea intervenit Clerus, prout etiam in omnibus aliis processionibus, tàm publicis quàm privatis, in quibus idem Clerus intervenit; Licitum namque id dicitur, ad quod quis de jure tenetur ad *Text in leg. Si Paterfamilias §. Qui duos ff. de Adopt. Rot. dec. 70. n. 20. par. 16. rec.*

Quæ omnia efficaciora redduntur ex dicta nostra quasi possessione, & consuetudine associandi Clerum in omnibus dictis processionibus, ut deponunt decem testes, quorum octo sunt in sacerdotali Dignitate constituti; Consuetudo enim adeo potens est, præcipuè in hac materia, ut veniat etiam servanda in iis, quæ sunt contraria dispositioni Juris communis, ut inquit *Ricc. collect.* 1069. & *collect.* 1446. & notant *Trancred. in d. consult. 14. n. 6. & seqq. Sperell. dec.* 11 *76 n. 4. & dec. 79. n. 3. & Panimol. dec. 1 n. 20 & seqq. & in annotat. 1. n. 1. & Barbos. ad Concil. sess. 25. de Regular. cap. 13. nu. 12.*

Et quod magis est, habemus d. sententiam anni 1677. præsentem casum individualiter decidentem ibi: *Non impediat, neque directè, neque indirectè &c. sub quovis prætextu, & quæsito colore Confratres Confraternitatis d. Ven. Ecclesiæ S. Jo. Baptistæ à præcedendo in omnibus processionibus, tam publicis*,

blicis, *quàm privatis*, *necnon ab associando R. Clerum in quibusvis aliis casibus*; Quæ cùm transitum fecerit in rem judicatam, firmatus remansit hujusmodi status associandi Clerum in processionibus, tam publicis, quàm privatis, aliisque actibus, in quibus iste intervenit, cùm rei judicatæ virtus sit firmare statum, atque, ut nostri dicunt, facere de albo nigrum, deq; non ente ens, juxta *Text. in leg. Res judicata ff. de Reg. jur.* cum concordantibus apud *Rot. in Romana Fideicommissi* 15. *Januarii* 1700. §. *Sed ut diximus cor. Ansaldo*, ubi, quod res judicata se habet ad instar muri, qui in medio positus transiri non potest;

Accedente illa alia bona, & convincenti ratione, quia prædicta associatio Cleri in dictis processionibus aliisq; functionibus Ecclesiasticis innegabiliter respicit cultum Divinum, & proinde impediri non potest, ut tradit *Nicol. in Flosc. v. Confraternitas n.* 21. ubi, quòd nulla Confraternitas impediri debet, nè accedat ad funera, modò id fiat sine Jurium Parochialium præjudicio, & resolvit hæc Sac. Congr. *in Camerin.* 26. *Aug.* 1616. *teste Nicol.* ubi supra *Frances de Eccles. Cathedr. c.* 25. *nu.* 63. ubi, quod illa Confraternitas est laudabilior, quæ in pluribus operibus piis exercetur.

Deveniendo ad 3. *dub. An liceat Confraternitati SS. Trinitatis, seu Annunciatæ dictæ Terræ, uti saccis sericis*, supplicamus respondere negativè. Confraternitas enim prædicta usque ab initio suæ erectionis consuevit uti saccis lineis, seu *di Sangallo* albi coloris; Post aggregationem verò Archiconfraternitati SS. Trinitatis Urbis, usa fuit saccis lineis rubei coloris, ut uno ore concludunt sex testes, formiter examinati super 1 interrog. Sicque eodem habito uti debent in præsenti, neque est licitum eidem Confraternitati uti saccis sericis, cùm habitus mutatio nullatenus sit permittenda, ut generalibus omissis, in nostris præcisis termis resolvit hæc Sac. Congregatio *in Anconitana* 20. *Februarii* 1601. quam referunt, & sequuntur *Nicol. in Floscul. verb. Confraternitas n.* 15. & *Pignatel. cons.* 68 *seu ultima n.* 2. *to.* 3.

Fortiùs, quia Confratres Adversarii non utuntur simpliciter habitu sericeo, sed ulterius: *Con fettuccia al petto, e per cingolo tovaglie di seta con merletti argentati, & indorati, & altri con fettuccie grandi*, ut deponunt vigintisex testes, quorum octo sunt Sacerdotes, & refert Reverendiss. Archiepiscopus in ejus Relatione; Hujusmodi autem novitas, superfluitas, & luxus vestium, omnino prohiberi debet; ut tradit *Monacell. in Formul. tit.* 16. *formul.* 3. *nu.* 30. *to.* 2. *Nicol. in Flosc. verb Confraternitas n.* 17.

Prædictis accedit, quod ipsimet Confratres ArchIconfraternitatis SS. Trinitatis Urbis, cui aggregata reperitur Confraternitas Adversaria, utuntur omnes indistinctè sacco lineo, etiam illi, qui sunt in maxima dignitate Ecclesiastica constituti, ut est notorium, & ex abundanti testantur Sacerdotes omnes, ibidem commorantes; Quocirca nè maximum sequatur inconveniens, quod inferior utatur habitu, seu sacco pretiosiori, eò magis videtur interdicenda scandalosa gestatio sacci serici, ut de se patet.

Ex his promanat etiam resolutio 4. *dub. Confratres nimirum Adversarios vestire debere lineo sacco absque nostris*, aliisque vanibus, & scandalosis ornamentis, quia dum illo usi fuerunt usque à principio fundationis eorum Confraternitatis, eodemque habitu, seu sacco lineo indistinctè utuntur Confratres Archiconfraternitatis Urbis, cui illa est aggregata, utique eodem habitu uti debent Confratres Adversarii aggregati.

Demum 5. *dub. An sit concedenda Remissoria*, pari rescripto negativo resolvendum videtur; Articuli enim, exadverso exhibendi, nil aliud sanè continere possunt, quàm probare illud, quod est de directo contrarium, vel probationi jam factæ, & super qua adsunt res judicatæ, vel claræ dispositioni Juris, Constitutionibus Apostolicis, & resolutionibus Sac. Congregationum, in quibus terminis remissoria nunquam conceditur, ut de primo firmavit *Rot cor. Caputaq par.* 3. *dec.* 51. *n.* 1. ibi: *Remissoria post rem judicatam concedi non debet, quia per rem judicatam est impositus finis litibus, & probationes ulterius non sunt recipiendæ*, Et de secundo adsunt æquè punctuales, ac magistrales resolutiones Sac. Congr. Conc. *in Salisburgen Capitulationum* 11. *Martii* 1702. & *in alia Salisburgen Clausuræ* 10. *Januarii* 1712. & *in Lauien. Funerum* 2. *Maii ejusdem anni* 1712. *ad* 2. *dub.*

In eadem Causa.

Non sine admiratione observantes contrariam Scripturam sub nomine NN unius ex Confratribus Adversariis, pueri decem dumtaxat annorum circiter, dantisque operam primis Grammaticæ rudimentis, cohærenter ad ea, quæ leguntur *Psalm.* 8. *vers.* 3. credebamus, saltem absq; ulla alteratione EE. PP. facti veritatem esse aperiendam, quia, teste *Senec. lib.* 7. *contr. cap.* 5. *antè finem*; *Puer ad eos pervenit annos, ut intelligat, & nundum ad eos, quibus fingat*; Cœterum res aliter se habuit, ut ex infra animadvertendis ad evidentiam patebit, relinquentes aliis divinandum motivum talis puerilitatis, adeò nimiùm excellenti, Sacrosanctoque Tribunali, quale est hæc Sac. Congregatio, distribuendi Scripturas, in Urbe impressas sub nomine pueri decennalis, illasque magno fastu publicandi per totam Diœcesim S. Severinæ.

In substantia autem tota vis ejusdem Scripturæ, quisquis sit illius Author, vel Auctor, innititur justificationibus, desumptis ex magnificato Processu, qui anno 1579. ad instantiam Confraternitatis SS. Annuntiatæ contra Confraternitatem S. Joannis Baptistæ, prætenditur factus in Curia Archiepis. S. Severinæ, & à qua asseritur lata sententia favore Confraternitatis Adversariæ, publicata die 17 Decem. ejusdem anni 1579. ut videre est ex eodem Processu, originaliter exhibito in manibus Eminentiss. Ponentis in totum *fol.* 50.

Ad manibus palpandam falsitatem ejusdem Processus, sat est illum fidelibus oculis EE. PP. subiicere; Tali enim, tantaque evidentia, non semel, sed semper, ubi fit mentio Confraternitatis Sanctæ Catherinæ, quæ non est in causa, quævè non impugnat precedentiam Confraternitati Adversariæ, apparet alteratum illius nomen, subrogatumquè nomen Confraternitatis S. Jo. Baptistæ, necnon ubi adnotatur annus 1575. quo idem Processus factus fuit adversus dictam confraternitatem S. Catharinæ, apparet facta immutatio in annum 1579. una cum mensibus, & diebus pariter visibiliter alteratis, ut nihil aliud in hac parte desiderari possit, nihilq; aliud supersit, quàm enixis precibus rogare EE. PP. ut dignentur talem Processum sub oculis habere cum illis ponderationibus, quas damus ad partes.

Quia verò syllabæ, componentes nomen S. Jo. Baptistæ, longè superant syllabas, componentes nomen S. Catherinæ, ad colorandam immutationem utriusque nominis, ea usus fuit cautela improbus falsificator dicti processus, ut semper, & ubiquè omiserit nomen *Baptistæ*, contentus superaddere illud *Sancti Joannis* dumtaxat, idque tali imperitia, tantaque ineptia, ut recognitio ejusdem originalis Processus risum, & bilem eodem tempore moveat, ut in simili, sequendo suum Concivem *Horatium Flaccum*, observavit *Card. de Luc. de Jurisdict. in adnot. ad disc.* 64. *sub n.* 52.

Crescitque evidentia demonstrationis falsitatis ejusdem Processus ex eo, quod constructus asseritur anno 1579. Et tamen omni adhibita diligentia in Actis Curiæ S. Severinæ, ubi similes Processus adnotari solent, nulla omninò mentio, vel memoria ejusdem habetur, ut testatur ejusdem Curiæ Actuarius; Legitur ulterius in eodem Processu subscriptus, uti Judex, seu Vicarius Generalis Archiepiscopi S. Severinæ, Jo. Antonius Grignetta J.U.D. Presbyter Neapolitanus, ac SS. D. N. Protonotarius, juxta præcisa verba præteriti contrarii Summarii, & tamen idem Grignetta antecedenti anno 1578. die 2. Junii electus fuit Episcopus S. Marci, ut testatur *Ughell. in Ital. Sac. to.* 11 *in Descrit. Episc. S. Marci fol. mihi* 951. ibi: *Joannes Antonius Grinitus electus est anno* 1578. 2. *Mensis Junii*, de cujus authoritate in his præcisis terminis benè *Rot. dec* 169. *n.* 3 & *dec.* 184. *nu.* 5. *par.* 19 *rec* & *in Caputaquen. Jurisdictionis* 4. *Maii* 1708. §. *Concurrunt cor Caffar.* Idq; concludentissimè ulterius demonstramus in præsenti ex attestatione Sacri Collegii Secretarii, ibi: *Die* 2. *Jun.* 1578. &c. *fuit Consistorium secretum in quo SS. D. N. referente Rmo D. Card. S. Severinæ providit Eccl. S. Marci* &c. *de persona R. D Jo. Antonii Grigneti Presbyteri Neapol.* &c.

Si igitur iste Grignetta Presbyter Neapolitanus, anno 1578. die 2. Junii electus fuerat in Episcopum S. Marci, quomodo die 17. Decembris sequentis anni 1579. & sic post decem, & octo menses, & ultrà poterat esse Vicarius Archiepiscopi S. Severinæ? Et uti talis, ferre sententiam illam, quæ per extensum data fuit in d. contrario Summario, quævè cum visibili, ocularique; alteratione anni, mensis, diei, & nominis Confraternitatis S. Catherinæ, legitur in Processu originali *fol.* 47.

Sunt

Sunt hæc adeò manifesta, adeoque evidentia ex sola inspectione, & visione ejusdem Processus, ut nulla adsit necessitas recurrendi ad conclusionem, communiter receptam, quod falsitas demonstrari potest ex indiciis, & præsumptionibus, ut videre est *apud Dec. conf.* 189. *num* 2. *&* 3. *Farinac. conf.* 12. *num.* 1. *lib.* 1. *& Rot. dec.* 546. *num.* 11. *cor. Gregor. & dec.* 633. *num.* 3. *& seqq. cor. Emer. Jun. & decis.* 59. *num.* 5. *par.* 13. *rec.* Quodque aliquando *un mott, un date, une circostance la plus legere, fait quelque fois decouurir les plus grandes, e les plus dangereuses fourberies*, juxta præcisa verba *P. le Tellier re la Defence de Novueaux Chrestien. par.* 1. *in admonit ad Lectorem fol. mihi* 48. dùm in nostro casu non adducimus conjecturas, minusque præsumptiones, ad dictam falsitatem Processus demonstrandam, sed illa ictu oculi desumitur ex sola aperitione ejusdem Processus, data opera mille maculis conspurcati ad colorandam illius venerandam antiquitatem.

Et tamen illa, inter alias demonstrationes, infertur etiam ex affectatissimis illis verbis *Molto Reverendissimo Sig.* quæ leguntur in *fol.* 2. quæque, ad differentiam aliarum linearum ejusdem paginæ, scripta apparent atramento nimis vivido, & vix exsiccato tempore, quo exhibitus fuit in manibus Eminentissimi Ponentis, quam circumstantiam atramenti, diversi ab alia parte ejusdem Scripturæ, ad comprobandam illius falsitatem, magnifecit *Sac. Rot. in dec.* 105. *num.* 5. *& dec.* 144. *num.* 12 *cor. Priolo.*

Et ulteriùs neque etiam desunt validæ conjecturæ, & fortes præsumptiones, talem falsitatem ad oculum comprobantes; Gratia enim brevitatis, levioribus omissis, duæ ad nostrum effectum nimia consideratione dignæ videntur, prima, quod adversus praxim, & solitum omnium Tribunalium totius Orbis, talis Processus non reperitur in Archivio Curiæ, ubi factus asseritur, sed penes unam ex Partibus colligantibus, quod illius legalitatem manifestè excludit, ejusdemque fidem prorsus vacillare facit, ex animadversis per *Rot. cor. R. P. D. Ansaldo dec.* 8. *num* 12. Secunda verò, quod idem Processus, qui asseritur confectus 1579. seù veriùs ultimo loco confictus fuit, modò dumtaxat post cursum unius sæculi, cum dimidio lucem aspicit. Hujusmodi siquidem tardissima productio magnum est indicium illius falsitatis, *Textus est in leg Si quis fortè §.* 1. *ff. de Pœn.* ibi: *Non enim debebat tàm magnam rem tandiù retinere*, quem referunt, & sequuntur *Oldrad. conf.* 185. *num. Menoch de Præsumpt. lib.* 2. *præsumpt* 91. *& Rot. dec.* 223 *num.* 16. *cor. Royas dec.* 59. *num.* 9. *par.* 13. *rec. & in Rossanen. Juris prohibendi* 3. *Julii* 1702. *§. finali cor. Lancetta, & in Romana Dotis, & lucri* 10. *Decembris* 1703. *§. Tertia cor. Muto.*

Crescitque in immensum vis hujus animadversionis ex eo, quod anno 1607. & sic post 28. dumtaxat annos à tempore dicti conficti Processus, ad instantiam Confraternitatis Adversariæ introducta fuit lis contra Confraternitatem Principalem in Archiepiscopali Curia S. Severinæ, in eaque insteterunt Adversarii coram tunc temporis Vicario Generali, *che si determini per giustizia circa la precedenza, che detti Confrati di S. Giovanni pretendono.* Si enim supponitur exadverso, quod determinatum erat per sententiam, latam usque ab anno 1579. in judicatum transfactam, quod præcedentia debita erat Confraternitati Adversariæ; Ad quid iterùm ex integro petere novam determinationem ejusdem præcedentiæ? Quare non fuit allegata eadem sententia, quæ utì in judicatum transacta, nullam admittebat exceptionem? Ad quid mendicare titulos præcedendi, vel ex eo, quod Confraternitas Adversariorum habebat digniorem titulum semper, & ubiquè venerandi nominis Matris Dei, vel ex aggregatione ad Archiconfraternitatem SS Trinitatis Urbis, quæ ex supra animadversis operatur solùm consequutionem Indulgentiarum, aliarumque gratiarum spiritualium, nullo autem modo communicat privilegia temporalia: Si unico verbo terminari poterat controversia, insistendo pro executione dictæ rei judicatæ, quæ juxta illius notam indolem, notoriamque virtutem, facit de albo nigrum, quadrat rotunda, constituitque iretractabile Jus, ex supra adductis *num.* 3.

Supplicantes hic observare, quod omnia hæc non adducimus ad effectus criminales, à quibus, & genium, & professio nimis alienæ sunt, sed dumtaxat ad effectus civiles, hoc est ad demendam fidem dicto processui, in quibus terminis sola suspicio falsitatis habetur pro falsitate, juxta animadversa per Criminalistarum *Principem Fanirace. conf* 108. *num.* 114. *&* 115 *tom.* 2. ubi, quod quando contra scripturam aliquam adducuntur duæ falsitatis præsumptiones, fat est pro demenda illi omnem fidem, quando autem plures, quàm duæ præsumptiones concurrunt, tunc sufficiunt etiam ad condemnandum criminaliter, *Noguerol. alleg.* 26. *numer.* 39. ubi, quod in scripturis suspectis duo falsitatis gradus considerantur, unus, eas falsas declarando, alius verò, nullam eis adhibendo fidem, *Castald conf* 137. *num* 2. *&* 3. *Rocc. disp. Jur. cap.* 46. *num.* 17. ubi, quod conclusio hæc nullum habet contradictorem, illamque perpetuò sequu. fuit S. Rota, *ut videre est in decis.* 280. *num.* 14. *cor. Cels. & decis.* 452. *num.* 4. *part.* 3. *& decis.* 155. *num.* 5. *part.* 13. *& decis.* 206. *num.* 3. *&* 5. *part.* 15. *& decis.* 328. *num.* 1. *part.* 19. *rec. & in Romana, seù Collen. Hæreditatis* 14. *Junii* 1680. *§. Maximè, &* 20. *Jan.* 1681. *§. Et deniquè cor. Vicecomite.*

Posita ex his evidenti falsitate dicti Processus, cujus crimen, ut dicebat *Ugolinus de Fontana* Doctor Lombardus, sequutus *à Barbat in cap. Verùm de For. competen. & Raynald. tom.* 2. *ad cap.* 18. *supplet.* 7. *num.* 19. quos sequtus fui *in meis Institut. crimin. lib.* 2. *tit.* 6. *de Crim. fals. num.* 222. respectu existimationis nulli alteri crimini locum cedit, eò quia secundùm hominum mores non adest crimen in mundo, quod respectu opprobrii illud superet, & concordant adducti per *Amen. de Delict. & pœn. lib.* 6. *de Crim. fals. num.* 6. ubi, quod falsum committens, indignus est vita civili, & hominum consortio, relegandusque est inter feras, quas decipere falsitatibus nequeat. Nulla vis fieri potest in prætensis depositionibus testium, in eodem Processu contentis, datisque in contrario Summario; Urget siquidem regularis illa propositio, ab omnibus Doctoribus admissa, atque in Supremis Tribunalibus recepta, quod falsitas in una parte processus, totum processum inficit, operaturque, ut nulla fides eidem præstetur, ut videre est apud *Rot. Avenion. decis.* 33. *num.* 1. *&* 2. ubi refert, & sequitur illud Virgilii; *Crimine ab uno, Disce omnes Farinacc. de Falsit. quæst* 67. *num.* 111. ubi non solùm testatur de communi, sed quod id omnibus Doctoribus sine contradictore admittitur, *Guazin. ad Defens. Reor. defens.* 28. *cap.* 13. *n.* 17. ubi, quod in his casibus, qui in uno delinquit, factus est omnium reus, juxtà *dictum D. Jacobi Apostoli, & Rot. dec.* 269. *num.* 7. *par.* 16. *rec.*

Et tamen specificantur in eodem *Proc. fol.* 10. *& seqq.* necnon in contrario Summ. testes de Familiis Cicca, Sanctora, & Ferdinanda, utì de terra Cutri, in qua nulla adest memoria, quod nullo unquam tempore adfuerint eadem familiæ, ut concludentissimè justificamus in præsenti Summario, & proindè ex dicta inverisilitudine remanet innegabilis confictio, seù evidens falsitas depositionis eorundem testium, per ea, quæ advertunt adducti *in decis.* 191. *num.* 11. *&* 12. *cor. Otthob. & decis.* 233. *num.* 8. *& seq. par.* 18. *& decis.* 13. *numer.* 13. *& seqq. par* 19. *rec.*

Quæ mirabiliter ulterius comprobatur ex sola lectura depositionis eorundem testium, quorum verba tali affectatione, tantaque inconcinnitate deturpata fuerunt, ut congruè deservire valeant pro mantissa *Pentameroni, seù Libro*, cui titulus *Cunto de li Cunti*, in Typographia Camerali reimpresso in Urbe anno 1679. Ex hoc autem nimis insolito loquendi modo dictorum testium manifestum desumunt falsitatis indicium innumeri illi Authores, quos referunt, & sequuntur *Gratian. discept.* 235. *num.* 21. *Rocc. disput. Jur. cap.* 46. *num* 11. *& Rot. dec.* 546. *num* 6. *par.* 18. *& dec.* 13. *num.* 21. *par.* 19 *rec. & in Anconitana Donationis* 27. *Januarii* 1648. *§. Secunda cor. Corrad.*

Hujusmodi verò reflexio eò fortius emicat in præsenti, tria præoculis habendo; I. quod ex sex testibus, datis in contrario Summario 4. sunt Sacerdotes, nempè 1. 2. 3. & 5. 3. verò describitur, utì nobilis, & 6. tanquam Notarius, ex reliquis verò sex, colore brevitatis omissis in dicto contrario Summario, sequenti formula. *Sequuntur depositiones aliorum sex testium, deponentium similia*; Quinque pariter sunt Sacerdotes, nempè R. Antonius Nicotera, Jo: Villirillus, Antonius Quercius, Petrus Fatizza, & Bernardus Papatodero. Videtur autem nimis improprium, ut modestè loquamur, verba illa *Ed è statu, quandu la R. Ecclesia &c. hà cacciatu lu Santissimu Crucifissu pi qualchi bisognu &c. Ju vi aju dittu &c.* & illa alia contrariæ Scripturæ in § *Fortius Nil aju vistu ad autri processioni pi quantu Ju aju vistu, & intisu*, & similia ponere in ore personarum nobilium, vel Sacerdotali dignitate decoratarum, vel officium tabellionatus exercentium, ut de se patet, & faciunt animadversa per *Magon. decis. Lucen* 25. *num.* 8. *Andreol. contr.* 8 *num.* 14. *Gobb. conf.* 87. *num.* 11. *&* 12. *Farinac. de Falsit. quæst.* 153. *num.* 176. *& seqq. & Rot. dec.* 361. *num.* 8. *cor. Burat.*

II. verò, quòd Judex examinans non erat conterraneus testium, sed J. U. D. & Presbyter Neapolitanus, & proptetea etsi per merum possibile unus, vel alter ex dictis testibus protu-

protulisset verba aliqua, solita practicari inter infimæ plebis 46 homines, benè illa scripta fuissent à Notario, & ab eodem Judice dictata modo, practicari solito inter nobiles, & doctos? Videmus hoc quotidiè practicari in Urbe, in qua cujuscumque Italiæ Civitatis sint Rei examinandi, multoque magis, si ex aliqua Urbis Regione sint, in qua plebs corrupt.s vocabulis utatur, semper illorum depositiones Notario, scribenti examen, dictantur à Judice examinante verbis, in Urbe inter doctos usitatis, ut est notorium.

III. demùm, quod non est verum, etiam inter infimæ plebis homines anno 1575. seù 1579. in Terra Cutri similia corruptissima verba in usu fuisse, quod ictu oculi desumitur ex ipsomet contrario Processu, in cujus prima partita legitur instantia, facta à Confraternitate S. Catherinæ contra Confraternitatem Adversariam verbis longè diversis, totoque cœlo distantibus ab illis *vi aju dittu pi qualchi bisognu &c.* ut 47 ex confrontatione in præsenti Summario. Videtur enim dissonum asserere, quod Confratres S. Catharinæ loquuti fuerint per verba nimis civilia, & à doctis hominibus usitata, quodque eodem tempore personæ nobiles, & Sacerdotali dignitate insigniti, per dicta nimis rudia verba, ut consideranti patet.

48 Demonstrata ex his insubsistentia dictæ sententiæ, & confricti Processus, minùs fundamentum fieri potest in anterioritate fundationis Confraternitatis Adversariæ, quia ad effectum præcedentiæ, de qua disputamus, non titulus, nec anterioritas fundationis, sed sola, & simplex quasi possessio præcedendi attenditur, juxta literalem *Constitut. Gregorii XIII. in Bullar. nov. tom.2.* ibi: *Qui in quasi possessione præcedentiæ, ac juris præcedendi sunt &c. in processionibus, tam publicis, quam privatis præcedere debeant*, cum qua uno ore procedunt Doctores omnes, tractantes de Sacris Ritibus, ut præter supra adductos, observant *Ricciull. var. lucubrat.* 49 *tit. de Confrater. cap.16. per tot. & R. P. D. Ansald. in addit. ad decis.25. num.25.* ibi: *Imò tanta est vis istius consuetudinis, ut non tantùm fa. me. Gregorius XIII. in ejus Bulla mandaverit, supra antianitatem, servandam esse consuetudinem, licèt antianitas efficiat, quod quis dignor alteri censeatur &c.*

Ad probandam verò hujusmodi quasi possessionem præcedendi respectu nostræ Confraternitatis, adducimus octo testes, servatis servandis examinatos anno 1607. contra Confraternitatem Adversariam, & decem alios eodem anno exa- 50 minatos ad instantiam dictæ Confraternitatis, eandem quasi possessionem præcedendi favore Principalis concludentissimè probantes, necnon duas sententias, in judicatum transactas, latas contra Confraternitatem Adversariam, unam anno 1607. aliam verò anno 1677. ibi: *Decernimus &c. quod prædicti Confratres Confraternitatis S. Jo: Baptistæ, qui in quasi possessione præcedentiæ, & juris præcedendi sunt in Processionibus, tàm publicis quàm privatis præcedere debent &c.* Itaut non possimus meliorem, magisque concludentem 51 probationem hujus veritatis afferre per ea, quæ notant *Felin. in cap. Quoniam num.31. de Probat. Surd. conf.61. num.2. Adden. ad Pamphil. decis.218. num.6. & Rot. cor. Bich. decis. 414. num.5. & seqq. & cor. Ansaldo dec.76. num 4.*

Ad declinandam vim sententiæ anni 1607. contrarius Defensor, mediante particulari Scriptura, cui nomen dedit *Ponderationum*, ac si loqueretur cum suis Condiscipulis, dantibus operam primis Grammaticæ rudimentis, postquam Cathedraticam præmisit lectionem circa tempus Paschale, necnon circa modum inveniendi Literas Dominicales, Epactas, aureos numeros, & similia, nihil ad causam facien- 52 tia, & ictu oculi resultantia ex sola apertione Missalium, Breviariorum, & Officiorum Beatissimæ Virginis; Concludit tandem, quod non sit habenda aliqua ratio dictæ sententiæ, eo quia intimatio contrariæ instantiæ legatur facta contra Confraternitatem Principalem die 19. Aprilis ejusdem ann. 1607. quæ erat feriata, utpotè intra octavam Paschatis.

Pro brevi tamen, & cathegorica responsione sat esset observare, quod exceptio hæc, seù prætensa nullitas dicti decreti, quidquid sit, an in facto subsistat, unicè attribuenda 53 esset Procuratori Confrateanitatis Adversariæ, ad cujus instantiam factum fuit idem decretum, in calce nimirum libelli, ab eodem exhibiti, illaque proindè unicè allegabilis fuisset à Principalibus, qui neque tunc, neque hodiè illam allegant, & proindè audiendi in hac parte non sunt hodiè Adversarii, insistentes in dicta exceptione, ab ipsis ortum habente, & forsan, data opera, procurata, ex adductis 54 per *Mar. Anton. var. res. lib 2. resol.11 Tiraquell. de Retract. lignag. §.1. gloss.18. num 20. & 24. & Rot. dec.10. num.5. cor. Burat. & dec.4. num.3. par.16. rec.*

Præcipuè quia ex *eodem Proces. fol 4.* resultat, Procuratorem Confraternitatis Principalis *die 4. Maii ejusdem anni 1607.* quæ erat dies Martis, nulloque modo feriata, comparuisse coram Judice, multasque exceptiones allegasse contra Adversarios, ut ex *eodem Processu dicto fol.4.* Non adest 55 autem propositio magis communiter inter Practicos recepta, atque à Tribunalibus admissa, quam nullitatem citationis, vel intimationis sanari per comparitionem citati, vel intimati, ut videre est apud *Adden ad Burat. decis.727. num.8. Ridolphin. in Prax. par.1. cap.2. num.108. & seqq. Gratian. discept. forens. cap 946. num.12. & seq. Rot. dec.486. num.2. cor. Cavaler. & dec 447. num.4. par.2. rec.*

Quæ si omnem excluderent dubietatem, etiamsi ex adverso congruo tempore allegata fuisset eadem exceptio, quantò 56 magis omnem merentur hodiè animadversionem, dum innegabiliter non est de tribus illis nullitatibus, quæ semper obstant, exagerantur que post sæculum, completamque centenariam, cujus vigore allegare possumus omnem meliorem titulum de mundo ad exclusionem talis frivolæ exceptionis juxta doctrinam *Innoc. in cap. Veniens de Verb. signific.* quam sequuntur *Lanar. conf.99. num.5. & 6. Thesaur. quæst. forens. lib.4. quæst.47. num.1. de Ros. consult.12. num.40. Card. de Luc. de Regal. disc 47. num.8. & 9. & Rot dec.318. num. 6. & seq. cor. Priol. & dec.36. num.40. cor. Ansald. & dec.290 n.29. par.18. rec. & in Romana Devolutionis Palatii 4. Decembris 1673. §. Itaut cor. Rondinino.*

Ejusdem irrelevantiæ est alia exceptio, quod sententia, 57 nostræ Confraternitati favorabilis, dicto anno 1607. lata fuerit prima die Novembris feriata in honorem omnium Sanctorum. Nescimus enim videre, ubinam fundetur hujusmodi gratuita assertio; In Processu enim, originaliter existente in Curia Archiepiscopali S. Severinæ, atque in illius authentica copia, servatis servandis ab Archivio ejusdem Curiæ extracta, & data in manibus *Eminentiss. Ponentis*, cubitalibus numeris lata apparet die 10. non autem 1. ejusdem mensis Novembris, ut in dicto Processu fol.44. à tergo; Nisi dicamus, vel contrarium Defensorem non benè observasse, quod dies, in qua lata fuit dicta sententia, descripta fuit numero imperiali, seu X. non autem figura abacali, ut ex lectura, & recognitione ejusdem Processus fol.43. à tergo, 58 ubi non semel, sed bis describitur dicta dies X. non autem 1. Novembris, vel quod illius Præceptor non adhuc ei explicaverit valorem, & efficaciam, modumque scribendi per numeros imperiales, attenta illius ætate decem dumtaxat annorum, in qua reperitur.

Demùm non merentur majorem animadversionem aliæ reflexiones, quod fuerit inverisimile, Vicarium tempore æstivò se contulisse à Civitate S. Severinæ ad Terram Cutri, ad præsidendum testium examini, quodque aliqui ex il- 59 lis tunc temporis essent minores; Prima enim inverisimilitudo nullum habet à parte rei fundamentum, quia nullum unquam adfuit periculum ob aeris mutationem in toto Marchionatu, compræhendente Civitatem S. Severinæ, & Oppida Scandalis, S. Mauri, Cutronis, Cutri, Misurachæ, Policastri, Marredursæ, Roccæ, Cotronei, & Belcastri, ut constantissimè in facto mihi de Partibus supponitur: Secunda verò, quando adhuc in facto subsisteret, respectu unius, vel alterius testis, remanerent adhuc alii testes majores in numero plusquam sufficientes. Et tamen illa neque etiam obstaret respectu alicujus ex testibus minoribus, quia agitur de re, optimè nota etiam minoribus, dum sermo est de colore saccorum, an scilicèt isti essent albi, vel rubri, quod æquè benè notum est testibus majoribus, ac minoribus, ut de se patet, & loquendo de puerorum depositione, quorum unus erat constitutus in ætate annorum quinque alter verò 60 annorum septem observat *Marsil. in leg. Infans sub num.46. Cod. Ad leg. Cornel. de Sicar. Amen. de Delict. & pœnis. tit.7. §.6. num.27. & Raynald. tom.3. ad cap.34. suppl.3. num.5. & seq.*

Deveniendo ad 2. dub nihil ex adverso affertur, quod affirmativum responsum valeat impedire, sive attendatur funda- 61 tio nostræ Confraternitatis cum præcisa, particulari, & literali illa lege, *Si offerisce di andare à tutte le processioni &c. Acceptamus, & ad id eos, qui tamen commodè intervenire possunt, obligatos esse volumus*, sive præ oculis habeatur sententia, lata anno 1677. & in judicatum transacta, in qua determinatur, *Confratres Principales non esse impediendos ab associando R. Clerum in quibusvis aliis actibus*, sivè demum 62 consideretur consuetudo accedendi ad dictas processiones, concludentissimè probata à nostris testibus.

Æquivocum verò, circa quod nimis se involvunt contrarii testes, ac Defensores Partis adversæ, in eo residet, quod ipsi

ipsi confundunt processiones publicas, in quibus intervenit Clerus, cum illis processionibus, seù functionibus, quas facit Confraternitas Adversaria, absente Clero, quæ non comprehenduntur sub nostro dubio, restricto ad illos actus, *in quibus intervenit Clerus*.

63

Circa saccos sericeos, quibus uti prætendunt Adversarii, & de quibus sermo est in 3.dub. videtur nimis exorbitans contraria petitio, quia involveret apertam monstruositatem, quod Laicorum Confraternitates, unicè institutæ ad exercenda pietatis, & misericordiæ opera, ut notat *Monacell. in Formul. tom.* 1. *fol.* 52. *num.* 2. neglecta humilitate illa habituum, à se ipsa satis notoria ex sola ethymologia sacci, ex sui natura constare debentis ex tela, ut dicitur *nel Vocabulario della Crusca verb. Sacco*, de cujus authoritate *Rot. dec.* 93. *num.* 3. *& seq. cor. Arguel.* utantur vestibus pompósis, ad merum luxum, & damnabilem vanitatem.

64 65

Cresceretque monstruositas ex difformitate cum Archiconfraternitate SS. Trinitatis Urbis, cui aggregata est Adversaria, cujus Confratres, etiam si maxima dignitate præditi sint, non aliis saccis, quàm ex tela usi semper fuerunt, ut justificavimus in præterito Summario.

66

Imo ex hoc solito Urbis aliud urgens desumitur argumentùm negativæ resolutionis dicti 3. dub. quia Urbis consuetudo in his materiis sequenda est ab aliis Orbis Confraternitatibus, ex adductis per *de Franc. dec.* 253. *num.* 6. *Panim. dec.* 1. *annot.* 3. *n.* 19. *& 20. & Barbos. de Episc. alleg.* 78. *n.* 35.

67

Non subsistit autem in facto, & non relevaret in jure prætensa immemorabilis, quatenùs in hac parte probaretur, quia testes, ad illam colorandam adducti, neque per umbram deponunt cum requisitis celebris *Glossæ in cap.* 1. *verb. Memoria de Præscript. in* 6. Imò neque per possibile tale quid deponere possunt, ex quo nullo modo habent ætatem annorum 54. ad dictum effectum requisitam, dum ex quatuor testibus, in contrario Summario, ad illam probandam adductis, I. nempè Joan. Petrus Bona, habet solùm annos 38. III. verò, nempè Nicolaus Raymundus, reperitur in ætate annorum dumtaxat 22 in quibus circumstantiis in nulla consideratione habendi sunt ad probandam prætensam immemorabilem, ex firmatis per *Rot in decis.* 196. *n.* 1. *coram Ludov. & dec.* 370. *eodem n. cor. Cels. & decis.* 1279. *num.* 13. *cor. Emer. jun.*

68

Certiùs, quia, quatenus umbra talis somniatæ immemorabilis in hac parte verificaretur, illa penitus sublata fuisset anno 1690 quando Reverendissimus Archiepiscopus seriò Adversariis talem abusum improprium saccorum interdixit. Si enim immemorabilis consuetudo ex solo rumore in contrarium radicitùs tollitur, & illo concurrente, nullo modo allegabilis est, ex adductis per *Marescott. var. resol. lib* 2. *cap.* 190. *num* 10 *Grat. discept.* 918. *num.* 39. *Rot. dec.* 159. *num.* 6. *& 7. coram Otthob & dec.* 1296. *num.* 14. *coram Emer. jun. & dec.* 153. *num.* 17 *par.* 11. *rec.* Quantò magis sublata de medio fuisset per dictum solemnem actum Superioris, talem abusum cubitalibus literis improbantis, ut de se patet, & observant *Monet. de Decim. c.* 5 *q.* 1. *n.* 76. *Rot. cor. Pen. dec.* 508 *n.* 1. *& seqq. & cor. Cels. dec.* 104. *n.* 2.

69 70

Minus eadem prætensa immemorabilis relevaret in jure, quia utì destructiva essentiæ, & nominis saccorum Confraternitatum, diceretur solemnis abusus, omnino eliminandus, potiùs quam sequendus, & confovendus; Consuetudo enim sine veritate, vetustas erroris est, juxta *literam Text. in Can. Consuetudo dist.* 8. Et quælibet consuetudo, quantumvis vetusta, quantumvis vulgata, veritati omninò est postponenda, & usus, qui veritati est contrarius, est abolendus, juxtà alium literalem *Text. in can. Si consuetudinem ead dist.* 8.

71

Monstruositas hæc plusquam tacitè admittitur in contraria Scriptura. Ad illam autem colorandam dicitur, talem usum vigere etiam in Urbe, *dùm in processionibus, quæ fiunt ad deferendum SS. Viaticum infirmis, ac in aliis functionibus Confratres, lampades ardentes in associatione Venerabilis, Baldachinum, seù Umbrellam, & tintinnabula deferentes, habitibus sericis incedunt induti*.

72

Hoc autèm est æquivocum plusquam palmare, quia, non Confratres, sed Clerici dumtaxat, seù ministri Parochi, utuntur dictis habitibus in associatione SS. Viatici, ut ipsismet pueris notum est in Urbe, omnibusque obvium, idque non ab immemorabili, sed à tempore solùm f. m. Inn XII. & in exequtionem decretorum Eminentissimi Urbis Vicarii, de mandato ejusdem Summi Pontificis anno 1695. impressorum in particulari Libello, cui titulus, *Regole, & Instruzioni, che si devono osservare nell' accompagnare il SS. Viatico fol. mihi* 57. ibi: *Devono farsi alcune Zimarre con maniche lunghe pendenti &c. la materia di dd. Zimarre sarà di seta, ò almeno ciambellotto, e di color rosso &c.*

73

Ex quibus remanet manifestum, quod contraria prætensio nullo prætextu valet colorari, præcipuè si consideretur alia circumstantia, quod non omnes Confratres, sed solùm ditiores prætendunt uti dictis saccis sericeis, itaut verificaretur inter eosdem Confratres maxima distinctio adversùs praxim omnium Confraternitatum Urbis, in quibus adsunt Confratres, nedùm primariæ magnatitiæ qualitatis, sed decorati etiam maximis dignitatibus, absque eo quod vel minima adsit differentia inter saccos, quibus utuntur, ut est notorium.

74

Dubia IV. & V. pendent à resolutione III. & proindè relativè nos habemus ad deducta circa dictum 3. dub. in ordine ad dicta dubia 4 & 5.

75

Opportunè dumtaxat repetentes hìc, quòd cùm Archiconfraternitas SS. Trinitatis Urbis, cui est aggregata Confraternitas Adversaria, almutiis, seù Mozzettis sericeis non utatur, illis neque etiam uti potest Confraternitas Adversaria, quia *id quod Romæ servatur in his Confraternitatibus ubique Terrarum servari debet*, ut resolvit *Sac. Congr. Episc.* approbante f. m. *Clemente VIII.* 26. *Augusti* 1593. testibus *Franc. de Eccles. Cathed. cap.* 25. *num.* 400. *Capon. discept.* 276. *num.* 25. *& R. P. D. Ansald. in addit. ad dec.* 25. *num.* 26. *& 27.*

76

Neque juvat hìc recurrere ad aliquas Archiconfraternitates Urbis, quæ dictis mozzettis sericis utuntur; Id enim est conformè earum Instituto, & primævæ erectioni, quod non verificatur de Confraternitate Adversaria, quæ uti aggregata Archiconfraternitati SS. Trinitatis Urbis, non debet imitari alias diversas Archiconfraternitates, sed illam, cujus est filia, per aggregationem, ut de se notum est.

77

Remanet ultimum dubium circa assertam remissoriam, quæ omni jure deneganda videtur, ex punctualibus authoritatibus adductis supra quibus addimus aliam recentissimam resolutionem Sac. Cong. Concilii, *in Comen. Servitii Chori* 6. *Augusti* 1712.

78

Sacra Rituum Congregat. Ponente Eminentissimo de Abdua die 24. Septemb. 1712. infrascriptis dubiis respondit, ut infra.

79

I. An, & cui competat præcedentia inter Confraternitatem S. Jo. Baptistæ Terræ Cutri, & alteram Confraternitatem SS. Annunciatæ ejusdem Loci in casu &c. Præcedentiam competere Confraternitati S. Joannis Baptistæ.

80

II. An liceat prædictæ Confraternitati S. Jo. Baptistæ, etiam non vocatæ, intervenire processioni S. Crucis, quæ die 3. Maij fit ab Ecclesia SS. Annunciatæ, & pariter in omnibus processionibus, tam publicis, quàm privatis, in quibus intervenit Clerus in casu &c. Affirmativè.

81

III. An liceat Confraternitati SS. Trinitatis, seù Annunciatæ dictæ Terræ uti saccis sericis, & quatenùs negativè. Negativè.

82

IV. An, & quomodo vestire debeat in casu &c. Ad instar Archiconfraternitatis SS. Trinitatis Urbis.

83

V. An concedenda sit Remissoria in casu &c. Negativè, & ampliùs.

84

VI. Et quatenùs negativè ad 3. An liceat Confraternitati SS. Annunciatæ uti almutijs, seù Mozzettis sericis in casu &c. Satis provisum in 3.

85

DISCEPTATIO XXII.

Neapolitana Ministri Provincialis

PRO

P. Petro de Neapoli.

ARGUMENTUM.

Vicarius Provincialis quando ex gratia obtinere possit titulum Ministri Provincialis.

IN Capitulo Provinciali PP. Reformatorum S. Francisci Terræ Laboris, in Civitate Neapolitana celebrato anno 1713. canonicè electus fuit in Provincialem P. Ludovicus à Neapoli, qui, cùm septimo circiter mense sui regimi-

his ex hac vita migraverit, ad terminos dispositorum *in nostris Constit. & in Cap. Gener. Romæ celebrato anno* 1651. ex animadversis *per Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Vicarius Provincialis nu.6. & seq.* duo supererant modi, ad subrogandum ejus loco alium Superiorem: I. eligendo alium Ministrum Provincialem, mediante nova Capituli convocatione, *juxtà Constit.* 48. *f.m.Urbani VIII. in Bullar. nov.tom.*4. II. verò, eligendi Vicarium Provincialem, quod fieri potest à solis PP. Definitorii; Ad parcendum autem replicatis expensis Provinciæ, & duplicatis incommodis Vocalium, servatus fuit iste ultimus modus, fuitq; proindè à dictis PP. Definitorii, fer. omnibus fer. unanimiter electus in Vicarium Provincialem P. Petrus à Neapoli, Lector emeritus, Exdefinitor, Excustos, & Examinator Synodalis Archiepiscopalis Curiæ Neapolis, qui pluriès Visitatoris officium exercuerat, ut est in eadem Provincia notorium, & patet ex Summario.

Cùmque in nostra Cismontana Reformatorum Familia illa vigeat lex, stabilita in Capitulis Generalibus, in Urbe celebratis annis 1639. & 1664. ut Vicarius Provincialis, qui per integrum biennium Provinciam rexit, omnibus illis gaudeat prærogativis, & privilegiis, quæ competunt Ministris Provincialibus, eorum officiis perfunctis, cum illa sola differentia, quod, utpotè inferioris ordinis, locum semper cedant omnibus aliis, etiam posterioribus, Exministris Provincialibus, *ut notat Lantusc ubi supra n.*8.*& n.*14.

Hinc omnes Religiosi graduati, omnesque Vocales nostræ Provinciæ, nemine excepto, supplices EE. PP. porrexerunt preces, ut dignaretur eidem Vicario Provinciali ex gratia dictum titulum Ministri Provincialis concedere. Exquisita autem de more fuit Informatio, & Votum P. V. C. Generalis, qui supradicta omnia approbando, suas pariter adjungit preces pro eadem gratia; Et propterea destinato in Ponentem Eminentissimo Casino, cum fundamento speramus hodiè exaudiri, & eandem gratiam obtinere, reiteratis desuper humillimis precibus.

Agitur siquidem de gratia, nemini præjudiciali, solidè innixa laborioso, æquè, ac incommodo ministerii exercitio per biennium, & ultrà, concurrit universalis consensus omnium Vocalium, omniumque graduatorum Religiosorum nostræ Provinciæ, non dissentit Superior Generalis nostræ Reformationis, justa causa non fuit processum in nostris terminis ad convocandum novum Capitulum Provinciale, & demùm agitur de gratia, solita ab hac Sac. Congr. concedi, in quibus circumstantiis, etiam separatim sumptis, solet hæc Sacr. Cong. faciles præbere aures supplicantibus pro concessione similium gratiarum, ut est notorium, & videbimus infra.

Non *est eadem gratia alicui præjudicialis*; Quia, aut est sermo de Exprovincialibus nostræ Provinciæ, hodiè existentibus, & isti semper præcedentiam habebunt, uti anteriores in officio eidem Vicario Provinciali, etiamsi Principalis ex gratia hujus Sacr. Congr. declaretur Provincialis minister; Aut verò sermo est de illis, qui post ipsum erunt ministri Provinciales, & isti, ex notoriis iuris principiis *apud Barbos. axiom* 135 *num* 13. possunt eorum juri incerto, & eventuali renunciare, & cedere, prout de facto cesserunt, supplicando pro eadem gratia favore Principalis.

Est solidè innixa eadem gratia æquè laborioso, ac incommodo exercitio ministerij per biennium, & ultra: Quia ex una parte antecessor Provincialis minister obiit in septimo circiter mense sui ministerii, ex alia verò idem omninò est labor ministri Provincialis, ac Vicarii Provincialis in gubernanda Provincia, ut est in nostra reformatione notorium, & *advertitur in Rel.P.V.C.G.*

Concurrit universalis consensus omnium omninò Vocalium, nec non omnium Exprovincialium non Vocalium nostræ Prov. quem exhibemus in Summ.

Non dissentit, imò positivum consensum præstat Superior Generalis nostræ Reformationis, cujus judicium in hac parte magnificendum est, per ea, quæ in simili notant *Card. de Luc.de Benef.disc* 90.*n.*12.*& in Miscel.Eccles disc.*7.*num.*16.*& Rot d.*115.*n.*4.*cor.Priol.& dec.*460.*n.*10.*p.*18.*rec.*

Processum non fuit ad electionem novi ministri Provincialis ex justissima causa, & æquè prudentiali motivo; Ad evitandam scilicèt convocationem duplicis Capituli Provincialis intrà septem menses in Provincia nimis exhausta, & æquè miserabili, cùm illis Religiosorum incommodis, obligatorum pedestrè ad accedendum Capitulo, nec non cum illis dispendiis, & expensis, quæ facilius ab EE.PP. considerari, quàm exprimi hic possunt.

Habemus demùm plurima exempla similium gratiarum, notoria in tota Franciscana Religione; Omissis autem antiquioribus, in illa post triennium sui Generalis ministerii, Reverendissimus Poerius electus fuit Archiepiscopus Salernitanus, quam Ecclesiam etiam hodiè æquissimè, & prudentissimè moderatur, illiusque loco, uti Vicarius Generalis, suffectus fuit Reverendissimus P. Matthæus à S. Stephano, qui paulò post ex gratia hujus Sac Cong. mediante Breve f.m. Innocentii XII mutavit titulum Vicarii Generalis in alium Ministri Gener.

Ità etiam anno 1700. in Capitulo Generali, Romæ celebrato, electus fuit in Ministrum Generalem Reverendissimus P. Ludovicus Torres, eiquè post decursum unius anni, & aliquos menses è vivis sublato, uti Vicarius Generalis, subrogatus fuit Reverendissimus P. Ildephonsus de Biezma, qui ex gratia pariter hujus Sac. Congr. mediante Breve SS.D. N. declaratus fuit Minister Generalis, sub quo titulo etiam hodiè totius Franciscanæ Religionis est moderator, & Generalis Superior.

In Romana Provincia anno 1673. electus fuit Vicarius Provincialis P. Joseph Mediolanensis, qui paulò post titulo, & prærogativis Ministri Provincialis decoratus fuit prævio voto hujus Sac.Congr. mediante Breve f.m. Clem. X. referente P.V.C.Generali in ejus Voto.

Demum in Provincia S. Thomæ anno 1699. ex gratia hujus Sac.Congr. remissis arbitrio Reverendissimi P. Matthæi à S.Stephano, tunc temporis Superioris Generalis precibus P. Petri Francisci de Solese, idem ex Vicario Provinciali, declaratus fuit Minister Provincialis, ut est in nostra Reformatione notorium.

Sacra Congr. Episcoporum Ponente Eminentissimo Casino die 22.Mar.1714. Respondit: *Pro Gratia.*

DISCEPTATIO XXIII.

Pisauren. Oratorii

PRO

Jo: Bapt. de Antaldis

CUM

Curia Episcopali Pisauri

ARGUMENTUM.

Oratorium quando dicatur positum in Via publica, & an possit in illo celebrari missa, quando cohæret cum domibus privatis, sed habet portam correspondentem in publico.

STatim ac pervenit in dominium Joannis Baptistæ de Antaldis quoddam insigne Prædium, cum congrua rurali habitatione, nuncupatum *del Bruscolo*, in Territorio Castri Montis Verularum Pisaur. Diœcesis, determinavit ipse in illo publicum construere Oratorium, seù ruralem Ecclesiam, nedùm ad consulendum propriæ, suæque familiæ commodo, occasione moræ, pro aliquo anni tempore, ibidem faciendæ, sed etiam ad occurrendum utilitati vicinorum Colonorum, qui distantes à propria Parochia per spatium circiter duorum milliariorum, non rarò missam in diebus festivis, præcipuè pluviarum tempore, non audiebant. Ad quem effectum supplices porrexit preces Episcopo de Avio, qui, ut ritè, & rectè, atquè solita maturitate in hac parte procederet, sub die 20 Martii 1696. specialiter injunxit Canonico Genghæ, ejus Vicario Generali, ut ad locum controversum accederet, omniaque inspiceret, atquè diligenter observaret, & quidquid circa exposita, significandum, aut etiam opponendum inveniret, fideliter referret.

In cujus rescripti executionem se contulit idem Vicarius in dicto Tenimento *del Bruscolo*, & diligenter inspecto, atquè attentissimè considerato, loco pro constructione Capellæ designato, suam desuper exactissimam Relationem exhibuit. Illaque attenta, d. Episcopus licentiam ædificandi concessit, cum solitis tamen clausulis, & facta priùs à Principali obligatione per Instrumentum publicum manutenendi Ecclesiam construendam. Quæ omnia punctualiter

ctualiter fuerunt executioni demandata; Itaut benedicto, & imposito primario lapide per Carolum Bellum Rectorem Parochialis Ecclesiæ S. Donati, intra cujus fines eadem ruralis Ecclesia fuit ædificata, ad eundem effectum specialiter delegatum ab eodem Episcopo, & in reliquis servata ad unguem forma Ritualis Romani, fuerit ibidem sacellum in loco expresso legitimè constructum, riteque, ac rectè in perpetuum Dei cultum, & in honorem S. Antonii Patavini benedictum, ac respectivè dicatum, in eoque postmodum sæpissimè oblatum incruentum missæ Sacrificium per annos circiter octo, cum omni decore, & reverentia, & successivè tanquàm publicum Oratorium ab eodem Episcopo non semel recognitum, & visitatum fuit.

Quamvis autem in his, quæ ad cultum Divinum facere dignoscuntur, benigna sit potiùs, quàm stricta facienda interpretatio ad *Tex. in cap. In his de privileg.* & animadversa in nostris terminis per *Rot. in dec.* 847. *num.* 3. *coram Seraph. & dec.* 685. *num* 5 *coram Cerr. & dec.* 258. *num* 23. *&* 24. *par.* 7. *rec.* Nihilominùs modernus Episcopus, nimia à forsan scrupolositate ductus, seù ad persuasionem cujusdam Canonici, parum benevoli ejusdem Vicarii Generalis defuncti Episcopi, existimavit dictum Oratorium suspendere in Visitatione, per ipsum facta anno 1704. adductis pluribus causis, seù motivis, indicatis in ejus Relatione per extensum exhibita.

I. Nempè ex eo, quia Vicarius Genga deputatus ab Episcopo antecessore, non expresserat, quòd Capella ædificanda, erat potiùs cubiculum domus, quàm Ecclesia, & quod construenda erat in secundo plano, nec penitus à domo separata, sed intrà domesticos parietes occultata, itaùt nullum præseferat signum Ecclesiæ, dempta campana, subdendo *Retulit insuper, quod erat ædificanda domui contigua, sed non expressit, quod nullatenùs à domo erat separata.* II. quòd illius ostium nullatenùs correspondebat publicæ viæ, à qua distat passibus ferè 350. III. quòd scala, per quam aditus patebat ad Ecclesiam, erat eadem, quæ ducit ad partem superiorem domus, & introducit in quodam ambulacro, *seù Loggia.* IV. quòd subtus eam extabat horreum frumenti. V. quòd ex ea non resultabat magnum commodum vicinorum. VI quòd Episcopus de Avio illius antecessor erat in animo eam suspendendi, quod tamen ad praxim non reduxit, *quia res non erat ampliùs integra, & nè licentiam, quam concesserat, retractaret.* VII. demùm, quòd remaneat difficultas circa illam partem domus, vel scalæ, quæ privilegio immunitatis gaudere debeat, ut ex dicta Relatione, quam officiosissimè terminat cum verbis displicentiæ, eo quia Principalis enixis precibus benignas aures præbere non potuerit, vel noluerit.

Cùm autem omnes supradictæ reflexiones, & objecta, ex infradicendis, insubsistentia in facto, & irrevelantia prorsùs in jure evidenter appareant, credimus proindè, & humiliter supplicamus responderi pro confirmatione ejusdem gratiæ.

Quo enim ad primum, quòd dictus Vicarius Generalis non expresserit, quòd Ecclesia, de qua agitur, esset cubiculum; Dicimus id prorsùs reddi imperceptibile, dum Oratorium tunc temporis nullatenùs erat erectum, sed construi debebat à fundamentis, & ejus curæ dumtaxat commissa erat recognitio situs, seù loci, ubi debebat construi, ut ex ejus delegatione.

Minùsque cum facti assistentia tale dici potest hodiè, seù illud esse occultatum intrà domesticos parietes; Dùm ex planta, à moderno Episc. huic Sacr. Congreg. transmissa, ocularitèr apparet, esse penitus separatum à domo Principalis ex tribus lateribus: In illa verò parte, quæ domui cohæret, nulla reperitur porta, vel fenestra, aut aliquis alius miserabilis aditus, cum eadem domo communicans, sed vix ascenso, imò antequàm quis ascendat quendam parvum situm acclivem, & ut vulgò dicitur *Cordonata*, in distantia quinquaginta circiter passuum, apparet Janua Ecclesiæ cum suis cratibus ferreis, hinc indè positis, unà cum genuflexoriis, ac cum omnibus aliis signis, specialiter individuantibus publicum Oratorium, minutatim descriptis à testibus, examinatis in Curia Archiepiscopali Urbinaten. & datis in nostro Summario.

Et propterea nescimus videre, in quo defecerit dictus Vicarius antecessoris Episcopi: Asserendo namque *con salire alcuni scalini, &c.* clarè ostendit, quòd Ecclesia non erat ædificanda in plana terra, sed non proindè dici potest, esse ædificandam in secundo plano, dùm subdidit, *salita poca cordonata, anzi prima di finire di salire, si vedono le ferrate della Chiesa,* subtus quam non adsunt, neque paritiones domus; neque appartamenta; Itaùt non sine maxima improprietate sermonis, & ad meram exagerationem, dici potest constructa *in secundo plano, seù ordine domus,* ut asseruit modernus Episcopus in dicta ejus Relatione. Præterea tunc dici posset eadem Cappella occultata intra domesticos parietes, quando inter illos reclusa esset, nullumque haberet aditum publicum, viæque publicæ correspondentem, ut observat *Pignatel. consult.* 91. *num* 27. *tom* 1. Quod non verificatur de nostra, ad quam spatiosus patet aditus ex loco publico, nemini clauso, vel impedito, & viæ publicæ correspondens, ut deponunt testes, dati in nostro Summario.

Prout etiam non benè redarguitur idem Vicarius à moderno Episcopo, ibi: *Retulit insuper, quòd erat ædificanda domui contigua, sed non expressit, quod erat nullatenus à domo separata.* Referendo enim, quod Cappella ædificanda erat contigua domui, puram, & meram veritatem expressit, sola visione, resultantem ex dicta Planta, ubi cernitur eadem contiguitas ex uno tantum latere: Non poterat autem exprimere, quòd à dicta domo erat separata, quia sibi contradixisset: Non enim compatiuntur ad invicem, quod una, eademque res sit alteri contigua, & eodem tempore ab illa separata, quia contigua sunt illa, quorum extrema sunt simul, separata verò, quorum extrema inter se distant, ut cum *Aristotele* observat *D. Augustin lib. Cathegor. cap.* 10. quem sequitur *P Gavard. in ejus Philosoph. vindic. quæst.* 2. *de Quantit. art.* 2. *n.* 3.

Quæ tamen dicta sint præter necessitatem, & ad solum materiæ ornatum: Quia ad nostrum effectum non est necessaria totalis separatio ab omnibus lateribus privatarum domorum itaut publicum Oratorium, seù ruralis Ecclesia dicatur facere Insulam, sed sat est, quòd nullus pateat aditus in illam ab aliis vicinis mansionibus, ut, adductis innumeris concordantibus, observat *Pignatel. consult.* 91. *num* 25. *& seqq. tom.* 1. *& Panimol. dec.* 88 *adnot.* 1. *à num.* 12. & experientia notum est, videmusque in Urbe, etiam in Parochialibus, & aliis insignibus Ecclesiis, signanter in illa SS. Simeonis, & Judæ, cujus scala communis est multis privatis domibus In illa S Simeonis Prophetæ. In illa S Apollinaris. In illa S. Brigittæ, & in aliis quampluribus, EE. PP. probè notis.

Et in terminis publicorum Oratoriorum, nullum ferè adest in Urbe, etiam ex insignioribus, quod undique circumdatum non sit privatis domibus, ut signanter id videmus in illo Confalonis. In illo S. Marcelli. In illo Nationis Norsinæ, &, aliis omissis, in illo SS Laurentii, & Damasi, quod nedùm à lateribus contiguum est multis privatis domibus, sed subtus illud adest publica Apotheca, correspondens viæ, quæ ducit ad Plateam Farnesianam, & in illo S. Luciæ, vulgo *della Tinta*, cujus Janua domus Parochialis, quam inhabitat Parochus, unà cum ejus fratre, uxore & filiis, unita est portæ majori dictæ Ecclesiæ

Et in præcisis terminis alterius Ecclesiæ ruralis, positæ propè Civitatem Reatinam, suspensam sub eodem prætextu à Vicario Apostolico ejusdem Civitatis, Partibus acriter informantibus, novissimè respondit S Cong. Episcopi ad relationem Cardinal Rubin, de qua infra *à num.* 64 Cujus casus videtur longè fortior, dùm Vicarius Apostolicus die 17. Februarii 1706 eidem Sac Cong. retulerat. *Da testimoni, da me essaminati, risulta &c & in oltre posso accertare l' EE VV aver io medesimo visto con li propij occhi, che detta pretesa Chiesa è una mera stanza, quale, tanto da lato, che di sopra, è totalmente unita, ed incammerata con altre stanze, tanto di sopra, che laterali alla medesima pretesa Chiesa &c. vi sono alcune stanze, che si abitano, dove per necessità, ò si dorme, ò si mangia, ò si fà la cucina;* Et tamen, his non attentis, eadem Sac. Congr die 3. Julii 1706 respondit; esse removendam suspensionem, factam à dicto Vicario Apostolico, & permittendam in illa missarum celebrationem, prout practicatum fuit, & continuò practicatur; Et meritò, quia in his casibus unicè necessarium est, ut similia Oratoria publica, *ità à privatis Domibus separata sint, ut per eas accessus, aut prospectus nemini ad illa pateat;* juxtà præcisa verba formulæ concessionis Oratoriorum publicorum, registratæ à *Pignatel consult.* 9 1. *n* 14. *in fine to.* 1. *& à Panimoll. dec* 88. *adnotat* 1. *n.* 25.

Circa 2. & 3. contrariam reflexionem, quod ostium nostræ Ecclesiæ non correspondeat publicæ viæ, à qua distet passus 350. circiter; Dicimus, id nullam paritèr habere in facto subsistentiam, dùm correspondet illi viæ, per quam itur Pisaurum à Civitate Urbini, adeò latæ, & spatiosæ, ut per illam incedi possit cum curribus, & rhedis, ut

ut asserunt testes in nostro Summario. Neque adest memoria, quod illa ex privatorum agris facta fuerit, quo casu publica dicitur, juxtà *Text. in l. Viæ vicinales, ff. de Loc. & itiner. publ.*, & animadversa per *Paitell. jun adnot. 67. nu. 10. Rof. consult, 1. per tot. Cepoll. de Servitut. rustic. Prædior. c. 3. nu. 18. & Adden. ad Pamphil. dec. 162. n. 10 vers. Vicinalis.*

Fortiùs, quia ad evitandas nominales quæstiones Vicarius Episcopi Avii, non sine mysterio, retulit, nostram Ecclesiam habere ingressum *in luogo publico, e sempre aperto, e patente à quelli che vorrano andare in detta Chiesola*, quod superabundat ad nostrum effectum, sive dicatur, dictam viam publicam esse, sive attendatur factum Principalis, publicæ commoditati situm dictæ viæ subijcientis, interveniente Episcopi authoritate, juxtà *Text. in l. Diligenter, Cod. de Aquæduct. lib. 11.* ibi: *Qui publici ab initio fontes, vel cùm essent ab initio privati, postquàm publicè usum præbuerunt, ad privatorum usum conversi sunt, &c. ut ius suum Regiæ Civitati restituatur, & quod publicum fuit aliquando, minimè sit privatum, sed ad communes usus recurrat*, & animadversa per *Cancer. variar. resolut. part. 3. c. 4 de Servitut. n. 244. in fine, Borgnin. dec. 6. num. 49. par. 5. & Rot. cor. Cavaler. dec. 631. n. 2. & 3.*

20

21

Imò attento decursu tot annorum, quibus in nostra Ecclesia oblatum fuit missæ sacrificium, tàm privatim, quam solemniter, necnon auditæ ibidem sacramentales confessiones, nullatenùs hodiè ad profanos usus converti potest, tanquàm Locus sacer, & religiosus ad differentiam Oratorii privati, quod hodiè potest esse Ecclesia, & cras camera, ut experientia notum est, & notat *Fagnan. in cap. Authoritate n. 6 & 27. de Censib.*

22

Ultrà quod conclusio, quod porta Oratoriorum publicorum debeat esse in via publica, intelligenda non est judaicè, & secundùm materialitatem, sed habito respectu ad finem, vel effectum, quod aditus sit in tali via, ut per illam omnibus concedatur liber accessus, & recessus, ex adductis per *Panimol. dec. 88. adnot. 1. num. 13. & 14 & Pignatel. consult. 91. num. 28. tom. 1.* ubi, quòd ad nostrum effectum illa via dicitur publica, quæ omnium usui destinata est; Et in nostris punctualibus terminis respondit hæc Sac. Congr. in *Theatina 29. Julii 1690. lib. 40. Decret. fol. 237.* & practicavit eadem Sac. Congreg. Episc. in citata *Reatina 2. Julii 1706.* nullatenùs attendendo simile objectum, exageratum à dicto Vicario Apostolico in ejus Relatione, his verbis: *Nè tampoco vi concorre il requisito della strada publica, perche publica si dice solamente quella, che comincia, e termina nella strada publica, e quella, nella quale si pretende, che abbia la porta, la stanza, e Chiesola sudetta, non è tale, mà vicinale.* Et hæc Sac. Congreg. in *Compsana Cappellæ 31. Maii 1704. ad 1. dubium, & 8. Augusti 1705. negativè* respondendo dubio: *An aperiendum sit ostium in via publica, &c.*

23

24

Et tamen ad omnem abundantiorem cautelam promptus est Principalis ad faciendam quamcumque amplissimam declarationem EE. I P. in hac parte benevisam, ad hoc, ut in futurum omnibus, & universis liber pateat aditus à via consulari ad nostram Ecclesiam, eodem prorsus modo, quo usque adhùc semper adfuit eadem libertas accedendi, & recedendi, absque ullo, vel minimo impedimento, seù obstaculo, juxtà animadversa per *Fagnanum* testantem de solito, & praxi hujus Sac. Congreg. in *cap. In his num. 18. de Privileg.* ibi: *Quamvis in his casibus aliquando rescripserit ad Episcopos, ut postquàm dominus soli per publicum instrumentum situi, ante Oratorium existenti, efficaciter, & cum effectu renunciaverit, declarent, Oratorium illud esse publicum, ita ut sit in ipsorum facultate licentiam tribuere illic celebrandi, ubi tamen illud priùs visitaverint, ac Divino cultui peragendo aptum, ac decens esse compererint.*

25

In qua parte celebris, magistralisque est resolutio hujus Sac. Congreg. in *Placentina 14. Novembris 1626.* registrata in *Lib. 13. Decr. ejusdem Sac Congreg. fol. 147.* ibi: *Congr. Conc. censuit, si Cappella sit constituta in loco, ad quem omnibus pateat aditus, nec habeat aditum, seù prospectum ullum in privatas ædes, dictusque Scipio publico instrumento se obliget, semitam, qua itur ad Cappellam, cuicumque liberam in perpetuum servare, atq; illius dominio, ac iuri renunciet, decreto de privatis Oratoriis, hac de re edito, non comprehendi, ibique de licentia Ordinarii posse missas celebrari.* Quæ resolutio vim legis habet, & tanquam talis servanda est ex adductis suprà discept. 14. n. 77

26

Parùm refragante, quod facies Oratorii connectat cum scalis, porticu, seu atrio domus, quod concernit quartam contrariam reflexiovem; Quia, cùm illud sit corpore, forma muris, & porta peculiari distinctum à domo, & ab omnibus domesticis usibus, & ista fuerint constructa sine cancellis, & valvis, publicoque usui exposita, tàm de die, quàm de nocte, nihil publicitati Oratorii detrahit, quod aditus ipsius detur per scalas, seù porticum, per viculum, aut ædes privatorum, ut benè advertit *Capon. discept. for. 183. n. 4* & meliùs *Rot. cor. Mantic. dec. 65 n. 7. vers. Non obstat, confirmata in dec. 82. cor. eod.*

27

Ità etiam videmus, quod nec via publica, nec publicum flumen eorum publicitatem amittunt, quamvis ad illa pateat aditus à domibus privatis, ut, pluribus adductis, observat *Pignatel. consult. 91. n. 29. tom. 1. & Clericat. de Sacram. Euch. dec 8. num. 27. in fine.*

28

Et in terminis longè fortioribus Oratorii publici, habentis januam non in ambulacro, omnibus exposito, quale est nostrum, sed in interiori atrio, seù cortile palatii, est punctualis *decisio Riccii 78. per tot. part. 4.* signanter *in fine*, ibi: *Cùm fuisset dubitatum in Curia Archiepiscopali, si prohibitio Concilii procederet pariter in Oratorio, existente in cortili alicujus ruris, vel massariæ, fuit dictum, quod non, ex quo non potest dici Oratorium adesse intra domesticos parietes, maximè cùm habeat aditum publicum*, quam sequuntur *Alphons. de Leon de Offic. Cappell. quæst. 3. sect. 1. in fine, & Pignatel. consult. 91. num. 27. tom. 1.* Et individualiter respondit *Sac. Congreg. Episc. in Ostunen. 20. Mart. 1698. ad relationem Eminentiss. S. Clementis*, teste *Monacell. in Formular. tom. 1. fol. 93. num. 7.* & in citat. *Compsana Cappellæ 31. Maii 1704. & 8. August. 1705.* Idque pariter videmus in Urbe in Palatio Domus de Altemps, in publico Oratorio, dicato S. Aniceto Papæ, & Martyri, cujus festivitas solemnissimè in illo celebratur quolibet anno die 17. Aprilis; Et in terminis longè fortioribus, non Oratorii publici, sed Ecclesiæ Parochialis, id videmus pariter in Urbe in Ecclesia SS. Simeonis, & Judæ, cui patet aditus per illam eandem scalam, per quam itur ad plures vicinas ædes.

29

30

Longè autem durius est, quod Oratorium publicum habeat januam in cortile, seù atrio privatæ domus, sive palatii, quo casu non distinguitur porta Oratorii à porta domus, sive palatii, dum una, eademque utrique communis est, quàm quod habeat eandem portam in ambulacro, *seù Loggia*, nimis lata, longaque 27. palmis Romanis, nullis restricta cancellis, vel aliis impedimentis, & à qua statim, probèque cernitur particularis janua Ecclesiæ, distincta, prorsùsque separata à porta palatii, seù domus; Et propterea, si primum nullatenùs impedit, quin Oratorium dicatur publicum, multominùs id impedire potest secundum, ut patet consideranti.

31

Imò si in publicis Oratoriis, præter publicum ingressum, adesse potest alia porta, correspondens domui privatæ, dummodò immediatè non correspondeat in locum indecentem, juxtà notoriam praxim, & advertunt *Pignatel. dict. consult. 91. num. 26. & 27. tom. 1. & Clericat cit. dec. 8. num. 7.* Multominùs offuscare potest publicitatem nostri Oratorii unica porta, correspondens scalis, semper apertis, absque ulla clausura, omnibusq; patentibus, licèt communibus cum domo, juxtà id, quod videmus in Urbe in d. Parochiali Ecclesia SS. Simeonis, & Judæ.

32

Neque proindè dici potest, nostrum Oratorium comprehensum esse in dispositione Concilii *sess. 22 de Observand. in celebr. Miss. vel in Decr. Paul. V. circa Orat. priv.*; Quia illa dicuntur privata, quæ in particularibus domibus inserviunt usui privato, nullamque habent portam in via publica, sivè ingressum, indifferenter omnibus permissum, ut in specie advertunt *Card. de Lug. de Sacram. disput. 20. sect. 2. nu. 50. & Barbos. ad Concil. sess. 22. de Sacrif. Miss. num. 21. & 22.*, referens, ità decisum ab hac Sac. Congr. in *Florentina 1. Septemb 1615. & in Colimbrien. 1. Iulii 1616.* Prout etiam ità ab hac eadem Sac. Congr. resolutum fuit in *Polignanen. 23. Augusti 1653 Lib. 19 Decr fol. 268.* Ità ut ex hac sola circumstantia publici aditus benè observent *Dian. part. 9 tract. 1. de Orator. priv. resol. 2. & Passer. de Pollut Eccl. disp. 2. c. 6. n. 3. & 5.* Oratorium privatæ domus sola Episcopi authoritate erigi posse in publicum.

33

34

Non minùs irrelevans est quinta objectio, quod subtus nostram Ecclesiam reponatur frumentum; Nam talis repositio frumenti nullum scandalum, nullamque irreverentiam, vel servitutem inducit, religiositati Ecclesiæ adversantem; Ultrà quòd, attenta porta ejusdem cubiculi subterranei, nedùm distincta, & separata à porta Ecclesiæ, sed, quod magis est, data opera, constructa in ejusdem parte postica, habentur perindè, ac si essent duo corpora distincta, prorsùsque separata, si non materialiter,

35

ter, saltem ex destinatione domini, & ab effectu; Neque proinde Ecclesiæ appellatione dicitur venire dictum subterraneum cubiculum, non alio fine constructum, quàm ad arcendam à nostra Ecclesia humiditatem illam, quæ resultare solet à pavimento, immediatè cohærente terræ; Indèque communiter observant DD., quod Ecclesiæ appellatione veniant quidem muri, tectum, & pavimentum, sed non ea, quæ extra ista adsunt, ut ad rem observant *Passer. de Pollut. Eccles. disp. 2. cap. 26. num. 2. & cap. 27. per tot. Antonel. de Loc. legal. lib. 1. cap. 3. nu. 34. & seqq. del Ben. de Immun. cap. 2. dub. 2. sect. 7. num. 2. & 3. & Baruf. resol.* 35. *num.* 1. & 2., & egregiè *Barbos. Vot. dec.* 103. *num.* 93. ibi: 36 *Non obstat, quod in speluncis subtus Ecclesiam, &c. fiant apothecæ, seù domus, &c. Respondetur enim, id permitti, quia illæ speluncæ, seù testudines, portas ad plateam habentes, non sunt loca sacra, eo quod non possunt dici intra Ecclesiam. Suarez in 3. par. D. Thom. q. 83. art. 3. sect. 4. fol. mihi* 1056. *col.* 2. ibi: *Præterea necessarium est, ut talis effusio fiat intrà Ecclesiam, nec erit satis, si fiat in locis Ecclesiæ adhærentibus, ut in cubiculis Ecclesiæ conjunctis, &c. vel in speluncis sub pavimento Ecclesiæ. Bonacin. Oper. mor. tit. de Matrim.* 37 *part.* 4. *punct. ult. num.* 14 ibi: *Non est sacrilegium, quando copula habetur in aliquo loco subterraneo Ecclesiæ, ut in caverna, fabricata in pavimento, modò locus ille subterraneus nō sit sepultura, ratio est, quia locus ille censetur extra Ecclesiam, nec spectat ad interius Ecclesię corpus, à tecto interiori usque ad pavimentum, & Sanch. de Matrim. lib.* 9. *dispur.* 15. *n.* 27. ibi: *Secundò deducitur, non reputari locum sacrum, &c. locum sub Ecclesia constructum, ut, si ibi sit caverna, aut spelunca, quia ille locus extrà Ecclesiam est.*

Eoque magis ista procedunt, quò Altare, super quo Divina celebrantur, à fundamentis Ecclesiæ, usque ad ejus 38 totalem altitudinem, & perfectionem, constructum fuit super firmis lapidibus, itaut undique fixum, & immobile sit, ut deponunt testes; In reliqua verò parte ejusdem subterraneæ mansiunculæ, pro majori parte anni nihil prorsùs conservatur, sed solùm tempore messium reponitur frumentum, necessarium ad seminandum, absque ullo clamore, strepitu, aut alio indecenti, vel incongruo actu; Ea addita circumstantia, quod Divinorum celebrationis tempore semper clausum fuit, ut de visu testantur Sacerdotes illi, & Regulares, qui in nostra Ecclesia pluries sacrum peragerunt.

Et in hac etiam parte, ultra individualem resolutionem Sac. Congr. Episc. in sæpè citat. *Reatina* 2. *Julii* 1706. in- 39 numera ferè exempla non desunt in Urbe, in his præsertim materiis omnium aliarum Civitatum magistra, ut ad rem observat *Piton. discept. Eccles. in Parerg. fol.* 14. *num.* 6. Omissa enim gratia brevitatis enumeratione aliorum publicorum Oratoriorum, subtus illud verè insigne, & famosum illius exemplaris Congregationis, quæ cùm nomen desumpserit ab Oratione, meritò denominatur Oratorii, adest magnum repositorium diversarum rerum, dum hæc scribimus, omnibus illud conducere volentibus expositum cum solita *Locanda*. Proùt etiam subtus illud SS. Laurentii, & Damasi adest magna apotheca correspondens in publica via, ducente ad plateam Farnesianam, nec desunt alia hujusmodi exempla, etiam in alii Civitatibus, & præsertim in Ecclesia Canonicor. Regularium Forosempron.

Quale autem augumentum cultus Divini, qualis gloria, & devotio erga D. Antonium Patavinum, & quam ma- 40 gnum commodum exindè resultaverit pauperibus Villicis, propè nostram Ecclesiam commorantibus, aliisque ibidem ex diversis accidentibus confluentibus, quod tangit 6. contrariam reflexionem; Non possumus evidentiùs comprobare, quàm ex eorundem Villicorum confessione, ante nostri Oratorii constructionem, facta Vicario Generali antecessoris Episcopi, uno ore benedicentium *chi aveva eretto,* 41 *e stabilito detta Chiesa, o sia Oratorio.* Ex attestationibus illorum Religiosorum, & Sacerdotum Regularium, qui ibidem pluries missam celebrarunt; Et ex ingenua confessione Parochi Montis Vetularum, qui in illa celebravit *più,* 42 *e più volte per consecrare le particole, che hò portato à diversi Infermi della mia Parrocchia, perche la mia Chiesa è assai distante, &c & in oltre attesto di avervi confessato, & amministrato il SS. Sagramento dell'Eucaristia più, e più volte, &c. con speciale sodisfattione di tutti i Contadini.*

Advertentes hìc, quod commodum, ut ità dicam publicum, nostræ Ecclesiæ, ex eo pariter emicat, quod illius claves retinentur à Colonis Principalis, cum illa præcisa obligatione, eis strictissimè injuncta, ut cuilibet Sacerdoti, 43 sivè Regulari, sivè Seculari, volenti ibidem missam celebrare, statim illas consignent, unà cum omnibus necessariis ad missæ celebrationem, ut notorium est, sæpissimè practicatum fuit à d Parocho, absque ulla, vel minima participatione Principalis, ac si accederet ad suam propriam Cappellam, vel Oratorium.

Ex quibus non obscurè inferri, & deduci potest, quàm insubsistens, & divinatoria sit septima objectio Episcopi, quod scilicet suus Prædecessor erat in voto, nostram Ecclesiam suspendendi, dum neque per somnium unquam de tali suspensione discussum, vel dubitatum fuerit, ut subjun- 44 gunt dd. testes; Quod evidenter pariter ex eo deducitur, quod dictus Episcopus prædecessor, postquam in sacra Visitatione demandavit clausuram cujusdam parvæ fenestræ nostræ Ecclesiæ, cohærenter ad quamplures resolutiones Sac. Congr. Episc. relatas à *Nicol. in Floscul. verb. Fenestra num.* 1. nedùm permisit, sed expressè præcepit Parocho *di confessarvi, & amministrarvi li Sagramenti, come hò fatto sempre,* juxta ipsius præcisa verba.

Non omittentes observare, quod similia gratis asserere, est in aliqua parte memoriam dignissimi sui Antecessori non parùm offendere, ac si ex illis humanis respectibus, ab aliquo, in hac causa seminante zizaniam, suppositis moderno Episcopo, ab eo indicatis in citata Relatione, quod res non erat ampliùs integra, quodque non erat bonum, licen- 45 tiam, semel concessam, retractare, permittere voluisset continuationem illius verè tremendi Sacrificii in loco, ad sensum ejusdem moderni Episcopi, prorsùs indecenti, & incongruo; Quod si præsumendum non est de qualibet vili persona, ad *Text. in c. Dudum*, ubi communiter *Repetentes de Præsumpt.* & firmata per *Rot. in dec.* 132. *num.* 13. *coram Emer. jun.*; Quanto minùs asserendum est de illis, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei; præcipuè nulla adducta, vel indicata causa, propriam respiciente utilitatem, sine qua nemò præsumitur deficere in proprio of- 46 ficio, vel munere, ut ad rem notat *Roland. ad Vall. cons.* 38 & *seq. lib.* 1. advertens, hoc patens esse ratione naturali, quam solam allegare sufficit, & firmavit *Rot. in Forosempronien. Testamenti* 11. *Decembris* 1697 §. *Et alterum, coram R. P. D. Ansaldo.*

Quo demum ad dubium, *an, & quæ pars domus gaudere debeat privilegio Immunitatis*, quamvis de Jure facili negocio resolvi posset, asserendo gaudere in illa parte, in qua consistit, Ecclesia, seu publicum Oratorium, juxtà *Tex-* 47 *tus*, quos referunt, & sequuntur *Panimol. dec.* 88. *adnot.* 1. *n.* 8. & 27. *A vers. de Sacram. Euchar. part.* 11 *sect.* 14. & *Pac. Jordan. variar. lucubr. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 161. necnon juxtà oraculum hujus Sac. Congreg. in S. Angeli Bisacciarum 2. Junii 1663. relatum à *Crispin. nella Visit. Pastoral part.* 2. *quæst.* 36. *num.* 2. ibi: *Ecclesia, &c. verùm exitum ad viam publicam separatum non habet, sed ingressus, & regressus est ex D. Principis Palatio, dubitatur, an hæc Ecclesia immunitate Ec-* 48 *clesiastica gaudet, Congregatio Concilii censuit Gaudere*; Nihilominùs omni meliori modo paratus est, & promptus Principalis tollere omnes obices, qui EE. PP. videantur obstare prædictæ Ecclesiæ rurali, quatenùs aliquod requisitum eidem, quod non creditur, deficiat, & parere mandatis hujus amplissimi, & sapientissimi Senatus, quamvis nostra Ecclesia omnibus necessariis suppellectilibus, & ornamentis sufficienter abundet, & in nihilo deficiat, ut ingenuè fassus fuit ille met Canonicus, qui deputatus fuit ab eodem Episco- 49 po ad conficiendam plantam super faciem Loci.

In universum supplicantes EE. PP. præ oculis habere facilitatem, cum qua meritò in similibus casibus solent Sac Congr. procedere ad benignam concessionem erectionis similium Ecclesiarum ruralium, etiam reluctantibus Parochis illorum præjudicio dumtaxat præservato, ut signanter 50 practicavit Sac. Congr. Episc. in *Januen.* 5 *Septem* 1692 *ad relationem Card. Sacchetti*; *In Nucerina* 12. *Martii* 1693 *ad relationem Eminentissimi Acciajoli*, *In Frisingen.* 17. *Julii dicti anni ad relationem ejusdem Eminentissimi Acciajoli*; *In Placentina* 20. *Maii* 1697. *ad relationem Card. Petrucci*, in cujus casu, erectioni publici Oratorii, una cum Parocho, se opponebat pariter Episcopus; Et hæc Sac. Congr in *Maceraten. die* 10. *Maii* 1687 *lib.* 37 *Decr. fol.* 311. *Et in Foroliviens* 16. *Januarii* 1694 *lib.* 4. *Decr. fol.* 59. in qua Episcopus etiam Parochi oppositionibus adhærebat, de quibus latè *Bertachin* 51 *Vot. dec.* 64 *per tot.* & *Monacell in Formular. tom.* 1. *fol.* 148 à *num.* 8. *usque ad* 15. Et propterea multo magis annuendum videtur enixis precibus Principalis, dum Parochus, non solùm expressè non se opponit continuationi celebrationis Divinorum in nostra Ecclesia, sed eidem plusquam tacitè amplissimum dedit consensum, imponendo primum lapidem,

pidem, uti Delegatus Episcopi in ipsius constructione, & hodiè huic Sac. Congr. rotundis literis afferendo, *che la sudetta Chiesa aveva portato gran divotione à tutti li Contadini circonvicini, per il commodo di sentirvi le messe, &c. come più, e più volte vi hò celebrato ancor Io, &c. e vi hò cantata messa, in occasione della festa di detto Santo, &c con averci celebrato più, & più volte per consagrare le particole, che hò portate à diversi infermi della mia Parrocchia, perche la mia Chiesa è assai distante, & essendo situata in cima d'un monte, è molto scommoda, particolarmente l'Inverno, &c.* Et ex alia parte non agitur de construenda, sed ad nihilum redigenda nostra Ecclesia, edificata prævia speciali licentia, & permissione Superiorum, fer. fer. procedentium ad illius concessionem, quæ reperitur hodiè in omni perfectione, sumptuosè ornata, & abundans omnibus sacris supellectilibus, sacrisque vasibus; Undè applicari videtur vulgatum illud: *Turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hospes*, adductum ab *Innoc. III. in cap. Quemadmodum post princip. de Jure Juran.* & latè exornatum ab *Alexand. conf. 213. n. 7. lib. 6. Surd. conf. 64. n. 7. & Card. de Luc. de Servit. disc. 4. n. 6.*

In eadem Causa.

Die 19. Novemb. 1707. placuitque rescribere *Emo Legato, qui mandet, fieri plantam judicialem, & transmittat cum suo Voto*. In cujus rescripti executionem Eminentissimus Legatus Plantam, ab utraq; Parte in omnibus approbatam, transmisit, unitam cum ejus Relatione, in qua, nedum suum aperuit Votum, Principali favorabile, sed ulteriùs subdit *In quem finem demissas ego quoq; porrigo preces*. Iterum proindè humiliter supplicamus pro favorabili resolutione prædicti dubii, & speramus fieri voti compotes.

Ex ipsa siquidem Planta, quàm R. P. D. Secretarius fidelibus oculis. EE. PP. subjicere dignabitur, visibiliter apparet, quòd Oratorium, de quo agitur, ex una tantum parte cohæreat domui Principalis, Sed cùm nullus pateat ingressus, aut prospectus à præfata domo ad Oratorium, nihil propterea refert, quod non sit totaliter ab ipsa domo sejunctum, ad hoc ut dici possit publicum, prout observant *Pignatel. consult 91. num. 25. & seqq. tom. 1. & Panimol. in decis. 88. annot. 1. à num. 12. & Monacell. in Formular. tom 2. fol. 52. num. 4.* ubi, referendo omnia requisita publici Oratorii, ab hac Sac. Congregat. præscripta in celebri *Conimbrien. 1. Junii 1616.* ait; *De licentia Episcopi erecta, à privatis domibus ita separata, ut per eas, ad illa iri minimè possit, nec fenestræ in domibus sint, per quas in Oratorium prospectus habeatur, liberq; accessus è via publica cunctis pateat capax, & decenter ornatum existat*: Quæ omnia adamussim in nostro casu verificari, testis est Eminentissimus Legatus in dicta ejus Relatione, cùm quibus requisitis videmus in Urbe innumera Oratoria, imò ipsasmet Ecclesias Parochiales, non facientes Insulam, sed domibus privatis cohærentes, ut præsertim videre est in illa SS Simeonis, & Judæ, ac in alia S. Luciæ vulgo, nuncupat. *della Tinta*.

Et de facto Eminentissimus Legatus tanquam irrelevans censens hujusmodi motivum, & alias criticationes, in quibus in præterita causæ propositione se fundabat Promotor Fiscalis Pisauren. omnes alias contrarias reflexiones strictè, & solidè reduxit ad duas dumtaxat, videlicèt, An ambulacrum cui correspondet janua Oratorii, sit, nec nè publicum. Et an istud gaudere debeat immunitate Ecclesiastica.

Verùm quoad primam reverenter repetimus, quòd quamvis nulli unquam interdictus fuerit accessus ad Ecclesiam, ità, & taliter, quòd ex voluntate, & facto D Principalis d. ambulacrum, semper fuerit, & hodiè sit publicum, nihilominùs promptus, & paratus est d. Principalis cuicumq; juri sibi competenti renunciare, ac solemni protestatione declarare, quòd ambulacri solum, designatum in Planta, sit publicum, atque ad Oratorium spectet, & in perpetuum spectare debeat, ut ex d. Relatione Eminentissimi Legati.

Ità enim fiet, ut quilibet ad Ecclesiam pergere poterit, absq; ullo vel minimò impedimento, aut obstaculo, & nostra Ecclesia in decreto, de privatis Oratoriis edito haud comprehendi valeat, prout aliàs hæc Sac. Congregat resolvit in *Placentina 14 Novembris 1626. lib. 13. Decr. fol. 147* & in terminis notat etiam *Fagnan. in cap. In his num. 18. de Privileg. & Ricc. dec. Curiæ Archiepisc. Neapolitan. 78. per tot. par 4.* & resolvit *Sac. Congregat. Episcop. in Compsana 31. Maij 1704. ad 1. dubium, & 8. Augusti 1705.* Et in terminis fortioribus Oratorii, habentis ingressum à Cortili, seù Atrio Palatii in *Ostunen. Interdicti 24. Martij 1668. Ponente Eminentissimo S. Clementis*, his verbis: *Prævia remotione valvarum, impedientium ingressum à Cortile, vel aperto ostio Oratorij in viam publicam, & clauso omni adito ab Ecclesia ad Palatium, prohibitoque usu integræ ædis superioris, Episcopus procedat ad executionem Brevis, amoto Interdicto &c.* confirmata 9. Martii 1702. ibi: *Clauso ostio ædis superioris Episc. removeat interdictum, & det exequut. Brevi &c. & declaret, immunitatem esse restrictam ad solam Ecclesiam.*

Quo verò ad 2. reflexionem similiter dicimus, quod Principalis, ad omnem obicem removendum, dat manus, quod etiam per lapidis affixionem omnibus notum sit, dictum ambulacrum, sivè domum nulla gaudere Immunitate Ecclesiastica, aliaque exequi, quæ summæ prudentiæ hujus Sacrosancti Senatus demandare videbitur, & placuerit, ad hoc, ut in posterum in dicta Ecclesia liberè, & quietè, quemadmodum tot annorum decursu practicatum fuit, Divina peragantur, ad majorem Dei Gloriam, & animarum salutem, juxtà ea, quæ latè refert Eminentissimus Legatus in d. Relatione §. *Ut facilius*, & latiùs observavimus suprà.

Non omittentes iterum repetere, quòd non sumus in terminis Oratorii costruendi, sed contraria prætensio tendit ad redigendum ad nihilum nostrum Oratorium, non minùs splendidè, quam devotè à fundamentis à Principali constructum, prævia speciali licentia, & permissione Episcopi Antecessoris, servatis omnibus servandis, procedentis ad illius concessionem, cum illo addito, quòd hodiè, nedùm reperitur in omni sua perfectione sumptuosè ornatum, sed provisum est omnibus sacris suppellectilibus, & aliis necessariis ad Missarum celebrationem, quæ per spatium undecim circiter annorum in illo celebratæ fuerunt; Itaùt applicentur animadversa per *Cardin. de Luc. de Servit. disc. 4. num. 6. & disc. 7. eodem num.* ubi in specie loquitur ad impediendam demolitionem Ecclesiæ jam constructæ, ibi: *Quia faciliùs impodiuntur destruenda, quàm impediantur jam facta, & turpiùs eiicitur, quàm non admittatur hospes, quo dicterio utuntur etiam Juristæ, ut per Alciat &c.*

Sacra Congregat. Concilii dubio: *An sit locus remotioni suspensionis Ecclesiæ, de qua agitur*, die 19. Novembris 1707. respondit: *Dilata, & Eminentissimo Legato, qui mandet fieri plantam judicialem, & transmittat cum suo Voto.* Die verò 22. Februarii 1710. respondit: *Affirmativè, juxta modum.* Qui fuit, ut Antaldus per publicum Instrumentum declararet, situm per quem itur ad Cappellam, esse publicum, cedendo Juri, quod in illo habebat; Utque apponeretur lapis cum inscriptione, quòd Palatium non gaudet immunitate.

Scripsi pariter in alia simili causa *Reatina* in Sac. Congregat Episcoporum, Ponente Cardin Rubino, in qua dicebam. Il Canonico Simon Domenico Ponam, e Gio: suo fratello della Città di Rieti, Oratori umilissimi dell' EE. VV. riverentemente rappresentano, possedere nel Territorio di S. Benedetto, Castello di detta Città, un Casale, lontano da esso Castello quasi due miglia, con la publica Chiesa, ben munita di tutti i necessarii requisiti, havendo il Campanile, e Campana, e l'ingresso da una sola porta nella strada publica, ritenuta con venerazione, e decoro, provista di tutte le supellettili sagre, e dedicata alla SS. Vergine, in cui dall'acquisto, che essi fecero di d. Casale (come ancora sempre per il passato si era ab immemorabili pratticato) sono state celebrate le messe, in specie ne giorni festivi, e solennizzata la festa alli 8. di Settembre, Natività, di detta MADRE di DIO, con gran concorso di Popolo per l'Indulgenza plenaria, che ivi da Fedeli si conseguisce.

Approssimandosi nell'anno scorso 1705. il giorno di detta festa, fù procurato da persona poco amorevole dell'Oratori, che à nome di Gio. Paulucci, Pievano di detto Castello, si dasse Memoriale à questa Sag. Congr. esponendo, che gli Oratori havevano una Cappella privata, ove spesso facevano celebrare le messe, ed in specie si solennizava detta festa della Natività, cosa, che non dovevasi permettere à persone private, particolarmente per esser pregiudiziale alla sua Parrocchia, il quale riferitosi nella Congreg. delli 21. Agosto d. anno 1705. si compiacquero l' EE. VV. rescrivere: *Pro informatione, & Voto* à Monsignor Martinelli Vic. Apost. mà perche appunto il medemo desiderava impedire la celebrazione di detta festa (atteso un ricorso fatto dagl' Oratori contro di esso nella Sag. Congreg. del Concilio per la refezzione d'alcuni danni, irrogatigli, per haver fatto scarcerare un loro debitore, che in vigore di sospetto di fuga si trovava ritenuto nelle di lui Carceri) non potendo havere in tempo gli ordini da questa Sag Congreg. si arrogò

rogò esso la facoltà trè giorni prima di detta festa (senza punto obbedire alli comandi dell' EE. VV. con dare la detta Informazione, e Voto) di far dispoticamente precetto sotto pena di sospensione à *Divinis*, e di scudi oo al Canonico, uno di detti Oratori, e rispetto al di lui fratello secolare, altro Oratore, non solo di somma consimile di scudi 100. mà ancora della personale carceratione, asserendo, tale esser l'ordine di questa Sag. Congregazione, affinche non ardissero di celebrare, e far celebrare in detta Chiesa veruna messa, tanto nel giorno dell' imminente festa della Natività della SS. Vergine, quanto in altri giorni per l'avvenire, facendo in oltre, con poca edificazione di quel Popolo, affigere l'antivigilia di d. festa nella porta di detta Chiesa un'Editto penale di sospensione à *Divinis ipso facto incurren.* e di altre à suo arbitrio contro tutti i Sacerdoti, tanto Regolari, come Secolari, che havessero celebrato in d Chiesa al che fù prontamente, e ciecamente da essi Oratori ubbedito, arrecando nondimeno infinito scandalo à tutto il Popolo, il vedere la porta della Chiesa serrata in tempo, che secondo l'antico solito era ivi concorso in gran quantità per l'acquisto dell' Indulgenza nel giorno della sua festa.

Supplicorono umilmente l' Oratori la somma giustizia dell' EE. VV. perche si degnassero ordinare, che si potesse almeno solennizzare la festa del S. Rosario la prima Domenica di Ottobre in luogo di quella della Natività, come sopra impedita, e ne venne il rescritto *: Scribatur Vicario cum admiratione circa exposita, & statim informet, & exprimat, quid fuerit servatum in præteritis annis sui gubernij*, mà non havendo informato, non solo con la sollecitudine, ordinatagli dall'EE. VV. mà ne pure per il corso di più mesi, furono necessitati di bel nuovo gl'Oratori ricorrere, affinche si degnassero ordinare, che onninamente transmettesse d.Informazione, e sotto li 15. del mese di Gennaro prossimo passato si degnoro commandare, che si facesse dupplicato di detta lettera delli 25 Settembre, e si consegnasse all' Agente, affinche detto Vicario non potesse allegare alcuna scusa, e tutto fù puntualmente esseguito.

Onde essendo finalmente venuta detta Informazione sotto la data delli 18. del socorso mese di Febraro, e destinato l'Eminentissimo Ponente à riferire la Causa, supplicasi hora umilmente l' EE. VV degnarsi dichiarare nullo, ed ingiusto detto precetto, ed editto, e che in avvenire si possino in detta Chiesa celebrare le messe, tanto ne i giorni di festa, quanto feriali, ed in specie solennizzarsi la festa della Natività di MARIA Vergine nel giorno delli 8. di Settembre, come sempre è stato osservato per il passato, non havendosi in considerazione alcuna il maggior concorso, che sarebbe nella Chiesa Parocchiale, se non vi fossero simili Chiese, nelle quali si celebrassero messe le feste di precetto, come diffusamente prova il *Bertacch. Vot. dec. 64. per tot.* ed infinite volte hà risoluto questa Sag. Congreg. e particolamente in una *Frisingen. 17. Junij* 1693. *Ponente l' Emo Acciaioli*, e la Sag. Congreg. del Concilio, particolarmente *in una Theatina* 29. *Junij* 1690. *& in una Forolivien.* 16. *Januarii* 1694. *& in una Parmen.* 9. *Augusti* 1698. *e* 28. *Martij* 1699. e la Sag. Congr. de Riti, particolarmente li 22. Settembre 1703 *in una Ostunen. Ponente l'Emo Barberini, e li* 22. *Agosto* 1707. *in una Castellanaten. à relazione del Cardin. Rubino* Tanto più, che non porta verun pregiuditio alla Chiesa Parrocchiale di S. Benedetto, mà bensì utile evidentissimo per il commodo, che hanno gli abitanti di Campagna di udire ivi la santa messa in particolare ne giorni di festa, che non possono andare al d. Castello, lontano quasi due miglia, conforme in tutti i Luoghi inconcussamente si prattica.

Il che è tanto vero, che nel Territorio di detto Castello, oltre alla sudetta Chiesa dell'Oratori, vi è altra Chiesa in Contrada le Case di S. Benedetto, parimente di simil lontananza, dove ne giorni festivi si celebra la messa per servitio à punto delli abitanti di campagna, i quali non possono ritornare dentro il sudetto Castello.

Questo solo basterebbe per categorica risposta à quãto fù esposto all'EE VV sotto nome di D. Gio: Paulucci Paroco, non per altro motivo facendo instanza, che si serrasse la Chiesa delli Oratori, che per il preteso pregiuditio della sua Parrocchia, come dal suo Memoriale.

Mà perche Monsignor Martinelli Vicario Apostolico in luogo di Relazione, coerente alle instanze di detto Paroco, si è fatto lecito trasmettere all'EE. VV. più tosto un Libello contro li Oratori, li medesimi si stimano in obligo preciso di farne toccar con mani l'insussistenza, è

Primieramente supplicano l' EE. VV. à considerare non esser vero il pretesto di non aver subito informato per difetto dell'Oratori, che non gli presentorno la lettera, volendo prima mostrarla à tutta la Città, mentre ciò non regge in fatto, havendogli fatta presentare la detta lettera incontinenti li 4. di Ottobre scorso, che arrivò in Rieti, e per ogni abbondante cautela in presenza di testimonj, à punto dubitandosi di una simile scusa, e pretesto.

Ne meno sossiste, che la Chiesa, della quale si tratta, sij una mera stanza, incamerata con altre stanze, tanto di sopra, che laterali, ed in mezzo à due stalle, una ad uso di rimetter le Pecore, e l'altra li Bovi, e che sopra d. Chiesa vi siano stanze, nelle quali, ò si dorme, ò si mangia, ò si fa la cucina, e che eccettuato il giorno, che vi si celebra la festa della Natività, serva ad uso profano di conservar' il cascio, non habbi le fenestre, ne verriate, ne legni da poterle serrare, nè habbia la porta, corrispondente nella strada publica, mà solamente in una strada vicinale, senza campanile, mà con una campanella, sostenuta da due piedestalli, senza corde per poterla sonare, e finalmente, che resti circondata non da altre case di contadini, mà da un Bosco.

Poiche diametralmente si prova il contrario, cioè, che detta Chiesa non è una mera stanza, ne unita con altre stanze da tutte le parti, mà solamente attacca da una sola parte, e gli altri due muri corrispondono al Giardino. Hà una sola porta, che corrisponde nella publica strada, dalla quale solamente hà l'ingresso; Verità, che per necessaria conseguenza s'inferisce ancora da d. Relazione §. *Ne tampoco*, dove si asserisce, che la strada, nella quale riesce d. porta *serve solamente per quelli pedoni, che venendo da S. Gio: in Valle Reatina vogliono scortare la strada* atteso, che cominciando da d. luogo di S. Gio: in Vale Reatina, e terminando nella Città di Rieti, viene ad haver il principio, ed il fine nel pubblico, che sono li due requisiti delle strade pubbliche, come osservano li Dottori, addotti dall' *Adden. ad Pamphil. dec.* 162. *num.* 10. *in fin.* ed è punctualissima, e magistrale la *decis.* 631. *num.* 4. *&* 5. *cor. Caval.* parlando ne precisi termini di una simile strada, che cominciando, e terminando nel publico, passa vicino ad un Casale d'un'altra persona privata. Vi sono due fenestre laterali con ferrate, dove da passaggieri si puol fare orazione, e prender l' acqua santa, e sopra la d. porta un'ovato, con altra ferrata, con di più due altre fenestre per illuminarla, corr確spondenti à detto giardino, nelle quali oltre alle ferrate, vi sono ancora le vetrate.

Dentro d. Chiesa vi è l'altare murato, sempre tenuto coperto con palliotto, e sopra candelieri, e croce, con un quadro di tela grande, rappresentante la SS. Vergine, con il Figliuolo in braccio, e S Gio: Battista: E tutta à volta, ed in mezzo per maggior ornamento, e devozione vi si vede dipinto Iddio con il Mondo in mano: Sopra non vi è alcuna habitazione profana, mà un loggione con sei finestre, dove stà la corda per sonare la campana in tempo di messe, e questa posa nel campanile, situato sopra il tetto di detto Loggione, visibile à tutti.

Avanti vi è la strada publica, che da Rieti porta al d. Castello di S Benedetto, qual strada da tempo immemorabile sino al presente è stata sempre pratticata, e molto più presentemente, essendo stata per buon tratto aggiustata da essi Oratori; Intorno vi sono più Casali, ed in specie quelli de Foschi, Algieri, Ceci, Roselli, Gianfilippi, Vincentini, e buon numero da Case rurali, unite insieme, che formano quasi una Villa, abitata da contadini, quali se non avessero d. Chiesa vicina più delle volte non sentirebbero messa. E lontanissima da boschi, non havendo attorno, che albereti, ed oliveti, confinando da per tutto con le fertilissime pianure di Rieti.

Non stà in mezzo à due stalle, non havendo il Casino, che una sola stalla, la quale in verun conto attacca con la detta Chiesa, mà è distante da quella, attaccando solamente con questa una stanza, destinata per conservare nell' Inverno vasi di agrumi: Onde sempre in d. Chiesa si sono celebrate le messe, non solo in tempo, che si possiede d. Casale dalli Oratori, mà ancora in tempo che si possedeva dalli Coccapani, Foschetti, e Bersani, loro Autori, talmente, che non vi è memoria in contrario Il che è tanto vero, che Monsig. Martinelli non hà potuto negarlo nella sua Relazione al §. *Che poi*, benche dica d haver permesso, e serrato gli occhi, che vi si celebrassero messe per la speranza, che haveva di presto terminare la sua permanenza nel posto di Vicario Apostolico, ed in tanto venne all' Interdetto, atteso il ricorso, fatto dal Rettore della Chiesa Parrocchiale di S. Benedetto, essendo indubitato, che non una sol volta hà permesso questa celebrazione di messe, mà per tutto il tempo,

tempo, che è stato in Rieti, anzi più volte si è portato in d. luogo, assieme con diverse persone, ed in specie con l'Archidiacono, Severi, Canonico Giangirolami, Mattei, Colelli Vicentini, ed altri, senza veruna reclamazione.

Non potendosi à meno di non pregare quì l'EE.VV.à considerare, se il medesimo con il solo frivolo pretesto di dovere in breve terminare la sua permanenza in quel posto, dovesse, e potesse con tutta conscienza permettere la continuatione de sagrificj in una mera stanza, concamerata con due stalle laterali, e cucina di sopra, la quale eccettuato il solo giorno della festa, subito si riduceva ad uso profano, per rimettervi, e conservarvi il cascio, che fanno le pecore. Di più se possa havere apparenza di verisimilitudine, non che di vero, ciò, che si asserisce in detta afferratissima Relazione, nella quale contro ogni solito s'inoltra *ad umilmente supplicare l'EE.VV. à non levarle facilmente la fede*, poiche potrebbe forsi ciò haver luogo, quando si trattasse di notizie, con somma segretezza confidategli da persone d'intiera fede, intorno à materie, difficili à provarse; Mà contenendo la medesima Relazione pretese deposizioni di testimonij circa materie publiche, e notorie, attesoche sono *oculis subjectæ fidelibus* di chi si sia della Città, e contorni di Rieti, non si sà vedere con qual fine si pretenda, che non debba levarseli la fede in ciò, che manifestamente, ed evidentemente apparisce, che punto non sossiste, ed apparisce errore, ò dalla mera lettura dell'istesse scritture, che egli medesimo inserisce in d. sua Relazione, come per essempio dal Memoriale, dato da Gio: Paulucci Paroco, dove asserisce che gl'Oratori hanno una Cappella, *ove spesso fanno celebrare le messe*, e pure ciò non ostante procura far apparire il contrario, detto Monsignor Vicario, dicendo in d.sua Relazione, che *ecettuato il giorno* 8. *di Settembre, nel quale si celebra, si riduce ad usu profano*.

Dalle quali riflessioni, unitamente considerate, resta concludentemente provata la qualità di Oratorio publico della Chiesa controversia, ed in conseguenza non poteva Monsig. Vicario impedire, che nella medesima non si continuasse la celebrazione di messe in tutti i tempi dell'anno, e la celebrazione della sua festa nel giorno delli 8. Settembre, come considerando la sola esistenza di campana, e campanile osservano *Guazzin. ad Defens. Reor. defens.* 1. *cap.* 37. *n.* 29. *Sanchez de Matrim. lib.* 9. *disput.* 15. *num.* 39. *versic. Dic breviter*, *Decian. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 16. *Dian. Oper. moral. tom.* 9. *tract. de Immunit. resol* 6. *num.* 2. E la ragione è chiara, attesoche negl'Oratorii privati è specialmente prohibita la retenzione delle campane dal *Testo literale nel cap. Patentibus de Privileg.* essendo univoco segno dell'Oratorii publici, come oltre d. Autori sopracitati, osservano *Fusch. de Visitat. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 1. *& seqq. & Pignatell. consult.* 91. *num.* 9. *&* 24. *tom.* 1. E considerando la sola porta nella strada publica *Remig. de Gonn. de Immunit. ampliat.* 1. *regul.* 1. *num* 5. *Sanfel. decis.* 219. *num.* 4. *Pignat. d. consult* 91. *num.* 24. *vers. Vel si aditus tom.* 1. *& Barbos. ad Concil. sess.* 22. *cap.* 8. *num.* 22. E considerando l'altare fisso, e stabile *Durand. de Ritib. Eccles. lib.* 1 *cap.* 25. *numer.* 3. *Farinac. de Immun. cap.* 17. *num.* 267. *Decian. tract. crimin. cap.* 25. *n.* 19. *lib.* 6. *Sanfel. dec.* 219. *num.* 4. *& Pignat d. consult.* 91. *n.* 4. *vers. Et quidem lib.* 1. E considerando la celebrazione di molte messe, con esservi stati indifferentemente ammessi à sentirle persone d'ogni sesso, *Fagnan. in cap. ult. num.* 4. *de Censib. Mascar. de Probat. concl.* 869. *num.* 1. *&* 2. *de Ben. de Immun. cap.* 2. *dub.* 2. *sect.* 7. *num.* 38. *& seqq. Menoch. de Præsumpt. lib.* 2. *præsumpt.* 132. *n.* 51. *Sanch. de Matrim lib.* 9. *disp.* 15. *num.* 39. *vers. similiter*, *Pignat. d. consult.* 91. *num.* 24 *vers. vers. si ibi*: *tom.* 1. Al qual'effetto basta la celebrazione di messe, continuata per il solo spazio di anni dieci *Sanchez & Pignatel.* nei luoghi sopra allegati, nel quale *d. Pignatel. vers. Præsertim* riferisce una risoluzione di questa S. Cong *in una Januen.* 7. *Jun.* 1605. E finalmente considerando la celebrazione della festa di quel Santo, al quale è dedicato l'altare *Regim. de Gonn. de Immunit. d. ampliat.* 1. *regul.* 1. *num.* 5. *Sanfel. citat. decis.* 219. *num.* 4 *Pignatel. d. consult.* 91. *num.* 24. *vers Vel si habeat speciale nomen tom* 1. dove al *n.* 25. dopo molti Autori, che adduce, asserendo esser questa opinione commune trà Dottori, prova non esser necessario, che vi concorrano copulativamente tutte le accenate qualità, mà esserne sufficienti alcune solamente.

Senza che osti, ciò, che si legge in d. Relazione §. *Fatta*, di non essersi trovata l'erezzione di detta Chiesa, ò sia Oratorio publico, fatta con autorità ordinaria, overo Apostolica, essendo opinione, communemente ricevuta tra Dottori, che quella si presuma ogni volta, che per *decennium fuerint in illa indistinctè celebrata Divinæ*, come può riconoscersi da quelli, che citano l'*Archid. in Can. Nemo de Consecrat dist.* 1. *num.* 3. *Fagn. in cap. Authoritate num.* 4. *de Censib. Sanch. de Matrim. lib.* 9. *disp.* 15. *num.* 29. *in fin. Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. q.* 441. *n.* 2 *Guazzin. ad Defens. Reor. defens.* 1. *cap.* 37 *nu.* 29. *Sylv. de Benefic. par.* 1. *q.* 6. *num. ult. Zerol. in Prax. Episcop. par.* 1. *verb. Missa num.* 1. *Fagund. ad Præcept. Eccles. lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 5. *Card. de Lug. de Sacram. lib.* 5 *cap.* 1. *num.* 3. *Pax. Jord. var. lucubr. to.* 1. *lib* 4. *tit.* 1. *num.* 114. *& Mascar. de Probat. conclus.* 869. *num.* 1. ibi: *Et inter omnes convenit, ea esse, utpotè si ibidem Oratorium collocatum sit, ibique turris constructa sit, ex qua pendeant campanæ, ferro exceptæ, quæ manu agitatæ longè sonitus referant, atque ibidem publicè, & quotidiè Divina celebrentur, nàm tunc præsumitur, Episcopi authoritatem intercessisse, & omnia alia requisita concurrisse*.

Tutti questi requisiti, che, anche separatamente considerati, provano concludentemente la qualità di Oratorio publico, si ammettono in detta Relatione, perchè quanto all'Altare, e sua dedicatione alla SS. Vergine, si dice al §. *Hora: Si vede un' altare spogliato, con pittura di sopra*. Quanto alla campana *al §. Che poi*, si dice, *esservi una campanella ben piccola, sostenuta da due piccoli piedistalli*; Senza che possa farsi fondamento alcuno nella sua picciolezza, atteso che al nostro effetto basta qualsisia *parva campanula*, parole precise del *Dian. Oper. moral. tom.* 4. *tract.* 2. *de Orator resol.* 15. *in medio*. Quanto alla solennizzatione della festa al d. §. Si dice; *Devo anche accertare la medema Sag. Cong. che in d. giorno delli* 8. *Settembre, tanto in tempo mio, che antecedentemente, si è sempre solennizzata d. festa*. Quanto alla celebratione di molte messe *infrà annum*, e specialmente ne giorni festivi nel Memoriale di Giovanni Paulucci Paroco, rimesso all'EE VV. annesso à d. Relatione, si dice, *ove spesso fanno celebrare le messe*. E finalmente quanto alla strada publica, si è dimostrato di sopra al §. *Hà una sola*. Concludendosi con valido fondamento detta publicità di strada da quelle istesse prove, dalle quali si vuole escludere, oltre à molte altre addotte in forma autentica nel nostro Som. benche nel territorio di Rieti vi siano più Chiese rurali, la porta della quali ne pure corrisponde nella publica strada.

Si diffonde detta Relatione nella contiguità della Chiesa controversa ad altre stanze, con supposto, che simili Oratorii publici, non solamente *nullum habere debent aditum, vel prospectum a loco privato, sed nec parietes habeant cum ædibus privatorum communes*, riferendo nel § *Ne tam poco* le sudette parole precise, come trascritte dal *Fagn nella* 2. *par. del* 3. *lib. de Decr. al c. Authoritate n.* 24. *de Censib.*

Questa riflessione però, fondata in detta contiguità, non solamente si dimostra di minor efficacia dell'altre, mà considerataне le circostanze, con le quali si è voluta far spiccare in detta Relatione, fà toccare con mani la presente gratuita vessatione delli Oratori.

Perche ne Brevi Apostolici di fondazioni di simili Oratorij publici non si esclude la contiguità, mà il solo adito delle case private, come apparisce dalla formola, che ne hà registrata il *Pignatel. alla consult.* 91. *n.* 14 *in fin. to.* 1. ibi: *Atque ità à privatis domibus separata sit, ut per eas ad eam accessus, aut prospectus nemini pateat*.

E questa è la ragione, per la quale, non solamente si vedono Chiese molto qualificate in quest'alma Città, contigue à case private, mà molte dell istesse Chiese Parrocchiali, le quali non solamente sono contigue ad altre case, mà vi si abita di sopra, come trà l'altre sono S. Simone Profeta, S. Appollinare &c. Altrimenti bisognarebbe escludere simili Oratorij publici delle Città per ridurli a Deserti, overo Eremitorij ad effetto di poter'esser'in isola, e non contigui à case private.

Il Fagnano poi nel luogo citato, non si è mai sognato di asserire quel, che se li fà dire in detta Relatione, cioè *nec parietes habeant cum ædibus privatorum communes*, mà bensì dice tutto il contrario, cioè, *aut parietes &c.* Si che non esclude, mà positivamente ammette, che possa avere communi le mura con altre stanze, purchè non vi sia communione di porta; Nella quale mutatione di parole *Aut* in *Nec*, non potendosi scusare l'opera dello Scrittore, se ne scusa dalli Oratori l'intentione, secondo il nobile, e morale insegnamento di *S. Bernard. super Cantic serm.* 40 *ante fin.* Per altro da questa maniera di riferire le parole di quelli Autori, che *sola apertione Librorum* possono riconoscersi diverse, si supplica l'EE.VV. à considerare, quanta fede possa darsi alla deposizione di quei pretesi testimonj, che in confuso sono indicati in

in detta contraria Relatione, e si ritrovano unicamente nella Cancellaria Vescov.

Finalmente non si sà vedere con quanta coeerenza, e con quali fondamenti, senza esser stata riconosciuta da Monsignor Vicario Apostolico la stanza, che è sopra la Chiesa, 107 possa francamente dire in detta Relatione §. *Hora*; *Vi sono alcune stanze, che si habitano, dove per necessità, ò si dorme, ò si mangia, overo si fà la Cucina &c.* Essendo notorio, che in abitazioni simili, e case private, vi si trovano molte stanze, diverse da quelle, nelle quali, ò si dorme, ò si mangia, ò si fà la Cucina, e quella, della quale si tratta, è individualmente descritta da nostri testimonii, *non per abitazione alcuna profana, mà solo un Loggione con sei fenestre, nel quale scende la corda della campana, che si sona per chiamare il popolo;* Li quali essendo stati essaminati in Rieti, dove Monsignor Vicario Apostolico vi essercita la giurisdizzione Ecclesiastica, non averebbero con tanta chiarezza deposte tutte le circostante alla nostra Chiesa, sopra considerate, se la verità non corrispondesse alle loro deposizioni.

Sacra Congreg. Episcoporum, Ponente Card. Rubino die 108 2. Junii 1706. Rescripsit; *Attenta refectione Oratorii, Vicarius Apostolicus permittat celebrationem missarum, & festi Nativitatis B.V.M. circumscripto Processu, in Curia Episcopali fabricato super prætensa falsitate Testium.*

DISCEPTATIO XXIV.

Neritonen. Servitii Ecclesiæ.

PRO

Promotore Fiscali Curiæ Episcopali Neriti.

CUM

Clero ejusdem Civitatis.

ARUMENTUM.

Simplices Sacerdotes, non habentes beneficia in Cathedrali, an possint cogi ad interessendum omnibus diebus festivis in eadem Cathedrali, & an iidem Sacerdotes cogi possint ad assistendum cum Pluviali functionibus Pontificalibus, quæ fiunt in Cathedrali.

A Tempore, cujus initii memoria non existit, in Civitate Neriti, illa viguit, & viget laudabilis consuetudo, ut Ecclesiastici omnes, sive adscripti, sive non adscri- 1 pti servitio illius Ecclesiæ Cathedralis, atque in illa habentes, vel non habentes Ecclesiastica beneficia, omnibus diebus festivis, tam si in illis Reverendissimus Episcopus Pontificalia exerceat, quàm non, *teneantur assistere missæ, & secundis Vesperis, vel etiam primis, quandò Episcopum celebrare contigerit*, juxta præcisa verba rescripti *hujus Sacr. Congreg. diei 27. Augusti 1613. referente Card. de Comitibus.*

Verùm quia aliqui de Clero ejusdem Civitatis, recusantes hodiè continuare idem servitium, recursum habuerunt ad A.C. à cujus Tribunali ad reiteratas preces Reverendissi- 2 mi Episcopi ab Auditore SS. remissa fuit controversia ad hanc Sacr. Congregat. humillimas fundimus preces pro observantia d. laudabilis consuetudinis, & speramus fieri voti compotes.

Quod enim ubi viget similis consuetudo, ista servanda sit, nulla adest inter Doctores controversia, ut videre est etiam 3 apud *Pignatel. consult. 56. sub num. 6. tom. 3.* ibi: *Nisi aliundè essent obligati, puta ex fundatione, vel ex consuetudine, & Monacell. in Formul. part. 1. tit. 2. formul. 4. num. 33.* ibi: *Nisi tamen adesset consuetudo, Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 24. num. 27. & Nicol. Lucubr. Canon. tom. 2. lib. 1. tit. 22. de Cler. Peregr. num 4. in princip.* ubi refert, & sequitur multas antiquas, & modernas punctuales resolutiones hujus, & alterius Sacr. Congregat. Concilii: alias verò moderniores resolutiones Sacr. Congregat. refert, & sequitur idem *Mona-* 4 *cell. in Formul. tom. 2. tit. 15. formul. 4. num. 6. fol. 164.* Ita ut respectu hujusmodi conclusionis, uti ab omnibus admissæ, superfluus sit omnis labor, ulteriorque diligentia.

Remanet igitur videndum, an in nostra Cathedrali probetur talis consuetudo; Omissis autem illis animadversionibus, quæ non sine EE. PP. tædio, fieri possent ad illam probandam antè terminationem Sacr. Concil. Trident. strictè post istius promulgationem.

Probatur I. eadem consuetudo ex celebri Synodali Constit. Episcopi Ambrosii Saulii, ex Prædicatorum Ordine, ad nostram Ecclesiam reformandam à Sancto Pio V. assumpti, 5 cùm illis amplissimis facultatibus, quæ leguntur in speciali Brevi, eidem Episcopo directo, atque expedito die 18. Novembris 1570. Quæ Synodalis Constitutio refertur, & approbatur in Visitatione nostræ Diæcesis, anno 1578. peracta ab Episcopo Cæsare Bovio, antiquo familiari, & intimo amico Sancti Caroli Borromei. II Probatur à specifica approbatione ejusdem Synodi Episcopi Saulii, facta die 7. Januarii 1581. à S. M. Gregorio XIII. mediante organo Card. S. Sixti III. Ex Synodo Episcopi Fabii Furnarii, promulgata anno 1591. IV. Ex epistola hujus Sacr. Congregat. scripta eidem Episcopo Furnario die 22. Septembris 1592. V. Ex Relatione status nostræ Ecclesiæ, Sacr. Congreg Concil. transmissa ab Episcopo Aloysio de Franchis anno 1612. VI. Ex duabus *resolut. hujus Sacr Congreg. 19. Martii & 27. Augusti 1613.* ad relationem Card. Bevilaquæ, & Card. de Comitibus. VII. Ex supplici libello, nomine Cleri Neriton. huic Sacr. Congregat. olim porrecto, adversùs eundem Episcopum Aloysium de Fraochis, in quo eadem consuetudo, illiusque punctualis exequutio ingenuè fatetur, & ad hominem comprobatur. VIII. Ex alia Relatione status nostræ Ecclesiæ anno 1615. eidem Sacr. Congregat. Concil. transmissa ab eodem Episcop. de Franchis. IX. Ex quatuor aliis similibus Relationibus Episcopi Hieronymi de Franchis, successoris ejusdem Aloysii, transmissis eidem Sacr. Congregat. Concil. anni 1621. 1625. 1628. & 1629. X. Ex Synodo ejusdem Episcopi Hieronymi de Franchis translati deindè ad Archiepiscopalem Ecclesiam Capuanam, promulgata die 30. Septembris d. anni 1629. XI. Ex Relatione Status nostræ Ecclesiæ, eidem Sacr. Congregat. Concil. transmissa à S.M. Alexand. VII. anno 1651. quandò erat Episcopus Neritonensis. XII. demùm, aliis gratia brevitatis omissis, ex Synodo Episcop. Brancaccii, in Civitate Lycien. impressa anno 1674. quæ originaliter exhibetur in manibus Eminentissimi Ponentis.

Ex quibus, præcipuè simul unitis, prout in qualibet materia faciendum esse, monent adducti à *Ruin. conf. 83. num.* 6 *10 Monech. conf. 856. num. 8. & 9. Rot cor. Zarat. decis. 39. num. 9. & cor. Emer. jun. decis. 317. num. 7.* tali evidentia ab anno 1570. justificata remanet nostra consuetudo, & laudabile solitum, ut nihil magis in facto addi posse videatur prò illius ulteriori comprobatione, ut considerando Summi Pontificis approbationem, advertunt adducti supra discept. 14. 7 *num. 30.*

Et considerando vim Synodalium Constitutionum, quæ dicuntur particulare jus Diœcesis, præferendum ipsimet Juris communis dispositioni notant *Barbos. de Potest. Episcop part. 3. allegat. 93. num. 23. Ciarl. controvers. 61. num. 1. & seq. Tond. quæst. benefic. part. 1. cap 11. num. 1. Ansald. in addit. ad decis. 78. num. 60. & Rot. decis. 74. num. 20. coram Zarat.* 8 *& decis. 740. in fin. cor. Emer. jun & in Calaguritana Decimar. 14. Novembris 1698. §. Constito cor. Eminentissimo Priolo.*

Et considerando efficaciam probationis, resultantis ex Relationibus status nostræ Ecclesiæ, observat *Fagnan. in* 9 *cap Ego N. num 1. & seqq. & num. 75 de Jure Jur. Bertach. Vot decis. 100. num. 16. Rot. decis. 685. num. 9. cor. Cerr. & decis. 14. num. 17. cor. Ansald.* confirmata *23. Junii 1698. cor. eodem, & decis. 234. num. 16. & 17. part. 16. recent. & in Bituntina Jurispatronatus 20. Aprilis 1705. §. Nec coram Eminentissimo Priol. & in Herbipolen. Monasterii 10. Junii 1707. §. Constare cor. Caffarel.*

Et demùm considerando Adversariorum claram confessionem, habemus rotundum *Text. in leg. Cùm precum Cod. de Liberal. caus.* de quo, aliis cumulatis, *Rot. cor. Ludovis. decis. 143. num. 30. & seqq. & decis. 7. num. 4. cor. Priol. & decis. 78. num. 17 cor. Ansald.* ibi: *Melior namque desiderari non valet justificatio, quàm prosiliens à propria assignantis agnitione, & confessione.*

In Jure verò pro ejusdem laudab. soliti continuatione, *ultra authoritates, suprà citatas num. 3.* habemus tres æquè 10 punctuales, ac magistrales resolutiones Sacr. Congregat. Concil. quæ proindè vim legis habent ex adductis *in meis Instit. Crim. lib 1. tit. 12. §. 4. num. 149.*

I. Est in *Puteolana 6 Julii 1647. Lib. 17. Decret. fol. 231.* in qua eadem Sacr. Congregat. respondit: *Servandam esse con-* 11 *suetudinem, ut Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & alii Clerici, etiam non habentes beneficia, & offic. ia, &c. inserviant.*

viant Ecclesiæ Cathedrali diebus festivis, *dùm missa cantata celebratur*. II. Est in celebri *Trojana Servitii* 20. *Decembris* 1704 *lib*.54.*fol*.380. in qua eadem Sac.Congregat.dub.*An* 12 *simplices Sacerdotes*, *nullum habentes beneficium in Cathedrali Ecclesia Trojana*, *nullumque ex ipsa retrahentes emolumentum*, *teneantur assistere servitio d. Ecclesiæ singulis diebus de præcepto*, respondit *Affirmativè*. III. verò in celebriori *Bellicastr. servitii* 15. *Novembr*. 1670 quæ simili dub. *An Sacerdotes simplices teneantur inservire Ecclesiæ Cathedrali omnibus diebus festivis*, Respondit: *Cogi posse juxta* 13 *formam consuetudinis*, *& iuxta Constitutiones Synodales*, quam utraque Parte informante, confirmavit die 21. Augusti 1706 cùm rescripto *In decisis*, *& ampliùs Lib*. 56. *fol*. 279.

Quibus contraponi nullatenus meretur resolutio ejusdem Sacr. Congregat. Concil. in *Sarnen*. 17. *Jun*. 1690. allegata *à Monacel. in Form. part*. 1. *tit*. 2. *formul*. 4. *num*. 33. Tùm quia 14 illa est anterior dictis *Troianæ*, *& Bellicastren*. quæ proinde in illarum conflictu attendenda non est, per ea, quæ notant *adducti in meis Institut. Crimin. lib*. 1. *tit*. 10. *§*. 4. *num*. 159. quibus addo *Pignatel. consult*. 175. *num*. 3. *in fin*. *tom*.4. Tùm etiam, quia in illa non probabatur antiquissima consuetudo, innegabilis in nostris terminis, ex quo agebatur de præcepto Episcopi, d. novum onus injungentis suo Clero, ut videre est *in Lib*. 40. *Decret*. *fol*. 396. ubi d. Sacr. Congregat. respondit *Negativè* dubio, tunc proposito, quod erat sequens. *An prædictum præceptum sustineatur*; qui non sunt termini nostræ controversiæ, ex quo Reverendissimus Episcopus nullum de novo fecit præceptum Sacerdotibus nostræ Diœcesis, nullumque novum onus eis imposuit, sed in judicium à suo Clero strepitosè vocatus, humiles solùm porrigit preces prò continuatione laudabilis consuetudinis suæ Ecclesiæ, 15 unicè directæ ad majorem Divini cultus decorem, sacrarumque functionum splendorem, & majestatem, submississimè se remittendo EE. PP. judicio, firmiter sperans, confirman. esse dict. antiquum solitum de mandato Sancti Pii V. comprobatum ab Episcopo Saulio in ejus Synodali Constitutione, quam per extensum registravit in ejus Vita P. Pontius ejusdem Ordinis Alumnus, toties à toto Clero acceptatum in sequentibus Synodis, repetitis vicibus expressum, & enunciatum Sacr. Congregat. Concil. in Relationibus status suæ Ecclesiæ, canonizzatum ab hac Sacr. Congregat. Partibus informantibus d. anno 1613. & demùm roboratum 16 oraculo Summi Pontificis Gregorii XIII. juxta ea, quæ ad rem scripta reliquit *S. Greg. lib*. 7. *Epist*. 61. *indict*. 2. his verbis: *Valdè Ecclesiasticæ est moderationi conveniens*, *ut quæ ordinata fuerint*, *vel decisa*, *nulla inposterum debeant refragatione turbari*.

Hoc unum subjungentes, quod canonizzatio hujusmodi antiquissimi soliti, & laudabilis consuetudinis, longè me-17 liùs, & cum omni fundamento attribuenda est eidem Sancto Pio V. mirabiliter electo *ad Div. cultum reparandum*, quàm d. Episcop. Saulio, ex quo iste in sua Synodo processit ad illius confirmationem vigore d. Brevis ejusdem Sanct. Pontificis, in quo postquam multa asseruit respectu Dignitatum, & Canonicorum nostræ Ecclesiæ, non sine magna admiratione respectu aliorum de Clero prosequitur, ex fide dignis intellexisse, *quod personæ*, *militiæ clericali*, *& ipsi* 18 *Ecclesiæ dicatæ*, *ei*, *ut tenentur*, *in Divinis non deserviunt*, *& quod diversæ personæ Ecclesiasticæ*, *tam Cives*, *quàm Diœcesis Neritonen. &c. sua officia præstare*, *& obsequia Ecclesiastica adimplere*, *vel negligunt*, *vel nesciunt*; Quod utinam hodiè ad literam non verificaretur, tàm in Civitate, quàm in Diœcesi Neritonen.

Posita autem ex hucusque animadversis affirmativa resolutione pro observantia dictæ consuetudinis, prò simili affirmativa resolutione alteriùs, dubii circa assistentiam cum 19 Pluvialibus, militare videtur rotunda dispositio *Cæremon. Roman. lib*. 2. *cap*. 3. ubi in specie determinatur. *In Ecclesiis Cathedralibus*, *absente Episcopo*, *& in Collegiatis Canonicus hebdomadarius parabitur*, *&c. & cum eo parantur quatuor*, *aut sex Presbyteri de gremio ipsius Ecclesiæ non tamen Canonici*, *&c.* quod vim legis obtinet, ex animadversis per *Card. de Luc. de Jurisdict. disc*. 31. *num*. 5. & firmatis per *Rot. in decis*. 4. *num*. 19. *apud Novar. in Summ. Bullar. & decis* 647 *num*. 3. *part* 4. *tom* 3.

Nequè deberent Adversarii recusare hujusmodi servitium, 20 quod non Reverendissimo Episcopo, sed ipsi Deo præstatur, eo quia dicuntur subrogari in locum Canonicorum, quandò Episcopus celebrat; Tunc enim ex dispositione ejusdem Cæremonialis non simplices Presbyteri de gremio Ecclesiæ, sed ipsimet Canonici eidem inservire tenentur, ut est notorium.

In eadem Causa.

Quidquid dicendum sit, Jure communi attento, juxta terminos authoritatum, in contrarium allegatarum, hoc unum est indubitatum, quod, accedente consuetudine, nullus Doctor negat, etiam simplices Sacerdotes, nul-21 lum habentes beneficium, vel emolumentum, cogi posse ad interessendum omnibus diebus festivis missis, & aliis Ecclesiasticis functionibus, quæ fiunt in Ecclesiis Cathedralibus, ut punctualiter probavimus *suprà num*. 3. & concordant adducti per *Novar. in Summ. Bullar. comm*. 103. *num*. 15. ubi duas adducit convincentes rationes, primam, *quòd consuetudo æquiparatur legi*; Secundam verò, *quòd illa potens est* 22 *facere licitum*, *quod aliàs permissum non est*, *& Pignatel consf*. 410. *per tot. tom*. 1. ubi quòd ita resolvit hæc Sacr. Congregat. *in Isernien*. 24. *Julii* 1643. quæ est in *Lib* 17. *Decret fol*. 212.

Quibus addimus tres alias æquè punctuales resolutiones ejusdem Sacr. Congregat. Concil. in *Brictinorien*. 11. *Januarii* 1648. *lib*. 18. *Decret*. *fol*. 236. ibi: *Sacra*, *&c. censuit*, *attenta*. *consuetudine*, *& necessitate Ecclesiæ Cathedralis*, *sacerdotes*, *& clericos Brictinorien. cogi posse ab Episcopo interesse missis diebus Dominicis*, *& aliis festis*, *necnon in processioni-* 23 *bus*. Et in *Nullius Foripompilii* 17 *Januarii* 1652. *Lib*. 19. *Decret*. *fol*. 247. ibi: *Censuit*, *supposita consuetudine*, *clericos*, *& sacerdotes Terræ Foripompilii*, *etiam non habentes officia*, *seu beneficia Ecclesiastica*, *teneri diebus festivis interesse officiis Divinis in Ecclesia bbatiali ejusdem Loci*, & in *Brugnaten*. 13. *Septembris* 1655. *Lib*. 9. *Decret*. *fol*. 278. ibi: *Sacra*, *&c. censuit*, *Diaconos*, *& Subdiaconos*, *attenta consuetudine*, *vel necessitate Ecclesiæ*, *cogi posse ad servitium præstandum*.

Quod autem talis vigeat consuetudo in nostra Ecclesia, innegabile videtur, ex animadversis *suprà num*. 5. & latè comprobatis in nostro Summario, cum illo addito quòd eadem consuetudo, ab antiquissimo tempore introducta, ro-24 borata Synodali Constitutione Episcopi Saulii, ex præciso, & speciali mandato Sancti Pii V. individualiter confirmata à S. M. Gregorio XIII. est adeò antiqua, ut anno 1592. hæc Sarc. Congregat. summoperè mirata fuerit, ut invenirentur sacerdotes, tunc temporis illam prætendentes non observare, ibi: *Et è meraviglia*, *che si trovi chi lo contradica*, *&c. oltre che l'osservanza è già tanto antica*, *che si può dire prescritto*, *&c.*

Si igitur dicto anno 1592. & sic antè annos 122. eadem consuetudo erat adeò antiqua, ut diceretur præscripta, juxta præcisa verba hujus Sacrosancti Senatus, quid dicendum 25 erit hodiè, superaddita dicta nova centenaria, quæ, uti immemorabilis æquipollens, de se sola apta est meliorem titulum de mundo inducere? juxta *magistralem Rot decis. in Romana Augmenti dotis*, *& Legatorum* 4. *Maii* 1695. *per tot. cor. Eminentissimo Priol*. Itaut non solùm dicta duo oracula, & approbationes Sancti Pii V. & S. M. Gregorii XIII. sed mille alia Apostolica privilegia, confirmatoria ejusdem consuetudinis, allegare possimus per ea, quæ notant adducti *in decis*. 32. *num* 16. *& seqq. & decis*. 20. *à num*. 14. *cor. R. P. D. Ansald. & in Jannen. Abbatiæ* 11. *Decembr*. 1690. §. *Non obstat*, *&* 10. *Martii* 1692. §. *In nihilo*, *cor. Manuel.*

Quæ si procedunt indistinctè respectu omnium omninò sa-26 cerdotum, servitio nostræ Cathedralis adscriptorum ea viva, & efficacissima ratione, quia, *come ordinati dopo detto decreto* (hoc est S. M. Gregorii XIII.) *si deve intendere*, *che siano stati promossi con quest' obbligo di servire*, *conforme al d. decreto*; Sunt verba hujus Sacr. Congregat. in d. epistola, data in nostro Summario.

Quantò magis locum habebunt respectu illorum sacerdotum, qui ordinati fuerunt à moderno Reverendissimo Episcop. prævia dicta præcisa obligatione inserviendi nostræ Ca-27 thedrali Ecclesiæ, ad formam dictæ antiquissimæ consuetudinis, & Synodal. Constitut. ut justificamus in Summario, quia horum respectu, præter dictam antiquam, & præsumptam, semper urget dicta specialis, & nova obligatio, & sic militant duo vincula, quæ fortiùs obligant, per ea, quæ notant *Crav. consf*. 346. *num*. 12. *Mar. Anton. variar. resol. lib*. 1. *resol* 81. *num* 3 *& Gonzal. ad Regul*. 8. *Cancel gloss* 13. *num*. 2.

Prout etiam nulla cadere potest difficultas quoad illos sacerdotes, qui beneficia obtinent in nostra Cathedrali, quod 28 teneantur inservire eidem Ecclesiæ, in qua sunt beneficiati, vel de cujus redditibus, & emolumentis participant, ut admittunt ipsimet Doctores, exadversò citati, & addo duas resolutiones Sacr. Congregat. Concil. sequutas *à Pignatel.*

tel. consult. 56. *num.* 9. & 10. *tom.* 3. Quod verum est etiam in *obtinente beneficium tenue*, sunt verba *Novar. in Summ. Bullar. comm.* 103. *num.* 2. ubi, quòd procedit, *etiamsi beneficium esset sine redditibus*.

Respectu verò illorum, qui ordinati fuerunt antè tempus possessionis, captæ à Reverendissimo moderno Episcopo, & sic ante dictam specialem obligationem, nullumque habent in Cathedrali Ecclesia beneficium, multæ concurrunt prærogativæ, & verificantur etiam bursales utilitates, quibus inniti potest idem laudabile solitum, & immemorabilis 29 consuetudo, eò quia ad hunc effectum non commensurantur ad æqualitatem utilitates cùm incommodo, ut observat *Novar. in Summ. Bullar. comm.* 104. *num.* 2.

I. Enim constans in facto est, ex formali depositione sex testium, omni exceptione majorum, quòd *hà il Clero la pre- 30 rogativa di cantar le messe conventuali nelle tre giornate della Settimana Santa, lunedì, martedì, e mercordì, destinandosi dal R. Cantore à fare tali funzioni, e cantano anch'essi del Clero il Passio*. II. In omnibus actibus, & functionibus semper nuncupantur Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, & Clerici Cathedralis Ecclesiæ Neriti, quales se denomina- 31 runt in supplici Libello, huic Sacr. Congregat. porrecto his verbis: *Il Clero della Chiesa Cathedrale della Città di Nardò umilissimo Oratore, &c.* Itaut prætensionem etiam excitaverit, uti Clerum Cathedralis, velle dare votum in electione Vicarii Capitularis. III. *Che tanto li Canonici, quanto li Sacerdoti si sepelliscono nella Catedrale, & il Clero hà la sepoltura nella Cathedrale, e quando hanno divozione di lasciarsi altrove, si fa ab immemorabili l'officiatura nella Catedrale*. IV. *Che li Sacerdoti del Clero non paghino niente per il Jus sepulturæ, fossa, e campana*. V. *Che è tenuto tutto il Capitolo d'intervenire all'essequie d'ogni Sacerdote, e mancando, è puntato in un carlino, che s'impiega per l'elemosina di una messa per Sacerdote defuncto*. VI. *Finalmente, che si fà una volta l'anno l'anniversario pro Dignitatibus, Canonicis, aliisque de Clero, tutti insieme, con la pena di un carlino à chi manca*.

Adversùs quæ non obstat animadversio, quòd nostra con- 32 suetudo, ut suprà concludentissimè probata, *vocari potest potiùs abusus, & ignorantia proprii Juris in Clero, qui ex supervenientia novorum Clericorum, proprium Jus scientium, prætensam consuetudinem interrumpere potuerunt*. Videtur enim habere speciem veri paradoxi asserere, quod vocari possit abusus nostra consuetudo, unicè tendens ad Divini cultus splendorem, & sacrarum functionum decorem augendum, à duobus Summis Pontificibus, Sancto Pio V. & Gregorio XIII. approbata, ab hac Sacr. Congregat. confirmata, à Clero nostræ Civitatis in omnibus Synodis acceptata, & exequuta, ab omnibus Episcopis Sacr. Congregat. Concil. in Relationibus Status nostræ Ecclesiæ semper fideliter narrata, & quod magis est, ex suprà animadversis, à Sacr. Congregat. semper admissa, & canonizzata, ut patet consideranti.

Minùs relevat alia reflexio, quod verba illa decreti hujus 33 Sacr. Congregat. 27. Augusti 1613. *Observandum esse solitum, idest, quòd totus Clerus assistat in Cathedrali Ecclesia festivis diebus missæ, & secundis vesperis, vel etiam primis, quando Episcopum celebrare contigerit*, taliter sint intelligenda, ut qualificentur à dictis ultimis verbis, *quando Episcopum celebrare contigerit*, itaut in solo casu, quo Episcopus celebret, verificetur obligatio Adversariorum assistendi missæ, & Vesperis, inferendo deindè, quod consuetudo, uti restricta ad dictos dies, in quibus Episcopus Pontificaliter celebrat, extendi non possit ad omnes alios festos dies. Sensus enim dictorum verborum videtur nimis clarus, & obvius, pro obligatione Cleri ad interveniendum indistinctè diebus festivis missæ, & secundis Vesperis, primis autem Vesperis in eo solo casu, in quo Episcopus celebrat.

Cæterùm, quando aliqua, vel minima eorundem verborum respectu, superesset dubietas, ad illam prorsùs, & totaliter eliminandam, adduximus oraculum S. M. Gregor. XIII. qui non potuit contrariam interpretationem meliùs, 34 atque evidentiùs destruere, quàm asserendo, Synodum Episcopi Saulii disponere *circa l'intervenire alle messe cantate, & alli Vesperi ratione ordinis*, nullam faciendo mentionem interventus Episcopi in primis Vesperis, quem superaddere placuit huic Sacr. Congregat. d. die 27. Augusti 1613. in dictis primis Vesperis, non simpliciter, sed in solo casu, quo Episcopus celebrat, ut considerando ampliativam na- 35 turam dictæ dictionis *etiam*, advertunt *Gemin. consil.* 65. *num.* 8. *Decian. cons.* 46. *num.* 118. *Ansald. in addit. ad decis.* 93. *num.* 63. *Rot. decis.* 51. *num.* 8. *part.* 1. *recent.*

Ultrà quod eadem interpretatio ad hominem destruitur ex omnibus Synodis posterioribus dictæ Synodi Episcopi Saulii, necnon ex uniformibus Relationibus Status nostræ Ecclesiæ, à successoribus Episcopis Sacr. Congregat. Concil. 36 transmissis, in quibus semper habetur mentio dicti antiqui soliti, & laudabilis consuetudinis, absque ulla mentione talis qualificationis, ut illa restringi, & coarctari deberet in solo casu, quo Episcopus Pontificaliter celebrat.

Ejusdem prorsùs insubsistentiæ est alia reflexio, quod in omnem casum eadem consuetudo abrogata fuerit à Sacr. Congregat. Concil. anno 1683. occasione Relationis Status nostræ Ecclesiæ, eidem transmissæ ab Episcopo Fortunato, quando eadem Sacr. Congregat. d. Episcopo sequentia verba 37 respondit: *At minimè cogi posse Presbyteros, nihil de Ecclesia participantes, ad interessendum in Choro, etiam in iis festis diebus, quibus ipse Episcop. interest*.

Objectum enim ad hominem removetur, observando, quòd ibidem eadem Sacr. Congregat loquitur, jure communi attento, in quibus terminis ultrò admittimus, sacerdotes, non participantes de emolumentis, & redditibus alicujus Ecclesiæ, non posse cogi ad præstandum eidem Ecclesiæ continuum servitium, quod extendere volebat idem 38 Episcopus ad Sacerdotes insignis Oppidi Galatoni, suæ Jurisdictioni subjecti, & in quo Loco Episcop. sæpè moram facere solent, & Pontificales functiones, juxta casuum contingentias, exercere, in eoque, inter alios Episcopos, diem clausit extremum Episcop. Fabius Furnarius.

Non igitur mirum, si eadem Sac. Congregat. post illa verba: *Curandumque esse, ut ignari sacerdotes, Oppidi Galatoni edisceant ea, quorum scientia eorum statui, & muneri congruit*, prosequendo sermonem de iisdem sacerdotibus 39 Loci Galatonis, absque puncto illo, quod per errorem forsàn Impressoris appositum fuit in dicto contrario Summario, sed post simplicem virgulam, dixerit, *at minimè cogi posse Presbyteros, nihil de Ecclesia participantes, ad interessendum in Choro, etiam in iis festis diebus, quibus ipse Episcopus interest*, quod verificari potest in eodem Oppido Galatoni, nedùm occasione S. Visitationis, sed in quocumque alio casu, in quo Episcopus ibidem moram faciendo Pontificaliter celebret. Et horum sacerdotum dicti Oppidi Galatoni respectu applicatur conclusio, exadversò exagerata, quòd consuetudo, vigens in Cathedrali Neriti, extendi non valeat ad aliam Ecclesiam Oppidi Galatoni.

Cæterùm respectu antiquissimæ consuetudinis in Ecclesia Neriti vigentis, & ex oraculo hujus Sacr. Congregat. præscriptæ usque ab anno 1592. nulla, vel minima in tota d. 40 Relatione habetur mentio, & proindè impossibile est, quod eidem derogatum fuerit dicto anno 1683. ex claro defectu voluntatis dictæ Sacr. Congregat. ex quo eidem non fuit expressa eadem laudabilis consuetudo, & proindè applicatur notum axioma, quòd voluntas nunquàm fertur in incognitum, de quo *Altograd. cons.* 80. *num.* 12. *lib.* 1. *Mantic. de Conject. lib.* 1. *tit.* 3. *num.* 1. *Gobat consult.* 122. *num.* 42. *Molin. resolut.* 111. *num.* 58. & *Rot. decis.* 96. *num.* 6. *part.* 17. *recent.* 41 & *in Novarien. Pensionis* 24. *Martii* 1710. §. *Confessio coram Falcon.*

Ultrà quod cùm non sit sermo de simplici aliqua consuetudine, nunquàm in judicium deducta, & ex solo Populi, seu Cleri consensu introducta, sed simus in terminis consuetudinis, de mandato Sancti Pii V. à Deo mirabiliter electi *ad divinum cultum reparandum*, canonizata ab Episcopo Saulio, à S. M. Gregorio XIII. expressè, & literaliter approbata, non ita de facili sub verborum involucro derogata dici 42 potest, & duobus miserabilibus verbis de medio sublata eadem laudabilis consuetudo, unicè introducta ad Divinum cultum ampliandum, & augendum, ut in fortioribus terminis alterius resolutionis ejusdem Sacr. Congregat. firmavit egregiè *Rot. in decis.* 102. à *num.* 15. *part.* 19. *recent.* ibi: *Neque obstitit DD. resolutio Sacr. Congregat. Concil. quia illa fuit furtivè obtenta sub nomine Capituli, non apposita tota serie facti, &c. idemque decretum, utpotè obtentum, tacita veritate, & non narrato Jure Capituli, non præjudicat, ex ratio- 43 ne Textus, &c. & in simili declaratione Sacr. Congregat. Concil. dictum fuit in Firmana, &c.*

Ex quibus remanent inapplicabiles omnes aliæ resolutiones Sacr. Congregat. exadversò allegatæ. 44

In *Sarnen.* siquidem *Servitii Ecclesiæ* 17. *Junii* 1699. non agebatur de sustinenda consuetudine, sed de exequutione novi præcepti Episcopi, sub dubio: *An prædictum præceptum sustineatur*, quod fuit quidem negativè resolutum, 45 sed ex quo Episcopus asserebat, idem præceptum esse conforme

forme antiquæ consuetudini, subdidit Sacr. Congregatio *Dandas esse Litteras remissoriales Episcopo, si velit.* Itaut eadem Sacr. Congregat. eodem tempore, quo denegavit exequutionem d. novi præcepti, habuit pro efficaci consuetudinem, quatenùs illa probaretur.

In *Auximana Servitii Chori 26. Novembr.* 1701. Episcopus obligare prætendebat omnes, etiam simplices sacerdotes ad inserviendum Ecclesiæ, *trasmittendo nonnullas justificationes, loquentes dumtaxat de Clericis beneficiatis, seu curatis, aut servitio d. Cathedralis addictis*, juxta præcisa verba Folii, d. die distributi. Nil igitur mirum si eadem Sacr. Congregat. absque ulla probatione soliti, vel laudabilis consuetudinis respectu simplicium sacerdotum, istos obligare noluit ex sola voluntate Episcopi ad præstandum servitium ejus Cathedrali. Et nihilominùs, quia allegabatur consuetudo, adhuc dedit facultatem probandi eandem consuetudinem cum rescripto; *Censuit, dandas esse remissoriales Literas ad probandam consuetudinem.*

In *Troiana Servitii 18. Februarii* 1702. rescripsit quidem: *Coadiuvandas esse probationes super consuetudine, & testes formiter examinandos esse*, sed repropofita deinde causa, & coadjuvatis probationibus super d. consuetudine, neque etiam adimpleta secunda parte rescripti, super formali examine testium, die 20. Septembr. 1704. intrepidè respondit: *Simplices sacerdotes, nullum habentes beneficium in Cathedrali Ecclesia Troiana, nullumque ex ipsa retrahentes emolumentum, teneri assistere d. Ecclesiæ singulis diebus de præcepto.*

In *Alessanen.* demùm 26. *Junii* 1711. *hæc Sacr. Congregat. ad relationem Eminentissimi Grimaldi*, mediante rescripto, *Servandum esse decretum Sacr. Congregat. Concil.* nihil aliud fecit, quàm non approbare novum edictum Episcopi, in quo præcipiebatur *à tutti i Chierici di qualsivoglia età che tutti nelli giorni festivi al sentire del primo segno del matutino, debbino venire alla Chiesa al divino Officio in Coro &c.* Quod quantum distet à nostris terminis, in quibus sermo est de antiquissima consuetudine, de speciali mandato Sancti Pii V. introducta, & à S. M. Gregor. XIII. confirmata, & specificè approbata ab hac Sacr. Congregat. & in omnibus Synodis acceptata à toto Clero, de se patet.

Adversùs autem dictam nostram laudabilem consuetudinem non merebantur adduci affectatæ testium depositiones; Illi enim nullam merentur fidem, vel ob interesse, quod habent in causa, eo quia deponunt favore propriorum consanguineorum. Vel quia loquuntur sine juramento, sed cum illa captiosa declaratione, *etiam con giuramento, quante volte sarà necessario, &c. se sarà bisogno*, & sic non cùm eodem juramento purè, & simpliciter eo tempore, quo fidibus se subscripserunt; Vel quia deponunt prorsus inverisimilia, seu veriùs omninò impossibilia, nempè de solito etiam tempore Episcopi de Choris, qui fuit quidem Episcopus Neritonen. sed obiit anno 1507. *teste Ughel. in Ital. Sacr. tom. 1. in descr. Episcop Neritonen. fol.* 1115. Vel quia aliqui deponentes de immemorabili, ad quam probandam communiter receptum est, testes esse debere annorum 54. juxta celebrem *Gloss. cap. 1. verb. Memoria de Præscript. in* 6. neque etiam habent ætatem 40. annorum. Vel quia aliqui se gratis ubique denominantes Patritios Neriti, tales non sunt. Vel demùm, quia alii exercent vile ministerium Salsamentariorum.

Ut de testibus habentibus interesse in causa, quamvis secundarium, notant adducti *in decis.* 78. *num.* 77. *cor. Ansald. & in Ariminen. Pecun.* 8. *Febr.* 1697. *§. Nec ad elidendam coram Molines*, Et de testibus consanguineis *Gabr. de Testib. conclus.* 15. *num.* 1. *& seqq cor. Burat. decis.* 427. *num.* 3. *& cor. Cels. decis.* 166. *num.* 6. Et de testibus, deponentibus sine juramento, *Rot. decis.* 285. *num.* 3. *part.* 3. *coram Veral. & decis.* 36. *num.* 8. *apud del Bene de Juram. & decis.* 17. *num.* 14. *part.* 17. *recent.* Et de testibus, inverisimilia deponentibus *Bald. in leg.* 1. *num.* 6. *Cod. de Serv. fugitiv. Rot. decis.* 280. *num.* 4. *cor. Cels. & decis.* 153. *num.* 2. *cor. Emer. jun.* Et de testibus, non habentibus ætatem annorum 54. ad probandam immemorabilem necessariorum, *Rot. decis.* 196. *num.* 1. ibique *Adden litt. A. cor. Ludovis. & decis.* 376. *num* 1. *coram Cels. & decis.* 1279. *num.* 13. *cor. Emer. jun.* Et de testibus, repertis mendacibus in una parte eorum depositionis, *Francisc. Palm. consult.* 32. *num.* 22. *Rot. cor. Peuting. decis.* 52. *num.* 8. *& in part.* 18. *recent. decis.* 82. *num.* 26. *& seqq. & decis.* 319. *num.* 9. *&* 10. Et demùm de testibus vilibus, *Conciol. ad Statut. Eugub. lib.* 5. *rubr.* 10. *num.* 1. *Zaul. ad Statut. Faven. lib.* 4. *rubr.* 51. *num.* 4. *& Rot. decis.* 78. *num.* 18. *cor. Ubag. & dec.* 8. *num.* 9. *cor. Ansald.*

Demùm remanent diluenda aliqua minùs vera, in contraria Facti gratis ubique exagerata adversus Reverendissimum modernum Episcopum, cohærenter ad ea, quæ scripta reliquit *Div. Augustin. Serm. de comm. vita Clericor.* his verbis: *Duæ res sunt conscientia, & fama, conscientia necessaria est tibi, fama proximo tuo, qui confidens conscientiæ, negligit famam, crudelis est*, & concordant adducti *per Fagnan in cap. Petitio tua num.* 9. *de Homicid.*

Dicitur enim, quod *Reverendissimus Episcopus, cupiens reformare Ecclesiasticam quietem* (sunt initiativa verba dictæ contrariæ facti) *non minus nulliter, quàm de facto demandavit, totum Clerum assistere debere in Ecclesia Cathedrali omnibus diebus festivis in celebratione missæ, &c.*

Hoc autem est solemnissimum æquivocum, ut modestè loquamur, quia Episcopus nullum in hac parte præceptum fecit Clero Adversario, ut patet ex contrario Summario, in quo tale præceptum nullatenus legitur; Imò ex eodem contrario Summario remanet manifestum, non Episcopum, sed ipsummet Clerum esse authorem præsentis controversiæ, ab ipso coram A. C. introductæ, nihilque aliud fecisse eundem Episcopum, quàm totis viribus procurare, ut ab hac Sacr. Congregat. decideretur, firmiter sperans, *che forse vorrà il Sign.* (sunt ejus præcisa verba) *per mezzo del zelo dell'EE. VV. che si confermi con nuovo decreto tal fondata consuetudine, e che sia servita da miei Ecclesiastici la Catedrale ne giorni stabiliti, senza controversia ne tempi futuri.*

Æquali insubsistentia, sed majori animositate laborat aliud suppositum dictæ contrariæ Scripturæ, in ea parte, in qua gratis ubique asseritur, eundem Episcopum adversùs contraventiones ejusdem præcepti statim devenisse ad pœnarum executionem ibi: *At statim adversùs contraventores ad executionem pœnarum devenit.*

Talis enim assertio nullum habet veritatis fundamentum, imò neque veri apparentiam, eò quia nullum alium habet in hac parte finem idem Reverendissimus Episcopus, quàm illum expressum *in §. finali* ejus Relationis, ibi: *Si degnino per fine l'EE. VV. di riconoscere li documenti, che mi dò l'onore di presentarli, dispongbino, secondo il conosciuto loro santo zelo ciò, che li parerà meglio per il servizio di Dio, e bene de miei Ecclesiastici, mentre io rimettendoli ogni mia premura, e sollecitudine, starò attendendo li loro venerati, e supremi commandamenti per esseguirli prontamente con la dovuta rassegnazione, & ubbidienza.*

Tantum verò abest, quod à remotissimis in hac parte verificari possit aliqua vilis interesse consideratio, ut idem Episcopus, raro exemplo, se declaraverit cum Adversariis, *che non si era aggravato per pensiero del ricorso fatto, e che avessero pur seguitato ad ajutarse*; &, exemplo longè rariori, se exhibuit paratum, & promptum iisdem Adversariis, *anche di concorrere alla spesa* præsentis litis, juxta ipsius præcisa verba in contrario Summario, quam exhibitionem iidem Adversarii acceptare recusarunt, ut ibidem prosequitur idem Episcopus.

Cujus veritatis habemus dignissimos testes, omnique exceptione majores, quorum depositiones exhibemus in præsenti Summario; Ibi enim, ut oculati testes, talia, & tanta comprobant, omnium oculis exposita in Civitate, & Diœcesi Neritonen. ut similia de paucis forsan Episcopis Neapolitani Regni verificentur.

Ex quibus, & aliis optimis qualitatibus, quibus eum Altissimus decoravit, 30. & ultrà testes, omni exceptione majores in præsenti Summario, cum juramento testati fuerunt die 12. Decembris 1713. & sic tempore, quo non morabatur in Civitate, neque in Diœcesi Neriti, *come nella partenza di Monsignor Illustrissimo Antonio Sanfelice da questa Città, e Diocesi per Roma, già un anno, e mesi sono, seguita, si commosse in maniera il Popolo, che diede segno di amarissima dispiacenza, con le gran lagrime, in cui proruppe, manifestando fin'ora il cordoglio, che sentono per la lontananza del proprio Vescovo, col desiderio veramente, che banno di rivederlo, anzi nella sua partenza, quasi portandone il cuore di tutti, da tutti gl'ordini di questa Città di Nardò fino alla Terra di Cupertino fù accompagnato da Dignità, da Canonici, da Preti, da Nobili di prima riga, e da Ministri Secolari. Onde in fede &c.*

Quæ omnia dicta sint ex illa necessitate, quam laudando approbat *S. Gregor. lib.* 26. *Moral. cap.* 3. asserens; *Qui necessitate cogente, vera de se bona loquitur, tantò magis humilitati jungit, quantò veritati sociat.* Subjungentes, provocantesque in hac parte Adversarios verbis illis *Lactantii de Fals. Religion. lib.* 1. *cap.* 2. *Quibus igitur credemus, si fidem laudanti-*

dantibus non habemus? qui nos mentiri putat, proferat alios, quibus credemus: Ex adductis siquidem in Summario, patet verificari de eodem Reverendissimo Episcopo id, quod 69 scripsit Clemens IV. Sancto Ludovico Francorum Regi, registratumque fuit *in ejus Epistola* 12. *tom.* 2. ibi: *Nec nos divitiæ sibi subiiciunt, quas nunquàm permisimus dominari, imò quod læti referimus, quem servum habere nequeunt,* 70 *& comitem dedignantur*, referente *P. Friger. in Vit. S. Thom. Aquin. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 11.

Sacr. Congregat. Episcop. referente Eminentissimo Paracciano die 26. Jan. 1714. propositis infrascriptis 2. dub.

I. An simplices Sacerdotes, & Clerus Neriti, ut asseritur, adscripti, & non adscripti, non habentes beneficium in Ecclesia Cathedrali, teneantur interesse in dicta Ecclesia omnibus diebus festivis, seu potiùs in diebus Pontificalibus tantùm, in casu &c. & ad effectum &c. & quatenus affirmativè.

II. An Sacerdotes, & Clerus prædictus cogi possint ad interveniendum in functionibus cùm Pluviali in casu &c. Respondit, *Coadjuventur probationes super asserta consuetudine; Et interim Episcopus nihil innovet.*

DISCEPTATIO XXV.

Ordinis Carmelitarum.

PRO

Religiosis Consanguineis Ordinis Carmelitarum.

CUM

Superiore Generali ejusdem Ordinis.

ARGUMENTUM.

Religiosi consanguinei an possint eodem tempore eligi Officiales in Definitorio, vel unus alteri succedere in eodem Officio.

INter alias insignes innovationes, quibus novissimis temporibus agitata reperitur Carmelitana Religio, non infimum occupat locum illa, fundata in decreto P. Generalis diei 3. Octobris 1704. in quo præcipit, ut *Nullus inposterum alteri, sibi in primo, & secundo consanguinitatis gra-* 1 *du conjuncto, possit ad Provincialatus, vel in eodem Conventu ad Prioratus officium, sive officia, immediatè succedere: Nec non in Definitorio valeant simul reperiri duo, vel plures in dd. gradib. propinqui.*

Cùm autem ad petitionem ejusdem P. Generalis SS. D. N. idem decretum confirmare recusaverit, illud remitten- 2 do EE. VV. examini, supplicamus hodiè prò denegatione talis confirmationis. Quia idem decretum est contra Jus: Contra Ordinis Constitutiones: Contra Religionis bonum: Et demum contra immemorabilem consuetudinem, antiquissimumque solitum, in nostra Religione servatum.

Est idem Decretum contra jus commune, quia hoc attento, nullatenùs prohibitum est, in primo, & secundo 3 gradu conjunctos eodem tempore in Senatores assumi posse, sibique votum in electionibus dare, ut latè probant *Cujac. in leg* 1. *Cod. de Muner. & Honor. lib.* 10. *Loseu. de Jur. Univers. part.* 1. *cap.* 3. *num.* 28. *Herm. in Fascic. jur. pub. cap.* 31. *sub num.* 69. *& Zaul. ad Stat. Favent. lib.* 1. *rubr.* 1. *num.* 51. Ex quo communiter infernnt DD. id procedere etiam in electivis officiis cujuscnnqne Religionis, ut videre est apud adductos per *Caren. de Offic. Inquisit. tit.* 8. §. 4. *num.* 33. *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. part.* 1. *num.* 34. *Castellin. de Elect. cap.* 17. *num.* 8. *Novar. in Lucern. Regul. verbo Abbatissa sub num.* 8. *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 45. 4 *num.* 25. *& in Summ. Apostol. Decis. verb. Abbatissa num.* 5. referentes, ita pluries decisum ab hac Sacr. Congregat. Idemque egregiè probant, exadversò uti punctuales citati, *Passer. de Elect. cap.* 40. *sub num.* 73. referens, ita decisum ab hac Sacræ Congregationis *& Nicol. in Flosçul. verb. Abbatissa sub num.* 5. referens pariter, ita decisum ab hac Sacr. Congregat.

Est pariter idem Decretum contra nostri Ordinis Constitutiones, quibus præsens casus non est novus, neque incognitus, sed in illis consideratus, & relictus sub dispositione Juris communis; In *parte* siquidem 3. *earundem cap.* 12. 5 *num.* 10. ubi sermo est de Monialibus nostri Ordinis, prohibetur expresse, nè una soror alteri sorori in Priorissæ Officio ullatenùs succedere possit.

Præterea, tàm in eisdem Constitutionibus, quam in diversis Capitulis Generalibus, adest eadem prohibitio quoad Religiosos, non tamen generalis, sed solum circa officia 6 œconomica, itaut Consanguinei Prioris nequeant esse in eodem Conventu Procuratores, Depositarii Clavarii &c.

Igitur in aliis Officiis politicis, & respicientibus gubernia, vel Provinciarum, vel Prioratuum, circa quæ talis prohibitio in nostris Constitutionibus non adest, dicitur in 7 illis consultò omissa, & constare dicitur de incontrovertibili voluntate in contrarium, ducto argumento à discretiva dispositione, quod in Jure validissimum est, quia sicuti Constitutiones id expresserunt in illis casibus, in quibus voluerunt, ita expressissent in nostro, si pariformiter voluissent juxta *Text. in leg. unica* §. *Sin autem Cod. de Caduc. tollen.* quem sequuntur *Bursat. conf.* 131. *num* 49. *Natt. conf.* 164. *num.* 1. *Spad. conf.* 52. *num.* 4 *&* 5. *lib.* 1. *Rot. cor. Cocc.* 8 *decis.* 2179. *num.* 4. *& cor. Priol. decis.* 328. *num.* 10. *& in Carpentoracten. hæreditatis* 14. *Maii &* 9. *Jun.* 1687. *ferè per tot. cor. Molines, & in Romana Manutentionis* 16. *Jan.* 1690. §. *Minùs cor. Card. Caprara.*

Est etiam idem decretum contra Religionis bonum utpotè totaliter exclusivum, & privativum cujuscumque boni, quod à successione conjunctorum in officiis derivare potest; Non enim metaphysicus est casus ille, in quo 9 duo Fratres, utì optimi Religiosi, aptiores sint aliis, vel in votando in eodem Definitorio, vel in alicujus Provinciæ, vel Prioratus successivo gubernio, & regimine, qui novissimè evenit in Provincia Narbonæ, in qua, ut notorium est, unus Frater alteri in Provincialatus officio successit, cum ejusdem Provinciæ insigni utilitate, circa Religiosorum reformationem, & circa votum, dandum in Definitorio, & dum hæc scribimus, præsente, & cooperante P. Generali idem practicatum fuit Mediolani in ultimo Capitulo celebrato, in quo admissi fuerunt ad votandum duo in primo gradu conjuncti, nempè P. Carolus Maria à Porta Exprovincialis, & P. Antonius Maria pariter à Porta primus Definitor.

Ex contrario Decreto aperiretur ulteriùs via, vel desiderandi mortem benemeritis consanguineis, contra dispositionem *Text. in cap.* 2. *de Concess. Præbend. & in leg. Stipula-* 10 *tio* 61. *ff. de Verb. obligat.* quos sequuntur *Guttier. de Juram. confirm. part.* 1. *cap.* 198. *in princip. Torr. de Pact. futur. success. lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. *& seq. & Rot. decis.* 23. *num.* 1. *part.* 11. *recent.* Vel iidem consanguinei non de facili nostram Religionem ingrederentur, postquàm in illa unus jam professionem emisit, nè absque ulla propria culpa privatus dicatur facultate votandi, quæ inter Religiosos pro maxima pœna reputatur, ex animadversis per *Amen. de Delict. & pœn.* §. 8. *tit.* 9. *num* 5.

Nec dicatur, quod ex hac successione consanguineorum frequentiora soleant evenire mala, quàm bona, Ultrà quod enim hoc expresse negatur, nec aliquod exadversò addu- 11 ctum fuit legitimum documentum illius gratuitæ assertionis, quod ista evenerint in Provinciis Apuliæ, Lombardiæ, & S. Angeli, quod tamen facilè erat demonstrare P. Gen. si verum esset, quod Religiosi earundem Provinciarum recursum fecissent contra talem prætensum abusum, addendo longissimo contrario Summario petitiones, & instantias eorundem Patrum: Respondemus I. quòd P. Generalis in hac parte verè trepidavit timore ubi nullus aderat timor, idque probamus à communi opinione totius Carmelitanæ Religionis, coadunatæ in ultimo Capitulo Generali, in quo promotæ quidem fuerunt innumeræ novitates, sub clypeo novarum Constitutionum, adducto prætextu removendi inconvenientia omnia, in nostra Religione introducta; Et tamen maximum servatum fuit silentium ab omnibus Vocalibus circa consanguineorum successiones, vel interventum in Definitorio; Signum evidens, quod malum non est talis naturæ, seu talis facilita- 12 tis, qualis exadversò depingitur, & exageratur II. Respondemus, quod circa malum possibile, ex hac consanguineorum successione derivabile, habemus in promptu remedium, ab ipsismet Constit. præscriptum. Aut enim loquimur de Provincialatu, & P. Generalis vigore earundem Constit. *in part.* 4. *capit.* 15. *num.* 1. potest personas ad 13 Provincialatum concurrentes restringere, & limitare;

Et

Et propterea quando cognoscit, quod unus consanguineus non potest esse utilis Provinciæ, succedendo alteri consanguineo in Provincialatu, potest ipsum ab electione excludere.

Aut verò loquimur de Officio Prioris, & duplex occurrit responsio I. quòd in nostra Religione Priores non eliguntur à Communitate, cujus caput est Prior, sed à Definitorio, composito ex Provinciali cum suo Socio, ex quatuor Definitoribus, & Ex-Provincialibus, quorum respectu nullatenùs verificari potest violentia aliqua Prioris pro electione sui consanguinei, dùm omnes sunt superiores ejusdem, nullatenùs dependentes ab ejus officio. II. quod P. Generalis à nostris Constitut. *in part. 2. cap. 1. num. 2.* liberam habet facultatem præveniendi electores, instituendo, & eligendo Priores sibi benevisos. Igitur eligendo alium non consanguineum in illo Conventu, in quo consanguineus Prioratum terminavit, facili negotio occurrere potest illi malo, quod futurum timet ab electione alterius consanguinei.

Circa quam amplam facultatem obiter huic notandum occurrit, quod in contraria Scriptura §. *Non obstante in fine*, illam præservare sibi non omisit P. Generalis, his verbis. *Quia illorum* (hoc est consanguineorum) *legitima electio, sivè institutio reposita est in arbitrio, & facultate P. Generalis;* Notandumque ulteriùs, quod licèt idem P. Generalis tempore, quo erat Procurator Generalis nostræ Religionis, continuò exclamare non cessaverit, & palam prædicare contrà frequentem usum hujus facultatis, in diverso statu *vi dominationis convulsus, & mutatus*, juxta dictum *Tacit. lib. 4. Annal.* de quo *Boccalin. nelli Raguagli di Parnas. rag. 29. cent. 1.* in sola Provincia Apuliæ unica vice sex literas patentes Prioratus transmisit, & proportionabiliter eandem facultatem in aliis Provinciis ad praxim reducit, itaut hodiè in nostra Religione ferè longè majores numero sint Priores, destinati per Literas patentes P. Generalis, quàm fer. fer. electi à Definitoribus in Capitulis Provincialibus.

Et hæc est ratio illius diversitatis, respectu dispositorum in nostris Constitut. circa Moniales consanguineas, quibus non permittunt successionem in officio Priorissæ, cohærenter ad animadversa per *Tambur. de Jur. Abbatiss. disp. 5. quæst. 4. num. 8. Card. de Luc. de Regul. disc. 1. num. 143. & Rot. decis. 115. num 17. cor. Ottobon.* circa denegationem voti tertiæ Sorori Moniali in eodem Monasterio. Quia respectu Monialium nullam habet P. Generalis facultatem obviandi malo possibili ex electione consanguineæ, ex quo non potest moniales, mediante obedientia, de uno ad aliud monasterium transferre, nec illas in electione Priorissæ prævenire, minusque numerum monialium eligibilium restringere, & limitare, quorum utrumque facere potest cum Religiosis; Quorum respectu aliud quoque adest promptum remedium, commune etiam Provincialibus, dandi scilicet obedientiam pro alio Conventu Religiosis illis, à quibus dubitant eligi posse consanguineos, regimini Conventui nullatenùs aptos: Imò remeidum hoc in nostris Constitut. ad quemcumque effectum generaliter præscriptum est, dum post determinatum tempus trium annorum demandant, Religiosos in alios Conventus transmigrare debere; Retorquetur autem contraria animadversio circa denegationem Voti tertiæ Sorori in illo Monasterio, in quo duæ aliæ Sorores reperiantur. Quia ex illa probatum habemus, quod non implicat duos conjunctos in primo gradu vocem dare posse in electionibus, quod à decreto P. Generalis prohibetur Et si id permittitur in monasteriis monialium, multò magis permittendum videtur in Conventibus Religiosorum ex diversitatis rationibus, supra expensis.

Demùm idem decretum est contrà antiquissimam consuetudinem, & solitum nostræ Religionis, quod deducitur ex ipsamet contraria novitate. Innovationes autem semper fuerunt, & sunt perniciosæ, nihilque magis animos perturbat, quàm innovare aliquid, & à consuetudine alienum facere, juxta verba *Div. Joannis Chrisost. Epist. 1. ad Corinth. homil. 7.* quem sequuta fuit *Rot in decis. 19. in fin. apud Antonel. de Jur. Cleric.* & observat Authores, adductì per *Gonzal. in cap. Cùm consuetudini num. 2. & 3. de Consuetud. Rocc. select. interp. cap 75. num. 20. Capon discept. forens. 85. num. 11. & seqq. & Rot. decis. 212. num. 3. & part. 17. recent.* Et revocando aliud Decretum Consilii nostri Ordinis, punctualiter ultimo loco respondit *hæc Sac. Congr. in Romana præstationis Juramenti 19. Junii 1705. Ponente Card. Colored.* de qua in meo *tract. de Livell. cap. 2. §. unic. n. 26.*

Quibus non adversatur praxis Religionis Augustinianæ, innixa Constitutioni 28. S. M. Innocentii X. triplici ratione I. quia in dicta Constitut. Innocentiana non agebatur de approbatione novæ legis, sed de restitutione antiqui Statuti, quod in desuetudinem abjerat, *ut legitur in §. 2.* Majori autem facilitate solent Summi Pontifices antiqua Religiosorum Statuta ad observantiam reducere, quàm novas, exorbitantesque leges à Religiosis conditas, & præcipuè juri communi contrarias, approbare. II. quia Religiosarum familiarium diversitas non oritur à tribus substantialibus Votis, omnibus Religiosis communibus, sed à propriarum Regularum, & particularium Constitutionum diversitate, quæ si ad uniformitatem reducantur, non erit ampliùs ulla differentia inter Religiosos, neque Ecclesia Dei circumdata erit illis varietatibus, quas in spiritu prævidit *David in Psalm. 44. 11.* III. quia ab hoc particulari casu, exemploque unius Religionis, nihil inferri potest respectu alterius *leg. Nemo Judex Cod. de Sentent. & interlocut.* determinante, non exemplis, sed legibus judicandum esse, quod observant etiam *Card. de Luc. de Præhemin. disc. 13. num 23. Rot. decis. 328. num. 42. part. 11. & decis. 247. num. 11. part. 17. recent.*

Quod si ab exemplis Religionis Augustinianæ Consilium nostri Ord. possibilia mala à nostris Religiosis excludere procurat, melius esset, ut procuraret pariter excludere aliud verum, & reale malum, longeque diffusum, desumptum à Privilegiis, & exemptionibus Assistentium, supplicando pro extensione Constitutionis 68. *S. M. Urbani VIII.* emanata pro Augustiniana familia ad nostram Religionem, quæ Constitutio ita sumatur: *Revocatio omnium gratiarum, exemptionum, indultorum, & privilegiorum, quomodolibet concessorum Assistentibus Ultramontanis Prioris Generalis Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, absolutis ab eorum officio, quo peracto ad suas Provincias redire teneantur.* Qui sonus non erit forsan gratus auribus Assistentium, Consiliique nostri Ordinis.

Et ex his patet etiam responsio ad prætensum solitum Religionis Dominicanæ, in qua ulteriùs notandum est, quòd id non est universaliter verum pro tota Religione, sed pro determinatis Provinciis, ut videre est apud *Pass. de Elect. cap. 40. num. 73 & Camill. in Director. part. 2. cap. 15.* loquentes de Provincia Lombardiæ, & apud *Fontan. ad Constit. Ord. Prædic. tit. de Elect. Prior. num. 10.* loquentem pariter circa alias determinatas Provincias.

Quoad facultatem P. Generalis, æquiparatam ex adversò cum authoritate Episcoporum, quando etiam per insubsistentem hypotesim talis æquiparatio subsisteret, adhuc idem P. Generalis nullam propterea haberet facultatem faciendi similia decreta, eò quia Episcop. nullatenùs permissum est aliquid contra jus disponere juxta *Text. in cap. 2. de Religios. domib. & in cap. Sicut de Excess. Prælat.* ubi Repetentes communiter, *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 7. num. 7. in fin. & Rot. coram Coccin. decis. 238. num. 8. & 10.*

Confirmationes autem similium Decretorum, à diversis Summis Pontificibus obtentæ, & exhibitæ in contrario Summario, retorquentur ad hominem, quia ostendunt necessitatem talis Pontificiæ confirmationis ad obligandum Religiosos ad illa, ad quæ vigore Decretorum Patris Generalis pro tempore non tenebantur.

Causa non fuit proposita in Sac. Congregat. Ponente Eminentissimo S. Clementis, eo quia terminato officio P. Generalis Cambolas anno 1710. illius dignissimus successor P. Generalis Sanchez præmissorum subsistentiam agnoscens, nihil in hac parte voluit innovare.

DISCE-

DISCEPTATIO XXVI.

Camerinen. Præeminentiarum.

INTER

Capitulum Cathedralis Camerini.

ET

Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Venantii ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

In Presbyterio Cathedralis Ecclesiæ an possint locum habere Prior Ecclesiæ Collegiatæ, illiusque Canonici: Quando habeatur pro præsente Archidiaconus, inserviens Episcopo celebranti, & ad quem spectet jus ministrandi Episcop. naviculam thuris quando non celebrat Pontificaliter. Parochus Ecclesiæ Collegiatæ, an possit in Processionibus incedere à sinistris Parochi Cathedralis.

1 CUm in Ecclesia Cathedrali Civitatis Camerinen. unica post Pontificalem Dignitas reperiretur sub titulo Archidiaconatus, stabilitum fuit sub anno 1516. ad alterius erectionem deveniri sub titulo Præpositura, prout de facto authoritate Apostolica erecta fuit, cum ea lege, ut par erat, quòd futurus Præpositus, cuncti ejus successores, tam in Choro, & Capitulo, quàm in Processionibus, & aliis actibus capitulariter gerendis, locum suum immediatè post Archidiaconum, & antè personas Canonicorum, deberent obtinere, prout liquet ex Brevi S. M. Leonis X.

Ab erectione hujusmodi ansam cępit Prior Collegiatæ Ecclesiæ S. Venantii ejusdem Civitatis opponendi, quòd locus immediatè post Archidiaconum novo Pręposito in sessio-
2 nibus assignatus, præjudicium sibi inferret, sub obtentu, quòd aliàs dictum locum, immediatè post Archidiaconum, ipse Prior occupasset, sed idem Pontifex Leo X. recognita exorbitantia hujusce reclamationis, veluti quia si Prior aliquando cum hac præeminentia insederet, evenire potuit ex quadam tolerantia, cum de cœtero ab omni Jure aberraret, quòd ipse, qui erat de corpore totaliter diverso ab illo Cathedralis, deberet locum in ea supra illius Canonicos occupare, ideò sequenti anno 1517. demandavit, quod Præpositus ad normam antedictæ erectionis locum sibi assignatum obtineret, & Prior Sancti Venantii, uti caput ejusdem Collegiatæ cum suis Canonicis insederet, ut ex alio Brevi, deinceps confirmato per S. M. Paulum III.

Cùm verò successivè de eodem Prioratu fuisset provisus quidam Sylvester Lucarellus, is arrepta occasione, quod esset servitio addictus eidem Pontifici Paulo III. aliud Breve extorsit, in quo Papa, innixus mille insubsistentibus suppositis, & signanter, quòd Priores pro tempore re-
3 perirentur in immemorabili quasi possessione sedendi in Choro Cathedralis Ecclesiæ, & quidem immediatè post Archidiaconum, declaravit sub anno 1540. eosdem pro tempore Priores in eorum supposita primæva possessione confirmare, illosvè de illa plenariè reintegrare; Verùm tamen est, quòd hoc Breve non meruit per plures annos videre lucem, nam quousque vixit præfatus Lucarellus nunquàm ausus est illud ad notitiam Capituli nostræ Cathedralis Ecclesiæ deducere.

Solumvè illius Successor, ope ejusdem Brevis, jactitare cœpit, sese præeminentiis in eo contentis gaudere velle; At verò Capitulum Cathedralis, statim habita de hoc no-
4 titia, recursum habuit ad Sedem Apostolicam, & impetrata solita commissione illam dirigi curavit Sacr. Rotæ super omnibus in d. Brevi enunciatis; In hoc autem rerum statu agnoscentes Prior, & Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Venantii, quòd vanitas erat super decreto irritanti, & aliis clausulis in dicto Brevi contentis, insistere, attenta illius innegabili subreptione, satiùs duxerunt ab eo recedere mediante compromisso, quòd de anno 1552. concorditer cum Capitulo Cathedralis fecerunt in personam Lactantii de Lactantiis super omnibus controversiis, quomodocumque, & quacumque ex causa inter Partes vertentibus.

Discussa igitur causa coram præfato Judice, is tandem devenit ad laudum, in quo præscripsit ordinem ab utroque Capitulo servandum in Processionibus, & quoniam recognoscere debuit, quod respectu asserti Juris memorati Prioris Ecclesiæ Collegiatæ, sedendi cum aliis in Choro Cathedralis, prætensio nulli rationi innixa erat, hinc quantum-
5 vis præcedentiam eidem Priori in Processionibus debendam præscripserit, Jure tamen meritò de prætenso loco intra Presbyterium Cathedralis, qui in quæstionem principaliter cadebat, nec verbum fecit; Et laudum, ita ab eo promulgatum, unanimiter ab utraque Parte acceptatum fuit.

Rebus taliter compositis, cum ab inde citra Priores pro tempore prætensionem sedendi in Choro præd. numquàm ampliùs excitaverint, neque ulla ulterior intra tanti temporis lapsum exarserit quæstio, præterquam de anno 1608. quo
6 occasione accessus nostri Capituli ad Ecclesiam Collegiatam in festo Sancti Venantii, disputatum fuit in hac Sacr. Congregat. an Archidiaconus, dum assisteret Episcopo in Vesperis, vel in missa solemni, habendus esset, nec nè pro præsente, itaut Prior Sancti Venantii deberet sedere in Choro dictæ Ecclesiæ Collegiatæ, non post, sed supra Præpositum nostræ Cathedralis, quemadmodum ostendit resolutio, desuper edita, atque ex adversò danda, solumvè hisce ultimis annis Capitulum Ecclesiæ Collegiatæ Adversarium dictam quæstionem, à duplici ferè centenaria de medio sublatam, renovavit prætendendo, quòd idem Prior immediatum locum post primam Dignitatem in ipso Choro Cathedralis occupaturus esset, quinimo novam exorbitantiam cumulando, cœpit etiam contendere, quod omnes Canonici ejusdem Collegiatæ conveniendo Capitulariter in Cathedrali locum pariter in ipso Choro debeant obtinere: Et quamvis Ordinarius sub anno 1699. decretum ediderit mandans, Capitulum, & Canonicos supradictæ Collegiatæ, sede-
7 re quidem posse in ipsa Cathedrali, sed tamen extra Presbyterium, Prior tamen, & Canonici Adversarii non acquiescentes judicato hujusmodi, & nova semper mediantes, obtinuerunt subscribi multa dubia, quæ, cùm in præsenti Congregatione proponantur, credimus illa favore Capituli Cathedralis resolvenda esse, prout etiam reverenter supplicamus.

Quatenùs enim spectat ad primum dubium, in quo quæritur: *An eidem Priori occasione accessus Capitulariter ad Ecclesiam Cathedralem debeatur locus in istius Presbyterio*, negativa resolutio omninò capienda est; Chorus namque qui idem est, ac Presbyterium, & unus pro alio promiscuè accipitur
8 teste *Macr. in Hyerolex. verb. Chorus post princip. Frances de Eccles. Cathedr. cap. 5. num. 182. Pignatel. consul. 7. num. 7. vers. Ubi per Presbyterium tom. 3.* unicè destinatus est pro Ecclesiasticis illius Ecclesiæ, qui inibi divinas laudes canere debent juxta animadversa per *Durant de Rit. Eccles. Cathol. lib. 1. cap. 17. num. 1. & per tot. Gavant. in Thes. Sac. Rit. part. 1 tit. 15. verb. Choro, Valenz. cons. 101. num. 4. Rot. in Pampilonen. Præeminentiarum 3 Februarii 1700. § Inde cessat vers. Chorus cor. Olmo*; Quapropter omni Jure repugnat, quod in eo sedere valeat persona, penitùs extranea, qualis est Prior Ecclesiæ S. Venantii, ut omissis generalibus, quod Dignitas Ecclesiæ collegiatæ non possit se immiscere in Presbyterio
9 Cathedralis, firmant in puncto: *Nicol. in Flosc. verb. Capitulum num 3. Rot. cor. Coccin. decis. 1731. num. 5. & in recent. part. 10 decis. 254. num. 6.* Addito præsertim, quod ipse Prior est caput dictæ Ecclesiæ Collegiatæ, unde nimis inconveniens foret, quod separando se à suis, insereretur membris alterius, ac diversi corporis; Daretur namque membrorum separatio, ac respectiva confusio, quam adeò jura nostra abhorrent. juxta rescriptum Calixti I. *in canon. 1. dist. 12.* ibi: *Non decet à capite membra discedere, sed juxta Sac. Scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur*, & obser-
10 vant *Menoch. cons. 52. num. 140. Spad cons. 163. num. 9. tom 2. Pignatel. consult. 3 num 3. tom 2. Rot. cor. Coccin. decis. 1619. num 4. & decis. 1651. num 3. cor. Gregor. decis. 284. num. 3. & in Novarien. Præcedentiæ 11. Dec. 1713. § Ea moti cor. Barbadico*

Neque his obstare poterit memoratum postremum Breve S. M. Pauli III. eo quòd in eo asseratur, talem locum in Presbyterio Ecclesiæ Cathedralis eidem Priori debitum esse, & idem Prior in prætensa quasi possessione illum occupandi confirmetur; Omisso enim pro nunc motivo subreptionis, qua Breve prædictum laborare manifestum est, ea innegabilis circumstantia videtur sufficere, quòd ab utroque Capi-
11 tulo fuit facta eidem Brevi solemnissima renunciatio. Ut namque præmonuimus, obtenta per Capitulum Cathedralis adversùs illud commissione, eaque ad Sacr. Rotam directa, Prior, & Canonici Collegiatæ Ecclesiæ unanimiter cum Canonicis ipsius Cathedralis super omnibus in eodem Brevi contentis, cunctisque aliis controversiis, inter eos vertentibus, compromiserunt in præcitatum Lactantium de

Lactan-

Lactantiis; Unde de eodem Brevi nullum ampliùs faciendum est verbum, cum ita ab illo Partes recesserint, & cuicumque juri, ab eo derivanti, renunciaverint, ut non ampliùs in eo valeant insistere, juxta communiter tradita per

12 *Paitell.exped.94.num.18.versic.nam illud, Conciol.ad Statut. Eugub.lib.2. rubr.15.sub num.24. Staiban. resol.118. num.15. & seq.Saminiat.controv.81. num.16.tom.1. Gallerat.de Renunc. cent.1. renunciat.99. num.6. & cent.2. renunc.172. num.9. & 11. & Cornazan. decis.186. num.14.*

Fortiùs quia laudum subindè promulgatum, quantumvis praeeminentiam, tùm per Priorem, tùm per Canonicos d. Ecclesiae Collegiatae praetensam, in aliis locis, & functionibus assignet, de loco tamen per eundem Priorem occupando intra Presbyterium Cathedralis, nullam penitùs mentionem facit, quemadmodum verò ex his luce clariùs effulget, quòd praetensio hujusmodi, ob illius exorbitantiam, mansit per Judicem tacitè rejecta, ita per laudum antedictum eò

13 magis d. Breve dici debet de medio sublatum esse, ex traditis per *Gratian. discept. 755. num. 36. Altimar. de Nullit. tom. 4. quaest.28. num.140. Urceol.de Transact. quaest.3. sub num.41. Rot.cor. Dunoz. Jun.decis.12. num.2. & in recent part.18. decis. 315. num.8* Juncta praesertim illius acceptatione, jurejuran-

14 do per utrumque Capitulum facta, quae taliter Adversarios stringit, ut illi nequeant modo aliquo contraire, juxta *Text. in cap.fin.de Pact.in 6.* & tradita per *Menoch. cons. 238. num.6. Rot.cor. Seraph. decis.36. per tot. & in recent. part.3. decis.534. num.2. & 3. & part.16. decis.302. num.12. & part.17. decis.87. num.1. & decis.409. num.69. part.19.*

Nec dicatur, eundem Judicem eo ipso, quod hanc controversiam specificè non resolvit, voluisse Priorem in suis praetensis juribus, ad formam Brevis, integraliter relinquere. Supplicamus enim observare, quòd nedum Capitulum Collegiatae exhibuit idem Breve Arbitratori, qui illud diligenter perlegit, & diligentiùs consideravit, ut ipse cubitalibus literis asseverat in eodem laudo, sed etiam, quòd non

15 agebatur de aliqua contemptibili, & accessoria praetensione Canonicorum Sancti Venantii, sed de illa met principali controversia, ob quam specificè ex adverso extortum fuerat idem Breve, quae ve causam dederat appellationi, per Capitulum Cathedralis interpositae, & successivo compromisso, concorditer à partibus inito; Quapropter nimis absonum foret dicere, quod in his circumstantiis nulla fieri vellet mentio hujusce praetensionis in eodem laudo, quatenùs in ea fuisset ex adversò perstitum coram Arbitratore, vel quatenùs pro illo bono pacis, quod habuit ante oculos idem Judex, ut pluries se declaravit in eodem laudo, ab illa non fuisset recessum; Atque ideò concludendum est, quòd in tantùm de ea minimè loquutus fuerit, in quantum, vel ex partium consensu; vel ob illius injustitiam tacitè rejecta extiterit, ex notatis per *Decian cons.12. num.38. Simon. de Praet. cons.90.*

16 *n.3. Bonden.collect.legal.34. n.107. Torr.de Majorat.& primog. Ital. part. 1. cap.41. num.28. Rot. in recent. part. 5. decis.15. num.19. & part.18. decis.638 num 8.*

Minusque dicatur, quòd idem laudum virtualiter eundem locum in Presbyterio Cathedralis attribuat, eo quòd mandet, ipsum ordinem praescriptum in processionibus servandum esse inter utrumque Capitulum *in omnibus actibus pu-*

17 *blicis, quibus contigerit, seu expediens visum fuerit, quomodolibet ad invicem incedi, & congregari, seu conveniri.* Cùm enim plura alia sint loca, in quibus Archidiaconus Cathedralis, & Prior Collegiatae S. Venantii, valeant congregari, absque eo, quòd nec contigerit, neque expediens visum fuerit eidem Priori cum nostris Dignitatibus, & Canonicis in Presbyterio Cathedralis convenire, ex hac utique verborum generalitate nequaquam potest necessariò, & concludenter probari, quod etiam locus in saepedicto Presbyterio fuerit per idem laudum attributus, ad *Text. in leg. Non*

18 *hoc Cod Und. legitim. Rot. coram Dunoz. Jun. decis.688. num.9. & decis.886. num.13. & coram Priol decis.383. pariter num.13.*

Non attento, quod in toties citato Brevi enuncietur, Priorem tunc temporis reperiri in quasi possessione habendi locum in nostro Presbyterio. Tùm quia, si Prior aliquando inibi post Archidiaconum insedit, hoc utique adscribendum est abusui, qui forsan inoleverat, eo quòd tunc temporis Priores S. Venantii, ob nondum superventam Tridentinam Synodum, etiam Canonicatum Cathedralis, unà simul occupabant, quemadmodum resultat ex ipso laudo, & signanter probatur in persona illius Sylvestri Lucarelli,

19 qui tanquàm Prior de anno 1540. controversum Breve subripuit, quivè, ut in facto constat, ab anno 1530. usque annum 1547. Canonicatum in d. Cathedrali possedit: Tùm etiam, quia non est sermo de aliquo Breve, de more in hisce contentiosis controversiis expedito, mediante voto alicujus Sacr. Congregat. itaut Pontifex in expressionibus faciendis causa cognita processerit, sed agitur de Breve, edito ad complacentiam Lucarelli, familiaris ipsius Pontificis, & de caetero continente iteratas assertiones, quod praetensa per eundem Priorem, *ex quadam tolerantia*, antiquis temporibus permittebantur, undè possessio totaliter enunciata nullatenus profectò apta erat operari, quòd Arbitrator debuisset jus standi in Presbyterio favore ejusdem Prioris stabilire, sed veluti *ex mera, ac simplici tolerantia* inducta, jure meritò debuit in discussione causae per laudum reprobari, ac de medio tolli; Multa enim per patientiam tolerantur, quae si deducta fuerint in judicium, exigente justitia, tolerari non debent, sunt verba *Innocentii III. in cap. Cùm jam dudum de*

20 *Praebend.* cum quo concordant *Cravett.cons.96. num.7 Ursell. conclus. legal.129. num.356 Sperel. decis.133. num.24. Rot.cor. Coccin.decis.1552. num.23. & coram Emer. Jun decis.237. num.15. & in recent. part.18. decis.2. num.12. & seq* cum aliis à me citatis *in Instit.Crim.lib.1. tit.10. §.4. num.239.*

Cessantque discursus omnes, quia constantissimum in facto est, quod à die prolationis, & acceptationis ejusdem laudi, nunquam Prior Collegiatae Ecclesiae Sancti Venantii ad nostrum Presbyterium accessit, minusque in eo praetensum locum obtinuit prout resultat ex facto Adversariorum, qui neque ullum miserabilem actum afferre possunt, & ad abundantiam probatur ab hac Parte, tùm ex quatuor testibus Sacerdotibus, formiter examinatis de anno 1702. tùm

21 etiam ex aliis pluribus nupperrimè inductis, & qualitate Sacerdotali pariter insignitis, qui omnes, vel ex qualitate praedicta, vel quia deponunt de visu plenissimam probationem faciunt, ut de testibus Sacerdotibus notant *Castr. cons. 144. sub num 3. Gabriel. de Test. concl.4. num & 61. Pauluc.dissert.legal.26. num.21. Rot.cor. Pamphil. decis.610. num.1. & 2. & post Torr. de pact. futur success. decis. 207. n.154. & in Vicen. juris sedendi in Choro 26. Jun. 1705. §. Nec obstat cor. Muto*, & vidimus supra *discept.14. num. 18.* Et de aliis deponentibus de visu tradunt *Innocent.in cap. Cùm causam num 3. de Testib. Ciarlin. controv.384. num.65. Rot coram Zarat. decis.23. num.*

22 *18. & coram Cerr. decis.467. num.4. & coram Merlin. decis.242. num. 2.* Atque ejusdem veritatis irrefragabile testimonium perhibet alter ex testibus, formiter examinatis ad instantiam Capituli adversarii, qui veluti ab eo inductus, & productus superlativè contra ipsum probat *Adden.ad Gregor. decis.115. num 9 Rot.coram Merlin. decis.36. num.4 & decis. 779. num.5. coram Zarat. decis.11. num.16. & coram Cerr. decis. 675. num.10. & in recent. part.18. decis.151. num.32.*

Si verò intra lapsum ferè 170. annorum, qui ab eodem laudo intercesserunt, idem locus in Presbyterio nunquam fuit per Priorem occupatus, quis unquam affirmare pote-

23 rit, quòd Arbitrator, vel ex Partium condicto, vel ex insubsistentia praetensionis, istius mentionem consultò omittendo, eam tacitè in laudo non revocaverit? Haec namque ita longeva observantia optimè declarat, quid Judex in sententia, & Partes in illius acceptatione intellexerint pro futuris temporibus stabilire, quemadmodum dixit *Rota in Nullius, seu Claravallen. super bono jure 25. Junii 1706. § Idque coram Kaunitz, in Romana Cappellaniae 16. Martii 1708. §. Potissimè cor.R.P.D. Ansaldo, & in Nullius, seu Montis Cassinen. manutentionis 10. Junii 1712. §. final. cor.R.P.D. Lancet.*

Imò plus dicimus, quod ubi etiam laudum dicti Brevis dispositionem in suo esse reliquisset, nihilominus ob concur-

24 sum ferè duplicis centenariae observantiae in contrarium, ritè posset Capitulum Cathedralis Ecclesiae allegare, vel privilegii renunciationem, seu ob illius non usum in tanto tempore, juxta *Text. in cap. Accedentibus de Privil. Bero consult. 152. num.14. lib 3 Surd. cons.127 num.21. & 22. Panimol. decis. 128. num.23. Rot.cor. Seraph. decis 1086. per tot. & in recent. part.15. decis.285. num.15. & in Brixien. Aggregationis super bono jure 22. Junii 1712. §. Frustrà cor.R.P.D Lancetta*, & observavimus supra *discept.11. num.39. part. 1.* Vel illius revocationem, seu alium quemcumque validiorem titulum, antedicti Brevis totaliter destructivum, ad notata per *Felin. in cap. Albericus num.2. de Testib. Mantic de Tacit. lib 22 tit. 7. num.23 de Luc. de Contract. disc.2. num.8. Rot.cor Emer Jun. decis.286. num 4. & decis.1185. num.1. & in recent. part.6. decis.*

25 *218. num.51. & part.13. decis.300. num.6. & part.18 decis.218. num.21. & part 19. decis.251. num.31 & in Posnanien. Decimarum 22. Aprilis 1701. §. Ipsi coram Olmo.*

Frustraque ex adversò recursus forsan habebitur ad id, quòd actus sedendi, vel non sedendi in Choro, sit merè facultativus, proindeque opus sit probare, quòd Prior voluerit sedere, & inhibitus prohibitioni acquieverit. Toties namque multi-

multiplicati actus accessuum Capituli Collegiatæ ad Cathedralem per adeò longævum tempus, quamcumque facultatis præsumptionem videntur excludere, & è converso probant, quod si Priores pro tempore numquàm attentarunt Presbyterium ingredi, hoc ideò evenit, quia incompetentiam juris optimè callebant, juxtà deducta per *Post. de Manut. observ.* 53. *n.* 20. *Rot post eundem dec.* 41. *n.* 8. *& in rec. par.* 2. *dec.* 11 *n.* 9. *& part.* 3. *dec.* 545. *n.* 3. *& cor. Bich. dec.* 543. *n.* 8. *& seqq. & in Perusin. Præheminentiarum* 2. *Decembris* 1711 *§. Excusatio cor. R. P. D. Ansald. & in Calaritana Cappellaniæ* 14. *Junii* 1713. *§. Constabilito cor. Lancet.*

Prout quoque inanis recursus erit ad clausulam *sublata*, *& decretum irritans*, quibus toties dictum Breve præmunitum reperitur. Si namque ex his, vel ex illius revocatione, promanâte ab eodem laudo, vel ex operatione temporis adeo diuturni, & longævi, nulla vis penitus fieri potest in dispositione, seu substantia Brevis, multo minus fundamentum aliquod constitui valet in dictis clausulis, quæ tanquam accessoriæ corrunt, corruente principali, ut benè admonent *Gratian. discept.* 202. *n* 17. *& seq. Card. de Luc de Regal. disc* 49. *n.* 14. *& de Jurisd. disc.* 7. *n.* 6. *& disc.* 25. *sub n.* 9. *Campell. ad Constit. Ducat. Urbin. decret.* 2. *n.* 175. *Rot. in rec par.* 11. *decis.* 247. *n.* 9. *cor. Emer. Jun. dec.* 1029. *num.* 15. & optimè *coram Otthob. dec.* 175. *nu.* 15. *& seqq* ibi: *Non obstat, quod in Bulla Eugenii adsit decretum irritans, quod inficit omnem possessionem, quia illud habet locum, & porrigit effectum suum, quando illi, quorum favore appositum est, eodem decreto uti velint &c. Unde cum privilegia, quibus decretum inest, non fuerint usu recepta, seu observata, imo constet de contrario usu tanti temporis, dici non potest contraventum à decreto.*

Ostensa autem ex his insubsistentia, vel inefficacia d. Brevis, non est cur idem Prior competentiam juris sedendi in nostro Præsbyterio desumere valeat ex resolutione hujus Sac. Congregat. edita de anno 1608. ex quo cum quæsitum fuisset, *an Archidiaconus intelligeretur præsens in Choro, quando est in assistentia Episcopi, itaut Prior S. Venantii debeat sedere in Choro, non post, sed supra Præpositum*, fuerit responsum: *Haberi pro præsente, tàm in Ecclesia S. Venantii, quàm in quocumque alio loco* Hæc enim Sac. Congr. nullatenus indefinitè respondit, Archidiaconum habendum esse pro præsente in quocumque alio loco, sed dixit: *In quocumq; alio loco, in quo ipse Prior interveniat, vel intervenire soleat, unà cum Capitulo Cathedralis*; Cùm autem Prior nunquam ante eandem resolutionem, neque post intervenerit, minusque intervenire assueverit in nostro Præsbyterio cum Capitulo Cathedralis; En clarum, quod verba illa: *In quocumque alio loco*, nunquam prædicari possunt de eodem Præsbyterio, sed unicè referenda sunt ad ea loca, in quibus qualitas, in resolutione adjecta verificari possit, per ea quæ notant *Mant de Tacit. lib.* 2. *tit.* 5. *n.* 12 *Rocc. disput. Jur select. c.* 166. *n.* 7. *Rot. cor Greg dec.* 384. *n* 2. *& in rec. par.* 19. *dec.* 582. *nu.* 8. *& in Nullius, seu Montis Cassinnen. manutentionis* 10. *Junii* 1712. *§. Cœterum cor R. P. D. Lancetta.*

Atque hinc transeundo ad 2. dub. in quo quæritur, *An data competentia loci in Præsbyterio, debeatur Priori præcedentia ante Præpositum, cœterosque Canonicos ejusdem Cathedralis, tam præsente, quàm absente Archidiacono*, nil ultra in hac parte supperaddendum esset, quia, constito ex præmissis, quod nullus eidem Priori debeatur locus, certò credimus, huic dubio rescribendum esse, *Satis provisum in primo*. Sed morem Parti gerendo dicimus, quod idem locus in quacumq; pessima hypothesi semper deberetur post omnes Canonicos. Nulli enim dubium est, quòd dicti Canonici sint digniores, & majori gaudeant præheminentia, quam Dignitates Collegiatarum, cum ipsi dicantur Clerici primi gradus, & Fratres Episcopi nuncupentur juxta *Text. in c. Quanto de His, quæ fiunt à Prælat. Innoc in c. Fraternitatem de Sepult Boer de Ord grad. Consil reg. num* 3 *&* 10. *Barbos. de Canon c* 7. *n.* 45. *Pignat. consult* 187. *sub n.* 2. *tom. juxt. impress. Venet. Rot. cor. Coccin dec.* 619. *nu.* 1. *& seqq. & dec* 1651. *n.* 1 *& seq. & in Urgellen. Canonicatus Pœnitentiarum super Censuris* 18. *Maii* 1705. *§. Causa cor. Omanna*: Proindeque præcedentiam obtinere debent supra easdem Dignitates, & sic etiam supra ipsum Priorem, ut benè admonent *Geminian. in c. Quamvis §. Quamquam de Præbend. in* 6. *Rip. resp.* 5. *n.* 4. *de Constit. Cassan. in Cathal. glor mund. par.* 4. *consid.* 32. *vers.* 5. *Pro hac parte Barbos. de Canon c.* 1. *n* 9. *& cap.* 18. *n.* 45. *Pignatel. consult.* 97. *nu.* 2. *tom.* 4. *Rota in rec. par.* 5 *decis.* 111. *n.* 7.

Aliàs enim, non modò sequeretur, quod minus dignus præferendus esset digniori, contra id, quod literaliter omnia jura disponunt, ut de jure Divino est *Text. in Can. ultim. distinct.* 89. *penes D. Lucam c.* 14. De jure naturali *Abb. Panor. cons.* 21. *n.* 4. *l.* 1. *Cassan. in Cathalog. glor mund. par.* 4. *con.* 46. *post med.* De jure Civili *in leg. Gradatim ff. de Muner. & honor & in leg.* 1. *&* 2. *Cod. Ut dignit ord. servetur lib.* 2. Et de jure Canonico, *in c.* 1. *de Majorit. & obed* Et promiscuè observant *Gonzal. in c. Statuimus n.* 3. *eodem tit Ceccoper. elucubr. lib.* 1 *n.* 19. *& seqq. Rot. cor Otthob. dec.* 40. *n.* 30. *& seq. & cor. Dunoz. sen. dec* 25. *nu.* 3. *&* 4. *& in Pampilonen. Præheminentiarum* 11 *Decembris* 1702. *§ Quoniam cor R P. D. Lancetta*, & nos observavimus *in Instit. Crim. l.* 1. *tit.* 4. *§.* 2. *à nu.* 234. Verùm daretur illud maximum inconveniens, quod, sedente Priore Collegiatæ inter Archidiaconum, & Canonicos Cathedralis, membra manerent separata à suo capite, quod, ad servandam Ecclesiæ unitatem, permittendum non esse, advertunt *Pignatel consult.* 18. *n.* 3. *tom.* 7. *& d. consult.* 187. *n.* 2. ubi, quod secus monstruositas daretur, quòd tibiæ, seu crura mystici corporis, quales respectu Canonicorum Cathedralis dicuntur Dignitates Collegiatarum, præheminentiam obtinerent, *Barbos. de Canon c.* 8. *n* 53. *& seq. Card. de Luc. de Præeminent. disc.* 17 *n.* 4 *Rot. cor. Gregor dec.* 284. *nu.* 3. *& cor. Coccin. dec.* 173. *n* 5. *& cor. Arguel dec.* 72. *eodem. nu.* 4. *& post D. Prosper. de Territ. separ. dec.* 24. *n.* 40.

Nec momenti est, quod in dicto Brevi Leonino enuncietur, Priorem præcedentia supra Canonicos alias gavisum esse; Sivè quia consuetudo hujusmodi tanquam sapiens inhonestatem, dicitur potius corruptela, & abusus, proindeque nullatenus toleranda est, quemadmodum expressè decernitur in dicto *c. Statuimus de Majorit. & obed.* & tradunt *Fagnan. in c. Cum certum n.* 12. *eodem tit. Mastril. de Magistr. l.* 5. *c.* 4. *n.* 13. *Adden. ad Gregor dec.* 124. *Pignat. consult.* 35 *n.* 10. *tom.* 4. *Rot. cor. Seraph. dec.* 716. *nu.* 4. *& in rec. par.* 15. *dec.* 212. *n.* 10. *& seq.* & magis in terminis *cor. Otthob dec.* 4. *nu* 36. *& seqq.* Sive quia tunc temporis una, & eadem persona Prioratum in Collegiata, & una simul Canonicatum in Cathedrali obtinebat; Sive etiam, quia multa ex dispositione Sacrosancti Concilii Tridentini practicari non possunt hodiè, quæ ante idem Concilium indefinitè admittebantur, & propterea nulla valet inferri congrua illatio ab iis, quæ forsan practicabantur ante dictum Concilium ad nostra tempora, ex notatis per *Everard in Loc. commun. loc. à separ. seu divers. n.* 1 *& seqq. Rot. in dec.* 98. *nu.* 4. *cor. Emer. Sen. & cor. R P. D. Ansald. dec.* 34. *nu.* 7. Sivè demum, quia à die datæ d. Brevis usq, ad præsens, nunquam, ut vidimus, Prior eundem locum occupare tentavit; Unde quidquid sit de d. antiqua consuetudine, certum est, quod illa in nulla consideratione habenda est in præsenti, veluti per contrarium tanti temporis usum totaliter abrogata *Rot. cor. Merlin. dec* 99. *n.* 5. *& coram Greg dec.* 162. *n.* 9. *& cor. Bich. dec.* 457. *n.* 21. *& in Gerunden. Distributionum de Olot.* 30. *Aprilis* 1711. *§. Absque eo cor. R. P. D. Lancetta.*

Minus relevat, quod in processionibus idem Prior dicta præcedentia supra Canonicos gaudeat. Ultra quod enim nec in processionibus semper servatur idem ordo, quia in illa SS. Corporis Christi utrumque Capitulum incedit separatim, ut probant testes, adducti usque de anno 1607 & alii plures, nuperrimè examinati, obstare rursus videtur Cæremoniale Episcoporum in *lib* 2. *cap.* 33. in quo literaliter præscribitur, ut Dignitates Ecclesiæ Collegiatæ in processionibus cum eorum membris, seu Canonicis procedant; Cùm enim illud observari debeat tanquam lex, ex adductis per *Gratian. discept.* 298. *num.* 28. *Rot. in rec. par.* 10. *decis.* 254. *numer.* 10. inde sequitur, quòd, nec consuetudo taliter incedendi in processionibus, veluti sublata per idem Cæremoniale attendi potest, prout notant *Card. de Luc. in Relat. Cur. disc* 18. *num* 12. *Pannimol. dec.* 1. *annot.* 2. *numer* 31. *Sperel decis.* 179. *numer* 34. *Rot. in rec. part.* 6. *decis.* 61. *num.* 6. *& post Antonel. de Jur. & Oner. Cleric. decis.* 18. *sub num* 17. Ponderando ulteriùs quòd agitur de materia undequaque à juribus exorbitante, prout est illa præferendi minus dignum digniori, atque propterea ab uno actu ad alium non datur illatio *Alex. cons.* 19. *numer.* 67. *lib.* 6. *Rot. in rec. par* 19 *decis.* 493. *num* 10 *& decis.* 563. *num.* 15. *& dec.* 607. *num.* 31. *& in Romana Jocalium super Margaritis* 4. *Aprilis* 1710. *§. Non attento coram Reverendissimo Molines*, Et quod à præcedentia in uno loco non currat argumentum ad præcedentiam in alio *Franch. de Ecclesia Cathedrali capit.* 22. *numer.* 183 *Contelor. de Præcedent. num.* 63 *Rot. penes Posth. de Manut. dec.* 658. *num.* 6. *& in rec. par.* 10. *dec.* 254. *nu.* 27.

Quin obstet, quod ordo præcedendi in processionibus, det regulam pro ordine sedendi in Choro, & è contra, eo

eo quia processiones dicantur Chori ambulantes; Id enim procedit in personis, quæ sint ejusdem gremii, & inter quas cadat quæstio dignioritatis, in quo themate, sublata legis resistentia, ad evitandam monstruositatem, quod ex. gr. una Dignitas ejusdem gremii obtinere debeat digniorem locum in processionibus, & non in Choro, admittitur illatio de uno ad alium locum, sed non procedit in persona diversi, & inferioris gremii, quæ, prout hìc, in aliquo particulari actu præcedentiam beneficio temporis supra digniores acquisiverit; Tunc enim ob resistentiam Juris, vetantis prælationem minùs digni, prætensa illatio admittenda non est, cùm in materia exorbitanti non detur extensio, neque attendatur identitas rationis, per *Text. in leg. Precipimus Cod. de Sacros. Eccles. Rot. cor. Emer. Jun dec. 795. n. 15. & dec. 796. n. 42. & in rec par. 4. dec. 189 n. 15. & par. 15. dec. 132. n. 19. & p. 19. dec. 574. n. 8. & in Uratislavien. Manutentionis 22. Junii 1703. §. Tandem cor. R. P. D. Lancetta.*

39

Nec credimus exadversò insistendum esse in prætensa unione corporis, quam faciant ambo Capitula, ex quo processiones dirigantur sub crucibus ambarum Ecclesiarum, unà simul procedentibus, & tàm Dignitates, quàm Canonici utriusque Capituli unà simul, servato ordine, sub eisdem crucibus incedant. Quo enim pertinet ad æqualem delationem utriusque crucis, hæc potiùs probat oppositum, scilicèt duplicitatem mystici corporis, quia si unicum corpus fieret, unica etiam deberet esse crux, & non plures, cùm unicitas crucis sit verum, & demonstrativum signum unionis, ut egregiè advertit *Rot. in dec. 21. num. 9 post Antonel. de Iure & Oner Cleric* & conversò plures cruces, sivè unitim, sivè interpolatim delatæ, semper exprimunt, ac designant generalitatem corporum; Sunt quippe tanquam vexilla quædam, quæ distinguunt Ecclesiasticas cohortes, ut in specie notat *Pignatel. consult. 30. n. 7. tom. 4.* & consonant firmata per *Rot. cor. Emer Jun. dec. 962. n. 11. & dec. 1014. num. 3. & seqq.*

40

Incessus verò simultaneus utriusque Capituli, neque ad assertam probationem conducit, quia non in omnibus processionibus datur talis promiscuitas, dum in illa Sanctiss. Corporis Christi, utrumque Capitulum ab ævo incedit, cum suo Clero separatim, & de per se, prout notorium est in Civitate Camerini, & de cætero probant testes, adducti usque de anno 1707. & alii plures nuperrimè examinati; Si itaque simultaneus incessus non practicatur in omnibus actibus, in quibus contingat utrumque Capitulum conveniri, nunquam erit possibile affirmare, quod ex hac circumstantia justificetur coalescentia unici corporis inter utrumque Clerum, nam præcipuus unicitatis effectus est, quod membra nunquam separentur inter se, & tamen in hoc casu respectu dictæ Processionis SS. Corporis Christi hæc scandalosa separatio intercederet, quotiès in sensu Partis affirmandum esset, quod Clerus utriusq; Ecclesiæ unitatem constituat, ut ex se patet.

41

Nè ergo detur absurdum, adeò legibus exosum, videndi aliquando membra ab unico corpore disjuncta, tutiori medio concludendum est, quòd si in aliquibus Processionibus Prior Ecclesiæ Collegiatæ assuevit incedere cum Dignitatibus nostri Capituli, & Canonici ejusdem Collegiatæ, immediatè post Canonicos, & antè Clerum inferiorem Cathedralis processerunt, hoc sanè non evenit ex ass. universali titulo unionis utriusque corporis, sed unicè derivavit ex nudo, & particulari titulo consuetudinis taliter introductæ, quodque per consequens possessio illa, quam Prior acquisivit respectu alicujus processionis, nullum penitùs fomentum tribuit ad obtinendam eandem præcedentiam in Choro, cùm tantum dicatur præscriptum, quantùm possessum ad *Text. in leg. 1. §. Julianus ff. de Itin. actuq; privat. cap. Sine possessione de Reg. Iur. in 6. Rota dec. 474. num. 10. & dec. 520 num. 8. part. 19. rec.* Nec consuetudo in materia signanter prout hic contraria juri, extenditur de casu ad casum, neque de loco ad locum, juxta animadversa per *Crav. cons 30. num 9 Surd cons. 206. num. 6. Panimol. dec. 1. annot. 2. num. 17. Rot. dec. 513. n. 17. par. 5. & dec. 278. num. 6. & dec. 304. num. 8. & 9 p. 12. rec. & cor Emer. Jun. dec. 407 n 6. & post Monacell. Formul. legal tom. 2. dec. 37. n 4. & in Hispalen. Juris votandi 29. Martii 1700. §. Atque hæc cor Card. Caprar.*

42

Nec quidquam faciunt ad casum decisiones *in Colonien. Præcedentiæ*, impressæ penes *Antonell. de Jur. & Oner. Cleric. in ordine la 19. & 21.* Quia in illarum themate Dignitates Collegiatarum incedebant sub unica cruce cum Capitulo Cathedralis; Quæstio non erat de aliquibus Processionibus, sed de illarum incessu cum Dignitatibus Cathedralis in omni actu, quo eas insimul conveniri contingeret; Concurrebat immemorabilis consuetudo, juxtà quam in cunctis eisdem actibus ita semper practicatum fuerat; Aderat Rituale Colonien. in quo unio earundem Dignitatum cum Capitulo Cathedralis stabilita erat; Et tandem non agebatur, prout hìc, de prætensa unione ad illum durum effectum extendendi præcedentiam, olim habitam in Processionibus, ad diversos actus, in Choro Cathedralis explendos; Quæ sanè omnia cùm penitus deficiant in nostro casu, nemo, indè non videt, præcitatas decisiones ad hodiernam quæstionem nullo modo applicari posse.

43

Atque ex his promanat etiam negativa resolutio 3. dubij, in quo disceptatur: *An idem locus in dicto Presbyterio debeatur etiam Canonicis ejusdem Collegiatæ infrà locum Canonicorum Cathedralis, in linea tamen æquali.* Cuncta enim, quæ hucusque discussa sunt ad firmandam negativam ejusdem loci favore Prioris, multò fortiùs militare videntur pro illo denegando dd. Canonicis Adversariis, cùm quoad ipsos deficiat quodcunque principium Juris; quo rationabilitèr valeant hanc novitatem excitare.

44

Frustraque in oppositum convolabitur forsan ad jactatam consuetudinem in contrarium. Præmisso enim, quòd agitur de inducenda consuetudine adversativa juri, quæ ideo probari debet præscripta, vel per immemorabile tempus, vel saltem spatio 40 annorum cum titulo, quemadmodum advertunt *Gratian. discept. 918. num 43. Ursell. concl. legal. 148. n. 347. D. Piton. discept Eccles. 16. sub num. 18. Rot. cor. Coccin. dec. 400. num. 7. & cor. Burat. dec. 13. n. 7. & cor. Emerix Iun. dec. 696. num. 2. & in rec. par 13. dec. 221. n. 1. & seqq. & in Civitatis Plebis Iurium Parochialium 3. Iulii 1705. §. Et absque cor. Rmo Molines*, Quodque admissio Canonicorum S. Venantii in nostro Presbyterio pendet principaliter à facultate, & libito Canonicorum Cathedralis, proindequè unà simul justificandum est; quod accessus Adversariorum fuerit coactivus respectu Capituli ejusdem Cathedralis, quia nempè istud se opposuerit, & non obstante oppositione, Adversarii ad Chorum accesserint, cùm subsecuta acquiescientia nostrorum Canonicorum, ex notatis *per Innocent in cap. Cum Ecclesia de Caus. possess. & propriet.* ibique *Rip. n 45 Capon. discept. 4. n. 18. tom. 1. Card de Luc. de Benef. disc. 58. num. 7 & disc. 89. sub n. 13. Rot. cor Pen. dec. 408. num. 7. & cor. Gregor. dec. 172. n. 10. & cor. Emer. Iun dec. 212. num. 4.* Tantùm profectò abest, quòd prætensa consuetudo cum hisce qualitatibus justificetur, ut collatis in unum probationibus, hinc inde adductis, evidentissimè pateat, illam esse undequaque insubsistentem.

45

46

Testes namque ex adversò inducti, deponunt, vidisse Adversarios in dicto Presbyterio sedentes per tres, vel quatuor vices, absque eo, quod recordentur, an omnes unitim in eo loco convenirent, nec ne: Subdentes de cætero, quod cunctis aliis temporibus assueverunt continuò sistere in gradibus præfati Presbyterii; Dicti igitur Testes omninò ad partes ponendi sunt, tum quia testantur de paucis actibus accessuum qui forsan potuerunt fieri singulariter ab aliquibus Canonicis, quando ad probandam consuetudinem requiritur pluralitas actuum collegialitèr expletorum, intrà tempus sufficiens ad illam inducendam prout docent *Azo. in Summ. Cod. Quæsit long consuet Maresc var resol. lib. 2. cap. 00. num 1. Rot. cor Cer dec 551. num 18. & seqq. & post Monocell. in Formal. legal tom. 2 dec. 39. n 8 in Hispalen. Juris votandi 29. Martii 1700 §. Ratio cor. Card. Caprar. & in Puteolana Jurisdictionis 3. Julii 1705. §. Minusque cor. R. P. D. Lancet* Tum etiam, quia nec sunt concordes in tempore, sed omnes deponunt singulariter, ideòque eo minùs admittendi sunt ad *Text. in cap Tam literis 33. de Testib. c. Licet eamdem Prob. Rot dec. 177. n. 15. p. 5. & dec. 52. n. 8. p. 15 rec. & in Rom. Dotis, & Lucri 10. Dec 1703. §. Præsertim cor. Muto.*

47

Nec vis aliqua constitui potest in responsione, data ad positiones per nonnullos ex Canonicis Cathedralis. Ab ea enim nil ulrà constat, quàm quod per duas vices, quatuor vel quinque Canonici Collegiatæ ad Presbyterium ascenderint, dum Capitulum Cathedralis adhuc ibi congregatum non erat, quodque alia vice Canonicus Angelotius, ob senectutem fuit ex charitate in eodem Presbyterio per nostros Canon receptus

48

Istæque probationes, qualescumque sint, ad evidentiam profligatæ remanent ex depositione alterius ex testibus, qui ad instantiam Capituli Adversarii de anno 1702 fuerunt formiter examinati. Is enim pro tempore 30. annorum, quo fuit Mansionarius Ecclesiæ Cathedralis, deponit, semper vidisse Canonicos Sancti Venantii occasione processionum genuflectere in tertio gradu Presbiterii, neque

neque eos alium locum occupasse, subdens, *e la verità non può star diversamente di quello Io hò deposto, perche così hò veduto in tempo mio*. Cum verò hic testis manifestè excludat sæpè dictos Canonicos assuevisse ad Presbyterium ascendere, clarum remanet, quod aliæ probationes singulares, æquivocæ, & tres, aut quatuor actus tantummodò percutientes, cedere debent veritati, derivanti ex depositione ejusdem testis, qui veluti inductus ab ipsis Adversariis, non potest per eos impugnari, juxtà animadversa per *Menoch de Præsumpt. lib.6. præsum.38. n. 14. Rot. post 2. volum. cons. Farinac. decis. 291. n.7. & 10.* cum aliis adductis per *Dunoz. Jun. dec.343. n.4. & dec.647. num.1. & 2.*

49

50

Magisque probationes præfatæ suffocantur ab aliis testibus, pro hac parte inductis. Alter namque, examinatus de anno 1699. deponit à 50. annis retrò, Canonicos Collegiatæ conveniendo in Cathedrali pro functionibus, nunquam ascendisse illius Presbyterium, sed moram fecisse modò in una, modò in altera illius parte. Idipsum confirmant alii tres testes, examinati de anno 1701. asseverantes, id vidisse per annos 36. & respectivè 38. intra quod tempus eorum servitium Cathedrali præstiterunt. Adstipulantur alii quatuor testes in formali examine, repetiti anno 1702. univocè attestantes, nunquam præfatos Canonicos occupasse locum in Presbyterio, neque illum potuisse occupare, quin ipsi viderint, reddendo rationem, quod ipsi semper fuerunt præsentes in omnibus functionibus, nempè, Primus deponens de visu 37. annorum. Secundus de visu 40. annorum. Tertius de visu quinque annorum: Et quartus de visu sex annorum. Et postremò concordant alii plures testes, nuperrimè inducti, alter nempè de visu 36. annorum. Alter de visu annorum 19. Alii quatuor, deponentes hoc vidisse ab antiquo tempore. Alii quinque, testantes pariter de tempore longævo, Et tandem alter hoc idem asseverans in lapsu decem annorum. Concurrentibus autem tot, tantisque testibus, ut plurimum Sacerdotali qualitate insignitis, & de visu attestantibus, nemini dubium est, quin debeant aliis, exadversò inductis, prævalere, tùm ob illorum pluritatem per *Text. in capit. Licèt causam de Probat. Rot. coram Greg. decis. 322. num. 6. & in Pampilonen. Præheminentiarum 27 Junii 1701. §. Et in omnem coram dell' Olmo, & in Senogallien. Canonicatus de Luchis 22. Junii 1705. §. Non obstantibus, cor. R. P. D. Lancetta, & in Beventana Nullitatis Testamenti 1. Jul. 1712. §. Haud relevante, cor. R. P. D. Crispo*; Tùm etiam ex quo deponunt de re, quæ juris communi, & sacris Canonibus consentanea est, prout advertit *Innoc. in cap. Auditis nu. 4. de Præscript. Rot. in rec. par. 3. dec. 560. in fin. & cor. Dunoz Jun. dec. 457. n. 5. & in Tudertina Fideicommissi 31. Januarii 1703. §. Minusque, cor. R. P. D. Lancetta.*

51

52

Indubitantiùs, quia ex qualitate ejusdem Presbyterii manifestè convincitur, rem aliter se habere non posse: Illud enim non est capax recipiendi alias personas, præter Capitulares ipsius Cathedralis, quæ sunt numero 19. ut deponit alter ex nostris testibus, & alter exadversò inductus, ac concordant alii, examinati usque de anno 1607. Quomodo autem possibile est, quod inibi insedere valeant etiam Canonici Ecclesiæ Collegiatæ, qui sunt numero duodecim? si locus in eo vix potest superesse pro admittendo Vicario Generali, ut subdunt præfati testes. Non relevante, quod valeant apponi sedilia in fine ejusdem Presbyterii, supra illius gradus, eo modo, quo in Synodalibus functionibus fuit ibi assignatus locus duobus, vel tribus Abbatibus illius Diœcesis. Ultrà quod enim aliud est, quod probetur possessio Adversariorum insedendi in dicto Presbyterio, quæ ex his omnibus totaliter exclusa remanet. Aliud verò, quòd ad inducendam novitatem, hactenùs inauditam, velint dicti Adversarii quæritare assertam loci capacitatem pro futuris temporibus; Cessat omnis difficultas, quia si aliàs fuerunt in eo admissi Abbates, hoc ideò evenit, vel quia isti tanquam digniores Canonicis Ecclesiæ Collegiatæ, ut monent *Gratian. capit. 111. numer. 9. Panimol. decis. 1. annot. 6. numer. 3. & sequentibus* digniorem pariter locum obtenturi essent, juxtà authoritates superiùs allegatas; Vel quia sunt pauci numero; Vel quia demùm agebatur de functionibus Synodalibus, quæ rarissimè celebrantur, & in quibus Populus laicus nequaquam intervenire solet; Unde exemplum hujusmodi non potest, nec debet dare regulam pro admittendis in dicto loco Adversariis in omnibus functionibus, in quibus ipsos contingat ad Cathedralem accedere, quia ipsi, ut diximus, sunt numero 12. proindeque totaliter occuparent eundem situm, qui angustissimus est, veluti non excedens longitudinem palmorum architecturæ 28. & sic daretur inconveniens, quòd nullus remanere posset transitus, ut celebrantes, & alii ministri in missis canendis è Sacristia ascendere valerent ad Altare, & successivè descendere ad thurificandum Sanctissimum Sacramentum, & dandam pacem Magistratui, sedenti extrà idem Presbyterium; Quinimò nec remaneret additus, quo possent Laici, existentes in media navi inferiori, videre Altare, & Ecclesiasticas functiones, pro quibus omnibus idem situs semper vacuus, & liber relictus extitit, quemadmodum oculariter patet ex plancta EE. PP. exhibenda, quæ veluti ostendens faciem loci, plenissimè probat, juxtà tradita per *Bonden. collect. legal. 44. nu. 50. lib. 2. Card. de Luc. de Judic. disc. 24. num. 8. Rot. cor. Peuting. decis. 154. num. 5. & in Pampilonen. Præeminentiarum 3. Febr. 1700. §. Præmisso, cor. Olmo.*

53

54

Et tandem quælibet contraria probatio profligata remanet ab instantia, coram Ordinario exaversò facta de anno 1701. Optimè enim conscii Adversarii, quòd si aliquam possessionem in hac parte usurpaverant, ea erat restricta ad standum in gradibus Presbyterii, non verò extendebatur ad sedendum in illo insteterunt simpliciter, ut ipsi manutenerentur in quasi possessione standi, & permanendi in eisdem gradibus, Si igitur hanc veritatem ipsi Canonici judicialiter agnoverunt, mirum est, quod hodiè eam velint contra proprium factum controvertere, per ea, quæ advertunt *Natt. consil. 214. num. 2. libr. 1. Surd. consil. 284. numer. 5. Fusar. de Substit. quæst. 817. num. 6. Rot. par. 2. divers. dec. 110. nu. 6. & in Gerunden. Distributionum de Olt. 30. Aprilis §. Fundamentum, coram R. P. D. Lancett.*

55

Neque credimus afferenda exadversò nonnulla præcedentia decreta, in quibus jactatur, fuisse ab Ordinariis demantum, quod Canonici utriusque Capituli in processionibus confusim genuflecterent in gradibus ejusdem Presbyterii. Tùm quia emanarunt per modum provisionis, & sine præjudicio jurium Partium, ad sedandas perturbationes, quas Adversariorum inquietudo excitare studebat, ideoque illa habenda sunt acsi promulgata non essent, juxtà animadversa per *Paulut. dissertat. legal. 32. numer. 89. Rot. coram Burat. decis. 166. numer 8. vers. Nec etiam, & coram Dunozet. Jun. decis. 610. numer. 10. & decis. 842. num. 11. & in Senen. Jur. Parochialium 13. Februarii 1708. §. Decreta cor. R. P. D. Lancet.* Tùm etiam quia, detecta successivè per Ordinarium exorbitantia contrariæ prætensionis, per aliud decretum, factum anno 1699. mandavit, in Ecclesia Cathedrali apponi sedile extrà Presbyterium, in quo sedere deberent Capitulum, & Canonici Sancti Venantii, & quo fit, ut dicta præcedentia decreta, per hoc postremum totaliter circumscripta remanserint, *Alex. consil. 84. num. 9. & sequentibus lib. 4. Rot. coram Coccin, dec. 1812. sub numer. 7. & post Constant. ad Statut. Urb. dec. 18. num. 12*

56

57

IV. dub. in quo quæritur; *An, & qui locus debeatur Priori Sancti Venantii, absente Archidiacono Cathedralis, in processionibus, aliisque actibus, in quibus incedere solet utrumque Capitulum, & Prior Sancti Venantii incedit à sinistris Archidiaconi, ipso præsente, & interessente?* Non aliter decidendum est, quam in eo sensu, quòd idem Prior in omnibus hisce actibus incedere debeat à sinistris Præpositi, & eo absente, à sinistris Canonici antiquioris; Quoniam in præcitato Laudo præscribitur, quod absente Archidiacono Prior Collegiatæ ambulare debeat à sinistris Canonici antiquioris, & isto pariter absente, à sinistris quoque primi Canonici post antiquiorem, Undè propterea si quæstio per idem laudum, utrinque acceptatum, decisa est favore Canonicorum, qui polleant antianitate, multò fortiùs decisa dici debet favore Præpositi, qui est prior persona post Archidiaconum, qui vel proindè supra omnes Canonicos primum obtineret locum, ne aliàs melioris conditionis sint ipsi Canonici, quàm Dignitas, contra monitum *Textus in cap. Cum olim de Consuet. Cassan. in Cathal. glor. mund. part. 4. consi. 43. Aretin. cons. 23. in fin. Ricc. in Prax. par. 1. resol. 568. num. 3 Gamm. dec. Lusit. 1. n. 15. Nicol. Lucubr. Can. lib. 1. tit. 33. num. 1. & Ceccop. lucubr. lib. 1. num. 133.*

58

Addito ulteriùs, quòd si idem Laudum taliter intelligendum non esset, verificaretur absurdum illud, quod occupante primum locum in absentia Archidiaconi Canonico antiquiori, vel immediatè post seniorem, Præpositus deberet post unum, vel alium ex suis Canonicis processionaliter incedere. Quemadmodum verò hoc esset nimis irrationabile, imò monstruosum, ita sequitur præcedentiam antiquiori Canonico per Laudum attributam, primariò ad ipsum Præpositum trahendam esse, cum quælibet interpretatio semper facienda sit, ut congruat honestati, & rationi, juxta animadversa per *Menochium de Arbitrariis lib. 2.*

59

60 *lib.2, cas.199. numer.21. Torr. de Primog. Ital. cap.24. num.68 par.1. Rot. post eundem dec.55. num 9. par 3. & cor. Seraph. decis.1244. num.8. & cor. Peuting. decis.37. num.8. & seqq. & cor. Emer. Jun. dec.1178. num.11.*

Cessantque difficultates omnes ex inconcussa observantia, juxta quam Prior antedictus, absente Archidiacono, in omnibus processionibus ad lævam Præpositi, & isto absente à sinistris Canonici antiquioris semper incessit, ut de visu per viginti annos, & ultrà, deponunt duo Sacerdotes, examinati usque de anno 1687., qui quamvis formiter repetiti non fuerint, cum tamen decesserint, non retractata eorum de-
61 positione, haberi debent ac si eorum dictum sub formali examine confirmassent, ut notant *Mascard. de Probationibus conclusion. 33 numer.12. & sequentibus & conclus.149. numer.23. Rot. coram Rembol. dec.351. num.10. & in rec. par.18. dec.133 n.18. & dec.538. n.14. & in par.19. dec.163. num. 14.* & latè *in Voto, edito à R.P.D. Cer. in Rom. annuæ præstationis 26. Jan. 1714 §.5. Et in alio edito à R.P.D. Lonio 23. Martii 1715. §. 24.* Juncta præsertim jurata attestatione aliorum quindecim testium, per longum temporis cursum de hoc ipso ad præsens pariformiter deponentium, qui equidem testes sicuti, vel adminiculativè ad alios antiquiori tempore examinatos, vel una simul memoratam observantiam probant, ita hæc quamcumque controversiam dirimit, sivè sumatur pro interpretatione ejusdem Laudi, quemadmodum monent *Gratian. disceptat. 846. numer. 19. Bonden. collect. legal. 20. numer. 116. tom. 1. & collect. 29. numer. 57. & seqq. tom. 2. Rot. coram Buratt. decis 547. num.7. & coram Otthob. decis.254. num.12. & in rec. par.16. dec.253. nu.8. & in par.19. dec 582. num.9. & seqq.*
62 sivè accipiatur de per se, cùm in materia præcedendi totum operetur consuetudo, juxtà *Gloss. in cap. Deliberatione de Offic. delegat. Mastril. de Magistrat. lib. 5. cap.4. num.30. Cyriac. contr.201. numer.165. Panimol. dec.1. n.19. & cor. Emer. Jun. dec.1025. num.4. & in rec. par.18. dec.304. num. 26.* Signanter quando, prout hic, uniformatur dispositioni Juris, juxtà quod omne caput semper esse debet ejusdem rationis cum suis mem-
63 bris, ad tradita per *Corrad. in Prax. benef. lib.3. c.8. n.36. R. P. D. Ansald. in præf. ad ejus dec. n.93.*

V. dubium, *An Archidiaconus haberi debeat pro præsente, quando Episcopo celebranti, vel assistentiam præstat eidem in Processionibus, etiam SS. Corporis Christi*, distinctè discutiendum est, Quatenus enim quæstio hujusmodi promovetur, ut Prior San. Venantii debeat præcedere Præpositum in dicta processione SS. Corporis Christi, ea totaliter superflua remanet, quoniam in processione hujusmodi unumquodque Capitulum, una cum proprio ejus Clero incedit distinctim, ac de per se, ut probant testes examinati anno 1607. & alii, nuper inducti. Unde cum Prior Collegiatæ debeat cum suo Capitulo incedere, imò eidem processioni à longo tempore non interveniat, ut subdunt iidem testes, inde sequitur, quæstionem pro effectu hujusmodi promotam, undequaque supervacaneam esse.

Quatenus verò eadem quæstio excitatur, ut idem Prior possit nostrum Præpositum præcedere in cæteris processionibus, & aliis actibus, negativè hoc dubium, absque ulla prorsus
64 difficultate, resolvendum est. Quandoquidem Archidiaconus dum inservit Episcopo celebranti, vel assistentiam ei præstat in processionibus, poterit quidem haberi pro præsente ad effectum, ut ipse percipiat distributiones quotidianas, quo in themate Doctores nostri ad hanc quæstionem descendunt, quemadmodum videre est penes *Ugolin. de Offic. & potest. Episcop. cap.19. §. 2. num. 6. Barbos. collect.258. numer.7. Capon. discept. 123. num 95. Pignatel. consult. 115. numer. 78. & 80. tom. 9* nunquam verò pro alio duriori effectu, ut nempè Capitulum Cathedralis debeat mediante præcedentia Prioris Collegiatæ, in suum caput recognoscere personam alterius diversi gremii. Dictus namque Archidiaconus, sive consideretur tanquam prima Dignitas, sive ratione sui officii, semper tenetur Episcopo solemniter celebranti ministrare, seu inservire, & assistentiam respectivè præstare, ut in terminis primæ propositionis tradunt *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1 capit. 21. numer. 104. & de Canon. capit. 33. sub numer. 1. vers. Quare, & in Summ. decis collect.253. numer. 7. Pigna-*
65 *tel. consult. 183. sub num.7. vers & ista tom.4.* Et quoad secundam est *Text. in cap.2. de Offic. Archid. Azor. Instit moral. par. 2. lib 3. cap. 14. quæst.2. Vers Deinde, Barbos. de Canon. cap. 5. num. 18. & cap. 6. num 50 & in Summ. decis. collect. 40 nu. 2. Nicol. in Floscul. verb. Archidiaconus num.1 Pignatel. consult.183. num.7. tom.4.* Quapropter, si in casu, quo voluntariè à functionibus absit, nostrum Capitulum non amittit præeminentiam suam, quia, ad normam, tam juris, quàm antiqui laudi, subrogatur in ejus loco Præpositus, & in istius absentia antiquior ex Canonicis semper cum præcedentia supra Priorem, multò fortiùs idem Capitulum antedicta præeminentia gaudere debet in casu, quo Archidiaconus exerceat functiones, proprio ejus muneri incumbentes, Non solùm enim nulla inter utrumque casum viget diversa ratio, sed imò pro eadem præeminentia servanda fortior urget in themate, quo sæpedictus Archidiaconus sit ex causa earundem functionum præpeditus, Quo circa eadem juris dispositio, quæ ser-
66 vatur in casu illius materialis absentiæ, eo magis servanda est in altero, quo ratione officii non possit in ejus loco præeminentiali interesse *l. Julianus ff. Cond. indeb. Deci. consf.49. n.55 lib.2. Marcabrun. cons.36. numer.46. Bonden. collect. legal. 16. num.48. vol.2. Rot. in rec. par.4. tom 3. decis.17. num.5 & cor. Emer. Jun. dec.403. num.7.*

Atque id comprobatur ex observantia, vigente in alio simili casu, quo idem Archidiaconus prima Dignitas tenetur ad normam *Cæremonial. Episcop. lib. 2. capit. 3.* tanquam celebrans in processionibus incedere. Tunc namque, ut in casu materialis absentiæ subrogatur in ejus locum Præpositus, qui in eisdem processionibus à dextris Prioris Collegiatæ incedit, ut de pluribus actibus intra longum tempus deponunt testes. Proindeque, si de facto ratione sui muneris, impedito Archidiacono, is reputatus absens à loco præeminentiali, & tunc Prior ad lævam Præpositi, seù Canonici antiquioris incedit, ex identifica ratione habendus erit pro absente, dum Episcopo ratione ejusdem muneris ministrat, seù assistit, ut
67 inde Præpositus, seu antiquior Canonicus, eundem digniorem locum occupare debeat ad *Tex. in l.1. ff. Ad l. Aquil Fulgos. cons.77. numer.3. Ciroc. discept.26. nu. 15. Bonden. collect. legal.12. num.14. & collect.14. num.77. tom.2. Rot. in rec. part. 19. dec.616. num.3.*

Neque his obstat resolutio hujus Sacr. Congregat. emanata de anno 1608. Quia adversus illam concessa fuit nova audientia usque sub die 10. Maii ejusdem anni, ut constat ex epistola ejusdem Sac. Congreg. quin ex adversò doceri possit, quod ea unquam fuerit executioni demandata; Unde, vel dicta resolutio in conspectu evidentissimæ rationis in contrarium vigentis, totaliter posthabenda est, & utique è converso dict. dub. venit negativè decidendum, vel ad summum, dilata
68 pro nunc definitione demandari debet subscriptio dubii *An sit standum, vel recedendum à decisis*, cum resolutio, à qua pendet nova audientia, nunquam veniat supponenda *Constant. ad Stat Urb. annot. 63. artic.2. num. 290. Rot. cor. Emer. Jun. dec.97. num.11. & in rec. par.12. dec.297. num.13. & apud Posth. de Manut. dec.246. n.10.* & Nos observavimus in *Instit. Crim. lib.2. tit.8. à num.255.*

VI. dubium *An ministrare naviculam Episcopo, ponenti thus in Thuribulo in Collegiata Ecclesia, in processionibus, in quibus intervenit Capitulum Cathedralis, & Episcopus non assistit in Pontificalibus spectet ad Dignitatem ex Capitulo Ca-*
69 *thedralis, vel ad Priorem, aliumq; digniorem ex Capitulo Collegiatæ*, affirmativè in ejus prima parte, negativè verò in secunda resolvendum est. Ita enim literaliter decidere videtur *Cæremoniale Episcop. lib. 1. ca. 23. in princ.* dum præscribit, eandem naviculam ministrandam esse à digniori ex assistentibus Episcopo, ibi: *Naviculam autem cum thure, & cochleari dextera ad Episcopum, vel celebrantem illicò adest, vel primus Presbyter assistens, vel si Episcopus celebrans est apud altare, Diaconus Evangelii, juxta regulas suis locis traditas, & accipit de manu prædicti Acolyti naviculam semiapertam, & cochlear, in ea existens cum osculo cochlearis, & manus Episcopi offert eam Episcopo,* & similiter notant in eorum *Tracta-*
70 *tibus de Sac. Cærem Bauldr. lib.1. cap. 15. n.3. & seqq. Castald. lib. 1. sect.4. cap.6. num. 2. & seqq.* Ad differentiam aspersorii aquæ benedictæ, quod porrigendum est ab illa digniori persona de gremio Ecclesiæ, ad quam procedit Episcopus, ut præcisè pro Ecclesia Collegiata Adversariorum resolvit hæc Sacr. Congregat. de anno 1608. & concordant adducti per *Pignatel. consult. 18. num. 16. & seqq. tom. 3.*

Differentiæ autem ratio inter utrumque casum in eo consistit, quòd porrigere aspersorium aquæ benedictæ, importat obsequii præstationem, quod Episcopo exhibendum est à Capite, seu digniori persona Ecclesiæ, ad quam se confert;
71 Non sic autem porrigere naviculam Episcopo, ponenti thus in thuribulo, quia iste actus est pars functionis, cui intervenit, vel assistit Episcopus, & ideò non à digniori persona Ecclesiæ, ad quam ipse Episcopus accedit, sed à digniori persona ex assistentibus eidem Episcopo, ministranda venit, ex præcisa lege Cæremonialis, quæ omnino servanda est, ut præter superiùs adductos, monent *Lotther. de Re benef. lib.1 quæst.16. num.123. Gratian. discept.151. numer. 7. Rot. in rec. par.4. tom.3. dec.647. n.1. & seqq.*

Eoque

Eoque certiùs hæc quæstio taliter decidenda est, quia uniformis accedit observantia, nam quotiès Episcopus cum Capitulo Cathedralis ad Ecclesiam Collegiatam Sancti Venantii se contulit, totiès eadem navicula fuit per Archidiaconum ejusdem Cathedralis, & in ejus absentia per Præpositum eidem Episcopo ministrata, ut deponunt testes, quæ quidem observantia dubio procul attendenda est, dum juris dispositioni consentanea remanet, prout animadvertunt *Felin. in Rubr. de Majorit. & obed. num.* 10 *Parif. conf.* 31. *num.* 39. *volum.* 4. *Gratian. discept.* 756. *num.* 23 *Rot. cor. Merlin. dec.* 77. *num.* 2. *& in rec. par.* 5. *dec.* 85. *numer.* 6. *& in par.* 15. *dec.* 237. *num.* 21. 72

Tandem pro favorabili resolutione vii. dubii, in quo quæritur, *An Parochus Collegiatæ in processionibus, in quibus intervenit utrumque Capitulum, incedere debeat à sinistris Parochi Cathedralis etiam cum stola*, præmittendum est, quod cura animarum in dicta Ecclesia Collegiata residet pœnes illius Capitulum, quodque istud amovibiliter, & ad sui nutum deputare solet pro illius exercitio alterum ex Cappellanis propriæ Ecclesiæ. Hoc autem præmisso, Cappellanus taliter deputatus, cum in eisdem processionibus interveniat, non veluti exercens curam, quia processiones non sunt de functionibus Parochialibus juxta Decreta hujus Sac. Congreg. relat. per *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 36. *sub numer.* 19. sed tanquam merus Cappellanus, non potest alium locum occupare, nisi intra cætum Cappellanorum Ecclesiæ Cathedralis cum quis non possit gaudere præcedentia in aliqua functione, nisi juxta gradum, quem in ea repræsentat, *Frances de Eccles. Cathedr. cap.* 33. *num.* 15 t. *Lotther. de Re benef. lib.* 1. *cap.* 15. *n.* 32. *& seqq. Grat. discept.* 298. *num.* 26. *& seqq. Pignatel. consult.* 28. *num.* 33. *tom* 4. 73 74

Atque ex ipsamet ratione, quod Parochus Collegiatæ non sit talis in titulum, sed simplex Vicarius, curam exercens ad nutum Canonicorum, & proindè in functionibus, nil commune habentibus cum nudo ejusdem curæ exercitio, non distinguatur ab aliis Cappellanis, Arbitrator in laudo, per eum prolato sub anno 1552. assignando in processionibus unicuique ordini suum locum, neutiquam arbitratus fuit, Cappellanum dictam curam, ita amovibiliter exercentem esse de ordine diverso ab aliis Cappellanis, ita ut separatim ab istis deberet distinctum ordinem cum Curato Cathedralis constituere, sed nulla facta distinctione decrevit, omnes Cappellanos Collegiatæ unitim ante illos Cathedralis incedere debere. Quodquè magis est, ab antiquo tempore neque ipse Cappellanus, eandem curam exercens, prætensum locum cum stola in processionibus occupavit, ut deponunt testes. Imò quotiès tentavit se associare cum Curato Cathedralis, fuit ab istius Canonicis repulsus, quin unquam eundem locum ampliùs occupare contenderit. Undè si laudum eundem distinctum locum non decernit, si observantia præsefert, illum non fuisse à dicto Parocho occupatum, frustra quæritur, an idem Parochus debeat hac locali distinctione gaudere, cum laudum prædictum, veluti ab utroque Capitulo acceptatum, non valeat refricari ad *Text. in leg. Cum autem Cod. de Arbit. Rot. in rec. par.* 7. *dec.* 65. *num.* 1. *& seqq. & cor. Cels. dec.* 202. *num.* 9. *& in Colonien. Canonicatus S. Andreæ* 17. *Febr.* 1713 §. *Et quamvis cor. R. P. D. Lancet.* Neque impugnabilis est observantia, quia hæc in subjecta materia potissimè attendi debet *Abb. in ca. Auditis de Elect. Menoch. conf.* 51. *n.* 49. *& conf.* 257. *n.* 36. *&* 39. *Cyriac. contr. for.* 201. *nu.* 169. *Adden. ad Burat. dec.* 903. *n.* 20. *Rot. cor. Serap. decis.* 964. *per tot. & in rec. dec.* 214. *n.* 4. *par.* 4. *tom.* 2. *& dec.* 483. *n.* 1. *&* 2. *p.* 5. 75

Neque his obstant attestationes duorum testium, quoniam illi testantur singulariter de nonnullis actibus, antiquissimo tempore sequutis, qui totaliter suffocati remanent à contraria observantia, inconcussè postmodum introducta, quæ equidem validior subindè effecta fuit, quo Curatus S. Venantii, ut prænotatum est, repulsus ab eodem distincto loco, rejectioni hujusmodi acquievit, nec eundem locum ampliùs occupare attentavit, ut benè admonet *Rot. cor. Priol. decis.* 38. *num.* 3. *& seqq. in Spoletana Jurispatronat.* 19. *Junii* 1705. §. *Quin cor. Omanna.* 76

Non omittentes hìc reverenter insinuare, quòd omnes ferè contrariæ prætensiones sunt prorsùs novæ, & unicè directæ ad immutandum statum, & antiquissimam pacificam observantiam nostræ Ecclesiæ; Undè faciliùs in totum spernendæ sunt, quia novitates semper fuerunt, & sunt odiosæ, nihilque magis animos perturbat, quàm innovare, ut dicebat *S. Jo: Chrysost.* relatus à *Rot. in dec.* 19. *in fin. post Antonel. de Jur. & Oner. Cleric.* & concordant *D. August. Epist.* 128. *cap.* 5. ubi, quod ipsa mutatio consuetudinis etiam quæ adjuvat utilitatem, novitate perturbat, cum aliis adductis à *Capon.* 77

discept. 85. *n.* 11. *& seq. & d. Rot. in Aretina Jurium Parochialium* 15. *Jan.* 1703. §. *Cæterùm cor. Ansald.*

In eadem Causa.

AD colorandam monstruositatem illam, ut Prior Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Venantii, nedum locum habeat in Præsbyterio nostræ Ecclesiæ Cathedralis, sed ulteriùs debeatur eidem præcedentia in concursu Præpositi, cum tali, tantaque separatione membrorum à suo capite, tam respectu ipsius à propriis Canonicis suæ Collegiatæ, quàm in ordine ad Canonicos Cathedralis cum Archidiacono, acriter insistitur exadversò in Breve sanct. memor. Pauli III. expedito 15. Augusti 1540. 78

Cathegorica autem responsio ea est, quòd hujusmodi Breve non fuit observatum per spatium ferè duplicis centenariæ, atque eidem expressè, & innegabiliter dicitur renunciatum, mediante solemni compromisso, unà cum successivo Laudo, ab Adversariis solemniter acceptato, in quo nec jota unum, vel miserabilis legitur syllaba, canonizans contrariam prætensionem. 79

Sicuti enim in facultate Adversariorum repositum erat dicto Breve non procurare, vel subreptitiè, & obreptitiè non obtinere, ita potuerunt posteà, cognita illius insubsistentia, illo non uti; Et propter eà nullum hodie fieri valet fundamentum in eodem Breve, ex adductis per *Galler. de Renunc cent.* 1. *ren.* 99. *n.* 6. *& centur.* 2. *ren.* 172 *n.* 11. & firmatis *per Rot. in dec.* 175. *n.* 13. *& seqq. cor. Otthob.* 80

Non attentis *clausula sublata, & decreto irritanti*, quibus munitum asseritur idem Breve, & ex quibus sublatus prætenditur contrarius non usus; Cum enim ex dicto longhissimo lapsu duorum ferè sæculorum nulla vis fieri valeat in dispositione, seù substantia ejusdem Brevis, quod per d. non usum remanet inefficax ad quemcumque effectum, ex adductis per *Rot. in dec.* 76. *nu.* 3. *cor. R. P. D. Ansald. & in Salisburgen. Vicariæ super bono jure* 4. *Febr.* 1715. *in fine cor. R. P. D. Crispo*; Multò minus fundamentum fieri potest in dd. clausulis, quæ uti accessoriæ, corruente principali, nullatenùs attenduntur, ut omissis generalibus, in terminis similium clausularum, contentarum in alio Brevi fa. mem. Eugenii IV. firmavit *Rot. in dec.* 175 *num.* 13. *& seqq. cor. Otthob.* 81 82 83

Neque attendi in hac parte merentur contrariæ speculationes, ad probandam comprehensionem d. prætensionis in eodem laudo sub involucro illorum verborum, ut Canonici S. Venantii in processionibus, & aliis publicis actibus incedere debeant cum Canonicis Ecclesiæ Cathedralis; Laudum enim, uti strictissimi juris, ad instar transactionis, nullam omninò recipit extensionem, sed intelligendum est ad literam, ità ut omne id, quòd oculis corporeis in illo expressum non legitur, dicatur voluntariè omissum, ex adductis per *Rot. cor. Duran. decis.* 133. *num.* 7. 84 85

Præcipuè quia agebatur de principali, imò unica controversia, propter quàm specificè extortum exadversò fuerat idem Breve, & propterea videtur vim facere intellectui consideratio illa omissionis dictæ contrariæ prætensionis, quatenùs ab eâ non fuisset recessum, ex animadversis per *Rot. in decis.* 310. *num.* 4. *par.* 18. *rec.* 86

Proùt etiam minus fundamentum fieri valet in resolutione hujus Sacræ Congregationis anni 1608. ubi dicitur, Archidiaconum haberi pro præsente, tam in Ecclesia S. Venantii, quàm in quocumque alio loco, in quo ipse Prior intervenire soleat, unà cum Capitulo Ecclesiæ Cathed.; Quia verba hæc intelliguntur de concursu in alia Ecclesia, præter quàm in Cathedrali, juxtà terminos dubii, tunc disputati respectu functionum, quæ fiebant in dicta Ecclesia Collegiata; Quæ intelligentia videtur innegabilis ex illis verbis, *in quo ipse Prior intervenire solet, unà cum Capitulo Ecclesiæ Cathedralis*, quæ fuissent prorsùs superflua, si sermo esset de eadem Ecclesia Cathedrali, ut de se patet. 87 88

Nedùm autem ex provisionali decreto, exadversò exhibito, non probatur observantia dicti Brevis sanct. memor. Pauli III. sed ex eodem actu positivè, & ad hominem exclusa dicitur, quia si Adversarii tunc temporis reperiebantur in pacifica possessione eorum, quæ demandantur in d. to Breve juxtà contrariam prætensionem, non fuisset opus devenire ad eandem provisionem, & declarationem, ut omnia intelligerentur sine præjudicio Jurium utriusque Partis, ut patet ad sensum. 89

Verùm est, quod idem provisionale Decretum præservavit jura Partium in eo statu, & terminis, in quibus tunc temporis reperiebantur, ut exadversò dicitur, sed est etiam 90

æquè verum, quòd ex tali præservatione non dicitur probata, sed potiùs exclusa pacifica quasi possessio favore Adversariorum, ex adductis per *Rot. in dec.212. n.11. cor. Priol.*

91 Respectu 2. dub. recurritur exadversò ad idem Breve s.m. Pauli III. sed pari insubsistentia, quia redeunt eædem animadversiones inobservantiæ ejusdem Brevis, ex latè adductis supra.

92 Ultrà quod contraria prætensio, ut minus dignus præferatur digniori, videtur repugnare omnibus juris principiis, ex adductis *in meis Institut. Criminal. lib. 1. tit.* 10. *§.4. à numer.* 234. Itaùt quando etiam, adversùs rei evidentiam, probaretur exadversò contraria observantia, hæc uti irrationabilis, in nulla prorsùs consideratione habenda esset, ut punctualiter firmavit *Sac. Rot. in decis.* 4. *à num.* 34 *usque ad* 38. *coram Otthob.*

93 In hac autem parte monstruositati separationis nostrorum Canonicorum ab eorum capite, seù Archidiacono, accederet alia ulterius separationis Adversariorum ab eorum pariter capite, seù Priore, quod nullatenùs permittendum videtur, juxtà punctualiter firmata per *Sac. Rotam in decis.* 1731. *num.* 1. *coram Coccin.* ibi: *Sed etiam esset inconveniens, quod Prior de Pilari, qui est caput sui Capituli, separetur à suis, & insereretur membris alterius, ac diversi corporis, nempè Capituli Metropolitanæ, quam membrorum confusionem, ac separationem Jura adeò abhorrent.*

94 Quoad 3. dubium nihil exadversò adducitur, quod in nostris Scripturis præventivè non fuerit sublatum: Quia verò contrarius Defensor, agnoscendo exorbitantiam prætensionis Adversariorum, & ultrò admittendo dignioritatem Principalium in eorum concursu, asserit, præcedentiam, omni jure debitam Principalibus, uti dignioribus verificare in prioritate loci, seù in manu dextera, in linea tamen æquali, non autem in altitudine sedilium, respondemus, hoc nullatenùs subsistere, quia in concursu Canonicorum Ecclesiarum Cathedralis, & Collegiatæ, distinctio verificari, nedùm debet respectu loci, seù manus dexteræ, sed etiam respectu altitudinis sedilium, itaut inæquales in gradu, quales sunt

95 Canonici Cathedralis, & Collegiatæ, nullatenùs sedeant in scamnis æqualibus, ut materia fundìtus discussa, & utraque Parte acriter informante, me scribente pro Canonicis resolvit hæc *Sacra Congreg. in Novarien. Juris sedendi* 8. *Maii* 1700. *Ponente cl. me. Card. Colloredo*, in qua disputatis 5. &

96 6. dubiis, his verbis conceptis: *An scamna sivè sedilia Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis debeant esse elevata à pavimento per unum gradum, & quatenùs affirmativè: An hujusmodi scamna debeantur Canonicis Collegiatæ S. Gaudentii?* Hæc Sac. Congreg. ad quintum respondit *Affirmativè*, ad 6. verò *Negativè*.

97 Hujusmodi autem punctualissima resolutio habetur pro casu legis, juxtà animadversa per *Card. de Luc. de Usur. discurs.* 22. *nu.*2. & 3. & firmata *per Rot. in Giennen.* 9. *Febr.* 1705. *§. Tantum cor. Illustr. Urbis Gubern.*

98 Respectu pariter 4. dub. nihil exadversò asseritur in contrariis Scripturis, quod in nostris præventivè non fuerit sublatum.

99 Quoad 5. dub. pro conciliatione authoritatum hinc indè allegatarum, dignentur Eminentiss. PP. observare, aliud esse quòd Archidiaconus, inserviens Episcopo celebranti, haberi debeat pro præsente ad effectum percipiendi quotidianas distributiones, juxtà terminos, in quibus loquuntur omnes Doctores, exadversò allegati; Aliud verò, totoque cœlo diversum, quòd habeatur pro præsente, ad hoc, ut Capitulum Cathedralis habeat pro suo capite personam diversi gremii, diversæque qualitatis, cum verificatione illius monstruositatis, quam improbant *Corrad. in Prax. Benefic. lib.* 3 *c.*8. *n.*36 *& Ansald. in Præfat. ad dec. n.*93.

100 Circa 6. dub. proceditur exadversò, cum æquivoco, quandò asseritur, quod sicuti jus porrigendi aspersorium Episcopo accedenti ad Ecclesiam Adversariorum, spectat ad illius Priorem, juxtà resolutionem hujus Sac. Congreg. anni 1608 idem dicendum sit respectu juris ministrandi naviculam eidem Episcopo, ponenti thus in Thuribulo Collegiatæ Ecclesiæ Adversariorum; Et palmaris disparitas in ea residet circumstantia, quia porrigere aspersorium aquæ benedictæ involvit obsequii præstationem, quod Episcopo exhibendum est à capite illius Ecclesiæ, ad quam se confert: Hoc autem

101 non verificatur resp ctu d. naviculæ ad ponendum thus, quia iste actus est pars illius Ecclesiasticæ functionis, cui assistit Episcopus, & propterea omni jure explendus est à digniori persona ex assistentibus eidem Episcopo, ut præter adductos supra n. 71. observant *Gavant. ad Rubr. Missal. par.* 2. *tit.* 12. *lit. A. & Card. de Luc. de Servit. disc.* 65. *sub n.* 11. *& Rot. dec.* 244. *n.*3. *par.*3. *rec.* ibi: *Convenire igitur videtur &c. ut per digniorem celebretur &c.*

102 Quoad ultimum denique dubium ex supra adductis, remanent absque facti assistentia ea, quæ asseruntur de Parocho Colleg. S. Venantii, eò quia cura populi, eidem Collegiatæ subjecti, non exercetur ab ipso in titulum, sed deputari solet Curatus amovibiliter, & ad nutum Capituli, apud quem eadem animarum cura residet, & propterea cum interveniat in Processionibus, uti unus ex dictis Cappellanis Capituli, non potest, nisi proprium locum inter alios Cappellanos Cathedralis occupare, per ea, quæ notant adducti à *Lotter. de Re benef. lib.*1. *cap.*15. *n.* 32. *& seqq.*

103 Die 11. Maii 1715. S. Rituum Congr. ad relationem Eminentiss. Casini infrascriptis dub. respon. ut infrà.

104 I. *An Priori Collegiatæ Ecclesiæ Sancti Venantii occasione accessus capitulariter ad Ecclesiam Cathedralem, debeatur locus in Presbyterio ejusdem Cathedralis, & quatenùs affirmativè.* Negativè.

105 II. *An eidem Priori debeatur præcedentia antè Præpositum, cæterosque Canonicos ejusdem Cathedralis, tàm præsente, quàm absente Archidiacono, primæ Dignitate dictæ Cathedralis.* Affirmativè præsente Archidiacono, Negativè verò absente.

106 III. *An idem locus in d. Presbyterio debeatur etiam Canonicis ejusdem Collegiatæ infra locum Canon Cathedralis, in linea tamen æquali.* Negativè.

107 IV. *An, & qui locus debeatur Priori S. Venantii absente Archidiacono Cathedralis in Processionibus, aliisque actibus, in quibus incedere solet utrumque Capitulum, & Prior S. Venantii incedit à sinistris Archidiaconi, ipso præsente, & interessente.* Satis provisum in secundo.

108 V. *An Archidiaconus habeatur pro præsente, quando assistit Episcopo celebranti, vel assistentiam præstat eidem in Processionibus, etiam SS. Corporis Christi, itaut Prior S. Venantii debeat præcedere Præpositum Cathedralis.* Negativè.

109 VI. *An ministrare naviculam Episcopo, ponenti thus in Thurribulo in Collegiata Ecclesia in processionibus, in quibus intervenit Capitulum Cathedralis, & Episcopus non assistit in Pontificalibus, spectet ad Dignitatem ex Capitulo Cathedralis, vel ad Priorem, aliumque digniorem ex Capitulo Collegiatæ.* Negativè quoad primam partem; Affirmativè quoad secundam.

110 VII. *An Parochus Collegiatæ in processionibus, in quibus intervenit utrumque Capitulum, incedere debeat à sinistris Parochi Cathedralis, etiam cum stola.* Affirmativè, & ampliùs in omnibus.

DISCEPTATIO XXVII.

Faventina Immunitatis.

PRO

Curia Episcopali Faventiæ.

ARGUMENTUM.

Ecclesiasticis personis quando licitum sit aperire furnum pro vendendo pane, conficiendo ex frumento, recollecto in propriis bonis; Et quibus concurrentibus, talis aperitio furni impediri possit ab Appaltatoribus; Immunitas Ecclesiastica, an, & quando læsa dicatur à Ministris Legationum; Refertur novissimum decretum Sac. Congreg. Immun. à SS. D. N. specificè approbatum, circa reintegrationem Ecclesiarum, violatarum, sivè per dolosam, sivè per violentam Reorum extractionem.

1 REintegranda omninò videtur Immunitas Ecclesiastica, multifariàm læsa à Ministris Curiæ Legationis Ravennæ, & signanter. I. loco in carceratione Josephi Coronetti pistoris, & Matthæi Ursellì venditoris panis Mensæ Episcopalis Faventiæ, qui in ipso actu carcerationis præsentarunt Executoribus eorum Literas patentes. II. In expressa prohibitione, nè eadem Mensa continuaret explanationem frumentorum in propriis bonis recollectorum, mediante usu furni, ut ex Inhibitione, & Edicto III. In alia prohibitione, facta Sæcularibus, ne accederent ad eundem furnum, nevè ab eisdem pistore, & venditore panis aliquid emerent

emerent sub rigorosis pœnis, etiam corporis afflictivis, IV. In præcepto, facto Stephano Collinæ Cursori, nè Vicario Generali Faventiæ obtemperaret, qui ejus opera indigebat pro tuitione Ecclesiasticæ Immunitatis, V. demum. In spretu censurarum, nec non in inaudita declaratione, quod Ministri Curiæ Legationis Ravennæ, nec etiam possint in Ecclesiasticas censuras incurrere, quando exequuntur mandata Superiorum ibi: *E che per ciò conseguentemente li sopradetti per la dovuta, e prestata obbedienza, non hanno incorso, ne potevano incorrere Censure Ecclesiastiche*, ut ex Notificatione impressa de ordine Legationis.

Quoad I. caput læsionis Immunitatis mediante dicta carceratione pistoris, & venditoris panis Mensæ Episcopalis, illud est adeò patens, ut superfluum videatur ad illud comprobandum textus, Doctorum authoritates, & rationes deducere, quas omnes ad satietatem adducit *Sperell. decis.* 128. *per tot. ubi num.* 8. opinioni contrariæ notam temeritatis meritò attribuit. 1

II. Pariter caput læsionis, ob prohibitionem usus furni, eadem pollet claritate, attentis dispositionibus Sacrorum Canonum, Doctorum sententiis, & resolutionibus hujus Sac. Congregat. relatis à *Pignatell. consult.* 486. *tom* 1. *& consult.* 34. *tom.* 2. *& consult.* 30. *to.* 7. & omissis innumeris aliis extrà Statum Ecclesiasticum, respectu Civitatum subditarum Summo Pontifici resolutum fuit *in Eugubina* 9. *Martii* 1632. *Forosempronien.* 25. *Aug.* 1633. *Viterbien.* 14. *Dec.* 1649. *Nucerina* 25. *Janua.* 1650. & novissimè *in Acquipendii* 7. *Aprilis* 1694. *& Assisien.* 4. *Decemb.* 1695. 3

Nec dicatur, potuisse Card. Legatum ad hanc prohibitionem furni devenire, attentis suis specialibus facultatibus; Cum enim eædem facultates restrictæ literaliter sint ad solam descriptionem frumenti, dandam Eminentissimo Legato, & ad venditionem ejusdem faciendam justo pretio, ab eo stabiliendo, quando adsit urgentia in Provincia, non possunt habere locum in præsenti, in quo tantùm abest, quod Eminentissimus Legatus voluerit emere frumentum nostræ Mensæ Episcopalis, quin potiùs licentiam concesserit pro illo alibi transportando, ut patet ad sensum; Absque ulla difficultate, ex quo in præsenti non est quæstio circa eandem descriptionem, sed unicè quæritur, an eadem Mensa, etiam cum pauperum commodo, potuerit furnum aperire, cujus respectu nulla exhibetur in contrarium facultas Eminentiss. Legati, & militant è conversò omnes resolutiones hujus Sac. Cong. & signanter in *Reatina*, quam refert *Pignatel. consult* 34. *n.* 52. *tom.* 2. ibi: *Il Capitolo, e Canonici di Rieti espongono &c. che loro fosse lecito aprire il forno per spianare li loro grani &c. anche con utile della povertà &c. Sacra &c. respondit; Licere, gaudere, dentur declarationes, & utantur Jure suo.* 4 5 6

Minùs credimus ex adversò procedendum esse in hac materia per viam argumentationis, ut oretenus audivimus, ex dispositione *Textus in capit. Præterea de Offic. Judic. delegat.* ubi disponitur, quòd Judex delegatus jurisdictionem habeat in omnibus dependentibus à sua commissione; Proindeque cum Eminentissimus Legatus habeat à Papa omnem facultatem circa venditionem frumenti, dicatur quoque illam habere quoad confectionem panis; Omissa enim incongruitate animadversionis in materia Ecclesiæ Immunitatis adeò privilegiata. Respondemus, eundem *Textum* procedere in commissionibus generalibus, non autem in illis, quæ habent certam formam, ut in præsenti, quod probat ibidem *Gl. Verb. Simpliciter* ibi: *Sine aliqua forma expressa, quia si certa forma esset data, illa esset servanda &c. Sed cum simpliciter mandat, quod justum fuerit, exequaris*, & idem probant ibidem omnes Repetentes, ut videre est apud *Abbat. Bald. & Decis. numer.* 1. 7

Cum igitur hanc certam formam habeamus in nostris terminis, hoc est circa descriptionem, & venditionem frumenti, non est locus exorbitanti extensioni facultatis; quæ de per se commodè stare potest, nullamque habet dependentiam, vel connexionem cum furno, juxtà magistrale *cons. Rom.* 461 *per tot.* quem sequitur *Felin. in dicto capit. præter ea num.* 4. ibi: *Ea ratione, quia qui vult antecedens, non videtur velle consequens, quando antecedens per se etiam stare potest.* Et advertit ibidem *Hostien.* his verbis, *Idem juris est in utroque connexo, ubi alterum sine altero esse non potest, secùs autem, ubi alterum sine altero esset, & diversa ratio reddi potest, & sic tolluntur contraria.* Atque applicatur dispositio *Text. in c. Porrò de Privileg.* ibi: *Sic enim volumus privilegiorum suorum servare tenorem, quod eorum metas transgredi minimè videantur*, quem in nostris terminis expendit *Pignatel. consult.* 34. *sub n.* 23. *tom.* 2. 8 9

Prout etiam non credimus adducenda exempla aliorum Legatorum, qui usum furni in suis Provinciis aliquando Ecclesiasticis non permiserunt; Ultrà quod enim hæc inspectio non cadit in præsenti, ut infrà dicetur, non licet arguere ab uno ad alium casum, quando in uno casu non concurrunt illæ circumstantiæ, quæ concurrunt in alio; *Temerarium enim est, & indignum aliquem sibi sua authoritate præsumere, quòd Romana Ecclesia alicui, certa ratione inspecta, singularibus voluit beneficiis indulgere*, sunt verba *Alex. III.* registrata *in c. Sanè* 9. *de Privil* quæ ad effectum, de quo agitur refert, & sequitur *Pignat. consult.* 34. *sub n.* 24. *tom.* 2. 10 11

Verùm ad quid defectum jurisd. in nostra hypothesi ex aliis probationibus inducere, dum illum agnovit ipsemet Eminentiss. Legatus, de cujus scientia, & consensu fuit habitus recursus ab Appaltatoribus ad Sac. Congr. Boni Regiminis, ut ex Relatione, ad eandem transmissa, & clariùs ex Epistola SS. D. N. directa, & per manus transmissa ex commissione ejusdem Eminentiss. Legati. 12

Ex qua notitia recursus ad dict. Sac. Congreg. alium irrefragabilem deducimus defectum jurisdictionis, resultantem ex Reformatione die 4. Jun. 1692. emanata à SS. D. N. à qua nullius roboris, & momenti declarantur omnia ea, quæ geruntur coram aliis Judicibus, postquam una ex Sacr. Congregation. manus in Causa apposuit, de qua *discept.* 11. *numer.* 32. Quod verificatur in præsenti, ex quo d. Sac. Cong. die 15 Januarii scripserat Eminentiss. Legato pro informatione, & præsentatio inhibitionis sequuta fuit die 22. ejusdem, sicq; tempore, quo notitia appositionis manus Sacr. Congreg. erat publica in eadem Civitate, ut colligitur ex protestatione ab Appaltatoribus in Actis Curiæ Episcopalis facta, & R. P. D. Secretario consignata. 13

III. Caput læsionis Immunitatis circa prohibitionem, factam Sæcularibus, ne emerent panem à nostro furno, est literaliter decisum à Bonifacio VIII. *in capit. Eos, qui de Immun. Eccles. in* 6. ubi declarat ipso facto excommunicatos eos, qui similes faciunt prohibitiones ibi: *Eos; qui temporale dominium obtinentes, nè Prælatis, aut Clericis, seù Personis Ecclesiasticis quidquam vendant, aut emant aliquid ab eisdem &c. aliquando interdicunt &c. cum talia in derogationem Ecclesiasticæ libertatis præsumantur, eo ipso excommunicationis sententia decernimus subjacere.* Quem uno calamo sequuntur Doctores, ut videre est apud *Covarr. in cap. Possessor par.* 2. *§* 4. *num.* 8. *&* 9. *de Regul. Jur. in* 6. *Grammat. dec.* 100. *num.* 8. *& seq.* ubi refert, ita decisum à Regio consilio *Bonacin. de Censur. in Bulla Cœnæ content. disput.* 1. *qu.* 10. *fol.* 117. *& punct.* 3. *proposit. unica num.* 1. ubi, quod in hanc excommunicationem incurrere possunt etiam ipsimet S. R. E. Cardinales, *Bellet. disquis. Cleric. part.* 1. *de Exempt. Cleric. à Stat. sæcular. §.* 3. *num.* 4. *vers. Multòminùs* ubi *num.* 5. aliis adductis, probat, non obstantibus similibus prohibitionibus, posse Ecclesiasticos continuare in exercitio, *Bordon. Oper. moral. cap.* 20. *de Stat. Laicor. num.* 20. *vers. Certum est ergo*, *Pignatel. consult.* 72. *num.* 7. *& seqq. tom.* 8. *& Pasqualig. qu. moral. centur.* 1. *qu.* 64. *per tot.* 14 15

IV. De prohibitione, facta Cursori, ne exequeretur mandata Vicarii Generalis Faventiæ comprobat *Pignatell consult.* 172. *tom.* 1. *& consult.* 72. *tom.* 8. ubi ad id adducit quamplures authoritates, & resolutiones hujus Sacræ Congregationis frustrà hic transcribendas, signanter autem hoc decisum fuit in una *Assisien.* 21. *Martii* 1646. ibi: *Ad* 3. *Eundem Prætorem non potuisse præcipere Balivis suæ Curiæ Laicalis, ne inservirent, & non obedirent Curiæ Episcopali, & ab eo revocandum esse dictum ordinem per actum publicum &c. Qua revocatione facta, absolvatur*, & priùs *in Vercellen.* 30. *Junii* 1632. *& in Manuten.* 2. *Septembris* 1684. *libr. decret. Roccii folio* 578. 16

V. Demùm est cæteris omnibus manifestius, & quidem adeò circumspectè in hac materia violationis Immunitatis procedunt Doctores, ut nedum communiter firment, censuras, ex hac ratione incursas, esse Summo Pontifici reservatas, ut videre est apud *Fagnan. in cap. Dùm pro causa de Senten. excommu.* ubi respondet omnibus contrariis, *Ventrigl. in Prax. rit. de Immun. Eccles. annot.* 23. *§.* 2. *numer.* 76., ubi, quòd hodiè hæc sententia non admittit ampliùs dubietatem, attentis resolutionibus hujus Sac. Congregat., & speciali decreto Clemen. VIII. *Marant. tom* 2. *controverf. respons.* 35. *n.* 14. *& seqq. Barbos. de Offic. & potest. Episcop. alleg.* 50. *n.* 167. *Duard. ad Bullam Cœnæ lib.* 2. *can.* 15. *quæst.* 10. *num* 19. *Pignatel. consult.* 493. *in fine tom.* 1. ubi testatur de perpetua praxi hujus Sac. Congreg. *& consult.* 59. *num.* 15. *&* 47. *tom* 2. *& Clarlin. controv.* 10. *nu.* 38. *&* 39. ubi quod hoc procedit etiam in dubio. 17 18

Verùm etiam iidem Doctores in executionem specialium decret.

decret. s. m. Urbani VIII. emanat. 5. Septembr. 1626. advertunt, nec etiam cum reincidentia posse Auditorem Cameræ, vel quodvis aliud Tribunal ab eisdem censuris absolvere, ut 19 videre est apud *Pignatel. consult. 60. n. 27. & seqq. lib. 2. & consult. 19. numer. 50. lib. 6.*

Imò ex circulari Epistola hujus Sacr. Congr. die 15. Octobris 1628. & reiterata 19. Julii 1661. interdictum est cuicumque, etiam ipsis Archiepiscopis in casu appellationis, in illa 20 se ingerere, nisi priùs certiorata hac Sacr. Congreg. quam refert *Pignatell. consult. 495 tom. 1.* ibi: *Quando si tratta d'appellatione, e di ricorsi in cause di violatione d' Immunità, di libertà, e giurisdittione Ecclesiastica, e di censure per d. causa fulminate, non dovrà, &c. ne si proceda ad atto alcuno, se prima non ne sarà dato raguaglio à questa Sagr. Congregatione Così esseguirà &c. inviolabilmente con far registrare la presente negli atti della Cancellaria di detta Curia Arcivescovale &c.*

Si igitur ipsimet Archiepiscopi, qui de jure omnes recipere possunt, & debent appellationes ab eorum Suffraganeis, nec etiam ser. ser. possunt in hac materia se ingerere, neque procedere *ad atto alcuno*; Quantò magis abstinere debebat Emi-21 nentiss. Legatus à declaratione, quod ejus Ministri *non hanno incorso, ne potuto incorrere censure Ecclesiastiche*, à Vicario Generali Faventiæ ser. ser. fulminatas.

Quod enim in has censuras indistinctè incurrant quicumq; executores, etiamsi id faciant cum licentia Superiorum Ec-22 clesiasticorum, & ipsorum Ordinariorum probat, aliis adductis, *Novar. in Summ. Bullar. comm. 72. num 31. fol. mihi 112.* Et in terminis Ministrorum cujusvis Card. Legati, etiam quando exequuntur mandata sui Superioris, in specie probant *Panimol. decis. 85. annot. 1. numer. 24. & Pignat. cons. 170. nu. 15. & seqq. tom. 1.* & concordant adducti per *Vener. in Exam. Episcop. lib. 7. cap. 12. de Offic. Legat. num. 17.* ibi: *An Legatus à latere possit attentare aliquid contra Canones, vel generalem consuetudinem Respondeo non, quia hoc est frangere Jus, quod ipse non potest facere; Imo in omnibus negotiis ipse debet servare Jus commune, quia commissio data est ad ædificationem, non ad ruinam, & destructionem.*

Et adhuc non est effluxus annus, quod idipsum individualiter determinavit hæc Sacr. Congreg. Partibus acerrimè informantibus contra eandem Legationem Romandiolæ, *in Arimen. 30. Martii 1694.* ibi: *Censuras sustineri, absolutionem non suffragari ex defectu potestatis, Confessarium monen-23 dum, & Eminentiss. Episc. procedat serv. ser. ad ulteriora super spretu censurarum &c.*

Nec dicatur Eminentiss. Legatum non processisse per viam absolutionis, sed declarationis, quod censuræ erant nullæ: Cum enim in hac materia nullam habeat potestatem idem Eminentiss. Legatus, nullo modo in illa poterat se ingerere, ut de se patet: Ceterùm multò magis videtur esse declarare, quod ejus Ministri non possint incurrere censuras Ecclesiasti-24 cas, quàm illos absolvere: Unde si hoc ei non conceditur, eò certiùs primum dici debet denegatum, ut benè ratiocinatur *Curt. Jun. cons. 157. n. 30.*

Ex quibus, constito de violatione Immunitatis, reintegranda videtur Ecclesia mediante declaratione nullitatis omnium supradictorum actuum, & prohibitionum, & continuatione usus furni, ad hoc, ut Populo, qui scandalum ex 25 eadem violatione recepit, innotescat emendatio, & non detur scandalorum multiplicatio, ut semper practicavit hæc Sac. Cong. & practicandum monent *Peregr. de Immun. capit. 15. num. 26. Pignat. cons. 170. num. 3. tom. 1. & Panimol. decis. 85. annot. 1 num. 1.* Et in terminis similium excessuum Ministrorum Legationis, notat idem *Pignat. ubi supra n. 15. & seq.* ibi: *Unde ratione exempli, ac præjudicii Immunitatis Ecclesiasticæ, præsertim quia agebatur de casu notorio, mandavit Ministris Card. Legati satisfactionem, præstandam Ecclesiæ, & deinde absolutionem in forma.*

Quatenus autem aliquid relevans ex parte Appaltatorum deducatur ad impediendum continuationem usus furni, erit promptus locus cum omni celeritate illius discussioni, post 26 reintegrationem tamen Ecclesiæ, quæ omni jure præcedere debet, ex notis Juribus, & perpetua praxi hujus Sacr. Congregationis.

Hoc unum per transitum subjungendo respectu hujus inspectionis, quod non videntur stare simul ea, quæ referun-27 tur in Relatione, transmissa Sac. Congreg. Boni Regiminis cum illis verbis; *Lo stabilimento di d. Appalto seguì con la fiducia, che il Sig. Card. Vescovo havesse &c. lasciato libero per dd. Appaltatori lo spiano, e con tal speranza, e moral certezza, acconsentirono i medemi alle sudette condizioni &c.* Et ea, quæ leguntur in 10. Capit. Appaltus, specialiter confirmati, & approbati ab Eminentiss. Legato, ibi: *Eminentiss. &c oblationem pro Appaltu furni panis venalis Civitatis Faventiæ &c. cum omnibus in ea contentis confirmavit, & approbavit &c. cum solitis Capitulis videlicet &c. X. Non potranno gl' Appalta-28 tori pretendere dall' Abbondanza, e Communità ristoro alcuno in caso di pretensione, che havessero gl' Ecclesiastici, ò altri Privilegiati d' aprire forni &c.*

Publico autem præjudicio in dict. Relatione inculcato, & oretenus exagerato, respondet egregiè *Pignatel. cons. 34 sub num. 13. tom. 2.* ibi: *Præjudicium verò publicum, quod prætexitur, est merum figmentum, imò prætensio Laicorum tendit directè in præjudicium publicum, nam si præjudicium consideratur in ordine ad emptorem, non potest considerari in hoc casu, quia panis, vinum &c. sunt æqualia* (majora in nostra hypothesi) *cum pane, & vino Laicorum, & quoad qualitatem, 29 semper sunt meliora, atque Annona est bonum publicum; Si autem consideretur in ordine ad Magistratum sæcularem, qui vult, quod solùm vendatur panis, & vinum in suis furnis, & tabernis, ut ipsi majori sit emolumento, hoc est commodum merè privatum, ut disertè Diana, qui alios congerit p. 1. tract. de Immun. resol. 69. Menoch. consil. 800. numer. 30. Marta de Jurisdict. par. 4. centur. 1. cas. 2. num. 10. Bellet. disq. Cleric. par. 1. tit. 6. §. 3. n. 8. Nihilque aliud est, nisi monopolium 30 in præjudicium publicum, quod regulariter est iniquum, Reipublicæ injuriosum, eò quod Cives emere cogantur cariùs à Magistratu, cæteri verò de Republica, quales etiam sunt Ecclesiastici, impediantur justè, & commodè negotiari, benigniores que esse in pretio aliis Civibus.*

Et tamen hujusmodi prætensum præjudicium nullo modo in facto subsistit, quia Episcopi Faventiæ pro tempore, & signanter clar. mem. Card. Rossettus *hà fatto ogn' anno aprire forno, e fare il pane con il grano, raccolto ne' beni della Mensa*, ut in publica attestatione, exhibita in manibus R. P. D. 31 Secretarii. Si igitur Appaltatores panis benè sciebant quid cæteri Episcopi in hac materia practicarunt, & si hac scientia non obstante, expresè in Capitulis Appaltus convenerunt, non posse, nec à Communitate, nec ab Abundantia aliquam remissionem hoc prætextu prætendere, non est cur tanti insistatur in eo præjudicio, quod ipsimet interesse habentes pro tali non agnoverunt.

In eadem Causa.

Ex unica facti animadversione corruunt omnia exadversò cumulata super prætenso spretu inhibitionis, asserta purgatione attentatorum, & competentia jurisdictionis Eminentissimi Legati, quod scil. duo patentati Mensæ Episcop. Faventiæ carcerati indebitè fuerunt, Joseph nimirum Coro-32 nettus Pistor, & Matthæus Ursellinus venditor panis, & tamen contra ultimum eadem inhibitio non fuit exequuta, sed contra *Matteo Ghetti, che si presumeva dovesse essere il venditore del pane*, ut legitur in exadversò Sum. & admittitur in Informatione Eminent. Legati, § *Migiunse* Omnia igitur de facto gesta contra eundem Matthæum Ursellium, qui in ipso carcerationis actu suas exhibuit Literas patentes, registratas in exadversò Sum. sicuti salvari non possunt ab evidenti nullitate, & injustitia, ita sufficiens præbuerunt motivum Vicario Generali Faventino, serv. serv. procedendi ad censuras Ecclesiasticas, habito etiam respectu ad carcerationem Co-33 ronetti Pistoris, non obstante præsentatione inhibitionis, ab eodem factæ, ut probavimus *sup. n. 2.*

Non obstantibus comparitione, & appellatione, exadversò interposita ad Eminentissimum Legatum, Huic enim obiecto egregiè, & in individuo respondet *Pignatell. consult. 18. nu. 52. tom. 6.* ibi: *Neque obstaret si Rei appellarent etiam ad Card. Legatos, appellatio enim solùm admittitur à præce-34 ptis comminatoriis, non autem* (ut in casu nostro) *à declaratione excommunicat. jam incursæ, secundùm distinctionem communiter receptam Scacc. de Appel. p. 17. limit. 22. nu. 1. & 6 Ricc. in Prax. p. 4. res. 18 num. 2. & seq.* ubi quod ita serv. Curia Rom *Sperell. dec. 48. num 42. lib. 1. & dec. 160. numer. 57. lib. 2.* ubi, quòd sæpius id declaravit Sa. Cong. Imm. alioquin nunquam possent ferri declaratoriæ contra violatores Immunitatis Ecclesiasticæ.

Nec etiam refragante dispositione *extravag. Cùm Matthæus de Hæretic.* Illa enim literaliter restricta est ad Inqui-35 sitores hæreticæ pravitatis, & à Doctoribus extensa ad solos Gubernatores Status Ecclesiastici, habentes Breve Pontificium, nullo autem modo suffragatur birruariis, & aliis inferioribus ministris; Imo nec etiam Gubernatoribus, patentatis à Sacra Consulta, ut ex notoria praxi Sac. Cong. Immunitatis

nitatis advertit *Pignatell. consult. 4. num. 7. tom. 5.* ubi, quod ita decisum fuit *in Tolentina 16. Julii 1669. & Sperell. decis. 160. num. 54.* ubi refert ita pluries decisum.

Ejusdem irrelevantiæ est aliud motivum, deductum ex prætenso interesse Mensæ Episcopalis, quo attento Vicarius non poterat dici Judex competens; Ultra quod enim hujusmodi conclusio in Jure non subsistit, ut probant adducti per *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 47. num. 14. & Rot. decis. 36. num. 14. & seqq. par. 10. rec.*

Dicimus, factum in præsenti non assistere, non enim agitur de aliquo interesse Mensæ Episcopalis, sed solum de inspectione declarationis censurarum servatis servandis latarum contra violantes Imm. Ecclesiam; *Hoc enim fieri potest etiam cum non subditis, & exemptis, quorum aliàs Episcopus, seu Prælatus esset Judex incompetens, quinimo etiamsi expressè haberent privilegium, nè ab Ordinario censurari possent, quoniam non est facere partes Judicis, sed simplicis denunciatoris, neque proferre censuras, sed declarare eas, à lege prolatas, juxta Text. clarum in clement. pr. de Privil. in princip. ubi Abbas num. 22. Zabarell. num. 24. Felin. in cap. Non potest de Sent. & re judic. ibique Fagnan. num. 16. & 23. & cæteri, de quibus Campanil. in diverſ. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. num. 42. Genuen. in Prax. Episc. Neap. cap. 59. num. 1.* ut per hæc præcisa verba probat *Card. de Luca de Jurisd. disc. 40. num. 3.* ubi, quòd omnes Sacr. Congreg. Concili, Immunitatis, & Episcoporum, retinent hanc opinionem; Quanto igitur magis ad eandem declarationem devenire potuit Vicarius Generalis Faventiæ pro tuitione propriæ Jurisdictionis, ad quem effectum subditos fieri illam turbantes, probant etiam Doctores, relati in contraria Scriptura.

Quoad facultates Eminentissimi Legati declarandi nullitatem censurarum, & incapacitatem suorum Ministrorum ab illarum incursu, quando executioni dant suis mandatis, præventivè respondimus *supra à num. 17.*

Omissis autem generalitatibus, deductis à Jure commune, & Breve Legat. quæ nec etiam à remotissimis applicantur nostro casui; Iterum dicimus, quod speciale Breve, eidem concessum circa Annonam loquitur solùm de nota, & descriptione frumenti, danda ab Ecclesiasticis, deque illius venditione in casu, quo adsit urgentia in Provincia, ut ex lectura, sicque nullo modo trahi potest ad impediendum usum furni, qui nil habet commune cum nota, jam exhibita, & frumento, quo Eminentissimus Legatus pro indigentiis Provinciæ non indiget.

Facultas, concessa in eodem Breve, procedendi adversus contravenientes Bandis, & edictis circa Annonam, non comprehendit edicta specialia, & inhibitiones, quibus mediantibus processum fuit in nostris terminis, sed contra eos, *qui quoquomodo bannis, seù edictis generalibus super Annonam, & Grasciam publicatis, & præsertim circa extractionem frumenti, &c. contravenerint &c.* cujus respectu nulla datur probatio contraventionis, cùm revera non adsit.

Cæterùm, quòd etiam attento hoc speciali Breve nullo modo possint Legati Romandiolæ procedere ad impediendum usum furnorum Ecclesiasticis, deducitur ex ipsomet contrario Summar. ubi ad hunc effectum in alio speciali, & diversissimo casu Episcopi Imolen., non processit Curia Legation., sed fuit habitus recursus ad Sacram Congregationem quæ ex speciali ordine Sanctissimi ibi; *Comanda la Santità di N. Sig. &c.* scripsit Eminentissimo Legato, non ut ex suis facultatibus ad eandem prohibitionem deveniret, sed ut Ecclesiasticis, *si compiaccia farglielo sapere*, hoc est de ordine, & voluntate Summi Pontificis; Signum evidens, quod in his casibus sit ad ipsum Summum Pontificem, & Sacram Congregationem Immunitatis recurrendum, non autem ad Card. Legatos, quod clarum quoque est ex praxi ejusdem Sacræ Congreg. EE. probè nota.

Mirum est, quod exadverso pretendatur, Eminentissimum Legatum uti Judicem Ecclesiasticum, & plenam Jurisdictionem in Ecclesiasticis habentem, non posse lædere Ecclesiasticam Immunitatem, quando, omissis innumeris rationibus, & authoritatibus, quæ ad hoc comprobandum possent afferri, punctuales deduximus resolutiones Sacr. Congregat. hoc ipsum individualiter comprobantes, inter quas unam emanatam de anno præterito 1694. contra ipsammet Legationem Romandiolæ, ipsius Defensoribus, non semel auditis, cui punctualissimè resolutioni nihil exadverso respondetur, quia revera nihil potest congruè responderi.

Sicuti pariter nec verbum quidem legitur in contraria Scriptura circa prohibitionem factam sæcularibus, ne emerent panem à furno nostræ Mensæ, quæ ex diametro repugnat literali dispositioni *Text. in cap. Eos qui de Imm. Eccles. in 6.* Itaut propterea omnino nulla, & pœnitus insubsistens declaranda videatur d. prohibitio, ad evitandam scandalorum multiplicationem, in his terminis consideratam *à Panimol. decis. 85. annot. 1. numer. 1. & Pignatel. consult. 170. numer. 3. tom. 1.*

V. Excessus prohibitionis, factæ Stephano Collinæ Cursori, nè obtemperaret Vicario Generali Faventiæ non est *falsa assertiva havendolo il medemo Vicario fatto citare ad dicendam causam quare, &c.* ut in Informatione Eminentissimi Legati, sed patens Immunitatis Ecclesiasticæ contemptus, in facto justificatus in manibus R. P. D. Secretarii, & in Jure comprobatus *supra à num. 18.* Animadversio autem citationis exequutæ per alium Cursorem, nempè Julium quodam Christophori, ut justificatur in manibus R. P. D. Secretarii, non excusat excessum prohibitionis, factæ contra Stephanum Collinam alium Cursorem, nè eidem Ecclesiastico Judici obtemperaret, ut de se patet.

Motivum præventionis, deductum ex recursu Appaltatorum ad Sacr. Congreg. boni regiminis non debilitatur ex responsione, quod ad hunc effectum requirebatur aliqua determinatio ejusdem Sacr. Congreg. Responsio enim opponitur claris verbis Reformationis, specialiter approbatæ à Sanctissimo Domino Nostro die 4. Junii 1692. ubi determinatur, sufficere, quod quocumque modo Sacr. Congreg. manus apponat, ibi *Ipsa Sacr. Congregat. mediante præfata præsentatione precum præventa, manus quomodocumque desuper apposuerit* & ubi cum ulterius determinetur, obtenta in his casibus ab aliis Judicibus esse *nullius penitus roboris, vel momenti, nec ullatenus in judicio, vel extra suffragari possint, & valeant, perinde ac si nunquam emanassent*, cessant ea omnia, quæ dicuntur de spretu, & attentatis, ut patet ad sensum.

Utrùm declaratio incursus censurarum servatis servandis facta per Vicarium Generalem Faventiæ, attentis tot capitibus excessuum Ministrorùm Legationis Ravennæ, contineat intolerabilem errorem, an autem eundem errorem plusquam intolerabilem proprius, & verius contineat notificatio, quod iidem Ministri eosdem excessus patrando, *non hanno incorso, ne potevano incorrere Censure Ecclesiastiche*, judicandum relinquimus EE. PP. Hoc unum repetentes, quod in hac materia Ecclesiasticæ Immunitatis Legati de Latere nullam habent authoritatem, ut probavimus supra, Quodque aliæ facultates, quantumvis amplæ, imo amplissimæ eorundem Legatorum, nunquam se extendunt ad impediendum ea, quæ ex sacris Canonibus, & generali consuetudine competunt Ecclesiasticis, *ex allegatis supra num. 22.*

Aperitio furni omninò necessaria est pro reintegratione Immunitatis, tot modis læsæ, illius autem continuatio non est præsentis inspectionis, sed discutienda erit post eandem reintegrationem; Ea verò, quæ involvuntur in contraria Scriptura de publico præjudicio, resultante Civitati Faventiæ ex eodem furno, discutienda pariter erunt cùm de continuatione ejusdem furni sermo erit; Non possum tamen omittere, quòd videntur imperceptibilia ea, quæ respectu hujus publici præjudicii inculcantur, quod evidenter deducitur ex publicis documentis, per Nos exhibitis, & ex ipsamet contraria Scriptura, in qua admittitur, quod Episcopi antecessores singulis annis habuerint proprium furnum pro explanatione frumenti, recollecti in bonis Mensæ Episcopalis, Quodque Administratores Annonæ, & Magistratus Civitatis Faventiæ, prævidendo continuationem, & præcisum casum aperitionis furni pro præsenti anno, expresè convenerint cum Appaltatoribus, *non potranno pretendere dall' Abbondanza, ò Communità ristoro alcuno*, quod capitulum specialiter approbatum fuit ab Eminentissimo Legato: Ubi igitur consistit hoc publicum præjudicium? Certè illud verificatur respectu pauperum Civitatis Faventiæ, qui cùm possint panem habere melioris qualitatis, & majoris quantitatis à furno Mensæ Episcopalis, inhærendo etiam capitulis Appaltus, coguntur per speciem monopolii, & ad privatam utilitatem duorum Appaltatorum, illum carius emere à furno publico, quod improbant adducti *per Pignatel. consult. 34. sub num. 3. tom. 2.* & repugnare videtur rationi, & sensui.

Die 20 Martii 1695. Sacr. Congregat. Immunitatis rescripsit: *Licuisse, & licere Mensæ Episcopali aperire furnum, sed quatenus infra 15. dies Appaltatores se offerant emere frumentum, aucta vigesima justi pretii, abstineat ab aperitione. Censuras esse nullas; Sed, circumscripta notificatione,*

tione, impressa de ordine Legationis, atque abolita fidejussione juratoria præstita per Carceratos detur facultas Archiep. Ravenaten. pro absolutione eoruddem Ministrorum ad cautelam.

56 Resolutionem hanc multoties deinde secuta fuit Sac. Congregat. Immunitatis, ac signanter in *alia Faventina* 24. *Octobris* 1699. *lib.*2. *Decr. Vallem. fol.*252. *& in Assisien.* 1. *Octobris* 1703. *libr.*3. *Decr. Vallem. fol* 523. *& in Camerinen.* 12. *Januarii* 1709. *lib.*4. *Decr. Vallem. fol* 265. Illamque pariter secuta fuit *Sacr. Rota in Bononien. Manutentionis* 2. *Decembris* 707. *§. Et hanc & §. Ex his cor. Scotto*; Itaut hodiè cum *d. Faventina* passim in hac materia procedatur.

57 Circa reintegrationem immunitatis illarum Ecclesiarum, à quibus, sivè per dolum, sivè per violentiam Rei fuerunt extracti, & in carceribus positi, à quibus deindè fugam arripuerunt, in una *Ferentina* 23. *Julii* 1715. Sacr. Congregat. Immunitatis sequentem fecit resolutionem, quam SS. D. N. pro omnibus similibus casibus servandam esse præcepit. *Sacr. Congregatio, Immunitati Ecclesiasticæ, & controversiis jurisdictionalibus præposita, habita sub die* 23. *Julii* 1715. *scribentibus de mandato ejusdem Sacr. Congregat. Advocatis Pauperum, & Fisci super dubio, contento in folio tenoris, prout sequitur, videlicet Ferentina. Placuit EE. VV. in postrema Congregat. habita die* 20. *Novemb. mox elapsi, debitam Loco immuni Cataldi, & Rocchi de Palatiis nec non Caroli de Vespasianis extractorum, restitutionem demandare; Cùm autem animadversum fuerit, non posse eandem restitutionem adimpleri quoad præmemoratos Roccum, & Carolum, eo quod ipsi perantea è carceribus aufugerant, injunctum mihi extitit per EE. VV. ut in præsenti Congreg. proponerem, an ulla quoad ipsos contumaces capienda sit provisio per quam nimirum spoliatæ Ecclesiæ consuli possit & insimul provideri, nè sub demandatæ hujus restitutionis clypeo tutos se se iidem contumaces semper imposterum esse existiment, adeò ut spe immunitatis freti, nova audeant patrare facinora: Quare EE. VV. decernendum propono, quid sit statuendum in casu, de quo agitur, quoad præfatos Roccum, & Carolum. Et etiam quid sit genenaliter observandum in ejusmodi casibus, sivè de violenta, sivè de dolosa extractione; Unanimi sensu decrevit, quòd facta declaratione per Curiam Sæcularem, se esse promptam, ad restituendum Carolum de Palatiis, & Roccum de Vespasianis Ecclesiæ Beatæ MARIÆ de Supino, ad formam mandatorum Sacræ Congregationis, necnon docto de fuga eorundem è carceribus, citrà culpam ejusdem Curiæ, debeat Episcopus, ad instantiam Fisci prædictæ Curiæ, per literas monitoriales, consuetis locis, nec non ad valvas Ecclesiæ prædictæ affigendas, supradictis Carolo, & Rocco notificare demandatam eorum restitutionem, eosdemque, exhibito salvo conductu, citare ad comparendum coram se sub certo termino præfixo, ad effectum exequendi decretam eorum restitutionem; Cum declaratione, quod si in dicto termino comparere neglexerint, devenier ad sententiam, qua, & ipsos pro restitutis, & Ecclesiam pro reintegrata declarabit; Elapso autem termino, & ipsis non comparentibus, procedat ad declarationem, ad formam Literarum monitorialium, citato semper in quolibet actu Rectore Ecclesiæ Beatæ MARIÆ de Supino violatæ, & affixa præ foribus ejusdem Ecclesiæ copia præfatæ sententiæ in forma authentica, facto tamen de omnibus verbo cum Sanctissimo; Qui ulterius posito, quod dignetur approbare supra recensitam resolutionem, specificè consulatur, quod præfata resolutio, capta in casu particulari, locum habeat in aliis futuris similibus casibus, sivè agatur de dolosa, sive de violenta extractione.* Et facta per me infrascriptum Secretarium de præmissis relatione SS. Sanctitas Sua approbavit supra relatam resolutionem Sacr. Congregationis, & exequi mandavit, non solum in casu præsenti, sed etiam in aliis futuris consimilibus casibus, sivè agatur de dolosa, sivè de violenta extractione.

DISCEPTATIO XXVIII.

Senogallien. Sepulturæ.

PRO

PP. Reformatis S. Francisci Belvederii.

CUM

Parocho Sancti Marcelli.

ARGUMENTUM.

Cadavera illorum, qui sibi sepulturam elegerunt in Ecclesiis Regularium, an sint priùs asportanda ad Ecclesiam Parochialem. Et an Parochus teneatur illa associare usque ad januam Ecclesiarum Regularium, etiam si sitæ sint extra Diœcesim; Ubi teneantur convenire, seu expectare cadaver Regulares, ad funus invitati; Ratione itineris longioris, an Parocho debeatur duplicata eleemosyna. Quando sit locus exhumationi cadaverum, vel potiùs emolumentorum restitutioni. Religiosis illius Ecclesiæ, ubi tumulantur cadavera, an debeantur omnia emolumenta funeris. Parocho, associanti cadaver ad Ecclesiam, extrà districtum Parochiæ, an debeantur duplicata funeris emolumenta.

Defuncto Bernabæo Ciucci Terræ S. Marcelli, Diœcesis Æsinæ, prævia electione sepulturæ in Ecclesia PP. Reformatorum S. Francisci Terræ Belvederii, Diœcesis Senogallien. distante à dicta Terra S. Marcelli per unum milliare circiter. Quia Parochus dicti Loci S. Marcelli noluit ejusdem cadaver consignare, prætendendo priùs super eo exequias in ejus Ecclesia Parochiali celebrare & postea retentis omnibus interstitiis, aliisque emolumentis, & vestibus, illud penè denudatum ad sepeliendum Principalibus tradere, habitus fuit recursus ad EE. PP à quibus de more scriptum fuit Episcopis Senogallien. & Æsino pro Informatione, & Voto, quibus perventis ad relationem Eminentissimi Gabriellii contigit disputare 1. dubium: *An cadavera defunctorum Terræ S. Marcelli Æsinæ Diœcesis, qui elegerunt sepulturam in Ecclesia PP. Reformatorum S. Francisci Terræ Belvederii Senogallien. Diœcesis, sint priùs asportanda ad Ecclesiam Parochialem dictæ Terræ S. Marcelli ad effectum ibi peragendi, & celebrandi exequias, seù potius recto tramite ab ædibus dd. defunctorum ad dd. PP. Eccl. sint asportanda, & in illa fieri debeant exequiæ, & quatenus affirmativè quoad* 2. *partem.* 1 2

Pro negativa autem resolutione, quoad primam partem, & affirmativa quoad secundam urgere videtur punctualissima resolutio Sacr. Rit. Congreg. in alia Senogallien. 22 Junii 1675. ad 3. dubium ibi: *An Cadavera sepellienda in Ecclesiis Regularium, antequam ad eorum Ecclesiam deferantur, debeant priùs asportari ad Parochialem, & in ea permanere per aliquod tempus: Sacr. Congregat. respondit Negativè*, Quæ individualiter extensa fuit ad nostram Religionem ab eadem Sacr. Congreg. die 13. Julii ejusdem anni 1675. Nec non idem semper demandavit hæc Sacr. Congregat. & signanter *in Nepesina* 11. *Decembris* 1615. *&* 14. *Januarii* 1639. *& in Baren. de annis* 1595. 16.6. *&* 1618. testibus *Naldo in Summ. verb. Sepultura num.*13. *Gavant. in Manual. Episc. verb. Exequiæ num.*25. *Nicol. in Flosc. verb. Sepultura num.*13. *Pignatell consult.*58. *num.*8. *& seqq. tom.*3. *Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Exequiæ num.*6. *& in Supplemento ejusdem verbo Associatio cadaverum num* 4. *&* 5. *& Matthæucc. in Offic. cur. Eccl. cap.*20. *num.*1. *& seqq.* Et Sac. Congreg. Conc. *in Novarien. Funerum* 15. *Martii* 1704 *ad* 7. *dub. lib.*54. *Dec. fol.*206. *& in Messanen.* 7. *Aprilis* 1706. *lib.*56. *Decret. fol.*190. 3

Et quod magis est eædem punctuales resolutiones dictarum Sacr. Congregat. innixæ sunt rotundæ *Constit.*6. *s. m. Sixti IV. in Bull. nov. tom.*1. *§.*6. ibi *Nec cogantur inviti, etiam prætextu cujusvis consuetudinis, ipsi, vel defunctorum consanguinei, illa ad Parochiales Ecclesias, aut alia Loca deferre, & cum illis, vel sine, inibi celebrare, vel celebrari facere pro eisdem defunctis aliqua Divina officia, ante, vel* 4

post

post sepulturam eorundem, & propterea, nisi velit in Urbe in controversiam deduci Summi Pontificis authoritas, casus iste uti literaliter decisus à dicto s. m. Sixto IV. remanet omni disputatione indignus *leg. Ille*, *aut ille ff. de Leg.* 3. ut in terminis alterius Constitutionis s. m. Innoc. X. benè advertit *Card. de Luc. de Paroch. disc.* 21. *sub num.* 3.

5 Fortiùs quia pro eadem Pontificia determinatione, & dd. Sacr. Congreg. declarationibus inter alias, duæ convincintissimæ militant rationes.

I. Quia exequiæ celebrari debent in illa Ecclesia, in qua cadavera sepeliuntur, nec cogi possunt defunctorum hæredes ad illas in alia Ecclesia iterandas, ut in nostris punctualibus terminis respondit *Sacr. Rit. Congregat. in Ferrarien.* 7. *Septembr.* 1613. quam referunt, & sequuntur adducti per *Pignatell. consult.* 58. *num.* 5. *tom.* 5. *& Nicol in Flosc. verb. Sepultura num.* 12. & novissimè favore nostrorum PP. Refor-

6 matorum idem individualissimè resolvit *Sacr. Congreg Conc. in citata Novarien. Funerum* 15. *Martii* 1704. ad 7. dubium ibi *VII. An Parochi cogere possint hæredes ad peragendum in Ecclesia Parochiali omnes functiones Missæ solemnis, accensis luminibus in singulis Altaribus, & Anniversariorum, quæ fiunt in Ecclesia Reformatorum occasione funerum*, *Sacr. Congreg. respondit Negativè.*

In nostro autem casu defuncti hæres exequias fieri dumtaxat in Ecclesia Principalium desiderabat, ut probamus in Summ. Cui non adversatur aff. extrajudicialis fides ejusdem hæredis defuncti, quod jam emerat ceram pro exequiis in

7 utraque Ecclesia faciendis, quia ad illam exarandam contra suam voluntatem inductus fuit ab Adversario, omnibus modis instante pro celebratione exequiarum in sua Parochia, ut justificamus in d. Summario.

8 II. Quia si subsisteret contraria prætensio, retraherentur fideles ab electione sepulturæ, unicuique fidelium competenti, tùm attenta dispositione *Text. in cap.* I. *& pluribus seqq. de Sepult.* quàm vigore Privilegiorum Apostolicorum, emanatorum ad favorem Mendicantium, relatorum à *Lezz. in Maremagno Minorit.* § 41. *& in Summa verb. Sepultura numer.* 4.

Proindeque, nedum indirectè præjudicaretur Regularibus, habentibus jus sepeliendi cadavera illorum, qui in suis

9 Ecclesiis eligunt sepulturam, ut observat *Pignatell. consult.* 208. *num.* 1. *& seqq. tom.* 5. sed ulterius daretur non solùm virtualis, sed explicita coactio ad non eligendam sepulturam in Ecclesiis Regularium, ut ad rem notat *Peregrin. ad Constit. Leon. X. in addit. cap.* 4. *num.* 7. *&* 8. ubi ait, similes Parochorum prætensiones continere monopolium, & sapere avaritiam, oppositam libertati, unicuique in hac materia competenti, essetque inventa via à Parochis eludendi Constit. *la* 22. *s. m. Urbani VIII. &* 56. *s. m. Clementis X.* in quibus injungitur Locorum Ordinariis, nè permittant, ut Parochi majorem eleemosynam exigant ab illis, qui sepulturam in Ecclesiis Regularium eligunt, ac si exigerent, si in Parochialibus Ecclesiis sepellirentur, ea adducta convincenti ratione in dicta *Constit.* 22. *Urbani VIII* §. 1. quæ ad

10 unguem militat in nostris terminis, *eo quod multi duplicis hujusmodi funerum impensæ difficultate deterriti, in dd. Regularibus Ecclesiis sepulturam eligere non poterant, undè fiebat, ut d. Ordinis Ecclesias mortuorum sepulturis, & consequenter eleemosynis, & quæ in suffragium animarum fieri consueverant, paulatim destitutas, iri verendum erat &c.* Quas Summorum Pontificum Constitutiones secuta fuit *Sacr. Congregat. Conc. in Insularum Canariarum Jurisdictionis* 31. *Julii* 1694. *lib.* 44. *Decretorum fol.* 285. ultra catervam Doctorum, & innumeras alias antiquiores, & modernas resolutiones Sacr. Congregat. relatas à *D. Piton. discept. Ecclesiast.* 50. *à num.* 20.

Non adest autem propositio magis in Jure fundata, magisque in praxi ab omnibus Tribunalibus recepta, quam

11 non esse per indirectum permittendum id, quod alicui directè prohibitum est *cap. Cum quod de Regul. Jur. in* 6. *Surd. cons.* 301. *num.* 75. *& decis.* 21. *num.* 4. *Menoch. cons.* 285. *num.* 41 *& Bellet. Disquis. Clerical. par.* 1. *tit. de Exempt. Clericor. à muneribus* § 7. *num* 6. *& Rot. decis.* 1724. *num.* 15. *cor. Coccin.* & in nostris punctualibus terminis *Pignatel. consult.* 204. *sub num.* 11. *tom* 4. ibi *Unde illorum* (idest Parochorum) *intentio est, quod Laici cogantur indirectè eligere sepulturam in eorum Ecclesiis, & sic illos privare libertate, de Jure eis competente, ac eodem tempore infringere privilegia Apostolica, Regularibus concessa, quibus tamen Laici, neque directè, neque indirectè valent præjudicium inferre, ut per Ricc. in Praxi par.* 4. *resol.* 193. *num* 32.

12 Quin relevet decantata immemorabilis consuetudo, exadverso deducta à quibusdam partitis, extractis à Libro defunctorum Ecclesiæ S. Marcelli, & à nonnullis extrajudicialibus attestationibus, exadverso de facili exhibendis.

Multipliciter enim respondemus, & primò, quod dictæ aff. partitæ nullum probationis gradum constituere possunt, ex quo, cùm ageretur de Juribus, extrahendis à Notario non rogato, nec Successore Notarii rogati, debebant pernecesse citari Principales in illarum extractione, aliàs in nulla 13 haberi debent consideratione, ex adductis per *Vestr. in Praxi lib* 6. *cap* 1. *num* 13. & ex firmatis per *Rot. cor. Coccin. in dec.* 1205. *num.* 2. *& dec.* 1277. *num.* 11.

Secundò, quod cum Episcopus Æsinus in ejus Informatione dicat, talem prætensam consuetudinem habere originem à quodam asserto ordine cl mem. Cardin Cybo, ejus antecessoris, prout etiam colligitur ex dd. aff. partitis, exadverso dandis ibi. *Le furono fatte l'esequie in questa Parocchiale per ordine dell'Eminentissimo Vescovo appresso di me &c* dicitur constare de initio, quod cessare facit omnem præsum- 14 ptionem immemorabilis, per ea, quæ advertunt adducti per *Rot. in decis.* 2139. *num.* 16. *& seq. cor. Coccin. & dec* 519. *num.* 7. *cor. Emer. Jun. & decis.* 153. *num.* 19. *part.* 11. *& decis.* 201. *num.* 23. *part.* 13. *& decis.* 363. *num.* 6. *par.* 18. *rec*

III. Quod nostri Principales, usque de anno 1684 in actibus proportionatis, & seriis expressè protestati fuerunt, se non intendere ullo modo præjudicare Juribus, eorum Conventui, & Religioni in hac parte competentibus, ut deponunt plures testes, usque de eo tempore examinati, qui dantur in Summario, & ulterius non semel practicatum fuit contrarium, ut ostendimus in dicto Summario: Si autem uni- 15 cus dumtaxat actus, nedum contrarius, sed dumtaxat difformis, imò solus rumor in contrarium, aptus est tollere quemcumque prætextum immemorabilis consuetudinis, ex adductis per *Rot coram Ludovis. decis.* 162. *num.* 9. ibique *Add. num.* 15. ubi quod id procedit etiam si mille actus militarent pro consuetudine, & coram *Cerr. decis.* 100. *num* 19. *& decis.* 566. *num* 21. *& cor. Emer. jun. decis* 1296. *num.* 13. *&* 14. Quanto magis eundem effectum aptæ erunt operari, 16 d. expressæ protestationes, actusquè contrarii, ut conclusionem ampliando observant *Ber. cons.* 5. *numer* 23. *libr.* 1. *Schrader. de Feud. par* 10. *sect.* 10 *num.* 157. *Add. ad Ludovis. dec.* 162. *num.* 15. *Rot. cor. Bich. dec.* 290. *num.* 30. *& cor. Emer. jun. dec.* 519 *num.* 9 *& dec.* 696. *num.* 4.

IV. Demùm respondemus, quod in omnem casum, quatenus etiam per insubsistentem hypothesim, probaretur exadverso consuetudo, omnibus numeris absoluta, adhuc illa esset inallegabilis, uti infecta à dicta Constitutione Sixtina, derogatoria expressè cujuscumque consuetudinis, juxtà illa clara verba, opportunè repetenda, ibi: *Nec cogan-* 17 *tur inviti, etiam prætextu cujusvis consuetudinis, ipsi, vel defunctorum consanguinei, illa ad Parochiales Ecclesias, vel alia loca deferre, & cum illis, vel sine, inibi celebrare, vel celebrari facere pro eisdem defunctis aliqua Divina Officia, antè, vel post sepulturam eorundem*, ut, omissis generalibus in nostris punctualibus terminis observat *Matthæucc. in Offic. Cur. Regular. verb. Officialis quoad exequias num* 22. ibi: *Propter clausulam decreti irritantis, in utraquè Constitutione adjectam nequit contrà eas allegari contrarius usus, nam decretum irritans per edocta à Panimoll decis.* 1. *n.* 25. *inficit, & annullat omnia, quæ in contrarium fiunt & habet oculos retrò, omnemquè in futurum quoque consuetudinem tollit, ut per Doctores, &c. & adeò malignantis, & pesti-* 18 *feræ naturæ est, ut quidquid in oppositum inveniat; uti fulgor destruat, & os Judici claudat, tollatque facultatem aliàs judicandi, & pronunciandi, &c.*

Pro affirmativa resolutione 2. dub *An Parochus S. Marcelli teneatur associare dicta cadavera usque ad januam Ecclesiæ prædictorum PP. sita in Diœcesi Senogallien.* militat pun- 19 ctualis resolutio *Sac Congr Conc.* impressa à *Lantusc. Theatr. Reg. verb. Exequiæ*, ibi: *Dum defunctorum cadavera in Ecclesiis Regularium sepeliuntur, tenetur Parochus funerale deducere, & comitari usque ad easdem Ecclesias Regularium*; Quæ cùm emanaverit per viam legis universalis, tanquam lex in omnibus casibus punctualiter servanda est, ut notant 20 adducti supra discept. 14. *num.* 77. Et concordat *Sacr. Congregat. Rit. in Senogallien.* 22. *Junii*, & 13 *Julii* 1675 ad 5. dub. testibus eodem *Lantusc. in Theatr. Regul. in Supplemento verb. Associatio num.* 5. *& Matthæucc. in offic. Cur. Regular. verb. Officialis quoad Exequias eod. num.* Idemque demùm resolvit hæc Sacr. Congregat. 22. Februar. 1641 ut refert 21 *Lezzan. in Summ. verb. Sepultura num.* 5. *vers Nota etiam*, *& Gavant. in Manual. Episcop. verb. Exequiæ num.* 26 *& in addit. num.* 10.

Duplici

Duplici accedente congrua ratione. Prima quia misericordiæ opera in associandis defunctis ad sepulturam, magis elucere debent in Parochis, quàm in cœteris personis, ut ad rem notat *Lantusc. in Theatr. Regul verb. Exequiæ numer.*8. 22 Secunda verò, quia non est æquum, neque justum; ut defunctorum cadavera derelinquantur in publicis viis, & plateis à propriis Parochis; Sicuti enim hæc Sacr Congreg. meritò nunquam admittere voluit prætensiones illorum Regularium, qui volebant expectare per vias cadavera deferenda ad eorum Ecclesias, juxta animadversa per *Bertachin. Vot. decis.*189. *num.*7. & ad terminos novissimæ resolu- 23 tionis hujus Sacr. Congregat. in *Comen.*11. *Martii* 1706. *ad* 5. *dub.* ità ratione majori permittendum non videtur, ut eadem cadavera derelinquantur à Parochis in eisdem publicis viis, quando sepeliri debent in Ecclesiis Regularium: Ubi autem militat ead. ratio, ead. fit decisio casuum dubiorum, inquit *Bald. in leg. De quibus in princip. ff. de Legib.* quem sequuntur *Alex. cons.*5 *in fin. lib.*5. *Cravett. cons.*118. *numer.* 15. & *Rot. cor. Priol. d. dec.*229. *num.*28.

Nec recurratur ad eundem prætextum ass. consuetudinis associandi cadavera usque ad confinia utriusque Diœcesis, innixum eisdem ass. informibus partitis, & affectatis attestationibus: Recurrunt enim responsiones, supra punctua- 24 libus authoritatibus comprobatæ, quod illæ non sunt in forma probanti, utì extractæ sine citatione hujus Partis; Quod ass. Immemorabilis est prorsus insubsistens, ex quo originem habuit à cl. memor. Card. Cybo, quando præfuit Ecclesiæ Æsinæ; Quodque demùm à Principalibus impugnata semper fuit contraria prætensio.

Minus obstant attestationes aliquorum Parochorum Civitatis Æsinæ, quod cadavera sepellienda in Ecclesiis Regularium associentur usque ad Januas Civitatis à Parochis Oppidi Majolati ejusdem Æsinæ Diœcesis.

Tùm quia ass. contraria consuetudo non extenditur de loco ad locum, ex cumulatis per *Rot. cor. Emer. Jun. dec.*407. 25 *num.*6. & *in par.*12. *rec. dec.*304. *num.*9. Neque de casu ad casum, sed concludenter probanda est in casu individuo, & circa locum, de quo quæritur, ut firmavit *Rot. cor. Ludov. dec.*45. *num.*6. & *dec.*162 *num* 2. & *seqq.* & *in par.*8. *rec. decis.* 211. *num.*5. & in nostris punctualibus terminis apud *Antonell. de Jurib. Cleric. decis.*8. *num.*13.

Tùm etiam, quia dd. ass. probationes sunt simplices, & mendicatæ fides, nec non extrajudiciales attestationes sine citatione Principalium, & ideò nullatenus veniunt attendendæ, ex cumulatis per *Rot. dec.*700. *num.*27. *par.*2. & *dec.*39. 26 *num* 44. & *dec* 395. *num.*4. *par.*12. *rec.* & *cor. Priol. dec.*395. *n.*9. Et quod magis est factæ fuerunt sine juramento, adeoq; nil probant, juxtà *Text. literalem in cap. Nuper de Testib.* ibi: *Respondemus, quod nullius testimonio, quantumcumque Religiosum existat, nisi juratus deposuerit in alterius præjudicium debet credi Farinac. de Testib. quæst.*74. *num.*1. & 68. ubi, quod nec fides personarum in maxima Ecclesiastica dignitate constitutarum sine juramento probant, & *Pax Jordan. tom.*3. *lucubr. lib.*14. *tit.*18. *num.*595. & *seqq.*

Ejusdem farinæ sunt attestationes aliquorum Clericorum Terræ S. Marcelli, ut enim sepe diximus, & nunquam satis repetimus, in nostris terminis consuetudo non probatur per hujusmodi simplices, & extrajudiciales attestationes, lite pendente, & sine citatione interesse habentium procura- 27 tas, sed ad dictum effectum requiruntur plenæ probationes, inconcussam observantiam undique concludentes ex adductis per *Rot. cor. Emer. jun. decis.*809. *num.*4. & *seqq.* Signanter quia ab iisdem testibus non probatur, neque specificatur temporis diuturnitas, dum dicuntur solùm, quod cadavera associantur ad confinia, adeoque nihil probant, *Dunozet. sen. dec.*74. *num*5 cum ibi allegatis.

28 Prout etiam nullatenus meretur attendi animadversio, quod cum nostra Eccclesia sita sit in Territorio Belvederii Senogallien. Diœcesis, per illam, utporè per alienam jurisdictionem, Adversarius transire non possit cum stola, & cruce elevata in associatione cadaverum. Contrarium enim, non solùm quotidiè practicatur ab aliis Parochis Diœcesis Æsinæ, verùm etiam ab ipsomet Adversario, ut deponunt testes omni exceptione majores in nostro Summ. Et meritò, 29 ità enim resolvit hæc *Sacr. Congregat.* 15. *Novembris* 1675. his verbis. *Itidem proprium Parochum defuncti transeundo per Parochiam unius Parochi alterius cujuscumque Diœcesis, ad effectum deferendi processionaliter cadavera ad Ecclesiam Regularium, posse liberè, & licitè per eamdem cum stola, & cruce elevata transire, etiam irrequisito Parocho*, teste *Mattheuccio in Official. Cur. Regul. verb. Officialis quoad Exequias num.*8. & 9. Cujus individualis resolutionis vigore ita practicatur ab aliis Parochis, & signanter ab illo Collegiatæ Ecclesiæ Terræ Montechii Camerinen. Diœcesis, quando illius Parochiani eligunt sepulturam in Ecclesia PP. Reformatorum, posita in Terra Forani Auximanæ Diœcesis, ut probamus ex attestatione ejusdem Parochi, data in nostro Summario.

Et quod magis est ità quotidiè practicari videmus in Urbe, in his materiis omnium inferiorum Civitatum norma, & magistra, ex adductis per *Barbos. de Potest. Episcop. allegat.*76. *num.*35. *Card. de Luc. de Judic. disc.*37. *sub num.*20. & *Rot. decis.*469. *num.*62. & *decis.*560. *num.*2. & 3. *part.*19. *recent.* dùm in illis casibus, in quibus cadavera sepeliuntur 30 in Ecclesiis Regularium, vel in Oratoriis Confraternitatum, habentium privilegium sepulturæ, proprii Parochi publicè, & palàm cum stola, & cruce elevata indifferenter transeunt per omnes intermedias Parochias, ut Eminentissimis PP. probè notum est.

Deveniendo modò ad 3 dub. *An dd. PP. quando fuit electa sepultura in eorum Ecclesia teneantur priùs accedere ad Ecclesiam Parochialem, ad levandum Parochum, seù potiùs illum expectare in tertia Ecclesia, ubi fiat depositum dicti cadaveris; vel possint expectare in Janua Ecclesiæ eorum Conventus* Supplicamus observare, illud procedere cum supposito, 31 quod in loco controversiæ adsit tertia Ecclesia, in qua solitum sit fieri depositum cadaverum, sepeliendorum in Ecclesiis Regularium, quod in nostro punctualiter verificatur, dùm ex adductis in nostro Summario patet, in Terra S. Marcelli adesse Ecclesiam Confraternitatis Mortis, in qua similia deposita fieri consueverunt.

Hoc præmisso, antequam ad dubii discussionem deve- 32 niamus, distinguendi sunt duo casus. I. est quando Principales sunt invitati ad funus, & ad illud possunt intervenire. II. verò, quando ad illud, vel non sunt invitati, vel intervenire non possunt.

Primò casu supplicamus responderi Principales nullatenus teneri accedere priùs ad Ecclesiam Parochialem ad associandum Parochum, sed, attenta eadem consuetudine, con- 33 venire debere in dicta tertia Ecclesia Confraternitatis Mortis, ut referendo quam plures resolutiones *Sacr. congregat. Rituum*, & signanter in *Tropien.* 8. *Februarii* 1631. & *in Thelesina* 12. *Februarii* 1633. notant *Nicol lucubr. Civil. libr.*4. *tit.*15. *num.*25. §.6. ibi: *Regulares, vel alii funus comitantes, non permittuntur expectare per vias, neque ad domum defuncti, sed tantùm in Ecclesia Parochiali, vel alia, in qua depositum esset cadaver, Gavant. in Manual. Episcop. verb. Exequiæ num* 11. *Lantusc. in Theatr. Regul. in Supplemento verb. Associatio Cadaverum num.*5. *Matthæuc. in Official. Cur. Regul verb. Officialis, quoad Exequias num.*3. & *Monacell.* 34 *in Formul. tom.*1. *fol.*113. *num.*36. referentes, & sequentes aliam resolutionem Sac. Congregat. Rituum 13. Junii 1675. quæ non potest esse magis individualis, ibi *Sac. Congreg. inhærendo aliàs decretis, respondit, Regulares debere congregari in illa Ecclesia tertia, ubi cadaver fuit depositum*; Idemque resolvit hæc Sac. Congregat. *in Viglevanen.* 13. *Novembris* 1600. teste *Pignatell. consultat.* 49. *numer.* 3. *in fine tom.*3.

Hujusmodi autem punctuales resolutiones Sacr. Congreg. 35 innituntur Rituali Rom. in quo specificè consuetudo similis præservatur in illis Locis, in quibus viget, ut videre est *in tit. de Exequiis* §. *Exequiarum ordo* ibi: *Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, & alii, qui funeri interesse debent, & in Parochialem; vel in aliam Ecclesiam, juxta Loci consuetudinem, ordine conveniant.*

Quibus non adversatur quædam informis attestatio Petri Federici, olim Curati Terræ Belvederii, quod Principales in similibus casibus accedant ad Ecclesiam Parochialem ejusdem Terræ ad levandum Parochum. Ultrà quod enim ad- 36 versus dict. extrajudicialem attestationem militant eædem exceptiones, suprà comprobatæ, quod sit facta lite pendente, sine juramento, non citatis Principalibus, sitque simplex fides. Respondemus, id procedere ex eo, quod in dict. Terra non adest tertia Ecclesia, in qua fieri possit depositum cadaveris; Toto spiritu supplicantes ad hanc facti circumstantiam benignè reflectere, quia ex illa inapplicabiles remanent nostro casui resolutiones omnes hujus Sacr. Congregat. & alterius Sacrorum Rituum, de facili ex adverso allegandæ; Quæ procedunt, & emanarunt in illis terminis & 37 pro illis, Locis, in quibus tertia Ecclesia nullatenus reperiebatur, ut ex lectura: Notum autem est, quod Doctorum authoritates, & resolutiones Sacr. Congregat. non applicantur, quando in illis non concurrunt eædem circumstantiæ, in quibus emanarunt, ut advertunt *Gabriel. cons.*38. *num.*17.

num.17. lib.2. Spad. conf.136. num.12. lib.1. & Gob. consultat.80. num.75.

Secundo casu, quandò scilicet Principales, vel non sunt invitati, vel nequeunt accedere ad exequias, supplicamus respondere, nedùm posse, sed debere expectare ad januam eorum Ecclesiæ, ex dicta punctuali resolutione *Sac. Congreg. Rituum* in sæpe citata sed nunquam satis laudata *Senogallien.* 38 *12. Jun. & 13. Jul.* 1675. ad 4. ibi: *An Regulares cogi possint ad associanda cadavera, in eorum Ecclesiis tumulanda, an verò possint expectare in dictis propriis eorum Ecclesiis; Sac. Congregat. respondit; Regulares non posse cogi ad exeundum à propriis Ecclesiis, ad effectum associandi cadavera, in eisdem sepelienda, sed sufficere, quòd illa expectent ad januas,* quam refert, & sequitur *Matthæucc. in Official. cur. Regul. verb. Officialis quoad Exequias num.4.* Et ratio est evidens, quia non est repositum in voluntate illorum Religiosorum, in quorum Ecclesia tumulandum est cadaver, accedere ad funus, sed totum pendet ab arbitrio hæredum, qui possunt neminem, nisi solum Parochum vocare, juxta innumeras resolutiones antiquas, medias, & modernas, quas referunt, & sequuntur *Panimoll. dec.5. adnot.3. num.70. Lantusch. in Theatr. Regul. verb. Exequiæ num.3. & in Supplem. verb. Associatio cadaverum num.4. Matthæucc. ubi supra num.15. & Monacell. in Formul. legal. fol.14. sub num.7.*

Non omittentes hìc pro omnimoda hujus dubii discussione observare, quod depositum cadaveris, faciendum in tertia Ecclesia, non pendet ab arbitrio Parochi, sed à sola voluntate hæredis, itaut eidem permissum sit, etiam dissentiente Parocho, tale depositum in tertia Ecclesia facere, ut re-39 solvit *d. Sacr. Congregat. Rituum in d. celebri Senogallien. 22. Junii* 1675. *ad 1. dub.* ibi: *An hæredes defunctorum sint cogendi ad retinendum domi cadavera usque ad tempus illa sepeliendi, an verò eisdem hæredibus liceat pro libito asportare prędicta cadavera è propriis domibus ad quamcumque aliam Ecclesiam per modum depositi, usque ad horam illa tumulandi, etiamsi sepelienda essent in Ecclesiis Regularium, non obstante dissensu Parochi, seù prohibitione, ab eo facta, uti Vicario Foraneo, Sac. Congreg. respondit; Quoad tempus humationis cadaveris servandam esse Synodum, & in reliquis petita, & etiam non obtenta licentia; posse cadavera deponi arbitrio hæredum in qualibet Ecclesia usque ad tempus illa processionaliter deferendi ad Ecclesiam sepulturæ.*

Ex quibus promanat negativa resolutio quoad primam, & affirmativa quoad secundam partem quarti dubii, *An ca-*40 *daver quondam Bernabæi Ciuccii fuerit ritè, & rectè tumulatum in dicta Ecclesia Parochiali S. Marcelli, vel potiùs restituendum sit prædictæ Ecclesiæ PP. Reformatorum Belvederii,* Ecclesiæ enim, in qua defunctus legitimam sepulturam elegit, competit vindicatio corporis defuncti, in alia Ecclesia tumulati, ex literali *Text. in cap. Cùm liberum de Sepultur.* cum aliis apud *Gavant. in Manual. Episcoporum verbo Sepultura num.21.* & resolvit *Sac. Congreg. Conc. in Romana Juris sepeliendi 17. Augusti* 1697. impressa apud *Antonell. de Jurib. Cleric. fol.20.*

Neque valet excusari Adversarius ab hujusmodi restitutione sub prætextu bonæ fidei, quia ista nullatenus subsistit 41 ex adductis in nostro Summario, necnon ex protestationibus, factis à Principalibus in actu transportationis dicti cadaveris, concludenter justificatis in eodem nostro Summ.

V. Demùm dub. *An, & quæ emolumenta funeris sint debita eisdem Partibus,* supplicamus resolvi cum rescripto, omnia emolumenta funeris nostris Principalibus debita esse.

Quamvis enim, Jure communi attento, debeatur Parochis quarta, juxta *Clement. Dudum §. Verùm de Sepult.* nostra Seraphica Religio illam tradere nullatenus est obligata, attentis ejus amplissimis privilegiis, & exemptionibus, per diversos Summos Pontifices eidem gratiosissimè concessis, à quibus liberatur expressè, & eximitur à solutione cu-42 juscumque quartæ, signanter in *Constit.4 §.28. Clementis IV. Constitut.6. §.7. Sixti IV. Constit.11. S. Pii V.* Necnon in Breve Julii III. in quibus omnibus expressa legitur derogatio dictæ *Clement. Dudum,* ut notant *Pignatell. consult.70. numer.2. & seqq. tom.7. & consult.145. numer.1. & seqq. tom.9. Lezzan. Oper. Mor. tom.2. verb. Quarta funeralis sub num.3. & Matthæucc. in Official. Cur. Regul. verb. Officialis quoad quartam num.5. versic. Minores,* & resolvit *Sacr. Rot. apud Lezzan ubi supra fol.580. & cor. Coccin. dec.1072. num.3. & cor. Royas dec.179. per tot.* quæ raro exemplo, emanavit con-43 tra Parochum informantem, favore nostræ Religionis, ob ejus notam paupertatem propria Jura deducere non valentis, *& decis.263. per tot. part.15. recent.* Et pluries resolvit *Sacr. Congreg. Concil.* favore nostrorum Principalium, signanter in *Rossanen. 21. Septemb.* 1591. *lib.7. Decret. fol.81. & in Baren. Quartæ funeralis 7. Maii* 1672. *& in Nullius 21. Maii* 1678. *Lib 30. Decret. fol.89.*

Estque in hac parte favore omnium Mendicantium magistralis decisio Sacr. Rot. in *Senogallien.* impressa apud *Antonell. de Jur. Cleric. decis.8.* & duplata apud *Bertachin. post Votum decisivum* 101. in qua, nedum solidis ostenduntur innixa fundamentis Regularium privilegia, sed ulterius de-44 monstratur, eisdem nullatenus obstare Juris communis dispositionem, Sanctionem Concilii Tridentini, observantiam, quatenus prætendatur in contrarium, necnon Sacr. Congregat. resolutiones, itaut ad evitandam ulteriorem prolixitatem remissivè Nos habemus ad eandem decis. Est pariter in hac materia magistralis resolutio *Sacr. Congr. Conc. in Mantuana 16. Januarii* 1694. quæ emanavit acriter Informantibus, tam Procuratoribus Generalibus omnium Religionum Mendicantium ex una Parte, quam omnibus Parochis Civitatis Mantuæ ex alia, illamque per extensum impressit D. Advocatus Pitonius in *Tom.2. suarum discept. Eccles. fol.55.*

Non obstante dispositione Sacr. Conc. Trident. *sess.25. de Reform. cap.17.* Concilium enim loquitur de Monasteriis, & Conventibus, fundatis 40. annis ante illius promulgatio-45 nem, & à quibus ante idem tempus eadem quarta Parocho solvi consueverat, ut liquet ex illius lectura, & notant *Gutier. de Juram. part.2. cap.4. num.3. Rodriquez quæst. Regul. tom.1 quæst.41. artic.2. Barbos. de Paroch. cap.25. numer.12. Passer. de Stat. Homin. quæst.187. num.667. & 670. & Rot. apud Tambur. de Jur. Abbat. decis.84. num 4. & in part.15. recent. decis.263. num.10. & seqq.;* Noster autem Conventus, ut justificamus in Summario, fundatus fuit 26. Maii 1614. & sic 50. annis post promulgationem ejusdem Concilii, sequutam die 26 Januar. 1564 ut ad nostrum effectum observat *Rot. apud Bertachin. dict. vot. decis.101. sub num.8.* & consequenter nullo modo tenetur ad solutionem ejusdem quartæ, juxtà literalem declarationem *S. Pii V.* 46 *Constit.41. num.11.* cum aliis apud *Barbos de Paroch. cap.25. num.13. Pignatel. consult.70. num.6. tom.7. Passer. Stat. homin. quæst.287. art.4 à num.663. & Rot. dec.243. num.13. cor. Peuting. & in Postnanien. Jurium Parochial. 4. Julii* 1696. *§. Neque & 5. Maii* 1698. *§. Decrevit quippe cor. Card. Priol.*

Minùs recurratur ad solitum præsidium exaggeratæ consuetudinis solvendi eandem quartam, innixam forsan attestationibus Parochorum Sancti Laurentii, & Belvederii, 47 quia, ut supra pluries diximus, attestationes extrajudiciales non sufficiunt ad probandam consuetudinem, præcipuè, quando factæ sunt sine juramento, & absque citatione Partis, & quod magis est concernunt commodum illorum, qui dd. attestationes fecerunt, juxtà terminos nostri casus, ut in punctualibus, imò longè fortioribus terminis similis attestationis, factæ à persona, in Ecclesiastica dignitate constituta, nempè ab Episcopo, firmavit egregiè *Rot. in decis. 179. num 6. cor. Royas,* & meliùs apud *Dian. coordinat. tom. 8. dec.25. num.2. fol.186.*

Iterùm hic repetentes, quod quando etiam per modum simplicis discursus probaretur consuetudo cum suis necessariis requisitis, adhuc attendenda non esset, eò quia non 48 possunt Religiosi præjudicare eorum successoribus, nec renunciare privilegiis, toto Ordini concessis, ut in terminis firmavit *Rot. in decis.25. num.2. apud Dian. tom.8. & citata decis.179. num 7. cor. Royas,* cum aliis apud *Bertach. vot. deo* 100. *num.14. & 15.* ubi ampliat, etiamsi agatur de observantia longi temporis.

Indeque hæc Sac. Congr. nedùm non solet talem prætextum consuetudinis admittere, sed Ordinariis injungere, ut severè procedant contra facientes contrarium, ut signanter practicavit die 17. Novembris 1673. his verbis: *Sacr. Con-*49 *gregat. Episcop. &c. censuit, Monasteria, quamvis à 40. annis citrà ædificata, non teneri ad quartam Parochiali Ecclesiæ præstandam, si sint ejus Religionis, cui à Sede Apostolica antè 40. annos indultum fuerit, ut quartam solvere non teneantur, &c. Et contrafacientes pœnis, & censuris ab eorum Ordinariis sibi benevisis severius esse puniendos, &c.*

Prout etiam Sac. Congr. Conc. eundem prætextum nunquam admittere voluit, illumque specialiter rejecit in *Asculana Quartæ funeralis 2. Decembris 1679 libr.30. Decretor. fol.503.* ibi: *Conquerentibus PP. Reformatis, quod Capitulum Cathedralis per vim extorserat quartam ex intertitis funerum, quæ ad ipsorum Ecclesiam ducuntur, Episcopus respondit, ita consuetudinem obtinuisse, ut Capitulum, non solum à dictis Fratribus, sed etiam ab aliis Regularibus quarta solvatur, &c. dub. An ex funeribus, quæ ducuntur ad di-*50 *ctam*

ctam Ecclesiam debeatur quarta Capitulo, *Sac Congreg. ad* 1. *respondit Negativè*; Et infortioribus terminis consuetudinis etiam immemorabilis respondit ead. Sacr. Congregat. in *Baren.* 7. *Maii* 1672. ibi: *Nomine Cappuccinorum Terræ Nojæ Diœcesis Baren. oblatus fuit supplex Libellus, quo conquerebantur, quod occasione mortis D. Ducis dictæ Terræ, qui sepultus fuit in sepultura majorum, existente in dd. PP. Ecclesia, Procurator Cameralis mensæ Archiepiscopalis eos molestabat pro solutione quartæ funeralium, quam nunquam fuisse solutam exponunt, tum quia Mendicantes non comprehenduntur in decreto cap* 13 *sess.*25. *de Reform. tùm quia eorum Conventus constructus fuit de anno* 1589. *prout docuerunt ex partita eorum Libri, ubi Conventuum fundationes adnotantur, tum ex fide hominum Magistratus, qui id à majoribus accepisse, &c. & ex antiquo lapide super porta dictæ Ecclesiæ posito, cum inscriptione anni* 1589 *colligi deposuerunt; Archiepisc. ad dicendum quid adversus hanc instantiam ei occurret requisitus, allegat pro se immemorabilem in contrarium, de qua Procuratorem, qui Emos informabit, doctum asserit, & nullos Regulares esse exemptos à dicta quarta, quia ea debetur, & solvitur ab immemorabili ipsi Archiepiscopo, uti Parocho Parochorum, & cum aliis Parochis; Ex his igitur, & ex deducendis per Informantes dignabuntur decernere. An dictus Conventus dictam quartam solvere teneatur: Sac. Congr respondit Negativè*, & in sæpè citata *Mantuana Funerum* 16. *Januarii* 1694. ibi: *Episcopus informare jussus testatur de immemorabili consuetudine, & Synodali Constitutione, usque de anno* 1678. *super hujusmodi solutione, qua pauperes Parochi sustentantur, ac spiritualia administrant, &c. Sacr. Congreg. Conc. Juribus ab utraque Parte deductis maturè perpensis, respondit* Negativè.

51

In eadem Causa.

52 **D**Ie 12. Augusti 1707. rescriptum fuit in hac Causa: *Dilata, & exhibeantur ass. Decreta*, quibus punctualiter in manibus Eminentissimi Ponentis authenticè exhibitis, supplices redimus, & firmiter speramus obtinere favorabilem propositorum dubiorum resolutionem.

Circa primum adduximus individualissimam Constitut 6. f. m. Sixti IV de qua mentionem facit illam sequendo, *Marchant. in Tribunal. Sacr. tom.*3. *fol.*950. *in fine*, & in qua §.6. ad literam determinatur nostrum dubium, demandando, ut nostri Religiosi. *Non cogantur inviti, etiam prætextu cujusvis consuetudinis, &c. illa* (idest cadavera) *ad Parochiales Ecclesias, aut alia Loca deferre, & cum illis, vel sinè, inibi celebrare, vel celebrari facere pro eisdem defunctis aliqua divina officia, antè, vel post sepulturam eorundem*.

53

Pressi ab hoc rotundo Pontificio oraculo contrarii Defensores, non minùs curiosam, quàm divinatoriam adduxerunt responsionem in §. *Ad toties*, ibi: *Cùm Ecclesia PP. Adversariorum fuerit ædificata longè post Parochialem, & longè etiam post promulgationem dictæ Constit. Sixtinæ, &c. credendum est, quod cùm Parochus potuerit impedire ædificationem Ecclesiæ, ejusdem erectioni consensum præstiterit, hujusmodi pactis stabilitis circa funus, & exequias*. Responsio autem cum omni sermonis proprietate incongrua dici potest, & planè digna, ut in tenebris delitesceret, ut in simili dicebat *Raynaud. tom.*7. *de Scopul. Porth. par.*2. *quæst.*1. eo quia difficile erit ostendere, quod Parochus unius Diœcesis possit impedire ædificationem Conventus, vel Ecclesiæ in alia Diœcesi, & propterea corruente supposito ejusdem divinatoriæ responsionis remanet in suo robore idem Pontificium oraculum, ex suprà adductis, neque possumus sub sole ponderosiorem adducere authoritatem pro favorabili ejusdem primi dubii resolutione *ex adductis in* 1. *part. discept.*8. *num.*9.

54

55

Adduximus quoque innumeras resolutiones tam hujus Sac. Congregat quam alterius Sacr. Conc. Trident. necnon Sacr. Congregat. Rit. ad dubium: *An cadavera, sepellienda in Ecclesiis Regularium antequam ad eorum Ecclesias deferantur, debeant priùs asportari ad Parochialem*, uniformiter respondentium *Negativè*, & aliam 14. Januarii 1639. refert, & sequitur *Marchand. in Tribun. Sacr. tom.*3. *fol.*550.

Quibus hodiè addimus duas alias individualissimas resolut. in specie emanatas favore nostræ Relig. quarum prima est Sac. Congreg Rit. *in Ordinis Minorum Observantiæ S. Francisci* 19 *Decembris* 1671. in qua, non solùm demandavit eadem Sacr. Congreg. *Defunctorum corpora in Ecclesiis Regularium tumulanda esse deferenda recto tramite*. Sed id prædicandum esse etiam in casu, quo hæredes defuncti contrarium prætenderent, ibi: *Ulterius servandum esse, etiam hæredibus defunctorum contradicentibus, & ad d. Parochialem priùs deferri volentibus*, Secunda verò est *Sac. Congregat. Conc. in Massanen.* 17. *Aprilis* 1706. ibi: *An cadavera in Ecclesiis Regularium sepellienda, antequàm ad eas deferantur, asportari debeant ad Parochialem. Negativè, & ampliùs*; Observando, quod EE. PP adeò concordes fuerunt in dicta negativa resolutione, ut mediante unica causæ propositione perpetuum imposuerint silentium Parocho cum dd verbis: *Et causa ampliùs non proponatur*.

56

57

Adversus hæc duo ex adverso opposita fuerunt in præterita hujus causæ propositione; Prætensa nimirùm contraria observantia, & diversitas Diœcesum, in quibus positæ sunt nostra Ecclesia, & Parochialis; Sed neutrum subsistit. Non primum, quia ex adductis supra num. 12. & seq. & comprobatis in Summ. contraria observantia non probatur in facto, & probata non relevaret in Jure; Tum quia recentissima est, uti innixa ordinationibus cl. m. Card. Cybo: Tùm quia interrupta fuit per actus contrarios, & per expressas protestationes nostrorum Religiosorum, datas in nostro præterito Summario, egregiè *Rota in Hispalen. Juris sedendi in Synodo* 21. *Junii* 1697. §. *In hypothesi cor. Mut.* Tùm quia est retractiva Fidelium ab electione sepulturæ in Ecclesiis Regularium, ob duplicatas funeris impensas, quod monopolium, & avaritiam sapere visum fuit *Peregr. ad Constit. Leonis X. in addit. cap.*4. *num.*7. & 8. Quodque uti nimis exorbitans in specie improbatum fuit à *s. m. Urbano VIII. in Constit.* 22. §.1. ut notat egregiè *Pignatell. consult.*204. *sub numer.*11. *tom* 4. Tùm demum, quia illa individualiter sublata fuit per d. Pontificiam Constitutionem Sixti IV. Actus enim, qui opponuntur Constitutionibus Pontificiis, derogantibus quibuscumque consuetudinibus, appellantur abusus, non consuetudo *à Rot. in dec.*4. *num.*20. *apud Novar. in Summ. Bullar.* & concordant adducti *in d Hispalen. §. Siquidem, & §. Est Breve.* Et in longè debilioribus terminis *Barbos. in Summ. Apost. dec. collect.*245. *num.*1. ibi: *Defunctorum corpora possunt directè deferri ad Ecclesiam, in qua sepellienda sunt, non obstante consuetudine, quod priùs deferantur ad Ecclesiam matricem*, & melius *Matthæucc. in Offic. Cur. Regul. verb. Officialis quoad Exequias num* 22. ibi: *Propter clausulam decreti irritantis, in utraque Constitutione adjectam, nequit contra eos allegari contrarius usus, nam decretum irritans, &c.* Eandemque consuetudinem, etiam cum qualitate immemorabilis, attendere meritò noluit *Sacr. Congregat. Conc. in dicta Massanen* 17. *Aprilis* 1706. favore nostræ Religionis, in cujus casu Procurator scribens pro Parocho ita suam Scripturam incæpit: *Inveterata, ac immemorabilis viget consuetudo in loco Portus Ferrarii, deponendi in Parochiali Ecclesia. &c. cadavera sepellienda in aliis Ecclesiis, etiam Regularium*, & quod magis est, eadem consuetudo in dicto casu fulciebatur Synodali Constitutione, exhibita in Summ. Parochi.

58

59

60

61

Minùs relevat secundum diversitatis Diœcesis: *Ex ea ratione, quod cadaver ingrediendo alienam Diœcesim, transit in alteram Jurisdictionem alterius Episcopi, intrà cujus fines Parochus alterius Diœcesis, & subditus alterius Episcopi, incedere non potest cum superpelliceo, & stola, quæ signum Jurisdictionis præseferunt, turbando hoc pacto Jura prædicti Episcopi*, juxta verba contrariæ Scripturæ; *Quia Parochus defuncti, transeundo per Parochiam unius Parochi alterius cujuscumque Diœcesis, ad effectum deferendi processionaliter cadavera ad Ecclesiam Regularium, potest liberè, & licitè per eandem cum stola, & cruce elevata transire, etiam irrequisito Parocho*, sunt præcisa verba *Sac. Congreg. Conc. in Papien. Funerum*, favore nostræ Religionis emanatæ *die* 28. *Novembris* 1671. & datæ in præsenti Summario. Et concordat resolutio *hujus Sac. Congr. in Osservanti Riformati di S. Bernardino sopra il Lago Maggiore* 15. *Novemb.* 1675. pariter data in presenti Summ. quas punctualiter servari mandavit *Sac. Congr. Rit. d. die* 15. *Novemb.* 1675. teste *Matthæucc. in Offic. Cur. Regul. vers. Officialis quoad exequias num.*8. & 9. ibi: *Itidem proprium Parochum defuncti, transeundo per Parochiam unius Parochi, alterius cujuscumque Diœcesis, ad effectum deferendi processionaliter cadaver ad Ecclesiam Regularium, posse liberè, & licitè per eandem cum stola, & cruce elevata transire, etiam irrequisito Parocho, quas quidem declarationes in causa, de quo agitur, fideliter observari mandat, & præcipit eadem Sac. Congr. Romæ die* 15. *Nov.* 1675.

62

63

Quamvis autem ab his Sacr. Congregat. individualibus resolutionibus omnis in hac parte tolli videatur difficultas, eo quia dicuntur casus legis *ex adductis supra discept.*14. *numer.*77. Nihilominus potiùs ad materiæ ornatum, quàm ad

ad necessitatem decisionis præsentis dubii, non omittimus observare, diversitatem Diœcesum in nostris terminis merè materialiter se habere ad effectum, de quo agimus, quia non alio Jure proprio Parocho debentur funeris emolumenta, quàm ratione administrationis Sacramentorum Parochianis, eo quià Jus sepulturæ pendet ab administratione Sacramentorum, juxtà *Text. in cap.1. de Sepultur.* ibi; *Ut juxtà Apostolum sint consolationum socii, ut fuerunt passionum*, & notant *Barbos. de Paroch. part.3. cap.26. num.34. Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst.1001. num.5. Panimol. dec.5. num.14 Gratian. discept.298. num.79.* ubi, quod

65 hoc procedit, quia Parochus portavit pondus diei, & æstus administrando defuncto, dum viveret, Sacramenta *Amostazz. de Caus. piis lib.6. cap.20. num.50. Rot. dec.45. num.12. cor. Zarat. & dec.365. num.2. & 3. cor. Priol.* ibi *Parochus, qui gravatur onere ministrandi Sacramenta degentibus intrà limites suæ Parochiæ &c. debet eò magis sublevari honore, & emolumentis eorundem sepulturæ, quæ valdè dependet ab administratione Sacramentorum. Et in Mantuana Funerum 5. Iunii 1692 §. Quo verò cor. Eminent. Priolo*; Hæc

66 autem ratio æquè principaliter militat, quandò Parochianus sepulturam eligit in Ecclesia, posita in eadem, vel in diversa Diæcesi, & consequenter in utroque casu idem statuendum est jus, ex animadversis per *Alex. cons.75. n.3. & 4. lib.5. Fulgos. cons.15. n.2. Lara de Capellan. lib.1. c.5 n.24. & Rot. in Roman. seù Albanen. Vineæ 23. Martii 1699. §. final. cor. dell'Olmo.*

Eademque pariter militat ratio retractionis fidelium ab electione sepulturæ in Ecclesiis Regularium, ob duplicatas funeris expensas; Sivè enim istæ fiant in Ecclesia, posita

67 in illamet Diœcesi, in qua reperitur Ecclesia sepultuaria, sivè in diversa, semper verum est, quod, ob duplices expensas funeris, retraherentur fideles ab eligenda sepultura in Ecclesiis Regularium, ut patet consideranti: Ubi autem militat ratio eadem, eadem fit decisio casuum, inquit

68 *Bald. in leg. De quibus in princ. ff. de Legib.* quem sequuntur *Cravett. cons.118. num.15. & Priol. dec.229. num.28.*

Præterea dict. Constit. Sixtina præsentem casum superlativè comprehendit, observando, quod illa non est localis, neque restricta ad determinatos Conventus, sed emanavit favore ejusdem nostræ Religionis, & consequenter respicit, omnes Conventus, omnesque Ecclesias Parochiales, ubicumque positas; Admissa autem contraria interpretatione, sequeretur, quod nostri Religiosi cogerentur inviti ad associandum ad Ecclesias Parochiales, positas in diversis Diœcesibus, cadavera illorum Fidelium, qui in eorum Eccle-

69 siis sepulturas elegerunt, ad effectum inibi celebrandi exequias, vel divina officia peragendi, quod ex diametro opponitur menti ejusdem Summi Pontificis, & literali sensui ejusdem Constitutionis.

Indeque nil mirum, quod in casuum contingentia omnes Sac. Congr. nulla facta distinctione Ecclesiarum, positarum in una, vel in duabus Diœcesibus, semper responderunt, cadavera sepellienda in Ecclesiis Regularium, nulla-

70 tenus asportanda esse ad Ecclesias Parochiales, antequam ad Ecclesias sepultuarias deferantur, ut signanter respondit, *hæc Sacr. Congr. in Baren. de annis 1595. 1616. & 1618. & in Nepesina 11. Decembris 1615. & 14. Jan. 1639.* testibus *Nald. in Summa verb. Sepultra num.13. Gavant. in Manual. Episcop. verb. Exequiæ num.25. Nicol. in Floscul. verb. Sepultura num.13. Pignatel. consult.48. num.8. & seqq. tom.3. Lantusc. in Theatr Regular. verb. Exequiæ num 6. & in Supplem. verb. Associatio cadaverum num 4. & 5. Matthæucc. in Offic. Cur. Regul verb. Regularis quoad exequias num.4. & in d. celebri Senogallien. 20. Junii, & 13. Julii 1675. ad 3. dub.* Et favore nostrorum Principalium novissimè *Sacr. Congr. Conc. in Novarien. Funerum 15. Martii 1704. ad 7. dub. & in Massanen. 17. Aprilis 1706.* Itaut si excipiamus verba, & pulchras phrases contrariorum defensorum, nulla resolutio Sac. Congr. nullaque authoritas alicujus, etiam contemptibilis doctorelli, allegata fuerit, constituens ad no-

71 strum effectum vim in diversitate Diœcesum, in quibus sitæ sunt Ecclesiæ tumulans, & Parochialis; Et meritò, quia habemus oracula Pontificia, & resolutiones Sacrarum Congreg. generaliter nostrum dubium decidentes, quæ propterea generaliter sunt intelligendæ, juxtà *Text in l. In fraudem, §. ultimo, ff. de Militar. testam l.1. §. Generaliter, ff. de Legat. præstand. & in l.1. §. Quod autem, ff. de Aleatar.* & in punctualibus terminis dispositionis circà funera, egregiè *Antonell. de Iurib. Clericor. lib.1. cap.61. num.3. vers. Hoc autem.*

Absque ulla difficultate, ex quo ratio illa differentiæ,

72 exadversò constituta, & non sine fastu usque ad nauseam exagerata, in transitu per alienam Jurisdictionem cum superpelliceo, & stola, seù cum signo Iurisdictionis, formiter adducta, & funditus examinata; tam *à Sac. Congr. Rit. in d. Senogallien.* quàm ab hac Sac. Congr. *in Osservanti Riformati*, quàm demum à Sac. Congreg. Concilii *in Papien. Funerum* exhibitis in præsenti Summario, recognita fuit totaliter inefficax, & uti minus habens, prorsus neglecta ad probandum contrarium assumptum.

Poterat verò ad hunc effectum omitti allegatio novissimi Statuti Cleri Urbis, ibi: *Disponitur in Statuto Cleri Roma-*

73 *ni juxtà novissimam compilationem de ordine SS. factam, cap. 3. §.2. ibi. Quo verò ad eos, quorum cadavera extrà Urbem deferri contingat, vel ad sepulturam majorum, vel ex electione sepulturæ, funus fiat in Parochia Urbis, præsente cadavere*, quod juxtà solitum probatorum Curialium debebat integraliter referri, prosequendo, ibi. *Et Ecclesiæ, ad quam defertur tumulandum, jura sepulturæ dumtaxat debeantur, & in casu non factæ expositionis in Urbe, servetur quod de funere non facto inferius in cap.4. §.2. dispositum est*, ubi mandatur, *quod si in iis Ecclesiis funus non celebretur, illud taxari mandamus per Reverendiss D. Vicesgerentem nostrum, juxtà regulam, paulò inferius traditam, & re ipsa, ac omninò peragatur in Ecclesia Parochiali, ad quam dumtaxat integrum pertinere decernimus; Quoties autem contingeret, ut hæredes, vel*

74 *alii, ad quos spectat, non facerent, sivè in Parochiali, sivè in Ecclesia sepelliente, vel exponente, funerale juxtà qualitatem personæ defuncti, soli Parocho reservatum sit Ius petendi supplementum.*

Ex integro enim contextu ejusdem Statuti palpatur manibus, nullam habitam fuisse considerationem diversitatis Diœcesum, juxtà contrarias detorsiones, sed solum in casu, quo cadaver ducatur ad sepulturam Majorum extrà Urbem, id relinquitur hæredum arbitrio, ibi, *Et in casu non factæ expositionis in Urbe &c.* & ibi, *Quoties autem contingeret, ut hæredes &c. non facerent, sivè in Parochiali &c funerale &c.* Idque non alio fine dispositum fuit, quàm ad facilitandam exactionem canonicæ portionis, Ecclesiæ

75 Parochiali debitæ; Cùm enim in prima eddit̀ione ejusdem Statuti demandatum fuisset, ut in casu, quo cadaver duceretur ad sepelliendum extrà Urbem, canonica portio solvenda esset Parocho ab illius hærede, reclamante Defensore Populi Romani, id correctum fuit à Sac. Congr. deputata, mediantibus sequentibus verbis *Canonica portio non ab hærede, sed ab Ecclesia tumulante solvatur*, ut videre est in dicto *Statuto Cleri cap.3. de Iure eligendi sepulturam §.4. in additionibus fol.16.* quæ omnia, notissima sunt aliquibus

76 ex Eminent. PP. quorum oculis de mandato SS. D. N. subjectæ fuerunt novissimæ additiones ejusdem Statuti Cleri, & sunt manifesta ex sola lectura Scripturarum, hinc indè exhibitarum coram Congr. ad dictum effectum deputata, ex quibus patet, neque per somnium cogitatum fuisse aliquid coactivè disponere circà funus faciendum prius in Parochialibus Urbis respectu cadaverum illorum, qui sibi sepulturam elegerunt in Ecclesiis Regularium extrà Urbem, & sic in diversis Diœcesibus.

Respectu 3 dub. *An Parochus S. Marcelli teneatur associare cadavera usque ad Januam Ecclesiæ prædictorum PP. sitæ in Diœcesi Senogallien.* pari infelicitate repetitur exadversò

77 eadem diversitas Diœcesum, cum eodem frivolo prætextu turbationis alterius Iurisdictionis, ex quo nequeat Adversarius in Diœcesi Senogallien. incedere cum superpelliceo, & stola, quod cum ex suprà animadversis prorsus insubsistens sit, nullam ulteriorem merentur responsionem ea, quæ in hoc proposito diversitatis Diœcesum, exadversò inculcantur, & repetuntur.

Addentes pariter respectu hujus dubii aliam individua-

78 lissimam resolutionem hujus Sac. Congr. favore Principalium *in Luccrina Funerum 22. Septembris 1702.* in qua, ad relationem Eminen. S. Clementis, rescriptum fuit, *Circumscripto ultimo decreto Episcopi, Parochum teneri associari cadaver usque ad Ecclesiam tumulantem.*

Eodem tempore in hac etiam parte observantes, quod adversus innumeras resolutiones Sac Congr. obligantes indi-

79 stinctè Parochos omnes ad associanda cadavera usque ad januam Ecclesiæ tumulantis, nulla fuit allegata resolutio, nullusque Doctor, qui descendendo ad casum diversarum Diœcesum, contrarium asserere somniaverit. E conversò autem concludenter ex hac parte demonstravimus punctualem executionem dictarum resolutionum Sac. Congregationum, etiam in Ecclesiis, sitis in diversis Diœcesibus, cum acquiescentia Parochorum.

Neque deest viva ratio, hoc idem convincentissimè com-

comprobans, quia scilicet non videtur æquum, neque justum, ut in publicis viis derelinquantur cadavera Parochianorum ab eorum propriis Parochis, deturque eis ultimum Vale, non in janua Ecclesiæ tumulantis, juxtà innumeras resolutiones Sac. Congr de quibus *Novar. in Lucern Regular. verb. Defunctis num.4. Barbos. in Summ. Apostolic. dec. verb. Funerale num.1. Ventrigl. in Prax. par.2. tit de Funer. & Exequ. annot.* 31. §. *unico num.*37 *& Panimol. dec.*1. *annot.* 10. *num.*18. ibi *Parochus hoc casu funerale tantum ducere, & prosequi debeat usque ad Ecclesiam Regularium, in cujus foribus defuncti cadaver dimittere, benedicere, & dare ultimum Vale tenetur*; Sed in loco campestri, & non adhuc visa Ecclesia illa, ubi debet tumulari defunctus.

80

Imò ponamus casum, qui non est metaphysicus, quivè cum pendeat à voluntate hæredum, de facili ad praxim reduci potest, quòd scilicet nostri Religiosi ab hæredibus illorum defunctorum, qui sepulturam in nostra Ecclesia elegerunt, non vocentur ad funus, in quo casu nullatenus cogi possunt ad exeundum à propriis Ecclesiis. Hoc casu ego libenter peterem à Parocho Adversario, quisnam debet cadavera associare ad Ecclesiam tumulantem, & cui nam illa consignare velit in confinio Terræ, ubi sita est sua Parochia? Nisi enim volucres Cœli veniant, juxtà ea, quæ leguntur *Matth.*13.23. vel renoventur miracula illa Leonum, facientium officia Vespillonum, quæ leguntur in vita S. Mariæ Ægypriacæ, & S. Pauli primi Eremitæ, remanebunt utiq; insepulta, quod Christianæ pietati diametraliter opponitur; Non enim minus expedit Reipublicæ viventes homines conservari, quam mortuos sepelliri, ut notabiliter inquit *Bald. in l. final n.*7. *C. de Megot. gest.* quem sequuntur *Lar. de Aniv & Cappellan. lib.*1. *cap.*25. *num.*6 & 13. *Franc. de Eccles. Cathedr. cap.*17 *sub num.*1 *& ex num* 45. *& Fragos. de Regimin. Reipub. Christ. par.*3. *lib.*5. *disput.*8. §.17. *num.*555.

81

82

Quia verò de facili exadversò respondebitur, quod nostri Religiosi semper invitari solent ab hæredibus defunctorum, duplex occurrit solida replicatio. I. Quod poterit dari casus, quòd iidem Religiosi quamvis vocari, & invitati, accedere non possint, vel nolint ad funus, in quibus terminis redit dictum inconveniens derelictionis cadaveris discretioni transeuntium. II. Admisso, quod invitati accedant, aliud sequitur inconveniens, minus quidem sensibile, sed non minus rotundum, quia eodem tempore Parochus deficeret in proprio officio, & Regulares transcenderent limites eorum facultatis.

83

Deficeret Parochus in proprio officio, Quia *Jurisdictio Parochi durat usque ad portas Ecclesiæ Regularium*, sunt verba *Novar. in Summ. Bullar. comment.*91. *sub num.*1. & concordant *Vener. in Exam. Episc. lib.*6. *cap.*12. *de Sepult. mort. in Eccles. Regul. num.*4. ibi. *Parochus defuncti debet dicere mortuo ultimum responsorium in domo sua, & illorum associare usque ad portas Ecclesiæ talis Monasterii, & facta benedictione mortuum tradere Regularibus, ut intrà suam Ecclesiam eum sepelliant, nam usque ad portas Ecclesiæ durat jurisdictio Parochi, & Barbos. de Paroch. cap.*36. *num* 74. ibi; *Parocho spectet declarare, per quam viam sit asportandus defunctus, & omnia necessaria usque ad januam Ecclesiæ Regularium Sac. Congr. Episc in Castellanaten.* 3. *Januarii* 1594. *& ità tenetur usque ad eandem januam funerale ducere, & prosequi eadem Sac. Congr. in Brixien.* 18. *Iunii* 1501. *& in Nicoteren.* 4 *Iun.* 1615.

84

85

Excederent Regulares limites eorum facultatis, quia isti absque proprio Parocho, neque prætextu consuetudinis immemorabilis, neque quorumcumque Privilegiorum vigore, processionaliter defunctorum cadavera associare possunt ad eorum Ecclesias, dum intrà illas dumtaxat, & non extrà, officia celebrare, & alia facere possunt circà eadem cadavera, ut concordantibus cumulatis, notant *Gratian. discept.*492. *num.*17. *Vener in Exam. Episcop. dict. lib* 6. *cap.* 12. *sub num.*5. *Ventrigl. in prax par* 2 *tit. de Funer. & Exequ. adnot.*31. § *unico num.*38. ibi *intrà Ecclesiam, nam extrà, omnia ad ipsum Curatum spectant, non ad Regulares, in quorum Ecclesia ducendum est cadaver*, Et referendo ita decisum à Sac. Congreg. Conc. *Barbos. in Summ. Apost. decis. collect.*533. *num.*3 *& Panimoll. dec.*1. *annot.*10. *num.*11. *& seq.* & signanter *n.*13 ibi; *Hujusmodi jus liberæ sepulturæ restringitur tantùm, ut Fratres possint in eorum Ecclesiis recipere mortuorum cadavera, qui sepelliri elegerunt in eorum Ecclesiis, itaut exercitium hujusmodi Iuris solùm sibi locum vindicet, postquam cadaver ingressum, & collatum fuerit in Regularium Ecclesiis, & num* 17. ibi *Ad Parochum quoque spectat officium facere suprà corpus defuncti. & per viam & non ad Regulares, quamvis in eorum Ecclesiis sepelliri debeat.*

86

87

88

Isti autem sunt effectus contrariarum insubsistentium prætensionum, neq; mirum videri debet; Posito enim uno inconvenienti, multa alia sequi necesse est, experientia teste, & id observante *Card. de Luc. de Fideic. dis.*48. *in fine*.

Quatenus verò dubium hoc affirmativè resolvatur, ut enixè supplicamus, superadditum fuit in hac præsenti repropositione alterum, quod nunc est tertium, ut funditus omnes controversiæ dilvantur, nempè: *An dictus Parochus possit ratione itineris, & laboris exigere ab hæredibus defuncti duplum illius eleemosynæ, quæ daretur in casu, quo cadaver esset sepelliendum in ejus Parochia in casu; &c.* quod videtur resolvendum negativè.

89

Aut enim hujusmodi duplicata merces prætenditur exadversò sub eo motivo, quod cadaver seppelliatur in Ecclesia Regularium, & talis prætensio nullam habet subsistentiam, fuitque millies rejecta à Sacris Cong. cohærenter ad innumeras Summorum Pontificum Constitutiones, quas referunt & sequuntur *Passerin. de Stat. Homin. quæst* 187. *art.* 4. *num.*187. *tom.*2. *Pignatel. consult.* 204. *ferè per tot. tom.* 4. *Nicol. in Floscul. verb Sepultura num.* 25. *& D. Piton. tom.*2. *discept.*50. *num.*25 *& seqq.* & signanter *num.*48. ubi refert resolutionem Sac. Congr. Conc. per viam legis emanatæ *in Insularum Canariæ Iurisdictionis* 31 *Iulii* 1694. ibi *Pluribus affecti gravaminibus à Clero Sæculari Regulares, ab oraculo EE. VV. delarari supplicant, an Parochi sæculares prætendere possint majorem quantitatem emolumentorum funeralium, quandò cadavera seppelliuntur in Ecclesiis Regularium, quàm accipitur, quandò tumulantur in Ecclesiis Sæcularibus: Sac. Congreg Conc* respondit *Negativè*.

90

91

Aut verò prætenditur ratione laboris, & longioris itineris, & supplicamus præ oculis habere primum nostrum Sũmarium impressum, ex quo patet, quod *da S Marcello &c. al Convento de' Padri Zoccolanti di Belvedere &c. non vi è distanza che meno di un miglio, ed i confini di Belvedere da San Marcello sono pure meno di mezzo miglio &c.* Quod admittitur etiam in contraria Replicatione ibi. *Quod autem Ecclesia PP. Adversariorum sit parum distans ab Ecclesia Parochiali, nihil videtur concludere, quia vis non stat in distantia Ecclesiarum, sed in diversitate Diœcesum.* Cumque notorium sit in Civitate Æsii, quam plures domos Parochianorum per longius spatium unius milliarii distare ab Ecclesiis Parochialibus, absque eo quod in casu associationis cadaverum duplicetur merces, clarè assequimur, ex eodem motivo laboris, & itineris, neque etiam posse prætendi duplicatam eleemosynam in associatione ad nostram Ecclesiam, distantem *meno di un migilo*, ut in terminis terminantibus favore nostrum principalium resolvit hæc Sac. Cong. in cit. *Lucerina Funerum* 22. *Septem.*1702. *Ponente Eminent. S Clementis* ibi: *Circumscripto ultimo Decreto Episcopi Parochum teneri associare cadaver usq: ad Ecclesiam tumulantem. & Capitulum invitare liberum esse hæredibus defuncti, & tunc illi quoq; pro associatione usque ad januam Ecclesiæ non deberi majus emolumentum, quàm pro associatione usque ad Ecclesiam intrà idem Oppidum*: Observando, quod in casu ejusdem resolutionis in specie concurrebat circumstantia itineris, nedum longioris, sed etiam incommodioris, juxtà verba Scripturæ Defensoris Parochi ante finem ibi: *Habita itaque ratione mercedis, exadversò admissæ in carolenis* 20. *pro solo itinere intrà Terram S. Nicandri, & sic pro brevi, & commodo itinere, æquum videtur, quod pro mercede ex causa longioris, & incommodioris itineris extrà mœnia augeatur.* Cum eo addito, quod in eadem causa pro augumento mercedis aderat consuetudo, & decretum Episcopi, quod Sac. Cong. circumscripsit.

92

93

94

95

Quòd autem in Civitate Æsii nullo modo, & non attenta quacunq; distantia, Parochus prætendere possit duplum solitæ eleemosinæ, habemus particularem legem, seù *Synodalem Constit. cl. me. Card Petrucci tit.*4. *de Funer. & exequiis fol.*160. *à ter. Decernimus &c. & mandamus, nulli in futurum esse persolvendum, nec concedendum duplicatam quantitatem præfatam*, detta la doppia, *præterquam Parocho, seù Curato, multum circà ægrotum laboranti* quæ Synodalis dispositio, tanquam lex in Civitate, & Diœcesi Æsina servanda est, per ea, quæ notant *Ferrett consf* 368. *sub num.*16. *Massobr. de Synod. cap.*3 *dub* 41. *Card. de Luc. de Iurisd disc.*56 *sub num* 5. *& rot cor Mantic. decis.*229. *num.*4. *& cor. Zarat. dec* 74. *n.*21. *& in Calaguritana decimarum de Ocon* 5. *Maii* 1683 §. *Sed etiam coram Guaxard.*

96

Ex quibus remanet inapplicabilis dispositio novissimi Statuti Cleri Urbis, de facili exadversò allegandi; Tùm quia in Urbe militat diversa ratio, dum in illa Parochi nullas habent decimas, quæ punctualiter solvuntur in Civitate Æsii;

97

Et

Et propterea nil mirum, si eisdem Parochis Urbis in recompensationem dictarum decimarum, quas non habent, quævè eis debitę essent ratione administrationis Sacramentorum, subministraretur aliquid pluris occasione funerum, juxta animadversa per *Gratian. discept.* 210. *sub num.* 27. & *Pignatel. consult.* 88. *num.* 5. & *per tot. tom.* 6. Itaut etiam ab Hebræis nomine Petratici exigant Parochi emolumenta funerum, quæ alias pro mortuariis exigerent à Christianis, si habitarent in domibus Hebræorum juxta deducta per Adv. de Jandis apud *Pignatel. tom.* 10. *ex fol.* 366. Tùm quia dum habemus in nostra Civitate particularem legem, & Synodalem Constitutionem, debemus cum illa procedere, & non cum Statuto Cleri Urbis, ut in simili firmavit egregiè *Rota in dec.* 1. *num.* 3. *coram Pamphil.* ibique *Adden. num* 8. & 9. Tùm demum, quia in ipsamet Urbe duplicatur quidem merces, sed in casu longioris itineris, attingentis, & forsan etiam excedentis, duo milliaria, *nempè dal Centro di Roma a S. Gio: Laterano, o a S. Gregorio nel Monte Celio, o a S. Pietro in Vaticano, e simili, ut in c.* 6. § 11. & 12. & *in addit. fol* 66. §. *A ciascheduno*, ut experientia notum est, & observat *Carol. Padredius in Liberculo, cui titulus: Misura delle sette, e nove Chiese, e del circuito, e parti principali di Roma fol. mihi* 46. Non autem duplicatur eadem merces pro sola distantia unius tantum milliarii, & etiam minori qualis intercedit inter nostram Ecclesiam, & Parochialem S. Marcelli, seu tertiam Ecclesiam, positam in eadem Terra, à qua incipere solet associatio cadaverum ad nostram Ecclesiam.

98

99

Pro applicatione resolutionum Sac. Congreg. Rituum, quæ adversus Principales citatæ fuerunt, & non sine magno fastu exageratæ, ad obtinendam affirmativam resolutionem primæ partis; dub. hodiè 4. *An dd. PP. quando fuit electa sepultura in eorum Ecclesia, teneantur priùs accedere ad d. Ecclesiam, Parochialem ad levandum Parochum seu potius illum expectare in* 3. *Ecclesia, ubi fit depositum d. cadaveris; vel potius possint expectare in Janua Ecclesiæ illorum Conventus*, distinguendi sunt tres casus.

100

I. Est, quando Regulares invitati ad funus, recusant accedere ad Parochialem, non animo expectandi in tertia Ecclesia, ubi defunctus loco depositi, reperitur, juxta præcisos terminos nostri casus, sed animo expectandi, vel in domo defuncti, vel in via, vel in janua eorum Ecclesiæ, & de isto speciali casu loquitur magnificata Synodus Æsina, juxta illa clara verba: *Ordinamus, quod quotiescumque Regulares, aut Laicorum Confraternitates vocantur ad associandum funera &c. debeant omnino, juxta Sacr. Congregat. Rituum decreta, pro hac nostra Ecclesia emanata &c. convenire ad Ecclesiam Parochialem defuncti, & inde omnes, una cum Parocho, & aliis pariter accessuris ad domum defuncti efferendi ritualiter procedunt, non obstante quacumque contraria consuetudine, vel usu expectandi per vias, vel ad domum defuncti.*

101

102

Nec non in istis ipsissimis terminis emanarunt, & loquuntur dictæ resolutiones Sac. Congreg. Rituum *in Æsina* 31. *Julii* 1665. & 14. *Januarii* 1671. & 22. *Aprilis* 1690. juxta illarum præcisa verba ibi: *Debent accedere ad Ecclesiam Cathedralem, seu Parochialem defunctorum, & non expectare per vias, aut recto tramite ire ad domos eorundem defunctorum*, & ibi: *Secundò, quod teneantur accedere ad Ecclesiam Cathedralem, seu Parochialem, non autem expectare per viam, aut recto tramite ire ad domum defuncti*; Et concordant innumeræ aliæ resolutiones ejusdem Sac. Congreg. relatæ per *Barbos. de Paroch. cap.* 25. *num.* 63. & *seq.* & *in Sum. Apost. dec. collect.* 245. *num.* 10. *Lezzan. in Sum. quæst. Regul. to.* 3. *verb. Defunctus num.* 3. *Nicol. in Floscul. verb. Sepultura nu.* 10. *Pignatel. consul.* 48. *a num.* 1 *tom.* 3. *Bertacchin. vot dec.* 189 *num.* 7. *Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Exequiæ nu.* 4. & *Monacell. in Formul. tom.* 1. *fol.* 113. *num.* 34. & resolvit *Sac. Congreg. Episc. in Comen.* 11. *Martii* 1706. *ad* 5. *dub. referente Card. Gabriellio.*

103

104

Circa quod adeò rigorosè, & meritò, insistere solet hæc Sac. Congreg. ut ad d. effectum expectandi per vias, vel in domo defuncti, vel in janua Ecclesiæ illorum Religiosorum, qui invitantur ad funus, neque etiam attendere voluerit consuetudinem immemorabilem *in Nicien.* 19. *Augusti* 1670. datam in nostro Summ. & relatam à dicto *Monacell. in Form. fol.* 113. *num.* 35. asserens idem resolvisse hanc Sac. Congreg. *in Savoren.* 19. *Decembris* 1671. & *in Aretina* 22. *Decem.* 1696.

105

II. Casus est, quando Regulares, invitati ad funus, recusant quidem accedere ad Parochialem Ecclesiam, sed expectare volunt Parochum in 3. Ecclesia, in qua per modum depositi reperitur cadaver; Et circa istum casum, qui est noster, ultra innumeras authoritates, & antiquas, medias, & modernas resolutiones Sacrarum Congreg. habemus individualem resolutionem Sac Congreg. Rit. *in d. Senogallien.* 22. *Junii* & 3. *Julii* 1675 quæ, *Inhærendo aliàs decretis, respondit Regulares debere congregari in illa* 3. *Ecclesia, ubi cadaver fuit depositum.*

106

107

Respondetur ex adverso, pro Æsina Diœcesi eandem Sac. Congreg. contrarium demandasse *in Æsina* 4. *Decembris* 1697. ad cujus vires extollendas dicebant contrarii Defensores illam attendendam esse uti emanatam cùm legitimis Contradictoribus, *Juribus formiter discussis, & auditis PP. Carmelitis, & Minor. Conventualibus.*

108

Quando autem hujusmodi suppositum subsisteret, adhuc eadem *resolutio Æsina* obligare non posset nostros Principales, existentes in Diœcesi Senogallien. in qua habemus aliam specialem, & individualissimam legem, seu particularem resolutionem ejusdem Sac. Congreg. Rit in viridi observantia in eadem nostra Diœcesi Senogallien. demandantis oppositum, non per contradictas, seu clam, *sed Partibus auditis*, ut dicitur in dicta magistrali resolutione, complexiva decem dubiorum, ut justificamus in manibus Emin. Ponentis, cum decreto impresso in Urbe dicto anno 1675.

109

110

Fortiùs, quia tale suppositum cessat ex facto, in quo constans est, quod nulla Religio audita fuit, quodque in dicta Sac. Congreg. exhibitum dumtaxat fuit miserabile, nimisque breve Memoriale trium paragraphorum, vulgari idiomate compositum ad instantiam Plebani S. Petri, ut recognosci potest ex nostro Summario, ubi illud per extensum registravimus.

111

Itaut moderno *Monacello*, diligentissimo Collectori resolutionum Sac. Congreg. ad forum Ecclesiasticum spectantium, qui ve egregiam navavit operam in compilatione Sinodus cl. mem. Card. Petruccii, & non sine laude Vicariatus munus per longum temporis spatium in dicta Civitate Æsinæ exercuit, nec, neque etiam nota fuerit dicta resolutio Æsina 14. Decembris 1797. In suo enim *Formul. tom.* 1. *fol.* 113. *num.* 35. citavit quidem aliam resolutionem *Æsinam* 31. *Julii* 1665. ad probandum, quod Religiosi, invitati ad funus, non debeant expectare per vias, vel in domo defuncti; *Sequenti verò num* 36. ultra alias punctuales resolutiones hujus Sac. Congreg. sequendo d. *celebrem Senogallien.* ultrò admisit, Regulares convenire debere in 3. Ecclesia, ubi per modum depositi reperitur cadaver, non autem posse cogi ad levandum Parochum à Parochiali.

112

Proindeque adversus dictam magnificatam resolutionem, ab eadem Sac. Congreg. expiscatam, inauditis illis Religiosis, de quorum interesse agebatur, atque retenta in manica usque ad præsentis dubii discussionem, applicatur punctualis *decis. Rotæ* 102. *num.* 15. & *seqq. par.* 19. *recen.* de qua supra.

113

Quibus additur, quod citato ad instantiam Principalium coram eadem Sac. Congreg. Rit. eodem Plebano S. Petri, ad videndum impartiri licentiam adeundi plenam Congreg. pro obtinendo recessu à dicta contumaciali resolutione, fer. fer. obtinuimus favorabile decretum, cum Inhibitione, seu suspensione ejusdem resolutionis, unà cum reproductione citationis, in Partibus legitimè executæ, & declaratione voluntatis Principalium, velle prosequi instantiam coram eadem Sac. Rit. Congreg.

114

Applicatur proindè conclusio, inter DD. communiter recepta, & à supremis Tribunalibus admissa quod attendi nullatenus debet decisio illa, vel resolutio, adversus quam concessa fuit nova audientia, ex illa convincenti ratione, quod in causæ repropositione revocari potest, prout Nos firmiter speramus, de qua *Card. de Luc. de Usur. disc.* 1. *num.* 9. asserens conclusionem de stylo receptissimam esse, cum aliis adductis *in meis Instit. lib.* 2. *tit.* 8. *num.* 257.

115

III. Demum casus est, quando hæredes defuncti nolunt invitare ad funus Regulares illos, in quorum Ecclesia idem defunctus sibi sepulturam elegit, & in eis terminis nullatenus possunt cogi iidem Regulares ad accedendum, neque ad Parochialem, neque ad 3. Ecclesiam, in qua loco depositi reperitur expositum cadaver, sed illum expectare debent in janua eorum Ecclesiæ, juxta punctualem resolutionem Sac. Congreg. Rit. in dict. *Senogallien.* 22. *Junii* 1675. ibi: 4. *An Regulares possint cogi ad associanda cadavera, in eorum Ecclesiis tumulanda, an verò possint expectare in dd. propriis eorum Ecclesiis*, &c. Ad 4. Sac. Congreg. respondit: *Regulares non posse cogi ad exeundum à propriis Ecclesiis ad effectum associandi cadavera in eisdem sepellienda, sed sufficere, quod illa expectent ad Januas*; Et ratio videtur evidens, quia vocare, seu invitare Sacerdotes, sive sæculares, sive

116

117

Regulares ad associandum funus, unicè repositum est in voluntate, & arbitrio hæredum, qui possunt solum, & unicum Parochum vocare, ut millies resolutum à Sac.Cong. referunt *Barb. de Off & Potest. Paroch.par.3.cap. 26. num. 57. & ad Conc.cap.13.sess.25.de Reform.n 10. Pasqualig. ad Laur. de Franch.de Contr.in Episc.& Regular.par.1. num. 1592. & par.12.in addit.ad quæst.65.nu.2.Nicol.in Floscul.verb.Sepultura num.2. Marcbett.de Sepultur.tit.40. num. 1. & seqq. Pignatel. consult.205. num. 26.tom.4. & consult. 58. num. 6.to.5. Panimol. dec. 5.adnot.3.num.7. Lantusc. in Theatr. Regular. verb. Exequiæ num.3 fol. 257. & verb. Associatio cadaverum num 4.fol.627 & Matthæucc.in Official.Cur. Regular.verb. Officialis quoad exequias num.15.& Rot.in dec.15. num. 10. apud Antonel.de Jur.Cler.*& resolvit *Sac.Cong. Conc. in Maternen. Funerum 15. Novemb.1660.& in Lavellen. 16. Junii 1668.* impressis *à D. Pitonio post discept.50. num.43. & 44.* Cum quibus novissimè processit *in Cotronen. 3. Septemb. 1707. ad 1. dub.* & resolvit etiam hæc *Sac. Congr. in Ebredunen. 25.Junii 1695.*teste *Monacel. in Formular.tit.10.in addit.ad formul.18. num.7.* ubi, quòd ità etiam respondit Sac. Congr. *in Valentina 2. Augusti 1698.* Si igitur iidem hæredes nolint illos invitare, sub nullo prætextu, vel colore possunt dd.Regulares voluntariè accedere, neque ad Parochialem, neque ad 3. Eccl.& multò minùs cogi ad instantiam hæredum, dùm supponimus illos nolle invitare, ut patet consideranti.

Respectu 5.dub. *An cadaver Bernabæi Ciuccii fuerit ritè, & rectè tumulatum in d Ecclesia Parocchiali S. Marcelli, vel potiùs sit restituendum prædictæ Ecclesiæ PP. Reformatorum Belvederii*, insistitur exadversò in impossibilitate illud restituendi, ex eo quòd tumulatum fuit in confuso, & absque particulari capsa, effluxusque sit annus à tumulatione; Verùm, quandò id verificetur in facto, adest in his terminis praxis supremorum Tribunalium, declarandi nimirum pro futuris casibus, malè fecisse Parochum, illud sepeliendo in propria Ecclesia, & eodem tempore demandando restitutionem omnium emolumentorum,ut practicavit *Sac.Rot. in dec. 41. num. 4. apud Novar. in Sum. Bullar.* Et *Sac. Congr. Conc. in Romana Juris sepeliendi 17. Augusti 1697.* impressa *apud Antonel.de Jur.Cleric fol.20.* Necnon *in Æsina 15. Decembr. 1703. ad 2. dub.* in qua attenta impossibilitate restituendi cadaver ipsum, resolvit, emolumenta funeris cadaveris sacerdotis Sanctis Primaveræ, malè percepta à Parocho Cathedralis, in qua illud sepulturæ tradiderat, restituenda esse PP. S Dominici ejusdem Civitatis.

Remanet ultimum dub. *An, & quæ emolumenta funeris sint debita eisdem PP.* pro cujus favorabili resolutione supplicamus responderi, omnia emolumenta funeris nostris Principalibus debita esse.

Quamvis enim (sunt verba punctualissimæ *dec. 263. part. 15.recent.* emanatæ favore nostrorum Principalium) *de Jure Canonico debeatur quarta funeralium, &c. Hæc tamen Juris Canonici dispositio cessat in Ecclesiis, à tali Canonica portione per privilegium speciale exemptis, ac immunibus ad Text.&c. Quod verò prædicti Fratres Minores Observantiæ tali privilegio fuerint donati, evidentissimè patet ex Const. Alexand. IV. de anno 1260.&c. Clement. IV. de anno 1265. &c. Eugen. IV. de anno 1439. &c. Gregor. XI. de anno 1374. &c. Joann. XXII. de anno 1410. Leon. X. anno 1514. Sixti IV. anno 1474 Pauli IV. anno 1555. Clem. VIII. anno 1597. Pauli V. anno 1609. Urbani VIII. anno 1624. &c.* Quam punctualissimam decis. recedendo à priori loco decisis, atque articulo formiter & maturè discusso, secuta fuit eadem Sac. Rot. in specie pro nostra Diœcesi Senogallien. in magistrali *dec. in Senogallien.* impressa *apud Antonell. de Jur. Cleric. dec.8.num.2.& seqq.& per tot.*

Adversùs quæ individualissima privilegia tot Summorum Pontificum, approbata etiam, & admissa in *Casalen* exadversò allegata, & impressa *apud Antonel. de Jur. Cleric. dec.1.num.12.& 13.* ibi: *Et ex his etiam patet, non applicari resolutiones Rotæ, in contrarium adductas; Nam dec.149. coram Royas, non loquitur de privilegio communicativo, sed de amplissimis privilegiis, & exemptionibus, Religioni Franciscanæ, à variis Summis Pontificibus principaliter concessis, cum expressa derogatione Clement. Dudum*, unicè exadversò institutum fuit in præterita causæ propositione in contraria observantia. Dicimus tamen, quòd illa concludenter non justificatur in facto ex informibus attestationibus personarum interessatarum, quæ in his terminis in nulla consideratione habendæ sunt, ut in longè durioribus terminis testium, formiter examinatorum, punctualissimè firmavit *Rot. apud Dian. coordinatum tom. 8. fol. 186.* ibi: *Neque obstare, quòd testes examinati pro parte Beneficiatorum videantur dicere, hujusmodi quartam aliquando fuisse solutam, quia, &c. non probant, cùm sint Curati, Beneficiati, Cappellani, & Sacristæ Parochialium, quorum omnium interest, quòd hujusmodi quarta funeralium, de qua ipsi participant, per Fratres, & Monasterium solvatur;* Et in fortioribus terminis attestationis Episcoporum egregiè *Rot. in dec. 179. num. 6. coram Royas.*

Dicimus 2. quòd quandò etiam concludentissimè probaretur, adhùc nullius esset roboris, & efficaciæ, utì innixa operationibus unius, vel alterius Religiosi, in quorum voluntate, positum non est præjudicium inferre privilegiis, nostræ Religioni concessis, juxtà generaliter animadversa *per Beracch.vot.dec.160.num.15.Rot.dec.298. num. 6. coram Dunoz. jun.& dec.104.num.11.coram Celso*, & in nostris terminis,juxta firmata egregiè per *Rot. in d.* impressa *apud Dian.* ubi suprà, cum aliis *suprà discept.14.n.22.& 23* & addo *Rot. in Herbipolen.Monasterii* de qua suprà *discept.10.n.121.*

Ex quarum punctualium decis.lectura cessare utique credimus admirationem illam contrariorum Defensorum: *Prætendendo tamen factum illorum Patrum præjudicare non potuisse privilegiis Ordinis, quam tamen frivolam rationem miramur exadversò deduci, &c.* Vocari enim congruè potest cum *Sac.Rot.in dec.44.n.11 par.7.rec.*mera simplicitas contraria assertio, dum reponi posset inter prima principia utriusque Juris propositio ista, quòd privilegiis, concessis alicui Ordini, præjudicari nullatenùs possit à particularibus personis ejusdem Ordinis, quòd uno ore admittunt etiam communiter Canonistæ circa privilegia, Clericali Ordini concessa, ut videre est apud *Ambros. de Immun. cap. 16. num. 12. Gaill. observ. 40. num. 7. lib. 1. Afflict. dec. 85. num. 1. Gratian. discept. 190. num. 3. Scacc de Judic.lib.1. cap. 11. nu. 85.& seq. Gam.dec.29.num.5.Mastrill.dec.169.num.11.Sperel. dec.104.num.85.Panim.dec.6.adnot.6.num.29. de Graff. de Effect.Clerical.effect.1.num.23.& Zaul.ad Statut.Favent. tom.1. fol.195.num.4.*

Dicimus 3. quòd in omnem casum, ad hoc ut observantia contraria in his terminis suffragetur, illa probari debet cum distinctione Monasteriorum, & Conventuum, ædificatorum ante, vel post Concilium, demonstrando, quòd observantia contraria solvendi quartam vigeret antè Concilium per annos 40. aliàs in nulla consideratione habetur, ut in ipsissimis terminis nostræ Diœcesis, recedendo ab alia decisione, firmavit egregiè *Rot. in d. Senogallien. apud Antonel. de Jur. Cleric. dec. 8. num. 12. & 13.* Ad terminos cujus distinctionis in nulla consideratione habita fuit, tàm generalis consuetudo, quàm particularis nostræ Civitatis, & Diœcesis Senogallien. ut videre est in decis. revocata, quæ est in ordine *la terza apud eundem Antonel. de Jur. Cleric. n. 1. 3.& seqq.* ibi: *Ultrà assistentiam Juris, &c. assistit quoque eidem generalis consuetudo, secundum quam Parochi à quibuscumque Regularibus, etiam Carmelitis, non obstantibus privilegiis, communiter, & semper exegerunt, & exigunt hujusmodi quartam, &c. & eò magis, dum concurrit etiam particularis observantia Diœcesis, & Civitatis Senegalliæ, ut deponunt 4. testes, formitèr examinati, &c. & alii ad perpetuam rei memoriam inducti, &c. & visa est cessare difficultas ex eo, quòd consuetudo, & observantia pluries fuit contra Regulares, & quidem Carmelitas approbata, & canonizata per Sac. Congr. Episc. per Sac Congregat. Rit. & per Sacra Congregat. Concil. &c.*

Si igitur observantia contraria, concludenter in casu hujus decisionis probata, pro Diœcesi, & Civitate Senogalliæ, necnon canonizata per dd. Sac. Congr. in nulla habita fuit consideratione in d. *Senogallien. Quartæ funeralium*, ea ratione, quia non respiciebat solutionem cum distinctione inter Monasteria, & Conventus ædificata antè, vel post Concilium, quantò minùs attendi non debet prætensa contraria observantia in nostro casu, in quo nulla adducitur concludens illius probatio cum distinctione monasteriorum, & Conventuum, fundatorum antè, vel post Concilium, sed in confuso exagerantur simplices, & mendicatæ fides personarum interessatarum, absque citatione hujus Partis procuratæ, & quòd magis est, etiam sinè juramento, in quibus terminis in qualibet materia negligenda prorsùs sunt, juxtà notoria principia, & liter *Text. in cap Nuper de Testib.* ibi: *Respondemus quòd nullius testimonio, quantumcumque Religiosum existat, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium debet credi.*

Quòd autem nostra Religio vigore Apostolicorum Privilegiorum exempta sit à solutione cujuscumque quartæ funeralis, non solùm 40. annis antè Concilium, sed annis 304. evidenter deducitur ex dicto privilegio Alexandri IV. anno

anno 1260. quod successivè confirmatum fuit à decem aliis 136 successoribus Romanis Pontificibus, specificè relatis *in d. dec.263.n.3.p.15. rec.* Quòd verò noster Conventus fundatus fuerit non 40. annis antè, sed 50. annis post promulgationem, & confirmationem Concilii, secutam die 26. Januarii 1564. ut ad rem observant *Bail. in Summ. Conc. to. 1. verb. Concilium Tridentinum sess 3. de Recept. Conc. fol. 737. Matthæucc. in Offic. Cur. Regul. verb. Officialis quoad quartam nu. 3.* & firmavit *Rot. in dec. 1072. n. 5. cor. Coccin. & in d. dec. 8. n. 11. apud Antonel. de Jur. Cleric.* concludenter justificamus in Summario, 137 ostendendo, quòd fundatus fuit die 26. Maii 1614 & propterea ex hac etiam animadversione ad solutionem quartæ nullatenùs tenetur, ut in terminis alterius Conventus nostræ 138 Religionis, fundati anno 1613. firmavit egregiè *Rot. in dict. dec. 179. per tot. signanter n. 9. cor. Royas.*

Respondetur ex adversò: *Vanum esse descendere ad examen, quòd Conventus, utpotè ædificatus post Concilium, non debeat* 139 *succumbere solutioni quartę, quia quoad hunc punctum S. Cong. Conc. certi aliquid nunquam voluit decernere, demandando præcipuè sub die 17. Iulii 1686 in dubiis propositis, concernentibus quartæ solutionem, ut recurreretur in casibus particularibus.*

Vanitas autem se tenet ex parte contrariæ Responsionis. 140 Quidquid enim ex particularibus facti circumstantiis dictum fuerit à Sac. Congr. Conc. d. die 17. Julii 1686. hoc unum est indubitatum, quod id per viam legis generalis resolvit, & practicandum esse demandavit *in Pampilonen. quæ est in lib. 23. Posit. fol 825* & successivè idem respondit in *Tricaric. lib. 1. Decr. fol. 22. & in Rossan. 21. Decemb. 1591. lib. 7. Decr. fol. 31. & in Gerunden. 4. Jun. 1594 ut in lib. 8. Decr. pag. 40. & in Militen. 1. Aug. 1607 lib. 11. Decr. fol. 13. & in Nolana 2. Septemb. 1636. lib. 15. Decr. fol. 100. & in Asculana 2 Decemb. 1679 lib. 30. Decr. fol. 530. & in Nullius Cappuccin. 21. Maii 1678. lib. 39. Decr.* 141 *fol. 76.* Itaùt propositio hæc, ut Monasteria, & Conventus, fundati 40. annis post Concilium, ex illis tamen Religionibus, quæ specialiter in hac parte privilegiatæ sunt, nullatenùs solvere teneantur quartam Ecclesiis Parochialibus, nullam admittat dubietatem, utì inter Doctores receptissima, & apud magna Tribunalia communiter admissa, ut videre est apud *Arcangel. Caracc. de Quart. funer. cap. 1. Eman. Rodriq. qu. Regular. to. 1. qu. 39 art. 2 Samuel. de Sepultur. conclus. 3. n. 12. Marant. lib. 1. respons. 2. num. 78. Tambur. de Jur. Abbat. disput. 15. qu. 17. num. 1. & seqq. Caren. resolut. moral. 51 num. 24. tom. 3. Joann. della Cruce lib. 2. cap. 19. dub. 5. conclus. 2. in fin. Guttier.* 142 *de Juram. par. 2. cap. 40 num. 3. Passer. de Stat. hom quæst. 187. n. 667. & 670. Quarant. in Summ. Bullar. verb. Privilegia Regularium fol. 449. & 450. Sorb. in Compend. Privileg. Mendic. verb. Canonica portio §. 5 & 9. Antonel. de Jur. Cleric. lib. 1. cap 61. num. Matthæucc. in Offic. Cur. Regul. verb. Officialis quoad quartam num. 2. & seqq.* ubi refert ità pluriès judicatum ab hac Sac. Congr. necnon à Sac. Cong. Conc. favore aliorum Religiosorum Mendicantium, & in individuo favore nostrę Seraphicæ Religionis ita respondit *2 Augusti 1607. lib. 11.* 143 *Decr. fol. 13. Lavor. var. lucubrat. tit. de Prisc & rec. funer. mor. cap. 3. sub num. 183. Barbos. ad Conc. sess. 25 cap. 13. de Reform. num 2. & Rot. dec 1072. num. 4. & per tot cor Coccin. & dec. 45. num. 37. cor Zarat. & cor. Royas dec. 179. nu. 8. & cor. Peuting. dec. 243. num. 13. & dec. 1. num. 23. & seq. apud Antonel. de Jur. Cler. & dec. 84. num. 4. apud Tambur. de Iur. Abbat. & in par. 15. rec. dec. 263. num. 10. & seqq. & in Hispalen. & in Tarentina* impressis apud *Dian. coordin. to. 8. dec 25. & 26 fol. 286. & 287. & in Posnanien 4. Julii 1696. §. Decrevit cor. Card. Priolo.*

Sed quando omnia ista deficerent, ad hoc, ut dicta propositio constituta dici posset intra evidentiæ fines, sufficeret sola lectura *Constitut. 41. S. Pii V. §. 11.* ibi: *Quartam funeralium,* 144 *de qua sess. 25. cap. 13. nequaquam solvere teneantur monasteria, quæ à 40. annis citrà fundata existunt, post quam Concilium ipsum loquitur tantùm de Monasteriis, antè annos 40. fundatis, quæ ipsam quartam solvere consueveruut.* Opportunè hìc repetentes, quòd sub Sole ad probandam intentionem 145 Principalium non possumus efficaciorem adducere authoritatem, quàm Constitutiones Summorum Pontificum, ad literam nostrum casum determinantes, benè *Rot. cor. Ansald. dec. 3. num. 6.*

In qua parte adeò rigorosè procedi solet contra Parochos, ut uno ore observent DD. ipsis spectare onus probandi consuetudinem solvendi quartam per annos 40. ante Concilium, ut notat *Matthæuc. in Offic. Cur. Regular. verb Officialis* 146 *quoad quartam num. 4.* Et in terminis favore nostræ Religionis respondit *Sac. Congr. Conc. in Minorum Observantiæ Provinciæ Poloniæ 14. Novemb. 1682. lib. 32. Decr. fol 476.* ibi: *An ad Parochus, vel potiùs ad Superiores Regulares Conventuum spectet onus probandi, quartam à controversis Conventibus solvi consuevisse, vel non, per quadraginta annos ante Concilium. Sac. Cong.* respondit: *Spectare ad Parochum.* Quæ probatio in nostro casu est physicè impossibilis, dum 147 noster Conventus, ut supra probavimus, non fuit ædificatus antè 40. annos, sed annis 50 post Concilium, & proindè impossibile est, quòd illius Religiosi potuerint solvere quartam Parochiæ Adversarii, eo tempore, quo non erant adhùc in rerum natura.

Demùm gratuitæ illæ exclamationes, quòd per favorabilem resolutionem nostri dubii totlites, & controversiæ suscitarentur in Diœcesi Æsina, quot sunt Conventus Regularium, sunt meræ exagerationes, quia oracula hujus 148 Sac. Congregat. terminant, non suscitant lites; Idque in nostris præcisis terminis docuit experientia, practicumque exemplum in nostra Diœcesi Senogallien. quæ neque in numero Conventuum, & multiplicitate Religionum, neque in Parochiarum qualitate, & quantitate Æsinæ Diœcesi cedit, & in qua concludenter probabatur contraria observan- 149 tia, tam generalis, quàm particularis, ut in *d. decis. 3. nu. 1. & seqq. apud Antonell. de Jur. Cleric.* & tamen post revocatoriam ejusdem decisionis, impressam *apud eundem Antonell. decis 8.* nulla fuit excitata nova lis, nullaque controversia, sed potiùs terminatæ antiquæ, & summa pace executioni demandatum Sac Rotæ judicium, quod ad unguem verificabitur etiam in nostro casu, mediante favorabili oraculo EE. PP.

Sac. Congr. Episc. Ponente Card. Gabriellio 23. Decemb. 150 1707. respondit ut infra.

Dub. I. An Cadavera defunctorum Terræ S. Marcelli Æsinę Diœcesis, qui elegerunt sepulturam in Ecclesia PP. Reforma- 151 *torum S. Francisci Terræ Belvederii, Senogallien. Diœcesis, sint priùs asportanda ad Ecclesiam Parochialem dictæ Terræ S. Marcelli, ad effectum ibi peragendi, & celebrandi Exequias, seù potiùs recto tramite ab ædibus dd. defunctorum ad Patrum Ecclesiam sint asportanda, & ibi fieri debeant Exequiæ, & quatenùs affirmativè quoad secundam partem.* Negativè quoad primam partem; Affirmativè quoad secundam.

II. *An Parochus S. Marcelli teneatur associare dd. Cadavera usque ad januam Ecclesiæ prædictorum PP. sitæ in Diœcesi Se-* 152 *nogallien.* Affirmativè.

III. *An dictus Parochus possit ratione itineris, & laboris exigere ab hæredibus defuncti duplum illius eleemosynæ, quæ* 153 *daretur in casu, quo cadaver esset sepeliendum in ejus Parochia:* Dilata.

IV. *An dd. PP. quando fuit electa sepultura in eorum Ecclesia, teneantur priùs accedere ad dictam Ecclesiam Paro-* 154 *chialem, ad levandum Parochum, seù potiùs illum expectare in tertia Ecclesia, ubi fiat depositum dicti cadaveris, vel potiùs possint expectare in janua Ecclesiæ eorum Conventus.* Expectetur exitus Sac. Congregationis Rituum.

V. *An Cadaver q. Bernabæi Ciucci fuerit ritè, & rectè tu-* 155 *mulatum in dicta Ecclesia Parochiali S. Marcelli, vel potiùs sit restituendum prædictæ Ecclesiæ PP. Reformatorum Belvederii; Et quatenùs affirmativè quoad secundam partem.* Negativè quoad primam partem; Sed in casu de quo agitur non esse locum restitutioni cadaveris.

VI. *An, & quæ emolumenta funeris sint debita eisdem Patribus.* Omnia emolumenta funeris deberi Religiosis. 156

ANno 1709. in ætate annorum duorum, nimis immatura morte, defuncto Cęsare Ursaya, meo dilectissimo filio, occasione sepulturę, dandæ ejus cadaveri in Ec- 157 clesia S. MARIÆ in Vallicella RR. PP. Congregationis Oratorii de Urbe, ubi ex eorundem Patrum æquè gratuita, ac generosa concessione Sepulchrum construxi, cum inscriptione sequenti.

D. O. M.

DOMINICUS URSAYA IN URBE ADVOC.
ET
VERONICA CABALLINA CONJUGES
ITEMQUE
ABBAS CAJETANUS URSAYA
DE FRATRE BENEMERITISSIMUS
SIBI, ET SUIS VIVENTES
POSUERE
ANNO DOMINI MDCCIX.

Tunc temporis Sacrista Ecclesiæ SS. Celsi, & Juliani, sub cujus Parochia habito, insubsistentem excitavit prætensionem,

sionem, percipiendi duplicata funeris emolumenta, eoquia 158 opus erat associare cadaver extra Parochiam, recurrendo ad solitum Parochorum refugium, seu sacram anchoram, hoc est ad consuetudinem, pedes figendo in eo, quòd, tam ipse, quàm multi alii Parochi Urbis, etiam post novissimam compilationem Statuti Cleri, ita practicaverant. Quia verò pondere, & firmitate rationum illuminari à me non potuit, opus fuit ad Superioris authoritatem habere recursum mediante sequenti Memoriale, porrecto tunc temporis Eminentissimo Urbis Vicario.

Nel *cap. 6. de Merced. assoc. fun. dello Statuto del Clero di Roma*, e negl'Ordini, stampati nel fine del medesimo al §. 159 *Regola invariabile per i dritti de Funerali*, si stabilisce per via di regola generale, che la mercede delli RR. Curati, che accompagnano il cadavere, anche de'Cardinali, ordinariamente sia di due giulii, e la metà per ogni Prete, che accompagna parimente il cadavere con la cotta. Qual regola si limita in tre maniere, nè casi di distanza ordinaria, maggiore, e massima, e in altri due, cioè ne tempi di notte, ò piovosi, come resta chiaro dalla sola lettura del medemo Statuto.

Mà perche nasce il dubbio, se quando il cadavere si accompagna alle Chiese non Parrocchiali, benche per altro non 160 lontane dalla Parrocchia nella distanza, prescritta nello Statuto, debba darsi il doppio della mercede tassata, come sopra, ò pure debba caminarsi con la regola, e Tassa generale.

Perciò umilmente è supplicata l' E. V. per la dichiarazione della medesima Statutaria disposizione, per evitare ogni 161 controversia, cioè se ne casi di distanza ordinaria, nè quali il cadavere si accompagna nelle Chiese non Parrocchiali, siano queste fuori, ò dentro la Parrocchia del defonto, debba darsi la mercede, litteralmente tassata dallo Statuto, ò pure il doppio. Prescindendosi in questa parte dalla disposizione legale ne termini de Jus commune, e Constituzioni Apostoliche, attese le quali non si deve altrimente dupplicata elemosina, ma semplice solamente, come diffusamente prova il *Sig. Avvoc. Pitone Discept. 8. à num.* 10. dove ciò limita unicamente in quei casi, de quali vi concorre consuetudine immemorabile in contrario.

Al qual effetto si sottopongono al purgatissimo giudizio del- 162 l'E. V. le seguenti cinq; riflessioni.

I. Che lo Statuto parla non di Jus alcuno, che competa alle Chiese Parrocchiali, ma semplicemente della pura mercede, dovuta à chi accompagna il cadavere, la quale si deve sempre commensurare dalla fatica, ed incommodo personale, secondo la disposizione di molte leggi, seguitate dal *Zacch. de Salar. quæst.* 52. *num.* 54. dove egregiamente osserva, che la mercede si deve *pro rata laboris*, e che *ab isto debet* 163 *commensurari*. Verità, che fà toccare con le mani la medesima Statutaria disposizione, replicando, triplicando, e quadruplicando la medesima mercede ne'casi di maggior distan- 164 za, ne'tempi piovosi, notturni, non per jus alcuno, che militi à favore delle Chiese Parrocchiali, in d. circonstanze di tempi, e distanza, ma per il solo maggior incommodo personale de Parochi, ancorche si tratti d' accompagnare il cadavere alla Chiesa Parrocchiale.

II. Che lo Statuto comprende litteralmente il caso dell' accompagnamento de'cadaveri de Cardinali, i quali regolarmente non si sepelliscono nelle Parrocchie, mà, ò ne sepolchri proprii, e delle loro Famiglie, ò pure nelle Chiese del loro titolo, come alla magistral decisione *Romana juris* 165 *tumulandi* 20. *Februar.* 1702. *cor. Eminentissimo Priol* impressa *dal Sig. Avvocato Pitone nel secondo tom delle sue Discettat. Ecclesiastiche fol.* 63. e citata nelle mie *Institut. crimin lib.* 3. *tit.* 8. *num.* 57. *& seqq.* Se dunq; in questo caso à tenore di d. Statutaria disposizione, non si può pretendere, se non la solita semplice mercede, con tutto che si accompagni un cadavere di persona tanto qualificata fuori del distretto della Parrocchia, non si sà vedere à che titolo, e con qual fondamento si possa pretendere dupplicata ne casi di accompagnamenti simili di persone, inferiori di molto à Signori Cardinali.

III. Che ne casi di Parrocchie, che comprendono molti territorii fuori della Città, la prattica è di pagarse à Curati 166 mercede maggiore della solita, quando la distanza è maggiore di quella, che si prescrive nello Statuto: Segno evidente, che la medesima parla del solo caso dell'incommodo personale, già che dentro i limiti d'un'istessa Parrocchia accresce la mercede, atteso l'accompagnamento per distanza maggiore.

IV. Che quando nel medesimo Statuto si è voluto disporre diversamente ne'casi di Parrocchie diverse, e ne'termini di 167 jus di sepolture, ò simili, è stato più volte litteralmente pratticato, come al *cap. 6. §. 5 in Addition. & in Ordinibus Generalibus fol 79. §. Per tutti quelli*, ed in altri luoghi: Onde dove non si è fatta d. distinzione di Parrocchia non si può insistere nella medesima, con pregiuditio di quelle famiglie, che hanno i sepolchri fuori delle Parrocchie, ò di quei defonti, che hanno eletta la sepoltura in altre Chiese.

V. Finalmente, perche il presente caso pare litteralmen- 168 te deciso dall'Aggionta, fatta al medesimo Statuto *cap. 6. §. 12.* nel quale si determina, che. *Si quis, domicilio non translato, decedat in aliena Parochia, illius Parochus in associatione funeris ad Ecclesiam, in qua cadaver sepeliendum erit, mercedem æqualem, quæ proprio Parocho defuncti præstatur, & fasciculum etiam candelarum unius libræ tantùm habeat. Et si in* 3. *Ecclesia Parochiali sepeliatur, eadem merces, & fasciculus Parocho dictæ Ecclesiæ sepelientis præstentur.* Dalle quali resta evidente, che l'accompagnamento fuori della Chiesa Parochiale non accresce emolu- 169 mento maggiore à chi accompagna il cadavere, ma che questo si regola solo, & unicamente dalla distanza, considerata nello Statuto.

Senza che possa opporsi la consuetudine contraria, perchè questa è affatto improbabile nello spazio di pochi anni, dop- 170 po la publicazione dello Statuto, ed in confronto del contrario, pratticato dalla maggior parte de'Curati: Oltre di che per insussistente ipotesi dato, mà non concesso che fosse provata concludentemente; Si direbbe, più tosto solenne abuso, litteralmente detestato, e qualificato per mera, e scandalosa estorsione dal medesimo Statuto con quelle formali parole: *Dichiarando per fine nulla, e di niun valore, anzi abuso, ed estorsione ogn'altra tassa, lista, convenzione, e pre* 171 *tensione di dritti, ed emolumenti, non compresi nè presenti Statuti &c. Non ostante qualsivoglia Statuto, Constituzione, decreto, tassa particolare, e consuetudine di qualsivoglia Chiesa.*

Riconosciuta la sossistenza di quanto è stato dedotto sin qui, detto Sig Card. Vic. *effectu punctualiter subsequuto*, rescrisse come segue.

Il Sig. Camerlengo del Clero faccia osservare puntualmente lo Statuto nel tassare la mercede de Viatici, ò accompagnature 172 *ne' funerali regolandosi sempre dalla distanza, prescritta nel medesimo Statuto al cap. 6. §. 2. e dalla mercede, parimente ivi assegnata, tanto se le Chiese, dove si porta à sepellire il cadavere, siano dentro, quanto fuori della Parrocchia* 2. Genaro 1710. G. Cardin. Vicario Nicolò Antonio Cugiò Segr.

De mense Martij 1719. renovata eadem prætensione à Sacrista S. Mariæ Transtyberim, ob sepulturam, datam uni ex Parochianis dictæ Basilicæ in Ecclesia PP. Reformatorum S Francisci ad Ripas, quamvis notula dictorum emolumentorum taxata fuisset à Camerario Cleri, qui erat Parochus S. Mariæ Monteronis, statim ab ejus prætensione re- 173 cessit, postquam vidit ea, quæ retuli ubi supra, quæque ei confirmata fuerunt à D. Can Cugiò ejusdem Basilicæ dignissimo Canonico, meritissimoque secretario Tribunalis Vicarij Urbis.

DISCEPTATIO XXIX.

Romana Matrimonii Ad petitionem.

Pauli Philippi Sabelli.

ARGUMENTUM.

Matrimonium ser. ser. contractum, & consumatum cum muliere annorum decem, & quinque mensium, an sit validum.

Die 18. Augusti 1708. præmissis omnibus de Jure servandis, in facie Ecclesiæ contractum fuit matrim. inter Paulum Philippum Sabellium, & Margaritam ut constat ex 1 fide Parochi S. Caroli ad Catinarios, *in Process fol* 88. atque inter Partes non controvertitur; Sicuti etiam admittitur consumatio ejusdem matrim. comprobata ulteriùs à recognitione quatuor Obstetricium, *in Process. fol.* 30. *& seq.* procedentium cum antiquata illa simplicitate, quod virginitas consistat in ruptura nescio cujus panniculi virginalis, quam nervosè im- 2 pugnat *Zacch q. Medicolegal. to.* 3 *lib.* 4. *tit.* 2. *q.* 1. *à n* 14. & melius *Regner. de Graff. de Mulier. organ gener. inservien. par.* 1. *tit. de Hymen vers. Cùm itaque* impress. *in Biblioth anathom. p* 1. *tit. de Infirm ventr. fol mihi* 592. *& Raynald obser Crim. to.* 3 *c.* 31. *n.* 15. ibi *Anzi dice il Fontanella &c. che non si possa conoscere dalla rottura del pannicolo, chiamato hymen, per essere una chimera.*

Omnia hæc sequuta fuerunt cum supposito, quod dicta

cta Margharita constituta esset in ætate annorum duodecim completorum, uti nata die 22. Martii 1696. ut ex fide ejus baptismatis *in Procesſ. fol.* 44. Cùmque tale suppositum prorsùs insubsistens detegatur hodiè, ex quo in rei veritate eadem Margharita lucem aspexit solùm die 22. Martii 1698. ut ex accurata recognitione Libri, in quo descripta fuit illius nativitas, originaliter ad Urbem transmissi, remanet manifestum, unà cum aliis probationibus, superadditis in Processu, ex quibus patet, de tempore contracti matrimonii constitutam dumtaxat fuisse in ætate annorum decem, & quinque mensium, neque etiam completorum, Hinc pro veritate quæritur, an idem matrimonium validum sit.

Crederem verò illius nullitatem esse evidentem, quia regulariter ex parte mulieris ætas necessaria ad matrimonii validitatem, & apta ad prolis generationem, est illa annorum 12. completorum, ante quàm non est permissum validè devenire ad matrimonii contractum, ut videre est apud adductos *à Sanchez de Matrim. lib. 7. disput.* 105. *per tot. Antonel. de Temp. legal. lib. 2. cap. 4. num. 1. & 7. Perez. de Matrim disput. 37. sect. 12. num. 1. de Just. de Dispens. matrim. lib. 3. cap. 8. num. 38. & Jor. de Matrim par. 5. quæst. 9. sub num. 8. & Rot. dec. 32. num. 2. & seqq. apud Zacch. quæst. Medicolegal.*

Quòd adeò verum est, ut matrimonium, contractum cum publicitate talis impedimenti ob ætatem minorem, superveniente adhuc legitima ætate, nullatenus convalescat, sed necesse est, ut conjuges novo consensu coram Parocho, & testibus repetito, illud denuo contrahant *Aversf. de Sacram. Matrim. quæst. 11 sect. 4. vers. Quantum ad primum, & de Just. de Dispens. Matrim. lib 3. cap. 8. num. 62.*

Etiam si cohabitatio, & copula intercessissent, ut sæpius resolutum à Sac. Congr. Conc. testantur *Fagnan. in cap. De illis il secondo num. 47. de Despons. impuber.* & est magistralis *dec. 32. per tot. apud Zacch. q. Medicolegal.*

Unica in hac parte excitari posset difficultas circa malitiam d. Margharitæ, quæ supplere in his casibus solet ætatis defectum, illaque desumi potest ex ejus verbis, & factis; Ex verbis quidem, dum *in Proc. fol.* 13. modestè quidem, sed nimis significativè loquendo de matris operationib; asseruit, *che sua Madre faceva il peccato mortale con Savelli*. Ex factis verò, quia ex judicio Medici laborabat morbo gallico, vulgò appellato *Scolatione Process. fol. 62. & 63. à ter.* Circa quod concordant etiàm dictæ quatuor Obstetrices *Process. fol. 30. & seqq.* Ex quo concludenter probata dicitur copula, quæ facit præsumere habilitatem ad matrimonium, per ea, quæ in terminis firmavit *Rot. in dec. 246. num. 11. par. 4. diversf.* Quibus jungitur alia reflexio, quam nescio, an vocem felicitatem, vel infelicitatem nostrorum temporum, deducta à Regionis caliditate, qua attenta, puellæ citò pubescere solent, ut loquendo præcisè pro substinendo matrimonio alterius puellæ decennalis observat *Rot. in dec.* 400. *num. 9. & seqq. cor. Merlin.*

Quæ tamen difficultas nullatenùs me removet à priori opinione. Quia ex pervolutione processus non desunt, neque verba, neque facta ejusdem Margharitæ, ex quibus talis malitia excluditur. Quoad verba *ex fol. 75. & 76.* habemus, quod interrogata à Paulo *di chi era figlia, gli rispose, che haveva Tata, e Mamma*, quæ verba, ut ex se notum est, individuant puellam æquè teneræ ætatis, ac magnæ simplicitatis. Quo verò ad facta *ex fol. 62. & 63.* resultat, quòd neque etiam à remotissimis percipiebat vim copulæ, dum interrogata à matre, an esset, nec nè, cognita à Paulo sponso, maxima simplicitate respondit; *Che Savelli li haveva pisciato trà le coscie*, in qua parte dignetur Lector mihi ignoscere si pro causæ necessaria discussione similia dicere cogor, ut verbis utar *Hostien. in Summa tit. de Frigid. & malef. §. Quæ impotentia num. 6.* de quibus *suprà discept.* 12. *num. 1. par. 1.*

Quæ verba, & facta comprobantur ulteriùs ex multis testibus in *Proces. fol. 10. fol. 16. fol. 59. fol. 83. & fol.* 110. uniformiter deponentibus de ætate infantili ejusdem Margharitæ, quòdque, illa attenta, etiam post contractum matrimonium mater cum consensu, & operationibus Parochi cupiebat eandem reponere in Conservatorio S Euphemiæ, in quo nullatenùs admittuntur illæ quellæ, quæ annum 12. inceperint.

Comprobantur pariter ex confessione ejusdem Margharitę *Process. fol. 25. & duobus seqq.* ibi: *La prima volta &c. li fece dolore assai, à segno, che piangendo, e strillando risvegliò sua madre &c. la seconda &c. poi la lasciò andare, perche si doleva assai.* Quas circumstantias ad præcisum effectum excludendi potentiam in puella habili ad contrahen. matrimonium in specie consideravit *Rot. in dec. 246. à num. 11. par. 4. diversf.* ibi *Dolor &c. quem non sensisset si naturalem jam adepta fuisset vigorem, & aptitudinem ad generandum, cùm d. dolor non aliundè appareat processisse, quàm à tenera, & immatura ætate.*

Ultra quòd ea, quæ admittuntur à Canonistis in hac parte respectu malitiæ, supplentis ætatem, non habent locum in omni ætate, sed solùm exeunte anno 10. & incipiente 11. ut in terminis probat *Narbon. de Ætat. anno 14. quæst 9. num. 13.* ubi solidam illam adducit rationem, quòd *aptitudo ad copulam, quam simul cum discretione esse necessariam diximus, ut malitia suppleat ætatem, nonnisi per annum solet pubertatem præcedere, & Rot. dec. 32. num. 7. apud Zacch. quæst. Medicolegal.*

Ex quibus, vel totalitèr, & concludenter excluditur malitia talis, quæ supplere potuisset ætatem ejusdem Margharitæ, vel saltem illa redditur nimis dubia; In dubio autem præsumendum est, malitiam non supplere ætatem, ut sequendo *Sanchez lib. 7. disput. 105. num. 4.* notat egregiè *de Just. de Dispens. Matrim. lib. 3. cap. 8. num* 44. & concordat *Bonacin. Oper. moral. tit de Matrim. quæst. 1. punct. 4. quæsit. 2. num. 16.* & firmavit *Rot. in dec. 246 num. 16. par. 4. diversf.*

Certiùs, quia sumus in terminis matrimonii, nulla præcedente ætatis dispensatione contracti, quo casu semper in dubio inclinandum videtur pro illius nullitate, solidis rationibus, adductis à *Corrad. in Prax. dispens. lib. 4. cap. 2. nu.* 19. ibi *Nisi desuper dispensatio, seù declaratio supradicta intervenerit, matrimonium antè legitimam ætatem contractum, in dubio declarandum est nullum.*

Neque vis aliqua fieri potest *in d. dec.* 400. *Merlin.* Illa enim loquitur de puella Regni Neapolitani, in deliciis enutrita, ac de primariis familiis ejusdem Regni, *ut videre est ibidem num. 10. & 11.* Nec non agebatur ulteriùs de matrimonio, contracto prævia Summi Pontificis solemni dispensatione, pro cujus subsistentia, & validitate omnia Jura clamabant, quæ omnia longè distant à nostro casu.

Minùs fieri potest vis in judicio Ecclesiæ, seù credulitate Parochi, qui judicavit in Margharita, malitiam supplere illius ætatem, dum illam matrimonio junxit cum Paulo; Factum enim in hac parte non assistit, quia Parochus processit cum supposito, quod ejusdem ætas esset annorum 12. completorum, juxtà fidem baptismatis, eidem exhibitam, & ultimò solùm loco erroneam detectam; Si igitur Parochus ignorabat dictum ætatis defectum, non potuit circa illam aliquid determinare; Voluntas enim non fertur in incognitum *Rot. dec. 296. num. 30. par. 17. rec.* Et in terminis matrimonii, contracti cum licentia Archiepisc. Taurini, magistraliter *Rot. in dec. 32. per tot. apud Zacch quæst. Medicolegal.* quæ non potest magis punctualiter præsentem casum decidere.

Demùm nullam meretur animadversionem morbus Gallicus, quo laborabat Margharita; Admissa enim citra veri præjudicium illius existentia, adhuc non desunt classici Doctores, in medicina expertissimi, qui asserunt, illum communicari, posse etiam sine carnali commixtione, nempè *Gabr. Fallop. de Morb. Gallic. cap. 22 ferè per tot. Zacch. quæst. Medicolegal. tom. 1 lib. 3. tit. 3. num. 28. & cons. 26. sub num. 16. Fernell. de Luis Vener. curation. cap. 4. fol.* 1430. *Cardiluc. comment. in Prax. Humana cap. 166. vers. Causa hujus fol.* 1841. Et ex Theologis *Amen. de Delict. & Pæn. tit. 4. §. 1. num 98, & pluribus seqq.* Et ex Criminalistis *Raynald. tom. 3. cap. 31. num. 13. & seqq.* loquens in specie de simili puella laborante eodem morbo Gallico, quos citavi *in meis Instit. Crim. lib. 1. tit. 4 nu. 21. & 22.*

Die 13. Septembris 1709 ab Eminentissimo Urbis Vicario matrimonium fuit declaratum nullum.

DISCEPTATIO XXX.

Farfen. Nullitatis Matrim.

PRO

Joanne Francisco de Angelis

CUM

Catharina Simonetta.

ARGUMENTUM.

Matrimonium, à carcerato contractum coram Parocho carcerum, an sit validum; Et quando dicatur nullum ob vim, & metum, cum quibus contractum prætenditur.

JOannes Franciscus de Angelis querelatus à Catharina Simonetta de asserto stupro, carceribus Curiæ Farfensis 1 mancipatus fuit, efformatoque Processu, nihil adversus ipsum resultabat, sed potiùs non levia apparebant indicia adversus honestatem ejusdem Catharinæ. Transmisso eodem Processu ad Urbem, illoque diligenter recognito in Congr. Criminali Eminentissimi Abbatis, conclusum fuit, ob essentiales nullitates, quibus abundabat, & ob defectum etiam probationum asserti stupri, Joannem Franciscum non 2 posse in aliquam pœnam condemnari; Fuit nihilominùs solita prudentia Vicario injunctum *Che procuri, che per parte del carcerato si concordi la detta stuprata nella forma, che stimarà ragionevole, con il deposito di una congrua somma per la dote, quando ricusi di sposarla.*

Vicarius autem loco insinuandi carcerato æquitativum, voluntariumque temperamentum ejusdem epistolæ, eundem coram se accersiri fecit à carceribus, resolutivè dicendo: *Pensa quello, che vuoi fare, ò sposare, ò dare la dote di scudi* 400. *ò andare in Galera in vita*, ut de proprio auditu refert Cat- 3 harina, & concordant alii testes, apertis literis se declarando idem Vicarius, quòd talis erat tenor sententiæ, approbatæ à dicta Congr. Criminali Eminentissimi Abbatis, quòdque ipse nullum omninò in hac parte habebat arbitrium, sed pro exequutione, & punctuali adimplemento ejusdem sententiæ omnem adhibere debebat operam.

A ferrea voce hujus intimationis, quisque de facili potest sibi suadere, quali, quantoque metu animus carcerati commotus fuerit, dùm efluxi erant jam quinque menses ab ejus 4 detentione in carceribus; Summa sc. 400. proprio marte ab eodem Vicario canonizata pro congrua, respectu mulieris, victum quærentis à famulatu, ei reddebatur prorsùs impossibilis, nedùm attentis modicis facultatibus suæ domus, sed etiam qualitate filii familias; Transmissio demùm ad Triremes, nedùm in perpetuum, sed nec etiam ad breve tempus eligibilis nullatenùs erat ab infelici carcerato, attentis illis incommodis, quæ experientia nota sunt, quæque descri- 5 buntur à *De Ros. in Prax. Crimin. c. ult. Basil. dec.* 45. *& Sabel. in Prax. univers. verb. Galera.*

Non igitur alius superfuit modus carcerato, in dictis angustiis posito, quàm se declarare, velle contrahere matrimo- 6 nium, & in effectu, *impatientito mandò à chiamarmi alla ferrata, e mi disse, che voleva fare allora il matrimonio, e che andassi à chiamare un Prete*, ut refert Cancellarius, ubi ulterius prosequendo actus, à carcerato gestos in dictis angustiis, asserit dixisse; *Mas sera la finisco, non voglio star più qui*, & concordat alter testis.

Sed quia non aliam expectabat responsionem idem Vicarius, jussit proindè, statim carceratum coram ipso duci, attento quòd ibidem jam reperiebatur Catharina, sed quia ob eandem instantaneam declarationem, & mutationem vo- 7 luntatis carcerati, res nullatenùs erant dispositæ, & inter alios essentiales defectus, neque etiam aderat proprius Parochus, jussit idem Vicarius, uti talem assistere debere Sacerdotem Joannem Philippum Cretonium, qui nullius ex contrahentibus erat proprius Parochus, ut ipsemet clarè fatetur in Summario, subministrante, seù commodante uno ex satellitibus anulo, & dispensante eodem Vicario solitas denun- 8 ciationes, non obstante, quod ejus facultates ad id non se extenderent, attenta dispositione ultimæ Synodi Farfen. *Tit. de Sacrament. Matrim. c.* 14 *§.* 3.

Omnibus igitur ità peractis, post parvam moram in qua dam caupona, repositus jam carceratus in suspirata libertate, loco ducendi sponsam ad propriam Patriam, accessit ipse ad Urbem pro obtinenda declaratione nullitatis ejusdem 9 matrimonii, ad quem effectum concordatum fuit dubium, *An constet de nullitate matrimonii*, quod speramus, & supplicamus affirmativè resolvendum esse,

Duæ sunt essentialissimæ nullitates ejusdem matrimonii. Prima consistit in absentia proprii Parochi unius ex contra- 10 hentibus, cujus præsentia sub pœna nullitatis præscripta fuit in Sac. Conc. Trid. *sess.* 24. *cap.* 1. *de Refor. Matrimonium.*

Nec ad salvandum talem defectum recurri valet ad authoritatem ejusdem Vicarii; Quidquid enim sit de generali inspectione, an Abbas Commendatarius, habens Jura Episcopalia, facultatem assistendi matrimoniis alteri, quàm 11 proprio Parocho concedere possit? Hoc unum est indubitatum, quòd Vicarius Generalis Abbatis Farfensis talem non habet facultatem, quòd non probamus ex uno, vel altero Collectore, sed ex punctuali resolutione hujus Sac. Congr. cum successiva approbatione Summi Pontificis, relata *à Pont. de Matrim. lib.* 5 *cap.* 10. *num.* 13. ibi *Non permittitur* 12 *hæc facultas Commendatario, licèt ejus Abbatia Jura Episcopalia habeat, cujus Abbas appellatione Ordinarii venit, juxtà Gloss. in cap. fin. de Offic. Ordin. in* 6. *Dixit enim SS. D. N. quod Ordinarius hìc non intelligitur, nisi Episcopus, tamen Cardinali Farnesio Commendatario Farfensis Monasterii fuit permissum, non autem ejus Vicario.* De qua pariter punctualissima resolutione mentionem faciunt *Cardin. Bellarm. in Not. ad Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 5. *vers. Item Abbas fol.* 341. ibique etiam *Barbos. n.* 99. *in fine*, nec non *Farinac. in declat. Sac. Concil. Trident cum suis Decis. Lugdun. impressis anno* 1618 *fol.* 66. *vers. non permittit.*

Limitata verò, & nimis restricta facultas ejusdem Vicarii comprobatur ulterius ex *Fagnan. in cap. Cum inhibitio num.* 9. *de Clandest. desponsat.* ubi, quòd d. Vicarius, nec 13 etiam facultatem habet remittendi denunciationes matrimoniales, quod què ità reperitur adnotatum in Libris Sac. Congr. manu Cardinalis Carafæ, Multo igitur minùs permissum erit eidem Vicario concedere facultatem Sacerdoti assistendi loco proprii Parochi, argumento *Text. in auth. Multo magis Cod. de Sacros. Eccles.* cum aliis apud *Surd. de Alim. tit* 9. *q.* 1. *n.* 12. *Ferrer. in Consilt. Cathal. glos.* 4. *n.* 113. *& Barbos. axiom.* 180. *n.* 2. *vers. Secus.*

Nec dicatur, quòd Parochus carcerum coram quo fuit 14 contractum matrimonium, de quo disputamus, dicatur proprius contrahentium, ita ut coram eo validè contrahi potuerit ex Textu *in l. Filii ff. ad Municipal.* quem sequitur *Fagn. in cap. Significavit à num.* 19. *de Paroch.* observans, proprium Parochum dici illum, ubi quis mandato Principis detinetur, cum quo concordat *Barb. ad Conc. sess.* 24. *de Reform Matr. c.* 1. *n.* 11.

Textus enim loquitur in terminis Relegati, ut notat *Bartol.* ibi: *Tene menti pro confinatis, ut ibi sortiantur domicilium, Fagnanus verò, & Barbosa* in terminis mulieris, jus- 15 su Principis permanentis in certo Loco, sub præcepto illinc non discedendi, quandiù secus ei ordinatum non esset, & sic in eisdem terminis Relegati, quem ultrò admittimus, domicilium contrahere in illo Loco, ubi relegatus fuit, vel in pœnam ad carceres, sivè ad tempus, sivè perpetuò condemnatus; Non sic autem respectu illius, qui loco custodiæ, juxtà terminos nostri casus, & pro illo tempore quo ejus causa discutitur coram Judice, in carceribus detinetur, in quibus pro dicto tempore manere dicitur, non tanquam in domo propria, sed in aliena, à qua continuò absens est animo, & semper præsens in sua, seù in proprio domicilio, ut benè notant *Joan. Andr. & Abb. in cap. In nostra sub num.* 10. *de Se-* 16 *pult. & Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 23. *sub num.* 11. & meliùs *Pignatel. consult.* 86. *num.* 5. 7. *&* 11. *tom.* 7 ubi, quod Textus supra citatus, loquitur de Relegato, alii verò DD nec non decreta favore Parochiarum Transpontinæ, & Sancti Blasii in Via Julia in Urbe, procedunt pro carceratis in pœnam in Castro Sancti Angeli, & in Carceribus novis.

Viva autem ratio hujus conclusionis illa est, quòd in carcerato loco custodiæ non verificatur animus habitandi, neque spontaneus consensus, uti promanans à jussu Principis, vel Judicis, sine quo animo habitandi in aliquo loco nunquam verificatur subjectio Parocho ejusdem Loci, ut 17 in nostris terminis firmavit *Rota in decis.* 451. *num.* 3 6. *&* 7. *coram Dunoz Jun* loquens in terminis mulieris, permanentis in Arce, seù Castro, & in terminis sepulturæ in *dec.* 384. *num.* 3. *par.* 11. *recent.* Et per viam legis generalis resolvit

hæc

hæc S. Congr. in Rom. 22 Febr. 1631. lib. 14. Decr. fol. 390. à ter. & in Urbinat. 1. Decem. 1640. lib. 16. Decr. fol. 456. ubi sequitur; aliam antiquiorem resolutionem *in Abulen. Rot. in Neap. Mat. 22. Jun. 1705. §. Quamvis cor. Car. Priol.*

Ultra quod prorsùs impracticabile videtur contrarium; Non enim assignabilis esset dies illa, à qua dici posset, carceratum loco custodiæ incipere subesse Parocho carceris; 18 Non sic autem respectu Relegati, seù in pœnam ad carceres condemnati, quia isti statim post exequutionem sententiæ dicuntur corpore, & animo incipere habitare in loco relegationis, vel carceris; Et quidem etiam ex propria voluntate, quia delinquens eo ipso, quòd voluntariè vult delictum, dicitur etiam velle pænam, quę est ipsius necessarium consequens: Unde moriens per manus justitiæ voluntariè mori, & à seipso occidi dicitur, ut non minus solidè, quàm argutè, referendo ità decisum, notant *Castrac. de Societ. Offic. cap 20. num. 11. Card. de Luc eodem tract. disc. 12. num. 25. & de Pension. disc. 69 num. 9. & per tot.* loquens de casu Francisci Canonici, aliàs Mascambruni, & observans, ipsum, veluti alterum Sejanum, à summo favore apud Pontificem, ac 19 Purpuræ jam destinatum, transitum fecisse ad manus Carnificis, quem sequutus fui in meis *Institut. Crimin. lib. 1. num. 12.* & addo *Bonfin. ad Bannim. Gener. cap. 12. sub num. 18. & Carol. Anton. de Luc. in Labyr. cess Jur. via 105. sub §. Si pensionarius, & R. P. D. Petr. ad Constit. Apost. tom. 3. fol. 371. num. 15.*

Nec dicatur, quòd aliàs carcerati non possent contrahere matrimonia ad eorum libitum, quod videtur absurdum: Omissa enim discusione hujus articuli, ob carcerati paupertatem, & temporis angustiam, strictè dicimus, objectum 20 corruere ex facto, dum à loco Farfæ, ubi Principalis erat carceratus, ferè æqualiter distant Cantalupum, & Podium Mirtetum, ac Fara, unde eadem prorsus facilitate, qua petita fuit subrogatio à dicto Parocho Faræ absente, peti poterat ab uno, ex duobus aliis propriis contrahentium; Supplicantes observare, quòd sumus in terminis Sacramenti voluntatis, non necessitatis, quodq; si summus rigor meritò servatur in illius præparatoriis, juxtà notas Instructiones Congreg. S. Officii, multò magis cum omni attentione procedendum videtur quoad qualitatem proprii Parochi, essentialiter præscriptam in *Concil. Trident. sess. 24. de Reform. Matrim. cap 1.*

Addentes aliam convincentem animadversionem, desumptam ex fine Sac. Concil. Trident. in eo consistentem, quòd asserendo contrarium, denunciationes matrimoniales, 21 ter faciendæ à proprio Parocho, remanerent prorsùs frustraneæ, & de vento: Quia nemo ex Parochianis Parochiæ carcerum scire posset impedimenta matrimoniorum, ad quem effectum demandatæ fuerunt, ex adductis per *Sanch. de Matrim. lib. 3. disput. 13. per tot.* dum nec etiam sciunt eorundem carceratorum nomina, & cognomina, ut est notorium; Præcipuè respectu mulierum, à quibus, ut plurimùm de-22 teguntur matrimoniorum impedimenta; *Sicq; aperiretur via clandestinis matrimoniis, quæ sacri Canones tantoperè abhorruerunt*, sunt verba *Rot. in decis. 308. num. 20. coram Dunoz. sen.*

Et ità per viam legis, in casu omninò simillimo, declaratum habemus in Urbe respectu Puellarum, educationis causa moram facientium in Monasteriis, die 19. Januarii 23 1705. *Lib. currenti Decr. fol. 6.* ibi: *In Palatio Eminentissimi &c. habita fuit Congregatio &c. super validitate matrimonii &c. & re maturè discussa resolutum fuit &c. Pro casibus verò futuris faciendam esse declarationem, quod Educandæ sint de Parochia primi domicilii*, & concordant *Pignatel. consult. 63. per tot. tom. 7 & Matthæucc. in offic. Cur. Regul. 1. Officialis quod Moniales num. 7.*

Ità etiam per viam legis determinatum fuit *in Statuto Cleri Romani*, juxta ipsius novissimam compilationem *cap. 3. 24 lit. F. fol. 20.* ibi: *Carceribus quoque ex quavis causa ad custodiam, vel correctionem, mancipatos si in illis mori contingat, non electa sepultura, sepeliendos in Ecclesia Parochiali, in cujus Parochia retinent domicilium: Damnatos vero ad carceres in perpetuum, vel ad tempus, in Ecclesia Parochiali, cui 25 subsunt carceres tumulandos esse declaramus*; Et in effectu ità practicatum fuit de mense Martii 1707. favore Ecclesiæ S. MARIÆ Trans Tyberim pro carcerato, defuncto in carceribus Capitolinis. Atque ità demùm in præcis nostris terminis probamus, id practicari in carceribus novis, ex attestatione eorundem Officialium, in Secretaria exhibita.

Respondetur exadversò, attestationem hanc percutere matrimonia carceratorum Romanorum, non autem exterorum: Sed ego fateor ingenuè meam imbecillitatem, non percipio vim hujus diversitatis: Quia si supponimus, carceratos per solam coactam habitationem in carceribus acquirere Parochialitatem, & subjectionem Parocho carcerum, 26 materialiter se habet, quòd carcerati sint ex Urbe, vel aliis exteris Civitatibus, puta ex Civitate Albani, Tusculana &c. Ea ratione, quia iidem carcerati exteri non minus, neque diverso modo, moram faciunt in carceribus, ac in illis moram faciant Romani; Prout etiam non minus iidem carcerati exteri dicuntur habere domicilium in eorum Parochiis extrà Urbem, quàm illud dicantur habere carcerati Romani in Urbe, ut patet consideranti: Sicuti igitur per carcerationem prætenditur exadverso, quòd respectu exterorum acquiratur habitatio, sufficiens ad acquirendam sub-27 jectionem Parochum carcerum, ità idem prorsùs dicendum esset quoad carceratos Romanos, quia respectu omnium verificatur eadem mora in carceribus, in qua unicè exadversò constituitur vis subjectionis Parocho carcerum; Aliàs una, eademq; mora in carceribus, diversos operaretur effectus, contra dispositionem *Textus in leg. Jam hoc jure ff. de Vulgar. & pupill.* cum aliis, adductis *à Rot coram Priol. in dec. 413. n. 6. & seqq & in Placentina Legati pii 28. Junii 1705. §. Quoniam coram Lancetta?*

Omniumque prædictorum illa assignatur convincens ratio, quòd habitatio hujusmodi est merè accidentalis, seù oc-28 casionalis, neque verificatur determinatus animus habitandi in carceribus, seù Monasterio, minusque firmus animus relinquendi priorem habitationem, & consequenter deficit in radice fundamentum talis Parochialitatis, & subjectionis, ut, antiquioribus omissis, egregiè observant *Capon. discept. 23. num. 19. & seqq tom. 1. Barbos. vot. dec. 19. num. 8.* ibi: *Cùm ad constituendam Parochialitatem, non solùm requiratur mutatio personæ, & rerum, sed etiam firmus animus relinquendi primam antecedentem, & habitandi in secunda*, *Pignatel. consult. 63. num. 10. tom. 7.* ibi: *Habent animum revertendi ad propriam habitationem &c. quod sufficit, ut non dicantur reliquisse proprium domicilium, & habitationem Car. de Luc. ad Concil disc. 26. num. 10.* ibi: *Non omnis materialis habitatio contrahentium intra Parochiæ fines, Parochianum facit ad effectum administrationis hujus Sacramenti &c. cum ad hunc effectum formale domicilium requiratur animo ibi permanendi, ac vivendi, tanquam in domo habitationis, non autem accidentaliter, & de Matr. disc. 1. n 11.* ibi: *Atque aliorum est opinio probabilior &c. quam sequitur Sac. Congreg. Concil. ut ad hunc effectum matrimonii sufficiat sola habitatio &c. cōstans, ac formalis in ea Parochia, privativè ad præcedentem habitationem in priori, secus autem si sit gratia recreationis, uel ex alia causa accidentali, priori habitatione non derelicta, & Rot. dec. 451. n. 6. cor. Dunoz. jun.* ibi: *Quapropter excluso animo Mariæ habitandi in Arce, illa non fuit effecta Parochiana, & cor. Cerr. decis. 363. num. 15.* ibi: *Et viceversa nullibi constat de animo deliberato habitandi, & in par. 15. rec. 162 num. 21.* ubi in 29 hunc sensum declarat, intelligendas esse authoritates, quæ videntur esse contrariæ, ibi: *Quia hoc accidit quando constat, eum, qui novum contrahit domicilium, ab alio discessisse animo non redeundi, in quibus terminis loquuntur authoritates &c. Secus verò, quando, ut hìc, de tali animo nullibi constat Et in Leodien. Matrimonii 29. Aprilis 1699 §. Minus cor. Card. Priol.* ibi: *Iste modus non demonstrat animum permanendi, & in Neapolit. Matrimonii 22. Jun. 1705 & 26. Iul. 1706. per tot. cor. eodem.*

Exempla, seù praxis Carcerum Urbis retorquentur ad hominem: Sive quia in dd. casibus agebatur de stupro, jam probato, deque causa jam terminata, cum solemni condemnatione stupratoris ad ducendam in uxorem stupratam, & sic de moram faciente in carceribus in pœnam delicti, & 30 post condemnationem; Nos autem sumus in terminis, toto cœlo diversis, prætensi nimirum stupri, de quo nulla miserabilis habetur probatio in voluminoso Processu, necnon in casu carcerati, loco solius custodiæ, & pro eo tempore, quo causa pendet, nec adhuc decisa est à Judice, qui, & cognovit, & fassus fuit, Processum esse nullum.

Sivè quia Parochus carceris in dd. casibus non assistit matrimoniis carceratorum sua propria, & ordinaria authoritate, sed authoritate, ei specialiter concessa ab R. P. D. V. Gerente, uti in hac parte repræsentante Papam, seù ejus Vicarium, ut justificamus in manibus R. P. D. Secretarii in 31 casu, sequto die 16. Julii 1704. ibi: *De licentia Illustriss. & Reverendiss. D. V. Gerentis mihi infrascripto* ad hoc special ter concessa, *per acta Nicolai de Rubeis Angelini, ego infrascriptus Parochus &c. Tenor licentiæ ad hoc mihi specialiter concessæ talis est; Si concede licenza al R. Sig. D. Benedetto Morbidelli Curato della Chiesa di S. Biagio à Strada Giulia di potere intervenire alla celebrazione del matrimonio, che desiderano di con-*

contrahere insieme Ludovico Benedetti, figliuolo di Gio: Diocesi di S.Salvatore, e Rosina Salviati, figlia del q.Marco del Castello di Mincigliano, Diocesi di Rieti, ambedue della sua Parrocchia, poiche fatte le debite denunciazioni &c. Di Casa questo di 15. Luglio 1704. Dominicus Episcopus Verulanus V. Gerens. Nicolaus de Rubeis Angelinus. Quamvis contrahentes sint alienæ Parochiæ, & forenses, licentiam prædicto R. Parocho impertimus, Dominicus Episcopus Verulanus V.Gerens. In quorum fidem &c.hac die 22.Martii 1707.Benedictus Morbidellus Parochus S.Blasii in Via Julia.

Idque nullatenus à Jure videtur exorbitans, dum videmus, matrimonia validè contrahi in tota Diœcesi, cum sola licentia Episcopi, & in tota Provincia cum sola licentia Archiepiscopi, vel Legati de latere, ex adductis per *Ventrigl. de Jurisd. Archiep.c.148.per tot.Barb.ad Concil.sess.24.c 1.de Reform. Matrim à num.*101.& *Amic.in Curs.Theolog.to.9.disp. 4.sect.*10.*à num.*80. 32

Neque mirum videtur, quòd non adducamus alios similes casus, quia illi frequentius evenire solent cum solo viro extero, & muliere origine, vel habitatione Romana, quo casu similes licenciæ semper dirigi solent Parocho mulieris, ut probavimus ex d. attestatione Officialium Carcerum; De ambobus verò exteris adeò rari sunt casus, ut de nullo ipsorum recordetur D. Canon. Raynaldus, specialiter de hoc interrogatus, quamvis non per minus temporis spatium, quàm 44. annorum in his materiis exercitatus, ut testatur in suis *Observat. Crimin.tom. 3.cap. 32. supplet. 2. num.*81. asserens, solum suo tempore ex hoc titulo unicè quendam Calabrum fuisse carceratum cùm Amasia, cum qua deindè sponte, & extrà carceres matrimonium contraxit. 33

Poterat proindè omitti particula Synodi Farfensis, data in contrario Summario. Quia loquitur de adimplendo præcepto Paschatis, & sic de Sacramento necessitatis, determinato tempore ab Ecclesia præscripto, à quo non licet arguere ad Sacramentum voluntatis, quale est matrimonium, ut in terminis notant *Pignatel.consult.*63 *num.*6 *to.*7.& *Card. de Luc.ad Concil.disc.*26.*n.*10. Estque etiam Tyronibus in hac materia notorium. 34

His igitur in Jure firmatis, nec etiam exadversò negatur, quia revera innegabile est in facto, matrimonium, de quo agitur, contractum fuisse cum licentia Parochi Faræ, ut testatur Canon. Cretonius, subrogatus ab eodem Parocho, ibi: *Fui fatto chiamare dal Sig. Arciprete della Fara, &c. e mi disse, che il Sig. Vicario Generale di Farfa gli avea scritto un viglietto, che dovesse andare in Farfa ad assistere al matrimonio, &c mi pregò di andarvi in sua vece, mi diede in voce la licenza di andare à celebrare d.matrimonio, e portatomi, &c.gli dissi, che detto Sig.Arciprete avea mandato me in sua vece, &c.& il Sig.Vicario mi disse, che mi trattenessi fino che era in ordine d.Gio:Francesco.* Et patet ex fide matrimonii, authenticè in Secretaria exhibita, ibi: *Ego infrascriptus Canonicus, &c missus à D. Gregorio Tasso Archipresbytero Terræ Faræ, ac de illius licentia, benignè permittente D. Vicario Generali Farfen.indutus superpelliceo, &c.* 35

Neque vis aliqua fieri potest in d. permissione Vicarii Generalis; Tum ex defectu ipsius potestatis, ex latè adductis supra à num. 11. Tum, & fortiùs ex defectu ipsius voluntatis, eo quia similes tacitæ permissiones, imò expressæ licentiæ, non reputantur species delegationis, sed dicuntur datæ cum præsupposito qualitatis proprii Parochi, ut in terminis terminantibus egregiè observat *Card. de Luc. de Matrim.disc.*1.*à num.*4 *usque ad* 7.& *ad Concil disc.*26 *num.*25.& meliùs *Rot.in magistrali dec.*451.*per tot.*& *signanter à nu.* 10. *usque ad finem coram Dunoz. jun.* Et revera vim facere in hac parte videtur intellectui consideratio illa, quòd si Vicarius elegisset viam suarum aff. facultatum, voluisset vocare, & expectare Parochum Faræ, absentem, & distantem è loco Farfæ, quando unico verbo cuicumque sacerdoti Farfensi, ibidem præsenti, talem concedere poterat facultatem? 36 37

Quæ omnia dicta sint ad hoc, ut undique insubsistens appareat contraria prætensio in mero Juris articulo: Cæterùm in nostro casu res transit sine ulla difficultate ex illa facti circumstantia, quòd Principalis tempore carcerationis erat filiusfamilias, unicè cohabitans, & convivens cum Patre, ut est notorium, & asseritur ab omnibus testibus; Et proindè per quamcumque accidentalem habitationem in alio loco, nunquam dici potest subjectus Parocho, diverso ab illo, in quo Pater continuavit habitare, & domicilium retinere, ut in terminis filiifamilias Leodiensis, negociorum causa, moram facientis, Parisiis, constanter respondit *Sac.Rot.in Leodien.Matrimonii super Remissoria* 29. *Aprilis* 1699. *cor. Card. Priol.* ibi: *Sed meliùs, &c. ex quibus resultat, &c. quod nunquam in Patre fuit intentio, neque in filio facultas acquirendi domicilium, quia, tanquam sub Patria potestate, pendebat ab illius voluntate;* Et eisdem die, & anno super negocio principali §.*Alterum cor. Eodem,* ibi: *Ac demum, quòd, tanquam filius familias, non poterat sibi eligere domicilium quia semper à Patris nutu pendebat, ex quibus exclusus remanet animus permanendi*, confirmatæ *cor.R.P D.Lancett.diebus* 1.*Martii* & 14. *Maii* 1700. 38 39

Hæc sufficerent pro favorabili resolutione, & tamen addimus aliam æque subsistentem nullitatem, ob evidentem metum, quo mediante contractum fuit assertum matrimonium; Quando enim agitur de magno matrimonii Sacramento ad illius validitatem indispensabiliter requiritur, quod contrahentes omnimoda, & plenaria gaudeant libertate, ad *Text. literalem in cap.Cùm locum de Sponsal* cum aliis apud *Rot.dec.*732.*n* 1.*cor. Emer.jun.* & *in Perusina Matrimonii* 15. *Martii* 1688.§.*Literali cor. Hervault,* & *in Melevitana Sponsal.*8.*Maii* 1696. §.*Fundabatur cor.Pio*. 40

Metus autem, & coactio in nostris terminis intra evidentiæ fines ponuntur, præ oculis habendo antecedentia, concomitantia, & subsequentia assertum matrimonium, unitìm ponderanda, juxta regulam *Text. in l. Instrumenta Cod. de Probat.* de qua in nostris punctualibus terminis *Rot.d. dec.* 732.& *dec.*773.*utrobique n.*2.*cor.Emer.jun.* 41

Quoad antecedentia, ex utroque Processu, omnibusque testibus, in hac Causa examinatis, nullum resultat adminiculum, nullaque probatio inclinationis Principalis ad contrahendum tale matrimonium, minùsque principium aliquod maritalis affectus erga Catharinam, quam in munere propriæ famulæ ad sua servitia addictam retinuerat. Improvisa igitur, & subitanea conclusio ejusdem matrimonii, plenam libertatem, & spontaneam voluntatem prorsùs excludunt per ea, quæ in nostris terminis notant *Corn.conf.*91.*column.* 3.*lib.* 3.*Card. Quett. inter Conf. Matrim. Germ. conf.* 13.*num.*9.& *Rot.in d. Perusina Matrim.* 15. *Martii* 1688.§.*Instantanea*, & 10. *Maii ejusdem anni* §.*Hinc tollitur cor. Hervault*. 42

Circa concomitantia, ad probandum dictum metum concurrunt in nostro casu omnes circumstantiæ, contentæ in illo noto carmine. 43

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis. Carceratus nempè à quinque mensibus, & post feriam intonationem illius antiphonæ, de asserto mandato Congr. Criminalis Eminentissimi Abbatis: *Pensa quello, che vuoi fare, ò sposare, ò dare la dote di scudi 400.ò andare in Galera in vita*, juxta *Text. in leg. Nec timorem ff. de Eo quod met.caus.*ibi: *Timuit enim mortem, vel vincula.*

Quid Contractum scilicèt matrimonii, seù maximum inter contractus, per ea, quæ notant *Stockmam dec. Brabant.*65.*num.*5.*Bartbol.à SS.Trinit.in Biblioth Theol. tom.* 5. *part.*2 *lib* 2.*sect.*11.*cap.*75 *fol.mihi* 140.& *Iacob.Latom.adversus Hæreses tit.de Matrim.lit.C fol.*195. Perpetuam continentem servitutem, juxta doctrinam Divi Thomæ *in Supplem.* 3.*par quæst.*47.*art.*7.*in corpore;* Absque ulla necessaria præmeditatione, sed *impatientito*, & præcedentibus verbis illis: *Massera la finisco, non voglio star più qui*, ac si eundem esset ad deliciosum aliquem locum, à quo de facili quis posset redire, ut ad rem notat *Raynald.observ.Crim tom.*2. *ad c.* 23.§.4 *sub num.*21.ubi de similibus verbis: *Che Lui la voleva finire la stessa sera.* 44 45

Ubi. In janua, ut ità dicam, carcerum, dùm nec etiam exivit à Palatio Abbatiali, sed ligatus associatus fuit à Birruariis ad supradictam Aulam Vicarii, in qua contractum fuit matrimonium, quam circumstantiam in terminis considerat *Sperel. dec.* 5. *num.* 35. 53.& 82.ubi, quod ad nostrum effectum non dicitur quis in libertate, dum est in Territorio incutientis metum, quia facilè detineri potest; Imò solutus duntaxat fuit à vinculis coram Parocho, induto Stola, & Cotta; Neque ei permissum fuit, ut sua peccata extrà carceres confiteretur, sed jussus confessarius id in carceribus ipsis practicare; Quæ omnia plenariæ libertati in matrimonio requisitæ, ex diametro opponuntur, ut patet consideranti 46

Quibus auxiliis. Nullius, dùm derelictus fuit ab omnibus suis consanguineis, & licèt ejus amantissimus Frater præsens fuisset aliquibus actibus, tendentibus ad eius libertatem, omnia tamen fecit, ut videret finem miseriarum ejusdem Fratris.

Cur. Ad acquirendam libertatem, seù ad relinquendos carceres, quos appositè *Farinac. tit. de Carcer. num.* 2. & 47

Prat.

Prat. Respons. Crim. 32. *num.* 18. vocant sepulturam vivorum, consumptionem bonorum, consolationem inimicorum, & experientiam amicorum, cum aliis, à me citatis *in Institut. Crim. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 1. *& seqq.* & addo *Rot. in decis.* 179. *num.* 9. *part.* 14. *recent*, ubi illos vocat domum diaboli.

Quomodò. In ipsomet instanti, in quo fuit solutus à vinculis, quibus detinebatur in carceribus, eique commodato annulo ab uno ex Birruariis, ipsum associantibus coram Vicario, ad præcisum finem contrahendi matrimonium.

Quando demùm. Eo ipso tempore, quo nulla aderat probatio asserti stupri, & è contra multa ex Processu resultabant indicia inhonestatis Catharinæ. Ex quibus omnibus, præcipuè simul junctis, non credimus, dari posse majores probationes, ad excludendum liberam voluntatem in contrahente matrimonium.

Non attento, quòd contractus matrimonii sequutus non fuerit in ipsis carceribus, sed in Aula Vicarii; Ut enim ad rem egregiè advertit *Bald. in leg. Qui in Carcere in princip. ff. Quod met caus.* vis non stat in loco materiali, sed in qualitate carceris, seu in eo, an contrahens in tali libertate sit constitutus, ut liberè discedere possit, *& Bald.* sequuntur *ibidem Fulgos. num.* 2. *& Castr. num.* 3. *Natt. consil.* 451. *num.* 61. *Sperell. decis.* 5. *num.* 82. *in fine*, ubi, quòd nondùm liber ille dicitur, cui libera recedendi facultas non conceditur, egregiè *Sanchez de Matrim. lib.* 4. *disp.* 13. *num.* 4. *& Rot. decis.* 306. *num.* 41. *cor. Merlin.* ubi, quòd ad nostrum effectum carcer dicitur locus ille, à quo quis liberè discedere nequit, quòdque carceratus dicitur ille, qui est sub custodia, quæ omnia verificabantur ad unguem in nostro casu, & in terminis præcisis actus, gesti in Aula Episcopi, egregiè *Rot. decis.* 172. *num.* 14. *part.* 16. *recent.*

Quo demùm ad subsequentia, speciali consideratione digna est aversio Principalis ab Adversaria, deliquium, quòd passus fuit paulò post contractum matrimonium, illiusque artificium petitionis promptæ dotis in scut. 300. ad hoc, ut Advers. statim ab ejus etiam respectu removeretur, & iter arriperet ad illam inveniendam. Vix enim in mentem cordati viri cadere potest, quòd si matrimonium spontè contraxisset, statim eam derelinquere determinasset, quam circumstantiam, ad comprobandum metum, & coactam voluntatem in nostris præcisis terminis observant *Corn. cons.* 91. *colum.* 3. *vers. Idem lib.* 3. *Sanchez de Matrim lib.* 4. *disp.* 18. *num.* 5. *&* 6. *Sperell. decis.* 5. *num.* 50 *Oliver. de Matrim. nullit. fol.* 53 ibi: *Probatur etiam dissensus, quia si verè consensisset, illum non sprevisset*, *& Panimol. decis.* 102. *num.* 25. ubi in specie considerat animi aversionem, non consumationem matrimonii, & deliquium illius, qui vi, metuque matrimonium contraxit, innumeros citans concordantes, & resolvit hæc Sacr. Congregat. *in Vitimilien.* 24. *Aprilis* 1700. *lib.* 50. *Decret. fol.* 184. in qua concurrebant in specie pœnarum comminatio, Judicis authoritate contrahenti intimata, non cohabitatio viri cum uxore, & commodatio anuli in actu desponsationis, *& in Sanctæ Agathæ Gothorum Matrimonii eisdem, die & anno*, ubi de matrimonio, contracto à carcerato post comminationem, ei factam à Cancellario, se nunquàm libertatem consequuturum, nisi matrimonium contraxisset, ut legitur in Folio.

Quibus jungitur celer accessus Principalis ad Urbem, ad implorandum Justitiæ auxilium, obtinendamque declarationem nullitatis matrimonii, juxtà ea, quæ in nostris præcisis terminis observant adducti per *Barbos. Vot. decis.* 1. *num.* 68. *& Sperel. decis.* 5. *à num.* 59. *& Rot. decis.* 86. *num.* 12. *coram Burat. & in part.* 18. *recent. decis.* 405. *num.* 13. cum aliis *allegatis supra discept.* 4. *num.* 13.

Neque obstant tria, de facili ex adversò inculcanda, præsentia nempè Vicarii, & Cancellarii, conventio circa dotem, & assertum stuprum.

Incipiendo siquidem ab hoc ultimo, illud nullatenùs probatum erat in facto, ut ex revolutione Processus, & absque ullo dubio ex fundato judicio sapientissimorum Judicum, componentium Congregationem Criminalem Eminentissimi Abbatis, quorum oculis subjectus fuit; Et probatum, ex impossibili hypothesi, nullum præbere poterat legale fundamentum adeò impropriis modis, cogendi Principalem ad contrahendum matrimonium, dùm non desunt in hac parte legalia remedia procedendi contra stuprantes, ad termin. nos *Text. in cap.* 1. *&* 2. *de Adulter. Interim enim stante metu debet declarari matrimonium nullum, & deindè coram Judice competente instandum, ut ob stuprum condemnet Banannum, ut dotet, aut nubat*, ut per hæc præcisa verba observant *Capon. discept.* 98. *num.* 10. *Rayn. tom.* 3. *ad cap.* 23. *supplet.* 4. *num.* 60. in Et nostris punctualibus terminis resolvit hæc Sacr. Congregat. *in Vintimilien. Matrimonii* 24. *Aprilis* 1700. in cujus casu agebatur de circumstantiis longè fortioribus, quia fuerat quidem contrahens Judiciali authoritate, minis, & impropriis modis compulsus ad contrahendum matrimonium, sed vigore specialis obligationis, seu sponsalium, ab ipso antecedenter contractorum, & nihilominùs Sacr. Congregat. respondit, matrimonium fuisse nullum, ut in *Lib.* 50 *Decret fol.* 184.

Minùs fundamentum fieri potest in assertis Capitulis matrimonialibus, seu conventione circa dotem, ad quam devenit Principalis ex eodem motivo exeundi à carceribus, & vigente causa ejusdem metus, ex quibus in nulla prorsùs habentur consideratione similes actus, ex adductis in nostris terminis per *Menoch. de Præsumpt. lib.* 3 *præsumpt.* 4. *num.* 25. *Sanchez de Matrim. lib.* 4. *disp.* 17. *num.* 7. *Boss. eodem tract. cap.* 12. *§.* 9. *sub num.* 129 *vers. Nam metus Sperel. decis.* 5. *num.* 82. ubi, quòd donec offendere potest incutiens metum, iste semper durare dicitur, & quæ tunc fiunt, metu fieri dicuntur, *Adden. ad Burat. decis.* 205. *num.* 35. *Farinac. in Fragm. verb. Metus num.* 163. *Panimol. decis.* 102. *num.* 13. *& seqq. & Rota in Nicien. Matrimonii* 3. *Martii* 1589. §. *Quia hoc coram Gyptio*; Et in terminis longè fortioribus consummationis matrimonii, durante causa metus, quod ex illa non dicatur purgatus idem metus, observant *Fagnan. in cap. De illis num.* 12. *&* 13. *de Despons. impub. à Pont. cons.* 44. *num.* 26. *Giovagn. cons.* 67. *num.* 24. *&* 25. *Rayn. ad cap.* 23. *§.* 4. *supplet.* 5. *num.* 30. *Monacel. in Formular tom.* 1. *tit.* 8 *formul.* 10 *fol.* 185. *num.* 17. ubi refert resolutionem hujus Sacr. Congregat. *& Rot. decis.* 86. *num.* 27. *& seqq. coram Burat.*

Demùm circa præsentiam Vicarii, & Cancellarii, ex hujus attestatione, & ex illius improriis modis, potiùs metum probavimus, ex supra animadversis; Ultra quòd præsentia similium personarum nullatenùs metum excludere dicitur, ut in terminis Judicis observat *Nevz. cons.* 52. *num.* 54. Et in terminis præsentiæ Cancellarii, & Vicarii *Rayn. ad cap* 23. *supplet.* 4. *num.* 23. *&* 24. & resolvit hæc Sacr. Congregat. *in S. Agathæ Gothorum Matrimonii* 24 *Aprilis* 1700. Et in terminis præsentiæ Parochi, & Vicarii *Burat. decis.* 86. *num.* 7.

Pro quorum omnium faciliori admissione supplicamus observare, quòd sumus in terminis defectus liberi consensus contrahentis, in quibus circumstantiis, etiam in dubio, prò exclusione obligationis respondendum est, eo quia agitur de inducenda perpetua servitute contra possessionem libertatis, in qua metum passus reperitur, ut per hæc ferè verba observat *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *disp.* 5. & advertunt *Leoniss. cons.* 99. *num.* 25. *& Rub. Alexand. cons.* 73. *num.* 12. *inter consil. Matrim. divers. Adden. ad Dec. cons.* 162. *litt. A. Sperell. decis.* 138. *num.* 11. *Rayn. tom.* 2. *cap.* 23. *suppl.* 4. *num.* 36. *& seq.* ubi quòd in dubio contra matrimonium meticulosum inclinandum est, quodque non minus peccatum est jungere non conjungendos, quàm separare non separandos, quod dixit etiam *Rot. in decis.* 16. *nu.* 6. *coram Pamphil.* Ultra quam quod coactæ nuptiæ infelices semper solent habere exitus, experientia teste, ut observavimus *supra discept.* 3. *num.* 29.

Supplicamus pariter observare, quod pulchræ conclusiones, & propositiones, ex adversò exageratæ, dicuntur de subjecto, non supponente, quia procedunt cum supposito probati stupri, in nostro casu à parte rei, & ex revolutione Processus nullam omninò habentis facti assistentiam, vel probationem; Itaut respectu Judicis nullatenùs applicentur ea, quæ dicuntur de metu gravi, vel levi: Quia non leviter, sed gravissimè dicitur Judex lædere eum, quem sinè probationibus condemnat, & verificatur illud verè maximùm inconveniens; *Injuriæ nascuntur, undè Jura expectantur*, improbatum in *leg. Meminerint Cod. Unde vi*. Ultra quòd, si metus amissionis partis bonorum ad nostrum effectum reputatur metus gravis, *ex adductis in decis.* 732. *num.* 9. *cor. Emer. jun.* Nonnè gravissimus in nostro casu dicendus erit ille scutor. 400. respectu pauperrimi Filiifamilias, in labore manuum suarum se dietim substentantis? Qui in angustiis illius intonationis positus: *O sposare, ò dare scut.* 400. *ò andare in Galera in vita*, verè dicere poterat, quo me vertam, nescio.

Sacra Congregat. Concilii die 26. Maii 1707. dub. *An constet de nullitate Matrimonii*; Respondit *Affirmativè*; Eademque resolutio sequuta postea fuit & inserta in novissimo Statuto Cleri Urbis à SS. D. N. in forma specifica confirmato *cap.* 3. *de Jur. eligend. Sepultur. §.* 9 *in addition. Versic. Carceribus fol.* 15.

DISCE-

DISCEPTATIO XXXI.

Imolen.

PRO

Exequutore pii relicti M. de Ferrariis.

CUM

Ministris Rev. Fabricæ.

ARGUMENTUM.

Patres Reformati an sint capaces perpetuorum legatorum relictorum ad arbitrium hæredum; Et an locum habeant privilegia Rev. Fabricæ, quando illorum exequutio injungitur Syndico eorundem Reformatorum, non tanquam tali, sed utì personæ privatæ.

Die 30. Maii 1704. æquè pia, ac nobilis mulier Maria 1 Quaina de Ferrariis enixè exoptans solemnizationem festorum B. Virginis, ac S.S. Annæ, Josephi, Antonii de Padua, & Vincentii Ferrerii, in solemni donatione inter vivos expressè demandavit, quod in perpetuum qualibet die celebraretur missa in Capella ipsius B. Virginis, Sita in parva Ecclesia sub titulo S. Mariæ Gratiarum Imolæ, juncta Conventui PP. Reformatorum ejusdem Civitatis, quodque in perpetuum pariter manuteneretur lampas accensa ante prædictam Sacram Imaginem, & insuper, quod in diebus festivitatum ejusdem Beatæ Virginis celebrarentur ibidem septem missæ, comprehensa una cantata; Et demum, quòd quolibet anno in diebus festivitatum dd. S.S. Annæ, Josephi Antonii de Padua, & Vincent. Ferrerii celebrarentur pariter septem missæ, pro quorum fundo assignavit in totum Capitale scut. 1200. cujus administationem, & curam commisit illi personæ, quæ pro tempore erit Syndicus Apostolicus 2 eorumdem Reformatorum, cùm expressa tamen declaratione, quòd eadem dispositio intelligeretur facta de ipso Syndico, non utì tali, sed *come privata persona, & Amministratore di questi effetti tanto per se, come per gli Successori in d. officio, da considerarsi anche essi come sopra.*

Pro cujus faciliori adimplemento, & ad omnem alium meliorem finem, & effectum, sequentes adiecit conditiones, & dominii reservationem; *Salvo sempre, e riservato, 3 come si è detto, à di lei favore, e de di lei eredi, e successori, nel principio, mezzo, e fine, ed in ciascheduna parte del presente Instromento, il speciale dominio, & ipotheca sopra gl'infrascritti capitali, e loro frutti &c. Ita che niuna persona di qualsivoglia grado, e condizione, ancorche privilegiata, ò privilegiatissima, etiamsi, che fosse il Tribunale della Rev. Fabrica di S. Pietro di Roma, possa in essi, e sopra di essi &c. con qualsivoglia titolo in minima parte acquistarvi Jus, ò raggione alcuna ò incorporarli à se &c.* Sigillans eandem verè piam dispositio- 4 nem cum illa obligatione, injuncta eidem Administratori, faciendi celebrare omnes dictas missas ab eisdem PP Reformatis, quibus solvi deberet solita manualis eleemmosyna.

Quia verò prætensum fuit à Commissario Rev. Fabricæ, 5 eandem dispositionem, uti respicientem commodum personarum incapacium, comprehendi sub notis privilegiis ejus- 6 dem verè pii operis Fabricæ augustissimæ Vaticanæ Basilicæ, de qua lepidè quidam Poeta cecinit

Extra non cernes Templum, sed certiùs Urbem,
Intus non Urbem, sed vero nomine Cœlum.

excitavit prætensionem eundem fundum incorporandi eidem Rev. Fabricæ, & in brevi duorum tantùm dierum spatio, 7 omnia perfecit, demandando dictam incorporationem sub hac tamen clausula: *Salvo oraculo Sacr. Congregat. Rev. Fabricæ, reportando per dictos RR. PP. infra terminum duorum mensium.*

Ex parte dictorum Reformatorum humillimus habitus 8 fuit recursus ad idem Tribunal pro obtinendo favorabili oraculo, effectu subsequuto, ad quem finem dicebam, omni Jure exequendam esse piam dispositionem, de qua supra, eo quia: inter acerba mortis discrimina summa Justiniani clementia guttam hanc consolationis infundere languentibus mortalibus generosissimè voluit, ut suprema morientium elogia ipsismet Imperialibus sanctionibus essent æqualia, utque proindè moriens homo in testamento, tanquam Imperator, leges condere posset, ùt generaliter videre est in § *Disponat Authent de Nupt.* & apud *Add. decis.* 632. *num.* 50. *part.* 4. *tom.* 3. *recent.* & in nostris terminis advertit *Simon. de Pret. de Interpret. ultim. volunt. lib.* 5. *dub.* 2. *num* 60. Nihil propterea magis cordi esse debet, quàm ut piæ morientium dispositiones punctualiter exequutioni demandentur, ut dicitur in *leg.* 1. *Cod. de Sacr. Eccles.* ad rem observat *Rot. in decis.* 293. *num.* 8. *cor. Royas.*

Præcipuè quandò istæ unicè directæ sunt in suffragium animarum defunctorum, & respiciunt Divinum cultum, Sanctorumque venerationem, qualis est dispositio, seu donatio, 9 de qua agimus, dum nihil aliud desideravit æquè nobilis, ac pia mulier, quàm *à maggior gloria di S. D. M. vedere solennizati li giorni festivi della Beatissima Vergine Maria, e de Santi Vincenzo Ferrerio S. Antonio da Padova, S. Giosepp, e Sant'Anna di lei Protettori, ed Avvocati, con la celebrazione delli infrascritti Sagrifizii, da seguire, e farsi nelle infrascritte Chiese*, ut ampliando regulam, supra positam, & ulteriùs observando, quòd aliàs retraherentur fideles ad piè di- 10 sponendum, observant adducti per *Ricc. decis.* 24. *num.* 47. *part.* 2. & *Rot. decis.* 157 *num.* 8 *part.* 17. *recent.*

Nec dicatur, quòd ista non procedant, quandò quis taliter disponendo operatur in fraudem legis, vel adversus ejus prohibitionem. Id enim in nostris terminis nullatenùs veri- 11 ficatur, ad quòd demonstrandum præmittimus, quòd incapacitas PP. Reform. circa annua legata cum onore celebrationis missarum, licèt ipsorum respectu amplissima sit ratione modi, seu jure actionis, ex testamento aliquid annuatim percipiendi, non est tamen talis, neque simplex, & absoluta quoad substantiam, & habito respectu ad hæredes, seu testamentarios Exequutores, sed ab hac Sacr. Congregat. die 14. Februarii 1633. modificata fuit cùm illa conditione, ut dicti Religiosi talia annua legata nullatenus possint exigere, hæredes verò, si velint, possint liberè, & per viam eleemo- 12 synæ dare summam, sibi ipsis in testamentis præscriptam, ut videre est aupud *Fagn. in cap. Nimis parva sub num.* 61. *de Excess. Prælat.* & *apud Panimoll. decis.* 60 *adnot.* 3. *sub num.* 9. ibi: *Ita tamen, ut quandiù applicationem specialem authoritate Apostolica fieri non contingeret, hæredes, vel debitores, possint liberè, si velint, dictis Fratribus dare dicta annua legata per eosdem Fratres recipienda in eleemosynam, 13 non autem per eos exigenda;* Quæ resolutio approbata in specie fuit à S. M. Urbano VIII. testibus *Fagnano, & Panimoll. ubi supra*, & semper ab indè citrà ab hac Sacr. Congregat. punctualiter exequuta fuit, idemque resolvit *Sacr. Congregat. Concil. in Faventina* 2. *Maii* 1697. ibi: *Serventur decreta Congregationis Fabricæ die* 14. *Februarii* 1633. *Lib* 47 *Decret fol.* 92. & per eadem præcisa verba *in Sarnit.* 14. *Junii* 1704. *Lib.* 54. *Decret fol.* 203.

Hujusmodi verò decreta nimis clara & literalia sunt, & propterea nulla egent interpretatione desumenda ab antecedentibus decretis anno 1628. quibus in omnem casum uti po- 14 steriora essent præferenda, ex adductis per *Rot. in decis.* 496. *num.* 1 *cor Emerix jun.* Præcipuè, quia S. M. Urbanus VIII. anno 1637. in Brevi, per extensum impresso *apud D Piton. discept. Eccles. tom.* 1. *fol.* 32. in omnibus, & per omnia processit cùm dictis posterioribus anno 1633. non autem cum anterioribus anno 1628.

Viva autem ratio omnium præmissorum, quam adducunt *Barbos. de Jur. Eccles. cap.* 27 *num.* 81. *Sanchez ad Præcept.* 15 *Decal. lib.* 7. *cap* 26. *num.* 50. *Amost. de Caus. piis lib.* 4 *cap.* 3. *num.* 74 & *Rot. decis.* 1326 *num.* 19. *coram Emer jun.* illa est, quòd testatores in his terminis, duo demandasse censentur, & satisfactionem onerum respectu suorum hæredum, & acquisitionem legati quoad Religiosos; *Stante autem horum incapacitate* (sunt verba *dictæ decis.* 1326. *num.* 19. *coram Emer. jun.*) *remanent quidem nulla in ordine ad ipsos, itaut eis nullum Jus tribuant ad illorum consequutionem, sed adhuc onus adimpleri debet ex parte hæredis, vel Exequutoris*, cùm 16 aliis, adductis à *D. Pitono discept.* 2. *num* 11. & *seqq.* & *per tot.* ubi solidè probat, quòd annua legata prohibita sunt Fratribus minoribus ratione modi, per testatores expressi, itaut nullam actionem habeant ex testamento, ea ratione, quia sola actio civilis est illa, quæ repugnat Regulæ Seraphicæ, non autem prohibita sunt eisdem Fratribus quoad substantiam, quia illorum capaces sunt per viam eleemosynæ, idque numero antecedenti comprobaverat ex universali consuetudine totius Seraphicæ Religionis, & *num.* 58. idem probat mediante rotundo Brevi S. M. Urbani VIII.

Indeque communiter inferunt *Doctores, & Sacra Rota*, infrà allegandi, quòd similia legata non ita corruunt aut caducantùr, ut hæres, aut Exequutor omninò liberetur ab oneri-

oneribus, ipsi injunctis, sed idem hæres, quantum in se est, adhuc teneretur testatoris voluntatem adimplere modo meliori, quo fieri potest, ne anima testatoris iisdem debitis suffragiis, & injunctis Anniversariis privetur; Imò tenetur eadem onera in eisdem Ecclesiis, & per eosdem Religiosos adimpleri facere, & quatenùs id negligatur ab hærede, Loci Ordinarius, uti piarum voluntatum Exequutor, procurare tenetur, ut videre est apud *Marant. respons.41. num.78. & seq. lib.1. Sanchez ad Præcept. Decalog. lib.7. cap.26. num. 50. Amostaz. de Caus. piis lib.4 cap.3. num.74. Castropal. Oper. moral. tom.3. tract.15. disp.3. punct.9. num.19. & Rot. d. decis. 1326. num.13. & seq. coram Emerix. jun.*

18

Quòd in casu nostro transit in evidentiam ex pacto, & expressa voluntate nostræ piæ Donatricis, id literaliter demandantis ejus hæredibus in casu negligentiæ Exequutorum, juxtà illa clara verba paulò ante finem donationis, ibi: *Altrimente mancandosi di ciò fare, sarà lecito alla detta Sign. Ferreri, e di Lei &c. havere il regresso à predetti Capitali, e frutti, decorsi e non esatti de facto, & de propria autorità &c per potere con li frutti effetti, provenienti da quelli, e decorsi, e non, esatti, come sopra, fare adempire le cose predette, così per patto &c.* Ex quibus satis responsum remanet instantiæ, & particulariter egregiè de more scriptis per D. meum Advocatum Pitonium nomine ipsorum Hæredum.

19

Posito igitur, quòd hæredes defunctorum possint, imò debeant ut suprà, per viam eleemosynæ liberè solvere annua legata Religiosis Reformatis, relicta cum onere celebrationis missarum, remanent extranea à præsenti inspectione omnia ea, quæ lato calamo à DD. Defensoribus Rev. Fabricæ exadversò adducta fuerunt circa incapacitatem eorundem Religiosorum Sancti Francisci, qui non possunt quidem exigere, neque Jure actionis petere alquid ab hæredibus defunctorum, sed non est eis prohibitum recipere ab eisdem per viam gratiæ, seu eleemosynæ, præmissa protestatione illa, quod non intendunt consequi aliquod Jus vigore legati, sed illi renunciant, & totum recipiunt per modum eleemosynæ manualis, juxtà Divi Bonaventuræ opinionem *in ejus quæstiunc.* desumpta *ex Apolegetico*, impressa apud *Fagnan. in dicto cap. Nimis prava num. 58. de Excess. Prælator.* ibi: *Et si post obitum illius, Uxor ejus, vel alii Amici pro anima illius adhuc velint aliquo tempore talem nobis eleemosynam per se, vel ex dispositione illius largiri, possumus similiter accipere ex tali gratia, ita quòd quandocunque nollent amplius ista dare, nihil peteremus ab eis, quasi ex debito, sed more mendicorum recurremus ad domum clementis Domini pro quotidiana eleemosyna, quandiù illi placeret, sed quandò plus nollet, abiremus vacui, gratias agentes de dato, & non murmurantes de negato; Hæc est vera, & pura vita mendicorum, quod datur ex gratia recipere, non ex Jure.*

20

21

Proutetiam remanent pariter extranea à nostris terminis ea, quæ dicuntur de amplissimis facultatibus Rev. Fabricæ, quas nullatenùs impugnamus in illis terminis, in quibus loquuntur Summorum Pontificum Constitutiones, & resolutiones hujus Sacr. Congregat. Dicimus verò, illas non intrare in nostris terminis, quia non agimus de donatione pura, & absoluta, facta personæ incapaci, juxta terminos authoritatum, exadversò allegatarum, sed quæstio nostra versatur circa donationem conditionalem, & conditionalissimam, modo licito factam, & cum expressa declaratione, quòd eædem conditiones intelligerentur semper salvæ in principio, medio, & fine Instrumenti donationis, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ita ut potiùs perire deberet actus donationis, quàm eædem conditiones, & protestationes, quòdque idem Instrumentum donationis tunc solum sortiri deberet effectum suum, *quando restino adempite le infrascritte condizioni, e non altrimente.* Cum illo addito, quòd antequam eædem conditiones adimplerentur, intelligi deberet expressè reservatum ad favorem donantis, ipsiusque hæredum, speciale dominium corporum donatorum, terminando explicationem suæ voluntatis cum illis verbis, & solemni protestatione, quòd absque dictis conditionibus eadem donatrix, nedum non venisset *in sentimento di procurare l'augumento del culto della Beatissima Vergine, e de prenominati di Lei Santi Avvocati, e Protettori, mà tampoco sarebbe venuta alla stipulatione del presente Instromento;* Descriptionem verò Capitalium donatorum sigillavit cum illis verbis, omni animadversione ad nostrum effectum dignis. *Il dominio de quali Capitali, e loro frutti, sopra espressi, ed assegnati &c. dichiara, solennemente, e si protesta, che ne adesso, ne mai s'intenda trasferito à detti Aministratori ò Donatarii, nè tampoco abdicato à se &c.* quando mens ejusdem Donatricis, modo ab ipsa determinato, non adimpleretur.

22

23

24

Si autem *nimis regulare est, quòd legatum, etiam pium, sub aliqua conditione, non impleta, evanescit, nec debetur, cùm censeatur per Testatorem sic qualificatè legantem inducta forma*, ut in nostris punctualibus terminis per hæc præcisa verba egregiè observat *Rodulphin. allegat.75. num.12.* ubi innumeros citat concordantes, frustrà hìc transcribendos: Quantò magis admittenda videntur in nostro casu, in quo non agitur de conditione simplici, sed toties repetita, & multipliciter replicata, cum dictis effrenatissimis verbis, enixum animum donantis undequaque ostendentibus, per ea, quæ in nostris terminis advertit de *Rub. de Testam. cap. 83. num. 180. & seqq.* Et generaliter firmavit *Rot. in decis. 107. num.1. & seqq. part.12. & decis.140. num.17. part.18. & decis. 226. num.6. & 7. part.19. recent.*

25

26

Quæ omnia absque ulla difficultate procedunt, ex quo non sumus in terminis conditionis, in suspenso adhuc pendentis, sed expressè, & positivè acceptaræ ab Administratore seu Donatario dictæ piæ mulieris Ferrariæ, ibi: *Presente il Sign. Giuseppe Bonoli, oggidì Sindico Apostolico di detti Padri, il quale, non come Sindico predetto, nè attinente à detti Padri. mà come privata persona, ed Amministratore di questi effetti, tanto per se, come per li Successori di detto officio, da considerarsi anche essi, come sopra si è detto, stipula, ed accetta &c.* per ea, quæ in punctualibus terminis nostri casus observat *Rodulphin. d. allegat.75. num.18. & duob. seqq.*

27

Ultrò admittimus inter effectus donationum inter vivos, quæ absque ulla conditione, & purè fiunt, annumerari, ut dominium rei donatæ irrevocabiliter transeat in donatarium, taliter ut exindè nullatenùs redire valeat in transferentem, vel illius hæredes, juxta terminos, in quibus discurrunt *Guttier. in leg. Nemo potest num.251. ff. de Legat.1. & Rot. decis. 10. de Testam. in antiq.* Sed quando eadem donatio, ut in nostro casu, verificatur, non est pura, sed conditionalis, & dominium expressè reservatum fuit à donante, tàm sibi ipsi, quàm ejus hæredibus, nescimus videre, quare non possit Dominus legem, quam vult, donationibus, à se ipso faciendis imponere ad terminos integri tituli 55. *Lib.8 Cod. de Donationibus quæ sub modo, vel conditione, vel ex certo tempore conficiuntur*, & juxta communiter animadversa per omnes Doctores, tractantes de Donationibus.

28

Ex quibus remanet manifestum, quòd dicta donatio non dicitur relictum modo illicito, hoc est directè facta Religiosis incapacibus, quo casu nullo modo valeret, & de plano intrarent facultates Rev. Fabricæ, minusque modo indeterminato, quo casu fieri deberet, omnisque capi interpretatio pro illius validitare, & subsistentia, ut in terminis observat *Rodriquez quæst. Regul. tom.2. quæst.126. art.11.* ibi: *Hoc legatum debet interpretari eo modo, quo potest, secundum Jus valere &c.* Sed dicitur relictum modo licito, attenta dicta reservatione dominii, & proprietatis pœnes ipsius hæredes, ut omissis authoritatibus, quæ ad id comprobandum adduci possent, observat *Vespign.* facultatem Rev. Fabricæ peritissimus, illiusque Jurium accerrimus Defensor in *Compend. Privileg. ejusdem fol. 71.* ibi: *Nota, quòd hujusmodi decretum habet locum in annuis legatis tantùm, in quibus proprietas remanet pœnes hæredes, non autem in legatis, sivè hæreditatibus, directè in favorem Fratrum factis, sivè relictis.* Qui sunt præcisi termini nostræ controversiæ, dum proprietas bonorum donatorum ex præcisa, & enixa mente voluntatis nostræ donatricis, semper remanere, debet pœnes illius hæredes, & Administratores, nunquam autem, nec temporis momento transire debet in favorem PP. Reformatorum.

29

30

31

Prætereà nostra donatio non fuit facta Personæ incapaci, seu directè Religiosis Reformatis, vel illorum Syndico, uti tali, sed eidem Syndico, uti Personæ privatæ; *E come uno de Cittadini di questa Città, che habbia l'assunto di fare questa carità, tanto per l'esigenza de frutti &c.* Sicuti igitur si idem onus injunctum fuisset uni ex Civibus Imolensibus, qui non esset Syndicus PP. Reformatorum, nulla adesset difficultas, quòd posset idem Exequutor, si vellet, liberè, & per viam eleemosynæ, seu gratiæ, tradere dictis Religiosis summam, in donatione expressam, *ex suprà allegatis;* Ita idem omninò dicendum est, dum idem Syndicus in hac parte facit figuram solius Civis Imolensis, attenta illa reduplicatione Personarum, circa quam integrum edidit tractatum *Carol. Antonius de Luca sub tit. de Plural. Hom. leg.* neque repugnat in Jure, quod una, eademque Persona duplicem gerat figuram, ut latè advertit *Card. de Luc. de Feud. in addit. ad disc.23. num.1.* & firmavit *Rot. in decis. 435. num. 11. cor.*

32

33

11.*coram Priol. & in Fossanen. Præbendæ* 27. *Martii* 1689. *§. Non quod coram Vicecomite*; Et in punctualibus terminis nostri casus, quòd scilicet multa permittantur hujusmodi Syndicis Apostolicis, non tanquam talibus, sed uti privatis Personis, & tanquam cuilibet Civitate, vel populo, egregiè *Rot in decis.* 1319. *num.* 14. *vers. Nec officit coram Emer.* 34 *jun.* Et in longè durioribus terminis donationis scut. 1000. factæ Syndico Apostolico Conventus Aracœlitani, ad effectum ex illius fructibus tradendi quolibet anno Fratribus ejusdem Conventus 30. scuta panis albi, adest punctualis resolutio Sac. Congreg. Concil. quòd scilicet per viam eleemosynæ possint iidem Religiosi dictam summam quolibet anno recipere, quam refert, & sequitur *Lantusc. in Theatr. Regular verb. Legatum num.* 1. *§. Procurator Rev. Fabricæ*, *& §. Et Sacr. Congregat fol. mihi* 357 Cujus decreti, & exempli efficaciam conantur contrarii Defensores debilitare sub limitatione, quòd scilicet panis inservire debebat pro infirmis, sed etiam nostræ eleemosynæ fuerunt per donantem relictæ, non pro victu, sed quidem pro omnibus indigen-35 tiis in genere, ibi; *Per provedimento d'oglio per la lampada sudetta, impiegandosi in quelle cose, che saranno necessarie al sussidio caritativo di dd. Padri*; Et sic non solum pro Infirmaria, sed etiam pro Aromataria, & similibus, ut ex se patet.

Quatenùs autem aliqua in hac parte remaneret difficultas, quod non credimus, considerando eundem Syndicum, non uti talem, sed tanquam Personam privatam, & uti 36 unum ex Civibus Imolensibus, omnia de plano procederent, observando, quòd in casu hujusmodi, vel similium impedimentorum, pia donatrix in illius locum per pactum expressum subrogavit illius hæredem, ut videre est in Instrumento dictæ donationis ante finem, & propterea loco ejusdem Syndici Apostolici procurare deberent exequutionem piæ voluntatis ejusdem donatricis illius hæredes, & sic semper cum exclusione prætensionis Rev. Fabricæ.

Nec replicetur, quòd, cùm inter conditiones per dictam donatricem expressas, adsit illa exclusiva Jurium Rev. Fa-37 bricæ, hæc haberi debeat pro non apposita, eo quia non sit in facultate testatorum demandare, ut Ministri ejusdem non se intromitant in exequutione piorum legatorum, quia esset velle, quod leges in sua dispositione locum non haberent, quod improbat *Textus in leg. Nemo potest ff. de Legat.* 1.

Respondemus enim, quòd non opus habemus immorari in dicta inspectione, quàm cohærenter ad decretum hujus Sacræ Congregationis diei 18. Martii 1626. tractant Authores, in contrarium citati, in terminis relicti puri, & simplicis, cum pacto resolutivo, ut quatenùs Ministri Rev. Fabricæ in illius exequutione vellent se ingerere, tale relictum 38 devolvatur ad alium, absque ullo onere; Nos autem, ut sæpè diximus, & nunquam satis repetimus, sumus in terminis donationis conditionalis, & continentis expressam dominii reservationem, quatenùs non adimpleantur onera, à pia Benefactrice injuncta, quo casu, cùm dominium nullatenùs dicatur translatum in personam incapacem, minusque abdicatum ab hæreditate, & bonis donantis, deest subjectum facultatum Rev. Fabricæ cui propterea nihil incorporari potest; Non sic autem in illis terminis, in quibus loquuntur Authores, exadversò allegati, quia in illis dominium erat jam translatum à testatoribus, avvulsumque ab eorum hereditatibus, ut ex illarum lectura remanet manifestum.

Cessat pariter eadem necessitas immorandi in dicta inspectione, ex eo, quòd nostra pia donatrix non demandavit, Ministros Revendæ Fabricæ non posse se intromittere in 39 procurando adimplemento suæ voluntatis, qui sunt precisi, & restricti termini decreti hujus Sacræ Congregationis diei 18 Martii 1626. registrati *in Compend. Privilegior. ejusdem fol.* 40. ibi: *Retulit, mentem S.S. esse, quòd facultates Fabricæ non revocentur in dubium, quin possit juxta suas facultates procedere, & exequi facere legata pia, non obstante quacumque prohibitione testatorum, & aliorum, quin in eis possint se intromittere, illaque exequi facere*; Sed nec minimam faciendo mentionem de iis, qui vellent se intromittere pro exequenda sua voluntate, expressè, & enixè voluit, & demandavit, ut nulla persona, quantumcumque privilegiegiata, & privilegiatissima, Jus aliquod, etiam minimum acquirere posset in bonis suis, & quæ donare voluit cum dd. conditionibus, & non aliàs ibi: *Salvo sempre e riservato, 40 come si è detto, à di lei favore, e di Lei Eredi, e successori &c. il speciale dominio &c. ita che niuna Persona di qualsivoglia grado, e condizione, ancorche privilegiata, ò privilegiatissima, etiamsiche fosse il Tribunale della Rev. Fabrica di San Pietro di Roma, possa in esso, ò sopra di esso &c. con qualsivoglia titolo, in minima parte acquistare Jus, ò ragione alcuna, ò incorporarli à se &c.*

Supplicantes hìc observare, quod cohærenter ad dominii reservationem, eadem donatrix nil aliud in hac parte prohibuit, quàm acquisitionem Juris circa sua bona, quæ à libera ejus voluntate dependebat, quod non est velle, ut leges 41 in sua dispositione locum non habeant, ut exadversò dicitur, sed potiùs est uti libertate illa, quam unusquisque habet à Jure, disponendi de suis bonis, juxta notoria principia; Contraria siquidem procedunt in terminis solemnitatum, inductarum à legibus, quarum exercitium nemo potest effugere, non autem concernunt translationem, & dispositionem rerum propriarum, ut in specie respondendo contrariis ratiociniis, & authoritatibus notat *Rodulph. in d. allegat.* 75. *num.* 22. & 23. ibi: *Non obstat igitur, quod testator non possit adiicere conditiones, Juri contrarias, dum facere non possit, quin Leges, & Canones habeant locum in sua dispositione; Quia regula ista procedit in dispositis, & sancitis à Legibus, seu Canonibus, respicientibus solemnitates 42 actus, à Jure publico introductas, ad evitandas fraudes, non autem in adiectis per testatorem circa traditionem, & acquisitionem dominii rei, per ipsum legatæ &c.*

Cæterùm præter omnem necessitatem, & ad solum materiæ ornatum, dicimus, quod non transeunt absque difficultate ea, quæ exadversò afferuntur de limitata testatorum facultate interdicendi Ministris Rev. Fabricæ, nè se intromittant in exequutione piorum Legatorum, & in casu contraventionis, illa relinquendo aliis absque ullo onere; Imò opinio contraria videtur verior, communior, & validioribus fulcita rationibus, & fundamentis, ad quod demon-43 strandum, præter punctualem authoritatem eruditissimi *de Rubeis de Testam. cap.* 83. *num.* 183. dignentur EE. PP. recognoscere doctissimam, & fundatissimam allegationem 75. *Rodulphini*, in qua materia per sua principia enucleatur, adducuntur contrariæ rationes, & allegantur Doctores omnes, exadversò citati, illisque congruæ dantur responsiones, quam perlegere supplicamus sub illa consideratione, quod non fuit edita ad solam causæ opportunitatem, sed animo indagandi meram, & simplicem veritatem circa quæstionem, quam meritò ancipitem vocat in principio ejusdem allegationis, afferendo *num.* 9. ibi: *Contrariam tamen, præmissis non obstantibus, validioribus rationibus, & fundamentis de Jure veriorem, & sequendam existimarem, & num.* 21. ibi: *Ex quibus liquet opinionem, supra firmatam, æquiorem, & communiorem esse, contrariis non obstantibus, 44 nam Textus &c.*

Absque necessitate immorandi in odiosa comparatione inter eundem celeberrimum Authorem & bo. me. *Bertacchinum* (quem in Condiscipulum habuisse gloriatus sum in meis *Institut Crim. lib.* 3. *tit.* 4. *num.* 89.) afferentem contrarium in 45 *eius Voto decis.* 161. *per tot.* ut facit unus ex Dominis exadversò in Jure Scribentibus, advertendo quod plurium annorum spatio in munere Auditoris laudabiliter inservivit Eminentissimo Spinulæ; Dum notum est EE. PP. totique Curiæ, quod idem *Rodulphinus* per multa lustra Advocationis munus non minus laudabiliter in Curia exercuit, itaut magnum desiderium sui reliquerit, quando sanitatis causa paulò antè mortem in Patriam se recepit, undè meritò in *decis.*283. *num.* 1. *part.* 17 *recent.* nedùm primi ordinis Advocatus nuncupatur, sed prælationem obtinuit in concursu 46 *Card. de Luc.* ibi: *Laudum à DD. Angelo Rodulphino, & Joanne Baptista de Luca, ex primi ordinis Romanæ Curiæ Advocatis, latum &c. & in decis.* 1265. *num.* 7. *coram Emer. Jun.* primi nominis pariter appellatur Advocatus ibi: *Ut in puncto tradit Angelus Rodulphinus, annis præteritis apud Nos primi nominis Advocatus*. Et post hæc scripta *in Faventina Jurisp.* 12. *Maii* 1710. *§ Nihil ubi coram Ansald.* illum vocat *celebrem in Curs. sui ævi Advoc.*

Præscindendo, inquam, à tali odiosa Personarum comparatione, supplicamus unicè insistere in combinatione Scripturarum, ab eisdem typis datarum, juxtà *Consilium Senec.* 47 *de quatuor Virtutib. cap. de Prudent.* ibi: *Non te moveat dicentis authoritas, nec quis, sed quid dicat, attendito.* Cum quo concordat lepidissimus Poeta *Ouven. Epigram.* 31. ibi,

In dictis hominum non quis considero, sed quid.

Et in Epigramm. 37. ibi:

Nec te dicentis moveat reverentia, sed quid
Dixerit attendas, qua ratione probet

Ex tali enim combinatione remanet manifestum, quòd *Bertacchinus* materiam vix tetigit per quinque paragraphos, *Rodulphinus* verò suo more illam magistraliter pro veritate pertra-

48 pertractavit per paragraphos 39. sigillatim referendo omnes illos Authores, quorum verba leguntur in contrariis Scripturis, & postmodum eis congruè respondendo, atque ostendendo insubsistentiam rationum, in quibus fundantur iidem Authores, quæve hodiè repetitæ fuerunt.

A quibus solidis rationibus, & animadversionibus in angustiis positi, in concreto casus nostri DD. contrarii Defenso-
49 res, recurrunt ad generalitates, proponentes duo considerand; Primum, quòd asserendo contrarium, actum erit de Juribus Rev. Fabricæ, eo quia Instrumentum nostræ donationis deservire poterit pro Formulario in his materiis; Secundum verò, quod brevi tempore offuscaretur puritas Regulæ, quam profitentur Fratres Minores, tam Observantes, quàm Reformati, & Cappuccini, eo quia hac via de facili acquirere possent redditus tutos, & certos.

Sed neutra consideratio aliquam meretur animadversionem; Non prima, quia Privilegia Rev. Fabricæ amplissi-
50 ma sunt, & licèt non comprehendant casus illos, in quibus possunt exequutioni demandari ab hæredibus, vel particularibus exequutoribus defunctorum voluntates, modo ab hac Sacr. Congregat. præscripto die 14. Februarii 1633. vindicant sibi locum, & spatiosus eis remanet campus in casibus negligentiæ hæredum, incapacitatis Legatariorum, incertitudinis relictorum, & respectu aliorum piorum Legatorum, circa quæ, illorumque diversitatem, & multiplicitatem, integram edidit Compilationem *Vespignanus*, & de illis la-
51 tè discurrunt *Marant. in suis controv. Novar in Summ. Bullar. comment. 56. per tot. Ricc. part. 3. resol.* 374. *& seqq. & à resolut.* 416. *eadem part. 2. Bertacchin. vot. decis.* 119. *per totum*, *& Rocca Select. Jur. Interpretation. cap.* 44. *per tot.* & alii, ab his citati.

Minùs relevat secunda animadversio, quia in substantia omne id, quod facere possunt iidem Religiosi, restringitur ad petendam eleemosynam, & acceptandum per viam meræ gratiæ id, quod liberè volunt eis dare defunctorum hæredes, vel piarum dispositionum Exequutores, & juxtà Divi
52 Bonaventuræ consilium, gratias agere de dato, & non murmurare de negato, quod an sit tutos, certosque redditus possidere, vel potiùs in spe Divinæ Providentiæ vivere, quæstuatione mediante, EE. PP. determinandum relinquimus.

In omnem verò casum non sunt abbreviatæ manus Superiorum, minusque coarctata libertas hæredum, vel Exequutorum Testamentariorum aliis committere exequutionem dictorum piorum Legatorum, quando perspectis particularibus circumstantiis Conventuum, & magnæ summæ
53 legatæ, comperiunt eleemosynas taliter adauctas, ut eximantur Fratres à necessitate sibi victum quærendi, mediante incerta quæstuatione, ut notant *Castill. de Aliment. cap* 5. *sub num.* 26. *vers. Præterea*, *& Amostaz. de Caussis piis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 66. & firmavit egregiè *Rot. in decis.* 1219. *num.* 13. *coram. Emer. Jun.* ibi: *Neque hoc modo offuscatur puritas Regulæ, quoniam Fratres legata recipiunt, ut præfertur, non tanquam debita, sed tanquam puras, & simplices eleemosynas; Neque rursus de illis sunt omninò certi, quia semper re-*
54 *sidet in prudenti, & rationabili judicio Exequutorum, vel Judicis, super hoc aditi, perspectis circumstantiis eleemosynarum, atque Locorum, pias Testatorum voluntates exequendas, vel iisdem Fratribus legatariis relinquere, vel aliis committere; Imò quandoque eorum officio continebitur, ut aliis committant, si comperiant, Legata, seu eleemosynas, sic adauctas, ut eximant Fratres à necessitate sibi victum quærendi incerta mendicitate, quemadmodum tenentur, ut constat ex traditis &c. & decis.* 1326. *num.* 15. ibi: *Et hoc modo, nedum non læditur, verùm potiùs religiosè servatur puritas eorum Instituti, tolliturque quævis certitudo eleemosynæ ex parte Fratrum, cùm semper stet in prudenti arbitrio, & vigilantia ejusdem Archiepiscopi, pensatis omnibus circumstan-*
55 *tiis, eleemosynarumque augumentis, ac respectivè decrementis, vel ipsis Fratribus, vel aliis, committere missarum celebrationem, ut benè advertitur in præcedenti decisione.*

Neque omitrimus illam animadversionem, quòd agitur de dispositione clara, & cubitalibus literis expressa à pia donatrice, unicèque, & principaliter directa ad majorem Beatissimæ Virginis cultum, Sanctorumq; ejusdem protectorum, & Advocatorum venerationem; Unde quando etiam de summo Juris rigore aliqua considerari posset repugnantia circa exequutionem ejusdem donationis, modo à donante desiderato, quod non credimus, adhuc in his terminis omnis
56 æquitas, omnisque Justitia expostulare videntur, ut eo meliori modo, quo fieri potest, exequutioni demandetur, ne Fideles à similibus piis dispositionibus retrahantur, per ea, quæ ad rem considerat *Rot. in decis.* 847. *num.* 3. *coram Seraph. & decis.* 685. *num.* 5. *coram Cerr. & decis.* 258. *num.* 23. *&* 24. *part.* 7. *recent.* Præcipuè, quia maximum, præcipuumque Rev. Fabricæ munus est, totis viribus curare, ut piæ morientium voluntates custodiantur, ac inviolabiliter observentur.

Sacr. Congregat. Rev. Fabricæ, scribentibus in Jure pro illa quat. celeberrimis Sac. Constitut. Aulæ Advoc. & in facto
57 duobus illius diligentissimis Defensoribus, die 24. Novembris 1706. rescripsit; *Dilata.* Die 16. Martii 1707. rescripsit: *Non intrare Privilegia Rev. Fabricæ.* Et die 20. Julii ejusdem anni 1707. rescripsit: *In decisis.*

Finis Tomi Primi Discept. Ecclesiast. Advocati Dominici Ursayæ.

COMPEN-

COMPENDIUM

Privilegiorum Rev. Fabricæ Sancti PETRI

ARGUMENTUM.

Enumerantur, & explicantur frequentiores casus in quibus locum habent, vel non Privilegia Rev. Fabricæ S. Petri, nec non Facultates illius Ministrorum.

SUMMARIUM.

COMPENDIUM

Privilegiorum Rev. Fabricæ S. Petri.

OCcaſione Cauſæ *Imolen.* de qua ſupra *diſcept.* 31. argumenta contraria diluturus, multos pervolvere Authores coactus fui; Ut autem ea, quæ inter legendum mihi occurrerunt, & pro meo uſu adnotavi, aliis prodeſſe poſſint, 1 ideo hic imprimenda curavimus, eo fine, ut quantum in Nobis eſt, benignus Lector, in hoc breve Compendio, unita habeat, quæ Nos à multis Authoribus ſparſim collegimus.

Plurima ſunt Privilegia, quæ diverſi ſummi Pontifices verè pio Operi Rev. Fabricæ Sancti Petri de Urbe conceſſerunt, & non ſine magno congruitatis, & maximo rationis fundamento, quia quando aliena bona pervenerunt ad aliquem, qui illa retinere non poteſt, vel propter propriam incapacitatem, vel quia ignorat, cui illa tradere tenetur, ex 2 quo eſt omnino incertus, vel in ſimilibus circumſtantiis, reſtitutio facienda eſt Jeſu Chriſto Domino Noſtro, qui eſt hæres univerſalis omnium incertorum; Romanus autem Pontifex eſt univerſalis diſpenſator, & abſolutus adminiſtrator omnium bonorum Chriſti, cujus in Terris vices gerit; Et proinde potuit omnia illa, quæ Chriſto Domino, uti incerta debita erant, addicere, & applicare Fabricæ Eccleſiæ Sancti Petri, in commune totius Chriſtiani Orbis commodum, & utilitatem ædificatæ, ut ſicuti Beatus Petrus ab ipſo Salvatore Noſtro Princeps Apoſtolorum eſt conſtitutus, ita etiam ipſius Baſilica inter cæteras Urbis, & Orbis Eccleſias magnificis ædificiis amplietur, & ampliata conſervetur, ut dicitur in *Conſtit.* 22. *Julii II.* §.2. & advertunt *Marant. reſp.22. à num.80. part. 1. & reſp.68. à num.53. & de Rub. practic.reſol. cap. 80. num. 1. & ſeqq. & Card. de Luc. de Teſtam. diſc.92. num.* 9. ubi, quod in Fabrica iſtius inſignis Eccleſiæ Principis Apoſtolorum honorari videtur univerſitas Eccleſiarum totius Orbis Catholici; De qua magnifica Baſilica extat illud, relatum ſupra *diſc.*31. *num.*6.

Extra non cernes Templum, ſed veriùs Urbem;
Intùs non Urbem, ſed vero nomine cœlum.

Privilegia hæc recognoſci poſſunt in dicta *Conſtitut.*3. & 9. *Clement.VII. In Conſtit.*31. *Pauli III.* ubi ultra dictam *Conſtit. Julii II* refertur alia Leonis X. *In Conſtitut.* 15. *Julii III. In Conſtit* 62. *Pii IV. In Conſtit.* 95. 96. 97. & 98. *Sancti Pii V. In Conſtit.*95. *Sixti V. In Conſtit.* 115. *Clementis VIII in Conſtit.* 7.& 8. *Alexandri VII. & in Conſtit.* 3. *Inn. XII. in ejus Bullariol. fol* 12. Quæ referuntur, compilantur, & reſpectivè declarantur, & ampliantur in multis Declarationibus, editis à Sac.Congregat. ejuſdem Fabricæ, impreſſis apud *Quaran.* 3 *in Summ. Bullar. verb. Fabrica S Petri*, apud *Ricc. in Prax. reſol.*377. *par.*2. apud *Novar. in Summ. Bullar. par.*2. *comment.* 67. *à num.*2. & apud *Veſpign. in Compend. Privil. Rev. Fabricæ*, in Urbe impreſſo anno 1676. Quæ declarationes, uti à dicta Sacr. Congregatione Fabricæ authoritate Papæ promulgatæ, vim legis habent, & omni jure executioni mandandæ ſunt, juxta animadverſa per *Marant. reſp.*14. *num.*8. & 17. *part.* 1. *Cobell. in Notit. Card. cap.* 8. *Congregat.* 11. *fol.*72. *verſ. Statuta, & Monet. de Comm. ultim. volunt. cap.* 5. *num.*15. & firmata per *Rot in Roman. Fideicommiſſi de Ruſp.* 25. *Junii* 1684. *§. Nec ex tali in fin. coram Rondinin & in Romana Locorum Montium* 3. *Junii* 1711. *§. Præfatæ coam Molin.* ubi quod tanta eædem reſolutiones pollent authoritate, ut ab eis in judicando recedendum non ſit.

Pro horum autem ampliſſimorum privilegiorum brevi notitia, præmitto, quod illa locum generaliter habent in omnibus piis diſpoſitionibus, eo quia cura, & juriſdictio circa exequutiones omnium piarum diſpoſitionum, quæ de jure omni tempore ſpectabat ad Epiſcopos, poſt annum à die mortis diſponentis extra Urbem, & in Urbe poſt 15. menſes, devolvitur, ſeu ſpectat ad Tribunal Rev. Fabricæ, ejuſque Officiales, loco Epiſcoporum ſubrogatos, & quidem poſt dictum annum extra Urbem, & 15. menſes in Urbe 4 privativè quoad eoſdem Epiſcopos, & quoſcumque alios *Marant. reſp.*20. *num* 75. & 76 *part.* 1. & latiùs *reſp* 68. *num.* 1. & *pluribus ſeqq. & per tot part* 3. *Ricc. in prax. reſol.* 374. *in princip.* ubi refert perſonas, quæ in Regno conſtituunt d. Tribunal Fabricæ, & *reſol* 376. *n.*2. *par.*2. *Rub. de Teſtam. cap.* 84. *num.*274. & *ſeqq. Rot. deciſ.*122. *num.*2. & *ſeqq. part.*-. ubi, quòd poteſt recuperare bona, deſtinata in cauſas pias, ab aliis occupata, *Thor. in Summ. privileg. piæ cauſæ privileg.* 259. *circa finem*; Idemque expreſsè cavetur in *Conſtitut.* 96. *Sancti Pii V.* edita pro cauſis Urbis, ut in iis procedant Miniſtri

nistri Fabricæ elapsis 15. mensibus, quam etiam expendit *Marant.d.resp.* 68.*par.*4.*à n.*64.*usque ad finem*, ubi examinat verba Constitutionis in ea parte, in qua videtur moderari privilegia. seu facultates circa causas, in qua Vicarius Urbis prævenisset: *Vide Monaccell. in Formulario tom.* 1.*fol.* 298. *num.*20. *&c.*

Quæ omnia, nedum procedunt re integra, sed etiam si Episcop. intra annum cœperit urgere pro exequutione, sed eo tempore causa non fuerit terminata, imo etiamsi causa sit in qualibet instantia, & coram quocumque Tribunali; Quia adhuc potest Tribunal Fabricæ avocare causas, ubicumque, 6 & in quacumque Curia pendentes, ut sancitur *in Constit.* 3. *& 9. Clem. VII* & observat *Marant. resp.* 68. ubi probat, id determinari, nedum in dd. Constitutionibus Clem. VII. Sed in concordatis inter Paulum III & Carolum V. factis in hac materia pro Regno Neapolis *part.* 3. *& resp.* 22. *num.*73. *in fin. & seqq. & num.* 87. ubi de avocatione à foro sæculari *part.* 1. Quod etiam *latissimè* prosequitur *in resp.* 24. *ead. part.* 1. Cum aliis apud *Rot. in Roman. Locorum Montium* 3. *Junii* 1711.*in princip.coram Molin.* Dummodo tamen agatur de fundato interesse Fabricæ, ut notat idem *Marant. resp.* 93. *num.* 31.*& seqq. part.*4.

Limitantur tamen hæc in casu, in quo Testator breviorem præfigat teminum exequutioni suæ voluntatis, quia tunc, illo elapso, etiamsi non sit completus annus, statim potest Fabrica procurare exequutionem pii relicti *Marant.* 7 *resp.*41.*dub.*2.*num* 56.*&* 57.*part.*1. quem sequitur *Ventrigl. in Prax. part.*2. *annot.*28. *§.*2. *num* 25.

Hoc præmisso, quæres I. *An eadem privilegia locum habeant in omnibus, & quibuscumque dispositionibus piis, pro unica vice factis, seu relictis personis, vel Ecclesiis certis, cum, vel sine onere, & non solutis, vel non adimpletis*; Resp. *affirmativè*, hoc est intra triennium, ex dictis Legatis deberi fabricæ quintam eorum partem, post triennium verò me- 8 dietatem spectare ad ead. Fabricam, juxta *Constitutiones* 96. *&* 97. *Sancti Pii V. & Declarationes Congregat. Fabricæ*, ubi, quòd etiam in legatis, non adimpletis intra tempus à Testatore, seu disponenre statutum, currat triennium à die obitus, ut *in dd. Declarationibus*, impressis apud *Quarant.in Summ.Bullar.verb. Fabrica Sancti Petri §. Quoniam juxta*, & apud *Ricc. in Prax. resol.* 377.*eodem §. part.*2.& apud *Vespignan.fol.*17.& notant *Zerol. in Prax. verb. Fabrica num.*1. *& seqq. & Ricc.in Prax.part.*2.*resol.*368.*num. unic.*

Non poterit tamen Fabrica, seu ejus Ministri dictam portionem antea recipere, quam post exequutionem dictorum 9 legatorum, seu dispositionum piarum, juxta illa verba citatæ *Constit.* 97. *Sancti Pii V. Postquam legata hujusmodi exequutioni debitæ demandari fecerint*, & notant de *Rub. de Testam.cap.*84. *num.*377. latè *Marant. resp.*41. *num.* 18. *& seqq. part.*1.*& resp.*93.*num.*33.*part* 4.*& Caisot. in ejus consil.* impresso post *d. Marant. resp.*96.*part.*4.

Quæres II. *An aliqua portio debeatur Fabricæ ex illis annuis legatis, quæ fuerint relicta certis Locis piis, Ecclesiis seu Ecclesiasticis, cum onere missarum, Divinorum officiorum, erogationis eleemosynarum, & similium in perpetuum, seu ad tempus, & avaritia hæredum, seu aliorum, qui ad id quomodolibet tenebantur, non fuerint pro præterito cum effectu adimpleta*; Respondeo, *Deberi Fabricæ* præteritos reddi- 10 tus, seu relicta, decursa, & realiter non soluta, in futurum verò decurrenda ipsis legatariis applicari debent, cum onere tamen ipsis in testamentis injuncto, ut disponitur in eisdem sæpè citatis *Declarationibus* apud *Quarant. in Summ. Bullar.in d. §. Fabricæ Sancti Petri §. Annua verò*, & apud *Ricc in Prax.d.resol.*377 *eodem §.*2.& apud *Vespignan.fol.*8 & observant *Novar.in Summ.Bullar.part.*2 *comment.*67.*num.* 2.*& seqq. & Rot in Roman. Locorum Montium* 3 *Junii* 1711 §. *Præmisso coram Molin.* Quidquid videatur dicere *Ricc. resol.* 11 378 *sub num* 1.*d.part.*2. ubi, quòd debetur sola medietas fructuum præteritorum.

Quando autem pro legatis annuis non expressis, bona, seu annui redditus, à Locis piis, seu ab aliis legatariis exacti sunt, seu exiguntur prod.celebratione missarum, seu Divinorum officiorum, sed missæ, seu officia in totum, vel in partem, non fuerunt celebrata, sivè per negligentiam, sivè per impotentiam, eo quia major sit numerus missarum, quàm Sacerdotum, hujusmodi relicta pro rata missarum non celebratarum ad Fabricam devoluuntur, cum facultate tamen Ministrorum Fabricæ concordandi pro præterito tantùm cum legatariis, vel aliis obligatis, si melius expedire videbitur, ut in dd. *Declarationibus Sacræ Congregationis* apud *Quarant. & Riccium, & Vespignan. mox citatos*, utro- 12 bique §. *Quoniam verò*, & notat *Marant. resp.* 5. *per tot.* & signanter *ante num.* 1. *num.*58.*& seqq.& num.*73. *& seqq.part.* 1.& firmavit *Rot.in decis* 335. *num.*9. *&* 10. *part.*18.

Quæres III. *An legatarii, quibus à principio redditus, seu bona relicta sunt, ex Instituto, seu observantia Regulæ sunt incapaces talium relictorum, aut à principio quidem capaces* 13 *erant, sed propter Regulæ mutationem effecti sunt incapaces, hujusmodi relicta caducentur ad beneficium hæredum, seu potiùs comprehendantur sub privilegiis Fabricæ Resp. Comprehendi sub privilegiis Fabricæ*, ad quam proindè tanquam incerta spectant in vim institutionis, seu substitutionis, ut in *sæpiùs citatis Declarationibus Congregationis Fabricæ*, impressis apud *Vespignan. fol.* 33. *& apud Quarant.& Ricc. ubi supra §. Si autem*, & plenissimè *Marant. resp.*35.*per tot.* ubi de legato, facto Cappuccinis de annuo victu, & vestiario *Card.de Luc.de Fideicom in Summ. num.*85 *in fine*, *&* 86.ubi exemplificat in Fratribus Minoribus S. Francisci, & similibus *part.*1. *Caval decis* 212.*num.*6. *vers.Supererat*, ubi de legatur panis, & vini favore Cappuccinorum, amplians etiam- 14 si testator in casu incapacitatis eorundem legasset Confraternitati, quam rogabat, ut faceret dictam eleemosynam Cappuccinis ne isti per indirectum fierent capaces illius legati, cujus directè sunt incapaces.

Respectu tamen Fratrum Minorum.Reformat. de Observantia, adest speciale decretum *Congregat. Fabricæ editum* 14 *Februarii* 1633. cum distinctione omnium casuum, in quibus iidem Fratres possint, vel non possint legata pia percipere, quod est impressum apud *Fagnan.in cap. Nimis prava in fin.de Excess Prælat.* apud *Barbos. in Coll. Apost decis. collect.*446. *num.*4. & apud *Marant. resp* 41. *in fine lib.* 1.ubi 15 per totum latè scripserat super eadem materia, apud *D. Adv. Piton. discept Eccles.*1.*per totam*, & sing. *num* 5.*& num.*56. *& num.*175. & apud *Matthæucc.in Official.Cur. Eccles.cap.* 30. *per tot.*& apud *D.de Lucca in Dissertat.de Legat.pro victu fol. mihi* 84.Quod decretum servandum esse sæpe mandavit Sacr. Congregat. Concil. nempè in *Sancti Severini præstationis Ferculi* 8.*Jun.*1684.*lib.*34. *Decret.fol.*195.& *in Faven.Legatorum* 2. *Martii* 1697. *fol.* 47. *Decret fol.*53.*& in Salernitana Eleemosynarum* 14.*Jun.* 1704. *lib.*54.*fol.* 313. In quibus agebatur de legato annuo, per viam eleemosynæ injuncto hæredibus, ad præstandum quotidiè ferculum PP.Sancti Francisci de Observantia, Reformatis, & Cappuccinis; Pro cujus legati exequutione respondit etiam *Sac.Congreg. Boni Regiminis in Viterbien.*22 *Junii* 1652. juxta verba illa decreti, seu epistolæ, scriptæ Gubernatori Viterbii, registratæ à *d. D. de Lucca* ubi *supra num.* 396 *Mentre per il passato li Frati Minori Osservanti di S.Francesco di Canino, siano stati sovvenuti di scudi dieci l'anno per la pietanza, e di altri scudi quindeci per il vino da quella Communità, la Sacr. Congregat. si contenta, che possa continuarsi la medesima limosina; Onde piacerà à V.S. &c.*

Quæres IV. *An in illis casibus, in quibus hæredes, fideicommissarii, seu legatarii, licèt aliàs capaces, nolunt acceptare, sed repudiant hæredi*e*atem, vel legata, relicta, in causas pias* 16 *loco eorundem succedat* Rev. *Fabrica, vel potiùs spectent ad hæredes*. Respondeo *Spectare ad Fabricam*, perindè, ac si à principio fuisset instituta, seu substituta, atque legatum sibi fuisset expressè relictum, ut cavetur *in dd. Declarationibus Congregationis Fabricæ §.Si autem in fine* impressis, ut supra, & observat *Marant. resp.*19. *num.*42. *& per tot.& resp.*37. *per tot. par.*1. ubi de renunciatione, seu potiùs extrajudiciali denunciatione facta Ministris Fabricæ; Amplians, quòd post talem renunciationem, legatarii nequeunt ampliùs se componere cùm hæredibus, quodque renunciatio legati, etiam onerosi, possit fieri à Religiosis, etiam absque solemnitatibus, prout testatur pluriès fuisse decisum in Congregat. Rev. Fabricæ, & *Rot. decis.* 150. *num.*40. *& seqq. part.*12.*& coram Carill decis* 79. *num.*7. *& coram Cerr.decis.*511. *num* 28.

Quæ vera sunt, quando repudiatio fit ante aditionem hæreditatis, quia, ista semel adita, repudiari deindè non potest ut in terminis prætensionis Ministrorum Fabricæ firmavit 17 *Rota in decis.*85.*num.*7.*&* 8.*coram Cels.* ubi, quòd ad hoc, ut sit valida talis repudiatio, fieri debet cum necessariis solemnitatibus, & Apostolico beneplacito, *& decis.*16. *num.*24.*& seq.part.*19.*recent* ubi, quòd tales declarationes, se nolle esse hæredes, fieri solent ad evitandas molestias Commissariorum Fabricæ, quod ad alium effectum mutationis voluntatis circa electionem Loci, ubi construi debebat Cappella, refertur in *decis.*1333. *num.*3.*coram Emerix.jun.*

Quæres V. An *legata pia annua pro dotibus pauperum Puellarum, relicta amore Dei, seu ratione animæ, non autem affectu sanguinis, seu pro remuneratione servitiorum, si per aliquot annos ab hæredibus neglecta fuerint, nec actualiter per-* soluta

soluta seu deposita, spectent ad Fabricam Resp. *Affirmativè*, 18 etiamsi electio Puellarum facta esset, pro tempore præterito; In futurum verò decurren. integrè assignantur pro dd. Puellis maritandis, etiam antè electis, nisi hujusmodi relicta essent omninò incerta, ut *in dd. Declarationibus Congregat. §. Similiter*, impressis, *ubi supra*; Et ad effectum ne intrent privilegia Fabricæ in legatis factis potiùs contemplatione sanguinis, 19 quàm pietatis, observat *Rota cor. Cavaler. dec. 212. numer. 1. 2. 5. in fine, & 6.*

In dubio verò recurritur ad conjecturas seu circumstantias, 20 quæ si urgent in impulsum sanguinis, seu benemeritorum dispositiones censentur factæ in hanc causam, ex cumulatis *per Marant. resp. 3. num. 9. p. 1. & Novar. in Sum. Bull. p. 2. comm. 67. nu. 5.* Si verò conjunctæ personæ sunt ægenæ, censentur dispositiones factæ potiùs ex causa pietatis, si divites ex causa sanguinis *Ricc. in Prax. par. 2. resol. 181. per tot.* ubi, quòd 21 Fabricæ incumbit onus probandi paupertatem *Marant. resp. 3. per tot. & signanter n. 30 par. 1.* Similiter si disponens dixerit reliquisse in causam piam, tunc non est dubitandum, dis- 22 posuisse ex causa, quam expressit *Marant. d. resp. 3. num. 12. & seqq. & 63. & seqq. p. 1.* Cæterùm si non constat ex qua causa 23 disposuerit, potiùs præsumenda est causa pietatis, quàm sanguinis *Marant. d. resp. 3. n. 22. & seqq.*

Quæres VI. *An spectent ad Fabricam omnia legata pia incerta, & maximè relicta pro malè ablatis.* Resp. *Affirm.* imò possunt etiam vindicari ab Ordinariis, si fortè ad eos perve- 24 nerint, ut cavetur *in Constitut. 13. Julii II §. 9. 11. 12. & in Constit. 9. Clemen. VII. §. 7. 8. & 11. & in dd. Declarationibus Congregat. Fabricæ § Similiter in fine*, & observant *Marant. resp. 25. per tot.* & signanter *n. 82. & seq.* Amplians *nu. 73. in fine & seqq.* non obstante, quòd causa penderet inter alios in foro laicali, & *resp. 23. nu. 92.* utrobique latè agens, quando legatum dicatur pro malè ablatis, & pro exoneratione conscientiæ, & *resp. 24. & 26.* signanter *nu. 14. & seqq. & resp. 36.* ubi de legato incerto, collato in alterius arbitrium *par. 1.* 25 *& resp. 25. per tot.* ubi ad effectum, nè Episcopi possent in hujusmodi legatis se ingerere, & *Nicol. Severol. apud Rembold. vot. 4. num. 4.* Nec refert, quod legata pro malè ablatis fuerint relicta certis personis, vel Ecclesiis, dum non agitur de 26 illis personis, vel Ecclesiis, quarum bona defunctus administravit, vel aliàs esset debitor, ut post multa generaliter adducta, concludit *Marant. resp. 27. par. 1. per tot.* ubi refert decretum Congregat. Fabricæ.

Quæ procedunt in omnibus dispositionibus piis incertis, etiamsi factæ sint ad nominationem, electionem, seu declarationem certorum exequutorum Testamentariorum, exce- 27 ptis dumtaxat dispositionibus eleemosynarum in pauperes, juxtà *Constitut. moderatorias san. m. Alexand. VII. la 7. & 8.* inter ejus impressas, & observant *Cardin. de Luca de Testam. discurs. 23.* ubi latè discurrit hinc indè circa legatum, factum Religioso, ejus vita durante, erogan. in occultas eleemosynas, aliosq; pios usus, sibi benè visos absque eo, quod legatum acquiratur Monasterio *Bertacchin. vot. dec. 119. per tot.* ubi totus est in excludendo incertitudinem ex conjecturis, & qualitate personæ, quæ non videntur parvifaciendæ.

Quæres VII. *An legata facta pro exoneratione conscientiæ, cadant sub hujusmodi privilegiis Fabricæ* Resp. *Id non esse expeditum*, Pro illius enim affirmativa scripserunt *Novar. de* 28 *Privileg. incert. & malè ablat. privileg. 52. & Marant. resp. 92. per tot.* ubi de legato, facto pro integra securitate conscientiæ à Testatore, protestante se nescire aliquid alicui abstulisse *p. 2.* Pro negativa autem, reprobato *Novar. latissimè* agit idem 29 *Marant. resp. 32. par. 4.*

Quapropter in circumstantiis, & casibus dictorum, vel similium verborum, quæstio est decidenda ex qualitate personæ, seu aliis verbis, appositis in testamento, ex quibus arguitur, seu declaratur qualis fuerit voluntas Testatoris, ex adductis per *Genuen. pract. Eccl. q. 438.* ubi, quòd nemo cum jactura propriæ famæ tenetur exprimere, nec confessarius 30 prudens debet consulere expressionem, quòd legatum relinquatur pro malè ablatis, & proindè ait, recurrendum esse ad conjecturas, & qualitatem testatoris *Marant. resp 1. nu. 24. vers. Perpendenda par. 1. & resp. 32. num. 43. §. Sit præterea, & pluribus seqq. part. 4.* In dubio tamen est judicandum, legatum potiùs fuisse relictum pro salute animæ, quæ per opera pia exonerantur à pondere peccatorum, quàm pro restitu- 31 tione malè ablatorum *Calderin. cons. 33. de Testam. Mantic. de Conject. ult. vol. lib. 6. tit. 3. n. 31. Marant. resp 32. n. 33. & seq. num. 81.*, ubi quòd in dubio sit etiam judicandum pro possessore, *& num. 87. & seqq. p. 4.*

Quæres VIII. *An ex legatis, & dispositionibus, relictis pro constructione Monasteriorum, Hospitalium, Cappellarii, aut substentatione personarum Ecclesiasticarum, nec intra, nec post triennium adimpletis, portio aliqua debeatur Reveren. Fabricæ* Resp. *Deberi* fructus à die mortis Testatoris, quos hæredes 32 ex re legata perceperunt, seù percipere potuerunt si dicta res fuerit de sui natura, vel aliàs fructifera; Legatum verò integrum conservatur pro perfectione pii relicti, quia aliàs negligerentur perfectiones eorundem piorum operum, si quinta pars, vel medietas capitalium applicaretur Rever. Fabricæ, ut disponitur *in dd. Decl. Congregat. Fabricæ §. Insuper* apud *Vespign. fol. 35. Marant. resp. 13. sub nu. 31.* ubi ampliat, quod commutatio voluntatis non præjudicet Fabricæ quoad istos fructus, quando illorum mentio non fuit facta Papæ, *& resp. 14. per tot.* ubi dicit, id procedere in quocumque legato pecuniario, & in fine testatur, ita pronunciatum per duas conformes, quod repetit etiam *resp 20 à numer. 98.* usque ad finem, ubi refert transactionem, quæ tamen fuit facta pro integro capitali absque fructibus *part. 1. Novar. in Summ. Bullar. par. 1. comm. 56. par. 63.* ubi latissimè explicat legata omnia, quæ dicuntur pia, sub aliqua consideratione, ad hoc ut prò illorum exequutione intrent privilegia Rever. Fabricæ; Quæ pariter latè explicat etiam *Ricc collect. 553. per totam*, asserendo, quod omnia legata, ibidem explicata, & qualificata, uti pia, spectant Rever. Fabricæ vigore d. Constitutionis S Pii V. & *Rot. dec. 122. num 2. & seqq.* ubi de erectione Collegii ex causa studii, & agebatur de Collegio Nazareno Urbis *par. 7. rec.*

Quando verò legata mox dicta pro constructione monasteriorum, &c. non possunt exequutioni demandari, propter aliquod facti, seù juris impedimentum, quia nempè pecunia non sufficiat, aut monasterium ædificari non possit in loco designato, seù nequeat obtineri licentia ab Episcopo, 33 vel alio Superiore, præfigi debet gravatis certus terminus arbitrio judicium pro removendis realiter, & cum effectu hujusmodi impedimentis, aut pro obtinenda à Sede Apostolica commutatione pii relicti, seù dispositionis, & non remotis impedimentis, nec obtenta commutatione, legatum integraliter à Fabrica exigitur, ac si ad Fabricæ utilitatem devolutio facta esset, ut in sæpiùs *citatis Declarationibus Congreg. Fabricæ §. Præterea cum* aliis mox allegandis.

Paria autem sunt non fuisse obtentam commutationem, vel quamcumque derogationem, vel fuisse obtentam, sed subreptitiè, ob non factam mentionem litis, pendentis cum Fa- 34 brica, vel alterius relevantis circumstantiæ *Marant. resp. 13. num. 1 & sequentibus & resp. 21. num. 1. & sequentibus par 1.* ubi ampliat, quando adessent pro Fabrica duæ sententiæ, habentes vim trium, quodque Papa nunquam censeatur voluisse præjudicare juribus Fabricæ, *& n. 24. & sequent.* ampliat, non obstante, quod gratia fuisset exequutioni demandata *& num. 46. & sequentib.* quod requiritur expressa derogatio juribus Fabricæ; Verum tamen est, quod adversus scripta in d. responso fuit judicatum in Rota, ut *in decis. Buratt.* ibidem impressa, *& decis. 150. num. 41. vers. Exclusis, & num. 43. par. 12. rec.*

Quæres IX. *An Ministri Fabricæ post effectivam applicationem piorum relictorum ad favorem ejusdem Fabr., possint* 35 *aliquid remittere, vel condonare supplicantibus pro compositione*; Resp. *Negativè*, Ita enim ex mente sanct. me. Innoc. XI. die 16. Octobr. 1688. per suum speciale decretnm demandavit cl. m Cardinalis Cybo, illudque in specie approbavit *sanct. memor. Innoc. XII. in Constit. 3.* inter alias, in ejus Bullariolo impressas *fol. 12.*

Quæres X. *An contra hæredes, seù legatarios, eorumque* 36 *complices, falsificantes scripturas, vel confingentes antidatas, aut aliter defraudantes Rev. Fabricam procedi debeat omnibus juris, & facti remediis*, Resp. *Affirmat.*, declarando ulteriùs, tales reos in censuras, & pœnas Ecclesiasticas incidisse, ac mulctas, & pœnas in Fabricæ utilitatem convertendas, *ut in prædictis Declarationibus Congregat. §. Cum verò* apud *Vespig. fol. 37.*

Quæres XI. *An hæredes sine beneficio legis, & Inventarii teneantur de proprio ad solvenda legata pia, quoties conventi fuerint judicialiter à Fabrica*; Resp. *Affirmativè*, nisi resti- 37 tutionem in integrum à SS. obtinuerint, *ut in eisdem Declarationibus §. Tandem* apud *Vespig fol. 38.*

Quæres XII. *An Deputati, & Commissarii Rev. Fabricæ habeant facultatem cogendi quoscumque Notarios ad aperienda quæcumque testamenta clausa post annum à die mortis Testa-* 38 *toris, soluta Notariis debita mercede, & tradendi exempla Testamentorum in forma probanti*; Respon. *Affirmativè*, idque ad praxim reduci potest etiam cum invocatione brachii sæcularis, si opus fuerit, quacumque appellatione remota, ut sancitum *in Constitut. Pii IV.* quam in hac parte refert *Quaranta*

ranta in Summa Bull. verb. Fabrica S. Petri ante finem §. Ad favorem cum sequenti, & meminit etiam *Ricc. in Prax. d. resol. 377. in fine par. 2. Barbos. in Summ. Apost. decis. collect. 350. num. 2. ad finem*, ubi quod possunt cogere quoscumque, præsertim Notarios, ad revelandum bona, confinia, census, redditus, jura, & Instrumenta, concernentia interesse Fabricæ, quod etiam cavetur *in Const. 98 S. Pii V.* ejusdem extensiva, impressa immediatè *post illam §. 9.*

39

Quæres XIII. *An duæ Sententiæ, latæ in Tribunali Fabricæ ad favorem ejusdem, in ea parte, in qua sunt conformes, habeant vim trium.* Respond. *Affirmativè*, nec possunt commissiones appellationum ab eisdem diversimodè signari, & signatæ semper intelliguntur *sine præjudicio duarum conformium*, ut sancivit *S. Pius V. Constit. 95.* & tradunt *Quar. in Summ. Bull. d. Verb. Fabrica S. Petri §. penult. Barbos. dicta collect. 250. Marant. resp. 14. numer. 21. & resp. 21. num. 15. & 16. par. 1. & resp. 93. num 8. par. 4. Rot. decis. 172. numer. 3. par. 13. rec.*

40

Dixi *ad favorem ejusdem Fabricæ*, quia si illæ latæ fuerint inter ejus ministros, seù patentatos, circa proprium, seù particulare eorundem interesse, & non constet clarè, & evidenter de illarum justitia, sed potiùs datur magnus fumus illarum nullitatis; & injustitiæ, & tunc regulariter non solet procedi cum rigore dictarum Constitutionum, sed dato magno fumo nullitatis, & injustitiæ dictarum sententiarum, de facili obtineri solet revisio duarum conformium, ut firmavit *Rota in Romana hæreditatis 16. Februarii 1680. in principio coram Albergato*; Et in durioribus terminis certæ sententiæ, me scribente, plenis votis resolutum fuit à Signatura Justitiæ, à SS. D. N. loco Signaturæ Gratiæ deputata, *in Auximana Divisionis 18. Julii 1715. Ponente R. P. D. Fossombruno*, cum rescripto: *Alteri Reverendiss. Card. qui ad legitimam cum Voto Rotæ.*

41

Aliquando verò eædem Causæ, etiam in prima instantia, solent à Signatura Gratiæ eidem Tribunali committi cum d. Voto Sacræ Rotæ, ut videre est *in decis. 122. in princ. par. 7 rec. & decis. 883. num. 1. vers. Habito coram Buratt. & in d. Romana Locorum Montium 3. Junii 1711. §. Adversus cor. Molines*, & alibi sæpè.

42

Quæres XIV. *An possint iidem Ministri Fabricæ admittere ad compositionem supplicantes pro illa post rem judicatam ad favorem Fabricæ*; Resp. *Negativè*; Ita enim determinavit *s. m. Innoc. XII.* in ejus *Constit. 3.* inter alias impressas in ejus *Bullariolo fol. 12.* confirmando decretum cl. m. Card. Cybo, de ordine *s. m. Innoc. XI.* emmanatum anno 1688.

43

Quæres XV. *An Judices Rev. Fabricæ procedant exequutivè, summariè, manu Regia, & absque tela judiciaria* Ref. *Affirmativè*, ut statuitur in *Const. 3. Clemen. 7. §. 10. & seqq.* & notat *Ridolphin. in Prax. par 1. cap. 7. num. 103.* Et consequenter procedunt via exequutiva, relaxando mandatum exequutivum loco sententiæ *Nicol. Sever. in ejus Voto post decis. Rembold.* quod est *4. num. 33. vers. Quo verò ad viam exequutivam & numer. 34.* ubi, quòd sufficit unica citatio, sivè personalis, sivè domi dimissa copia. Quæ tamen limitantur in casu, in quo non agatur contra hæredem, sed contra Tertium *Ridolph. in Prax. par. 3. cap. 5. num. 157.* Cujus opinionem dicit non esse tutam idem *Severol. dicto vot. 4. numer. 27. & 35. apud Rembold.* Limitantur 2. *à Rota in decis. 131. num. 2. coram Emer. sen.* ut non procedant in Cessionario Rever. Fabricæ, ea ratione, quia illius privilegia, uti personalia, neque cedi in hac parte possunt, neque exercere potest via exequutiva coram aliis Judicibus, quàm ejusdem Tribunalis Fabricæ.

44

Quæres XVI. *An Commissarii Fabricæ habeant facultates revidendi quascumque alienationes rerum Ecclesiæ, perperam, factas, & condemnandi venditores ad restitutionem bonorum malè alienatorum* Resp. *Affirmativè*, imò possunt etiam recuperare omnes fructus, qui ex illis fuerint percepti, & percipi potuerint, & causas super hujusmodi alienationibus ad se avocandi, & incorporandi ad beneficium Fabricæ 3. partem dd. bonorum, & fructuum, quæ, & qui fuerunt recuperata necnon desuper concordandi, prout latè determinatur in *Constit. 98. S. Pii V. cum duabus aliis Constitutionibus ejusdem extensivis*, impressis immediatè post illam, & priùs in *Constit. Clemen. VII. la 9. § 17. Barbos. in Summ. Apostol dec. collect. 350. n. 1. in medio.*

45

Quæres XVII. *An Judices, & Commissarii Fab. post annum, & Episcopi intra annum possint pro exequutione legatorum piorum agere contra quoscumque, quomodocumq; & qualitercumq; amplissimè exemptos* Resp. *Affirmativè* cum *Marant. resp. 20. n 78. p. 1. & res. 66. n. 11 p. 3. & Vespig. fol 50.*

46

Quæres XVIII. *An spectent ad Fabricam omnes, & singulæ pecuniæ, seu res, quæ in prandiis, conviviis, & publicis spectaculis in aliquibus festivit. celebrationibus ex voto, statuto, seu consuetudine exponi consueverunt* Resp. *Affirmativè*, ut statuitur in *Const. 23. §. 18. Julii II. & Clement. VII. Const. 9. §. 14.* & in puncto legati pro conviviis causa jucunditatis admittit *Rot. decis. 212. num. 4. cor. Cavaler.* Quod tamen non procedit in refectione, relicta alicui Confraternitati occasione accessus ad aliquod opus pium, ut distinguit *Rot. cor Caval ubi sup.* & advertit *Cherubin. ad d. Const. 9. Clemen. VII. schol. 2.* ubi de prandio, relicto Confraternitati, septem Ecclesias in Urbe visitanti.

47

48

Quæres XIX. *An Privilegia Fabricæ habeant locum, nedum in legatis, & dispositionibus per ultimam voluntatem, seu causa mortis, sed etiam in donationibus inter vivos* Ref. *Affirmativè*, ut particulariter declaravit *Julius III. Const. 15.* Quod declara procedere in donationibus, & contractibus, factis ex mera liberalitate, secus autem in contractibus onerosis *Marant. resp. 38 per tot. par. 1.*

49

50

Quæres XX. *An Fabrica habeat omnia privilegia Fisci, seu Cameræ Apostolicæ, & Imperialis* Resp. *Affirmativè Ric. in Prax. resol. 375. num. 1. & numer. 2.* Undè potest avocare pecuniam, solutam primo creditori, licet consumptam bona fide *Ricc. ubi supra*. Et contrahentes cum Fabrica sunt tuti, & securi, ac si contraxissent cum ipsa Camera Apostolica, ad materiam *Text. in leg. Omnes & leg. Benè à Zenone C. de Quatr. præscript.* ut admittit *Rot. dec. 126. num. 2 post 2. volum. consil. Farinac.* sed declarat, procedere in iis casibus, in quibus alioquin intrabant privilegia ipsius Fabricæ non in aliis.

51

52

Quæres XXI. *An Epis. exigant Quartam Episcopalem à Legatis piis in præjudicium Fabr.* Resp. *Negativè* cum *Ricc. in Prax. resol. 378. per tot. p. 2. Thor. de privil. piæ caus. privil. 259 & Novar. in Summ. Bullar. p. 2. comm. 67. in fine*, ubi refert ita judicatum. Quod intellige de legatis, non exequutis intra annum, quia ex iis, quæ intra annum dantur exequutioni quarta debetur Episcopo in omnibus casibus, in quibus eidem de Jure locus est, prout eosdem *Ricc. & Thor.* declarando, observat *Marant. resp. 2. num. 25. & seq. par. 1.* & declaravit *Congr. Fabricæ* de anno 1629. in illius epistola, impressa apud eundem *Marant. ubi supra, num. 36.* & latè *Raynald. vot. 178. num. 1. & seqq.*

53

Quæres XXII. *An Fabricæ privilegia locum habeant in illis legatis, & dispositionibus piis, in quibus non fuerunt servatæ solemnitates Juris Civilis*, Resp. *Affirmativè*, dummodo constet de voluntate disponentium *Marant. resp. 17. per totum par. 1.* ubi testatur, ita servari in Tribunali Fabric. & *resp. 19. num 6 eadem par. 1. Ricc. in Prax. par. 2. resol. 379. n. 3.* probans idem procedere in legatis piis, relictis in testamento revocato; Quod tamen non videtur cœca fide admittendum, quia in dict. casu regulariter adest potiùs defectus voluntatis, quàm solemnitatis, defectus autem voluntatis insupplebilis est à privilegiis piæ causæ, ut videbimus infra *numer. 97. quæst. 51.*

54

Quæres XXIII. *An debeatur Fabricæ legatum factum alicui Ecclesiæ pro sepultura, quæ postea, ex subsequenti dispositione Testatoris, sequuta est in alia Ecclesia* Resp. *Affirmativè*, cum *Marant. resp. à num. 58.* ubi distinguit circa causam legati, à qua principaliter revera dependet, utrum legatum debeatur, non obstante mutatione Sepulturæ, dicens in fine judicatum contra Fabricam.

55

Quæres XXIV. *An in Fabricæ præjudicium possint Ordinarii commutare voluntatem defuncti, quando intrant illius privil.* Resp. *Negativè* post annum, ità *Carill. dec. 79. n. 6. & seq.* Amplians *n 11. in fine, & n. 12.* non esse necessariam mentionem Pont. commutationis, nulliter factæ ab Ordinario.

56

Dixi *post annum*, quia intra annum absque dubio illa fieri potest ab Episcop. ex justa, & necessaria causa, juxta ea, quæ literaliter fuerunt disposita in *Sacr. Concil. Trident. sess. 22. de Reformat. cap. 6.* ut distinguendo utrumque tempus, ad nostrum præcisum effectum notat *Ventrigl. in Prax. par. 2. annot. 28. §. 2. num. 42.* ubi *in sequentibus numeris* latè explicat causas, ex quibus possit fieri ab Episcopo talis commutatio, & specificat usus, in quos commutatio fieri debeat, & concordat de *Luc. ad eundem Ventrigl.* ubi supra *num. 10. in fine.*

57

Quæres XXV. *An Privilegia Fabricæ habeant locum, etiam in legatis, relictis Confraternitatibus* Respond. *Affirmativè*, ea ratione, quia talia relicta dicuntur pia *Sperell decis. 153. num. 26. & Novar. in Summ. Bullar. par. 2. comm. 67 numer. 23.* Quod tamen intellige in Confraternitatibus, erectis authoritate Ordinariorum, & exercentibus opera pia, ut distinguit *Novar. de Elect. for. sect. 2. qu. 58. n. 13.* Quia si agatur

58

tur de Confraternitatibus merè laicalibus, tunc legatum non diceretur pium, & consequenter non intrarent privilegia Fabricæ, *Novar. in Summ. Bullar. comm. 67. numer. 23. par. 2.* ubi, quòd secus esset, si Laicalibus Confraternitatibus à Testatore injungeretur erogatio in pios usus, quia tunc sat esset dicta destinatio ad usum pium, ea ratione, quia intrarent privilegia ratione dicti usus pii.

Quæres XXVI *An illis casibus, in quibus intrant privilegia Fabricæ sibi debeatur immissio* Resp. *Affirmativè*, quia habetur pro instituta, seu substituta *Rot. dec. 152. num. 42. par. 12.* 59 quæ tamen loquitur in casu, in quo Fabrica vigore privilegiorum erat substituta; Quo casu excluduntur hæredes ab intestato, stante testamento, & hæredes scripti, quia præteritio, incertitudo, vel alius similis defectus non vitiat disposi- 60 tionem, factam favore piæ causæ *Rot. d. dec. 150. num. 43. & seqq. par. 12.* cum aliis apud *Card. de Luc. de Testam. disc. 32. num. 5. & disc. 45. num. 2. & 3.*

Quæres XXVII. *An privilegia Fabricæ locum habeant, non obstante, quod testator, seù disponens mandaverit, nè Ordinarii, seù Fabrica, ejusque Ministri circa implementum dis- 61 positionis sese ingererent, seù nè illius privilegia, & facultates attenderentur;* Resp. *Affirmativè*, ea ratione, quia nemo potest facere, quod leges in suo testamento locum non habeant *Passerin. in cap. Religiosus §. Sanè num. 106. & seq. de Testam.* ubi quòd hoc est verum, etiamsi Testator in casu non acquiescentiæ suæ dispositioni, mandet sua bona in aliam causam esse eroganda latè *Marant. resp. 20. num. 57. & seqq.* ubi, quòd licet Testator possit prohibere, ne Fabrica, seù ejus Ministri se ingererent, dum dedit certos exequutores, tamen non potest id prohibere, quando hæredes, seu exequutores sunt negligentes *Novar. quæst. for. 91. nu. 11. p. 1.* ubi reprobat *Menchaca de Success. creat. §. 2. num. 17.* & testatur sic quotidiè judicari *Rovit sup. Pragm. 1. de Legat. piis num. 5. Molphes. Ad Consuetud. Neap. quæst. 10. par. 3. num. 9. Ricc. in Prax. resol. 127. per tot. par. 3. de Marin. var. resol. lib. 1. cap. 224. numer. 9. & 10.* latissimè *Rub. de Testam. cap. 89. per tot. Card. de* 62 *Luc. de Testam. disc 45. n. 7.* ubi reprobat *dec. in Roman. Fabricæ, seù Casalis Cottanelli 26. Novembris 1602. cor. Corduba*, & testatur de veriori, & sic declarasse Congreg. Fabricæ die 18. Maii 1626. *approbante Urbano VIII. Monacell. in Formul. tom. 1. titul. 1. formul. 14. numer. 3. & 4.* ubi, quod ita resolvit *Congr. Concil. in Civitatis Plebis 10 Decembris 1695. & Bertacchin. Vot. dec 161. per tot.*

Quæ vera sunt in casu, in quo dominium rerum transfera- 63 tur, vel transferri debeat ex voluntate Testatorum in dominium personæ incapacis; Quia si disponens, sibi reservet dominium, vel illud mandet transire in ejus hæredem, quatenùs opus, ab ipso injunctum, adimpleri non possit, tunc non intrant facultates Rev. Fabricæ, ut probat *Roduphin. alleg. 75. per totam*, & respondit *Sac. Congreg. Rev. Fabricæ* in ca- 64 su in quo Nos scripsimus *supra discep. 31.* & quæ causam dedit præsentibus annotationibus circa Privilegia Rev. Fabricæ ut innuimus in principio.

Quæres XXVIII. *An intra annum remaneat illæsa jurisd.* 65 *Episc. quæ de jure illis in totum, & semper competebat, circa exequutionem piarum dispositionum;* Resp. *Affirmativè*, dum illam in specie præservant ipsamet privilegia, *ut vidimus supra n. 4.* & tradunt *Marant. resp. 2. n. 26. & 27. & resp. 41. n. 48 & seqq. & num. 87. lib 1. & resp. 68. tom. 3.* Post annum verò, statim cessat Episcoporum jurisdictio, & subintrat Fabrica, etiamsi judicium terminatum non fuerit ex culpa hæredum *Rayna.* referens ita decisum an. 1626. & 1640. Vide *Vot. 178. n. 12.* infra *q. 61. n. 111. vers. Verum tamen.*

Quæres XXIX. *An eadem privilegia habeant locum in relictis, & dispositionibus certis*, Resp. *Negativè*, ut de similibus privilegiis notat *Romanus cons. 164.* ubi, quod legata in certa summa relicta determinatis personis, sivè pro debito, sivè pro restitutione illis ablatorum, sub illa Bulla non cade- 66 bant, & in nostris terminis *Marant. respon. 32. numer. 2. & 3. par. 4. Vermigl. cons. 496. num. 1.* ubi de constructione Cappellæ, & Sepulchri, & celebratione Missarum *Caval. dec. 212. n. 1. & 2.* ubi de fideicommisso favore Consanguineorum *Cels. decis. 78. n. 10.* ubi de legato facto Confraternitatibus, *& Rot. dec. 172. num. 1. par. 13.*

Quæres XXX. *An procedant in illis dispositionibus, quæ prima facie, inspecto solo cortice verborum, vel ab initio, videntur incertæ, sed ex adminiculis, vel conjecturis postmodum ex facultate nominandi, vel eligendi, vel aliter certificantur;* 67 Respon. *Negativè*, ea ratione, quia idem est aliquod abinitio esse certum, ac certificari ex post ex conjecturis, & aliis probationibus *Gratian. discept. 288. à num. 45. usque ad finem*, ubi adducit casum Monasterii erigendi, & Puellarum nubendarum; & testatur, ita sæpè fuisse resolutum in Congregatione Fabricæ, *latissimè Rub. de Testamen. cap. 81. per tot.* ubi testatur, pluries resolutum ab eadem Congregatione, & declarat Bullam Clem. VII. *cap. 82. nu. 138. & seqq. & cap. 83. num. 157. & seqq. & num. 177. & seqq. Card. de Luc. de Testamen. disc. 22. num. 7.* in qua causa prodiit *decis. 350. numer. 11. vers Et hinc par. 10. recen.* & utrobique agitur de conjecturis, 68 certificantibus dispositionem *Rot. decis. 126. post secund. volumen. cons. Farinac.* ubi, quòd institutio Monasterii, erigendi sub certa Regula non dicitur incerta *& coram Caval. decis. 212. num 4 in fin. & 5.* ubi legato pro alendis tribuis pueris in Urbe, & de alio legato pro Monasterio, faciendo cum septem monialibus, cum nominatione illorum, & istarum, facienda à Guardiano Cappuccinorum, & Præposito, *& Oldrad. cons. 61. num. 3.* qui loquitur de simili Bulla ad favorem Regis Franciæ pro passagio contra infideles, ubi, quòd non dicitur incertum, quando relinquitur Fratribus ex gr. qui interfuerint in meo funere, & latissimè *Rota in Roman. Fideicom. de Ruspolis 25. Junii 1684. §. Alteram coram Rond.* impressa apud *Bertacchin. Vot. decis. 119. à num. 7. usque ad numer. 40.* ubi multæ aliæ admittuntur, & comprobantur conclusiones, circa legata incerta, certificabilia ex conjecturis ad exclusionem Privilegiorum Fabricæ.

Verùm tamen est, quod recurrentibus Ministris ejusdem Fabricæ, atque prætendentibus probare dictæ decisionis in- 69 subsistentiam, Sacra Rota *Rot. coram eodem Rond.* in sequenti *decis. edita die 10. Junii 1686. §. Cum autem*, se declaravit expressè relinquere maturiori judicio ea, quæ firmaverat in 70 hac parte, his verbis: *Ideo D. D. tali fundamento non ampliùs inhærentes, imo interpretationem Privilegiorum Fabricæ, in præterita decis. relatam, suspendentes, demandarunt, illam in judicio à nemine allegari posse, donec maturiori judicio recognoscantur efficacia, & observantia dictorum Privilegiorum, quæ interim in suo robore intacta præservare voluerunt.* Quæ omnia clariùs repetiit in alia brevi decisione, emanata *cor. eodem Rond. die 31. Julii ejusdem anni 1686.* asserendo, Sacr. Rot. taliter abstrahere à conclusionibus, firmatis in d. prima decisione, ac si desuper nihil firmatum fuisset.

Quæres XXXI. *An locum habeant in eleemosynis, in pauperes distribuendis;* Respon. *Affirmativè* ad terminos tamen 71 *Constit. 7. & 8. Alex. 7. in Bullar. nov tom. 6.* de quibus mentionem facit *Cardin. de Luc. de Testam. disc. 23. num. 3.* & latiùs *R. P. D. Fatinell. respon. 65. à n 1. & Rocca select. inter pret. cap. 44. n. 10. & seqq.*

Quæres XXXII. *An dd. privil. procedant, quando non probatur insufficientia pecuniæ, seù rerum pro opere injuncto*, Resp. 72 *Negativè*, quando non est præfixus terminus pro commutatione voluntatis, obtinendæ à Papa, in illis casibus, in quibus privilegia Fabricæ de utroque requisito disponunt, ut *in Declarationibus Congregat. Fabricæ §. Præterea*, impressis *apud Quarantam in Summ. Bullar. Verb. Fabrica S. Petri*, & apud *Vespign. folio 36. Rot. dec. 126. nu 4. & 7. post primum volum. cons. Farin. & dec. 212. n. 6. vers. Nec etiam, & vers. In præsenti cor. Caval. & dec. 78. n. 11. cor. Cels.*

Quæres XXXIII. *An procedant, quando Papa commutavit voluntatem, seù reduxit opus pium ad proportionem redditum, vel aliàs derogavit voluntati Testatoris;* Resp *Negativè* cum *Rota coram Caval dec. 212. numer. 6. in fine*, ubi *num.* 73 *7.* quod reductio operis pii ad limites facultatum Testatoris, est æquissima, & juris dispositioni conformis *Marant. resp. 39. à nnmer. 5. usque ad 52. part. 1.* ubi de dilatione, concessa per Papam, quam probat non esse subreptitiam ex taciturnitate litis, motæ per Fabricam ante tempus alterius dilationis, quam hæres priùs obtinuerat, *Buratt. decis. 883. sub num. 1.*

Quæres XXXIV. *An in tali commutatione sit necessaria mentio privilegiorum Fabricæ;* Resp. *Negativè*, quia dum commutatio alioquin est actus præjudicialis, sufficit, Pa- 74 pam in genere cogitasse de iisdem privilegiis, benè *Carill decis 79. num. 9 & seqq. & Buratt. d. decis. 883. num. 2. in fine, & seqq.* ubi licet supponat, requiri illorum mentionem, tamen firmat, non requiri in Papa, qui cum fuisset unus ex Cardinalibus Congregat. Fabricæ, dicitur eò magis cogitasse de illius privilegiis; Amplians non obstante clausula *sine alicujus præjudicio*, eo quia intelligatur de alio, quàm expresso, *& num. 9. & 10.* iterum ampliat, dum Ministri Fabricæ se opposuerunt in Dataria commutationi, quæ adhuc fuit expedita, & exequuta.

Quando tamen Fabrica appellavit ab aliqua sententia, & Papæ id non exprimitur, minusque eidem Papæ narratur lis, vertens inter Fabricam, ac alios, habentes interesse in Causa, tunc commutatio voluntatis, uti subrepti-

tiè extorta, nullo modo attenditur *Rot. decis.* 511. *num.* 29. *&* 30. *coram Cerro.*

Quæres XXXV. *An locum habeant, quando cessat negligentia hæredum, seu exequutorum* Resp. *Negativè*, imo concurrente negligentia primi hæredis, adhuc non procedunt, quando dati sunt exequutores testamentarii. Quia istorum 75 etiam negligentia probari debet, antequam intrent privilegia, seu facultates Fabricæ, plenissimè *Marant. resp.* 32. *per tot. resp.* 39. *à num.* 71. *usque ad finem, & resp.* 40. *per tot. par.* 1. *resp.* 93. *num.* 78. *& resp.* 96. *n.* 43 *&* 44. *par.* 4. *Vermigl cons.* 496. *numer.* 2. *&* 3. ubi excusat, seu tollit negligentiam hæredis, dum tempus non fuerat declaratum à persona, cujus arbitrio Testator se remiserat, & pro Cappella, demandata per testatorem, non aderat situs opportunus; Vide *infra qu.* 52. *à num.* 98

Quæres XXXVI. *An procedant, quando neglig. hæredibus,* 76 *seù exequutoribus, datus est substitutus* Resp. *Negat* quia ad Fabricæ exclusionem substitutus in hæreditate succedit *Verm. ubi supra n.* 3. *à vers. Neque ideo, & n.* 4.

Quæres XXXVII. *An procedant in legatis profanis, seù quæ non apparent relicta in causam piam*; Resp. *Negat.* cum *Cyroc. discept.* 7. *nu.* 26. ubi tamen agebatur de legato pro pi-77 ctura Cappellæ, subdens, intrare facultates Fabricæ in solo legato pecuniario, non in legato facto, pro quo non est reli-78 cta certa summa, quod videtur nimis durum *Marant. resp.* 28. *per tot.* ubi de legato restitutionis, certæ personæ, fiducialiter indicatæ, absque eo, quod fiduciarius teneretur eandem personam propalare *par* 1. *Ricc. par.* 2. *resol.* 38 *per tot. Fatinell. respons* 65 *num.* 12.

Quæres XXXVIII. *An procedant in legatis, satisfactis an-*79 *tequam Fabrica manus apponeret* Resp. *Negativè*, rationibus latè expensis à *Marant. resp.* 96. *num.* 56. *& resp* 97. *num.* 9. *&* 35. *in fine par.* 4.

Quæres XXXIX. *An procedant post præscriptionem quadragenariam* Resp. *Negativè*; Cum enim illa sufficiat contra Ecclesiam, seu personam legatariam, Fabrica, quæ illius 80 loco subrogatur, non potest consequi id, à quo illa arcetur, nec tali casu requiritur centenaria, quæ alioquin contra Ecclesiam Romanam, & sic contra Fabricam S. Petri, esset necessaria, *Marant resp.* 95. 96. *&* 97. *par.* 4. ubi etiam tractat materiam, an in legatis annuis tot requirantur præscriptiones, quot sunt anni, quem sequitur *Raynald vot.* 178. *n.* 27. ubi, quod idem *Maran.* fuit accerrimus Defensor jurium Rever. Fabricæ, *& numer.* 13. ubi, quòd adeo benè scripsit, & rationes Rev. Fabricæ tractavit, ut improprium videatur aliquid addere iis, quæ ipse examinavit.

81 Imò, quòd Commissarii Fabricæ non possint se ingerere in legatis, nisi à 30. annis citra, referendo præcisa verba Instructionis, penes *Vespignan. pagin.* 146. observat *idem Raynald. vot.* 178. *nu.* 25. ubi id solùm limitatur in legatis, *che avessero stato permanente, come per construzzione di Cappelle, Sepolture, Campane, Organi, ed altri simili.*

Quæres XL. *An procedant in legatis, quæ per tempus im-*82 *memorabile nunquam fuerunt adimpleta* Resp. *Negativè* cum *Rot. dec.* 172. *num.* 3. *& seqq. p.* 13. *rec.*

Quæres XLI. *An procedant in illis casibus, in quibus processus, seù tractatus inter Ministros Fabricæ, ac hæredes seù* 83 *exequutores, non carent suspicione collusionis*, Resp. *Negativè*, ut exemplificat Rota in casu, quo Exequutor, à Fabrica citatus, nihil opposuerat, *in dec.* 126. *n.* 9 *in fine post* 1. *volumen. Consil. Farin* Indeque, licet privilegia Fabricæ utan-84 tur termino transactionis, ad quem effectum sufficit, rem esse dubiam, ut transactio sustineatur, secus tamen est, quando privilegia revera non intrant, *Rota ubi supra.*

Quæres XLII. *An suffragentur Fabricæ Privilegia illius* 85 *cessionariis, quando jus Fabricæ cessum non habet subsistentiam*, Resp. *Negativè*, Tunc enim cessionarii non possunt habere majus jus, quàm ipsa Fabrica cedens *Caval. dec* 212. *num.* 3. *&* 7. *à vers. Nec tandem & decis.* 350. *num.* 11. *p.* 10. *rec.* Corruente autem jure Fabricæ, corruit etiam cessio, seù transactio, cum ipsa inita, ut omissis generalibus, in terminis firmavit *Rota in Romana Locorum Montium* 11. *Jan.* 1715 *in fine cor. Card Scotto.*

Quæres XLIII *An locum habeant, quotiès Fabrica non probat fundamentum suæ intentionis*, Resp *Negativè*, quia non 86 probata illa qualitate, cum qua concessa sunt privilegia, hæc non possunt extendi de casu ad casum *Marant. resp.* 32 *n.* 33. *& seqq. & num.* 67. *par.* 4 ubi, quod probatio æquivoca Fabricæ non relevat.

Quæres XLIV. *An in Fabricæ præjudicium detur mora* 87 *purgatio, in adimplemento piorum relictorum* Resp. *Negativè* cum *Rota dec.* 533. *n.* 9. *p* 18 *rec.*

Quæres XLV. *An dicatur incertum legatum illud, quod committitur exequendum, & declarandum per hæredem fidu-*88 *ciarum*, Respon. *Negativè* cum *Fatinell. resp.* 66. *per tot.* ubi ostendit, huic opinioni non esse contrariam *Constitut.* 7. §. 4. *Alexand. VII.* & latissimè *Rocca Selectar. interpr. cap.* 44. *per totum* ubi de annuo legato scut. 400. erogandorum in occultas eleemosynas.

Quæres XLVI. *An dicatur incertum legatum illud, quod certificatum fuit ab observantia hæredum*, Resp. *Negativè*, quia observantia operatur declarationem voluntatis Testatoris, & quæ interpretationem certam habuerunt, mutanda non sunt. Ita *R. P. D. Fatinell. respons.* 65. *num.* 4. *& seq. t.* 1. 89

Quæres XLVII. *An Fabrica succedat in illis legatis, quæ relinquuntur alicui Religioso, cum conditione, ut teneatur fru-*90 *ctus errogare in pios usus, ad quorum specificationem cogi non possit* Resp. *Affirmativè*; Quia ut plurimum similia legata relinquuntur eo fine, ut talis Religiosus contra proprium Institutum bona possideat, illaque ad sui libitum administret, & de illorum fructibus voluntariè disponat, quòd non est permittendum, ut latè probat *Fagnan. in cap. Tua nobis à n.* 20. 91 & signanter *nu.* 59. *de Testam.* & concordant *Card. de Luc. eodem tit. disc.* 23. *n.* 9. *& disc.* 56. *n.* 8.

Quæres XLVIII. *An Episcopi in illis Locis, in quibus erectum est Tribunal Fabricæ, tuta conscientia, negligere possint exequutionem piorum Legatorum, illa relinquendo attentioni Ministrorum ejusdem Fabricæ.* Respon. *Negativè* cum æquè 92 pio, ac docto *Episcopo Crispino nella Visita Pastorale par.* 1. *§.* 2. *num* 14. *& par.* 3. §. 15. *num.* 33. Non solùm, quia intra annum circa illorum exequutionem se ingerere non possunt iidem Ministri Fabricæ, ut vidimus *supra num.* 4. Sed etiam, quia ex rotunda dispositione *Concil. Trident. sess.* 25. *in Decre-*93 *to de Purgatorio*, remanet manifestum *l'essecuzione de' Legatii pii essere una materia delle più importanti del Pastorale Officio, e conspirano le leggi Canoniche, e Civili, perche non si trascuri*, sunt verba ejusdem *Crispini dict.* §. 15. *num* 33. ubi respondendo eidem subsidiario remedio Ministrorum Fabricę post annum, ad rem prosequitur illo non obstante, nedum posse, sed debere Episcopus talem exequutionem procurare, saltem exhortationibus, & paternis monitionibus, eo quia, *quando li Ministri del Tribunale trovano adempite le sodisfattioni degli obblighi, e che ne apparisceno Decreti de' Vescovi, non vi s' ingeriscono, e non apportano alcuna molestia.* Vide infrà *q.* 61. *n.* 111. *vers. Verum tamen.*

Quæres XLIX. *An Fabrica succedat in illa hæreditate, quę relicta non fuit personis incapacibus, puta Fratribus S. Fran-*94 *cisci, sed Cappellis, existentibus in eorum Ecclesiis, ita tamen, ut talis hæreditas administretur ab eorum Syndico, & illius fructus erogentur, tam pro manutentione Cappellæ, quàm pro aliis indigentiis Religiosor.* Resp. *Spectare ad Fabricam*, ea ratione quia, sicuti dd. personæ sunt incapaces obtinendi, & retinendi hæreditates, ità etiam tales sunt eorum Ecclesiæ, seù Cappellæ, Aliàs enim per indirectum obtinerent id, quod eis directè prohibetur *Fagnan. in cap. Nimis prava num.* 44. *de Excess. Prælat. R. P. D. Petra ad Constit. Apost. tom.* 4. *ad Const.* 13. *Martini V. nu.* 4. *folio* 468 *& Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 30 *numer.* 20. & ita, me scribente 95 respondit *Sac. Congreg. Concil. in Marian. piæ disposit.* 6. *Jul.* 1709. *ad* 1. *&* 2.

Quæres L. *An Fabrica eo tempore, quo impugnat compositionem, ab ipsa factam, ex capite læsionis possit petere residuum, sibi promissum in instrumento compositionis*; Resp. *Negativè* cum *Rot. decis.* 127. *par.* 18 *recent.* ea ratione, quia ne-96 mo potest commodum reportare ex illo contractu, quem non adimplet.

Quæres LI. *An, revocato testamento, possit Fabrica procedere ad exequutionem piorum Legatorum in illo relictor.* Resp. *Negativè*, quia in hoc casu concurrit defectus voluntatis te-97 statoris, qui suppleri non potest à Fabricæ privilegiis, *Caroc. dec.* 85. *& Ricc. in Prax. p* 2. *resol.* 380. *n.* 1. *& seqq.*

Idem dicendum est, quando testamentum ex essentiali aliquo defectu nullum est, puta ex defectu institutionis hæredis, quia legata pia, uti illius accessoria, exequi non debent & proinde Fabrica ad illorum exequutionem procedere non potest, juxta præcisa verba *Ventrigl. in Prax. par.* 2. *annot.* 28 *§.* 2. *num,* 29

Quæres LII. *An Fabrica jus habeat ad illa pia legata, quæ ex operationibus, & mora hæredis legatarius pro aliquibus annis consequi non potuit.* Resp. cum distinctione; Aut Le-98 gatarius institit, suasque partes viriliter fecit pro consequutione sui legati, & ex diuturno litis impedimento illius utilitatem reportare non potuit, sed hoc medio tempore hæres percepit fructus legati, & tunc ad evitandum absurdum,

dum, ne hæres ex propria malitia, & parum laudabilibus 99 operationibus, lucrum percipiat, se deindè pro tenui summa, componendo cnm Reverenda Fabrica, legatum restituere debet, unà cum fructibus à die mortis Testatoris. Neque intrant pro tempore præterito facultates Reverendæ Fabricæ, eo quia legatarii non fuerunt negligentes, neque in mora punctualiter adimplendi voluntatem pii Testatoris *ut vidimus supra numer.* 75. Aut legatarius non institit, pro consequutione sui legati, & hæres fuit negligens in illius adimplemento, itaut istud sequutum non fuerit ex mora, negligentia, & avaritia, tam hæredis, quam legatariorum, & tunc locum habent privilegia ejusdem Fabricæ, ut recedendo 100 à contraria *decis. in Romana Locorum Montium* 3. *Junii* 1711. *coram Molines* respondit *Rot. coram Cardin. Scotto die* 11. *Januarii* 1715. quam confirmavit *die* 2. *Decembris ejusdem anni coram eodem*.

Quæres LIII. *An acquiratur Fabricæ legatum perpetuum pro hostiis, ac vino, pro missis, & pro oleo lampadis Ecclesia* 101 *rum personarum incapacium*. Resp. *Negativè*, ea ratione, quia dd. legata non sunt directa ad easdem personas incapaces, sed ad eorum Ecclesias, & pro Divino cultu, neque tollunt, vel minuunt mendicitatem eorundem, & proindè possunt etiam à Syndico Apostolico peti, *R. P. D. Petra ad Constit.* 5. *Honorii III. tom.* 2. *folio* 465. *numer.* 55. *& Emer. jun. decis.* 1219. *num.* 3.

Quæres LIV. *An spectet ad Fabricam legatum pro missa per-* 102 *petua, relictum PP. Sancti Francisci, vel potius possint iidem Religiosi onus dictæ Missæ perpetuæ in se accollare, & summam, pro dote d. Missæ relictam, convertere in fabric. proprii Conventus* Resp. *Spectare ad Fabricam*, eo quia capitale ejusdem Missæ converti deberet in stabilibus, quæ dicti Religiosi pos- 103 sidere non possunt, ut resolutum fuisse *à Sac. Congregat. Concilii* 15. *Novembris* 1697. refert *R. P. D. Petra* ubi supra *folio* 254. *num.* 29.

Quæres LV. *An Officiales Fabricæ possint deferre arma;* Resp. *Affirmativè* cum *Vespign. in Compend. fol.* 119. ubi regi- 104 strat Literas patentes, quæ eis concedi solent à Sac. Congr. Fabricæ, in quibus legitur eadem facultas, tam pro seipsis, quàm pro famulis, eis actualiter inservientibus.

Quæres LVI. *An Ministri, seù OEconomi Fabricæ vigore earundem literarum Patentium, quæ ipsis concedi solent, de-* 105 *ferre possint per Civitates, & loca murata Terzarolia, cum pulvere; & pilis plumbeis onusta* Resp. cum *Raynald. vot.* 90. *per tot. Id eis non esse permissum*, eo quia privilegia, eis concessa circa armorum delationem, restricta sunt, & interpretari debent ad terminos Bannimentorum Generalium, quæ reputantur Papales Constitut.

Quæres LVII. *An hæredes convenire, seù transigere possint cum Officialibus Ecclesiarum, qui fuerunt negligentes in adimplemento onerum missarum, ut illas intra certum tempus* 106 *adimpleant*. Resp. *Neg.*, quia id tenderet in præjudicium Fabricæ, cui per d. negligentiam quæsitum fuit jus pro dd. legatis, suo tempore non adimpletis, ità *Raynald. vot.* 178. *n.* 15. ubi id verum intelligit postquam hæredes fuerunt à d. Ministris Fabricæ interpellati, quia si talis concordia fiat bona fide, & ad unguem adimpletis legatis in præteritum omissis, putat id esse eis permissum, quòd tamen ipse indecisum relinquit, & ego aliis id judicandum relinquo; Circa quæ vide quæ observavimus supra *n.* 75.

Quæres LVIII. *An legatum missarum, Sacerdoti relictum, cum onere, ut missam per seipsum celebret, eo cæco effecto, debeatur eidem, vel potiùs Rev. Fabricæ*. Resp. *Deberi sacerdoti, non autem Fabricæ*, rationibus, latè expensis à *Marant. resp.* 15. quem sequitur *Novar. in Summ Bullar. com.* 67. *n.* 17. *p.* 2.

Quæres LIX. *Quomodo se gerere debeant Commissarii Rev. Fabricæ, circa exequutionem piorum legatorum, nullatenus* 107 *adimpletorum*; Resp. *Teneri ad unguem servare sanctissimas illas Instructiones*, quæ pro Regno Neapolitano à Sac. Congregatione Rever. Fabricæ demandatæ fuerunt, quasque impressit *Novar. in Summ. Bull comm.* 67. *à num.* 31. *par.* 2. cujus titulus est, *Instruttioni, da osservarsi dalli RR. Commissarii della Fabrica di San Pietro nel Regno di Napoli*: Et alias pro Statu Ecclesiastico quas impressit *Vespignan fol.* 129. sub titulo. *Instruttioni, da osservarsi dalli Commissarii della Rev. Fabrica di San Pietro di Roma per lo Stato Ecclesiastico*; Ex quarum Instructionum non observantia, ortum habent exor- 108 bitantiæ illæ, quæ in his materiis in aliquibus Locis audiuntur, ut ad rem observat *Card. de Luc. de Testam. disc.* 92. *numer.* 2. ubi *quod Sac. Congregatio Fabricæ in his materiis* (sunt ejus verba) *nimium benignè, & discretè se gerere solet, &c. Illæ verò asperitates, & exorbitantiæ, quæ desuper audiri, ac practicari solent, sunt potiùs inferiorum, & localium Com-*

Ursayæ Discept. Tom. I.

missariorum, non benè observantium eorum Instructiones, quæ 109 repetit *in Relat. Rom. Curiæ forens. disc.* 20. *n.* 23.

Cujus Tribunalis benignitas, nedum emicat in eo, quòd summa charitate procedere solet, & præcipuè contra pauperes, quos sæpè mandat, non molestari, ut notat *Vespign. in Compend. fol* 143 *num.* 21. & practicavit *die* 8 *Julii* 711. *in Rom. & die* 31. *Maii* 1713. *in una Melevitana*. Necnon indistinctè erga omnes supplicantes, quibus, præciso animarum præjudicio, concedere solet dilationes, ut practicavit *die* 22. 109 *Septembris* 1710. *in Nullius*: Sed etiam in eo, quod recurrentibus angariatis, & oppressis à suis Commissariis, istos severè punit, & castigat, nedum eos privando Commissariatu, sed carceribus mancipando, & obligando ad restitutionem malè exactorum, ut omissis antiquioribus exemplis, ultimo loco practicavit cum Commissario C V. contra quem *die* 15. *Februarii* 1713. mandavit, esse conficiendum Processum. Reintegrata autem Parte, atque usque ad obulum satisfacta de summa, quam solvere non tenebatur, aliquando solet illos reintegrare ex gratia nimium speciali, ut practicavit in *Triventina* 20. *Julii* 1701. cum rescripto *Ad D. Com Gen. Neapolis, qui prævia acri monitione, & integra restitutione exacti contra formam decretorum Sacr. Congr. reintegret ex gratia, &c.*

Quæres LX. *An legatum, factum pauperibus causa Studii,* 110 *vel Doctoratus adipiscendi, dicatur pium*; Resp. *Affirmativè*, & pro illius exequutione intrare Privilegia Fabricæ, eo quia causa studii, & dotis, relicta pauperibus puellis; æquiparantur, ex adductis *per Bordon. de Legat. ca.* 4. *num.* 39. & 40. & *Novar. in Sum. Bull. par.* 2. *comm.* 67. *n.* 9.

Quæres LXI. *An si Episcopus in actu Visitationis inveniat aliquod legatum pium, post annum non adimpletum, præve-* 111 *niendo Ministros Fabricæ, uti Apostolicus Delegatus, possit demandare illius exequutionem*. Resp. *Negativè*, quia post annum Episcopi, ubi Tribunal Fabricæ erectum est, neque uti Apostolici delegati possunt in exequutione piorum legatorum manus apponere, ita *Novar. in Sum. Bull. Comm.* 67. *nu.* 27. *p.* 2. ubi refert ita, decisum contra Archiepiscopum Surrentinum, & Nos *vidimus supra nu.* 4. & 5.

Verum tamen est, quod *Monacell. in Formular. part.* 1. *in Appendic. ad Const.* 28. *Clement. VIII à num.* 18. *usque ad finem*, omnia hæc vera putat in solo casu, in quo agatur de legatis pro exoneratione conscientiæ, & pro malè ablatis, in quibus re maturè perpensa asserit, privativam competere Commissariis Fabricæ; Respectu verò aliorum piorum legatorum solidè, & latè probat, solam cumulativam competere eisdem Ministris Fabricæ, itaut si Episcopus præveniat, non possint in illis Fabricæ Ministri manus apponere, & ejusdem opinionis videtur etiam *Cardin. de Luc. de Jurisdict. discurs.* 44. *nu.* 3. Et proindè attentis rationibus, *per eundem Monacellum, ubi supra*, adductis, quæ non videntur parvipendendæ, necnon recognito Brevi Clemen. VIII. impresso *à Vespignan. in Compend. fol.* 5. quod nullatenus determinat id, ad quod proban. adducitur *à d. Vespignan.*, quæstio non videtur adeo expedita, adeoque facilis; Sed cum majori otio pertractanda erit.

Quæres LXII. *An tacentibus legatariis, seù non instantibus* 112 *pro exequutione piorum legatorum, possit Fabrica procedere ad illorum exequutionem*; Respond. *Affirmativè*, Interest enim Reipublicæ, ut pia legata exequutioni demandentur, & pro illorum exequutione quilibet de Populo instare potest; Unde multo magis id permissum est Ministris Rev. Fabricæ *Novar. in Sum. Bull. comm.* 67. *nu.* 29.

Quæres LXIII. *An Fabricæ privilegia cessent ex defectu insufficientiæ bonorum quando non præcessit præfixio certi termi-* 113 *ni pro obtinenda commutatione voluntatis pii Testatoris* Resp. *Affirmativè* cum *Rot. dec.* 78. *num* 11. *cor. Cels.* & vidimus *supra num.* 72.

Quæres LXIV. *An Sacra Congregat. Fabricæ teneatur sequi opinionem Rotæ, vel alterius Collegialis Tribunalis, de, vel cum cujus Voto procedit*; Omissa distinctione illa, de qua *Gratian. discept.* 524. *n.* 2. & 3. *Coccin. adnot.* 185. *n.* 1. *Card.* 114 *de Luc. de Judic. disc.* 4. *n.* 10. & *Ansal. dec.* 27. *n.* 5. & 6. inter unum, & alium rescribendi modum, ut scilicet Judex teneatur sequi Votum alterius, quando ei committitur Causa *de Voto*; Secus autem, quando ei committitur, *cum Voto*; Eo quia differentia hæc in nulla habetur consideratione à Sacr. Congr. ut practicatum fuit in *Salamantina Cucullæ*, de qua *supra par.* 1. *discept.* 7. *num.* 14. commissa Sacr. Rituum Congreg. *de Voto Rot.* quæ illud sequi noluit, & d. Sac. Congregat. sententiam approbavit s. mem. Alexan. VII. *Const.* 18. ut *observavimus ibid.* Resp. *Negativè*: Si enim oracula Sacr. Congregat. Fabricæ vim legis habent, ut *observavimus supra* 115 *num.* 3.

T 3

*num,*3. videtur nimis improprium afferere, quod legem ei dare debeant inferiora Tribunalia Urbis; Ultra quod nulla assignabilis est ratio, quare Sac. Congr. Fabricæ teneatur sequi Vota aliorum Tribunalium, non autem illa sequi arctentur aliæ Sacræ Congregationes, ut vidimus supra *par.* 1. *discep.* 7. *num.* 10. *& seqq.* Et in durioribus terminis Congreg. particularis, compositæ ab EE. DD. Cardin. Carpineo, Marescotto, Colloredo, Panciatico, & Bichio, addimus exemplum *in Januen. Restitutionis in integrum* 3. *Julii* 1702. *cor. Molin.* quando dictum Votum Sacræ Rotæ sequi noluit eadem particularis Congregat. 2. *Aprilis* 1704. ut vidimus *in par.* 1. *discep.* 20. *num.* 136

116

Quæres LXV. *An Fabrica teneatur restituere id, quod percepit titulo compositionis, vel applicationis redditutum, quando reperitur punctualis satisfactio pii legati*; Resp. *Affirmativè*, quia tunc nullus remanet titulus, cui attribui possit prætensio applicationis pii legati, & in effectu, summa punctualitate, & æquali ingenuitate, ita practicavit in *Bononien.* 31 *Maii* 1713. cum rescripto: *Fabrica restituat quidquid percepit.*

117

Quæres LXVI. *An durante lite inter duos, se prætendentes hæredes, eleemosyna Missarum, quæ post mortem pii benefactoris celebrari debebant, spectet ad Fabricam, seù potiùs ad eosdem hæredes, cum onere tamen celebrari faciendi Missas, pro tempore præterito non celebratas*; Resp. *Spectare ad Fabricam*, cui applicantur omnia ea, quæ non fuerunt suo tempore adimpleta, juxta *Declarationes*, de quibus apud *Ricc. Quarant. Novar. & Vespign.* citatos supra *n.*2.

118

119

Nec obstat, quod omissio non processerit ex negligentia, malitia, vel avaritia hæredum, ut loquuntur *dd Declarationes*, & notant *de Rubeis de Testam. c.*86. *n.*52. *& Pignat. consult.*69. *nu.*1. *tom* 6. sed ex eo, quia medio tempore intercessit lis, propter quam non potuerunt hæredes dict. onus adimplere, ex quo, non erant certi, quod hæreditas ad ipsos esset deferenda: Talis enim excusatio non subsistit, nec relevat. *Non subsistit*, quia certum erat, quod unus ex illis declarandus erat hæres, & proinde semper tenebatur legatum adimplere, quia si ipse fuisset declaratus hæres, censebatur solvisse nomine proprio, si verò alter collitigans, censebatur solvisse ejus nomine, & ab illo poterat repetere solutum, *Castr. in leg. Quæ viriliter §. Titius sub num.* 3. *ff. de Negotiis gestis*, *& Decius consil.* 348. *sub n.*2. *vers. Si verò*; *Non relevat*, quia semper verum est, quòd propter incertitudinem Missæ non fuerunt celebratæ, & consequenter semper intrant facultates Rev. Fabricæ. Absque ulla difficultate, ex quo nullum verificatur præjudicium hæredum, quia semper deberent adimplere legatum illud, quod à Fabrica adimpletum fuit, ex notis ejus facultatibus.

120

Quæres LXVII. *An satisfactio legati Missarum probetur à particularibus attestationibus Religiosorum, vel illorum Sacerdotum, qui illas celebrasse asserunt.* Quidquid dicendum esset Jure communi attento, secundum quod jurata attestatio Sacerdotum probat missarum celebrationem juxta animadversa *per de Luc. ad Ventrigl. p.*2. *annot.*28. *§.*1. *n.*90. & firmata per *Rot. in Toletana Administrationis* 15. *Februarii* 1700. *§. Hinc primæ cor. Pio*; Praxis Rev. Fabricæ est attendendi dumtaxat illas fides celebrationis missarum, quæ desumuntur ex Libris Sacristiæ, non autem illas, quæ fiunt à particularibus Sacerdotibus, seù Religiosis, ut notat *Ricc. in Prax. p.*3. *resol.*365. *n.*4. & resolvit *Cong. Fab.* 20. *Julii* 17.2 cum rescrip. *Serventur decr.*

120

121

Quæres LXVIII. *An Commissarii Fabricæ, post servitium eidem laudabiliter præstitum, aliquod retineant privilegium.* Resp. quod solent ex gratia à Sac. Cong. obtinere jubilationem quoad indulgentias, & privilegium fori dumtaxat, ut practicavit *die* 8. *Julii* 1711. cum Commissario Francisco Donato de Nigris; Quando verò agitur cum aliis inferioribus Ministr. solet pariter eis aliquas considerabiles gratias impartiri, ut practicavit *die* 27. *Aprilis* 1712 cum Nicolao Cassano, Porterio Tribunalis Fabricæ Neapolis, cui post servitium annorum 40. concessit singularem gratiam carolenorum triginta menstruorum ejus vita naturali durante.

122

Quæres LXIX. *An portiones, competentes Procuratoribus Fabricæ, sint eis liberè assignandæ.* Resp. cum distinctione; Aut enim summa, Fabricæ incorporata, nulli subjecta est vinculo, nullique obnoxia evictioni, & tunc liberè eis assignari solent; Aut verò subjecta est alicui vinculo, vel evictioni, & sicuti investitur cum dict. vinculo, favore Fabricæ, ut plurimum in Locis Montium, ita etiam cum illo investiri solet respectu d ctorum Procuratorum; Quia verò isti solent recurrere pro gratia liberæ consignationis; Quando agitur de summa considerabili concedi nunquam solet, ut practicavit *die* 8. *Julii* 1711. cum F. M. R. agebaturque de summa scut. 1800. Dicta verò die gratiam concessit A. V. quia agebatur de miserabili summa scut. 10.20. & nihilominus fuit addita conditio, *Data cautione.*

123

124

Quando autem ostendunt iidem Procuratores magnam difficultatem, fereque impossibilitatem futuræ evictionis, solet pariter talis gratia concedi, ut practicavit *die* 8 *Martii* 1711. cum T. d. C. Idque ex gratia speciali, cum addito tamen, ut non transeat in exemplum; Idemque practicavit pariter *die* 24. *Septembris* 1710. cum A. A. S. cum subrogatione tamen omnium ejus bonorum pro cautione Fabric. ibi: *Pro gratia deletionis vinculi à centesimis* 20. *in casu molestiarum, & cum subrogatione omnium ejus bonorum pro cautione Fabr.*

125

Quæres LXX *An intrent privilegia Fabricæ in legato celebrationis missarum, aliisque operibus piis ad arbitrium hæredis, per l' anima mia, e per sgravio della mia conscienza se per sorte mi trovassi alcun peso incerto, che non credo*, juxta casum testamenti *R. P. D. Benini.* Resp. *Negativè*, quia in hoc casu incertitudo oneris expressa fuit ad meram cautelam, illaque neque etiam habita fuit pro subsistenti ab ipso pio testatore, & ita resolvit *Sacr. Congregat. Fabricæ in Romana* 18. *Maii* 1711. favore Archiconfraternitatis S. Joannis Decollati, hæredis dicti R. P. D. Benini.

126

Quæres LXXI *An sit standum juramento hæredis circa adimplementum legati, pro una vice relicti.* Resp. *Affirmativè*; quando sermo est de parva summa, itaut hæc non excedat scuta tria, etiam si plura adsint similia legata, in testamento, relicta, *quali calcolati insieme arrivassero à qual sissia somma*, ut demandavit *Sacr. Congreg. Fabricæ* apud *Vespignan. in Compend. fol.* 146. *num.* 28.

127

Quæres LXXII. *An Fabrica teneatur solvere gabellas pro rebus, ad ipsam spectantibus* Resp. *Negativè*, ex privilegiis Leonis X. & Julii III. necnon ex Decreto Card. Camerarii, apud *Vespignan.* ubi supra *fol.*8 *lit.X. & fol.*80.

128

Quæres LXXIII. *An Procuratores Fabricæ in Urbe existentes, possint se intromittere in adimplemento legatorum in districtu Urbis, ubi adsunt particulares Commissarii* Resp. Quod Sacr. Congregat. noluit in hac parte preces dd. Commissariorum, in districtu existentium, exaudire, nisi auditis dictis Procuratoribus; rescribendo proinde *die* 14. *Decembr.* 1714. *Audiantur Procuratores in Curia*, contra quos unicum, nimis stringens, argumentum desumitur ex illa majori facilitate recognoscendi Instrumenta, & procurandi exequutionem piorum legatorum, quæ non nisi difficilè haberi potest à Procuratoribus Urbis.

129

Quæres LXXIV. *An gratiæ compositionum, à Fabrica obtentæ, nullæ sint, nisi intra mensem, ab illarum concessione, exequutioni demandentur.* Resp. *Affirmativè* ex Decreto speciali ejusdem *Sac. Congr. die* 15. *Februarii* 1635. apud *Vespignan. fol.* 62.

130

Quæres LXXV. *An Ministri, & Officiales Fabricæ exempti sint ab omni aliorum Judicum jurisdictione, tam Civili, quàm Criminali* Resp. *Affirmativè*, ex privilegio s. m. Pauli III. apud *Vespig. fol.*115. ubi hujusmodi exemptio attribuitur etiam illorum familiaribus, actu eis inservientibus.

131

Quæres LXXVI. *An valeat compositio, obtenta à Fabrica super fructibus malè perceptis, ob omissionem Horarum Canonicarum, & Divinorum Officiorum* Resp. *Affirmativè* ex clara *Constitut.* 23. *Julii* II. *§.* 8. *in fine*, *& ex* simili *Constit.* 31. *Pauli III. §. Si pariter in fine.* Quæ adnotare volui pro securitate illorum scrupulosorum, qui dubitant, se non benè in hac parte illorum onera adimplevisse; Hoc enim medio, possunt faciliter eorum conscientiæ consulere, obtinendo compositionem à Fabrica.

132

Quæres LXXVII. *An compositiones, obtentæ à Fabrica suffragentur illis, qui data opera suas non adimplent obligationes, cum spe obtinendi à Fabrica gratiam condonationis* Resp. *Negativè*, Nemo enim ex propria malitia commodum reportare debet, ut vidimus supra num 99. Quod est adeo verum, adeoque omnibus Juribus conforme, ut in similibus gratiis apponi soleat à Fabrica clausula: *Dummodo maliitiosè non omiserit &c.* ut practicavit *die* 10 *Decembris* 1710. Atque in similibus casibus rescribere solet, *Nihil, & Orator consulat suæ conscientiæ*, ut practicavit d. *die* 10. *Septemb* 1710.

133

134

Quæres LXXVIII. *An Fabr. Judices possint dare longam dilationem debitoribus ejusdem* Respon. *Negativè*; sed in his terminis, quando habetur recursus ad Sacr. Congregat. per ejus Commissarios, hæc solet illis brevem præfigere terminum, ut practicavit *die* 18. *Martii* 1711. *in Urbevetana*, cum rescripto: *Præfigat terminum unius mensis.*

135

Quæres LXXIX *An Fabrica succedat in legato, facto Fratribus S. Francisci pro libris, eisdem necessariis pro studio Theologiæ, & aliarum facultatum* Resp *Negativè* cum

Ven-

136 *Ventrigl. in Prax. annot.* 28. *§.* 2. *numer.* 18. ubi sequitur *Rodriquez. resol. Regular.* 88. *num.* 8. *& seqq. & Marant. resp.* 41. *nu.* 31. *&* 32. *par.* 1. ea ratione, quia similia legata non adversantur eorum paupertati.

Quæres LXXX. *An in illis Locis, in quibus quolibet anno commendabili diligentia Fabricæ Commissarii revidere solent libros, in quibus describuntur onera missarum, & aliorum piorum legatorum, possit impediri similis æquè utilis, ac pia diligentia* Resp. *Negativè*; 137 Ità enim resolvit *Sac. Congreg. Fabricæ die* 8. *Julii* 1711. reiiciendo preces Capituli *Lancianen.* pro exemptione à tali recognitione. Imò mandavit ulteriùs, non esse retardandam eidem Commissario annuam mercedem carolenorum quindecim pro labore dictæ recognitionis Librorum.

Quæres LXXXI. *An Fabricę debeatur pium illud Legatum relictum pro subministratione unius cerei, adhibendi in elevatione Sanctissimi pro missis in determinato Altare celebrandis, posito, quod hæres illud non adimpleverit in præteritum pro omnibus missis, in d. Altare celebratis* Resp. cum distinctione; Aut enim missæ celebratæ fuerunt in d. Altari in numero, 138 solito celebrari tempore legati, aut eædem missæ in longè majori numero adauctæ fuerunt, Primo casu locum utique habent Privileg. Fabricæ, eo quia agitur de legato pio, nullatenus adimpleto, *ut vidimus supra num.* 10. Secundo verò casu nullo modo intrant illius facultates, quia tale legatum neque etiam debetur ab hærede, missarum numero nimis sensibiliter aucto, juxta *Tex. in c.* 7. *Quanto de Censib.* loquentem de prandio, relicto Religiosis alicujus Monasterii, qui deindè multum creverunt, in quo fuit determinatum, habendam esse rationem Religiosorum, qui erant tempore mortis Testatoris, & in specie, loquendo de legato unius cerei, ut supra relicti, observat *Ventrigl. in Prax. part.* 2. *annot.* 28. *§.* 2. *numer.* 54.

Quæritur LXXXII. *An intrent Fabr. privilegia in legato, relicto Syndico PP SS. Francisci ad favorem Sacristiæ, nullo imposito onere.* Resp. *Affirmativè*, quia in rei veritate illud relictum dicitur Religiosis ipsis, qui sunt prorsus incapaces, 139 tam proprio, quàm alieno nomine, ad proprium commodum, ut resolvit *Sacra Congregatio Fabricæ* 13. *Decembris* 1713. *in Neapolitana*; Secus tamen dicendum esset, quando legatum directè fieret ipsi Sacristiæ, nulla facta mentione Syndici, quia tunc censeretur factum pro majori decore Divini cultus, atque pro illius supellectilibus; Etiamsi nulla expressio, nullaque mentio dictorum supellectilium facta fuisset; Sufficeret enim relictum fuisse Sacristiæ, ex quo inde satis constare diceretur de voluntate Testatoris, & illius validitas præsumeretur, supponendo Testatorem voluisse facere dictum legatum modo licito *juxta punctualem decis.* 319. *per tot. cor. Cerr.*

Quæres LXXXIII. *An, non solum negligentibus, sed positivè non curantibus, atque data opera non instantibus legatariis pro exequutione piorum legatorum, possit Fabrica exequutionem procurare* Respon. *Affirmat.* Si enim in his circumstantiis quilibet de populo instare potest pro exequutione piorum legatorum, ut sequendo *Tex. in § Si verò Sanctissimus Vers. Si* 140 *autem hæres Authent. de Eccles. titul.* notat *Rovit. ad pragm. Regn. tit. de Legat. piis n.* 3. & vidimus supra *nu.* 113. Multo magis eandem exequutionem procurare potest Fabrica, quæ in hac parte subrogata est loco Episcoporum, ut observat *Novar. in Summ. Bullar. p.* 2. *comm.* 67. *num.* 29.

Quidquid dicat *Pasqualig. de Sacrific. Miss. q.* 1084. *per totum* asserens, solum creditorem, vel legatarium habere Jus 141 interpellandi hæredem pro exequutione pii legati, idque ad exclusionem, tam Episcoporum, quàm Rev. Fabricæ, ut ampliando notat *ibidem num.* 6. Quod non videtur subsistere ex supra animadversis.

Quæres LXXXIV. *An Fabr. succedat in illis piis relictis, quorum non est capax aliqua Religio ad effectum retinendi, & possidendi, sed ad solum effectum vendendi, & erogandi pretium in proprias indigentias.* Casus iste evenit Neapoli circa 142 testamentum *celebris I.C. Donati Antonii de Marinis* mei conterranei, qui suos reliquit hæredes PP. Carmelitas Discalceatos San. Mariæ Matris Dei Neapolis cum illo solo onere, ibi, *e questo, non con altro peso, se non che preghino li RR.PP. di detto Convento Nostro SIG. IDDIO per l' anima di esso Testatore*, circa quem casum scripsit *Capon discept.* 155. ubi in sequentibus disceptationibus registravit Scripturas Advoca- 143 torum Reverendæ Fabricæ, qui in dicta Causa illius Jura defenderunt; Cumque in eisdem locis non indicetur resolutio dictæ controversiæ, in contingentia similis casus opus est dictam resolutionem recognoscere, juxta optimum consilium *de Francb. dec.* 265. *in fine*, ubi, quòd quando allegantur Advocatorum Scripturæ, opus est videre Judicum placita, quem sequuntur à me citati *in Instit. Crimin. lib.* 2. *tit.* 8. *numer.* 243.

Quæres LXXXV. *An spectet ad Fabricam legatum illud, quod fuit relictum puellæ pauperi, quæ deindè ingressa fuit Monasterium Cappuccinarum, in quibus non solvuntur dotes. De* 144 *Marin. lib.* 1. *resolut. cap.* 117. *num.* 10. *& seqq* quem sequitur *de Luc. ad Ventrigl. par.* 2. *annot.* 28. *§.* 2. *numer.* 9. ad exclusionem Rev. Fabricæ, censet esse convertendum in usus pios; ea ratione, quia principaliter dicitur relictum favore animæ pii Benefactoris; Quòd non videtur adeo expeditum, ut suas non habeat difficultates, eo quia idem Legatum perindè habetur 145 ac si à principio relictum fuisset personæ incapaci ex iis, quæ observavimus *supra qu.* 3. *n.* 13.

Quæres LXXXVI. *An elapso tempore celebrandi missas in testamento demandatas, possit hæres, non adhuc interpellatus à Fabrica, illas celebrare facere* Resp. *Affirmativè* ex decreto 146 Congregationis Generalis Rev. Fabricæ *sub die* 10. *Decembr.* 1629. apud *Vespignan. in Compend. fol.* 63.

Quæres LXXXVII. *An legatarii, interpellati à Fabrica ad declar. an velit acceptare pia legata cum oneribus, eidem annexis, possint illa non simpliciter acceptare, sed cum addito, juxta moderationem, per Superiores obtinendam* Resp. *Negativè*, sed teneri illa purè, & simpliciter acceptare cum omnibus suis oneribus, aliàs possunt Rev. Fabricæ applicari *jux-* 147 *tà decretum Congreg. Gener. diei* 3. *Sept.* 1638. apud *Vespign. fol.* 55. pro cujus exequutione quotidiè *eadem Sacr. Congr. respondit*, ut signanter practicavit *die* 14. *Septemb.* 1701. cum rescripto *Servetur decretum*.

Quæres LXXXVIII. *An hæres fiduciarius possit obligari ad patefaciendam dispositionem testatoris.* Resp. *Affirm.* dumodò tamen illa non contineat tertii præjudicium, vel diffamationem; Imo in his casibus cogi etiam potest fiduciarius ad relinquendam publicam in actis declarationem talis fiduciariæ 148 dispositionis, ne prætextu secreti, præjudicetur Juribus Fabricæ, ut respondit *Sacr. Congr. die* 14. *Maii.* 1714. *in Romana* cum rescripto: *Fiducia relinquatur in actis aperta, quatenus non adsit dispositio præjudicialis tertio.*

Quæres LXXXIX. *An hæres possit supplere de proprio ad perficiendum pium opus, in testamento relictum, postquam quæsitum est Jus Fabricæ, ex quo illud adimpletum non fuit in Ur-* 149 *be intra* 15. *menses, & extra Urbem post annum* Resp. *Negativè cum Marant. respons.* 3. *tom.* 1. *in fine* quem sequitur *Vespignan. in compend. fol* 65. ea ratione, quia Jus Fabricæ quæsitum per lapsum termini, in quo exequutioni demandari debebat pia voluntas testatoris, tolli non potest ex dicto subsequuto facto, vel posteriori exhibitione hæredis. Intra annum verò extra Urbem, & intrà 15. menses in Urbe permissum est eidem hæredi id facere, quia, dicto tempore durante, non ad- 150 huc quæsitum est aliquod Jus Rev. Fabricæ, nullaque adest prohibitio respectu hæredis, nè dict. pium opus ex suis redditibus coadjuvet, & perficiat.

Quæres XC. *An ex partium consensu A. C. possit se ingerere in Causis, concernentibus Fabricæ interesse.* Resp. Quod neque A. C. neque alii Romanæ Curiæ Judices possunt manus apponere in illis Causis, in quibus agitur de Fabricæ interesse, ex adductis *per Vespign. in Compend. fol.* 58. ubi quod po- 151 test etiam illas avocare à Tribunali Sacræ Rotæ, quod per viam regulæ, & legis generalis declaravit Sacra Congregatio Fabricæ *diebus* 20. *Julii* 1630. *&* 14. *Februarii* 1663. Quatenus verò A. C. vel alii Judices manus apponant in dd. Causis, eadem Sacra Congregatio Fabricæ circumscribere solet 152 illorum sententias, ut practicavit in *Salernitana die* 20. *Julii* 1707. & rescriptum confirmavit *die* 9. *Februarii* 1708. referente *Domino Petro de Luccia in Dissert. de Legat. pro Victu folio mihi* 51. *& folio* 218. ibi: *Circumscripta sententia A. C.* 153 *servetur Decretum*, hoc est illud 14. *Februarii* 1633. *de quo supra num.* 15.

Quæres XCI. *An legatum, factum Lectori, ut gratis doceat, dicatur pium, itaut in illo Jus habere possit Rev. Fabrica* Resp. *Affirm.* Quia habet pro fine pietatem, & opus misericordiæ, quod est docere ignorantes. Quod nedum verum est respectu legati pro Theologia, & Jure Canonico, & Civili, sed etiam pro aliis scientiis, & inferioribus Facultatibus, neque etiam exclusa Grammatica, ut probat *Bordon. de Legat. tit. de Le-* 154 *gat. piis cap.* 4. *qu.* 28. *num.* 42.

Quæres XCII. *An soleat Sacr. Congregatio Rever. Fabricæ eleemosynas facere ex illa summa, quæ ei debetur vigore suorum* 155 *privilegiorum* Respond. *Affirmativè*, cum speciali tamen approbatione Summi Pontificis, & ut plurimum cum Religiosis Mendicantibus id practicare consuevit, & practicavit *die* 24. *Septembris* 1710. *in Firmana cum Patribus Sancti Fran-*

Ursayæ Discept. Tom. I.

Francisci, eis elargiendo summam scut. 150. *&* 14. *Decembris* 1714. in una *Feretrana* ad favorem NN. qui ex operationi-156 bus Commissarii redactus fuerat ad miseriam, ut dicitur in Folio. Nec non ità etiam practicaverat *die* 12. *Novembris* 1641. cum approbatione sanct. memor. Urbani VIII. *&* 26. *Maii* 1656. cum approbatione sanct. memor. Alexandri VII. testibus *D. Piton. par* 1. *discept. Eccles.* 2. *num* 143. *& nu.* 147 *& D. de Luccia in Dissert. de Legat. pro Victu numer* 493. *folio mihi* 192.

Quæres XCIII. *An Fabrica possit sibi appropriare portio-157 nem illam eleemosynæ, quam pro seipso retinuit exequutor, specialiter in testamento deputatus ad distribuendam aliquam summam pauperibus*. Resp. *Negat* ea ratione, quia quando exequutor testamentarius revera pauper est, potest seipsum proportionabiliter annumerare inter pauperes, & sibi applicare unam ex portionibus, aliis pauperibus distribuendis. Diciturque in his terminis duplicem repræsentare personam, unam scilicet Exequutoris testamentarii, seu distributoris eleemosynę, & aliam unius ex pauperibus, in quos distribui 158 illa debet, ex caterva Doctorum apud *Barbos. de Potest. Episcop p.* 1. *alleg.* 83. *n.* 22. *& Bord de Legat. tit. de Legat. piis c.* 4. *numer.* 30. Imò, quod si legatum esset tenuis summa, & executor verè pauper, possit integram summam sibi applicare probat *Novar in Summ. Bull. par.* 1. *Comm.* 67. *n.* 7.

Quæritur XCIV. *A quo tempore incipiat currere interesse 159 pro Legato pio*. Resp. *A die mortis testatoris*, *Marant. resp.* 14. *per tot. & Novar. in Summ. Bull. par.* 1. *comm.* 67. *n.* 15.

Quæres XCV. *An Procuratores, & Commissarii Fabricæ 160 possint emere bona stabilia, ad eandem spectantia*. Resp. *Negativè* ex decreto *Congregationis Generalis diei* 19. *Januarii* 1637.

Quæres XCVI. *An Fabrica teneatur ad solutionem Registri, Instrumentorum, Commissionum, & aliarum Scripturarum, concernentium ejus interesse*. Resp. *Negativè*; Cum 161 enim illa habeat privilegia Cameræ Apostolicæ, & Fisci Imperialis, ut vidimus supra *numer.* 22. ad instar eorundem non tenetur aliquid solvere pro dictis Scripturis, juxtà Motum proprium *Pauli III.* apud *Vespig. fol.* 84.

Quæres XCVII. *Quænam taxa servari debeat à Notario pro scripturis, concernentibus Fabricæ interesse* Resp. Ser-162 vandam esse taxam Notariorum Eminentissimi Vicarii Urbis, ut per viam legis generalis determinavit *Sac. Congr. Fabr. die* 7. *Sept.* 1638.

Quæres XCVIII. *An Fabr. soleat concedere dilationem, seù suspensionem Legati ad aliquod tempus, quando illud respicit favorem Pauperum*. Resp. *Negativè*, ut practicavit *die* 163 14. *Maii* 1710. *in Nullius*, in cujus casu testator injunxerat hæredi per annos decem distributionem scutorum sex in pauperes *con questa conditione, che mancandosi un solo anno nel cor-164 so di detti dieci anni di sodisfare il d. Legato sia tenuto l' Erede distribuirlo per altri anni dieci*. Recurrente enim dict. hærede ad Sacram Congregationem pro dilatione adimplendi dict. tenue legatum rescripsit; *Nihil*, & successivè, eodem hærede non acquiescente, stetit in decisis.

Quæres XCIX. *An hæres obligatus ad Missas pro certis diebus, teneatur illas reiterare, quatenus celebrata fuerint in aliis diebus, diversis ab illis, in testamento præscriptis*. 165 Resp Quod in his terminis pro tempore prærerito solet Sacra Congregatio, omisso Juris rigore, gratiam facere supplicantibus, demandando ne molestentur, quando aliqua etiam levis causa adducitur, ex qua punctualiter adimpleri non potuit onus, à Testatore specificè demandatum; In futurum verò semper strictè injungit, ad unguem Testatoris voluntatem esse adimplendam, ut practicavit in *Interamnen.* 14. *Maii* 166 1710. cum rescripto. *Pro præterito non esse molestandum*; *In futurum adimpleat ad formam dispositionis*.

Quæres C. Et ultimò, *An portiones, debitæ Procuratoribus Fabricæ in Urbe, possint eis consignari cum sola ipsorum 167 obligatione in casu molestiarum, eo modo, quo pro sua rata se obligat eadem Rever. Fabrica; Vel potiùs investiri debeant in Locis Montium* Instantia hæc nomine omnium Procuratorum ejusdem Fabricæ solemniter facta fuit in Congr. Generali, *habita die* 17. *Julii* 1708. *à F. M. R.* & æquali solemnitate modestè rejecta, cum rescripto; *Providebitur in casibus particularibus* Et optima quidem ratione, quia aliàs de facili posset 168 eadem Rev. Fabrica de proprio solvere easdem portiones ob mortem, vel discessum ab Urbe eorundem Procuratorum, vel ob aliud accidens; Ad quòd evitandum providè introductum est, ut portiones Procuratorum investiantur in Locis Montium, *ut observavimus supra n.* 22. Neque applicatur paritas solius obligationis, quam pro sua portione emittit Fabrica, quia illa æquivalet, imo longè superat cautionem, seù securitatem illam, quæ respectu Procuratorum haberi potest ex investimento eorum portionum in Locis Montium.

Quæ omnia dicta sint in honorem, conservationem, & augumentum Fabricæ illius Basilicæ, quam amplissimam vo-169 cat *D. August. de Civit. Dei cap.* 7. & quam semel visitare majoris esse meriti, quam biduò jejunare, solitus erat dicere *Sanctus Cletus Tertius*, referentibus *Platin. in ejus vita*, *& Nicol. Floscul. verb. Ecclesia num.* 19. quos sequutus fui *in meis Instit. Crim. lib.* 3. *tit.* 4. *n.* 56.

In hoc autem brevi Compendio, atque in hisce Ecclesiasticis Disceptationibus, nihil protervè dico, nihil pertinaci-170 ter assero, sed si quid hic reperitur, quod à determinatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, vel à veritate aliquo modo deviaret, hoc ex inadvertentia, lapsu linguæ, & velocitate calami evenisse credatur, paratus corrigere, & ex nunc corrigo, cum veritas fuerit patefacta, Sanctæ Matris Ecclesiæ, & cujuslibet meliùs, & clariùs intuentis, me humiliter correctioni suppono, ut utar præcisis verbis *Bartol. in Proemio suarum Minoricarum*, impressarum *post ejus Consilia, & Quæstiones folio mihi* 106.

Finis Compendii Privilegiorum R. Fabricæ S. Petri.

I N D E X
RERUM, ET MATERIARUM,
Quæ in utraque Parte Tomi Primi Disceptationum Ecclesiasticarum continentur.

Primus numerus indicat Partem; Secundus verò Disceptationem ; Tertius demum Disceptationis numerum denotat.

A

ÆQUI-

ARCHIE-

B

BISE-

Saccis

CON-

D

DEFE-

E

EFFE-

F

G

H

I

L

M

Con-

Con-

Pre-

In

N

NOVA

O

ORA-

P

Q

R

Amplia

T

TACI-

V

Est

SYLLABUS

Jurium, Constitutionum diversorum Summorum Pontificum, Decretorum Sacri Concilii Tridentini, Locorum Statuti Cleri Urbis, Resolutionum Sacrarum Congregationum, Decisionum Sacræ Rotæ Romanæ, & Sententiarum multorum Authorum, quæ expenduntur.

INNO-

Idem

FINIS.

DISCEPTATIONES ECCLESIASTICÆ

UNA CUM RESOLUTIONIBUS,

ſeu Judicatis Sacrarum Congregationum, in quibus pro una Partium ſcripſit, vel pro veritate conſultus reſpondit

DOMINICUS URSAYA

IN URBE ADVOCATUS, A BOSCO Nullius in Provincia Salernitana, U. J. Philoſophiæ, & Sacræ Theologiæ Doctor, & in Almo Urbis Archigymnaſio Publicus J. C. Profeſſor.

TOMUS SECUNDUS.

VENETIIS, MDCCXXIV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIIS.

I N D E X
ARGUMENTORUM
Tertii Tomi Disceptationum Ecclesiasticarum.
PARS PRIMA.

PARS SECUNDA.

INDEX
DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM
Secundi Tomi ordine Alphabetico per Diœceses dispositus.

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

ADVOCATI

DOMINICI URSAYÆ.

Tomus Secundus.

PARS PRIMA.

DISCEPTATIO I.

Lucana Juris deferendi Crucem.

INTER

Epiſcopum Lucanum.

ET

Canonicos Regulares Lateranenſes Ejuſdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Epiſcopi Lucani ex Privilegiis diverſorum Summorum Pontificum, jus habentes deferendi Crucem per Loca eorum Diœceſis, An poſſint illam deferre in Eccleſiis exemptis, & præcipuè in illis Canonicorum Regularium Lateranenſium,

1 NOn revocatur in dubium, quin Reverendiſſimi Epiſcopi Lucenſes ex diverſis Summorum Pontificum Indultis, & ſingularibus privilegiis, de quibus *Ughell. in Italia Sacra tom.1. titul. de Epiſcop. Lucenſ. fol. mihi* 841.§. *Luca*, inter aliàs ſpeciales, & inſignes prærogativas, habeant etiam illam deferendi antè ſe Crucem, ad inſtar Archiepiſcoporum, & Primatum, juxta verba illa privilegii Lucii III. *Uſum Crucis per Epiſcopatum tuum, Tibi, tuiſque Succeſſoribus de conſilio Fratrum noſtrorum concedimus, & Apoſtolica authoritate firmamus*, de quo ſingulari privilegio mentionem quoquè faciunt *Ughell. ubi ſupra nu.9. Gonzal. in cap. Piſanis, ac Lucenſibus* 19. *in Not lit. A. de Reſtit. ſpoliat.* ibi: 2 *Eccleſiam Cathedralem variis Privilegiis Romani Pontifices decorarunt, ejuſque Præſulibus Jus pallii, & deferendi Crucem concedentes*, & *Ptolomæus in ſuis Annalib. ad annum* 1070. his verbis; *Dictus Summus Pontifex dignificavit Epiſc. Lucenſem Crucem coram Epiſcopo ferenda, ſicut coram Primate.*

3 Unicus autem prætextus PP. Canonicorum Lateranenſium reſtringitur ad qualitatem exemptivam illorum Eccleſiæ, inſiſtentes in eo, quod uſus dictæ Crucis, utpotè indicantis, & præſeferentis Juriſdictionis ſignum, practicori non poſſit in dicta eorum Eccleſia exempta.

4 Verùm contraria reflexio nullam meretur animadverſionem, eò quia uniformiter receptum non eſt inter Doctores, delationem Crucis eſſe Juriſdictionis ſignum, ſed aliqui obſervant, illam, vel ſe habere, utì Vexillum, diſtinguens Eccleſiaſticas Cohortes, ut notat *Pignatell. conſ.*30. *n.7.to.4.* relatus in *to.1.diſcep.Eccl.p.2.diſcep.26.n* 40 Alii verò aſſerunt, eſſe devotionis ſignum, nullum ex propria natura involuens Juriſdictionis actum, vel ſignificationem, ut videre eſt apud *Franc.dec.711.n* 11. ibi: *Secùs autem in hac falce ſalutari, devotionali, & quæ magis exercetur ratione honoris,* 5 *quàm officii*: Alii affirmant, delationem Crucis permitti *ratione univerſalis præeminentiæ, propter reliquias præcedentis ſubjectionis antè exemptionem*; Sunt verba *Grat.diſc for.*467. *n.2.&* 3. ubi concordantes allegat, & *Pignatell.conſul* 163.*n.* 5.*t.*4. Et demum alii credunt, denotare ſolum *quandam præeminentiam ejus, qui antè ſe illam facit deferre, quo non obſtan.* 6 *poteſt quis illam facere deferre per loca exempta*, juxta præciſa verba *Vital.in Clem.2.n.4 de Privil.* & concordant adducti per *Paſſer.de Stat.hom.q.*187.*ar.*4 *ſub n.*186 *to.*1. *Pac. Jord. var. lucubr.li* 11.*ti* 2.*q.*91.*n.*2. *Quaran in Summ.Bull.verb.Archiepiſcopi authoritas n.*23 *v.*28.*Authoritas*, ibi: *Crucis enim prælatio illius, cui præfertur, præcipuam quandam dignitatem demonſtrat, & Fivizzan. de Rit Sanct. Cruc. Roman. Pontific. præferen.lib.*3.*c.*7.*per tot.*

Quamvis autem non deſint alii Doctores, inclinantes in contrariam opinionem, hi in nulla conſideratione habendi ſunt, eò quia pro hac parte militat opinio *Sacræ Rotæ*, necnon adſunt multæ reſolutiones Sac. Cong. in quarum conflictu neque etiam merentur allegari authoritates privatorum 7 Doctorum, ut loquendo de authoritate *Sacræ Rotæ*, obſervant *Rip.reſpon.ſ.*3.*n.*11.*de Cauſ.poſſeſſ.& propr. Card. de Albic. in addit.ad Pamph dec* 43.*n.*9.*&* 10. *Urſell.concluſ.legal.*8. *n.*20. cum aliis, à me citatis *in tr.de Matr.*§.23. *à n.*31. *uſque ad n.*34 Quibus addo eandem *Rot. in Rom. Juris Tumulandi* 5.*Martii* 1703. *in principio, cor. Em Priolo*, Et de reſolutionibus Sacr. Congregationum videre eſt apud *Fagn in cap Quoniam n.6.de Conſt.Paſualig q moral.Juridic cent.1.c.61 nu* 4. *& Rot.dec.7.n.3.apud Antonell.de Jurib. Cleric.*

Quoad authoritatem *Sacræ Rotæ*, hæc in *Trojana delationis Crucis ſuper bono Jure* 10. *Decembris* 1708. §. *Minimè obſtante, cor. R.P.D. Aldobrando*, nullatenus ſequi voluit autho-

thoritates *Abbatis*, *Butrii*, *Pignatelli*, *Ventrigliæ*, *& Donati*, qui in d. Causa allegabantur, ut videre est in dicto §. *Minimè obstante*, *& § Quidquid enim*, ubi in specie allegatur d. punctualis authoritas *Vitalis in Clem 2. n.4 de Privil.*

Quo verò ad resolutiones Sac. Cong. hæc cum eodem indubitato præsupposito, quod Crucis delatio non importet 10 jurisdictionis exercitium, seu actum, semper responderunt, posse Parochos in associatione Cadaverum liberè, & licitè transire, nedùm per alienas Parochias, sed etiam per alienam Diœcesim, cum Cruce elevata, irrequisitis Parochis illis, per quorum Parochias transeunt, etiamsi istæ positæ sint in aliena Diœcesi, ut signanter resolvit hæc Sac. Cong. *in Papien. 28. Novemb. 1671. & in Senogall. 15. Novemb. 1675.* 11 teste *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccl. c. 20. n. 8. & 9.* Et respectu Sac. Cong. Episc. *in Osservanti Riformati di S. Bernardino supra il Lago Maggiore*, eodem mense Novemb. 1675. Et materia funditus discussa, & utraque Parte acerrimè informante, *in Senogallien. funerum 23. Decemb. 1707.* Ponente cl. me. Card. Gabriellio; Prout omnes hæ resolutiones referuntur 12 *in To. 1. p. 2. mear. discep. Eccl. discep. 28. per tot. & signanter n. 29. num. 62. & num. 152.*

Et in terminis delationis Crucis, faciendæ per rAchiepiscopo, transeuntes per Loca exempta suarum Diœcesum, benè observant *Pignatell. consul. 136. per tot.* & signanter *n. 6. to. 4.* ubi refert, & sequitur resolutionem Sac. Congreg. Episc. *in Vestana 26. Maii 1592. Matth. à Corona de Potest.* 13 *Spirit. Episc. tr. 2. c. 1. n. 5. & c. 2. n. 9. Peg. de Competent. inter Archiepisc. & Nunc. p. 2. c. 65. n. 2. Quarant in Summ. ver. Archiep authoritas n. 25. Ventrigl. de Jurisd. Archiep. c. 17. nu. 9. Ricciardell in Lyc. Eccl. c. 19. n. 77.* ubi refert, & sequitur resolutionem *Sac. Congr. Rit. in Theatina 13. Julii 1613. & Rot. dec. 321. n. 9.* ibique *Adden. lit. A. cor. Burat.* Idemq; resolvit 14 *Sac. Cong. Episc. in Sypontina 26. Maii 1592. & in Acheruntina 20. Decemb. 1616. & in Amalphitana 4. Jun. 1656.* quæ in authentica forma exhibentur.

Ex quibus, descendendo ad præcisos terminos nostri casus, ita bis respondit hæc S. Congr. favore Episcopi Papien- 15 sis, habentis illud idem privilegium, quod habent Episcopi Lucenses, primò nempè *in Papien. Jurisd 8. Februar. 1681. lib. 31. Decret. fol. 38.* quando respondit *Affirmativè* dubio: *An Episcopus Papiensis, qui habet usum pallii &c. possit tam in dictum Collegium (* hoc est Ghislerium, quod est plenissimè exemptum *) quàm alia quæcumque Loca, intrà suam Civitatem, & Diœcesim existentia, intrare cũ Cruce, non intendens per* 16 *hoc præjudicium inferre privilegiis, & exemptionibus prætensis*; Quam resolutionem nedùm confirmavit *die 13 Januar. 1685. & de mense Martii 1687. sed die prima Martii ejusdem anni 1687.* utraque Parte acerrimè informante, neque etiam concedere voluit Literas Remissoriales ad probandam observantiam contrariam, ut videre est *in li. 37. Decret fol. 102.*

Secunda verò in alia *Papien. Juris deferendi Crucem 17. Sept. 1707. lib. 57. Decret. fol. 203.* in qua dubio: *An Em. Episcopo Papiensi licuerit in suo accessu ad Carthusiam Papiensem* 17 *&c. ingredi erecta Cruce, Ecclesiam, & Monasterium ejusdem Carthusiæ* Responsum fuit *Affirmativè quoad Ecclesiam; Negativè verò quoad Monasterium*, confirmata *die 22. Septemb. 1708.* quoad Ecclesiam, & prævio recessu à decisis, extensa etiam ad Monasterium his verbis: *Licere Em. Episcopo ingredi cum Cruce in casu, de quo agitur, etiam in Monasterium, absque ullo tamen exercitio jurisdictionis Lib. 58. Decr. fol. 271.*

Cujus communissimæ opinionis plures assignati solent congruæ rationes; Prima, quia Ecclesiæ exemptæ, quamvis 18 non sint de Diœcesi Episcoporum sunt tamen in illorum Diœcesi, quam adducunt *Ubald. de Quart. Canc. 4. q. 6. nu. 11. Kokier de Jurisd in Excmp. p. 4. q. 55. per totam, & Card. de Luc. de Jurisd. disc 6. n. 8 in fine, & Rota. dec. 58. n. 14. cor. Burat. & dec. 97. n. 8. p. 13. rec. & dec. 10. nu. 18. apud Prosper. de Territor. separ. & in Gerund. Jurisd. 5. Martii 1692. §. Cujus naturæ cor. Molines*, cum aliis citatis *in To. 1. mear. Disc. Eccl. p. 1. disc. 10. n. 16.* Et propterea exemptio operatur solùm, ut in Locis exemptis Episcopi non possint exercere actus Jurisdictionis, non autem apta est producere prorsùs disparatum 19 effectum, ut in illis nequeant uti Insigniis propriæ dignitatis, egregiè *Franch. dec. 711. n. 1.* & meliùs *Fusch. de Visit lib. 2 c. 20. n. 4. & Carol. Ant de Luc. ad Grat. disc. 467. n. 3.* ibi: *Exemptio non mutat loci priorem naturam neq; definit illc esse de Diœcesi, vel Territorio antiqui Ordinarii, qui per eam amittit quidem exercitum Jurisdictionis, & sic prohibetur exercere falcem Judicii, & potestatis, non autem amittit ea, quæ concernunt honorem, & prærogativam dignitatis. Ideoque non prohibetur exercere falcem devotionis, & reverentiæ &c.*

Secunda, quia Episcopi, utì Apostolorum loco subrogati, congruo honore recipiendi sunt ab Exemptis, & convenien- 20 ti observantia venerandi, juxta claram *Constit. 22. §. 22. fa. me. Leonis X. in Bull. nov. to. 1.* ibi: *Eosdem insuper Fratres in virtute Sanctæ Obedientiæ monemus, ut eosdem Episcopos, loco Sanctorum Apostolorum subrogatos, pro debita, & nostra, ac Apostolicæ Sedis reverentia, congruo honore, & convenienti observantia venerentur*, & concordantes adducunt *Bald in l. final n. 4. Cod. de Bon. liber.* ibi: *Monasterium exemptum per Episcopum à Jurisdictione Episcopali, non erit exemptum à* 21 *Jure reverentiæ, & ideò si ex consuetudine Clerici tenebantur processionaliter obviam ire Episcopo, eodem modo tenebuntur illi de Monasterio prædicto venire, Oldradus, &c. & Cesped. de Jurisd. in Exemp. cap 3. dub. 220. n. 5.*

Tertia, quia omnia hæc commodè peragi possunt absque ullo præjudicio Exemptorum, quam adducunt *Adden. ad* 22 *Grat. dec. March 113. n. 9.* ibi: *Sunt insignia Dignitatis Episcopalis, & eorum actus est sine præjudicio exemptionis.*

Quarta, *propter reliquias præcedentis subjectionis antè exemptionem, quæ multum operantur*, sunt verba *Vital. in Clem Archiepiscopi n. 4. in fine de Privil.* & concordant adducti per *Arnulph. Ruzzium de Præemin. Archiepisc. in 2. no-* 23 *tabil. & per Grat. disc. 467. n 25. & 29.* ubi in specie descendendo ad præcisos terminos nostri casus, ait: *Permittitur Archiepiscopo per suam Provinciam antè se Crucem deferri facere, etiam transeundo, & declinando ad dicta Loca exempta, ut dictum est suprà in principio, &c. Doctores dicunt, hoc ei concedi propter reliquia præcedentis subjectionis.*

Propter quas rationes, & congruitates communiter receptum est, quod in Ecclesiis Regularium, quantumvis exemptis, & amplissima privilegia habentibus, permissum est Episcopis functiones omnes Episcopales peragere, & præeminentiales actus exercere, cum populi benedictione, imò etiam cum erectione Baldacchini, *quemadmodum in propriis, & Cathedralibus eorum Ecclesiis stare, & sedere solent*, juxta præcisa verba resolutionis *Sacr. Congr. Episc. die 10. Junii* 24 *1603. à sa. m. Clem. VIII.* specificè approbatæ, quam per extensum impressit *Nov. in Summ. Bull p. 1. comm. 19. antè n. 1.* In cujus sequelam ita tenent *Donat. Rer. Regul. to. 1. tract. de Exemp. q. 74. n. 7. Ricc. in Prax. p. 2. ref. 313. n 1. & seqq. Campanil. in Diversf. Jur. Can. rub. 9. c. 50. n. 3. v. Cæteras, Squil-* 25 *lant de Oblig. & Privil. Episc. p. 3. c. 32. Gavant. in Manual. Episc. ver. Baldacchinum, Nicol. Flosc. eodem verb. Lantusc. in Theatr. Regul. eod. pariter verb. n. 1. Zerb in Gemm. Episc ti. 1. q. 42. n 1. Card. de Luca de Jurisd disc. 35. n 6. & de Reg. disc. 1. n. 22. & Pignat. consul. 106. n. 20. to. 10. ubi nu 21.* sequendo *punctualem resol. hujus S. Cong. in Brixien. 9. Junii 1657.* advertit, posse Episcopos in Ecclesiis Regularium exemptis, 26 ipsis invitis, administrare etiam Sacrament. Confirmationis.

Cumque nulla sit assignabilis congrua disparitatis ratio, quarè in Locis exemptis permittantur Episcopis hujusmodi insignes actus honoris, & præheminentiæ, quivè magis affines sunt actibus verè jurisdictionalibus, non autem permit- 27 ti debeat Crucis erectio, importans longè minorem affinitatem cum actibus jurisdictionalibus, applicatur notorium Juris axioma, quod similium idem debet esse judicium, de quo, omissis generalibus, in puncto casus nostri benè *Imol. in Clem. 2. in princ. v. Sicuti, de Privil. & Franc. dec. 711. n. 12. & Don. Rer. Reg. To 1. Tr. 13. de Exem. q. 74. n. 2.* ibi: *Tùm quia omnia hæc censentur insignia Pontificalia; Tùm etiam quia hæc omnia æquiparantur, nec in uno reperitur major ratio, quàm in alio;* 28 *Tùm item, quia similium idem est judicium Tùm item; quia concesso principali, censentur concessa omnia alia accessoria.*

Quibus addimus aliam specialem rationem, & congruentiam in casu nostro nimisque stringentem, consistentem in eo, 29 quod insignis Benefactor, & Fundator, tàm Ecclesiæ, quam Monasterii Canonicorum Lateranensium fuit unus ex Episcopis Lucensibus, nempè S. Frigdianus, ut in nostra Civitate notorium est, & observat *Ugbel in Italia Sacra tom. 1. de Episc. Lucen. fol. mihi 844. sub n. 9.* his verbis *Erexit Ecclesiam &c. extra muros Civitatis Lucensis, quam ejus Civitatis prolatis finibus, hodiè novi muri circumdant, propè quam etiam Monasterium fundavit, ut ibi cum suis Canonicis Regularibus convictum excoleret*, & latius *Gabriel. Pennot. in Hist.* 30 *Canon. Regul. lib. 1 c. 45. n. 2.* ubi, quòd in hac parte nullum dubium est, ibi: *Originem, & fundationem inquiramus dubium non est &c. Lucanæ Civitatis Episcopo eam referri oportere &c.* Verè proinde dignum, & justum est, ut iidem DD. Canonici erga Successores Episcopos eorum insignis Benefactoris, & Fundatoris, tam Ecclesiæ quàm Monasterii, ostendant signa illa reverentiæ, & honorificentiæ, quæ, præscindendo etiam ab hujusmodi considerabilis circum-

stan-

stantia, omnibus aliis Episcopis ab Exemptis de jure debentur, ut in terminis Archiepiscopi Pragensis, Fundatoris Monasterii Breznoviensis in Bohemia, observavi *in To.1.* 31 *mear. Discep. Eccl. p.1. discep.10. nu 16. & 17.* & *S. Rit. Cong. Ponente Emin. Barberino* admisit *in Pragen.31. Augusti 1715.* rotundè denegando privilegia illa, quæ prætendebant Reli- 32 giosi ejusdem Monasterii, derogantia præheminentiæ, & honorificentiæ debitæ Archiepiscopis Pragensibus, à quibus eorum fundationem recognoscebant, & recognoscunt.

Omnia hæc solidè innixa Juris principiis, Sacrarumqne Congregationum resolutionibus, classicorumque Doctorum punctualibus authoritatibus, transeunt in evidentiam in 33 nostro casu, attenta immemorabili consuetudine, assistente Episcopis Lucensibus, qui in omnibus congruis actibus, nedùm respectu omnium aliarum Ecclesiarum exemptarum propriæ Diœcesis, sed in specie in accessu ad Ecclesiam DD. Canonicorum Lateranensium, semper antè se deferre fecerunt erectam Crucem, quæ consuetudo, præcipuè uniformis Juris communis dispositioni, omnem tollit scrupulum, 34 eò quia in his materiis totum facit observantia, eique unicè deferendum venit; ex animadversis *in meis Discep. Eccl. To. 1. p.2. discep.26. n.26.* & firmatis per *Rot. in dec.1025. n.4 cor. Emer. Jun. & dec.304. n.26 p.18. rec.* & alibi quotidie, cùm sit conclusio, nullum habens Contradictorem.

Adversùs quæ non merentur allegari privilegia exemptiva à Jurisdictione Ordinariorum, à diversis Summis Ponti- 35 ficibus concessa DD. Canonicis Lateranen. & signanter à Sixto IV. cujus vigore in Canonicos, & Congregationem Lateranen. nullam possunt Ordinarii Locorum exercere Jurisdictionem, nullamque Superioritatem in eorum personas, eorumque Ecclesias, & Monasteria.

Objectum siquidem involuit manifestum æquivocum, quia aliud est, quod Episcopi in personas, & Ecclesias Canonicorum Lateranensium Jurisdictionem contentiosam, & præ- 36 heminentiam, vel Superioritatem exerceant, quod eis permissum non est ex dicto Privilegio Sixti IV. quodq; nullatenus prætendit Rm. Episcopus; Aliud verò, totoq; Cœlo diversum, & de quo nulla habetur mentio, neque prohibitio in dicto Sixtino Indulto, ut Episcopi in Locis exemptis, tanquam existentibus in eorum Diœcesibus, non possint Pontificalia exercere, & propriæ Dignitatis insignia, & signa deferre, quæ neque in dicto Privilegio Sixtino, neque alibi prohibita fuerunt Episcopis, & omni Jure eisdem competunt, ex suprà allegatis; quibus addo *Joan. Petr. Riccium in addit. ad Franc. dec.711.* ubi sequendo *Card. Zabarel.* 37 asserit, quòd quamvis Episcopi in Locis exemptis non possint exercere actus Jurisdictionis contentiosæ, possunt tamen exercere actus omnes Jurisdictionis voluntariæ.

Itaut sensus verborum dicti Sixtini Indulti, nullus alius sit, nisi ut Episcopi in linea Jurisdictionis contentiosæ, & veræ superioritatis non possint exercere ullos actus, neque 38 in personas, neque in Ecclesias Canonicorum Lateranensium; Nullo autem modo trahi possunt verba dicti Indulti ad longè diversam lineam illorum actuum, qui unicè respiciunt præeminentiam, honorificentiam, & insignia Dignitatis Episcopalis, semper, & ubique venerandæ, tam à Subditis, quàm ab Exemptis ex oraculo fa. me. Leonis X. *de quo suprà num.20.*

Quod si aliqua in hac parte, seù respectu interpretationis dicti Indulti Sixtini, remaneret difficultas, quod non credimus, illa prorsùs de medio sublata diceretur ab unifor- 39 mi plusquam centenaria observantia; Idque ex illius nota efficacia, & notiori virtute, ut scilicet verba in eum sensum accipi debeant, secundum quem observata fuerunt, etiamsi contraria intelligentia, nedùm esset verior, sed magis acco- 40 modata verborum sensui, per ea, quæ notant adducti in *meis d. scep. Eccl. p.2. discep.16. n.101. To.1.*

Imò ex hac cathegorica responsione, & solida animadversione, deducta ab observantia assistente Rm. Episcopo, alia æquè cathegorica, & æqualiter solida infertur reflexio, prorsùs subsistens demonstrans contrarium prætextum, 41 quod scilicet etiamsi adversùs rei evidentiam, & palpabilem veritatem, essemus in terminis privilegii, nedùm clari, sed clarissimi, illud prorsùs esset inallegabile, eò quia per non usum longè minoris temporis, quodlibet privilegium amittitur, & executionem non meretur, ex adductis per *Card. de Luca de Præemin. disc.2. n.22. & de Regul. disc 49 nu.16.* & firmatis per *Rot. in dec.1206. n.7 cor. Emer. Jun.* loquente 42 de non usu per spatium quadraginta annorum dumtaxat, ibi: *Illiusque observantia executioni demandata per annos ferè quadraginta, quæ sola sufficeret, ut per eam, tanquàm per non usum, seù verius contrarium usum, quæcumque privilegia censeantur abolita, & dec.75. n.8. cor. Ottob. & in Brixien.22. Junii 1712. §. Frustrà cor. Lanceita, & in Salisburgen. Vicariæ 4. Febr.1715. in fine cor. Crispo* Et in præcisis terminis non usus similis privilegii Cong Cassinensis resolvit Sac. Congr. 43 Episc. *in Pragen.13. Sept.1715. Ponente Em. Odescalco*, de qua in meis *Discep. Eccl. p.1. discep.11. n.38. & seqq. & n.51. v. Sac. Cong. To.1.* Et in punctualissimis terminis non usus ejusdem Constitutionis Sixtinæ, circa ea, quæ respiciunt Jurisdictionem Legatorum Apostolicæ Sedis, de quibus specialis sermo habetur in d. Constitutione, ultrò admissum fuit inter informandum à multis EE. PP. referentibus casus præcisos, practicatos tempore eorum Legationis.

Pro quorum faciliori admissione dignentur Em. PP. præ oculis habere moderationem Rev. Principalis cum habiti- 44 bus, & ornamentis suæ Dignitatis accedentis ad Ecclesiam DD. Canonicorum Lateranen. necnon incivilem recusationem eorundem, nedum claudendo principales portas eorum Ecclesiæ, sed removendo omnia Genuflexoria, quæ solita erant permanere in d. Ecclesia, per apertam vim impediendo ulteriùs graves, & exemplares Religiosos, ne ipsum reciperent, nevè illi obviam irent in accessu ad dictam eorum Ecclesiam cum illis circumstantiis Expositionis Venerabilis, publicæ solemnitatis, magnique concursus Popu- 45 li occasione extraordinarii Jubilei, accurrentis ad lucrandas indulgentias, quæ omni animadversione dignæ videntur, ut considerando multitudinem Populi, habemus *Text. in cap.1. de Maledict.* ibi: *Multis cor. adstantibus*, & observant *Pani-* 46 *mol. dec.16. annot.1. n.28. & Basilic. dec.14. per tot.* Et considerando qualitatem Prælati, *Rayn. Obser. Crim. c.11 to.1. § 4. n.26.* Et considerando ornamenta propriæ personæ, cum quibus Rev. Episc. reperiebatur, sunt nimis elegantia, & æquè rotunda verba illa *Text in Leg. Atrocem 4. Cod. de Injur.* ibi *Cùm esses in Sacerdotio, & Dignitatis habitum, & ornamenta præferres*, cum aliis apud *Raynald. ubi suprà tom.3. c.24. §. 46. n.221.* Et considerando unitas prædictam, ac simi- 47 les circumstantias notant adducti in *meis Instit. Crim. libr. 2. ti.9. à nu.51. usque ad num.64.*

Cùm enim in istis terminis omni Jure posset Rev. Ep. procedere contra dictos Canonicos ad terminos individualis resol. Sac. Cong. Episc. à s. m. Clemente VIII. specificè ap- 48 probatæ de qua suprà *n.24.* & juxtà punctualissimè animadversa, & latissimè comprobata per *Monacel. in Formular. to.4 in suppl. ad to.2. num.564.* latiùs duxit omnia remittere prudentiæ Em. PP. non sine magnæ moderationis laude se abstinendo ab iis, quæ absque ullo dubitationis principio eidem erant æquè nota, atque permissa.

In eadem Causa.

Contrarii Defensores commendabili ingenuitate asserunt: *Ultrò admittimus, & concordamus, licere Episcopo ingredi Ecclesiam erecta Cruce, in casibus accessus necessarii, sive invitationis Canonicorum Lateran. sive permissis per Conc.* 49 *Trid.* Igitur affirmativa resolutio dubii, remanet innegabilis, quia non reperitur major ratio in d. casu accessus necessarii, ac voluntarii, ex quo prorsùs absonum est asserere, eandem numero erectionem Crucis in uno casu importare actum Jurisdictionis, & superioritatis; In alio verò non: Prout etiam exageratum privilegium Sixti IV. non distinguit dictos accessus, sed generaliter loquitur, undè sicuti erectio Crucis, ad sensum, non infringit eorundem privilegia in casu accessus necessarii, sive invitationis, ita etiam illa intacta relinquit in terminis accessus voluntarii, seù ex causa devotionis, ut in præcisis terminis, quòd concurrente eadem ratione, eadem Crucis erectio in Locis ememptis de- 50 negari non possit, notant *Franc. dec.711 sub n.16.* ibi: *Nec in uno est major ratio, quàm in alio, & Donat. Rer. Reg tom 1. tr. 13. de Exemp. q.74 n 2.* ibi. *Omnia hæc censentur Insignia Pontificalia, Tùm etiam quia hæc omnia æquiparantur, nec in uno reperitur major ratio quàm in alio, &* in puncto, quod erectio Crucis permissa sit etiam in casibus extra actum necessariæ visitationis bene probant *Barb. in d. Clem.2. de Privil n.* 51 *2. & de Potest. Episc p.2. ti.3. n.39. & 40. in Summ. Verb. Archiepiscopi authoritas sub nu.28. vers. Amplia.*

Cum quibus, Partibus acerimè informantibus, *die 26. Martii 1711.* processit Sacr Congreg. Episc. Ponente Em. Corsino *in Ragusina*, quando: *Censuit, & declaravit licuisse,* 52 *& licere Archiepiscopo Ragusino ingredi Conventum prædictorum P P. Dominicanorum cum Cruce erecta*, non ad explendos actus aliquos necessarios, minusque à Concilio Tridentino præscriptos, sed ad merum, & simplicem effectum ceremonialem, hoc est ad invisendum Episcopum Ascrivii, seù

Cat-

Cattari, suum Suffraganeum, moram facientem in Conventu dictorum PP. Dominicanorum, qui non minùs exempti 53 sunt à Jurisdictione Ordinariorum, ac sint Canonici Lateranenses, ut videre est *in Const. VII. Sixti IV. in Bull. nov. to.* 1.

Posset proindè hìc terminari Responsio, quia adversùs resolutiones Sac. Cong. *recalcitrare non licet, ut dicebat Raynald. in Heteroclyt. Pietat. to.* 16. *sect.* 1. *punct.* 14. *num.* 12. *fol.* 54 *mihi* 178. ea ratione, quia illa vim legis habent, & uti tales, punctuali executioni, semper demandandæ sunt, ex adductis in *Tom.* 1. *p.* 1. *disc.* 6. *nu.* 64.

Cœterùm, ut insubsistentia contrariæ prætensionis undique effulgeat, utque omnes animadversiones remaneant in- 55 applicabiles dicimus, quòd non obstat primò, quod Rev. Episc. non gaudeat Archiepiscopali Dignitate, quòdq; Episcopis de Jure non competat facultas erigendi Crucem. Quia id, quod Archiepiscopis de jure communi, seù ad terminos *Clem.* 2. *de Priv.* competit circa Crucis delationem, Episcopis Lucanis concessum fuit à tribus Summis Pontificibus, juxta totidem Diplomata, in Secretaria exibita.

Non obstat 2. quod àb usu Pallii non benè inferatur ad usum, seù facultatem deferendi Crucem: Quia Episcopi 56 Lucani, nedum habent amplam facultatem utendi pallio, sed etiam cubitale privilegium deferendi antè se Crucem in eorum Episcopatu, juxta verba illa Privilegii Lucii Tertii, *de quibus supra num.* 1. Necnon juxta illa alia æque cubitalia verba privilegii Calisti III. ibi: *Usum Crucis per Episcopa-* 57 *tum tuum, Tibi, tuisque Successoribus de consilio Fratrum suorum concessit, & Apostolica Authoritate firmavit, quod quidem Nos, ejus vestigiis inhærentes, decernimus firmiter permansurum*; Et proinde Rev. Epis. non infert ex usu pallii usum erectionis Crucis, ut gratis exadverso asseritur, sed insistit in punctuali exequutione dictorum privilegiorum, clarè loquentium de usu Crucis, illum expressè permittendo Episcopis Lucanis.

Non obstat 3. quòd idem privilegium, uti loquens de Episcopatu Lucensi, non comprehendat Monasterium Canonicorum Lateranensium, quod est exemptum à Jurisdictione 58 Episcopi? Quia loca, quantumvis exempta, semper dicuntur, & sunt in Diœcesi Episcoporum, ea ratione quia quælibet exemptio eximit solùm à subjectione, non autem à situatione, quam adducunt *citati supra n.* 18. Et in punctualibus terminis, quod exemptio non impediat usum delationis Crucis in locis exemptis, benè advertit *Carol. Anton. de Lu-* 59 *ca ad Grat. discep.* 467. *n.* 3. ubi quod per exemptionem Ordinarii amittunt ea, quæ sunt jurisdictionis, seù falcem Judicii, & potestatis, non autem amittunt ea, quæ concernunt honorem, & prærogativam Dignitatis, qualis est Crucis erectio quam ibidem unà cum *Vitalin. in d. Clem. num.* 35. *de* 60 *Privil. & Franc. dec.* 711. *n.* 11. appellat falcem devotionis, & reverentiæ; Et in terminis, quod ea, quæ conveniunt Episcopis ratione eorum dignitatis, non tollantur per quamcumque exemptionem, benè observat *Rot. in dec.* 1713. *n.* 13. *cor. Coccin.*

Non obstat 4. quod erectio Crucis sit signum indubitatæ Jurisdictionis, ac per illam violata dicatur exemptio; Quia id nullo modo subsistit, sive præ oculis habeantur verba il- 61 la *Clem.* 2. *nullùmque exemptioni, vel privilegiis eorundem aliud præjudicium generetur, nec ipsis Archiepiscopo, vel Episcopo Jus aliud quodlibet acquiratur*, sive attendantur Doctorum, authoritates, & Sac. Cong. oracula; sive demùm rationes, & congruentiæ, ex latè animadversis *sup. à n.* 4.

Non obstat 5. quod quidquid sit dicendum jure communi attento, ex huc usque animadversis, omnia remaneant in- 62 applicabilia in præsenti ex privilegio Sixti IV. amplissimè eximentis Congregationem Lateranensem ab omni jurisdictione, superioritate, & præeminentia Ordinariorum; Quia verba dicti Sixtini privilegii non sine aperta violentia detorqueri prætenduntur ad honorificentiam, & Insignia Dignitatis Episcopalis, de quibus non loquitur, eo quia eadem verba restricta sunt ad jurisdictionem, & superioritatem, quam non prætendit Rm. Episcopus, neque in Ecclesia, neque in personis DD. Canonicorum; Eo enim tempore quo Lucani Episcopi, Cruce antè se elevata, Ecclesiam Canonicorum Lateran. ingrediuntur, nemo non videt, quod nul- 63 lam superioritatem, nullamque jurisdictionem in eadem Ecclesia, & Patres exercent, sed solùm secùm afferunt falcem illam devotionis, & reverentiæ, quam tres Summi Pontifices per eorum Episcopatum eis deferre permiserunt.

Non obstat 6. quod privilegium Sixtinum, uti posteriùs *Clem.* 2. *de Privil.* præferendum sit, eidemque *Clem.* deroga- 64 verit; Præmissa enim regulari illa propositione, *quod unum privilegium quantum fieri potest debet se habere compatibiliter cum alio*, quam his verbis comprobat *D. Piton. discep.* 29. *nu.* 14. Strictè dicimus, quod quidquid sit de decretis Concilii Tridentini, quæ veniunt sub generali derogatione, contenta in Literis, & Gratiis Apostolicis, etiamsi de eodem Tridentino Concilio specialem non faciant mentionem, ex animadversis per *Card. de Luc. de Benef. disc.* 17. *num.* 2. & 65 per eundem *D. Piton. discep.* 13. *num* 23. uniformi calamo receptum est inter Canonistas, quod aliorùm Generalium Conciliorum dispositiones nunquàm comprehenduntur sub revocatione generali, sed specificam, & individuam requirunt mentionem, ut admittit *D. Piton. discep.* 35. *num.* 6. & 66 concordant adducti per *Card. de Luc. de Pension. disc.* 1. *n.* 12. *& de Benefic. disc.* 46. *eodem num. & Rot. dec.* 225. *num.* 4. *cor. Caval.* ubi quod derogatio antiquorum Conciliorum Generalium, nedum non venit sub generali revocatione, sed illa non solet, nisi cum magna difficultate concedi, ut in terminis Clementinarum, emanatarum in Generali Concilio Viennen. ex quo desumpta est *Clem.* 2. *de Privil.* cumulatis innumeris concordantibus, in specie firmavit *Rot. in decis.* 101. *n.* 2. *cor. Caval.* ibi: *Nec sufficiebant clausulæ derogatoriæ generales, quia cùm sit dispositio Conciliaris, fuit enim facta in Concilio Viennen. requirebat specialem derogationem*, 67 *& ideò obstabat defectus voluntatis in concedente*, *& decision.* 601. *num* 2. *cor. eodem*, & advertunt etiam *Card. de Luc. de Benef. disc.* 52. *num.* 14. ibi: *Continet decretum Conci-* 68 *lii Generalis Viennen. quod exigit particularem mentionem, & derogationem juxta naturam Conciliorum Generalium*, cum aliis, adductis ab *Ansald. in addit. ad decis.* 32. *n.* 19. & à *Rot. in dec.* 281. *n.* 19. *p.* 15. *rec.* ibi: *Papa non derogat Textibus Conciliaribus nisi per positivam, & expressam eorum abrogationem.*

Non obstat 7. quod in Constit. Sixtina §. 41. in specie derogatum fuerit Conciliis Generalibus, & consequenter etiam *Clem.* 2. *de Privil.* editæ in Generali Concil. Viennen. jux- 69 ta verba illa literis majusculis registrata in contrariis Scripturis §. *Quemadmodum: Non obstan. Constitutionibus &c. ac etiam Provincialibus, & Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus*; Ista enim verba *specialibus*, *vel generalibus* referuntur ad Constitutiones, non autem ad Concilia Specialia, vel Generalia, ut ex simplici lectura dicti §. remanet evidens, & patet ex alia Constit. 7. ejusdem Summi Pontificis Sixti IV. edita favore PP. Dominicanorum; in cujus §. 17. adsunt eadem numero verba, quæ Sac. Rot. in punctuali *dec.* 181. *per tot. & sign. num.* 8. *&* 9. *cor.* 70 *Cerr.* censuit, non continere derogationem Clementinarum, editarum in Generali Concilio Viennen. in specie respondendo *dec. Rotæ in Conch. Exemptionis cor. Orano*, exad- 71 versò pro punctuali citatæ, quam itidem declarat *ead. Rot. apud Tambur. de Jur. Abbat. dec.* 92. *num.* 5. *& per tot.* asserens, verba illa *Specialibus*, *vel Generalibus* referri ad Constitutiones, non autem ad Concilia, *& decis.* 302. *num.* 13. *par.* 9. *rec.*

Non obstat 8. authoritas *Pignatel. consul.* 45. *à numer.* 3. *usque ad* 7. *tom.* 7. pro punctuali in contrarium allegata. 72 Iste enim Author potiùs retorqueretur ad hominem, eo quia postquàm *à num.* 1. *usque ad num.* 18. multa per modum objecti asserverat, quæ ad literam transcripta fuerunt in contrariis Scripturis. Tandem eisdem respondendo *num* 18. ita ait: *Verùm his omnibus non attentis, haud dubitamus affirmativam sententiam defendere*, quam *per totam Consulta-* 73 *tione* latè, & solide tuetur; Et *à num.* 19. *usque ad finem*, respondet eis, quæ sibi objecerat in principio, ut ex illius recognitione remanet manifestum: Et propterea applicantur ea, quæ observavit *Gobb. consul.* 51. *num.* 119. asserens, optimum esse signum pessimi Juris allegare authoritates reprobatas, & concordant adducti per *Rot. in dec* 1620. *nu.* 4. 74 *cor. Coccin. & in Romana, seù Fanen. Successionis* 8. *Februar.* 1706. §. *Quod dictum*, *cor. Rev. Ansald.*

Non obstat 9. quod aliqui ex Episcopis Lucanis frequenter accesserint ad Ecclesias Regularium absque eorum 75 Pontificalibus Insigniis, & non erecta Cruce, juxta mendicatas illas, & æque affectatas attestationes, quæ exhibitæ fuerunt.

Ultrà, quod enim eædem attestationes se ipsas destruunt, eo quia Testes illi, quorum attestationes exhibitæ fuerunt, eodem tempore, quo asserunt Episcopos Lucenses non accessisse ad Ecclesias Regularium cùm Cruce ere- 76 cta, statim subjungunt, *eccetto, che nelle Processioni pubbliche*. Alii verò Testes, quorum attestationes pariter datæ fuerunt, per dictionem illam *mai*, asserunt nunquàm vidisse, Episcopos intrare dictas Ecclesias cùm Cruce elevata, ibi: *Mai hanno alzata, ò fatta alzare la Croce nell' entrare in detta Chiesa*; Quæ dictio *mai*, cùm includat om-

omnes casus, omneque tempus, ex allegatis per *Barbos. dict.231. per tot.* includit per necessariam consequentiam etiam casus publicarum Processionum, ut patet ad sensum.

Strictè dicimus, quod facultas erigendi Crucem in propriis Diœcesibus, quam de jure habent omnes Archiepiscopi, & ex speciali privilegio habent duo solùm Episcopi in Italia, nempè Lucensis, & Papiensis, respicit illorum favorem, & commodum, unde retorqueri non debet in eorum odium, & propterea sicuti non possent obligari ad semper incedendum cùm eorum Insigniis Pontificalibus, & Cruce erecta, ita neque etiam potest eis idem usus impediri, quando illo uti volunt, facultativi enim actus fieri possunt ad libitum, & si non fiant aliquo tempore, nullum exindè generatur præjudicium illos non facienti, ex animadversis per *Dec. consf.171. sub num.6. Roland. cons.53. num. 38. lib.2. Adden. ad Ludovis. dec.162. nu.16. Rota coram Priol. dec. 104. num.37.*

Non obstant demum responsiones, exadversò datæ, ad ostendendam inapplicabilitatem punctualium resolutionum hujus Sac. Cong. in Papien. *de qua suprà num.15.* quod scilicèt Episcopus Papiensis habeat Privilegium, *ubique Locorum* deferendi Crucem, quodque Carthusiani non habeant adeò exemptiva Privilegia, ac habent Canonici Lateranenses.

Respectu enim primæ partis contrarii objecti, dicimus, quod solus Episcopus Nazarenus ubique Locorum d. Privilegium habet; *ut hac honorificentia Civitas illa decoraretur, undè Unigenitus Dei Filius natalem suum sortiri dignatus est diem*, ut ait *Rot. in p.10. rec. dec.106. in princ. Utq. Episcopus Patriæ D. N. Jesu Christi aliqua speciali, & majori prærogativa fulgeret* juxta verba *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 30. in princ. & de Præemin. dis.16. n.6.* Quæ non possunt applicari Episcopo Papiensi, qui per solam ejus Diœcesim talem habet facultatem, ut notat *Ughell. in Ital. Sacr. ver. Episcopi Papienses to.7. fol. mihi 102.*

Respectu verò secundæ partis ejusdem contrarii objecti dicimus, Privilegia Carthusianorum, de quibus *in Const. 3. Bonifatii IX. in Bull. nov. to.1.* esse æqualia cùm illis Canonicorum Lateranensium, imò per notoriam communicationem Privilegiorum, quæ viget inter dictas Religiones, Carthusiani fruuntur etiam illis eisdem numero Privilegiis, quæ habent Canonici Lateranenses ex adductis per *Tambur. de Jur. Abb. to.1. disp.18. q.3. per tot. & signanter n.15.* & per *Donat. Regul. to.1. tit. de Comm privil. q.191. per tot.*

In eadem Causa.

PRocedendo cum ordine illarum trium inspectionum, ad quas in contraria Responsione fuerunt restrictæ difficultates præsentis Causæ.

Prima, quod *Clemen.2. de privileg.* utì loquens de Archiepiscopis non comprehendat Episcopos, habentes privilegium incedendi cum Cruce elevata ad instar eorundem Archiepiscoporum, nullam omninò meretur animadversionem, Eo quia in tantùm in d. *Clementina*, nominati fuerunt soli Archiepiscopi, quia isti, nemine excepto, talem habent à Jure facultatem; Non sic autem Episcopi, quibus solùm id competere potest ex speciali privilegio, ut notant *Glos in cap.1. Verb. Crucem, Ut lit. pend.* his verbis *Nisi hoc alicui per privilegium speciale sit concessum, & Zabarell. in c. Antiquam sub num.6. de Privil.* ibi *Nisi ex privileg. speciali*, in terminis *Novar. in Summ. Bullar. par.1. comm. 19. num.3.* ibi *: Et quamvis d. Clementina loquatur de Archiepiscopo, tamen illa fuit contingentia facti, & per eam non excluditur Episcopus, qui pariter intùs Monasteria, & Loca exempta, & Populum exemptum benedicere poterit &c. & Gargiar. in d. Clem.2. seù Tract. var. p.2. c.6. n.2.* ibi *Crucem antè se portare possunt Archiepiscopi, Populo benedicere &c. in Locis tamen exemptis suæ Provinciæ, quod etiam in Episcopis locum habet, nisi tamen esset præsens Legatus Papæ, &c.*

Præscindendo autem ab hac cathegorica responsione, aliam, æque solidam, & in jure fundatam, subnectimus adversùs motivum hoc, quod gratìs ubique appellatur fatale in contraria Responsione, in eo consistentem, quod cùm non possit in dubium revocari, Episcopos Lucenses habere privilegium ad instar Archiepiscoporum incedendi per eorum Episcopatum cum Cruce elevata usque à tempore Luci III. eo ipso, quod in posteriori Generali Concilio Viennensi, registrato in *Clem.2. de Privil.* Archiepiscoporum facultas fuit in hac parte ampliata, etiam ad Ecclesias exemptas, dicitur pariter ampliatum dict. privilegium adinstar, antecedenter concessum, ex solito Summorum Pontificum, *ut eorum privilegia ad instar semper, & in omni futuro tempore æqualia sint, & correspondeant aliis privilegiis, primò concessis;* sunt verba *Donat. Reg. Regul. tom.1. tr. 3. de privil. ad instar qu.3. num.4.* & concordant adducti per *Barbosam, & Tamburinum, ubi proximè.* Si enim Archiepiscopis talis hodiè tolleretur facultas, absque ullo dubio illa etiam privati dicerentur Episcopi, habentes accessorium privilegium, seu adinstar facultatis, & privilegii Archiepiscoporum *; Et ideò aucto, diminuto vel revocato privilegio principali, sequitur necessariò, augeri, diminui, & revocari privilegium in persona eorum quibus communicatum est;* Ita ad literam *Barb. de Claus. claus.5. n.8.* quem punctualiter transcripsit *Tamb. de Jur. Abbat. tom.1. disp.18. qu. 5. num.2.*

Secunda inspectio, quod in omnem casum Motus proprius Sixti III. derogavit eidem anteriori *Clem.2. de privil.* quodque ille utì amplissimè eximens Canonicos Lateranenses, nedum ab omni jurisdictione, & superioritate, sed etiam ab omni præeminentia Episcopi Lucani, amputet in radice omnem dubitandi occasionem, ejusdem prorsùs est insubsistentiæ; Quamvis contrarii Scribentes, non sine lepidis phrasibus asserant, quod Defensores Episcopi nesciant respondere eidem Motui proprio, nisi castrando illius verba, & saltando dictionem illam *præeminentia*.

Quod enim dict. Motus proprius Sixtis IV. non derogaverit dict. Clementinæ, emanatæ in Generali Concilio Viennen. cujus nullam facit mentionem, est plusquàm evidens; Quia *Papa non derogat Textibus Conciliaribus, nisi per positivam, & expressam eorum abrogationem*, ait *Rota in decis. 281. num.19. p.15 Rec.* Quod ad hominem comprobavimus *supra nu.64.* Ubi ulterius demonstravimus, non sine voluntario æquivoco verba hæc d. Motus proprii Sixtini *: Synodalibus Conciliis editis specialibus, vel generalibus*, literis majusculis impressa in contrariis Scripturis, applicari exadversos Conciliis Generalibus, eo quia juxta illorum literalem, obujumque sensum, intelliguntur de Constitutionibus generalibus, vel specialibus, editis in Conciliis Synodalibus, non autem detorqueri valent ad Concilia Generalia, & multo minus ad Specialia, quæ prorsùs incognita sunt Theologis, & Canonistis.

Quod verò illud verbum *præeminentia*, ad nauseam usque inculcatum in contrariis Scripturis, in eodem Motu proprio accipiatur pro synonimo cum aliis verbis *Superioritate, & Jurisdictione*, evidens quoque fit, nedum ex proprio sensu, & literali intelligentia ejusdem Motus proprii, ut patet illum consideranti, eo quia nullum alium finem habuit dictus Summus Pontifex, quàm eximere Canonicos Lateranen. à subjectione Episcoporum, intactam omninò relinquendo dignitatem, & præeminentiam illarum personarum.

Sed clariùs, observando cum *Sac. Rot. in dec. 281. à nu.4. usq; ad 9 p.15. Rec.* dupliciter in jure usurpari verbum istud *præeminentia;* Uno scilicèt modo ratione solius Dignitatis personæ, in quo sensu appellari solet præeminentia hierarchica, de qua est *Textus in can. Cleros distinct. 21.* illamque exemplificat in Episcopo, & in aliis Ecclesiasticis Dignitatibus eadem *Rot. in d. dec.281. n.5. p.15.* & concordant adducti *in dec.87. n.3 p.17. Rec.* Alia verò præeminentiæ species dirigitur, seù dicitur ordinem ad obedientiam, & servitoriam qualitatem subditi, qualem exemplificat *Rota ubi supra n.7.* respectu Abbatis erga suos Monacos, de qua est *Textus in cap. Cùm in Eccl. de Major. & obed.* & concordant *citati in dec.404. nu.52 p.19. rec.*

Hoc præmisso duplici, & utraque convincentissima ratione, Motus proprius Sixti IV. intelligendus est de secunda specie præeminentiæ, sororis jurisdictionis, & superioritatis, non autem de prima specie hierarchicæ præeminentiæ, nullam habentis affinitatem cum eisdem Superioritate, & jurisdictione, sed respicientis solam qualitatem, & dignitatem personarum.

Tùm quia hæc prima species præeminentiæ hierarchicæ nunquàm dicitur sublata per quamcumque amplam, ampliorem, & amplissimam exemptionem, juxta Theoricam *Felin. cap. Cùm non liceat sub num. 2. de Præscript.* ibi *: Nunquàm tollitur propter exemptionem*, quam sequuntur adducti à *Tamburin. de Jur. Abb. to.1. disp.15. q.7. num. 45.* ibi *: Quod est intelligendum de Jure reverentiali, quod debetur ratione dignitatis ; Istud enim nunquàm tollitur per quamcumque exemptionem, Monacell. in Form. to. 3. tit.3. form.6. num.20.* ubi, quod ità declaravit *Sac. Congreg. Episc. in Forolivien. 8. Martii 1692. ard. de Luc. de Præemin. disc.*

disc. 21. *num.* 8. ibi: *Non obstante exemptione, quæ tanquam dativa, & accidentalis, non tollit præeminentialia, & Rot. dec.* 1731. *num.* 13. *cor. Coccin.* Cujus communis opinionis, cumulatis concordantibus, istam assignat convincentem ra- [99] tionem *Rot. in decis.* 415. *num.* 15. *par.* 18. *Rec.* quia ea, quæ concernunt reverentialia, & præeminentialia personæ, ratione ipsius dignitatis, non solùm debentur à subditis, sed etiam à non subditis.

Tum etiam quia, Jure communi attento, omnes Religiosæ Familiæ subjectæ sunt Episcoporum Jurisdictioni, superioritati, & præeminentiæ, tàm Jurisdictionali, quàm [100] hierarchicæ, ex latè animadversis, per *Pignatel. consultat.* 94. *per tot. tom.* 10. & ex adductis *suprà tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 10. *numer.* 52. quibus addo *Rot. in decis.* 15. *numer.* 1. & *per tot. apud de Prosper. de Territ separat.* Et propterea Constitutio, eximens dictos Religiosos à Jurisdictione, [101] superioritate, & præeminentia Episcoporum, utì corrigens Jus commune, dicitur odiosa, & quo fieri potest restringenda est, itaut in aliis terminis, in quibus correctio verificari potest in pluribus casibus, semper facienda sit interpretatio, ut illud in uno tantùm casu corrigat, juxta *Text. literales in l. Præcipimus in fin. Cod. de Appellat.* & in *cap. cùm expediat in princ. de Elect. in* 6. cum aliis apud *D. Piton. discep. Eccles.* 12. *num.* 12. *in fine*, & *apud Rot. in dec.* 557. *num.* 10. *par.* 19. *Rec.* Et propterea omnis in casu præ- [102] senti capienda est interpretatio, ut correctio d. Juris communis, inducta per d. Motum proprium, non verificetur in omnibus speciebus præeminentiæ, comprehendendo etiam præeminentiam hierarchicam, sed illa restringatur ad solam præeminentiam Jurisdictionalem.

Ex quibus, absque ulla saltatione, & castratione verborum, videtur cathegoricè responsum dicto Motui proprio [103] Sixti IV. Et tamen aliam subjungimus responsionem, quæ nullam videtur admittere contrariam replicationem, & est sequens.

Clemens VIII. in celebri illo Decreto anni 1603., quod est impressum apud *Novar. in Summ. Bullar. comm.* 19. *nu-* [104] *mer.* 1. amplissimè derogando omnibus omninò exemptionibus quorumcumque Monachorum, & Regularium, expressè mandavit, Episcopos, nedum ingredi posse Ecclesias Monachorum, & Regul. quomodocumque exemptas, & [105] cum omnibus insigniis, & ornamentis, propriæ Dignitati concessis, sed posse etiam in eisdem Ecclesiis exemptorum facere, sive cum Mitra, sive cum Cappa, omnes illas functiones, quas in Ecclesiis, sibi subjectis facere possunt, & solent (sunt verba Decreti) *Tam ex consuetudine, & privilegio, quàm ex Sacror. Canonum Constit. & Pontificalis Romani præscripto.*

Cùm igitur Episcopi Lucani ex rotundo triplicato Privilegio totidem Summorum Pontificum Lucii, Calisti, & [106] Innocentii Tertii, ingredi possint Ecclesias non exemptas, cum Cruce elevata ex admissis per Canonicos; Procedendo cum claro tenore hujus Pontificii oraculi, seu literalis Constitutionis Clementis Octavi in necessariam consequentiam, cum eadem Cruce elevata ingredi poterunt Ecclesias Canonicorum Lateranensium, & omnium aliorum Religiosorum, quomodocumque, & qualitercumque exemptas; In cujus Clementini Decreti conflictu non credimus repetendum dictum Motum proprium Sixti IV. utì in hac parte funditus sublatum à dicto posteriori Decreto Clementis VIII. quod præferendum est [107] omnibus anterioribus contrariis dispositionibus, ex allegatis per *D. Piton. discep. Eccles.* 40. *num* 11. quem secuutus sui in *par.* 2. *mearum discep. Eccles. discept* 18. *numer.* 10. *Tom.* 1.

Supplicantes observare verba illa initiativa Decreti Clementis VIII. *Decet, Episcopis pro eo, quo in Ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu, in quocumque suarum Diœcesum loco, eam, quàm par est, reverentiam, & honorem decoro cultu, & ornatu exhiberi*; Non enim reverentia, ho- [108] nor, decorus cultus, & æqualis ornatus in Ecclesia Canonicorum Lateranensium exhiberentur Episcopis Lucanis, pro eo, quo in Ecclesia Dei excellunt dignitatis gradu, si ad illam accedentes tenerentur domi relinquere, & secum non afferre insignia, propriæ dignitati concessa, importantia solùm illorum hierarchicam præeminentiam *ex supra animadversis*, quibus addimus *Vital. in d. Clem.* 2. *num.* 2. *de Privil. Franch decis.* 711. *num.* 7. *Ursell. conclus. legal.* 138. *numer.* 29. *Gratian. discept.* 467. *num.* 3. *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Archiepiscopi authoritas sub numer.* 29. & *Ven-* [109] *trigl. de Jurisdict. Archiep. cap.* 17. *num* 8. in nostris individualissimis terminis in specie loquentes de Episcopis, & Archiepiscopis, juxta desiderium contrariorum Defensorum, expressum in eorum Scripturis, asserentes, Crucis elevationem nullum importare Jurisdictionis actum, nullumque ex illa exemptis resultare præjudicium, sed unicè demonstrare præcipuam quandam dignitatem ejus, cui præfertur.

Cujus usum ortum habuisse ex cæremonia publicarum Supplicationum, ex quo illa quoque emersit consuetudo, ut eximiæ dignitatis Viri antelatis Crucibus exciperentur, [110] per hæc verba observat eruditissimus *Gonzal. in notis ad cap.* 1. *lit F. in fine, Ut lit. pendent.* ubi ex *Anastasio in Vita Adriani*, advertit, inde inductum fuisse, *ut ante primos Ecclesiæ Prælatos Crux deferatur.*

Itaut, quidquid antiquis temporibus, pro acuendis in Scholis ingeniis, dictum fuerit, hodiè nullus remaneat in [111] hac parte dubitandi locus; Præcipuè post quam *Sacra Rota in Trojana, de qua supra numer.* 5. noluit sequi opinionem [112] illorum Authorum, qui credunt, Crucis erectionem denotare jurisdictionis exercitium. Et postquam hæc Sac. Congreg. illos espressè reprobavit in celebri *Papien.* quando exclamantibus Carthusianis, quod delatio Crucis Episcopi Papiensis per eorum Ecclesiam, & Monasterium importabat Jurisdictionis exercitium, utraque Parte acerrimè informante, omnibusque maturè consideratis, intrepidè rescripsit; *Licere Em. Episcopo ingredi cum Cruce in casu, de quo agitur, etiam Monasterium, absque ullo tamen exercitio* [113] *Jurisdictionis.* Non attenta contraria responsione, quod d. resolutio prodierit ex eo, quia idem Episcopus Papien. visitare potest Ecclesiam, & computa Religiosis revidere, eo quia quando hæc facit dicitur habere, & exercere Jurisdictionem, & propterea quæstio erat, quando ex particulari motivo, seu devotione ad Ecclesiam se conferre volebat.

Opportunè proinde subjungentes hìc, quod possunt Canonici Lateranenses gaudere impetratis in hac parte respectu totalis, & maximæ exemptionis à Jurisdictione, superioritate, & præeminentia Jurisdictionali Episcoporum, [114] neque ulteriùs insistere deberent, fimbrias dilatando, circa aliam, æquè exorbitantem, ac inauditam prætensionem, spoliandi illos, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam suam prærogativis, præeminentiis hierarchicis, & aliis ornamentis, & insigniis, eorum sublimi Dignitati concessis, illos vel invitos obligando ad non secum ducendum *Dominicæ passionis vexillum*, quale vocatur Crux in *cap. Antiqua de Privil.* seu *Salvatoris Nostri signum*, uti appellatur *in leg. unic. Cod. Nemini licet. In hoc enim magna* [115] *gloria Dei est, quod Ordo Episcopalis agnoscatur qualis est*, ut scripsit *S. Franc. Salesius* Episcoporum decus, & ornamentum, in *Epist.* 30. *ad ejus Confratrem lib.* 1. ubi ulterius conqueritur, quod muscus exemptionum, ab Ecclesiæ arbore avulsus, multa mala produxit, & concordant *Altaser. in Asceticon. cap.* 12. *per totum Van. Espen. in Juris. Eccles. univ. par.* 3. *tit.* 12. *cap.* 4. *per totum tom.* 2. *Thomasin. de Benefic. lib.* 3. *cap.* 29. *num.* 11. & *seqq* cum aliis apud *Rot. in decis.* 15. *à num.* 4. *apud de Prosper. de Territ. separ.*

Indeque memorabile est in hac re alterius Sancti Francisci, Seraphici Ordinis Fundatoris, historicum monumentum, *ei scilicet adeo displicuisse exemptiones, ut in hu-* [116] *manis agente nullum à Sede Apostolica expetierit privilegium, suos Fratres à potestate, & Jurisdictione ordinaria Episcoporum subtrahens, moriensque, inter alia, in ejus testamento disposita, illud præcipuum extitit, ut ejus Successores omnino abstinerent ab hujusmodi privilegiis impetrandis, ut ex Baronio anno* 676. *Altaserra, Van. Espen.* & *Thomasino* per hæc [117] numero verba observat *Rot. in d dec.* 15. *num.* 8. *apud de Prosper. de Territ. separ.*

Longè autem memorabilia monumenta, & insigniora documenta habemus in hac parte relicta Monachis, ab eorum insigni Abbate *Divo Bernardo*, non minus miraculorum gloria, quàm splendore sapientiæ illustri, quæ ad [118] evitandam prolixitatem recognoscere supplicamus *in Tract. de Morib. & Offic. ad Henricum Senonensem Archiepiscopum, in ejus Epistol. epist.* 41. & *de Consideral. ad Eugen. cap.* 3. cujus verba registravi in *Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 10. *num.* 6.

Tertia demum inspectio circa probationem observantiæ, etiam in casibus voluntarii accessus Episcoporum Lucensium ad Ecclesiam Canonicorum Lateranensium, poterat exadverso omitti, utì ab ipsismet ultrò admissa in contrariis Scripturis; Ad hominem enim retorquetur reflexio illa contrariorum Defensorum *Si debet* [119] *accedere ob invitationem, congruum est, ut accedat cum pompa*,

pompa, figura, & insigniis, propriæ Dignitati concessis: Nescimus autem videre, & difficilè erit ostendere disparitatem, quare idem Episcopus accedere non debeat cum pompa, figura, & insigniis, propriæ Dignitati concessis, quando accedit invitatus, seu motus à propria devotione, vel à magno concursu Fidelium, vel ab alio æquè pio, ac laudabili motivo, benè *Ventrigl. de Jurisd. Archiepis. cap.* 17. *sub n.*8. ubi illam adducit bonam rationem, *quia Clementina generaliter loquitur*; Igitur ex communibus axiomatibus generaliter intelligenda est.

120

Non attenta responsione, quod ex consensu Canonicorum, invitantium Rev. Episcopum *permisso antecedenti, seu accessu, censetur de consensu Regularium invitantium permissum omne consequens, accessorium ad Dignitatem, & personam*; Etenim juxta præcisa verba *Sac. Rot. in dec* 44. *num.* 11. *& seq. parte* 7. *recent.* magna simplicitas est prætendere, ut particulares Religiosi, imò etiam Superiores Religionum possint permittere dicta accessoria ad ornamentum personæ, & Dignitatis, seù innegabiliter præjudicare privilegiis, eorum Congregationi, seù Religioni concessis, invitando Episcopos ad eorum Ecclesiam cum pompa, figura, & insigniis, propriæ Dignitati concessis, si ista sub verbo illo *præeminentia* vigore Motus proprii Sixti IV. in illa deferri non possent; Est enim conclusio, nno ore à DD. recepta, & à magnis Tribunalibus admissa, quòd ad id non se extendat facultas neque particularium Religiosorum, neque Superiorum Religionum, ex adductis *in Tomo primo par.*1. *discep.*8. *numer.* 21. & præter ibidem allegatos, *Rota in Turitana Decimarum* 21. *Novembris* 1703. *§. Denique cor. Ansaldo*, & 6. *Martii* 1705. *§. Sed quatenus cor. Molines*, & melius *in decis.* 606. *n.*6. *cor. Emer. Inn.* ibi: *Neque convalidati dici possunt ex prætenso consensu Superiorum Religionis, quoniam isti nequeunt absque Beneplacito Apostolico renunciare, sive præjudicare Privilegiis, & concessionibus, toti Ordini concessis.*

121

122

123

Quibus additur, quod talis observantia punctualiter etiam viget in Civitate Papiæ, in qua Canonici Lateranenses, absque ullo scrupulo, semper permiserunt Episcopis, etiam in casibus voluntarii accessus, ingressum in eorum Ecclesia, cum Cruce elevata, quæ observantia magnificanda est ad nostrum effectum ex allegatis *supra num.*39.

124

Remanent tres Anonimi reflexiones, quæ nullam omnino reflexionem merentur;

Non prima, quod Motus proprius Sixti IV. abstulerit omnem umbram præeminentiæ Episcoporum Lucensium in Ecclesia Canonicorum Lateranensium; quia ille ex supra animadversis nullum attulit præjudicium, nullamque importavit diminutionem præeminentiæ hierarchicæ Episcoporum.

125

In omnem verò casum, semper urgeret, quod dictum posterius Decretum Clementis VIII. nedùm dicetur restituisse umbram, sed etiam corpus, & substantiam præeminentiæ hierarchicæ in eorundem Ecclesia, permittendo Episcopis Lucensibus in eadem Ecclesia facere illasmet numero solemnes functiones, quas facere solent, sivè de Jure, sive ex consuetudine, sive ex Privilegio in propria Ecclesia Cathedrali, & quidem cum omni honore, decore, cultu, & æquali ornatu. Quæ omnia ex diametro pugnare videntur cum exclusione cujuscumque umbræ præeminentialis, ut de se patet.

126

Minus refragatur secunda contraria reflexio, quod hæc rotunda confessio, quæ legitur *in Scripturis Canonicorum*, ibi: *Admittimus in casu accessus mixti, quando scilicèt Reverendiss. Episcopus fuerit invitatus per Canonicos Regulares ad aliquas functiones, E stata fatta in favore delle altre Chiese de' Regolari, non della nostra di S. Freddiano*: Videtur enim nimis exorbitans prætendere, ut eruditissimæ Scripturæ, tàm pro veritate, quàm pro Canonicis, circa hoc punctum divulgatæ in Civitate Lucensi, & EE. PP. distributæ, compositæ fuerint pro allis Regularibus, qui nunquam somniarunt illas procurare, & non loquantur de Canonicis Lateranensibus, qui pro habendis eisdem Scripturis ad praxim in hac parte reduxerunt optimum illud *Alciati* consilium *lib.*12. *Parerg. cap.*12. *Liberalis sit Litigator, & honorarii magnitudine diligentiam Advocati provocet*; Ad quod allusit *Sacr. Rot. in Romana Mobilium* 23. *Martii* 1711. *§. Quo ad Tabulas cor. Aldrovando*, quando firmavit, non esse rem novam, neque insolitam, quòd Clientes aliqua etiam dona profundant erga Defensores Causarum, ad compensandos insolitos labores, excitandamque illorum sedulitatem.

127

128

Demùm nullius relevantiæ est tertia reflexio, innixa prærogativis Prioris S. Frigdiani, exercentis Jurisdictionem in Oppido Carrarii; Relinquendo enim in hac parte locum veritati circa dictam Jurisdictionem, nescimus videre quid commune illa habeat cum singulari Privilegio Episcopi Lucani incedendi per suum Episcopatum cum Cruce erecta, & sic etiam per Ecclesiam S. Frigdiani, quam unà cum Monasterio Canonicorum Lateranensium à fundamentis extruxit unus ex ejus Antecessoribus Episcopis, *ut vidimus suprà numer.*30. Indeque similes allegandi modos *D. Piton. in ejus discep. Eccles.*12 *num* 25. vocat allegationes *ad Balistam*, *Sperell.* verò *in dec* 138. *nu.*5. sequutus in meis *Instit. Crim. lib* 4. *ti.*8. *n* 98. illum appellat allegare doctrinas ad ornatum Urbis.

129

130

Ultrà quod contraria reflexio potiùs retorqueretur ad hominem; *Qui enim scit se quibusdam esse præpositum, non molestè ferat, aliquem sibi esse prælatum, sed obedientiam* (reverentiam possumus addere in nostris terminis) *quam exigit, etiam ipse rependat*, scripsit *S. Leo Papa* ut videre est *in can. Qui scit* 2. *quæst.*6. In qua parte habemus etiam celebre illud documentum Innocentii III. unius ex illis Summis Pontificibus, qui dictum singulare Privilegium Episcopis Lucanis concesserunt, de quo *in tom* 1. *Epist. ejusdem fol. mihi* 228. ibi: *Cùm secundum doctrinam Evangelicam, quæcumque vultis, ut faciant Vobis homines, & Vos eis eadem facere debeatis, eam obedientiam Vos convenit præstare Prælatis, quam Vobis vultis à subditis exhiberi*, cum aliis, relatis in *Tom.*1. *par.*1. *discep.*10. *nu.*10.

131

132

Itaut ex his omnibus, præcipuè simul unitis, remaneat imperceptibile, quare ex adverso tantus fiat rumor, tantæquè audiantur exclamationes, & promoveantur cavillationes adversus tria rotunda Privilegia totidem Summorum Pontificum, ad instar Archiepiscoporum concedentium Lucanis Episcopis raram facultatem seù speciale Privilegium, antè se deferendi Crucem per eorum Episcopatum, absque ullo gravamine, vel præjudicio exemptorum, quodque per talem delationem Crucis, nec *ipsis Archiepiscopo, vel Episcopo jus aliud, quodlibet acquiratur*, juxtam literam dictæ Clementinæ, & juxta punctualissimè firmata *per Gratian. discep.*467. *num.*3. ibi: *Maximè quia ista insignia Pontificalia deferuntur sine præjudicio alterius*, & *Ursell. conclus. legal.*138. *num* 29. ibi: *Præsertim quia hujusmodi Pontificalia insignia sine alterius præjudicio deferuntur*. Quod singulare Privilegium à Lucanis Religiosis, imitantibus eorum doctissimos Concives, relatos, & pro Veritate sequutos ab R. P. D. meo Fatinello, Viro literis nobilitate, ingenuitate, & probitate insigni, satis quidem noto, sed nunquam satis laudato, viriliter potiùs defendendum esset, quàm adeò frivolis reflexionibus exceptionibus, & philacteriis criticandum; Ità enim operari idem est, ac velle offuscare pretiosiorem Gemmam ex illis, quæ emicant in Mitra Lucensi, quævè desideratur in 277. aliis Episcopalibus Mitris totius Italiæ, & in 454. aliis totius Orbis, ex quo quatuor alii dumtaxat Episcopi in toto Orbe simile Privilegium habent, nempè Ostiensis, Papiensis, Bambergensis, & Quinqueecclesien. testibus *Duran. de Ritib. Eccles. lib.*1. *cap.* 9. *num.*43. *Moscon. de Majest. Milit. Eccles. par.*1. *lib.*1. *cap* 8. *fol.*236. *lit. C. Ventrigl. de Jurisdict. Archiep. cap.*7. *numer.* 2. *Barbos. de Jur. Eccles. lib.*1. *cap.*7. *numer.*103. & *Marchin. de Sacr. Ordin. tract.*4. *cap.*9. *num* 1.

133

134

135

Sacra Congreg. Concilii die 8. August. 1716. proposito dubio: *An liceat Episcopo Lucano ingredi, erecta Cruce, Ecclesiam Sancti Frigdiani Canonicorum Lateranensium in casu &c.* Respondit *Affirmativè*: Cui resolutioni DD. Canonici Lateranenses acquieverunt.

136

DISCE-

DISCEPTATIO II.

Romana Juris distribuendi Dotes.

PRO

Guardianis, seù Custodibus Vener. Archiconfraternitatis Sacrorum Stigmatum de Urbe.

ARGUMENTUM.

In Legato Dotium, distribuendarum à Guardianis, seù Custodibus Locorum Piorum, an comprehendantur Primicerii, Priores, seù alii majores Officiales eorundem Locorum Piorum, itaut in electione Puellarum, aspirantium ad easdem Dotes, votum etiam habeant iidem majores Officiales, unà cum Guardianis, quorum arbitrio relicta fuit Dotium distributio.

SOlita maturitate observavit *Sacra Rota coram Rev. Ansaldo decis.* 21. *num.* 1. rara esse morientium elogia, quæ absque controversia suum consequantur effectum, & pacificam habeant exequutionem; Quod ad unguem verificatur in testamento piæ mulieris Angelæ Bartolacciæ de Barberiis, uxoris Marci Antonii de Barberiis, qui per longum spatium ferè 40. annorum fuit unus ex diligentioribus Confratribus, & ex magis attentis Officialibus, & Guardianis Venerabilis Archiconfraternitatis Sacrorum Stigmatum de Urbe: Cùm enim post institutam hæredem eandem Vener. Archiconfraternitatem, sequentibus claris verbis suam explicaverit voluntatem circa dotium, ab ipsa relictarum, distributionem, specificè, & præcisè commissam PP. Guardianis ejusdem verè pii Loci: *E sia in oltre obligata la medesima Compagnia a distribuire tre doti di scudi trenta l'una a tre povere Zitelle, che non habbino meno d'ann. 18. tanto per il matrimonio carnale, quanto per lo spirituale, da elegersi come segue, cioè una dalli Eredi del Sig. Marc' Antonio mio Sig. Consorte, e l' altre due dalli PP. Guardiani pro tempore. Con dichiaratione espressa, rispetto alla nomina de PP Guardiani, che siano preferite quelle Zitelle, che saranno orfane di padre, e di madre.* Quamvis enim verba hæc videantur nimis clara, & literaliter explicantia ejus voluntatem, adhuc oritur dubium. An Primicerius ejusdem Ven. Arch. veniant appellatione Guardianorum, itaut Jus pariter habeat nominandi dd. puellas, unà cùm eisdem PP. Guard. vel potiùs an isti, privativè quoad d. Primicerium, omnesque alios Officiales, nominare possint easdem puellas; Circa quod pro veritate, & conscientia de meo sensu nomine Guardianorum requisitus, atque omnibus maturè pensatis, censeo, idem Jus nominandi puellas privativè quoad omnes alios spectare ad dd. PP. Guardianos pro tempore.

Moveor à litera testamenti, quæ non potest esse magis clara, neque cum majori energia potuit eadem pia testatrix suam in hac parte explicare voluntatem, quàm vulgari sermone demandando, duas ex dd. puellis eligendas esse *dalli PP. Guardiani pro tempore* Iterum paulò post eadem verba repetendo, ibi: *Rispetto alla nomina de' PP. Guardiani*; A' quibus claris verbis non est recedendum, ut, omissis generalibus, in præcisis terminis nostri casus firmavit *Rot. cor Buratt. decis.* 129. *sub num.* 8. *& coram Cerro decis.* 677. *num.* 5. ibi: *A verbis illius non est recedendum*, cum aliis allegatis, & sequutis *à Card. de Luc. de Dote disc.* 9. *num.* 5. ibi: *Ut in specialibus terminis subsidiorum dotalium, ab aliquo pio Loco de præcepto testatoris distribuendorum puellis, quod istarum electio liberè pertineat ad eos, quibus distributio iniuncta est, firmatur, & ut pro absoluto supponitur per Rotam &c.*

Idque optima ratione, quia testamentorum, verbis quantùm fieri potest, semper adhæren. est, in terminis punctualibus benè *Pignatell. consul.* 72. *num.* 10. ibi: *Voluntas testatoris debet accipi ut verba sonant, &* meliùs *Rot in p.* 5. *recent. decis.* 131. *num.* 1. ibi: *Fundant eorum intentionem in testamento, in quo cautum est quod nominatio puellarum, & approbatio fieri debeat per hæredes descriptos, cui semper inhærendum est quantum fieri potest*, & in ejus confirmatoria *la* 213. *ejusdem part & num.* ibi. *ut propterea tanquam de casu ex lege testatoris terminato &c & cor. Royas decis.* 75. *num.* 1. *&* 2. ubi quod stante specificatione personæ, cui testator reliquit Jus nominandi, non est admittenda voluntatis quæstio, *& in decis.* 251. *num.* 3. *par.* 19. ibi: *Quoad distributionem dotium consenserunt pariter DD. constare de bono Jure Canonicorum quibus assistere visa est mens, & voluntas testatoris, à qua tota res geritur.* Estque generale, & vulgare dictum, quod *testamentum non cantat, neque ego cantabo*, de quo *Alex. cons.* 52. *num.* 12. *lib.* 4. *Bordon. in Opusc. de Legat. ti. de Legatis in genere quæst.* 30. *in fine, seu num.* 156 *& Rota decis.* 358. *num.* 10 *in medio par.* 3. *rec.* Atque æquè famosum dictum illud: *Testamentum de te non loquitur*, de quo: *Joannes Andreas in Addition. ad Speculator.* sequutus *à Rota in dec.* 238. *n.* 3. *par.* 15. *rec. & in Faventina Immunitatis* 23. *Febr.* 1706. *§. Tota cor. Rev. Ansaldo.*

Fortiùs, quia sumus in testamento fœminæ, & legatum conceptum fuit vernacula lingua, in quibus terminis eò magis, relictis Juris apicibus, semper inhærendum est literæ testamenti, ex adductis in terminis primæ conclusionis per *Roman. cons.* 4. *numer.* 6. *Alex. cons.* 44. *numer.* 7. *lib.* 5 *& cons.* 102. *num.* 12. *&* 13. *lib* 6 *Noal. cons.* 89. *num.* 8. *in fine*, *Buccaferr cons.* 30. *num.* 13. *Mantic. de Conjectur. lib* 3. *ti* 8. *num.* 9. *in fine*, *Fusar. de Subst it. quæst.* 379. *numer.* 20. *Saminiat. controv.* 38. *num.* 13. *& seq. Rota in Fanen. Dotium, seù Transactionis* 2. *Julii* 1710. *§. Verùm in fine cor. Crispo.* Et in terminis secundæ *Barbos Vot. Decisiv.* 98. *num* 75. *seqq. lib.* 3. *Mantic de Tacit. lib.* 2. *ti.* 8. *num.* 3. *de Luc. de Fideic. disc.* 42 *num.* 8. *& disc.* 235. *num.* 4 *& Monacell in Form. tom* 1. *ti.* 10. *formul.* 9 *num.* 9.

Neque desideratur, sed in promptu est congua ratio, & rationabilis congruentia interpretandi verba testamenti de quinque Guardianis dumtaxat, qui præcisè in illo nominantur, omnibus aliis Officialibus exclusis; Tum quia Testatrix potuit habere respectum ad numerum Stigmatum S. Francisci, à qua regulatus fuit *in Statuto cap.* 5. numerus Guardianorum his verbis: *Li Guardiani dovranno essere cinque, ad onore delle cinque Sagre Stimmate del N. P. S. Francesco*; Quod repertum pariter fuit in *Cap.* 33. Tum etiam, quia nostræ Testatricis Vir fuerat unus ex dd. Guardianis Archiconfraternitatis; Unde præsumitur affectio ejusdem Testatricis erga illa officia, quæ ejus maritus in vita occupavit, decoratusque fuit, per ea, quæ in nostris præcisis terminis, & pro interpretatione similis legati, cumulatis concordan. egregiè firmavit *Rota in decis.* 295. *num.* 6. *cor. Cerr.* & concordant alii adducti in *Romana Fideicommissi de Ruspolis* 23. *Junii* 1684. *cor. Rondinin.* impressa apud *Bertacchin. Vot. Decisiv.* 119. *num.* 23. *& num.* 32.

Præsumitur pariter ex continua familiaritate, & familiaribus discursibus cum ejus Viro frequentissimè habitis, quod probè sciret ea omnia, quæ omnibus Novitiis nostræ Archiconfraternitatis, & omnium aliarum Confraternitatum Urbis notoria sunt, quod scilicet Guardiani sint Officiales re, & nomine omnino distincti, & prorsùs discreti à Primiceriis, seù Prioribus dd. Locorum piorum: Et proinde eò ipso, quod non semel, sed repetitis vicibus vulgari lingua loquuta fuit de Guardianis, nulla facta mentione de Primicerio, clarè dedit intelligere, vocasse solos Guardianos, atque fuisse loquutam secundùm vulgarem usum, communiter receptum, & practicatum inter Confratres nostræ Arch. circa discretivam, seu diversam denominationem dd. Officialium, ex punctualiter animadversis per *Card. de Luc. de Dot. dis.* 9. *num.* 9. *in princ. Bordon. in Opusc. de Legat. ti. de Legat. in genere cap.* 1. *n.* 123. *&* 128. & firmatis *per Rot. in dec.* 239. *n.* 4. *par.* 7. *& dec.* 260. *n.* 9. *par.* 9. *rec.*

Quæ nullatenus tolli videntur ex iis, quæ in contrarium potiùs pro acuendis in scholis ingeniis subtiliter excogitari, quàm pro indaganda in casu concreto nostræ piæ Testatricis voluntate, obiici possunt.

Non enim obstat, quod Primicerius, tanquam Caput Officialium Arch. seu Guardianus Guardianorum, non possit dici exclusus à dispositionibus, exaratis favore eorundem Guardianorum, qui ulteriùs dicantur constituti in adjutorium, & supplementum Primicerii: Ideoque quidquid Guardianis relictum fuit, nunquàm intelligatur relictum privativè ad suum Caput, sed semper cumulativè cum eodem Capite, quando est præsens, ut in terminis juris, competentis Capitulo, quod non intelligatur exclusivè ad Episcopum, præsentem actui Capitulari. firmavit *Rota in Hispalen Juris præsidendi in Capitulo* 2. *Julii* 1700 *§. Licèt cum seq coram Olmo.*

Pro remotione enim objecti supponendum est id, quod uno ore receptum est inter Canonistas, quod scilicet ea, qua prædicantur de illis Officialibus, quorum unus se habet

22 habet ut Caput principale, sine quo nihil potest fieri, alii verò tanquam membra, habentia totalem dependentiam ab eodem Capite, nullo modo applicantur Officialibus majoribus Locorum piorum, ea ratione, quia Rector, seu Primicerius, vel quocumque alio titulo nuncupetur primus Officialis, seu Prior, non est simpliciter necessarius ad essentiam Confraternitatis, sed potest primam figuram inter eosdem Officiales facere antiquior ex illis, ut, examinata ad partes quæstione, benè probat, & contra-
23 riis respondet *Franc. de Eccles. Cathedr. cap.* 25. *à num.* 77. & latiùs *Ricciul. variar. Lucubrat. tit. de Confraternit. cap.* 8. *per totum*.

Cæterùm in illis Confratribus, & Locis piis, in quibus, juxta frequentem praxim, talis Officialis major constitutus reperitur, sivè cum titulo Primicerii, sivè Prioris,
24 sivè quocumque alio nomine nuncupetur, idem Primicerius, seu Rector, non habet illam potestatem erga alios Officiales, quam habet Caput principale cum suis membris, sed est simplex Caput numerale, diciturque habere solam præeminentiam fraternalem, cum illa unica differentia, quæ reperitur inter Fratrem, nato majorem, & alios minores fratres, ut cumulatis concordantibus, notant
25 *Ricciull. variar. Lucubrat. tit. de Confraternit. cap.* 8. *num.* 3. ibi: *Habet præeminentiam fraternalem, similem illi, quam habet frater major in domo*, & *Franc de Eccles. Cathedr. dict.*
26 *cap.* 25. *num.* 287. & *seqq.* ibi: *Nec enim potest Rector, sivè Præsidens, &c. tantùm enim habet potestatem fraternalem, sicut major frater in domo &c.*

Cum qua Juris communis dispositione concordant nostra Statuta, quæ non solùm non considerant inter Primicerium, & Guardianos illam differentiam, quæ intercedit
27 inter Caput principale, & membra, sed etiam in illis rebus, quæ concernunt negotia, & interesse Archiconfraternitatis, potiùs omnimodam inter eosdem ponit æqualitatem, ut videre est *in cap.* 11. ibi: *Si possa prolongare tante volte, quante parerà al Primicerio, e Guardiani*, & ibi: *Il Primicerio, e Guardiani verranno all' elezione degl' altri Sindici, &c.* & *cap.* 12. ibi: *Farà quel di più, che dal Primicerio, e Guardiani li sarà ordinato, & cap.* 14. ibi: *Esseguirà quel tanto, che dal Primicerio, e Guardiani li sarà ordinato,*
28 & *cap.* 21. ibi: *Secondò parerà al Primicerio e Guardiani, & cap.* 6[illegible]. ibi: *La Candela di S.B. vogliamo, che sia di libre sei &c. quella del nostro Primicerio, e Guardiani sia d'una libra &c.* & alibi millies, repetendo eadem numero verba ferè in omnibus capitibus dictorum Statutorum.

Imò rotundis literis eodem prorsus modo, nulla superaddita differentia, vocantur à Statuto Superiores Confra-
29 trum, & principales Administratores rerum Archiconfraternitatis, tàm Primicerius, quàm Guardiani, ut videre est in *cap.* 38. *in fine*, ibi: *Riservando però sempre l'autorità al Primicerio, e Guardiani di poter far scrivere, &c. parendo così a loro, come principali, e Superiori*; Circa quod concordat etiam *Rituale Archiconfraternitatis lib.* 1. *cap.* 1. §. 1. ubi loquendo de Primicerio, & Guardianis, dicitur *Usando loro tal rispetto, come a nostri Superiori*. Quod Statutum, utì in specificè confirmatum à Sanctæ Memoriæ Clemente X. dicitur Papale, & tanquam particularis lex servandum ut omissis generalibus, in specie probat *Antolin. in Notis ad Statut. Aurific. Urbis proem.* 2. *num.* 17.

Si igitur Primicerius, & Guardiani nostræ Archiconfraternitatis sunt æqualiter principales Administratores, & æqualitèr Superiores in eadem Archiconfraternitate, non
30 sinè manifesta detorsione prætendi potest, ut inter eos adsit illa proportio, illaque subordinatio, quæ reperitur inter Caput principale, & ejus membra, seù inter Superiorem, & inferiorem, inter Episcopum, & Canonicos, inter Senatum, & Præsides, inter Abbatem, & Monachos, inter Imperatorem, & Duces.

Excluditur pariter, & quidem ex sola apertione, & lectura Statutorum eadem subordinatio Guardianorum respectu Primicerii, utì ad suum Caput principale, velu-
31 ti inferiorum ad Superiorem, & quidem tali, tantaque claritate, ut nihil clariùs possit excogitari, eò quia respectu bonorum, & rerum nostræ Archiconfraternitatis multæ attribuuntur facultates solis Guardianis, quæ denegantur Primicerio, quamvis è conversò isti multæ aliæ concedantur, quæ non sunt communes Guardianis, ut si-
32 gnanter videre est *in Statuto cap.* 8. & *cap.* 18. quæ discretiva omnem omninò subordinationem, & paritatem subjectionis inter Caput, & membra ad hominem exclu dit, per ea, quæ notant: *Bursatt. cons.* 131. *num.* 49. *Spad. consil.* 52. *num.* 4. & 5. *libr.* 1. & *Rota in Romana Manutentionis* 16. *Januarii* 1690. §. *Minùs coram Card. Caprara*.

Guardiani enim ad exclusionem Primicerii retinent cla-
33 ves Sacrarum Reliquiarum *cap.* 5. & *cap.* 7. Publicant electionem Officialium *dict. cap.* 5. Præsidendo Congregationi, sufficiunt pro validitate electionum, quæ in illa peraguntur, *dict. cap.* 5. Intimare faciunt Congregationes, & Processiones ordinarias, *cap.* 9. Eorum sola subscriptiones exequutioni demandantur mandata pro salariis minorum Officialium, & Cappellanorum, *dict. cap.* 5. Possunt expendere ad eorum libitum ex redditibus Archiconfraternitatis, usque ad summam scutorum decem, *dict. cap.* 5. Habent particularem curam omnium bonorum Archiconfraternitatis, *cap.* 9. Procurant recuperationem Legatorum
34 relictorum Archiconfraternitati, *dict. cap* 9. Adimplere faciunt onera, ad eandem spectantia, *dict. cap.* 9. Intimare faciunt omnes Congregationes, tàm Generales, quàm Secretas, *dict. cap.* 9. Corrigunt Officiales non adimplentes propria officia, *cap.* 10. Ad eorum libitum injungunt Secretario ea, quæ concernunt intimationes Congregationum, & Processionum, *cap.* 12. Præcipiunt eidem in casibus, sibi benè visis, ut det copiam Scripturarum, & resolutionum
35 Congregationum, tàm Secretæ, quàm Generalis, *dict. cap.* 2. Designant Cantores in Processionibus, & aliis Officiis, *cap.* 13. Augere possunt ad eorum arbitrium quantitatem solitæ eleemosynæ, quæ tribuitur Confratribus, vel Consororibus infirmis, *cap.* 14. Procurant pacem inter Confratres diffidentes, *cap.* 16. Retinent apud se copiam Inventarii bonorum, & Jurium, ad Archiconfraternitatem spectantium, *cap.* 17. Permittunt Archivistæ extractionem Librorum, & Scripturarum ab Archivio, pro-
36 ut sibi magis placet, *dict cap.* 17. Expensæ litium solvuntur cum mandatis, à solis Guardianis subscriptis, *cap.* 18. Cum eorum pariter sola subscriptione solvuntur aliæ expensæ, concernentes interesse Archiconfraternitatis, *cap.* 20. Provisori Ecclesiæ dare possunt licentiam expendendi
37 ex redditibus Archiconfraternitatis usque ad summam scutorum decem, *dict. cap.* 20 Reaptationes domorum fiunt cum eorum sola permissione, & consensu, *cap.* 22. Contrà Exactorem negligentem in officio, ex seipsis procedere possunt, *cap* 23. Non obstante lapsu duorum mensium à die admissionis, possunt permittere, ut recipiantur, & admittantur Confratres, anteà descripti, *cap.* 27 Ipsi recipiunt Memorialia pro admissione Confratrum, *dict. cap.* 27. Integram illam summam, quæ in fine cujuslibet mensis reperitur in Capsulis eleemosynarum, possunt ad eorum libitum distribuere, *cap.* 30. In Congregationibus proponunt negotia Archiconfraternitatis, *cap.* 34. Eorum præsentia validas reddunt, tàm Congregationem Secretam, quàm Generalem, *cap.* 34. & 35. Proponere possunt in Congregatione Generali id, quod propositum, & resolutum non fuit in Congregatione Secreta, *cap.* 35. Absque ulla
38 formalitate possunt ad eorum arbitrium adscribere Sorores consortio aliarum Sororum Archiconfraternitatis, *cap.* 38. Omnimodam demùm, aliis Omissis, de quibus latè *in Statut. cap.* 9. *per totum*, habent facultatem præcipiendi Mandatariis ea, quæ sibi utilia videntur pro bono gubernio Archiconfraternitatis, *cap.* 39.

Quæ facultates, & munera, distincta ab illis, quæ in eodem Statuto attribuuntur Primicerio, ut ex illorum consi-
39 deratione notum est, non sunt operationes, particulariter tangentes personas Guardianorum, sed respiciunt interesse totius Archiconfraternitatis; Itaut nullo modo considerari possint utì propriæ, & particulares operationes, quæ attribui solent cuilibet membro, separato à suo capite principali. Imò ad exclusionem Primicerii (quem Statuta, utì Prælatum ut plurimùm præsupponunt impeditum) cubitalibus istis literis mandant, totam curam, & totalem
40 administrationem bonorum Archiconfraternitatis spectare ad Guardianos: *Abbino a sostenere il maggior peso dell'amministrazione, dovendo il tutto passare per le mani loro*, ut videre est in *Cap.* 9. *dd. Statutorum*.

Ex quibus remanent inapplicabilia ea omnia, quæ fa-
41 vore Primicerii adduci possunt, ipsum considerando utì Caput, & Guardianos, utì illius membra, eò quia videtur demonstratum, cohærenter ad Juris communis dispositio-
42 nem, & ad terminos Statutorum nostræ Archiconfraternitatis Primicerium in ordine ad Guardianos non habere, nisi fraternalem præeminentiam, quæ nullam aliam, præter nominis diversitatem, & ordinis numeralis prærogativam, importat ex hucusquè animadversis, & egregiè notat *Dom. Pitonus discept.* 44. *num.* 3. ubi sequendo *Ceccoper. Lucubrat. canon. lib.* 4. *num.* 2. ad rem nostram distinguit
43 duplex

duplex caput; Quorum unum dicitur principale, quale est Episcopus, sive alius Prælatus, habens territorium separatum, cum jurisdictione quasi Episcopali, in ordine ad suos Canonicos; Aliud verè dicitur caput numerale, qualis est prima Dignitas Collegiatæ in ordine ad eosdem Canonicos, asserens proinde, quod eadem prima Dignitas, uti caput numerale, non dicatur habere sub 44 se Canonicos, tanquam membra. Et Nos, cohærenter ad ejus scripta subjungimus, quod in nostris terminis Primicerius, veluti frater major, vel tanquam solum, & simplex caput numerale Guardianorum, non potest cum fundamento prætendere, ut illi dicantur ejus membra; Minusque regit in facto animadversio illa, quod Statuta nostræ Archiconfraternitatis circa ejusdem res, & bona semper consideraverint Guardianos, unitos cum Primicerio eo modo, quo membra semper considerari solent unita cum suo capite, sed potiùs ad oculum patet oppositum, ex rotunda dispositione, quæ legitur *in cap* 9. his 45 verbis opportunè hìc repetendis. *Abbino a sostenere il maggior peso dell'amministrazine, dovendo il tutto passare per le mani loro.*

Minùs pro cognoscenda qualitate, & authoritate Primicerii nostræ Archiconfraternitatis aliorumque Locorum piorum Urbis, potest recurri, vel ad illos Textus Juris 46 Canonici, & ad titulum 25. *quinti libri Decretal*, in quibus sermo est de Primiceriis; Vel ad alios Textus Juris Civilis, in quibus habetur idem nomen Primicerius, & signanter in *leg. Primicerium Cod. de Fabricen. lib.* 11. *& in leg. Primicerium Cod. de Domestic. & Protect. lib.* 12. *in leg.* 1. ubi: *Gloss. in Rubric. Cod. de Primicer. eodem lib.* 12. Quia istorum Pimiceriorum officium nihil omninò commune habet cum Officialibus Confraternitatum, & Locorum piorum, ea ratione, quia Jure Canonico attento, *Primicerii Officium est docere Diaconos, & reliquos clericos cantandi formam, eisque lectiones ad Matutinum cantandum distribuere, & modum cantandi in Choro pro solemnitate, & tempore ordinare*, sunt verba *Barbosæ*, citantis concordantes *de Jure Eccles. univers. lib.* 1. *cap.* 28. *num.* 6. *& de Canon. cap.* 47 9. *eodem num.* cum quibus concordat *Div. Gregor. Epist. ad Laudefred. Epis.* per extensum relata *à Macr. in Hierolexic. verb. Primicerius*. De Jure verò civili *Primicerius dicitur, ille, qui primo loco scriptus est in matricula Notariorum, & primum locum obtinet*, sunt verba *Vocabularii Uutriusque Juris verb. Primicerius*; Indeque alii Notarii dicuntur Se- 48 cundocerei, Tertiocerii, & sic de aliis *juxta tit.* 7. *lib.* 12. *Cod.* ibi: *de Primicerio, Secundocerio*, & observavit *Div. Gregor. lib.* 9. *Epist.* 33. *registrata apud Macr ubi supra*: ubi, ait: *Hanc autem Epistolam Pacerio Secundicerio Notario Ecclesiæ nostræ scribendam duximus*; Necnon *Raspon. de Basil. Lateran lib.* 3. *cap.* 18. & longè antè etiam *Torreg. de Grypt. Vatican. pag.* 504. asserens Sanctos Segium, & Bac- 49 cùm fuisse tali officio decoratos, taliquè nomine appellatos, ibi: *Duas torques Sergius, & Baccus Primicer. & Secundicer. &c.*

Relictis proinde hujusmodi disparatis signficationibus, nil commune habentibus cum Primiceriis Archiconfraternitatum, & Locorum piorum, ad nostrum effectum pro- 50 babiliter dici potest, quod Primicerius dicatur talis ex eo, quod in functionibus Ecclesiasticis primum portat Cereum, juxta *Gloss. in dict. leg* 1. *in explicatione Tituli de Primicer.* 51 *& Secundicer. lib.* 12. ibi: *Dicitur Primicerius, qui primus portabat Cereum in aliquo festo*; Vel probabiliùs affirmare possumus, Primicerium dici talem ex eo, quod primum occupat locum inter Officiales Loci pii, eo modo, quo primus Diaconus inter Cardinales vocabatur: *Diaconus Cardinalis Primicerius*, referente *Luitprando Cremonen. Episc.* 52 *in lib.* 6 *Historiar sui temporis in Europ. gest. cap.* 6. relato *à Macr. in Hierolexic. verb. Primicerius ante finem*. Vel demum, Primicerium dici ex eo, quod sit Officialis retinens sigillum, juxta opinionem *Cassiodori*, sequuti *à Macro ubi supra*, his verbis: *Aliqui tamen Authores censuere, hoc Primicerii vocabulum à sigillis officialem significare, qui à Cassiodoro Protocerius appellatus fuit.*

Quæ significatio concordare magis videtur cum praxi primorum Officialium omnium Locorum piorum Urbis, 53 apud quos conservari solent sigilla eorundem, ut notum est in aliis Locis piis, & per spatium plurium annorum practivavi ego eo tempore, quo fui Prior Venerandæ Archiconfraternitatis SS. Sacramenti in Ecclesia SS. Celsi, & Juliani, & alterius Archiconfraternitatis pariter SS. Sacramenti in Ecclesia SS. Laurentii, & Damasi, ut videre pariter est *in nostro Statuto cap.* 8. *tit. de Primicer.* ibi: *Il giorno, che il Prelato entrerà in officio, se gli consegnerà il Sigillo grande dell'Archiconfraternità, qua.e dovrà tenere durante il suo officio.* Ex quibus videtur ad hominem demonstra- 54 tum, quod quocumque modo consideretur nomen Primicerii, ex tali denominatione nullum omninò signum superioritatis, & qualitatis Capitis principalis respectu Guardianorum inferri potest.

Neque alicujus ponderis est reflexio illius subordinationis quoad Syndicatum, quæ respectu Guardianorum determinatur in Statutis Archiconfraternitatis erga Primice- 55 rium: Quia id nullam involuit subordinationem in reliquis, nullamque importat majorem qualitatem respectu Primicerii, eodem prorsus modo, quo talis facultas respectu Syndicorum nullam denotat superioritatem quoad Guardianos, licèt iidem dictis Syndicis reddere teneantur rationem eorum administrationis, juxta clara illa verba *ejusdem Statuti cap.* 9. *Saranno obligati dd. Guardiani di stare al sindicato, e render conto di tutta l'amministratione alli nuovi Sindi-* 56 *ci*: Ex quibus remanet clarum, quod sicuti Guardiani non dicuntur subordinati Syndicis, quamvis istis teneantur reddere rationem eorum administrationis, ita neque dicantur subordinati Primicerio, quamvis iste revidere possit id, quod fecerunt dd. Syndici.

Longè minorem habet subsistentiam reflexio, deducta *ex Rituali Archiconfrat. lib.* 2. *cap.* 3. *in fine*, ubi occasione 57 agendi de sacris functionibus, expleri solitis in ejus Ecclesia, sequens legitur declaratio: *E in tuttociò, che si prescrive in questo Rituale, da farsi con ordine, & ad arbitrio de' Padri Guardiani, s'intenda esser compreso anche il Primicerio, benche assente, come anche nell'assistere, che si dice alle funzioni de' Padri Guardiani, si comprehenda similmente il detto Primicerio.*

Responsio enim nimis solida, & æquè clara deducitur ex dd. verbis, literaliter restrictis ad id, quod præscribitur in 58 Rituali, in ordine ad functiones, ibi: *In ciò che si prescrive in questo Rituale*: A' quibus non sine manifesta verbo- 59 rum violentia fieri potest transitus, & extensio ad id, quod non præscribitur in Rituali, & ad operationes œconomicas, quæ nil commune habent cum functionibus Ecclesiasticis, circa quas cum longè majori facilitate procedi solet, ex dispositione nostri *Statuti cap.* 26. *in fine*, *& cap.* 36. *ante finem*.

Quod palpatur manibus, observando, quod si eadem reflexio subsisteret, probaret etiam, Primicerium comprehen- 60 di sub nomine Guardianorum in omnibus illis operationibus, & actibus, determinatis in Statutis, qui indicati fuerunt *supra num.* 33. *& seqq.* quod est adeò insubsistens, adeoquè rationi, congruentiæ, & praxi oppositum, ut nil magis insubsistentius valeat excogitari.

Prout etiam nullo modo applicatur hìc regula illa, quod verbum, uno modo acceptum, & explicatum in una par- 61 te, eodem modo accipi, & explicari debeat in alia parte, ex deductis *per Peregrin. de Fideicom art* 25. *num.* 3 *Ridolphin. allegat.* 33. *num.* 12. *& Rot decis.* 3. *num.* 18 *&* 19. *part.* 19. *recent.* Regula enim vera est respectu ejusdem Statuti, Scripturæ, seu Libri, ut loquitur *Rota ubi proximè*, ibi: *Verbum enim uno modo acceptum ab uno capite Statuti, eodem modo accipiendum est in alio*. Non autem procedit in di- 62 versis Libris, ut in præsenti verificatur, *ex adductis per Rot. in decis.* 301. *num.* 18. *in fine coram Ludovis. & decis.* 229. *num.* 7. *coram Cels. & decis.* 345. *num* 13 *part.* 16. *recent.* Quia Rituale nil commune habet cum Statuto, uti compositum ad meram instructionem Confratrum, pro regulanda ordinatione sacrarum functionum. E converso autem respectu Statuti, nedum nulla pars afferri potest, ex qua deducatur, Primicerium posse facere ea, quæ demandata sunt Guardianis, sed potiùs resultat oppositum, *ex adductis supra à num.* 33.

Tantùm verò abest, quod declaratio Ritualis circa functiones Ecclesiasticas, aliquid concludat favore Primicerii in reliquis negotiis, tangen interesse Archiconfraterni- 63 tatis, quin potiùs ad hominem videatur retorqueri, eòquia sicuti Authores Ritualis id fecerunt quoad dd. functiones, ita idem omninò eodem pariter modo determinassent statuentes in rebus Oeconomicis, & aliis Juribus Archiconfraternitatis, si id facere voluissent, ducto argumento à contrario sensu, quod in jure validum reputatur *ex adductis* 64 *per Rotam in decis.* 176. *num.* 18. *coram Priol & decis.* 80. *num.* 16. *part.* 19. *recent.* cum aliis allegatis in *tom.* 1. *part* 1. *discept.* 15. *num.* 17.

Cæterùm ad solius materiæ ornatum subjungimus, quod quatenus per impossibilem hypothesim, talis de- 65 claratio

claratio legeretur in ipsomet, Statuto, & quidem quoad actus, & operationes, concernentes bona, & res Archiconfraternitatis, adhuc nullum omninò robur adderetur eidem contrariæ reflexioni. Ea viva ratione, quia non sumus in terminis dispositionis, relativæ ad Statuta, sed puræ, claræ, & simplicis dispositionis, in quibus terminis nulla habenda est ratio Statuti, neque insistendum est generali præsumptioni, quod illi se conformare voluerit disponens, prout egregiè in nostris punctualibus terminis observavit: *Rot. coram Buratt. decis. 129. num. 1. & 2.* 66 ibi: *Dispositio Testatoris respectu qualitatum Puellarum non est relativa ad dd. Constitutiones; ideoque electio debet esse libera, & non qualificata, & num.* 8. ibi: *Demum non obstat, testatorem, tanquam unum ex Confratribus d. Archiconfraternitatis voluisse se conformare cum illius ordinationibus, & statutis, quia ultra quod conjectura ista procedit in dubio, & quando voluntas est tacita, & ambigua &c. secus ubi verba repugnant &c. vel violarentur &c Illis enim magis inhærendum est &c.* ubi *Adden lit. A.* ibi: *Hanc decisionem in eisdem terminis sequuta est Rota in Romana Ele-* 67 *ctionis Puellarum 27. Novembris 1624. coram Pirovani* quæ non reperitur impressa, & meliùs *eadem Sacr. Rota coram Cerro decis. 677. num. 37.* ibi: *Neque dicatur, quod Testator præsumatur, se voluisse conformare cum Statutis Societatis, quia dum non mandavit, Puellas dotari juxta formam Statutorum, sed simpliciter, & absque ulla conditione, à verbis illius non est recedendum*, quam de- 68 cisionem in eisdem terminis collaudat, & sequitur *eadem Rota in Romana Dotium 14. Junii 1677. §. fin. coram Bourlemont.*

Inconveniens illud, quod videatur repugnare, ut particulariter congregatis Primicerio, & Guardianis, pro 69 distributione Dotium, de quibus est quæstio, ille debeat stare mutus, & relinquere curam solis Guardianis, quasi illis inferior, præterquam quod non habet assistentiam facti, dum mihi constanter supponitur, quod pluribus ab hinc annis nilla fiat Congregatio particularis, nulliquè habeantur discursus inter Primicerium, & Guardianos pro dictarum dotium distributione, sed quotannis duo ex dictis Guardianis, quibus illæ per turnum 70 obtingunt, summa pace singulariter tradunt Schedulam Secretario Archiconfraternitatis, ad hoc, ut solitam Cedulam expediat favore Puellæ, ab ipsis in dicta Schedula designata.

Et tamen in hac parte ad exuberantiam considero, quod etiam si hìc, & nunc electio Puellarum ad contro- 71 versa subsidia fieret in una ex Congregationibus omnium Officialium Archiconfraternitatis, in quibus præsentes essent, tàm Primicerius, quàm Guardiani, prout non semel in præteritum, factum fuit antè turnariam divisionem, de qua supra, eo quia extra omne dubium est, quod huic electioni pacificè semper præsens fuit Eminentissimus D. Card. Albanus tempore quo fuit nostræ Archiconfraternitatis dignissimus Primicerius, & signanter in Congregatione habita sub die 13. Julii 1708. Adhuc nullum ob id resultaret inconveniens, nullumque emerge- 72 ret absurdum, eodem prorsus modo, quo nullum absurdum, nullumque inconveniens reputatur, quando Guardiani, sivè præsente, sivè absente Primicerio, adimplent ea, quæ ipsis demandantur in Statuto, puta ordinare Archivistæ, & Secretario, ut aliis commodent Libros Archiconfraternitatis, vel dent copiam resolutionum Congregationum, tam secretæ, quàm Generalis; Præcipere Architecto, ut reaptari faciat domos, ad Archiconfraternitatem spectantes; Facere eleemosynam ex redditibus Archiconfraternitatis, seu ex illis summis, quæ repe- 73 riuntur in capsulis eleemosynarum: Dare licentiam Provisori Ecclesiæ expendendi usque ad summam scutorum decem; Subscribere mandata salariatorum, & Capellanorum, cum aliis indicatis supra *num. 33. & seqq.* Undè multò minus erit inconveniens, quod iidem Guardiani, sivè præsente, sivè absente Primicerio, adimpleant ea, quæ non continentur in Statutis, sed proveniunt ab extrinseco, seù à personis, quæ nullum habuerunt respectum ad Statuta Archiconfraternitatis, minusque ad ipsum Primicerium, sed ad solos Guardianos, ipsis probè cognitos, & specificè non semel nominatos, ut consideranti est manifestum.

Ex quibus nulla superest necessitas investigandi; An legatum, relictum certis Officialibus Loci pii, dicatur 74 relictum ipsi Loco pio in genere, seu uti Corpori, constituto ex omnibus illius Officialibus, vel potiùs dicatur relictum illis dumtaxat, qui nominati fuerunt: Et nihilominus hujus pariter respectu magis communiter inclinant Doctores in illam opinionem, quod tale legatum dicatur relictum Officialibus nominatis tantùm non autem Capiti, seu Corpori Confraternitatis, ut in terminis Juris præsentandi ad Beneficia advertunt *Tondut. quæst benefic. part.* 75 *3. cap. 159. num. 7.* & alii, quos refert, & sequitur *Duran. in discurs.* impresso *post decis. 289. num. 121. & seqq. Rot. in decis. 144. num. 8. part. 5 recent. & in Majoricen. Beneficii 6. Decembris 1709. §. Quodque coram Rev. Ansaldo.* Et in terminis Legati, facti Guardianis Confraternitatum *Rota coram Duran. decis. 130 num. 9.* ibi: *In casu nostro Custodes, ut ad sensum patet non repræsentant Locum, quinimò nec totam Confraternitatem, & propterea legatum, eis relictum,* 76 *non censetur Ecclesiæ factum, ut in simili Covarruv. &c. & decis. 291. num. 15. coram Eodem.* Et contrarium asserendo in necessariam consequentiam non solùm veniret admittendus Primicerius, sed omnes alii minores Officiales; Imò omnes Confratres nostræ Archiconfraternitatis, ut in terminis advertit *Franc.* citans concordantes *de Eccles. Cathedr. cap. 25. num. 186.* ibi: *Præsentatio verò, occurrente vaca-* 77 *tione, ad totam Confraternitatem, non verò ad Rectores, vel Officiales pertinebit.*

Vis illius diversæ denominationis Patrum, qua vocantur Guardiani, à titulo Reverendissimus *seu Monsig.* quo 78 appellatur Primicerius quæ pariter nimium stringit ad ostendendum, quod nomine Guardianorum non veniat Primicerius, nullatenus tollitur ex responsione, quod hæc denominatio non legitur in Statutis, quæ attendenda in hac parte sunt, neglecto communi loquendi usu, quo à vulgo appellantur. Quia Nos non quærimus intentionem Statuentium, sed unicè insistimus in dicta diversi- 79 tate denominationum pro dignoscenda mente, & voluntate Testatricis, cui quantùm ignota erat dispositio nostrorum Statutorum, tantùm notissimus erat communis usus, & vulgatus mos appellandi Guardianos, qualis fuerat ejus Vir, nomine Patrum. Et proindè in hac parte non ad Statuta, sed ad communem usum loquendi recurrendum est pro interpretanda ejus voluntate, ut, præter suprà adductos, in nostris terminis advertit *Card. de de Luca* 80 *de Dot. disc 9. num. 6.*

Argumentum, desumptum à majori prudentia, judicio, & consilio Primicerii, qui uti Prælatus, ratione majoris experientiæ, simul cum Guardianis potest meliùs 81 exequi voluntatem Testatricis, & magis rectam dotium distributionem facere, ex animadversis per *Div. Piton. Discept. Eccles. 13. num. 38. & 56.* quantùm in abstracto verum, & plausibile est, tantum in concreto casus nostri est prorsus insubsistens; Eò quia Guardiani, sicuti omnem habent facultatem distribuendi dotes tam pro matrimo- 82 nio spirituali, quàm carnali, ità nullum aliud omninò habent arbitrium distribuendi dotes potiùs uni, quàm alteri Puellæ, sibi benè visæ, sed ex præcisa, expressa, & clara lege testamenti illas dare semper debent pauperibus puellis, *che non habbino meno d'anni* 18. semperquè præferre teneantur illas puellas, quæ utroquè parente orbatæ sunt ibi: *Con dichiarazione espressa, rispetto alla nomina de'* 83 *Padri Guardiani, che siano preferite quelle Zitelle, che saranno orfane di Padre, e di Madre:* Itaut, attenta hujusmodi clara lege testamenti, PP. Guardiani taliter habent ligatas manus, taliterquè coarctatum arbitrium, ut neque etiam possint nominare puellas, orbatas solo patre, adversus communem DD opinionem, secundùm quam puellæ illæ, quæ non habent Patrem, capaces sunt illarum dotium, quæ dari debent puellis orphanis, ex latè ani- 84 madversis per *Gratian. discept. 666. num. 1. usque ad num. 16. Dian. coordinat tom. 6 tract. 8. de Testam. resol 44. num. 3. vers. Tertio legatum Leoncill. de Privileg. pauper. quæst. 2. privileg. 303. num. 1. & Monacell in Formular. tom. 2 tit. 13. formul. 7. num. 3. fol. 105.* Et multò minus ad dotes contro- 85 versas, existentibus puellis orphanis, nominare possunt puellas, habentes Patrem inutilem, adversus aliam, communitèr receptam opinionem, de qua: *Novarr. de Election. for. sect. 2. quæst. 3. num. 3. in fine, Pellicion. Illustr. quæst. 20. cap. 5 prope finem vers. Ad idem facit Lara de An-* 86 *nivers. & Cappellan. lib. 1. cap. 21. num. 31. & seqq. Escobar de Nobilit. part. 1. quæst. 3. §. 4. sub num. 79. vers. Quamvis. Amostaz. de causis piis part. 1. lib. 4. cap. 6. num. 24. & seqq. Dian. coordinat. tom. 6. tract. 8. de Testam. resol. 45.* 87 *num. 1 & 2 Velasc. de Privileg. pauper. tom. 1. quæst. 4. num. 3. & Pignatell. consul. 2. num. 55. vers. Orphanorum autem tom. 5.*

Sicuti igitur ad cognoscendas Puellas illas, quæ excedunt ætatem annorum 18. quævè orphanæ sunt, atque uno tantùm, vel utroque Parente orbatæ, nulla requiritur prudentia, nullumque majus judicium, vel Sapientum consilium, minusquè necessaria est in agibilibus major, vel minor experientia, ut de se notum est, cùm sufficiat sola notitia talis qualitatis, vel ad summum simplex lectura fidei obitus Parentum, & fides Baptismi earundem Puellarum; Ita argumentum, desumptum à necessitate harum qualitatum (quæ si unquàm aliàs, sanè in præsenti in summo gradu emicant in moderno Primicerio) nullius prorsus remanet efficaciæ, ex hucusquè animadversis.

Quæ omnia videntur de per se satis clara, & nihilominus clariora redduntur ab observantia, tam generali aliarum Societatum Urbis, de cujus viribus benè *Rot decis.* 685. *num.* 28. *& 29. coram Merlin.* & meliùs *coram Burat. decis.* 452. *sub n.* 8. quàm speciali respectu nostræ Archiconfraternitatis] tempore Eminentissimorum Cardinalium Paracciani, & Albani, quando fuerunt Primicerii nostræ Archiconfraternitatis. In facto enim mihi constanter asseritur, quod tempore eorum Primiceriatus, excitatum pariter fuit hodiernum dubium, quodquè statim acquieverint, viso testamento, consideratisque verbis legati, & facultatis nominandi Puellas, relictæ solis Guardianis: In jure verò quanti facienda sit observantia, etiam in illis terminis, qui non sunt nostri, in quibus opus esset impropriare verba contra illius veriorem sensum, & magis propriam intelligentiam, nemo ignorat, & generalitèr notant adducti *in Tom.* 1. *part.* 2. *discep.* 16. *num.* 101. quibus addo citatos ab æternæ memoriæ Viro *b.m. Marcello Severolo in Dissertatione*, impressa *apud Piton. Discept Eccles. tom.* 2. *post Parerg. fol.* 9. ibi: *Quælibet dispositio declaratur per subsequentem observantiam, nedum si verba alioquin essent dubia, sed etiam si illa essent impropr anda, & intellectus videretur in contrarium de jure verior, cùm talis dicatur inesse sensus in verbis, qualis observantia, effectusquè sequutus demonstrat; Idcoque id censetur dispositum, etiam in lege, seu Statuto demandatum, quod fuit observatum.*

Et in punctualibus terminis nostri casus egregiè: *Rota coram Buratt decis.* 342 *sub num.* 4. ibi: *Et demùm visa fuit omnis difficultas sublata per observantiam de qua infra, & num.* 8. ibi: *Visa fuit cessare difficultas ex supradicta observantia, non solùm generali aliarum Societatum, sed etiam istius, de qua agitur &c ab anno* 1604. *usque ad annum* 1611. *Per talem namque observantiam hæredis potuit declarari, & ita declarata remansit Testatoris voluntas, quatenus dubia dici posset, quod contrarium sit etiam improbabile &c. Ex quibus res visa fuit clarissima &c. & ideò fuit in omnibus unanimi suffragio resolutum &c.*

Si igitur in terminis hujus punctualissimæ decisionis ab observantia unius tantùm personæ, per spatium septem dumtaxat annorum, taliter declarata fuit mens Testatoris, ut contrarium canonizatum fuerit pro improbabili à Sacra Rota, & quidem unanimi DD suffragio: Quantò magis eundem operabitur effectum in nostro casu punctualis, & præcisa plusquam duplicata observantia annorum sexdecim duarum egregiarum personarum, seù totidem attentissimorum Primiceriorum nostræ Archiconfraternitatis, juxta *Text. in leg Quæstionem* 32. *Cod de Fideicom Gloss. in cap. Prudentiam Verbo Plurimorum de Offic. Delegat.* cum aliis allegatis in *Tom.* 1. *part.* 1. *discept* 7 *num.* 58. *& discept.* 13. *num* 25.

Scripsit etiam pro veritate circa hoc dubium D. Pitonius, fuitque contrariæ opinionis; Cæterùm, combinatis utriusque scriptis ab octo Confratribus Archiconfraternitatis, non hospitibus, neque advenis, sed civibus, & domesticis Jurisprudentiæ, atque attentè ponderatis rationibus, quæ hinc inde adductæ fuerunt, uno excepto, omnes convenerunt cum meo sensu, cui Primicerius acquievit. Vide *Tom.* 3 *part.* 2. *Discept* 2. *à num* 95. *usque ad finem.*

DISCEPTATIO III.

Romana Matrimonii.

PRO

Eleonora, & Francisco.

ARGUMENTUM.

Matrimonium ratum, & non consummatum, an possit à Summo Pontifice dissolvi, & ex quibus causis similis dispensatio concedi soleat.

Quidquid antiquis temporibus Theologi, & Canonistæ disceptaverint, imò etiam aliqui ex Summis Pontificibus, uti privati Canonistæ, dubitaverint, de potestate dissolvendi Matrimonia rata, & nullatenus consumata, *ut de Innocentio VIII.* observat *Anchar. in cap. Ex publico de Convers. conjugat.* ubi, quòd cùm quidam Princeps id petiisset ab eodem Pontifice, respondit Papa, se non posse, & allegante eodem Principe *Glossam in dict. cap. verb. Consumatum*, respondit Papa: *Maledictus qui te docuit*, eo quia *Glossa* loquitur, justa existente causa, & Princeps ebsque ulla causa dissolutionem expostulabat, ut refert *Abb. in citato cap. Ex publico num.* 14. *de Convers. conjugator. & Cocq. in Princip Theolog. Moral & specul. cap.* 12. *de Matrim. sect.* 14 *§. Opportunè* Et de *Adriano VI. & Sancto Pio V.* notat *de Justis de Dispens. matrim. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 14. Licet de Sancto Pio V. contrarium asserere videatur *Corrad. in Prax Dispensat. matrim. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 34. *vers. Præterea.* Et quod tempore *Pauli IV* hoc non fuerit decisum à particulari Congregatione, testis *est Alphons. à Veracruc. in Specul. conjug. part.* 2. *art.* 8. *conclus.* 9 *in fin & Card Capisucc. controv.* 11. *de Vot solemn. §.* 4. *Vers. Quartò obiiciunt fol. mihi* 284.

Hodiè nihilominus, justa existente causa, affirmativa opinio adeò invaluit, ut non desint Authores, temeritatis notam impingentes talem potestatem in Summo Pontifice denegantibus, ut videre est apud *Valent* 3 *part. disp.* 8 *quæst.* 1. *punct.* 7 *Corrad in Prax. dispens. lib.* 8. *cap.* 7. *sub num.* 34. *vers. Nec credendum Perez de Matrim. disp.* 20. *sect.* 7. *per tot. & Pignarell. consult.* 147. *nuum.* 7. *in fine tom.* 1.

Pro qua affirmativa opinione, ultra innumeros Authores, & stringentes rationes, quæ videri possunt penes *Sanchez de Matrim lib* 2. *disp.* 14 *Card de Laur. de Sacram tom.* 3 *disp.* 16. *art.* 12. *§* · *num.* 245. *Marcum Anton Ferrarducc. in Summ coron. confess. tit. de Matrim num.* 13. *de Justis de Dispens. matrim. lib* 2. *cap.* 10 *per totum, & Card. de Luca de Matrim. disc* 9 *num.* 7. Nimium stringit continuata praxis Sanctæ Sedis, & longa series dispensationum, concessarum à quam pluribus Summis Pontificibus: quæ in magno numero indicantur à *Valer. different. utriusque for. different.* 6. Et de Martino V. & Eugenio IV. testis est *Divus Antonin.* 3. *part. cap* 21. *§.* 3. De Clemente VII. *Cajetan. in Opusc tract.* 28. *de Matrim.* De Julio III. Paulo III. nec non Paulo IV. *Navar in Manual. cap.* 22 *num.* 21. *Veg in Summ. cap.* 25. *de Matrim. cas.* 32 ibi: *Essendo in Roma fece tanto con Sua Santità, che ella dispensò in questo caso trè, o quattro volte, havendo compassione del pericolo di certi maritati, molto ben pentiti* De Pio IV *Bona in. Oper. moral. tom.* 1. *de Matrim. quæst* 2. *punct.* 11. *sub num.* 4. *& de Justis de Dispens matrim. lib.* 2 *cap.* 10 *sub num.* 17 De Gregorio XIII. *Menoch cons.* 285 *per tot. Henriquez de Matrim. lib.* 4. *cap.* 8. *num* 11. ubi quod unica die dispensavit cum undecim Oratoribus. De Sixto V. *Pignatell. consult* 147. *num.* 6. *tom.* 1. De Paulo V. *idem Pignatell. ubi proximè.* De Urbano VIII. *Corrad. in Prax. dispens. lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 35. *& de Justis de Dispens matrim. lib* 2. *cap* 10 *num.* 17. De Alexandro VII. videre est in Summario dato ex parte Viri, & de Clemente X. in eodem Summario Et in genere de multis Summis Pontificibus *Elig. Basseus in Florib. Theolog. tom.* 2. *verb. Matrimonium* 3. *num.* 2 ubi de Gregorio XIII. Martino V. Eugenio IV. & Paulo IV *& Vivald. in Candelabr aur. part* 1. *tit.* 17 *de Matrim. num* 32. ubi de Martino V. Eugenio IV. Paulo III. Julio III. Paulo IV. & Pio IV. *& Perez de Matrim. disp.* 20 *sect* 7. *num.* 2. ubi egregiè subdit, argumentum hoc ab effectu esse magni momenti, *quia non est verisimile, Pontifices doctissimos, & pios temerè usos fuisse potestate in re tam gravi.*

Sed

Sed quod Magis est, omnemque substulit in hac parte difficultatem, re maturè discussa, non in casu particulari, & ad alicujus Magnatis preces, sed ad veritatem eruendam de mandato Clementis VIII. ita declaravit *die* 16. *Julii* 1599. particularis Congregatio octo Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Asculani nimirum, Burghesii, postea Sanctæ Memoriæ Pauli V. Blanchetti, Manticæ, Arrigonii, Vicecomitis, Ofatti, & Bellarmini, nec non quatuor insignium tunc temporis Prælatorum Seraphini, Pamphilii, Pegnæ, & Millini, atque duorum celebrium Theologorum Justiniani, & Costæ, ut refert *Pignatel. consult.* 147. *num.* 5. *tom.* 1. in cujus sequelam ita pluriès resolvit *Sacr Congreg. Concilii*, & signanter *in Carpetoraten.* 25. *Januarii* 1608. *in Seguntina* 17. *Septembris* 1609. *in Ferrar.* 20. *Maii* 1613. *in Augustana* 16. *Maii* 1618. *& in Marsicana* 17. *Novembris* 1677. & aliàs frequentissimè.

Quibus stantibus meritò hujusmodi affirmativa sententia absque ullo scrupulo amplecti potest, imò indifferenter admitti debet ab omnibus Tribunalibus, ut in simili egregiè advertit *Cad. de Luca de Succes. disc.* 32. *num.* 4. *vers. Et consequenter:* Ultra quod, si simplices resolutiones Sac. Congregat. multum habent ponderis, ut observant adducti *in Tom.* 1. *discept.* 26. *num.* 99. *part.* 2. Itaut eis recalcitrare non sit permissum, ut notat *Raynaudus in Heteroclyt. Pietat. tom.* 16. *sect.* 1. *punct.* 14. *de Matrim. Sacram. num.* 12. quem sequutus fui in *meo Tract. de Matrim.* §. 6. *num.* 48.

Imò faciunt jus quoad omnes, & vim legis obtinent, & adductis *in d. Tom.* 1. *discept.* 6. *num.* 64. *part.* 1. Multò magis quando respondet dubio in genere, ut in præsenti, nec resolutio coarctatur, & restringitur à facti circumstantiis, ut ampliando conclusionem, advertunt innumeri Authores, adducti *in meis Instit. Crimin. lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *num.* 149. *& seqq.*

Quibus non refragatur authoritas aliquorum Theologorum, qui in contrarium allegari possunt, quivè posthæc scripta sequuti fuerunt *à Gavard. de Sacram. tit. de Matrim. quæst.* 3. *art.* 9. §. 2. *fol.* 657. Cùm enim in oppositum militet constans opinio aliorum longè magis insignium Theologorum, & quod magis est, concors Canonistarum sententia, à tot Summis Pontificibus facto approbata, hæc præferenda utique est opinioni dd. Theologorum, per ea, quæ observat *Fagnan in cap. Ne innitaris de Constit.* Præcipuè quia in materia Sacramenti Matrimonii Canonistarum opinionem magnificiendam esse statuit *Alexand. III in cap.* 1. *de Consangin & affinit.* & in illius sequelam ita derterminavit *Synodus Lond. ensis anno* 1237. celebrata, ut refert *Matth. Parisiens. in Henricum III. & Gonzal in notis ad dictum cap.* 1. *lit E de Consanguinit. & affinit.*

Ita quoque in alia olim celebri quæstione, An Papa dispensare possit in Voto solemni Religionis, licèt multi Theologi cum D. Thoma eorum Principe in negativam inclinent, ut latè demonstrat *Card Capisucchus controv.* 11. *per tot.* Canonistarum nihilominus opinio affirmativa prævaluit, ex adductis *per Fagnan. in cap. Cùm Monasterium à num.* 44. *usque ad finem de Stat. Monachor. & Donat. Rer. Regular. tom* 3. *tract.* 1. *quæst.* 15. & cum effectu non semel, legitima accedente causa, hac potestate Summi Pontifices usi sunt; Signanter autem nimium celebris est casus ille Provincialis Cappucini, ex nobili familia Joyosa, cum quo potiùs dispensare voluit Gregorius XIII. quàm cùm Germano fratre Equite Hierosolimitano, de quo mentionem faciunt *Fagnan. ubi supra num.* 66 *& Donat. loco citato num.* 15. *& Bartholom. à S. Faust. in Thesaur. Religios. lib.* 3. *quæst.* 36. *num.* 5. *& seqq.* à quibus quam plures alii recensentur casus similium dispensationum de quibus in meis *Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 8. *de Crim. Apostas. num.* 30 & addo *Reverendiss. Dandin. de Suspect. de Heres. cap.* 3. *sect.* 1. *subsect.* 1. §. 2. *num.* 18. *fol.* 284.

Ad id autem, quod indicatum fuit in principio de Summis Pontificibus Innocentio VIII. Adriano VI. & Sancto Pio V. denegantibus similes dispensationes, respondent communiter Doctores, id evenisse, non quia validè dispensare non poterant, sed quia cùm in casibus, pro quibus dispensatio petebatur, non adesset justa causa, congruum non existimarunt cum Oratoribus dispensare, ut in puncto observat *de Justis Dispe s. matrim. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 16. Et quod istud fuerit motivum non dispensandi in Sancto Pio V. clarè patet ex Manuscriptis *Anthimi Marchesani*, ejus Datarii, quæ vidisse testatur *Corrad in Prax. dispens. lib* 8. *cap.* 7. *num* 34 *vers Præterea*, ubi ulteriùs advertit ex simili motivo deficientiæ justæ causæ noluisse in casu simili dispensare Paulum V. quodque ipse vidit supplicationem rejectam in manibus Card. Millini, in cujus calce aderant sequentia verba: *Nihil, quia causa non est sufficiens*; Ad rem observando, cavendum proindè esse à Manuscriptis, vel Libris, in quibus adnotantur denegationes similium Gratiarum, quia illæ processerunt à deficientia justæ causæ.

Reducitur igitur in nostro casu difficultas ad justam causam; Licèt enim *Hostiens. in cap. Ex publico de Convers. conjugat.* dicat, posse Summum Pontificem absque ulla causa de potestate absoluta matrimonium dissolvere, quando utriusque Conjugis accedit consensus, ad differentium potestatis ordinariæ, quæ requirit justam causam, & *Hostiensem* sequuntur ibidem *Abb. num.* 14. *& Fagnan. in cap. Ex parte de Convers. conjug.* ubi *num.* 8. quod hujusmodi dictum *Hostiensis* mirabile sit. Quam sententiam probabilem putat *Sanchez de Matrim. lib.* 2. *disp.* 15. *num.* 1. *&* 15. probans *num.* 7. Pontificem posse etiam in matrimonio rato dispensare uno ex Conjugibus invito, seque opponente gratiæ dispensationis.

Procedentes nihilominus cum præsupposito justæ causæ, & implorantes ordinariam Summi Pontificis potestatem inter causas illas, quas recensent Doctores, citati à *Sanchez de Matrim. lib.* 2. *disp* 16. *per totam*, ubi *num.* 6. inter dictas justas causas enumerat impotentiam supervenientem ante matrimonii consumationem & à *Perez de Matrim. disp.* 20. *sect.* 7. *per totam*, & signanter *à num.* 8. usque ad finem Duæ mirabiliter casui nostro applicantur, relatæ per *de Justis de Dispens. matrim. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 27. *&* 28. ibi: *II. est gravis timor magni scandali futuri, quia id cedit in grave damnum commune, nam rixæ, & graves discordiæ, & neces inde oriri solent, cùm maximè hujusmodi scandala evenire possint, vel ob fornicationis timorem, quando Conjuges sunt genio difformes, & sibi valdè displicent, vel ob inimicitias quæ inter eorum consanguineos, vel cognatos probabiliter timentur &c. VII est si Conjuges essent inter se valdè discordes, & mutuo consensu dispensationem peterent &c.*

Quod enim hujusmodi causæ verificentur in nostro casu, & signanter illa scandalorum, & rixarum, ad oculum probat Summarium impressum, nec non latè animadversa inter has easdem Partes *in Tom.* 1. *discept.* 12. *part.* 1. Respectu verò consensus utriusque Conjugis, iste resultat ex publico Instrumento, in Secretaria exhibito.

Nec dicatur, non consumationem nostri matrimonii concludenter non justificari; Si unquam enim hujusmodi probatio facta fuit, certè illa non potest esse in nostris terminis concludentior; Siquidem post cohabitationem Conjugum per breve tempus, orto dubio circa Viri impotentiam, & mota lite pro nullitate matrimonii, octo deputati fuerunt Periti ab hac Sacra Congregatione, quorum septem uno ore retulerunt, Virum semper fuisse, & tunc temporis esse impotentem. Alter verò asseruit dumtaxat *non mi costa bastantemente l'asserta impotenza del medesimo, quale quando fosse vera la crederei più tosto dependente da qualche altra causa intrinseca, e latente:* Quæ judicialium Peritorum sententia robur sumpsit à judicio aliorum viginti, & ultra Medicorum, pro veritate respondentium, & ad unguem concordantium cum dictis septem Peritis judicialibus; In hac enim materia Peritis in arte standum est ex cumulatis in *part.* 1. *discept.* 12. *num.* 45. *tom.* 1. quæ est inter has easdem Partes.

Si igitur ex judicio tot insignium Professorum, etiam post cohabitationem Vir erat impotens ad consumandum Matrimonium, non potest certè major adduci probatio actus, seu negativæ consumationis, ut de se patet, & comprobatur ulteriùs ex judicio EE. PP. qui, causæ merita solita maturitate libratis, demandarunt die 11. Januarii 1698. & sic post cohabitationem, ut Vir nova experiretur medicamina, ex quo ad hominem infertur, illum tunc temporis habuisse pro impotenti; Potentes enim medicamentis non indigent, teste experientia, & id observant *Baron. de Corpor tit. de Virilibus num.* 83. *vers. Atque etiam, & Rota decis.* 6. *num.* 6. *post Zacch. quæst. Medic. legal.*

Licèt autem hujusmodi impotentia offuscata prætendatur ex noviter adinventis, & plus justò exageratis per unum ex Peritis; Hæc tamen omnia evenerunt tempore, quo Conjuges non convivebant amplius, minusque insimul cohabitabant, sicque post novas has superventæ potentiæ prætensiones, consumatio physicè impossibilis fuit.

Quodsi hujusmodi demonstrationi non consumationis, in impotentia Viri fundatæ, jungantur aliæ probationes, in præteritum justificatæ, & latè expensæ *in Tom.* 1. *discept.* 12. *per totum part.* 1. præsertim si considerentur simul unitæ

unicæ intra evidentiæ fines constituta dici potest. Dignentur enim EE. PP. reminisci, quod in lite super alio dubio accerrimè inter has Partes agitata, in qua plura minus vera exagerata fuerunt contra mulierem, circa matrimonii consumationem nec miserabilis syllaba legitur in contrariis voluminosis Scripturis; Imo adest replicatum juramentum ejusdem Viri, seriò emissum, & eandem non consumationem comprobans, quod licèt in nulla consideratione haberi soleat pro dissolutione: quando Conjuges concorditer illam petunt, magnifit tamen à Doctoribus, quando illud emittitur tempore, quo acerrimè de dissolutione contendunt, ut, limitando generalem regulam, benè observat *Rota in Faventina Matrimonii 9 Januarii 1658. §. Idenim coram Taya, & in Theatina Matrimonii 25. Junii 1696. §. Hinc autem coram Pio*, & melius *in Romana Dissolutionis matrimonii 25. Junii 1685. §. Impotentia coram Paulutio, & 28. Januarii 1686. §. Et nihilominus coram Ursino*. Quod vir plures consuluit Medicos, & innumeris medicaminibus usus fuit pro curatione suæ impotentiæ, & quidem tam ante contractum matrimatrimonium, quàm postea, & ipsomet tempore, quo cum Muliere convivebat, quæ omnia ad nostrum præcisum effectum egregiè observat *Rota in decis. 6. sub num. 6. post Zacch. quæst. medic. legal.* Quod eadem Mulier statim reclamare cœpit, & illius impotentiam allegare, & quampluribus probationibus demonstrare, juxta ea, quæ in nostris punctualibus terminis observant communiter *Repetentes in cap. 1. de Frigid & malefic.* & signanter *Abb. num. 5. Alexand. de Nevo num 12. Hostiens. num. 1. Innoc. num. 1. in fine, & Barbos. num. 1. 3. & 8. Dicastill. de Matrim. tract. 10. disp. 7. dub. 52. sub num. 574. Guttier. eodem tract. cap. 120. num. 28. A Spiritu Sancto in Director. confess. part. 2. tract. 11. de Matrim. disp. 7. sect. 13 §. 7 num. 463. Tancred. de Matrim. lib. 7. disp. 109. num. 7. & Trullenck in Prax. Sacram. lib. 7. cap 9. dub. 16. num. 27.* Quodque demum idem Vir non potuit cum corruptis mulieribus commisceri, & una caro fieri, multò igitur minus cum Virgine *cap. Literæ vestræ de Frig d. & malef.* benè *Card. de Luca de Matrim. disc. 9. num. 12. & Rot. in Nicien. Matrimonii 27. Januarii 1586. §. Eodem coram Gyptio.*

36

37

38

39

40

Nec ad nostrum effectum parvifacienda videtur publica vox, & fama impotentiæ ejusdem Viri, quàm in nostris terminis benè considerat *Baron. de Corpor tit. 17. de Virilib. num. 69. & 70. & Mancin. de Confession. cap. 1. num. 35. vers. Quæro*, & meliùs, adductis multis rationibus, & congruentiis *Card. de Luc. disc. 9. de Matrim.*

41

Quæ omnia consideranda sunt simul unita, ut in nostris præcisis terminis faciendum esse monent Authores illi, quos refert, & sequitur *Rota in Colonien. Illegitimitatis 13. Januarii 1653. § Qui sanè coram Verospio, & in Romana Matrimonii 9. Januarii 1684. §. Cunctæ hæc coram Ursino, & in d. Romana Dissolut. matrimonii 25. Junii 1685. § Impotentia in fine coram Paulutio.*

42

In omnem verò casum, quatenus difficultas in hac parte reducatur ad meliorem probationem non consumationis matrimonii, possent EE. PP. respondere, dispensationem concedendam esse in forma commissaria, constito scilicet servatis servandis matrimonium non fuisse consumatum, ut practicavit in *Transilvaniæ Dissolutionis matrimonii 13. Jannarii 1599. & in Avenion. 31. Januarii 1606. & in Seguntina 12. Decembris 1609* quas refert *Pignatell. consult. 137. num. 23. tom. 1.* eo quia, vel coram Judice ordinario probabitur hujusmodi non consumatio, & nulla aderit difficultas, vel non probabitur, & perinde habebitur, ac si Gratia non fuisset concessa.

43

44

Condormitio Conjugum non facit, ut Matrimonium amittat qualitatem, & denominationem rati, quando cum effectu consumatum non fuit, *Corrad. in Prax. Dispens. lib. 8. cap. 7. num. 32* Eo igitur ipso, quod talis non consumatio concludenter probatur, sivè cohabitaverint, & condormiverint Conjuges, sivè non, semper verum erit, quod matrimonium est simpliciter ratum, & consequenter subjectum Summi Pontificis potestati circa illius dissolutionem; Indissolubilitas enim, de qua in *Evangel. D. Matth. cap. 19. & in Epist. 5. ad Ephes. D. Pauli*, intelligitur de matrimonio consumato, non autem de rato, sivè Conjuges condormiverint in eodem lecto, sivè non, ut, antiquioribus cumulatis, ad rem observant *Sanchez de Matrim. lib. 2. disp. 13. num. 7. Banac. Oper moral. tom. 1. tit. de Matrim. part. 2. punct. 11. propos. 2. per totam Card de Laur. de Sacram. tom 3. disp. 16. art 12. §. 1. num. 245. & Pignatell. consult. 147. num. 5. tom. 1.* Et referendo ita decisum in longè durioribus terminis condormitionis Viri cum muliere vidua, cujus respectu negativa consumationis matrimonii quodammodo fraternizat cum impossibili, egregiè advertit *Card. de Luc. de Matrim. disc. 9. num. 15.*

45

46

47

Licèt multum prosit in obtinendis dispensationibus ab impedimentis matrimonii excellens, & eximia qualitas Conjugum, rationibus adductis à *Card. Pallavic. in Histor Concil. Trident. lib. 22. cap. 8. per tot.* Ad nostrum tamen effectum illa nullatenus taliter concurrere debet, ut sine tali insigni qualitate Oratorum non sint concedendæ similes gratiæ, & meritò, sivè enim Conjuges nobiles sint, sivè ignobiles, eo ipso, quod probantur irreconciliabiles discordiæ, & magna pericula scandalorum, verum est quod insimul convivere non possunt, juxta naturam, & essentia matrimonii, in quo fundantur omnes Doctores, admittentes in his casibus imò congruam existimantes facultatem dispensandi Et cum effectu quamplures referuntur à citatis Authoribus dispensationes pro personis nullatenus qualificatis, ut omissis antiquioribus, de personis Tyburis, & Talleacotii videre est in Summario Viri, & egregiè notat *Perez de Matrim disp. 20 sect. 7. num. 11.* ibi: *Nimis rigidum esse asserere, non esse dispensandum à Papa in dissolutione matrimonii rati, nisi cum magnis Principibus, & ubi alicujus Regni jactura imminet; Moveor, tum ex ipso usus nam, ut docent Viri graves, dispensarunt de facto Pontifices cum aliis Viris qui non erant magni Principes, nec imminebat Regni alicujus jactura. usus autem, & consuetudo multum valet hac in re; Non enim verisimile est Pontifices pios, & valdè doctos, temerè usus fuisse sua potestate in re tam gravi, Tum etiam, quia cùm matrimonium ratum sit præcisè vinculum, mutuo consensu Conjugum initum, non videtur ita indissolubile, quin per potestatem publicam, supernaturaliter concessam, dissolvi nequeat ad bonum Ecclesiæ regimen, & ad salutem fidelium spiritualem*, & concordat *Pignaell. consult. 147. num. 9. tom 1.* ubi, quod magis communis opinio est, quod sufficiat causa, concernens bonum privatum, & particularem utilitatem citatque multos concordantes, & refert casus dispensationum, in his terminis à Summis Pontificibus obtentarum.

48

49

50

Pro coronide demum dignentur EE PP. reflectere, quod in hac facti specie verè, & propriè non agitur de formali dispensatione super matrimonio, alioquin firmo, ac omni dubio procul indissolubili, dum attentis claris probationibus impotentiæ Viri, in alio judicio deductis, & expensis in *Tom. 1. part. 1. discept. 12.* videtur potiùs quædam administratio justitiæ, ita prudentialiter sub alio titulo magis honesto more Principis administratæ, ut in individualibus terminis nostri casus observat *Card. de Luc. de Matrim. disc. 9. num. 8.* in cujus casu ita practicavit S. M. Alexand. VIII. ut refert *ibidem num. 6.*

51

52

53

Die Sabbathi 28. Martii 1699. Relatis precibus in Sacr. Congreg. Concilii, ad quam à S. M. Innoc. XII. pro Voto fuerant remissæ, dubio: *An petita dispensatio super dissolutione matrimonii sit concedenda, itaut unusquisque ex Conjugibus remanere debeat in statu libero ad contrahendum*, responsum fuit *Negativè*.

54

Longè autem post hanc resolutionem, nempè die 16. Maii 1711. meliorem experta fuit exitum in eadem Sacra Congregatione Concilii Rosa Fer anno 1702. nupta Paschasio Quæsadæ, cum quo post cohabitationem duorum mensium, ob ejus arctitudinem, ab eodem Viro divertens, ad domum Matris se contulit. Introducto deinde judicio per Quæsadam coram Vicario Generali Oriolen. iste, omisso legali, & canonico medio triennalis cohabitationis, prima vice mandavit esse recognoscendam à quatuor Chirurgis, ac una Obstetrice; Secunda verò vice mandavit esse iterum recognoscendam per quatuor alios Chirurgos, & duas Obstetrices; Quibus omnibus consona voce testantibus, impedimentum arctitudinis d. Rosæ, nedum esse absolutum, ac perpetuum, sed etiam insanabile, idem Vicarius post duos annos, nempè anno 1704. suam protulit sententiam, reclamante semper Quæsada, qua mediante, nedum declaravit, dictum matrimonium esse nullum, & irritum, sed eisdem Conjugibus concessit facultatem transeundi ad alium statum, sibi benè visum, juxta eorum habilitatem.

55

56

Vigore dictæ sententiæ anno 1706. Quæsada ad secundas convolavit nuptias cum Maria Antonia Perez, ex qua deindè prolem suscepit: Rosa autem sub matrimonii fide carnaliter commixta fuit cum alio strenuiori Viro Antonio Ximenez, à quo deflorata fuit. Ex quibus instante Promotore fiscali pro illa obliganda ad redeundum cum primo Viro, fuerunt pro tertia vice deputati 4. Chirur-

57

&ăi,

gi, & duæ Obstetrices, ad recognoscen. an verum esset arctitudinis impedimentum, quod ab aliis octo Chirurgis, & tribus Obstetricibus, ut supra, fuerat canonizatum pro absoluto, perpetuo, & insanabili, qui cum juramento affirmarunt, non amplius vigere dictum impedimentum, sed eandem Rosam aptam esse ad viriles amplexus.

Renuit autem Quæsada conjugalem vitam ducere cum eadem Rosa, quæ stuprum passa fuerat à dicto Ximenez, atque insistente, ut posset tanquam Conjux vivere cum Maria Antonia Perez, vel in omnem casum iterùm cum ea matrimonium contrahere, non curando quid fieret de dicta Rosa, subortisque proindè inter dd. Conjuges eorumque Consanguineos rixarum, & scandalorum proximis occasionibus, supplicem habuerunt recursum ad Sanctiss. D. N. tàm Quæsada, & Perez, rogantes pro gratia perseverandi in matrimonio contracto, quàm Antonius, & Rosa, supplicantes pro simili dispensationis gratia ad matrimonium ad invicem contrahen. Relatisque illorum precibus in Sacra Congregatione Concilii dicta die 16. Maii 1711. sub dubio: *An, & quomodo Oratorum precibus sit annuen.* Sacra Congregatio respondit. *Esse locum dispensationi cum utrisque, renovato consensu ad formam Concilii inter Quæsadam, & Mariam Antoniam. Vide To. 2. part. 2. discept. 29. & Tom. 3. par. 1. discept. 21.*

DISCEPTATIO IV.

Tricaricen. Processionis.

PRO

PP. Reformatis S. Francisci Terræ Montis Murri.

CUM

Clero Sæculari, & PP. Dominicanis ejusdem Oppidi.

ARGUMENTUM.

Vigore Constitutionis 10. Sanctæ memoriæ Gregorii XIII. absque ulla Ordinariorum, vel Parochorum licentia, possunt omnes, tam de Clero Sæculari, quàm Regulari, etiam extra eorum Claustra, facere Processiones in die Octavæ SS. Corporis Christi, & in aliis diebus ejusdem festivitatis.

HUjus Causæ originale dubium sub sequenti formula verborum: *An liceat Patribus Reformatis Oppidi Montis Murri facere processionem die Dominico infra Octavam Santiss. Corporis Christi*, propositum fuit die 18. Aprilis 1714 & acriter se opponentibus RR. PP. Dominicanis ejusdem Oppidi, resolutum fuit cum rescripto, *Affirmativè, dummodo fiant processiones distinctis horis*, ut recognosci potest ex *Tom. 1 par. 2. discept. 10.*

Pro recta applicatione dictorum verborum *distinctis horis* præmittimus, esse innegabile in facto, quod Processiones Sanctiss. Corporis Christi in Oppido Montis Murri fieri solent sequenti modo. Ipsa die Solemnitatis Sanctiss. Corporis Christi fit à Clero Sæculari; Die Dominico infra Octavam de manè, seu ante prandium, fit à PP. Dominicanis; Post prandium verò ejusdem Dominicæ infra Octavam fit à PP. Reformatis S. Francisci; Itaut cum hoc ordine procedendo nulla unquàm adfuerit in præteritum, nullaque aderit in futurum occasio scandalorum, vel inconvenientium, ut testantur multi Incolæ Oppidi Montis Murri.

Ad impediendum verò effectum dictæ resolutionis hujus Sac. Congr. Partibus, ut supra, acriter informantibus, captæ, postpositis omnibus justitiæ, & congruitatis legibus, nec non neglecta reverentia illa, omni Jure debita Majestati hujus Sacri Sancti Consessus, novum excogitarunt modum iidem PP. Dominicani, unà cum aliquibus Sacerdotibus de Clero Sæculari, in eo consistentem, quod ultrà dictam solemnem Processionem, quam solet facere Clerus Sæcularis, & cum effectu dicto anno 1714. fecit ipsa die Solemnitatis Corporis Christi, aliam adversus omnes Rubricas, & immemorabile solitum, facere deberet de manè diei Dominicæ infra dictam Octavam, quo tempore soliti sunt eam facere PP. Dominicani, adhoc ut nullum remaneat tempus d. die Dominico pro PP. Reformatis Quæ autem, & quanta evenerint scandala ex hujusmodi novitatibus, non possumus clariùs exprimere, quàm rogando EE. PP. ut dignentur illa recognoscere ex accurata Informatione, & veridica Relatione Rev. Episcopi Marsicani ab hac Sac. Cong. demandata quæ per extensum exhibita fuit in Secretaria.

Hoc unum in hac parte subjungentes, quod ex dicta Relatione constat; *Che tutti tre li Ceti Ecclesiastici e Regolari, avevano ecceduti li termini della modestia Religiosa, e scandalizato con le loro procedure inordinate del Popolo*: Et tamen soli PP. Reformati, qui eò majorem compassionem merebantur, quò procurabant exequutionem oraculi hujus Sac. Cong. statim ac illorum operationes pervenerunt ad aures Superiorũ, luerunt condignas pęnas, teste eodem Rev. Episcopo.

His per modum simplicis historiæ, & pro sola integritate narrationis facti pręmissis, atq; præscindendo ab omni criminali petitione, à quibus Causis semper alienissimi fuimus, juxta solemnem illam protestationem, quæ legitur *in Ep. ad Lectorem nostr. Inst. Crim. Neq; ab ulla exercitatione magis animus noster, & professio quàm à Causis criminalibus sit aliena.*

Descendendo ad Causæ merita, non possumus antè omnia non rogare EE. PP. ut dignentur præ oculis habere continuationem illorum irregularium modorum, quibus hodie PP. Dominicani cor. hac Sac. Cong. comparent, sub nomine quidem, aliquorum de Clero Sæculari, sed propriis expensis Causam defendendo, ut notorium est in Oppido Montis Murri.

Deinde verò subdimus, justitiam dictæ resolutionis hujus Sac. Cong. sive illa impugnetur à Dominicanis sive ab aliquibus de Clero Sæculari, sive ab utrisque, esse nimis solidè innixam cubitali *Constit. 10 s. m. Gregorii XIII.* In cujus *§. 2.* ampla conceditur facultas (sunt ejus verba) *Universis & singulis Clero, & Clericis, ac personis Ecclesiasticis, tam Sæcularibus, quàm Ordinum, Religionum, & Militiarum Regularibus, ac etiam &c. liceat ipsis, tam die ipsa Dominica infra Octavam Corporis Christi, quàm aliis totius Octavæ prædictæ diebus, Processiones suas celebrare &c. Nec super eo, tàm ab Ordinis Prædicatorum hujusmodi, quàm aliis quibuscumque personis &c. quomodolibet molestari, inquietari, vel perturbari &c. tenore præsentium concedimus, & permittimus*: In §. verò 3. tollitur omnis potestas quibuscumq; Judicibus aliter judicandi, irritum, & inane declarando quidquid contra dispositionem d. Const. attentari contigerit, ibi: *Sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi facultate, judicari debere, irritumque quoque, & inane, si secus super his à quoquam quavis authoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

Non possumus igitur sub Sole majorem, ponderosioremque adducere authoritatem ad proban. intentionem nostrorum Reformatorum ex generaliter adductis *in Tom. 1. p. 1. discept. 11 n. 33.* quibus addo *Grutber de Voto benè desider. resol. 16. §. 9. n. 177.* & in nostris punctualibus terminis *Barbos. in Sum. Apost. dec. Collect. 251. n. 2. Gavant. in Manual. verb. Processio n. 42. Card. de Lauræa in Epitom. Canon. verb. Processione: in fine, & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. c. 40. n 9.*

Nec dicatur, quod hæc vera sint pro eo tempore, quo PP. Dominicani suam non faciunt processionem, ad quem effectum hæc Sac. Cong. *dicta die 18. Aprilis 1714.* mandavit, illas esse faciendas distinctis horis: Cùm enim non adsit memoria in Oppido Montis Murri, quod PP. Dominicani fecerint eorum processionem post prandium diei Dominicæ infra Octavam, sed semper illam fecerunt de mane ejusdem diei, nullo Jure eis permissum est talem horam, seu tempus matutinum mutare, ut omissis generalibus, in puncto nostri casus. contra eosdem PP. Dominicanos sequendo *oraculum s. m. Clementis VIII.* respondit Sac Cong. *in Quiten. anni 1696. apud Matthæucc in Official. Cur. Eccl. c 40. n. 10.* & referendo plures antiquiores resolutiones Sacrarum Cong. notant *Barb. in Sum. Apostol. dec. Collect. 372. num. 12. & de Paroch. cap. 12. num. 4. Pignatel. consult. 63. sub n. 6. to. 6. & Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 5. Formul. 7. num. 31.*

Et tamen subdimus, quod si PP. Dominicani velint illam facere de sero, quatenus EE. VV. accedat assensus, neque videatur inconveniens in eodem parvo Oppido duas fieri Processiones post prandium diei Dominici infra Octavam, & nullam de manè ejusdem diei, poterunt eo eorum desiderio plenè satisfacere, ad eorum libitum eligendo horã distinctã, parati nostri Reformati ad illam faciendam hora, diversa ab illa, quam elegerint PP. Dominicani, ut in terminis quod possint duæ Processiones fieri eodem manè, una à PP. Reformatis, alia à Dominicanis, diversa tamen hora, resolvit *Sac. Rit. Congreg. in d. Quiten. 1. Sept. 1696.* teste *Matthæuc. in Official Cur. Eccles. cap. 40. n. 10* ibi: *Licere PP. Franciscanis facere Processionem extra claustra per loca solita, etiam de manè, distinctis tamen horis ab Episcopo, & data electione horæ PP. Dominicanis, à qua, semel electa, non licere ampliùs recedere.*

Minùs credimus exadverso insistendum in pretensa quasi possessione Dominicanorum faciendi dictas. Pro-

cessiones. Id enim non poterit procedere, nisi pro eo præciso tempore, quo soliti fuerunt illas in præteritum facere, hoc est Clerus Sæcularis die ipso Solemnitatis Corporis Christi; PP. verò Dominicani de manè diei Dominici infra Octavam, extra quod tempus nunquam poterit Nobis impediri usus dictæ Gregorianæ Constit. ut in terminis egregiè probat *Pignatel.consult.63.n.4.tom.6.*

19

Subdimus nihilominus, quod attentis clausula *Sublata*, & Decreto irritanti, in eadem Gregoriana Constit. appositis, nulla omnino vis fieri potest, neque in prætensa consuetudine antecedenti, neque in afferta quasi possessione de præsenti. Dicta enim clausula, & præfatum decretum omnem tollunt consuetudinem antecedentem, & impediunt, nè nova introduci possit, ex adductis *in Tom.1 p.2. discept.14. numer.41.* quibus addimus *Rotam in Neapolitana Constructionis Ecclesiæ 26. Junii 1711. §. Nec ex eo cor. Falconerio.*

20

Demum non obstat defectus permissionis Vicarii Tricaricen. ac si sine illa non possint Reformati dictam Processionem facere. Cùm enim de Jure, seu attenta dicta clara, & literali Constit. per viam legis generalis edita à Sanctæ memoriæ Gregorio XIII. permissa sit solemnis Processio SS. Corporis Christi intra illius Octavam omnibus de Clero, tam Sæculari, quàm Regulari, nulla alia requiritur permissio inferiorum Judicum; *Frustra enim precibus impetratur, quod absque illis permissum est* dicebat, *Rota* allegata in *Tom.1.par.2. discept.8. numer.9.* Atque hoc speciale habent Apostolicæ Constitutiones, ut statim ac emanaverint, omnes obligent, absque ulla alia operatione alterius inferioris Judicis ex adductis *per Rot. in decis.42. numer.16. & seq. apud Novar. in Summ. Bull. & dec.77. num.3 & dec.111. per tot. cor. Caval. & decis.630. numer.6. par.4. & decis.259. num. 2. par.12. Rec.* Et reiiciendo similem prætensionem Curiæ Episcopalis Laudensis, prætendentis, non posse exequutioni demandari Constit. Sanctæ memoriæ Innoc. XI. favore PP. Carmelitarum Excalceatorum, nisi illa exhiberetur in Actis Cancellariæ Episcopalis, & obtineretur permissio ejusdem Curiæ, respondit *Sac. Congregat. Conc. in Lauden.* de qua *in Tom.1. part.2. discept. 14. numer. 26. & seqq. & num.137.*

21 22 23 24

In eadem Causa.

INtentio PP. Reformatorum solidè fundata est in cubitali lege, seu literali *Constit.10. Sanctæ memoriæ Greg. XIII.* & in pluribus individualibus resolutionibus Sacrar. Congr. allegatis supra nu.2. quibus addimus aliam *Sac. Congr. Conc. in Ripana 16. Martii 1715. ad dub.8.*

25

Adversus quas non obstat, quod Regularibus, sine Parochorum licentia, non sit permissum facere Processiones extra Claustra: Quidquid enim sit de aliis Processionibus, vel de sola expositione Sanctissimi Sacramenti, de quibus loquuntur *Pignatel. consult.85. numer.1. tom.4 & Novar. in Lucern. Regul. verb. Processio numer.25. & in Summ. Bullur. comm.104. num.1. part.1.* allegati cum supposito, quod loquantur in nostris præcisis terminis, quod non subsistit; Hoc unum est certum, quod id non habet locum in Processionibus, quæ fiunt occasione solemnitatis Santissimi Corporis Christi, ad terminos dictæ claræ, & literalis dispositionis *Constit.10. Sanctæ memoriæ Gregorii XIII.* juxta punctualiter animadversa per Doctores supra allegatos quibus possunt addi *Rodriqu. quæst. Regul. tom.2. quæst.69. art. 1. Lezzan. in Summ. verb. Processio quoad Regular. numer. 1. Pac. Jordan. var. lucubr. tom.2. lib.11. titul.25. num.61. Donat. Rer. Regul. tom.1. par.2. tractat. 13. quæst.142. numer.2. Cherub. in Compend. Bullar. tom 2. ad Constit.10. Gregor. XIII. Schol.1. Pignatel. consult.99. num.1. tom.4. D. Piton. in Parerg. num.62. & Rot. in Aquen. Processi.1. Julii 1676. §. Et jure cor. Bourlem. & in Tranen. Præeminentiar. 20. Febr. 1713. §. Quod autem cor. Card Scotto*, ibi: *Ex speciali Constit. Sanctæ memoriæ Gregorii XIII. motu proprio, & ex certa scientia, per viam legis universalis promulgata, præcipiente, quod universis, & singulis &c. liceat infrà Octavam Sanctissimi Corporis Christi Processiones suas particulares facere, absque eo quod possit à quocumque, privilegiorum prætextu, perturbari &c.*

26 27 28 29

Addimus ulteriùs duas punctualissimas resolutiones Sacr. Congrag. unam nimirum *Sacr. Congreg. Rit. in Quiten. 1. Septembris 1696.* quam referunt, & sequuntur *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap.40. num.10. & D. Piton. in Parerg. ad suas Discept. Eccles. tom.2. fol.13. num 61.* Secundam verò Sacr. Congregat. *Conc. in dict. Ripana 16. Martii 1715.* In prima enim dicitur. *Licere Patribus Franciscanis facere Processionem extra claustra &c. distinctis tamen horis.* In secunda autem quæsitum fuit. *An liceat eisdem Patribus* (hoc est Dominicanis) *sine licentia Episcopi peragere per Civitatem Processiones, tàm in prima Dominica Octobris, quàm in aliis temporibus in casu &c.* Fuitque responsum *Negativè* eidem dubio, generaliter concepto, sed cum illa limitatione, præsentem casum ad literam decidente: *Exceptis Processionibus Sanctiss. Corporis Christi, & Rosarii in prima Dominica Octobris.*

30 31

In conflictu igitur hujusmodi punctualium authoritatum dd. classicorum Doctorum, punctualiorum decisionum Sac. Rotæ, & punctualissimarum resolutionum Sacrar. Congr. & aliarum, supra allegatarum, vanum est hodiè ad probandum contrarium insistere in regulis generalibus, quas pannos calidos vocat *Card. de Luc. de Legat. disc.61. numer.4.* eò quia eædem resolutiones habentur uti casus legis, ex adductis *in meis Instit. Crimin. lib.1. tit.10. §.4. nu.149.*

32

Non est verum, quod Sacræ Congr. semper interpretatæ fuerunt dict. Constit.10. Gregorii XIII. ut illa procedat solùm quoad Processiones, faciendas à Regularibus intrà, non autem extrà claustra. Strictè enim respondemus, quod, antiquioribus resolutionibus omissis, Sacra Congr. Rit. re maturè perpensa, & Partibus acriter informantibus, oppositum ex diametro resolvit *in dict. Quiten. 1. Septemb. 1696.* juxta præcisa verba, relata supra num.31. Cum illo addito, quod eadem resolutio in forma specifica approbata fuit à Sanctæ memoriæ Innoc. XII. ut videre est apud *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap.40. num.10.* & notat *D. Pitonius*, qui in eadem Causa scripsit, ut videre est in *Parergon. ad ejus Discept. Eccles. tom.2. fol.13. à numer.61. usque ad num.78.* Ita ut in hac parte non solùm habeamus *d. individualem Constit.10. Gregorii XIII.* sed aliam individualissimam Innoc. XII. emanatam die 26. Februarii 1696. per extensum impressam *à Matthæuc.* ubi proximè.

33 34

Meritò autem eadem Sacr. Congr. nunquam restrinxit efficaciam, & dispositionem dict. Constit. Gregorianæ ad Processiones, faciendas à Regularibus intrà eorum Claustra; Quia contraria prætensio vim infert claris, & cubitalibus verbis ejusdem Constit. relatis supra num. 10. Si igitur Summus Pontifex per eadem verba loquitur, tàm de Clero Sæculari, quàm de Regulari, sine ullo fundamento prætenditur, ut non permiserit Processiones, nisi intrà Claustra, quia Sacerdotes Sæculares nunquam possent tales Processiones facere per Claustra, quæ non habent, ut, post multos concordantes, notat *idem D. Piton. in Parerg ubi supra num.67.*

35 36

Prætereà in dict. Constit. Gregoriana sermo est *de Processione publica & solemni* (sunt verba dict. *D. Pitonii ubi supra num.66.*) *quæ nunquam celebratur intrà Claustra, quidquid sit de Processionibus privatis, juxta notoriam consuetudinem, & praxim;* Ibique *num 64.* nimis significativè asserit, contrariam prætensionem, ut Processiones Santiss. Corporis Christi, quæ fiunt intrà Octavam ejusdem Solemnitatis, vigore d. Constit. Gregorianæ, esse faciendas intrà Claustra, esse meras ideas, & concordat *Lezzan. Oper. moral tom.1. par.2. cap.1. nu.91. & 92.*

37 38

Ultrò autem admittimus cum contrario Defensore in hac parte procedendum esse cum praxi Urbis, eò quia hæc deservire debet pro lege in universo Orbe; Imò authoritatibus, ab eo citatis, addentes alias relatas *in tom. 1. part.1. discept.6. numer.55. & part.2. discept.10. numer. 28.* Dicimus, reflexionem retorqueri ad hominem contra Clerum, eo quia quolibet anno omnium oculis expositæ sunt solemnes illæ Processiones Sanctiss. Corporis Christi, quæ in Urbe absque ulla Parochorum licentia à Regularibus fiunt extrà eorum Claustra, ut nostris præcisis terminis observat *D. Piton. in Parerg. numer.63.* ibi. *Et practicari videmus in ipsa Urbe, quæ in hac materia Ecclesiasticorum Rituum Civitatibus inferioribus exemplar esse debet.*

39 40

Itaut mirum certè videatur, quod ad colorandam contrariam prætensionem, omissis omnibus aliis Regularibus familiis, in contrariis Scripturis unicè adducatur exemplum PP. Jesuitarum, qui dictam Processionem in Ecclesia, Sanctiss. Nomini Jesu dicata, faciunt quidem per viam breviorem circa eorum Ecclesiam, sed pariter extrà Claustra, & per vias subjectas Parochiæ S. Marci, nulla ab ipsius Parocho obtenta, vel petita licentia; In Ecclesia verò S. Apollinaris, sub cura eorundem PP. Societatis Jesu existentis, nulla pariter à Parochis petita, vel obtenta licentia, eandem Processionem faciunt

41

per

per vias, & Loca, subjecta tribus Parochiis, ut est notorium.

Minùs attendi merentur alii prætextus distantiæ nostræ Ecclesiæ ab Oppido Montis Murri, qualitas viæ, quæ asseritur sepibus circumdata, & existentia apothecæ 42 Alutariæ in illa Via, per quam transire debet Processio; Omnes enim isti prætextus, exadversò ingeniosè excogitati, reperti fuerunt undequaque insubsistentes ab Episcopo Marsicano, ab hac Sacr. Congr. specialiter deputato ad illos recognoscen. Quæ omnia admittuntur in contraria Scri- 43 ptura ibi: *Assertiva Episcopi Marsicani, qui ad suggestionem Adversariorum forsan retulit huic Sac. Congr. d. viam esse de melioribus Oppidi, nullatenus attendi debet.*

Quamvis autem ibidem gratis ubique dicatur, eidem Episcopo non esse credendum in hac parte, *ex quo nunquam dictum Oppidum vidit, quivè de qualitate viæ, in Oppido extrà suam Diæcesim posito, nullam prorsùs scientiam* 44 *habet, vel habere potest.* Respondemus, quod eidem objecto præventivè occurrit idem Episcopus, asserens: *Fui necessitato, per rinvenire la verità, mandare in Monte Murro il Cantore di Viggiano, Francesco de Nigris, huomo ugualmente savio, & integro, con commissione di ricevere dalle Parti tutte quelle prove, che le avessero addotte, così per Scritture, che per testimonj, & oltre di quelle, ex officio informarsi da persone indifferenti della verità del fatto; E tanto furono le prove, che ciascheduna delle Parti volle fare con essame de testimonj, che ne compillò trè Processi distinti, con trattenersi in detta Terra dalli 20. Ottobre sino alli 8. di Novembre.*

In quibus circumstantiis personalis accessus dictæ qualificatæ personæ, & plusquam congruæ moræ ad recognoscendam veritatem, circa factum, ejus fidelibus oculis subje- 45 ctum, nullo modo eidem denegari potest plena fides ex adductis *in tom. 1. par. 2. discept. 26. num. 22.* Præcipuè, quia non est sermo de actibus transeuntibus, sed de rebus, quæ in eodem statu permanent, qualis est viæ longitudo, atque apothecarum in illa existentium recognitio, quæ millies fieri potuit à dicto Cantore in spatio 20. dierum, quibus ad unicum finem recognoscendi hanc veritatem in Oppido Montis Murri permansit, ut de se patet, & in terminis similium Relationum in specie probant adducti *in meo Tract.* 46 *de Livell. cap. primo §. 12. num. 10.* quibus addo *Bertachin Vot. dec. 100. nu. 16. & Rot. dec. 185. nu. 9. cor. Cerr. dec. 234. nu. 16. & 17. par. 16. rec.*

Pari insubsistentia laborant ea, quæ dicuntur de consuetudine favore Dominicanorum faciendi Processiones infrà Octavam, deque non solito dicta die illam faciendi à Reformatis: Tum quia (sunt verba *D. Pitonii*, allegantis 47 concordantes *ubi supra num. 78.*) *ut dici possit, Dominicanos habere consuetudinem privativè faciendi Processiones; probare oporteret, quod in die Dominica, tàm nostri, quàm alii Regulares voluissent facere Processionem, & fuissent repulsi per Dominicanos, & repulsioni acquievissent*, quod nec probatum exadverso fuit, nec probari in æternum potest, quia veritas stat in contrarium; Tum etiam, quia ex eo, quod in præteritum facta non fuerit dicta Processio, non exindè 48 dicitur derogatum dictæ Constitut. adhoc ut in futurum fieri non possit, in terminis *Pignatel. consultat. 63. num. 4. tom. 6.*

Omitti autem exadversò poterant exagerationes illæ, quæ, usque ad nauseam, fiunt circa parum gratum odorem 49 unius miserabilis Apothecæ Alutariæ, existentis in via, per quam transire debet nostra Processio; Ultrà quod enim absque ullo inconvenienti per illam eandem numero viam transeunt etiam omnes aliæ Processiones, quæ à Clero, & Dominicanis fiunt in Terra Montis Murri, ut est notorium; Et in Urbe videmus similes Processiones transire 50 per illas vias, in quibus reperiuntur multæ Apothecæ, longè magis ingratum odorem reddentes, quales sunt illæ, de quibus loquuntur *Bertacchin. Vot. dec. 43. per tot. Pacichel. de Distant. cap. 6. memb. 6. n. 15. & Zaul. ad Statut. Favent. to. 1. lib. 4. rubr. 60. per tot.*

Breviter respondemus, quod nostra Processio fieri solet die Dominico, & sic in honorem Dei feriato, in quo Apothecæ omnes clausæ sunt, neque eodem tem- 51 pore in illis laboreria conficiuntur, & proindè deficit in radice prætextus ille mali odoris, qui plus justo exageratus fuit.

Ad hunc autem effectum extrà propositum in contraria Scriptura registrata fuerunt verba illa *Bauldr. de Sacr. Cærem. lib. 2. cap. 33. num. 1. Ut viæ, per quas Processio transire* 52 *debebit, mundentur, & ornentur auleis, pannis, picturis, & floribus secundum posse, & qualitatem Loci*; Quia non exindè excluditur, sed potiùs ad hominem infertur, ut eadem Processio transire possit per omnia Loca, omnesque Vias Civitatis, dummodo hæ pro tempore, quo per illas transire debet Processio, mundentur, & ornentur secundum posse Loci. Quod ad unguem practicatur in Terra Montis Murri, in qua vice auleorum, & pannorum subrogantur flores, qui sine ullo pretio in magna quantitate ubique reperiuntur.

Nedum autem extrà propositum pariter allegantur, sed ad hominem retorquentur verba illa *Concil. Trident. sess. 13. de Refor. cap. 5.* transcripta in contraria Scriptura: *In Pro-* 53 *cessionibus reverenter, & honorificè illud* (scilicet Santiss. Sacramentum) *per Vias, & Loca publica circumferatur*; Non enim dicit Concilium, quod circumferatur dumtaxat per Vias illas, quæ circumdatæ sunt Apothecis Odorariorum, Myropolarum, & Chirothecariorum, sed *per Vias, & Loca publica*; Esse autem publicam viam illam, per quam annis elapsis facta fuit nostra Processio, ultro admittunt æquè gratuiti, ac affectati, & otiosi illi Viarum mensores, qui ean- 54 dem Viam *hanno compassata con funicelle*, ut dicitur in contrariis Scripturis.

Ejusdem prursus irrelevantiæ est alter prætextus confusionis, ob multiplicitatem Processionum eadem die, & in eodem parvo Oppido, Eo quia ista prætensa confusio non provenit è solito faciendi Processiones in nostro Oppido, sed 55 data opera procuratur ex arbitrio, & voluntate Cleri, juxtà verba illa, quæ leguntur in contraria Scriptura ibi: *Capitulum, & Clerus &c. solemnizare consuevit Festivitatem &c. cùm Processionibus, tam in ipsa die festivitatis, quàm etiam in Dominica infra Octavam, & passim quandocumque in aliis diebus dict. Octavæ ad sui libitum*, & ibi: *l' Arciprete in tutta detta ottava fà Processione con detto Venerabile ogni volta, che li piace, stando à sua disposizione per tutta la sudetta Terra.* Quæ verba, ut in simi- 56 li dicebat *Card. de Luc. de Jurisd. in addit. ad disc. 64. nu. 52.* non possunt sine risu, & bile sub oculis haberi, eò quia facere Processiones cum Venerabili reponitur in mero arbitrio Archipresbyteri, & Cleri per totam Octavam, *ogni volta, che li piace, stando à sua disposizione*, ac si ageretur de aliqua profana functione, quæ unicè dependeret ab ejus voluntate. Idque non alio fine, quàm replicandi eandem Processionem pro eo tempore quo illam facere volunt PP. Reformati, ut præcisè ad excitandum tu- 57 multum, non sine magno scandalo à Clero, & Dominicanis ex abrupto factum fuit anno 1714. teste Reverendiss. Episcopo Marsicano.

Oportunè subjungentes, quod facili negotio evitari possunt, omnes confusiones, cohærenter ad Cæremoniale Romanum, & ad laudabilem praxim totius Catholici Orbis, injungendo ut in ipso die solemnitatis Corporis Christi Processio fiat à Clero Sæculari: In Dominica verò infrà 58 octavam de mane fiat à PP. Dominicanis; Post Vesperas demum ejusdem diei fiat à PP. Reformatis. In quibus terminis, nedum nulla generatur confusio, sed omnis servatur ordo, ut de se patet. Quatenus verò PP. Dominicani mutando solitum, & horam, ab eis semper usque adhuc servatam, velint eligere horam Vespertinam pro facienda eorum 59 Processione, parati sunt Patres Reformati propriam Processionem facere de mane, & sic quantum ad eosdem PP. Reformatos spectat in quocumque casu nunquam verificabitur ista confusio.

In hac autem parte gratias agimus contrario Defensori, qui laudabili candore respondendo sibi ipsi in § 1. suæ Scri- 60 pturæ ibi: *Solemnizant festivitatem cum processionibus in Dominica infrà octavam, & passim quoque in aliis diebus dictæ Octavæ ad sui libitum.* Et ibi: *A Parochiali peragitur processio in tota Octava ad libitum*, cum aliis adductis *supra num. 55.* Hæc, solidè in Jure fundata asserit: *Licitum non est peragere dictos Processiones quandocumque ad libitum, sed horis congruis, & à Sacro Cæremoniali præfinitis.* Quam propositionem cùm concludenter probaverit ex 61 dispositione Cæremonialis; Ex resolutione hujus Sac. Congreg. Et ex quamplurium Doctorum authoritate, abstulit nobis laborem id faciendi, pro quo iterum meritas eidem referimus gratias.

Ea, quæ dicuntur de amissione privilegii, per non usum, 62 non subsistunt in facto, & non relevant in Jure.

Non subsistunt in facto, eo quia Nos non sumus in circumstantiis particularis privilegii, uni, vel alteri Religioni, 63 seù personæ concessi, sed sumus in terminis legis, generaliter latæ *pro omnibus, & singulis* (sunt verba *Constitut. 10.*

Gregor.XIII. §. 2.) Clero, & Clericis, & personis Ecclesiasticis tàm Sæcularibus, quàm quorumvis Ordinum, Religionum, & Militiarum Regularibus; Ac proindè ad hominem patet, non subsistere contrarium suppositum particularis privilegii, cujus respectu intret inspectio, an per non usum illius personæ, cui fuit concessum, omissum dici possit, juxtà terminos, in quibus loquuntur citati in contrariis Scripturis. Et in præcisis terminis nostri casus, quod Constitutio Gregoriana procedat per viam legis universalis, non autem particularis privilegii observat *D. Piton. in Parerg. ad suas discept. Eccles. fol.*13. *num.*61. & firmavit *Rot. in d. Tranen.* juxta verba relata *supra n.*29.

64

65

Minus idem suppositum relevat in Jure; Tùm quia adversùs *d. Constit.*10. *Gregorii XIII.* utì munitam clausula *sublata*, & decreto irritanti, ut videre est in illius *§*.5. non usus inallegabilis est, ex cumulatis per *Rot. in dec.* 1279. *nu.* 18. *cor. Emer. Jun. & in Terraconen. Præcedentiæ* 12. *Januarii* 1698. *in fine cor. Ansaldo*; Et in præcis. terminis *d. Constit.*10. Gregor. XIII. *Rot. in Tranen. Præeminent.* 20. *Febr.*1713. §. *Levioris cor. Eminentiss. Scotto* ibi: *Tùm, & magis, quia ex clausula sublata, & decreto irritante, in d. Gregoriana Constit. contentis inficitur quælibet possessio, observantia, vel consuetudo in contrarium, quæ in his terminis dicitur potiùs abusus, & corruptela*; Tùm etiam, quia particulares Religiosi non possunt neque tacitè, seu per non usum, neque expressè, mediantibus publicis actibus, præjudicare privilegiis, toti Ordini concessis juxtà communem opinionem Doctorum, quam in fortioribus terminis probant innumeri illi Authores, adducti *in tom* 1. *par.*2. *discept.* 10. *numer.*12. quibus addo *Rot. in magist. dec.*606. *numer.* 6. *coram Emer. Jun.* quæ loquitur in durioribus terminis actuum, gestorum ab ipsismet Generalibus Superioribus Religionum, firmando, illos neque etiam habere talem potestatem præjudicandi Religioni, absque Apostolico beneplacito. In qua parte habemus rotundum *Text. in cap. Cùm tempore de Arbitr.* ibi: *Cùm, & si spontè volueris, de Jure tamen nequiveris sine licentia Romani Pontificis, renunciare privilegiis, vel indulgentiis libertatis*; quem sequuntur *adducti in tom.*1. *par.*1. *disc.*19. *nu.*68.

66

67

68

Poterat contrarius Defensor parcere labori transcribendi omnes illas resolutiones Sacrar. Congr. quas referunt *Donatus, Nicolius, Pignatellus, & Novarius*, & in quibus fuit responsum, non licere Regularibus facere Processiones extrà claustra, sine Parochorum licentia; Omnes enim loquuntur in terminis aliarum Processionum, non autem in illis, quæ fiunt occasione solemnitatis Sanctiss. Corporis Christi, cujus respectu cùm habeamus d. individuale Pontificium Oraculum Gregorii XIII. necnon dd. individualissimas resolutiones *Sacr. Congr. Rit. in Quiten. & Sac. Congr. Conc. in Ripana*, de quibus supra *§*. 4. cum istis procedendum est, contrariis generalitatibus neglectis, per ea, quæ in terminis similium resolutionum Sacrar. Congr. notant adducti in meis *Inst. Crim lib.*2. *titul.* 8. *numer.*240. Et in præcisis terminis nostri casus advertit *D. Piton. in Parerg. ad ejus Discept. Eccles. tom.* 2. *fol.* 16 *num.*76. Et concordat *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap.*40. *num.*10.

69

70

71

In omnem verò casum potiùs ad materiæ ornatum, quàm ad Causæ necessitatem dicimus, quod nostris temporibus omnia Collegialia Tribunalia Urbis constanter amplexa fuerunt Sententiam, favorabilem cultui Sanctissimæ Eucharistiæ, ut scilicèt Processiones, ad illius honorem faciendæ à Clero, tàm Seculari, quàm Regulari vigore dictæ Gregorianæ Constitut. à Regularibus fiant extra illorum Claustra, & nullo requisito Parochorum consensu, cum ista moderniori opinione dd. magnorum Tribunalium procedendum est, non attento eo, quod antiquitùs in uno, vel altero casu ex particularibus facti circumstantiis forsan demandaverit, benè *Sylveir. Tractat. var. Opusc.*2. *de Declarat. Cardinal. numer.*11. *fol.* 283. & meliùs *Pignatel. consult.*107. *in fine tom.*1. *& consult.* 174. *num.*3. *tom* 4.

72

73

74

Quoad inconvenientia, sequuta de anno 1714. supplicamus perlegere plenam Informationem Reverendissimi Episcopi Marsicani, ab hac Sac. Congr. specialiter delegati, eò quia ex illa remanet evidens, quinam fuerit author, & auctor dd. inconvenientium; Non enim erubuerunt Oppositores, mutando naturam Processionum, quæ à Doctoribus appellantur Chori ambulantes, illas facere Choros stantes, seù permanentes, & quidem non in aliqua Platea, permittendo aliis liberum transitum; Sed in medio angusti Pontis, supra quem transire debebat nostra Processio, ubi tumultuariè constructo parvo Altare, claudente Pontem, ibidem *riponendo il Venerabile doppo cantato il Te Deum, l'incensò, & in vece di ripigliarlo, e proseguire il suo camino, vi si fermò assieme con tutto il Popolo, che seguiva in Processione, di modo tale, che s' impedì il passaggio à tutti*, sunt verba Ep. Marsican. qui aperit ulteriùs voluntarium illud æquivocum contrarii Defensoris, Majestati hujus Sacrosancti Senatus summopere oppositum, gratis & contra innegabilem veritatem asserendo: *Cùm PP. Dominicani ducerent more solito post Vesperas processionaliter Venerabile per Oppidum, cum interventu totius Populi, supervenerunt ex improviso PP. Reformati qui turmatim, & absque ullo ordine &c.* Non enim fuerunt PP. Reformati, sed Dominicani illi, qui turmatim, & absque ullo ordine post incæptam Processionem Reformatorum ex improviso supervenerunt, atque fuerunt causa illorum scandalorum, & inconvenientium, de quibus testis est idem Episcopus Marsicanus Apostolicus Delegatus.

75

76

77

Demum non possumus non rogare EE. PP. ut dignentur observare maximam improprietatem contrariæ instantiæ, dum Oppositores, absque ullo, vel minimo proprio præjudicio, adeò indirectis modis omnibus viis procurant impedire Sacram functionem devotæ Processionis, faciendam in diversa hora, expensis Principalium, uniceque directam ad majorem Dei gloriam, atque augustissimi Sacramenti venerationem, omnibus modis à Fidelibus procuran. ex firmatis per *Rot. in decision.*686. *cor. Cerro*, Quod inter Sæculares vix credi posset, & tamen manibus palpatur inter illos, quos Sac. Canones vocant Familiares Christi, Deique Ministros, ex animadversis per *Bellet. Disquis. Cleric. titul. de Disciplin Cleric. §.*1. *num.* 80. *& seqq.*

78

79

Proposita Causa per Emum Corsinum die 4. Martii 1717. sub dubio. *An PP Reformati Ordinis S. Francisci Terræ Montis Murri possint facere Processionem in dicto Dominico infra Octavam Corporis Christi in casu &c.* Sac. Congreg. respondit: *In decisis juxta modum, præscribendum ab Eminentiss. Ponente.*

80

Circa quem modum rescribendi videtur observatione dignum, quod Sac. Congr. cum grano salis noluit respondere d. dubio, prætenso à Clero, & non attentis omnibus ex hac parte solidè adductis, eidem admisso à D. Auditore Eminentiss. Ponentis, Nobis exclamantibus, quod tale dubium non erat congruum, sed aliud, *An sit standum, vel recedendum à decisis*: eò quia idem numero dubium fuerat d die 18. Aprilis 1714. à Sac. Congr. jam resolutum favore Reformatorum; Quæ omnia comprobavit Sac Congregatio, ut supra rescribendo; *In decisis juxta modum, præscribendum ab Eminentiss. Ponent.* qui die 12. Martii 1718. illum præscripsit sequentibus verbis: *Mandavit fieri Processionem per Clerum Sæcularem in die SS Corporis Christi; Per PP. Dominicanos in die Dominico infra Octavam de mane; Et per PP. Reformatos S. Francisci in d. die Dominico infra Octavam de sero.*

81

82

83

Hac autem occasione observo, quod incongrua dubiorum disputatio, quæ aliquando magna solet producere præjudicia litigantibus, ut observavi *in tom.*1. *par.*1. *disc.*18. *nu.*95. non semper procedit à Defensoribus causarum, sed aliquando contra ipsorum voluntates opus est disputare dubia, quæ etiamsi ab eis cognoscantur impropria, non est in eorum voluntate id effugere, & tunc attenti Defensores solent diligentiùs propria Jura deducere coram ipsis Judicibus, à quibus justitiæ complementum obtineri solet, ut practicatum fuit in hac causa, & in alia *Lauden.* de qua *in tom.*1 part. 2. *discept.*14 *num.*6. Et in qua contra praxim Sac. Cong. in quibus nunquam disputantur dubia, concernentia solam manutentionem, ex animadversis *in tom.*1. *part.*1. *discept.* 16. *nu.*152. prætendente Defensore contrario disputare dubium, restrictum ad manutentionem, Sac. Cong. die 27. Martii 1711. rescripsit, *Nihil de subscriptione dubii quoad manutentionem, ut in par.*1. *discept.*16. *n.*152.

84

85

DISCE-

DISCEPTATIO V.

Anglonen. Jurisdictionis.

INTER

Episcopum Anglonæ.

ET

Modernum Abbatem Abbatiæ S. Eliæ.

ARGUMENTUM.

Enumerantur multi actus particulares circa Iurisdictionem, prætensam ab Abbate Commendatario in Oppido Carboni, postquàm Sacra Congregatio declaraverat, illud non esse Nullius Diœcesis, sed esse subjectum Episcopo Anglonæ: Quos particulares actus, pro illorum majori parte, eadem Sacra Congr. declaravit, spectare ad eundem Episcopum.

DIe 17. Novembris 1714. propositis in hac Sac. Congreg. tribus dubiis, primo nempè: *An sit standum, vel recedendum à decisis sub die 14. Januarii 1660.* II. *An constet,* 1 *Abbatiam S. Eliæ Terræ Carbonis esse Nullius, & habere Territorium separatum, & Jurisdictionem quasi Episcopalem, & quatenùs negativè.* III. *An, & quo Jurisdictio competat Episcopo Anglonen. in dicta Terra Carbonis.* Ad primum responsum fuit: *In decisis, & ampliùs.* Ad secundum. *Ex deductis negativè.* Ad tertium verò, *Proponatur super singulis actibus*, ut videre est in *Tom.1.p.1. disc.9. per tot.*

Cùmque in executionem ejusdem rescripti, circa d. tertium Dubium demandata fuerit discussio 12. Dubiorum de quibus infra, ante illorum examen præmittimus, quod juxta inconcursum stylum, & laudabilem praxim omnium Supremorum Tribunalium, de quo in *dec.* 309. *numer.* 5. *coram Cerr. & decis.* 522. *numer.* 2. *coram Emer. Jun. & decis.* 60. *numer.* 6. *par.* 18. *rec.* & alibi quotidiè, in præsenti Congregat. præsupponendæ sunt dictæ resolutiones hujus Sacr. Congreg. & procedendum venit cùm illo in-2 dubitato principio; Quod Abbatia S. Eliæ non sit *Nullius*; Quod Eminentissimus Abbas non habeat Territorium separatum; Quodque in dicta Terra Carbonis idem Commendatarius nullatenùs habeat Jurisdictionem quasi Episcopalem; Et demùm quod ad terminos antiquæ resolutionis anni 1660. utraque Parte acerrimè Informante, confirmatæ, dict. die 17. Novembr. 1714. ad primum Dubium, Reverendissimus Episcopus possit visitare Ecclesiam Monasterii prædicti in omnibus, concernentibus curam animarum, Confessarios approbare, Ordines conferre, & in ea sacris Concionatoribus licentiam impartiri ut in præcisis terminis præsupponendæ resolutionis hujus 3 Sac. Cong. pro exclusione Iurisdictionis quasi Episcopalis cum simili exclusione qualitatis *Nullius*, & Territorii separati, firmavit *Rot. in dec.* 12. *nu.* 19. apud *Prosper. de Territ. separ.*

Hoc igitur præmisso, deveniendo ad I. dub. in quo quæritur: *An ultra visitationem delegatam, competentem Episcopo in Ecclesia Abbatiali, competat eidem Episcopo Jus faciendi visitationem localem, & personalem aliarum Ecclesiarum,* 4 *& Cleri Terræ Carbonis authoritate ordinaria, vel potiùs competat Em. Abbati*, Affirmativa resolutio illius primæ partis videtur clara, quia in Locis, & Ecclesiis, existentibus in Diœcesi Episcopi, & in quibus non verificatur qualitas *Nullius*, vel Territorii separati, cum competentia Jurisdictionis quasi Episcopalis favore Prælati inferioris, nullum cadere potest dubium, quod idem Episcopus possit facere visitationem, tàm localem, quàm personalem ut sequendo rotundos *Textus in in can. Omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. *& in cap. Conquerente, & cap. Constitutus de Offic. Ordin.* nec non æquè rotundam dispositionem Sacr. Conc. Tridenr. in *Sess.* 7. *de Reform. cap.* 8. observant adducti à *Barbos. de Jure Eccles. lib.* 1. *cap.* 14. *numer.* 3. *& de Potest. Episcop. par.* 3 *alleg.* 73. *numer.* 1. 5 *& seqq. & Ventrigl. in Prax. annotat.* 24. *§.* 1. *numer.* 2. *& à Rot. in decis.* 322. *numer.* 1. *coram Mantic. & dec.* 295. *num.* 3. *coram Priol. & decis.* 124 *num.* 4. *part.* 11. *rec. & dec.* 3. *num.* 1. apud *Prosper. de Territ. separ.* ubi illam adducit convincentem rationem, quia: *In Jure visitandi dictas Ecclesias principaliter versatur Diœcesanæ Jurisdictionis exercitium, & cor. Benincas. dec.* 51. *& dec.* 53. *utrobique num.* 1. *& in Burgen. Juris visitandi de Bribiesca* 12. *Januar.* 1714. *§. Accedit cor. Card. Scotto, &* 22. *Junii ejusdem anni §. Absque eo cor. Ansaldo* Et resolvit hæc Sac. Congr. in *Abellina in Lib.* 10. *Decret. fol.* 80. ibi: *Sac. Congr. censuit quoad visitationem Ecclesiarum, in eisdem Oppidis existen. posse Episc.. visitare omnes Ecclesias sæculares, & quibus per sæcula-* 6 *res deservitur, quamvis ad Monachos pertineant, vigore cap.* 8. *sess.* 7. *Et in Sulmanen. dicto lib.* 12. *Decret. fol.* 15. ibi: *Ad* 1. *censuit, Decreto ejusdem Concilii cap.* 8. *sess.* 7. *Si hujusmodi Ecclesiæ sint sæculares, atque intra Diœcesim Episcopi, licere ipsi eas visitare.*

Idque authoritate propria, & ordinaria, non autem delegata, ea ratione, quia posito, quod eædem Ecclesiæ non sint unitæ Abbatiæ, quodque nullum habeant privilegium, quod illas eximat ab ordinaria Jurisdictione Episcopi, & subiiciat alteri inferiori Prælato, cui respectu earundem 7 Ecclesiarum tribuat Jurisdictionem quasi Episcopalem, nulla adest necessitas recurrendi ad extraordinariam authoritatem, & Jurisdictionem delegatam, sed locum habet propria, & ordinaria Jurisdictio Episcopi, ut in terminis longè durioribus Ecclesiarum, unitarum Monasteriis exemptis, probant *Fagnan. in cap. Grave numer.* 15. *de Offic. Ordinar. & Alcuin. de Episc. & Abbat. Potest. cap.* 14. *n.* 1. & concordantibus cumulatis, firmavit *Rot. in decis.* 17. *n.* 6. *& seq.* apud *Prosp. de Territ. separ.*

Quoad 2. dub. *An eadem visitatio possit fieri cumulativè, vel privativè*, ab Eminentissimo Abbate Comendatario, & 8 ab Episcopo, quamvis absque præjudicio Episcopalis Jurisdictionis, non desint Authores, asserentes cumulativè cum Episcopis posse fieri dictas visitationes, etiam ab inferioribus Prælatis, ut videre est in *dec.* 336. *num.* 1. *& seq. cor. Pænia, & in Toletana Jurisd.* 10. *Januar.* 1689. *§. Secundo cor. Molin. & in dec.* 10. *numer.* 34 apud *Prosp. de Territ. separ.*

Quæ vera sunt etiam in terminis longè fortioribus Prælati inferioris, cum qualitate *Nullius*, & Jurisdictione quasi Episcopoli, juxta oraculum hujus Sac. Congreg. registratum *in Lib.* 2. *Decr. fol.* 267. ibi: *Memoriale, da presentarsi all' Illustrissimi Signori Cardinali della Congreg. del Con-* 9 *cilio per gli aggravii, che vengono fatti dal Reverendissimo Arcivesc. d' Urbino, come Ordinario, e più vicino, in pregiudizio della Giurisdizione dell' Abbate di Castel Durante, Nullius Diœcesis; Monsig. Arcivescovo d' Urbino pretende di poter visitare ogn' anno privativè, & non cumulativè l' Abbadia di Castel Durante immune, come anche tutti li Beneficii, sottoposti à detta Abbadia, non ostante, che quelli siano visitati ogn' anno caritativamente dal suo Abbate, Ordinario del Luogo, il che tornarebbe à grave danno, e spesa de poveri Preti, e gravissima offesa della Giurisdizione Abbatiale, &c. Cong. Conc. censuit, Episcopum posse visitare cumulativè quoad omnia.*

Vis tamen in eo residet, quod quidquid sit de d inspectione, in genere considerata, ex rotundo decreto hujus Sac. Congr. sub die 22. Januarii 1569. & quidem emanata cum speciali approbatione S. Pii V. visitatio Ecclesiarum, & Cleri nostræ Terræ Carbonis, non ab Abbate Commen- 10 datario, sed ab Anglonæ Episcopo fieri debet, juxta clara illa verba; *Ut Commendatarium moneret primùm in iis quæ spectant ad approbandos Sacerdotes &c. nè se interponat &c. Deindè nè Episcopum impediat, quo minùs matricem Ecclesiam, quam habet in sua Diœcesi, atquè ejus Clerum, visitet*; Undè in his circumstantiis non est immorandum in eo, quod in controversiam adduci solet à Doctoribus 11 in terminis generalibus, sed unicè videndum, quid in nostris individualibus terminis hæc Sacr. Congreg. injunxerit, illudq; promptæ exequutioni demandandum est, omissis generalibus regulis, & regularibus propositionibus, eo quia istæ in nulla habentur consideratione in illis casibus, in quibus adducuntur punctuales authoritates, quæ habent vim Legis, ut, loquendo in specie de resolutionibus hujus Sac. Cong. notat allegatis in meis *Inst. Crim. l.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *n.* 149.

Cæterùm non omittimus observare, quod inspectio visitationis, privativè, vel cumulativè faciendæ ab Epi- 12 scopis, non respicit Ecclesias omnes, quæ ejus visitationi subsunt, sed solùm illas, quas visitare potest jure delegato in quibus terminis loquuntur allegati supra *num.* 8. non autem verificatur in illis, quas visitare, potest jure proprio, & ordinario, ut sunt illæ Ecclesiæ, de quibus sermo est in nostro dubio, & quæ non sunt *commendate, ne unite all' Abbadia di Sant Elia commendata*, juxtà præcisa verba cl. m. Card. de Lauræa, ut benè distinguendo

guendo notant *Mar Anton. var. resol. cap.* 112. *num.* 5. *Van. Espen. in Repag. Canon. adversus nimiam exempt. à Jurisd. Episc. regul.* 10. *Card. de Albic. in discept. de Jurisd. Card.* impressa *apud Card. de Luc. de Jurisd. quæst.* 7. *num* 4. *& seq. Rot. dec.* 117. *in impressis apud Car. de Luc. de Iurisd. §. Paritèr,* 13 *& in decis.* 15. *num.* 25. *apud de Prosp. de Territ separ.* quas sequuta fuit eadem *Rot. in Burgen. Iurisd.* 19 *Ianuarii* 1714. *§. Non attenta versic. An potiùs ad ordinariam cor. bo. mem. Barbadico.*

Supplicantes in hac parte, ad tollendas ulteriores disputationes, demandare, ut in illis casibus, in quibus locus est cumulativæ visitationi inter Episcopum, & Abbatem, *in conflictu decretorum, quæ edita fuerint ab uno, vel ab altero Visitatore, prævalere debeant semper illa, promulgata per Ordinarium* sunt verba punctualis *decis. Rot. in d.* 14 *Burgen. Iurisd. super Manut.* 1. *Iulii* 1715. *§. Conquestio cor. Card. Scott.* quod firmaverat priùs in eadem Causa die 3. Augusti 1714. in fine *cor. Crisp* & concordat eadem *Rot. in dec.* 15. *n.* 8. *& dec.* 16. *n.* 6. *& dec.* 17. *n.* 3. *&* 9. *ad ornat. Card. de Luc. de Iurisdict.*

Dub. 3. *An jus conferendi Beneficia simplicia spectet ad E-* 15 *pisc. vel potiùs ad Em. Abbatem.*

Quidquid sit de illa quæstione, inter Doctores nimis controversa, an simplicium Beneficiorum collatio spectet, vel non spectet ad potestatem Jurisdictionis Episcopalis, & quænam ex oppositis in hac parte opinionibus verior sit, magisque communis, hoc unum est indubita-16 tum, & omnes Doctores in hoc conveniunt, quod talis Beneficiorum collatio annumeretur inter fructus, & quidem majores Episcopatus, juxtà magistralem *Gloss. in cap. Cùm olim Verbo Capitulo Major. & obed.* quam sequuntur adducti per *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell. §.* 4. *proem. num.* 61. *& gloss.* 56. *num.* 42. *Gratiat. discep.* 127. *n.* 38. *Tondut. resol. benef. par.* 1. *cap.* 111. *num.* 2. *& Rot. in Vormatien Custodiæ* 11. *Decemb.* 1684. *§. Et sic cor Ursino, & in Segobien. Canon.* 11. *Aprilis* 1704. *§. Altera cor. Card. Scotto.*

Et propterea ad eum spectat in nostro Oppido Carbonis simplicium Beneficiorum collatio, ad quem Jus Episcopa-17 tus pertinet; Cùmque absque ullo dubitationis principio ex replicatis resolutionibus, & repetitis oraculis hujus Sacr. Congreg. annorum 1660. & 1714. habentibus vim particularium legum, & in hodierna causæ propositione omni jure præsupponendis, ex supra allegatis *num.* 2. jura Episcopatus in dicto nostro Oppido nullatenùs spectent ad Eminentissim. Abbatem Commendatarium, ad eum proindè nullo modo spectare potest simplicium Beneficiorum collatio, juxta animadversa per *Garz. de Benef. lib.* 7. *cap.* 15. *numer.* 4. *& seq.* & firmata per *Rot. in dec.* 197. *num.* 1. *part.* 11. *rec. & dec.* 370. *n.* 8. *coram Bich.*

Dubium 4 *An Jus conferendi Beneficia curata spectet ad* 18 *Episcop. vel potiùs ad Em Abbatem.*

Respectu hujus 4. dubii, nedùm recurrunt, & applicantur omnia supradicta circa tertium.

Sed urget ulteriùs, & mirabiliter deservit pro exclusio-19 ne prætensionis Em. Abbatis à collatione Beneficiorum curatorum reflexio illa, quod, juxta dispòsita in Sacrosancto Concil. Trident. *sess.* 24. *de Reform. cap.* 18. Beneficia curata conferri debent per concursum, qui nullo modo spectat ad Abbates, non habentes Territorium separatum cum 20 qualitate *Nullius*, & Jurisdictionem quasi Episcopalem, sed semper fieri debet coram illis Episcopis, in quorum Diœcesibus posita sunt eadem Beneficia curata, juxtà claram dispositionem ejusdem Sac. Concil. Tridentin. ut in terminis advertunt adducti per *Barbos ibidem num.* 45. *& sequent.* ibi: *Inferiores Episcopo, qui non habent Jurisdictionem quasi Episcopalem &c. quamvis habeant jus conferendi, concursus, ac cætera omnia, in hoc decreto contenta, facere non possunt &c. Paris. de Resign. Benef. lib.* 8. *quæst* 9 *num.* 96. *Ric. in Prax par* 4. *resol.* 75. *per tot. Massobr. in Prax hab. concurs. requis.* 1. *dub.* 11. *&* 21. *& requis* 2. *dub.* 4. *Tamb. de Jur. Abbat. tom.* 3. *disp.* 9. *q.* 20. *n.* 1. *&* 2. *& Zecch. de Republ Eccl c.* 28. *de Paroch. n.* 6.

Et punctualitèr resolvit Sac. Cong. ut videre est in *to.* 4. *Decret. fol.* 48. ibi; *Congreg. censuit, in provisionibus Parochialium examen, & Edictorum appositionem, etiamsi illæ* 21 *sint intra limites inferiorum, pertinere dumtaxat ad Episcopum, dummodo in ejus Diœcesi existant, quamvis ab immemorabili hujusmodi Jus competeret inferioribus cumulativè cum Episcopo; Electionem similitèr si Parochialis sit liberæ collationis inferiorum, spectare ad Episcopum, sin autem sint Jurispatronatus Ecclesiastici servandum decretum Concilii c.* 18. *§. Si verò Jurispatronatus Ecclesiastici sess.* 24 *&c.*

Quæ adeò vera sunt, ut procedant etiam in illis terminis in quibus totalis exemptio à Jurisdictione Episcopi nullatenùs controvertatur, & verificetur etiam respectu Prælati inferioris Jus conferendi Beneficia curata: Adhuc 22 enim in istis casibus electio magis idonei, magisque digni, non ab Inferiori Prælato, sed per solitum concursum ab Episcopo, in cujus Diœcesi sita est Abbatia exempta, facienda est, ut in terminis resolvit hæc Sac. Congreg. in *Lib.* 1. *Decret. fol* 170. ibi: *Congr. Conc. censuit, non posse, sed hæc omnia pertinere ad Episcopum, in cujus Diœcesi sita est dicta Abbatia, qui ex omnibus idoneis, approbatis ab examinatoribus, eligat illum quem magis idoneum censuerit, & mittat ad Commendatarium, ut ab eo fiat illi collatio Parochialis*; Idemque contra Abbatem Montis Casini favore Archiepiscopi Capuani resolvit etiam in *d. Lib.* 1. *Decret fol.* 43. ibi: *L' Abbate di Monte Casino hà la collazione di certi Beneficii curati in Capua, de quali secondo la forma del Concilio è necessario l' Editto, l' esame, & il concor-* 23 *so; Si desidera sapere da questa Sag. Congr. à chi tocchi l' esame per l' approvazione, overo all' Arcivescovo di Capua, per esser questi nella sua Diocesi, overo all' Abbate di Monte Casino, per esser il Collatore. Cong. Conc. censuit, pertinere ad ipsum Archiepiscopum.*

Absquè ulla prorsus difficultate, ex quò nedùm concludentissimè doctum fuit anno 1660. de pluribus concursibus habitis coram Episcopis Anglonensibus antè collationem similium Beneficiorum curatorum, referente *Card. de Luc. de Jurisdict. discurs.* 9. *num.* 5. *versic. Doctum,* Sed 24 de illis concludentes probationes adducimus etiam hodiè, signantèr de anno 1588. de anno 1606. de anno 1687. & notat *Card. de Luc. ubi supra,* Sed ulteriùs adducimus seriam, & claram confessionem unius ex Abbatibus Abbatiæ S. Eliæ, quod similis concursus in provisione Beneficiorum curatorum Terræ Carbonis semper fieri debeat coram Episcopis Anglonensibus, ut ex Epistola cl. mem. Cardin. de Lauræa, directa Martinesio, tunc temporis ejus Vicario, seù Agenti in dicto Oppido Carbonis; In illa enim, originaliter exhibita in Secretaria, proprio charactere addidit: *Scrivo à Monsignor d' Anglona per l' esame, quale non si può sfuggire,* quàm seriam, & rotundam confessionem dicti qualificatissimi Abbatis Commendatarii, satis Mundo noti, magnifaciendam esse observant 25 Doctores illi, quos referunt, & sequuntur de *Angel. de Confess. l.* 3. *quæst.* 2. *n.* 6 *& Rot. dec.* 215. *num.* 6. *cor. Dunoz. Sen. & dec.* 126. *num.* 3. *coram Caril. & dec* 340. *num.* 6. *&* 7. *par.* 15. *rec.* Imò quod similes confessiones Abbatis, præcisa etiam Apostolica confirmatione, quando, ut in præsenti, verificantur, & sunt aliis adminiculis suffultæ, ligent Successores, cumulatis concordantibus, notabilitèr firmavit *Rot. in decis.* 49. *n.* 18. *apud Card. de Albic. de Inconst. in Jud* loquens in terminis similis confessionis, emissæ à clar. mem. Card. Francisco Barberino.

Transeunt autem in evidentiam omnia hæc ex alia Epistola ejusdem Cardinalis de Lauræa, die 21. Junii 1697. scripta dicto Martinesio, ejus Agenti, seù Vicario in di-26 cto Oppido Carbonis. In ea enim tantum abest, quod in ea fuerit opinione, quod ad ipsum, uti Abbatem Commendatarium, spectaret conferre Beneficia curata in dicto Oppido, quin potiùs, vacante tunc temporis Archipresbyteratu, qui est primum, & maximum Beneficium curatum in eodem Oppido, scripsit tunc temporis Episcopo, eum rogando, ut ipsum conferret dicto Martinesio ibi: *Scrivo altra lettera a parte a Monsignor Vescovo di* 27 *Anglona, acciò preponga V. S. ad ogni altro nell' elezione dell' Arcipretato, e la lettera è di mio pugno*; Si enim subsistentiam haberet contraria prætensio conferendi Beneficium curata in Terra Carbonis, frustrà petiisset ab Episcopo, quod ipse dare poterat, ut ad rem benè discutit *Rot. in Romana fructuum Census* 26. *Januarii* 1705. *§. Addebatur cor. Ansaldo*; Et frustrà paritèr precibus impetrare procurasset ab eodem Episcopo, quod ei de Jure competebat, ut de se patet, & probant adducti *in Tom.* 1. *par* 2. *discep.* 8. *n.* 9.

Dubio V *An institutio in Beneficiis de Jurepatronatus sit danda per Episcopum, vel per Em. Abbatem.* Affirmativa resolutio hujus 5. dubii, quoad illius primam partem, & 28 negativa quoad secundam, ex eo videtur clarè inferri, quod Institutio in Beneficiis de Jurepatronatus, non fit ex gratia, sed ex mera justitia, & causa cognita, seù attentè consideratis omnibus qualitatibus illius, qui à legitimis Patronis præsentatur ad Beneficium vacans: Indeque, uno ore inferunt Doctores, quod illa non potest

test pertinere ad eum, qui Jurisdictionem Episcopalem non habet, ex quo inter Jurisdictionalia computatur, juxta communiter receptam opinionem *Glossæ in cap. Trasmissam verb. Testibus de Elect.* quam referunt, & sequuntur *Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæst. 21. num. 35. & lib. 2. quæst. 2. num. 15. 17. & seq Pavin. de Offic. & potest. Capit. Sed. vac. par. 2. quæst. 2. num. 2. §. Confirmare autem*, *Lagunez de Fructib. par. 1. cap. 31. §. 1. num. 13. & 14. & Rot. in Segobien. Canonic. 11. Aprilis* 1704. *§. Et licèt eoram Card. Scotto* cum aliis *apud de Prosper. de Territ. separ quæst. 22. num. 33.* Et in durioribus terminis, in quibus inferiori Prælato assistat etiam consuetudo immemorabilis, ponctualiter resolvit hæc Sacra Congr. *in Pennen & Adrien.* individualiter demandando in his terminis institutionem, factam à Prælatis inferioribus, esse nullam, *non attenta* (sunt verba resolutionis, registratæ in *Lib. 1. Decr. fol. 121. à tergo*) *etiam quacunque consuetudine immemorabili, quæ in contrarium invaluisset, prout etiam sancitum est in d. cap. 13. sess. 7.*

Observando præcipuè, quod sumus in terminis institutionis authorizabilis, qualis est illa quæ fit ad præsentationem Patronorum quæ ad differentiam institutionis collativæ, nunquam fieri potest à Prælatis inferioribus ut notant *Gonzal. in cap. Cùm satis num. 3. de Offic. Archid.* ibique *Zabarell. num. 5. Hostien. in cap. Auditis nu 2. de Præscip.* ubi idem *Zabarell. n 5. Barbos. de Potest. Episc. allegat. 72. n. 173. & Rot. in Burgen. Jurisdict. 11. Junii* 1706. *§. Neque coram Ansaldo*, ubi quod institutio authorizabilis nunquam censetur perempta è renibus Episcopi, & 23. *Februarii* 1714. *§. A' supra firmatis cor. Falconerio.*

Præterea si institutio in ecclesiasticis Beneficiis neque etiam ab illorum Fundatoribus, (quibus permissum est quascunque conditiones, sibi benevisas, in fundationibus apponere, juxta ea, quæ notant *Vivian. de Jurep. lib. 4. c. 9. num. 56. Lotter. de Re benef. lib. 1. quæst. 34. num. 17. Card. de Luc. de Jurep. disc. 20. num. 15. & disc. 68. num 9. & 10. & Piton. discept. 25. sub num. 9.*) reservari nullatenùs potest inferioribus Prælatis ad exclusionem proprii Ordinarii, juxtà æquè rotundam, ac notoriam dispositionem Sacri Conc. Trid. *sess. 14. de Refor. cap. 13. in fine* ibi: *In casu autem fundationis, aut dotationis hujusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori reservetur:* Quanto minùs eadem institutio prætendi nullatenùs potest in nostris terminis ab Eminentiss. Abbate, qui nec fundavit, nec dotavit Beneficia illa, quæ reperiuntur in nostro Oppido Carbonis.

Cum quanta autem circumspectione in hac parte Sacr. hæc Congr. procedere soleat, patet ex eo, quod neque etiam ex gratia voluit id concedere Capitulo insignis Collegiatæ Ecclesiæ S. Mariæ in Via lata de Urbe, quæ postquam à Dataria ad terminos Juris, in quo insistebat, reportaverat negativum responsum approbationis similis facultatis instituendi Cappellanos in sex Cappellaniis, fundatis, & dotatis à Canonico Cauccio, & quarum nominationem, & institutionem expressè reliquerat eidem Capitulo, eam petiit à SS D. N. saltèm ex gratia, remissisque de more precibus huic Sacræ Congregationi hæc die 20. Sept 1702. in causa *Firmana Cappellaniarum*, dub. *An sit signanda Supplicatio ex gratia*, non attentis omnibus iis, quæ latè adducta fuerunt in Scripturis, & repetita in voce, negativum pariter dedit responsum. Circa quæ vide supra *To. 1. disc. 15 per tot. p. 1.*

Dub. VI. *An jus cognoscendi Causas matrimoniales spectet ad Episcopum vel ad Emin. Abbatem.* Affirmativa resolutio hujus 6. dub. quoad illius primam partem, & negativa quoad secundam ad hominem infertur ex literalitèr præscriptis, & per viam legis demandatis in Sacr. Conc. Trid. *sess. 24. de Reform. cap. 20.* juxtà illa verba, nullam admittentia detorsionem, vel contrariam glossam, seù criticationem: *Ad hæc Causæ matrimoniales, & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantùm examini, & jurisdictioni relinquantur:* In cujus Conciliaris sanctionis obsequium, & exequutionem ità tenent citati, & sequuti ibidem à *Barbos. num. 27. & seq. Fran. Leon. in Thes. for. Eccles. par. 2. cap. 9. num. 6. Fusc. de Visit. lib. 2 cap. 21. num. 9. Sanch. de Matr. lib. 2. disput. 29. nu. 17. Ricc. in Prax par. 1. resol. 215. & Sbrozz. de Offic. Vicar. Episcop. lib. 2. quæst. 43. in principio*; Considerando præcipuè dictionem illam, *tantùm*, ibi: *Episcopi tantùm examini, & Jurisdictioni relinquantur*, de cujus natura est excludere omnem alium inferiorem Prælatum, etiam qualificatam, & amplam Jurisdictionem habentem, juxta animadversa per *Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 1. q. 102. n. 11. Surd. dec. 119. n 9. Leo in Thesaur. For. Eccles par. 2. capit. 2. numer. 33.* & firmata per *Rot. decis. 503. numer. 4. cor. Dun. Iun. & dec. 57. n. 7. cor. Ansaldo.*

Quamvis autem disputent Doctores, an id procedat etiam adversùs illos inferiores Prælatos, quorum respectu verificatur immemorabilis consuetudo cognoscendi dd. Causas matrimoniales, nec non respectu illorum inferiorum Prælatorum, qui habent Territorium separatum, & Jurisdictionem quasi Episcopalem; Nullam habemus in præsenti necessitatem immorandi in dicta generali inspectione, quià factum in nostris terminis non assistit, ex quo talis consuetudo cum qualitate immemorabilis, & cum pacifica possessione Jurisdictionis quasi Episcopalis, & Territorio separato, nec probata fuit unquam, nec probabilis est favore Abb. Commendatarii in Oppido Carbonis, ex latè animadversis in *Tom. 1. discep. 9. per tot. par. 1.*

Deficiente proindè hujusmodi limitatione ex claro, & rotundo rescripto hujus Sacræ Congr. acriter Eminentiss. Abbate informante emanato, firma remanet regula à d. Sacr. Concil. Trident. determinata, ut matrimoniales Causæ, non ab inferioribus Prælatis, sed ab Episcopis tantùm cognosci debeant. Pro cujus regulæ exequutione, e iàm in dubio, non probata ex adversò clara limitatione, semper respondendum est, ex adductis per *Mantic. de Conjectur. lib. 5 tit. 15. n. 31. Surd. dec. 255. n. 2. & dec 322 n. 40. & seqq. Card. de Luc. de Servit. disc. 49. n. 9. & Rot. cor. Priol. dec. 436. n. 13.*

Dub. VII. *An Jus cognoscendi Causas criminales, civiles, & mixtas competat Episcopo, vel Emin. Abbati.*

Tres habet partes præsens dubium, & in omnibus speramus esse resolvendum favore Episcopi.

Quoad Causas criminales nulla videtur adesse difficultas, quia ad hominem applicantur ea, quæ modò observavimus circa Causas matrimoniales, quæ in hac parte parificantur à Sacr. Conc. ibi: *Causæ matrimoniales, & criminales*, ut notat ibidem *Barbos. num. 52. & seqq.* & meliùs *Rot. in dec. 306. num. 1. & seq.* apud *Posth. de Manuten. & dec. 60. per totam* apud *Tambur. de Jur. Abbat. tom. 3.*

Quæ adeò vera sunt, ut locum habeant etiam si inferior Prælatus doceret de rotundo privilegio ante Concil. Trident. sibi legitimè concesso, cognoscendi hujusmodi Causas matrimoniales, & criminales: Eò quia Concilium Tridentinum omnia hæc privivilegia de medio sustulit, & penitùs revocavit, juxta replicata oracula hujus Sacr. Congr. de quibus *in Tom. 11. Decret. fol. 1 6.* ibi: *Congr. Concilii ad primum respondit, Decreto ejusdem Concilii sublata esse quæcunque Ordinariorum, & Sedis Apostolicæ privilegia, cognitionem Causarum criminalium; & matrimonialium inferioribus Episcopo tribuentia, ac propterea, eis non obstantibus, ejusmodi Causas post Concilium esse ab Episcopis dumtaxat cognoscendas.* Et in tom 19. *Position. fol. 229.* ibi: *Ad 2. sublato privilegio nihil obstare Episcopo, quominus ejusmodi Causarum criminalium, & matrimonialium cognitionem sibi suo Jure vindicet.* Quanto igitur magis locum habebunt in nostro casu, in quo nedùm non costat de dicto claro, & rotundo privilegio, sed potiùs ad evidentiam constat de opposito, hoc est de subordinatione, & subjectione istiusmet Abbatis ordinariæ Jurisdictioni Episcopi Anglonen. nedùm in Causis civilibus, ut videbimus, infrà, sed etiam in Causis criminalibus; Exhibemus enim authenticas justificationes, ad quarum tenorem remanet manifestum... *Come nell'anno 1570. ritrovo ne Fascicoli delle Informazioni, che essendo Abbate del Monastero di Sant' Elia l' Abbate di Ruggiero, fu processato di archibuggiata, tratta da Annibale Rocco di Carbone per ordine di detto Abbate; E di più processato di recettazione de' Banditi, e participazione con essi, & altri eccessi, de' quali ne fù citato dalla Corte Vescovale di Anglona, & in Causa appellationis si presentò avanti l A. C. detto Abbate.*

Non attenta replicatione, quod Concilium in hac parte nullatenus abstulerit possessionem quadragenariam, cum titulo cognoscendi hujusmodi Causas criminales, & matrimoniales, multòque minùs derogaverit consuetudinibus immemorabilibus militantibus favore inferiorum Prælatorum cognoscendi dictas Causas matrimoniales, & criminales. Et consequenter non obstet Eminen. Commendatario, cujus favore prætenditur, utramque consuetudinem militare.

Inci-

Incipiendo enim ab immemorabili, quidquid sit de dicta conclusione, circa quam nulla adest de præsenti necessitas 45 immorandi in illius inspectione in genere; Hoc unum est verum in facto, quod in nostris terminis talis prætensa immemorabilis consuetudo, nec est probata, nec probabilis, ex laté adductis in *To.* 1. *par.* 1. *disc.* 9 *per totam*. Aliud verò est indubitatum in Jure, quod scilicet antequàm concludentissimè probetur dicta immemorabilis consuetudo per tres Sententias conformes, in judicatum transactas, immemorabilis consuetudinis prætextu non potest Episcopis impediri cognitio Causarum criminalium, & matri- 46 monialium, ut sæpè respondit hæc Sacr. Congr. & videre est in *Tom.* 11. *Decret. fol.* 2. ibi: *Ad* 2. *Donec de tali consuetudine immemorabili constiterit per tres sententias conformes, non Inferiores, sed Diœcesanum Episcopum interim debere hujusmodi Causas cognoscere; & in Tomo Positionum* 109. *fol.* 100. *& seq.* ibi: *Interim donec hujusmodi immemorabilis consuetudo legitimè per tres conformes sententias ab Inferioribus Episcopo probata fuerit; Episcopum solùm eam debere exercere: & in Salernitana* 14. *Martii* 1615. *dicto to.* 109. *Posit. fol.* 102. ibi: *Congregatio Concilii inhærens decisionibus, aliàs hac de re editis censuit, donec Commendatarius hanc quasi possessionem immemorabilem probaverit per tres sententias conformes &c. Causas criminales, & matrimoniales* 47 *non ab ipso Commendatario, sed ab Archiepiscopo Salernitano esse cognoscendas &c. & dicto tom.* 109. *Posit. fol.* 35. ibi *Die* 4. *Maii* 1613. *Cong. Conc. quoad* 1. *negotio maturè discusso, & Juribus utriusque Partis auditis probèque perpensis, censuit, cognitionem Causarum matrimonialium, & criminalium non ad Abbatem de Luculo, sed ad Episcopum Aquilanum tantùm pertinere*.

Eadem insubsistentia laborat alia prætensio quadragenariæ possessionis cum titulo cognoscendi dictas Causas criminales, & matrimoniales, nedùm quia illa pariter 48 non probatur in facto, & quidem concludenter, cum exclusione omnium aliorum actuum respectu Episcoporum Anglonæ, sed etiam quia Concilium Tridentinum in *sess.* 24. *de Reform. cap.* 20. de medio abstulit quadragenariam cum titulo, nedùm colorato, sed etiam vero, cognoscendi Causas criminales, & matrimoniales favore Prælatorum inferiorum, ut articulo formiter discusso, resolvit in *Theatina* 20. *Julii* 1612. ut videre est *in Tom.* 109. *Informationum fol.* 337. his verbis *Die* 20. *Julii* 1612. *Congregatio publica,* 49 *habita in Palatio Justiniani, censuit, Concilium cap.* 20. *vers. scilicet hac sess.* 24. *omninò sustulisse quadragenariam cum titulo: Proindeque cognitionem Causarum matrimonialium, & criminalium ad Archiepiscopum Theatinum dumtaxat spectare, non autem ad Præpositum de Atissa*.

Quo verò ad Causas civiles, & mixtas, applicantur pariter omnes reflexiones, supra adductæ, quod absque Ju- 50 risdictione quasi Episcopali, quam non habet in nostra Terra Abbas Commendatarius, illæ nullo modo ab eodem cognosci possunt ex supra animadversis: Accedente viva illa ratione, quod easdem Causas civiles, & mixtas cognoscendo, exerceret dictam Jurisdictionem quasi Episcopalem, quæ, ut diximus, & juvat repetere, ex replicatis oraculis hujus Sac. Cong. ipsi nullatenùs competit in dicta Terra, & nullum aliud ostendit particulare privilegium, dans illi hanc extraordinariam facultatem cognoscendi Causas civiles, & mixtas, independenter à Jurisdictione Episcopali, ei non competente.

Quibus addimus, quod idem Episcopus est in possessione cognoscendi hujusmodi Causas civiles, & mixtas, nedùm 51 cum suis subditis, existentibus in Terra Carbonis, ut justificamus in Secretaria, sed etiam cum ipsomet Abbate Commendatario, qui actus suam perfectionem punctualiter recepit, non contradicente, imò expressè omnia approbante eodem Abbate Rapacciolo anno 1662. Undè videtur involere manifestam repugnantiam, quod Episcopus, qui potest cognoscere Causas civiles, & mixtas, concernentes interesse, & personam ipsiusmet Abbatis Commendatarii non possit deindè cognoscere easdem Causas 52 quando illæ concernunt interesse Subditorum: Major enim in his casibus competeret exemptio, & majus privilegium membris, & inferioribus, ac competat ipsimet Capiti, seù Abbati Commendatario, quod in nostris punctualibus terminis improbant Authores, adducti *in To.* 1. *par.* 1. *disc.* 10. *n.* 37.

Quod autem tale exercitium Jurisdictionis in ipsummet Abbatem, quamvis exemptum, in Jure fundatum sit, patet ex literali *Tex. in cap. Volentes de Privileg. in* 6. innova- 53 to in Concil. Trid. *sess.* 7 *cap.* 4. *de Reformat.* & in specie resolvit hæc Sac. Congr *in Aquilana*, registrata *in Lib.* 10. *Decret. fol.* 75. ibi: *Sac Congregatio censuit si hujusmodi Abbas habeat simplex, ut proponitur exemptionis privilegium, sortiri forum Ordinarii ratione contractus, delicti, atque rei sitæ, juxtà Constit. Innoc. IV. quæ incipit* Volentes, *editam in Generali Lugdunensi Concilio, atque innovatam Decreto ejusdem Concilii c.* 14. *sess.* 7.

Dub. 8. *An Episcopo competat in præfata Terra Jus administrandi Sacramentum Confirmationis:* Si causa disputatio- 54 nis in Scholis deberet fieri aliquod argumentum adversùs affirmativam resolutionem hujus dubii, non de facili inveniri posset apparens aliqua ratio, vel levis authoritas, à remotissimis probans, quod Episcopo non competat Jus administrandi Sacramentum Confirmationis suis Subditis, in Loco, existente in sua Diœcesi, nullique alteri Episcopo, aut inferiori Prælato cum qualitate *Nullius*, Territorio separato, & Jurisdictione quasi Episcopali subjecto, ac in quo non verificatur qualitas *Nullius* cum Territorio separato, minusque in illo Prælatus inferior habet Jurisdictio- 55 nem quasi Episcopalem.

Nescimus enim videre quare Episcopus administrare possit dictum Sacramentum Confirmationis omnibus aliis propriis Subditis in exequutionem illius praecisæ, & particularis obligationis, de qua *D. Thom.* 3. *par. quæst.* 72. *articul.* 8. *ad* 4. cum aliis *apud D. Gasparr. in Instit. Canon. par.* 2. *tit.* 3. *n.* 11. *& seq.* Non autem illis, qui moram faciunt in Terra Carbonis; Cùm enim quoad istam Terram non verificetur Jurisdictio quasi Episcopalis respectu Abbatis Commendatarii, nec probetur Territorium separatum cum qualitate *Nullius*, idque ex rotundo Oraculo hujus Sacr. 56 Cong. dicta die 14. Novembris 1714. si per impossibilem hypothesim tale Sacramentum administrari non posset ab Episcopo, difficile erit ostendere, seù individuare aliam personam, à qua illud administrari posset in sibi nullatenus subditos: Præcipuè, quia cùm dict. Confirmationis Sacramentum teneantur administrare Episcopi tempore visitationis eorum Diœcesum, ut respondit hæc Sacr. Congr. in *Amalphitana* 8. *Julii* 1699. ad 1. Dub. ut videre est *in Lib.* 49. *Decr. fol.* 293. nunquàm daretur casus, quod illud administraretur in nostra Terra, in qua nullus alius accedere potest Episcopus ad illam visitandam, ut de se patet.

Et in terminis terminantibus resolvit hæc Sacr. Congr. *in Lucana*, registrata *in Lib.* 1. *Decret fol.* 128. ibi: *Congr.* 57 *Conc. censuit, nullum Episcopum posse in Diœcesi Lucana Confirmationis Sacramentum, &c. aut aliud Pontificale munus exercere absque licentia Episcopi Lucani*; Et in terminis durioribus Prælati inferioris, habentis Jura quasi Episcopalia, eadem Sac. Cong. *in Veronen.* registrata *in d. Lib.* 1. *Dec. fol.* 170. ibi: *Essendo l' Abbadia di S. Zeno di Verona esente, mà intrà fines però del Vescovato di Verona, e avendo* 58 *Jura quasi Episcopalia, si desidera sapere se il Cardinale Farnese Commendatario può far cresimare i suoi Popoli da altri, che dal Vascovo di Verona Congr. Conc. censuit, non posse, nisi de consensu, & licentia Episcopi, in cujus Diœcesi posita est d. Abbatia, ut sancitum est Decreto Concilii sess.* 6. *c. ult.*

Nec credimus repetendam etiam in assertam contrariam consuetudinem respectu hujus dubii, vigentem favore Abbatis. Dicimus enim, quod illa non regit in facto ex supra animadversis, & ex justificationibus exhibitis in Secretaria, & quatenus admitteretur per falsam hypothesim, 59 & simplicem discursum, adhuc non relevaret in Jure, eo quia etiam in terminis prætensionis consuetudinis immemorabilis, usquequo ista concludenter probetur per tres Sententias conformes, manutenendi sunt Episcopi in quasi possessione ministrandi hujusmodi Sacramentum Confirmationis juxta oraculum hujus Sac. Congr. registratum *in Lib.* 11. *Decr. fol.* 162. ibi: *Quamdiù Prælatus inferior legitimè non probaverit, se omnimodam Jurisdictionem Episcopalem habere, ad eundem Archiepiscopum dumtaxat spectare de* 60 *Causis &c. cognoscere, Sacramentum Chrismatis ministrare, & Causas criminales, & matrimoniales &c cognoscere*.

Cum hac Juris dispositione concordat etiam subsequens innegabile factum, seù observantia, dùm hodiè docemus de pacifica possessione Episcoporum Anglonen. administran- 61 di Sacramentum Confirmationis in Oppido Carbonis *senza nessuna repugnanza, ne de' Cittadini, ne del Clero*; Quæ eo fortiùs locum habent respectu hujus Sacramenti Confirmationis, ex quo in illo nullum adest dubium, quod conferre possit Sacramentum Ordinis, juxta resolutionem hujus Sacr. Congreg. anni 1660. confirmatam *die* 14. *Novembris* 1714. Difficile enim erit rationem disparitatis assignare,

signare, quarè Episcopus Anglonæ non possit conferre Sacramentum Confirmationis iis, quibus potest conferre Ordinis Sacramentum, ut consideranti remanet manifestum; Fortiùs quia in facto constans est, quod Episcopus uti or- 62 dinarius collator Sacramenti Ordinis, in Terra Carbonis recognitus etiam fuit, & canonizatus in Sac. Congr. Episcop. quæ die 5. Julii 1680. eidem injunxit, ut prima tonsura initiaret *Giovanni la Colla della Terra di Carbone, quando vi concorrino tutti li requisiti de' Sagri Canoni, del Sagro Concilio di Trento, e delle Constit. Apostoliche*.

Dub. IX *An Emin. Abbati competat Jus revidendi computa Locis Piis, & Hospitalibus dictæ Terræ, vel potiùs Episcopo, vel utrique*. Cura revidendi computa Administrato- 63 ribus Hospitalium, & aliorum Locorum piorum, non inferioribus Prælatis, sed Episcopis à Jure demandata est, ut recognoscere supplicamus *in clem. Quia contingit de Religios. domib. & in Conc. Trid. sess. 7. cap. 15. de Reformat. & in sess. 22. cap 8. & cap. 9. de Reform.* & observant *Gabr. cons. 195. per tot. lib. 2. Cabassut. in notit. Concil. fol mihi 574. nu. 20. Malet de Hierarch Eccles. Milit. lib. 4. par. 2. tit. 10. de* 64 *Hospital fol. 425. Mich. Timot. de Sacros. Eccles. Dei visit. lib. 2. tract. 8. cap. 1. & cap. 4 & cap. 5 ferè per tot. fol. mihi 183. & seqq. Rest. in Direct. Visitat. cap. 92. & seq. fol. mihi 163. & 165. Zecch. in Praxi verbo Hospitale fol. 115. & seqq. & Parchet. de Cleric. potest. par. 3. cap. 12. tit. de Confraternitatib. lit. K. fol. 185.*

Et proindè videtur omni fundamento destituta contraria prætensio, ut circa ea, quæ Episcopis à Jure, & Sacrosancto Concilio Tridentino specialitèr demandata sunt, se 65 intromittat, etiam cumulativè Abbas Commendatarius, non habens in dicta Terra, ubi dd. Loca pia, & Hospitalia existunt, Jurisdictionem quasi Episcopalem, neque Territorium separatum cum qualitate *Nullius*, in quibus terminis loquuntur omnes authoritates, quæ in hac parte allegari possunt, ad ostendendum, quod alii, præter Episcopos, ad Locorum Ordinarios, manus in hac parte apponere possunt, ut ex illarum recognitione remanet manifestum.

Non attenta, si ex adversò prætendatur in hac parte, consuetudo, vigens favore Emin. Abbatis Commendatarii, 66 nedùm quia in facto talis prætensa consuetudo nullatenùs probata erit, cum solitis, & necessariis requisitis, de quibus *Bero cons. 5. num. 23. lib. 1. Surd cons 393. num. 23. & Rot. cor. Coccin. dec. 1552. n. 11. & cor. Beninc dec. 252. n. 13. & seqq.* Sed etiam, quia quatenùs per falsam hypothesim admitteretur in facto probata, nullatenùs attendenda esset in Jure, etiamsi probaretur antiquissima, imò centenaria, & immemorabilis, uti penitùs sublata per Sac. Concil. Trid. juxta replicata oracula hujus Sac. Congreg. in *Illerden. Lib. 11. Decretorum fol. 50.* ibi: *Sæpiùs respondit, hujusmodi consuetudines immemorabiles quoad Jus visitandi Loca pia, & rationem administrationis exigendi Ordinariis tributum, esse* 67 *sublatas Decreto cap. 8. & cap. 9. sess. 22. ejusdem Concilii, & Isern. Lib. 10. Decr. fol. 46* ibi: *Censuit. neque ipsas Literas, sententiam, neque allegatam immemorabilem consuetudinem, etiamsi esset vera, obstare quominus Episcopus ab his œconomis, seù Administratoribus quotanis rationem administrationis exigat.*

Dub. X *An Emin. Abbati competat Jus concedendi Testimo-* 68 *niales pro ordinandis, tam super vita, & moribus, quàm patrimonio, vel titulo Beneficii.*

Respectu paritèr hujus 10 Dubii intentio Episcopi clarissimè fundata est in Juris communis dispositione, & in celebri *Constit. 44. f. m. Innoc. XII. intèr alias ejusdem fol. mihi 179.* In illa enim ubi sermo est de hujusmodi testimoniali- 69 bus literis, concedendis illis, qui sacris Ordinibus initiari cupiunt §. 8. demandatur, ut eædem Literæ testimoniales, non ab aliis quàm ab Episcopo, tam originis quàm domicili, concedi debeant, ibi: *Ad ulteriores Ordines promoveri, nisi ante eorundem susceptionem, testimoniales Literas proprii Episcopi, tam originis, quàm domicilii super suis natalibus, ætate, moribus, & vita sibi concedi obtinuerit, easque Episcopo ordinanti in Actis illius Curiæ conser-* 70 *vandas, exhibuerit.* Cùm enim respectu Eminen. Abbatis nullatenùs verificentùr dictæ qualitates proprii Episcopi respectu Incolarum Oppidi Carbonis, semper verum erit, recurritque eadem solida reflexio, innixa replicatis oraculis hujus Sacrosancti Consessus, quod nullo Jure poterit illis concedere testimoniales Literas, neque circa ea, quæ concernunt illorum vitam, & mores, neque circa ea, quæ respiciunt Beneficii qualitatem, & patrimonii quantitatem.

Accedente ulteriùs illa consideratione, quod ad titulum patrimonii ordinari nullatenus possunt, nisi illi, quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, juxta disposita *in Sacr. Conc.* 71 *Triden sess. 21. de Reform. cap. 2.* quæ nullatenùs applicari possunt Eminent. Abbati, non habenti Jura Episcopatus in nostra Terra Carbonis; Concilium enim in hac parte solis Episcopis, non autem aliis inferioribus Præsulibus, quacumque jurisdictione præditis, committit exactam recognitionem qualitatis, & quantitatis patrimonii illorum, qui sacris Ordinibus initiari volunt, ut ad rem observant *Ventrigl. in Prax. par. 1. annot. 42. §. 2. n. 3. Panimol. dec. 6. annot. 3 n. 6.* Et sequendo plures resolutiones Sac. Congreg. Immun. & signanter *in Firmana 12. Julii 1640. & in Civita-* 72 *tis Castelli 5. Martii 1648.* notat *Monacel. in Formul. tom. 1. tit. 3. form 18. n. 2. fol. 70.*

Neque omittimus observare, quod hujusmodi testimoniales Literæ concedendæ sunt prævia matura consideratione, ut notat idem *Monacel. ubi supra lib. 1. tit. 14. formul. 9 n 1.* Undè eo magis concedendæ videntur ab Episcopo, ob il- 73 lam verisimilem majorem notitiam, quam habet qualitatum, morum, & conditionis ejus Subditorum, Ex quibus communiter admittitur à Doctoribus, omnem illi esse præstandam fidem in hac parte, ob dictam nimis verisimilem, 74 imò certam notitiam, quam, vel habet, vel de facili habere potest, vel interrogando Testes, vel exquirendo Parochi attestationem, ut notant *Card. de Luc. de Benef. disc. 90. num. 12. & in Miscel. Eccles. disc. 7. num. 16. & Rot. cor. Bich dec. 115. n. 4 & in Bituntina Jurispatronatus 28. Martii 1707. § Et demum cor. Card Scotto.*

Dub. XI. *An Episcopus possit retinere Vicarium Foraneum* 75 *in dicta Terra, eodem modo, quo retinet in aliis Terris suæ Diœcesis.*

Respectu pariter hujus dubii cum difficultate posset inveniri ratio aliqua dubitandi, quatenùs in Scholis vellet impugnari affirmativa illius resolutio; Quia Terra Carbonis eo- 76 dem prorsùs modo situata est in Diœcesi Anglonen. & subjecta illius Episcopo, ac sunt omnes aliæ Terræ ejusdem diœcesis; Undè difficile erit assignare motivum, etiam apparens, & superficiale, cujus vigore in eadem Terra retinere non possit Vicarium Foraneum, dum iste retineri debet in omnibus Locis, & Oppidis Diœcesis *ad sublevandum* (sunt verba *Monacel. in Formul. tom 1. tit. 1. formul. 4. num. 1. fol. mihi 15*) *Diœcesanos ab incommodo itineris, & expensarum, & nè pro rebus levibus cogantur Civitatem petere*, & concordant *Nicol. lucubr. Canon. lib. 1. titul. 22 de Offic. Vicar. num. 29. & Pellegrin. in Prax. Vicar. par 1. sect. 7. subsect. unica num 4.* ubi ad hoc probandum refert, & sequitur *Concil. Mediolan. 1. par. 2. tit. ult. de Vicar. Foran.* 77 & resolvit Sac. Congr. Episc. *in Trojana 27. Martii 1690.* teste *Monacello ubi suprà.*

Dub. XII. *An Abbatia vacante possit à Clero dictæ Terræ eli-* 78 *gi Vicarius Capitularis.*

Vicarius Capitularis, juxta dispositionem *Sac. Conc. Trident. in sess. 24. de Reform. cap. 18.* eligi debet (sunt ejus verba) *post mortem Episcopi*, in cujus exequutionem id obser- 79 vant *Marchet. in Prax. Vicar. capit par. 1. tit. 8. & seq. Gallemart. ad idem concil. sess. 24. de Reform. cap. 16. n. 1. Solorz. de Jure Indiar. lib. 3. c. 14. n. 6. & seq. & Rot. dec. 220. n. 3. & 4 cor. Otthob. & apud Dian. coordinat. tom. 8. decis. 46. numer. 1 & seqq.*

Reditque proindè idem fundatus, & nunquam satis re- 80 petitus discursus, & solida reflexio, quod cùm Abbas S. Eliæ Terræ Carbonis non sit Episcopus ejusdem Terræ, non habeat in illa jurisdictionem quasi Episcopalem cum Territorio separato, nunquàm potest in illius locum, seù vacante Abbatia, eligi Vicarius Capitularis.

Prætereà neque etiam potest eligi ex defectu illorum, qui ipsum tenentur eligere, ob carentiam qualitatis Canonicalis, quæ cùm nullatenùs resideat in Clero Oppidi Carbonis, ubi nullus unquam adfuit, neque hodiè reperitur 81 Canonicus, & consequenter neque etiam reperiatur in illo Capitulum, manifestam implicat contradictionem, & intolerabile involuit absurdum, quòd à simplicibus Sacerdotibus eligi possit Vicarius Capitularis, ea ratione, quia ad istius electionem soli, & unicè concurrere debent Canonici, juxtà communem, & ab omnibus Tribunalibus receptam Canonistarum opinionem, de qua *Panvin. de Potest. Cap. Sed. vac. par 1. quæst. 2. Leo in Thes. For. Eccles. par. 1. cap 10. num. 7. Sbrozz. de Offic. Vicar. lib. 1. qu. 16. num. 8. Pac Jordan. var. lucubr tom 2. tit. de Vicar. Capitul. lib. 12. num. 2. Card. de Luc. de Luc. de Jurisdict. disc. 24. n. 11. & Rot. dec 865. n. 9. cor. Manzan & dec 525 n. 2. & 26. cor.*

26. cor. Bich. & dec. 491. n. 1. & 2. & decis. 528. nu. 1. & seq. cor. Emer. Jun. & dec. 105. n. 2. & seqq. part. 11. Rec. Et punctualiter resolvit *Sac. Congr. Episc. in Rossanen. 28. Novemb. 1686. & 5. Decembris 1687* necnon ità pariter resolvit *hæc* 82 *Sac. Congr. in Acernen. 13. Aprilis 1647.* quàm refert, & sequitur *Rot. in dec. 251. num 26. & seq. par. 19. Rec. & in Recineten. Vicarii Capitul. 4. Junii 1701. & 30. Augusti 1704.* ut videre est *in Libr. 51. Decret. folio 213. & in Lib. 54. fol. 352.*

Quod est adeò verum, ut in longè durioribus terminis Ecclesiæ Episcopalis Suffraganeæ, quando in illa non reperiuntur Canonici, Vicarius Capitularis ejusdem Ecclesiæ Suffraganeæ nullatenus eligendus est ab illius simplici- 83 cibus Sacerdotibus, seù à Clero dictæ Ecclesiæ Suffraganeæ, sed à Capitulo Ecclesiæ Metropolitanæ, juxtà resolutiones hujus Sac. Cong. relatas, & sequutas à *Monac. in* 84 *Form. to. 2. tit. 16. form. 9. n. 12. fol. mihi 254.* quæ recognosci possunt *in Lib. 35. Decr fol. 195.*

In universum denique non refragatur reflexio, quod forsan respectu unius, vel alteriùs ex dictis actibus, contentis in nostis dubiis, possit exadverso doceri de illorum 85 exercitio per Abbates Commendatarios pro tempore, & consequenter quod illorum respectu prætendi possit competentia, si non vigore jurisdictionis quasi Episcopalis, & Territori separati, cum qualitate *Nullius*, quæ hodiè allegari non potest ex replicatis oraculis Sac. Congr. saltem vigore præscriptionis, eò quia nullatenùs implicet, inferiorem Prælatum posse præscribere aliquos particulares actus jurisdictionis.

Strictè enim respondemus, quod cùm respectu etiam dictorum actuum verificetur illorum exercitium per Episcopos Anglonenses pro tempore, in conflictu eorundem actuum, exercitorum per Episcopos, & Abbates, semper præ- 86 ferendi, & attendendi sunt illi, qui fuerunt exerciti per Episcopos, ea ratione quia in actibus, provinientibus à causa universali, potiùs attenditur ipsa causa actuum, quàm illorum exercitium, juxtà theoricam *Innoc. in cap. Dilectus num. 3 de Cappel. Monachor in 6.* quam sequuntur *Posth. de Manut. obser. 73. num. 130. & Rot. apud Tondut. de Pension. dec. 11. num. 12. & apud de Prosp. de Territ. separ. decis. 3. num. 10. & in par. 18. rec. dec. 375. n. 6. & in Brixien. Jurisdictionis 5. Julii 1688. §. Et frustrà cor. Card. Caprar. & in Leodien. Jurisdictionis 10. Aprilis 1698 § Jure cor. Molines,* 87 *& in Nullius, seù Fulden. Jurisdictionis 1. Junii 1705. §. Respectu, seù 91. cor. Ansald.* ubi conclusionem ampliat, etiamsi paucissimi actus demonstrentur exerciti à Locorum Ordinariis, quod antea etiam firmaverat *in dec. 24. n. 35. & 36. par. 10. & dec. 382. n. 5. & 14. par. 16. rec. & in dec 24. n. 149. apud de Prosp. de Territ. separ.* ubi multas alias refert, & 88 sequitur Sacræ Rotæ concordantes decisiones.

Accedente ulteriùs illa alia convincenti reflexione, quod in promiscuitate actuum, exercitorum ab Episcopis, & Prælatis inferioribus, semper præferendi sunt actus, facti 89 ab Episcopo, eo quia illi habent pro se Juris assistentiam, & præsumptionem isti verò Juris resistentiam, quam in punctualibus terminis nostri casus exornant adducti à *Posth. resolut. 45. num. 39. & à Rot. in dec. 485. num. 19 par. 18. & in dec. 367. n. 10 & dec. 567. n. 8. eadem par. 18 Rec. & in dec. 396. in fine cor. Emer. Jun. & in Leodien. Jurisd. 9. Decemb. 1682. §. Quod eò cor. Molin.*

Secundò respondemus, quod præsens lis vigebat usque ab anno 1569. Illaque proposita fuit in hac Sac. Cong. usque 90 ab anno 1660. Et proinde in actibus, exadverso de facili adducendis à dicto anno 1569. usque ad hodiè, nullum omninò fieri valet fundamentum, uti attentatis pendente lite, juxtà inconcussam omnium Tribunalium opinionem, communemque Doctorum sententiam, ut, omissis generalibus, circa quæ facili negocio componi possunt Volumina, in nostris punctualibus terminis firmavit *Rot. in dec. 216.* 91 *num. 3. & dec. 334. num. 2. coram Pamphil. & dec 41. nu. 10. par. 5. rec. & dec. 13. n. 32. apud de Prosper. de Territ. Separ. & in Terracin. Cathedralitatis 23. Junii 1702. §. Nec aliquid cor. Molines, & in Caurien. Jurisdictionis 11. Junii 1703. §. Non urgente cor. Card. Caprara, & in Burgen. Jurisd. 11. Jun. 1706. §. Similitèr cor. Ansaldo.*

Tertiò tandem respondemus, quod ad hoc, ut super dd. actibus fieri posset aliquod fundamentum, concludentissi- 92 mè probari deberet exadverso id, quod nunquàm usque adhuc probatum fuit, illos scilicet fuisse gestos, nedùm scientibus, sed etiam patientibus, & acquiescentibus Episcopis Anglonen. quod non regit in facto, in quo docuimus de recursibus Episcoporum ad S. Sedem usque ab anno 1569. & de similibus recursibus ad hanc Sacr. Congregat. anno 1660. Aliàs enim, non probata hujusmodi patientia, & acquiescentia Episcoporum, inallegabiles prorsùs sunt ad probandam dictam præscriptionem, ut, omissis generalibus, ad nostrum præcisum effectum, cumulatis concordantibus, firmavit *Rota in Leodien. seù Aquisgranen. Canonicatus 22. Januarii 1703. §. Proindè cor. Molin. & in Caven. Jurisdict. super. Territ. separ. 13. Junii 1710. §. Neque cor. Falconerio,* 93 *& in Burgen. Juris visitandi de Bribiesca 11. Januarii 1715. §. Cæteri cor. Cer.*

Quæ omnia dicta sint cohærenter ad illam præcisam obligationem, quam habent Episcopi defendendi Jura propriarum Ecclesiarum, exercendique in exemptos, vel in alios, 94 qui tales se esse prætendunt, jurisdictionem illam, quæ eis attributa fuit in illo Sacrosancto Concilio, à quo plura Catholica Ecclesia consequuta est commoda, quàm ab omnibus aliis Generalibus Conciliis, simul unitis, experientia teste, & id observantibus Authoribus, *citat. in To. 2. par. 2. disc. 2. n. 208.* quibus addo incertum *Authorem* Libelli Gallico idiomate compositi, *sub titulo Traittez des Legats*, Colonia impressi anno *1669. fol. mihi 237.* juxta oraculum hujus Sacr. Congr. registratum in *Libr. 1. fol. 162.* ibi: *Utrum Episcopus incurrat aliquam pœnam, non utendo Jurisdictione in exemptos, & Loca exempta, quam ei Concilium Tridentinum concedit, specialiter in cap. 8. sess. 7.* 95 *& cap. 8. sess. 21. ac sess. 24. cap 20. vers. Adhuc, ac sess. 25. c. 6. de Reformat. per totum, & cap. 14. vers. Nequævis appellatio eadem sess. de Refor. cum similibus. Congr. Conc. censuit, nullam pœnam incurrere, sed in illis casibus, in quibus Decreta Concilii utuntur verbis præceptivis, seù obligatoriis, incurrere peccatum mortale.*

In eadem Causa.

Duo sunt fundamenta, quibus innituntur contrarii Defensores ad fundandam intentionem Abb. Commendatarii S. Eliæ Oppidi Cabonis: Concordia nimirum anno 1320. inita inter tunc temporis Episcopum Anglonæ 96 ex una, & Archimandritam, seù Monacos Basilianos ex altera; Et actus collationis Beneficiorum, qui asseruntur facti ab Abbatibus Commendatariis pro tempore, prætendentibus, ab illis fuisse præscriptum Jus illa conferendi in futurum; Cùmque neutrum ex dictis contrariis fundamentis subsistat, favorabilis resolutio dubiorum capienda videtur favore Episcopi.

Non subsistit primum, innixum Concordiæ; Iis enim, 97 quæ diximus supra à *n. 128.* addimus hodiè, quod Jus visitandi nunquam censetur Episcopis sublatum per quamcumque solemnem, ac solemnissimam Concordiam, ab ipsis, eorumque Antecessoribus, factam, nisi hæc in formâ specifica approbata sit à Summo Pontifice, atquè in illa, mediantibus verbis claris, nullamque interpretationem admittentibus, tale Jus concedatur inferiori Prælato; Quibus deficientibus, non attenditur lapsus cujuscumque temporis, ac consuetudo, quamvis longissima, favore illius, qui talem facultatem prætendit. imò neque etiam attenditur confirmatio ejusdem Concordiæ, factæ à Legato Summi Pontificis, juxtà casum, individualissimè decisum à *Rota in Juvenacen Jurisd.* in qua emanarunt septem uniformes Decisiones, nempè *dec. 471. & dec. 458. & dec. 534. par. 19. Rec. & dec. 499. & dec. 518. & dec. 519. & dec. 592. cor Emer. Iun. & cor. Ursin. 11 Jan. 1686.*

In casu harum Decisionum agebatur de amplissima Concordia, facta ab Episcopo Juvenacen. in specie confirmata à Card. Latino Ursino, in Regno Utriusque Siciliæ Legato Apostolicæ Sedis tempore Pii II. atque in illa rotundis 98 verbis eximebantur Subditi à visitatione dict. Episcopi Juvenacen. atquè subiiciebantur visitationi & correctioni Archipresbyteri Terræ Terlitii; Et tamen Rota semper fuit in sensu, illam, quoad privativam facultatem visitandi non sustineri; Ea semper adducta, & in omnibus decision. repetita ratione, quod eadem concordia absq; speciali approbatione S. Sedis nunquàm sustinetur *quoad Ius concedendi exemptionem à visitatione Ordinarii, tanquàm specialiter reservatum eidem S. Sedi, ex quo Iurisdictio, quæ publici Iuris est, totumq; ipsum Ius Episcopale, pertinet ad Ecclesiam* sunt verba *d. dec. 485. num. 4. part. 19. rec.* & concordant ferè per eadem numero verba omnes aliæ decisiones, supra citatæ.

Quanto igitùr magis omnia hæc locum habebunt in præsenti, in quo dicta Concordia anni 1320. non fuit confirmata, neque à Summo Pontifice, nequè ab aliquo 99 S. Sedis

S. Sedis Legato; Et quod magis, est illius proemio Archimandrita, & Monaci S. Eliæ profitentur reverti ad obedientiam Episcopi Anglonen. eundemque Episcopum agnoscunt in eorum Superiorem ordinarium, & è converso Episcopus Aglonensis promittit defendere Archimandritam & Monasterium, quatenùs contingerit impediri, aut molestari per Archiepiscopum Montis Regalis. Rursùs idem Archimandrita, & Conventus in signum subjectionis, promittunt solvere Episcopo, & Ecclesiæ Anglonen. in Festo Nativitatis B. Mariæ Virg. annuum Censum, sivè Canonem librarum 16. Ceræ albæ, Episcopus è contra fatetur, Archimandritam, & Monasterium habere spiritualem Jurisdictionem, videlicèt visitationem, & correctionem Clericorum in Grangiis, & Casalibus suis, videlicèt, in Farato, Scansana, & aliis Casalibus, & restrictivè promittit, se non intromittere in dicta visitatione, & correctione, nec in punitione delictorum, & defectuum Clericorum, non in Terra, seù Oppido Carboni, ab illo penitùs diviso, & separato, sed in præfatis Casalibus, & Grangiis; Demum in eadem transactione paciscitur, quòd Episcopus possit semèl in anno accedere ad Monasterium S. Eliæ, illudque visitare, atquè in eo morari prò facienda visitatione per duos dies tantùm cum præscripto numero Ministrorum, qui ipsum comitari debent in eadem visitatione, à qua excipiuntur dictæ Grangiæ Cappellæ, seù Membra ipsius Monasterii, non autem Terra Carboni.

Ex contextu igitùr hujus transactionis ad hominem confirmatur Jus Episcopi, & prorsùs destruitur contraria prætensio: Ex illo enim patet, quòd usque tùnc Monasterium agnovit in suum Superiorem ordinarium Episcopum Anglonen. eique in signum subjectionis promisit solvere annuum Censum; Ideoquè frustrà prætenditur hodiè competentia talis Jurisdictionis, dum ex clara confessione Archimandritæ, & Monacorum Jurisdictio ordinaria residet penès Episc.

Absquè ulla prorsùs difficultate, ex quo, ut modò indicavimus, & opportunè repetimus, in eadem transactione nullum miserabile verbum legitur, concernens Oppidum Carbonis, ejusque Ecclesias, & Populum, sed solùm excipiuntur, à Jure visitandi Grangiæ, Cappellæ, & Membra Monasterii; Undè nemo non videt, quòd ex hac etiàm reflexione transactio ad hominem retorquetur, dùm nostrum dubium unicè restrictum est ad Ecclesias, & Clerum Terræ Carbonis, nullo autem pacto percutit Cappellas, Grangias, seù Membra Monasterii, quæ in ipsa transactione excipiuntur à visitatione Episcopi, & reservantur sub correctione Archimandritæ; Et propterea redditur imperceptibile, quòd Abbates Commendatarii S. Eliæ ab ipsa transactione metiri valeant, Jurisdictionem activam circà Jus visitandi Clerum, & Ecclesias Terræ Carbonis, de quibus nulla legitur syllaba, nullumque reperitur jota in dicta transactione; Neminem enim latet, quòd Cappellæ, Grangiæ, seù Membra Monasterii sunt omninò disparatæ à Terra Carbonis, ejusque Ecclesiis, & Populo, nam Grangiæ, & Casalia sunt prædia, quæ de tempore initæ transactionis possidebat Monasterium, & in quibus regulariter adsunt parvæ Cappellæ pro usu, & commoditate Monacorum; Unde visitatio, reservata favore Archimandritæ quoad hujusmodi Grangias, & Cappellas tantùm, excludit sine dubio omne jus ejusdem Archimandritæ, & Abbatum ejus Successorum, respectu Terræ, & Cleri Oppidi Carbonis, cum exceptio firmet regulam in contrarium ex notissimis *apud Barbos. axiom. 85. num. 4.*

Imò dùm in eadem transactione Episcopis Anglonen. reservatur facultas visitandi semèl in anno ipsum Monasterium, quamvis regulare, quòd est Caput dictarum Cappellarum, & Grangiarum, ex hoc ad hominem infertur, quòd Archimandrita ejusdem Monasterii, & prò eo moderni Abbates Commendatarii prò tempore, qui illorum loco successerunt, nullum tùnc temporis habebant, nullumque habent, hodiè privativum jus visitandi, & propterà dùm Episcopus non intendit visitare dictas Cappellas, minusque Grangias, seù Membra Monasterii, quæ in dicta translatione excipiuntur à visitatione, sed solùm præcisè restringit suas preces, ejusque instantiam ad Ecclesias, & Clerum Terræ Carbonis, de quibus in transactione nulla fit mentio, ejus Jurisdictio ordinaria nulam admittit hæsitationem; Præcipuè hodiè, dùm ex oraculo hujus Sac. Congr. Abbates Commendatarii pro tempore non habent Jurisdictionem quasi Episcopalem nec Territorium separatum, & consequentèr carent Populo, sivè Ecclesiis, in quibus exercere possint dictam visitationem.

II. Dub. tanquam dependens à I. nullam admittit disputationem, cùm enim ex latè hactenus deductis evidentèr constet, quod Jus visitandi Terram, Ecclesias, ac Populum, & Clerum Terræ Carbonis indubitanter spectat ad Episcopos, debet pernecessè cessare concursus Abbatis circa cumulativam visitationem, quæ ad limites recensitæ transactionis est coarctata, & restricta ad Cappellas, Grangias, & Membra Monasterii.

Quoad III. dub. circa collationem Beneficiorum simplicium, nulla allegabilis est præscriptio ex parte Abbatum Commendatariorum, quia unica collatio Parochialis S. Lucæ Terræ Carbonis, facta per Car. Rapacciolum anno 1657 ac duæ provisiones Cantoriæ, seù Cantoratus ejusdem Ecclesiæ Parochialis, factæ pes eundem Card. annis 1627. & 1658. non sunt aptæ ad inducendam d. præscriptionem, cùm emanaverint post decret. hujus Sac. Congr. ann. 1569. à S. Pio V. approbatum, in quo canonizatur Episcopus Anglonensis, tanquàm Ordinarius Terræ Carbonis

Fortiùs quia cessat hodiè in Abbatibus Commendatariis pro tempore ex oraculo hujus Sac. Congr. fundamentum qualitatis *Nullius*, sub qua gesta fuerunt, & consequentèr cessat quicunque coloratus titulus, qui de Jure requiritur ad præscribendum contra Episcopum.

Quod autem omnes dicti actus gesti fuerint in figura Prælati, omnimodam habentis ordinariam Jurisdictionem in subditos, cum vera denominatione *Nullius*, & cum supposito, quod haberet Territorium, verè & propriè separatum à Diœcesi Anglionen. absquè ulla operatione intellectus ictu oculi desumitur ex Script. exadverso huic Sac. Congr. distributis ibi: *L' Abbatia &c. è del Commendatario, come Prelato ordinario del Luogo, hà la giurisditione ordinaria spirituale, & Episcopale di tutte le Cause civili, criminali, miste, e matrimoniali, sopra li Frati, e Monaci di detto Monastero, & i Preti, e Clero, e sopra il Popolo della Terra di Carbone rispettivamente &c.* & ibi: *De Abbatiali Ecclesia S. Eliæ Terræ Carbonis Nullius Diœcesis &c.* & ibi: *Paulus Rapacciolus Archimandrita, & perpetuus Abbas Commendatarius Abbatiæ Sancti Eliæ de Terra Carbonis Nullius &c. in Spiritualibus, & temporalibus Dominus &c.* quæ ad literam alibi sæpissimè repetuntur.

Quodque in illis casibus, in quibus potest quis aliquem actum duplici titulo gerere, attendatur ille, sub cujus denominatione ad illum processit, notant *Ias. cons. 138 num. 6. lib. 2.* aliique relati, & sequuti à *Rot. in dec. 103. num. 9 cor. Ottob.* cum quibus, Partibus acerrimè informantibus, me scribente, processit *Sac Congr. Episc. in Nullius Burgi S Sepulchri 23. Febr. 1701. Ponente Card. Coloredo*, nullas declarando censuras, promulgatas ab Episcopo S. Sepulchri, contra Abbatem S. Mariæ in Balneo, eo quià loco procedendi contrà illum, tanquam Apostolicæ Sedis Delegatus, uti procdere omni Jure poterat, processerat in figura Episcopi S. Sepulchri, qualem se denominaverat,

Cùmque dictus titulus *Nullius*, & suppositum Territorii separati, ut suprà diximus, & nunquàm satis repetimus, hodiè cesset in radice ex replicatis oraculis hujus Sac. Congreg. remanet manifestum, quod ille reducitur ad non titulum, & consequentèr nullum omninò in talibus actibus fieri valet fundamentum ad præscribendum ex diverso titulo, ut omissis generalibus, in nostris terminis, cumulatis concordantibus, firmavit *Rot. in decis. 24. num. 143.* apud *de Prosp. de Territ. separ.* ibi: *Titulo detecto insufficiente, corruit tota machina præscriptionis, etiam immemorabilis.*

Observando hìc, quod hujusmodi denominationes non possunt ullo modo referri ad tertiam speciem Prælatorum inferiorum, qui non possunt intitulari *Nullius Diœcesis*, nec asserere, apud ipsos existere Episcopalem Jurisdictionem, vel ad exclusionem Jurisdictionis Episcopalis, se subscribere valent *Domini in spiritualibus, & temporalibus* alicujus Oppidi, juxtà ea, quæ leguntur in actibus suprà expensis, & notant authoritates, per me adductæ *in Tom. 1. part. 1. discept. 9. à num 63. usque ad num. 67.* ubi sequuti fuimus communem divisionem Prælatorum inferiorum in tres species, quarum una tantùm seù prima dicitur *Nullius*; Et propterеà non sinè voluntario æquivoco dicitur in contraria *Replicatione facti*, quod ibidem explicetur triplex divisio Prælatorum, cum qualitate, & denominatione *Nullius*, quia denominatio hæc non competit, nisi illis Prælatis inferioribus, qui habent particolare, ac separatum Territorium, stans de per se, & per speciem Diœcesis, juxà authoritates ibidem allegatas *num. 63.*

Eadenquè insubsistentia laborat alia contraria reflexio, quod denominatio *Nullius*, competere possit alicui Oppido etiam

118 etiam post succumbentiam in lite circa talem qualitatem, citando utì punctualem *dec.* 91. apud *Urceol. de Transact.* In meo enim Codice dicta Causa, in qua emanavit eadem Decisio, inscribitur, *Invenacen. Jurisd.* non autem *Nullius* 119 *Tertulien. seù Juvenacen.* Et quod magìs est, eadem Decisio reperitur duplata *in part.* 10. *rec. la* 471 cum eadem taxativa denominatione *Juvenacen. Jurisd.* absque ullo addito, *seù Nullius Terlitii.*

Contorquetur nimis unus ex contrariis Defensoribus, ad elidendam vim resolutionis hujus Sac. Congr. anni 1596. ca-120 ptæ ex authoritate S. Pii V. juxtà illius præcisa verba, asserendo, Nos somniasse, quando diximus, ab illis fuisse inductam, & contestatam litem, eò quia ista dari non possit sinè citatione.

Cathegoricè autem respondendo dicimus cum Practicorum Principe *Ridolph. par.* 2. *cap.* 4. *n.* 36. *Monitorium æquiparari citationi, atque illius vim habere &c. & ob id litis pendentiam inducere, ut nihil debeat innovari, etiam ad effectum attentatorum.* Dicimus paritèr, ultrò admitti ex parte Ab-121 batis quod dd. Literæ hujus Sac. Cong. considerandæ sint per speciem Monitorii, cohærentèr ad illa cubitalia verba: *Censuerunt exemplum ipsius Libelli, conjunctum cum bis Literis A. Tuæ* (hoc est ad Archiepiscopum Matheræ) *mitteretur, ipseque ad eam scriberem, ut Commendatarium moneret &c* Et proinde, procedendo in hac parte exadverso admissis, de principio litis per adeo solemnem actum, gestum authoritate S. Pii & sententia hujus Sac. Congr. dubitar nullatenus potest. Illo autem admisso nullum omninò fieri valet fundamentum in prætensis posterioribus contrariis actibus ex vulgatis.

Quoad Jus conferendi Beneficia curata, contentum in 4. dubio, non adducitur exadverso, nisi unica collatio anni 122 1657. Ca. Rapaccioli, tùnc Abbatis, facta de Ecclesia Parochiali S. Lucæ, quæ proindè non est apta tribuere Abbati titulum præscriptionis, exclusivum Jurisdictionis, ordinariæ, quia cùm agatur de institutione in Beneficio, habente annexam curam animarum, & sic authorizabili, illa nec consuetudine, nec ex præscriptione competere valet Prælato inferiori, nisi habeat Jurisdictionem quasi Episcopalem in Clerum, & Populum, privativè ad Episcopum, sunt verba *Fagnan. in cap. Eam te num.* 3. *& seq. de Ætat. & qualitate.*

Respectu deniquè 5. dubii, respicientis institutionem in 123 Beneficiis de Jurepatronatus, à fortiori recurrunt omnia prædicta; Quia longè majus est habere Jus instituendi institutione authorizabili ad dicta Beneficia, quàm habere Jus simplicitèr illa conferendi; Uno autem ore receptum est inter Canonistas, quòd institutio authorizabilis taliter infixa est personæ Episcoporum, ut nunquàm ab illorum renibus eripi possit, juxtà phrasim, qua utitur *Rot. in Burgen.* 124 *Jurisd.* 11. *Junii* 1706. *§. Neque cor. Ansaldo.*

In eadem Causa.

Antè confutationem contrariarum exceptionum, non possumus non rogare EE. PP. ut dignentur observa-125 re titulum Scripturarum, qui ità cantat: *Nullius Abbatiæ Carbonis.* Videtur enim sapere nescio quid, majestati hujus Sacro Sancti Consessus ex diametro oppositum, insistere adhuc in titulo *Nullius*, postquàm hæc Sac. Cong. omnibus maturè pensatis, *die* 17. *Novembris* 1714. rotundè respondit, non constare, Abbatiam Sancti Eliæ esse *Nullius*; Crescitquè admiratio, observando, quòd id non prætenditur, nequè adducitur in Tribunali, diverso ab illo in quo Abbas succubuit, sed coràm hoc amplissimo Senatu, coràm quo adversùs dictum fundatissimum Rescriptum, exclusivum denominationis *Nullius*, neque etiàm concedi voluit nova Audientia; Illativè ex hac animadversione inferendo, quòd facile erit venire in cognitionem cum quanta majori verisimilitudine idem titulus, æquè insubsistens, ac ab hac Sac. Congr. reproba-126 tus, exagerabitur in Partibus, ac si Causa esset adhuc in illo statu, in quo reperiebatur antè dictum solemne judicatum hujus Sac. Cong.

Ut autem EE. PP. manibus palpent, cum quanta negligentia, ut modestè loquamur, executioni demandentur oracula hujus Sac. Congr. in Terra Carbonis, opportunè subjungimus, quòd in spretum resolutionis anni 1659. & aliarum duarum, illius confirmatoriarum, quæ, utraque Parte acerrimè informante, emanarunt *diebus* 24. *Januarii* 1660. *&* 16. *Maii* 1711. qua dictum fuit: 127 *Dilata, non retardata interim executione Decreti Sac. Congreg. anni* 1660. & die 17. Novembris 1714. qua dictum fuit: *In decisis, & ampliùs*, nomine Emi. Abbatis commissa fuerat uni ex vicinioribus Episcopis ampla facultas administrandi Sacramentum Confirmationis in dicta Terra Carbonis; Itaùt opus fuerit recurrere ad Emum Præfectum, & ab illius æquè notoria, ac inalterabili justitia specialem obtinere inhibitionem, nè in præjudicium ordinariæ Jurisdictionis Episcopi, illo postposito, procederetur ab alio Episcopo ad administrationem dicti Sacramenti in uno ex Oppidis suæ Diœcesis.

Deveniendo ad Causæ merita, extollitur exadverso Concordia, anno 1320 inita inter Marcum Episcopum Anglo-128 nensem ex una, & Religiosos Monasterii Sancti Eliæ Oppidi Carbonis, Diœcesis Anglonensis ex alia parte, quam transcripsit *Ughell. in Ital. Sacr. tom.* 7. *verb. Anglonenses Episcopi fol. mihi* 132. ac si eadem Concordia deservire posset pro decisione omnium dubiorum, de quibus disceptamus.

Pro cathegorica responsione adversùs dictam Concordiam, ultra ea, quæ observavimus supra à num. 97. sat 129 esset relativè se habere ad ea, quæ scripta fuerunt à Defensoribus Emi. Abbatis, ibi: *Patebit tenorem bujus transactionis revera fuisse verbis speciosum re inanem, proùt eam vocant Sanctorius, & Ughellius*, & verba dicti *Ughellii fol. mihi* 133 sunt hæc: *Deventum in Concordiam, verbis speciosam, re inanem.*

Videtur proindè nimis fragile fundamentum eadem exa-130 gerata Concordia, seù transactio, quam unus ex Abbatibus, qualis fuit dictus Sanctorius, acerrimus Defensor Jurium Abbatiæ, nec non ipsimet contrarii Defensores absque ullo verborum fuco, cubitalibus literis inanem vocant, & qualis revera est, ad fundandam contrariam intentionem, eo quia in illa Episcopus Anglonensis agnoscitur, & canonizatur Ordinarius ejusdem Oppidi Carbonis sequentibus verbis: *Veritatis agnitione &c. dictus P Jacobus, & Conventus, dictos Episcopum, Capitulum, & Ecclesiam, in suos Superiores ordinarios agnoscentes, ad eorum obedientiam sunt reversi.*

Si igitur ad tenorem hujus Concordiæ Episcopi Anglonenses sunt ordinarii Superiores in Oppido Carboni, & quidem habito etiam respectu ad ipsosmet Religiosos, in 131 Monasterio Sancti Eliæ commorantes, multò magis erunt tales respectu omnium aliarum Ecclesiarum inferiorum, dependentium ab eodem Monasterio, nè major exemptio attribuatur membris, & inferioribus, quàm competat Superiori, & Capiti, ut ait *Rot. in decis.* 295. *num.* 10. *cor. Priol. in dec.* 17. *num* 7 *apud D. de Prosp. de Territ. separ.*

Remanet proinde manifestum, magnificatam Concor-132 diam non solùm huic Parti non obesse, sed potiùs mirabiliter deservire pro favorabili resolutione 1. dub. circa visitationem, omni Jure competentem Episcopo, eò quia, nedum in illa sæpè fit mentio reverentiæ, & obedientiæ, debitarum eidem Episcopo à Religiosis Monasterii S. Eliæ, ibi: *Salva reverentia, & obedientia d. Episcopi, & Capituli Ecclesiæ Anglonen. secundùm Canonica Instituta*; Sed circa visitationem, de qua sermo est in 1. dub. ista sequen-133 tibus cubitalibus literis reservatur Episcopo, semel in anno facienda. *Quod, tam dictus Episcopus, quàm Successores ipsius, qui pro tempore fuerint, nunquam, nisi tantùm semel in anno, possint causa visitationis accedere ad dictum Monasterium, vel alios mittere loco sui*: Quamvis autem ibidem subdatur, non posse accedere ad Membra, & Grangias ejusdem Monasterii (quæ Membri denominatio nullo modo convenit Ecclesiæ Sancti Lucæ, existenti in ipsomet Oppido Carboni) id tamen conventum, & stabilitum fuit ad evitandas expensas, ob paupertatem dictar. Grangiarum, non ex motivo majoris exemptionis, competentis dd. Membris, & Grangiis in conflictu capitis, quod ad oculum resultat ex ejus lectura, ubi determinatur numerus persona-134 rum, & Equorum, cum quibus Episcopus accedere debeat ad visitandum d. Monasterium, in illoque morari debeat spatio unius tantùm, vel ad summum duorum dierum.

Quatenus autem alia æquè brevis, ac strangulatoria exquiratur responsio adversus dictam exageratam Concordiam, illa ictu oculi desumitur ex illis verbis ejusdem: *Et si dd. Archimandrita, & Conventus d. Monasterii, ac Successores ipsorum, quocumque tempore, quocumque modo se subtraxerint* (notentur quæso verba hæc) *à subjectione, & obedientia Ecclesiæ Anglonensis, omnia, & singula supra-135 dicta sint vacua, & irrita, & ex nunc pro nullis, vacuis, & irri-*

irritis habeantur. Cùm enim talis prætensio subtractionis à subjectione, & obedientia Episcoporum Anglonen. innegabilis sit, habito respectu ad præteritas operationes Abbatum, & innegabilior respectu Eminentiss. hodierni Abbatis ex dubiis disputatis, & resolutis favore Episcopi ab hac Sac. Congr. & aliis, quæ remanent disputanda, patet manifestissimè, nullum omninò fieri posse fundamentum in d. Concordia vigore dictæ clausulæ resolutivæ, quando etiam, 136 adversus rei veritatem, nulla alia dari posset congrua responsio, ex firmatis per *Rot. in decis.* 358. *num.* 4. *& seqq. cor. Priol.*

Particulariter verò descendendo ad 1. dub. respiciens visitationem, tàm personalem, quàm localem in Oppido Carboni, tres miserabiles actus adducuntur exadverso in spatio trium circiter Sæculorum, ab anno nimirum 1472. quo cœpit Commendari Abbatia, usque ad hodiè; Primus anno 1580. authoritate Card. S. Severinæ; Secundus anno 137 1641. authoritate Card. Pamphilii, posteà s. m. Innoc. X. & tertius anno 1650. authoritate Card. Rapaccioli.

Quamvis autem, sivè attendatur parvus numerus eorundem trium actuum dumtaxat, in tempore adeò diuturno 138 trium ferè Sæculorum, sivè maxima authoritas, sub cujus clypeo gesti fuerunt in Loco, in quo de facto Episcopi Anglonenses impediebantur illorum ordinariam Jurisdictionem exercere, nulla vis fieri possit in eisdem tribus actibus, in concursu aliorum in longè majori numero, in eodem Oppido exercitorum ab Episcopis Anglonensibus: Ea ratione, quia in his casibus potiùs attenditur causa actuum, quàm attendatur eorum frequentia, quodque utì gesti ab eo, qui pro se Juris assistentiam habet, præferendi sunt aliis, quamvis numero pluribus, gestis ab eo, cui Jus resistit, ex allegatis supra num. 86. Itaut non desint primæ classis Doctores, asserentes, *ut non solùm actus* 139 *numero minores superabundent pro excludenda contraria observantia, sed exuberant paucissimi, & secundùm aliquos, etiàm unicus actus in oppositum*; ut videre est *in decis.* 24. *num.* 35 *& 36. part.* 10. *& decis.* 382. *num.* 18. *&* 14. *par* 16. *& decis.* 375. *num.* 6. *par.* 14. *rec. & dec* 24. *num.* 86. *apud de Prosper. de Terr. separ.*

Strictè nihilominùs respondendo, dicimus, quòd iidem actus utì gesti, nedùm pendente lite, quæ incœpit anno 1569. Sed in spretum mandatorum hujus Sac. Congr. d. an- 140 no 1569. cubitalibus istis literis iniungentis Abbati Commendatario: *Nè Episcopum impediat, quominùs matricem Ecclesiam, quam habet in sua Diœcesi, atque ejus Clerum visitet*, poni possunt ad partes, ad effectum, de quo disputamus, nullumque fundamentum in illis fieri valet contra Episcopum, cujus favore semper loquebatur dictum oraculum hujus Sac. Congr. semperque præservabat illius Jura, & ordinariam jurisdictionem, eò quia illa, utì talem canonizavit in d. Decreto, ibi: *Totam hanc cogitationem, & curam relinquat Episcopo, tanquam Ordinario*, per ea, quæ notant communiter DD. sequuti *à Rot. in decis.* 24. *num.* 35. *& seq. par.* 10. *& dec.* 340. *num.* 22. *par.* 15. *& decis.* 375. *num.* 6. 141 *par.* 18. *rec. & in Leodien. Jurisd.* 10. *Aprilis* 1698. §. *Jure cor. Molin.*

Non attento, quòd hujusmodi actus jurisdictionales exerciti fuerint ab Episcopis sinè scientia, & patientia Abbatum. Ultrà quod enim in tanta illorum pluralitate sub oculis Abbatum pro tempore, vanum est illorum ignorantiam allegare, cùm quæstio sit circà actus, ab eisdem Episcopis exercitos, in vim propriæ, & nativæ Jurisdictionis, nulla scientia Abbatum requirebatur, ex quo in his cir- 142 cumstantiis Episcopus dicitur uti Jure suo, nec aliquid innovare in alterius præjudicium, ut per hæc numero verba id observavit *Rot. in Burgen. Jurisd.* 26. *Jun.* 1709. §. *Non attento cor. Lancet.* & concordant adducti *in Caputaquen. Jurisd.* 4. *Maii* 1708. §. *Siquidem cor. Caffarel.*

Quibus non adversantur *decis. in Burgen. Jurisdictionis, & Juris visitandi*, in contrariis Scripturis sæpè allegatæ: In illis enim sermo erat *de Abbate* (sunt verba ejusdem *decis.* 143 3. *Julii* 1713. §. *Adstipulante, cor. Barbadic.*) *in Ecclesiis controversis, veluti existentibus sub dominio, & omnimoda jurisdictione Monasterii, Ordinarii vices implente, & in eis segerente, tanquàm verum, & ordinarium Prælatum &c.* Quæ omnia toto cœlo distant à terminis nostri casus, in quibus Abbas Commendatarius in Ecclesiis Oppidi Carboni non implet vices Prælati, minùsque habetur, tanquàm verus Ordinarius, sed iste, tam ex antiquo oraculo hujus Sac. 144 Congr. *diei* 22. *Januar.* 1569. quàm alteriùs 24. *Januar.* 1660. quàm demùm novissimi *diei* 17. *Novembris* 1714. est solus, & unicus Episcopus Anglonensis.

Ex quibus remanet absque ullo fundamento assertio, quod Jus visitandi competat Abbati jure proprio, non autem vicario Episcopi, & consequenter competat eidem privativè quoad eundem Episcopum, juxtà terminos 2. 145 dub. Videtur enim speciem veri paradoxi habere hæc assertio, quia, ut sæpe diximus, & ex tribus oraculis hujus Sac. Congr. concludenter demonstravimus, Ordinarii in Terra Carbonis, non sunt Abbates S. Eliæ, sed Episcopi Anglonen. Et propterea admissio alterius Capitis in figura proprii Ordinarii ejusdem Terræ, importaret veram monstruositatem, uno ore improbatam à Docto- 146 ribus illis, quos approbando sequitur *Rot. in Burgen.* 17. *Junii* 1715. §. *Tùm, & evidentiùs cor. Ansald.*

Non minùs insubsistens est aliud adminiculum, exadverso desumptum ex asserta Platea, seù descriptione Jurium, competentium Abbatiæ, inter quæ annumeratur illud exigendi medietatem decimarum, quod sicuti, secluso privilegio, de jure non nisi, vel ad Parochum immediatum, vel 147 ad Superiorem, tanquàm Parochum Parochorum, solent attinere, ità mirificè ostendit in Abbatibus ordinariam jurisdictionem, ex *Rot. in decis.* 24. *num.* 45. *apud de Prosp. de Territ. separ.*

Mirùm enim in rei veritate est, quod adeò exadverso insistatur in hujusmòdi reflexione, quæ ad hominem contra 148 Abbatem retorquetur cum punctuali authoritate ejusdem *decis. Rotæ* in contrarium citatæ, quæ ad oculum mirificè ostendit ordinariam jurisdictionem in Episcopis Anglonensibus, non autem in Abbatibus Carbonensibus. Postquàm enim in d. dec. per modum obiecti Rot. adduxit ea, quæ exadverso inculcantur, in §. *Quod autem, seù num.* 81. *&* 82. eidem obiecto respondendo, ait, decimarum assigna- 149 tionem, vel competentiam, neque etiam à remotissimis umbram spiritualis jurisdictionis importare, eò quia illis gaudere valent etiam personæ laicæ, innumeras ibidem citans, ac sequens punctuales authoritates; Insistere autem in authoritatibus revocatis, vel loquentibus per modum obiecti, cui deindè adæquata, & congrua datur responsio, esse pessimi Juris optimum signum, cum longè majori energia, asserit *Rot. in decis.* 1620. *num.* 4. *cor. Coccin.* & concordant adducti in *Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 20. *num.* 138. 150 *& seq.*

Quoad Breve S. Pii V. dicimus, illud emanasse ad instantiam Abbatis, ut denotant verba illa *Cùm nuper acceperimus*, in quibus circumstantiis nullum omninò fundamentum fieri valet in quibuscumque amplissimis Summorum Pontificum Gratiis in præjudicium Episcoporum, 151 eorumque ordinariæ Jurisdictionis, ut in terminis durioribus similis Brevis, emanati prævia discussione materiæ in Sac. Congreg. Episc. firmavit *Rot. apud de Prosp. de Territ. separ. decis.* 10. *num.* 33. *& decis.* 14. *sub num.* 14. Ultrà quod non est novum, Summos Pontifices, omissis Episcopis, committere aliquando punitionem alicujus atrocis criminis aliis personis Ecclesiasticis, magna temporali jurisdictione pollentibus in Loco commissi delicti, juxta terminos nostri casus, absque eo quod ex tali facultate dicatur præjudicatum Locorum Ordinariis cir- 152 ca eorum nativam, & ordinariam Jurisdictionem, ut in terminis, eidem objecto punctualiter respondendo, firmavit *Rot. in decis.* 24. *num.* 79. *apud D. de Prosp. de Terr. separ.*

Antè discussionem sequentium trium dub. in ordine 3. 4 & 5. dignentur EE. PP. ponere ad partes actus omnes, exad- 153 versò exageratos, utì gestos ab Abbatibus prò tempore, in, sibi ipsis non competente, figura, seù qualitate *Nullius*, neque etiam hodiè derelicta post terminationem Causæ, concernentis dictam qualitatem, & denominationem, ut vidimus supra num. 125. Actus enim uno titulo gesti, non possunt suffragi, minusque attendi merentur, detecta insubsistentia ejusdem tituli, per ea, quæ notant communiter *Repetentes in cap. Dudum de Decim. Capiblanc. de Baronib. pragm.* 11. *à num.* 146. *tom.* 2. *Card. de Luc. de Præemin. disc.* 2. *num.* 17. *& de Jurepatr. disc.* 57. *num.* 29. *& Rot. decis.* 1227. 154 *n.* 8. *cor. Emer. Jun. & dec.* 29. *n.* 58. *& seq. par.* 7. *rec.* Atque applicatur regularis illa propositio quod corruente supposito, corruunt omnia, super illo ædificata, de qua *in Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 12. *num.* 69.

Discurrendo proindè de dictis tribus dubiis cùm eo systemate, in quo hodie ex replicatis oraculis hujus Sac. Congr. reperitur Terra Carbonis, quæ est de Diœcesi Anglonensi, & subjecta ejus Episcopo, utì illius vero, & proprio 155 Ordinario, collatio omnium beneficiorum, sivè simplicium, sivè curatorum, & sivè illa sint libera, sive de Jure pa[tro-]

patronatus alicujus familiæ, omni jure spectat ad eundem Episcopum, uti Ordinarium, ea ratione, quia collatio talium beneficiorum annumeratur inter fructus Episcopatus, & proinde ad eum spectat illa conferre, ad quem pertinet Jus Episcopatus in nostra Terra, ex allegatis supra num. 15. & seq.

Neque in hac parte locum habere potest præscriptio Juris conferendi hujusmodi Beneficia, nedùm attenta lite, inter 156 has Partes introducta usque ab anno 1569. neque etiam hodie terminata, juxtà animadversa per *Marescot. lib. 2. cap. 100. num. 10.* & firmata per *Rot. in dec. 125. num. 5. coram Merlin. & dec 78. num. 62. cor. Ansald. & dec. 81. num. 6. & 7. par. 11. rec.* Verùm etiam attentis illis actibus, concernentibus dicta Beneficia, per Episcopos Anglonenses prò tempore gestis, quos concludenter probavimus in Scripturis, exhibitis in Secretaria.

Supplicantes pariter in hac parte benignè ponderare, quod si Episcopi Anglonenses similes actus, & alias collationes Beneficiorum non fecerunt, id attribuendum est ma- 157 gnæ potentiæ Abbatum Carbonensium prò tempore, saltem de facto procurantium se ingerere in exercitio illius Jurisdictionis cùm qualitate *Nullius*, & Territorio separato, quam hæc Sac. Cong. usquè ab anno 1569. omnibus maturè perpensis, resolvit, eisdem Abbatibus nullatenùs competere, *sed totam hanc cogitationem, & curam relinquendam esse Episcopo, tanquàm Ordinario*, Cum addito, quod ta- 158 lis resolutio capta fuit ex authoritate S. Pii V. & propterea *non vereor* (sunt verba Extensoris dicti decreti) *quin prò sua prudentia operam datura sit, ut Commendatarius nihil novi moliatur, quod hac indè Episcopum retardare possit.*

Agnoscitur exadverso magna vis hujus resolutionis, ora- 159 culo ejusdem S. Pontificis roboratæ, & ad eam elidendam, dicitur, illam resolvi in meram citationem, attentis verbis illis: *Si quid tamen contra eum prò jure suæ Abbatiæ afferre vult, id ad Sacr. Congr. Trid. curet referri, atque interim pareat:* Quantum enim impropria sit talis criticatio, evidenter deducitur ex dictis finalibus verbis; *Atque interim pareat*; Inauditum enim est, quod in simplicibus Citationibus addantur dicta verba, ut citatus priùs pareat, & deinde sua Jura coram Judice deducat, ut ipsismet Notariorum Tyronibus notum est.

Ea, quæ dicuntur de Jure instituendi ad Beneficia, competente illi Ecclesiasticæ personæ, quæ insimul suffulta 160 conspicitur Jurisdictione, & Jure universali, longè distant à casu præsenti, quia Abbas Commendatarius in Terra Carbonis non habet talem Jurisdictionem universalem: Itaut proindè remaneant penitùs inapplicabilia adversus Epis- 161 copum, ea ratione, quia in nostra Terra Carbonis jurisdictio universalis residet penes d. Episcopum, tanquàm verum, & proprium Ordinarium, non autem penes Abbatem.

Poterant demùm omitti exagerationes circà subtractionem Scripturarum ab Archivio Abbatiali, & circà authoritatem Abbatis Sanctorii, qui non historiam, sed simplicem Scripturam prò se ipso, ejusque Patruo, tunc temporis Abbate, conscripsit, ut latè observavi *in Tom. 1. par. 1.* 162 *discept. 9. à num. 17. usque ad num. 28.* & patet ex illis verbis *pag. 204. Ad vota Adversariorum*. Historici enim nullos alios habent Adversarios, præter adulationem, & mendacium, ut de se notum est. Quibus addo solùm, quod Typi Vaticani, exadverso exagerati, in quibus impressus fuit idem Liberculus Sanctorianus anno 1601. nullam authoritatem eidem addiderunt, ratione, adducta à *Fagn. in cap. Cùm venissent num. 73. & seq. de Judic* ibi *Quasi imprimendi* 163 *licentia æqualem infundat omnibus authoritatem*, quem sequutus fui in *meis Instit. Crim. lib. 4. tit 8. num. 103.*

Ultrò autem admittentes optimas qualitates ejusdem insignis Prælati, prò eo, quod attinet ad illius authoritatem, 164 strictè respondemus cùm verbis illis *Cardin. Pallavic. nell' Istor. del Concil. in Introduct. cap. 2. num. 1. Ogni Istorico non è altro, che Testimonio &c. Onde a levargli la credenza, non si ricerca in lui la maligna volontà di affermare il falso per vero, basta l'animo appassionato, che approvi l'inverisimile per verisimile.*

Prætensa verò subtractio Scripturarum est mera exageratio, & longè major impropria est illa phrasis, qua deplo- 165 ratur infortunium Abbatiæ quod sapiat miraculum, ut conservari potuerint ea, quæ hodie adducta fuerunt: Omnia enim illa deprompta fuerunt à dicta Scriptura, composita ab Abbate Sanctorio, qui hæc ait *in pag. 173. Prolata sunt privilegia, & ostensa Diplomata Summorum Pontificum, quibus cavetur, declaraturque, Monasterium Carbonense Terrarum dumtaxat subiacere Rectori & pag. 202. Diplomata, & Scripturarum Volumina, quod ardenti animo cupiebatur, in potestatem devenere, peculiari numinis favore, & beneficio S. magni Prophetæ Eliæ* Est enim prorsùs insubsistens prætendere, ut diligentissimus iste Author omi- 166 serit inserere in dicto Liberculo Scripturas illas, & asserta privilegia, quæ poterant esse unicum fundamentum Abbatum, quæquè gratis ubiquè hodiè subtracta prætenduntur.

In eadem Causa.

PRo dilucidatione illorum æquivocorum, cum quibus proceditur in contrariis Scripturis, videntur præmittenda aliqua, ex quibus nullius remanent efficaciæ ea, quæ 167 in illis hodiè repetuntur.

Primum quod afferuntur multæ particulæ cujusdam *Liberculi*, compositi ab insignis literaturæ Viro Paulo Æmilio Sanctorio, uno ex nostris perpetuis Adversariis, cui gratis ubique placuit illi dare titulum *Historiæ Carbonensium*, quæ nihil aliud est, quàm *Manifestum*, compositum à dicto Abbate, occasione litis cum Episcopis Anglonen. acriter agitatæ ab eo ejusque Patruo Card. S. Severinæ, in Eccle- 168 siasticis historiis satis noto, occasione Conclavis, in quo electus fuit Summus Pontifex f. m. Clemens VIII. ut in specie observat *Card. de Luca*, qui in hac Causa scripsit anno 1660. Et videre *est in disc. 9. de Jurisd. sub num. 6.* Seù veriùs nihil aliud est, quàm *Restrictus Facti, & Juris cum suo Summario*, impressus ab eodem Abbate, ut ex illius lectura manifestum est, & signanter ex *fol. 204.* ibi: *Nè pari naufragio, turbinibusque abripiantur ad Vota Adversariorum;* Quantùm enim phrasis hæc usitata est inter Curiales, tantùm videtur impropria in ore Historicorum, qui nullos alios habent Adversarios, præter adulationem, & mendacium, ut vidimus supra num. 162. Ex quibus, & aliis, latiùs adductis *in Tom. 1. par. 1. discept. 9. à num. 17.* quæ fuerunt ab hac Sacra Congregatione admissa in articulo Territorii separa- 169 ti, nullum fundamentum fieri potest in dicto Liberculo, ex firmatis per *Rot. in decis. 1620. num. 4. cor. Coccin.* ubi quod improprium est allegare ea, quæ fuerunt rejecta, & Nos addimus, quod crescit in immensum improprietas illa reallegare in illomet Tribunali, in quo sæpè fuerunt reprobata ex adductis *in d. Tom. 1. par. 1. discept. 20. num. 138.*

Præmittimus secundò, quod adducuntur pariter multæ particulæ cujusdam Plateæ, seù descriptionis Jurium, & bonorum Abbatiæ S. Eliæ, quæ asseritur composita ab Episcopo S. Marci annis 1577. & 1578. antè diem 23. Junii, ubi idem Episcopus vocatur Joannes Grignetta, & tamen 170 indubitatum est, quod dictus Grignetta ad Episcopatum S. Marci electus fuit die 2. Junii 1578. ut notat *Ughell. in Ital. Sacra tom. 2. in descript. Episcop. S. Marci fol mihi* 951. ibi 171 *Joannes Antonius Grignettus electus est anno* 1578. 2. *mensis Junii*, & patet ex authentica attestatione moderni Secretarii Sac. Collegii, ad alium finem per extensum registrata *in Tom 1. par. 2. discept. 21. num. 26.* Videtur proinde æquè improprium, ac insubsistens, quod Episcopus S. Marci, 172 nomine Joannes Grignetta, potuerit conficere d. Plateam, eò quia de illo tempore non erat talis.

Sed quando etiam eadem Platea talem essentialem non admitteret exceptionem, adhùc nullius esset relevantiæ favore Commendatarii ea ratione, quia hujusmodi Plateæ fiunt à Partibus, habentibus in Causa interesse, & pro 173 indè nunquam in Judiciis attenduntur, ut in terminis ad nostrum præcisum effectum, post multos concordantes, firmavit *Rot. in Nullius, seu Caputaquen. Juris. 26. Junii 1711. §. Addito cor. Ansaldo*, ibi: *Quod si vera est regula, prout est verissima, quod Liber non probat pro Scribente, ex congestis in meo Tract. de Mercat. &c. quomodò hæc Platea, exarata per Episcopum, sivè de illius ordine, queat pro eo quidquàm probare? &c.* Quidquid priùs dixerat eadem *Rota in S. Severi Jurium Parochialium 5. Maii 17.0. §. Eadem cor. Crispo.*

Tertiò præmittimus, quod ex eadem ratione nulla pariter fides danda est cuidam affectatæ Scripturæ, cui gratis datur titulus *Croniche Basiliane*. Cùm enim Authores ejus- 174 dem Scripturæ gratis appellatæ *Cronica*, fuerint ipsimet Monachi Basiliani Abbatiæ S. Eliæ, actum esset de Judiciorum solemnitatibus, ac de probationum relevantia, si credendum esset Collitigantibus ipsis, ad proprium favorem scribentibus ad ampliandas proprias exemptiones: *Omnibus enim in re propria dicendi testimonium facultatem Jura submoverunt* dicit *Text. in l. 5. C. de Testib.*

Præ-

Præcipuè quia composita fuit post litem motam, quæ initium sumpsit usque ab anno 1596. ex quo in eadem Cronica (175) fit mentio eorum, quæ gesta fuerunt sub fa. m. Innocentio X. tempore, quo erat Abbas S. Eliæ, seù anno 1638. ut in terminis fortioribus veræ historiæ, à personis indifferentibus compositæ post litem motam, quod illis non sit credendum firmavit *Rot. in decis.* 17. *numer.* 15. *& seqq. cor. Arguel.* quam sequutus fui in *meis Instit. Crimin. lib.* 4. *tit.* 8. *numer.* 119.

Quarto præmittendum est, quod in præsenti judicio procedendum est cum resolutione hujus Sac. Congr. diei 17. No- (176) vembris 1714. quando rescripsit respectu Oppidi Carbonis non constare de qualitate *Nullius*, neque de Territorio, separato à Diœcesi Anglonen. quæ omnia prætendebantur exadverso ex motivo prætensæ consuetudinis immemorabilis; Itaut hodiè inallegabilis sit eadem prætensa immemorabilis consuetudo, funditùs dicta die rejecta, seù agnita, & canonizata pro insubsistenti, per ea, quæ in terminis decisionum Rotalium, præsupponendarum in eadem Causa, advertit *Rot. in dec.* 77. *num.* 66. *cor. Ansaldo*.

Præmittendum quinto cum illis classicis Authoribus, quos citat, & sequitur *Rot. in dec.* 391. *num.* 14. *& seqq. part.* (177) 13. *& dec.* 21. *num.* 13. *&* 16. *part.* 14. *rec.* quod actus illi, qui gesti, & exerciti fuerunt in figura Prælati *Nullius*, & cum supposito Territorii separati, & qualitate Episcopalis Jurisdictionis, allegari non possunt, & allegati nullo modo attendi debent ad inducendam præscriptionem actuum particularium, ea ratione, quia hoc modo operarentur aliquid ultra Agentis intentionem, contra omnia principia. Dum enim gesti fuerunt ex uno titulo, seu causa universali, non possunt trahi ad aliam diversam, & particularem causam, (178) oppositam intentioni Agentis, contra literalem dispositionem *Text in l. Non omnis ff. Si cert. pet & in l. In agris ff. de Acq. rer. dom.* cum aliis apud *Rot. in dec* 12. *n.* 7. *cor. Priol.* & adductis suprà *num.* 53.

Præmittendum sexto, quod juxta contrariam prætensionem, si Episcopus Anglonen. non posset facere ea, quæ continentur in nostris dubiis, daretur monstruositas, usque adhuc in Catholico Orbe inaudita, quia esset verus, & proprius Episcopus Oppidi Carbonis, juxta oraculum hujus Sac. Congr. diei 17. Novemb. 1714. & tamen respectu suorum Subditorum hæc sequerentur inconvenientia; Non (179) posset illos visitare, neque personaliter, neque localiter; Non posset revidere computa Locis piis; Non posset cognoscere Causas civiles, criminales, mixtas, & matrimoniales dd. suorum Subditorum; Non posset eis conferre Sacramentum Confirmationis; Non posset concedere Testimoniales prò eisdem Subditis ordinandis, tàm super eorum vita, & moribus, quàm super patrimonio, vel titulo Beneficii; Non posset retinere suum Vicarium Foraneum in Terra suæ Diœcesis; Atque ipso Episcopo vivente, videret sibi electum successorem Vicarium Capitularem, sola (180) vacante Abbatia, cum illa exorbitantia, quæ faciliùs mente concipi, quàm verbis hìc explicari potest. Sicque cum omni sermonis proprietate respiciendo suam Episcopalem Dignitatem dicere posset cum *Terent. in Andr. Hoc solùm mihi nomen relictum est*. Atque respectu Oppidi Carbonis annumerandus esset inter illos Episcopos, quos *Nullatenentes* vocat *Rot. in dec.* 212. *num* 13. *cor. Pamph.* quam sequutus fui *in meis Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. §. 1. *numer.* 38. *& seqq.*

Præmittendum 7. quod absque ulla necessitate deveniendi ad particularem discussionem nostrorum dubiorum, ha- (181) bemus omnia illa solemnissimè decisa ab hac Sac. Congr. in celebri *Clusina Jurisdictionis*, primo locò à Congr. Particulari EE. DD. Card. Acciajoli, & Panciatici, & cl. m. Card. S. Clementis die 6. Julii 1704. & deinde ab hoc integro Sacrosancto Senatu die 28. Maii 1705. in qua post admissum favore Abbatis S. Salvatoris unum, vel alium actum, respicientem Beneficiorum collationem, ut fuit etiam practicatum in hac Causa favore Eminentiss. Abbatis, quoad actus Jurisdictionales, respicientes Dignitatem (182) Episcopalem, intrepidè responsum fuit: *Omnes verò reliquos prætensos actus jurisdictionis spectare ad Ordinarium dumtaxat*. Quæ resolutio per extensum registranda in fine *à num.* 209. utì punctualissimè decidens nostra dubia, dicitur casus legis, & ad illius tenorem procedendum videtur in præsenti, ut notant adducti *in meis Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *num.* 149.

Ex quibus posset hic terminari Responsio: Cùm enim omnes contrariæ animadversiones innixæ sint probationibus, desumptis ex dictis Liberculo, Platea, & Cronica, nec non agatur de actibus, semper gestis, & attentatis in figura Prælati *Nullius*, cum Jurisdictione quasi (183) Episcopali, & Territorio separato, nemine penitus, penitusque excepto, suppositis istis hodiè corruentibus, corruunt omnia exadversò ingeniosè super illis ædificata, juxtà regulam, quàm sequuntur, & exornant adducti *supra num.* 20.

Et tamen ad ostendendam insubsistentiam omnium contrariarum animadversionum, descendendo ad duo priora dubia circà cognitionem Causarum matrimonialium, & criminalium, privativa illarum cognitio, ad Episcopos spectans, innititur claræ dispositioni Sac. Concil. Trid. (184) *sess.* 24. *de Reform. cap.* 20. ibi: *Ad hæc causæ matrimoniales, & criminales, non Decani, Archidiaconi, aut aliorum inferiorum judicio, etiam visitando, sed Episcopi tantùm examini, & Jurisdictioni relinquantur* in cujus sequelam ità tenent citati supra *n.* 38. *& seqq.*

Adversus hujusmodi claram Conciliarem dispositionem repetitur exadverso solitus prætextus immemorabilis, & ti- (185) tulus Apostolici privilegii, sed neuter subsistit, imò uterquè titulus fuit agnitus penitùs insubsistens, & utì talis intrepidè rejectus ab hac Sacr. Congr. d. die 17. Novembris 1714. Et propterea non opus habemus iterum repetere hic, quæ latè tunc adduximus ad ostendendam illorum insubsistentiam, sed sat est rogare EE. PP. ut dignentur recognoscere ea, quæ diximus *in Tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 9. *à numero* 29. *usquè ad num* 108. Non enim adest syllaba in contrariis Scripturis, cui non fuerit cathegoricè ibidem responsum, & quod magis est, nostræ responsiones fuerunt ab hac Sacr. Congr. subsistentes recognitæ; Signanter (186) verò *à num* 47. *usque ad num.* 60. decem adducuntur positivi actus jurisdictionales, ab Episcopis Anglonen. in Terra Carbonis exerciti, ex quibus omnis prætextus immemorabilis de medio tollitur, dum illa ad sui essentiam requirit, ut nihil actum fuerit in contrarium, itaut unicus dumtaxat actus favore Ordinariorum aptus sit præservare illorum Jurisdictionem Ordinariam in reliquis, & solus rumor in contrarium satis sit ad excludendam dictam imme- (187) morabilem, ex adductis per *Rot. in Brixien. Jurisd.* 5. *Julii* 1688. §. *finali cor. Card. Caprara*.

Fortiùs, quia actus, exadverso adducti, sunt cartæ veteres, loquentes de actibus, antè Concilium Tridentinum exadverso prætensis, qui in nulla prorsus consideratione habentur ad nostrum effectum, ut in durioribus terminis privilegii clari, & literalis, obtenti antè Concilium Tridentinum, quod istud per dictum Concilium Tridentinum taliter de medio sublatum dicatur, ut Episcopi, illo non (188) obstante, neque attento, cognoscere privativè possint, & valeant Causas criminales, & matrimoniales, pluries resolvit hæc Sac. Congreg. ut videre est in *Lib.* 11. *Decr. fol.* 126. ibi: *Cong Concil. ad* 1. *respondit, decreto ejusdem Concilii sublata esse quæcumque Ordinariorum, & Sedis Apostolicæ privilegia, cognitionem Causarum criminalium, & matrimonialium inferioribus Episcopis tribuentia, & propterea, eis non obstantibus, ejusmodi causas post Concilium esse ab Episcopis dumtaxat cognoscendas*.

Quò vero ad Causas civiles, & mixtas, ultrà possessionem, in qua reperitur Episcopus illas decidendi, & fine de- (189) bito terminandi, etiam contra ipsosmet Abb. Commendatarios, ex adductis in nostris Scripturis, & Summario, semper urget reflexio illa; quod, secluso particulari privilegio, quod exadverso non ostenditur, absquè quasi Episcopali Jurisdictione, dd. causæ cognosci nullo modo possunt; Eandem verò quasi Episcopalem Jurisdictionem non habet Abbas Commendatarius in Oppido Carbonis, ex oraculo hu- (190) jus Sac. Congr. *diei* 17. *Novembris* 1714.

Circa 4. dub. concernens Jus administrandi Sacramentum Confirmationis in Oppido Carboni, dant manus contrarii Scribentes, & meritò, attentis punctualissimis resolutionibus hujus Sac. Congr. de quibus supra *à num.* 54. & tamen, nisi D. Car. Præfectus, mediante ejus speciali decreto ad instantiam Episcopi facto, mandasset in hac parte expe- (191) ctandum esse oraculum hujus Sac. Cong. omnia disposita erant pro administratione talis Sacramenti ab alio Episcopo ex commissione Em. Abbatis.

Transeundo ad 5. dubium circa Jus revidendi Computa Locis piis, & Hospitalibus dictæ Terræ, intentio Episcopi (192) solidè fundata est in *Clem Quia contingit de Religios. domib.* nec non in *Concilio Trident sess.* 7 *cap.* 15. *de Reform. & in sess.* 22. *cap.* 8. *&* 9. pariter *de Reform.* pro cujus punctuali executione semper respondere solita est hæc Sac. Cong. ex animad. supra *num.* 63.

Adversus quæ non merentur allegari aliqui pauci actus, exadverso gesti in figura Prælati *Nullius*, & uti habentis Territorium separatum; Illi enim nullo modo excludunt facultatem visitandi dicta Loca pia, residentem penes Episcopos, ut vidimus supra *n*.86. Præcipuè quia hodiè, corruente in nostris terminis supposito d. Territorii separati, corruunt etiam omnes actus, sub eodem supposito gesti, ex animadversis supra *n*.113.

193

194

Quod autem omnes actus, gesti ab Abbatibus Commendatariis nostræ Abbatiæ à tempore, quo illa commendari cœpit usquè ad hodiè, semper, & ubique gesti fuerint in figura Prælati, omnimodam habentis ordinariam Jurisdictionem in Subditos, cum vera denominatione *Nullius*, & cum supposito, quod haberet Territorium, verè & propriè separatum à Diœcesi Anglonen. demonstravimus supra *n*.111.

195

Quodquè in illis casibus, in quibus quis potest aliquem actum duplici titulo gerere, attendatur ille, sub cujus denominatione ad illum processit, notant adducti supra *à n*.113. & applicatur regula illa, quod potui nolui, quod volui, adimplere nequivi, de qua *Rot. decis*. 351. *num*. 19. *par*. 19. *rec*.

196

Quoad Literas testimoniales pro Ordinandis, tàm super vita, & moribus, quàm super patrimonio, vel titulo Beneficii, præscindendo à dispositione antiquorum Sacrorum Canonum, de quibus supra, *Constitutio* 44.*s. m. Innoc.XII*. omnem in hac parte difficultatem tollit, dum mandat, omnia hæc fieri debere ab Episcopis, ut vidimus supra *n*.68. quibus addimus *D. Piton in discept.Eccles*.20.*n*.12.; & resolutionem Sac.Cong.Rit.*in Burgi S.Sepulcri Jurisdict*.30.*Augusti* 1698. *ad* 2.*dub*. quæ in terminis longè durioribus Abbatis S. Mariæ in Balneo, habentis indubitatam Jurisdictionem in Subditos vigore Concordiæ, à Sede Apostolica confirmatæ, & exequutionem Laudi, à Partibus acceptatæ adhuc respondit, subditos Abbatis *indigere testimonialibus Episcopi, & Abbatis*, ut videre est apud *D. Piton. ubi supra num*.28.

197

198

Fortiùs quia in tantum ista prætenduntur exadverso, in quantum proceditur cum supposito, quod Em. Abbas sit plenè instructus, & informatus de vita, & moribus Clericorùm Oppidi Carbonis ex ampla facultate, privativè quoad Episcopum, cognoscendi omnes illorum Causas civiles, criminales, & mixtas, quod suppositum ex supra animadversis nullatenus subsistit.

199

Et ex eadem ratione corruunt pariter ea, quæ asseruntur circa retentionem Vicarii Foranei in Oppido Carboni, juxtà terminos 7. dubii; Dum hoc prætenditur ex eodem motivo amplissimæ Jurisdictionis cognoscendi Causas civiles, criminales, & mixtas, quod suppositum, ut diximus, & nunquam satis repetimus, nullam habet in facto subsistentiam, fuitquè funditus sublatum in terminis terminantibus ab hac Sac. Congregatione *in d.Clusin.Jurisd*.28. *Maii* 1705. de qua infra *num*.216.

200

201

Respectu ultimi dubii, respicientis electionem Vicarii Capitularis, vacante Abbatia, satis dictum supra *n*.79. & revera videtur prætensio exorbitantissima, & in Tribunalibus usque ad hodie inaudita, ut scilicet Vicarius Capitularis eligatur vivente Episcopo, non à Canonicis, qui nunquam adfuerunt, neque de præsenti adsunt in Oppido Carbonis, sed à simplicibus Sacerdotibus. Idque adversus omnia principia, & contra literalem dispositionem Sac. Conc. Trid. *sess* 27.*de Reform*. ibi: *Post mortem Episcopi &c*.

202

Remanent modò refellenda ea, quæ concernunt prima duo dubia, *ab hac Sacr. Congreg*. decisa *diebus* 6. *Julii* 1716. quorum respectu militant ea, quæ adduximus supra à *num* 4.

203

Nec dicatur, quod nulla adsit in Jure repugnantia, quin Abbas, non habens Territorium separatum, minusque quasi Episcopalem Jurisdictionem, adhuc acquirere possit Jus cognoscendi Causas in Territorio Episcopi, vel per consuetudinem immemorabilem, vel ex Apostolico Privilegio, vel concordia, per Sedem Apostolicam in forma specifica confirmata.

204

Iste enim discursus claudicat in facto, in quo non docetur de aliqua immemorabili consuetudine, neque ostenditur Apostolicum Privilegium, vel concordia, à S. Sede specificè approbata; Et non regit in Jure; Quidquid enim sit de acquisitione talis Juris cognoscendi Causas in uno, vel alio particulari casu, cum uno, vel altero personarum restricto genere, necnon intra minorem, vel majorem ambitum Ecclesiæ, seù intra aliquod Regulare Claustrum, juxta casus omnium authoritatum, exadverso allegatarum; Hoc unum est certum, atque indubitatum, quod non loquuntur cum amplitudine contrariæ prætensionis, ut scilicet id verum sit in omni casu, & cum omnibus personis illius integri Oppidi, seù Terræ, quæ est innegabiliter in Diæcesi Episcopi, illique subjacet, quia in istis circumstantiis contraria prætensio implicat manifestam contradictionem, ex adductis supra à *num* 48.

205

Adductæ pariter fuerunt duæ Relationes Status Ecclesiæ Anglonen. transmissæ ad hanc Sac. Cong. ab Episcopis pro tempore de annis 1593. & 1675. sed pari infelicitate, nam omisso, quod confessiones Episcoporum non sunt aptæ ad imminuendam Dignitatem, & Jurisdictionem Episcopalem, ex notissimis, de quibus supra *n*.90.

Cessat omnis difficultas advertendo, quod prima Relatio anni 1593. emanavit post Decretum hujus Sac. Cong. favore Episcopi de anno 1569. approbatum à S Pio V. & ulteriùs in eadem Relatione Episcopus non fatetur Jurisdictionem Abbatis assertivè, sed per verba suppositiva, ibi: *ut vulgo ajunt*, & propterea, vel confessio Episcopi sic qualificata nihil tribuit Abbati, vel tanquam contraria præcedenti Decreto hujus Sac. Congr. non venit attendenda: Posterior verò Relatio non meretur allegari, quia in ea nullum verbum habetur circà competentiam Jurisdictionis Em. Abbati in Terra Carbonis, sed solùm refertur resolutio, capta favore Episcopi de anno 1660. ut ex illius lectura fit manifestum.

206

207

Propositis in Sacra Congregatione Concilii die 6. Junii 1716. sequentibus Dubiis responsum fuit, ut infrà.

208

I. *An ultra visitationem delegatam, competentem Episcopo in Ecclesia Abbatiali, competat eidem Episcopo jus faciendi visitationem localem, & personalem aliarum Ecclesiarum, & Cleri Terræ Carbonis authoritate ordinaria, vel potiùs competat Em. Abbati*. Affirmativè quoad primam partem, & Negativè quoad secundam.

II. *An cumulativè, vel privativè*. Cumulativè, ad formam Clusinæ anni 1704.

III. *An jus conferendi Beneficia simplicia spectet ad Episcopum, vel potiùs ad Em. Abbatem*. Dilata.

IV. *An jus conferendi Beneficia curata spectet ad Episcopum, vel potiùs ad Em. Abbatem*. Dilata.

V. *An institutio in Beneficiis Jurispatronatus sit danda per Episcopum, vel per Em Abbatem*. Dilata.

Repropositis dictis tribus ultimis Dub. die 3. Julii ejusdem anni 1716.

Ad 3. rescriptum fuit; *Collationem Cantoratus spectare ad Eminentiss. Abbatem*.

Ad 4. *Collationem tituli Parochialis S. Lucæ spectare ad Eminentiss. Abbatem; Concursum verò præelectionem, & institutionem authorizabilem spectare ad Episcopum*.

Ad 5. *Institutionem quòad utrumque Beneficium spectare ad Eminentiss. Abbatem*.

In Congregatione verò habita die 30. Januarii 1717. Repropositis dictis primo, & secundo dubio: Responsum fuit: *In decisis, & ampliùs*.

209

Propositis verò eadem die reliquis septem dubiis, rescriptum fuit ut infrà.

VI. *An jus cognoscendi Causas matrimoniales spectet ad Episcopum, vel ad Eminentiss. Abbatem*. Affirmativè quoad primam, & Negativè quoad secundam partem.

VII. *An jus cognoscendi Causas criminales, civiles, & mixtas, competat Episcopo, vel Eminentiss. Abbati*. Criminales spectare ad Episcopum, Civiles cumulativè ad utrumquè: *Quoad mixtas* Dilata.

VIII. *An Episcopo competat in prædicta Terra jus administrandi Sacramentum Confirmationis*. Affirmativè, & ampliùs.

IX. *An Em. Abbati competat jus revidendi computa Locis piis, & Hospitalibus dictæ Terræ, vel potiùs Episcopo, vel utriquè*. Cumulativè ad formam Clusinæ, & ampliùs.

X. *An Eminentiss. Abbati competat jus concedendi Testimoniales pro ordinandis, tàm super vita, & moribus, quàm patrimonio, vel titulo Beneficii*. Negativè.

XI. *An Episcopus possit retinere Vicarium foraneum in dicta Terra, eodem modo, quo retinet in aliis Terris suæ Diæcesis*. Affirmativè.

XII. *An, Abbatia vacante, possit à Clero dictæ Terræ eligi Vicarius Capitularis, in casu &c*. Negativè, salvis juribus Monachorum.

In Congregatione Particulari coram Em. Acciajolo, & Panciatico, & cl. m. Card. S. Clement. 6. Julii 1704. habita sequentes captæ fuerunt resolutiones IN CLUSINA.

Competere Abbati jurisdictionem, tam in suo Monasterio, quàm in Regularibus.

210

Item

Item competere Abb. jus deferendi Mitram, Annulum, Baculum, & Sandalia in Pontificalibus, celebrandis in Ecclesia sui Monasterii, necnon Mozzettam intra ambitum ejusdem Monasterii. 211

Item competere Abbati jus visitandi Ecclesias, etiam curatas in Castris Abbatiæ, & Monticelli sitas, cumulativè cum Ordinario; Ita tamen, ut Decreta Abbatis non adversentur Decretis Ordinarii. 212

Item competere Abbati in eisdem Ecclesiis, in Castris Abbatiæ, & Monticelli sitis, præsentationem, seu respectivè institutionem tituli collativam, prævio tamen concursu coram Ordinario; Institutionem verò authorizabilem competere eidem Ordinario, ad formam Concilii. 213

Item competere Abbati in præfatis Ecclesiis electionem Concionatorum, approbandorum tamen ab Ordinario. 214

Item competere Abbati in eisdem Ecclesiis deputationem Cappellanorum amovibilium, approbandorum pariter ab Ordinario in concernentibus curam Animarum. 215

Omnes verò reliquos prætensos actus jurisdictionis spectare ad Ordinarium dumtaxat. 216

Adversùs dictas resolutiones particularis Congreg. de quibus suprà, circà determinatos actus sæpedictos, necnon super competentia Jurisdictionis ordinariæ in genere, & super exclusione Territorii separati, ab eadem particulari Congregatione captæ favore Episcopi, reclamante Abbate ad Signaturam Sanctissimi, & enixè petente remissionem Causæ quoad omnia ad Sacram Congregationem Concilii, cum hoc, quod illa procedere deberet de Voto Rotæ, Instantia ejusdem Abbatis rejecta fuit, tam quoad Commissionem circa competentiam Jurisdictionis ordinariæ in genere, quàm super exclusione Territorii separati, admissa verò quoad actus particulares tantùm, sed sine Voto Rotæ. 217

Unde proposita Causa in Congregatione, habitâ die 28. Martii 1705. sub dubio: *An, & super quibus actibus particularibus sit standum, vel recedendum à decisis*, Resp. fuit: *In decisis in omnibus cum prohibitione Abb. se denominandi* Nullius.

Circa dictum Votum Rotale, enixe petitum ab Abbate adversus resolutiones ejusdem particularis Congregat. observan. est, quod illud ferè nunquam dari solet adversus judicata Sacr. Congregationum, & postquam illæ manus apposuerunt in Causis, mediantibus resolutionibus, solita maturitate captis, nedum ob reverentiam omni Jure debitam eisdem excelsis Judicibus, & Sacrosanctis Tribunalibus, sed etiam, quia cùm Sacræ Congreg. non teneantur sequi Vota aliorum inferiorum Tribunalium, sivè Causæ eis committantur *cum*, vel *de* Voto eorundem Tribunalium, ut vidimus *in Tom. 1. par. 1. discept. 7. à num. 14.* nonnisi ad inutiliter multiplicandas expensas Collitigantium inservirent similes remissiones, ut observavimus *ibidem num. 34.* Et novissimè practicatum fuit à Sacr. Congr. Boni Regim. *in Æsina Collectarum die 30. Jan. 1717. Ponente R. p. d. de Vallis*, in qua nullatenùs sequi voluit Rotæ Votum, præviis pluribus dec. editum.

DISCEPTATIO VI.

Provin. S. Bernardini Paternit.

PRO

Definitio Provinciæ Sancti Bernardini.

ARGUMENTUM.

Titulus Paternitatis Provinciæ, & Dignitas Exprovincialis, quibus concurrentibus ex gratia concedi possit illis Provincialibus, qui, ex legitima causa, non potuerunt terminare eorum Provincialatus officium; & quando Commissarius Provincialis declarari valeat Vicarius Provincialis.

ANno 1710. mense Aprilis, servatis omnibus de Jure servandis, atque punctualiter adimpletis Ordinis Constitutionibus, electus fuit in Provincialem Provinciæ S. Bernardini Reformatorum S. Francisci P. Cœlestinus à S. Pio, ejusdemque Officii possessionem pacificè accepit, & in illa per aliquot menses continuavit. Verùm superventa eidem gravi mentis, & corporis infirmitate, propter quam impeditus fuit suum Provincialatus munus exercere, illius loco subrogatus fuit P. Henricus à Bergomo sub nomine Commissarii Provincialis, qui de præsenti etiam d. Provinciam laudabiliter regit. 1 2

Cum supposito totalis restitutionis ad pristinum sanitatis statum de mense Augusti 1711. recursum habuit idem P. Cœlestinus à S. Pio ad V. C. Generalem Reformatorum, à quo, præviis authenticis documentis, plenè, & concludenter comprobantibus suam mentis sanitatem, statim obtinuit remotionem impedimenti celebrationis Missæ: Circa verò restitutionem exercitii Provincialatus audire voluit aliquos graduatos, gravesque Religiosos d. Provinciæ, qui ad dictum effectum ad Urbem accesserant. 3 4

Habita autem fuerunt multa colloquia inter eosdem Religiosos, & d. P. Provincialem, cum consensu, & participatione dicti P. V. C. Generalis, in quibus tandem conclusum fuit, ut, ad conservandam pacem in d. Provincia, utque omnis, etiam remota, occasio scandalorum de medio tolleretur, idem P. Cœlestinus renunciaret Officio Provincialatus, prout factum fuit, cum hoc tamen, quòd d. Provinciæ nomine EE. PP. preces fundantur, ad hoc ut saltem, ex gratia, dignentur declarare, eundem P. Cœlestinum titulo, & dignitate Exprovincialium gaudere, pro qua gratia humillime etiam supplicat tota Provincia, ut ex precibus, illius nomine porrectis à duobus Compromissariis ab illa electis. 5 6

Antequam eandem qualificatam renunciationem acceptaret d. P. V. C. Generalis exquirere voluit consilium, & votum duorum qualificarissimorum Patrum Reformationis, nempè P. Cherubini à Nardò Excommissarii Generalis, & P. Francisci à Brandelio, Procuratoris Generalis Reformatorum, qui uniformi sententia d. renunciationem acceptandam esse censuerunt, ad evitandas infinitas controversias. Litiumque expensas, atque ad conservandam pacem Provinciæ. 7

Approbata pariter ab eisdem qualificatissimis Religiosis fuit alia instantia pro declaratione, ut P. Henricus à Bergomo, qui eandem Provinciam gubernat uti Commissarius Provincialis, fer. fer. deputatus, & cui ab hac Sac. Congr. die 5. Decemb. 1710. unitæ fuerunt omnes facultates Vicarii Provincialis, declaretur Vicarius Provincialis, juxta id, quod literaliter determinatur in nostris Constitutionibus, semperque pacifice observatum fuit, juxta quamplura exempla, adducta ab eisdem Religiosis. 8 9

Cohærenter ad hujusmodi fundatum Votum, prudensque consilium dictorum duorum Religiosorum Pater V. C. Generalis, quantum in se erat, non solùm acceptavit eandem renunciationem, & quidem, nedùm utilem, sed etiam necessariam in præsentibus circumstantiis pro pace Provinciæ, *quæ aliàs gravissimè, & tota conturbaretur*, ut ingenuè testatus fuit, sed ulterius humillimas EE. PP. fundit preces, ut dignentur illam approbare, declarando, P. Cœlestinum gaudere titulo, & dignitate Paternitatis Provinciæ, cum hoc tamen, quòd non possit prætendere subrogationem jam factam in personam P. Romualdi à Castendallo; Et demùm, ut dignentur etiam declarare, eundem P. Henricum à Bergomo continuare debere gubernium Provinciæ in qualitate Vicarii Provincialis. 10 11

Pro hujusmodi gratiarum concessione unica superabundare videtur animadversio, quòd pro illa, nedum supplicat tota Provincia, mediantibus suis Religiosis Compromissariis, legitimè electis, sed, quod magis est, tota, ut ita dicam, Religio, seù Reformatio suas fundit preces, hodie repræsentata per superstites, viventesque Superiores Generales, nempe per dictum hodiernum P. V. C. Generalem, qui annis etiam preteritis uti Commissarius Generalis totam Cismontanam Familiam laudabiliter rexit, & per alium P. Excommissarium Generalem, necnon per P. Procuratorem Generalem: Instantia enim dictæ Provinciæ, suffulta precibus dictarum egregiarum personarum videtur immunis ab omni contraria suspicione per ea, quæ advertunt adducti *in meo Tract. de Livell. cap. 1. §. 4. n. 4.* 12 13

Et propterea dubitari nullatenùs valet de narratorum veritate, & congruentia: Integrum enim est judicium illud, quod plurimorum sententiis confirmatur, ait *Textus in cap. Prudentiam* ibique *Gloss. verb. Plurimorum ff. de Offic. Judic. Delegat.* cum aliis, allegatis in nostris *Institut. Crim. lib. 3. tit. 9. nu. 169.* quibus addo *Pignat. consf. 54. num. 12. tom. X.* 14

Fortiùs quia pro eadem gratia concurrunt etiam motiva justitiæ: Agitur enim de infirmitate, cui absque ulla propria operatione, & culpa subiectus fuit idem P. Cœlestinus, & ob quam exercere non potuit sui Provincialatus Officium, & propterea eidem, afflicto ab eadem infirmitate addi non debet alia afflictio privationis illarum prærogativa- 15

gativarum quæ eidem Officio annexæ sunt, juxtà *Text. in Can. Cùm percussio 7. quæst. 1.* ibi: *Dei judicium in hoc ignoratur, & ideò debet à nobis addi flagellatis afflictio, & in cap. Ex parte de Cleric. ægrot.* ibi: *Nec afflicto afflictio sit addenda, imò potiùs ipsius miseriæ miserendum*, & animadversa per *Monach. in cap. 1. num. 17. de Cleric. non resid. in 6. & Fagn. in cap. Licèt n. 47. de Præbend. Pignatell. consult. 115. nu. 64. tom. 9. & Graff. de effect. 1. num. 1172.* ubi quòd iste est unus ex illis casibus, in quibus infirmitas prodest; Verumtamen est, quòd statim subjungit, *sed à tali prodesse libera nos Domine*, cum aliis, citatis *in Tom 1. par. 2 discep. 16. n. 19. & seqq.*

Videmus hoc practicari in durioribus terminis afflictionis, ortum habentis ex proppria culpa & culposis operationibus: *Religiosus enim* (sunt verba *Novar. in Summ. Bull. comment. 112. n. 15.*) *condemnatus ad Triremes ad tempus, illo elapso, si redeat ad Religionem, non amittit Primogenituram*: ibique concordantes cumulat, cum quibus procellit *Sac Cong. Concilii in Parisien. Antianitatis 19. Maii 1695.* Quando rescripsit, tempus Apostasiæ nullatenùs demendum esse ab antianitate illius Religiosi, qui vigore notissimi Indulti pro Apostatis ad suam Religionem reversus fuit.

Quibus non refragatur renunciatio Officii Provincialatus, quam fecit P. Cœlestinus, quamvè P. V. C. Generalis Reformatorum acceptavit; Ultra quod enìm illa scindi nullatenùs valet, dum continet expressam conditionem, ut Provincia apud hanc Sac. Congr. omni instantia procurare teneretur, ut titulo, & dignitate Exprovincialium frui liberè, & absque ulla conditione posset, ex quo illa uti individua, vel in totum acceptari, vel in totum reprobari debet *Vermigliol cons. 15. n 61. Hodiern. ad Surd. dec. 16. Zuff. de Legitim. Process. quæst. 89. n. 8. & Conciol. allegat. 3. n. 32. & seqq. & resolut. Crim. verb. Testis quoad dicta resolut. 7. num. 1. & 2.*

Strictè dicimus, quòd dicta renunciatio non respicit habitualem Dignitatem Provincialatus, sed solum Locum, & actualem administrationem ejusdem Officii, & clariùs ex subrogatione Commissarii Provincialis, qui Provincialem supponit, ut de se notum est, quo casu adhùc retinere dicitur habitualem Dignitatem Provincialis, ad quem effectum sufficit, semèl legitimè fuisse talem, egregiè *Ricciul.* loquens quidem in terminis Episcopi, sed casui nostro mirabiliter applicabilis *var. lucubr tit. de Epis. titul. cap. 4. n. 1.* ibi: *Episcopum, qui renunciavit Loco tantùm, Dignitate retenta, esse verè, & propriè Episcopum, sufficit enìm ad hunc effectum* (notentur quæso sequentia verba) *semèl administrationem Episcopatus attigisse, ad hoc ut etiam, ea cessante, remaneat integra Dignitas*; & concordat *Fagn. in cap. 1. n. 1. & seqq. de Ord. ab Episcop qui renunc. Episcopat.* ubi quòd administratio, & Dignitas non sunt individua, seù inseparabiliter connexa in aliquo Officio; Ex quo infert, quod unum retineri, & alterum remitti potest, inde lepidè inferendo, quòd renuncians Loco, seù administrationi, non autem Dignitati alicujus Officii, dicatur Faber, cui non deest, nisi materia, super qua fabricet. Idemque procedit, etiam Jure Civili attento, respectu illorum, qui Provincias regebant, juxtà *Text in leg. unica Cod. de Comitib. qui Provin. regunt lib. 12.* ibi: *Vicariæ Dignitatis, post depositam administrationem privilegio frui oportet*, ibiquè *Bartol. n. 1. & seqq.*

Pro quorum omnium faciliori admissione urgere videtur vulgare illud axioma, *Quod tibi non nocet &c.* Dum agitur de re, quæ nemini nocet, & toti Provinciæ prodest, testibus omnibus Superioribus Generalibus nostræ Reformationis, nedùm approbando instantias, & supplicationes ejusdem Provinciæ, sed proprias preces, & enixas supplicationes addendo, in quibus circumstantiis semper inclinari solet pro gratia, saltèm ex illa æquitate, quæ principatum tenet in Ecclesiasticis Tribunalibus, ex adductis per *Cost de Remed. subsid remed 48. sub n. 9. & de Retrotract. cap. 5. n. 9. & Cyrocc. disc. 28. n 43 in fine*, & cum qua procedere, ut plurimùm, solet Sacrosanctus iste Consessus, teste *Card. de Luc in Relat. Roman. Cur. forens disc 16. n. 17. & 18.*

Eò autem firmiùs speramus, & supplicamus, cum tali æquitativo temperamento in nostris terminis esse procedendum, quia, illo mediante, omnis tollitur occasio litigandi inter Religiosos strictissimæ observantiæ, suaque conservatur pax integræ Provinciæ, quæ reflexio prævalere debet omnibus aliis considerationibus, ex animadversis per *Urceol. de Transact. in Exordio, seù præfat. n. 22. usq; ad fin.* ubi, quòd ex Litium compositione resultant serenitas mentis, tranquillitas animi, vinculum amoris, & consortium charitatis, quæ omnia summoperè procuranda sunt in Religiosis Familiis, ne ab eorum piis Institutis, atque laudabilibus operationibus distrahantur.

Die 4. Decembris 1711. relata instantia in Sacra Congr. Episcop. per Em. Grimaldum, rescriptum fuit. *Pro Gratia juxta petita.*

DISCEPTATIO VII.

Ugentina.

INTER

Episcopum Ugentinum,

ET

Aliquos Sacerdotes Terræ Morciani Ugentinæ Diœcesis.

ARGUMENTUM.

Subditi ex quibus Causis obtinere possint exemptionem ab Episcoporum Iurisdictione, tàm in particulari, quàm respectu integræ Terræ alicujus Diœcesis: Episcopi in quibus circumstantiis vocari possint ad Urbem ex rescripto Sacrarum Congregationum.

ANtiquissima est præpotentium querela, ut sibi ipsis injuriam fieri dicant, cùm aliis faciant, scriptum reliquit cl. me. Card. Sfondratus in Libro, cui titulus *Legatio Romam fol. mihi 33.* & ad unguem comprobat in præsenti casu experientia; Pluribus siquidèm perpatratis excessibus per Subditos Diœcesanos Terræ Morciani in præjudicium Episcopalis Jurisdictionis, & vilipendium personæ Romani Episc. Ugentini, eosdem inordinatos procedendi modos præfati Subditi in eundem Episc. Ugentinum læta fronte hodiè refundere non dubitant, quem in pluribus Tribunalibus Regni, & Urbis jamdudùm jactatum, ampliùs in hac Sacr. Congr. jactare continuant; Causa autem, ob quam idem Episcopus tantam promeruit indignationem, illa est, quam indicat *S. Bernardus de Consid. ad Eugen. Epist. 152.* his verbis: *In omni discordia, ferè semper tota Episcopi culpa est, quod culpas redarguerit Clericorum*; Cùm enim, in adimplementum obligationis Pastoralis muneris, plura ad majorem Dei gloriam, atque animarum salutem demandaverit in actu S. Visitationis, ad impediendam illorum executionem excitatæ fuerunt exadversò multæ, & magnæ vexationes, quas patienter ferre cogitur.

Porrò, quæ, & quanta fuerint exadversò commissa facinora, quia non possunt sine maxima animi perturbatione recenseri, neque debemus inutiliter repetere, ex eorum summa benignitate dignabuntur EE. PP. ex alio facti Memoriali prælibare, humiliter deprecantes, ut hujusmodi excessibus opportunè provideant, nè diutiùs Reverendiss. Episcopus fiat opprobrium Subditorum, & abjectio Plebis suæ Diœcesis; Circa alia verò, quæ exadversò acri stylo forsan cumulabuntur, retenta distinctione Causarum, quæ alibi fuerunt decisæ, vel quæ in aliis Tribunalibus actualiter reperiuntur pendentes, in reliquis quatenùs aliquid novi exadversò afferatur, supplices petimus, ut EE. PP. nedùm dignentur expectare nostras Responsiones, sed omnia exadversò adducibilia sub illa consideratione ponderare, quod consarcinatur opera personarum laicarum, (Deus scit, quibus mediis, quibusve modis) contra Episcopos, quos Generale Concilium Vienen. registratum *in Clementin. 1. §. Nec super de Pœn.* vocat *Sanctissimos, Christi Legatos, spirituales Patres, Papæ Fratres, & Ecclesiæ Columnas.*

Hinc assumendo examen Causarum, in quibus Tenutarius d. Loci aliquod interesse prætendere potest, hæ reducuntur ad Interdictum Oratorii privati, ad remotionem Throni in Ecclesia, ad prohibitionem thurificationis per Dianum inter Missarum solemnia, & demùm ad comminationem Censurarum, contrà ejus Conjugem; In quibus omnibus Episcopus prò se claram habet Juris assistentiam, omnesque sunt inspectiones civiles, in quibus de validitate actorum non contingit disputari; Agitur siquidem de gestis ab Episcopo occasione S. Visitationis, in quibus terminis nulla formalitas requiritur ad tenorem dispositorum in *Sacr. Concil. Trid sess. 13. de Reform. cap. 1 sess. 24. cap. 10.* & in illa procedere potest summariè, ac de plano, sola facti veritate inspecta, ex animadversis per *Barbos in d. cap. 10. nu. 8.* & concordant addicti à *Villadieg. in Specul. Visit. num. 31. fol. 35.* & à *Kokier. de Jurisd. in Exempt par. 2. q. 14. n. 5.*

Quod attinet ad interdictum Oratorii privati, res carere videtur omni difficultate: Cùm enim d. Tenutarius prætendat habere in proprio Palatio, nedùm Oratorium privatum, sed

sed etiam Ecclesiam publicam cum pluribus Altaribus, & Campanis, & quod magis est, cum illa exorbitanti prætensione, ut major pars d. Palatii ratione Ecclesiæ, in illo existentis, gaudeat Ecclesiastica immunitate, videtur innegabile, quod non præsumatur adeò exorbitans Indultum, uti res in facto consistens, cum alia facultate quotidianæ celebrationis plurium Missarum, aliarumque Ecclesiasticarum functionum, nulla desuper excepta festivitate, quantumvis primæ Classis, ex Apostolica dispensatione concessum, donec de eo fuerit legitimè doctum, per ea, quæ notant *Jas. cons.* 34.*n.*1.*lib.*1.*Cassan.cons.*19.*n.*12 *Covar.var.resol.lib.*2.*cap* 1.*n.* 6.*& Rot.dec.*2083.*n.*30 *cor. Coccin.* Ideoque dum non docetur de hujusmodi amplissimo Indulto, benè potuit Ordinarius præfatam Capellam, seù veriùs Ecclesiam, Ecclesiastico submittere Interdicto, eo quia prædicta omnia in Oratoriis privatis omni jure prohibita sunt *cap.Patentibus de Privileg. Conc Trid.sess.*22.*de Sacrif.Miss.cap.unico*, & latè *Fagn in cap. Authoritate n.*5.*& seqq.de Cens* & latissime *Matthæucc. in Offic.Cur.Eccles.cap.*8.§.2. *à n.*71.*usque ad n.*79.

Et de remotione Baldacchini, in Ecclesia prætensi à Baronibus in Locis, sibi subjectis, pluriès Sacr.Rit. Congr.declaravit, id non licere, ut ex innumeris decretis, relatis, per *Monacel.Formul.legal.tom.*2.*tit.*13.*n.*31.*& plur.sequen.* & hæc Sac.Congr. sæpè demandavit, serióque injunxit Episcopis, ut cohœrenter ad disposita *in Cæremoniali Episc.lib.*1.*cap.*13. *de Sed.Episcop.in fin.* etiam per Sacrorum Canonum remedia ad hujusmodi remotionem devenirent, testibus *Pignat. consult.*7.*n.*17.*tom.*1.*& Nicol.in Floscul. verb. Baldacchinum n.*1. ubi quòd ità resolvit hæc *Sac.Congr. in Bojanen.*12 *Januarii* 1618. Et per viam regulæ, & legis generalis respectu totius Regni Neapolis, id solemniter demandavit Sac. Congr. Immunitatis, cum successiva approbatione Summi Pontificis die 27. Julii 1690. ut videre est in *Lib.Decr. Martel fol.*642.& refert *P.Ricc in Synops.dec.Sac.Cong. Immun.verb.Baldacchinum fol.mihi* 64. *num.*1.

Circa thurificationem pariter, quod hæc non debeatur Laicis à Diacono parato, vel Beneficiato, sed à solo Clerico, Cotta induto, sæpè resolvit Sac. Congr. Rit & signanter in *Pacen.*21.*Martii* 1609.*& in Calaguritana* 5.*Julii* 1614.teste *Pignatel.consult.*7.*n.*30.*tom.*1.

Denique quoad comminationem Censurarum contra eundem Tenutarium, ejusque D. Conjugem, breviter dicimus, quod omni jure poterat idem Episcopus ad declarationem Censurarum devenire, & tamen ob ipsius commendabilem æquitatem, & Ecclesiasticam moderationem ad hujusmodi declarationem non devenit, prout facere poterat, juxtà claram dispositionem *Textuum in Can. Definivit* 12.*quæst* 4.*cap.* 1.*de Immunitat.Eccles.cap.Cùm ex officio de Præscript.cap.Dilecto* §. *Et quidem de Sent. Excom.& can. Corripiantur* 24.*qu.* 3.& signanter pro molestiis, & vexationibus, illatis Consanguineis, & Affinibus Ecclesiasticorum, in istorum odium, habemus punctualem resolutionem Sacr.Congr.Immunit.*in Oritana* 18.*Octobris* 1633. registratam *in Lib.*2.*Decr.Paul fol.* 174. in qua fuit decisum, talia facientes, non solùm incurrere excommunicationis majoris pœnam, sed ab illa non posse absolvi, nisi ab Apostolica Sede, & concordant multi Sacri Canones, relati, & sequuti *à Leon.in Prax.for.Eccles.par.*3. *cap.*7.*n.*60 illam adducit convincentem rationem hujus communis conclusionis, *quia* (sunt ejus præcisa verba) *non omnes (quemadmodum S.Thomas Canturiensis, qui non respexit carnem, & sanguinem) pericula Propinquorum non curant, sed quamplures, ut temporalia Consanguineorum, seù Affinium damna, hac de causa imminentia, evitent, Ecclesiasticam Immunitatem non sustinent*, quæ utinam quotidiana experientia vera non comprobaret, & benè *Monacell. in Formul tom.*3.*tit.*1 *form.*6.*n.*18.

Adversus quæ non credimus ex adverso insistendum in prætenso solito in una, vel altera ex dictis contrariis prætensionibus; Ultra quod enim talis prætensa consuetudo nullatenùs probatur, & quidem concludentissime, eo quia agitur de prætensionibus, Juris communis dispositioni, & hujusmodi Sacræ Congregationis Oraculis ex diametro oppositis: In quibus terminis probationes debent esse luce meridiana clariores, non autem per mendicatas, & affectatas attestationes, lite pendente à subditis procuratas, & Deus scit, quibus artibus extortas, quæ proindè nullum gradum probationis constituunt, ex cumulatis per *Rot in dec.*39. *num.*44.*& dec.* 395.*n.*4.*par.*12.*rec & cor.Burat.dec.*497.*n.*2.*&* 9. *& cor.Priol. dec.*395. *eodem num.*9.

Adhuc dicimus, quod in illis terminis, qui non sunt nostri, quando tale solitum, & consuetudo concludenter probantur, ista nunquam attenditur, posita, & demonstrata veritate in contrarium, juxta aurea illa verba Divi *August. de unico Baptis. lib.*2. *Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat, quia consuetudinem, & ratio, & veritas semper excludit*, & concordat *D. Gregor. in Epist. ad Guilimund. Episcopum Aversanum*; asserens: *Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quod Dominus dicit, Ego sum via, veritas, & vita, non dixit, Ego sum consuetudo sed veritas, & certè quævis consuetudo, quantumvis vulgata, veritati omninò est postponenda, & usus, qui veritati est contrarius, est abolendus*, cum aliis, allegatis *à Graff. dec.aur.par.* 2.*lib.*3 *cap.*19.*n.*48. *Licèt enim consuetudinis levis non sit authoritas, illa tamen procedit, cùm veritas, & ratio illi suffragantur, aliàs non consuetudo, sed corruptela erit, cùm rationem non vincat*: Sunt verba *Gonzal. in cap. Consuetudinem n.* 14. *de Consuetud.* & benè *Rot. in Terraconen. Præcedentiæ* 28. *Junii* 1697. §. *Non obstat.cor. c. m Card.Caprara*. Quorum omnium illa adducitur convincens ratio in *cap. cùm jamdudum de Præbend.* quia scilicèt multa per coactam patientiam ab Episcopis tolerantur, quæ si in judicium deducantur, tolerari ampliùs non debent, quem *Textum* latè exornant citati *in dec.*1552. *num.*23.*& seqq. cor. Coccin. & dec.*2. *num.*12. *& seqq. par.*13.*rec.* cum aliis, allegatis in meis *Instit. Crimin.lib.*1. *tit.*10.§.4. *in fin.*

In eadem Causa.

Jure conqueri posse videtur Episcopus Ugentinus, seipsum, habentem in sua Diœcesi tres Principes, quatuor Duces, & totidem Marchiones ex primariis Familiis Regni Neapolis, qui Jure nobilium Feudorum in illa plures Terras, & insignia Oppida possident, & cum quibus sinè ullo præjudicio Episcopalis Dignitatis, & Jurisdictionis amicitiæ legibus junctus pacificè vivit, cum unico Barone, seù Tenutario Terræ Morciani, pacem habere non posse, ut in præcisis terminis nostri casus dicebam in discursu, impresso *apud Antonell. de Jurib. Clericor. fol. mihi* 21.& in d. Causa admisit *Sac. Cong. Concil. die* 29. *Novembris* 1698. similî prætensioni exemptionis à Jurisdictione Superioris, ex adverso promotæ, rescribendo: *Negativè, & providebitur in casibus particularibus*, & addo aliam punctualiorem *Resolutionem ejusdem Sac. Congr. Concilii in Aquen. Exemptionis* 9 *Jun.* 1714. ubi agebatur de exemptione unius tantùm personæ, quæ fuit rotundè denegata; Undè multò magis attendenda videtur in præsenti, in qua prætenditur exemptio integri Oppidi, nec non concordant adducti *in par.* 1. *discept.* 10. *n.* 5.*& discept.* 11. *nu.* 44. *To.* 1.

Fortiùs, quià contraria prætensio non est nova, noviterque hodiè promota coram hoc Sacro sancto Consessu, sed est illamet numero, quæ repetitis vicibus facta fuit cor Sac. Cong. Concilii, & signanter d[illegible] Martii 17.6 Quandò cum eodem voluminoso Summario, quòd hodiè coram hac Sac. Cong. exhibetur, sola inscriptione mutata, & aliquibus numeris additis in fine, adversus laudabile solitum priùs Nobis nullatenùs communicatis, ex adverso enixis precibus petita fuit similis provisio cum istis verbis: *Cùm igitur Episcopus &c. aliud non curet, quàm hunc Clerum suppeditare, in Carceres ducere, cum Censuris affigere, cum pœnis pecuniariis eorum bona sumere, ac verbis famam tollere &c. Utique omnimoda provisione indigemus, quæ remittitur eximiæ prudentiæ, ac justitiæ EE. PP.* Et clariùs in Folio Sac. Congr. dicta die distributo ibi: *Humillimè supplicant EE VV. non solum pro resolutione sequentium dubiorum; Sed etiam pro aliqua prudenti provisione, qua sarta tecta eorum patrimonia, & Sacerdotalis Dignitas conserventur*: Cùmque compo.es facti fuerint, mediante favorabili resolutione dubiorum, cum illo æquè duro, ac amaro addito nobiliter natis, durissimo verò, amarissimo nobiliùs, atque Ecclesiasticè educatis, quòd Episcopus acritèr moneretur ab Eminentiss. Præfecto, & priùs rescripserat, quòd idem *Episcopus ad actus irretractabiles non procederet, inconsulta Sac. Cong.* duo inevitabilitèr sequuntur.

Primùm, quòd ad tenorem *literalis Constit.* 59. *f.m.Innoc. XII. in ejus Bullar. fol. mihi* 222. eadem instantia nullatenus refricari iterum valet hodiè coràm alia diversa Sac.Cod. gr. *Etiamsi concurreret speciale rescriptum Sanctitatis Suæ, quod in hoc casu importunè, & supreptitiè S.S. censeri voluit extortum*, sunt verba ejusdem *literalis Const.* 59. *ubi suprà §. Quod si quis.*

Secundùm verò, quòd repugnare videtur omnibus Juris principiis, quòd pro uno, eodemque delicto, quatenùs ex adverso gratis talis denominatione qualificentur operationes Rev. Episcopi, quis dublici pœna, & à duobus Judicibus puniatur, ex adductis *per Barbos. axiom.* 181.*nu.*3; cum aliis,

aliis, à me cit. *in Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 1. *numer.* 14.

Asquè nulla porsùs difficultate, ex quo nimis injuriosum reputatur, quemcunque Superiorem privare sua ordinaria Jurisdictione in subditos, *ad Textus literales in cap. Cùm personæ de Privileg. in 6. & in leg.* 1. *Cod. de Exequut. rei judic.* cum aliis, sequutis *à Rot. in Giennen. Juris mutandi* 21. *Februarii* 1697. *§. Cum enim cor Ursino* Et punctualiter respondit Sac. Cong. Conc. *in Herbipol.* 29. *Novemb.* 1698. & priùs *in Ostunen. Indulti* 26. *Aprilis ejusdem anni*, ut videre est *in Lib.* 48. *Decretor. fol.* 183 Quandò, nedùm simile Indultum exemptionis noluit concedere Archipresbytero, & Clero Oppidi S. Viti, sed adversus Defensorem ejusdem Archipresbyteri, & Cleri, (longè minora exagerantem contrà Episcopum Ostuni, ac sint verba hæc: *Ira odium sævitiæ, audacia, calumnia, falsitas, impostura, oppressio, malus odor, passio, desolatio, livor, & tyrannis*; Quæ verba, ut plurimùm qualificata cum superlativis adiectivis, non sine animi horrore, repetitis vicibus, nec sinè magno fastu, leguntur in Scripturis, exadversò impressis, & per totam Diœcesim distributis, & signanter in hodierna contraria Facti,) rescriptum fuit: *Moneatur acritèr Procurator Archipresbiteri*; Quòd rescriptum, cùm multis aliis similibus, ab hac Sac. Congr. & ab aliis Urbis Collegialibus Tribunalibus, & Sac. Cong. emanatis, in longè debilioribus terminis personarum, nullatenùs constitutarum in Ecclesiastica Dignitate, regist ravi *in meis Instit. Crim lib.* 2. *tit.* 10 *num.* 113. *& plur. seqq.* quibus addi possunt multa alia, etiàm recentia, EE. PP. probè nota.

Nec dicatur, quòd exemptio semper concedi, solet, quandò Superior abutitur sua potestate, Mirum enim in rei veritate est, quòd de tali abusu inter omnes alios Subditos nulla querela, nullusque clamor ad aures hujus Sac. Congreg. vel alterius Tribunalis Urbis pervenerit ex tot aliis Oppidis, & Locis nostræ Diœcesis; Supplicantes observare, quòd præcepta Episcopi non sunt ordinationes, restrictæ ad solam Terram Morciani, sed edita fuerunt pro tota Diœcesi, omnibusque illius Oppidis, & Locis, cum illo addito, quòd Episcopus actualitèr cum multis ex illorum temporalibus Dominis habet in diversis Curiis civiles controversias, & inspectiones, concernentes interesse illius Mensæ; Et nihilominùs in omnium ore resonant verba illa, quæ leguntur in Summario, quòd Reverendiss. Episcopus; *Have levato tutti gli abusi; Hà fatti fare l'esercitii spirituali; Havè instruito li figlioli, e figliole alla prima Cummunione; Hà fatta fare Processioni, con pregare Iddio per li bisogni di S. Chiesa, e salute del Sommo Pontefice, con grande edificatione di tutto il Popolo; Hà celebrato Messa di continuo, facendo Communioni Generali con l'indulgenze plenarie, concesse da S. Santità, Hà predicato mattina, e sera per tre mesi continui con grande esempio; Ha celebrato Pontificalmente ne Luoghi insigni, Non hà fatta transazzione, facendo punire li Delinquenti, secondo li Sagri Canoni; Hà introdotta la Tassa Innocentiana; Hà levato tutti gl'abusi nelle ordinationi, non pigliandosi altro, che la Candela, ò Torcia, ad arbitrio delli Ordinandi; E non ordina se non li meritevoli Licenziò il fù Mastro d'Atti D. Donato, e D. Francesco N. N., che volevano arbitrare, con averli fatto restituire il mal tolto; Mettendo pena di Scommunica à tutti li suoi Servi di non prendere cosa alcuna; Hà recitato il Rosario ogni sera colle Meditazioni; Hà fatto la Cresima, senza pigliare la solita procurazione, secondo li Vescovi antecessori, mà l'ave donata*; Nubes autem qualificatorum Testium, qui de his omnibus cum juramento deponunt in nostro Summario, non loquuntur de auditu, sed testimonium peribent de his, quorum pars magna fuerunt, itaùt ad augendam illorum fidem, verificentur de illis ea, quæ de se ipso scripta reliquit *S. Joann. Epistola* 1. asserens, *quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt, testamur, & annunciamus*.

Ut autem EE. PP. manibus palpent insubsistentiam contrariarum exclamationum, ut modestiæ fines non excedamus, eorum solita benignitate dignentur observare ea, quæ infrà adnotabimus *num.* 61. *& pluribus sequentibus*.

Remanent aliæ conquestiones, & prætensi excessus, non sine mysterio ad faciendam impressionem exadversò repetiti coràm hac Sac. Congreg. Cùmque iidem, vel actualitèr pendeant in aliis Sacris Congregationibus, & Tribunalibus, vel ab istis solitis maturitate, justitia, & æquitate decise fuerint, non videntur ampliùs ad nostrum effectum considerandæ, ne duplici pœna unica puniatur operatio, seù prætensum delictum.

Quæ omnia nullum omninò gradum probationis assumere possunt ab æquè affectata, & partiali Relatione D. Vicarii Hydruntini; Ex illius siquidèm ultimo paragrapho palpantur manibus simultates, & malæ satisfactiones inter Curiam Ugentinam, & dictam Curiam Metropolitanam Hydruntinam, signantèr ex illis verbis: *Per quanto hò potuto conoscere, tutte le operazioni di detto Monsignor Vescovo sono procedute per pura animosità, e per livore contro di quel Pubblico, e per avere detti Ecclesiastici ricorso à questa Metropolitana.* Prout etiam talis apparet ex illa alia innegabili facti circumstantia, quod idem Vicarius rotundis verbis approbat contrariam querelam circà appropriationem, sibi factam à Rmo. Episcopo Spoliorum Episcoporum Caraffæ, & Terrer, eo tempore, quo contrarium patet ex resolutione Sac. Cong. Concilii *in Ugentina Spolii* 16. *Martii* 1716. Si autem *suspecti, atque inimici superiores esse non debent*, juxtà, *Text. in c. Secundo requiris de Appellation.* multò minùs eidem Vicario Hydruntino, se asserenti inimicum Curiæ Ugentinæ in sua Relatione, præstanda est fides, cohærentèr ad ea, quæ leguntur *Eccles.* 12. 10. Ultrà quòd si naturalis ratio dictat *quod suspecti, & inimici Judices esse non debent*, ut dicitur *in d. Cap. Secundo requiris § Tertio postulas in fine de Appellat.* eadem naturalis ratio paritèr dictat, quòd iidem suspecti, & inimici, neque etiam possint esse Testes, ut in terminis durioribus Relationis ipsorummet Episcoporum, quod in his circumstantiis eis non sit præstanda fides, firmavit *Rota*, in locis, citatis *in part.* 2. *meam discept.* 7. *n.* 36. *to.* 1. & addo *Rot. in Colonien. Matrimonii* 9. *Jan.* 1711. *§.* 2. *n.* 7. *cor. Falconerio*, ubi quòd verum est de S. R. E. Cardin. quando in Causa judicarunt.

Ut autem videant EE. PP. qualis farinæ sint Testes illi, qui componunt contrarium Summarum, dignentur observare, quòd iidemmet Testes de Mense Martii 1716. in longè majori numero examinati fuerunt favore D. Tenutarii in alia Causa, pendente coràm A. C. in qua, detecta falsitate depositionum eorundem Testium, istæ in nulla fuerunt consideratione habitæ, & per sententiam fuit declaratum, manutenendum esse Clerum Terræ Salvæ in possessione exercendi functiones Ecclesiasticas in Capella San. Blasii, circà quàm audactèr iidem Testes deposuerunt, eandem Capellam nunquàm fuisse visitatam ab Episcopis, cujus contrarium ictu oculi ostensum fuit ex actualibus visitationibus omnium antecessorum Episcoporum; Undè adversùs dictos Testes applicantur ea, quæ refert *Rota Avenionensis dec.* 33 *num.* 1. & 2. ubi sequitur illud Virgilii, *Crimine ab uno Disce omnes*.

In omnem verò casum, ad hoc, ut veritas triumphet, utque insubsistentia omnium contrariarum criticationum, & exclamationum undiquè appareat, & concludentissimè demonstretur, humillimas Reverendiss. Episcopus porrigit preces, ut EE. PP. dignentur plenam Facti Informationem demandare particulari Delegato, eis benevisò, omni integritate prædito, & Partibus non suspecto. Ità enim fiet, ut cognita, & comprobata veritate factorum, quæ hinc indè controvertuntur, possit unicuique administrari complementum Justitiæ, & eodem tempore apparebit, an Episcopus abusus fuerit sua Jurisdictione, vel potiùs, an alii, excessus illos commiserint, de quibus iidem Testes deponunt, quosvè in Episcopum refundere non dubitant.

Hujusmodi experimentum non credimus exadversò impugnandum, eo quia in contrario Summario plures afferuntur attestationes, quod modernus Vicarius Generlis Ugentinus, morum probitate clarus, & scientia, dexteritate, atque experientia in rebus agendis clarior, in ultima visitatione Morciani *fù da quel Capitolo, Clero, e Popolo con soprafine finezze ricevuto, e riverito in forma tale, che nel ritorno fatto, lodò quel Clero, e Pubblico, con aver dichiarato, di non aver pratticato, nè osservato Capitolo, e Popolo, più attento, e compito*; Itaùt his stantibus, & attenta d. novissima bona correspondentia inter Clerum, & Populum ex una parte, inter Curiam Ungentinam, ejusque Officiales, ex altera parte, nullum imminet præjudicium, nullaque allegabilis sit causa, vel à remotissimis impediens dictam deputationem specialis Delegati hujus Sac. Congreg. ad probandam, seù veriùs intrà evidentiæ fines ponendam veritatem illorum factorum, de quibus disputamus.

Superest accessoria instantia pro refectione assertarum expensarum, exadversò factarum occasione dictorum prætensorum excessuum Rmi. Episcopi, qui cùm nullo modo subsistant, ex huc usque animadversis, remanet absque ullo fundamento eadem contraria Instantia, quæ cùm ulteriùs non fuerit admissa in illis Tribunalibus, in quibus iidem Instantes favorabiles resolutiones, & decreta reportasse asserunt non sine maxima impropriectate prætenditur ab hac

Sac.

Sacr. Congr. ex animadversis per *Reverendiss. Ansald. in dec.* 24. *num.* 8. & ex probatis *suprà num.* 27.

In eadem Causa.

Supplicamus pro nova audientia adversus rescriptum hujus Sac. Congr. diei 4. Sept. 1716. & speramus fieri voti compotes, quia non subsistunt in facto ea, quæ ex adverso supposita tanquam indubitata fuerunt EE. PP. in quibus circumstantiis claudicationis facti gloria reputatur Supremorum Tribunalium, nedùm novam audientiam adversùs resolutiones, jam captas, concedere, sed illas quoad Causæ merita, revocare, Sapientum more, consilium mutando, circa quòd habemus celebre Justiniani exemplum, & celebriora sunt verba ejusdem, quæ leguntur in *Authen. de Nup. post principium*, ibi: *Non enim erubescimus, si quid melius horum, quæ ipsi priùs diximus adinveniamus hoc sancire, ac competentem prioribus imponere correctionem*; Et de laudabili stylo Sacrar. Congr. testes sunt *Pignatel. consult.* 162. *num.* 17. *tom.* 4 & *Card. de Albic. de Inconst. in Judic. in præfat. à num.* 42. *usque ad fin.* (54, 55)

Procedendo autem cum tenore contrariæ resolutionis, hęc duas habet partes. Primam, quod Episcopus vocetur ad Urbem; Secundam verò, quòd ab ejus Jurisdictione, eximatur integra Terra Morciani, & subiiciatur Episcopo Gallipolitano, ad tempus, Sac. Congr. benè visum. (56)

Quo ad primam partem, premittimus verba illius Sacrosancti Generalis Concilii, à quo plura Catholica Ecclesia consequuta est commoda, quàm ab omnibus aliis Generalibus Conciliis, simul unitis experientia teste, & id observante *Card. Pallav. in Histor. ejusdem cap.* 1. *num.* 4. cum aliis, à me allegatis *in Tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 2. *num.* 208. In illius enim *sess.* 13. *cap.* 6. *de Reformat.* loquendo de accessu Episcoporum ad Urbem, ita determinatur: *Episcopus, nisi ob causam, ex qua deponendus, sivè privandus veniret, etiamsi ex officio, aut per inquisitionem, seù denunciationem, sivè alio quovis modo procedatur, ut personalitèr compareat, nequaquam citetur, vel moneatur.* Quod ampliavit *Pius IV. in ejus Const.* 10. §. 3. *in Bullar. novo tom.* 2. etiam in casibus quorumcumque criminum, & excessuum atrociorum. (57, 58)

Causæ verò propter quas Episcopi deponi, vel privari possint, enumerantur à *Vener. in exam. Episc. lib.* 4. *cap.* 18. *num* 4. ibi: *Quæ delicta sunt, quæ de jure petunt in Episcopis depositionem, seù degradationem? Crimen hæresis; Læsæ Majestatis contra Summum Pontificem, vel Reges; Si Episcopus sit assassinus. Si falsificet Literas Apostolicas; Si agrorum depopulator sit; Si sit inobediens Summo Pontifici; Si sit simoniacus simonia reali. Si in Monasteriis stupret Virgines, & si sit falsificator monetæ.* (59, 60)

Non possumus autem evidentiùs ostendere, quàm longè distent à præsenti vexatione Episc. Ugentini hujusmodi atrocissima crimina, nisi, præter solitum quidem, sed non præter necessitatem, percurrendo contrarium voluminosum Summarium à numero primo, usque ad ultimum, humillimas in hac parte effundentes preces, ut EE. PP. dignentur nobis ignoscere Scripturæ prolixitatem, cohærentèr ad ea, quæ scripta reliquit *S. Bernard. lib.* 3. *de Considerat. ad Eugen. cap.* 3. sequutus *à Melon ad dec. Cæsar. de Grass. in Explicatione Paradoxorum num.* 109 & *à Rot. in dec.* 60. *n.* 1. *cor. Reverendiss. Ansaldo.* (61, 62)

Num. 1. Monitorium, in hoc numero registratum, respicit meram civilem controversiam, & recuperationem bonorum Mensæ Episcopalis, cum reintegratione Ecclesiasticæ Immunitatis, in capitibus, in illo contentis, & ob quæ deventum fuit ad illius expeditionem, suspensa Censurarum publicatione. Quæ, nedùm comprobantur ex nostris Scripturis, in præterita propositione distributis, sed etiam ex Partis Summario; Posito autem, quòd agatur de actu, gesto per Episcopum in figura Judicis, applicatur conclusio, uno ore admissa à Doctoribus; & amplexa à magnis Tribunalibus, quod non teneatur, nec possit procedi criminalitèr, nisi concurrentibus dolo, & barattaria, ex adductis in *meis Instit. Crim. lib.* 2. *tit.* 10. *num* 33. & *seqq.* ea ratione, quia aliàs nimis segnes essent Judices in judicando, si possent timere Processus, & penas criminales, non pro operationibus irregularibus, & de facto, sed prò juridicis, & legalibus operationibus, quæ deindè à Succumbentibus nullæ, & insussistentes prætendantur. (63, 64)

Num. 2. Sententia Metropolitani Hydruntini absolventis quinque Sacerdotes, ob prohibitam delationem armorum, nil commune habet cùm probatione delictorum, de quibus supra *n.* 64 Cùmque emanaverit, eò quià, ut dicitur in contraria sententia, dd. Sacerdotes reperti fuerunt non culpabiles neque punibiles, non autem ex capite innocentiæ, non operatur illum effectum, quem importat sententia, lata ex capite innocentiæ, eo quia possunt iidem talitèr absoluti ex novis probationibus reperiri culpabiles, & punibiles, ex adductis in *meis Instit. Crim. lib.* 4 *tit.* 8. *à n.* 9. *usque ad n.* 16. (65, 66)

Num. 3. & 4. Suspensiones Archipresbyteri Protopapæ, & Sacerdotis Joannis Ricchiuti, processerunt ex motivis, indicatis Sac. Congr. Conc. in qua nullas fecit partes Episc. quando iidem absolutionem ab eadem Sac. Congreg. obtinuerunt. (67)

Num. 5. Fides ætatis Præsbyterorum Morciani, nil commune habet cum delictis Episcopi. (68)

Num. 6. Intimatio futuræ visitationis in dicta Terra Morciani, solet semper præcedere visitationem, estque immunis ab omni culpa. (69)

Num. 7. Attestatio Laicorum Terræ Morciani circa ea, quæ sequuta fuerunt in ultima visitatione, nil concludit circa delicta, sed potiùs probat tumultum in Ecclesia, ut videre est *liter H. in fine*; Qui tumultus comprobatur paritèr in contrario Summario. (70)

Num. 8. 9. 10. 11. & 12. Citatio quinque Sacerdotum, comparitio eorundem, cum aliis subsequutis actibus merè civilibus, fuerunt perpensi à Sac. Congr. Conc. coram qua Episcopus nullas deduxit exceptiones, suntque actus merè judiciales eisque nullo colore impingi potest titulus delictorum. (71)

Num. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. Similes citationes Archipresbyteri Protopapæ, & Sacerdotis Leonardi Pizzolantis, & Innocentii Vincentii, cum aliis actibus, concernentibus exhibitionem Librorum Locorum piorum, quorum redditus administraverant, nullum involuunt delictùm, nullamque important crudelitatem, vel sevitiam. (72)

Num. 19. 20. & 21. Reintegratio dicti Archipresbyteri Protopapæ, & Sacerdotis Leonardi Pizzolantis, demandata à Sac. Congr. Concilii, obtenta fuit, absque nulla judiciali oppositione Episcopi. (73)

Num. 22. & 23. Capitula fundationis Montis Pietatis Marciani, illiusque administratio penes Laicos circa quæ relinquimus veritati suum locum. (74)

Num 24. Absolutio cum reincidentia Alexandri Protopapæ respicit causam, merè judicialem. (75)

Num 25. Petitio Copię Actorum circa tumultum, cum responsione Vicarii, quòd processus non erat adhuc terminatus. (76)

Num 26. Reiteratio ejusdem petitionis, cum responsione Vicarii, quòd Cancell. erat absens. (79)

Lit. D. Dicitur, processum constare ex 15. dumtaxat paginis, sed absque ullo probationis vestigio id gratis ubique asseritur. (78)

Num. 27. 28. Reiterationes ejusdem petitionis copiæ Actorum cum responsione Vicarii, quòd dederat ordinem pro terminatione Processus. (79)

Num. 29. Exhibitio Cancellarii, quòd Copia Actorum *è quasi finita, e pochi giorni vi vogliono per terminarsi*, & petitio ducat. Regni 30. qui sunt 20. circitèr mon. Rom. pro arrha eorundem Actorum, cùm illa expressa declaratione; *Che se si replicasse, che la somma di docati trenta di caparra fosse esorbitante &c. quando vederanno la d. copia, conosceranno che la detta caparra &c. non sia eccessiva.* (80)

Num. 30. Reiteratio petitionis pro copia Actorum, quæ exibetur prompta, prævia solutione mercedis Cancellarii, ad rationem, taxatam *ab hac Sac. Cong. in Savonen.* 4. *Septemb.* 1693. *quæ* est in hac materia magistralis. (81)

Lit. B. Repetitur hìc apostilla, cum illa assertione, quòd Processus constabat ex 15. paginis, idque absque ulla protsùs justificatione. (82)

Num. 31. Instantia Promotoris Fiscalis, ut caperetur Informatio circa tumultum, qui probatur etiam ex contrario Summario. (83)

Num. 32. Affectata fides extrajndicialis quinque Testium Morciani, quod octo Testes, concorditer deponentes favore Episcopi, sunt illius partiales, inter quos, non sinè maxima improprietate, annumerantur Sacerdotes Fabius Ferinus, & Orontius Brunetti, qui, tanquam Patentati R. Fabricæ, & Nunciaturæ Neapolis, sunt prorsus exempti ab illius Jurisdictione: Necnon cum eadem improprietate vocatur partialis Episcopi alter Sacerdos Joannes Constantinus, cujus germanum fratrem, nomine Hieronymum, idem Episcop. paulò ante privaverat Oeconomatu. (84)

Num. 33. & 34. Duo testes Fiscales super tumultu. Comprobantur etiam illorum dicta ex contrario Summario. (85)

Num 35. Attestatio aliorum testium Fiscalium super tumultu. Ut ad proximum. (86)

Num.

Num. 36. Affectata extrajudicialis attestatio Sacerdotis Joannis Lecce Oeconomi, in qua gratiam Tenutarii, & ad liberandam proprium Patrem ab ejus indignatione, tot, & tanta inverisimilia proprio marte asseruit, ut nihil inverisimilius valeat excogitari, adversus quam proinde adaptantur ea, quæ leguntur apud *Gaspar. de Valdaur.* relatum *in disc* impresso *apud Antonell. de Jurib. Cleric. fol. mihi* 24. ibi: *Et quis innocens esse poterit, si accusasse sufficeret?* Ultra quod constanter supponitur, quod conscientia ductus, suam attestationem solemniter retractaverit.

87 88

Num. 37. Particula Relationis Vicarii Hydruntini Metropolitani, in qua fatetur dissensiones, & malas satisfactiones cum Curia Ugentina.

89

Num. 38. Relatio Episcopi Ugentini, transmissa ad Sac. Cong. Conc. cum contrariis Notis, non sine pulchris phrasibus exaratis in illius margine, relativis ad contrarium Summarium, quibus proinde applicantur omnes responsiones, à Nobis datæ eidem contrario Summario.

90

Num. 39 Sententia *A.C.* favore Sacerdotis Thomæ de Rubeis, ejusque fidejussorum; Est actus, fer. fer. gestus à Curia Ugentina, & adversus illum pendet appellatio, in suspensivo, admissa à Tribunali Signaturæ Justitiæ. Qua appellatione attenta, perinde habenda est, ac si non emanasset, *ex notis Juribus*, de quibus in meo *Tract. de Livell. cap.* 1. *§.* 19. *num.* 10. cum aliis apud *Rot. cor. Cels. dec.* 230. *n.* 11.

91 92

Num. 40. Attestatio quatuor testium Terræ Juliani circa exclusionem tumultus in visitatione anni 1715. Ultrà probationes, exhibitas in nostro Summario, idem tumultus ad hominem comprobatur etiam ex attestationibus, contentis in contrario Summario.

93

Num. 41. Epistola Nuncii Neapolitani, cum sola, & simplici insertione Relationis Vicarii Hydruntini, circa exposita in Memoriali, porrecto nomine Universitatis Morciani.

94

Exprimi hic nullatenùs potest, quantum gravatus fuerit Episcopus à dicto Vicario Hydruntino in hac Relatione, quæ nihil aliud est, quàm mera, & simplex transcriptio omnium querelarum, & contrariarum exclamationum, nullumque habemus principium, medium, & finem subsistentiæ, & probationis eorum, quæ gratis ubiq; in hac Relatione asseruntur; Eo quia idem Vicarius in *§. ultimo* dictæ Relationis non sinè mysterio asseruit, justificationes, & probationes earum assertionum, quæ in illa continentur, nec non illæ, quæ concernunt subsistentiam proprii judicati, conservari ab ipso, juxta illa verba: *Di tutto quanto hò riferito, hò procurato tenermi appresso di me legitimi documenti*: Si enim uno ore admittunt Doctores, referenti nullam fidem præstandam esse, nisi constet de relato, ex adductis per *Surd cons.* 5. *num.* 57. & firmatis per *Rot in dec.* 208. *num* 4. *cor. Bich. & dec.* 390. *num.* 15. *cor. Priol.* relinquimus EE. PP. cogitandum, quanta fides danda sit eidem Vicario, retinenti in manica asserta illa documenta, quæ possunt comprobare illius Relationem. Atque notum in hac parte est, ut in his circumstantiis fides nullatenus tribuenda sit similibus Relationibus, non Vicariorum, sed eorundem met Episcoporum, quando affectionem habent in causa, vel in illa judicarunt, ut vidimus supra *nu* 45. Quibus addo precisa verba Sacr. Rotæ loquentis de Electorali Curia Trevirensi, quæ in Causa judicaverat, juxta præcisos terminos nostri casus, *in Colonien. Matrimonii 9 Januarii* 1711. *§.* 2. *&* 3. *coram Falconerio*, ibi: *Et quamvis DD. non dubitassent de eximia ejusdem Episcopi integritate, nihilominus ex quo Trevirensis Curia in Causa judicavit, à litera li Juris Canonici sanctione sibi ipsi præclusam noverant viam credendi Judicium attestationibus, &c. & præsertim quando Pars contradicit & eidem attestationi stare non vult post Hostien benè Jo: Andreas &c.*

95 96 97 98 99

Num 42. Responsiones Episcopi adversus diversa capita gravaminum, sibi communicata à Nuncio Neapolitano, cujus apostillæ sunt meræ exagerationes, & gratuitæ assertiones illius Subditorum, fuitq; supra adequatè responsum omnibus illis numeris contrarii Summarii, qui ex adverso citantur in d. margine hujus numeri.

100

Num. 43. Alia Epistola Nuncii Neapolitani cum alia Relatione Vicarii Hydruntini circa exposita in Memoriali, nomine Tenutarii SS. D. N. exhibito; In qua notandum occurrit, quod Nuncio suppositum fuit, quod documenta, enunciata in ejus Scripturis, *saranno presentate dal suo Agente in cotesta S. Cong.* quod nullatenùs fuit adimpletum, & proindè non potuimus, neque possumus eisdem adæquate respondere, & utì Scripturæ extrà acta dicuntur extrà Mundum, juxtà notoria axiomata de quibus *Rot. dec.* 2341 *n.* 33. *cor. Cocc.*

101 102

Hæc secunda Relatio Vicarii Hydruntini in omnibus concordat cum modo, ab eodem observato circa compositionem primæ, eò quia nullibi justificantur ea, quæ in illa leguntur, asserendo pariter in ultimo §. *Si conosce dalli documenti delle giustificazioni, e dell' esposto, essivitimi, quali ritengo ad ogni ordine, &c.* Discrepat autem in illa essentialissima circumstantia, quod illam composuit inaudito Episcopo, & ad instigationem Oppositorum dumtaxat, ut ipsemet testatur in *§* 1. ibi: *Mi fu trasmessa l'ingionta Supplica, &c. imponendomi, che in assenza di questo Monsig. mio Arcivescovo, sentiti prima gl' Interessati, à riserba di Monsignor Vesc. di Ugento, dovessi farle distinta Relazione, &c.* Cùm enim habentes interesse in hac Causa, *à riserba di Monsignor Vescovo d' Ugento*, sint soli, & unici Oppositores, ex hac clara declaratione Vicarii remanet manifestum, composuisse dictam Relationem ad instigationem eorundem Oppositorum dumtaxat.

103 104

Supplicates hìc observare, quod documenta illa, quæ in comprobationem utriusq; Relationis replicatis vicibus asseruit Vicarius penes se retinere, quævè ab eisdem Oppositoribus sibi consignata fuere, non possunt esse, nisi illamet numero, & pondere, quæ in eorum Summario fuerunt exhibita, ne dicamus, eadem documenta, respicientia proprium favorem, noluisse exhibere in hac Sac. Cong. & in aliis Tribunalibus Urbis adversus fundatam præsumptionem, canonizatam *in leg. Si quis fortè §.* 1. *ff. de Pœn.* ibi: *Non enim debebat tam magnam rem tandiù retinere*, cum aliis apud *Rot. dec.* 223. *n.* 16 *cor Royas*.

105 106

Et propterea in rei veritate, & cum omni sermonis proprietate, nihil aliud appellari possunt dd. Relationes Vicarii Hydruntini, quam Restrictus, seù Summæ illarum Scripturarum, & affectatarum attestationum, ex quibus compositum fuit idem contrarium Summarium cui proindè nullum omninò probationis gradum addunt, eo modo, quo Summa *Lezzanæ*, *Dianæ*, & similium, non sunt majores authoritatis, vel ponderis, ac sint Opera illa dd. Authorum, ex quibus excerpta fuerunt. Ultra quod contraria prætensio, ut credatur eidem Relationi, videtur tendere ad comprob. maximum illud inconveniens, improbatum in *Capit. Licèt ex quodam de Testib.* ut nimirum major præstetur fides copiæ, seù Relationi dicti Vicari, ac præstanda sit attestationibus, seù originalibus, exhibitis in contrar. Summ. ex quibus illa fuit composita, cum aliis citatis *à Rot. in Caval icen Pecun.* 15 *Jun.* 1696. *§ Similitèr cor. Olmo, & in Lauden Pens.* 4. *Jul.* 1696. *§. Neque cor. Caprar. & in meo tract. de Matrim. §.* 27. *n.* 23.

107 108

Prætere a tria alia particularem merentur observationem in hac secunda Relatione. Primum quod in §. 7. & §. 10. expressè remittit se idem Vicarius ad Scripturas, exhibendas, quas adversus laudabilem stylum omnium Tribunalium Urbis, & Orbis videre nullatenus potuimus, quia Nobis communicatæ non fuerunt. Secundum verò, quod in d. §. 7. ad aggravan. operationes Episcopi supponit, ab eodem fuisse priùs habitum recursum ad Judices laicos; Quod non concordat cum contrario Summario; Ex quò patet, quod recursus ad eundem Judicem habitus priùs fuit ab Oppositoribus. Tertium denique, quod rotundis istis literis comprobat idem: Vicarius differentias inter ejus Curiam, & aliam Ugentinam in *§. ultimo. Per livore contro di quel Publico, come ossequioso al suo Padrone, e per havere dd Ecclesiastici ricorso a questa Metropolitana da detta indebita carcerazione, &c* Ex qua ultima facti circumstantia sequitur, nullam fidem præstandam esse eidem Vicario, etiam si nullam aliam admitterent exceptionem ejus affectatæ Relationes, Textus est æquè rotundus, ac punctualis in *cap. Cùm à nobis de Testib.* ibi: *Canonica, & Civilia Jura sequentes distinctiùs inhibemus, ne unius Judicis, quantæcumque fuerit authoritatis, verbo credatur*, quem in punctualibus terminis alterius Relationis Celsissimi Episcopi Trevirensis sequitur *Rot. in Colonien Matrimonii* 9. *Januarii* 1711. *§. Præterea in fin cor. Falconerio*.

109 110 111 102

Num. 44. Responsiones Episcopi, datæ Memoriali SS. D. N. porrecto à Tenutario, cujus apostillæ, vel utì innixæ aliis numeris contrarii Summarii, vel uti destitutæ omni facti assistentia, & legali probatione, nullam aliam merentur responsionem, præter illam, quam sigilatim dedimus eisdem numeris contrarii Summarii.

113

Num 45. Relatio Præsidis Lycien. Comprobantur multa ab hac Relatione, quæ ex adverso mordicus controvertuntur, nempè.

114

Super primo Injusta, & punibilis extractio Sacerdotis Geminiani Paliani, blandis verbis facta ab Ecclesia S. Mariæ

riæ de Monte Carmelo, Terræ Morciani, illiusq; violenta
115 reductio ad Carceres Laicales, in quibus coactus fuit se obligare favore Tenutarii. Quòd enim blandis verbis à loco immuni extractus gaudeat Immunitate, quodque illum taliter decipientes, & extrahentes, excommunicationem incurrant, est propositio, quotidiè cannonizata à Sac. Congr. Immunit. *ut videre est apud Ricc. in Synopsi Decr. Sac.*
116 *Congr. Immunit. verb. Extractio dolosa per tot.* Et proptereà Monitorium Episcopi pro reintegratione d. Immunitatis omni Jure subsistens erat, & est.

Super Secundo. Comprobatur etiam æqualitèr injusta
117 carceratio Sacerdotis Nicolai Fersini, & Clerici Thomæ de Notariis ex eadem causa, & in vindictam fugæ d. Sacerdotis Geminiani Paliani.

Super tertio. Verificatio illius operationis de Notariis, ef-
118 fectu punctualitèr subsequuto, repetentis suum cubile, commodarum Procuratori Capituli pro servitio Episcopi, eo tempore, quo ille volebat ire dormitum. Item molitura frumenti, ad eundem spectans & ad Archipresbyterum in Molendino, existente subtus cubiculum, præparatum pro Episcopo, absque ulla urgenti necessitate continuata usque ad 2. noctis horam.

Super quarto. Similis concludens verificatio illius rumoris, seù tumultus, circà quem tantus exadverso factus fuit rumor pro illo excludendo, coràm Sac. C. C. replicatis vi-
119 cibus semper illud negando; Et nihilominùs ex hac Relatione, exadverso exhibita, intrà evidentiæ fines ponitur, signantè ex sequentibus verbis: *Strepitando d. Economo, disse, che volevano da esso? E di andare a dire à d. Monsignore, che non lo volevano lasciar uscire, & usci da quella Sagrestia per andarsene; e fù però trattenuto da alcuni di quelli Preti, e questa causò umore di voci in detta Chiesa &c. Detto Prelato essendosi avvicinato nella Porta di detta Chiesa Parrocchiale,*
120 *avendo inteso tal rumore disse. Tumultus in Populo*. Ex Scripturis igitur, exadverso exhibitis, quæ ex vulgatis plenam faciunt probationem, concludentissimè probatum habemus, rumorem hunc non fuisse ens rationis, sed verum, & reale, & æqualitèr notorium, & quidem in ipsa Ecclesia erga illius Parochum, seù OEconomum, & ante oculos Episcopi.

Super quinto. Anticipatus dicessus Orontii Lecce, Patris
121 Sacerdotis Joannis Lecce OEconomi Morciani, qui cùm *avesse stabilito ritirarsi con la sua Famiglia nella Terra di Salue, nel mese venturo di Maggio &c. Per dett'accidente, occorso in d. mese di Marzo nel modo riferito, per evitatere ogn'inconvenienza, che potesse sortire dopo la partenza di d. Monsignore &c. si partì da d. Terra di Morciano*, & sic festinantèr discedendo duobus mensibus ante suum desiderium, & determinationem discedendi.

Super sexto. Evidens probatio molestiarum, & vexatio-
122 num illatarum Leonardo Lece, ejusque discessus à Terra Morciani, eo quia absque licentia Tenutarii procurabat, ut ejus filius initiaretur prima tonsura, idque *per timore &c. e la verità si è non essersi clericato d. suo figlio, che si dice per timore &c. il quale abbia procurato, che nè meno si clericassero alcuni altri*, sunt verba præcisa d. Præsidis; Quæ impedimenta, & operationes Dominorum temporalium, nè liberè
123 clericales vitam elegant subditi, non sunt immunia ab illis pœnis, quæ latius continentur in *Tom. Epist. Sac. Congr. Immunit. anni* 1691 *fol.* 35. *à tergo*, ubi seriò Locorum Ordinariis injungitur, ut ecclesiastico zelo omnibus Canonicis viis provideant, nè in his casibus ecclesiastica lædatur immunitas, etiam indirectè, mediante Consanguineorùm persequutione, de quibus latè *Monacell. in Formul. tom.* 3 *tit.* 1. *for-*
124 *mul* 6. *num* 18. & latiùs in meis *Instit. Crimin. lib.* 1. *tit.* 10. §. 1. *num finali*. Ille autem procedendi modus, seù abusus respectu Dominorum temporalium nostris temporibus nimis latè patet, & proptereà eo magis Episcopi ad illum eliminandum invigilare debent.

Ex quibus remanet manifestum quòd, vel Monitorium
125 Episcopi ser. ser. expeditum, & exequutum, erat in omnibus suis partibus justificatum, vel saltèm in majori parte, atque in principalioribus facti circumstantiis. In omnem verò casum nullo modo dici potest gravans, eo quià cum ex notoriis de quibus supià *discep.* 5. *num.* 121. æquivaleat citationi, poterant citati, seù moniti in illius termino adducere omnes exceptiones, eis competentes.

Num. 4. Respectu hujus epistolę, ac aliarum similium informium Scripturarum, quę exhibitę fuerunt in hoc Summa-
126 rio, enixis precibus exoramus EE PP. ut dignentur Episcopo concedere id, quod non denegatur cuicumque Litiganti in omnibus Tribunalibus Urbis, & Orbis ut scillcèt antequàm condemnetur ex Scripturis, & Epistolis quæ scriptæ afferuntur, sivè ab ipso, sivè ab aliis, recognoscantur eędem Scripturæ, juxtà laudabilem praxim dictorum Tribunalium, de qua *Vestr. in Prax. lib.* 6. *cap.* 1. *sub. num.* 8. *Ridolph.* paritèr *in Prax. part.* 1. *capit.* 2. *numer.* 138. *& sequen. Card. de Luca de Judic. discurs* 29. *num.* 37. *& Ansald. in ad-* 127 *dit. ad decis.* 51. *num.* 29. uniformi calamo probantes iidem Authores, quòd in Scripturis non recognitis non possint à Judicibus figi pedes, nedùm ad condemnandum, sed neque etiam ad inquirendum.

Videtur siquidèm, nimis durum, & æquè amarum id, quòd exadverso prætenditur, ut scilidèt fidem faciant ad condemnand. Episcopum pœna gravissima accessus ad Ur- 128 bem, & alia æquè gravi eximitione integræ Terræ Morciani ab ejus Jurisdictione, illæ Scripturæ, quas non potuimus vedere, neque originalitèr, neque saltèm in copiis, neque simplicibus, neque ser. ser. recognitis. Sicuti enim in contrario Summario, absque ulla operatione intellectus palpatur manibus error ille, qui irrepsit inscriptioni Epistolæ, sivè ex culpa Amanuensis, sivè alteriùs personæ, soli Deo notæ, denominationis Præsidentis Sacri Concilii Tridentini, ità potuerunt ex eodem calamo ortum habere ver- 129 ba illa dictarum Epistolarum, & aliarum Scripturarum, super quibus exadversò fiunt multæ, & magnæ exagerationes, absque ullo tamen stabili, & solido fundamento veritatis, ob essentialissimum defectum necessariæ recognitionis dictarum Scripturarum, & Epistolarum.

Iterùm repetentes hic nostras humillimas preces, sub illa consideratione, quòd sumus in judiciis, in quibus uno ore receptum est, quòd procedendum non est cum illis notitiis, 130 quæ etiam per rei evidentiam, atque propriorum oculorum visionem, privatìm notæ sunt Judicibus, sed judicandum est secundum acta, & probata; Itaut Teologorum Princeps *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 67. *art.* 2. & cum eo innumeri illi Authores citati à *Passerin in Tribun. Regul quæst.* 28. *art.* 2. *à n.* 131 34 de quibus in meis *Instit. Crim. lib.* 4. *tit.* 8. *num* 33. *& seqq.* asserunt, Judicem, cui ex actis constat, Titium occidisse Cajum, teneri eum capitalitèr damnare, quamvis ex privata scientia eidem Judici evidentèr notum sit, occisorem fuisse Sempronium.

Non omittentes insinuare, quòd ex hoc Summario considerato, ut cantat copia, legalitèr non recognita, combinata cum alia Epistola, paritèr exadversò impressa, cla- 132 rè patet, litem coràm Judicibus Laicis fuisse introductam ad instantiam Oppositorum & quòd magis est, controversiam respicere res feudales Colonorum Gemini, & Pompignani, in quibus circumstantiis rerum, in feudum possessarum à personis ecclesiasticis, & originem habentibus à Laicis, non desunt Doctores, asserentes Judicem Laicum esse competentem, juxtà dispositionem *Text. in cap. Ex tran-* 133 *missa, & cap. Verùm de Foro compet.* ubi latè *Fagn num.* 10. *& seqq Pignatell. consult.* 5. *num.* 20. *& seqq. tom* 5. *& Raynald. Rer. crim. tom.* 1. *supplet.* 5. *num.* 51. *& seqq.* ubi cum *Pignatell ubi supra*, testatur, ita ab hac Sacra Congr. fuisse resolutum *in Taurinen.* 18. *Maii* 1602. *& in S. Angeli* 15. *Aug.* 1620 & alibi sæpè.

Quidquid autem sit de subsistentia hujus opinionis, circa quam relinquimus suum locum veritatis, hoc unum est certum, quòd si illam fuit sequutus Episcopus, circa quòd pa- 134 ritèr nihil certi affirmare possumus, saltèm excusandus esset ab omni pœna, & multo magis à gravissima accessus ad Urbem, & exemptionis integræ Terræ Morciani ab ejus Jurisdictione, eò quià comunitèr receptum est inter Doctores, quòd pro excusatione à pœna quælibet causa, etiàm 135 minùs justa, immò fatua, & bestialis admittitur, & excusat, ex deductis per *Honded. cons.* 68. *num.* 31. *tom.* 1 *& Censal dec. Lucen* 34. *num.* 14. *& Reverendiss Ansald in Addit. ad dec* 72. *num* 34. & firmatis per *Rota in decis.* 15. *num.* 16. *coràm Cels. & decis.* 158. *num* 3 *par* 1 *recent.*

Num. 47. Ea, quæ continentur in hoc numero, & acri stylo exagerantur in contraria Scriptura, tanquam magni ex- 136 cessus, & enormia delicta Episcopi, non possunt, nisi cum maxima compatione ut modestè loquamur, sub oculis haberi.

Exageratur enim tanquam excessus, & imputatur ei in delictum, prohibitio, *nè Sacerdotes stent capite detecto coràm Baronibus eorumque Uxoribus, & filiis & uti sequipedes, & asse-* 137 *clæ fiunt atq; non solùm Factores Agentes, atq; Gestores negotiorum appellari affectant sed quod ejus, & abominabile, atque indecentius est, Creati dici cupiunt* Et tamen adversus hujusmodi inconveniens suo tempore quando, non erat adeò frequens, exclamabat *Felin. in rub. de Majorit & Obedient.* his verbis: *Sacerdotes dicuntur pares Regum, & Principum. Nota contra il-*

los mi

los miseros Sacerdotes, qui hodiè faciunt se Familiares, Capellanos, & Gastaldos &c. existimantes esse sibi ad unum gradum gloriæ imperare, & conculcare in vilissimis obsequiis. At-138 que nostra ætate easdem exclamationes renovavit æque pius ac doctus *Monacel. in Form. to.1. tit 5. Form.8. n.22.* ibi: *Quod Sacerdotes inserviant Laicis in Officiis vilibus Domus, fœminisque nobilibus ancillentur, ac si essent homines infimæ conditionis &c.* ubi ulteriùs testatur, id fuisse rigorosè prohibitum, mediante *enciclyca Epistola*, scripta omnibus Italiæ Episcopis *die 16. Martii 1697. mandato hujus Sac. Congrag.*

Imputatur in delictum prohibitio, *nè sub quovis prætextu de die, vel de nocte, Clerici, & Sacerdotes Morciani arma deferant ad venationis usum*, Neque *deferant pariter Pi-*139 *stolas, Pugiones, sive Smagliaturi, ò Stilletti*. Et tamen in hac parte adeò clarè Sacri Canones talem prohibitionem injungunt, *ut magnus Episcopus Sperel. in decis.120. num.34.* circa similem licentiam venandi cum armis favore Clericorum hæc asserat. *Ego viginti annorum spatio semel tantùm, ac ex magna causa illam cuidam nobili Cleri-*140 *co concessi, & tunc quidem, non in scriptis, ne in exemplum transiret, sed oretenus dumtaxat*, & concordat *Zerb. in Gemm. Episcop. tit.25. q 11. nu 5.* ibi *Ego septem annorum cursu, quo fungebar Officio Vicarii Generalis Oppidi* (Civitas hæc parum distat à nostra Diœcesi Ugentina) *aut paucis, aut nulli similem licentiam concessi*, cum aliis apud *Monacell. in Formul tom.1. tit.5. formul.9 num.1. & formul. 5. à nu.5. usque ad num 15.*

Imputatur in delictum *prohibitio*, ad ostendendam illius atrocitatem, charactere corsivo transcripta in nu-141 mero 47. contrarii Summarii, *ne Sacerdotes, & Clerici ludant aleis in loco publico, & privato, neque associent se ad serviendum Baroni equitanti*. Et tamen respectu hujus secundæ partis repetenda sunt ea, quæ observavimus supra *n.137.* Respectu verò primæ. *Ludus iste* (sunt verba *Monaceil in Formul. to.1. tit.5. form 9. n.6.*) *semper fuit à Sacris Conciliis constanter damnatus &c. & tanta execratione, quod possunt*142 *Clerici Beneficiati, si tali ludo publicè incumbant, privari beneficiis, & aliis etiam pœnis affici, & to.3. fol.141. à num.10.* cum aliis apud *Pignatell. consult.93. n 28. & seqq. tom.6.*

Imputantur in delictum *prohibitio, nè Sacerdotes Domi mulieres retineant*. Et tamen in hac delicatissima materia 143 Sac. Canon. cum tanto rigore meritò procedunt, ut, me scribente, Sac. Cong. Concil. exclamante toto Clero, omnibusque Ecclesiasticis Faventiæ, quorum aliqui personaliter accesserant ad Urbem, ultrò confirmaverit sequens Decretum *Faventinæ Synodi anni 1693. de Offic. Parochorum c. 3. Et propterea cùm non solum malum cavere, verùm etiam omnem mali suspicionem ipsos fugere oporteat, in ædibus ad Parochorum usum, & domicilium edificatis, fœminas quascumque* (neque etiam exceptæ fuerunt matres, & sorores) *ha-*144 *bitare prohibemus*. Idemque practicavit, approbando similes dispositiones *Synodorum Cæsenaten. anni 1695 & Vigilien. anni 1699.* teste *Monacell. in Folmul. to.1. tit.6. form.2. n. 5.* cum aliis apud *Panimoll. dec.38. nu.27.* Quorum omnium optimam rationem, & stringentem congruentiam adducere solitus erat magnus Ecclesiæ Doctor S Augustinus, ut videre est in Lectionibus ejus Officii, his verbis: *Et si pro-*145 *pinquæ mulieres suspectæ non essent tamen quæ ad eas ventitarent, posse suspicionem efficere.*

Imputatur in delictum prohibitio, nè Clerici, & Sacerdotes exerceant artem medicam. Et tamen illa à Sacris Canonibus cubitalibus literis prohibita est Clericis *in cap. Non*146 *magnopere Nè Clerici, vel Monachi*, & in *c. Ut periculosa eodem titulo in 6.* cum aliis apud *Belett. Disq. Cleric. tit. de Discipl. Cleric. §. 3 n 1. & §.31. n.1. & seqq.* ubi, quod Sacerdotes debent esse Medici animarum, non autem corporum.

Imputatur in delictum prohibitio, ne iidem Clerici exerceant Chirurgiam; Et tamen contrarium permittendo graviter delinquerent Episcopi, *juxta punctualem resol. Sacr.*147 *Cong. Conc. in Sarnen.17 Aprilis 1627. lib.13 Decret. fol.235.* cum aliis, relatis, & sequutis à *Panimoll. dec.22. num.21. & seqq. & in meis Inst. Crim. lib.1. tit.10. §.4. n.96 & seqq.*

Imputatur in delictum prohibitio, nè Clerici exerceant Pharmacopeam; Et tamen hæc prohibitio nihil aliud importat, quàm punctualem exequutionem Sac. Canonum,148 relatorum, & sequutorum *à Rota in magistrali dec. Barchinonen. Aromataria 2. Junii 1690. §. Fuit autem coram Manuel.* quæ reperitur impressa apud *Bertacchin. Vot. dec 224. fol. mihi 298.*

Imputatur in delictum prohibitio, nè Sacerdotes, & 149 Clerici exerceant Officium Tabellionatus, seù Notariatus: Et tamen *doctissimus Canonista Fagnan. in cap Sicut te à nu. 20. usque ad num.32. Ne Cler. vel Monach.* examinata ad partes quæstione, solidè concludit, idem officium Clericis, habentibus undè vivere possint, non esse permittendum, cum aliis, *à me citat. in Instit. Crimin. lib.1. tit. 10. §.4. num. 20. & seqq.* 150

Imputatur in delictum suspensio Ludimagistri, nè suum munus exerceret, non emissa Fidei professione, & nonnisi 151 prævia licentia obtinenda ab Episcopo. Et tamen hoc punctualiter demandatur *in Const.88. s.m. Pii IV.* illamque exequendam esse mandavit anno 1695. Sac. Congr. Conc. in *Faventina Synodi*, ut videre est *in par.1. ejusdem Synod. in cap. 4 in principio.*

Imputatur in delictum prohibitio, ne tempore Bacchanalium aliquis ex Clericis incedat larvatus. Et tamen in 152 facientibus contrarium Theologi agnoscunt culpam læthalem, ut videre est apud *Angel. in Summ. verb. Ludus num.2. Bonac. Oper. moral. tit. de Restit. in genere par.2. qu.3. punct. 1. num 17. & Monacell. in Formular. tom.1. titul.5. formul. 9. num.7.* ubi, quod hæc Sacra Congregatio in una *Ferrarien.* laudavit Episcopum, qui talem prohibitionem extendit etiam ad Regulares.

Num.49. Imputatur in delictum prohibitio, nè Clerici, & Sacerdotes Cantus, & Simphonias nocturnas, & diurnas edant. Et tamen hoc ad literam determinatur in multis Sacr. Canonibus, & resolutionibus hujus Sac. Congr. citar. 153 & sequutis à *Monac. ubi sup. tom.1. tit 6. form.9. n.8.*

Num.50. Imputatur in delictum Interdictum, appositum Oratorio Tenutarii, usquequò ostendat titulum, seu Indultum Apostolicum pro illius concessione. Et tamen nil aliud 154 in hac parte fecit Episcopus, quàm procurare exequutionem plurium resolutionum Sacrar. Congr. sequutarum *à Fagnan. in cap. Authoritate num.5. & seqq de censib. & à Matthæuc. in Offic. Curia Eccl. c.8. §.2. à n.71. usque ad n.79.*

Num.51. Imputatur in delictum præceptum, ut Bizzochæ, & Tertiariæ exhibeant documenta, quod fuerint le- 155 gitimè indutæ, & habeant requisita, præscripta à Decretis hujus Sacr. Congr. Et tamen ad id præcisè obligantur Episcopi ab Apostolicis Constitutionibus, relatis, & sequutis à *Lantusc. in Theatro Regul. verb. Tertiariæ num 1. & seqq. & à Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap 52. per tot & à P. Riccio in Synopsi Decret. Sacræ Congr. Immun. verbo Tertiariæ fol. mihi 629.* 156

Imputatur demùm in delictum carceratio illorum Sacerdotum, qui armati omni armorum genere, & sine Clericali habitu, accesserunt cum Tenutario, tanquam ipsius *Creati*, seu famuli, & Satellites, ad videndum miserabile 157 naufragium Navis Melitensis. Et tamen pro responsione ad hunc excessum, repetenda sunt hìc ea, quæ *n.139.* suprà observavimus circa armorum delationem, quibus addimus *Text. literalem in c. Clerici arma de Vit. & honest. Clericorum.*

Supplicantes observare, quod dicta Navis non reperiebatur in conflictu cum Turcis, in quibus terminis poterat expectare auxilium à dictis Sacerdotibus, ad instar militum, omni armorum genere onustis, sed à quatuor diebus mi- 158 serè naufragium fecerat in una ex illis remotis partibus. in quibus eodem tempore poterant dicti Sacerdotes eidem auxilium ferre, non accedendo cum armis, sed cum lacrymis, & orationibus, quæ Clericorum arma dicuntur in 159 *can. Porro 16. q.3.* ubi *Gloss. Verb. Arma, & in canon Conventior.22. qu.8.* cum aliis apud *Zerb. in Gemm. Episcop. titul. 1. quæst.10. num.4.*

Num 52. Sententia A.C. absolventis Clericum Benedictum Arditum à delictis, pro quibus fuerat processatus in Curia Ugentina; Qui potest in hac parte gaudere impetratis, & agere gratias Episcopo, ex quo postquàm adimple- 160 vit suum officium in Partibus, nihil contra eundem opposuit in Curia.

Num.53. Resolutio hujus Sac. Congr. diei 2. Augusti 1715. ne idem Clericus Arditus molestaretur pro exercitio 161 artis Medicæ, quæ est inspectio merè civilis, & à Doctoribus admissa favore Clerici in minoribus in solo casu, *quo non sint competenter Beneficiati*, juxta præcisa verba *Clarlin. controv.20. num.77.*

Num 54. Epistola scripta D. Præsidenti Argento. Duo notabilia continet hæc Epistola, quatenùs in omnibus suis partibus vera sit. Primum, quod Tenutarius adversus decreta Generalia Sacr. Congr. Rit. sub die 13. Martii 162 1688. in forma specifica die 22. Aprilis 1690. approbata à s. m. Alexand. VIII. nec non adversùs innumeras alias resolutiones ejusdem Sac. Cong. Rit. de quibus in meis *Inst. Crim lib.1. tit.10. §.4. num.114* quæ per extensum regi-

strata reperiuntur in ultima *Synod. Beneventana fol. mihi* 156. recursum habuit ad Judicem laicum pro retentione Suppedanei in Ecclesia Morciani. Dignentur autem EE. 163 PP. solita eorum prudentia hunc actum præ oculis habere, & attentè considerare, quia ille videtur nimis injuriosus, nedùm Sacris Congr. sed ipsimet S. Sedi, quæ specialiter approbavit dictas resolutiones. Secundum verò, quod non Episcopus, sed Syndicus laicus Terræ Morciani introduxit coram eodem Judice laico Causam merè spiritualem, concernentem electionem Concionatoris: Undè non 164 videtur grave delictum excusatio Episcopi, transmitten. eidem Judici laico copiam Epistolæ Sac. Congr. Conc. ad hoc, ut videret, sunt ejus verba, *che era causa pura spirituale, la di cui cognitione privativamente spettava al Foro Ecclesiastico*.

Respectu autem d. contrariæ prætensionis retinendi Suppedaneum in Ecclesia in spretum dictæ rotundæ Papalis prohibitionis, videtur omni consideratione dignus zelus 165 Episcopi constanti animo respondentis eidem Præsidenti, quod non poterat *secondare il suo genio*, quia aderant in contrarium Pontificia Decreta, & mandata glor. mem. Caroli II. terminando responsionem verbis illis Evangelii *S. Lucæ* 18. 19. *Rogo te habe me excusatum*, ibi: *Supplico V. S. Illustrissima ad avermi per scusato*.

Error sive voluntarius, sive fortuitus, qui in hoc numero Summarii legitur, denominationis Præsidentis Sacr. Conc. Trid. attributæ D. Regenti, quatenùs tamen idem 166 error talis in rei veritate sit, quod sine recognitione d. Epistolæ affirmare non possumus, ictu oculi insubsistens detegitur ex eodem contrario Summario, ubi eadem persona denominatur ab Episcopo proprio Dignitatis nomine *Præsidente del Sacro Conseglio*, non autem Concilii Tridentini 167 Præses. Quocumque autem modo hæc se habeant, applicatur *Aristotelis* dictum, sequutum à *R. P. D Fatinello responf.* 110. *num.* 15. *in fine tom.* 1. quod scilicet hujusmodi errata sunt de illorum numero, quæ *satiùs est contemnere, quàm solvere*.

Num. 55. Episcopus testatur, Sacerdotem Antonium Protopapam non esse inquisitum: Id asseruit sequentibus 168 verbis, *quod constet nostræ Curiæ*. Potuit igitur post dictam attestationem eidem Curiæ constare, ipsum antecedenter fuisse inquisitum, absque ulla contradictione, & implicantia, ut patet consideranti.

Num 56. Joseph Antonius Protopapa examinatus fuit 169 in Urbe, & approbatus ab Examinatoribus: Quomodò hoc sequutum sit, ipse videat, & tali approbatione in casus contingentia ad sui libitum utatur.

Num. 57. Resolutio Sac Congr. Conc. sub die 14. Martii 1716. rescribentis contra Episcopum, cum addito: *Ac acri-* 170 *ter moneatur Episcopus per Em. Præfectum*. Post hujusmodi amarum additum contenti esse deberent illius Oppositores, neque ulteriùs exagerare coram hac Sacr. Congr. Illasmet numero operationes Episcopi, quas Sacra Congr. Conc. punire condignè existimavit cum dicta acri monitione, quæ 171 si dura esse solet nobiliter natis, multo durior in præsenti evasit utì facta personę, nedùm nobiliter natæ, sed Ecclesiasticè etiam educatæ.

Num. 58. Testes plures, deponentes de odio Episcopi. Hęc affectatissima attestatio extorta, Deus scit, quibus modis, à subditis Tenutarii, ultrà quod destruitur à Testi- 172 bus, numero pluribus, magisque qualificatis, cum juramento deponentibus contrarium in nostro Summario, una est ex illis Scripturis, seù fidibus, pendente lite procuratis, & quod magis est, sine juramento; Adversus quam proinde omnia Jura clamant, nullam esse adhibendam fidem, ut de attestatione, pendente lite extorta, videre est apud citatos *in dec.* 378. *n.* 16. *cor. Cels.* & alibi quotidie, cùm sit propositio, 173 nullum habens in Jure contradictorem, ut de simili attestatione, sine juramento exarata, imò de formali Testium depositione, sine eodem juramento, habemus *literalem Text. leg. Jurisjurandi* 8. *Cod. de Testibus*, cum aliis apud *Rot. dec.* 738. *n.* 4. *cor. Dunoz. Jun. dec.* 234. *n.* 5. *p.* 1. *rec.*

Quæ si procedunt respectu omnium vulgarium personarum, juxta terminos authoritatum, supra allegatarum; Mul- 174 to magis locum habent in accusationibus contra Episcopos, *Textus est punctualis in can.* 1. 2. *q.* 7. ibi: *Non est à Plebe, aut à vulgaribus hominibus arguendus, vel accusandus Episcopus &c. Ideò ista dico, quia Insidiator sæpissimè solet convertere in malum &c.* Supplicantes observare, quod ille, qui ita loqui- 175 tur favore Episcoporum, non est Gratianus in aliqua palea, sed S. Evaristus Papa.

Num. 59. Descriptio *Baronalis Ecclesiæ*. Notanda phrasis hæc, quia non vocatur Oratorium, quod cum solito In- 176 dulto concedi solet Baronibus in eorum Palatio, sed appellatur insolita denominatione *Ecclesia*, ad quam comprobandam indicantur in hoc numero, licentia Curiæ Ugentinæ, & Epistola hujus Sac. Cong. sed nullatenus exhibentur; Quibus proinde applicari potest celebre dictum *Glossæ in l. finali C. de Ædific. privat.* sequutum à *Rot cor. Cels. dec.* 375. *n.* 12. ibi: *Sed ubi sunt*.

Num. 60. Fides super laudibus Vicarii Ugentini, & acclamatione ejusdem à Populo, Clero, & Capitulo Morciani. 177 Hæc potiùs retorquetur ex modò animadvertendis.

Toto enim spiritu, & enixis precibus exoramus EE. PP. ut dignentur præ oculis habere verba hæc, duo continentur in duabus attestationibus exhibitis ab Oppositoribus in hoc 178 ult. num. contr. Summarii: *Il Sig. Abb. D. Fabrizio Leopardi Vicario Generale &c. riceve da quel Capitolo, Clero, e Popolo &c.* (hoc est Morciani) *ossequi non ordinarj, in maniera che, rimasto detto Signor Vicario con somma edificatione, nel ritorno &c. che fece protestò, che per tutta la Diocesi non hà osservato, nè pratticato simili finezze &c.*

Ex quibus evidentia innegabili patet, quod in Terra Morciani hodiè inter Populum, Capitulum, & Clerum ex una parte, & inter Curiam Ugentinam ex alia parte, res non 179 sunt redactæ ad extremitatem, atque ad odium irreconciliabile inter Subditos, & Superiorem cum illa præcisa necessitate, ut opus sit illos eximere ab illius Jurisdictione, sed potiùs summa pace vivitur in eadem Terra Morciani: Et proindè commodè possunt hoc interim verificari omnia ea, quæ ex adverso gratis asseruntur, & ex hac parte mediante nube Testium, datorum in nostro præter. Summario, probantur insubsistentia, mediante particolari Delegato hujus Sac. Cong. qui ulteriùs durantibus proximis feriis potest opus suum perficere, itaut in prima Congr. proximè futuri mensis Novem. 716. appurato facto per eundem Delega- 180 tum, omnia cum fundamento resolvi possint. Veritas enim una est, & quo magis conteritur, & oppugnatur, eò magis in lucem progreditur, & manifestior fit, dicebat *Castr. cons.* 25. *in princ.* quem sequuntur *Sperel. dec* 28. *n.* 8. *& seqq. & Rocc. select. disp. c.* 46. *n.* 28. *& seqq.*

Posito ex his, quod ex contrario Summario non resultent talia delicta, pro quibus Episcopus, postquam. ser. 181 ser. cocludenter probata forent, veniret deponendus, vel privandus, nedum remanet probatum, quod non possint Oppositorum preces exaudiri, ut ille vocetur ad Urbem, 182 sed sequitur etiam, quod non possit ab illius Jurisdictione eximi integra Terra Morciani, eò quia ex eodem contrario Summario, ut suprà opportunè anatomatixato, nullæ resultant sævitiæ erga Subditos, nullaque feritas, & nulla tyrannis, vel barbarus procedendi modus contra Clerum, & Populum: Et proindè non videtur esse locus eidem exi- 183 mitioni à totali Jurisdictione Episcopi; Et viva ratio illa est, quia pręciso barbaro modo procedendi, & per sævitiam, vel tyrannidem, latè patet via succumbentibus 184 in actibus judicialibus appellandi à decretis, & Sententiis Judicum, qui non tenentur, nisi de dolo, & baractaria in judicando, aliàs timidi fierent in administrando justitiam, ex adductis *in meis Instit. Crim lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 32. Ità egregiè in nostris punctualibus terminis firmavit *Rot. in Giennen. Juris mutandi* 21. *Februarii* 1697. §. *Eodemque cor. Ursino*, his verbis: *Ad hunc effectum opus est ostendere, Superiorem cæpisse desævire per antea, & quasi per speciem tyrannidis, aliàs si de his non constat re ipsa, & incontinenti, inhibitio nunquàm conceditur*, & inf. à ibi: *Non nisi ex causa valdè ardua, & cum maxima difficultate practicatur &c. est etiam de mente Sac. Conc. Trident. in cap.* 11. *sess.* 24 *de Reform ubi exemptiones istas expressè* [illegible]*, & eas, utì turbativas Jurisdictionis ordinariæ, & nutritivas laxioris vitæ, non nisi justis, gravibus, & ferè necessariis causis* 185 *concedi posse decrevit*; Et uno ore circa hanc propositionem concordant Doctores, quos referunt, & sequuntur *Parif. de Resign. l.* 3. *q.* 11. *n.* 1 *Leo in Thes. for. Eccles. par.* 2. *cap.* 2. *num.* 78. *Fuscò de Visit lib.* 2. *cap* 8 *num.* & *cap.* 1 *num.* 1. & *cap.* 20. *num.* 16. *Card Albic. in Addit. ad Pamphil decis* 419. *num* 8. ibi: *Quandoquidem non nisi cum magna diffi-* 186 *cultate, & ex causa valdè ardua hodiè conceduntur sim les exemptiones à Jurisdictione Ordinarii, maximè sub prætextu litis, &c. Lotter. de Re benefic lib.* 1. *qu.* 24. *num.* 39. [illegible]: *Stylus Curiæ est, quod si incontinenti probetur ex ea causa jam cæptum desævìri in subditum coll tigantem per modum tyrannicum, & barbarum rescribatur Judici Causæ ut pendente lite inhibeat, &c. Quod si nulla hujusmodi incontinenti proferatur probatio sævitiæ cæptæ, vel consummatæ, sed simplex*

plex proponatur formido ex parte Subditi supplicantis tunc 187 *Signatura Nihil rescribere, sed prorsus reiicere preces assuevit &c. Nimis enim à Jure exorbitat Subditos à Jurisdictione Superioris eximere, &c. Marchesan. de Commiss par. 2. cap. 1. §. 1. num 77. fol.* 280. ibi: *Causa verò legitima talem concedendi gratiam nimia sævitia erit, ut in simili videmus de Do-* 188 *mino contra Vassallum, & nu.* 77. ibi: *Si talis aperiatur via, omnes Rei id procurarent &c. Superioris contemptus oriretur, &c. Si ita de plano tales concederentur gratiæ &c.*

Hæcque est praxis Sac. Rot. & omnium Sacrar. Congr. Urbis, nec non Signat. Gratiæ, seu Sanctissimi, ut de Sac. 189 Rot. videre est apud *Cass ad. dec. ultima sub nu.* 4. *de Privil.* ibi: *Ubi quis gravatur per suum Superiorem duriùs, taliter, quod possit ad sævitiam reputari, potest eximi ab ejus Juris-* 190 *dictione, & subjectione &c. & coram Pamphil. dec.* 419. *per totam*, quæ raro exemplo emanavit contra Informantem, ut legitur, *nu.* 3. ibi: *Nisi constet de sævitia, per quam Inferiores eximi solent à Jurisdictione Superioris, & in d. Giennen Juris mutandi* 21. *Februarii* 1698. §. *Eodemque, & plu-* 191 *ribus seqq. coram Ursino*, & signanter, ibi: *Quasi per speciem tyrannidis aliàs si de his non constat, nunquam conceditur.*

Et de Sac. Congr. Conc. videre est *in Ostunen Indulti* 26. *Aprilis* 1698. *Lib* 48. *decret. fol.* 143. *& in Herbipolen.* 29. *No-* 192 *vembris ejusdem anni* 1698. *& in Aquen. Exemptionis* 9. *Junii* 1714. In cujus casu verificabantur omnia illa gravamina respectu unius tantùm Sacerdotis, qui exagerantur hodiè à quinque Sacerdotibus Morciani, eò quia idem Sacerdos, per sententiam spoliatus suo Beneficio, reintegratus fuerat ab Apost. Nuncio; Innodatus censuris, absolutus fuerat à Sac. Congr. Immunit. Declaratus Irregularis, fuerat irregularitas insubsistens declarata. Condemnatus in pœnam scut. 25. fuerat eadem pœna revocata: Positus 193 in Carceribus ob malam consuetudinem cum quadam muliere, ab illis aufugiens, atque accedens ad Curiam, ab A. C. declaratum fuit, non constare de dicta prava consuetudine: Sequestrati eidem fuerant fructus suorum Beneficiorum, sed de mandato A. C. eidem consignati fuerunt, prout hæc omnia leguntur in Folio, dicta die distributo; Et nihilominùs dicta die 9. Junii 1714. formiter disputato 194 dubio, *An esset locus exemptioni à Jurisdictione Ordinarii*; Sacr. Congr. rotundè rescripsit: *Negativè*; Solita tamen maturitate subjungendo; *Sed Episcopus benignè, & charitativè tractet, neque procedat ad actus irretractabiles, incon-* 195 *sulta Sac. Cong.* cum aliis resolutionibus, de quibus *in To.* 1. *p.* 1. *discep.* 11. *n.* 5. *& discep.* 11. *n.* 44.

Quibus addi potest alia specialissima, edita inter has easdem Partes. Cùm enim in Cong. habita die 16. Martii 1716. Oppositores *humillimè supplicaverint* (sunt verba Folii, dicta die distributi) *eidem Sac. Congr. &c. non solum pro* 196 *resolutione sequentium dubiorum, sed etiam pro aliqua prudenti provisione, qua sarcta, tecta eorum patrimonia, & Sacerdotalis Dignitas conservarentur*, eadem Sac. Congr. dictam Gratiam exemptionis rotundè denegavit.

Ex quo innegabili facto sequitur ulteriùs, quod eisdem 197 Oppositoribus, renovantibus eandem numero petitionem, & individualissimam instantiam cor. hac Sac. Cong. obstet 198 *literalis Const.* 59. *Innoc XII. in ejus Bullario fol.* 222. de qua suprà *num.* 27.

Addito, quod hujusmodi causæ exemptionum Subditorum, propriè tractantur etiam ab eadem Sac. Congreg. 199 Conc. juxta dispolita *in Conc. Trid. sess.* 24. *de Reformat. cap.* 11. ut in terminis punctualibus observat *Sac. Rot. in d. Giennen Juris mutandi* 21. *Febr.* 1698. §. *Eodemque cor. Ursino.*

Et de praxi Signat. Sanctiss. videre est apud *Lotter. de Re benefic. lib.* 1. *quæst.* 24. *nu.* 40. ubi quod ità resolvit *in Calagu-* 200 *rit Exempt.* 21. *Febr.* 1623. *ad relationem Otterii*, qu m refert, & sequitur *Rot. in d. Giennen* cum aliis apud *Card de Luc. de Judic. disc* 30. *num* 70. ubi, quod in illis casibus, 201 in quibus dubitatur de realitate causarum, ex quibus concedi solet exemptio, per eandem Signaturam *meritò illa denegari solet, decernendo solùm quandoquè, ut Superior, inconsulta Sac. Cong. ad actus irretractabiles contra illum Subditum non deveniatur*, quod temperamentum favore Oppositorum solita maturitate jam captum fuit à dicta Sac. Cong. Conc.

Quod autem hujusmodi sævitiæ, barbari procedendi modi, tyrannis, ferocitas, & his similia, nullo modo exadversò probentur, sola lectura contrarii Summarii 202 reddit æquè notorium, ac palpabile, dum ex illo resultant dumtaxat actus, ser. ser. gesti in Curia Ugentina, quorum aliqui, quamvis revocati fuerint in gradu appellationis, vel ab A. C. vel ab aliis Urbis Tribunalibus, coram quibus data opera Episcopus, nullam fecit partem, postquam suæ satisfecerat conscientiæ; Ex illis nullo modo, nulloquè prætextu ad nostrum æquè durum, & amarum effectum exemptionis Subditorum ab ejus Jurisdictione, probari dici potest sævitia, vel barbarus, & inhumanus proce- 203 dendi modus, egregiè *Rot. cor. Cassiod.* loquens ad nostrum præcisum effectum excludendi exemptionem ob sævitiæ causam, *in decis.* 5. *num* 4. *de Privil.* ibi: *Cùm non dicatur quis sævire, aut opprimere agendo, ex quo utendo Jure suo, vel permissione, & actione, non facit injuriam alicui, &c. Quando potiùs quilibet Prælatus Iura suæ Ecclesiæ de-* 204 *fendere, & prò illis agere tenetur &c. aliàs negligendo peccaret &c. & dec.* 419. *num.* 5 *cor. Pamphil.* ubi, quod carceratio non potest dici provenire ex sævitia, quando constat de causa, ex qua alia demandata fuit, & in *d. Giennen.* §. *Ad assumptum cor. Ursino*, ubi, quod sævitia nunquam in nostris 205 terminis præsumitur, *sed ad ejus exclusionem quælibet etiam levissima causa satis sit.*

Quæ punctuales authoritates, & Collegialium Tribunalium resolutiones, & oracula, eò magis in præsenti locum habent, ex quo loquuntur in terminis minùs famosæ exemptionis, nimirum unius tantùm Subditi, petentis eximi, atque instantissimè insistentis pro tali gratia exem- 206 ptionis, ut ex eorum lectura; Nos autem sumus in terminis strepitosæ exemptionis, quæ petitur pro integro Capitulo, pro toto Clero, & pro omni Populo Morciani, quorum major pars nullam cum Curia Ugentina habuit litem nullaque causa de præsenti urget, propter quam idem integrum Oppidum eximi debeat à Jurisdictione sui Ordinarii, & subjici Episcopo Gallipolitano, stricta amicitia, & spi- 207 rituali compaternitatis vinculo juncto cum Tenutario, omissis Episcopo Alessani viciniore, & Archiepiscopo Hydruntino Metropolitano.

Omnia hæc videntur superabundare, etiam pro obtinendo recessu à contraria resolutione, Undè absque ullo dubio sufficere credimus pro obtinenda solùm nova audientia; 208 versus unicam resolutionem, absque eò quod in rescripto legatur additio, *ut Causa ampliùs non proponeretur*, in quibus terminis, & circumstantiis novam audientiam, quæ juxta notoriam praxim, ac laudabilem stylum, con- 209 cedi solet ab ipsa Parte collitigante, enixis precibus exoramus, nobis non denegari ab EE. PP. in causa exemplari, in qua in substantia ab Oppositoribus non adducuntur probationes ser. ser. factæ, minusque Scripturæ ser. ser. recognitæ, sed exagerantur exadverso tanquam delicta operationes, Episcopi vel Sacris Canonibus conformes, vel ab aliis Tribunalibus, non solum de congruo, sed de condigno punitæ, atquè multæ fiunt exclamationes, innixæ affectatis fidibus, & animosis attestationibus perso- 210 narum laicarum, quæ in nulla prorsus consideratione habendæ sunt in judiciis, adversus personas illas, quas Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam suam; Quod non probamus cum dicto unius, vel alterius moderni Consulentis, sed ex replicatis oraculis Summorum Pontificum, Sanctorumque Patrum, de quibus *in can. Laici* 2. *quæst.* 7. ibi: *Laici in accusatione Episcoporum audiendi non sunt*, & in *can. Laicos, & can. Sicut eadem causa, & qu.* ibi: *Laicos non accusasse Episcopos hactenus observatum, & constitutum est* & 211 ibi: *Sicuti Sacerdotes, vel reliqui Clerici à secularium Laicorum excluduntur accusatione, ita illi ab istorum sunt excludendi, & alienandi criminatione: can. Accusatio d. causa* 2. *qu.* 7. ibi: *Accusatio quoquè eorum &c. nonnisi ab idoneis, & probatissimis viris, qui suspicionibus, & sceleribus carent, fieri debet*: & ibi: *Quoniam injuria eorum ad Christum pertinet, quorum legatione funguntur &c.* & *can. Si qui sunt d causa* 2. *q.* 7. 212 ibi: *Si qui sunt vituperatores & accusatores Episcoporum, non oportet eos à Iudicibus Ecclesiæ audiri, antequam eorum discutiantur existimationis suspicio, vel opinio, qua intentione, qua fide, qua vita, qua conscientia, si pro Deo, aut vana gloria, aut pro inimicitia, vel odio, aut cupiditate, ista præsumpserint.*

Nomine igitur Episcopi, cum omni majori humilitate exequutionem hujus punctualis Textus petimus, ut 213 scilicet mediante eorum particulari Delegato EE. PP. videant, an facti assistentiam habeant crimina illa, quæ impinguntur eidem Episcopo, utquè cognoscatur, qua intentione, qua fide, & qua conscientia testes contrarii deponant: Qua cognitione præmissa, atque dicta veritate cognita, dignum, & justum erit, *ut pro mensura peccati, sit plagarum modus*, ut dicitur in *Deuteron.* 15. 214 Cum aliis apud *de Angel. de Delict. & Pan. lib. . in exordio nu.* 15. *& in meis Instit. Crimin lib* 1. *titul.* 1. *num.* 13. Non attenta forsan fama contraria; *Mala enim audita nullum*

mo-

moveant, dicit *Sanctus Evaristus Papa in Can. Deus omnipotens 2. quaest. 1. nec passim dicta, absque justa probatione, quisquam unquam credat, sed ante audita diligenter inquirat &c.* In qua parte habemus Textum in proposito nostri casus 215 verè mirabilem in *can. Scelus 2. quaest. 1.* in quo fuit clarè determinatum, Episcopum non esse condemnandum ex fama, & communi credulitate, etiamsi haec communis, & vulgata sit in toto Orbe, ibi: *Sed dudum Episcopos Teugualdum, & Guntharium in tali facto eum habuisse tutores, atque fautores penè totus Orbis, undique ad limina, seù Sedem confluens* 216 *Apostolicam, referebat*, ubi *Gloss. verbo Referebat*, ait: *Hi Episcopi non fuerunt depositi propter publicam famam, sed quia erant confessi crimen*, quod legitur *in Canon. Teugualdum 11. quaest. 3.*

Quae cum solido facti fundamento petimus, quia in nostro praeterito Summario, exhibuimus jurata testimonia totius ferè Dioecesis Ugentinae, opposita affectatis, & non juratis 217 fidibus Hominum Morciani, qui nostri qualificati testes uno ore affirmant ea, quae registravimus supra *num. 35. & 36.* & quibus omnis praestanda est fides, attentis illorum numero, & qualitate, ex adductis *in meo Tract. de Livellis cap. 1. §. 4. num. 4. & 5.*

In eadem Causa.

INter informandum fuit Nobis benignè motivatum, quod Oppositores ferè dant manus victas quoad congeriem ex-218 cessuum, in contraria Scriptura consarcinatorum pro substinendo rescripto, ab hac Sacr. Congr. obtento, quodque proindè ad dictum effectum videtur restringere suos conatus ad recursus ad Judices Laicos, quos supponit ab Episcopo intentatos, & prosequutos fuisse.

Meritò autem nulla solida vis fieri potest in dictis aliis praetensis excessibus, quia si ad sensum Oppositorum excessit Episcopus in prohibitionibus, & decretis, de quibus supra 219 à *numer. 137.* impunè poterunt Sacerdotes Morciani in propriae dignitatis, aequalis Principibus, imo ipsismet Regibus, dedecus, & vilipendium, derecto capite stare coram Dominis Saecularibus, eorumque Uxoribus, & Filiis. Poterunt esse illorum Factores, Agentes, & Negotiorum Gestores. Poterunt appellari eorum Famuli, & *Creati*, Poterunt de die, ac nocte, venationis praetextu, arma deferre, sive haec sint *Pistole*, sive Pugiones, sive *Smagliature*, sive 220 *Stilletti*; Poterunt ludere aleis, tàm in locis publicis quàm privatis; Poterunt noctis tempore absque Clericali habitu de Domo exire, & per publicas vias, utì laici incedere. Poterunt associare Saeculares Dominos equitantes, ad instar eorum famulorum. Poterunt praetextu famulatus domi retinere mulieres cujuscumque aetatis, & conditionis. Poterunt exercere artem Medicam: Poterunt esse Chirurgi. Poterunt esse Tabelliones, & Notarii. Poterunt tempore Baccanalium incedere per Oppida, & Civitatem larvati. Poterunt facere Simphonias, & Cantus, tàm diuturnos, quàm nocturnos. 221 Poterunt in Terra Morciani absque Apostolico Indulto Domini Temporales, loco privati Oratorii, retinere publicas Ecclesias in eorum Palatiis. Poterunt Ludimagistri eorum professionem exercere, non praemissa fidei professione. Poterunt Bizochae portare habitus Sacrarum Religionum, non exhibito documento earum legitimae vestitionis, & non adimplendo conditiones in Sacris Canonibus praescriptas. Uno verbo, poterunt praetendere Sacerdotes Terrae Morciani, ut 222 quoad ipsos non habeat locum *titulus Decretalium de Vita, & honestate Cleric.* in quo omnes hae operationes, officia, & ministeria expressè prohibentur ex allegatis supra à *n. 137.*

Pro adequata autem responsione adversus dd exageratos 223 recursus ad Iudices Laicos, sat esse videtur reflexio illa, punctualibus authoritatibus comprobata, quod hujusmodi Scripturae, seù Epistolae non sunt authenticae, neque lega-224 liter recognitae, & proindè nulla vis super illis fieri potest ad effectum condemnandi unum ex illis, quos Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam suam, poena gravissima accessus ad Urbem, & eximitionis integrae Ter. Morciani ab ejus Jurisdictione.

Praesertim quia praecisa necessitas collationis confrontationis, & recognitionis Scripturarum, ex quibus constat contrarium Summarium, ictu oculi desumitur ex eisdemmet contrariis Scripturis; In numero enim 45. post illa verba, 225 *spetta dalle rendite*, sensus non est perfectus, & multa verba desunt, quae sine spiritu prophetiae supleri à Nobis non possunt. Prout etiam multa pariter verba desunt in numero 46 post verba illa: *Da dette loro pretensioni*. Toto spiritu supplicantes hìc observare, quod Scripturae hae, adeò imperfectae, & mutilatae, sunt duae ex illis, quae contra Episcopum exagerantur, & extolluntur usque ad sy-226 dera. Unde ex omni parte semper crescit necessitas concludenter appurandi factum, antequam deveniri possit ad condignas poenas.

Et nihilominus procedendo cum contrario Summario, per modum falsae hypothesis, & insubsistentis suppositi, quod Scripturae in illo contentae verae sint, adhuc subdimus, quod non possumus breviùs in hac parte eundem Rev. Episc. expedire à labyrintho contrariarum criticationum, quàm reducen-227 do omnia ad sua principia, desumpto filo à d. contrario Summario, quod utì Scriptura, exadversò exhibita, contra Partem adversam, concludentem facit probationem, *ex vulgatis* de quibus *Rot. dec. 81. n. 3 coram Priolo.*

Ex illo enim patet, quod praetendente Universitate Terrae Morciani alternativam in electione Praedicatoris, voca-228 vit priùs in judicium Reverendissimum Episcopum, non coram Sacra Congregat. Concilii vel alio Ecclesiastico Tribunali, sed coram Delegato Jurisdictionis ibi: *Mi sono state presentate due lettere pregiatissime &c. di V. S. Illustr. &c. l' altra ad instanza del Sindico della medesima Terra sopra l' alter-229 nativa, che pretende di havere il Predicatore Quaresimale.* Comparuit in hoc judicio Episcopus, suasque deduxit exceptiones, ex quibus Opponentes agnoscentes, malum fovere Jus, mutato consilio, novum, disparatumque habuerunt recursum ad Sac. Congregat. Conc. Recursum hunc congruum 230 existimavit Episcopus deducere ad notitiam dict. Judicis Laici, coram quo exadverso primo loco spontè introducta fuerat Causa. Idque non alio fine, nisi ad hoc, ut idem Judex Laicus se abstineret ab illius ulteriori cognitione, ea adducta congrua ratione, quia agebatur de causa merè spirituali ibi: *Trà l' altre volte significò à detto Signor Regente in una lettera, fatta spedire dall' Università sudetta, toccante la materia del 231 Predicatore, che era causa pura spirituale, la di cui cognitione privativamente spettava al Foro Ecclesiastico.* Posito autem hujusmodi facto, comprobato ab ipsomet contrario Summario, de se patet, quod ex parte Episcopi nullus considerari potest excessus, nullaque irreverentia ergà Ecclesiastica Tribunalia.

Praetendentibus pariter Clerico Benedicto Ardito, & Sa-232 cerdote Francisco Cubello, eorum Laicos Colonos habitantes in Feudis Gemini, & Pompiniani, incorporatis Mensae Episcopali Ugentinae, non teneri ad id, quod praetendebatur ex parte ejusdem Mensae, nomine eorundem Arditi, & Cubelli habitus fuit recursus ad Judicem Laicum, à quo fuit ordinatum, *che per le differenze vertenti trà alcuni Coloni, e Massari de' Feudi di Gemine, e Pompignano, posseduti dalla Mensa Vescovale d' Ungento, e l' istessa Mensa, con decreto, interposto da detto Signor Reggente, fù ordinato, 233 che esse Parti avessero dovuto accudire nel Sacro Conseglio, che se li sarebbe fatto complimento di giustitia*; Verùm non valentes, vel non volentes iidem Arditus & Cubellus complementum justitiae expectare à dicto Tribunali, ab ipsismet electo, & forsan competente, ratione Feudorum ex animadversis supra *numer. 133. Si hanno fatto lecito lasciare la via intrapresa nella Real giurisdittione, e con questo mandare à 234 pascere li loro Massari con li loro bestiami in questi Feudi di Gemini, e Pompignano della Real Mensa Vescovale, doppo intimatami la consaputa Scrittura.* Quae Scriptura exadversò canonizatur pro Monitorio A. C. Posito proindè hujusmodi facto, concludenter pariter comprobato à contrario Summario, de se patet, quod nullus in hac parte considerari potest excessus, sive ratione competentiae Jurisdictionis Judicis Laici, in concernentibus Feudi, ab ipsis dependentia, si vera 235 sunt ea, quae observant *Doctores allegati supra num. 133.* Sive quia in omnem casum, ex allegatis supra *num. 134* opinio eorundem Doctorum deservire congruè valet pro excludendo dolo, & mala fide Episcopi, sine quibus, nunquam potest verificari delictum *Bald. in cap. 1. numer. 15. de constit. Zaul. ad Statut. Favent. to. [illegible] lib. 4. rubr. 20. n. 11. & [illegible]* cum aliis, 236 allegatis *in meis Instit. Crimin. lib. 1. n. 6. tit. 2. de Dolo, Fraude, & Culpa num. 1 & per tot.*

Occasione verò hujusmodi recursus dict. Clerici Arditi, 237 dignentur Eminentissimi Patres observare aequo vocum, ut modestiae fines non excedamus, cum quo illius favore processit Vicarius Hydruntinus, asserendo Arditum fuisse absolutum ab A. C. *come innocente*. Et tamen in Sententia ejusdem A. C. per extensum data in dicto contrario Summario, terminus iste *innocentiae* non legitur; Notum autem 238 est inter Criminalistas, magnam imò maximam adesse differentiam inter Sententias, latas ex capite innocentiae, probatae

respectu Rei, & inter alios modos absolvendi eund. Reum, de quibus latè *Pellegr. in Prax. Crim. part. 4. sect. 17. num. 1.* cum aliis, à me allegatis *in Instit. Crim. libr. 4. tit. 8. à nu. 9. usque ad 16.* Si autem Vicarius nimis credulus fuit in hac parte assertionibus Opponentium, potuit eodem modo, & simili facilitate in aliis partibus ejusd. Relationis inadvertenter credere alia, ab eisdem Opponentibus ei gratis insinuata, quæ pari insubsistentia laborant.

239

Ex quibus, vel omninò cessat in radice omnis reatus respectu horum recursuum, vel saltem concurrunt circumstantiæ talis naturæ, quæ magnoperè minuunt illius gravitatem, Et tamen rigorosum Tribunal Sac. Congr. Immunit. in casibus, in quibus nulla concurrat causa, excusans cooperationem personarum Ecclesiasticarum à recursibus ad Judices Laicos, solet istas punire simplici monitione, seù reprehensione, ut, omissis antiquioribus exemplis, ità practicavit ann. 1698. cum Archiepiscopo Rhegien. ob recursum ad Judices Laicos contra Episcopum Boven. teste *Ricc. in Synops. Decret. Sac. Congr. Immunit. Verb. Archiepiscopus num. 14.* ibi: *Archiep. Rhegien. reprehenditur pro assistentia, & auxilio, præstito ad recurrendum ad Judices Laicos contra Episcopum Boven.* & patet *ex Lib. 2 Decr. Em. Vallem. par. 142.*

240

241

Exclamationes contrarii Defensoris cum punctis admirativis, quod *Episcopus Sacramentum Chrismatis denegavit, quia pretium Sacramenti esposcebat*, nullum habent à parte rei fundamentum, quod sola lectura contrarii Summarii manibus palpare facit; Habemus enim in illo, seriam, & claram illam confessionem Universitatis Terræ Morciani, quod ad illius administrationem nullatenus requisitus fuit Episcopus, ibi: *l'Università esponente però non hà fatta simile richiesta.* Bone Deus? Quomodo, & qua fronte potest hodie coram hoc Sacrosancto Consessu ab Oppositoribus redargui Reverendissimus Episcopus, quod non administraverit Sacramentum Confirmationis in Terra Morciani, si ad illud administrandum non fuit ab Universitate requisitus? Sacramenta enim non conferuntur, nisi volentibus, imò enixè petentibus, neq; conferri possunt in invitos, ut de se notum est.

242

243

Obiter observando hic animositatem illorum Testium, quorum fides data fuit in contrario Sum. asserentium, Reverendiss. Episcop. se declarasse, *di non voler concedere questo Sacramento* (hoc est Confirmationis) *alla Gente di Morciano per sensibile odio*, postquam præmiserant in medio ejusd. attestationis, quod, tàm de hoc, quàm de visitatione, *ne fù supplicato da tutto questo Publico*; Cum enim secundum Logicæ regulas propositiones hæ sint contradictoriæ; *Ne fù supplicato da tutto questo Publico*; *L'Università non hà fatta simile richiesta*, permissum nobis fit terminare Scripturam cum illa verè nobili animadversione *Card. Pallav. in Hist. Conc. Trid. lib. 24 cap. 12. n. 8* *Il Soave hà trovata la maniera di far vedere, che egli non sempre mentisce, perche essendo impossibile, che trà due contradittorie una non sia vera, certo è, che egli, dicendole ambedue, in una di esse è verace.*

244

245

246

Poterant omitti reflexiones, quod non detur nova audientia adversus Brevia, & Oracula Summorum Pontificum, quia in præsenti non agimus, nisi de resolutione hujus Sacræ Congr. absque ullo addito, quod *Causa amplius non proponatur*; In quibus circumstantiis notum est, quod nova audientia concedi solet ab ipsismet Partibus, & absque ullo dubitationis principio in omnem casum à D. Card. Ponente; Neq; mediantibus approbationibus resolutionum Sacrar. Congreg. solent Summi Pontifices limitare, vel restringere facultates earundem, sed potius illas expressè præservare, & quidem etiàm in illis approbationibus, quæ fiunt per viam Brevium, in quibus semper apponi solet clausula, *Salva in præmissis authoritate memoratæ Congregationis Cardinalium*, ut EE.PP. probè notum est, & *Ponente D. Card. Odescalco, ab hac Sac. Congreg.* me Scribente novissimè practicatum fuit in *Pragen. 15. Septemb. 1715.* ut videre est *in To. 1. par. 1. discept 11. per tot.* & signanter *n. 51.* & *in Mechlinien. 22. Maii 1716. Ponente D. Cardin. Fabrono*, in quibus, nedum fuit concessa nova audientia, sed cognita subreptione, & obreptione Brevium, fuit responsum, illa non esse exequenda.

247

248

Nescimus videre unde deducat contrarius Defensor noluntatem Rev. Episcopi accedendi ad Urbem, eo quia dum hæc scribimus non potuerunt haberi illius responsiones; Hoc unum tamen subdimus, quod longè differunt accedere ad Urbem in executionem notoriæ Constit. 15. s. m. Sixti V. vel ob alias indigentias propriæ Ecclesiæ, & accedere vocatum ab hac S. C. propter illas operationes, quæ, vel non probantur concludenter ex contrario Summario, vel fuerunt condignè punitæ ab aliis Sac. Congreg. & Tribunalibus Urbis.

249

Est merum somnium asserere, quod Reverendissimus Episcopus affirmaverit, ipsum *non teneri ad Urbem accedere, quoties Sancta Sedes eum vocat*, & certè mirum est, quod exadverso exageratur postquam idem Defensor contrarius impressit in suo præterito Summar., verba hæc Vicarii Hydruntini; *Non è vero, che si sia dato à sentire non star soggetto alli Decreti della Sacra Congregatione, o alle Constituzioni Pontificie.*

250

251

Sacra Congreg. die 4. Septembris 1716. Ponente Eminent. Grimaldo rescripsit: *Cum SS. pro petita exemptione Terræ Morciani, & subjectione Episcopo Gallipolitano ad tempus, benè visum Sac. Congregationi*; *Et Episcopus Ugentinus vocetur ad Urbem.* Die verò 28 ejusdem mensis, rescripsit *Nihil de nova audientia.*

252

In hac Causa ad unguem verificatum fuit id, quod notavi *in Tom. 1. par. 1. discep. 12. numer. 255. versic. In hujus Causæ resolutionibus*; Unde Episcopus, clausis oculis, promptè parendo mandatis Sacr. Congregationis ad Urbem accessit, eodemque tempore eadem Sac. Congregat. manibus palpavit insubsistentiam eorum, quæ ab ejus Oppositoribus pleno ore gratis ubique asserebantur, & in Scripturis impressis non sine magna exageratione exagerata fuerunt, *de quibus supra num. 150.*

253

Occasione gravaminis, prætensi in hac Causa ob excessivam taxationem mercedis Cancellarii Curiæ Episcopalis pro copia Processus, de quo *supra numer. 81.* notandum est hìc, quod Sacr. Congregat. solita est in his casibus taxare eandem mercedem Cancellarii pro copiis Processuum, & aliarum Scripturarum, quas ab illis petunt Litigantes, in obulis, seù bajocchis duobus cum dimidio pro qualibet pagina, quæ constare debet saltem ex viginti lineis, & quælibet linea saltem ex viginti syllabis, vel viginti literis, ut signanter practicavit in *Ripana*, & *in Savonen.* & *in Montis Alti*, mediantibus seqq. epistolis.

254

Ripa al Vescovo. Dal congionto Memoriale, dato a nome di Angelo Merli d'Acquaviva di cotesta Diocesi V. S. vederà quanto dal medemo è stato rappresentato alla Sagra Congregazione. Questi Eminentissimi miei Signori, a relatione di Monsignor mio Eminentissimo Pio, hanno dichiarato, doversi dall'Oratore pagare per copia dell'accennato Processo, contro di Lui fabricato in cotesto Tribunale, due bajocchi, e mezzo, per ciascheduna Carta, scritta da ambedue le parti, che contenghino venti linee in tutto, e ciascuna debba almeno contenere venti lettere. Lo significo à Lei, e Dio la prosperi. Roma 6. Settembre 1669.

255

Savona al Vescovo. Nel congionto Memoriale delli Cappellani, e Sacerdoti del Borgo di Finale di cotesta Diocesi V. S. vedrà quanto in esso si contiene. Questi &c. che pagandosi dagl' Oratori per mercede al Cancelliere due bajocchi, e mezzo di moneta Romana per ogni facciata di carta, di 20. versi, continenti 20 lettere per ciaschedun verso, ella faccia consegnar loro Copia autentica del Processo, e di tutti gl' Atti, concernenti l'accennata Causa. In altro caso l' EE. loro vogliono, che, datasi dalli medemi l'arra, e fatto l'obligo di pagare il residuo, secondo la Tassa, che ne farà l'istessa S. C. ella trasmetta li dd. Atti. Tanto &c. Roma 4. Settemb. 1693.

256

Mont' Alto al Vescovo. Riferito in Sagra Congregaz. quanto V. S. hà rappresentato con sua lettera in data delli 14. corrente, sopra l' instanza di Cristofaro Recchi da Castignano, di cotesta Diocesi, che supplicava per la restitutione di quel di più, che hà pagato al Cancelliere per Copia degl' Atti, fatti in cotesto Tribunale, nella Causa col Monastero di S. Chiara di detto Luogo. Questi, &c hanno dichiarato, doversi per copia delli detti Atti pagare due bajocchi, e mezzo per facciata, che contenga venti linee, e ciascuna debba almeno contenere venti silabe. Non mancarà per tanto ella ordinare, che venga osservata la dichiaratione predetta, &c. ed il Signore &c. Roma 22. Agosto 1698.

257

Quando verò agitur de illis Scripturis, seù Ordinationibus, à quibus Subditi se gravatos sentiunt, quarum copias recuset dare Cancellarius recurrere volentibus, nisi priùs ei solvatur congrua merces, tunc Sacræ Congregationes solent injungere, ut eædem Ordinationes, & præcepta ponantur in Cancellaria, cum facultate Recurrentibus transcribendi ea, circa quæ se gravatos asserunt, ut de mense Novembris 1716 practicavit Sacra Congregatio Concilii in *Ripana*, respectu Synodi, ultimo loco celebratæ in ead. Diœcesi: Cum enim aliqui de Clero, asserentes, se in illa gravatos, recursum habuissent ad eandem Sacr. Congregationem, & non possent gravamina justificare, eo quia Cancellarius prætendebat solitam mercedem pro illarum copiis, Sacra Congregatio solita circumspectione, & prudentia demandavit, ut ead. Synodus relin-

258

259

relinqueretur in Cancellaria, data facultate omnibus illis, qui se gravatos in illa asserebant, transcribendi ad eorum libitum ea, quæ in d. Synodo continebantur, nulla soluta mercede Cancellario, ut ex seq. Epistola.

160 RIPANA. Episcop. Rev. *D. uti Frater. Reclamantibus apud hanc Sacram Congregationem Concilii Deputatis Capituli Cathedralis, & Collegiatæ Montis Prandonis, Cleri Columnelli, aliorumque, adversus Ampl. Tuæ renuentiam in eisdem liberè ostendendo, & extradendo Synodales Constitutiones in ultima Synodo, per eam coacta, promulgatas, ut deindè in Sac Congreg. examinari valeant, EE. PP. Ampl. Tuæ injungendum esse censuerunt, prout præsentibus injungimus, quatenus Synodum prædictam in Cancellaria Episcopali omninò relinquat, eum libera facultate omnibus illam legendi, & excribendi. Ità exequetur, dum ei omnia prospera precamur à Domino. Romæ* 14. *Novemb.* 1716.

161 Quo ad copias Scripturarum, quæ distribui solent in Sacra Rit. Congregatione pro Sanctorum Canonizatione, s. m. Innocent XI. die 15. Octobris 1678. approbando Taxam, impressam in Typographia Camerali §. 1. pro Advocatis, & Procuratoribus, nec non aliam pro Notario Sacræ Congregationis §. 4. expressè mandavit, Folium Scripturarum constare debere ex duabus facciatis, facciatam ex lineis 24. & lineam ex sexdecim syllabis; Quam copiam exaratam *in forma di buon' Originale, non si pagbi più di bajocchi sette, e mezzo per foglio da tutte due le bande, e la facciata sia di linee* 24. *e la linea di sillabe* 16.

162 Respectu autem illarum Scripturarum, quæ imprimuntur in Urbe in Typographia Camerali, ex Instrumento Appaltus, stipulato die 14. Martii 1709. per acta Petruccii C. A. Secretarii *in Protocollo fol.* 88. *à tergo*, determinatum fuit, ut quælibet pagina, sive sit Scriptura, sivè Summarium, debeat continere lineas 48. & quælibet linea componatur, saltem ex syllabis 24. cum aliis specificationibus, & particularitatibus, de quibus in dict. Instrum. Appaltus, cujus verba sunt hæc.

263 *Debba lo Stampatore far le Scritture di sesto conveniente, e tale si debba giudicare, quando ogni facciata, ò pagina, di carta ordinaria da scrivere, contenga versi, ò linee* 48. *di ventiquattro syllabe per ciascun verso. Come anche della stessa quantità di versi, e sillabe sia il Sommario delle Scritture, compresevi però le marginature, & ogni Foglio di carta ordinaria delle Scritture non si debba pagare più di giulj* 15. *& il Sommario* 16. *quando però il foglio sia pieno, e non essendo pieno, se li debba defalcare un giulio per ciascheduna facciata, che fosse bianca, come anche sia tenuto lo Stampatore darne cinquanta Copie, e volendone di vantaggio, se li debba pagare il sopra più a ragion d' un bajocco per ciaschedun Foglio di più, sino a qualsivoglia numero.*

264 In hac autem parte uno ore asserunt Curiales, modernum Typographum Cameralem, nedum solitum esse injungere Compositoribus ut punctualiter observent ea, quæ continentur in dicto Instrumento, sed ulteriùs notorium est, eisdem demandasse, ut quando Scripturarum materia tanta est, ut excedat integrum Folium, si excessus contineri potest intrà paucas lineas, puta usque ad duodecim inclusivè, nullo modo Compositores incipiant aliud Folium, sed taliter componant, restringendo syllabas, & multiplicando lineas, ut integraliter contineatur in uno tantùm Folio.

265 Omnes hæ sanctiones, dispositiones, & conventiones sanctissimæ sunt, sed difficultas residet in illarum prompta exequutione; Cùm enim in eisdem nulla contineatur pœna contrà illas non exequentes, raro observantur, idque in pauperum Litigantium præjudicium; Quod tamen facili negotio evitari posset, injungendo solùm, ut Cancellarii, Copistæ, & Impressor Cameralis, nihil omninò possint prætendere prò illis facciatis, seù paginis, quæ sunt difformes in una syllaba à dd. sanctissimis præceptis; Ità enim fiet, ut eædem personæ, propriis sumptibus cautiores effectæ, potiùs apponerent plures, quàm minores syllabas, & literas, ac sint illæ, præscriptæ in dd. præceptis, & decretis.

DISCEPTATIO VIII.

Brictinorien.

PRO

PP. Reformatis S. Francisci Arcis S. Cassiani.

CUM

Joanne Tassinario Parocho ejusdem Loci.

ARGUMENTUM.

Parochi an possint ingredi Ecclesias Regularium, cum Stola, & Cruce elevata, & an sit eis solvenda quarta funeralis pro illis cadaveribus, quæ sepeliuntur in eorundem Regularium Ecclesiis; Pro quibus an possint exigere duplicatam eleemosynam. Clausula sine præjudicio Iurium Ecclesiæ Parochialis, apposita in fundatione novorum Conventuum, quando, & quid operetur.

Vigore amplæ concessionis, ser. omnibus de jure serv. usque ab anno 1698. PP. Minores Observantes Reformati Sancti Francisci repeiuntur in pacifica possessione Conventus, & Ecclesiæ in Arce Sancti Cassiani, Brictinorien. Diœcesis, necnon in simili pacifica possessione ibidem sepeliendi cadavera Fidelium, qui in illa sibi elegerunt sepulturam juxta illorum notoria Privilegia, de quibus *in Tom.* 1. *par.* 2. *discep.* 28. 1

Quia verò occasione sepulturæ, in eadem Ecclesia ultimo loco datæ cadaveri Doctoris Baldigiani, Parochus prætendere cæpit, nedùm quartam funeralem, sed duplicatam eleemosynam pro officio, in eadem Ecclesia facto, postquàm dict. cadaver à multis diebus sepulturæ traditum fuerat, addita alia prætensione ingrediendi Ecclesiam eorundem Religiosorum cum stola, & cruce, ad ibidem peragendum officium: 2 Hinc habitus fuit recursus ad EE. PP. à quibus demandata utrique Parti colligitanti præfixione termini ad deducendum Jura coràm hac Sac. Cong. punctualiter executa ab Episcopo, de more ab eodem exquisita fuit Informatio, qua exhibita in Secretaria, contingit hodiè de viribus dd. prætensionum disputari.

Respectu ingressus in Ecclesiam cum stola, & cruce elevata, res videtur carere omni difficultate, quia ex notoriis Regularium privilegiis istorum Ecclesiæ prorsus exemptæ sunt, & totaliter liberæ ab omni subjectione Parochorum, & Jurisdictione Ordinariorum, & consequenter Parochus non potest in illis ingredi, cum stola, & cruce, ut advertunt adducti *à Pignatel. consult.* 18. *num.* 17. *libr.* 3. *& ab Ansald. in addit. ad decis.* 74. *numer.* 43. *&* 54. *& Cardin. de Luc. de Præemin. disc.* 22. *num* 5. *& à Rota in dec.* 2089. *n.* 36. *& seq. cor. Coccin.*

Indeque quotidie respondere solent Sac. Congregat. similes functiones, non ad Parochos, sed ad Regulares pertinere, ut, omissis antiquioribus resolutionibus, quæ de facili possent cumulari, quasvè referunt, & sequuntur *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 91. *numer.* 1. *Pasqualig. ad Laur. de Franch. de Controv. inter Episc. & Regul. nu* 1591. *Vener. in Examin. Episcop lib.* 6. *cap* 3. *num* 4. *& cap.* 12. *eodem num. Barbos. ad Concil. sess.* 15. *de Reform. cap.* 33. *num* 33. *Joan. Mar. Novar. in Lucerna Regul. verb Officium nu.* 12. *Gallett. in Margarit. cas. conscient. verb. Sepultura num* 3. *Tambur. de Jur. Abbat. tom.* 1. *disp.* 51. *quæst.* 11. *num.* 21 *Gavant. in Manual. verb. Exequiæ in addit. num.* 10. *Peyrin. de Privil Regular. tom.* 3. *in fin. in resp. ad* 3 *fol. mihi* 567. *Frass. de Patr. Reg. Indiar. tom.* 2. *cap.* 91. *à num* 10. *Panimol. dec.* 1. *annot.* 10. *n.* 18. *Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Exequiæ n* 9. *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 20. *n.* 9. *Monac. in Formul. tom.* 1. *tit.* 18. *formul* 18. *num.* 13. ubi sequendo aliam punctualem resolutionem S. C. R. *in una Mantuana*, asserit, Parochum non tanquam talem, sed uti unum de Populo dumtaxat posse assistere exequiis in Ecclesiis Regularium, & firmavit *Rot in decis.* 267. *n.* 3. *apud Posth. de Manut.* 3 4

Ita per viam legis generalis respondit *Sacr. C. R. Ponente Cardin. Noris in Vaden.* 2. *Augusti* 1698. *ad* 2. *dub.* ibi: *An Parochus ingredi possit Ecclesiam Regularium cum Stola, & Cruce, ibique officium, & Functiones peragere;* Negativè, testibus *Matthæuc. in Offic Cur. Eccles. cap.* 20. *num.* 3. *in fin. & Monacell. ubi supra numer.* 13. Ità etiam resolvit *S. C. C. in Lauden. Funerum* de qua *in Tom* 1. *part.* 2. *disceptat.* 14. Nec non *hæc S. C. in Sutrina* 28. *Februar.* 1709. *Ponente Em. Corsino*, ibi: *An Archipresbytero Collegiatæ Ronciliionis sivè soli, sivè cum Capitulo, liceat ingredi cum Stola, & Cruce erecta* 5

Ecclesiam RR PP. Carmelitarum, ibique una cum dictis Patribus facere funus super eodem cadavere, Negativè; Et *in Montis Politiani 26. Martii ejusdem anni 1711. ad 4. dub. Ponente Em. Paracciano*, ibi: *An in associatione cadaverum, in Ecclesia dd. PP. tumulandorum, liceat Parocho S. Martini eam ingredi cum Cruce erecto, sive debeat dictam Crucem deponere & terminare preces associatorias ante Atrium dictæ Ecclesiæ*, 6 Negativè, quoad p. partem, & affirmat. quoad secundam. Ultrà innumeras alias antiquiores resolutiones hujus Sacræ Congregationis, specificè approbatas à *s. m. Alexand. VII. in ejus Constitut 93. & à s. m. Clem. X. in ejus Constit. 57. in Bullar. nov. tom. 6.*

Itaut attentis hujusmodi individualibus resolutionib. hujus, & dd. aliarum Sac. Cong. res videatur redacta ad evidentiam, 7 dicaturque proindè casus legis, pro quo habentur punctuales resolutiones Sacr. Congr. ut notant adducti *in Tom. 1. par. 1. discept. 6. num. 64.*

Non minùs fundata videtur intentio eorundem Religiosorum pro exemptione à solutione quartæ funeralis; Quamvìs enim, Jure communi attento, quando cadavera non sepeliuntur in Ecclesiis Parochialibus, debeatur Parochis quarta funeralis, juxtà *Clement. Dudum §. Verùm de Sepultur.* 8 Nihilominus Seraphica Religio illam tradere nullatenus est obligata, attentis ejus amplissimis privilegiis, & exemptionibus, per diversos Summos Pontifices, eidem gratiosissimè concessis, à quibus liberatur expressè, ac cubitalibus literis eximitur à solutione cujuscumque quartæ, signanter *in Constit. 4. §. 28. Clemen. IV. Constit. 6. §. 7. Sixti IV. & Constit. 11. S. Pii V.* in quibus omnibus expressa legitur derogatio *dictæ Clem. Dudum*, ut notant *Pignatell. consult.* 9 *70. numer. 3. & sequentibus tom. 7. & consult. 145. num. 1. & seqq. tom. 9. Lezzan. Oper. moral. tom. 2. verb. Quarta funeralis sub num. 3. Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 42. num. 4. & seqq. & Rot. decis. 1702. numer. 3. coram Coccin. & decis. 179. per totum coram Royas*, quæ raro exemplo emanavit contrà Parochum informantem favore nostræ Religionis, ob ejus notoriam paupertatem, propria Jura defendere non valentis. Et magistraliter *in decis. 263. per totum par. 15. recen.* 10 ubi referuntur innumera privilegia ab undecim Summis Pontificibus concessa nostræ Religioni exemptiva à solutione quartæ, & respondetur omnibus, in contrarium quomodocumque facien., & favore omnium Mendicantium est etiam magistralis *decis. 8. per totum apud Antonel. de Jurib. Cleric.* duplata post *Bertacchin. Vot. decis.* 114. Atque in eodem sensu fuit pariter *Sac. C. C. in Rossanen. 21. Septembr. 1591. Lib. 7.* 11 *Decr. folio 31. & in Baren. 7 Maii 1672. Lib. 26. Decr. fol. 187 & in Nullius 21. Maii 1678. Lib. 30. Decr. fol. 89.* Necnon favore Reformatorum, ità etiam individualiter respondit *hæc S. C. in Senogallien. seù Æsina 23. Septembr. 1707. ad 6. dub. Ponente cl. me. Card. Gabriel.* de qua *in Tom. 1. par. 2. discept. 28. num. 156.*

Quamvis autem ultrò admittamus in Jure, omnium prædictorum limitationem in casu, quo verificetur contraria observantia, respectu illorum Conventuum, qui fundati 12 fuerunt 40. annis ante Concilium Tridentin., ut disponitur *in sess. 25. capit. 13. de Reformat.*, & notant adducti per *Lantusc. verb. Quarta num. 1. & 2. & Matthæucc. cap. 42. numer. 5 & sequentibus*. Hujusmodi tamen limitatio est prorsùs inapplicabilis in præsenti, ex quo sermo est de nostro Conventu, non solùm non ædificato 40. annis ante dictum Concilium, sed neque etiam effluxis annis 14. ab illius constructione, in quibus nunquam solverunt dictam quartam, quæ neque 13 etiam à Parochis petita fuit, itaut ex hac facti solida animadversione cesset in radice omnis prætextus quadragenariæ consuetudinis, ut observat *Rot. in dec. 39. num. 16. coram Otthobon.*

Minùs relevat prætensum solitum aliarum Religionum nostræ Civitatis, vel Diœcesis, tam respectu ingressus cum Stola, & Cruce, quam respectu solutionis quartæ funera-14 lis; Quia in his casibus non licet arguere à facto unius Religionis ad aliam ex allegatis *in Tom. 1. par. 2. discept. 14. num. 70.* quæ est in una *Lauden. 2. Maii 1711.* in qua, non attento solito, quod vigebat favore omnium Parochorum dictæ Civitatis Laudæ, adversùs omnes antiquos Conventus diversarum Religionum, in illa existentes, nullatenùs extendere voluit idem solitum ad Conventum Carmelitarum Excalceatorum, ab annis dumtaxat 50. in illa introducto-15 rum, & meritò, quia similes consuetudines nunquam extenduntur, nec de casu ad casum, nec de persona ad personam, ex cumulatis per *Purpur. cons. 557. sub num. 9. Bonden. collect. legal. 15. num. 127. Ansald. in addit. ad dec. 50 nu. 48. & Rot dec 217. num. 18. par. 17. rec.*

Demum pro denegatione duplicis eleemosynæ urgere videtur reflexio illa, quod ex hujusmodi duplicata eleemosyna retrahuntur Fideles ab electione sepulturæ in Ecclesiis 16 Regularium, sicque per indirectum præjudicium inferretur eisdem Regularibus quoad jus illud, quod ex Summorum Pontificum Privilegiis notoriæ habent, sepeliendi in eo-17 rum Ecclesiis cadavera illorum, qui in illis sepulturam elegerunt, ex latè, & punctualiter animadversis per *Pignatell. consult. 104. à num. 1. usque ad 7. to. 4.* juxtà *Roman. impress.* quod sæpissimè declararunt S. C. C. & hæc Sac. Congreg. testibus *Nicol. in Floscul. verb. Sepultura numer. 25. Passerin. de Stat. Homin. quæst. 187. art. 4. à nu. 187. tom. 2. & Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 20. num. 6.* quas Sacrarum Congregationum punctuales resolutiones, ad enixas preces superiorum Generalium nostræ Religionis in forma specifica confirmavit *s. m. Clem. X.* ut videre est in ejus *Constit. 58. per totum* 18 *Bullar. nov. to. 6.*; Itaut respectu etiam hujus contrariæ prætensionis habeamus casum legis, seù individualissimæ Pontificiæ Constitutionis.

In eadem Causa.

Die 21. Martii 1716. rescriptum fuit in hac Causa: *Dilata, & ad Mentem*, quæ est, *ut videatur, an sit Conventus, vel Hospitium, & quinam sit numerus Religiosorum*. 19 Hodie verò ad evidentiam usque ex novis Scripturis comprobata qualitate Conventus, & demonstrato numero sufficienti Religiosorum, cum omni fundamento speramus, in omnibus favore eorundem esse respondendum.

Probatur concludenter qualitas Conventus ex ampla facultate hujus Sacr. Congr. ad relationem Emin. Acciajoli die 20 9. Julii 1700. concessa Episcopo Brictinorien. deveniendi ad formalem erectionem nostri Conventus, Illiusque effectiva erectione, de qua testantur, tam P. ExProcurator Generalis nostræ Religionis, quàm modernus Episcopus Brictinorien. in ultima Relatione sub die 25. Augusti 1715. Juncta cum successiva oculari recognitione, quod in illo *vi siano tutte le cose necessarie, per potersi dichiarare Convento*. Quodque proindè in illo adesset *clausura formale in tal modo, che* 21 *nel distretto di detto Convento non possino entrare Donne in alcuna maniera*, cum aliis conditionibus solitis practicari in Conventibus formalibus. Quæ omnia ad praxim redacta fuerunt ad enixas preces, & supplicationes totius Populi Arcis S. Cassiani.

Æquali claritate docemus pariter hodie de numero duodecim Religiosorum, moram facientium in dicto Conventu, ex destinatione, & præfixione, de more facta à Ministro Provinciali. Necnon ex Tabella, seù actuali de-22 scriptione, & specificatione nominum dictorum Religiosorum, quæ fieri solet in Capitulis Provincialibus. Et de quibus testis pariter omni exceptione major est dictus modernus Episcopus.

Quæ omnia coronantur ab epistola, scripta Guardiano nostri Conventus ab eodem Episcopo Brictinorien. in qua ul-23 terius meritò laudat, & extollit pietatem, zelum, & observantiam Regularem, cum quibus non sine Sæcularium ædificatione vivunt nostri Religiosi, in dicto eorum Conventu, Ita ut ex his omnibus, præcipuè simul unitis, ut in qualibet materia faciendum esse monent adducti *in Tom. 1. part. 2. discept. 24. num. 6.* Ex hac parte concludentissimè, & ad unguem adimpletum fuerit dictum rescriptum hujus Sacr. Congregationis.

Posito proindè, quod constet de qualitate, & legitima fundatione nostri Conventus, quodque in illo, ad præscriptum Apostolicarum Constitutionum, moram faciant duodecim Religiosi, negativa resolutio primi dubii videtur innegabilis, quia in Ecclesiis Regularium nullum ha-24 bet Jus Parochus, nullamque Jurisdictionem, nec actualem, nec habitualem, itaut in illa existens, extrà propriam Parochiam, propriumque Territorium adesse dicatur, & consequenter positiva Juris assistentia contra ipsum militat, ne in aliena Domo præeminentiam aliquam exercere pos-25 sit, ut per hæc verba notat *Cardin. de Luc. de Præemin. discurs. 22. num. 5.* Ex quo infertur, quod nullo modo possit easdem Ecclesias Regularium, ut supra exemptas, ingredi cum Stola, & Cruce elevata, multòque minùs ibid. Officia recitare, vel alias funebres functiones circa cadavera facere, ut latè probavimus *supra à numer. 2.* & latiùs *in Tom. 1. par. 2. disc. 14. per totum & signanter à num. 9.* In cujus casu Sac. Congr. Conc. Partibus acerrimè informantibus, ex eadem ratione cessantis Jurisdictionis Parochorum in Ecclesiis Regularium, in primo dubio declaravit, eosdem Pa-

rochos

26 rochos teneri dare *ultimum Vale* in Januis Ecclesiarum Regularium, non autem intra easdem Ecclesias, *quia Parochi Jurisdictio supra defunctum durat quousque transeat in aliorum Jurisdictionem, non transit autem in Jurisdictionem Regularium, nisi quando pervenit ad Januam eorum Ecclesiæ*, sunt verba *Pasqualig. ad Laur. de Francb. de Controvers. inter Episcop. & Regulares numer.* 1591. & concordant *Novar. in Summ. Bullar. comment* 91. ibi: *Quoniam Jurisdictio Parochi, Cleri, & Canonicorum durat usque ad Portas Ecclesiæ Regularium*, cum aliis citatis *in dicta disceptat.* 14. *numer.* 10. *part.* 2. *Tom.* 1. *Gavant. in Manual. Episcop. verb. Exequiæ in addition. numer.* 10. & *Panimol. dec.* 1. *annot.* 10. *numer.* 18.

Pro favorabili pariter negativa resolutione secundi dubii, 27 urgere videntur innumera illa Privilegia, ab undecim Summis Pontificibus nostræ Religioni concessa, exemptiva nostrorum Religiosorum à solutione cujuscumque Quartæ Funeralis; Pro quorum Privilegiorum punctuali exequutione quotidiè respondere solent Sac. Congregat. juxtà innumeras individuales resolutiones, allegatas *sup. num.* 3. & *sequentibus* quibus in punctualibus terminis nostræ Religionis addi possunt aliæ citatæ *in Tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 28. *numer.* 41. & 28 *seqq.* nec non alia resolutio, quæ emanavit in eadem Causa, de qua *dict. discept.* 28. *num.* 156. & novissimè favore pariter nostræ Religionis, me scribente, resolvit *S. C. C. in Tudertina 8. Augusti* 1716. *ad* 2. *dub.* ibi: *An teneantur iidem Patres solvere Archipresbytero Curato Quartam Funeralem, & in qua quota?* Negativè. Itaut cum habeamus in hac parte quamplures resolutiones hujus, & aliarum Sacr. Congrega- 29 tionum favore Regularium, cum omni fundamento asserere possumus, militare pro nobis expressum casum legis, per ea, quæ notant adducti *in nostris Institutionib. Criminalib. libr.* 1. *titul.* 10. §. 4. *n.* 149. quibus addimus citatos *supra à n.* 3.

Nec credimus insistendum in prætenso solito, quod forsan practicatur cum aliis Regularibus, in his enim terminis non 30 licet arguere à facto unius Religionis ad aliam, ex allegatis suprà à *num.* 14. & latiùs *in Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 8. *num.* 25. & *par.* 2. *discept.* 14. *num.* 22. & *seqq.* Quibus addo punctualem resolutionem *Sac. C. C. in Lauden.* 21. *Maii* 1711. *ad* 1. *dub.* de qua in *Lib.* 61. *Decret. fol.* 312.

Respectu demum 3. dub. supplicamus observare, quod duplicata merces non prætenditur ratione laboris, vel longioris itineris, in quibus terminis disputant Doctores, an illa 31 peti, vel non peti possit à Parochis, & meritò, quia non verificatur, neque magnus labor, neque longum iter in associando cadavera ad sepulturam in nostra Ecclesia, ut est in nostra Terra notorium. Remanet proindè manifestum, quod ead. duplicata merces petitur præcisè ex qualitate Regularis Ecclesiæ tumulantis, quod tanquam rem scandalosam, & monopolium, avaritiam, & corruptelam sapiens, adversus libertatem, unicuique Christifideli competentem, sibi eligendi sepulturam, ubi vult, meritò reprobant *Peyrin. ad Constitut. Leonis X. in addit. cap.* 4. *num* 7. & 8. & *D. Piton. disceptat. Eccles.* 50. *nu.* 28. & concordant aliæ punctuales authoritates, & Sac. Congr. resolutiones, à me citatæ *in* 32 *Tom.* 1. *par.* 2. *disc.* 28. *num.* 90. & 91. Inter quas punctualissimæ sunt duæ resolutiones S. C. C. relatæ per extensum *à D. Pitono, ubi supra num.* 47. & 48. nempè *Mantuana Funerum* 16. *Januarii* 1694. & *Insularum Canariarum Jurisdictionis* 31. *Julii ejusdem anni.*

Imò habemus in hac parte duas Summorum Pontificum Constitutiones, in specie emanatas pro nostra Religione, 33 nempè *la* 22. *s. m. Urb. VIII. e la* 58. *s. m. Clem. X. in Bullar. novo tom.* 4. & 6. respectivè, ex quibus omnibus tollitur dubitandi occasio, eòquia demandatur in illis, nullo modo permittendam esse Parochis talem duplicatam mercedem exigere, quando cadavera sepelluntur in Ecclesiis nostrorum Religiosorum, ea adducta convincenti ratione *in dict. Constitut. Urbani* §. 1. *eò quod multi duplicis hujusmodi funerum impensæ difficultate deterriti, in dictis Regularium Ecclesiis sepulturas eligere non poterant, undè fiebat, ut dicti Ordinis Ecclesias mortuorum sepulturis, & consequenter eleemosynis, & quæ in suffragium Animarum fieri consueverant, paulatim destitutas iri verendum erat &c.* Et propterea respectu hujus ter- 34 tii dubii non possumus majorem authoritatem sub Sole adducere, per ea, quæ notant punctualiter citati in *Tom.* 1. *par.* 1 *discept.* 11. *num* 33.

In eadem Causa.

35 IN exequutionem rescripti hujus Sacræ Congregat. diei 21. Martii 1715. quod dictum fuit: *Dilata, & ad Mentem,* quæ fuit, *ut videretur, an locus ille, in quo Religiosi habitant in Arce Sancti Cassiani, esset Conventus, vel Hospitium, & quinam esset numerus Religiosorum, in illo moram faciens,* punctualiter ostensum fuit in nova propositione, habita die 4. Martii 1717. quod idem Locus hodiè est verus, & formalis Conventus, authoritate hujus Sac. Congreg. ser. ser. erectus, quodque in eo habitare soliti sunt duodecim Religiosi circiter, juxtà authentica documenta, in manibus Eminent. Ponentis d. die exhibita.

Oppressus contrarius Defensor ab efficaciam dictorum Do- 36 cumentorum, ad extorquendam affirmativam resolutionem 1. dub. in quo quæritur: *An occasione cadaverum, sepeliendorum in Ecclesia PP. Reformatorum, &c. possit Parochus cum Stola, & Cruce ingredi eorundem Ecclesiam, ibique Officium peragere;* in Responsione dicta die distributa, & Nobis non communicata, exageravit pro novo, & insuperabili motivo, quod quando PP. Reformati admissi fuerunt ad ejus Ecclesiam Parochialem, non aliter Parochus antecessor proprium dedit consensum, quam *senza pregiudizio però del Jus, e ragioni Parrocchiali in essa Chiesa ora Pievana, tanto della Stola, che altre fonzioni Parrocchiali, & non aliàs aliter, nec alio modo, aliàs pro non facta:* Inferen- 37 doexindè cum *dec.* 101. *cor. Caval.* quod vigore dicti conditionati consensus non potest eidem Parocho, impediri continuatio exercitii Jurium Parochialium, & præcipuè Stolæ, in sua antiqua Ecclesia, non aliàs, nec alio modo concessa, quàm cum dicta conditione.

Si motivum hoc adductum fuisset in uno ex illis pedaneis Tribunalibus Urbis, quæ perbellè describit nostræ ætatis *Juven. satyr.* 14. cujus verba registravimus *in nostris Instit. lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 76. nullam causaret admirationem, eo quia in dd. Tribunalibus facti alterationes, & confusiones non sunt aliquid novi; Videtur autem prorsùs intolerabile in hoc Sacro- 38 sancto Senatu, nimisque repugnat majestati hujus S. C. quæ more Principis procedere solet, teste *Card. de Luc. in Relat. Rom. Cur. disc.* 16. *num.* 25.

39 Veritas enim in hac parte illa est, quod Ecclesia PP. Reformatorum in Arce S. Cassiani *longe separata est à Plebania Parochialis Ecclesiæ dictæ Arcis Sancti Cassiani, cum qua nullam habuit annexionem, illaque subiecta erat Laicali Confraternitati SS. Sacramenti dictæ Arcis, & respectivè Magistratui novem DD. Conservatorum Jurisdictionis Dominii Florentini,* ut notorium est in tota Diœcesi Brictinorien. imò in to- 40 ta Romandiola, & per hæc præcisa verba concludenter justificatur in Summario.

Quamvis autem ultrò admittamus, quod deindè plures habiti fuerint discursus, & tractatus de permutanda eadem Ecclesia cum Ecclesia Plebana, deque transferendo curam 41 Animarum ad Ecclesiam Sanctæ Mariæ Lacrymarum dictæ Arcis, cum dictis conditionibus, & restrictivis; Iidem discursus, attentis contrariis exorbitantibus prætensionibus, effectu vacui omninò remanserunt, & PP. Reformati continuarunt in eorum antiqua Ecclesia, ipsis liberè concessa à dictis Confraternitate, & Magistratu ibi: *Testor, præfatam deliberationem de commutanda Plebana Ecclesia cum Ecclesia S. Mariæ Lacrymarum, non habuisse effectum, & RR. PP. antedictos in Ecclesia enunciatæ Confraternitatis, cum* 42 *annexis Mansionibus, sibi concessa, introductos remansisse, quamplures auxisse Mansiones, & Cellas, &c.*

Undè ex hoc innegabili facto augetur potiùs, quàm minuatur improprius operandi modus, ut modestiæ fines non excedamus, majestati hujus Sacræ Congregationis ex diametro oppositus, eò quia palpatur manibus, talem eviden- 43 tem facti alterationem non processisse ab aliqua inadvertentia, seu circumstantia, verisimiliter à Parocho ignorata, sed data opera adductam fuisse in Responsionibus, quæ non solent communicari, ad occultandam ineffectuationem dictæ permutationis, quæ non potest in dubium revocari ab eodem Parocho, dum actualiter est in possessione illius Plebanæ, seu Parochialis Ecclesiæ, quam, proiiciendo pulverem ante oculos sapientissimorum Judicantium, inaudita intrepiditate asseruit possideri à Patribus Reformatis.

Corruente proindè dict. voluntario supposito, corruunt omnia super illo ædificata, ex regula, de qua *in Tom.* 1. 44 *part.* 1. *disceptat.* 12. *numer.* 69. Et propterea nulla adesset necessitas respondendi *dict. decis.* 101. *coram Cavaler.* Et nihilominus ad solius materiæ ornatum, dicimus, quod illa, loquens contra Patres Ordinis Minimorum S. Francisci de Paula, emanavit per contradictas, *ut legitur ibidem post principium*; Illamque me scribente, meritò noluit sequi *Sacr. Congregat. Concil. in Æsina* 14. *Junii* 1710. contra eos-

eem Patres Minimos, ut *in Lib. 60. Decret. fol. 217.* In cujus casu in specie concurrebat conditionalis consensus Parochi his verbis datus: *Sine præjudicio Jurium Parochialium*, ut legitur in Folio, dicta die distributo. Undè applicari videtur communis illa propositio, quod attendi non merentur pro similibus Causis decidendis illæ doctrinæ, quæ in nulla fuerunt consideratione habitæ in illomet casu, in quo emanarunt, ex adductis *in meis Instit. Crim lib. 3. tit. 7. n. 57.* Meritò autem id factum fuit in d. individuali casu, ea ratione, quia non est in facultate Religiosorum, acceptantium similes conditiones, præjudicare privilegiis, eorum Religioni concessis, *Tex. est literalis in cap. Cum tempore de Arbitrar.* ibi: *Cum etsi spontè volueris, de Jure tamen nequiveris, sine licentia Romani Pontificis, renunciare Privilegiis, vel indulgentiis libertatis*, & concordat *Rota in dec. 606. num. 6. cor. Emer. Jun.* ubi, quod ad id non se extendunt facultates, neque etiam Superiorum Generalium, cum aliis, allegatis *in Tom. 1. par. 1. discep. 19 num 68.*

Ejusdem prorsus insubsistentiæ est alter contrarius prætextus, quod in nostro Conventu non reperiantur duodecim Religiosi de familia quodque proindè vigore notæ *Constit. 55. s. m. Innoc. in Bullar. nov. tom. 5.* sit subjectus nedum Jurisdictioni Episcopi, sed etiam Parochi, itaut iste possit in nostra Ecclesia facere omnes illas functiones, de quibus sermo est in nostro dubio, ex *Romaguerra ad Constit. Synod. Gerund. lib. 3. tit. 9. cap. 3. num. 22. & Monacell. in Formul. part. 2. titul. 13. formul. 1. num. 70. fol. 17.*

Reflexio enim non regit in Facto, in quo exceptis temporibus Adventus, & Quadragesimæ, in quibus aliqui Religiosi, occasione Concionum, alibi se transferunt, pro reliqua anni parte demonstravimus ex authenticis Scripturis existentiam, & continuam permanentiam duodecim Religiosorum in nostro Conventu.

Neque relevat in Jure, eo quia Jurisdictio, quæ per d. Constit. Innocent. tribuitur Episcopis in parvis Conventibus, non est ordinaria, itaut dd. Conventus parvi dicantur sæcularizati, & redacti ad instar aliarum Ecclesiarum sæcularium Diœcesis, sed est specialis, & innixa particulari Juri, eis à Sede Apostolica delegato, ut videre est *in* §. 1. ibi: *Jurisdictioni Loci Ordinarii, tanquam super hoc à Sede Apostolica delegati, præsentis Decreti tenore &c. subjecit &c.*, & §. 2. ibi: *Omnimodæ Jurisdictioni Ordinarii Loci similiter, ut Sedis Apostolicæ delegati &c. subiectos esse statuit &c.* Notum est autem, quod Jus delegatum non est compatibile cum ordinaria, & nativa Jurisdictione, imò istam excludit, ad *Text. in l. 1. §. Qui mandatum ff. de Offic. ejus cui mand. est Jurisd.* cum concord. *apud Rot. in dec. 1167. n. 6. cor. Emer. Jun.*

Præterea solida ratio, cui innituntur innumeræ resolutiones Sac. Congr. in quibus responsum fuit, non licere Parochis [illegible] Ecclesias Regularium cum Stola, & Cruce elevata, [illegible] *in Tom. 1. par. 2. discept. 14. per tot.* quibus addo aliam [illegible] Sac. C. *in Montis Politiani 5. Julii 1711. Ponente Em. Paracciano*, non desumitur à majori, vel minori numero Religiosorum, in aliquo Conventu moram facientium; Sed ex eo, quia Parochus in Ecclesiis exemptis dicitur existere extra suum Territorium, & proindè omnia Jura eidem resistunt, & prohibent, ne in aliena domo, Domino invito, & reluctante, præeminentiam aliquam exercere possit, ut vidimus in *Tom. 1. par. 2. discept. 14. n. 10.*

Videmus hoc quotidiè practicari in longè duriori casu Ecclesiarum Monialium Ordinis Regularium, in quibus non duodecim, neque plures, sed dumtaxat Religiosus cum suo Socio laico adesse solet, & in quibus non Parochi, qui nullam habent Jurisdictionem in Ecclesiis Monialium exemptis, sed illarum Confessarii peragere debent functiones circa illa cadavera, quæ fer. fer. in illis sepeliri debent, ex oraculo Sac. Congreg. Concilii, per extensum registrato *in Tom 1. part. 1. discept. 9. num 2. & seqq.* Igitur manibus palpatur, quod non numerus Religiosorum, sed sola qualitas Ecclesiæ est illa, quæ operatur, nè Parochi, exercendo præeminentiam in alienis Ecclesiis, in illas ingrediantur cum Stola, & Cruce elevata, invitis, & contradicentibus Dominis earund. Ecclesiarum exemptarum.

In eadem Causa.

AN locus ille, in quo moram faciunt PP. Reformati in Arce S. Cassiani sit Conventus, vel Hospitium, dignati fuerunt EE. PP. dici 21. Martii 1715. injungere Episcopo, ut id solito candore referret huic S. C. qui parendo mandatis EE. PP. In successiva Relatione asseruit, priùs fuisse Hospitium, cæterùm à die 24. Maii 1707. *illud à mia petitione fù dichiarato Convento, e destinati susseguentemente di tempo in tempo sin' al presente li Guardiani al di lui governo, con assegnarvi di stanza quando 7. quando 8. e quando anche 9. Religiosi &c.* Igitur, teste eodem Episcopo, circa qualitatem Conventus, erecti authoritate ejusdem Episcopi, & in executionem facultatis hujus S. C. non potest hodiè dubitari, neq; etiam à posteriori, quia in Hospitiis non destinantur Guardiani, & in illis fixè, & permanenter non morantur 7. 8. & 9. Religiosi, sed unus vel alter ad instar Hospitum, ut notorium est, & docet *Tex. in l. 1. ff. de His, qui ejecerunt*; Cumque non amplius controvertatur hodiè, quod PP. Reformati moram faciant in mansionibus, & Ecclesia sibi concessis à Confraternitate Laicali, quas auxerunt, & ad formam Conventus reduxerunt, non autem in Ecclesia Plebana, quam retinet, & possidet Parochus, pro favorabili resolutione nostrorum dubiorum, sat est relativè se habere ad nostras præteritas Scripturas, & ad notam praxim hujus Sac. Congreg. quæ nunquam permittit ut Parochi in Ecclesiis Regularium exemptis facere possint illas functiones, quas faciunt in propriis Ecclesiis Sæcularibus.

Non subsistit autem, quod illæ Ecclesiæ Regularium in quibus moram faciunt minùs, quam 12. Religiosi, sicuti sunt subjectæ Jurisdictioni Episcoporum ex nota Constitutione Innocentiana, ita etiam Parochis ex *Romaguerra, & Monacello*, allegatis suprà *n. 47.* Hujusmodi etiam Authores nullatenus merentur attendi in conflictu d. punctualis resolutionis S. C. C. cit. suprà *nu. 51.* ea convincenti ratione, quia Jurisdictio, quam in parvis Conventibus habent Episcopi, est delegata non ordinaria, ut observavimus suprà *nu. 49.* Parochis verò in dict. Constitutione non attribuitur aliqua Jurisdictio, neque ordinaria, neque delegata, & propterea non possunt illam prætendere, nisi doceant, & digito demonstrent à quo Pontifice, & quibus verbis illam habuerint.

Si pauperes Religiosi, nihil in hoc mundo habentes, possent facere illas expensas, quas læto animo facit Parochus ex pinguibus redditibus suæ Parochiæ, possemus satisfacere contrariæ petitioni, dando in Summario per extensum seriem facti, & resolutionem d. S. C. C. in *Æsina*, in qua sequi noluit *dec. 101. cor. Caval.* Cæterùm dum illam indicavimus in Tomo, & Folio, nota est etiam Lippis, & Tonsoribus praxis illa, quam docet *Card. de Luc. in Relat. Roman. Cur. forensis disc. 16. num. 2. in fine*, in Urbe citandi simpliciter resolutiones Sac. Congr. non autem illas dandi in Summario, ex facilitate illa, qua possunt in Secretariis statim recognosci, & *Card. de Luc.* secuti fuimus in nostris *Instit. Crim lib. 1. tit. 10 §. 4. num. 154.*

Amico silentio præteritur in contraria Responsione punctualis *Text. in capit. Cum tempore de Arbitr.* ubi disponitur, non esse in facultate Religiosorum, sine Summi Pontificis licentia, renunciare privilegiis, Regularibus Ordinibus concessis.

Responsio autem data Authoribus, ex hac parte adductis, quod non procedant in illis conditionibus, quæ apponuntur in limine fundationum, vera est, sed cum illo essentiali requisito, ut in limine fundationis approbentur à Summo Pontifice, seù à Sac. Congr. quia sine talis Sedis Apostolicæ beneplacito, neque in limine fundationis neque postea acceptari possunt, & acceptatæ à particularibus Religiosis, non attenduntur conditiones illæ, quæ adversantur Summorum Pontificum privilegiis, non particularibus personis, sed toti Ordini concessis, ut in individuo resolvit S. C. C. *in d. Æsina 14. Junii 1710.* Mediante autem hac solida distinctione, cum qua processit S. C. C. in *d. Æsina*, nec non hæc S. C. E. in hac causa, conciliari possunt omnes Authores, qui in hac parte videntur contrarii.

Inter quos annumerari potest *Monacell. in Formul. tom. 4. fol. 55. numer. 115.* Ubi à *num. 116.* usque ad *num. 135.* impressit Scripturam, ab eo compositam in illa *Senogallien.* in qua ego scripsi pro altera Parte, & Scripturam registravi *in Tom. 1. par. 2. discept. 28* illamque terminat sequentibus verbis: *His visis, causa non fuit proposita, sed Partes devenerunt ad concordiam.* Quod quantum insubsistens sit ego probè scio, dum dictam Scripturam nunquam vidi, & patet ex dicta *discept. 28. numer. 156.* ubi refertur resolutio, effectivè capta à S. C. E. contra suum Clientem die 23 Decembr. 1707. quæ est sequens: *Dub. 6. An, & quæ emolumenta funeris debita sint eisdem Patribus: Omnia emolumenta funeris deberi Religiosis.* Ex quibus edocemur, cum quali circumspectione, & cautela fides danda sit illis exteris Authoribus, qui sub Amicorum, vel Clientum fide referunt resolutiones Sacr. Congr. Et cum quanta soliditate s. m. Urbanus VIII. demandavit, ut illæ non attendantur in Judi-

Judiciis, nisi exhibeantur munitæ subscriptipone, & sigillo Em. Præfect. & subscriptione Secretariorum, ex adductis in meis *Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *à num.* 152.

S. C. E. die 16. Martii 1717. Ponente Em. Gualterio tribus sequentibus dubiis.

12 I. *An occasione Cadaverum, sepeliendorum in Ecclesia PP. Reformatorum S. Francisci Arcis S. Cassiani, possit Parochus cum Stola, & Cruce ingredi eorundem Ecclesiam, ibique Officium peragere?*

II. *An pro d. Sepultura danda sit ei quarta funeralis?*

III. *An possit exigere duplcatam eleemosynam pro Officio, in ead. Ecclesia fieri solito, postquam cadaver sepulturæ traditum fuit in d. Ecclesia PP. Reformatorum S. Francisci?*

Respondit *Negativè in omnibus, & ampliùs Causa non proponatur*. Repropositia Causa per Card. Tanarium in C. *diei* 16. *Novembr.* 1718. recessum fuit à decisis. Vide *Tom.* 3. *par.* 1. *Discept.* 31.

DISCEPTATIO IX.

Mantuana nullit. Profess.

PRO

D. Margarita,

CUM

DD. ejus Sororibus.

ARGUMENTUM.

Post gratiam restitutionis in integrum à Sac. C. C. juxtà modernum rigorem obtentam, ferè cæremoniales remanent actus illi, qui fieri debent in judicio super nullitate professionis; In quo nulla habenda est ratio illorum actuum, ex quibus prætenditur induci professio tacita.

Superatis tandem omnibus contrariis conatibus, unicè directis ad æternandam præsentem Causam prætextu remissionis illius ad Sacram Rotam, hodiè in exequutionem 1 quatuor Rescriptorum SS. D. N. & vigore duorum Decretorum R. P. D. ejus Auditoris, proponitur dubium; *An constet de Nullitate Professionis* D. Margaritæ, quod affirmativè resolvendum omni jure videtur, effusis desuper humillimis precibus.

Ad quem effectum sufficere videtur sola Gratia restitutionis in integrum, ab hac Sac. C. in duplici acerrimo Partium 2 contradictorio obtenta, eò quia non ampliùs hodie proceditur cum illa facilitate, quam expertus fuit *Barbosa*, ut testatur in *Adnot. ad Concil. sess.* 25. *de Regul. cap.* 19. *num.* 10. ubi, quod S. C. suo tempore, cognitis summariè nullitatibus, in formali Judicio posteà deducendis, nimis faciliter solita erat Religiosis reclamantibus post quinquennium adversùs solem-3 nes professiones, ab eis emissas, concedere Gratias restitutionis in integrum, & *Barbos.* sequitur *Rot. cor. Arguel. dec.* 25. *n.* 18. cum aliis allegatis in *Tom.* 1 *discept.* 1. *n.* 3. *& seqq.* quibus addo *Amayden. de Styl. Datar. lib.* I. *cap.* 12. *nu.* 12. *& Pignat. consul.* 77. *n.* 6. *& consul.* 173. *n.* 107 *tom* 9.

Hodie enim, ut probè notum est EE. VV. & his verbis observat *Rot in Januen. Professionis* 3. *Julii* 1702. *§. Et quanquàm coram Molines, juxtà recentiorem Sac. Congr. praxim,* 4 *tot ferè requiruntur probationes, quæ inflectere valeant animum, & mentem Judicantium ad opinandum, quod in alio Judicio plenario dicens de nullitate suæ professionis, verisimiliter voti compos fieri possit; Unde factum est, ut à moderniori tempore S.C., non admittat testes, formiter non examinatos, & sæpissimè rescribit pro impinguatione probationum, & in hisce disputationibus hodiè agitur ex professo de ipso puncto principali nullitatis Professionis, seù de meritis Causæ, perindè ac si agendum fuisset in ipsomet principali Judicio; Itaut quando prævia hac formali cognitione prodit rescriptum pro restitutione, tunc apud Judices Causa videtur frequentiùs decisa, & ulterior processus remanet quodammodo cæremonialis*, quod observ. etiam *Card. de Luc. de Regul. disc.* 41. *n* 13.

Veritatem hanc ultrò admiserunt contrarii Defensores in 5 Scripturis, in hac Sacr. C. distributis *die* 7. *Decembris* 1715. §. 6 repetendo eadem numero verba *Sacræ Rotæ* ubi suprà;

6 Eandemque veritatem Ego etiam non semel expertus fui in multis Causis, in quibus similem gratiam restitutionis in integrum obtinui, quarum aliquæ recognosci possunt *in Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 1. 2. 4. *&* 20. & in aliis, in longè majori numero, usq; adhuc non impressis, in quibus succubui.

Imò, quando hæc S.C. minimam habet suspicionem, quod in aliqua Causa professionis, cujus nullitas allegata fuerit intrà quinquennium, Ordinarii Locorum non se gesserint cum illo rigore, qui meritò hodie, ut suprà, servatur, demanda- 7 re solet, ut in gradu appellationis eadem Causa cognoscatur in ipsa S. C. etiamsi sententia exequuta fuerit, & Religiosus habitum jam dimiserit, ut me scribente contra Religiosum, vigore sententiæ Ordinarii, incedentem cum habitu sæculari, practicavit in *Placentina, seù Papien. Nullitatis Professionis* 9. *Sept.* 1702. cum rescripto: *Reassumpto habitu, Pat. Leggius redeat ad Claustra, & Causa cognoscatur in Sac. Congreg. in gradu appellationis:* Reproposita verò Causa utraq; Parte accerrimè informante *die* 4. *Junii* 1707. dubio *An sen-* 8 *tentia, lata super invaliditate professionis P. Leggii substineatur, itaut ipse potuerit dimittere habitum Religionis, vel potius teneatur ipsum reassumere*, intrepidè respondit: *Negativè quoad primam, & affirmativè quoad secundam partem*, effectu punctualiter subsequuto.

Hæc videntur superabundare, & nihilominùs ad omnem abundantiorem cautelam, breviter dicimus, quod aperta vis, & manifestus metus, quibus mediantibus infelix Principalis, ad salvandam vitam, infelicioris matris exemplo 9 monstrante viam, coacta fuit Monasterium ingredi, & in illo professionem emittere, sunt luce meridiana clariores, dum evidenter resultant, tam ex repetito examine Testium, jam de mandato hujus Sac. Congregationis in hac Causa examinatorum, ad instantiam illius DD. Sororum, ultimo loco procurato, non attento rescripto hujus Sacræ Congregat. diei 3. Octobris 1716. ut Episcopus abstineret à dicta repetitione Testium, de qua habemus integrum novum Processum; Quàm ex concludentissimis probationibus, contentis in an- 10 tiquo Processu, exhibito in aliis hujus Causæ propositionibus super restitutione in integrum *diebus* 7 *Decembris* 1715 *&* 28. *Martii* 1716. ex latè animadversis *in Tom.* 1. *discep.* 20. *par.* 1.

Quibus concurrentibus clarum est, quod professio, taliter emissa, in radice nulla est ex defectu liberi consensus, *Deus enim coacta servitia aspernatur, atque voluntarium si-* 11 *bi militem eligit Christus*, dicebat *D. Ambros. de Vita beata lib.* 1. *cap.* 3. ejusque verba referuntur *in can. Non est* 15. *quæstion.* 1. Atque habemus in hac parte clariora illa verba *Apostol.* 2. *ad Corinth.* 7. *Unusquisque det, prout destinavit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate, hilarem enim datorem diligit Deus*, quæ ad nostrum effectum expenduntur *à Ciarlin. controv.* 108. *num.* 19. *& Rot. decis* 25. *numer.* 1. *coram Arguel.* cum aliis, allegatis in *Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 1. *num.* 4. Accedente ulteriùs illa legali ratione, quod professio 12 est verus contractus inter Monialem, & Monasterium, qui mutuo utriusque libero consensu perficitur, ex adductis *à Panimol. dec.* 29. *num.* 6. Undè concurrente metu ex parte profitentis, dicitur ex ipsius parte deficere consensus, sinè quo professio est ipso Jure nulla, per *Text. literalem in cap.* 1 *de His, quæ vi, metusvè caus.* cum aliis apud *Rot. decis.* 930. *num.* 5. *coram Dunoz. jun.*

Et proindè, si hæc Sacr. Congregatio *ad diebus* 7. *Decembris* 1715. *&* 28. *Martii* 1716. cum solis documentis, contentis in dict primo Processu, examinando nostras probationes, 13 juxtà ejus æquè solitum, ac necessarium rigorem, fuit in sensu, ut superlativè constaret de dictis vi, & metu; Multò fortiùs de illis constare dicendum est hodiè, additis dictis novis, & æqualiter efficacibus ejusdem metus probationibus, de quibus in novo Testium Summ.

Præcipuè, quia in præsenti cessat affectatus, & voluntariè quæsitus ille prætextus, in præteritis propositionibus plus justo exageratus ex adversò, quod DD. Sorores in dicto primo examine non dederant eorum Interrogatoria, quamvis 14 in quolibet actu legitimè semper citatæ fuissent; Eò quia in hoc secundo examine, seu repetitione Testium, peracto non attento dicto rescripto hujus Sac. C. die 3. Octobris 1716. plenissimè satisfecerunt earum desiderio, dando Interrogatoria, sibi ipsis in numero, & qualitate benevisa Imò, quia etiam adhuc contentæ non erant, novos alios dederunt articulos, qui quamvis à Judicibus pro majori parte resecati, & rejecti 15 fuerint, adhuc non dubitavit D. Margarita illos ultrò admittere, ad hoc ut omni mora postposita, procedi tandem posset ad Causæ terminationem, quam æternare prætendunt illius DD. Sorores.

Dictas autem probationes metus, & violentiarum ex parte Patris D. Margaritæ dignentur EE. PP. sub oculis habere sub illa consideratione, quod ex probatis in utroque Summario, metum incutiens, nedùm erat ex numero illorum Virorum, à quibus *David* liberari clamabat in *Psalm.*

16 *Psalm.* 58. 3. quando dicebat *A Viris sanguinum salva me*, eò quia neque etiam pepercit ei, quae una caro erat cum ipso, de quibus hujusce farinae hominibus scriptum reliquit *Bald. in leg. Metum Codic. de His, quae vi, metusuè causa: Sunt enim quidam potentes, & ita mali, quod illud, quod dicunt, consueti sunt facere*, ut ad oculum resultat ex sola lectura depositionum novem Testium, ultimo loco repetitorum cum 17 contrariis Interrogatoriis, quorum dicta non possunt sine maxima compassione, & aequali horrore sub oculis haberi, signanter verba illa quinti Testis circà violentam mortem, primae Uxori illatae, (quae erat Mater Principalis,) contra quam *non solo aveva sparata un' archibugiata, ma anzi ne aveva replicata un' altra*.

Sed ulteriùs agebatur de metu, incusso à Patre, cujus respectu neque etiam necesse est probare qualitatem naturae cru-18 delis, & terribilis, quodque solitus exequi minas, juxtà praecisos terminos praesentis casus, sed sufficit solus metus reverentialis cum periculo mali gravis, ex sola illius indignatione suspicati, juxtà *dec. 870. n. 16. cor. Emer. Jun.* cum aliis allegatis *in Tom. 1. par. 1. discep. 20. n. 44.*

Ex parte verò ejusdem D. M. dicta eorundem Testium dignentur pariter EE. PP. sub oculis habere sub illa reflexione, quod tempore ingressus in Monasterium erat tenerae aetatis, 19 nullumque habebat Consolatorem; Quodque agitur de metu, incusso foeminae, in quibus ad annullandas professiones minor requiritur metus, ex adductis in meis *Instit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 199. & seqq.*

Quantò igitur magis dicen. est eidem D. M. fuisse incussas violentias, aptas ad flectendum animum, nedum cujuscumque constantis, sed etiam plusquam constantissimi Viri, dum ad praecisum effectum ingrediendi Monasterium *la teneva rinchiusa in una Stanza, serrata à Catenaccio, dove non potesse parlare con veruna Persona, perche non fosse dis-* 20 *suasa da farsi Monaca*; In qua mala Mansione consuetus erat illam visitare, vel *con una Pistola, dicendoli, che se non si risolveva à farsi Monaca l' averebbe privata di vita*; Vel *con un Stilo, e un Bastone, domandandogli, se erasi risoluta à farsi Monaca, e perche la medesima rispose, che non li era venuta ancora tal vocazione, il medesimo rispose, che glie l' averebbe fatta venir Lui, e tenendo in mano un Bastone, & un Stilo, la cominciò à battere col medesimo Bastone*; Obiter observantes hìc, quod idem Baculus non erat ex numero illorum parvorum Baculorum, qui gestari solent in manibus *per bizzaria*, sed erat *Bastone grosso; E quando la batteva li ripeteva, che voleva, che si facesse Monaca, e che facesse la rinunzia à favore del suo Figlivolo maschio, il quale non voleva lasciar povero per causa sua*, quae omnia referuntur à Teste de visu in Summario Testium.

Hujusmodi autem Testis de visu refert aliam crudelem operationem, cui habito respectu ad amorem inter Patrem, 21 & Filiam, necnon inte Maritum, & Uxorem, qui à nullo alio amore superari potest, juxtà *Text. in leg. final. Codic. de Curator. furios.* cum aliis apud *Rot. decis. 133. numer. 7. part. 18. recen.* non reperitur forsàn similis, ut utar verbis *Padre Segneri nella predica 35. num. 14. ò negl' Annali degl' Antropofagi, o negl' Archivii de Lestrigoni*, quemvè non possumus 22 meliùs explicare, quàm verbis ipsis dicti Testis de visu. Habet enim omnis Lingua quaedam propria loquutionum genera, quae, cum in aliam transferuntur, amittunt eorum energiam, juxtà nobilem animadversionem *Sanct. August. de Canoniz. Rudib.* relata in *can. Indignum dist. 38.* Dicta verò verba Testis sunt haec. *Una sera &c. circa le tre ore di notte &c. venne detto Signor D G. in Camera, dove era già andata à* 23 *letto la Sig. D. M. &c. aveva in mano una Pistola impugnata, e dall' altra mano un Candeliere col lume acceso, e aveva uno Stilo nella cintola &c. & ivi subito gionto cominciò con le brusche à domandare alla Figlia, se si era risoluta à farsi Monacha, e che assolutamente voleva, che così fosse, e che se a ciò non si fosse risoluta, l' averebbe ammazzata con le proprie mani, di maniera tale, che tutte restassimo spaventate; e molto più detta D. M. la quale dallo spavento del vedersi il Padre con una Pistola voltata contro, finalmente promise che si sarebbe fatta Monaca, mà quasi subito le venne un svenimento, nel quale il Padre la lasciò, e se ne partì.*

Quae omnia ex incomprehensibilibus Dei judiciis non re-24 manserunt inulta; Cum enim à dicto crudeli Genitore peracta fuerint, nedum cum D. M. sed etiam cum alia ejus D. Sorore, hodie Moniali in Monast. S. Ursulae Mantuae, intuitu D. C. ejus filii masculi, *il quale non voleva lasciar povero, per causa loro*; Post mortem ejusdem Genitoris, idem Princeps D. C. *ritornò à cadere in formale pazzia; com' era caduto in tempo, che viveva il sud. suo Sig. Padre, che lo teneva chiuso in una Camera, e anche legato*; Ex quo idem Pater summoperè afflictus fuit, omnia attribuendo justae ejus punitioni, asse-25 rendo Amicis, ipsum consolantibus; *Che conosceva benissimo che questo era castigo di Dio, giustamente mandato, mentre aveva veduto, che quanto faceva, era à fine di render commodo lo* 26 *stesso suo Figlio, e che à tale effetto aveva poste le Figlie in Monastero*, juxtà simillimum casum *celebris dec. 930. cor. Dunoz. Jun.* & signanter *nu. 3.* ibi: *Prout justo Dei judicio, juxtà tempus imprecatum, decesserunt, exorta fama publica, Deum pro hac fuisse in Parentes ultorem.*

Et nihilominus in istis summis angustiis quid non fecit, quidvè non dixit ex iis, quae in tanta crudelitatum congerie, per-27 missa eidem fuerunt? Etenim se approximante tempore professionis, semper exclamabat, nolle illam emittere; Terminato novitiatus anno, dilata fuit per octo integros dies ejusdem solemnis professio ob apertam repugnantiam in profitendo; Eadem repugnantia tand. barbaro modo expugnata, mediante Confessario Monialium, cui Pater Dom. M. rotundis literis injunxit, ut cogitaret de flectendo ejus animum ad emittendam professionem, aliàs paratus erat ambos necare; 28 Neque erat res nova similia facere, *con tirare delle Archibugiate à due Preti*; Quando adducta fuit ad locum professionis, continuò plorabat, ejusque lacrymae nimis clarè ipsius coactum animum ostendebant, juxtà illud Poetae; *Nam lacrymae interdum pondera vocis habent*, relatum, & sequutum in nostris terminis *ab Arguell. dec. 25. num. 29.* Verè viri-29 li animo noluit osculari Librum professionis, recusavit illum, juxta solitum omnium Monialium, afferre ad parvam fenestram SS. Communionis, projecit in terram calamum, ipsi porrectum ad scribendam ejus professionem, quam nullo modo approbare, nullaq; verborum, vel precum formula adduci potuit ad illi se subscribendum, Itaut majorem partem ex dictis actibus fecerit Abbatissa, *e la sottoscrizzione fù fatta dalla sua Maestra del Noviziato.*

Posito ex his, quod superlativè constet de metu D. M. incusso ad emittendam expressam professionem, non est locus 30 in hoc Judicio nullitatis ejusdem professionis agendi de professione tacita, nedùm quia haec agnita fuit prorsùs insubsistens in articulo restitutionis in integrum, rationibus latè expensis *in Tom. 1. par. 1. discep. 20. per tot.* ubi ulterius *à 65. usque ad n. 67.* concludentissimè demonstratur continuatio metus, fixa, & firma recusatio exercendi Officia Religionis, 31 usq; ad deliquia, & nunquam interrupta duratio impedimentorum reclamandi; Sed etiam quia per d. gratiam restitutionis in integrum D. M. reposita fuit in eo statu, in quo erat ante quinquennium, ex adductis per *Rot. in Romana Primog. &* 32 *Fideic. de Corsinis 16. Maii 1610 §. 23. & 20. Decembr. ejusdem anni §. 28. & 17. Aprilis 1711. §. 26. cor. Aldrovando*, & sic de actibus, post idem quinquennium gestis, nulla hodiè ratio habenda est ad impediendam declarationem nullitatis professionis expressae, eo quia illi solita maturitate recogniti 33 fuerunt, & canonizati ab hac Sac. Congreg. uti insufficientes ad inducendam professionem tacitam; Cumque in Rescripto diei 28. Martii 1716. additum fuerit, *ut Causa ampliùs non proponeretur*, quae aequivalet canonizationi rei judicatae in 34 aliis Tribunalibus, eo minùs hodiè inutiliter repetenda videntur ea, quae solemniter ab hoc Sacrosancto Senatu bis rejecta fuerunt.

In eadem Causa.

UNica facti animadversione ruit tota machina contrariae criticationis formalis examinis Barbarae Lazzellae, de-35 ponentis de visu de inhumanitate illa, & barbarie Patris D. M. quibus mediantibus anno 1691. coacta fuit Monasterium ingredi, quia in contrariis Scripturis pro indubitato supponitur, quod eadem Gazzella deponat de dictis crudelibus actibus, uti sequutis die 25. August. anni 1692. seu 1693. idque certitudinaliter, & absque ullo dubitationis principio; Inferendo exindè, quod id non potuerit esse, ex quo dictis annis 1692. & 1693. eadem D M. moram faciebat in Monasterio. Hoc autem est voluntarium aequivocum, & merum 36 suppositum, nullum habens à parte rei fundamentum, quia eadem Gazzella deponit sequentibus verbis, colore brevitatis omissis in contrariis Scripturis *Mi ricordo in specie, che dell' anno 1692. o 1693. salvo il vero.* Dicta enim clausula *salva veritate* operatur, quod eadem depositio non debeat intelligi praecisè pro tempore descripto, sed prout est veritas, ità *Alex.* 37 *cons. 193. sub nu. 6. libr. 6.* quem sequitur *Barbos. de Clausul. clausul. 138. num 14.*

Cumque veritas sit, quod iidem verè inhumani actus,

qui

qui in substantia exadverso non controvertuntur, nec possunt in dubium revocari, uti concludenter ab aliis testibus probati, sequuti fuerint eadem die 15. Augusti, sed anno 1691. ut eadem Gazzella sub contrariis Interrogatoriis fassa fuit in ejus repetitione, seù novo examine, poterat exadverso longè minor dos dari eidem verè frivolæ exceptioni: Eo quia omni jure licitum est testi declarare ejus primam depositionem, etiam in illis durioribus terminis, in quibus non deponat cum dicta salutari clausula, *salva veritate*, ut videre est apud adductos *in decis.230. num.5. cor. Ludov. & decis.72 num.14. & 15. cor. Ansald. Dec.* ubi, post catervam Doctorum, observat, id indubitanter procedere quando, ut in præsenti verificatur, declaratio testis est verisimilis, & aliundè adminiculatur.

38

39

Fortiùs, quia hæc veritas comprobatur ulteriùs ex licentia Vicarii Mantuani pro ingressu D. M. in Monasterium sub data diei 23. Augusti 1691. quæ dies, uti proxima diei 15. ejusdem mensis, & anni 1691. in qua crudelis Genitor *con pistola, e stilo alla mano venne in Camera &c. e si avventò verso la Figlia con moto di volerla ammazzare*, digito ostendit verisimilem depositionem ejusdem testis, quæ comprobatur ulteriùs à publica voce, & fama dictæ inhumanæ operationis de quarum efficacia in Jure benè *Rot. in dec.205. num.18 cor. Buratt. & dec.9. num.81 cor. Arguell.* cum aliis, allegatis *in Tom.1 par.1. discept.2. num 23.* Atque ad nostrum effectum parum refert, quod hujusmodi crudeles operationes sequutæ fuerint anno 1691. vel 1692. quia vis non stat in tempore, sed in eo, quod D. M. per apertam vim, & manifestum metum post longam carcerationem in privato cubiculo, transitum facere fuit coacta ad Monasterium.

40

41

42

Ejusdem prorsus insubsistentiæ in facto, & in jure sunt aliæ frivolæ exceptiones adversus dict. Gazzellam, quod fuerit instructa à D M. quodquè eidem promiserit, *che l'averebbe ajutata* in suis angustiis. *In facto*, quia omnia hæc sunt piæ meditationes, nequè probantur, nisi ex informi, & affectata fide unius testis, cui ex notoriis Juris principiis, nulla danda est fides *ad Text. literales in cap. In omni Judicio de Testib & in leg. Jurisjurandi Cod. eodem. In Jure* verò, quia (sunt verba *decis.394. numer.19. & seqq. part 17. rec*) *licitum est bona fide testes instruere, ut sciant dicere veritatem, etiam mediante schedula, nec ista dicitur subornatio &c.*

43

44

Posita ex his evidenti probatione nullitatis expressæ professionis, à D. M. emissæ, nulla vis fieri potest in tacita, nedùm quia illa superlativè exclusa fuit, ex adductis in *Tom.1. par.1. discept 20 per totam;* Sed etiam ex eo, quia in præsenti judicio nullitatis professionis non est locus agendi de professione tacita; Sed strictè videndum est, an constet de metu in emittenda professione expressa, eo prorsus modo, quo Religioso reclamanti intra quinquennium non potest obiici tacita professio, ex adductis per *Barbos. ad Concil. sess.25. de Regul. cap.18. num 19. & seqq.*

45

46

Viva autem ratio illa est quia ex adductis supra *num 32.* per Gratiam restitutionis in integrum, ab hac Sac. Congregat. obtentam, diebus 7. Dec. 1715. & 28. Marti 1716. D. M. dicitur posita in eo statu, in quo erat intra quinquennium: Et propterea hodiè non possunt illi obiici ea, quæ evenerunt post dictum quinquennium ad præsumendam tacitam professionem; Quando enim tacita professio verisimilis est, vel non excluditur ex concludentibus probationibus, solito rigore libratis in judicio restitutionis in integrum, hæc nunquam solet ab hac Sacr. Congregat. concedi, ut EE. PP. probè notum est. Undè post talem concessionem Gratiæ restitutionis in integrum, præcipuè cum addito, ut super illa Causa ampliùs non proponeretur, juxta terminos nostri casus, attento quod hujusmodi clausula operatur idem, ac canonizatio rei judicatæ in aliis Judiciis ordinariis, non est permissum iterùm discurrere de eadem tacita professione.

47

48

Et contrarium prætendere parùm distare videtur à temeritate, eo quia in substantia idem est, ac prætendere, ut Judex de Partibus velit se facere superiorem hujus Sacrosancti Senatus, manus apponendo circa illam tacitam professionem, ex actibus sequutis post quinquennium, quos hæc Sacr. Congregat. Partibus accerrimè informantibus, omnibusquè maturè consideratis, non habuit pro sufficientibus ad inducendam dictam tacitam professionem, eo quia si illos pro talibus habuisset, non concessisset Gratiam restitutionis in integrum, ut quotidiè practicat in illis casibus, in quibus habet pro vera, vel pro præsumpta tacitam professionem Recurrentis.

49

Et nihilominùs ad solius materiæ ornatum dicimus, quod de tacita professione nunquam agi potest, nisi priùs concludenter probetur in facto emissio professionis expressæ *Textus est literalis in cap. Significatum 11. de Regular.* cum aliis, de quibus *in Tom.1. par.1. discept.3. num 67.* In nostro autem casu professio expressa non fuit emissa à D. M. sed à Confessario Monialium, necnon ab Abbatissa, & Magistra Novitiarum, ut patet ex utroque Summ. & observavimus supra *num.29.* Et proindè ex isto etiam capite non est locus inquirendi de tacita professione.

50

Dicimus secundò, quod professio tacita non inducitur ex omnibus illis actibus, quæ quacumque intentione, vel modo fiunt à Monialibus, sed cum istis quatuor indispensabilibus conditionibus, quarum una si deficit, vanum est discurrere de professione tacita. I. Ut fiant authoritate, & consensu illius Superioris, qui ad professionem admittere potest. II. Ut emittantur spontanea voluntate. III. Ut id sequatur cum illa præcisa scientia, quod dicti actus ad solos Professos pertineant. IV. Quod tales actus emittens non se habeat negativè, materialiter faciendo id, quod aliæ Moniales faciunt, sed habeat verum animum profitendi, ut videre est apud *Sanch. ad Præcep. Decal tom.2. lib 5. cap.3. à num. 4.* cum aliis, allegatis *in Tom.1. par.1. discept.3. numer.16.* In cujus casu ab hac Sacr. Congregat. die 19. Augusti 1696. in alia Causa *Mantuana Nullitatis Professionis* obtinui, nullam esse habendam rationem prætensæ tacitæ professionis, ex eo, quod inter alias exceptiones, quæ contra illam adducebantur, non concurrebant dictæ conditiones, quarum nulla verificatur in præsenti.

51

52

53

Quoad repetitam instantiam pro concessione Remissoriæ, illa omnino reiicienda videtur; Nimis enim improprium est similes promovere petitiones cor. Sacr. Congregat. postquam contradicentibus Partibus Causæ resolutæ fuerunt eo quia illarum resolutiones, habent majorem vim, ac habeant Sententiæ aliorum Judicum, in judicatum transactæ, necnon post didicita testificata, ac post acerrimam discussionem formalium depositionum eorundem testium, non alio fine, quàm æternandi præsentem litem, & multiplicandi illius expensas; Atque viva ratio hujus receptæ propositionis adducitur *in Constit.71. Innoc XII. §.1.* his verbis: *Deferantur ad Sacras Congregationes, in quibus negotia, non alitèr, quàm in forma extrajudiciali cognosci, & definiri debeant.*

54

55

Indeque in Instructionibus *da osservarsi indispensabilmente nelle proposizioni delle Cause contenziose del Foglio*, hujus Sacr. Congreg. impressis *in Bullariolo ejusdem Sanct. Mem. Innoc. XII. fol. mihi 244.* primo loco injungitur necessitas solius Relationis Ordinariorum. Quamvis autem solita sit hæc Sacr. Congreg demandare eisdem Ordinariis, ut unà simul cum eadem Relatione, confectum, ad eandem Sacr. Congreg. transmittant, nunquam tamen multiplicationem Processuum solita est injungere, minusquè demandare solet repetitiones illorum testium, qui, ut in præsenti verificatur, citatis legitimis contradictoribus, servatis servandis examinati fuerunt, ea ratione, quia diversimodè operari non esset procedere in forma extrajudiciali, & more Principis, sed ad instar inferiorum Judicum, quod majestati hujus, & aliarum Sacrar. Congreg nullo modo convenit, ut advertit *Card. de Luc. in Relat. Rom Cur. disc.32. num.2. & de Jurisd. disc.91. num.8 & in Miscel. Eccles. disc 5. num.21. & disc.17. num.3.*

56

57

58

Habemus hoc solemniter ab hac Sacr. Congregat. me scribente practicatum *in Salisburgen. Capitulationum 11. Martii 1702.* in qua, ultra Scripturas, circa negotium principale, facta fuit distinta instantia pro concessione Remissoriæ, & admissione Articulorum, qui videbantur nimis ad Causæ decisionem conducere, & nihilominùs intrepidè responsum fuit: *In decisis, & nihil de Remissoria*; Idemque, me pariter scribente, resolvit *in Salisburgen. Clausuræ 10. Jan 1712. & in Lauden. Funerum 2. Maii ejusdem anni 1712. ad 2. dub.* ut videre est in *Tom 1. par.2. discept.14. num.13.* Necnon idem pariter resolvit S. C. R *in S. Severinæ Præcedentiæ 24. Sept dict. anni 1712. ad 5 dub.* ut videre est *in dict. Tom.1. par.2. discept 21. num.84.*

59

60

Pro quorum admissione urgere ulteriùs videtur materiæ articulatæ improbabilitas, improprietas, inverisimilitudo, & irrelevantia, latè demonstratæ in Facto, necnon reflexio illa, quod Remissoria petitur ad reprobandas personas nostrorum testium, illosque ostendendos criminosos, & facinorosos, quæ omnia operantur, ut in illis etiam terminis, in quibus admissioni Articulorum de jure locus est, adhuc admitti non debeant, ut de materia improbabili videre est apud *Duran. dec.196. num 5.* & apud *Cels. dec 104. num 6. & in par.6. Rec. dec.142. num.6. & dec.315 num 4. & in par.7. decis.51.*

61

62

decis.31. num.6. & in par.18. dec.653. num 7 In materia impropria apud *Caval. dec.87. num.3. & cor. Ottob. dec.51. nu* 1. 63 *& cor. Emer. Jun. dec.728. num.1.* In materia inverisimili apud *Rot. in dec.131. num.12. cor. Duran. & decis.414. sub* 64 *n.3. cor. Ludovis. & dec.1. n.7. cor. Priol.* Et in materia irrelevanti apud *Cels. dec.38. n.1. & dec.195. eod. n. & dec.128. pariter n.1. p.7. & dec.625. n.6..19. rec.* Et de Remissoria, petita 65 ad reprobandas personas testium, ritè examinatorum *Vestr. in Prax. lib.6. cap. fin. n.2 Rot. dec.272. n.15. post 2. volum. Consil. Farin. & dec.76. num.6. cor. Priol. & dec.34. n.5. par.11. rec.*

Absque ullo principio dubitationis, *ex quo Remissoria petitur in limine expeditionis Causæ, proindeque non levis oritur suspicio calumniæ, quæ faciliùs concessionem illius retardat &c. Imò, & suspicio ipsa transit in evidentiam, dum petitur ad effectum repetendi testes, formiter jamdiù examinatos in hac eadem Causa, etiam cum legitimo Contradictore; Unevidens fit, quod instantia solum tendit ad procrastinandè dam expeditionem*, sunt verba *Rot. in dec.333. n.3. & 4 cor. Beninc.*

Ex quibus omnibus infertur, quod contraria prætensio sapiat nescio quid, voluntariè abstinendo ab illius expressione. Videtur enim nimis durum, & æquè amarum, ut ferè post quatuor annos, quibus agitata fuit præsens Causa à mu- 67 liere plusquàm quadragenaria, per apertam vim coacta, & suffogata, omnibusque viis, à barbarie inventis, adacta ad ingrediendum Monasterium, ubi hodiè reperitur, quævè, attenta ejus pessima valetudine, dicere valet cum *Ecclesf.2. 23. Cunctis dies mei doloribus, & ærumnis pleni sunt, nec per noctem requiesco*, hodiè alacri fronte incipiendum sit à 68 Remissoria ad probandum ea, quæ illius DD. Sorores coram Judicibus, ab hac Sac. Congreg. specialiter deputatis, repetitis vicibus semper personaliter citatæ, in d. longo 4. annorum spatio probare, vel noluerunt, vel non potuerunt.

In eadem Causa.

Contraria Responsio, quam perlegere ex specialissima gratia rogati fuerunt EE PP. nil continet, quod non 69 fuerit, uti insubsistens, non semel, sed bis rejectum ab hac S.C. respectu tacitæ professionis D. M. quodquè vel minimam mereatur reflexionem circa affectatas attestationes, concernentes nostrorum Testium subornationem.

Quoad tacitam professionem diximus, & constanter repetimus, quod nota est etiam Juvenibus Secretariæ, & for- 70 san etiam Notariorum Tyronibus hujus S. C. laudabilis praxis, nedùm procedendi cum omni rigore in illius discussione, sed nunquam concedendi Gratiam restitutionis in integrum Religiosis, reclamantibus post quinquennium, quando eadem tacita professio vel est probata, vel probabilis. Diximus ulteriùs, quod ex hoc indubitato principio non solùm Judices de Partibus, sed ipsamet S. Rot. quæ veneratur oracula hujus S. C. post Gratiam restitutionis in integrum, ab 71 illa concessam, canonizat pro ceremonialib. omnes sequentes actus, qui deindè fiunt in judicio nullitatis professionis, ut observavimus supra *num.4.*

Quia verò circa has notas propositiones valdè mirantur contrarii Scribentes, Nos relinquentes aliis considerandum, 72 an hæc magna admiratio procedat ab ejus legitima matre, vel ab alia diversa causa; Iterùm dicimus, apertè repugnare, quod Judex de Partibus, se extollendo supra Collegialia Tribunalia Urbis, quorum resolutiones tanquàm oracula venerantur in toto Orbe, ex illismet probationibus, ex quibus hæc Sacr. C. censuit, tacitam professionem, vel non 73 esse probatam, vel esse improbabilem, velit contrarium determinare. Quæ improprietas est de se taliter nota, ut nullo alio indigeat fulcimento.

Quò ad prætensam subornationem nostrorum Testium, circa quam ex adverso proceditur cum illis ideis, ac si justifi- 74 cationes, in contrario Summ. adductæ, consisterent in Sacror. Canonum, vel Apostolicarum Constitutionum dispositione, vel essent formales testium depositiones, breviter dicimus, quod illæ sunt meræ fides, & affectatæ attestationes, lite pendente procuratæ, & post perfectum duplex formale examen nostrorum testium, Deus scit, quibus modis expiscatæ; Et proindè in nulla penitùs, penitusquè consideratione habendæ sunt, ex notoriis Juris axiomatibus, & laudabili praxi omnium Tribunalium Urbis, & Orbis, actumquè in rei veritate esset de judiciorum ordine deque efficacia formalis examinis Testium, si post perfectas probationes serva tis omnibus 75 servandis factæ, aures præbendæ essent similibus prætextibus.

Inculcantur in dictis assertis fidibus bonæ qualitates Amitæ, & Fratris D. M. cum addito, quod nunquam eidem impediverint reclamationem, sed Nos solidè subdimus quod ex 76 dictis concludentibus probationibus habemus evidenter demonstratum oppositum, quod scilicèt eadem Amita vocata fuerit à Confessario Monialium *Tizzone d'Inferno*; Quod in bona valetudine nullum reliquit modum, nullamque viam impediendi di D.M. reclamationem, quodq; in extremis vitæ periodis, *si raccomandò à me, come Abbadessa di quel tempo, volerli tenere l'occhio sopra, acciò se li rompessero tutti li suoi disegni* circa reclamationem; Frater verò, nedùm *era del taglio del* 77 *Padre*, sed *fece bastonare un Console, teneva à suo servitio Bravi, era poco differente d'inclinazione, e natura dal suo S. Padre.*

Istis igitur viventibus, & talia operantibus vanum est prætendere, ut potuerit D. M. formaliter reclamare, & nihilominùs fecit, quod ei permissum erat, nempè *semper lamentarsi della forza, usatagli &c nel farla Monacha, ripe-* 78 *tendo le medeme indolenze in ogni discorso, che accadeva aver seco, come se non havesse mai altro da discorrere.*

Libenter proindè in hac parte peterem à contraris Scribentibus, quo temporis momento potest per possibile figurari casus voluntatis ejusdem D. M. tacitè ratificandi suam meticulosam professionem, considerando verbum illud *sem-* 79 *per*, benè *Rot. dec.476. num.10. par.19. rec.* cum alis citatis *in Tom.1. par.1. discept.1. num 26.*

Præsumptio ratificationis professionis per moram in Mo- 80 nasterio, & per actus aliis Monialibus communes, non est Juris, & de Jure, ut non sine admiratione legitur in contrariis Scripturis, sed est Juris tantùm, quod manibus palpatur observando, uno ore asserere Doctores illos, allegatos *in Tom.1. par 1. discept.2. num.28.* quod illa tollitur per præsumptiones fortiores; Non sic autem præsumptio Juris, & de Jure, quæ taliter pro veritate habetur, ut contra illam non admittatur probatio in contrarium, ex cumulatis in meis *Instit. Crim lib.4. tit.1. num.25. & seq.*

Non solùm amico silentio non fuit à Nobis neglecta ad- 81 missio Articulorum in Partibus D. M. facta, sed omnes contrarii Articuli, ut supra ab ea admissi, fuerunt sigillatim expensi, & ad hominem demonstratum, illos mirabiliter comprobare bonum Jus ejusdem D. M.

S. C. C. die 21. Febr. 1717. dub. *An constet de nullitate Pro-* 82 *fessionis in casu, &c.* Resp. *Affirmativè*, expeditoque solito Decreto post multas, & repetitas dilationes, illoque præsentato Episcop. Mantuano, iste die Sabbathi 24. Aprilis ejusdem anni 1717. præcepit Monialibus, ut eidem D. M. liberum permitterent exitum, effectu punctualiter subsequuto.

Ex quibus corollariè sequitur, quod ex oraculo S. C. C. 83 utraque Parte acriter informante, in hac Causa emanato, attento illo æquè necessario, ac laudabili rigore, cum quo hodiè eadem S. C. C. procedit in concedendis Gratiis restitutionis in integrum, omnes illi actus, qui fieri debent in judicio ordinario nullitatis ejusdem professionis, remanent merè cæremoniales, & pro sola forma judicii, neque debent Judices Ordinarii, cor. quibus agitantur eædem causæ nullitatis professionum in hac parte sapere plusquam oportet sapere, sed absque ullo periculo errandi solidè procedere possunt, & debent cum oraculo ejusdem Sacr. Congreg. absque ullo scrupulo, criticatione, vel addito, declarando nullas professiones illorum Religiosorum, quibus eadem Sac. C. gratiam restitutionis in integrum, juxtà ejus modernam rigorosam praxim, concessit.

DISCEPTATIO X.

Romana nullit. Matrimonii.

INTER

Dominicum.

ET

Joannam.

ARGUMENTUM.

Præmissa explicatione domicilii, habitationis, & moræ in aliquo loco, aptæ ad acquirendam Parochialitatem; Ex capite deficientis præsentiæ proprii Parochi, necnon attenta inhabilitate personarum, seù materiæ Sacramenti Matrim. ostenditur nullitas Matrimonii, inter Dominicum, & Joannam in Urbe contracti; Cum rejectione omnium animadversionum, quæ ad probandam illius validitatem nomine Mulieris adductæ fuerunt.

Occasione Matrimonii, die 26. Julii 1716. inter Dominicum, & Joannam, in Urbe contracti, coram 1 Paro-

Parocho SS. Salvatoris ad Montes, qui non erat proprius respectu dictorum Contrahentium, sed solùm in illius Parochia *un certo Abbate di viso tondo, con perucca tonda, di età di 40. anni in circa*, petiit à quadam honesta Muliere *per parte del Sig. D. Crisante, Paroco del SS. Salvatore alli Monti, se voleva affitare una stanza per un certo Giovane, che doveva venire di fuori, senza che li dicesse il nome &c.* Habitoque affirmativo responso, *à ragione di giulii sei li pagò incontinente il primo mese, e se ne partì*; absque eo, quod *quel Giovane, che doveva venire di fuori*, & cujus nomen non sine mysterio reticitum fuit, primam reliquerit habitationem, seù domicilium, seque contulerit ad habitandum in secunda Parochia, minùsque aliqua mobilia in dictam mansionem asportaverit, imò nec etiam exteriorem faciem murorum dictæ mansionis unquam viderit; Nomine verò Mu-2 lieris idem Parochus sermones dumtaxat habuit cum tribus aliis honestis Mulieribus de illi locando unam mansionem eorum Appartamenti, nihilquè exindè fuit conclusum, sed omnia remanserunt in puris terminis simplicis tractatus, seù discursus: *Senza che mai ci fosse detto, nè come si chiamasse la sudetta Giovane, nè che persona fosse, &c. Come anche non abbiamo mai veduta questa Giovane, &c. nè sentito più parlare di essa*.

Oritur dubium, an tale matrimonium validum sit, attento, quod post dictam solutionem dd. sex juliorum, & post dictos ineffectuatos discursus, ut supra, afferitur, 3 eosdem Contrahentes procurasse, ut dictus Parochus SS. Salvatoris ad Montes de mense Maii dicti anni 1716. illos in Libris Parochialibus, uti suos Parochianos describeret, eosque deindè in Matrimonium conjunxit, prævia solita licentia Em. Provicarii, obtenta post probationes status liberi utriusque Contrahentis, mediante examine quatuor Testium, quorum duo deposuerunt pro Viro, & alii duo pro Muliere; Quæ licentia à Curia dicti Eminentiss. ProVicarii fuit eidem Parocho directa cum illo indubitato supposito, quod esset proprius Parochus dd. Contrahentium; Quæ omnia adnotavit idem Parochus *in lib. 7. Matrim. suæ Parochiæ fol. 24.* his verbis *Ego &c. interrogavi DD. Domini-4 cum, & Joannem &c. ambos de hac Parochia*. Et constat ex ipsomet tenore dictæ Licentiæ, ibi *M. R. Sig. Curato di S. Salvatore alli Monti, si compiacerà, esplorata la volontà de' Contraenti, & avutone il consenso, publicare il matrimonio, che desiderano contraere insime il Sig. Domenico, e la Sign. Giovanna, ambedue della sua Parrocchia, &c.*

Ante cujus dubii resolutionem præmitto conclusionem, circa quam nulla cadit dubitatio, uti literaliter contentam *in Sacr. Conc. Trident. sess. 24. de Reform. Matr. cap. 1.* quod 5 scilicet matrimonium, contractum coram Parocho non proprio, nullum est; Quæ propositio nullo indiget fulcimento extrinsecæ authoritatis; Est enim magna debilitas intellectus recurrere ad authoritates Doctorum, ubi habemus ca-6 sum legis, ut dicebat *Grat. dec. Marcb. 85. num. 16.* & observavit *Rot. in dec. 71. num. 14. cor. Ansald.*

Hoc præmisso, ad effectum validitatis matrimonii, in triplici circumstantia considerari potest prioris habitationis, seù domicilii in una Parochia mutatio, & novi acquisitio in alia Parochia.

Primò, absque ulla secunda intentione, vel sine determinato animo non redeundi ad priorem domum, aliam conducendo in diversa Parochia, ibidem effectivè se transferendo, præcipuè cum mobilibus, & cum propria familia; 7 Et in istis terminis, statim sequuta tali transmigratione, dicitur acquisitum novum domicilium in secunda Parochia, itaut nulla interposita mora, nulloque expectato tempore, coràm Parocho ejusdem secundæ Parochiæ validè contrahi possit matrimonium; Ea ratione, quia in hoc casu nihil desideratur ad acquisitionem novæ habitationis, seù novi domicilii, sed istud statim dicitur acquisitum ex animi declaratione, juncta cum facto migrationis, ex adductis per 8 *Fagn. in cap. Significavit num. 56. de Paroch. Card. de Albic. in addit. ad Pamph. dec. 139. num. 13. vers. Proprius verò, Adden. ad Buratt. dec. 73. n. 15.* & firmatis per *Rot. in dec. 71. num. 16. par. 19. rec* quam sequutus fui in meis *Instit. Crim. lib. 1. tit. 3. num. 33. in fine.*

Atque habemus in hac parte claram, & literalem dispositionem *Statut. Cler. Urb. cap. 3. de Jur. elig. sepult. §. 12.* ibi: *Quisquis benè valens, de una ad aliam Parochiam, animo 9 mutandi domicilium, seù habitationem se transfert, eò ipso domicilium ipsum quoad Jura Parochialia mutasse censetur*, eleganter de more exornatam à *R. p. d. Sardin. in Voto edito in Roman. Jur. sepult. anni 1714. § 1. & seq.* in quo conciliat, & ad concordiam reducit multas Canonicas Sanctiones, quæ primo intuitu inter se videntur contrariæ, sed in substantia, & sano modo intellectæ, concordes sunt.

Et isti sunt præcisi termini, in quibus loquitur *S. C. C.* sequuta à *Rot. in decis. 629. num. 2. & seq. par. 4. tom. 3. recent.* 10 Quia in illius casu Mulier, nedùm per duos menses ante matrimonium effectivè habitavit in secunda Parochia, *edendo* (sunt verba dictæ decisionis) *bibendo, ac pernoctando, ac alia faciendo, & ulteriùs omnem adhibuisse diligentiam, ut in eadem Parochia domum emeret, & sic novam Parochiam acquisivisse.*

E converso autem, si quis absque animo relinquendi primam Parochiam, sine voluntate permanendi in secunda, effectivè se conferat ad aliam Parochiam, ibiquè longo temporis spatio habitet, ad terminos Juris communis, non atten-11 to, quod longo temporis cursu ibidem habitet, non dicitur novum domicilium acquirere in secunda Parochia, juxtà firmata per *Rot. in dec. 89. num. 2. cor. Ottobob. & cor. Zarat. 45. num. 5. & seqq.* ubi innumeros citat, & sequitur concordantes, & in specie sequitur *Stat. Cler. Urb. tit. de Jure elig. sepult.* quod fuit datum in Sum. quia tunc non adhuc erat impressum, *& dec. 162. num. 20. & 21. par. 15. rec.* ubi egregiè materiam tractat, & declarat inclinantes in contrariam 12 opinionem, *& in Burgen. Beneficii, seù Portionis 26. Junii 1703. §. Et sanè coram Pio.*

Verùm tamen est, quod hujusmodi animus per subsequutam, & continuatam deindè habitationem decennalem præsumeretur, itaut post cursum decem annorum diceretur acquisivisse domicilium in illa Parochia, ad quem absque talis animi declaratione ad habitandum se contulit, ex addu-13 ctis per *Fagn. in cap. Significavit num. 50. de Paroch. Panim. decis. 14. in annot. 2. num. 58. Barb. ad Conc. sess. 23. de Refor. cap. 8. num. 29. vers. Si verò, & Gratian. discept. 824. num. 28. & seqq.* & per *Ansal. de Commer. & mercat. disc. 10. num. 10.* quem sequutus fui in meis *Inst. Crim. lib. 1. tit. 3. num. 33.*

Dixi, *Jure communi attento*, quia si adessent in aliqua Civitate, vel Diœcesi, aut Regno, municipales leges, 14 vel Synodales Constitutiones, quod talis animus diceretur probatus, seù præsumptus ex minori temporis cursu, omissa dicta generali Juris communis dispositione, cum istis par-15 ticularibus legibus procedendum esset; Eò quia illæ præferuntur ejusdem Juris communis dispositioni, ex generaliter animadversis per *Gonz. ad Reg. 8. Cancell. gloss. 9. §. 1. nu. 18.* & firmatis per *Rot. dec. 74. num. 28. cor. Zarat. & decis. 115. num. 6. par. 19. rec.* cum aliis, allegatis *in meis Discept. Eccles. Tom. 1. par. 2. discept. 24 num. 8.* Et in præcisis terminis domicilii, acquirendi ad effectum validitatis matrimonii, magistraliter *Rot. in Neapolit. Matrim. 22. Junii 1705. §. Quamvis cor. Em. Priol.* in qua Civitate ad hunc effectum 16 præscribitur tempus quatuor mensium dumtaxat, confirmata *die 26. Febr. 1706. cor. Eodem.*

Secundus casus est, quando quis se transfert quidem ad actualiter habitandum in secunda Parochia, animo ibidem habitandi, & cum effectu in eadem secunda Parochia, de facto per aliquod temporis spatium habitat, sed primum non deserit domicilium, neque priorem relinquit habitationem, & tunc, quidquid pro ingeniorum exercitio dicen. esset, Jure communi attento, in Urbe nullo modo fit Parochianus secundæ Parochiæ, sed taliter dicitur retinere pri-17 mum domicilium, ut non dicatur Parochus proprius ille, ad cujus Parochiam se confert ad habitandum, sed dicitur proprius Parochus ille, in cujus Parochia retinet priorem habitationem, seù antiquum domicilium; Ita, omissis authoritatibus Doctorum, in nostris punctualibus terminis novissimè determinatum fuit *in Statut. Cler. Urb. cap. 3. de Jur. elig. sepult. § 12. in addit.* ubi declarando antiquam dispositionem dicti Statuti, in qua indistinctè demandabatur, ut eo ipso, quod quis benè valens de una ad aliam Parochiam, animo mutandi domicilium se transferet, eo ipso absque ulla di-18 stinctione, & declaratione domicilium ipsum quoad Jura Parochialia diceretur mutatum, opportunè subjungitur: *Declaramus, domicilium intelligi translatum, quoties priorem deserit habitationem, & aliò se transfert, præsertim cum mobilibus, & Familia*, & ad rem advertit *R. p. d. Sardinus in cit. Voto §. 1. & plur. seqq.*

Ex quibus ad hominem infertur, quod in casu, quo aliquis Parochianus in Urbe priorem non deserat habitationem, etiamsi animo mutandi domicilium ad aliam Parochiam se conferat, adhùc non dicitur acquisivisse novum domicilium in secunda Parochia; Cùmque hujusmodi novissimum 19 Cleri Statutum, unà cum suis annotationibus, & declarationibus die 5. Aprilis 1707. specificè à Sanct. Dom. Nost. approbatum fuerit, ut videre est in Decreto cl. mem Card. Car-

Carpinei, olim Urbis Vicarii, impresso in principio dd. Statutorum §. *Verùm nonnullis in fine*, ubi enumerantur magnæ illæ diligentiæ, & accuratæ revisiones, tàm ipsorum Statutorum, quàm additionum, & ordinationum, factarum à particulari Congregatione, ab eodem Sanctiss. Dom.
20 Nostro specialiter deputata, dicitur proindè lex Papalis, & utì talis punctualiter, & indistinctè servanda est, per ea, quæ, aliis adductis, notat *Antolin. in Notis ad Stat. Aurif. Urb. proxm. 2. num. 17.*

Unicam hujus conclusionis limitationem ultrò admittentes, quando quis retinendo priorem habitationem, seù antiquum domicilium, in secunda Parochia, pro æquali parte
21 anni habitet, quia tunc duplex dicitur habere domicilium, mensurando tamen eandem æqualitatem moraliter, non autem mathematicè, seù per temporis momenta, ex adductis *in meis Inst. Crim. lib. 1. tit. 3. num. 34.*

Eademque limitatio per viam particularis legis, in Urbe servandæ, sequentibus istis claris verbis admissa, & cano-
22 nizata fuit *in dicto Statut. Cler. cap. 3. de Jur. elig. sepult. §. 19. in addit. Æquale domicilium quis habere dicatur, quotiès in utroque æqualiter se collocasse videtur; Aliàs censeatur ibi domicilium habere, ubi meliorem partem rerum suarum possidet, & assiduè conversatur; Æqualitas verò habitationis moraliter, non mathematicè intelligatur, hoc est plus, minusvè.*

Tertius casus est, quando mutatio Parochiæ fit in fraudem prioris Parochi, seù ad facilitandum contractum matrimonii in secunda Parochia, quod in prima ob particula-
23 res respectus non de facili contrahi potest, & tunc procedendo cum eodem indubitato principio, quod in istis etiam terminis semper indispensabiliter requiritur animus relinquendi priorem habitationem, & fixandi domicilium in secunda Parochia, per veram, & effectivam habitationem, unà cum animo ibidem permanendi, si non semper, saltem per tempus considerabile, duo alii sunt subdistinguendi casus.
24 Unus, quando mutatio Parochiæ in apparentia fieri dicitur in fraudem Concilii, sed in substantia fit ad procurandam exequutionem ejusdem Concilii, puta ad facilitandù matrimonii contractum, qui de facto impeditur in prima Parochia; Et in his circumstantiis conveniunt Doctores, quod posito animo mutandi primum domicilium, cum subsequuta illius desertione, & reali, atque effectiva habitatione in secunda Parochia, talis apparens fraus non sit attendenda; Sed matrimonium coram Parocho secundæ Parochiæ con-
25 tractum, validum sit, juxta celebrem resolutionem Sacr. Congreg. Concil. in una *Senen. 17. Maii 1600.* quàm, aliis adductis, sequuntur *Fagn. in cap. Significavit num. 26. seqq. de Paroch.* ubi refert, & sequitur etiam alias resolutiones ejusdem Sac. Congreg. Concil. *in Angliæ, & Patav. Spad. cons. 144. num. 11. tom. 2. Barbos. Apostol. decis. collect. 365. num. 18. Boss. de Matrim. cap. 4. §. 10. num. 18. in fine, Card. de Luc. de Matrim. disc. 1. sub num. 9. & 12. & Rot. decis. 194.*
26 *num. 19. cor. Merlin.* ubi illam adducit rationem, quia in his circumstantiis Contrahentes nemini faciunt injuriam, sed utuntur eorum Jure, *& decis. 139. num. 5. coram Pamphil. & dec. 60. num. 17. par. 15. rec.* Quod est adeò verum, ut procedat etiam in casu, in quo volentes contrahere matrimonium, & timentes illud de facto impediri in Loco, ubi
27 Conc. Tridentinum publicatum fuit, se conferunt ad Locum, in quo non fuit publicatum, ut resolvit S. C. C. apud *Barbos. in Summ. Apost. decis. V. Matrimonium num. 24. & ad Conc. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 1. num. 171.*

Alter casus est, quando talis mutatio fit in fraudem Concilii, hoc est quando mutatio Parochiæ tendit ad evitan.
28 illa impedimenta, vel difficultates, quæ, non de facto, sed attenta Juris dispositione, obstant volentibus contrahere in prima Parochia, puta quia ibidem unus ex Contrahentibus sponsalia contraxit, vel statum liberum non probavit, vel fidem baptismi non exhibuit, vel deficiat in aliquo ex requisitis, præscriptis *in Instruct. S. C. SS. Inquisit.* impressis *in Constit. 13. Sanct. Mem. Clem. X. in Bullar novo*
29 *tom. 6.* Vel demùm aliqua alia urgeat suspicio; Et tunc, quamvis concurrat animus relinquendi primum domicilium, & verificetur effectiva habitatio in secunda Parochia, adhùc matrimonium, cor. Parocho secundæ Parochiæ contractum, nullum est, ex iis, quæ notant *Navarr. cons. 21. n. 3. de Paroch.* ibi *Habitatio fraudolenter in præjudicium Parochi*
30 *proprii, vel alterius Parochi, habita in aliquo Loco ad effectum acquirendi novum domicilium non sufficere. Rebell de Oblig. Justit. par. 2. lib. 2. quæst. 7. num. 19. & quæst. 8. num. 6. Comitol. respons. moral. quæst. 10. num. 2. Barbos. de Potest. Episc. alleg. 32. num. 153. & Vot. decis. 19. num. 11. & seqq. &*
31 *Bertacchin. Vot. decis. 145. sub num. 10.* cum aliis apud *Garz. de Benef. par. 5. cap. 7. num. 11. vers. Ad quartum.* Et pluriès resolvit *S. C. C.* & signanter *in Florentina, & Abulen.* quas
32 approbavit *in Urbinaten. 1. Dec. 1640. Lib. 16. dec. fol. 456. à tergo, & in Poloniæ 6. Aprilis 1639. Lib. 16. dec. fol. 171. à terg. & in Boven. 26. Sept. 1697. Lib. 47. dec. fol. 74.*

Deveniendo modò ad qualitatem habitationis, seù moræ, quæ in pluribus locis ex diversis titulis haberi solet, ad nostrum effectum ad hoc, ut quis efficiatur Parochianus il-
33 lius Parochiæ, in qua moram facit, observant DD. quod illa, vel est necessaria, vel voluntaria; Subdistinguendo necessariam in illam, quæ habetur in loco, in quo quis cogitur manere loco pœnæ, vel loco custodiæ; Necnon subdistinguendo pariter moram voluntariam in illam, quam faciunt hospites, in aliam, quæ dicitur merè corporalis, seù asinina, in aliam vagam, seù absque animo permanendi in determinato loco, & in aliam domiciliarem, quæ apta est ad inducendam, & acquirendam veram Parochialitatem.

Mora necessaria loco pœnæ verificatur in condemnato ad permanendum in Carceribus pro tempore determinato; Vel in Relegato in certa Civitate, vel Loco, pariter ad tem-
34 pus determinatum, vel ad arbitrium Principis, vel Judicis, juxta casum à S. C. C. decisum, & relatum à *Fagn. in cap. Significavit num. 19. & seqq. de Paroch. & à Barbos. ad Conc. sess. 24. de Ref. Matr. cap. 1. num. 11. & in Summ. Apost. decis. V. Matrimonium num. 19.* Et isti dicuntur habere domicilium in illo loco, ubi Carceratus, vel Relegatus moram facit, ubi verè dicitur reperiri, & moram facere voluntariè; Ea ratione, quia cùm voluntariè voluerit delictum, pro quo fuit relegatus, vel damnatus ad Carceres, dicitur etiam voluisse necessarium consequens, quod est pœna; Ex
35 quo, inferunt Doctores, quod moriens per manus justitiæ, voluntariè mori dicitur, ut referendo notorium casum Francisci Canonici, aliàs Mascabruni, observat *Card. de Luc. de Pension. disc. 69. num 9.* quem adductis multis concordantibus, sequutus fui *in Tom. 1. par. 2. discept. 30. num. 18. & seqq.*

Mora necessaria loco custodiæ verificatur in Carcerato, pro eo tempore, quo ejus causa non est adhùc terminata, sed indecisa pendet coram Judice; Undè Carceratus pro dicto tempore non dicitur manere in Carceribus, tanquam in do-
36 mo propria, sed in aliena, à qua continuò absens est animo, & semper præsens in sua; Et iste pro eo tempore, quo custoditur in Carceribus, non fit Parochianus Parochi Carceris; Ex quo sequitur, quod si coram ipso matrimonium contrahat, istud est nullum, ut in nostris præcisis terminis, re maturè perpensa, resolvit *S. C. C. in Farfen. Matrim. 26. Maii 1707.* quando approbavit dictam solidam distinctionem, in qua
37 Ego non sine legali ratiocinio pedes constanter fixi in dicta Causa, licèt datum non fuerit reperire Doctorem, illam in terminis facientem, ut videre est *in Tom. 1. discept. 30. à n. 14. usque ad num. 34. par. 2.* Eademque distinctio fuit deinde summa maturitate, & re diligentissimè discussa à particulari Cong. approbata, & inserta in *Stat. Cleri Urb. cap. 3. de Jur. elig. sepult. §. 9. in addit. vers. Carceribus fol. 15.* & refertur *à*
38 *d. R. P. D. Sardino in cit. Voto ann. 1714. §. Idcircò, & à Monacell. tom. 4. fol. 16. num. 171.*

Mora voluntaria ad instar hospitis, verificatur in illo, qui nullum habet habitandi animum, *eo quia hospes &c. non habitat, sed tantisper hospitatur. Tantum autem interest inter habitatorem, & hospitem, quantum interest inter domicilium habentem, & peregrinantem*, juxta præcisa verba *Text. in*
39 *lig. 1. §. Hæc verba ff. de His, qui ejec. vel effuder.* & concordant alii adducti à *Rebuff. in leg. Censoria §. Igitur, vers. Sequitur ff. Verb. signific.* ibi: *Habitare ibi dicitur, ubi non momenti causa inhabitat, sivè moratur &c. Multum interesse inter habitatorem, & hospitem &c. Passerin. de Stat. Homin. tom. 2. quæst. 87. art. 4. cap. 3. num. 311. & seqq.* ibi: *Propria*
40 *Parochia simpliciter est Parochia propriæ, & permanentis habitationis, in qua quis habet domicilium permanens, & non per modum transeuntis, & viatoris.*

Mora materialis, seù habitatio asinina, verificatur in eo, qui non animo habitandi in aliquo loco permanet, sed solum materialiter pro aliquo brevi tempore, absque animo relinquendi primum domicilium, & acquirendi secundum, & hæc habitatio corporalis, seù asinina, nunquam sufficit ad acquirendam Parochialitatem, ut egregiè distinguendo, post
41 catervam Doctorum, quos citat, & sequitur, firmavit *Rot. in Neapolit. Matrim. 26. Februar. 1726 §. Neque, cor. Em. Priol.* ibi: *Ut enim quis dicatur Parochianus alicujus Ecclesiæ, non sufficit simplex, & corporalis habitatio, &, ut in Jure dicitur, asinina, sed requiritur animus deserendi primum domicilium, & permanendi in secundo.*

Neque discordant Authores, qui in contrarium allegari possunt,

possunt, & ex parte Mulieris allegati fuerunt; Omnes enim ad acquirendam Palichialitatem, non solùm requirunt corporalem, seù asininam habitationem, sed ulteriùs desertionem primi, & voluntatem acquirendi secundum domicilium, ut videre est apud *Card. de Luc. de Matr. disc.* 1. *n.* 11. ibi: *Dummodò sit habitatio constans, ac formalis in ea Parochia, privativè ad praecedentem habitationem in priori*, & ibi: *Quamvis enim id affectatè factum esset ad hunc solum finem, & effectum, attamen &c. sufficit, ut de facto primum domicilium desertum sit, atque novum contractum, cum fixa, & formali habitatione*; & *Rot. dec.* 451. *num.* 8. *cor. Dunoz. Jun.* & *in Neapolit. Matrim.* 22. *Junii* 1705. §. *Ex facto*, coram *Card. Priol.* ibi: *Quamvis transitus de una Parochia ad aliam animo secundum contrahendi matrimonium &c. permissus sit, attamen requiritur animus discedendi, cum intentione moraliter non recedendi, sed permanendi sub nova Parochia*: Quae opinio, ut dixi, & oportunè repeto, in Urbe sequenda est, tanquam specialis, & particularis lex, uti literaliter approbata in *Statut. Cler. Urb. d. c.* 3. *de Jure elig. sepult.* §. 12. *in addit.*

44 *Mora vaga, seù absque animo in determinato loco permanendi*, verificatur in illo, qui hùc, & illùc discurrit, & vagatur, nullibi domicilium, vel habitationem fixam habens, ut notat *Tambur. Oper. Moral. lib.* 8. *tit. de Matr. cap* 2. §. 5. *num.* 19. cujus proindè matrimonio quilibet Parochus assistere valet, servatis tamen iis, quae notant adducti per *Tamburrin. ubi proximè num.* 12.

Mora demùm domiciliaris, sufficiens ad acquirendum domicilium in secunda Parochia, verificatur in illo, qui priorem deserit habitationem, seù domicilium, & effectivè se confert ad habitandum in secunda, animo ibidem permanendi, praecipuè cum mobilibus, & familia *ex animadversis sup. nu.* 7. & *seqq.* Quibus addi possunt *Mans. conf.* 60. *per tot.* aliique citati, & sequuti *à R. p. d. Sardino in dict. Voto* §. *Per legitima*, & *seqq.* ubi ad effectum conciliandi Authores, qui hinc indè coram ipso allegabantur circa jus sepulturae, seù funerandi, de quo quaestio erat in ejus casu, duas alias addidit morae species, quarum una vocatur occasionalis, & est illa, quae verificatur in eo, qui ratione, seù occasione sui officii in aliqua Parochia habitat, id exemplificando in 46 Gubernatore Urbis; Alia verò accidentalis, quae verificatur in eo, qui ex aliquo accidenti pro brevi tempore in aliqua Parochia habitat.

Applicando modò hujusmodi theoricas, communiter receptas praesenti casui; Quidquid sit de secunda intentione, seù fine Dominici, & Joannae circa mutationem Porochiae, sivè ad facilitandum matrimonium, quod eis in propriis Parochiis de facto poterat forsan impediri, quod ex infrà observandis non subsistit, sive ad evitandum aliquod impedimentum, quod plusquam tacitè infertur ex eo, quod data opera non fuerunt manifestata nomina Contrahentium, neque etiam illis domorum locatoribus, in quibus habitare volebant; Quodque, adversus laudabile solitum Curiae Em. Vicarii, non fuit in actis exhibita fides baptismi Mulieris, nè detegeretur illius aetas annorum 16. quando accessit ad Urbem, propter quam tenebatur afferre de Partibus probationem status liberi pro quatuor annis; Hoc unum est indubitatum, quod non constat de prioris Parochiae mutatione, & desertione, & multò minùs de animo deliberato habitandi in secunda Parochia, deque effectiva habitatione, neque etiam per temporis momentum in eadem secunda Parochia, ut notorium est, & commendabili candore ultro admittitur 49 in Scripturis, Typis impressis pro Muliere §. 3. in fine his verbis: *Matrimonium publicè contraxerunt in facie Ecclesiae cum assistentia Parochi SS. Salvatoris, & Testium, licet ambo Conjuges ad pristinum eorum domicilium &c. nunquam praecedenter derelictum, se transtulissent, & pernoctassent.*

In quibus terminis domicilii, nunquam relicti in antiqua Parochia, in longè durioribus terminis Parochiani, effectivè habitantis in secunda Parochia, habemus individualissimum 50 casum Jo: Venturae, Parochiani ejusdem Parochiae SS Salvatoris ad Montes, in qualitate Medici assistentis, & inservientis Hospitali S. Jo: in Laterano, & in illo ratione sui muneris effectivè habitantis, in quo infirmatus, & mortuus fuit; Partibus enim acriter contradicentibus, solemniter decisum fuit in Curia Em. Urbis Vicarii (effectu punctualiter subsequuto) die 9. Sept. 1692. illius Cadaver non spectare ad Parochiam S. Jo: in Laterano, ubi habitabat, sed ad aliam SS Salvatoris ad Montes, in qua continuavit retinere primum domicilium, absque animo illud relinquen-51 di. Quem casum ad rem expendit *R. P. D. Sardin. in dict. Voto* §. *Pro Ecclesia.*

Et proindè ex hoc motivo nullitas praedicti matrimonii in sensu veritatis mihi videtur taliter evidens, ut juxta phrasim *cl. mem. Card. Sfondrati in Lib. cui titulus L. R. fol. mihi* 52 100. si in Scholis gratia exercitationis ingeniorum adducendum esset exemplum matrimonii, nulliter contracti coram Parocho non proprio, absque ulla exageratione cum omni congruitate, sermonisque proprietate, adduci posset exemplum matrimonii, de quo est quaestio.

Imò admittendo pro valido taliter contrahendi modo, aperiretur magna porta polygamiis, & fraudibus in contrahendis matrimoniis, quae omnia Sacri Canones magnoperè 53 abhorruerunt, ut in nostris terminis observat *Rot. in dec.* 308. *num.* 29. *cor. Dunoz. Sen.* ibi: & *via aperiretur fraudibus, clandestinisque matrimoniis, quae Sacri Canones tantopere abhorruerunt*, eò quia possent, ex. gr. in Urbe habentes domicilium in Parochia S. Jo: in Laterano post descriptionem familiarum, quae circa tempus Paschatis fieri solet à Parochis, conducere duas mansiones in Parochia S. Petri, vel 54 S. Mariae Transtyberim, vel in alia distanti Parochia, pro uno, vel alio mense, eodemque tempore punctualiter solvere pensiones dominis earundem mansionum, & deindè, praeviis denunciationibus in dicta secunda Parochia faciendis, in qua nemini noti sunt, & neque in praeteritum habitarunt, vel de praesenti habitant, aut in futurum habitare intendunt, matrimonium contrahere coram Parocho secundae Parochiae. Quae via non videtur aperienda, juxta sensum, & verba *cl. mem. Card. Carafae, olim S. C. C. Praefecti*, relata in meo 55 *Tract. de Matrim.* §. 16. *num.* 15. & *in Tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 1. *num.* 157. ibi: *Confirmatur etiam propter absurdum, & inconveniens, quod aliàs sequeretur, nam patefaceremus magnam fenestram contra hoc Sacramentum*; Essetque praebere ab Urbe omnium aliarum Catholicarum Civitatum magi- 56 stra, maximum exemplum aliis volentibus in hac parte fraudare dispositionem d. Sac. Conc. quod non videtur permittendum, ut in nostris punctualibus terminis egregiè observat eadem *Rot. in dec.* 308. *num.* 29. *cor. Donozz. Sen.* ibi: *Habere siquidem videtur speciem iniqui omne magnum exemplum, quod contra singulos utilitate publica rependitur*, & meliùs *in d. Neapolit. Matrim.* 22. *Junii* 1705. §. *Et ne in solo cor. Em. Priol.* ibi: *Nam forma contrahendi matrimonium introducta specialiter fuit ad obvianda scandala, provenientia à matri-* 57 *moniis clandestinis si autem admitteretur, quod quis retinendo propriam domum, & in illa quotidiè se exponendo, ut à vicinis videri posset, deindè practicaret, & dormiret in alia Parochia, etiam animo contrahendi matrimonium, posset illud licitè contrahere, non obviaretur fraudibus, quia nunquam certè constaret de statu libero, seù conjugali, imò augerentur, dùm cum attestatione unius Parochi posset probare suam libertatem, & cum aliis matrimonium &c.*

Praeterea adversus communem sensum omnium Canonistarum, si per solam conductionem unius mansionis in aliqua Parochia, absque animo ibidem habitandi, & cum voluntate non relinquendi prius domicilium, efficeretur quis Paro- 58 chianus illarum Parochiarum, ubi dd. mansiones conduxit, nedùm posset quis habere duplex domicilium, aequaliter habitando in duplici Parochia, ex adductis supra *num.* 21. & *seqq.* sed posset habere centum domicilia, dummodò esset dives, & posset centum mansionum pensiones solvere pro uno, vel altero mense, quo nihil absurdiùs dici, nilvè irrationabilius valet excogitari.

Et quod magis est habemus in hac materia communiter à Doctoribus admissum, quod non solùm domus conductio, 59 sed neque emptio importet acquisitionem domicilii in illa Parochia, ubi domus conducitur, vel emitur, si in illa conductor, vel emptor non habitet, ut de conductore videre est apud *Barb. Vot. dec.* 19. *num.* 4. & *seq. lib.* 2. & *Bellet. disquis. Cler. tit. de Exempt Cler. à Statut. saecul.* §. 5. *num.* 16. Et de emptione apud *Panim. dec.* 14. *annot.* 2. *num.* 57. & *Barbos. de Potest. Episc alleg.* 4. *eodem n.* Et in fortioribus terminis frau- 60 dolentae conductionis, unitae cum effectiva habitatione, plures resolvit *Rot.* ut videre est *in dec.* 498. *num.* 17. *par.* 14. & *dec.* 162. *par.* 15. & *dec.* 325. *num.* 20. *eadem par.* 15. & *dec.* 250. *num.* 27 *par.* 16. & *dec.* 75. *num.* 14. *par.* 17. *rec.* & *in Neapolit. Matr.* 22. *Junii* 1705 & 26. *Febr.* 1706. *per tot. cor. Em. Priol.* Quae sunt in hac materia magistrales; Et resolvit *S. C. C. in Nullius, seù Urbinaten.* 6. *Maii* 1617. referente *Pignat. consult.* 79. *num.* 25. *lib.* 5. ubi, quod fuit ab eadem S. C. declara- 61 tum, Parochum qui matrimonio illius Viri interfuit, qui in ejus Parochia domum habebat, sed in illa non habitabat, *esse suspensum, & si celebravit, irregularem, & propterea suae conscientiae quàmprimum consulere debere.*

Haec autem omnia, quae observavimus de acquisitione domicilii per domus conductionem, seù emptionem, sine effectiva

ctiva habitatione, dicta sint ad folius materiæ ornatum.

62 Quia respectu mulieris sunt de subjecto non supponente, eo quia ipsius nomine soli, simplices, & meri sermones habiti asseruntur cum quadam muliere de ei locando unam mansionem, qui nullum habuerunt effectum; Respectu verò Viri, quidquid sit, an illi sex Julii, qui asseruntur soluti ab ignoto homine pro pensione unius mansionis, pro mense Maii 1716. certum est, quòd mensibus Junii, & Julii, quo contractum fuit matrimonium, nulla adfuit, vel conventio locationis,

63 vel solutio pensionis, ut in facto mihi pro indubitato supponitur, & plusquam tacitè infertur ex eo, quod ex parte mulieris nullatenùs exhibentur, neque asseruntur in Scripturis, pro Muliere impressis.

Et proindè vanum est discurrere in nostris terminis de acquisitione domicilii in Parochia SS. Salvatoris ad Montes per conductionem mansionis ex parte Mulieris, quæ conductio

64 una est ex ideis Platonis, dum in rerum natura nunquam adfuit, minusque ex parte Viri, qui de mero possibili, & in omnem pessimum casum, verificari non potest, nisi de mense Maii, non autem de mense Julii, quo contractum fuit matrimonium.

Neque omittimus hìc seriò observare defectum exhibitionis fidei baptismatis ante contractum matrimonii respectu mulieris, qui absque ulla operatione intellectus resultat ex

65 sola pervolutione actorum Curiæ Em. Pro-Vicarii sub die 26. Julii 1716. in quibus respectu Viri dicitur: *Pro Viro Romano adsunt fides baptismatis, & duo Testes, ejus statum liberum probantes.* Respectu verò Mulieris leguntur sequenti. 2. *Pro Muliere extera adsunt fides existentiæ in Urbe in statu innubili*, (quod in facto non subsistit, ut vidimus *suprà à num.48.*) *& duo Testes, ejus statum liberum probantes.*

Ex curiositate autem fuerunt pervolutæ innumeræ aliæ depositiones aliorum Testium circa probationem status liberi aliorum volentium matrimonium contrahere, & nullam

66 aliam datum fuit invenire sine dicta prævia exhibitione fidei baptismatis, & meritò, quia, ut uno ore Theologi, & Canonistæ asserunt, baptismus est aliorum Sacramentorum janua, sine qua permitti non debet progressus ad alia Ecclesiæ Sacramenta; Non enim defectus exhibitionis dictæ fidei baptismatis annumerari potest inter illas solemnitates, quæ vel impunè negligi, vel ab Ordinariis facilè dispensari possunt neque illa venire debebat ab India, vel Brasilia, sed ab una ex Civitatibus Apuliæ, à qua solo spatio trium hebdomadarum commodè venire poterat, & multò magis ab

67 initio mensis Maii, quando firma, declarataque voluntate Mulier contrahere volebat matrimonium, usque ad diem 28. Julii, quando de facto contractum fuit.

Indequè ultimo loco in S. C. C. disputatus fuit similis articulus, quomodò scilicet providendum esset in casu alterius Mulieris, adspirantis ad carnales nuptias in ætate circiter annor. triginta, quæ, ut dicitur in Folio §. *Etenim*, non solùm nata erat in una ex primariis Hispaniæ Civitatibus, sed addicta erat servitio nobilis Matronæ in Civitate Neapolis, & quod magis erat concludentissimè probaverat *vi-*

68 *tam piè vivere, & Sacramenta pœnitentiæ, & Eucharistiæ frequentare consuevisse;* Et nihilominùs d. S. C. die 1. Sept. 1714. in una *Neapolit. Matrim.* dubio *Quomodo Oratricis precibus sit annuendum*, attenta difficultate inveniendi fidem baptismi, intrepidè respondit; *Esse baptizandam sub conditione, ac secretò, & deindè procedi posse ad contractum matrimonii ser. ser.*

Quibus non adversatur, quod antequam terminentur probationes circà continuationem habitationis, & retentionem

69 domiciliorum dd. Contrahentium in eorum antiquis Parochiis, omnis præsumptio stet pro validitate dicti matrimonii, contracti prævia licentia Em. Pro-Vicarii, præcipuè quia illi fuit concessa post examen Testium, necnon considerando bonam fidem contrahentium d. matrimonium, & habendo præ oculis subsequutam cohabitationem eorundem contrahentium per 50. dies.

Separando enim objecta hæc in tres partes; Pro eo, quod respicit attestationem Parochi SS. Salvatoris ad Montes circa contractum matrimonii, præviis denunciationibus, in

70 ejus Parochia factis, cum solita licentia Em. Pro-Vicarii, dicimus, quod habemus in hac parte, nedùm duas alias similes attestationes, sed formale examen, tàm Parochi SS. Vincentii, & Anastasii, ubi habitabat Vir, quam S. Mariæ in Campo Carleo, ubi moram faciebat Mulier, qui cum juramento testantur, Dominicum, & Joannam respectivè tempore contracti Matrimonii habitasse in eorum Parochiis, & nunquam deseruisse eorum primum domicilium; Et proptereà in concursu dd. attestationum, major fides danda est dd. Parochis antiquarum Parochiarum quadruplici ratione.

Prima, quia non controvertitur, ibidem habitasse contrahentes antè assertam conductionem unius mansionis respectu

71 Viri in Parochia SS. Salvatoris, & ante prætensos discursus conductionis alteriùs ex parte Mulieris; Et proindè continuatio in eisdem antiquis Parochiis faciliùs præsumitur, ex generaliter adductis per *Rot. in dec.*173. *num.*3. *par.*16. *rec.* & in nostris terminis *Gratian. discept.*697. *num.*7. ubi concordantes cumulat.

Secunda, quia concurrunt innumeræ aliæ attestationes qualificatarum Personarum, & totiùs Viciniæ utriusque Contrahentis, & Dominorum Mansionum, quas conducere voluisse asseritur, nec non aliorum, in cujus domibus habita-

72 bant, quod nunquam deseruerint antiquum domicilium, & proptereà eisdem Testibus in majori numero, magisquè informatis omni Jure postponendi sunt Testes, ex parte Mulieris inducti, ex generaliter alleg. in *To.*1. *p.*2. *discept.*26. *n.*52. & à *Rot. cor. Emer. Jun. dec.*31. *n.*3. *& dec.*667. *n.*19. Quibus in punctualibus terminis nostri casus addo alios citat. *in d. Nea-*

73 *pol. Matr.* 22. *Junii* 1705. § *Et quamvis cor. Priol.*

Et in rei veritate cuicumque sano intellectui videtur vim facere consideratio illa, quod tot personæ disparis conditionis, & qualitatis, uniformiter conspirare voluerint in veritatis

74 perniciem, absque ulla, vel minima propria utilitate, quam inverisimilitudinem magnifecit *Rot. in dec.*408. *n.*25. *cor. Priol.* cum aliis, allegatis *in meo Tract. de Livel. cap.*1. §.4. *n.*4. *&* 5.

Observando præcipuè, quod Testes, inducti ex parte Mulieris, sunt duæ fœminæ, continuam moram facientes in Conservatorio, longè distante à Parochia SS. Salvatoris, quo-

75 rum respectu magna, imò maxima urget inverisimilitudo, quod verè sciverint, sub qua Parochia habitabat Joanna; Inverisimilia enim habent falsitatis imaginem, ut dicebat *Bald. in leg.*1. *num.*16. *Cod. de Serv. fugit.* cum aliis apud *Rot. dec.*89. *num.*7 *& dec.*153. *num.*2. *cor. Emer. Jun.*

Tertia, quia in facto mihi constanter supponitur, quod tam Defensores Mulieris, quam Parochus, sub Parochus SS. Salvatoris, ultrò admittant veritatem hanc, quod Con-

76 trahentes nec temporis momento in rei veritate effectivè habitaverint in dicta Parochia SS. Salvatoris; Imò adductæ fuerunt probationes ex illorum parte, hujusmodi veritatem intra evidentiæ fines ponentes, dum ex illis constat, quod Dominicus immediatè post matrimonii contractum, nempè mensibus Augusti, & Sept. 1716. accedebat ad domum Joan-

77 næ, positam in Parochia S. Mariæ in Campo Carleo, non autem in Parochia SS. Salvatoris ad Montes.

Quarta demum, quia Parochus SS. Salvatoris ad Montes in dicta attestatione agit de se excusando, dequè coloranda irregulari illa operatione, cujus ipse fuit Author, director,

78 & exequutor, eo quia præter laudabilem Parochorum morem, fecit figuram Magistri domus contrahentium, seù Proxenetæ conductionis domorum, ut asserunt illæ Mulieres circa quarum mansiones, ejus nomine *da un certo Abbate di viso tondo* habiti fuerunt discursus locationis, & conductio-

79 nis, qui deindè respectu Mulieris nullum omnino habuerunt effectum; Respectu vero Viri terminati prætenduntur cum solutione sex juliorum pro unico mense Maii dumtaxat anni 1716. In quibus circumstantiis communiter receptum est, quod deponenti ad se excusandum, vel ad colorandas proprias irregulares operationes, nullatenus credendum sit, ex

80 adductis per *Noguerol. alleg.*26. *num.*52. & firmat. per *Rot. in dec.*112. *num.*6. *&* 7. *cor. Emer. Jun.*

Neque in aliquo augetur ejusdem Parochi fides à Testibus, examinatis super statu libero utriusque contrahentis deponentibus etiam de ipsorum domicilio in Parochia SS. Salvatoris

81 ad Montes. Consultò enim abstinendo ab exceptionibus personalibus, quæ contra dictos Testes ex parte Viri adducuntur, ad praxim in hac causa reducendo optimum consilium *Card. de Luc. de Testam. disc.*81. *num.*1. quod sequutus pariter fui in alia gravi causa matrimoniali, ut videre est in meo

82 *Tract. de Matrim. in Replic. num.*47. *fol.*141.

Observo magnam, imò maximam improprietatem ex eo, quod, ut vidimus supra *num.*73. ad probandum domicilium Mulieris in Parochia SS. Salvatoris ad Montes adductæ fuerunt duæ Mulieres, nedum habitantes in longè distanti

83 Parochia S. Mariæ de Populo, sed continuò restrictæ in Conservatorio Divinæ Providentiæ; Ad probandum verò domicilium Viri in eadem Parochia adducti fuerunt Bajulus, Parochianus SS. Vincentii, & Anastasii, continuam moram faciens in gradibus ejusdem Ecclesiæ ad lucrandum sibi victum in laboribus suorum humerorum; Necnon *un Cicoriaro*, Parochianus S. Nicolai in Arcione, moram continuam faciens in extremitate Viæ Rosellæ, ubi Cicoriam vendit. Cùm quanta igitur inverisimilitudine hujusmodi farinæ Testes depone-

deponere cum veritate potuerint de domicilio Viri, & Mulieris in Parochia SS. Salvatoris, de se patet, & quilibet solo naturali lumine diiudicare valet. Advertendo præcipuè, quod non agitur de Parochianis, ab omnibus cognitis vel propter eorum personales qualitates, vel propter longam moram in eadem Parochia, quodque afferta conductio mansionis pro Viro etiam juxtà prætensionem Mulieris incæpta, & terminata asseritur unico mense Maii 1716. pro quo afferuntur soluti sex julii; Pro muliere verò neque incæpta fuerat, eo quia omnia permanserunt in nudis terminis simplicis discursus. Ipsi igitur testes videant cum quanta veritate, & cum quali probabilitate die 16. Julii ejusdem ann. 1716. asserere potuerint juxta 8. Inter. *Stanno al presente sotto la Parocchia di S. Salvatore alli Monti*.

85

Inter exceptiones verò circa dicta eorundem testium, videtur nimis considerabilis illa concernens 7. Inter. respectu Viri, dum asseruerunt, *Detto Sig. Domenico non è mai partito da Roma*; Et tamen in facto mihi constantissimè supponitur, notorium esse, quod in ætate, habili ad contrahendum matrimonium, idem Dominicus integro ferè triennio continuam moram fecerit in Civitate Florentiæ; Prout etiam similis exceptio militare mihi constanter asseritur etiam contra testes, examinatos pro Muliere, in dict. 7. Interr. asserentes *Venne in Roma da piccola, & entrò subito in questo Conservatorio e doppo non è mai partita*: Eo quia supponitur pariter mihi pro indubitato, quod postquam accessit ad Urbem, ab illa discessit, atque pro tempore considerabili moram fecerit in Civitate Prænestina, quodque ad Urbem accesserit in ætate annorum sexdecim, & ingressa fuit Conservatorium Divinæ Providentiæ die 3. Decemb. 1690. quando erat in dict. ætate annorum 16. quæ omnia ictu oculi apparent concludenter probata ex publicis Scripturis, citata Muliere in Actis fer. fer. productæ, & ex depositione jurata testium fer. fer. examinatorum, & in actis productorum, quæ proindè adversus eandem concludentem faciunt probationem, ex adduct. *in Tom. 1. par. 2. discept. 16. num. 22.* Attentis enim hujusmodi claris mendaciis omnium dictorum Testium, ratione individuitatis juramenti, sub quo deposuerunt, nullam omninò merentur fidem, ex communibus Juris principiis, de quibus *Rota Aven. dec. 33. num. 1. & 2.* ubi refert, & sequitur illud Virgilii *Crimine ab uno Disce omnes*, cum aliis, adduct. *in meis Instit. Crim. lib. 2. tit. 6. n. 23.*

86

87

88

89

Pro eo verò, quod spectat ad licentiam, obtentam ab Em. Pro Vicario, & directam Parocho SS. Salvatoris ad Montes, unà cum examine Testium, quod de more præcessit d. licentiam, responsio in promptu est, quod scilicet eadem licentia concessa fuit cum supposito, quod Parochus SS. Salvatoris esset proprius Contrahentium Parochus, ut ex illius lectura: Undè eodem supposito ex præmissis corruente, hujusmodi licentia nullius remanet efficaciæ, ex generaliter animadversis *in Tom. 1. par. 1 discep. 12 nu. 69.* & ex punctualiter firmatis per *Rot. in dict. dec. 45. num. 10. & 11. cor. Dunoz Jun.* ibi: *Cùm illa sit concessa cum supposito, quod d. Archipresbyter esset proprius Parochus Contrahentium &c. illa non potest extendi ad facultatem celebrandi matrimonium, cùm licentia non extendatur ultra petita, & in d. Neapolit. Matrim. 22. Junii 1705. §. Defensores cor. Em. Priol. & 26. Feb. 1706. §. Testium cor. eodem.*

90

91

Prætensa bona fides Mulieris non regit in facto, in quo ex supra animadversis remanet manifestum, quod in Curia Em. Pro-Vicarii non exhibuit fidem sui baptismatis, nec non adduxit falsos Testes ad probandum se esse Parochianum SS. Salvatoris, qualis in rei veritate non erat, & propterea, nedum retorquetur hujusmodi reflexio, sed vix concipi potest, qua ratione, quovè colore in Urbe Catholici homines accedere potuerint ad contrahen. magnum matrim. Sacramentum, cum adeo pessima fide, & post patratum grave falsitatis crimen, mediante examine Testium, quod esset vera Parochiana SS. Salvatoris ad Montes, in qua Parochia neque momento temporis habitaverat anteà, neque postea habitare volebat, ut in præcisis terminis pro exclusione bonæ fidei observat *Rot. in d. Neapolit. Matr. 26. Feb. 1706. §. Sublato cor. Priol.* Et tamen uno ore receptum est inter Doctores, quod in hac materia, in qua agitur de observatione formæ præcisæ, à Sacro Concilio Tridentino inductæ pro validitate matrimoniorum, nulla omninò habetur ratio, neque bonæ, neque optimæ fidei Contrahentium cor. Parocho non proprio, juxtà *magistralem dec. 308. cor Dunoz Sen.* quam sequitur *d. Rub in Addit. ad dec. 431. n. 35. & seq. part. 4. t. 2. rec.*

92

93

94

95

Subsequuta demum prætensa cohabitatio per dies 52. post contractum matrimonii, nihil omninò adderet illius validitati, quatenùs in facto probaretur; Eò quia posita nullitate matrimonii, uti contracti coram Parocho non proprio, talis cohabitatio probaret stuprum, non autem matrimonium, egregiè *Gig. in singular. de Matrim.* impressis *post ejus Consil. singul. 52. & 57.* cum aliis adductis *in meo Tract. de Matr. §. 27. n. 6. & plur. seqq* Et viva ratio hæc est, quia Concilium Tridentinum annullando matrimonia, contra formam ab eo præscriptam contracta, inhabilitat materiam, hoc est personas, aliter contrahentes, ut videre est in *sess. 24. de Ref. Matr. c. 1.* *Eò autem ipso* (sunt verba *Rot. in punctuali dec. 308. n. 3. & 4. cor. Dunoz Sen.*) *quod Ecclesia inhabilitat materiam, idest personas, aliter contrahentes, daretur accessus ad non suam contrà præceptum Divinum*, cum aliis llegatis in meo *Tr. de Matr. §. 17. n. 10. & 11. & in Replicat. seù fol. 128. num. 11.* quibus addo *Pasqualig. de Privil. constit. in mortis artic. qu. ultim. seù n. 9. n. 3. & per totam*; Et in terminis alterius Matrimonii per multos annos consumati, contractique cum longè majori bona fide, servatisque omnibus de Jure servandis in facie Ecclesiæ, sed coram Parocho non proprio, habemus casum solemniter decisum *à S. C. C. in Bovinen. Matr. 28 Sept. 1697.* ut videre *in Lib. 47. Decr. fol. 313.* quem refert etiam *Bertacchin Vot. dec. 145 num. 10.*

96

97

98

99

Obiter advertentes hìc, ex hac solida reflexione inhabilitationis materiæ, insubsistentiam alterius prætensionis mulieris, ut pendente lite super validitate matrimonii præstanda sint ei obsequia matrimonialia ex *cap. 2. Ut lit. pend. cap. Literas, & cap. Et conquestione de Restitut. Spoliat.* Quia omninò inhabilitatis personis, seù materia Sacramenti matrimonii, juxtà verba Concilii, si permitteretur præstatio obsequiorum matrimonialium, contra Divinum præceptum permitteretur mulieri accessus ad non suum Virum ut, præter supra adductos, notant *Sanch. communis in materia Matrimonii magister lib. 3 disp. 17. n. 4. vers. Et confirmabitur* ibi: *Undè Ecclesia reddendo materiam ineptam, Lex Divina est, ut non consistat matrimonium.*

100

101

Neque à remotissimis applicatur *Tex. in cap. 2. Ut lit. pend.* quia ibi nulla aderat controversia, neque circa materiam neque circa formam Sacramenti matrimonii, sed dicitur solum, quod, quando unus ex coniugibus accusatur de adulterio, ante probatam accusationem, aliter privari non debet sua possessione; Et meritò, quia nullum adest periculum peccati ex parte Conjugis innocentis; *Ille verò, qui est conscius impedimenti non debet exigere, nec reddere debitum*, ut dicit *Glos. Verbo Probatam*; Et ex eadem ratione neque etiam applicantur *Textus in cap. Ex conquestione, & cap. Literas de R. stit. spoliat.* Ultra quod in casu harum Decretalium mandatur, *restitutionem esse differendam quoties probationes nullitatis matrimonii offeruntur incontinenti paratæ*, juxta præcisos terminos nostri casus, in quibus illæ ex hucusque animadversis incontinenti palpantur manibus. Non omitto, quod specialè est in causis matrimonialibus, ut ad obtinendam possessionem probandus necessariò sit antecedens validus titulus, ex latè animadversis *per Barbos Vot. dec. 54 à n. 18. usque ad num. 43. Postb. de Manut. observ. 4. n. 4. & Rot dec. 25. n. 45 cor. Ludovis.* ibi: *Et essent probationes in promptu, deberet admitti, & retardari restitutio propter periculum animæ, & timorem, ne daretur cohabitatio illicita.*

102

103

104

105

Ex quibus solidè fundatis in Jure, & in Statuto Cleri Urbis, quod vim legis habet, utì à Summo Pontifice confirmato, prævia matura cognitione particularis Congr. *ex adductis supra à n. 19.* nullius remanent efficaciæ generales regulæ ex parte mulieris solitæ exagerari, eò quia ubi habemus legem claram, seù Statutum Cleri, literaliter decidens nostrum casum, & demandans, ut domicilium nunquam intelligatur translatum ad mutandam Parochiam, nisi effectivè, & realiter prior deseratur habitatio, frigescunt Doctorum authoritates, adductæ ad proban. contrarium, per ea, quæ notant adduct. *in dec. 214. n. 6. par. 16. rec.* quam sequitur *Ansald in addit. ad decis. 71. num. 14.*

106

107

Et tamen ad omnem abundantiorem cauthelam, respondendo omnibus ex parte Mulieris exagerari solitis, & contentis in Scriptura, ejus favore composita, & Typis impressa.

108

Non obstat 1. generalis regula, quod in dubio semper respondendum sit pro matrimonio, præcipuè quando illud consumatum fuit, ut in præsenti prætenditur, juxtà *Text. in cap. final. de Sent. & Re judic.* Tùm quia Nos non sumus in dubio, sed in claris, quod matrimonium contractum fuit coram Parocho non proprio, *ex hucusque animadversis*. Undè applicatur celebre *Consilium Camerarii*, impressum *post Consil. Zabarell. n. 53. ante finem*, ubi quod aliud est pro matrimonio in dubiis judicare, aliud verò, non probato illius valido contractu, stuprum in matrimonium convertere, cum aliis, à me *allegatis in Tract. de Matr. §. 6. nu. 3. & seqq.* quibus addo *Rot. in d.*

109

110

in d. *Neapolit. Matr. 22. Junii 1705. cor. Em. Priol.* ubi, quod in dubio validitatis matrimonii æquè favorabile est, & publico bono interest, ut Judices inclinent pro ea opinione, ut illa contrahantur juxtà formam, à Concilio Tridentino præscriptam. Tum etiam quia in omnem casum, dubium versatur circa substantialem formam, à Concilio Tridentino sub nullitatis pœna inductam, in quibus terminis non est locus suppletioni ejusdem formæ per æquipollens, seu per subauditos intellectus, & authoritatum detorsionem, sed eo ipso, quod præcisè, & punctualiter eadem forma servata non fuit, matrimonium nullo modo valet sustineri, ex adductis per *Barbos. de Paroch. cap. 21. num 61. Card. de Luc. de Matr. disc. 6. num. 4 & Rot. dec. 657. per par. 1. rec.* cum aliis, allegatis *in meo Tract. de Matr. §. 17. per tot.* Tum demùm quia sumus in terminis matrimonii, contracti cum evidenti falsitate Testium, adversus meram veritatem deponentium, Contrahentes habuisse domicilium in Parochia SS. Salvatoris ad Montes; In quibus circumstantiis in dubio potiùs inclinandum est contra matrimonium taliter contractum, ut in terminis advertunt *Gratian. discept. 849. num. 32. Barbos. Vot. dec. 19. à num. 81. usque ad finem Oliver. de Matrim. nullit. §. 1. fol. mihi 46. Marchand. Tribun. Sacram. post tom. 3. de Sacram Matrim. cap. 3. in fine Vers. Dixi fol. mihi 34.*

111 112 113

Non obstat 2. quod non desint Theologi, & Canonistæ, asserentes, pro validitate matrimonii sufficere habitationem in aliqua Parochia eo solo tempore, quo contrahunt matrimonium. Quidquid enim in hac, & in similibus quæstionibus per metaphysicas subtilitates dici possit in Scholis, ad acuenda ingenia, hodie in Urbe ex particulari Lege, seù Statuto Cleri definitum solemniter habemus, quod ad hunc effectum id nullo modo sufficiat, sed omninò requiratur desertio prioris domicilii, seù habitationis, sinè qua nunquam dicitur quis Parochianus illius Parochiæ, ad quam ad habitandum se contulit, ut videre est *in cap. 3. de Jur. elig. sepult. § 12. in Addition.* Cum qua particulari lege, non autem cum dictis subtilitatibus procedendum est ex adductis supra à *num. 14.*

114 115

Jure verò communi attento contraria opinio, nedùm magis communis est, atque in Supremis Tribunalibus quotidiè approbata ex adductis supra à *num. 11.* sed per viam legis generalis canonizata fuit à S. C. C. *in Romana 22. Februari 1631* ut videre est *in Lib. 14. Decret. fol. 390. à tergo*, ibi: *S. C. censuit, dandam esse declarationem in abstracto in forma sequenti, Vir, & mulier à loco suæ habitationis, absque animo illam relinquendi, discedentes, & ad locum alterius Parochiæ, solo animo ibi matrimonium celebrandi, non autem domicilium contrahendi, se transferentes, ubi coràm Parocho illius Loci matrimonium inter se contraxerunt, supplicatur per S. C. declarari, an hoc matrimonium sit nullum, vel validum, Sacra &c. secundum ea, quæ proponuntur, censuit esse nullum;* Et propterea contrarium prætendi hodiè nullo modo potest, minusque uti probabile exagerari, eo quia dicta resolutio uti præcisum casum individualiter decidens, habetur pro casu legis, & uti talis punctualiter servanda est, ex adductis per *Raynard. in Heteroclyt. Pietat. tom. 16. sect. 1. punct. 14. de Matr. Sacr. num. 12. fol. mihi 178* ibi: *Adversus illas recalcitrare non licet, quod fas est adversus aliorum Doctorum interpretationes*, cum aliis, allegatis *in Tom. 1. part 1. discept. 6. num. 64.*

116 117

Non obstat 3. quod *ad constituendum domicilium in aliqua Parochia non sit necessaria aliqua probatio habitationis materialis Contrahentium, sed satis est ostendere animum ibi permanendi, & vivendi, tanquam in domo habitationis*, juxta præcisa verba d. Scripturæ favore mulieris compositæ, & Typis datæ; Hoc enim forsan verum est respectu Angelorum, vel Spirituum cœlestium, pro quibus non requiritur probatio habitationis materialis; Cœterùm inter homines, & corporeos habitantes, ad probandum verum domicilium, nedùm requiritur probatio habitationis materialis, sed præter istam, requiritur ulteriùs animus deliberatus per tempus considerabile moram faciendi in loco, ubi vult constitui tale domicilium, cum effectiva in illo habitatione, quia si iste animus deficiat, habitatio materialis, quamvis vera, effectiva, & realis, dicitur habitatio asinina, & nullo modo apta est ad constituendum verum domicilium ex allegatis suprà à *num. 41. usque ad num. 44.*

118 119

Non obstat . quod animus contrahendi domicilium, nedùm *probari possit conjecturis, sed etiam & quidem meliùs factis; quæ sunt, quando quis animum suum declarat verbis, velle esse domiciliarium alicujus Loci*; Videtur enim in terminis implicare, quod animi declaratio, verbis facta, idem sit ac declaratio ejusdem animi, expleta factis, quæ omnia ipsismet Tyronibus nota sunt, eo quia tunc dicitur quis factis declarare animum suum, velle esse domiciliarium alicujus Loci, quando illud actualiter inhabitat, ex clara dispositione *Text. in leg. Domicilium 20. ff. ad Municipal.* cum aliis à me allegatis *in Instit. Crim. lib. 1. tit. 3. num. 33.*

120 121

Non obstat 5. quod eo ipso, quod quis se declarat velle habitare in certo loco, in instanti ibidem dicatur domicilium contrahere, absque lapsu alicujus temporis: Hæc enim omnia vera sunt, quando cum tali declaratione juncta sit effectiva desertio prioris domicilii, & actualis transmigratio ad secundum, juxtà terminos omnium authoritatum, quæ ad hoc probandum allegari possunt; Non autem procedunt, quando quis effectivè non relinquit prius domicilium, nec se confert ad habitandum in secundo, tunc enim nunquam acquirit domicilium in secunda Parochia, ex allegatis supra à *num. 11.* quibus addo magistralem *decis. 451. num. 2. & seqq. cor. Dunoz. Jun.* ubi in specie declarantur authoritates, quæ ex parte Mulieris allegari solent, & signanter *decis. 194 cor. Merlin.* duplicata *in par. 4. tom. 3. rec. la 629.*

122 123

Non obstat 6. quod non possit meliùs constare de animo mutandi domicilium, quàm per descriptionem, procuratam à Contrahentibus in Libris Parochi SS. Salvatoris, licèt post solitam descriptionem, quæ generaliter fieri solet ante festum Paschatis, eò quia per hujusmodi descriptionem, attestatam ab eodem Parocho, se declararunt subditos illius Parochiæ; Objectum enim procederet quando cum tali descriptione in Libris secundæ Parochiæ unitus fuisset animus relinquendi primam, & fixa voluntas moram faciendi in secunda, cum effectiva habitatione, In quibus terminis verum est, quod etiamsi aliquis post festum Paschatis effectivè deserat primam Parochiam, & se conferat ad habitandum in alia, seque in Libris ejusdem faciat describi, dicatur statim acquirere domicilium in secunda Parochia. Cœterùm sola descriptio in Libris secundæ Parochiæ nullo modo apta est importare acquisitionem veri domicilii, nisi effectivè relinquatur prior habitatio, juxtà legem expressam Statuti Cleri Urbis *Cap 3.* quam Parochi religiosè servare tenentur, illaque non servata, ut in præsenti in confesso est apud Partes, vanum est prætendere, ut dicatur acquisitum domicilium in secunda Parochia, ex supra animadversis à *num. 19.*

124 125

Non obstat 7. quod procedendum non sit in hac causa cum omni rigore, sed aliquid condonandum sit angustiis illis, in quibus positi fuerunt Sponsi, bona fide contrahentes matrimonium coram Parocho SS. Salvatoris, eo quia non fuit eis permissum illud coram propriis Parochis contrahere.

126

Cathegorica enim responsio in promptu est, quod scilicet hujusmodi prætextus prorsus inallegabiles sunt in præsenti, ex quo agitur de præcisa forma, à S. Conc. Trident. introducta, qua non adimpleta, actus omninò corruit *ex dec. 308. cor. Dunoz. Sen.* cujus casus circumstantiæ latè descriptæ *ab Adden. ad decis. 431. à num. 25. par 4. tom. 2. rec.* & reassumptæ *in meo Tract. de Matrim. in Replic. num. 29. & seqq. fol. 134.* non possunt esse magis stringentes, magisquè præcisæ, unà cum optima fide Contrahentium, cujus oppositum verificatur in præsenti, & juxtà punctualiter pariter firmata *in dec. 82. num. 5. coram Urag.* ibi: *Dum Concilium Tridentinum præsentiam proprii Parochi pro forma requirit, & matrimonia aliter contracta irritat, & annullat, nulla potest dici adesse bona fides, forma neglecta, & non impleta, quia, illa non servata, actus in esse non producitur, & in Neapolit. Matrim. 26. Febr. 1706. §. Sublato cor. Em. Priol.* ubi declarantur omnes Authores, cit. pro parte Mulieris, & ad rem subjungitur his verbis: *Bona fides inducitur ex aliquo probabili errore, ut puta si ratione vicinitatis confinia essent incerta, & similia, non autem à dolo, & machinatione Partium, quæ illis nunquam prodesse debent.*

127 128 129

Et in durioribus terminis matrimonii, nedum contracti bona fide sed ex præcisa necessitate, vel quia Parochus esset hæreticus, vel quia esset profugus à sua Parochia, vel quia Ecclesia carebat suo Pastore, habemus decisum à Sacr. Congreg. Conc. cum approbatione Sanctiss. quod tale matrimonium nullum sit, non attenta bona fide Contrahentium, & nulla habita ratione necessitatis, ex quo illud aliter contrahi non posset, ut videre est in *Lib. 2. Decr. fol. 31. lit. E.* ibi: *An sit pro matrimonio judicandum, si duo contraxerunt ex libero consensu utriusque coram Parocho alieno, propterea quod, vel eorum Parochus esset publicus hæreticus, vel profugus, vel quia Ecclesia carebat suo Pastore, Sanctissimus ex Sententia Congregationis declaravit, judicandum esse contra matrimonium.*

130 131

Cæterùm Ego, fateor ingenuè meam imbecillitatem, nescio perci-

percipere, ubinam in nostris terminis fundentur hujusmodi insuperabiles difficultates? Aut enim somniata hæc impedimenta timebantur de Jure, ex quo proprius Parochus non viderat fidem ejus baptismi, quam Mulier tenebatur exhibere, vel ex quo non probaverat ejus statum liberum per annos quatuor, quibus in ætate nubili permansit in Patria, vel quia aliquod aliud requisitum Instructionum SS. Inquisitionis non servaverat, & hujus respectu de se ipsa conqueri debet. Aut verò timebantur de facto impedimenta propriorum Parochorum, ex aliquo insubsistente motivo, & in istis terminis æquè legale, ac promptum remedium docent innumeri illi Authores, quos sequutus fui in meo *Tract. de Matrim.* §.16. *num*.4. *& seqq.* ut scilicet habeatur recursus ad Superiores, qui possunt, & debent cogere proprios Parochos, ut matrimoniis suorum Parochianorum intersint, vel alios Sacerdotes illorum loco subrogare solent; Aut demùm timebantur à Consanguineis Viri, ex quo Joanna nullos habet in Urbe, & æquè promptum aderat remedium à Sacr. Congreg. Concil. approbatum *in Ferrarien Matrim. anni* 1600. de qua *in Lib.* 9. *Decret. fol.* 87. & in Urbe in praxi frequentatum, illud nimirum secretò contrahendo coram solo Parocho, & duobus Testibus amicis, vel consanguineis, prævia dispensatione denunciationum matrimonialium; Ex quibus remanet manifestum, quod prætextus difficultatum in contrahendo matrimonio coram propriis Parochis est undique frivolus, æquè idealis, & prorsus insubsistens.

In omnem verò casum, quocumque modo fingantur hujusmodi impedimenta, non de Jure, sed de facto, quod videtur prorsus insubsistens, cùm ad valorem matrimonii non requiratur Parochi voluntas, sed sola intelligentia, talis tamen naturæ, ut possit esse testis contracti matrimonii, ut his verbis observat *Card Pallav nell'Istor. del Conc. lib.* 22. *cap.* 8. *num* 14. *Non fà bisogno al valore del matrimonio, che ne il Vescovo ne veruno de Parochi, presti autorità, o consenso, basta, che in sua presenza, etiandio à suo dispetto l'Uomo, e la Donna con l'intervento di due altri testimonii esprimano la volontà di sposarsi* vim vi repellendo, poterant iidem sponsi matrimonium validè contrahere, quando Parochi, parati ad dicendum Missam, accedebant ad Altare, juxta casum in quo scripsit *Card de Luc. de Matrim. disc.* 2. *num.* 1. & adest *dec. Rot* 431 *coram Royas*. Vel quando Missam dicentes, conversi ad Astantes dicebant: *Orate fratres*, juxtà casum, decisum à S.C.C. *in Taurinen. Matrim.* 27. *Novembris* 1697. Vel in actu elevationis SS. Sacramenti juxtà casum *decis. Lusitan.* 4. *par.* 1. *Themud.* sequuti *à Raynald. tom.* 2. *ad cap.* 2. *in supplet.* 2. *num.* 14. Vel quando permanebant in Sede confessionali, juxtà casum decisum *à Rot in Romana Matrim.* 4 *Februarii* 1697. *coram Ursino*; Vel quando moram de nocte domi faciebant, illos à porta exteriori vocando, seu tintinabulum pulsando, juxtà casum, resolutum à *S.C.C. in Romana Matrim.* 6. *Augusti* 1712. *lib.* 61. *Decret. fol.* 236. Vel quando, inchoata jam Missa legebant sacrosancta Dei Evangelia, juxtà casum resolutum à *S.C.C. in Amerina Matrim* 15. *Decembris* 1714. & 12. *Jan.* 1715. *lib.* 64. *Decret fol* 437. & *lib.* 65. *fol.* 71. Vel quando Parochi, aliud agentes, etiam à longè vident unum ex contrahere volentibus matrimonium, & alter eidem dicit: *Padre Curato quella là è mia moglie*, juxtà casum, decisum *à Rot. in Placent. Matrim.* 25. *Martii*, & 28. *Novemb.* 1715. *cor. Eminentiss. Scotto*; Circa quas decisiones vide ea, quæ dixi *in tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 31. §. *per tot.* Vel quando prætextu moribundi vocantur Parochi ad eidem assistendum, & deindè inclusi in cubiculo, à quo exire non possunt, coram ipsis, & duobus Testibus Contrahentes eorum consensum exprimunt, juxta casum, resolutum *à S. C. C. in Giennen.* 26. *Julii* 1582. quàm per extensum refert *Petr. Ledesm. de Matrim. quæst.* 45. *art.* 5. *dub* 2. *vers. & alia fol. mihi* 202. Vel quando per eorum Parochias ambulantibus Parochis, Vir coram Testibus eis dicat. *Questa è mia Moglie*, & è contra dicat Mulier: *Questo è mio Marito*, juxtà casum, resolutum *à S.C C. in Sarzanen.* 15. *Februarii* 1648. *lib.* 18 *Decret fol.* 152. Vel quando de sero redeuntibus Parochis ad eorum Domos, Sponsi illos expectantes, antè januam coram Testibus eis dicant: *Vedete questa è mia Moglie, e Vedete questo è mio marito*, juxtà casum, resolutum *à S.C.C. in Patavina* 11. *Maii* 1669. *lib.* 26. *Decret fol.* 227. *à tergo*; Vel vocando Parochum in domo tertiæ personæ positæ extrà Parochiam, ad hoc, ut nullam habeant difficultatem accedendi, juxta casum, resolutum *à S.C C. in Tolentina* 28. *Novembris* 167 . *lib.* 27. *Decret. fol.* 260. Vel in propria Domo Parochum sub aliquo prætextu vocando eoque vi retento, nè discederet consensum coram ipso, & duobus Testibus aperiendo, juxtà casum, resolutum *à S C C in Venetiarum* 11 *Martii* 1673. *lib.* 28. *Decret fol* 41. Vel propalando, proprium consensum in Ecclesia per quam Parochus deambulabat, juxtà casum resolutum *à S.C.C in Bojanen.* 6. *Julii*, & 24. *Augusti* 1680. *lib.* 31. *Decret. fol.* 152. & *fol.* 207. Vel Parochum per brachium retinendo, nè discederet antè consensus propalationem, juxtà casum, resolutum à *S C.C. in Comen. Matrim.* 2. *Junii* 1674 *lib.* 28. *Decret fol.* 312 Vel quocumque alio modo Parochos vi detinendo ad audiendum consensum, juxta casum, resolutum in *S.C.C. in Ruremunden Matrim.* 23. *Augusti* 1681. *lib.* 32. *Decret. fol.* 461 Potera demùm Mulier matrimonium liberè contrahere coram Parocho proprio per Epistolam, ab ea scriptam, & præsentandam eidem Parocho, coram Viro, & duobus Testibus, juxtà casum, in quo scripsit *Card de Luc. de Matrim. disc.* 16. *per tot.* resolutum à Sac. Congreg. Concil. pro valido *in Romana Matrim. diebus* 17 *Junii*, & 30. *Septembris* 1673. ut videre est *in lib.* 28. *Decret fol.* 110. & *fol.* 184.

Omniumque præmissorum illa adduci solet stringens ratio, quod nil refert quomodo, an scilicet vi, dolo fraude, vel alio artificio, Parochus præsens sit matrimonio, dummodò taliter intelligat Contrahentium consensum, ut possit esse Testis Ecclesiæ contracti matrimonii, eo quia non illius voluntas, sed sola intelligentia necessaria est, quæ haberi potest etiam ipso invito, juxtà *Text. in leg. Coram Titio ff. de Verbor signific.* ibi: *Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat, &c. Scire autem, non etiam velle is debet, nam & invito eo rectè fit, quod jussum est*, quem Textum in nostris terminis sequuta est *S.C.C. apud Pont. de Matrim lib.* 5. *cap.* 21. *num.* 5. *Addit. ad Buratt. decis.* 713. *num.* 11. & *Pignatel consult.* 79. *num* 19. *lib.* 5. Nec non sequuta pariter fuit *Rot. decis.* 375. *num* 9. *par.* 11. *recent* cum aliis allegatis in meo *tract. de Matrim.* §. 11. *n.* 9 Nec desunt Teologi, qui videri possunt in *tom.* 1 *part.* 2. *discept.* 3. *num.* 86. asserentes, in casibus irrationabilis recusationis Parochorum assistendi matrimoniis, permissum esse illos dolosa æquivocatione adducere ad assistendum, dummodò tamen non inferatur vis eorundem Parochorum personis.

Non obstat 8. quod de Jure, non sit necessaria desertio prioris domicilii ad acquirendum secundum in alia Parochia. Ultra quod enim hoc Jure communi attento, non subsistit, quando quis non habitat pro æquali parte anni in utraque Parochia, ex adductis suprà *à num.* 21. strictè dicimus, quod præsens casus evenit in Urbe, in qua adest specialis lex, quod sine desertione prioris domicilii nunquam dicitur acquisitum domicilium in secunda Parochia, cum qua lege procedendum est ex animadversis suprà *à num.* 14.

Non obstat 9. quod dd. magistrales decis. *in Neapolit. Matrim. coram Eminentiss. Priol.* sæpè suprà citatæ, non sint applicabiles præsenti controversiæ, eò quia in illarum casu verificabantur duo impedimenta dirimentia, raptus nimirum, & error qualitatis, redundans in errorem personæ. Non potest enim meliùs demonstrari insubsistentia hujus voluntarii subterfugii, ad evitandam applicationem dictarum punctualissimarum decisionum, quàm illas recognoscere; Ex illarum enim sola, & simplici lectura remanet manifestum, neque per umbram id verificari; Itaut remaneat in rei veritate imperceptibile, quomodo ex parte Mulieris serena fronte adduci potuerint dd. responsiones, nullum habentes à parte rei fundamentum, & applicatur contrariæ gratuitæ responsioni nobilis illa animadversio *Sancti Athanasii* sequuti *in meis Instit. Crimin lib.* 4 *tit.* 8. *num.* 123. ibi: *Nimis falsa non sunt refellenda, ne habita fuisse credibilia videantur.*

Non obstat 10. quod matrimonium, ubi contractum cum licentia Eminentiss. ProVicarii, omni Jure validum sit, etiamsi Parochus SS. Salvatoris non fuerit proprius. Ultra enim ea, quæ adversus hoc objectum diximus suprà *à num.* 90. strictè subjungimus, quod eadem licentia in nostris terminis nullatenùs apta est efficere, ut matrimonium, illius vigore contractum, validum sit. Ad quod manibus palpandum duo casus sunt distinguendi; Primus, qui non est noster, quando à Superiore eadem licentia conceditur illi, qui de Jure talem non habet facultatem assistendi matrimoniis, & tunc illa abusivè solùm appellari potest licentia, sed in rei veritate dicitur, & est propriè delegatio, eò quia per illam Delegato attribuitur facultas, quæ ei de Jure non competebat. Quæ ita concipi solet: *Deputamus suprà dictum Parochum ad supradictum effectum in locum proprii Parochi, ex justis causis animum nostrum moventibus*, juxtà casum similis delegationis die 1. Aprilis 1691. concessæ Parocho SS. XII. Apostol coniungendi in matrimonio C. A. L. & V. T. Parochianos S. Mariæ Super Minervam. Secundus casus est, quando eadem licentia conceditur habenti à Jure facultatem

tem assistendi matrimoniis propriorum Parochianorum, & tunc posito, quod idem Parochus in rei veritate non sit proprius volentis contrahere matrimonium, non obstante tali licentia, istud innegabiliter nullum est, ex adductis per *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 1. *num.* 5. ibi: *Ideoque exindè inferri* 159 *non poterat ad delegationem aliquam jurisdictionis, vel potestatis, aliàs non competentis, cùm revera hæc non esset delegatio, sed solùm remotio obstaculi, pro cautela, sive pro indemnitate ejusdem Parochi, ne aliàs incurreret pœnas, ab eisdem Decretis inflictas, non autem, ut id percuteret substantiam, seu validitatem matrimonii, quotiès ille non esset proprius Parochus, seu quod aliud canonicum impedimentum obstaret*, & concordant adducti per *Rot. in dict. Neapolit. Matrim.* 21. *Junii* 1705. §. *Defensores*, & 26. *Februarii* 1706. §. *Tertium coram Eminentiss. Priol.*

Stringens autem ratio hujus communissimæ distinctionis hæc est, quod cùm voluntas, ut Philosophi dicunt, sit potentia cœca, inde sequitur, quod nunquam feratur in incognitum, ex adduct s per *Rot in Novarien. Pensionis* 34. *Martii* 1710. §. *Confessio coram Falconer.* Et consequenter cum 160 Eminentiss. Pro-Vicario, concedenti d. licentiam, nota non esset necessitas delegationis, eo quia fuit illi suppositum, quod Parochus SS. Salvatoris ad Montes erat proprius amborum Contrahentium, cessat in radice talis potestas ex claro defectu voluntatis concedentis, egregiè *Rot. in sæpè cit. Neapolit. Matrim.* 22 *Junii* 1705 *in fine coram Eminentiss.* 161 *Priol.* ibi: *Cùm delegatio sit actus voluntatis, iste adesse non potest sine voluntate Delegantis*, & concordat *Tondut. quæst benefic part.* 3. *cap.* 151. *num.* 1.

Videmus hoc practicari in alio duriori casu, quandò scilicèt Matrimonium contrahitur coram Sacerdote extraneo, 162 qui ignorat, se habere licentiam à proprio Parocho, quam re vera habet, prout etiam ignorat talem facultatem unus ex Contrahentibus; In his enim casibus ex dicto defectu scientiæ, seù cognitionis propriæ facultatis Matrimonium est nullum, juxtà oraculum *S. C. C. Nullius* 8. *Aprilis* 1628 *lib.* 13. *Decret fol.* 435. ibi: *Supplicatur humiliter à S C. declarari, an* 163 *Matrimonium, contractum coram Sacerdote extraneo, qui habet licentiam à proprio Parocho unius ex Contrahentibus, sed ignorat, se habere illam, prout etiam ignorat unus ex Contrahentibus sit validum Sacra &c. censuit, Matrimonium contractum cum supradicta ignorantia non esse validum.*

Non obstat 11. quod in omnem casum Matrimonium, de quo est quæstio, substineatur ex eo, quod Joanna, utì vaga, illud contrahere poterat coram quocumque Parocho. Est 164 enim nimis curiosum, & æquè ideale speciosum istud adinventum, ad probandum, quod Mulier esset vaga, ex quo *ad petitionem consanguineorum Dominici detrusa fuit in Conservatorium S Honuphrii, & ab illo egressa expulsa fuit à Parochis de una ad aliam Parochiam, quin tuta remaneret in ultima S. Mariæ in Campo Carleo, cujus Parochus exilium ab ipsa minatus fuerit Joannæ, quæ, attentis prædictis, considerari potest tanquam vaga.* Omnia enim hæc nullam omninò habent subsistentiam in facto, mihique asseritur esse somnia vigilantium, & entia rationis, & æquali insubsistentia labo-165 rant in Jure, eò quia juxtà dispositionem *Sac Concil. Trident. sess.* 24 *de Reform. Matrim. cap.* 7. ad nostrum effectum vagi dicuntur illi, qui incertas habent sedes, & improbi sunt ingenii, quorum proindè respectu injungitur Parochis ab eodem Sacrosancto Concilio, ut illorum Matrimoniis non intersint, 166 nisi priùs diligentem inquisitionem faciant circa eorum statum, & qualitatem; Prætereà ex *Instruct. Congreg SS. Inquisit.* §. 8. *vers. Si contrahentes sint vagi*, habetur formulam concedendi licentiam pro vagis, longè diversam esse ab alia, quæ expediri solet pro illis, qui vagi non sunt, & fixum habent domicilium in aliqua Parochia; Videtur proindè imperceptibilis prætensio, ut Joanna incertam habuerit sedem, dùm fixè permanebat in Urbe in determinata Domo, utì propria Parochiana à multis mensibus adnotata in Libris certæ Paro-167 chiæ, nempè S Mariæ in Campo Carleo, quæ omnia superlativè probata remanent ex jurata attestatione illius, qui eidem Joannæ mansionem in proprio Appartamento locavit à mense Martio 1716. *dalla quale non è da detto tempo sino al presente giorno* (hoc est die 17 Octobris ejusdem anni 1716. quo dd. attestationes fecit) *mai partita, ne andata mai ad abitare etiam per pochi giorni in altra Casa*, juxtà præcisa verba juratæ attestationis ejusdem Domini Appartamenti, ejusque Uxoris, & filii; Et quod magis est, adduxit falsos Testes ad 168 probandum fixè, & permanentèr habitare etiam in alia Parochia, in qua asserit ulteriùs mansionem conduxisse; Itaut illius Defensores prætendant, eam habuisse duplex domicilium. Poterat proindè hujusmodi prætextus qualitatis personæ vagæ congruentiùs omitti, & in hac parte Defensores ejusdem mulieris, in illo insistentes, excusari possunt ver- 169 bis illis *Pellegrin in Prax. Vicarior. fol.* 438. *sub num.* 29. *Sed certè excusari meretur Dominus meus, quia hæc dixisse noscitur, non voluntariè, sed potiùs extrema necessitate, ob defectum Juris & inopiam rationum.*

Non obstat demum, quod, in omnem casum, posita ex his evidenti nullitate Matrimonii, semper cogendus esset Dominicus ad illud in facie Ecclesiæ fer. fer. coram proprio Parocho contrahendum, cum Joanna, quam sub Matrimonii fide cognovisse prætenditur, eo quia Matrimonium co- 170 ram non proprio Parocho contractum, resolvatur in Sponsalia, quæ omni Jure teneantur effectuare Sponsi. Hæc enim est inspectio hodiè nimis extranea à præsenti controversia, restricta ad validitatem Matrimonii, ut supra contracti, & proindè post declaratam nullitatem ejusdem Matrimonii, poterit eidem contrariæ petitioni, seù instantiæ congruè responderi.

Non omittens interim hìc observare, quod diversitas, seù contrarietas exceptionum, quæ adducuntur ex parte Mulieris, quarum una aliam destruit, neque inter se compatibiles 171 sunt; Quod scilicèt Matrimonium substineatur ex eo, quod Parochus SS. Salvatoris ad Montes erat ejus Parochus proprius; Quod substineatur ratione duplicis domicilii; Quod validum sit vigore licentiæ Eminentiss. Pro-Vicarii, qui poterat facultatem dare eidem Parocho, quamvis non esset proprius ejusdem Mulieris; Quod illa, utì vaga, contrahere poterat coram quocumque Parocho; Quodque demum Matrimonium, de quo est quæstio, utì nullum ex defectu præsentiæ proprii Parochi, adhuc resolvatur in Sponsalia, quorum vi- 172 gore Dominicus cogi debeat ad illud fer. fer. contrahendum in facie Ecclesiæ; Digito ostendit quàm insubsistens, quamvè frivola si prætensio ejusdem Mulieris, quæ pedes figeret in uno ex dictis motivis, si in facto haberent subsistentiam, ut perbellè observavit in nostris præcisis terminis *Rot. in dict. Neapolit Matrim.* 26. *Februarii* 1706. §. *Tertium coram Eminentiss. Priol.* ibi: *Ista variatio defensionum, inter se contraria-* 173 *rum, demonstrat, quod Scribentes nesciunt, ubi figere pedes, quia si domicilium acquisivisset Lucia &c in Parochia omnium Sanctorum, Parochus non indiguisset licentia, & dum substinere volunt Matrimonium in vim prædictæ licentiæ, fatentur non fuisse proprium Parochum.*

Perstringendo igitur omnia hucusque animadversa, res esset pessimi exempli validum declarare matrimonium ratione domicilii contractum in illa Parochia, in qua Contrahen- 174 tium, nomina ex ipsorum culposo facto, & operationibus omnibus omninò Parochianis prorsus ignota sunt, & in qua neque temporis momento habitarunt iidem Contrahentes, itaut neque etiam applicentur termini moræ hospitis, vel habitationis asininæ, dum iidem Contrahentes publicè, & palam retinuerunt priorem habitationem, seù domum, ab 175 eis antea inhabitatam in prima Parochia; Sed inaudito exemplo prætenditur validitas talis matrimonii ex eo solùm quod respectu Viri ab ignoto homine, ipsius affectato, & confìcto nomine pro usu unius mansionis soluti fuerint sex miserabiles julii titulo pensionis pro unico mense, cum falso supposito, quod ibidem habitare debebat exterus juvenis, qui nunquam vidit exteriores muros dictæ mansionis; Respectu verò Mulieris prætenditur acquisitum domicilium in secunda Parochia, ex eo, quod habiti fuerint generales discursus absque aliqua conclusione pro conductio- 176 ne alterius mansionis, in qua debebat habitare eadem Mulier, quæ nunquam vidit viam illam, in qua eadem mansio sita est.

Si modus iste, in hac causa excogitatus, canonizetur pro apto ad acquirendum domicilium pro validè contrahendo matrimonio coram Parocho secundæ Parochiæ, non solùm non servaretur in Urbe, punctualitate, Papalibus legibus omni Jure debita, solemne illud Decretum, à prædicta Congre- 177 gatione multorum S. R. E. Cardinalium, & insignum Prælatorum emanatum, & à SS. D. N. specialitèr approbatum, quo fuit definitum, domicilium à prima ad secundam Parochiam tunc intelligi translatum, quoties quis priorem deserit habitationem, & aliò effectivè se transfert ad habitandum, aperiretur spatiosa via polygamiis, daretur fomentum fraudibus, & deceptionibus; Et quod magis est, sunt verba *Seguræ in Director. Judic Eccles. part.* 2 *cap.* 8. *num.* 50. relat. 178 *in Tom.* 1 *part* 2. *discept.* 1. *n.* 298. *Maximoperè perpendendum est, ne detur aditus ad fraudandum hoc sanctissimum Decretum quia ex hoc contrahendi modo adhuc incommoda, & pericula omnia, quæ ex clandestinis conjugiis antè Concilium oriebantur, nunc oriri possent.* Et concordat *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 16.

disc. 16. num. 22. ibi: *Aliàs etenim nimium de facili antiqua clandestinitatis inconvenientia, ita Mundo restituerentur, dictumque Conciliare Decretum, cum adeo magna discussione, & maturitate editum, elusorium, ac ideale remanebit.* 179

Ex quibus simul junctis, omnibusque maturè pensatis, usurpando phrasim magni *I.C. Decii in cons.* 374. *num.* 50. si Judex essem ita constanti animo judicarem. 180

Dum hæc imprimuntur causa pendet adhuc indecisa. Vide in eadem Causa *Discept.* 19. *part.* 1. *tom.* 3.

DISCEPTATIO XI.

Romana Præcedentiæ.

Ad petitionem aliquorum Religiosorum M.O.R. Sancti Francisci.

ARGUMENTUM.

Præcedentia inter Religiosos Reformatos Cismontanæ Familiæ Sancti Francisci, quomodo regulanda sit in Provincia Romana.

La S. M. di Urbano VIII. l'anno 1634. alli 23. di Agosto con una sua Constituzione, che comincia *Inter gravissimas*, impressa *nel Bollar. tom.* 5. *Constit.* 185. di moto proprio ordinò, che in tutta la Riforma, la quale di quel tempo non era ancora divisa in Provincie, mà solamente in Custodie, terminati gl'Officii, nessuno godesse precedenza di sorte alcuna, eccettuati quelli, che fossero stati Ministri Generali, ò Commissarii Generali di questa Cismontana Fameglia. 1

Susseguentemente lo stesso Sommo Pontefice Urbano VIII. doppo cinque anni, cioè l'anno 1639. con altra Constituzione, che comincia *Injuncti in d. Bollar. tom.* 5. *Constit.* 240. doppo aver'erette tutte le Custodie de' Reformati in altrettante Provincie, ugualmente di moto proprio espressamente comandò, che li PP. Riformati si dovessero governare con li soli Statuti della Riforma; In esecuzione della quale Constituzione, nella Congreg. Generale, celebrata in Roma l'anno 1642. alli 7. di Giugno, essendo stato in essa Presidente la f. m. del Sig. Card. Franc. Barberini seniore, da molti de' primi PP. di tutta la Riforma, specialmente deputati, furono fatti li Statuti, con li quali si dovessero governare tutti li Riformati Cismontani, come in fatti sempre si sono governati, & oggidì ancora con somma pace si governano, e doppo esser stati in forma specifica confermati, furono poscia pubblicati, come osserva *il Gubern. in Orbe Seraph. tom.* 4. *fol.* 87. 2 3

Frà gl'altri Statuti fù fatto ancora quello delle precedenze, come riferisce *d Gubern. ubi suprà fol.* 108. Perciò il medesimo Sommo Pontefice Urbano VIII. volendo l'osservanza inviolabile di detti Statuti, per la conferma de' quali nella forma specifica era stato supplicato a nome di tutta la Riforma dal P. Commissario Generale Benigno di Genova M.O.R. quale oltre l'essere stato eletto nel 1618. Ministro Generale di tuttto l'Ordine, & immediatamente doppo il Generalato per l'Indulto Apostolico, atteso il zelo serafico, con cui governava, Commissario Generale nel 1625. indi era stato nel 1639. rieletto Commissario Generale, e nel 1642. confermato nell'istesso Officio da'Padri Vocali di tutta la Cismontana fameglia, con dispensa Pontificia, riflettendo, che l'ordine delle precedenze stabilito non concordava con la Constituzione sudetta *Inter gravissimas*, derogò a qualsivoglia Constituzione contraria, con un'altra Constituzione, fatta li 22. Decembre dell'istess'anno 1642. che comincia: *Aliàs pro Congregatione*, & in essa espresse, come, e quale dovesse esser frà Riformati la precedenza nel *§.* 1. *Cùm autem*, e nel *§.* 3 *Quinam autem*, come nel *Bollar. tom* 5. *Constit.* 293. 4 5

Quest'ordine di precedenza fù subbito abbracciato da tutte le Provincie Riformate, a riserva di quelle di Venezia, e di Brescia, & in tutte si è pratticata sempre, e si prattica ancor'oggi, senza il minimo disturbo, overo inconveniente. Solamente in questa Provincia Riformata Romana, doppo essersi esattamente osservata con tutta pace, per lo spazio d'anni 23. cioè dal 1642. fino all'anno 1665 alli 23. Decembre di d. anno 1665. fù tolta via dalla S.M. d'Alessandro VII. con una Constituzione, che comincia: *Pastoralis*, nel *Bollar. tom.* 6. *Constit.* 168. derogatoria di quella di Urbano VIII. la *Constit.* 293. per esserne stato supplicato dal Ministro Provinciale, & altri PP. di Provincia di quel tempo, sotto il palliato pretesto di umiltà, ma in realtà per non veder'aggregato frà loro un certo P. Pietro di Marsèglia, quale dal medesimo Sommo Pontefice avea estorto il titolo di Paternità, della quale forse non lo stimavano degno, come possono attestare li Religiosi di quel tempo, ancor'oggidì viventi, essendone pubblica voce in tutta la Provincia. Durò però poco l'esatta osservanza di tale Constituzione Alessandrina, atteso che li Padri Definitori, in nome de'quali ancor'era stata fatta la detta supplica, ma senza loro consenso, & altri Religiosi graduati, quali aveano interesse in simil causa, non avendo avuta parte veruna nell'istanza, fatta dalli soli PP. di Provincia, fatto ricorso allo stesso Sommo Pontefice Alessandro VII. dalla Sag. Congreg. della Visita, con l'approvazione del medesimo Sommo Pontefice sotto li 3. Marzo 1666. coll'unico, e preciso motivo di conservare la pace, e carità trà li Religiosi graduati, ibi: *Ad pacem, charitatemque inter Fratres conservandam*, ottenero una nuova serie di precedenza, quale si legge in calce della d. Constituzione *Pastoralis in fin. § Ad evitandos*, nel *tom.* 6. *del Bollar. Constit.* 168. 6 7 8

Solamente li PP. di Provincia, e li Lettori attuali di Sag. Teologio, rimasero privi di quella precedenza, che concedeva ad essi lo Statuto della Riforma, il che fù causa di molti disturbi, per ovviare a quali P. Vic. Provinciale Angelo di Naro nel 1674. assegnò a dd. PP. di Provincia in Refettorio una mensa particolare, che fù poscia levata a medesimi per l'osservanza di d. Constituzione Alessandrina, com'è notorio nella nostra Provincia.

Non ostante però questa Constituzione, si è concessa sempre nel Refettorio di S. Francesco a Ripa, & in ogn'altro luogo, e fonzione pubblica, la precedenza, ordinata dal citato Statuto, e dalla S.M. di Urbano VIII. alli Esprocuratori Generali, & a gl'EsDefinitori Generali, quando vi sono stati, & alli Provinciali attuali d'altre Provincie, venuti in Roma, & alli Segretarii Generali, benche non siano compresi nella dichiarazione della Sag. Congeg. della Visita Apostolica. 9

Sicome è stato parimente concesso alli Segretarii di Curia, e della Provincia, ed a Lettori di Sagra Theologia in San Francesco a Ripa, & in San Pietro Montorio a Lettori di Controversie, e di Lingua Arabica, come ancora alli Procuratori delle Missioni, a titolo di comodità, un luogo pacificamente goduto, benche non siano compresi in detto decreto dalla Congreg. della Visita. Non potendo gl'Esprovinciali della Provincia Riformata Romana soffrire questa difformità, hanno havuto più volte ricorso, per ottener'ancor'essi, con la moderazione del Breve Alessandrino, quella precedenza, che godono nell'altre Provincie gl'Esprovinciali, in virtù de' Statuti della Riforma, specialmente approvati, come sopra, da Urbano VIII. 10 11

Finalmente essendo Provinciale il P. Deodato di Roma; poi V.C. Generale di tutta la Riforma, col consenso del Sig. Card. Spada allora Protettore, e con l'approvazione del fù P. Varese EsCommissario Generale di tutta questa Cismontana Fameglia, nel 1705. supplicò in nome proprio, e de' Padri di Provincia per la detta grazia la Sag. Congreg. de' Vescovi, e Regolari, quale, inteso il parere del P. Giov. Antonio di Palermo, Commissario Generale di quel tempo, rescrisse: *Exquiratur Votum proximi cap. Generalis*. 12

Si quietarono tutti li Ricorrenti per tal rescritto, supponendo, che fosse per celebrarsi nell'anno seguente 1706. il Capitolo Generale, già intimato per quell'anno. Mà perche per le vicende del Mondo si prolungava detto Capitolo Generale, già intimato (e Dio sà quando sarà per celebrarsi) li Padri Esprefetti delle Missioni, & altri Missionarii della stessa Provincia Riformata Romana ricorsero alla Sag. Congreg. de Propaganda Fide, e questa ad esempio della Sagr. Congreg. della Visita, qual'avea decretato, che li Definitori godessero la precedenza, non ostante il citato Breve Alessandrino, si compiacque anco dichiarare, ch'agli Padri Esprefetti, & EsMissionarii non ostava il medesimo Breve, per goder ancor'essi detta precedenza nella Provincia Riformata Romana quale rescritto fù puntualmente fato esseguire dal Padre Varese, allora Vice Commissario Generale. 13 14

Intesa tal dichiarazione, li Padri Esprovinciali, siccome ne'tempi de'loro governi non hanno mancato, per quanto li è stato possibile, di adempire in tutto, e per tutto la pia intenzione della detta Sagr. Congreg. con aver'sempre procurato di puntualmente esseguirne gl'ordini, e venerarne le risoluzioni, acciò le Sante Missioni via più si aumentassero, così ancora per il dovuto riguardo, che ad ogni ri o lo protestano alla stessa Sag. Congreg. non hanno fatta, ne fanno veruna opposizione alli Padri Esprefetti, e Missionarii, conoscendo benissimo, e confessando con ogn'ingenuità, che in avvenire più d'uno de'Religiosi di detta Provincia Roma- 15

Romana di talento, & abilità, adattate alle Sagre Missioni, s'indurrà con facilità maggiore ad abbracciarle, allettato da quel poco premio, ch'è sicuro di poter godere nel suo ritorno, quando avrà finito il tempo prescrittogli: Qual premio suol dare motivo d'operare con maggior fervore anche a persone di segnalata santità, come di Mosè lasciò scritto *S.Paol. ad Hebr.* 11.26. con queste parole: *Aspiciebat enim in remunerationem*, e *David* affermò di se stesso nel *Salm.* 118. 112. *Inclinavi cor meum ad faciendas justificationes tuas propter retributionem.*

16

Hanno bensì li medemi PP. Esprovinciali della Provincia Romana supplicata la Santità di N. S. acciò si degnasse per l'uniformità di tutta la Provincia in se stessa, e per la consonanza con tutte le altre della Riforma, rimettere generalmente la precedenza, ordinata da Urbano VIII. *nella Constit.* 193. non ostante, che nel 1634. avesse tolta di mezzo ogni precedenza, mediante *la Constit.* 185. e sperano di esser essauditi dall'EE. VV. specialmente a quest'effetto deputate dalla Santità di N.S.

Perche trattasi di precedenze *per viam legis* prescritte ne' Statuti generali della Riforma, come si può riconoscere nel *cap.* 8. §. 32. *de Præced num* 5. quali essendo stati compillati da persone di tutta bontà, umiltà, perfezione Religiosa, e zelo della loro Religione, e specialmente approvati dalla Santa Sede, non posson in conto alcuno esaggerarsi per distruttivi, mà più tosto per conservativi dell'Instituto de' Riformati. Verità, che toccasi con mani della prattica dell'altre Provincie Riformate, dove detti Statuti Generali sono puntualmente osservati, e ciò con somma pace di dette Provincie, e con decoro del loro riformato Instituto.

17

18

Tanto più, che in questa maniera non solamente viene a togliersi la diffoimità tra tutte le altre Provincie, e questa di Roma, causa di molti sconcerti, e non ordinarii inconvenienti, non riducendosi volontieri un Esprovinciale forestiere, benche di santa vita, e di ottimi costumi, a non avere in Roma quel luogo, ch'egli stesso nella sua Provincia ha dato ad un Esprovinciale Romano, con far verificare l'opposto di quel, *eadem mensura, qua mensi fueritis, remetietur, & vobis.* Mà anche, perche si facilita la strada, acciò tutt'intervenghino alle Sagre Fonzioni, e publice Processioni, atteso che nello stato presente un Esprovinciale, per non vedersi precedere per la sola età, e professione da un Sacerdote di niun merito, e che a pena sà leggere la Messa; con diversi pretesti, che mai mancano, si astiene d'intervenire a dette sagre Fonzioni, e Processioni.

19

Riuscendo molto sensibile la medesima difformità, per trattarsi di una Provincia, nella quale ordinariamente suol risedere il Capo della Riforma. Onde pare mostruosità, da non tolerarsi, l'osservare che li membri, & altre Provincie in una cosa, tanto esposta agl'occhi del Pubblico, nelle Processioni, & altre solennità, non si uniformino col suo Capo, contro tutte le regole, a tenore delle quali, *membra melioris conditionis esse non debent*, come al testo letterale nel *cap. Cùm non liceat de Præscript* seguitato dalla *Rot. nella decis.* 295. *num.* 10. *coram Priolo, nella Firmana Jurisdict.* 20. *Martii* 1702. §. *Et quamvis coram Molines.*

20

21

Ne pare di poca conseguenza l'inconveniente, che ha origine dall'inosservanza di detta Bolla Urbana, atteso che per lo più quelli, che sono stati una volta Superiori, senza il minimo riguardo alle regole della giustizia distributiva, con quella facilità, ch'è notoria nelle Religioni, procurano di farsi rieleggere Superiori attuali, ad effetto di occupare, come tali, quel luogo, che non occuparebbero, come Superiori abituali. Inconvenienti tutti, che mai si sono sentiti in tempo, che si caminava con detta Constituzione Urbana, nè si esperimentano in altre Provincie, mà hanno avuta la loro origine dall'altra Alessandrina.

22

Accrescendosi di presente per la medema riflessione queste difficoltà di unirsi insieme tutti li PP. della Provincia Romana dalla detta grazia, fatta dalla Sag. Congreg. de Propaganda Fide a detti Esprefetti delle Sagre Missioni.

23

Al che si aggiunge, che la precedenza suol sempre darsi a riguardo del merito, e fatiche, fatte nella Religione, e mai dalla semplice, e sola anzianità, ad effetto, che sia incitamento, e premio alla virtù, e ben'operare, e non dell'esser nato prima, o aver semplicemente fatta professione nella Religione prima di chi, per solo diffetto di nascita posteriore, è stato prevenuto, come nel concedere molti privilegj a' Esprefetti delle Sagre Missioni, & Es-Lettori di Lingua Arabica nel Convento di San Pietro Montorio chiaramente dichiarò la S.M di Clem.X. mediante un Breve speciale, spedito sotto li 3.. Maggio 1675. con queste parole: *Æquitatis, & justitiæ ratio exigit, ut illis, qui in Ecclesia Dei strennè laborarunt, præmia non desint, quibus ut ipsorum honorificentiæ consulatur, & alii ad hujusmodi labores alacritèr subeundos stimulentur*, repetite in un simile Breve della Santità di N. S spedito li 4. Gennaro 1704. a favore de' PP. Missionarj nell'Etiopia.

24

25

Il che con somma lode, e con derogare ad un solito immemorabile, pratticò la S. M. d'Innoc. XII. nel Tribunale della Signatura di Giustia, com'è notorio, e si può vedere nella sua *Constit.* 48. dove al §. 2. *in fine* si leggono le seguenti parole: *Viris, morum integritate præstantibus, literarum scientia præditis, rerumque humanarum experientia insignibus, ad virtutis incitamentum, & præmium*; Parole, che come *ad literam*, si applicano a benemeriti delle Religioni per le supreme cariche, da essi lodevolmente esercitate, così pare debbano operare, che *ad virtutis incitamentum, & præmium*, come parla d. Sommo Pontefice, debba ciò pratticarsi con li sudetti Esprovinciali, e qualificati Religiosi.

26

27

E rispondendo in specie all'anzianità di chi pretende precedenza con disuguaglianza de'meriti, ferma egregiamente *la Rota nella Romana Præcedentiæ* 5. *Maii* 1710 §. *Quin in aliquo, coram Crispo*, ibi: *Quin in aliquo Cappellanorum præeminentiæ detrahere valeat, quod ipsi Clerici Beneficiati sint in eorum erectione longè anteriores in tempore prædictis Capellanis, eisque propterea ut posterioribus debeant præferri. Capellani etenim ratione dignitatis, & ordinis Sacerdotalis & in erectione parificati exinaè, tum Beneficiatis, cum indubiè majores in dignitate convincantur, nequit hoc casu prioritas temporis Clericis beneficiatis prelationem tribuere, dùm eatenùs in decernenda præcedentia tempus erectionis attendendum foret, quatenùs ageretur inter pares in dignitate; Seclusa autem paritate, tunc major ratione dignitatis, licèt posterior in receptione, venit præferendus, ut post Gloss &c.*

28

Nè si crede debba pregiudicare alla loro istanza qualsivoglia supplica, presentata in nome della Provincia, o del Definitorio, essendo tale pretesto affatto insossistente, per non essersi tenuto sopra ciò Congresso veruno, nè dal solo Definitorio, nè da' PP. di Provincia, quali unicamente rappresentano la medesima Provincia.

29

Molto meno pare debba ritardarsi la grazia per esser stato sottoscritto un Memoriale sopra questa materia quasi da tutti li Sacerdoti della Provincia, che si oppongono alla risoluzione della Sag. Congreg. de Propaganda Fide, per toglierli la precedenza, dalla medesima concessa à PP. Missionarii: Perch'è notorio, che la maggior parte di questi si sono sottoscritti nelle minute, e fogli, inviatigli da questa Città, per puro rispetto di quelli, a quali sono sudditi: Oltre di che, siccome la precedenza non fù levata dalla S M. di Alessandro VII. nella *sua Constit.* 168. *tom.* 6. *fol.* 234. che per la sola istanza de' PP. Esprovinciali di quel tempo, così pare, che per le ragioni sudette debba rimettersi ad istanza de' presenti Esprovinciali, essendo assai trito l'assioma, che *eodem modo aliquid dissolvi debet, quo fuit colligatum*, secondo il Testo nel *canon. Omnis res* 27 *quæst.* 2. e nel *cap. Omnis de Regul. Jur.* Non sapendosi per altro conoscere, che figura facciano in questa parte detti Padri, che nella nostra Riforma mai hanno avuto titolo, che di semplici Sacerdoti, e che alla cieca & *ad instar ovium* sonosi sottoscritti nelle fedi contro li Esprefetti delle Sagre Missioni, e che *nullum aliud babent argumentum se vixisse præter ætatem.*

30

31

Il che è stato dedotto, & umilmente si supplica a considerare, non ad altro fine, se non quello di non serrare la strada alla ricognizione del merito, distinto ne' Statuti della Riforma & in tutte le altre Constituzioni delle Communità Religiose, specialmente approvate da Sommi Pontefici, esclusa affatto ogn'ombra di ambizione, come alla soda riflessione del degnissimo Religioso *Bordon. de Præced. num.* 6. con queste parole: *Loca digniora quæruntur, non propter ambitum, sed propter finem observandi debitum ordinem, quod est laudabile, & juri consonum*: Nel che concordano gl'Autori, che cita il *Menoch. consil.* 126. *num.* 1. ibi: *Et verè, qui gratia servandi ordinis tantùm contendunt, nil aliud agunt, quàm ut à Deo ordinata, atque stabilita tueantur*, e Carl'Antonio de Luc. *ad Franc. observ.* 138. *num* 1. ibi: *Vanitatis, & ambitus, aut gloriæ cupiditas materia non est præcedentia &c. quia non ambitu prima loca prætenduntur, quod damnatur in Evangelio Matthæi cap* 13. *Sed ut servetur ordo, & comprobentur à Deo ordinata, utque defendatur natura humana quæ neque omnes inter summos, neque omnes inter novissimos constituit*: Dal che sensatamente ne inferisce la *Rot. nella dec.* 19. *num.* 1 *post Antonel. de Jurib Cleric* una precisa, e stretta obligazione in ogni Superiore di difendere le prerogative di quelle Dignità, che lo-

32

33

34

lodevolmente hanno possedute, & essercitate, comprovandolo con l'autorità de'Santi Padri, ibi: *Propriique Juris defensioni, nedùm licitæ, sed ex Sanctorum Patrum testimonio, debitæ*.

E ne'nostri precisi termini, che nelle Communità Religio. se sia lodevole l'uso della precedenza, per la distinzione di quelle Persone, che l'hanno meritata con le loro degne operazioni, e per incitamento alle altre di meritarsela con simili operazioni virtuose, lo prova diffusamente il *Rodriquez quæst. Regular. tom. 3. quæst. 37. art. 2. per tot. & il Cherubin. in Comp. Bullar. ad Constit. 26. Leon. X. schol. 2.* con queste parole: *Quæro nunquid præcedentiæ in Religionibus laudandæ: Respondeo procul dubio, ut præter alios scribit Rodriquez &c. & respondet ad illud Evangelii Nescitis, quid petatis &c.*

Senza che possa esaggerarsi il pretesto dell'umiltà, propria de'Religiosi.

Primieramente, perche questa obiezione non senza evidente assordo viene diretamente a qualificare per fomento d'ambizione nella nostra Riforma il Breve della S. M. di Clem. X. e l'altro della Santità di N. S. ne'quali la precedenza si concede a Religiosi benemeriti nella nostra Riforma, a titolo di giustizia, e di equità, e come premio della loro fatica, & acciò serva d'incitamento agl'altri *ad similes labores alacriter subeundos*, come alle parole precise registrate di sopra *num. 25*.

Secondo, perche nell'istesso tempo viene a distruggere il motivo, col quale fù conceduta la precedenza alli PP. Definitori Generali, & altri Religiosi graduati della Sag. Congreg. della Visita con l'approvazione della S. M. di Alessand. VII. che unicamente fù *ad pacem, charitatem que inter Fratres conservandam*, parendo assai improprio, che l'opposto dell'umiltà possa essere motivo di conservare la pace, e carità tra'Religiosi; Anzi cresce questa riflessione dal considerare, che non puole qualificarsi per umiltà quel, che non è commune a tutti li membri di una Religiosa Communità, non solamente con uguaglianza obligati alla puntuale osservanza di detta virtù dell'umiltà, a tenore della loro commune professione, mà con specialità maggiore, attesa la maggioranza delle cariche essercitate nella Religione, essendo verissimo quel, che scrisse Urbano III all'Arcivescovo di Pisa, e si legge nel *cap. Cùm quidem de Jure jur.* che *exemplo eorum, qui majori præeminent dignitate, facilius alii poterunt ad similia provocari*.

Terzo, perche trattandosi di precedenza, dovuta a titolo delle Cariche, e Dignità ottenute, & essercitate da medesimi Religiosi, il detto pretesto di umiltà non deve aversi in alcuna considerazione, essendo proposizione, e communemente ricevuta da Theologi, e Canonisti, seguitati dalla *Rota nella Romana Præcedentiæ 5. Maii 1710. §. Hujusmodi coram Crispo*, che *qui majorem gerit dignitatem, nec suæ humilitatis prætextu minori locum cedere potest, nè sui officii ignarus reputetur*, nel che concordano molti altri celebri, e classici Autori riferiti, e seguitati dal *Tolosan. de Republic. lib. 4. cap. 10. num. 12. Frisch. in addition. ad Reig. verb Præcedentia num. 1. Ising. de Promot honor cap. 5. num 112. Grat. decis. 138. num. 1. & Franc. de Eccl Cathedr. cap. 33. num 7 & seqq.* e magistralmente la medesima Rota nella *Romana Juris honorifici 24. Martii 1702 in principio à § 2. coram Molines*, nella quale all'obietto, fondato in detta pretesa umiltà, & esaggerata ambizione, con l'autorità della Sacra Scrittura, seriamente, e fondatamente risponde, come appresso: *Hoc intelligendum est, ubi quis irrationabiliter, & sola inflatus ambitione foveret prætensionem præcedendi, non autem quando, prout in nostro themate, contentio fit causa tuendi proprii honoris, & prærogativæ, quod est summoperè laudandum*.

Quarto, finalmente perche non si domanda altro dalli Esprovinciali della Provincia Romana, se non quel, che pacificamente godono gli altri Esprovinciali delle altre Provinvincie, e ciò a tenore de'Statuti della Rifoma, approvati in forma specifica dalla S. Sede. Al contrario poi quelli, che insistono nell'abolizione delle precedenze nella Provincia Romana pretendono quello, che non hanno gli altri Religiosi, uguali a medemi nell'altre Provincie che compongono il corpo della Riforma; Con questa differenza molto considerabile che passa trà gl'uni, e gl'altri, che gli Esprovinciali hanno il merito, al quale è appoggiata la loro istanza, e per giustizia, e per equità, come all'oracoli di due Papi, cioè di Clem. X. e di N. S. delli 11. Gen. 1704. a favore de'Missionarii dell'Etiopia, addotti sopra al *num. 25*. De gl'altri poi Religiosi, che tanto si affaticano per d. abolizione di precedenza si verifica *ad literam* quel, che lasciò scritto Seneca *ad Tranquil. vitæ cap. 3.* con queste parole: *Quare nihil turpiùs est sæpè, quàm grandis natu senex, qui nullum aliud habet argumentum, quo se probet diù vixisse, præter ætatem*.

Con aggiunta, che, o questi Religiosi anziani della Provincia Romana, o come li chiama Seneca *grandes natus senes*, hanno oltre l'età merito nella Religione, & è ugualmente degno, e giusto, che godano nella medesima quelle prerogative, che godono gl'altri loro eguali nelle altre Provincie, o la loro vecchiezza non è accompagnata da tali qualità, e prerogative, e non pare, nè giusto, nè equo, che debbano godere nella Provincia Romana di quelle prerogative, che infiniti altri Religiosi dell'altre Provincie, che in confronto da medemi hanno maggior età, e numero maggiore d'anni di Religione, non godono nelle loro Provincie.

Oltre di che non può negarsi, che le opposizioni, che si fanno exadversò all'istanza di precedenza, a tenore de'Statuti della Riforma, e della Constituzione Urbana, non abbiano per fondamento l'esclusione dell'umiltà Religiosa perche in sostanza, *& in rei veritate* nell'impugnarsi detta precedenza a Soggetti, a quali è dovuta à titolo delle cariche lodevolmente essercitate nella Religione, e coerentemente al merito, acquistatosi nell'essercizio di dette cariche, viene a pretendersi da quelli Religiosi stessi, che l'impugnano; Con questa differenza, degna di ogni considerazione, che col darsi a detti Religiosi, graduati dalle cariche, e distinti dal merito, viene ad esseguirsi puntualmente lo Statuto della Religione, specialmente confermato da detto Sommo Pontefice Urbano VIII. fatto da'Religiosi assai noti alla Religione, & al Mondo tutto, trà le altre, anche per la virtù dell'umiltà, da essi sommamente amata, e pratticata; Con aggionta, che in questa maniera viene *à* stabilirsi l'uniformità in tutta la Provincia Romana in se stessa, e la consonanza con le altre della Riforma: Dove per l'altra parte a tenore delle contrarie pretensioni vengono a confondersi quelle belle disposizioni, che, come dice la *Rota nella d. Romana Juris honorifici 24. Martii 1702. § 2. coram Molines. A' Summo omnium rerum Opifice miro quidem ordine dispositæ fuerunt in hoc Terrarum Orbe, ubi neque omnes inter summos, neque rursùs omnes inter infimos constituit*. A' segno tale, che non sono mancati Dottori, seguitati dalla *Rot nel d. decis. Romana Præcedentiæ 5. Maii 1710. Hujusmodi coram Crispo*, che asseriscono, esser dovuta la precedenza allle Persone più degne *vigore Juris publici, & naturalis*, ibi: *Hinc non desunt etiam quamplures, qui ultrò procededo, prælationem hujusmodi Juris publici, & naturalis esse opinatur*: Uguagliando la pretensione contraria a quella monstruosità, che si verifica nel vedere *pedes supra humeros*, come alle parole precise della *decis 4. num. 40. coram Otthob.*

Nè si toglie questo inconveniente dalla riflessione, che *dalla medesima Constit. Alessandrina 163. §. 4. in fine*, si preserva la precedenza alli PP. Ministri Generali di tutto l'Ordine, e Commissario Generale della Famiglia Cismontana, e nella dichiarazione della Sag. Congreg. della Visita, impressa doppo la medesima Constituzione sono eccettuati ancora li PP. Custode, e Definitori: Perche anzi da questa eccettuazione cresce più tosto la monstruosità, e dissonanza della Provincia Romana in se stessa, & in ordine all'altre Provincie della Riforma, poiche si tocca con mani, che nella medesima Provincia Romana non si osservano, nè la Constit. Urbana, nè li Statuti, che prescrivono indifferentemente la precedenza per tutti, e nè meno l'Alessandrina, che la preserva a due solamente, come sopra. Anzi cresce, di molto l'essorbitanza, atteso che è molto maggiore il divario trà un semplice Religioso, & un Esprovinciale, di quello, che sia trà uno di questi, & un Definitore, giache trà primi, in riguardo al governo della Religione, vi è quella differenza, che li Filosofi riconoscono *inter Ens, & non Ens*, che non si verifica ne'secondi, trà quali vi è la sola distanza di ufficio minore, o maggiore, tutti però indrizzati al governo della Religione. Perloche ad effetto di toglier tutte queste essorbitanze, pare, che non vi sia mezzo più addattato, nè più congruo di quello di fare puntualmente esseguire le Constituzioni, e Statuti della Riforma, con un rescritto il più frequente, & il più fondato di quanti ne sogliono uscire dalle Sagri Congregazioni, cioè *Serventur Constituziones* come, ricercato dall'EE VV per l'Informazione, e Voto con uguale ingenuità, e candore osserva il P. Procuratore Generale della nostro Riforma, con le seguenti parole: *His [illegible] habentibus, inhærendo Voto P. Joannis Antoni. d. P[illegible] S. C. exhibito, quando erat Commissarius G[illegible] Cismontanæ*

tanæ Familiæ, censerem, prò uniformitate Provinciæ Romanæ in se ipsa, & ejusdem cum aliis Provinciis nostræ Reformationis, necnon ad tollendas tandem aliquando dissensiones, quas in dies oriri vidimus, præcedentiam extendendam esse ad Exprovinciales, & Sacræ Theologiæ Lectores actuales, & quoscumque alios, ad formam Statutorum nostræ Reformationis, & dictæ Constitutionis Urbanæ. Salvo semper &c. Votum P. Joannis à Panormo Ex Comiss. Gener.

CUm de anno 1642. Patres Reformationis illius Cismontanæ Familiæ in Generali Congregat. Romæ habita, Statuta ab ipsismet condita, juxta potestatem, eisdem factam ab Urbano VIII. *Injuncti* 1639. 12. *Maii*, unanimiter acceptassent, atque eorundem observationi sese adstrinxissent, stabilierunt pariter ordinem, deinceps in præcedentia inter eos servandum, ut constat ex iisdem *Statut. cap.* 8. *num.* 52. Quæ, cum prædictus Urbanus ad preces Commissarii Generalis approbasset, typisque mandari jussisset, simul præcepit inviolabiliter servari ordinem præcedendi, ab ipsis præfixum edita Constitut. *Aliàs pro Congregatione* 1642. die 22. *Decembris*: Qui mox ad praxim per totam Reformationem reductus, servatus quoque fuit hac in Romana Provincia, usque ad Alexandrum VII. f. m. ad quem aliquot ejusdem Romanæ Provinciæ Patres, recursu habito, institerunt, quatenùs præfatæ Urbani Constitutioni derogari dignaretur quoad eam partem, qua præfixo ordini præcedendi à Statutis standum esse præcipitur, & mandatur: Et illi quidem, quod petebant, ab Alexandro obtinuerunt, edita Constitut. incipien. *Pastoralis Officii* 1665 23. *Decembris* atque exindè in Romana Provincia, non aliam præcedentiam habuerunt, quàm eam, quæ ex antiquitate habitus ipsis competebat.

Quid sibimet persuaserint, & quas causas prædicti Patres habuerint recursum habendi ad Sanctam Sedem, ut propriis Statutis, solemniter approbatis, & Urbani Constitutioni, quoad præcedentiam derogaretur, ignoro: Verisimile est, bonum finem, & zelum eos habuisse, sed certè non secundùm scientiam, nec ut oppotebat, (ut humanis frequenter accidit) quæ ex præfati ordinis immutatione imminebant, præviderunt, nec perpenderunt; Siquidem, experimento tot annorum compertum est, derogatione prædictæ Constitutionis Urbani, animorum perturbationibus, litigiis, & dissentionibus, amplam viam apertam fuisse: Cùm enim totius Reformationis Patres Romam frequenter se conferant, & illi Juri præcedendi juxta Statuta, & Urbani Constitutionem non cesserint, illud ipsum nituntur Romæ retinere, quod ferre nequeuntes illius Provinciæ Patres dissensiones, & litigia cooriri necesse est, quæ omnia sine dubio non essent, si ipsi Romæ, ut cæteræ Reformationis Provinciæ, modum, & ordinem præcedendi, in Statutis præfixum, & ab Urbano iujunctum, retinuissent.

Sed aliundè etiam, & meritò moventur Oratores ad humiliter petendum ab EE. VV. ut liceat ipsis præfatam Urbani Constitutionem omni ex parte servare, nimirum à Reformationis difformitate; Nam cùm tota hæc Cismontana Reformatio iisdem Legibus, & Statutis, ab ea sancitis, regatur, & vivat, incongruum sanè, & minùs decorum est, cæteras Provincias quoad præcedentiæ ordinem Statutis stare, unam Romanam non perindè regulari: Ut ergo utrique incommodo tandem occurratur, & simul animorum quieti, & tranquillitati, ac Reformationis decori consulatur, censeo, & sum in voto, ipsis revocandam esse ad praxim citat. Urbani Constitut. *Aliàs*, pro quo, & ipse EE. VV. humiliter, atque enixè rogo; Ex Aracœli die 21. Martii 1705.

Fr. Joan. Antonius de Panormo Comiss. Gener.

Causa remanet adhuc indecisa, eo quia absentibus aliquibus DD. Cardinalibus Congregat. Particularibus à SS. D. N. deputatæ, non adhuc subrogati fuerunt alii in eorum locum, ea ratione, quia agitur de interesse multorum Religiosorum, quorum proindè respectu verificatur vulgatum illud, *quod commune est negligitur*, de quo *Rota in Romana Locorum Montium* 13. *Aprilis* 1713. *in princip coram Card. Scotto.*

DISCEPTATIO XII.

Avenionen: Matrimonii,

INTER

Petrum, & Margaritam.

ARGUMENTUM.

Ex quibus verbis coram Parocho prolatis dicantur contracta Sponsalia, vel potiùs matrimonium de præsenti.

EX sola lectura promissionis reciprocæ de se recipiendo in Virum, & Uxorem respectivè inter Petrum, & Margaritam, nec non ex reciproco pariter juramento, quod Petrus Vir nunquam aliam ducet in Uxorem, & Margarita nullum alium accipiet in Virum, clarè patet, inter ipsos, mediante eadem promissione, & juramento, licèt coram Parocho, & Testibus emissis, non fuisse contractum matrimonium de præsenti, sed dumtaxat Sponsalia de futuro, ut in fortioribus terminis verborum: *Mi contento pigliare per Sposo*, *est decis.* 179. *coram Peutinger.* & in terminis aliorum verborum: *Volo accipere in Uxorem*, *est decis.* 121. *part.* 4 *divers.* quam sequutus fui *in meo Tract. de Matrim.* § 20. *num.* 12. Et in terminis interrogationis, factæ coram Parocho, *se era contento di pigliare il Sig Nicolà lì presente per suo Sposo*: pluriès resolvit *Rota in Perusina Matrimonii* 15. *Martii* 1688. & 10 *Maii ejusdem anni coram Hervault*, & 28. *Martii* 1698. *coram Card. Caccia*, ea ratione, quia hujusmodi verba, & modo loquendi: *Sum contentus accipere*, *volo accipere*, *promitto accipere*, &c. important voluntatem consentiendi in actum de futuro, non autem consensum de præsenti, qualis requiritur ad matrimonium.

Hanc veritatem comprobavit Parochus, tale matrimonium, tanquam de præsenti contractum, non describendo in solito Libro, & contrarium attestando, quæ omnia ad nostrum effectum confid erat *Rota in dict. decis.* 179. *coram Peutinger.* Et intra evidentiæ fines ponunt ambo Contrahentes, unanimiter asserentes, non contraxisse matrimonium de præsenti, quæ prævalet, nedùm præsumptioni in contrarium, sed etiam Testibus, quatenus adessent, ut in terminis advertit *Ciarlin controv.* 131. *num.* 15. & *seq* & firmavit *Rota in Faventina Matrimonii* 7. *Junii* 1658. §. *Non obstant cor. Card. Taya*, ibi: *Non obstant Testes de matrimonio, cum anuli traditione, & tactu manus deponentes &c. Tum etiam, quia non attenduntur contra confessionem utriusque Partis, quæ prævalet, dum nulla adest collusionis suspicio Soccin Senior &c.*

Fortiùs attento juramento de non ducendo aliam in Uxorem, & respectivè alium accipiendo in Virum, de quo contrahendi modo latè scripsimus *in Tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 18. *à num.* 80. Si enim contractum fuisset matrimonium de præsenti hujusmodi expressa obligatio remaneret prorsus superflua, quia ex solo actuali contractu matrimonii remansisset obligatus uterque Conjux ad non ducendam aliam Uxorem, & non accipiendum alium Virum, ut inter Catholicos est innegabile.

Quibus jungitur omissio denunciationum, quæ operatur, ut in dubio verba potiùs importent Sponsalia, quàm matrimonium de præsenti, nè sequatur inconveniens, quod Sponsi, & Parochus voluerint, cum gravi peccato, ad matrimonii contractum devenire, ut in durioribus terminis verborum, importantium matrimonium de præsenti *ex Laym. Theolog. Moral part.* 2. *lib.* 5. *tract.* 10. *cap.* 4. *num.* 15. observat *Ciarlin. controv.* 131. *num.* 10.

Præsumtio, quæ militat pro matrimonio, supponit, istud esse contractum actualiter, & quidem præviis solitis denunciationibus, quorum neutrum concurrit in præsenti, & proindè in istis circumstantiis præsumptiones militant potiùs in contrarium, ut latè probavi in *Tract. de Matrim.* §. 5. *à num.* 1. *usque ad num.* 35.

Ex quibus, nedùm permittendus videtur contractus matrimonii de præsenti inter præfatos Petrum, & Margaritam, prævia solita licentia faciendi publicationes, sed quatenùs id facere renuerent, cogi potiùs ad id deberent ab Ecclesiastico Judice; In casibus enim nullitatis, vel dubietatis matrimoniorum semper solent reiterari consensus ad omne dubium removendum, ut monet *Pont de Matrim cap.* 2. §. 1. & *pluribus seqq*

Ea, quæ dicuntur de nullitate matrimoniorum, absque denunciationibus in Gallia contractorum, non cohærent cum dispositis in *Concil. Trident. sess.* 24. *de Reformat. cap.* 1. neque apta sunt influere in nullitatem matrimonii, contracti

tracti in Civitate Avenionem, ubi idem Concilinm receptum fuit, & religiosè servatur, minusque necessarium est circa easdem denunciationes insistere ad effectum, de quo agitur, quia matrimonium, etiam sine illis contractum adhuc validum est, quando cætera requisita concurrunt, quamvis illas, culpabiliter omittens graviter peccet *Rot. dec.* 375. *nu.* 10. *par.* 11. *rec.*

13 Partes ser. ser. matrimonium de præsenti contraxerunt.

DISCEPTATIO XIII.

Nullius Dispensationis.

Ad petitionem N. N.

ARGUMENTUM.

Ex quibus causis cum fundamento sperari possit gratia, ut constitutus in Sacro Subdiaconatus ordine, Uxorem ducere valeat mediante Summi Pontif. dispensatione.

NOmine Serenissimi N. N. meum petitur pro veritate Consilium, an justis accedentibus causis, de quibus infra, adsit fundata spes obtinendi gratiam, ut non obstante sacro Subdiaconatus Ordine, in quo constitutus reperitur, prævia opportuna Summi Pontificis dispensatione, Uxorem ducere possit; Circa quam petitionem præmitto, quod in ordine ad Summi Pontificis, potestatem nulla adest difficultas, quidquid enim dicant aliqui Theologi, & Canonistæ respectu voti solemnis professionis, relati, & sequuti per *Card. Capisuch. contr.* 11. *de Vot. Solemn. q. unica per tot.* cum aliis apud *Card. de Albic. de Inconst in Fide c.* 36. *n.* 14. cōmuniter receptum est, quod in obligatione castitatis, annexa susceptioni sacri Ordinis, introductaque ex præcepto Ecclesiæ, & firmatis per *Rot. in dec.* 870. *nu.* 2. *cor. Emer. Jun.* accedente justa causa, absque ullo dubio Papa dispensare potest juxta magistralem *Gloss. in Can De illa dist.* 34. ibi: *Si votum ipsum obliget ordinatum. Papa non potest dispensare, sed si Constitutio obliget, & non votum; tunc Papa potest dispensare*, cum aliis apud *Bottin. penes de Just. de Dispens. Matrim. lib.* 3. *post cap.* 15. *fol. mihi* 484. & apud *R. P. D. Dandin. de Suspect. de Hæres. cap.* 3. *sect.* 1. §. 2 *n.* 17.

Atque habemus in hac parte tot exempla similium dispensationum, de quibus latè *Card. de Albic. de Inconst. in Fide c.* 36. *n.* 134. *& seqq. & n.* 145. nec non in aliis, de quibus infrà *à n.* 31. *usque ad n.* 63. ut temerarium videatur inter Catholicos potestatem hanc Summi Pontificis in dubium revocare, ut ad rem ponderat *Card. de Luc. in Conflict. Leg. & Ration. obser.* 279. *vers. Ideoque.*

Remanet igitur difficultas circa dictam justam causam, quæ, ut infra videbimus, in præsenti superlativè concurrit. Antè illius tamen probationem præmitto, ad nostrum effectum talem causam non debere ex necessitate esse publicam, sed sufficere causam privatam, dummodo tamen illa sit gravis, & talis naturæ, & qualitatis, ut apta sit compensare tantum bonum, quantum est illud, quod procedit à continentia sacris Ordinibus initiati, juxta originalem doctrinam *Cajet. in Opusc. tom.* 1. *tract.* 27. *de Dispens. Matr. in Occidental. Eccles. qu. unica vers. Quorum*, ibi: *Cùm rationabilis causa dispensandi in voto Castitatis possit esse, non sola utilitas publica, civilis, aut Ecclesiastica, sed aliquod aliud majus bonum, nunc, & hic, & ab hoc, quàm servata castitas, consequens est, quod Summus Pontifex non solùm potest, sed etiam salva conscientia potest dispensare cum Sacerdote occidentali, quod contrahat, etiam cessante causa publicæ utilitatis.*

Et Cajetanum sequuntur *Suarez de Relig tom.* 3. *l.* 9 *de Voto Castitatis c.* 20. *nu. final. Spad. cons.* 169. *n.* 8. *tom.* 1. *& de Rub.* apud ipsum *n.* 15. *Dian. Coord* citans alios concordantes *To.* 3. *tract.* 1. *de Potest. Pontif. in ordine ad Sacram. resol.* 79. *nu.* 14. *Menoch. de Arbit. lib.* 2. *centur.* 5. *n.* 10. ibi: *Modo magna, & urgenti causa id faciat &c. R. P. D. Dand. de Suspect. de Hær. c.* 3. *sect.* 1. *subsect.* 1. §. 2. *nu.* 19. ubi, quod in his terminis justa causa remissa est Papæ arbitrio.

Quamvis autem non desint Theologi, & Canonistæ, inclinantes in contrariam opinionem, quod scilicet ad dictum effectum requiratur omnino concursus publicæ causæ, ut videre est, apud *Merlin. dec.* 460 *n* 26. cum ibi cumulatis; illi tamen cum *Bottino* apud *de Just. de Dispens. Matr. lib.* 3. *post c.* 15. *à n.* 14. *usque ad n.* 19. commode conciliari possunt, ut sint intelligendi in casu dispensationis, petitæ pro Diaconis, & Sacerdotibus, non autem pro Subdiaconis.

Ratioque disparitatis hæc est, quia in primitiva Ecclesia Subdiaconatus Ordo non annumerabatur inter Ordines sacros, ut videre est, *in c. A multis de Ætate, & qualit. ordin.* ubi latè *Gonzal. lit. C.* advertens annumeratum fuisse intra sacros Ordines *ab Urbanus II.* non autem *ab Urbano I.* ut dicitur *in d. Text.* & notat. *P. Schiara in Addit. ad Theol. Bellic.* §. 5. *sub n.* 43. licèt alii asserant annumeratum inter Ordines sacros usque à temporibus S. Gregorii Magni, ut videre est apud *D. Isidorum lib.* 2. *de Eccles. Offic. cap.* 10.

Ex qua disparitatis ratione ortum habuit facilitas illa Summorum Pontificum dispensandi cum Subdiaconis, & difficultas cōcedendi similes dispēsationes Diaconis, & Presbyteris, ut testatur *Card. de Albic. de Inconst. in Fide c.* 36. *n.* 134. ibi: *Ego tempore mei Assessoratus vidi plures summos Pontif. dispensasse, ut quierat in ordine Subdiaconatus posset contrahere matrimonium, in Diaconatu constitutis ferè nunquam, in sacerdotio nunquam dispensatos; multo minus in Episcopatu*, quem sequutus fui in *Inst. Crim lib.* 1. *ti.* 8. *nu.* 36.

Deveniendo modo ad justam causam, cum in nostro casu hæc consistat in conservatione, & augumento Catholicæ fidei, in pluribus Urbibus, Oppidis, & Locis, specificatis in serie Facti, mihi transmissa, ad illam probandam plura adducuntur authentica documenta insignium personarum, & testimonia, quæ non est opus hìc registrare.

Observo tamen, quod hujusmodi justa causa, nedum concludenter demonstratur ex dictis testimoniis, & authenticis documentis, sed summopere coadjuvatur ex Scripturis aliarum qualificatissimarum personarum, quæ in his terminis attendi solent pro justificatione d. justæ causæ, ac pro concessione similium dispensationum, ut de precibus Hispaniarum Regis observant innumeri illi Authores, quos refert, & sequitur *Dian. coordin. Tom.* 3. *tr.* 1. *de Potestate Pontificis in ordine ad Sacr. res.* 79. *n.* 12. *in fine*; Et de precibus glor. me. Imperatoris Leopoldi I. notat *Bottin. apud de Just de Dispens. matr. lib.* 3. *ti.* 14 *post c.* 15. *n.* 26. *fol. mihi* 488. in cujus casu suū habuerunt effectum eædem preces, mediante gratia dispensationis, quæ ibid. per extensum registrata reperitur; Et in terminis præsenti casui adaptabilibus, quod pro justa causa reputetur sola ampliatio cultus divini ex *Archidacono, Menochio, & Transmiera* probat *Dand. de Suspect. de hær c.* 3. *sect.* 1. *subsect.* 1. §. 2. *n.* 19. *in fine* ibi: *Vel pro cultu Dei ampliando.*

Absque ulla difficultate, ex quo in eisdem authenticis Scripturis concludenter probatur duplex publica causa, nempè conservatio, & augumentum Catholicæ Religionis in Locis, in eisdem Scripturis specificatis. Undè eo fortiùs hujusmodi causæ unitim consideratæ ad nostrum effectum attendendæ videntur, ex cumulatis per *Dian coordin. to* 3. *de Potestate Pontific in ordine ad Sacram. resol.* 59. *num.* 12 *vers. Plures causæ aggregatæ.*

Nec dicatur, quod hujusmodi periculum non sit multum timendum, uti nimis remotum, ex quo Orator fratrem habet, qui absque ulla dispensatione uxorem ducere potest.

Responsio enim æquè clara, & solida illa est, quod in præsenti non petitur gratia dispensationis ex motivo extinctionis alicujus nobilis familiæ, juxta casum Subdiaconi Slabatæ de quo *Bottinus, & Card. de Albic. in locis supra citatis* & juxta multos alios casus, indicatos in fine à *nu.* 31. & in quibus terminis admittimus, quod quando conservatio ejusdem familiæ haberi potest per media ordinaria, recurrendum facilè non sit ad extraordinaria dispensationum, juxta dictas authoritates, & alias, quæ de facili allegari possunt; Sed in præsenti humillimè petitur eadem gratia ex alio diverso, ac longè magis urgenti motivo conservationis, & augumenti Catholicæ Religionis. In istis autem circumstantiis cùm idem periculum hodiè nimis verisimile sit, & concludenter demonstratum in dd. authenticis Scripturis, & Solemnibus documentis, semper dicitur adesse, & verificari justa causa, qua attenta locus esse videtur exauditioni precum Oratoris, ex supra allegatis.

Minus credimus insistendum in eo, quod cùm non soleat Sedes Apostolica gratias concedere tertiò præjudiciales, ex adductis in *Tom.* 1. *p.* 1. *disc.* 10. *n* 25. non videtur præjudicandum eidem fratri Oratoris, eiusque legitimis descendentibus, mediante dispensatione ducendi Uxorem cum illorum exclusione à filiis d. Oratoris.

Reflexio enim corruit ex solo facto, in quo habemus solemnissimam transactionem inter hos fratres cum interpositione egregiarum personarum, initam die 10. Sept. 1711. in qua non attento sacro Subdiaconatus ordine, in quo tūc temporis constitutus reperiebatur Orator frater natu major, omnia acceptante, & rata habente d. ejus fratre minore, post ipsius mortem renunciavit quidem eidem omnia bona, sed

sed cum hac conditione, ad nostrum effectum omni consideratione digna *Excepto si ex Divina dispositione, & Providentia, nos sine hærede masculo defungeremur*. Igitur non habet hodie de quo conqueri possit d. Frater natu minor, si ex divina dispositione, & providentia, mediante Summi Pontificis gratia, & dispensatione, Orator cum filiis, & hæredibus masculis defungitur, quem casum seriò prævidit, & solemniter, ut supra, acceptavit, sed in his terminis conqueri potiùs debet de communibus Parentibus, qui eum priùs non genuerunt juxta conquestionem illam alterius fratris minoris, quam his versibus lepidè descripsit insignis Poeta: *Sum pauper, non culpa mea est, sed culpa Parentum: Qui me Fratre meo non genuere priùs*.

27 Ex quibus non sine solido fundamento, & cum maxima probabilitate sperari potest gratia, Si enim illa sæpè concessa fuit ob solum motivum conservationis alicujus nobilissimæ familiæ, juxta casus, de quibus infra *à num.31.* multò magis sperari potest, dum petitur pro conservatione Catholicæ Fidei; Ad quem effectum consului ulteriùs citò porrigendas esse preces, ne dùm Romæ longiùs consulitur omnia in

28 Partibus expugnentur, juxta vulgatum illud, de quo *Ansald. dec.76. num.19*.

29 In illis verò casibus, in quibus subdiaconatus ordo probatur susceptus per vim, & metum, cadentem in constantem virum, tunc licèt caracterem imprimat, invalidus tamen est quoad votum, seù obligationem continentiæ juxta veriorem, & communiorem opinionem *Glos. in Can. Ubi ista distinct.74.* quam sequuntur adducti *in decision.870. per tot. cor. Emer. Jun.* In qua expenduntur multæ conjecturæ ad proban. metum, incussum ad finem susceptionis d. ordinis subdiaconatus; Et stringens ratio illa est, quia, ut vidimus sup. *n.3.* votum continentiæ est annexum subdiaconatus ordini ex Ecclesiæ statuto, non autem est de substantia ejusdem ordinis, & proinde sine libera voluntate nunqam obligat.

30 Verum tamen est quod si ille, qui prætendit suscepisse d. ordinem per vim, & metum, mortuo illo, à quo metus asseritur incussus, non reclamet, per multum temporis spatium in illo ministret, & multo magis, si hoc medio tempore ad alias ecclesiasticas adspiret dignitates, illasque procuret, tunc per similes actus, & diligentias exclusus dicitur omnis metus, omnisque præsumptio, quod per vim ordinatus fuerit *Rot. dec.154. num.6. per tot p.14. rec* & novissimè resoluit S.C. *in Hispalen. Nullitatis Ordinis 2. Maii 1716*.

Exempla dispensationum, à Sancta Sede obtentarum favore Constitutorum in Ordine Subdiaconatus ad effectum contrahendi matrimonium.

31 Gregorii XIII anno 1573. cum Hermanno à Reipembrock Canonico Monasteriensi. Ejusdem anni 1574.

32 cum Francisco Forguers Barone à Chieros in Transylvania, constituto in Ordine Diaconatus.

33 Ejusdem anno 1576. cum Theodorico Nicolao à Dubran Treviren.

34 Ejusdem, & eodem anno 1576. cum Valentino Eithero Herbipolense.

35 Ejusdem, & eodem pariter anno cum Honderico Drosten Canonico Monasterien.

36 Ejusdem pariter d. anno per viam gratiæ, quam Practici vocant *Perinde valere*, cum Henrico Hazfelt Colonien.

37 Ejusdem anno 1578. cum Philippo à Morea Leodien.

38 Ejusdem anno 1579. cum Jacobo Preullio Leodien.

39 Ejusdem anno 1580. cum Adamo Ipris ejusdem Civitatis.

40 Ejusdem anno eodem 1580. cum Petro à Cleria Cuborienfi.

41 Ejusdem anno 1591. cum Philippo Schutz Leodiense, qui erat Diaconus.

42 Ejusdem anno 1580. cum Didaco Gomez Velasco Segobiense.

43 Ejusdem, & eodem anno cum Barone Conrado à Vinchors Paderbon.

44 Clementis VIII. anno 1592. cum Joanne Lottenatez Monasterien.

45 Ejusdem eodem anno 1592. cum Guillelmo Westfels ejusdem Civitatis.

46 Ejusdem anno 1597. cum Henrico ex Comitibus Hoenlare Trevirense, qui erat Diaconus.

47 Ejusdem anno 1600. cum Vito à *Wirtzburgh* Bambergen. cum absolutione ad effectum remanendi in matrimonio anteà contracto.

48 Pauli V. anno 1602. cum Joanne Zappuia Bracamonte Toletano.

49 Ejusdem anno 1604. cum Brunone ex Comitis de Mansfelds Equite Hierosolymitano.

50 Ejusdem anno 1615. cum Roderico Henriquez à Mendoza.

51 Gregorii XV. anno 1621. cùm Francisco Cleacon Archidiacono Metropolitanæ Toletanæ constituto in Subdiaconatus ordine.

52 Urbani VIII. anno 1627. cum Jo: Henrico Auleo Canonico Monasterien.

53 Ejusdem anno 1633. cum Henrico Schel Equite Theutonico.

54 Alexandri VII anno 1655. cum Nicolao Essorando à Schedelegen. Osnabrugen.

55 Ejusdem eodem anno cum Conrado Golmino Barone à Vesterlout Canonico Hildesimen.

56 Innocentii XI. anno 1685. cum Ferdinando Comite à Rotbergh.

57 Alexandri VIII. anno 1690. cum Carolo Lubomiski Polono Eq. Hierosolymitano ad effectum remanendi in matrimonio jam contracto.

58 Ejusdem eodem anno cum Co: Naute Boemo.

59 Ejusdem d. anno cum Francisco Leopoldo Slabata Boemo.

60 Innocentii XII. anno 1700. cum Comite ab Hoenloe, habente fratrem, qui absque ulla dispensatione Uxorem ducere poterat.

61 Ejusdem d. anno cum Comite à Lollo.

62 SS. D. N. CLEM. XI. anno 1703. cum Hermanno Federico ex Comitibus Hoenzolleren. Canonico Colonien. cum facultate remanendi in matrimonio jam contracto.

63 Ejusdem anno 1715. cum Francisco ex Baronibus de Meuseren. Treviren.

DISCEPTATIO XIV.

Taurinen. Matrimonii.

PRO

Petro Maria, & Carlotta.

ARGUMENTUM.

Secundum matrimonium, bona fide à muliere contractum, quando validum sit, et amsi certitudinaliter non constet de morte primi Viri; Pendente autem lite super validitate ejusdem matrimonii, quando separandi sint, vel non Conjuges ad terminos Textus in cap. Dominus de Secund. Nupt. Quæ pœnæ imponi possint contra matrimonium contrahentes invito, vel dissentiente Parocho, nec non contra Testes, eidem matrimonio præsentes. Coram Cappellanis Exercituum, an, & quando validè contrahi possint matrimonia, tam inter Catholicos, quàm Hæreticos.

1 Non ex alia causa apud nonnullos odiosa evasit in Civitate Taurini Carlotta, tunc Vidua de Cheller, nisi quia restitutionem cujusdam notabilis depositi pecuniarii expostulavit à quodam Religioso, qui primariis Ministris Curiæ Laicalis dictæ Civitatis erat sanguine conjunctus, ac si autem delictum esset res suas exposcere, fuit de facto intra paucos dies eidem Mulieri indictus discessus à dicta Civitate. Ad hoc autem, ut saltem sibi ablata documenta posse recuperare, ad locum immunem se contulit in Parochiali Ecclesia S. Dalmatii, ubi cùm moram quoque traheret Eques Petrus Maria, criminaliter inquisitus, cogitarunt inter se ipsos matrimonium contrahere Tiansm ssque ad hunc effectum quatuor testibus ad Curiam Archiepiscopalem Taurinen. ad

2 hoc, ut deponerent de statu libero utriusque, fuerunt illi bis rejecti, nec eadem Curia eorum testimonium recipere voluit. Imò nocturno tempore transmisit milites pro traductione ejusdem Equitis ad aliam Ecclesiam, qui nihilominus videns sibi matrimonii libertatem tolli, illud die 2. Januarii 1611. per verbum de præsenti contraxit coram S. Dalmatii Parocho, qui erat proprius ejusdem Equitis, nec non coram tribus testibus, quod successivè pariter consumavit cum prægnantia Mulieris.

3 Indignatus proindè Archiepiscopus, & motivum sumens ex eo, quod non præcesserant solitæ publicationes, post 21. dies à tempore contracti matrimonii, jussit, Conjuges extrahi ab Ecclesia, prout fuerunt extracti à numerosa Satellitum cohorte, qui cum maximo Populi scandalo in die S. Sebastiani, ac in ipsamet hora, qua ferè integer Populus Taurini ad dictam Ecclesiam accesserat, ubi Venerabile erat publicè expo-

expositum, & id exequutioni demandarunt eo tempore, quo solemnis benedictio cùm maxima devotione expectabatur; Et hoc modo ad instar facinorosorum Crassatorum fuerunt dd. Conjuges multis affecti percussionibus, usque ad sanguinis effusionem, ad laicales carceres traducti.

Examinatis subinde in carceribus ipsis Sponsis, isti matrimonium, ut suprà celebratum, ultro fassi fuerunt; Ex illorum autem depositione constitit, Petrum Mariam suscepisse Crucem Ordinis Militaris SS. Mauritii, & Lazari in pueritia, hoc est in ætate annorum octo circiter, Mulierem verò fuisse in infantili ætate annorum quinque ad Catholicam Religionem reductam opera Card. le Camus, qui deindè illam vix expleto anno 13. nuptui tradidit Ughetto Rochefort Locumtenenti Legionis nuncupatæ *le Reyne*, per cujus obitum in expugnatione Susæ, ad secundas convolavit nuptias cum Carolo de Cheller, pariter Locumtenente Legionis Schelambur, tempore, quo iste in obsidione Hypporegien factus captivus ductus fuerat ad quoddam Oppidum Galliarum, ubi dicta Carlotta morabatur, ac successivè liberato eodē Cheller à captivitate, se iterùm cum Uxore transtulit ad Taurinensem Civitatem, ubi ambo in figura legitimorum Conjugum vixerunt spatio sex annorum, & ultrà, & tales publicè, & palam reputati fuere, etiam ab ipso Archiepiscopo, quando prædictæ Mulieri, tanquam Viduæ de Cheller, discessum indixit antè contractas nuptias & ab omnibus Parochis, qui eorum prolem baptizarunt, utì legitimè susceptam, nec non ab ipsomet Cheller Marito, qui, in illa infirmitate, in qua animam Deo reddidit, in suo testamento hæredes scripsit suos filios, cum eadem Carlotta susceptos, eamq; uti suam dilectissimam Uxorem, instituit hæredem in usufructu, sub qua dispositione paulò post vitam, cum morte commutavit.

Hoc non obstante processit Curia Archiepiscopalis contra Conjuges, ob non præmissas solitas denunciationes, & post diuturnam eorum carcerationem, in qua infelix Sponsa, ab omnibus separata, sola in carceribus filium peperit, tunc solum post multos tractatus, & discursus, à carcerum angustiis se eximere potuerunt, quando appellationi ad Sanctam Sedem interpositæ, per vim, & metum renunciarunt, præmissa tamen congrua protestatione, quod omnia faciebant coactè, ac ut sese à carceribus liberarent, utque possent ad pedes Summi Pontificis accedere, & exclamare.

Duas deindè excitatæ fuerunt difficultates super asserta nullitate matrimonii: Altera, quod Carlotta non probaverat suum statum liberum, hoc est mortem primi Viri: Altera verò, quod Viro obstaret qualitas Equitis SS. Mauritii, & Lazari, super quibus difficultatibus Archiepiscopus scripsit S. C. SS. Inquisitionis, ad quam etiam processum transmisit; Quæ tamen Causam, & Processum remisit S. C. C. à qua, continuantibus adhuc Petro, & Carlotta eorum moram in angustissimis carceribus laicalibus Taurini, ipsis inauditis die 27. Junii 1711. rescriptum fuit: *Firma remanente separatione inter Sponsos, & injuncto per Archiepiscopum eisdem præcepto de non conversando, sub pœnis ejus arbitrio, coadjuventur probationes juxta Instructionem*.

Adversus resolutionem hanc recurrunt hodiè dicti Conjuges, non sine maximis incommodis ad Urbem perventi, in qua in summis angustiis vitam ducunt, & exaudiri confidunt; Agitur enim de matrimonio jam contracto coram Parocho, & testibus, & proindè omnis præsumptio stat pro illius validitate, ita ut allegans illius nullitatem, ex quo matrimonii dissolutio fit res gravissima, tenetur illam concludentissimè probare *c. In literis*, & ibi *Glos fin. de Testib. Rot. cor. Meltn. dec. 194. n. 8 & cor. Pen. dec. 165 n 14*.

Nec insistatur in defectu probationis status liberi dictæ Carlottæ, eo quia non constet de morte primi Viri, juxta Instruct. Congr. SS. inquisitionis, per extensum registratas in *Constit. 13. Clem. X. & apud Boss. de Matrim. c. 4. nu. 192. & Gobat. in Teolog. exper. tract. 10 cas. 23. in fin.* Tum quia illæ restrictæ sunt ad probationem status liberi primi matrimonii, quando contrahi vult secundum, & secundi quando vult contrahi tertium, eo quia dato secundo matrimonio valido, præsumuntur præcessisse omnia illa requisita, quæ præmitti debebant, & sic cum in nostro casu concludentissime probetur mors secundi Viri, secuta in ipsa Civitate Taurini, non videtur ulterius criticanda mors primi. Tum etiam, quia de vita dicti primi Viri nulla vel debilis affertur ex adversò præsumptio, quando è conversò prætendens matrimonii nullitatem ex hoc capite tenetur ipse probare illius vitam, ut firmavit *Rot. in dec. 228. per tot. cor. Lodov.* ubi *nu. 3.* hæc affertur stringens ratio, *quia hoc est allegare impedimentum matrimonii, cujus probatio illi incumbit, qui impedit matrimonium &c. nec sufficit præsumptio illa vitæ usque ad centum annos &c. præsertim cùm sapiat objectum, quod debet clarè præcisè, & benè probari &c. Si verò DD. de Rangonibus, ut pro eorum parte fertur, non obiiciunt de vita Joannis Petri, tanto minus à DD. de Pallavicinis est probanda mors, quando de vita non opponitur, nec est bona consequentia, si Joannes Petrus vivebat matrimonium legitimum non poterat cadere inter Bernardinum, & Catherinam, ergo incumbit onus probandi, eum non fuisse vivum &c.* & in alia confirmatoria *dec. 147. cor. eodem*.

Ultrà quod de matrimonio primi Viri, non aliam habemus in processu probationem, nisi illam, quæ oritur ex sola confessione Carlottæ, Undè, vel ad effectum impediendi aliud matrimonium, aliunde desumenda esset concludens probatio, ad tradita per *Burdon. in Manual. S Officii sect. 28. n. 54.* Vel insistendo in eadem confessione mulieris, quemadmodum illi fides adhibetur quoad primum matrimonium cum Rochefort contractum, ita fides adhibenda est etiam quoad mortem ejusdem primi Viri, dum hæc omnia dixit sub uno, eodemque individuo juramento, quod in totum acceptari, aut in totum reprobari debet, ratione suæ individuitatis, ex adductis per *Vermigl conf. 15. n. 61. Hodier. ad Surd. dec. 16. nu. 1. Farinac. qu. 81. nu. 149. & seq. & Conciol. resol. Crim. verb. Testis quoad dicta resol. 7. per tot.*

Sed quatenus ageretur etiam de hoc tertio matrimonio, non contracto, sed contrahendo, itaut hodiè peteretur ab Ecclesia facultas contrahendi, & præscindendum quoque esset à secundo intermedio matrimonio, quo mediante primi dissolutio præsupponitur, adhuc sufficienter constaret de obitu primi Conjugis; Omissis enim in hac re sanctionibus juris civilis *in l. Uxores ff. de Divort. & in l. Uxor. C. de Repud. & in Auth. hodiè C. eodem tit.* abrogatis à Jure Canonico *in Cap. Dominus de Secund. Nupt. & in cap. Præsentia de Sponsal.* Quærunt Canonistæ, an requiratur certus nuncius de alterius Conjugis morte, ut superstes possit aliud matrimonium inire, vel satis sit probabilitas moralis, idest, ut sit probabilis causa ad credendum mortem, judicio Sapientum, & plurimi affirmant, satis esse hanc moralem probabilitatem, ut videre est apud *Sanchez de Matrim. disput. 46. num. 5.* Alii verò, amplectendo rigorosiorem sententiam, non admittunt utì sufficientem moralem probabilitatem, sed exigunt certitudinem moralem, seù tantam certitudinem, quanta Judicio prudentis sufficit ad credendum, priorem Conjugem mortuum esse, inter quos *Sotus in 4. Sent. q. 22. q. unic. artic. 5. Sanch. d. lib. 2. disp. 36. num. 6. & Bonac. de Imped. Matrim. quæst. 3. punct. 10. num. 21.* Ex quibus patet, quod in hoc omnes Doctores conveniunt, quod verba illa *Text. in cap. Ex præsentia de Sponsal. donec certum nuncium recipiant de morte virorum*, non sumenda sint Judaicè, sed moraliter; Cumque certitudo mortis prioris Viri non omnino qualis esse debeat præscribi possit, Judicis prudentis arbitrio, attentis circumstantiis, occurrentibus, relinquitur, ut concludit *Sanch. ead. disp. 44. n. 7.* & concordat *Bertacchin. vot. dec. 200. num. 4 & seqq.*

In hac facti specie tot, & tam graves circumstantiæ concurrunt, ut moralis certitudo mortis dicti primi Viri negari non valeat ex pluribus, & primo quia illum jam admittimus fuisse Locumtenentem Legionis Gallicæ, pugnantem in obsidione Susæ, & sic, cùm agatur de Viro, qui ingressus prælium non ampliùs comparuit, ex hac sola circumstantia moralem mortis certitudinem, & ad hoc ut possit cum alio matrimonium contrahere, admittunt *Henriquez*, & alii apud *Bonac. d. qu. 3. punct. 10. nu. 14.*

Secundò concomitanter, quia mors primi Viri non dicitur secuta in Japonia, vel in ultima Thule, sed Susæ, quod est Oppidum proximum Civit. Taurini, & multi effluxi sunt anni à divulgatione mortis ejusdem, ex generaliter animadversis per *Ansald. dec. 41. num. 7.* & in his terminis *à de Just. de Dispens. Matrim. lib. 2. cap. 11. sub nu. 17. & Bertacch. vot. dec. 200. per tot.*

Tertiò, quia Carlotta utì legitima Conjux Caroli de Cheller secundi Viri, & fuit recognita, & habita in Tribunalibus Parisiensibus, & ab ipsomet Rege, & rursus in ipsa Civitate Taurini vixit in figura matrimonii cum secundo Viro per spatium sex annorum, suceptis ibidem filiis, baptizatis cum qualitate legitimorum, & naturalium, unitim cum frequenti usu Sacramentorum, quæ omnia permissa nullatenus fuissent à Parochis, & Superioribus Ecclesiasticis, si minima dubietas secundi matrimonii adfuisset, ob verisimilem vitam primi Viri ex firmatis per *Rot. dec. 1000. num. 5. cor. Seraph. & in Veneta Illegitimitatis de Maurocænis 15 Januar. 1560. §. Cum igitur cor. Orano.*

Quartò ex Testamento secundi Viri, condito in ultimis vitæ

vitæ periodis, & quando nemo præsumitur immemor æternæ salutis, ex adductis *in Tom.1.p.2.disc 14.nu.94.* in quo nedum centies vocat Carlottam illius Uxorem, sed eam, ut diximus, instituit hæredem usufructuariam, proprietarios verò communes filios, *Rot. in dict. dec. 1000. numer.20. cor. Scraph.*

Quintò demum ex jurata confessione d. Mulieris, quod antè contractum secundum matrimonium mors primi Viri fuerit ei nunciata per epistolam Ducis Exercitus, quam mortem militis concludenter probare advertunt adducti per *Sanch. d.2. disp.46. sub nu.15.* Et ex quo, tàm vivente secundo Viro fuit reputata legitima Uxor de Cheller, quàm, illo mortuo, fuit ab ipsomet Archiepiscopo eidem, tanquàm illius Viduæ, factum præceptum de discedendo, & consequenter ex his omnibus, insimul junctis, nemo est, qui valeat de morali certitudine mortis primi Viri prudenter dubitare ad *Text. in c. Quoniam §. Porrò vers. Si autem, Ut lit. non contest can. Cum per bellicam 34 qu.2.*

Minorem habet subsistentiam alia reflexio qualitatis Equ. SS. Mauritii, & Lazari respectu Petri Mariæ, propter quam non valuerit matrimonium contrahere cum Vidua, dum ex erectione ejusdem Militiæ, ejusque unione, contenta *in const.6. & 7. Gregorii XIII. & in const.102. Clem. VIII.* ictu oculi apparet, eosdem Equites nullam habere incapacitatem contrahendi matrimonia, sed sola differentia stat in hoc, quod si ipsi ducunt unicam, & Virginem gaudent omnibus Privilegiis ad formam proprii instituti; si verò ducunt Viduam, privilegia amittunt non verò matrimonium annullatur, quod solummodò annullaretur in Religione Hierosolymitana, ut observant *Franc. de Eccles. Cathed. cap.5. num.347. & de Just. de Dispens. Matrim. lib.2. cap.10. nu.41.*

Quædicta sint ad materiæ ornatum, quia nos sumus in terminis solius receptionis ad habitum SS. Mauritii, & Lazarii, non autem solemnis professionis, quam nec etiam potuisset emittere idem P. M. quando recepit Crucem in ætate annorum octo circiter, atque adeò superfluum est in hac difficultate ampliùs immorari.

Sicuti autem ex prædictis non licèt dubitare de affirmativa resolutione validitatis matrimonii, ita revocanda quoque est Sententiam Curiæ Archiep. in ea parte in qua, ob non factas publicationes, imponitur pœna excommunicationis, cum omnibus aliis annexis gravaminibus, quia cùm defectus denunciationum non importet nullitatem matrimonii, nunquam hujusmodi arbitrium extendi potest ad pœnam excommunicationis, ut, re maturè perpensa, & injungendo revocationem Censurarum, de facto promulgatarum respondit hæc S. C. *in Bergomen 23. Jan. 681. Lib. 31. Decret. fol.32* ibi: *An Episcopus possit imponere Censuras contra matrimonium contrahentes coram Parocho irrequisito, seù dolosè adhibito: Negativè, & Censuras esse revocandas per similes Literas;* Potissimùm, quando per Conjuges non stetit, quin publicationes fierent, quatenus fuissent recepti Testes super statu libero, ut suprà observavimus.

Pœnæ enim, quæ in his terminis irrogari possunt à Curiis Ecclesiasticis, specificantur in magistrali resolutione hujus S C. 10. *Feb.1629.* impressa apud *Monacell. in Formul. tom.2. ti 16. formul.2. num.29.* & continentur sub sequentibus dubiis.

I. *An Episcopus possit punire contrahentes matrimonium, contra ejus prohibitionem contractum* Affirmativè.

II *An eos, qui contrahunt coram Parocho, ex causa justa dissentiente.* Affirmativè.

III. *An eos, qui contrahunt, omissis denunciationibus.* Affirmativè.

IV. *An possit punire Testes, intervenientes in supradictis casibus:* Posse, quatenus sint in dolo.

V. *An possit in eisdem casibus punire pœnis pecuniariis; Locis tamen Piis applicandis.* Posse.

Cùm igitur ex prædictis constet in omnibus de bono Jure Conjugum, tollenda quoque est separatio inter Sponsos, aliàs provisionaliter demandata, quia ad illam necessariò requireretur certitudo vitæ primi Viri, ut notant adducti à *de Just de Dispen. Matrim. lib.2. cap.17. num.53.* & melius *Pont. de Matrim. lib.10. c 15. n.9.* quæ eo certius militant in præsenti, ex quo possessio Conjugum non fuit momentanea, sed per spatium sex annorum, & ultrà, quibus bona fide Carlotta ab omnibus agnita, & tractata fuit, uti legitima conjux secundi Viri.

In eadem Causa.

Supplices redeunt Oratores, humillimè petentes responderi pro validitate matrimonii ab ipsis contracti, saltem cum clausula *ex hactenus deductis*, ut in fortioribus terminis practicavit in casibus, de quibus *in Tom.1. p.2. disc.4. nu. 44.* nec non *in Rossanen. 24. Aprilis 1717. ad 1. dub.* Diximus *in terminis fortioribus*, quia in illis non revocabatur in dubium verus, & realis contractus alterius matrimonii, qui non sunt nostri termini, in quibus ex una parte de existentia primi Viri in rerum natura nulla datur verisimilitudo, ex alia verò de mutuo consensu Oratorum cor. Parocho, & testibus nulla omnino adest difficultas, ex quo ille patet ex fide ejusdem Parochi, & depositione illorum testium, coram quibus fuit contractum.

Nec dicatur, quod non constet de morte Rochefort, cum quo primas contraxisse nuptias in Curia Taurinensi post contractum præsentis matrimonii, Carlotta asseruit. I. Quia eadem confessio emissa fuit ad alium finem, probandi scilicèt ejus honestam vitam, sicque non potest hodiè trahi ad omninò diversum effectum validitatis primi matrimonii, per ea, quæ ad rem adverti: *Rot. in dec.1305. nu.4. cor Emer. Jun. & dec.201 nu.16 par.19. rec.* II Quia eodem tempore, & sub eodem juramento d. Carlotta asseruit, eundem primum Virum *esser stato ucciso &c. nel tempo, ch' era Capitano à Susa nel secondo Battaglione &c.* & proinde eadem confessio in totum acceptari debet, non autem scindi potest, quoad contractum matrimonii illam acceptando, & reprobando quoad mortem ejusdem Viri, idque ratione individuitatis juramenti, sub quo emissa fuit ex adduct. supra *num.4.* III. Quia suspecta nimis est eadem confessio, uti respiciens actum, ab ea gestum, nedùm tempore, quo erat annorum 12. sed quando à semetipsa dumtaxat, absque ullo Conjunctorum consilio, vel ope, matrimonium tractavit, & conclusit, ibi: *Niuno hà trattato il matrimonio, ma quello si è stabilito trà lui, e me.* Nihil enim facilius Rochefort, bellicoso Viro, quàm decipere teneræ ætatis Puellam, à suis consanguineis sejunctam, omnique sano consilio destitutam, egregiè *Tiraquel. l.6. Connub. gloss.1. par.6. num.137.* ubi sequitur illud *Propertii, At nimium faciles aurem præbere Puellæ Barbos. vot. dec.17. nu 105. & Rot. dec. 38. nu.7 p.16. rec.* IV. demum quia eadem confessio apparet evidenter erronea ex antecedenti confessione ejusdem de qua in Processu transmisso C. SS. Inquisit. ubi legitur dixisse eidem Viro, *che non aveva ancora impegno con medesimo, e che era Padrona di darse à quello più le sarebbe piaciuto;* Si enim validum fuisset matrimonium, non posset verificari eadem libertas, quia illud non libertatem, sed perpetuam importat servitutem, juxta doctrinam *D Thomæ 3. p q.47. ar.6 in corpore*, & notant *Sperel. dec.138. num.11. & Rot. dec.112. nu.1. cor. Royas.* Atque hæc seria confessio præcedens, exclusiva matrimonii, posteriori omninò præferenda est ex adductis per *Rot. in Colonien. Illegitim.6. Maii 1653. §. Hinc cor. Verosp.*

Quæ omnia mirabiliter urgent hodiè, ex quo de mandato SS. D.N. à Galliarum Nuncio factis omnibus diligentiis pro verificatione dictæ confessionis, nulla omnino notitia, vel memoria ejusdem Viri inveniri potuit, & quod magis est, neque etiam illius nomen inventum fuit *nel secondo Battaglione di Monsieur la Foillade, e Regimento Bojola,* ubi adscriptum fuisse Carlotta asseruit, ut ex replicatis Epistolis ejusdem Nuncii, itaut applicetur conclusio, nullum habens in Jure contradictorem, quod confessio erronea non nocet *Emer. Jun. dec.1153 n 20* quia non potest facere de falso verum, nec veritas per nostram confessionem valet immutari, ut probavi *Inst. Crim lib.1 ti.4. n. 7. & lib.4. ti.2 n 3.*

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo in omnem casum, usque quo per indubitatas probationes non constet de vita primi Viri, non est facienda injuria secundo certo matrimonio, vel illud dissolvendo, vel Conjuges separando, *ad Text. literalem in c. Dominus de Secund. Nupt.* & bonam adducit rationem *Pont. de Matr. lib.10 cap.16 sub nu 9.* quia scilicèt *in dubio circa mortem prioris Conjugis, magni momenti est possessio; ratione cujus causa matrimonii posterioris multo major, & potior est &c. Quare ex hac parte multo fortiùs manet Jus matrimonii secundi, quàm primi, cùm in favorem secundi sit certa possessio & ex alia parte sit major obbligatio justitiæ, quàm castitatis &c* Et concordat *Covar. de Sponf. p. 2. cap.7. §.3. n.4.* ibi: *Hic tamen omittendum non est, ab Ecclesia non esse dirimendam matrimonium contractum ab existimantibus, nullum ex primo conjugio impedimentum subesse, tamen absque*

absque probatione mortis prioris, seù absque certitudine, quàm Canones exigunt; Potest enim esse hoc secundum matrimonium validum, & ideò fieret injuria huic secundo matrimonio, &c. ut probat Text. in cap. Dominus &c. & de Iustis de Dispensat. Matrim. lib. 2. cap. 11. n. 8. 15. & 53. ibi: Valeret quidem matrimonium, si Mulier, non omninò certa de morte Viri, alteri bona fide nuberet, si casus daretur, ut verè primus Vir mortuus esset, undè in eo dubio, antequàm de vita primi Viri constet, non esse secundos Conjuges separandos colligitur ex cap. Dominus de Secund. nupt. &c. 44

Dispositio verò ejusdem Textus nullatenùs immutata fuit à posterioribus Canonicis sanctionibus, sed in suo permanet robore, & tanquam lex in corpore Juris clausa, locum habet in omnibus similibus casibus ut (quidquid dicat Pignatel. consult. 189. tom. 4. quem citat sed non sequitur Bertachin. vot. dec. 200. nu 3. & 4. qui Pignatellus ex alienis laboribus Volumina implevit, ut sequendo D. Piton. discep. 52. n. 11. in fine observavi in meis Instit. Crim lib. 3. tit. 8. num. 234.) videre est ibidem apud Repetentes communiter, & signanter Innoc. Io: Andr. & Præposit. in princ. & Alex. de Nevo num 5. nec non Sot. in 4. dist. 37 quæst. unic. art. 4. Vasq. in 1. par. disput. 66. cap. 2 Sanch. de Matrim lib. 2. disput. 42. num. 1. & 2. Reginal. in Prax. lib. 31. cap 12. n. 72 Guttier. pract. quæst. lib. 2. qu. 8. nu 4. vers. 2. Boss. var. resol. par. 2. tit. 1. §. 51. nu. 1012. & Card. de Albic. de Inconst. in Fide c. 36. n. 112. præter Covarr. Pontium, & de Iustis locis supra citatis. 45 46

Certiùs attenta bona fide, cum qua Eques Petrus Maria matrimonium contraxit, postquam scilicet in communione S. M. E. in Civitate Taurini ex hac vita migravit Keller, secundus Vir Carlottæ, omnibus Sacramentis munitus, cum testamento in quo illam dilectissimam Uxorem nominavit, & hæredem instituit, & postquàm per annos sex in figura matrimonii cum illo permanserat cum filiorum procreatione, & utì illius legitima Uxor publicè, & palam recognita, & habita fuit à Parochis, à Curia Ecclesiastica, & Sæculari, atque ab omnibus Civibus Taurinensibus, belli majoribus Officialibus, & dicti secundi Viri Commilitonibus, gregariisque militibus. 47

Quæ bona fides nullatenùs debilitatur, ex eo, quod illud contraxit, non obtenta licentia ab Archiepiscopali Curia; Fecit enim quantum in se erat ad illam obtinendam, rogando, obsecrandoque in omni patientia, & humilitate Officiales illos, à quibus dari debebat, & non semel mittendo, & remittendo quatuor idoneos testes, promptos ad deponen. de utriusq; conjugis libero statu, quorum depositiones ad faciendam rem gratam Consanguineis Viri, iidem Officiales expressè recipere recusarunt, ut remanet innegabile ex lectura Processas, in Secretaria existen. In istis autem terminis non potest aliquid imputari eidem Equiti si matrimonium eo modo, quo illi permissum erat, contraxit, ne aliàs dicamus esse in arbitrio Superioris Ecclesiastici impedire contractum illius Sacramenti, quod, inter alios fines, institutum fuit ad vitanda peccata, juxta dictum Apost. ad Corinth. 1. 7. 9. & cujus respectu solam Testis qualificati figuram facit persona Ecclesiastica, ex quo materia, forma, & ministri sunt ipsimet contrahentes, ut latè probat Pont. de Matrim. lib. 1. cap. 9. per tot. & firmavit Rot. in Viterbien. Matrim. 19. Ian. 1629 in princ. cor. Pirov. 48 49

Ea verò, quæ afferunt Doctores de mala fide contrahentis matrimonium ad terminos Text. in d. c. Dominus de Secund. nupt. procedunt respectu scientiæ vitæ primi Viri, ex qua mala fides inducta dicitur, non autem respectu modi contrahendi matrimonium. 50

Quibus jungitur alia stringens reflexio, quod primum matrimonium cum Rochefort, in omnem casum fuisset evidenter, nullum utì contractum cor. non proprio Parocho, ex quo asseritur contractum coram Eleemosynario Exercitus, forsan per errorem nominatus talis loco Cappellani ejusdem Exercitus, ut dicitur in Folio hujus S. C. diei 27. Junii 1711. ibi: Fuisposata col medemo da un Elemosiniero nel Reggimento di Murat Cavalleria; Ex replicatis enim oraculis, hujus S. C. matrimonia nullatenus contrahi valent coram Cappellano Exercitus, multoque minus coram simplici Eleemosynario, nisi specificam ad dictum effectum habeant facultatem, vel illa cum amplissimis, & generalibus terminis eis concessa appareat ad omnia Sacramenta, ut articulo ad partes discusso, solidè probat æquè doctus, ac eruditus Religiosus P. Schiara amicus meus in Addition ad ejus Theol. Bellic. fol. mihi 135. à n. 6. & resolvit hæc S Cong in Mediol. Matrimonii 11. Dec. 1677. Lib. 29. Decr fol 552. & in Dubio Matrim. 31. Julii 1701. Lib. 51. Decr. fol. 239. 51 52

Sed quandò omnia ista cessarent, & per impossibilem hypothesim primus Vir, nedùm esset vivus, sed præsens in Urbe, & instaret coram hac S. C. pro restitutione suæ Uxoris, secundùm præsentem justitiam in concursu P. Mariæ secundi Viri non esset audiendus, eo quia ista adducit pro se matrimonium in facie Ecclesiæ validè contractum, ipse autem non nisi meram, & simplicem haberet confessionem conjugis contra matrimonium, quæ in nulla prorsùs consideratione habenda est, nedùm ex eo, quia ex supradictis convincitur emissa ad ailum finem, & detegitur apertè erronea, sed etiam quia non est in potestate unius, ex conjugibus, mediante propria confessione, præjudicare matrimonio, in facie Ecclesiæ contracta, ad Text. liter in cap. Super eo, de Eo, qui cognovit Consang. Uxor suæ, quem sequuntur Rot. in Bonon. Matrim. 15. Junii 1676. §. Et licèt, cor. Vicecom. & egregiè De Angelis de Confess. lib 2. quæst. 6. nu. 22. & seqq. ubi cummulat concordan.; Et in fortioribus terminis confessionis utriusque conjugis contra matrimonium eadem Rot. in Favent. Matrimonii 5. Julii 1660. §. Neque cor. Card. Taya. 53 54

Pro quorum omnium faciliori admissione dignentur EE. PP. eorum misericordes oculos convertere erga Oratores, qui volentes potiùs nubere, quàm viri, occasione prætentis matrimonii, & sic pro illo Sacramento, quod magnum in Christo, & in Ecclesia vocat Apost. ad Ephes. 5. 32. ac si atrox commisissent delictum, assassinio proximum per apertam vim capti, & extracti ab Ecclesia, eo tempore, quo ibidem SS. Eucharistiæ Sacramentum publicè adorandum expositum erat, innumeras afflictiones, gravia verbera, & periculosa vulnera, specificata in Processu, insigni patientia substinuerunt, & post longam 8. mensium detentionem in arctis Carceribus in Civitate Taurini, in quibus Sponsa absque alicujus mulieris auxilio parere coacta fuit, tunc solùm ab illius squalloribus, & miseriis liberati fuerunt, quando coacti, & suffocati se declararunt omni recursui, & appellationi renunciare; Prout etiam dignentur benignè respicere eorum innocentes filios, omnes extra propriam Patriam ab undecim mensibus in Urbe, in extremæ necessitatis, & miseriæ ultimis confinibus constitutos, illosque, humillimè se, suosque commendantes EE. PP. pietati, multiplici eorum favorabili suffragio consolari. 55 56

Proposito in S C. C. dubio die 30. Apr. 1712. An constet de validitate matrimonii confirmando resolutionem, de qua suprà n. 8. rescriptum fuit Dilata, & renovato præcepto separationis per Em. Urbis Vicarium de non conversando inter ipsos, coadiuventur probationes juxta Instructionem. 57

Repropostia verò causa die 4. Februar. 1713. dictum fuit: Ex hactenus deductis non constare de nullitate matrimonii.

Diximus sup. n. 51. quod cor. Cappellano Exercitus quem perbellè vocat Civit. ambulantem Ansald. dec. 55. n. 26. contrahi validè non potest matrimonium, pro ejusdem verò materiæ dilucidatione observan. est hìc, quod S. C. die 6. Martii 1694. multas resolvit difficultates in hac parte, sequentibus resolutionibus per extensum relatis à P Schiara ubi supra n 16. fol 139. & 140. 58

Dub. I An Cappellani cujusvis Exercitus, sivè Sæculares, sivè Regulares Catholici possint administrare Militibus, in Præsidiis degentibus, Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ, & Extremæ Unctionis sine facultate Sedis Apostolicæ, vel licentia, & approbatione Ordinarii, in cujus Diœcesi extare contigerit. Negativè. 59

II. An assistere valeant Matrimoniis Militum cujuscumque Nationis degentium in Præsidiis, cum Militantibus fœminis, sine dicta facultate Apostolica, & præcedente probatione status liberi ejusque recognitione coram Ordinario Loci, & licentia Parochi, sub cujus Parochia manent. Negativè. 60

III. An idem cum Militibus degentibus in Castris, & stationibus hybernis, vel æstivis. Negativè. 61

IV. An idem cum Militibus, in actuali expeditione positis. Negativè. 62

V. An idem cum Militibus, nubere volentibus cum fœminis non militaribus, sed Italis, originariis Loci, sivè Diœcesis in qua reperiuntur. Negativè. 63

VI. An Milites acatholici, cum acatholicis mulieribus contrahentes, teneantur servare formam præscriptam in Concilio Tridentino. Affirmativè in Locis, ubi publicatum fuit Concilium, juxta decretum S. C. 26. Sept. 1602. ad 3. dub. approbatum à f. m. Clem. VIII. 64

VII. An eo magis acatholici contrahentes cum Catholicis mulieribus, militantibus & non militaribus in Præsidiis, Castris, & in expeditione manentes. Affirmativè, sed ulteriùs indigere dispensatione, ut præfata matrimonia licitè contrahantur. 65

VIII. An

VIII. *An Cappellani acatholici assistere possint matrimoniis acatholicorum cum acatholicis, & respectivè Catholicis, etiam intrà fines Italiæ?* Negativè, *Et quatenùs negativè in omnibus, præter 6. & 7.*

IX. *An & quid pro sanatione gestorum in præteritum, & faciendorum in futurum super prædictis omnibus pro certa regula Sanctissimum consulendum, & statuendum sit.*

In præteritum non esse inquietandas conscientias quo ad Sacramentum Pœnitentiæ, Quò verò ad matrimonia, inita sine speciali facultate Apostolica, vel sinè licentia Ordinarii Loci, vel Parochi, non servata forma *Concilii Tridentini in cap. 1. sess. 24. de Reform. Matrim.* pro sanatione, si Sanctissimo D.N. placuerit, renovato tamen consensu etiam coram Confessario approbato, qui teneatur tradere testimonium renovationis dicti consensus Parocho illius Loci, in quo fieri contingat hujusmodi renovatio.

Provisio in futurum differatur in prima proxima Congregatione, in qua consulendum erit, ac deliberandum. Sub die 20. Martii ejusdem anni 1694. super provisione S. Cong. dixit. *Secretario cum SS. pro tali provisione, & sanatione.*

Orto autem novo dubio circa resolutionem an id procederet, quando adest actuale bellum, & Milites sunt in Castris, confinantibus cum Inimicis *vulgò Piazze di Frontiera, e quando la guerra è viva*, eadem S.C.C. *die 27. Apr.* 1709. respondit: *Affirmativè* teste *P. Schiara ubi supra nu. 11. fol. 19.* Ubi *à fol.* 120. tria registravit per extensum Brevia Inn. X. & unum Innoc. XI. *A fol.* verò 264. quatuor alia similia Brevia SS. D. N. Clem. XI. per extensum pariter registravit, circa facultates concessas similibus Cappellanis Exercituum, ad rem observans *fol.* 263. in his casibus, similia Brevia attendenda esse, tanquam certam regulam, illaque adamussim servanda esse à Delegatis, adhoc ut illorum actus, & dispensationes validæ sint.

Vide etiam de hac materia latè, & doctè differentem *Villef. de Serv. fugit. c. 20. §. 2 per tot.*

DISCEPTATIO XV.

Nullius Burgi S. Sepulchri.

INTER

Abbatem S. Mariæ in Balneo.

ET

Episcopum Burgi S. Sepulchri.

ARGUMENTUM.

Censuræ, latæ contra Abbatem exemptum, nullæ sunt, quando processum fuit ab Episcopo ordinaria authoritate, licèt posset validè contra eundem Exemptum procedere, utì Delegatus Apostolicæ Sedis.

1 QUidquid sit, an Episcopus Burgi S. Sepulchri in hac Causa potuerit procedere, tanquam Delegatus Sedis Apost. vigore Decr. Generalis S.C.R. die 27. Sept. 1659. impressi apud *Panim. dec.* 30. contra Abbatem S. Mariæ in Balneo, retinentem fixam, seù permanentem Sedem in sua Ecclesia, circa quòd utì alienum à præsenti inspectione, non insistimus. Hoc unum videtur indubitatum, quod utì talis nullatenùs processit, sed simpliciter utì Episcopus Burgi S. Sepulchri, & consequenter innalegabilis est defectus Jurisdi-2 ctionis respectu d. Abb. S.M. in Balneo, qui eidem Episcopo nullatenus subest.

Quod autem processerit uti Episcopus patet ex ipsismet Edicto, & Sententia, registratis in Processiculo de Partibus 3 *fol. 2. & 7.* In primo enim dicitùr solum: *Gregorius Compagnus Patricius Romanus, Dei, & Apostolicæ Sedis gratia Episcopus Burgi S. Sepulchri:* In eoque sibi reservavit facultatem procedendi ad Inquisitionem, & condemnationem Juris remediis; ibi: *Facultate nobis à Jure concessa:* In secunda verò adest hæc præcisa subscriptio. *Gregorius Compagnus Episcopus S. Sepulchi*, sibi paritèr reservando facultatem ab excōmunicatione absolvendi, quod clariùs expresserat Cancellarius ibi: *Lata per prædictum D. Gregorium Compagnum Patri-4 tium Romanum, & Episcopum Burgi S. Sepulchri, & annexorū.*

Clarè igitur ex his constat, ad controversas Censuras eundem Episcopum devenisse non tanquam Delegatus Apostolicæ Sedis, sed uti Episcopus, per ea, quæ notat *Jas. cons.* 158. 5 *n. 6. lib. 2. Crav. de Antiq. temp. par. 4. §. Absolutis sub nu. 34. & Rot. dec. 103. n. 9. cor. Otthob.* Proindeque, etiamsi potuisset procedere tanquam Delegatus, gesta ad ipso, utì Episcopo, sunt prorsus nulla, & applicaretur regula, *quod potui nolui, quod volui adimplere nequivi*, de qua generaliter *Rot. in dec. 251. n. 9. par. 19 rec.* Illamque in terminis alterius excom-6 municationis, latæ à Vicario Generali Lauden. me scribente sequuta fuit S.C.C. in *Lauden. Censurarum 4. Septemb.* 1700. recedendo à primo loco decisis: Et in terminis excommunicationis, latæ ab Episcopo contra Abbates exemptos, prætextu non paritionis Decreti S. C. R. late *Pasqual q. moral Jurid.* 109. *per totam*, ubi, quòd si non procedit tanquam Delegatus, sed utì Episcopus, nedum revocanda sunt gesta per 7 ipsum tanquam continentia contemptum Romanæ Sedis, dùm manus extendit contra eidem immediatè subjectos, sed ulteriùs tenetur ad refectionem omnium expensarum, quas faciunt Abbates exempti, propter molestias, ab ipso sine Jurisdictione, eis illatas.

Ex quibus non exorbitans, sed omnibus Juridicis regulis innixa apparet responsio, seù Edictum Abbatis, in quo de-8 claravit, se non teneri parere Edicto Episcopi ea adducta congrua ratione. *Quia Nos nullam habemus subjectionem, seù dependentiam ab ipso D. Episcopo, nec in spiritualibus, nec in temporalibus.* Simplices enim Religiosi, & multo magis Superiores Generales, Jurisdictionem quasi Episcopalem habentes, in quorum numero est idem Abbas, nullatenus subsunt Jurisdictioni Episcoporum, juxta *Text. in cap. A quorundam*, ubi egregiè *Glos. Verb. Non tenere de Excessib. Prælator.* & re-9 vocando sententiam Nuncii Venetiarum contra Monachos S. Benedicti, firmavit *Rot. in dec. 83. n. 1. & per tot. cor. Coccin.*

Proindeque, nedùm licitè eidem non obtemperavit, sed malè fecisset ejus præcepta servando, ut benè observat *Card. de Luc. de Benef. disc. 73. n. 12.* In his enim casibus Judices de-10 legati tenentur clarè exprimere eorum delegatam Jurisdictionem, ad hoc ut citati agnoscant illum utì talem, quem 11 aliàs rectè sciunt incompetentem esse, & contrarium practicando nunquam potest dici contumax, seu non obediens, ut advertit idem *Card. de Luc d. disc. 73. n. 11. de Benef. & disc. 9. n. 6. de Judic.*

Nec dicatur, Episcopum suam delegationem satis, superque declarasse, tam in Edicto, quàm in Sententia; in Edi-12 cto mediantibus istis verbis; *Plures in anno Pontificalia exercuisse ultra præscriptum S C.R. sub die 27. Septemb. 1659.* & infrà: *Inhærentes supradicto Decreto S. R. C.* & in fine, ibi: *Si in posterum attentaverint, seù excesserint contrà ipsummet Decretum S. R. C.* Atque in Sententia ibi: *Et in hac parte authoritate Apostolica munitus.*

Quò enim ad Edictum dignentur EE.PP. observare, aliud esse, Episcopum inhæsisse eidem Decreto ad fundandum adversus Abbatem assertos excessus, sivè in benedictionibus, sivè in retentione Sedis fixæ ultrà vices, & formam, in eodem decreto præscriptas, Aliud verò, totoquè Cœlo di-13 versum, procedere voluisse vigore facultatis, in eodem decreto sibi attributæ; Cùm autem lectura ejusdem Edicti ad 14 evidentiam ostendat, mentionem, & relationem ad decretum respicere fundamentum assertorum excessuum, non verò Jurisdictionem, ex uno ad aliud nullatenùs valet inferri, vulgatis Juribus, apud *Barb. axiom* 114.

Quò verò ad Sententiam opponimus eisdem verbis, nedum alia clariora ejusdem Cancell. relata supra *n. 4.* in quibus asseritur lata ab Episcopo, utì Episcopo, nulla facta mentione authoritatis Apostolicæ; Sed quod magis est ipsammet 15 subscriptionem Episcopi paritèr absque mentione aliqua authoritatis Sedis Apostolicæ; Proptereaquè ne verificetur inconveniens illud, de quo *D. Gregor. hom.* 37. *in Evang.* ut scilicèt aliud Præco clamet, & aliud Judex nunciet, dicendum est, vel illa apposita fuisse à Cancellario præter intentionem Episcopi, statim errorem corrigendo in ipsamet prolatione; Vel in omnem casum factum ejusdem Episcopi, 16 ejusdemquè subscriptionem, præferendam esse enunciativis Cancellarii, per ea, quæ advertunt *Felin in cap. Quoniam contrà n. 43. de Prob. Palm. conf. 82. n. 10. & Rot. dec. 94. n. 1. cor. Caval. & dec. 197. n. 9. cor. Bich. & dec. 77. n. 10. par. 18 rec.* ubi illam adducit congruam rationem quod non titulus, minusque Scripturæ tenor, sed sola subscriptio, eidem præcisam dat formam, & attendenda est.

Quæ omnia comprobantur ex aliis verbis ejusdem Sententiæ, ibi: *Declaramus incursum in excommunicationem Bullæ Cœnæ &c. contra perturbantes alienam Jurisdictionem*; Cùm 17 enim eadem Bulla non procedat, contra impedientes usum Jurisdictionis delegatæ, ex quo præcisè loquitur de Jurisdictione propria Episcoporum, ut in §. 18. ibi: *Impediunt quominus sua Jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur*, & observant *Alter. de Censur. disp. 17. c. 1. col. 6 vers.* 18 *sequi-*

sequitur 2. *Duard. in Bull. Cæn. q.* 7. *n.* 40. *& Bonac. de Censf. disp.* 1. *q.* 17. *pu.* 1. *n.* 10 *vers. Respondeo*, ex hoc pariter capite relinquitur manifestum, Episcopum non processisse tanquàm Sedis Apostolicæ Delegatum sed uti Episcopum.

Absque eo, sub hac consideratione eædem censuræ valeant sustineri; Sivè enim attendatur competentia ejusdem Bullæ, sivè modus, quo fuit exadverso processum, undique patet inapplicabilitas objecti. Bulla enim in Cœna Domini non loquitur, nec Doctores illam extendunt ad legales controversias, inter personas Ecclesiasticas de Jurisdictione con-
19 tendentes, & quando una ex istis personis pro defensione propriæ Jurisdictionis, non de facto, sed servatis servandis, & juridicè se defendens, impedit exercitium ejusdem Jurisdictionis in, alio ut, omissis Authoribus, qui ad hoc facili negotio possent cumulari, me scribente, utraq; Parte acerrimè informante, resolvit S. C. C. in dicta *Lauden. Censurarum* 4 *Sept.* 1700. nullas declarando Censuras à Vicario
20 Generali Lauden. vigore Bullæ in Cœnæ Domini promulgatas contra Conservatorem PP. Conventualium.

Et hujus assertionis ratio desumi potest ex iis, qui observat *Pignatel. consult.* 44 *n* 14. *tom.* 7. ibi: *Præterea non videtur incurrere Censuras, cominatas in Bulla Cœnæ contra u-*
21 *surpantes Jura Episcopalia, quoniam ad hunc effectum requiritur, quod hic prætensus usurpans sit destitutus omni probabili credulitate, quod Jus ad se non pertineat, & certò sciat, Jus esse proprium Episcopi, & nihilominus sibi illud appropriare velit, sic ex Suar. Filliuc. & Bonac. & aliis probat Pasqu. &c.*

Quod clariùs procedit attento modo, quo fuit exadverso processum, absque nimirum citatione, & canonica monitione, quibus deficientibus prorsus nullæ remanent eædem
22 Censuræ, ut pariter fuit pro indubitato admissum *in dicta Lauden* & habemus Textus rotundos *in cap. Sacro de Sent. Excom. & in Clement. Pastorali ante finem de Sententia, & re Judic.* de quibus *Vulp. in Prax. Jud. c.* 1. *n.* 48. *& Rot. dec.* 496. *n.* 4 *par.* 14. *& dec.* 277. *n.* 18, *par* 16. *rec.* ubi quod hæc nullitas talis est naturæ, ut nunquam possit remitti.

Nec credimus insistendum in asserta notorietate excessuum, quæ necessitatem citationis excludat; Aliud enim
23 est, quod Abbas Sedem in Ecclesia retinebat, benedictiones elargiebatur &c. quibus forsan qualitas notorii attribui poterat, Aliud verò, quod ista omnia erant notoria delicta, quia poterant niti privilegiis Apostolicis, etiam circa casus, comprehensos in Decreto Generali S. C. R. diversis Religionibus competentibus, quæ registravit *Panimol. post dec.* 30. *adnotat.* 1. *n.* 8. Proindeque ad hoc ut validè procedere potuisset Episcopus semper ex indispensabili necessitate citandus erat Ab-
24 bas ad declarandum, quo Iure faciebat ea, quæ eius Antecessores per spatium quadraginta, & ultra annorum pacificè exercuerunt, quæque decreto S. Cong. adversari videbantur.

Imò ex hac notorietate facti ad hominem excluditur exagerata notorietas delicti; Vix enim perceptibile videtur, ut tot pietate, Religione, & scientia insignes Abbates antecessores per spatium 40. & ultra annorum voluerint notoriè in
25 hac parte delinquere, & quod magis est ipsimet Episcopi id permittere libenter voluerint, absq; eo quod unquam reclamaverint Semperque crescit bona fides Abbatis continuando dumtaxat in exercitio illarum functionum, quas ejus Antecessores cum scientia, & patientia Episcoporum semper practicaverant. Si autem qualibet causa, etiam, fatua, & bestialis sufficiens est ad excusandum ab incursu pœnarum, ut di-
26 cunt Doctores, adducti à *Rot. in dec.* 150. *n.* 13. *cor Otthob & dec.* 620 *n* 14. *par.* 18. *rec.* Multò magis sufficiens erit hujusmodi bona fides, & credulitas, innixa factis, & operationibus tot insignium personarum ad excusandam contumaciam, & excludendum positum dolum in Abbate.

Procedunt hæc omnia de summo Juris rigore, multo autem magis confidimus, & supplicamus præ oculis habenda esse ad solum effectum excusandi contumaciam in Abbate,
27 qui saltem ex iis credere potuit, se non teneri obedire Episcopo, procedenti tanquam Episcopo, id non arguendo ex verisimilitudinibus, & conjecturis, sed oculis corporeis le-
28 gendo in ejus subscriptione; Ad incursum liquidem Censurarum, quas gravissimam, & omnium aliarum apud Ecclesiam existentium, maximam pœnam meritò appellant *Grat. disc.* 531. *n.* 76. *Panim. dec.* 69. *adnot* 1. *n.* 1 *&* 2. *Rot. dec.* 496. *n.* 4. *par.* 14. *& dec.* 277. *n.* 18. *par.* 16. *rec.* requiritur dolus inexcusabilis, & positivus contemptus, omnisque colorata, probabilis, & verisimilis causa sufficiens est ad illarum incursum evitandum, ex adductis *per Rot. in dec.* 167. *per tot. par.* 19. *rec.* ubi quod fundamentum excommunicationis est contumacia in contemptum clavium, quodquè contumax dici non
29 potest ille, qui ex rationabili causa motus fuit ad non obediendum Episcopo, & admittit *Pignatel. consult* 44. *n.* 14. *to.* 7. ibi: *Quia cùm in eo Textu sit appositum verbum præsumpserint quod dolum, & temeritatem supponit, non comprehendit Abbates, qui, aut bona fide, aut per ignorantiam, etiam culpabilem, aut etiam per imprudentiam, & temeritatem, nisi illa fuerit ingens, ac ex certa scientia, se gerant*, citando ad comprobationem ejusdem conclusionis, *Cenedam, Riccium, Barbosam, Salas, & Bonacinam.*

S. C. E. die 25. Februarii 1701. Ponente Card. Colloredo: 30 Respondit, *Censuras esse nullas.*

DISCEPTATIO XVI.

Matheranen. seù Acheruntina.

PRO

Archiepiscopo Matheræ,

CUM

Clero Acheruntino.

ARGUMENTUM.

Subditi Civitatis, & Diœcesis Acheruntinæ, an carcerari, & conveniri debeant in propria Civitate, vel potiùs in illa Matheræ, Taxa Innocentiana in utraque Diœcesi punctualitèr servan. est, An Archiepisc. Acheruntinus quolibet anno teneatur impendere quartam partem redditunm ejusdem pro suppellectilibus, & reparatione suæ Ecclesiæ Acheruntinæ.

Licet antiquissimis temporibus Civitas Acheruntina Populo, ac ædificiis satis ditata fuisset, attamen, ob multorum sinistrorum eventuum calamitates, ad talem statum redacta postmodum fuit, ut, cùm nullatenus in ea Archie- 1 piscopus sustentari valuisset, necesse habuit Apostolica Sedes, præfatam Ecclesiam Acheruntinam cum Matherana, quæ, & opibus, & Populo abundabat, & ad hæc usque tempora semper conspicua extitit, æque principalitèr unire, ut notat *Card. de Luca de Canon. disc.* 26. *numer.* 12.

Vigore hujusmodi unionis, ac etiam attenta carentia Ministrorum in dicta Civitate Acheruntiæ Archiepiscopi semper residerunt in Civitate Matheræ, ibi Tribunal erigendo, ac utriusque Diœcesis negotia peragendo, & licèt Vicarius Acheruntinus ad quandam honoris speciem præ sese- 2 rendam, aliquando se denominaverit Generalem, etiam mediantibus Literis patentibus suæ depuationis, ut contingit de anno 1637 in personam Canonici Venosa, re tamen, & in effectu semper fuit, & est Vicarius foroneus, non solum quia in Literis, ad eundem ab Archiepiscopo seorsim datis, facultas judicandi in multis casibus, expressis in Scripturis, in Secretaria exhibitis, expressè limitabatur quæ limitatio est univocum argumentum qualitatis Vicarii foronei, ut communiter observant *Gloss. & DD in Clement.* 2. *verb. Foraneus de Rescript.* & advertit *Pellegrin in Prax. Vicar. part.* 1. *section.* 7. *de Vicar foran. numer.* 1. *&* 9.

Sed etiam, quia omnes causæ, sivè civiles, sivè criminales, & mixtæ, cognitæ fuerunt à Vicario Generali Matheranen. ut habetur ex quamplurimis actibus, factis super verificatione Literarum Apostolicarum in materiis matrimo- 3 nialibus, sivè beneficialibus; Ex cathalogo Actorum, & Processuum, confectorum contra Ecclesiasticos d. Civitatis Acheruntiæ ab ann. 1591. usque ad præsens; Ex alio Catalogo omnium, & singulorum Locorum utriusque Diœcesis, & demum ex confessione eorundem Capitularium, ac respectivè nonnullarum Communitatum uniuscujusque 4 Terræ, seù Oppidi dd. Diæcesum, ut ex attestationibus, in Secretaria exhibitis, itaut controvertere hoc factum videatur idem, ac negare Solem in meridie.

Hac tamen evidentia minimè obstante, cùm modernus Archiepiscopus compertum habuisset in actu S. Visitationis, factæ in d. Civitate Acheruntiæ, in deterius ire nonnullas ejusdem Civitatis Cappellas, ac pia Loca ob malam Oe- 5 conomorum administrationem, & proindè, in vim notæ dispositionis Conciliaris, revisionem computorum exegisset, & insuper bonificare renuisset summam ducatorum 250. recollectam ex fructibus Mensæ, Sede Archiepiscopali vacante, & ad dictum Successorem Archiepiscopum spectan.

spectan. tanquam expensam proprio marte, & ad faciendum rem gratam Capitulo Acheruntin. per quendam Canonicum Martoranum Prooeconomum d. Mensæ; Exindè orta fuit quædam controversia, quæ causam dedit novas prætensiones excitandi, & signanter, non posse Clericos, & Presbyteros Civitatis, & Diœcesis Acheruntiæ trahi ad Civitatem Matheræ in causis occurrentibus, & Archiepiscopum teneri providere Ecclesiæ de omnibus suppellectibilibus, aliisque prætensionibus, super quibus, audito priùs de more eodem Antistite, postmodum in sessionibus, habitis cor. D. Card. Ponente, concordata fuerunt tria dubia nempè. *An Canonici, & Clerici Civitatis, & Diœcesis Acheruntinæ delinquentes debeant ibidem carcerari, & in Causis civilibus ibidem coram Vicario conveniri, vel potiùs conveniri possint in Curia Materanen. & respectivè transportari ad carceres ejusdem Civitates Matheræ.* Negativè quoad primam partem Affirmativè quod secundam, resolvendum favore d. Archiepiscopi, prout speramus, & humillimè supplicamus.

Pro favorabili resolutione hujus 1. dub. militat *Text. in cap. Cùm Episcopus de Offic. ordin. in 6.* cujus vigore potest Episcopus in qualibet parte suæ Diœcesis Tribunal erigere, etiamsi agatur de diversa Diœcesi, æquè principaliter unita, ea ratione, quia respectu Episcopi dicitur una Diœcesis, exemplo Præsidis duarum Provinciarum *Innoc. in cap. Novit. in fin. de Offic. Legat.* Undè residendo in una Diœcesi validè potest negotia alterius explere *Barbos. de Potestat. Episc. par. 3. alleg. 54. num. 131. Rebuff. in Prax. tit. de Union. benef. num. 18. Card. de Luc. de Jurisdict. disc. 23. numer. 2.* ubi refert ità decisum à S. C. C. *& de Præbem. disc. 7. n. 21. & Rot. dec. 418. à n. 2. cor. Caval. & dec. 115. à n. 2. par. 14. rec.*

Nec tenetur, nisi unicum tantùm deputare Vicarium Generalem, ad quem accedant Subditi utriusque Diœcesis, quia sicut posset Archiepiscopus per se ipsum causas cognoscere, & judicare in Loco suæ residentiæ, & ad eundem Locum posset Subditos evocare, ita dicendum venit, quando tale exercitium jurisdictionis per suum Vicarium Generalem, apud ipsum residentem, expletur, ut uno ore observant DD. *in Clem. 2. de Rescript.* & probant *Sbrozz. de Offic. Vic. lib. 1. part. 1. sect. 2. subsect. 5. num. 5. Barbos. de Potest. Episcop. part. 3. alleg. 53. numer. 129. Franc. de Eccles. Cath. cap. 8. num. 378. & 384. Card. de Luc. de Jurisd. disc. 22. nu. 10. Carol. Anton. de Luc. ad Gratian. discept. 655. num. 4. & Rot. dec. 215. num. 2. & 3. & dec. 346. num. 2. & seqq. par. 13. rec & dec. 418. num. 3. coram Caval. & decis. 2138. numer. 16. coram Coccin.* & magistralitèr *in dec. 1185. num. 1. & per tot. cor. Emer. Jun.* ubi quod Doctores, qui videntur huic communissimæ opinioni non adhærere, loquuntur de æquitate, & in Diœcesibus amplissimis, *& dec. 1237. num. 2. & seqq.* & re maturè perpensa resolvit S. C. C. *in Valven. seù Sumonen. 11. Februar. 1696 ad dub. 2. 5. & 7. & 5 Maii d. anni 1696 ad 3. dub.* ut patet *ex Lib. 46. Decr. fol. 17. & 37.*

Huic Juris assistentiæ mirabiliter favet plusquam centenaria consuetudo favore Archiepiscopi, quæ sola sufficiens esset ad omnem controversiæ nexum dirimendum, tanquam optima omnium legum interpres ad *Text in cap. Cùm dilectus de Consuet.* & firmata per *Rot.* in nostris præcisis terminis *in dec. 418. n. 1. vers. Nam pro parte, & seqq. & num. 12. cor. Caval & dec. 115. nu. 4. vers. Una cum Juris assistentia par. 14. rec.*

Percurrendo namque Scripturas in Secretaria exhibitas, habemus, quod in omnibus causis civilibus, criminalibus, & mixtis actus Jurisdictionis exerciti fuerunt à præfato Vicario Generali Matheranen. non autem à Vicario Acheruntino, sive fuarint Causæ, concernentes Ecclesiasticos, aut alias personas ejusdem Civitatis Acheruntinæ, sive Diœcesanos.

Pro causis enim Civitatis Acheruntiæ in Curia Archiepiscopali Materanen. demandatæ fuerunt executioni Literæ Apostolicæ super dispensatione in gradibus prohibitis, ac in provisione Beneficiorum. Itidem expeditæ Literæ testimoniales pro statu libero contrahere volentium; Similiter concessæ fuerunt à Vicario Matheranen. attestationes super paupertate. Pariter expeditæ fuerunt Literæ monitoriales super possessione, seù manutentione. Insuper citationes ad informandum, nec non ad dicendum *causam quare, &c.* In Curia Matheranen. fuerunt rei Acheruntini carceribus mancipati, sive condemnati à prædicto Vicario Matheranen. ac omnes alii actus exerciti, qui plenariam, ac indefinitam Jurisdictionem denotant, ut ex Catalogo, incipien. ab anno 1591.

Pro causis verò aliorum, & singulorum Locorum utriusque Diœcesis, videlicet, tàm illius, quæ dicitur *di sopra*, quam alteriùs, quæ dicitur *di sotto*, in publica forma exhibentur adnotationes illorum, qui fuerunt inquisiti, carcerati, & condemnati, seù liberati à Curia Archiepiscopali Matheranen. non à decem, aut viginti, & infra annis, sed à centum, & ultra.

Comprobant hanc veritatem attestationes eorundem Capitulorum, seù Clericorum, ac quamplurimarum Communitatum dictar. Diœcesum, qui, nedùm tanquam de facto proprio, sed quod magis est contra eorum proprium commodum deponentes, & omnia supradicta liberè fatentes, benè informati præsumuntur, ac plenè probant *Soccin. Jun. cons. 61. num. 19. & 20. lib. 2. Surd. dec. 107. num. 5. Rot. dec. 351. n. 15. cor. Ludov. & dec. 285. num. 6. cor. Dunoz. Jun. & dec. 66. num. 38 cor. Cerr. & dec. 220. num. 18. & 19. part. 17. rec.* ubi, quòd verisimilius est in his casibus, quod pro ipsa veritate, deposuerint, quam ut ad eorum damnum falsum dicerent.

Adversus hæc solida fundamenta circa hoc 1. dub. non relevat deputatio in Vicarium Acheruntin. facta per Archiepiscopum Spilla in personam Nicolai Donati Cappetta de anno 1611. cum titulo Vicarii Generalis nec non alia deputatio Pro Vicarii, facta per modernum Archiepiscopum in personam D. Caroli Volpæ de anno 1703. qui in Literis patentibus denominatus fuit ProVicarius Generalis.

Nam ultra quod ambæ istæ deputationes restrictæ sunt ad solam Civitatem, sivè Territorium Acheruntin. ut ex verbis primæ deputationis, ibi; *Te præfatum Nicolaum Cappetta constituimus Vicarium Generalem in Ecclesia, & Civitate Acheruntina, & illius Territorio:* & ex aliis restrictioribus, notatis in secunda deputatione, ibi: *Deputamus nostrum Pro Vicarium Generalem in Civitate dumtaxat Acheruntina:* Sciendum in facto est, quod d. Cappetta deputatus fuit à Archiepiscopo Spilla in gratiam Leonardi Catarina, qui erat sanguine conjunctus cum eodem Archiepiscopo, & proinde additus fuit utì *Consultor*, prout ex ejusdem Literis deputationis, & D. Carolus Volpe destinatus fuit ProVicarius à moderno Archiepiscopo, de tempore, quo iste permanebat Neapoli, nec dum erat ingressus regimen suæ Ecclesiæ, & consequenter non erat instructus de statu ejusdem, ac propterea non mirum si in præfatis duabus deputationibus decorati fuerunt, titulo Vicarii, ac respectivè *Pro Vicarii Generalis*, quæ verba in Litteris Patentibus fuerunt polita honorificentiæ gratia, dum revera nec dictus Vicarius Cappetta exercuit Jurisdictionem indefinitam, generalem, & independentem, seù ordinariam, qualis de Jure competeret Vicario Generali, ex quo & ante, & post dict. annum 1611. causæ, tam civiles, quàm criminales judicatæ fuerunt à Vicar. Generali Matheræ quam circumstantiam in nostris præcisis, terminis ad exclusionem qualitatis alterius Vicarii in duabus Ecclesiis unitis, considerat *Rot. in dec. 418. n. 6. versic. Sed videbatur cor Caval.*

Nec tandem præfatus Carolus Volpe in minimo ultra commissa se immiscuit, dum aliquæ causæ, quæ in istis paucis annis occurrerunt, etiam judicatæ fuerunt in Curia Archiepiscopali Matheranen. & ultimo loco ipsemet Vicarius Volpe sub præcepto pœnali mandavit Canonico Jo: Baptistæ Gilio, ac Sacerdotibus Justiniano Jacomino, & Petro Meo Civitatis Acheruntiæ ut se conferre deberent ad Civitatem Matheræ pro nonnullis excessibus, ab eis commissis, & signanter pro violenta effractione carcerum Laicalium, eximendo ab eis quendam Laicum carceratum, ac excitando tumultum cum sonitu Campanarum, vulgò *all' armi*. Undè admisso etiam in his duobus titulo Vicarii, seù Provicarii Generalis; attamen nemo non videt, quod sit titulus sine re, cum facta sint contraria dictis, & consequenter dicti Vicarii Acheruntini in effectu fuerunt, & sunt tantùm Vicarii foranei, qui deputantur ab Archiepiscopo arbitrio suo, itaut precario nomine exerceant, & delegatam habere dicantur Jurisdictionem *Glos. in Clement. Et si principalis in verb. Foraneo de Rescript. Hostien. in cap. Romana de Officio Ordinarii* ubi *Fran. de Appellatione in 6.*

Ex quibus proindè omnes dd. actus Jurisdictionis, quos exercuerunt Vicarii Acheruntini sive in civilibus infra summam duc. 10. taxatam, & extra d. summam ex speciali commissione, ut testantur omnes Cleri illius Diœcesis, sivè in aliquibus aliis causis, dicuntur potiùs facultativi, dum in mera voluntate Archiepiscopi consistit dare Vicario facul-

facultates, amplas, vel coarctatas, vel etiam ipsum creare, *Gloss. in Clem. 2. verb. Per Elect. de Rescr.* & fusiùs *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 98. *n.* 15 ibi: *Non datur, nisi unicum Tribunal Episcopale, & Officiales locales, quamvis honorificentiæ gratia eundem habeant titulum Vicarii Generalis, reveratamen sunt Vicarii foranei, solumque Episcopo volente, non autem invito, verificatur duplicitas Vicariorum, & Tribunalium in duabus Cathedralibus, vel Diœcesibus æquè, & principaliter unitis, & disc.* 24. *n* 7.

24

In omnem verò casum *quatenus etiam constaret quandoque Episcopos pro unaquaque Diœcesi deputasse Vicarios Generales, ex deputationibus hisce, tanquam merè facultativis, nulla adversus ipsos allegabilis est consuetudo, sive præscriptio* sunt verba *Rot in d. dec.* 1236. *n.* 6. *cor. Emer. Jun* ubi concordantes allegantur, quibus addimus *dec.* 115. *n.* 21. *par.* 14. *rec.*

25

Necesse autem fuit Archiepiscopis Matheræ residere ibique Tribunal constituere, cùm Civitas Matheræ sit caput Provinciæ Lucaniæ, familiarum nobilitate, Populi numero circiter animarum 18. mil. habitationum commoditate, ac Cleri, tàm Sæcularis, quàm Regularis assistentia, adeò insignis, & conspicua, ut etiam capax reddi possit residentiæ proprii Principis, prout testatur *Frecc. de Subfeud. tit. de Archiep* in effectu anno 1477. per plures menses inibi moram traxit Rex Ferdinandus, ubi Pragmaticam edidit contra blasphemantes, quæ est *la seconda* in ordine in antiquis; Et ann. 1092. etiam Summus Pontifex Urbanus II. Matheræ per aliquod tempus commoratus fuit, ut tradit *Lupus Protaspat-in suo Cronico*, ex quibus mota fuit S. C. C. anno 1628. ad demandandum, ut Matheræ Synodus Provincialis celebraretur.

26

E contra verò d. Civitas, seù Oppidum Acheruntiæ omni ex parte infelicissimum est, sive ob aeris insalubritatem, sive ob exiguum numerum Populi, consisten in 158. focularibus, & Presbyterorum in numero 25. Non adest in eo Palatium, seù domus Archipiscopalis: Non Carceres Ecclesiastici, ita ut vix necessaria ad humanum victum sufficientia ibidem reperiantur; Et proindè quatenùs etiam constitui vellet in d. Civitate Acheruntiæ Vicarius Generalis, adhuc non expediret ob deficientiam Ministrorum necessariorum ad Justitiam ministrandam, quæ omnia fuerunt recognita etiam de tempore Sixti IV. ut ex ejus Breve in Secretaria exhibito, Non reperiuntur pariter ibidem Carceres ad detinendas delinquentes; Non advocati, seù Procuratores ad Reos patrocinan & defenden. Unico verbo deficiunt omnia necessaria pro justitiæ recta administratione, ut considerando solum defectum Carcerum non tutorum in terminis firmavit *Rot. in d.* 215. *n.* 15. *in fine par.* 14. *rec.*

27

28

Tandem non relevat, quod in Synodo, celebrata pro utraque Diœcesi ab Archiepiscopo del Ryo Prædecessore, deputati fuerint Examinatores Synodales Acheruntini, separatim a Matheraten. ibi: *Examinatores Synodales Matheraten. noster Vic. & Aud. Gener. &c. Acheruntini &c. noster Vic. Gen. &c. Diœcesani Bartholomæus Ferrari &c.* Quia ista distinctio *Matheranen. Acheruntin. & Diœcesani* non refertur ad diversitatem Examinatorum pro unaquaque Diœcesi, sed denotat solum qualitatem, seu originem personarum quas honorare voluit d. Archiepiscopus eligendo Examinatores ex omnibus Locis, nemquè ex Civitate Matheræ, ex Civitate Acheruntina, & ex Diœcesanis qui Synodo interfuerunt, non autem, quod Civitas Acheruntina constituat diversos Examinatores sicut non fuerunt acta Synodolia separata, quia unica Synodus pro utraque Diœcesi celebrata fuit. Neque tenetur Episcopus duarum Ecclesiarum unitarum separatos, & distinctos deputare Examinatores Synodales, ut observat *Card. de Luc de Jurisd disc.* 56. *n.* 6. & firmavit *Rot in dec.* 1285. *n.* 13. *cor. Emer. Jun.* ubi illam adducit optimam rationem, quod Ecclesiæ unitæ respectu Episcopi habentur pro una, *& dec.* 1236. *n.* 1. *cor. Eodem*, & resolvit *S. C. C. in Valven.* 11. *Feb.* 1696 *ad* 7. *dub.*

29

30

Pro favorabili resolutione secundi dubii, concernentis exactionem emolumentorum Cancellariæ, necesse est in facto præmittere, quod à tempore, cujus initii hominum memoria non extat, quidam Episcopus Nucerinus, Diœcesis Matheræ Apostolicus Visitator, taxam dd. emolumentorum determinavit, & stabilivit, & ab ipso scriptam, in Curia Archiepiscopali asservari mandavit: Cùm autem ob temporis diuturnitatem lacera appareret, proindè Archiepiscopus Lanfrancus eam transcribere fecit anno 1668. circiter à Cantore Julio Cæsare Ferrario ejus Vicario Generali, qui erat æquè peritus, ac doctus Curialis, exindéque nuncupari cæpit Taxa Archiepiscopi Lanfranchi, qui revera fuit restitutor, non autem Authot dictæ antiquæ Taxæ, ut est notorium in illa Civitate, & concludenter justificamus in Secretaria.

31

32

Quicquid autem sit circa hanc traditionem certum est, d. Taxam multò ante publicationem Innocentianæ observatam fuisse, & juxta eam regulatam exactionem emolumentorum Cancellariæ pro utraque Diœcesi, absque eo, quod in Synodo fuerit revocata, imò potiùs confirmata. Undè ob hanc acceptationem Cleri, & Populi acquiescentiam successivam per spatium 40. & ultra annorum, etiam in futurum observanda videtur, attento præsertim, quod dicta Taxa Lanfranchi, data in manibus Em. Ponentis, cohæret Innocentianæ, ut recognoscere, & huic Sacrosancto Senatui referre dignabitur idem Em. Ponens.

34

Nec conqueri potest Capitulum Acheruntin. quod exigantur à Ministris Curiæ Archiepiscopalis Matheræ aliqua emolumenta pro depositionibus Testium, ac aliis actibus, super statu libero contrahentium; Quia, cùm ante contractum matrimonii per verba de præsenti, necessaria sint dicta requisita, juxta generales Instruct. SS. Inquisit. directa omnibus Archiepiscopis, & Episcopis, impressas in Bullario Romano, & approbatas à Clem. X. in ejus *Constit.* 13. & per extensum registratas apud *Card. de Albic. de Inconstant. in Fid. lib.* 1. *cap.* 36. *à num.* 100. proindè æquum, & justum est, ut Ministri, pro eorum labore congruam mercedem recipiant, se uniformando circa hoc cum dicta Taxa Innocentiana, qua interdicitur exactio supra summam juliorum decem cum dimidio monetæ Romanæ, quot hodiè circiter, imò minus constituunt carolenos 15. qui solvuntur dd. Officialibus Cancellariæ, non autem infra d. summam, unde nescimus videre de quo in hac parte conqueri possit d. Capitulum Acheruntinum.

34

35

Nec valet replicatio, quod de præterito non fuerunt adhibita tot requisita pro matrimoniis contrahendis inter Cives; Si enim ob incuriam prædecessorum Ministrorum non fuerunt ad praxim reductæ, neque observatæ dd. Instructiones, ob quam causam aliqui contrahebant Sponsalia per verba de futuro cum pluribus mulieribus, & postea, decepta una cum qua forsan copulam habebant, vel aliquid simile sibi licitum faciebant, aliam per verba de præsenti in Uxorem ducebant, prout recognovit in actu S. Visitar. modernus Archiepiscopus, propterea ad hujusmodi inconvenientibus obvian. dd. Instructiones adamussim observari mandavit, licèt quoad exactionem emolumentorum præceperit suo Vicario, ut in nihilo solitum immutaret, non obstante majori labore, qui hodiè fit à dd. Ministris in examinando idoneos testes ad formam dd. Instructionum.

36

Respectu verò 3. dubii in quo quæritur, an Archiepiscopus teneatur impendere usque ad quartam partem redditum mensæ Archiepiscopalis Acheruntin. pro suppellectilibus, & reparatione ejusdem Ecclesiæ; dicimus, dubium hoc duas continere partes, tempus videlicet præteritæ Sedis vacantis, & futurum; Ad neutram verò obligationem credimus teneri.

37

Quo enim ad tempus futurum, sciendum est d. Archiepiscopum ex redditibus capitularibus seu fidelium oblationibus, quas exigit Capitulum Acheruntin. non percipere quartam illam partem, vel portionem Canonicam, de qua loquuntur *Text. in Can Decrevimus* 10. *quæst.* 1. *in Can. Unio* 10. *qu.* 3. *in Can. Concesso, in Can. Quatuor*, & aliis, demandantes ex hujusmodi oblationibus quatuor esse faciendas partes, *quarum una sit Pontificis, altera Clericorum, tertia pauperum, quarta fabricis applicanda*: Ex quo sequitur, eundem Archiepiscopum nullatenùs teneri ad expendendum usque ad quartam partem redditurum d Mensæ. In tantum enim in his casibus obligatur ad dd. onera, in quantum aliquod sentit commodum, sed utile ex eisdem redditibus, seù oblationibus, unde hac ratione cessante, ad id cogi de jure non potest, ut probat *Bellet. Disquis. Cleric par.* 1. *tit. de Cleric. deb. §.* 13. *n.* 15. ibi: *Suprascriptorum ea ratio est, nam cùm Episcopus, qui habet curam suæ Ecclesiæ, habeat illius commodum, æquum est ut etiam solus patiatur incommodum, saltem quoad quartam partem, à Canone deputatam, neq. ferendum est, ut quis lucrum percipiat, & onus subire recuset, & n. seqq.* advertit, ad id teneri etiam Canonicos ex redditibus suarum Præbendarum, ea ratione, *quia ex ipsa Ecclesia hoc est à suis Præbendis, quæ ipsis jure Ecclesiæ debentur, magnum commodum percipiunt æquum est ut etiam onus Ecclesiæ sentire debeant.*

38

39

40

Quæ juris dispositio magis sibi locum vindicat in nostro casu, in quo talis obligatio subministrandi Ecclesiæ Acheruntinæ omnia necessaria pro suppellectilibus, & reparatione Ecclesiæ, ortum habuit à quadam unione reddituum Beneficii S. Mariani, facta Mensæ Archiepiscopali de anno 1621.

41

no 1621. sub regimine Card. Spinulæ Archiepiscopi Materanen. Unde nullo modo potest dicta obligatio extendi ad quartam partem redditrum Mensæ Archiepiscopalis, sed solùm ad mensuram fructuum d. Beneficii, cùm nemo teneatur ultra vires illius, à quo ratio actionis promanat, ad *Text. in l. Quidquid adstringendæ ff. de Verb. obligat. & in leg. Si stipulatus §. Chrisogonus ff. Eodem Rot. dec 5. n. 27 cor. Bich & dec. 634. n. 6. cor. Emer. Jun. & dec. 39. nu. 5. par. 11. & decis. 408. n. 3. par. 19. rec.*

Et hoc probabiliter fuit motivum, quare Archiepiscopus de Ryo, prædecessor moderni dictam quartam partem non impenderit ad beneficium d. Ecclesiæ, non obstante, quod per 25. circiter annos, laudabiliter præfuerit Ecclesiæ 42 Matheranen. Unde si præfatus prædecessor, ad quem spectasset providere Ecclesiæ de necessariis, quatenùs hæc obligatio pro quarta parte, ad quam extendi prætenditur, militet de jure, non expendit d. summam, neque modernus Archiepiscopus ad id compellendus est in futurum.

Multoque minus pro tempore Sedis vacantis, quia cum necessitas Ecclesiæ orta fuerit de tempore prædecessoris, qui opulentam hæreditatem reliquit, contra ipsam Capitulum 43 dirigere potest gressus suos, non autem contrà modernum Archiepiscopum; Non obstante, quod fructus dicti anni perceperit, nam dd. fructus Sedis vacantis ex Regia munificentia in Episcopatibus nominationis Regis Catholici in Regno Neapolitano, qualis est noster, spectant ad Successorem vigore concordatorum inter Sedem Apostolicam, & Regiam Cameram, & propereà immunes esse debent à solutione illius debiti, quod contractum fuit ab Archiepisco-44 po prædecessore, dum iste noluit providere Ecclesiæ Acheruntinæ, ex qua negligentia, ut ità dicam, causata fuit necessitas d. Ecclesiæ, quæ hodiè reparari prætenditur à moderno Archiepiscopo, qui ex mera liberalitate erga suam Sponsam impendit non levem summam, licèt non teneatur ultrà vires redditumm d. Beneficii S. Mariani, prout responderi speramus.

Quæ omnia eò fortiùs militant, si considerentur ambarum Ecclesiarum, & Diæcesum redditus, quæ adeò tenues sunt, ut, detractis necessariis oneribus, nec etiam sufficiant pro congrua Archiepiscopi substentatione quod manibus palpatur ex justificationibus exhibitis in Secretaria, ex quibus habetur, redditus utriusque Ecclesiæ duobus annis, quibus illam rexit modernus Archiepiscopus, ascendisse ad so-45 los duc. 4111. 90. monetæ Regni, itaut annuus fructus calculentur ad duc 2055. 80. similis monetæ. Detrahendo autem ex d. summa duc. 2055. annuas pensiones consistentes in ducatis 1300. quibus gravatæ repetiuntur dd. Ecclesiæ, nec non alias expensas, quæ in dd. duobus annis erogatæ fuerunt in favorem, tàm Ecclesiæ Acheruntinæ, quàm Matheranen. vix remanent liberi duc. 600. circiter d. monetæ Regni, quæ neque etiam sufficit pro congrua alimentari.

Unde per modum discursus admissa, sed nunquam concessa præfata obligatione expendendi quartam partem red-46 dituum in beneficium suarum Ecclesiarum, id intelligitur semper deducta eadem congrua alimentari, quæ omnibus aliis oneribus, & expensis præferenda est, ut probat *Card. de Luc. de Pension. disc. 16. num. 7.* & pluries firmavit *Rot.* ut videre est *in dec. 12 n. 5. & 6. dec 351. eisd. n. & dec. 589. n. 23. & 34. par. 18.* ubi quod hoc privilegium dicitur impartitum toti Ordini, & Dignitati Episcopali: *nè propter mendicicatem, & ægestatem à suis Diæcesanis contemnatur, quorum venerationem ipsi puram, & incorruptam præservare debent, & nè impediatur animarum curæ invigilare.*

Præsertim dum Archiepiscopus non residet in aliquo parvo Oppido, sed in ipsamet insigni Civitate Matheræ, quod 47 est caput Provinciæ in eaque ejusdem Præses, & Regiæ Audientiæ Ministri moram faciunt, quæ circumstantia pro taxanda quantitate congruæ alimentaris præ oculis habenda est, ut in specie observat *Card. de Luc. de Pens. disc. 16. n. 4.* & firmavit *Rot. d. dec. 351. n. 3. par. 18. rec.* Reflecten-48 do etiam ad ingentia debita, quibus modernus Archiepiscopus adstringitur, ob magnas expensas in expeditione Bullarum, ac in reparatione Palatii Archiepiscopalis Matheranen. penè destructi, ex quo a 50. circiter annis Archiep. Prædecessores coacti fuerunt habitare in Seminario Enixis precibus supplicantes circumstantiam hanc præ oculis habere, ne Archiepiscopalis dignitas vilescat, neque potiùs figuram Parochi, quàm Archiepiscopi, & Metropolitani faciat, prout usque adhuc fecisset nisi Acheruntina Eccles. Matheranensi fuisset unita; Itaut mirum certè videatur, quod hodie Acheruntini in tanti beneficii recompensationem superaddere prætendant Archiepiscopo d. onus expendendi quartam partem illorum miserabilium redituum, cum præjudicio propriorum alimentorum, ei submi-49 nistratorum ab Ecclesia Matheranen. quæ in tali casu nec etiam sufficentes haberet redditus, & Archiepiscopus à duabus Ecclesiis unitis, nec etiam congrua recipere posset alimenta, in propriæ dignitatis adeò conspicuæ præjudicium, quod permittendum nullatenus est, ut in terminis firmavit *Rot. in dec. 351. n. 1. & seq. par. 8 rec.* ubi *n. 7.* conclusionem ampliat *etiamsi Episcopus habeat aliundè undè vivere possit, quia qui altari inservit de altare vivere debet.*

In eadem Causa.

Gratis ubique asseruntur multa circa majorem nobilitatem Ecclesiæ, & Civitat. Acheruntinæ, respectu Ec-50 clesiæ, & Civitatis Matheræ, quæ licèt nullam habere videantur cum nostris dubiis connexionem, non possunt tamen absque congrua responsione prætermitti.

Non igitur subsistit, quod Matheranensis Ecclesia in Cathedralem erecta fuerit post Acheruntinam, dum constat, illam, vel antea, vel saltem contemporaneè ad eandem Acheruntinam decoratam fuisse Cathedralitatis honore, ad quod demonstrandum in testem omni exceptione majorem 51 adducimus Patrem Ecclesiasticorum Annalium anno 968. §. *Niceforus* sequentibus verbis: *Scribit itaque Policuctus Constantinopolitanus Patriarcha, privilegium Hydruntino Episcopo, quatenùs sua authoritate habeat licentiam Episcopos consecrandi in Acirentila, Turcico, Gravina Matheria, & Tricarico qui ad consecrationem Domini Apostoli i pertinere videntur.* Et in effectu anno 998. Matheranensis Episcopus interfuit, 52 seque subscripsit Concilio Romano, referente *Philippo Labeo tom. 9.* ibi: *Joannes Materanensis Episcopus.* Anno 1024. alter Episcopus Matheranensis, nomine Stephanus, refertur ab *Antonio Caracciolo in Lib.* cui titulus: *Nomenclatura ad quatuor Regni Chronologos, verb. Stephanus.* Prout etiam anno 1067. adducitur publicum Instrumentum confirmatio-53 nis cujusdam donationis favore Episc. Matheranensis à *Rot. in dec. 797. sub n. 2. par. 4. divers.*

Quod autem contemporaneè pariter ad Ecclesiam Acheruntinam erecta fuerit in Metropolitanam Ecclesia Matheranensis, infertur ex Anonimo Cassinense in sua *Chronologia Regni Neapolis*, ubi refert in consecratione Ecclesiæ Montis Cassinensis, facta ab Alexandro II. anno 1071. in-54 tervenisse Arnaldum, qui se subscripsit uti *Acheruntinus Episcopus. Philippus autem Labbè in tom. 1. Concil.* refert, eundem Alexandrum II. univisse Archiepiscopatum Matheranensem cum Archiepiscopatu Acheruntino asserens: *Acheruntino Archiepiscopo, Cirenza, cui junctum Matheranum, Mathera vocant, jam à tempore Alexandri II.* Idque ex eo etiam evidenter deducitur, quod anno 1051. Ecclesia Acheruntina numerabatur inter alias Ecclesias Suffraganeas Salernitanæ, ut videre est apud *Baronium in suis Annal.* 55 *d. anno 1051.*

Nec minoribus præfulsit qualitatibus Matheranensis Civitas in respicientibus temporalia dùm de illa scripsit: *Guillelmus Apuliensis*, qui floruit tempore Normannorum, & 56 illorum gesta compilavit, *lib. 1. fol. 9.*

Post hæc Matheram, qua fixa fuisse, feruntur
Pani Castra Ducis, cùm subderet Annibal Afris.
Italiam Maniacus adit.

Eandemque munitissimam Urbem usque ab anno 866. voca-57 vit Card. Baronius, in cujus comprobationem refert *Pandulphus Collenuccius in Histor. Regn. Neap.* Constantium Imperatorem, jam victoriis clarum, ob multas Alias Urbes in illa Provincia expugnatas, coactum fuisse obsidionem tollere ab eadem Civitate Matheræ anno 612. post multos menses arctissimæ obsidionis. Fuit enim inexpugnabilibus cincta muris, priùs à Q. Cecilio Metello, & deindè ab Octaviano Augusto restaurata, quod referunt etiam *Octavius Beltranus in Descript. Regni Neap. & Ughellius in Ital. Sacr. tom. 7. sub titul. de Archiepiscopo Matherano;* Quibus classicis Historicis omnis præstanda est fides juxta *Textum in l. 1. in princ. ff. de Offic. Præsid.* & firmata per *Rot. in dec. 77. n. 2. cor. Emer. Sen.* 58 *& dec. 316 n. 6. par. 14. rec.* In quo florido statu de præsenti etiam reperitur, ut concludenter, & authenticis Scripturis justificatum hodiè fuit.

E converso autem, quod Acherentiæ Oppidum sit nimis angustum Castrum, & potiùs Avium nidus in excelso Monte, notorium est, & notavit *Horat. in Ode 4. lib. 3.* his 59 verbis.

Mirùm, quod foret omnibus,
Quicumque celsæ nidum Acherontiæ.

Ubi

Ubi ad rem illius egregius commentator *Joan. Fabrin. fol. mihi* 163. ait: *Nidum Acheruntiæ, Questo è un Castello nella Lucania piccolo, fatto sopra un alto Monte; Chiamalo nido, perche egli è piccolo, & in sù un Monte tanto alto, che pare un nido d'un ucello in sù un albero.* Cum quibus concordant *Philip. Cluver. in sua Ital.* ibi: *Circa Venusiam est Oppidum Acheruntiæ, vulgò Cirenza.* Prosper Parisius *Mumismat. magn. Græc fol.* 28. ibi: *Acheronte, Urbs deleta inter Pandosiam, & Euphemiam.* Et, antiquioribus omissis, *Mich. Ant. Baudran. in Addit. ad Lexicon. Phil. Ferrar. verb. Acherontia*, ibi: *Deficit in dies, estque parva admodùm.* Et *Card. de Luc. in Miscell. disc.* 26. *num.* 1. ibi: *In Civitate Matheranensi, quæ longè majorem incomparabilitèr Populum, & Clerum habet, quàm Acheruntina, pænè depopulata;* qualem describunt etiam hodiè multi testes, quorum depositiones exhibitæ fuerunt.

Deveniendo modò ad contrarias objectiones dicimus, quod poterat omitti exageratio *decis.* 204. *cor. Millin.* In illa enim disputatus fuit toto cœlo diversus articulus, majoris, vel minoris extensionis Diœcesis Acheruntinæ, non quidèm intèr Archiepiscopum, sed inter Universitates, & Capitula Matheræ, & Acheruntiæ, quod remanet manifestum ex sola illius lectura, combinata cum *dec.* 797. *par.* 4. *diu.* quæ ità summatur, *Civitas Matheræ, & illius Episcopatus quantum se extendant*, A qua decisione recessum fuit in *d. dec.* 204. *coram Millin.* cujus summarium tale est, *Probatur quasi possessio Ecclesiæ Acheruntinæ de pluribus Locis, utì de Diœcesi.*

Pro cujus decisionis inapplicatione præmittendum est in Facto, quod antiquis temporibus introducta in Rota controversia inter Civitatem, & Capitulum Matheranum ex una, & Civitatem, & Capitulum Acheruntinum ex alia, circa pertinentiam diversorum Oppidorum ad unam, vel alteram ex dd. Diæcesibus denominatorum *della Diocesi di Basso*, & Matheræ Civitati vicinorum, *cor. Gyptio* tres emanarunt decisiones favore Capituli, & Civitatis Matheræ, quarum duæ referuntur in *cit. decis.* 797. *part.* 4. *diu.* & hodiè sunt impressæ *ad ornat. Card. de Luc. de Jurisdict. in Mantissale* 11. & 12. in quibus Rota fuit in sensu, præfata Oppida pertinere ad Diœcesim Matheræ, etiam tanquam magis propinqua, & cohærentia eidem Civit. Matheræ, & satis distantia ab illa Acheruntiæ.

Reassumpta verò eadem Causa anno 1600. *cor. Millin* tempore Sedis vacantis, quæ teste *Ughell. in Ital. Sacr dicto tom.* 7. *tit. de Archiep. Acherunt. & Matheran.* duravit usque ad annum 1605. transportatisque aliquibus informibus juribus, nec etiam informante Procuratore Cap. & Civitatis Matheræ, recessum fuit à dd. tribus decisionibus coram Gyptio, cum rescripto: *Constare de quasi possessione Ecclesiæ Acheruntinæ in his decem Locis, de quibus agitur utì de Diœcesi, & ei dandum esse mandatum de manutenendo*, ut videre est *in d. dec.* 204. *num.* 1. *cor. Millin.* in qua tamen se declaravit expressè Sacra Rota, talem resolutionem cæpisse: *cum præsupposito, quod jura sint in forma probanti*, ut legitur in principio ejusdem decisionis; Ex quibus patet manifestè, acta hujus judicij, utì inter alios gesta, afficere nullatenùs potuisse Archiepiscopos, in illo, nec citatos, nec ullam partem facientes *leg. De unoquoque ff. de Re indicat. leg. Modestinum. Digestis de Exception.*, & *toto titulo Codic. Res inter alios acta.*

Meritò autem in eodem Judicio citati non fuerunt dd. Archiepiscopi, neque in illo partem aliquam habuerunt, quia, quid quid sit inter subditos duarum Ecclesiarum, inter se æquè principalitèr unitarum, respectu Episcopi illæ dicuntur una, & eadem Diœces ut probavimus sup.

Et hęc est ratio quare, *d. dec. Millin.* & consequutivum mandatum de manutenendo, nunquàm allegatæ fuerint ab Acheruntinis contra Archiepiscopos, ut concludentèr fuit hodiè demonstratum ex innumeris actibus Jurisdictionalibus, tam antè, quàm post dictam decisionem indifferentèr exercitis in omnibus Locis utriusque diœcesis per unicum Vicarium Generalem, residentem in Civitate Matheræ.

Cùmque non agatur de uno, vel altero particulari actu, sed de infinitis ferè Processibus, nimis impropriè prætenditur, illos fuisse gestos absque scientia, & acquiescientia Acheruntinorum, & propterea uti clandestinos nullatenùs esse attendendos; Agitur enim de tempore plusquàm centenario, deque innumeris ferè actibus, respicientibus causas, tàm civiles, quàm criminales, ac materias, tàm spirituales, quàm profanas; Implicat propterea, quod gesti fuerint inscijs Acheruntinis, qui illorum magna pars fuerunt, sivè petendo dispensationes, sivè instando pro exequutione Bullarum, sivè supplicando pro abolitione Processuum, sivè demùm luendo pænas, in ipsis comminatas, & inflictas.

Eo autem magis pręd icta emicant, quo nullus exadverso ostenditur actus eodem tempore à Vicariis Acheruntinis exercitus, itaùt non abs re iterùm juvet hic repetere, quod veritatem hanc controvertere, sit solem denegare in meridie.

Poterat verò ad hunc effectum omitti exageratio, quod de tali effectuatione, & actibus testatur *Card. de Luca de Canon. disc.* 26. *num.* 12. & 13. dum illius sola lectura ostendit, loquutum fuisse de actibus, exercitis à Vicariis Capitularibus Sede vacante, qui non sunt nostri termini Proindeq; etiamsi in dicto Judicio citatus fuisset Archiepisc. ipsoque contradicente obtentum fuisset d. mandatum, quod uti evidenter falsum, absolutè negamus, adhùc semper verum esset, quod utì ineffectuatum in nulla prorsùs consideratione habendum esset, ut in specie loquendo de alio judiciali actu, seù Sententia, firmavit *Rota in dec* 661. *n.* 5. *cor. Pamphil.*

Ex eò autèm, quod dd. actus Jurisdictionales sint interpolati, in bona consequentia nihil aliud infertur, quàm, quòd Acheruntini non continuò, sed interpolatè delicta patrarunt; Ad nostrum verò effectum sat est, quod eo ipso, quod adfuit necessitas procedendi contra ipsos, id fuerit ad praxim redactum, considerando, non tàm actus, qui à voluntate pendebant, quàm causam, seù fontem procedendi, in Archiepiscopis pro tempore residentem, juxtà regulam, de qua *Posth. de Manut. obser.* 73. *à n.* 165. & *Rot. dec.* 278. *n.* 7. *cor. Eich.* & *dec.* 197. *n.* 2. *cor. Emer. Jun.*

Ex quibus retorquetur potiùs *dicta dec.* 204. *Millin.* Si enim in illa vigore assertorum jurium, quæ nec etiam erat in forma probanti, & concernebant unum, vel alium actum Jurisdictionis in Oppidis controversis, concessa fuit Acheruntinis manutentio ad exclusionem Matheranorum, illa multo magis concedenda videtur hodiè moderno Archiepiscopo, qui per innumeros actus docet, se esse in plusquàm centenaria possessione exercendi Jurisdictionem in Acheruntinos per suum Vicarium Generalem, residentem apud ipsum in Civitate Matherę; Juncto pręsertim titulo talis possessionis, & juris assistentia, de qua supra *n.* 7.

Quoad Examinatores Synodales repetimus, Episcopum duarum Ecclesiarum unitarum non teneri illos separatìm deputare pro unaquaque Diœcesi ex illa convincenti ratione, quod Ecclesiæ unitæ respectu Episcopi reputantur pro una, quam ad nostrum pręcisum effectum adducit *Rot. in dec.* 1185. *n.* 13. & *seq. cor. Emer. Jun.*

Nec oppositum probant contrarię Scripturę ibi: *In Examinatores Synodales. Acheruntini Vicarius, & Auditor Generalis &c.* Punctum enim non debet poni post, sed antè *Acheruntini*, ad hoc, ut Grammatices regulę non pervertantur, & ostendatur dictorum verborum verus sensus, qui est, quod in Examinatores Synodales deputati fuerunt Acheruntini, Matherani, & Dięcesani, quę verba in publica attestatione, data in manibus Eminentiss. Ponentis, posita leguntur in medio, ad denotandam Patriam Examinatorum, & indifferentiam Archiepiscoporum erga omnes Subditos, tales Examinatores eligendo, nedùm ex utraque Civitate, sibi subdita, sed etiam ex Diœcesanis.

Verum est, quod Auditor SS. per modum provisionis decrevit, redditionem rationis ab aliquibus ex Acheruntinis faciendam esse in Civitate Acheruntiæ coram Delegato ab Archiepiscopo; Id tamen fecit ex eo, quia nimis longum, & periculosum erat transportare ad Civitatem Matheræ omnes illos originales Libros, qui recognosci debebant per decem annos, in quibus Computa revidenda erant. Ex hoc autèm provisionali, & æquitativo decreto, nihil inferri potest ad nostram controversiam ex firmatis per *Rot in dec.* 212. *n.* 11. *cor. Priol.* & *dec.* 38. *n.* 31. *par.* 9. *rec.*

Mirum tandem est, quod exageretur contra Archiepiscopum continuatio illa exercitii suę Jurisdictionis, in qua ab immemorabili tempore reperitur, mediante transmissione specialis Delegati ad capiendam informationem de pluribus delictis, ultimo loco ab ipsis patratis; Non enim pendente hac lite impunè eis permitti debet, carceres frangere, à fortiis Curię carceratos eximere, tumultus excitare, & pejora peragere; Supplicantes observare illarum naturam in hoc parte nimis proclivem ad similia tentanda, ut patet ex Scripturis, in Secretaria exhibitis, in quibus non potest sine horrore sub oculis haberi attentatum illud homicidii in personam ipsiusmet Archiepiscopi Spillæ.

Quoad 2. dub. Taxa, quæ in nostra Diœcesi tribuitur Archiepiscopo Lanfranco, innititur authoritati Apostolicæ Sedis, utì facta ab Episcopo Nucerino Visitatore Apostolico,

lico, quæ proindè servanda videtur, quia Innocentiana abolevit quidèm alias, ordinaria Episcoporum authoritate factas, non autem delegata Apostolicæ Sedis facultate confectas; Et hæc forsàn est ratio, quare illa in præteritum religiosissimè semper servata fuit, nemine pęnitùs, pænitusquè reclamante. In omnem verò casum, quatenus EE. PP. placeat demandare exequutionem Taxæ Innocentianæ, hæc 85 in omnibus servanda erit, & consequentèr etiam in ea parte, in qua respicit matrimoniorum celebrationem. Circa quam sola lectura *Instruct. Congreg. SS. Inquisit. num. 7. 8.* & alibi, ostendit illas servandas etiam esse inter Cives, demandando, ibi: *Interrogetur, an contrahere volentes sint Ciues, vel exteri*, & ibi: *Si responderint &c. esse Cives, interrogetur sub* 86 *qua Parochia*. In quorum verborum conflictu prorsus vanę remanent contrariæ criticationes ad suadendum oppositum.

Obitèr notando hìc circa liberam illam Ceræ laboratæ, quæ unicè prætenditur præstari pro celebratione matrimonii, novum modum conficiendi Summarium, exhibendo quas- 87 dam particulas nescio cujus *Scartafaccij*, absque die, & anno, & absque subscriptione, quia forsan Authores erubuerunt propria nomina pandere, Nisi dicamus, illos fuisse ipsosmet Acheruntinos, prætendendo in propria Causa, & ad proprium commodum testificari contra omnia principia.

Demùm circa 3. dub. supplicamus prę oculis habere tenuitatem fructuum nostræ Mensæ. Quæ nullatenùs debilita- 88 tur, vel à Processu Consistoriali, qui valorem nullatenùs probat *Card. de Luc. de Benef. disc. 60. num. 68. vers. Quarto. & Rot. in Cotronen. Pensionis 24. Januarij 1646. coram Verosp.* Vel à præsumptione, quod Ecclesiæ ad Regiam nominationem pensionibus gravari non soleant ultra tertiam partem reddituum. Hæc enim præsumptio, antiquis temporibus forsàn vera, de præsenti cedere debet veritati, concludentèr in nostro casu comprobatæ, nedùm ex Scripturis, ex hac parte adductis, sed etiam ab Authoribus, allegatis suprà *n.* 65 advertentes Civitatem Acheruntinam pænè dirutam esse, atque in dies deficere, à quo communi infortunio Episc. redditus non fuerunt immunes.

In concursu autem miseriæ reddituum Episcopalium, & indigentiæ reparationis Ecclesiæ, priùs succurrendum est decori Dignitatis Archiepiscopi, nè propter mendicitatem 89 contemnatur, ut ait *Rot. in decis. 389. num. 23. & 24. par. 18. rec.* ea ratione, quia pro reparatione Ecclesiæ in istis angustiis tenentur Canonici, & istis deficientibus alii inferiores Clerici, & demùm ipsemet Populus, ut adductis concordantibus observat *Bellet. Disquis. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. vebit §. 13. n 16 & 17.*

Ea demùm quæ leguntur in anonima Scriptura, de plu- 90 via, cui subjecta est Ecclesia Acheruntina, in qua dicitur *quasi cælo aperto Sacrificia offeruntur*, sunt solitæ Acheruntinorum exclamationes, & cantilenæ, absque ulla facti assistentia, & probatione, & talis naturæ, ut illorum authores erubuerint proprium nomen aperire, tollendo nobis hac nova methodo modum illos convincendi de falso, juxtà nobilem animadversionem *Card Pallavic. nell' Histor. del Con-* 91 *cil. lib. 11 cap. 16 num. 7.* ubi talem operandi modum vocat *maniera ecce lente per non poter esser convinto di falsità*. Nisi dicere velimus, id desumptum fuisse ex Breve Sixti IV. ibi: *Civitas Acheruntina ad magnam diminutionem devenit, ac Civibus destituta, à paucis habitatur personis, dictaque Ecclesia Acheruntinen. tectura pro magna parte, & prout ipsius decentiæ conveniret, ministris carens, deformi quodammodò ruinæ subjacere conspiciatur*: Quo casu de generalibus infortuniis conqueri debet, illaque Mundi vicissitudinibus attri- 92 buere, non autèm post 300 circitèr annos, quot elapsi sunt à data d. Brevis, id coram hac S. C. exagerare, ac si proveniret ex modernorum Archiepiscoporum incuria, vel defectu.

Die 17. Aprilis 170. per Card. Colloredum proposita fue- 93 runt in S. C. E. tria sequentia dubia, & resoluta ut infra.

I. *An Canonici, & Clerici Civitatis, & Diœcesis Acheruntinæ delinquentes debeant ibidem coram Vicario conveniri, vel potiùs conveniri possint in Curia Matheranen. & respecti-* 94 *vè transportari ad Carceres ejusdem Civitatis Matheræ.* Negativè quoad 1. partem, Affirmativè quoad 2.

II. *An in Causis, & Negotiis Civitatis, & Diœcesis Acheruntinæ sit servanda Taxa Archiepiscopi Lanfranchi, vel po-* 95 *tiùs Taxa Innocentiana, etiam circa Matrimonia.* Servandam esse Taxam Innocentianam in omnibus.

III. *An pro reparatione, & suppellectilibus Ecclesiæ Cathe-* 96 *dralis Acheruntinæ teneatur Archiepiscopus impendere quotannis usque ad quartam partem reddituum ejusdem Mensæ, deductis oneribus, comprehenso etiam tempore Sedis vacantis, quo fructus percepit: Vel potiùs satis sit si impendat fructus Beneficij S. Mariani, ad hunc effectum destinatos in casu &c.* Affirmativè quoad 1. partem, Negativè quoad 2.

DISCEPTATIO XVII.

Fanen.

INTER

Magistratum,

ET

Episcopum Fani.

ARGUMENTUM.

Desumitur ex infrascriptis Dubiis, ex quibus etiam Facti series satis, superque colligitur.

Dub. I. *An Magistratui debeatur præcedentia in thurificatione, & pacis receptione, aliisque actibus antè Canonicos, in habitu Canonicali in Choro existentes.*

II. *An Sedile Magistratus elevari debeat cum suppedaneo, sivè* Pradella, *tàm in Cathedrali, quàm in aliis Ecclesiis.*

III. *An Magistratus teneatur interesse in Cathedrali sacris Functionibus in solemnioribus festivitatibus, itaut Juris remediis cogi possit, quatenùs renuat.*

IV. *An Magistratus iis diebus, quibus debet interesse dictis sacris Functionibus, urbanè monitus de descensu Episcopi, teneatur ad Palatium Episcopale, sivè Anticameram accedere, ipsumquè Episcopum comitari, tàm in descensu ad Cathedralem, quàm in reditu ad Palatium, vel ad quem usquè locum obsequium comitatus præstare teneatur.*

ANtè illorum autem discussionem præmittimus cum *Monacell. in Formul. legal. practic. tom. 2. titul. 13 formul. 2. num. 11. fol. mihi 11.* quod *personæ Ecclesiasticæ apicibus Cæ-* 1 *remonialis, ità judaicè insistere, & adhærere non debent, ut ubi ordo hierarchicus non confunditur, nec deformitas intolerabilis oritur, pro minimis applaudant locum Laicis novitatibus exturbare, præsertim antiquum cùm in sedendo attendatur consuetudo.* Observantes hìc, quod ille, qui ità loquitur non est aliquis Defensor Magistratuum Sæcularium, conductus ad scribendum pro Laicorum præeminentiis, & prærogativis, sed est æquè pius, ac doctus Sacerdos, in Ecclesiasticis Ritibus nimis versatus, & in judicandi munere, tam in Curia, quàm extrà illam multùm exercitatus, & æqualitèr eruditus, prædicta scribens ad meram veritatem in illo 2 Libro, in quo meritò totus est pro defensione, conservatione, & augmento, ac decore, tàm functionum, quàm personarum Ecclesiasticarum.

Deveniendo modò ad nostra dubia, quia illa composita fuerunt ab Episcopo, non citato, neque audito Magistratu, quoad primum supplicamus observare, ex parte Magistra- 3 tus nunquam prætensam fuisse, neque hodiè prætendi pręcedentiam in thurificatione, & pacis receptione, aliisque actibus antè Canonicos, sed solùm ad terminos antiquissimi soliti, & immemorabilis possessionis, in qua reperitur idem Magistratus, in præteritum institum fuit, & humillimæ hodiè reiterantur preces pro servanda æqualitate in dictis, aliisque similibus actibus inter Capitulum, & Magistratum, quando insimul in publicis Locis conveniunt. Quanti enim in materiis præeminentialibus, & actibus, concer- 4 nentibus Jus præcedendi, vel similes prærogativas, facienda sit quasi possessio, & solitum, nemo ignorat, & patet ex firmatis per *Rot in dec. 779. num. 1. & seq coram Merlin & dec.* 5 *99. num. 10. & seq. par. 19. rec.* ubi, quod ad hunc effectum sat est solitum, continuatum per solum spatium 10. annorum.

Imò, quod in his casibus totum operatur consuetudo, itaut nihil aliud attendendum sit, quàm quasi possessio, & consuetudo, notabilitèr advertunt *Mastrill. de Magistrat. lib. 5 c 4 n.* 6 *30. Cyriac. controv. 201. n. 65. Panimoll. dec. 1. n 19. Ansald. In addit. ad dec. 25 n. 15. & Rot dec. 1025. n. 4. cor. Emer Jun. & dec. 304 n 26 par. 18. rec.* cum aliis, allegatis *in To 1 par. 2. disc. 21. n 49. & disc 26 n. 62.* & in punctualibus terminis pręcedentię, pretensę à Canonicis in concursu Magistratus Sęcularis, quod, omnibus aliis, considerationibus omissis, servanda sit 7 consuetudo, cumularis concordan. probat *Card. de Luc. de Præemin. disc. 23. in fine*, ubi opportunè occurrendo objectioni, quæ fundari solet in dignioritate personarum Ecclesiasticarum in concursu Magistratus Sæcularis, ex parte Episcopi in ejus replicatis Scripturis, exageratæ, egre-

egregiè advertit (sunt ejus verba) *ubi non agitur de consuetudine, quæ generalitèr, ac in universum præcedentiam concedat minùs digno suprà digniorem, quo casu reputatur corruptela, satis consuetudini, & observantiæ defertur.* 8

Licèt enim omnibus Juribus, nempè divino, naturali, canonico, & civili adversetur consuetudo, ut minùs dignus in omnibus casibus, & in quolibet concursu cum persona digniori, semper, & ubique præferatur, ut latè probavi in *Instit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 4. à num. 234. usque ad nu. 238.* 9 Hujusmodi tamen conclusio uno ore à Doctoribus limitatur in casu, in quo sermo est de præcedentia in uno, vel altero casu, in quibus circumstantiis nullum reputatur inconveniens, quod minùs dignus digniori præferatur, ut in specie, limitando principalem conclusionem, advertunt adducti à 10 *Sperell. dec. 179. num. 3. vers. Non enim, Adden. ad Ludovis. dec. 122. sub num. 4. Rot. cor. Pamphil. dec. 127. num. 7. & seq.* ibiquè *Adden. num. 12. & dec. 560. num. 15. & duobus seq. par. 19. rec.* Et conciliando contrarias Doctorum opiniones, cumulatis concordan. notat *Rot. dec. 18. num. 15.* apud *Antonell. de Jurib. Cleric.*

Quæ si procedunt in terminis, in quibus attenta consuetudine minùs dignus præfertur digniori, ut loquuntur, & pro- 11 bant præfatæ punctuales authoritates, absque ullo dubio locum habebunt in præsenti, in quo Magistratus non insistit in prælatione, sed in sola æqualitate, quando reperitur cum Canonicis Cathedralis juxtà antiquum solitum, & immemorabilem consuetudinem usque à tempore Card. Julii Sacchetti, quæ favore ejusdem Magistratus militat, quæquè ultrò admittitur ab Episcopo in epistola, huic S. C. scripta die 24. 12 Sept. 1715. his verbis: *In tempo, che fù qui Vescovo l' Eminentiss. Sig. Card. Giulio Sacchetti di gloriosa memoria, circa il principio del Secolo passato, e poi, forse qualch' altra volta in tempo mio medesimo 15. ò 16. anni fà in circa, in una Chiesa di queste Monache, a Me soggette, si praticò per contentarli, che fossero incensati nell' istesso tempo de' Canonici da un Diacono, che usciva allora dalla Sagrestia per farne simultaneamente questa funzione col Diacono dell' Altare, mentre questo incensava li Canonici.*

Poterant verò omitti reflexiones illæ, quæ adversus antiquam hanc consuetudinem, & laudabile solitum exageratæ 13 fuerunt, in quibus magna liberalitate asseritur, quod ex dicta simultanea, seù æqualitate *si saria tenuto tutto il Popolo distratto a vedere questa funzione, e saria forse posta questa cosa in ridicolo.* Etenim absque ullo scrupulo abstractionis, & sinè aliquo periculo irrisionis, in Cathedrali Ecclesia Fanen. & in aliis inferioribus Ecclesiis Civitatis Fani, in quibus convenire solent Canonici, & Magistratus, admitti, & practicari poterit temperamentum illud æqualitatis, quod pro bono pacis de mandato s. m. Pii IV. injunctum fuit *in quell' Assemblea, dove si congregò il meglio della letteratura, dell' autorità, e della prudenza, che si trouassero in tant' anni nella miglior parte del Mondo*, juxtà præcisa verba *Card. Pallavic nell' Istor. del Conc. nell' Introduzione cap. 5. num. 5. E nella quale vi fù copia maggiore di uomini dotti, che forse in verun altro Sinodo, comprendendoui ancora il primo Niceno*, ut prosequitur idem *Author ubi suprà lib. 23. cap. 9. num. 5. in fine*, ut referendo præcisa verba ejusdem Summi 14 Pontificis, nec non duas epistolas S. Caroli Borromæi, scriptas de mandato Papæ Cardinalibus Legatis ejusdem Concilii, notat dictus *Card. Pallauic. in illius Histor. lib. 21. c. 8. num. 4. & 5.*

Nequè similia temperamenta sunt aliquid novi ad conser- 15 van. pacem inter Sacerdotium, & Imperium, atque ad eradicandas similes controversias, & quidèm, tàm per actus negativos, quàm positivos.

Per *actus negatiuos*, quia videmus in multis Civitatibus Status Ecclesiastici, quod permittente, imò etiam deman- 16 dante hac S. C. omittuntur illi actus, qui incompatibiles sunt cum æqualitate inter Canonicos, & Magistratum, ut gr. ex. practicatur Pisauri à Concionatoribus. Quamvis enim isti in principio concionis, ex oraculis hujus S. C. sequutis à *Pignatell. consultat. 205. num. 1 tom. 4. Barbos. in Summ. Apost. decis. collect. 91. num. 30. & Panimoll. dec. f. annot. 8. num. 17.* teneantur priùs salutare Canonicos, & deindè Magistratum, ex eodem motivo pacis, & bonæ consonantiæ 17 in dicta Civitate Pisauri non salutant, nequè Canonicos, nequè Magistratum, ad hoc ut inter utrosque servetur perfecta æqualitas, ut dum hæc scribebam mihi retulit Episcopus ejusdem Civitatis, oculatissimus testis omnium illarum rerum, & functionum, quæ sub ejus oculis practicantur in propria Cathedrali, & Civitate.

Per *actus uerò positiuos*; Omissis enim antiquioribus exemplis, Partibus acerrimè informantibus, me Scribente, respondit hæc S. C. *in Nouarien. 18. Augusti 1714. Ponente Card. S. Vitalis:* Se conquerentibus enim Canonicis, & Capitulo Cathedralis Novariæ, quod Canonici Regulares La- 18 teranenses ejusdem Civitatis, diversimodè exciperent, & associarent in eorum Ecclesia eosdem Canonicos, & Magistratum, S. C. omnibus maturè perpensis, dicta die distulit quidem resolutionem dubiorum, concedendo Literas remissoriales ad proban. consuetudinem, quæ hinc indè allegabatur, sed eodem tempore respondit: *Et interim per modum provi- 19 sionis, & sinè præjudicio Jurium Partium, excipiantur in accessu, & associentur in egressu eodem modo Capitulum, & Magistratus*, ut videre est inter meas *Disceptat. Eccles. To. 1. par. 1. discept. 10. per tot. & signantèr n. 120.*

Ejusdem insubsistentiæ est prætensa res judicata, innixa resolutioni hujus S. C. 1. *Sept.* 1607. qua decisum asseritur, Magistratus, & Officiales Civitatis esse thurificandos post 20 Canonicos nostræ Cathedralis. Cathegorica enim responsio desumitur ex sola lectura ejusdem resolutionis, per extensum registratæ in contrariis Scripturis: Etenim Sac. Cong. statim subjungendo ait: *Nisi adsit immemorabilis consuetudo, quod eodem tempore Canonici cum Magistratu thurificandi sint, quæ servanda erit.* Cùm enim teste eodem Episcopo, juxtà illius præcisa verba, registrata supra *num.* 12. talis consuetu- 21 do vigeat in nostra Ecclesia à tempore Card. Julii Sacchetti, qui obtinuit Ecclesiam Cathedralem nostræ Civitatis circa initium præteriti Sæculi, ut dicit idem Episcopus ubi suprà, & concordat *Ughell. in Ital. Sacra tom. 1. tit. de Episcopis Fanen. fol. mihi* 793. eadem resolutio retorquetur potiùs ad hominem, eòquia in terminis consuetudinis immemorabilis, in nostro casu probatæ ex dicta seria attestatione Episcopi, & aliis probationibus, ex hac parte adductis, mandat, illam esse servandam, pro cujus consuetudinis continuatione, & exequutione etiam Magistratus humillimè supplicat.

Et ex hac reflexione remanent inapplicabiles dispositio Cæremonialis, & omnes aliæ authoritates, ab Episcopo al- 22 legatæ: Uno siquidem ore receptum est intèr Doctores, quod immemorabilis consuetudo, utì speciali nota digna, nunquam dicitur sublata per quamcunque dispositionem, nisi fiat de illa specialis, & specifica mentio, ut videre est apud *Marescott. var. resolut. lib. 2 resol. 101. num. 4. & seq. Gratian.* 23 *discept. 492. num. 5. & Pignatell. consult. 7. num 24. to. 1. & Rot. decis. 53. num. 13. coram Ottbob. & decis. 197. num. 6. par. 19. rec. & in Pampilonen. Præeminentiarum 3. Februarii 1700 §. Sed dato coram Olmo.*

Et in terminis, quod immemorabilis consuetudo non dicatur sublata per contrariam dispositionem Cæremonialis E- 24 piscoporum, benè notant, & plures referunt, & sequuntur resolutiones hujus S. C. *Garz. de Benef. par. 3. cap. 2. §. 1. num. 191. Barbos. de Canon. cap. 33. num. 24. Pignatell. consult. Canon. 7. num. 25. tom 1. & Rota in Pampilonen.* de qua suprà *num* 23.

Omniumque præmissorum illam assignat convincentem rationem *Uasq. Illustr. quæst. lib. 2. cap. 81. num. 17.* quia sci- 25 licet tempus immemorabile facit verum omne possibile, efficitquè ulteriùs, ut videantur intervenisse omnia ea, quibus opus esset ad tale Jus inducendum, etiamsi mille rerum, aut qualitatum concursus fuisset necessarius, & concordat *Manent. de Potest. Jurisd. par. 6 c. 10 n. 15.*

Quatenùs verò probatio ejusdem immemorabilis, non attenta dicta rotunda confessione Episcopi, illiusque notorie- 26 tate in Civitate Fani, in dubium hodiè revocetur, & criticetur, paratus est Magistratus illam intrà evidentiæ fines ponere, & quidèm cum omnibus illius solitis, & notoriis requisitis, latè explicatis à *Rot. in Trojana* apud *Monac. tom. 4. dec. 16.* Pendente autem hac probatione Magistratus non videntur de facto privandi eorum quasi possessione, sed in illa manutenendi sunt, ea ratione, quia in his materiis usquequo probetur contrarium ab impugnante, solitum, & con- 27 suetudo totum faciunt, & tanquam lex servan. sunt, ex adductis suprà *num. 6.* quibus addo citatos à *Rot. in Andrien. Præeminentiarum super bono Jure 17 Februar. 1710. §. Preter assistentiam coram Reverendiss. Aldrovando, & 2. Martii 1711. § fin. cor. Eod.*

Imò inobservantia d. resolutionis hujus S C. respectu pri- 28 mæ partis potiùs digito ostendit illius inapplicabilitatem, & defectum subsistentiæ facti, huic S. C. tùnc narrati; Non enim est verisimile, quod Episcopi omnes, qui post annum 1607. nostram Ecclesiam gubernarunt, inter quos, ultrà alios S. R. E. Cardinales, enumeratur etiam d. Card Julius Sacchettus, in Ecclesiasticis Annalibus satis notus, qui

Fanensem Ecclesiam Pastorali sollicitudine, doctrinaque pariter, & exemplo piè, sanctèque rexit, juxta præcisa verba *Ursulin in Libro* cui titulus *Inclytæ Nationis Florentinæ Familiæ &c.* in ejus Vita *p.2. fol. mihi* 451. non procurassent exequutionem d. præcisæ resolutionis pro nostra Ecclesia, si factum in sui veritate eidem S.C. narratum fuisset, & nisi favore Magistratus militasset immemorabilis consuetudo, in d. decreto specificè præservata, ut in terminis alterius resolutionis hujus S.C. ann. 1608. quæ allegabatur contra Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Camerini, quævè pariter nunquam fuerat observata, me Scribente, resoluit, illamque in nulla habuit consideratione hæc S. C *in Camerinen.* de qua *in to.1. p 2. discep.26. n.47. & seqq.* Et in terminis resolutionum subreptitiè, & obreptitiè extortarum à Sac. Congr. quod in nulla consideratione habendæ sint, notat *Bertachin. Vot. dec.*113. *n* 3. & *Rot. dec.*102. *num.*15. & *seq. p.*19. *rec.* Et in præcisis terminis alterius resolutionis hujus S. Congr. in forma specifica approbatæ ab Urban. VIII. eadem *Rota dec.*855. *num.*15. *coram Dunoz. Jun.* quam sequuta fuit hæc S.C. *in Pragen.* de qua in *Tom* 1. *par.*1. *disc.* 11. *num.*49.

Nec dicatur, quod in nostris terminis sit undiquè impossibilis probatio d. immemorabilis, utì interruptæ per dictum decretum anni 1607. Sola enim verba ejusdem decreti de quibus supra *n.*20. deserviunt pro adequata responsione, eo quia ibidem, nedùm præservatur immemorabilis consuetudo, sed demandatur, esse in futurum servandam, ibi: *Nisi adsit immemorabilis consuetudo, quod eodem tempore Canonici cum Magistratu thurificandi sint, quæ servanda erit.* Cùm enim extra omnem controversiam sit, & ultrò admittat Episcopus, quod ita postmodùm servatum fuerit, tàm tempore Card. Julii Sacchetti, quàm tempore aliorum Episcoporum prædecessorum, & etiam tempore ejusdem moderni Episcopi, idem decretum potiùs videtur ad hominem retorqueri, eo quia ex subsequuto innegabili facto omnium successorum Episcoporum habemus concludenter probatum, nedùm solitum antecedens ad d. decretum anni 1607. sed etiam continuationem ejusdem soliti post dictum decretum, & usquè ad hodiè. Undè applicatur conclusio, quod consuetudo nunquam dicitur interrupta per illos actus, illamque litem, post quam quis continuavit in antiqua ejus possessione, juxta theoricam *Felin. in c. Illud n* 15. *de Præscript.* quam sequitur *Rot. dec.*467. *n.*1. *cor. Ludovis & dec.*1273. *n.* 3 & *dec.*361 *nu* 23. *cor. Bich & dec.*328. *nu* 8 *par.* 17. *dec.*251. *eod. nu. p.*18. *rec.*

Adversùs temperamentum, seù simultaneam, & æqualitatem inter Capitulum, & Magistratum, ultrà dd. animadversiones Episcopi, aliam adducunt reflexionem illius Defensores, innixam resolutionibus hujus S. C. relatis per *Aldanum* in nescio quo *Compendio Canonicarum resolutionum*, ab ipsis citato, cum supposito, quod hæc S. C. hujusmodi equalitatem, seù simultaneam nunquàm admiserit; Quamvis autem pro cathegorica responsione adversùs magnificatum hoc objectum sufficeret sola reflexio, quod Author iste nullibi reperitur, estquè apochryphus, ut notum est, vel leviter in Canonicis materiis versatus, & notat *Capon. discep.*154. *n.*34. *v. Respondeo tom.*3. eodem prorsùs modo, quo apocryphi sunt *Sellius, Rubionus, Rao*, & similes, quamvis passim citentur *à Barbosa, & Riccio*.

Strictè dicimus, quòd cùm hodiè hęc S.C. commendabili æquitate, & solita prudentia admittere soleat d. temperamentum, ut notorium est in multis Civitatibus status Ecclesiastici, & in specie pro nostra Civitate mandavit in resolutione anni 1607. ibi: *Nisi adsit immemorabilis consuetudo, quod eodem tempore Canonici cum Magistratu thurificandi sint, quæ servanda erit*: Quam æqualitatem ultimo loco practicandam esse mandavit *in d Novarien.* de qua supra *n.*21. ibi: *Excipiantur in accessu, & associentur in egressu eodem modo Capitulum, & Magistratus.* Non est insistendum in resolutionibus antiquis, etiamsi veræ essent, & in authentica forma adducerentur, sed procedendum est cum illa opinione, quam ultimo loco approbavit, ut in conflictu resolutionum, inter se oppositarum, faciendum esse notant *Syvest. Tract. var. Opusc.*3 *de Declar. Card* 2. *num.*11. *fol. mihi* 287 *Pignatell. consult.*107 *in fin. to.*1. & *Rota in Melevitana Decretor.*21. *Martii* 1707. *s. fin. cor Ansaldo*, cum aliis citatis *in to.*1. *p.*2. *discep.*14. *n* 42. & *discep.*12. *n.*10.

Quibus addo *Monacell. in Form. to.*2 *tit.*13 *formul.*2 *n.*8. & 9. *fol. mihi* 43. sequentem in individuo punctualem resolutionem hujus Sac. C. in alia *Fanen.* 26. Augusti 1645. quando prętendente tunc temporis Episcopo sub pœnis obligare Magistratum Fanen. ad nobile ministerium lotionis manuum ejusdem Episcopi, solemniter celebrantis, ad terminos antiquæ resolutionis in *Anconitana anni* 1596. eadem S.C. respondit, nostrum Magistratum esse invitandum, sed non cogendum, quamvis aliquando spontè ad id præstandum accessisset, ea ratione, quia sumus in facultativis, in quibus nunquam intrat præscriptio, ex vulgatis.

Ex quibus nulla adest necessitas immorandi in inspectione, an Magistratus illi, qui non sunt perpetui, sed ad tempus, qualis est noster, dicantur de majoribus, sintque proinde thurificandi antè Canonicos, juxta resolutiones hujus *S. C. in Patavina* 2. *Martii* 1602. & in aliis quas referunt, & sequuntur *Barbos. in Summ. Apost. dec. collect.*460. *num.*8. *D. Piton. discep. Eccles.*15. *nu.*7. *antè finem*; Eò quia contrarium practicari videmus in Urbe, quæ omnium aliarum Civitatum magistra est, in qua Magistratus, seù DD. Conservatores non sunt perpetui, sed mutantur de trimestri in trimestre, & tamen nemo negat, quod non veniant appella. tione majorum Magistratuum, inter quos illos enumerat *Fenzon. ad Statut. Urb. c* 15 *nu.*9. & *Zaul. ad Statut. Favent. to.*1. *lib.*1. *rubric.*4. *nu.*55. *fol. mihi* 40.

In hac autem parte poterant imò debebant Defensores Episcopi se abstinere ab illis verbis, magna liberalitate nobilibus personis gratìs attributis: *Magistratus nostrarum Civitatum subditarum quantumvis nobilium, qui tantum dicuntur pedanei, ac infimæ notæ*; Nedùm quia neque per umbram similibus verbis denominantur Magistratus Civitatum subditarum *in l Nec Magistratibus in fine ff. de Injur.* minusque apud *Abbat in Cap. Legebatur num.*3. *de Majorit. & Obedient Scacc. de Iudic. par.*2. *cap.*9. *num.*1005. *cum seq. Rocc. Select interpr. cap* 4. *num.*16. *tom.*1. & *Card. de Luc. de Præemin. disc* 23. *num.*8. qui tanquam punctuales ad id proban. allegati fuerunt in contrariis Scripturis, sed etiam, quia reperiuntur in ipsomet Statu Ecclesiastico multæ Civitates, Summo Pontifici subjectæ, ut sunt Bononia, Ferraria, Urbinum &c. quarum majoribus Officialibus non sine manifesta injuria attribui potest denominatio Magistratus pedanei, & infimæ notæ, ut de se patet.

Estque in rei veritate nimis absonum asserere, ut dicantur pedanei, & infimæ notæ Magistratus dd. Civitatum subditarum, à quibus eliguntur Oratores ad Summum Pontificem, qui in Cappella Pontificia in thurificationibus, & distributione Candelarum, & Palmarum, nec non in osculo pacis præferuntur Prælatis V. S. Referendariis, & ipsismet Sacræ Rotæ Auditoribus, ut EE. PP. probè notum est, & advertit *Pignatell. consult.* 3. *num* 7. *tom.*1.

Deveniendo ad 2. dub. in quo quæritur, *An Sedile Magistratus elevari debeat cum suppedaneo, sive* Pradella, *tam in Cathedrali, quàm in aliis Ecclesiis*; opportunè præmittendum est, quod in hac parte Magistratus non prætendit aliquid novi, neque insistit pro obtinenda aliqua prerogativa, quæ de preterito non fuerit indifferenter practicata, non ab aliquibus annis citrà, neque ab uno, vel altero Episcopo, sed à tempore cujus initii memoria non extat in omnibus Ecclesiis Civitatis Fanen in quarum multis etiam hodiè ad praxim punctualiter reducitur, ut solito candore admisit Episcopus in Scripturis, ab ipso in hac causa compositis.

Et quod magis est circa dictum suppedaneum ad instantiam Canonicorum nostrę Cathedralis introducta litè coram hac S.C. anno 1689. illaque pro amicabili compositione remissa judicio, & prudentiæ unius ex EE PP. tunc temporis in hac eadem Sac. C. sedentibus, nempè Card. de Lauræa, iste ad satietatem usque auditis rationibus, tàm ex parte Capituli, quàm Magistratus, tàm in scriptis, quàm in voce, priùs coram S.C. & deinde coram eo deductis, ut ex integra Positione in Secretaria asservata, nedum fuit in sensu, esse manutenendum Magistratum in possessione suppedanei, in qua ab antiquo reperiebatur, sed pro firmiori stabilimento reciprocę unionis inter Capitulum, & Magistratum, descendendo ad particularitates suppedanei, mandavit (sunt ejus verba præcisa) *Sedile pro DD. de Magistratu, dum præfatis Ecclesiis assistere debent pro Ecclesiasticis functionibus hoc modo sit constructum; In suppedaneo ligneo longitudinis palmorum decem, & latitudinis palmorum octo, elevato à terra sex digitis, ex parte posteriori figatur, & clavis firmetur unum sedile ejusdem longitudinis palmorum decem, cum suo postergali altitudinis palmorum septem, incipiendo à suppedaneo; Ex parte verò anteriori suppedanei figatur, & clavis firmetur genuflexorium consuetum ejusdem longitudinis cum sedili, itaquod nec sedile, nec genuflexorium sint amovibilia à suppedaneo, sed omnia hæc tria unita, & clavis firmata, unum*

faciant

faciant corpus amovibile. Hoc pro meo judicio æquum, & conveniens existimo &c.

Temperamentum hoc, seù Votum, nemine ex Canonicis discrepante approbatum fuit per secreta suffragia ab integro Capitulo nostræ Cathedralis, recognoscente in illius Authorem eundem Card. de Lauræa, de cujus Votis cum majori proprietate verificantur ea, quæ de suo doctissimo Correligioso scripsit *P. Segneri nella predica* 39. *num.* 4. his verbis: *Uomo il di cui Voto equivale a quello d'un'intiera Università*. Sed præfati Canonici acceptarunt ulteriùs idem Votum, utì emanatum ex ordine S. C. juxtà illa verba propositionis, factæ in pleno Capitulo ab illius Capite. *In oltre rappresentò d. Sig. Preposito, che d. Magistrato desiderava la Pradella, siccome anche il Capitolo, a tenore del Decreto, emanato dalla ch. m. dell' Em. Lauria, d'ordine della S. C. de Riti Ecclesiastici*. Itaut hodiè nimis absonum, & æqualitèr alienum à laudabili praxi videatur, non obtenta nova audientia ab hac S. C. adversùs d. decretum, de ejus ordine emanatum, proprio marte disputare ex integro dictum dubium, ac si res esset omninò nova, & nunquam in judicium deducta. Imò respectum ejusdem Laudi, tali, tantaq; maturitate à d. doctissimo æquè ac prudentissimo viro lati, applicantur aurea illa verba: *S. Gregor. Magni lib.* 7 *epist.* 61. *indiction.* 2. ibi: *Valdè Ecclesiasticæ est moderationi conveniens, ut quæ ordinata fuerint, vel decisa, nulla in posterum debeant refragatione turbari* cum aliis, adductis in *To.* 1 *par.* 1. *discep.* 7. *n.* 29. & *par.* 2. *discep.* 24. *n.* 16.

56

57

58

59

Fortiùs quia d. temperamentum undiquè laudabile est, eò quia cum grano salis demandata fuit constructio per modum unius, tàm sedilis, quàm suppedanei, & genuflexorij, cum forti, stabilivè colligatione, mediantibus ferreis clavis, ad evitan. nimirum distinctionem, seù denominationem distincti suppedanei. Hoc enim modo idem suppedaneum potiùs facit figuram colligamenti sedilis cum genuflexorio, quàm habeat speciem distincti, & separati suppedanei, ut de se patet.

60

61

Et proindè juxtà æquè prudens, ac fundatum judicium d. Card. de Lauræa, suppedaneo cum dd. conditionibus aptato pro Magistratu, facili negotio applicari possunt ea, quæ non sine magna detorsione, & criticatione antiqui suppedanei Magistratus negari non potuerunt ab Episcopo in 1. epistola, huic S. C scripta, in qua tamen illum gratis vocat Tabulatum ibi: *Solamente alcuni dubitativamente dicono, che non fosse Pradella, ma un' Tavolato semplice, che si stendeva ancora per lungo tratto sotto li Banconi delle Donne, più per impedire l'umidità del pavimento, che per privilegio, ò prerogativa.*

62

Addito, quod hujusmodi suppedaneum non est aliquid hodiè noviter excogitatum à Magistratu Fanensi, sed in omnibus ferè Civitatibus Status Ecclesiastici summa pace practicatur in Ecclesiis Cathedralibus, & in omnibus aliis Ecclesiis, in quibus Magistratus solemni pompa solet certis anni temporibus convenire ad assistendum sacris functionibus, quod est adeò certum, adeoquè notorium, ut ultrò fuerit admissum ab Episcopo in ejus responsione, transmissa ad hanc S. C. his verbis: *Quanto all' uso antico, uniforme di questa Città a tante altre dello Stato Ecclesiastico, credo di poter dire francamente* quidquid sit della Pradella, *che l'andarsi dal Mastro &c.* Igitur quoad suppedaneum admittit Episcopus, quod antiquus, & innegabilis usus nostræ Civitatis concordat *col solito di tante altre Città dello Stato Ecclesiastico*. Undè applicatur conclusio, uno ore à Doctoribus admissa, quod à solito vicinarum Civitatum optimum desumitur argumentum rationabilitatis, & congruentiæ consuetudinis, vigentis in alia vicina Civitate, ex adductis per *Prat. respons. crim.* 46. *num.* 56. & *seq. Card. de Luc. de Regal. disc.* 97. *num.* 12. & 13. & *Rot. dec.* 357. *num.* 49. & *seq. par.* 11. *rec.* & *in Romana Præcedentiæ* 5. *Maii* 1710. §. *Sed ab eacor. Crispo.*

63

64

65

Quibus non adversatur reflexio, quod suppedaneum denotet Jurisdictionem in illa Ecclesia, ubi permittitur illius usus, quam non habet Magistratus in Ecclesiis nostræ Civitatis: Authores enim, ad hoc proban. citati, id nullo modo asserunt, & neque asserere possunt, eò qnia id nullatenùs subsistit, ex adductis per *Macr. in Hierolexic. verb. Suggestus*, & *verb. Suppedaneum*. Ad quod ulteriùs manibus palpan. subdimus, quod habemus innegabilem hujus veritatis demonstrationem, quotidiè omnium oculis expositam in Cathedrali Ecclesia, & in aliis Ecclesiis Civitatis Fani, in quibus Prælatus Gubernator de præterito semper habuit, & de præsenti retinet suum distinctum sedile cum suppedaneo, absquè eo, quod aliquam habeat Jurisdictionem in dictis Ecclesiis, ut de se notum est.

66

67

Responsio, quod Laudum Card. de Lauræa de mandato hujus S. C. emanatum, non fuerit de præterito observatum, non enervat illius vires; Eò quia illius inobservantia processit ab aliis prætensionibus Episcoporum Fani, qui per viam repræsaliarum, seù contractus innominati, *do, ut des*, pro exequutione d. Laudi prætendebant à nostro Magistratu, ea quæ nunquam ab illorum antecessoribus gesta, vel præstita fuerant, quæ omnia clarè indicantur in Scripturis, epistolis Episcopi, & proindè iidem Episcopi ex dictis eorum irregularibus operationibus non debent commodum reportare, ex firmatis per *Rot. in dec.* 34. *num.* 42. *coram Priol.*

68

69

Neque aliquid commune habet cum præsenti dubio resolutio hujus S. C. *in Senogallien.* 23. *Septembris* 1713. quando respondit, non esse permittendum Regularibus, & Confraternitatibus Civitatis Senogalliæ elevare Sedilia Magistratus. Nos enim non petimus Sedilium nostri Magistratus elevationem, de qua unicè disceptatum fuit *in d. Senogallien.* sed strictè insistimus in quasi possessione suppedanei, prorsùs distincti à sedili, de quo suppedaneo, nec jota unum dictum fuit *in eadem Senogallien.* Et proindè ab uno ad alium distinctum casum nulla fieri valet illatio, ad vulgatum *Text. in l. Papinianus ff. de Minor.*

70

71

Quoad 3. dub. *An Magistratus teneatur interesse in Cathedrali sacris Functionibus, saltem in solemnioribus festivitatibus, itaut Juris remediis cogi possit, quatenùs renuat.* Ultrò admittimus regulam, quod ad tenorem oraculorum hujus S. C. ad id cogi possunt Magistratus, juxtà resolutiones, allegatas in contrariis Scripturis, & signantèr *in Fanen.* 1. *Septembris* 1607. quam sequitur *Barbos. in Summ. Apost. dec. collect.* 460. *num.* 11. & 12. quibus addo aliam *in Camerinen.* 22. *Februarii* 1680. quam sequitur *Monacell. in Formul. legal. practic to.* 4. *fol.* 33. *n* 24.

72

Cum illa tamen discreta moderatione restricta ad permissionem, ibi: *Non ostante qualsivoglia lettera in contrario permetti, che li Priori, quando vogliono essi venire ad accompagnarla, vadino avanti di Lei, &c.* quæ injuncta legitur in epistola, scripta Archiepiscopo Firmano, quam per exten. sum registravit *Panimoll. decis.* 1. *ad notat.* 11. *num.* 20. ubi illa adducitur congrua ratio d. moderationis, *perche essendo questo atto volontario, e di cortesia, non vuole la S. Sua, che se gli usi violenza alcuna, e così doverà V. S. esseguire:* Obitèr observantes hìc, quod in conflictu hujus Papalis præcepti, non est multum insistendum in authoritatibus privatorum Doctorum, qui contrarium forsàn acrioribus medijs practicandum censent: Quando enim allegatur Summi Pontificis authoritas silere debent omnes privati Doctores dicebat *Rota in Legionen. Parochialis* 11. *Novembris* 1693. §. *Non obstante coram Pio*, cum aliis allegat *in Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 11. *num.* 33. quibus addo *P. Grutber. de Arte bene desideran. resol.* 15. §. 9. *num.* 177.

73

74

Insupèr æquè indubitata est limitatio ejusdem communitèr receptæ opinionis ut scilicet illa procedat, quando Magistratus tractatur ab Episcopo, eo modo, quo tractabatur antè litem; Si enim, juxtà præcisos terminos nostri casus, prætendant Episcopi aliquid in hac parte innovare in præjudicium publicorum Officialium tunc nullo modo potest Magistratus cum dictis innovationibus cogi ad præstan. obsequium in Ecclesiis, diverso modo, ab illo, qui practicatus fuit de præterito, ut causa acerrimè discussa resolutum fuit ab hac S. C. *in Carpentoraten.* 3. *Decembris* 1701. *Ponente Card. Colloredo*, quando, utraque Parte acritèr informante, respondit quidèm *affirmativè* sequenti dubio: *An Rector, Magistratus, & Officiales Civitatis Carpentoraten. teneantur intervenire in Ecclesia Cathedrali in festis solemnibus Ecclesiasticis, & Processionibus annuis, ac assistere Reverendiss. Episcopo, tàm accedendo, quàm recedendo ab Ecclesia, eumquè associari, & respectivè, an ad id cogi possint in casu, & ad effectum, de quo agitur.* Sed cum illo essentiali addito, *juxtà formam servatam antè motam litem*, ut notat *Monacell. in Formul. to* 4 *fol.* 33. *n.* 24. *in fine*, & patet ex *Libris Decret. hujus Sac. Cong. d. anni* 1701. *fol.* 441. *à ter.*

75

76

Quando igitur Episcopus faciet aptare Sedile Magistratus juxtà eam formam, quam ipsemet admittit, fuisse antè moram litem, cum suo suppedaneo, seù *semplice Tavolato*, ut gratis ipsum vocat idem Episcopus, omittentes libentèr in hac parte quæstiones nominales, juxtà monitum *Bart in leg. Quominus num.* 22. *ff. de Flumin.* ibi: *Non curo de nomine*, cum aliis citatis *in Tractat. de Livell. cap.* 1. §. 21. *num* 52 Nec non, quando omnia disposita erunt pro simultanea, tàm thuris, quàm pacis intèr Capitulum, & Magistratum, ad terminos paritèr nostræ antiquæ possessionis,

77

sionis, non habebit opus Episcopus recurrere ad Juris remedia; Non enim in dd. circumstantiis antiqui soliti, & immemorabilis consuetudinis nobiles Viri, componentes nostrum Magistratum, formidine pœnæ, sed solius virtutis amore suas adimplebunt partes.

78

Aliàs repugnare videtur omnibus principiis, quòd ex mero arbitrio, & innovationibus Episcoporum cogantur Magistratus cedere eorum Juribus, atquè amittere possessionem antiquarum prærogativarum, ut in nostris præcisis terminis notat egregiè *Pignatell. consult. 7. num. 23. tom. 1.* ibi: *Probata consuetudine &c. debent continuare, nec poterunt impediri ab Episcopo*; Et applicatur celebre dictum *Domitii*, sequutum à *D. Hieronymo ad Nepotianum*, & relatum *in Can. Esto subjectus 95. distinct.* ubi postquam præmiserat obligationem Subditorum parendi Episcopis, his verbis: *Esto subjectus Pontifici tuo, & quasi parentem animæ tuæ ama*, subdit, *sed Episcopi Sacerdotes sciant se esse, non Dominos*. Et deindè ait posse in his casibus Subditos dicere Episcopis, quærentibus innovationes. *Cur ego ut habeam, ut Principem, cùm tu me non habeat ut Senatorem*, ubi *Glos. verb. Deferatur*, ad rem egregiè subdit: *Sed pone, quod Episcopus aliter se habeat contra ipsum, quàm debeat, nunquid iste suo jure potest ei obedientiam negare; Videtur quod sic argumento 45. distinct. Cùm Beatus 22. quæst. 5. Consule tamen ei, ut agat per Superiorem*, cum aliis à me citatis *in Inst. Crim. lib. 2 tit. 9 n 114.*

79

80

Nec replicetur, quod antè annum 1715. quo mota fuit præsens lis non constat de possessione nostri Magistratus, ex quo iste à multis annis non accessit ad functiones, & festivitates celebratas in Ecclesia Cathedrali. Imò potiùs constet de contraria possessione DD. Canonicorum, qui in d. tempore, quo Magistratus non accessit ad Ecclesiam, fuit semper in possessione prælationis, non autem æqualitatis simultaneæ cum DD. de Magistratu.

81

Responsio enim in promptu est, quod scilicet quasi possessio in nostris terminis solidè desumitur ab illis ultimis actibus qui gesti fuerunt præsentibus Competitoribus, seù DD. Canonicis, quod innegabile est in præsenti, ex clara confessione Reverendissimi Episcopi estquè notorium in Civitate Fani, sivè id evenerit immediatè antè motam litem, sivè multo tempore antè, præcipuè, quando d. ultimus actus gestus fuit cohærentèr ad multos alios actus antecedentes, qui non negantur, ab antiquissimo tempore Julii Card. Sachetti, & continuati fuerunt tempore multorum successorum Episcoporum, ex firmatis per *Rotam in Andrien. Præeminantiarum super Manutentione 17. Februarii 1710. §. 1. & per tot. cor. Adrovando*, & in terminis unici actus, quod iste sufficiat pro manutentione, & continuatione soliti, pluribus concordantibus cumulatis firmavit egregiè *Rota dec. 148 n. 8. par. 14. recent.*

82

83

Neque ad amitten. d. quasi possessionem attenditur id, quod postea gestum fuit absente Magistratu, & bonam assignat rationem Sacra *Rota in d. Andrien. Præeminentiarum super bono Jure 17 Februarii 1710. § Absquè eo coram eod. Adrovando*, his verbis: *Ex hac autem præcedentia, habita in absentia alterius, nulla quæsita fuit quasi possessio, nec inducta consuetudo in contrarium, cum ad effectum hujusmodi actus præeminentiales debeant probari gesti, quando omnes insimul conveniunt, & unus alium actualitèr præcessit*, confirmata 1. *Martii 1711. cor. eodem*, & concordat adducti *à Tob. Non. cons. 71 n. 4 & 5. & Rot. dec. 649 n. 3. cor. Caval. & in Hispalen 21 Junii 1679 §. In hypothesi cor. Muto.*

84

Antè discussionem 4. dub in quo quæritur: *An Magistratus iis diebus quibus teneatur interesse dd. sacris functionibus, urbanè monitus de descensu Episcopi, teneatur ad Palatium Episcopale, sivè Anticameram accedere, ipsumquè Episcopum comitari tàm in descensu ad Cathedralem, quàm in reditu ad Palatium, vel ad quem usquè locum obsequium comitatus præstare teneatur.* Præmittimus, quod iis diebus, quibus Magistratus solemnitèr accedit ad sacras functiones, non facit id sine suo Capite, seu Gubernatore, qui solet esse qualificatus Prælatus, quivè in dd. functionibus considerat personas, Magistratum componentes, tanquam ejus membra, itaut Gubernator, tanquàm Caput, & personæ de Magistratu, uti membra, dicantur componere politicum, seù morale illud Corpus, quod pro bono regimine, & recto gubernio Civitatum simplicitèr est necessarium, ut de se patet, & non negat Episcopus in pluribus locis suarum Scripturarum, huic S. C. transmissarum.

85

86

Ex qua consideratione unius corporis cum suo capite, uno ore inferunt Doctores, quod injuria illata Magistratui censetur illata Civitati, & ipsimet Principi, quos repræsentant, ut videre est apud *Bald in c. 1. § Injuria in princ Pace juram. firm Corrad. in Prax. tit. de Injur. n. 1. fol. mihi 403. Menoch de Arbitr. c. 263. n. 5. Thesaur. dec. 229. n. 3. Panimoll. dec. 1. adnot. 11. n. 4 & 5. & Raynald. tom. 1. Observat. Crim. c. 2. § 6. & 7. n. 11 fol. mihi 249.* Quodquè proptereà solent Principes rigorosè punire easdem injurias, quæ Magistratibus inferuntur, ut notant iidem Authores, & in hac parte habemus aurea illa verba *Cassiod variar. Epist. epist. 12. Si Principes Magistratus, quos elegit, revereri non curat, se quoque minùs reverendum facit, ex quo si Populus Principis membra in Magistratibus parvipendere didicit, ipsum quoquè Principem paulatim contemnere assuescit.*

87

Ad quod inconveniens evitandum communiter receptum est, quod Magistratui, nedùm debeatur reverentia à subditis, sed etiam à non subditis, seù ab exemptis, ex adduct. *à Cassan. in Cathalogo Glor. Mundi consid. 72. par. 1. Cyriac. controv. 26. n. 20 Baron. de Corpor. tom. 2. tit. de Capit. in addition. num 13. & Grat discept. 284. n. 61. & decis. March 232. n. 6 & 7. in addition. & Raynald. observat. Crimin to 1. cap. 2 §. 6. & 7 num. 10.*

88

His præmissis, deveniendo ad nostrum dubium; Aut Episcopus prætendit, ut una cùm Magistratu teneatur eidem Gubernator accedere ad ipsius Anticameram, eumque comitari in accessu, & associari in recessu ab Ecclesia, itaut ad eandem associationem teneatur integrum corpus politicum, Civitatem, & Principem repræsentans, comprehenso etiam ipsius Capite; Et, ultrà exorbitantiam prætensionis, quæ respectu Gubernatorum Prælatorum à nullo alio Episcopo nostræ Civitatis, & forsàn etiam in toto Statu Ecclesiastico, excitata fuit. Dicimus, quod in hoc casu tenetur ejus petitionem ad notitiam ejusdem Gubern. deducere, ad hoc, ut suas defensiones in hac parte adducere possit; Aut vero prætendit, ut Magistratus in circumstantiis, contentis in d. 4. dubio magna incivilitate, & majori inurbanitate, relinquendo suum Caput solum, & solitarium, accedat ad associan. ipsum Episcopum, & ejus prætensio opponitur omnibusquè legalibus principiis, applicaturquè contrariæ petitioni lepida illa responsio, quæ habetur *in leg. 2. C. de Rei vindic.* his verbis: *Incivile, atquè inusitatum est, quod postulas.*

89

90

91

Opponitur contraria petitio congruentiæ legibus, eò quia inauditum est, quod manentibus per modum unius politici, seù moralis corporis multis personis, unicum componentes totum, minùs digni discedant, & magis dignum relinquant solum, & solitarium, ut patet consideranti; Estquè reflexio solo naturali lumine nota, ad quam proindè probandum non est opus authoritates adducere, juxtà animadversa per *Card Pallavic. nell' Istor. del Conc. lib. 3 cap. 13. num. 8.* cujus præcisa verba, aliis adductis, registravi *in Institut. Crimin. lib 2. tit. 8 n 248* quibus addo *Rot. in Giennen 6. Febrar. 1705. §. Tantùm cor Card. Scotto, & 2. Julii 1706. §. Quod indubitantèr cor. Kaunitz.*

92

93

Opponitur paritèr eadem prætensio legalibus principiis, inter quæ Doctores uno ore annumerant istud, ut membra nunquàm separentur à suo Capite, *Textus est literalis in Can. 1 dist 12.* ibi: *Non decet à capite membra discedere, sed, juxtà Scripturæ testimonium, omnia membra caput sequantur*, & concordant adducti per *Gratian. discept 3. num. 2. & seq. Barbos de Canon. cap. 18. num. 41. & seqq. & Card. de Luc. de Regular. disc. 16. num. 6 & Rot. decis. 1619. num. 4. & 6. & decis. 1731. num. 1. coram Coccino, & in Novarien Præcedentiæ 11. Decembr. 1713. §. Ea moti coram b. mem. Barbadico*, cum aliis, citatis *in Tom. 1. par. 2. discept. 26. num. 10. & num 95.*

94

Inconveniens hoc adeò patens est, ut negari nullatenus potuerit ab Episcopo, Ad illud tamen evitandum fuit propositum sequens temperamentum: *Di far restare il Sig. Confaloniero nel Banco, à titolo di non lasciare incivilmente solo Monsig. Governatore, e di poi essi per lo contrario tutti li Signori Priori à ricevere Monsig. Vescovo sino alla porta.*

95

Hujusmodi autem temperamentum non tollit, sed auget potiùs inconveniens, quia nedùm separat membra à suo Capite, sed ulteriùs, anatomatizando ipsum politicum corpus, dividit membra à membris, itaut, vel ex uno corpore fiant duo, & monstruositas patens est, vel talitèr scinditur idem corpus, ut adversus naturalem proportionem, & combinationem Caput, ut ità dicam, cum pectore, remaneant in uno loco, brachia verò cum aliis membris, se conferent ad alium locum, quo nihil absurdius dici, nilvè irrationabilius valet excogitari.

96

Adversus hæc duæ opponuntur replicationes ex parte Episcopi, sed neutra videtur subsistere.

97

Dicitur primò, quod multi qualificati Prælati Gubernatores

tores de præterito ostenderunt in hac parte inclinationem accedendi ad Episcopum unà cùm Magistratu. Omissa autem inspectione circa factum hujusmodi cæremonialis exhibitionis, forsàn per verba civilia, eo tempore factæ, quo non erat ad praxim reducibilis, ob pendentiam litis cum Magistratu; Responsio in promptu est, quod scilicèt agitur de operationibus, seù functionibus, habentibus tractum successivum, & repetendis per omnia sæcula sæculorum, itaut non satis sit videre, an unus, vel alter Gubernator, uno, vel altero anno illis velit intervenire, & ea peragere, quæ hodiè Episcopus prætendit, sed an omnes Gubernatores futuri sint ejusdem inclinationis; Arguendo autem à præteritis ad futurum, qui est validus augumentandi modus, ex adductis per *Barbos. loco* 17. *num*. 3. Si non omnes Gubernatores de præterito id facere voluerunt, imò nec se exhibuerunt omnes id facere velle, multò faciliùs, neque etiam in futurum facere volent, & proindè non erit temperamentum stabile, sed pendens a mera voluntate futurorum Gubernatorum, quæ quàm mutabilis sit experientia notum est, & observat *Rot. in dec.* 581. *num*. 41. *par*. 4. *to*. 3. *rec.* & *dec*. 300. *num*. 15. *cor. Priol.*

Dicitur 2. quod in casu, quo Gubernator *non volesse muoversi dal Bancone, seù Sedia, non saria gran disconvenienza il disgiongersi per quei pochi momenti il Magistrato da Lui.*

Respondemus autem 1. quod non sunt pauca momenta illa, quibus Magistratus accedere deberet ad Palatium Episcopi, ipsumque comitari, & associare, usque ad Solium Episcopale, ut patet consideranti.

Respondemus 2. quòd monstruositas separationis membrorum à suo capite non mensuratur à temporis diuturnitate, sed à sola disiunctione, & separatione, quæ in nostris terminis est omninò innegabilis, sivè sit pro majori, sivè pro minori tempore, eò quia major, vel minor diuturnitas separationis membrorum à proprio capite, non mutat speciem monstruositatis dictæ separationis, etiam si hæc unico duraret momento.

Quibus accedunt ulteriùs multæ aliæ reflexiones, quę digito demonstrant impracticabilitatem contrariæ prætensionis; Quia nempè locus, ubi Episcopus prætendit occursum Magistratus, est nimis angustus, & propè Cappellam, ubi adoratur SS. Eucharistiæ Sacramentum, in quem locum ex una parte Episcopus accedit cum suo Clero, & Capitulo, quod componitur ex 14. Canonicis, 4. Beneficiatis, & 2. Mansionariis, & aliis Clericis, & omnibus Alumnis Seminarii; Ex altera verò Magistratus, quando incedit in corpore, suos pariter habet famulos, suosque civiles familiares, qui ipsum præcedunt, & comitantur. Ex quorum proindè concursu in angusto loco nemo non videt pericula confusionis, irreverentiæ, & forsan etiam scandali in Populo, ibidem devotè orante coràm SS. Sacramento.

Omnia hæc considerabilia esse de se patet; Sed remanet alia longè major considerabilis difficultas inter Canonicos & Magistratum circà digniora loca, & circa majorem, vel minorem distantiam à lateribus Episcopi, circa quam non est facile temperamentum aliquod invenire, quod utriquè Parti satisfaciat; Undè loco terminandi antiquas controversias, de præsenti vigentes, aperitur magna via novis prætensionibus, cum verificatione lepidi illius dicti *Innoc. III. in cap. Cùm olim de Verb. signif. Dum ansam solvimus, nodum dicimus ligavisse*, quem sequitur *Rot. dec.* 252. *num*. 7. *par*. 17. *rec.* Ulteriùs redibit in scenam prior prætensio Canonicorum erga Magistratum; Cum illo addito, quod in angustiis loci, & multiplicitate personarum, non est practicabilis simultaneus occursus Canonicorum, & Magistratus, minusquè simultanea associato absque ulla specie prælationis, semper enim præcederent illi, qui lateribus Episc. proximiores sunt, in quibus non omnes manere, & incedere possunt, ut de se notum est.

Indeque *Card. Millinus in Epist.* scripta *Greg. XV.* quam per extensum registravit *Pignatell. in tom* 8. *consult*. 9. *num*. 18. ad ostenden. præjudicia, quæ oriri solent ex mutatione solii, solidè observat, *che le novità non dimostrano mai al primo aspetto tutte le difficoltà, che possono produrre, vedendosene tutto dì molte, che promosse con ottimo fine hanno partoriti mali effetti*, circa quam veritatem uno ore concordant *SS. Patres, Theologi, Canonistæ, & Juristæ*, quos sequuntur *Capon. discept* 85. *à num* 11. *tom*. 2. *& Rota in Aretin. Jurium Parochial.* 13. *Januar.* 1703. §. *Cæterùm cor. Ansaldo*, *& in Pampilonen. Manutentionis* 10. *Maii* 1706. *in fine cor. Caffarell.*

Undè ad omnia hæc inconvenientia, & forsan etiam majora, evitanda, duo in multis aliis Civitatibus Status Ecclesiastici cum decore sacrarum functionum, & absquè ullo scandalo practicari solent temperamenta. Primum, quod Magistratus accedat postquàm Episcopus pervenit ad suum locum, & solium, quod est magis frequens, & ab omni criticatione immune, potest enim attribui justæ causæ, vel publicorum negotiorum, vel alteriùs legitimi impedimenti morà tardè accedendi. Secundum verò, quod eodem tempore ingrediantur Ecclesiam Episcopus ex una porta, Gubernator verò, & Magistratus ex alia, sibi occurrendo in aliqua spatiosa parte Ecclesiæ, in qua commodè exerceri possint actus illi urbanitatis, & civilitatis, quæ inter similes personas practicari solent.

Quæ omnia dicta sint absquè ullo vel minimo præjudicio illius venerationis, quæ omni Jure debetur Episcopo, utì Patri, & Pastori nostrorum Civium, & Civitatis, sed scripta fuerunt cohærentèr ad illam æquè precisam, ac stringentem obligationem tuendi propria Jura, quod in nostris punctualibus terminis agnoscunt Doctores, citati *supra discept.* 11. *à num*. 40. *usq; ad n*. 52.

Causa non fuit adhuc proposita in S. C. R. in qua pendet.

DISCEPTATIO XVIII.

Comen.

PRO

Congregatione Oratorii Comi,

CUM

Alexandro Lavizzario.

ARGUMENTUM.

Vicarii amovibiles quibus gaudeant prærogativis in concursu Parochorum perpetuorum.

IN Civitate, & Suburbiis Comi 12. reperiuntur Parochi, qui à communione piorum Operum, seù à communi obligatione satisfaciendi oneribus quamplurium Legatorum piorum, eisdem in communi relictorum, denominari cæperunt, & etiam hodiè retinent denominationem Consortii Parochorum, nullum tamen extat documentum, nullaq; memoria, vel traditio erectionis, minùsque approbationis talis Consortii, factæ, vel authoritate ordinaria, vel Apostolica; Nulla habent Statuta, nullasque ordinationes, legitimè conditas, ipsosque ad observantiam obligantes, dum deperdito Libro, in quo antiquitùs continebantur aliquę irregulares ordinationes circa Consortium, quod ipsi vocabant Librum Statutorum, & de quo habetur mentio in in Visitatione Episc. Carafini, non ampliùs repertus fuit, nec alius de novo conditus; Ex consuetudine nihilominus, inter ipsos observata, introductum est, quemlibet ex dd. 12. Parochis in propria Ecclesia obligatum esse pro manutentione Paramentorum, aliarumque expensarum, necessariarum pro adimplemento, & satisfactione Legatorum piorum, Ecclesiæ cujusq; ex eis relictorum, ut interpellatus de mandato hujus S. C. refert Episc. in ejus Relat.

Vacavit anno 1672. una ex dictis Parochialibus Ecclesiis sub Invocatione S. Jacobi, illaq; die 24. Aprilis d. anni per Clem. X unita fuit, seù concessa PP. Cong. Oratorii S. Philippi Nerii Comi, cum omnibus suis Juribus, & proventibus, annexis, & connexis, necnon cum facultate deputandi unum, seù plures Presbyteros pro animarum cura ex eodem Instituto, sivè quemlibet alium Presbyterum sæcularem extraneum, amovibilem tamen ad nutum ipsius Congreg. & ab Ordinario Loci approbandum.

Hujus amplissimæ concessionis, & specialis gratiæ vigore petiit eadem Congregat. locum in eodem Parochorum Consorti pro Presbytero, à se ipsa ut suprà deputato, & in futurum deputando, utporè subrogato in locum antiqui Parochi S. Jacobi, qui extrà omnem controversiam, nedùm integrabat d. numerum 12. Parochorum, sed ejus Ecclesia erat & est gravata æquè ac quinque aliæ Parochiales Ecclesiæ simul unitæ expensis supradictis pro adimplemento piorum Legatorum, in magno numero adimplendorum in d. Ecclesia Sancti Jacobi. Fuitque Sacerdos, ab ea deputatus, licèt cum aliquibus conditionibus, ad rem non facientibus, & præservativa præcedentię, in eodem Consortio semper admissus, & receptus, ut signanter practicatum fuit die 5. Jul. 1686. cum Jo. Baptista Genetrino, & successivè etiam

etiam cum aliis, repetita ex parte Consortii d. præservativa
5 circa præcedentiam. Et ex parte Sacerdotis, ut supra admissi, renovata semper protestatione acceptandi talem qualificatam admissionem: *per modum provisionis, & citra animum inferendi aliquod præjudicium Ven. Congr. seu futuris Presbyteris deputandis, & nisi aliud fuerit per habentem Jurisdictionem declaratum*.

At quia neutra Pars satisfacta erat ex d. qualificato modo admittendi in Consortium Sacerdotem, deputatum à Congr. tandem die 10. Feb. 1699. prævia amplissima renunciatione quibuscumque litibus, & controversiis, quomodocum-
6 que inter ipsas vertentibus, istas unanimiter compromiserunt in personam Episcopi Comen. cum facultate, specialiter ei attributa, dictas controversias decidendi, & terminandi, prout eidem magis congruum, & expediens videbatur, etiam absque ulla loci, aut temporis præfixione, remotis quibuscumque appellationibus, revisionibus, & reclamationibus.

Utendo facultatibus, in d. compromisso sibi attributis, pluriès auditis Partibus, illarumque Defensoribus, tàm in voce, quàm in scriptis, suam tandem 20. Maii 1699. protulit idem Episcop. arbitramentalem sententiam, in cujus 1.
7 capite demandavit, Presbyterum, deputatum à Congr. nullam prætendere posse præcedentiam in concursu aliorum Parochorum; In 2. posse admitti ad d. Consortium Sacerdotem exterum ab eodem Congr. deputandum. Et in 3. absolvendam esse Congreg. à solutione honorarii in aggregatione novi Parochi, & in reliquis servandum esse solitum circa celebrationem Divinorum Officiorum in Ecclesia Sancti Jacobi.

Adversùs quàm sententiam, non solùm ex adverso reclamatum non fuit, sed de mandato Decani Consortii con-
8 vocato eodem Consortio die 30. Jan. 1700. uno dempto, hoc est d. Decano, omnes alii præsentes in Civitate, qui erant 8. unanimiter illam acceptarunt, & ad formam ejusdem sententiæ in eorum Consortium admiserunt Josephum Lurascum, deputatum à Congreg. cum pacifica continuatione, &
9 exequutione ejusdem sententiæ usquè ad mensem Martii 1716. quo tempore comparuit coram hac S. C. idem Decanus Consortii, & absquè ullo mandato procuræ aliorum Parochorum, ex se ipso petiit disputationem 7. dubiorum, post suum Memoriale registratorum, & indicatorum in Relat. Episc. quorum major pars non habet cum præsenti inspectione connexionem aliquam, illorumque disputatio ad PP. Cong. Oratorii nullo modo pertinet.

Remissus fuit de more ipsius supplex libellus Episc. pro In-
10 format. qua superventa, concordatisque modo tribus dubiis, suplicamus pro illorum favorabili resolutione.

Ad quem effectum sat esset observare, quod prætenditur in 1. dubio rescissio Laudi, à Parochorum Consortio voluntariè emologati, acceptati, & longo tempore exequutioni demandati, adversùs quod proindè non permittitur eidem
11 Consortio acceptanti venire, illiusque rescissionem petere, juxta literalem *Textum in l. Quamvis ff. de Recept. arbitr.* ibi: *Non enim differendarum litium causa, sed tollendarum ad Arbitros itur*: & firmata per *Rot. in dec. 112. lib. 3. cor Puteo, & dec. 145. n. 25. cor. Ottob. & in Albanen. 24. Januarii* 1698. *§. Hoc unum cor. Card Priolo*. Et rationem adducit *Rot. coram Emer. Jun. dec. 1328. n. 3.* quia scilicèt Laudum, à Partibus acceptatum, & emologatum, dicitur potiùs transactio, quàm
12 laudum, quam adducunt etiam *Bald. consf. 415. n. 2 lib. 1. Honded. consf. 61. num. 12. eod. lib. Rot dec. 779 num. 13. cor. Merlin* & apud *Urceol. de Transact dec. 4. num. 1. & 2. & in d. Albanen. Laudi §. Sed ita magis*, confirmata *die 12. Junii* 1699. *coram eodem*.

Et in terminis laudi, lati ab Episcopo vigore compromis-
13 si, in eum facti à Parochorum Collegio *Rot. dec. 4. num. 1 & 2. apud Novar. in Sum. Bullar. & dec. 86. à num. 38 apud Urceol. de Transact.* ubi, quòd omninò acquiescere debent tali laudo, etiam illi, qui compromisso non interfuerunt ex theorica *Roman. in leg. Is, cui n. 16. & 17. ff. de Verbor. oblig*
14 quodque in his circumstantiis multùm deferendum est Ordinariorum judicio, utì verisimilitèr informatorum de qualitatibus suarum Ecclesiarum, illarumque sui ctionum Ecclesiasticarum.

Certiùs quia Decanus Consortii, absque aliorum adhæsione, & mandato procuræ, non dicitur in præsenti judicio
15 legitimus contradictor, nec impugnare potest factum, & approbationem, nedùm majoris partis Consortii, sed omnium aliorum Parochorum, illud componentium, & ex hac parte allegari potest omnium consensus pro ejusdem laudi approbatione, quia factum in his terminis à majori parte dicitur factum ab omnibus ad *Textus* literales *in l. Nulli*, ubi *Glos. ver. Duæ partes*, *& l. Planè ff. Quod cujusq; Universit. nomin. & l. Et suum hæredem*, ibique *Glos. ver. Quota parte ff. de Pact.* quos sequuntur *Abb. in c. Cùm omnes n. 13. de Constit. de Angel. in Opuscul. de Patron. suffrag. num.* 18. impresso *post Tract. de Impen. dotal. opusc. 3. à num. 16. & Rot. dec. 171. num. 1. par. 19. rec.*

Cæterùm ne his alioquin validissimis exceptionibus diffidere videamur de nostris Juribus, aggrediendo dubiorum discussionem. Pro affirmativa resolutione primi, in quo
16 quæritur, *an laudum Episcopi sustineatur in ea parte, in qua adscribit Consortio Parochorum Vicar. amovibilem, deputatum à PP. Congr. Oratorii*, non adducimus punctualem authoritatem alicujus classici Doctoris, sed individuale oraculum Clem. X qui in concessione, & unione Parochialis Ecclesiæ S. Jacobi Congr. Oratorii Comi, illius Patribus, & Parocho, ab eis deputando, clarè concessit plenam facultatem in eadem Ecclesia, cum omnibus illius juribus, & pertinentiis, necnon annexis, & connexis, itàut omnia ibidem exerceri
17 solita per illius Rectores, per unum, seù plures ex Sacerdotibus nostræ Congr. seu per quemcumque alium Presbyterum sæcularem idoneum, ab eadem Cong. deputandum, exerceri possint, & valeant, proptereà ex hac clara dispositione nullus remanet dubitationi locus, applicaturque in nostris terminis dispositio *Textus in leg. Ille, aut ille §. Cum in verbis ff. de Legat.* 3. cum aliis apud *Rot. in dec. 44. num. 14. par. 11. rec.* Et in terminis alterius Brevis Pontificii *Card. de Luc. de Paroch. disc. 21. n. 4. vers. Contrarium*.

Supplicantes observare, quod vigore ejusdem Brevis semper receptus fuit, & admissus In Consortio Sacerdos deputatus à Patribus, cum sola protestatione circa præcedentiam
18 ibi: *Ipsimet Parochi Consortiales propria authoritate acceptavere in Consortium Curatum Congr. Oratorii quinquies, aut septies, omnibus consentientibus*, ita ut simus in terminis Brevis Pontificii per spatium 30. & ultrà annorum etiam exequ-
19 utioni multotiès demandati; Quæ circumstantia eo magis urget pro continuatione adimplementi dispositorum in illo, & continuationis exequutionis ejusdem: Observantia enim in qualibet materia est optima rerum interpres, & Pontificia Indulta ab illa declarantur, & interpretationem recipiunt, ut in specie observant adducti *in To. 1. par. 1. discep. 5. n. 41.* E-
20 tiamsi contrarius intellectus de Jure verior esset, magisque accommodatus verborum sensui, ea ratione quia talis dicitur sensus in verbis, qualem demonstravit subsequuta observantia, ex adductis *in d. To. 1. p. 2. discept. 16. n* 101.

Aliàs enim afferendo contrarium non adimplerentur à 12.
21 Paroch. onera sub d. qualitate, ac num. eis, à piis Benefactor. relicta; Sacerdotes à nostra Congr. deput. non exercerent omnia ea, quę illius Rectores soliti erant exercere, minusq; eis concederentur annexa, & connexa cum Jure Parochiali, & demùm non pertinerent ad eosdem redditus quicumque obventiones, & emolumenta omnia, tàm certa, quàm incerta, quæcumque, & qualiacumque sint, contra literalem tenorem dictę specialis gratię Summi Pontificis, de cujus potestate in his terminis nefas est dubitare ex adductis per *Gig.*
22 *de Pension qu. 12. n. 1. Rot. dec. 266. nu 1 par. 3. & dec. 218. nu.... par. 18. rec.*

Observando ulteriùs, quod ead. gratia munita est clausula *Sublata*, *& decr irritanti*, quæ non minùs trahunt Judices
23 ad exequendam mentem Summi Pontificis, quàm præcludunt viam Partibus, effectum gratiæ impugnandi, & controvertendi, ex adductis per *Parisf. consf. 82. n. 3. & seq. Rot. cor. Merlin dec. 515. n. 3. & 4. & cor. Priol. dec. 332. n. 4.*

Nec credimus ex adverso insistendum in aliquibus scarta-
24 faciis, in quibus determinatur, in Consortium admittendos non esse nisi Parochos titulares, quod asseritur paritèr legi in Visitatione Episc. Carafini anni 1639. his verbis: *In questo Consortio non si ammettono altri, che Parochi titolari di d. Città*.

Hæc enim omnia, quatenùs vera essent, & aliquam haberent Facti assistentiam, nullatenùs adversarentur, quia
25 locum haberent, præcisa d. Constit. & gratia Pontificia, antequam non negamus, quod omnes illi, qui in Consortio reperiebantur adscripti, erant Parochi, habentes in titulum suas Parochias; Nostra verò controversia de præsenti decidenda non est cum antiquis Statutis, & enunciativis antiquarum Visitationum, sed regulanda à d. Pontificia concessione, & gratia, secundum quàm, ex suprà animadversis, inutiles prorsùs remanent omnes disputationes, ex quo in illa in specie derogatur quibuscumque Statutis, & consuetudinibus, etiàm juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis.

Diximus,

Diximus, *quatenus vera essent &c.* quia de assertis Statutis possumus dicere cum *Glos. in l. fin. vers. Zenonis, C. de Ædific. priv. Sed ubi sunt?* quàm sequitur *Rot. in dec.* 375. *num* 11. *cor. Cels.* Non enim exadverso exhibentur, nec aliqua illorum concludens affertur probatio, & consequenter, nulla de eisdem habenda est ratio ad *Text. in l. Cùm unus §. fin. ff. de Bon. authorit. Judic. possid.* & animadversa per *Bald. in l. Cùm ita §. Species, ff. de Legat.* 2. *Surd. dec.* 142. *num.* 2. *& Barb. axiom.* 142. *num.* 3. *&* 4.

26

27

Visitationem verò Episc. Carafini admittimus quidem, sed cum visibili alteratione, & additione illius verbi *titolari* cum caractere, & atramento differenti, & consequenter cum maxima falsitatis suspicione, ut not. *Cephal. cons.* 287. *num.* 27 *&* 28 *Soccin Jun. cons.* 41. *num.* 7. *l.* 1. *Mandel. Alb cons.* 99 *num.* 10. *in fin Farinac. cons crim.* 108. *sub num.* 1. *&* 105. *to.* 2. *& de Falsit. quæst.* 153. *num.* 178. *Rot. cor. Priol. dec.* 105. *nu.* 5. *& decis* 144. *num.* 12. *& in par.* 13. *rec. dec.* 180. *num.* 13. *& in Rom. Mutui* 15 *Martii* 1683. *§ Intrinseci, cor. Rondin. & in Rom. Cambior.* 17. *Febr.* 1690. *§. Si verò cor. Manuel.*

28

Quæ suspicio ex eo mirabiliter augetur, quod tempore peractæ Visitationis, nempe anno 1693. omnes Parochi absque illo dubio erant titulares. Igitur tunc temporis nimis improprium erat addere dictam qualitatem, & consequenter ex tali circumstantia ferè palpatur manibus falsitas, ut notant *Raynald. tom.* 2. *obser. crim. cap.* 18. *num.* 130. & firmavit *Rot. in Lunen. Sarzanen.* 14. *Apr* 1698. *§. Ratio, &* 28. *Novembr. ejusdem anni §. Talis, cor. Card. Priol.* ubi quod fere impossibile redditur contrarium credere, quia nemo cogitare potest scribere ea, quæ nondum evenerunt. Cùmque simus in civilibus, sola falsitatis suspicio superabundat ad tollendam fidem Scripturæ, ex adductis per *Jas. cons* 168. *num.* 1. *lib.* 4. cum concordantibus citatis in *tom.* 1. *par.* 2. *discept* 21. *num.* 38.

29

30

De dicta autem additione verbi *titularis* testis est Episcop. in sua Relatione, asserens id vidisse, & recognovisse, in ipsomet originali, cui omnis adhibenda est fides, ut loquendo in specie de iis, quæ continentur in similibus Relationibus Episcoporum notat *Bertacch voto dec.* 100. *num.* 16. & firmavit *Rot. in dec.* 234. *num.* 16. *&* 17. *par.* 16. *rec. & dec.* 685. *num* 9. *cor. Cerr. & in Favent. Jur. Parochialium* 29. *Junii* 1697. *§. Tertio in idem, cor. Ansald.* Et in terminis Scripturæ de falso suspectæ, & uti talis comprobatæ à Relatione Ordinarii, huic S. C. transmissæ *Rot. decis.* 305. *num.* 12. *& dec.* 460. *num.* 9. *&* 10. *par.* 18. *rec.*

31

32

Præcisa verò dicta denominatione *titularis*, certum est, quod Sacerdos, deputatus à PP. Congr. Oratorii, tàm de Jure, quàm ex speciali gratia Clem. X. actualiter exercere dicitur curam animarum in nostra Ecclesia, eodem prorsùs modo, quo illam actualiter exercebat Parochus ejusdem Ecclesiæ ante unionem (quidquid dicendum sit de habituali, quæ modò residet penes nostram Congr. & antiquitùs unita erat cum actuali in eodem Parocho,) & consequenter eidem Sacerdoti competunt omnia ea, quæ circa actualem curam animarum competunt veris Parochis actualibus, quales dicuntur illi, qui curam animarum exercent, etiam si id faciant ad aliorum nutum, pro eo tempore, quo idem nutus continuat, ut in specie observat *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 3. *cap.* 6. *num* 28. & firmavit *Rot. in dec.* 1334. *num.* 2. *&* 3. *cor Coccin.* necnon resolvit *S. C. E. in Aquilana* 29. *Julii* 1695. ad relat. *Car. de Abdua*, teste *Monac. in Formul. tit.* 10. *formul* 18. *num.* 17.

33

34

Idque videmus quotidiè practicari in Urbe, omnium aliarum Civitatum magistra, cum qua quantum fieri potest conformare se debent omnes aliæ inferiores Ecclesiæ, & personæ ecclesiasticæ, ex animadversis per *Card. de Luc. de Judic. disc.* 37. *sub num.* 20. Et quidem non solùm ab omnibus Parochis Regularibus, deputatis; & exercentibus curam animarum ad nutum illorum Superiorum Regularium; Verùm etiam ab omnibus aliis Parochis Sæcularibus, deputatis, & exercentibus curam animarum ad nutum, & beneplacitum diversorum Collegiorum ecclesiasticorum, & aliarum personarum ecclesiasticarum, vel Confraternitatum laicalium, ut signanter sunt Parochi S. Apollinaris, S. Ceciliæ, S. Mariæ in Aquiro, SS. Vincentii, & Anastasii de Arenula, Ss. Salvatoris in Montibus, S. Joannis Florentinorum, S. Susannæ, S. Ivonis, S. Ludovici Nationum Gallorum, & SS. Venantii, & Ansovini, qui in sola qualitate perpetuitatis differunt ab aliis Parochis; In reliquis verò omnibus, durante beneplacito, & nutu illorum, qui facultatem habent illos deputandi, nedùm aggregati sunt in consortio aliorum Parochorum Urbis, sed in omnibus, & per omnia eis competunt indistinctè prærogativæ omnes, & omnia ea, quæ dd. aliis Parochis conveniunt, & signanter præcedentia, & vox activa, & passiva in omnibus actibus, & rebus quomodocumque concernentibus Parochorum interesse, ut testantur omnes dd. Parochi amovibiles numero 10. Et idem probant Decanus, & ferè omnes alii Parochi perpetui Urbis in attestationibus, exhibitis in Secretaria, ex quibus quinque fuerunt Cleri Camerarii; Observantes ulteriùs in dd. eorum attestationibus, quod ultimo loco idem practicatum fuit in electione Cleri Romani Camerarii, pro quo nominatus fuit juxta solitum pro uno ex tribus, solitis nominari à Card. Vicario, Parochus Ss. Vincentii, & Anastasii de Arenula, amovibilis ad nutum Confraternitatis Coquorum, qui per solam deficientiam trium votorum in concursu alterius non remansit electus.

35

36

37

38

39

Quoad 2. dub. *An substineatur Laudum Episcopi in ea parte, in qua adimit præcedentiam eidem Parocho amovibili*, pro illius negativa resolutione supplicamus observare, exadverso processum usque adhuc fuisse cum palpabili æquivoco, quod si præcedentiam haberet Sacerdos à nostra Congreg. deputatus, temporis tractu ille semper esset Consortii Decanus, ex quo cæteri Parochi moriantur, Congregatio verò sit æterna, juxta præcisa verba Episcopi in ejus Relatione.

40

Hoc enim nullum habet fundamentum, quia præcedentia in his terminis non regulatur à perpetuitate illius, penes quem residet cura habitualis, sed à tempore deputationis illius, qui exercet curam actualem, ut nemine ex Parochis dissentiente, semper practicatum fuit, & de præsenti pacificè practicatur in Urbe, testibus omni exceptione majoribus ipsismet Parochis in dicta attestatione, in Secretaria exhibita; Proindeque in nostris terminis Sacerdos, deputatus à nostris Patribus præcedentiam habere debet ab illis dumtaxat Parochis, qui post ipsius deputationem tales erunt, juxta dictam laudabilem praxim Urbis, *secundùm quam omnes similes differentiæ in hac materia terminari debent*, juxta præcisa verba *Rotæ in decis.* 469. *num.* 26. *& dec.* 560 *num.* 2. *&* 3 *par.* 19. *rec.* & notat etiam *D. Piton tom.* 2 *in Parerg num.* 63. *fol.* 14. ubi quod Urbs in materia ecclesiasticorum Rituum Civitatibus inferioribus exemplar esse debet.

41

Innititur autem eadem Urbis praxis etiam Juris communis dispositioni, qua attenta, nemini dubium est, antiquiorem de Collegio aliquo, vel Consortio, semper præcedere debere, ut notant communiter *Repetentes in cau Episcopus distinct.* 17. *in cap.* 1. *de Major & obed.* cum aliis, quos sequuntur *Cost. in Dissert. Jur. cap. de Præced. num.* 149. *Bellug. in Specul. Princip. in princip. Manriq. de Præced. quæst.* 4. *num.* 19. *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancel. §.* 3. *proem n* 23. *Cassan. in Cath. Glor. Mund. par.* 10. *consider* 29. *per tot. Franc. de Eccles. Cath. cap.* 33. *num.* 109. *& seq. & Barbos. de Canon. cap.* 18. *num.* 11. *& seq.* cum quibus processit *S R. C. in Cremonen.* 19. *Jan.* 1704. *ad* 1. *dub. Ponent. Card. Collored.*

42

43

Quibus non adversatur asserta possessio, militans favore aliorum Parochorum, duplici ratione; 1. Quia id permissum fuit à Sacerdotibus, deputatis à nostris Principalibus per modum provisionis, & citra animum eis inferendi aliquod præjudicium, qui proinde præjudicare nullo modo potuerunt PP. C. Orat. ut probant *Bertacchin. vot.* 100 *nu.* 14. *&* 15 *& Piton. discept.* 50. *num.* 42. *& seq* Præcipuè attentis dictis clausulis, per quas præservata fuerunt omnia Jura, eisdem Patribus competentia, & exclusa quælibet approbatio, ut notat *Rot. cor. Priol. dec.* 212. *nu.* 11. *& in par.* 9. *rec. dec.* 38. *n.* 31. 2. quia hodiè coram hoc excelso Tribunali non disputamus de manutentione in possessione præcedendi, sed inspectio cadit circa ipsummet Jus præcedendi, quod regulari non debet à possessione, qualificata cum dd. clausulis provisionalibus, & præservativis boni Juris, sed à fundamentis, & motivis, tangentibus, & concernentibus dictum Jus, quod ex supra probatis clarè assistere videtur Sacerdoti, deputato à nostris Patribus.

44

45

Ex quibus sicuti antiquus Parochus S. Jacobi extra omnem controversiam gaudebat, & fruebatur omnibus prærogativis, & muneribus, quibus gaudent, & fruuntur alii Parochi de Consortio, ita his eisdem prærogativis, & muneribus gaudere debet, & frui debet modernus Sacerdos, curam animarum exercens in eadem Ecclesia, ex dicto claro, & literali Pontific. Privilegio subrogatus in locum d. antiqui Parochi in omnibus rebus, & officiis, exerceri solitis per illius antiquos Rectores, ex propria natura, & efficacia subrogationis, de qua post *Text. in leg. Filia §. Attia, ff. de Condit. & demonst & in leg. Si eum, § Qui injuriarum, ff. Si quis caut.* generaliter *Surd. dec.* 35. *num.* 9 *& dec.* 306. *num.* 5 *& Rot. cor Cerr. dec.* 33 *num.* 12. *& in Rom. Fideic. de Martell* 21. *Febr.* 1698.

46

1698. §. *Identitas cor. Molin.* Et in terminis subrogatorum in locum Parochorum, & aliarum Dignitatum ecclesiasticarum *Gonzal. ad Reg. 8. Cancel. glos. 5. §. 3. num. 29. Cherub. ad Const. 50. S. PiiV. schol. 2. Tondut. q. benef. 81. n. 8. & seq. Bordon. de Praeced. quaest. 239. n. 610. & Rot. dec. 1238. n. 6. & dec. 2353. num. 1 cor. Coccin.*

47

48

Quod clariùs demonstratur sequenti dilemmate; Aut prærogativæ illæ, & munera, quibus gaudent, & fruuntur alii Parochi de Consortio, respiciunt, & concernunt ipsummet Jus Parochiale, vel ab illo dependent, suntque cum illo annexa, & connexa; Aut sunt omninò disparata, & nullam habent cum Jure Parochiali connexionem; Inter hæc enim de facto non datur realiter, nec per metaphysicam speculationem excogitari potest aliquod medium.

49

Si dicatur hoc ultimum, se declararunt semper, iterumque se declarant Patres, & expresè protestantur, nullam habere circa illa prætensionem.

50

Si verò dicatur, dictas prærogativas, & munera concernere Jus ipsum Parochiale, vel ab illo dependere, & cum illo esse annexa, & connexa, & tunc redit primus discursus, & solida animadversio, quod omnia ista competunt Patribus ex dicto claro, & literali Pontificio Privilegio, ab omnibus Parochis, de quorum interesse agebatur, in septem vacationibus per spatium 30. & ultra annorum punctualiter exequuto, juxta illa verba: *plenum Jus in illis omnibus Congregationibus hujusm. &c. verè non fictè acquisitum existere &c. ipsaque Ecclesia S. Jacobi &c. cum illi annexis, & omnibus Juribus; & pertinentiis suis &c.* Observando præcipuè verbum illud *plenum Jus*, quia plenum dicitur id, cui nihil addi potest, vel minui, ut benè discurrit *Maulius in Thesaur. Theoric. practic. tit. de Trebellianic. cap. 10. versic. Quinto fol. 107.* Et illa alia *cum omnibus Juribus, & pertinentiis*, quæ nihil excludunt, & omnia comprehendunt, juxta *Text. in leg. Julianus, ff. de Legat. 3. & in leg. A' Procuratore, Cod. Mandat.* & animadversa per *Menoch. cons. 156. num. 23. Mar. Antonin. var. resol. lib. 1. resol. 70. num. 18. Peyrer. de Empt. & vendit. cap. 9. num. 5. & Rot. cor. Emer. jun. dec. 1272. num. 7.*

51

52

53

In eadem Causa.

Dignentur EE. PP. observare, ampullosum illud nomen *Consortii Parochorum*, toties ab ipsis repetitum, nihil aliud importare, quàm unionem 12. Parochorum Civitatis, & Suburbiorum Comi ad celebranda Anniversaria in illis Parochialibus Ecclesiis, in quibus à piis Benefactoribus relicta fuerunt; Quodque præter dd. functiones, non dedignatur idem *Venerandum Consortium* intervenire etiam similibus functionibus in aliis Ecclesiis, insimul cum manualibus Cappellanis, & simplicibus Sacerdotibus, mediante illa eadem mercede, & ipsissima quantitate, quæ tradi solet eisdem Cappellanis, & simplicibus Sacerdotibus, ut est in nostra Civitate notorium, & sæpissimè in anni curriculo practicatur ibidem in Ecclesiis Monialium.

54

Mirumque est, quod adeo acriter exadverso insistatur in d. miserabili denominatione verbi *Consortii*, & inutili digressione circa Collegiorum qualitatem, dum, ut diximus, & non inutiliter repetimus, Congregatio Parochorum vocatur Consortium, non Collegium, ad instar forsan illius Consortii Regien. cujus occasione sub titulo *Regien. Consortii* 12. emanarunt Rot. dec. impressæ *in par.* 15. 16. 17 & 18. *rec.* Et de similibus Consortiis Ecclesiarum *Neapolitanæ, Parmen. & Cæsaraugustanæ* videri potest *Card. de Luc. de Benef. disc. 58. num. 3.*

55

Et tamen à solo nomine Collegii, non benè infertur aliquod nobilitatis signum, seu specificativum alicujus majoris prærogativæ, quia in Urbe adest Collegium Cerdonum, seu Veteramentariorum, vulgò *Scarpinelli*, de quo adest eruditissimum *Votum b. m. Severoli*, quod est 11. *apud dec. Rembold.* Et de Collegio Artificum fabricantium pileos, & *Cairelli* loquitur *Gabed. dec. Lusit. 1 8. par. 1.* Et de Collegio Sutorum appellatorum *Giubbonari*, loquitur *à Pont. in Pragm. Regn. rubr. de Magistr. Artium num. 2.* Et de Collegio Chyrotecariorum *Thor. in Compen. dec par. 2. verb. Artifex.* Et de Collegio Ephiphiariorum, & Frænariorum loquuntur *Berlicc. dec. 26. par. 1. Knipschild. de Jurib. & privileg. Civit. Imperial. lib. 5. cap. 2. num. 8.* Et de Collegio Pannificum *Carpzov. lib. 1 Resp. Elector. tit. 5. resp. 47.* Et de Collegio Offellariorum, seu Fabricantium *Marzapani, Confetti, Mostazzini senza pasta, Caren. resolut. 164.* Et de similibus vilibus Collegiis in genere, *Fritsch. Exercit. Jur. Publ. par. 1. exercit. 16. thes. 44. & thes. 47.*

56

57

58

59

Gratias Deo, quod admittitur tandem in contrariis Scripturis, quod asserta Statuta non exhibeantur ibi: *Non enim relevat, quod Statuta hujusmodi non exhibeantur, quia illa fuerant approbata in S. R. Congr.* Et Nos subjungimus, quod non esse, & non exhiberi, seu non posse reperiri paria sunt, juxta Textum *in leg. Cum unus §. Si propter ff. de Bon. auth. Judic. possid. Surd. dec. 149. num. 2. & Barbos. axiom. 162. num. 3. & 4.* Quodque nunquam exhiberi poterunt, quia in rei veritate sunt in concavo Lunæ, dum Liber ille dictorum prætensorum Statutorum, de quo habetur mentio in aliquibus actibus, exadverso expensis, *fuit deperditus, & licet mandaverit Episc. Carafinus, ut conquireretur, hucusque tamen nulla habetur notitia*, ut testatur modernus Episcopus.

60

61

62

Ad quæ Statuta comprobanda frustra recurritur ad enunciativas, quia quando, ut in præsenti verificatur, dubium principaliter vertitur circa existentiam enunciati, frigescunt enunciativæ omnes, juxta theoricam *Butr. in cap. Illud nu. 3. de Præscript.* quam sequitur *Rot. in dec. 1138. num. 20. & dec. 1155. num. 12. cor. Emer. jun. & in Rom. Census 31. Jan. 1681. §. Nihilominus cor. Rondinin.* Quæ ulterius nunquam attenduntur ad probandam Actoris intentionem, juxta firmata per *Rot. in dec. 109. nu. 15. par. 15. rec. & in Rom. Dotis 16. Junii 1679. §. Perperam cor. Bourlemont.*

63

64

Ut autem removeatur æquivocum approbationis eorundem Statutorum à S. R. C. supplicamus observare in Facto, quod in quadam controversia circa præcedentiam inter duos Parochos de Consortio anno 1670. resolutum quidem fuit à dicta S. C. *Quoad actus consortiales servanda esse Statuta*, sed cum eo supposito, quod illa à dd. duobus Parochis allegata, in rerum natura existerent. Supponens autem nullatenus disponere dicitur, & multò minus suppositum approbare *Palm. alleg 103. num. 23. Card. de Luc. de Regal. disc. 55. num 7. & Rot. dec. 281. num. 20. par. 18. rec.* Imò, eodem supposito cessante, cessat dispositio, super illo fundata *Dunoz. jun. dec. 584. num. 12.* & in terminis pro inapplicabilitate alterius resolutionis Sac. Cong. Episc. *Rot. decis. 274. numer. 11. par. 17 rec.*

65

66

67

Cæterùm strictiùs ad rem nostram: Si die 13. Septembr. 1670. dd. Statuta canonizata fuerunt à S. R. C. quare hodiè non exhibentur EE. PP.? Præcipuè postquam toties diximus, illa nullam habere subsistentiam; Non enim solet eadem S. C. approbare aliquid absque eo, quod illud coram ipsa exhibeatur, revideatur, & attentissimè recognoscatur, ut EE. PP. probè notum est.

68

Deveniendo ad Laudum, istud impugnatur cum supposito, quod sit nullum, utì latum vigore Compromissi, facti absque consensu majoris partis Parochorum. Cùmque asseratur exadverso, istos esse 12. & ad Compromissum consensisse 7. hoc videtur, esse vel æquivocum voluntarium, vel lusus in verbis, quia 7. sunt major pars 12. ut patet calculanti. Fortiùs quia à d. numero duodenario demendus est unus, nempè ille S. Jacobi, cujus Parochia unita fuit nostræ Congreg. & circa cujus munera versatur præsens contentio; Demendus pariter est alter legitimè impeditus, eo quia tunc temporis reperiebatur in Urbe in Carceribus novis, sicque remanent 10. quorum respectu 7. qui intervenerunt Compromisso, & 8. qui acceptarunt laudum, non solùm dicuntur major pars, sed plusquam duæ ex tribus partibus.

69

70

Nec est verum, quod ad Compromissi validitatem concurrere debebant duæ ex tribus partibus Parochorum, tam ex dispositione Juris, quàm ex consuetudine asserti Consortii. Non ex dispositione juris communis, quo attento id specialissimum est in sola electione Summi Pontificis vigore literalis *Text. in cap. Licet de Election.* Cæterùm in omnibus aliis electionibus, & actibus collegialibus, factum à maiori parte, semper dicitur factum ab omnibus ex allegatis supra *num. 13.*

71

72

Minusque vigore consuetudinis asserti Consortii: Attestatio enim, ad id probandum exhibita, retorquetur ad hominem, & probat oppositum ibi, *Non abbiamo risoluto cosa alcuna senza l'intervento, e consenso della maggior parte di Noi Parochi.* Quæ verba absque manifestissima detorsione trahi non possunt ad duas ex tribus partibus, ut patet considerant.

73

Eadem insubsistentia laborat suppositum, quod non fuerint vocati omnes Parochi, quando actum fuit de faciendo Compromisso, & de acceptando Laudum. Illud enim excluditur ex duobus publicis Instrumentis, in quorum primo dicitur: *Convocato, & congregato V. Consortio Parochorum.* Igitur isti fuerunt vocati, & vigore convocationis præcedentis, deindè se congregarunt. In 2. verò leguntur eadem præcisa verba, cum illo speciali addito, quod asseritur,

74

fuisse

75 fuisse convocatum Consortium de ordine, & mandato Decani, qui hodiè absque ullo fundamento gratìs ubique contrarium asserit.

Redarguitur deindè idem Laudum de injustitia in ea parte, in qua admittit Consortio Parochorum Sacerdotem, deputatum à PP. cùm supposito, quod iste non sit verus Parochus. Hoc autem nec etiam subsistit, quia eo ipso, quod 76 Parochus amovibilis non amovetur, & durat beneplacitum illorum, qui possunt illum amovere, dicitur verus Parochus, verusque animarum Rector, cum hoc solùm, quod non possit vocari Sponsus Ecclesiæ: Quod tamen ad rationem veri Parochi necessarium non est, ut notat *Rota decis.* 225. *num.*3. *par.*19. *rec.* & quotidiè practicari videmus in il- 77 lis Parochiis, quæ unitæ, sunt alicui Cap. vel Colleg. personarum ecclesiasticarum, quod verus habitualis Parochus appellatur, & tamen eidem, utpotè plures personas comprehendenti, denominatio Sponsi Ecclesiæ nullatenùs convenit.

Tandem opponitur eidem Laudo defectus erroris, eo quia 78 in illo tribuatur locus in Consortio Sacerdoti à PP. deputato, vigore Apostolicorum Privilegiorum, quæ non afferuntur. Hæc autem sunt luce meridiana clariora, ut probavimus supra *num* 31. & 41.

Mirum verò est, quod ex adverso coram hoc excelso Tribunali allegentur somniata Statuta, absque ullo probationis genere circa illorum existentiam, & cum evidenti falsita- 79 te circa additionem illam *titolari* ex supra adductis *à num.* 28.

Ex quibus remanet manifestum, nullo modo subsistere in- 80 convenientia, gratìs ex adverso exagerata.

Non 1. quod noster Sacerdos semper esset Decanus Consortii; Quia ut Practicari videmus in Urbe, in his materiis omnium aliarum Civitatum magistra, præcedentia illius non est desumenda à perpetuitate Congregationis, penes 81 quam residet cura habitualis, sed à tempore deputationis ejusdem ad exercendum curam actualem; Imò verificatur oppositum, quia Parochi non amovibiles in uno tantùm casu mortis antianitatem amittunt, non sic autem amovibiles, qui in dicto, & in alio, magis frequenti, mutationis voluntatis illorum, qui facultatem habent deputandi, possunt illam amittere.

Non 2. cui nimis impropriè attribuitur qualitas scandali, quod ille, qui hodiè esset Parochus amovibilis, & uti talis 82 gauderet prærogativis aliorum Parochorum, cras in publicam plateam expositus esset, uti simplex Sacerdos; Hæc enim omnia absque ulla scandali apparentia quotidiè practicari videmus in omnibus personarum generibus, circa officia non perpetua; In Vic. generalibus Episcoporum; In Regularibus, in omnibus Superioribus ferè omnium Reli- 83 gionum. Et in Generalibus XI. Congregationum Monasticarum, qui in quatriennio Generalatus gestant habitum Prælatitium, & terminato eodem officio, utuntur habitu, omnibus Abbatibus communi. In Sæcularibus, in Conservatoribus Urbis, quos non cum Humeralibus, sed cum Rubonibus, & undique majestatem redolentibus vesti- 84 bus, quotidiè videmus cum magno comitatu per Urbem incedere de manè, & de sero proprias domos uti privatos repetere.

Non 3. Quod Parochi amovibiles ad instar famulorum eiici possint, Hoc enim non est universaliter verum, sed 85 causa illos amovendi recognosci, & approbari debet ab Ordinariis Locorum, ut probant *Amostaz. de Caus. Piis lib.* 3. *cap.*1 *num* 26. *& Monacell in Formul. tom.*1. *tit.*10. *formul.*18. *num.*17. & firmavit *Rot in Aretina Jur. Parochial.* 27. *Febr.* 1704. *in fin. cor. Ansald* Necnon resolvit S. C E. favore Petri Morò, Parochi amovibilis ad nutum Societatis Nationis Camertis.

Non demum 4. quod si removeretur in his terminis Parochus postquam officium aliquod exercere cœpit, puta, 86 Canepariì, seu Procuratoris ad exigendum, Consortium remanere posset præjudicatum in aliqua summa, apud eum remanente; Ultra quod enim introitus Consortii talis non sunt naturæ, & quantitatis, ut hoc de facili possit verificari. Adhuc si daretur iste casus, non deessent congrua juris remedia, in similibus contingentiis solita practicari contra illum deputantes.

Cæterùm adversus omnia hæc, & similia inconvenientia solidè opponi potest laudabilis praxis Urbis, in qua nulla prorsus adest differentia inter Parochos amovibiles, & 87 non amovibiles, & ultra antiqua exempla Parochorum amovibilium S. Ludovici, & S. Venantii, qui fuerunt Cleri Romani Camerarii, ultimo loco ad idem munus nominatus fuit Parochus amovibilis SS. Vincentii, & Anastasii de Arenula.

Si igitur in Urbe Parochus amovibilis ad nutum Laicalis Societatis Coquorum, habilis reputatus fuit ad exercendum 88 adeò conspicuum munus Camerarii Cleri Romani, qui figuram facit Capitis, & Superioris totius Cleri pro tempore, quo durat idem officium, & actualiter exercet munus unius ex tribus Deputatis eiusdem Cleri, multò magis deputari poterit Canepariùs Consortii Parochus, amovibilis quidem sed ad nutum Ecclesiastici Cœtus adeò qualificati, & pii, quales sunt Congregationes Oretorii in omnibus Mundi partibus, & hæc praxis Urbis exemplar esse debet omnibus Ci- 89 vitatibus ex allegatis sup. *num.*41.

Die 7. Febr. 1705. propositis in S.C.C. tribus sequentibus dubiis, resoluta fuerunt, ut infra. 90

I. *An sustineatur Laudum Episcopi in ea parte, in qua adscribit Consortio Parochorum Vicarium amovibilem, deputatum à PP. Congregationis Oratorii, & quatenus affirmativè?* Affirmativè 91

II. *An idem Laudum substineatur in ea parte, in qua admit præcedentiam eidem Vicario amovibili?* Affirmativè. 92

III. *An prædictus Vicarius amovibilis gaudeat iis omnibus prærogativis, & muneribus, quibus gaudent. & fruuntur alii Parochi Titulares de Consortio, uti de Consortio?* Affirmativè. 93

DISCEPTATIO XIX.

Neapolitana Censurarum.

PRO

Curia Archiepiscopalis Neapolis.

CUM

Petro Assandro.

ARGUMENTUM.

Curia Archiepiscopalis Neapolis in casibus læsæ Immunitatis Ecclesiasticæ, An possit mediantibus censuris procedere contrà amplissimè exemptos, & specialia privilegia, nè possint excommunicari.

Anno 1708. die 3. Augusti, Joseph Colondriglios, Regius Adjutor Militiæ Hispanicæ in Civitate Neapolis sese contulit intra Claustrum S. Jacobi Hispanorum ejusdem Civitatis, ad effectum extrahendi nonnullas Scripturas ex mansione Petri Guerreri Cappellani, & Confessarii Ecclesiæ; Cùmque ista mansio existeret in dicto Claustro, seu loco immuni, requisivit Petrum Assandri Cappellanum majorem ejusdem Ecclesiæ, ut dictam mansionem clausam aperiri faceret, & exindè concederet extractionem Scripturarum ibi existentium, & spectantium ad dictum Guerrerum Confessarium. 1

Cappellanus major loco custodiendi Immunitatem ecclesiasticam, & prohibendi extractionem Scripturarum, requisitam per Ministrum laicum, incontinenti licentiam, seu consensum præstando hujusmodi extractioni, vocari fecit Antonium Trovolum Claustrarium, qui de ejus mandato portam aperuit mansionis d. Guerreri, illaque aperta, intrarunt simul, tàm Cappellanus major, quàm Regius Adjutor Militiæ Hispanicæ, ibique simul fecerunt perquisitionem Scripturarum, quas repertas extraxit, & secum tulit Regius Adjutor Militiæ, ut liquet ex Processu. 2

Habita notitia hujusmodi violationis Immunitatis Ecclesiasticæ, Emin. Archiescopus, ea, qua pollet, laudabili vigilantia, statim hoc factum significavit Em. Paulutio Secretario Status, cui placuit in Epistola responsiva insinuare, quod sicut dubitari non poterat de violatione Immunitatis Ecclesiasticæ, ita nec etiam dubitabile erat, quin ad Emin. Archiepiscopum spectaret vindicare læsionem dictæ Immunitatis. 3

In exequutionem hujus Oraculi Curia Archiepiscopalis compillato Processu Testium super probatione delicti, citavit Cappellanum majorem, ad dicendum causam, quare declarari non deberet incursus in Censuras *Const. Gregor XIV.* incipien. *Cùm aliàs*, ob præstitum consensum, licentiam, & cooperationem in extractione Scripturarum de loco immuni, irrequisita authoritate Em. Archiepiscopi. & in contumaciam d. Cappellani, serv. serv. processum fuit ad 4

ad

ad declaratoriam Censurarum, & eodem modo processum fuit contra præfatum Regium Adjutorem Militiæ Hispanicæ, & de his omnibus Em. Ordinarius certioravit d. Emin. Secret. Status.

Cappellanus major unà cum Presbyteris Ecclesiæ S. Jacobi, non obstante, quod ageretur de violatione Immunitatis ecclesiasticæ, prætendere cæpit nullitatem Censurarum, 5 ex defectu Jurisdictionis Em. Ordin. se fundando in Privilegiis exemptionis Clem. VII. Gregor. XIII. & Sixti V. ubi Presbyteri supradictæ Ecclesiæ exempti fuerunt ab Ordinaria Jurisdictione Archiepiscopi, & suppositi Jurisdictioni Nuncii Apostolici, quæ prætensio, & controversia donec decisa remaneret, Ss. D. N. per organum Em. Paulutii concessit facultatem absolvendi extractores à Censuris per bimestre cum reincidentia.

Quia verò quotidiè occurrunt casus violationis Immunitatis ecclesiasticæ, & Presbyteri Ecclesiæ S. Jacobi, semper defendere se prætendunt cum allegatis eorum Privilegiis 6 exemptivis, idcircò occasione hodierni casus Em. Archiepiscopus, in hac Sac Cong. disputanda proponit duo dubia, unum generale, an in casibus violatæ Immunitatis Curia ecclesiastica procedere possit, non obstantibus privilegiis exemptivis; Aliud verò particulare respectu dicti Cappellani majoris; Ex solidissimis rationibus, de quibus infra, utrumque ex iis affirmativè pro Em. Archiepiscopo decidendum omninò speratur.

Et quidem affirmativa resolutio 1. dubii intrare videtur de plano, dum Em. Ordinarius habet pro se indubitatam assistentiam Juris, juxta quam Sacri Canones solis Episcopis 7 commiserunt defensionem Immunitatis ecclesiasticæ, & ipsorum curæ imposuerunt procedere ad Censuras, contra ejus violatores, juxta *Text. in cap. Cùm pro causa de Sent. Excomm.* ibi: *Tu Frater Archiepiscope, eum ob violentam manuum injectionem, & violationem Immunitatis Ecclesiæ fecisti excommunicatum publicè nunciari*, & in *Can. Definivit 17. quæst. 4. & in Extravag. Inter cunctas de Privil. inter communes*, & sæpiùs resolvit hæc Sac. Cong. signanter *in Balneorgien* 18. *Augusti* 1700. *& in Mutolen.* 11. *Octobris* 8 1704. & in aliis resolutionibus, relatis apud *Riccium in Synops. Decret. S. C. I. verb. Episcopus quoad Immunitatem nu. 2. & Monacell. in Formul par. 1. tit. 6 formul. 8. nu. 10.*

Neque huic sacrorum Canonum assistentiæ obstare valent Privilegia exemptionis Clementis VII. Gregorii XIII. & Sixti V. concessa Cappellanis, & Presbyteris Ecclesiæ S. Jacobi per verba amplissima, & effrænata, apta compre-9 hendere quamcumque speciem delicti, translata Jurisdictione in Nuncium Apostolicum, cui tantùm Presbyteri S. Jacobi se subjectos esse prætendunt.

Etenim post hæc Privilegia supervenit notoria *Constitut. 7. Gregor. XIV.* ubi in casibus violatæ Immunitatis tota Jurisdictio concessa, seu restituta fuit Episcopis, quibus solis, & non aliis commissa fuit cura, & cognitio Immunitatis ecclesiasticæ, privativè ad quoscumque alios, qui Epis-10 copi non sunt, derogando in fine omnibus Privilegiis, & Constitutionibus in contrarium, ibi: *Sine expressa licentia Episcopi, vel ejus Officialis &c. ad quos solos, & non alios, &c. etiamsi alii Ordinarii sint, aut Nullius Diœcesis &c. prædictam licentiam dandi, facultas pertineat &c. Non obstantibus præmissis, tam Sixti, & Pii V. quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum Literis Apostol. Privilegiis, Indultis, & facultatibus, quibusvis personis &c. quomodolibet concessis.*

Cujus Constitutionis vigore hodiè receptum est, nullum Privilegium exemptionis suffragari ad effectum impediendi Episcopos, quo minus procedere valeant in casibus violatæ Immunitatis, cum relata Constitutio, derogando omni-11 bus Privilegiis in contrarium in hac materia violatæ Immunitatis, totam Jurisdictionem manere voluerit apud solos Episcopos, privativè ad quoscumque alios, quibus illa ex Indultis Apostolicis concessa fuisset, ut communiter advertunt *Pax Jordan. lucubr. tom. 2 lib. 11. tit. 3. num. 294. & seqq. Bonacin. tom 2 de Legib disput. 3. quæst. 7. punct 7. num. 6. Ro-12 driq. quæst. regular. tom. 2. quæst. 50 art. 3. vers. Circa quam, Pellizzar. in Manual tom. 2. tract 8 cap. 5 sect. 1 nu. 40 & seqq. Ambrosin. de Immunit. cap. 11. sub n. 1. & Monacell. in Formular. p. 1. tit. 6. formul. 8. num. 10.*

Ex quo sequitur, ut in casibus violatæ Immunitatis Episcopi habeant Jus privativum procedendi etiam contra quoscumque exemptos, imo etiam contra illos, qui sunt Nullius Diœcesis, & in Territorio separato existunt, ut ex 13 aliis verbis d. *Constit.* ibi: *Occurrente autem in casu Loco exempto, & Nullius Diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem devolvatur hæc cognitio, & non ad alios*: ut ponderant authoritates superiùs adductæ, & resolvit hæc Sac. Cong. in *Burgi S. Sepulchri 17. Julii 1668. & in Nullius Luculi 9. Au-* 14 *gusti 1670. apud Riccium in d. Synopsi verb Abbas num. 1. & in verb Episcopus quoad Immunitatem n. 4. & 6.*

Fortiùs autem quando agitur contra simpliciter exemptos, qui dicuntur existere in Diœcesi, quales sine dubio sunt Presbyteri, existentes in centro ipsius Civitatis Neapolis, seu Residentiæ, & Cathedræ Episcopalis, ut in puncto contra Milites Hierosolymitanos, amplissimè exemptos 15 advertit *Card. de Luc de Jurisd. disc. 29. num. 6. & in Miscell. Eccles. disc. 13. num. 16. & sub num 20.* Et in specie, quod Episcopus habeat facultatem procedendi contra quoscumque Regulares exemptos, sæpiùs resolutum fuit ab hac S Cong. signanter *in una Vilnen. 25. Martii 1696. apud Riccium in d. Synopsi verbo Regularis delinquens num 43.* ibi: *Dicti Regulares declarati fuere excommunicati à Curia Episcop. ob contumaciam erga Ordines ejusdem Curiæ, concernentes defensionem Immunitatis, & Libertatis ecclesiasticæ.*

Idemque decisum fuit in una *Feretrana 22. Septembris* 1671. ubi, quod Episcopus benè processit ad excommunicationem Superioris Regularis, qui ex licentia sui Provincia- 16 lis permiserat fieri recognitionem Corporis delicti in Conventu immuni, ut refert *d. Riccius ubi proximè verb. Regularis delinquens num 20. & verb. Privilegium num. 3.* ubi pariter decisum, quod non obstante Privilegio militari, Episcopus procedit contra violatorem Immunitatis, & libertatis ecclesiasticæ, *ut in una Senegallien. 3 Januar. 1667. & in Adjacen. 28. Febr. 1673.* ubi, quod procedit contra Regulares cooperatores, & in *Maceraten. 27 Novem. 1666. & in* 17 *Caven. 5. Octob. 1667. & in Monopolitana 15. Januar. 1667.* ubi de facultate Archiepiscopi procedendi contra Equitem Hierosolymitanum in casibus violatæ Immunitatis, & in *Asculana, seu Spoletana 27. Jun. 1703.* & in *Lycien. 17. Febr.* 1680. ubi de facultate procedendi contra Equites Calatravæ in his casibus violatæ Immunitatis, ut, relatis hujusmodi decretis, transcribit *Riccius ubi supra verb. Episcopus quoad Immunitatem nom. 5. & verb. Equites S Joannis Hierosolymitani num. 16. & 19. & verb. Equites Militiæ Christi sub num. 5.*

Ita & taliter, quod, sicut in casibus violatæ Immunitatis subjacent Episcopis Equites Hierosolymitani, & qui- 18 cumque Regulares quantumvis habeant amplissima, & effrænata privilegia exemptionum, eodem modo subjacere debeant Em. Archiepiscopo Presbyteri Ecclesiæ S. Jacobi, non obstantibus eorum privilegiis, tanquam anterioribus, & derogatis per *Constit posteriorem Greg XIV.* ibi: *Non obstantibus præmissis, tàm Sixti, & Pii Quinti, quàm aliorum quorumcumque Prædecessorum nostrorum Literis Apostolicis, Privilegiis, Indultis, & facultatibus, qui-* 19 *busvis Personis &c. quavis dignitate, & authoritate fulgentibus &c. tam illorum intuitu, & contemplatione, sive ad eorum preces, & instantiam, quàm etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, etiam in vim contractus &c. sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis præservativis, restitutivis, mentis attestativis, derogatoriis, aliisque validissimis, efficacissimis, & insolitis clausulis &c. & aliàs quomodolibet concessis.*

Imò credimus, nefas esse in dubium revocare, an Emin. Archiepiscopus, non obstantibus privilegiis exemptionis 20 procedere possit contra dd Presbyteros in casibus violatæ Immunitatis, attento, quod habemus Oraculum SS D. N. expressum in duplici epistola, scripta ab Em. Secretario Status, ad Em. Archiepiscopum, in quarum prima dicitur: *Siccome non può dubitarsi, che sia lesiva dell'Immunità ecclesiastica l'estrazione delle Scritture dal Chiostro della Chiesa di S. Giacomo de Spagnuoli di cotesta Città, fatta con autorità del Capellano maggiore della medema, così non può revocarsi in dubio, che a V. E. appartenga il dar riparo a tal violazione d'Immunità:* In altera verò epistola literis clarioribus Summus Pontifex inquit, posse, seu solere Episcopos in casibus 21 violatæ Immunitatis procedere contra Exemptos, ibi: *Si estenda a casi di violata Immunità ecclesiastica, ne' quali gl'Ordinarj sogliono procedere anco contro tutti li Esenti.*

Ubi enim habemus Oraculum Summi Pontificis, significatum per epistolam Secretarii Status, non videtur locus controvertendi, quin Episcopi possint in casibus violatæ Immunitatis procedere, *anco contro tutti li Esenti*; Nam quidquid Pontifex ad consultationem Inferiorum rescribit, 22 facit casum legis, inviolabiliter servandæ, & attendendæ, *juxta Text. in cap. Ex multa de Vot. & Vot. redempt.* ibi: *In con-*

consultatione nostra Jus editur: Glos. in cap. Ex tua Verb. Consultationem de Filiis Presbyt. Fagnan. in cap. Quoniam sub num 67. de Constitution. Monet. de Decim. cap. 9. quæst. 2. n. 9. cum aliis, adductis *in Tom. 1. par. 1. disc. 11. n. 33.*

Hinc propterea frustra prætenditur, quod in casibus violatæ Immunitatis Jurisdictio pertineat ad Nuncium Apostolicum, vigore Privilegiorum; Hoc enim nihil speciale est, 23 quia omnes exempti immediatè subiiciuntur Sedi Apostolicæ, & sic ejus Legatis, & Nunciis, unde quemadmodum Episcopi habent Jus procedendi contra omnes Exemptos, ita hoc Jus habent privativè ad Nuncium Apostolicum propter literalem tenorem *Constit. Gregor.* volentis hanc Jurisdictionem spectare ad solos Episcopos, ibi: *Ad quos solos, & non ad alios*: Derogando omnibus Indultis, & Privilegiis Apostolicis in contrarium, quæ derogatio tollit omnem Jurisdictionem in contrariis Privilegiis Nuncio Apostolico concessam; Et in puncto, quod hæc Jurisdictio in casibus 24 violatæ Immunitatis pertineat ad solos Episcopos, etiam privativè ad Nuncios, seu Legatos Apostolicos, resolvit hæc Sac. Cong. *in Bononien. 19. Aug. 1630. & 8. April. 1632.* testibus *Monacell. in Formul. par. 1. tit. 6. formul 8. num* 10. & *Riccius in dict. Synopsi verb. Prolegatus num 1. & verb. Extractio num. 26.* ubi quod etiam in locis Nullius Diœcesis Nuncius procedere non potest, nisi in defectum Episcopi viciniorís, juxta resolutionem hujus S. C. *in Tolet. 28. Febr. 1677. Nicol. in Floscul. verb. Immunitas n. 1.*

Ex quibus omnibus patet, in casibus violatæ Immunitatis non suffragari Privilegia exemptionum, sed posse Episcopos procedere contra quoscumque exemptos, privativè ad 25 eorum Conservatores, & Prælatos speciales, ea ratione, quia Constitutio Gregoriana in hac, ut ita dicam, delicata materia tuendi Immunitatem Ecclesiarum, noluit confidere, nisi de Episcopis, ut observat *Panimol. decis. 84. num. 22.*

Et sic hujusmodi Constitutio, licet Episcopis attribuat Jurisdictionem, etiam contra exemptos circa Jus dandi licentiam pro extractione, & cognoscendi, an Immunitas sit, necnè violata, attamen per hæc verba concessit absolutam Jurisdictionem, etiam in annexis, & connexis, & 26 signanter circa Jus procedendi contra Exemptos, qui Immunitatem violarunt, qui enim habet facultatem extrahendi à loco immuni, & cognoscendi, an Immunitas sit, necnè violata, habet pernecesse facultatem defendendi eandem Immunitatem contra ejus violatores, mediantibus Censuris, in Bulla Greg. contentis, ut in fortioribus terminis, quod etiam in Locis Nullius Episcopo viciniori pertineat defendere Immunitatem Ecclesiasticam resolvit hæc S. C. *in Nullius Luculi 9. Aug. 1670. apud Riccium ubi supra verb. Episcopus quoad Immunitatem num. 6.* ibi: *Ad Episcopum* 27 *viciniorem spectat tueri Immunitatem ecclesiasticam violatam in Territorio Nullius*: Et in terminis Regularis exempti *in Bononien. 23 Jan. 1680. apud Ricc. ubi supra verbo Regularis delinquens num. 30.* ibi: *Archiepiscopus procedat contra Regularem, qui dolosis verbis exire fecit confugitum à loco immuni.* Et probant ad satietatem DD. & resolutiones superius adductæ, & communis praxis, attestata ex Oraculo SS. in epistola Em. Secretarii Status, itaut affirmativa resolutio hujus 1. dub. videatur taliter clara, ut nullam difficultatem admittat.

Ex quibus infertur etiam affirmativa resolutio 2. dub. nempè declaratoriam censurarum, latam per Curiam Archiepiscopalem, contra Cappellanum majorem substineri; Supposito enim d. principio, quod Em. Archiepiscopus habeat facultatem procedendi etiam contra Exemptos, imò Nullius Diœcesis in casibus violatæ Immunitatis, inevitabilis 28 est consequentia, quod benè declarare potuerit Cappellanum majorem incursum in censuras, in Bulla Gregoriana comminatas ad formam d. Constitutionis Gregorianæ, attenta violatione Immunitatis ecclesiasticæ, commissa per dictum Cappellanum majorem in permittenda, imo cooperanda extractione Scripturarum de loco immuni, ut in terminis, quod Episcopus procedere valeat etiam contra omnes quomodolibet complices extractionis, sæpè resolvit hæc 29 S. C. signanter *in Adiacen. 28. Febr. 1663. & in una Nullius, seu Toletana 28. Febr. 1677. apud Riccium ubi supra verbo Episcopus quoad Immunitatem num. 5. & verbo Extractio n. 26. & verb. Extractores n. 5. & 9. vers. Quarto.*

Quod autem Cappellanus major violaverit Immunitatem ecclesiasticam, ex eo resultat, quod permisit extractionem Scripturarum Sacerdotis Guerrerii de loco immuni, cùm 30 dicatur violare Immunitatem, tam ille, qui permittit, & cooperatur in extractione personarum de loco immuni, quàm etiam ille, qui cooperatur in extractione rerum, seu bonorum juxta *Text.* expressum *in can. Sicut antiquitus 17. q. 4.* ibi: *Aut personam hominis, vel bona ejusdem inde subtraxerit*: cum aliis apud *Pignatell. consult. 59. num. 1. tom. 9. Monacell. in Formular. tom. 3. tit. 1. formul. 12. num. 11.* referens ita decisum ab hac Sac. Cong. in *Taurinen. 28. Novemb. 1654.*

Prout Cappellanum majorem, se fecisse complicem, & cooperatorem extractionis Scripturarum de loco immuni, plenè constat ex Processu Testium, & primò quia Cappel- 31 lanus major ad instantiam Officialis Militiæ Hispanicæ aperiri fecit portam mansionis Sacerdotis Guerrerii, ubi extabant Scripturæ extrahendæ opera Claustrarii, ab eodem Cappellano majore vocati, & congrua mercede satisfacti, ut testantur duo Testes de visu;

Et 2. quia post adapertam portam Cameræ Sacerdotis Guerrerii, ipse Cappellanus major, unitus cum Officiali militari ingressus est, & ipse fecit perquisitionem Scripturarum, ut testatur de facto, & visu proprio primus Testis 32 Claustrarius, in quo concordant omnes alii Testes, qui deponunt de confessione hujus delicti, ipsis facta per Cappellanum majorem, & ultimus ex illis testatur de visu proprio circa apertionem portæ, & ingressum Cappellani majoris, & simul testatur de confessione ipsius Cappellani majoris, & Officialis militaris in cameram Sacerdotis Guerrerii, necnon etiam testatur de confessione ipsius Cappellani majoris, circa factum extractionis Scripturarum de loco immuni; Qui sanè testes plenissimè probant, dum aliqui sunt de visu, alii verò de auditu proprio, & non alieno, ut de testibus deponentibus super crimine de auditu ab ipso Inquisito, seu delinquente, docent *Canonistæ in cap. Tam literis de* 33 *Testibus* signanter *Hostien. num 1. Joan. Andr nu. 2 Ancharan. num. 3. Butr. num. 8. Menoch. cons. 140. num. 24. lib. 2. & Farinac. de Testib. qu. 69. n. 148. & seq. & n 154.*

Unde clarum remanent delictum violatæ Immunitatis quoad Cappellanum majorem, qui non solùm passivè se habuit in permittenda extractione de loco immuni, sed imò activè se gessit cooperando, dum vocari fecit Claustrarium, illique mercedem persolvere pro aperienda porta loci immunis, ubi extabant Scripturæ extrahendæ, & simul ingrediendo Cameram unà cum Officiali militari, primus fuit in perquirendo, & revolvendo Scripturas Sacerdotis Guerrerii, ita ut dubitari non possit, quin Cappellanus major fue- 34 rit complex, particeps, & cooperator extractionis, & sic violationis Immunitatis, juxta resolutiones hujus S. Cong. de quibus supra, cum aliis *in Reginen. 19. Decemb. 1690. & in Signina 31. Julii 1695. apud Riccium ubi supra Verbo Extractiones sub num. 9.*

Ex quo cessat excusatio, illa fortè adducenda, quod priùs Cappellanus major noluerit consentire extractioni, deinde autem, necessitate ductus, consenserit, quia delictum Cappellani majoris non consistit in actibus *passivis*, nempè in simpliciter tolerando extractionem, sed consistit *in activis*, quæ enim necessitas stimulare poterat illum ad 35 cooperandum, & procurandam d. extractionem, dum vocare fecit Claustrarium aperire portam, mercedem eidem solvere, intravit Cameram, perquisivit Scripturas, illas, selegit, & consignavit, qui sanè actus longè distant ab homine necessitato, seu involuntario, qui ad omne pejus se habere solet *passivè*, & non *activè*, & tamen ad effectum incurrendi Censuras sufficeret, quod quis simpliciter præstitisset assistentiam extractioni, ut resolutum fuisse ab hac S. C. *in Acheruntina 23. Julii 1676.* notat *Ricc. ubi supra ver.* 36 *Extractores num. 5.*

Fortiùs autem quando quis sese non continet intra limites puræ assistentiæ, sed ulteriùs progreditur, coadjuvando, & cooperando in extractione, quæ cooperatio tollit quamcumque excusationem assertæ necessitatis, cùm benè quis propter aliquam necessitatem passivè se habere possit, nun- 37 quam verò activè, cùm nemo invitus agere, & operari dicatur ad *Text. in leg. unica, Cod. Ut nemo invitus, Sesse decis. Arag. 115. num. 3.* cum aliis apud *Barbos. axiom. 19. num. 4.*

Et præsertim in materia Immunitatis ecclesiasticæ, à qua non excusantur illi, qui sunt cooperatores, & compli- 38 ces, itaut delictum hoc excusationem non admittat, cùm nullo casu permittenda sit violatio Immunitatis ecclesiasticæ, quæ totis viribus semper tuenda est, & contrarium facientes effugere non valet pœnas, inflictas contra ejus violatores, ut sequendo *D. Paulum ad Roman. 1. 32.* ibi: *Et non solùm qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus*, non minùs eruditè, quàm solidè probat: *Card. Sfondr. in Lib.* cui titulus *Legatio Romam fol. mihi 37.*

In

In eadem Causa.

IN casibus violatæ Immunitatis, comprehensis in Bulla Gregoriana, habet Eminentiss. Ordinarius Jus privativum procedendi etiam contra Regulares, Equites Hierosolymitanos, & alios, quoscumque exemptos, non obstantibus Privilegiis in contrarium, ut vidimus supra à *num.* 12. Et consequenter nihil juvant allegata Privilegia exemptionis, dum ista in casibus violatæ Immunitatis fuerunt de medio sublata per Constitutionem Gregorianam, ut admittunt pro indubitato resolutiones hujus Sac. Congregationis, quæ concedunt Jurisdictionem Episcopis etiam contra exemptos, & Nullius Diœcesis, de quibus supra *num.* 13.

Neque adversantur *Capon.discept.*228.*& Pignatel consul.* 144. *tom.*1. qui supponunt, Bullam Gregorianam concedere Episcopis Jus dandi licentiam pro extractione personarum de loco immuni, & cognoscendi, an quis gaudeat, necne Immunitate, cum privativa respectu omnium aliorum, qui Episcopi non sunt, quam privativam dicunt, non fuisse concessam quoad Censuras, fulminandas contra extractores, & violatores Immunitatis, ibi: *Bullam procedere in danda facultate &c. extrahendi, vel carcerandi in aliquo ex casibus in Bulla exceptis, & ad eum privativè spectabit cognoscere casum, an gaudeat, necnè: Secùs verò quoad Censuras, infligendas contra Extrahentes, quia hic casus spectat etiam ad inferiores Ordinarios, habentes jurisdictionem in Territorio.*

Hujusmodi enim Authores solummodò sustinere conantur, quod in casibus violatæ Immunitatis, jus procedendi ad Censuras contra ejus violatores non spectet privativè ad Episcopos, sed cumulativè etiam spectet ad inferiores Prælatos, habentes jurisdictionem ordinariam cum Territorio separato, quæ sanè theorica, aut non applicatur præsenti casui, aut attendi non meretur.

Et quidem non applicatur, quia Nos non versamur in Territorio separato *Nullius Diœcesis*, sed in habentibus exemptionem merè passivam, quæ non extenditur ad exemptionem activam, & Territorium separatum, cum jurisdictione quasi Episcopali, juxta firmata per *Lotter.de Re Benef.lib.*1.*quæst.*24.*num.*128.*& seqq. Rot. dec* 224.*num.* 3.*& per tot. par.*1.*rec.& dec.*221.*num.*10.*& decis.*334.*num.*19.*&* 26.*part.*16.& latè in *dec.* 24. *à num.* 60. apud *D. Prosper. de Territ. separ.*

Et patet ex eo, quod in Privilegio Sixti V. reservatur Ordinario facultas approbandi Confessarios, & declaravit S.C.C. die 3. Aug. 1710. quando respondit sustineri censuras ab Em. Archiepiscopo latas contra Presbyteros Ecclesiæ S. Jacobi, ob non accessum ad Processiones publicas, ut videbimus infra *par.*2. *discept.*4. quod locum solummodo habet contra simpliciter exemptos, non autem contra illos qui existunt in Territorio separato, & Nullius Diœcesis, ut apud *Barbos.de Potest. Episc.alleg.*78. *num.*10. *Leo in Thesaur.For. Eccles par.*1.*cap.*8.*num.*18.*& Cirill quæst.Jur.cap.* 76.*sub num.* 5.

Imò etiam ex alio capite non applicatur, quia nempè impugnant solùm Episcopis privativam, & sustinent cumulativam favore Prælati inferioris ibi: *Hic casus spectat etiam ad inferiores:* sunt verba *Capon.discept.*228 & meliùs probat *Pignat d.consult* 144 *num* 7.*tom.* ibi: *Non solùm Episcopi, sed etiam alii inferiores Ordinarii punire possint violatores Immunitatis Ecclesiarum:* Quę cumulativa sufficit Em. Archiepiscopo ad effectum procedendi contra violatores Immunitatis, neque requiritur privativa, quam contrarii Authores malè impugnant.

Et denique istorum opinio attendi non meretur, tanquam de directo contraria resolutionibus hujus S C quæ vigore Constitutionis Gregorianæ firmant, Episcopos habere jurisdictionem etiam contra exemptos,& Nullius Diœcesis in casibus violatæ Immunitatis, licet Bulla Gregoriana loquatur de licentia extrahendi, & de cognitione, an agatur de casibus in Bull exceptuatis, ut apud *Riccium in d. Synopsi verbo Episcopus quoad Immunitatem num.*1 *& seqq* ibi: *Episcopus &c. contra violatores Immunitatis procedat, invocato, quatenus opus sit, auxilio brachii Sæcularis, etiamsi ipsi violatores sint extra Diœcesim, & etiam contra Regulares Cooperatores &c. Ad Episcopum viciniorem spectat tueri Immunitatem Ecclesiasticam violatam in Territorio Nullius: In Nullius Luculi* 9. *Augusti* 1670. *Lib.* 1. *Decretorum Altoviti pag.* 46

Quæ omnia comprobantur ex ipso casu Equitum S. Joannis Hierosolymitani, in quo scripsit *Capon.* ubi supra, scilicet in una *Messanen.* in qua licet declaratæ fuerint validæ censuræ, latæ per Vicarium Prioratus Messanæ S. Joannis Hierosolymitani contra extrahentes quemdam refugiatum ab Ecclesia ejusdem Prioratus, attamen S.C. postea contrarium resolvit in alia *Messanen.* inter Curiam Archiepiscopalem, & Religionem Hierosolymitanam anno 1673. ut testatur *Card. de Luc.* in Causa scribens *disc.*29 *de Jurisdict.* observans in fine, quod Causa acriter disputata fuit tanquam in casu exemplari, cujus decisio faciebat statum, quodque resolutio fuit ab eadem Congregatione confirmata anno 1674. ut testatur *in addit.ad disc* 29. *de Jurisdict.& disc.*104. *nu.*1.& probant aliæ resolutiones huius S. C. apud *Riccium*, ubi supra *verb. Equites S. Joannis Hierosolymitani numer.* 16 *&* 19.

Et ratio est evidens, quia quoties Constitutio Gregoriana concessit Episcopis privativum Jus concedendi extractiones, & cognoscendi super qualitate delicti, eo ipso concessisse dicitur illis omnia annexa, & connexa, seu respicientia defensionem Immunitatis Ecclesiasticæ, ut resolutum fuit in *Cusentina* apud *Riccium* ubi supra *in verb. Causarum cognitio, quoad Immunitatem num.* 3. ibi: *Cognitio Causæ circa violatam Immunitatem Ecclesiæ spectat ad Episcopum, in cujus Diœcesi extat Ecclesia.*

Quod decisum pariter fuit in una *Vilnen.*25. *Martii* 1696. ubi Episcopus fecerat ordines, concernentes defensionem Immunitatis, quibus cùm Regulares exempti contravenissent, resolvitur, benè fuisse declaratos excommunicatos, ut refert *Riccius*, ubi supra, *in verb. Regularis delinquens num.* 43.

Addit idem *Author* aliam punctualem resolutionem in *Feretrana* 22. *Septemb.*1671. *verb Regularis delinquens nu.* 20. ibi: *Superior Regularis, qui ex licentia sui Provincialis permisit fieri recognitionem corporis delicti in Conventu per Notarium laicum, incidit in excommunicationem, & contra ipsum Episcopus benè processit.*

Ita demùm declaravit Ss.D.N. mediante epistola, scripta ab Em. Secretario Status, ibi: *A casi di violata Immunità ecclesiastica, ne' quali gli Ordinarj sogliono procedere anco contro tutti li Esenti*

Et propterea stantibus tot resolutionibus Sac. Congreg. & communi praxi attestata ex Oraculo Ss. nulla ampliùs, superesse valet difficultas, quominùs primum dubium resolvendum veniat affirmativè favore Em. Ordinarii, posse scilicet illum procedere contra Presbyteros, non obstantibus privilegiis exemptionis pro defensione violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ.

Quoad 2. dub. malè impugnatur affirmativa resolutio sub prætextu, quod Bulla Gregoriana loquatur de casu extractionis personarum à loco immuni, non autem rerum, & bonorum, juxta doctrina *Fagn. in cap. Inter alia num.* 101. *de Immun. Eccles.* quem per extensum fideliter transcripsit *Pignat.consul.*56. *tom.*9.

Fagnanus enim movetur erroneo fundamento, quod nempè licet Immunitas Ecclesiastica dicatur violata, tam per extractionem personarum, quàm rerum, attamen extractio rerum non comprehendatur sub Constitutione Gregoriana, quæ loquendo de personis, non extendatur ad res: Qui discursus nullo modo subsistit, quia Constitutionem Gregorianam interpretari non debemus in materiali cortice verborum, sed in mente, & ratione. Hæc autem ratio, & mens alia non fuit, nisi consulere, & providere, ne violaretur Immunitas Ecclesiastica, eam commendando Locorum Episcopis, de quibus tantùm Summus Pontifex confidere voluit: Si ergo Immunitas æquè violatur per extractionem rerum, & personarum, juxta *Textum in can. Sicut antiquitùs, & Can. Quisquis* 17 *quæst* 4.& admittit idem *Fagnan.ubi supra num.*100.*In fine*; Utique hæc ratio operatur, quod Constitutio, loquens de extractione Personarum comprehendat etiam extractionem rerum, propter identitatem rationis, quæ utrobique militat, ex recepta propositione, quod provisio, facta in uno casu, comprehendit omnes alios eandem rationem habentes, ex præsumpta, verisimilique voluntate statuentis, ut probat *Rocca disput. Jur.cap.*25. *num.*34.*& seqq Cyriac. controv.*301. *num.*26.*& Rot dec.*226. *num* 5 *par.*16.*rec.*

In omnem verò casum *Fagnanus* existimat, extractores rerum de loco immuni incurrere Censuras in Bulla Cœnæ, tanquam usurpatores Jurisdictionis Ecclesiasticæ, & ideò saltem ex hoc capite sustinentur Censuræ, quæ apparent per nostram Curiam latæ, non solùm vigore Bullæ Gregor. XIV. sed aliarum quoque Constitutionum Apostolicarum

rum, quod admittunt etiam contrarii Scribentes.

Non obstante, quod delictum non fuerit notorium; Quia 64 difficultas non consistit in notorietate delicti, sed in ejus qualitate, quæ est usurpatio Jurisdictionis ecclesiasticæ, propter quam potest Episcopus declarare censuras contra 65 quoscumque, etiam exemptos, qui fiunt subditi ratione turbatæ, & usurpatæ Jurisdictionis, juxta notata per *Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 29. signanter *num. ultimo*.

Præsertim quia etiam amplissimè privilegiati per Sedem Apostolicam, usurpando Jurisdictionem Ecclesiasticam, subiiciuntur Episcopis quoad declaratoriam censurarum, nec 66 juvantur privilegio exemptionis, quod in tali casu amittunt propter delictum, commissum in Ecclesiam, & Sedem Apostolicam, cujus est Jurisdictio ecclesiastica, juxta *Text. in cap. Felicis de Pœnis in 6. & in cap. 2. de Postulat. Prælator.* ibi: *Privilegium amisisse, quia concessa sibi ex Apostolicæ Sedis benignitate abuterentur temerè potestate, &* 67 *Can. Privilegium* 11. *quæst. 3. & cap. Contingit il 2. de Sentent. Excommunic.* & probat *Fagnan. in d. cap. inter alia n.* 103. *de Immunit ecclesiast. Pignatell. d. consult.* 59. *num.* 3. & resolvit hæc apud *Riccium ubi supra verb. Episcopus quoad Immunitatem num.* 26. & 27.

Non applicatur resolutio S. C. C. quæ declaravit, non substineri censuras contra Cappellanum majorem, incursas 68 *ex Can. Si quis suadente*; Quia in eo casu Curia Archiepiscopalis malè processerat in figura judicii, quod facere non poterat in casu notorii, & idcircò demandavit, ut iterum procederet, prout de Jure, sed hoc nullo modo pertinet ad delictum diversum violatæ Immunitatis, seu usurpatæ Jurisdictionis ecclesiasticæ, ubi non obstantibus privilegiis potest Curia Archiepiscopalis judicialiter procedere ad decla- 69 ratoriam, sive in vim Bullæ Gregor. XIV. sivè in vim Bullæ Cœnæ, cùm agatur de delicto privilegiato, & comprehenso sub Bullis derogatoriis quorumcumque privilegiorum.

Neque etiam alia omnia privilegia suffragantur, ut fuit decisum inter has Partes in alia Causa *Neapolitana*, & contrarii Scribentes recordari debent, quod in illa etiam fuit 70 recognitum, & à dicta S. C. C. admissum, quod Archiepiscopus nequeat excommunicare, loquuntur quoad solos inservientes Hospitali, non autem quoad Presbyteros, qui dumtaxat inserviunt Eccles. ut in Privil. Clem. VII.

Quemadmodum non subsistit, quod in alia causa, agitata in eadem S. C. C. super Censuris, latis ex notorio delicto 71 percussionis Clerici, fuerit habita ratio etiam violatæ Immunitatis ecclesiasticæ ob percussionem, factam in loco immuni; Quia neque per umbram fuit ibi deductum motivum hoc læsæ immunitatis, sed totum fundamentum consistebat in notorietate delicti.

Die 27. Augusti 1709. propositis in S. C. I. per R. P. D. 72 Maresuscum d. Cong. tunc temporis Secretarium, & hodiè meritissimum Auditorem SS. D. N. sequentibus duobus dubiis.

I. *An in casibus violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ possit Em. Archiepisc. seu ejus Curia Archiepiscopalis procedere etiam* 73 *contra Presbyteros, aliósque inservientes Ecclesiæ S. Jacobi Neapolis, non obstantibus Privilegiis Clem. VII. Greg. XIII. & Sixti V. & quatenus affirmativè.*

II. *An declaratoria Censurarum, lata per d. Curiam Ar-* 74 *chiepiscopalem contra Petrum Assandrum, Cappellanum majorem Ecclesiæ Sancti Jacobi Neapolis, substineatur in casu &c.*

Eadem S. C. respondit: *Censuras sustineri.*

Longè autem post hæc scripta eadem S. C. I. in eodem sensu inexorabiliter permansit in alia *Causa Neapolitana Nullitatis Censurarum*, in qua agebatur de Censuris, occasione pariter violatæ Immunitatis latis ab Em. Archie- 75 piscopo contra duos Ministros Regii Hospitalis S. Mariæ de Populo, *vulgo dell'Incurabili* ejusdem Civitatis Neapolis. Die enim 22. Junii 1717. me scribente pro eisdem Ministris, atque exagerante vim, & efficaciam amplissimorum privilegiorum, eidem Hospitali concessorum à Leone X. & Clem. VII. proposito dubio: *An Censuræ latæ per Curiam Archiepiscopalem contra Michaelem Tubito, & Nicolaum Vecchionum substineantur*, respondit *Affirmativè, & amplius Causa non proponatur*, ex eodem motivo, quod in causis læsionis Immunitatis Ecclesiasticæ nulla suffragentur privilegia, nullæque attendantur exemptiones, nisi in illis in specie, & literaliter derogetur eidem Greg. Const.

DISCEPTATIO XX.

Compsana Præeminentiarum.

INTER

Josephum Cardonum Primicerium,

ET

Josephum Sansonum Archipresbyterum.

ARGUMENTUM.

Impedita prima Dignitate, an functiones, ipsi competentes, peragi debeant à proximiori Dignitate, vel potiùs à Substituto à prima Dignitate. In illis Processionibus, quæ fiunt occasione festivitatis SS. Corporis Christi à quo deferen. sit SS. Eucharistiæ Sacramentum.

Antiqua controversia inter Primicerium Ecclesiæ Matricis Terræ Colliani, & Archipresbyterum ejusdem Loci, quæ ferè per sæculum siluerat, fuit denuò 1706. excitata; Cùm etenim Joseph Cardonus Primicerius, post- 1 quam Missam solemnem in die Dominico infra Octavam Corporis Christi celebraverat, vellet etiam, juxta antiquam consuetudinem SS. Eucharistiæ Sacramentum per prędictam Terram processionaliter deferre, sese opposuit Joseph Sansonus Archipresbyter, prætendens dictam SS. delationem ad ipsum spectare; Unde idem Primicerius non sine magna Populi admiratione, ad majora evitanda scan- 2 dala, coactus fuit SS. in Tabernaculo reponere. Habito autem per eundem recursu ad Loci Ordinarium, coram ipso fabricatus fuit Processus, & per illius Curiam ser. ser. decreta manutentio favore ejusdem Primicerii.

Non acquiescente autem d. Judicato, idem preces huic S. C. porrexit, quæ Informationem præfati Ordinarii requisivit, 3 illaque superventa, contingit hodiè sequentia dubia disputare, quæ ut infra videntur resolvenda.

Quantum autem attinet ad 1. *An celebratio Missæ solemnis in diebus Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, in die Festo SS. Corporis Christi spectet privativè ad Archipresyterum*: licet Primicerius posset ipsius affirmativæ resolutioni se opponere, ex quo nostra Ecclesia 4 non est Cathedralis, neque Collegiata, sed simplex Parochialis, quæ insimul regitur per Archipresbyterum, Primicerium, & Presbyteros participantes, qui omnes æqualiter faciunt officium, atque onus sustinent Parochi, teste Episcopo in d. Informatione.

In obsequium nihilominus Decretorum nostræ Curię Archiepiscopalis, emanatorum usque ab anno 158, pro Terra Oliveti, & confirmatorum respectu nostræ Ecclesiæ, in quibus specialiter determinatæ fuerunt dd. functiones, utì 5 spectantes ad Archipresbyterum, & aliæ, utì pertinentes ad Primicerium, idem Primicerius pro d. affirmativa resolutione suum prępstat assensum.

Pro negativa verò resolutione 1. partis, & affirmativa resolutione 2. partis 2. dub. *An, eo absente, vel impedito, possit alium in sui locum ad libitum subrogare, seu potiùs hujusmodi celebratio fieri debeat privativè à Primicerio, vel Presbytero hebdomadario*: militare videtur eadem Sententia anni 1612. in qua rotundis literis statutum fuit, quod absente Archipresbytero, Primicerius facere debeat omnia ea, quæ ipse Archipresbyter facere deberet, si esset præsens, ibi: *Primicerius in absentia Archipresbyteri ordinet, & faciet ea, quæ facere tenetur.* 6

Quæ sententia concordat in hac parte cum *Cæremoniali Episcoporum lib. 1. cap. 26. de Supplend. vicib.* in quo pro regula statuitur, quod in his casibus absens, vel impeditus non possit alium ad sui libitum subrogare *Gavant. in Manual. ver. Functiones Episcopales in addit. num.* 11. ibi: *Neque prima Dignitas potest sibi quem maluerit substituere, & Barbos. de Canon. cap. 5. num* 46. sed suppletio facienda semper est per eum, qui est proximior absenti, vel impedito, ibi: *Supplebit alter, ei proximus*; In cujus sequelam ita communiter tenent omnes *Tractantes de sacris Ritibus*, ut videre est apud *Castald. in Prax. cęrem lib. 1. sect. 7. cap. 4. nu. 15. & sect. 8. cap. 6.* 7 *num. 4. Bauld. in Manual. Sacr. cærem. par. 5. cap. 26. à num. 1. Biss. in Hierurg. verb. Subdiaconus num. 196. § 25. Bonfadin. in Thesaur. Eccles. resol. 7. nu. 15. Frances. de Eccles. Cathedr. cap. 16. nu. 126. Barbos. de Canon. cap. 5. num. 43. & in Summ. Apostol. dec. collect. 335. num. 10. & collect. 391. in princ. Panimoll. dec. 1. adnot.*

adnot.6.n.24.39.& 40.& Card de Luc.de Praem.disc.20.n.10. disc.41.n.14.& 15.& disc.42.n.3.

Nec non ita semper respondit hæc S. C. ut videre est apud *Pignatell.consul.35.à num.2. tom.4.& in Tarentina Criptaliorum 29. Octobris 1609.& in Pisana 12.Junii 1628.& in Barcen.6. Octobris 1645.& in Novocomen. 29.Julii 1649. ad 3. dub.& in Senarum 29.Novembr.1670.& in Gerunden.11.Februar.1702.& 24.Novemb.1703.& in Cremonen.19.Januar. 1704. ad 1. dub. & in Romana 26. Aprilis, & 7.Junii 1704.* cum aliis citatis infra *discept.2 à nu.70.par.2.* 8

Et viva ratio hujus communissimæ conclusionis, & laudabilis praxis hujus S. C illa est, quia inferior in his præeminentialibus actibus semper postponendus est majori, & digniori secundum dispositionem omnium Jurium, de quibus in *meis Instit Crim lib.1.tit.10 §.4 à n.234.* 9

Quæ omnia adeò vera sunt, ut procedant, etiam si favore minùs digni, seu inferioris militaret consuetudo, licet immemorabilis, ut in specie probant *Passerin.in cap.Consuet. num.3.de Consuet. in 6.Thob. Non. cons.72.num 24.* ubi illam adducit rationem, quia talis consuetudo, seu potiùs corruptela, *ortum haberet ex quadam stulta ambitione, qua minor nititur majorem præcedere*, quam adducit etiam *Pignat. consul.88. num 3.& 5. tom.4. Sperell. dec.179.à num.31.* ubi, quod similes consuetudines dicuntur contra honestatem, & Ecclesiasticam disciplinam, quodque Jura abhorrent id, quod indecorum, & inhonestum est, *Rot.dec.4.num.36.& seqq.cor.Otthob.* ubi, quod talis consuetudo, uti irrationabilis, dicitur repugnare Juri, rationi, & sensui, sicuti repugnarent, quod pedes starent super humeros, *& dec.469.nu. 27.& seq.par.19.rec.* ubi, quod aliàs perverterentur ordines, à natura distincti, & in *Romana Funeralium 15.Junii 1699. §.Invaluit cor.Molin.* ubi, quod similes consuetudines honestati, & decori ecclesiasticarum functionum repugnantes, omninò eliminandæ, & extirpandæ sunt. 10 11

Et cum effectu hæc S. C. talem immemorabilem consuetudinem in illis etiam casibus, in quibus probata asserebatur, meritò attendere noluit in citatis *Gerunden. 11. Febr. 1702. & 24. Novembr.1703. & in Romana 26. Aprilis, & 7. Junii 1704.* in vanum exclamantibus, & insistentibus pro illius observantia Clericis Cæremoniariis Cappellæ Pontificiæ, ut observavi in *Instit.Crim.lib.1 tit.10.§.4.à n.206.*& in *Nolana Processionis 1. Sept.1708.* 12

Fortiùs quia Primicerius, non solùm est proximior, sed etiam dignior hebdomadariis, quod notorium est in nostra Diœcesi, & Oppido, & clarè resultat, tam ex dicta sententia anni 1612. in qua demandavit Ordinarius, ut in Processionibus incedat Primicerius ante eosdem Presbyteros, ad latus Archipresbyteri. Necnon, ut reliqui Presbyteri, tam in Choro, quàm in Processionibus secundum promotionem sedeant, & incedant, ac præceptis Archipresbyteri, & Primicerii obediant. Quàm ex Relatione Archiepiscopi, attestantis, Primicerium obtinere primum locum post Archipresbyterum, ibi: *Quod Primicerius præcedat Presbyteros, & sit primus post Archipresbyterum.* Quàm demùm ex confessione ipsius Archipresbyteri, ibi: *Credo, che detto Sig.Primicerio abbia il secondo luogo dopo l'Arciprete;* Et ex alia instantia, in nostra Curia Archiepiscopali facta per eundem Archipresbyterum, ibi: *E non hà il Primicerio, se non il primo luogo, e prima voce dopo l'Arciprete.* 13 14

Deveniendo modò ad 3. dub. *An celebratio Missarum in secundis Feriis, videlicet in diebus Lunæ Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, ac in Festivitate S. Stephani Protomartyris, necnon in die Dominico infrà Octavam Corporis Christi, spectet privativè ad eundem Primicerium, seu potiùs ad Archipresbyterum, vel Hebdomadarium:* pro illius favorabili resolutione dignentur EE. PP. observare, quod dictæ Festivitates dicuntur quidem primæ classis, sed tertii dumtaxat ordinis, juxta animadversa per *Castald. in Praxi cærem.lib.2. sect.5.cap.1.per tot.* & signanter *n.2. & seqq.* Dignentur pariter observare, quod nostra Ecclesia non est Cathedralis, vel Collegiata, sed simplex Parochialis, quæ non regitur ab Archipresb. tanquam ab unico Parocho, sed ab eodem tanquam capite, Primicerio autem ex tribus aliis Presbyteris, tanquam ejus membris, ipsum adjuvantibus in exercitio Curæ, participantibus de emolumentis ejusdem Curæ ut testatur Archiep. in d. ejus Relatione. Et propterea nullam dicitur habere Jurisdictionem, nullamque meretur prærogativam, ut post antiquiores, quos citat, & sequitur, advertit *Pignatell.consul.46.num.9.in fine tom. 7.* ibi: *Idque etiam si dictus alienus Parochus solo nomine Dignitatis Archipresbyter nuncupetur, cùm enim careat Collegio, & Jurisdictione, non est verè, & propriè Dignitas, atque adeò nullam prærogativam meretur:* & latè *Rot.dec.4.* ferè per tot apud *Tamburin. de Jure Abbat.* duplat. *inter illas Pæn. la 1547.* 15 16 17 18

Minusque eidem Archipresbytero conveniunt ea, quæ habemus in *toto titulo Decret.de Offic.Archipresb.* sed tantam dicitur habere authoritatem, quantam ei Archiepiscopus dare voluit, juxta præcisa verba *Barbos.de Jur.Eccles.lib.1. cap.25.n.27.& de Canonic.cap.6.n.5.*& concordant *Azor.instit. mor.par.2.lib.3.cap.15. qu.1. Reginald.in Prax.lib.30. tract.3. cap.3.sub n.49.& Michael.Ferr.de Præced.q.6.n.1.* 19

Ad ostendendam autem illam restrictam authoritatem, quam Archiepiscopi dare voluerunt Archipresbyteris circa eorum officium, sat est recurrere ad d. sententiam anni 1573. pro Terra Oliveti, confirmatam anno 1612. pro nostra Ecclesia, in qua rotundis literis determinatæ sunt functiones illæ, quas facere debet Archipresbyter; Si enim concedi eidem voluisset indefinita facultas Missam celebrandi in omnibus Festivitatibus anni, frustra enumerati fuissent aliqui dies, quibus idem Archipresbyter celebrare tenetur, satisque erat dicere: *Archipresbyter celebrare tenetur in omnibus diebus festivis, & de præcepto.* 20

Cùmque dies, præscripti in præfata sententia, & attributi Archipresbytero sint dies festivitatum primæ classis, primique ordinis, in quibus in Cathedralibus celebrare tenetur Episcopus, & in Collegiatis, Abbas, Prior, vel Præpositus, cum omni fundamento Author ejusdem sententiæ demandavit, ut dd. diebus celebrare deberet Archipresbyter, relinquendo pro Primicerio alias festivitates primæ, quidem classis, sed tertii ordinis, in quibus in Cathedralibus celebrare tenetur aliqua Dignitas, vel Canonicus, in Collegiatis verò Vicarius, vel alter ex senioribus, ut distinguenguendo utrasque functiones not. *Castal.in Prax. cærem.lib.2. sect.5. cap.5. à num.2.* 21 22

Sumitque vires præfata sententia anni 1612. pro nostra Ecclesia, ex quo est confirmatoria alterius decreti, facti per per Episcopum Caracciolum anno 1573. in actu S.Visitationis, quæ circumstantia operatur, ut illa tanquam lex servari debeat, ut notant communiter *Repetentes in l. Omnes Populi ff.de Just.& Jur.* & firmavit *Rot.in dec.102. nu.5.par. 10. rec.* ibi: *Statutum, conditum ab Episcopo in actu Visitationis, habet vim legis, & in concursu debet prævalere Juri communi, & generali.* 23

Fortiùs, quia non solùm eadem Sententia legitimè observata fuit in dicta Terra Colliani, & Oliveti, sed ferè per totam nostram Diœcesim, ut patet ex attestationibus Archipresbyteri, & Presbyteror. ferè omnium Oppidorum, & Terrarum nostræ Diœcesis. Et generaliter pro tota nostra Diœcesi, testis omni exceptione major est Archiepiscopus in d. Relatione ibi: *Et cum dicta Sententia passim in aliis Terris hujus Diœcesis processum, & servatum fuit;* Cui omnis fides in hac parte adhibenda est, ex verisimili illa notitia, quam præsumitur habere de qualitatibus, & consuetudinibus suæ Diœcesis, per ea, quæ notant adducti *in tom.1.par. 2.discept.14. num.98.* 24 25

Urget ulteriùs pro exclusione prætensionis Archipresbyteri ipsius reiterata, & seria confessio, emissa in actis nostræ Curiæ Archiepiscopalis, in qua asseruit ibi: *E per quello tocca alla celebrazione della S.Messa nelli giorni, da lui asseriti, si replica prima, che d. Domenica infra Octavam non è festa principale, e per quello tocca per la celebrazione sudetta, quando all'altre pretese, & espresse, esso Cardone, se pure ciò li compete, o non li compete, dirigat gressus suos contra gl' altri Preti del Clero di d. Terra, quali sono sù ciò interessati,* & qua rotunda confessione non possumus meliorem contra ipsum adducere probationem juxta *Text. in L. Cùm precum ff. de Liberal.caus.* cum aliis apud *Ludovis. dec. 143. num.3. & cor.Priol. dec.7. nu.4.* 26 27

Nec dicatur, prædictam celebrationem spectare debere per turnum ad Hebdomadarios, non autem privativè ad Primicerium; Ultra quod enim ex parte Hebdomadarior. nulla adducitur probatio, quod ad ipsos spectet talis celebratio, respondemus, quod favore Primicerii adest consuetudo nimis antiqua celebrandi in dd. diebus, & concludenter probata à duobus ex iisdem Presbyteris, necnon ab alio teste, qui inservivit pariter nostræ Ecclesiæ uti Presbyter ex participantibus. 28

Probata autem ex his hujusmodi consuetudine, illa tanquam lex servanda est, ut post antiquiores, quos citant, & sequuntur, notant *Nat cons.72.n.7.Panimol.dec.1. adnot.5.n.25. & Pignat.consul.34.n.28.to.4.* & firmavit *Rot.in dec.85.n.3.& dec.102.n.29.p.5 & cor.Caval dec.649.n.1.& cor.Pen.dec.1420 n.3.& cor Coccin.dec.1106.n.1.& cor.Seraph.dec.964.cod.nu.* 29

Neque

Neque ad nostrum effectum parvifacienda videtur congruitas illa, & reflexio, approbata ab Archiepiscopo, quod 30 scilicet intentio Primicerii innitatur ulterius Juri, rationi, & ordini hierarchico, atque functionibus Ecclesiæ valdè consonum appareat, ut Archipresbyter, uti primus, & caput, solemniores, Primicerius uti secundus, minùs solemnes, cæteri verò Hebdomadarii alias missas cantent; Ità enim quodlibet membrum proportionatè, & ordinatè suam facit operationem, ut ex se patet, quo casu nulla alia authoritate opus est, ex adductis *in Instit. Crim. lib. 2. tit. 8. num.* 248.

Absque ulla difficultate in nostris terminis, ex quo sumus in conflictu variarum probationum, in quibus prævalere 31 semper debent illæ, quæ concordant cum Ordinariorum Relationibus, ex magna fide, quæ eisdem debetur ex suprà allgatis, quibus addi potest *Rot. coram Ludovis. decis.* 482. *num.* 6. *& in par.* 19. *recent. decis.* 469. *num.* 18.

Quibus additur, quod ex contrariis testib. alii sunt iidemmet Præsbyteri, interesse habentes in præsenti causa, quibus uti deponentibus ad proprium commodum, nulla fides 32 præstanda est ex adductis per *Rot. cor. Cels. dec.* 284. *num.* 2. *& cor. Priol. dec.* 425. *num.* 13. *& part.* 15. *rec. dec.* 180. *num.* 9. Alii sunt rustici, custodientes immunda animalia, & scribere nescientes, quod non parum derogat ipsorum fidei, per ea, quæ observant *Farinac. de Test. quæst.* 59 *num.* 41. *& Rot. dec.* 262. *num.* 5. *cor. Pamph. & dec.* 89 *num.* 6. *cor. Priol.* 33 Alii demùm declararunt, seù retractarunt ipsorum priores attestationes, ad importunas preces Archipresbyteri subscriptas, absque eo quod scirent quid in ipsis continenretur, quod operatur, ut non solùm eis non sit præstanda fides, sed nec etiam aliis, juxta animadversa per *Rot. Aven.* 34 *decis.* 53. *num.* 1. *&* 2. *Grat. discept.* 192. *num.* 3. *&* 7. *& Rota dec.* 961. *num.* 11. *cor. Dunozet. jun.* ibi: *Verùm etiam expresse se retractant, itaut &c. illorum depositio adeo remaneat debilitata, ut super illam nullum fieri possit fundamentum, & decis.* 89. *num.* 7. *&* 8. *& decis.* 132. *num.* 7. *coram Priol. & dec.* 514. *num.* 11. *par.* 18. *recent.*

IV. dub.: *An SS. Sacramentum in Processione, quæ fit in festo SS. Corporis Christi deferri debeat ab eo, qui Missam cele-* 35 *brat*: videtur resolvendum affirmativè, dum id expresse determinatur in *Cærem. Epis. lib.* 1. *cap.* 33. *de Fest. SS. Corporis Christi, & process.*; Atque contrarium prætendere est violentiam facere sacris Ritibus, juxtà præcisa verba *Pignatel. consult.* 46. *num.* 7 *in prin. tom.* 7. & concordant *Gavant. in Manual. verb. Processio n.*, 33. *& Pax Jordan. var. lucubr. tom.* 2. *lib.* 11. *tit.* 3. *nu.* 2. *& seq.* Idquè millies declaravit, & servari mandavit hæc S. C. juxtà resolutiones, quas referunt, & sequuntur *Lezan. in Summ quæst. regul. tom.* 3. *verb. Eucharistia sub num.* 35. *Pignatel. d. Consult.* 46. *num.* 7. *tom.* 7. *& Barbos. in Sum. Apost dec. collect.* 385. *num.* 11 Non attenta quacumque contraria consuetudine ibi: *Eucharistia Sanctissima à Celebrante propriis manibus deferatur, non obstante quavis contraria consuetudine.*

Ex quibus sequitur affirmativa resolutio 1. partis, & ne- 36 gat. 2. quinti dub. *An idem sit servandum in Processione, quæ fit in die Dominico infrà Octavam Corporis Christi, seù potiùs deferri debeat SS. Sacramentum ab Archipresbytero*: Celebrans enim finita Missa, non solùm tenetur ex supra animadver- 37 sis deferre SS. Eucharistiæ Sacramentum, verùm etiam peragere debet functiones omnes post missam, vel Vesperas.

Non attenta consuetudine, quam pro se habere asserit Archipresbyter peragendi eandem processionem, non obstante, quod alius presbyter celebrasset.

Objectum enim non subsistit in facto, nec relevat in Jure; Non subsistit in facto, quia illa nullatenùs probata dicitur 38 ex mendicatis simplicibus, & extrajudicialibus fidibus, exadverso exageratis, in quibus nullum fieri potest fundamentum vulgatis Juribus, de quibus *Rot. dec.* 700. *num.* 27. *par.* 2. *rec. & cor. Priol. dec.* 395. *num.* 9. Minusque relevat in Jure, quià etiam si talis prætensa consuetudo concludentissimè probaretur, adhùc servanda nullatenùs esset, uti ex diametro opposita Cærem. Episc. à Clem. VIII. specialitèr approbato, mediante ejus *Const.* 69. nec non ab Innoc. X. 39 *in ejus Constit.* impressa post d. Cæremoniale. Per quas sublata dicitur quælibet contraria consuetudo, ut in terminis observat *Pignat. consult.* 29. *sub num.* 14 *tom.* 4. ibi: *Tertiò quià consuetudo fuit sublata à Clemente VIII. qui motu suo proprio, & ex certa scientia, ac de plenitudine potestatis suæ Cæremoniale approbavit mandavitque, illud observari in omnibus Ecclesiis Metropolitanis, Cathedralibus, & Collegiatis, cum decreto, quod non possit in aliquo immutari, non obstantibus Constitutionibus etiàm juramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis. & consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque: Barbos. de Canon cap.* 33. *num.* 23. *Lotter. de Re benef. lib.* 1. *quæst.* 16. *num.* 123. *Card. de Luc. de Præemin disc.* 44. *num.* 4. *Sperel. dec.* 76. *num* 23. *Panimoll. dec.* 44. *n* 4. ibi: *Quod Ceremoniale præcisè observari mandavit fel rec. Clemens VIII. juxtà Breve, motu proprio* 40 *editum, & ibidem impressum, quod quidem Ceremoniale, tanquàm decisuum, vim legis obtinet, & Rot. dec.* 102. *n.* 10. *& seqq. par.* 10 *rec* cum quibus processit hæc S. C. in citatis *Gerunden. Romana, & Nolana*, in quibus nullo modo attendere voluit assertas consuetudines, uti oppositas d. Ceremoniali.

In universum denique non obstat, quod Ecclesia Colliani non sit Cathedralis, neque Collegiata, & debebat addi, 41 neque etiam Metropolitana, & proindè non possit in illa habere locum Dignitas Primiceriatus; Ex hac enim reflexione non solùm corruit speciositas tituli Primicerii, sed etiàm vana gloriatio, & titulus officii Archipresbyteri, ut notat *Pignatel. consult.* 46. *num.* 9. *tom.* 7. & propterea 42 si in eadem Ecclesia titulus Primicerii non importat Dignitatem, neque etiam illam importat titulus Archipresbyteri, & sic remanet absque ullo fundamento pretextus, & nullius efficaciæ exageratum motivum, quod ex hac inspe- 43 ctione pendeat decisio omnium dubiorum.

In ea autem parte in qua contrarius Defensor verè mirabili promptitudine asserit, Cardonum nuperrimè ab Archiepiscopo Compsano obtinuisse titulum Primicerii, cla- 44 rè se opponit suo Clienti, qui in formali examine cum juramento asseruit, *che il d. Sig. D Giuseppe Cardone dall'anno* 1700. *in circa fù fatto Primicerio, prese pacifico possesso, e l'hà essercitato, & esercita senza contradizione alcuna*; Quod comprobatur ex Literis patentibus illius deputationis, sub die 19 Februarii ejusdem anni 1700 originalitèr exhibitis in Secretaria; Neque poterat anteà idem Cardonus Primiceriatum obtinere, vivente Francisco Flore ejus antecessore, qui usque de anno 1679. illum obtinuerat, ut con- 45 stat ex authenticis Scripturis, in Secretaria exhibitis. Minusque Archiepiscopus concedendo Cardoni vacantem Primiceriatum d. anno 1700. novam aliquam creavit Dignitatem in nostra Ecclesia, ad quem effectum re- 46 quireretur Gratia Apostolica, sed ipsum simplicitèr subrogavit in eum locum, quem habuerunt illius antecessores à tempore, cujus initii memoria non existit, dum de tali officio habetur etiam replicata mentio in antiquam sententia anni 1612.

Quamvis autem ultrò admittamus, veram Dignitatem Primiceriatus, sicut & Archipresbyteratus, non posse 47 consistere, nisi in Metropolitanis, Cathedralibus vel Collegiatis Ecclesiis; Hoc tamen non tollit, quin tales tituli denominativè possint etiam competere Ecclesiis inferioribus, juxta exempla, comprobata in nostris Scripturis; Imò unus ex EE PP. intèr informandum benignè subdit, 48 quod ipse in sua Abbatiali Ecclesia, quæ Collegiata nullatenùs est, talem confert titulum.

Fortiùs, quià functiones, de quibus est sermo in nostris dubiis, non sunt essentialitèr connexæ cum aliqua Dignitate, dum possunt fieri per quemcumque Presbyterum, & 49 propterea eo minùs insistendum videtur in illa inspectione: *An Primiceriatus, vel Archipresbyteratus sint, vel non sint Dignitates in nostra Ecclesia.*

Ea, quæ de ambitione Cardoni liberalitate maxima exagerantur in contrariis Scripturis, nullam merentur responsionem, non enim sunt novæ, neque raræ prætensiones, similes illis, de quibus disputamus, circà quas laudabile 50 est immorari, atque defendere Jura, & prerogativas illius officii, quod quis exercet ex adductis supra *discept.* 11. *num.* 32 *& seqq.*

Demùm non possumus deplorari in hac parte infelicitatem nostrorum temporum, in quibus non erubescunt Defensores in Curia ponere in controversiam ea, quæ sole- 50 mniter cum juramento fassi fuerunt eorum Clientes in Partibus, dum in contrariis Scripturis acritèr insistitur pro subscriptione dubii: *An Cardonus sit Primicerius*, eo tem- 52 pore, quo uti talis juramento solemnissimè recognitus, & approbatus fuit à Sansono juxta illius præcisa, verba, registrata suprà *nu.* 44. Si autem neque etiam testes admittuntur ad probandum contrarium ejus, quod Principalis 53 fassus fuit, ex adductis in meo *Tract. de Matrim.* §. 3c. *num.* 3. quantominùs videntur ad dictum effectum attendendæ 54 exagerationes Defensorum, nedùm loquentium ad causarum opportunitatem, sed multotiès, relinquendo in hac par-

parte veritati suum locum, operantium ad faciendam bursam hydropicam, juxta phrasim illorum Authorum, quos sequutus fui in *Institut. Crimin. lib. 3. tit. 9. num. 62.*

Die 23. Martii 1709. propositis in S. R. C. per Card. 55 Gabriellium sequentibus dubiis, resoluta fuerunt, ut infrà.

Dub. I. *An celebratio Missæ solemnis in diebus Nativitatis Domini, Paschatis Resurrectionis, Pentecostes, & in die Fe-* 56 *sto SS. Corporis Christi, spectet, privativè ad Archipresbyterum.* Affirmativè.

II. *An absente eo, vel impedito, possit alium in sui locum ad libitum subrogare, seù potiùs hujusmodi celebratio fieri debeat privativè à Primicerio, vel à Presbytero hebdomadario.* Negativè quod 1. partem. Affirmativè quoad 2.

57 III. *An celebratio Missarum in secundis Feriis, videlicèt diebus Lunæ Paschatis Resurrectionis, & Pentecostes, ac in die Festivitatis D. Stephani Protomartyris, nec non in die Dominico infrà Octavam Corporis Christi, spectet privati-* 58 *vè ad eundem Pimicerium, vel ad Hebdomadarium.* Affirmativè quo ad 1. partem; Negativè quoad 2.

IV. *An SS. Eucharistiæ Sacramentum in Processione, quæ fit in Festo SS. Corporis Christi deferri debeat ab eo, qui Mis-* 59 *sam celebrat.* Affirmativè.

V. *An idem servandum sit in Processione, quæ fit in die Dominico infrà Octavam Corporis Christi, seù potiùs deferri* 60 *debeat SS. Eucharistiæ Sacramentum ab Archipresbytero in casu &c.* Affirmativè quoad 1. partem. Negativè quoad 2.

DISCEPTATIO XXI.

Romana Matrimonii.

INTER

Felicem,

ET

Angelam.

ARGUMENTUM.

Matrimonium, contractum coram Parocho invito, & non intelligente consensum contrahentium, an sit validum; Præcipuè si testes matrimoniales sint inter se contrarii. Adducuntur, & declarantur Authores, qui inter se videntur oppositi; Et aperitur verus sensus omnium resolutionum Sac. Congr. Conc. quæ de hac materia loquuntur.

NOn videtur constare de validitate Matrimonii, de quo agitur ex insanabili defectu præsentiæ proprii Parochi, ad illius validitatem omninò requisitæ, vigore celebris dispositionis *Sac. Conc. Trid. sess. 24. de Reform. Matr. cap. 1.* ut observat *Card. Pallavicin. in illius Histor. lib. 23. c. 9. n. 6.* & aliis omissis firmav. *Rot. in dec. 308. per tot. cor. Dunozet. & in Leodien. Matr. 29 April. 1699. §. 1. & in Neapol. Matr. 26. Febr. 1706. in princ. cor. Em. Priol.*

Defectus verò præsentiæ proprii Parochi non potest evidentiùs demonstrari, quàm ex ejusdem replicatis depositionibus, ser. ser. in Curia Ecclesiastica factis, in quibus laudabili ingenuitate, & commendabili candore, totum factum narrando, quoad nostrum propositum, ait, fuisse vocatum sub pretextu cujusdam mulieris moribundæ, statimque accurrisse: *senza ne meno prendere il lume*, & in actu aperitionis Januæ audivisse A. proferentem sequentia verba: *P. Parocchiano questo è mio marito, e vi sono li testimonii;* Quod- 2 que statim *nel sentir dette parole con violenza serrai la porta, e correndo me ne tornai sù in queste stanze, senza sentir altro, e non sentii altre parole, che quelle, che hò dette di sopra, che disse detta donna solamente.* Idemque paulò post clariùs repetit, ibi: *Non conobbi altra persona, che detta A. e non parlorno altre persone in quel fatto se non ch'essa sola che disse le sudette parole, e quando la suddetta A. disse le sudette enunciate parole, non vidi, che indicasse persona alcuna, mà subito nel sentir dette parole feci forza di serrare la porta e poi subito correndo me ne risalii in quelle stanze, senz'osservare, altro, ne sentire, che parlassero altri.*

Quanta autem fides danda sit hujusmodi Parochi seriæ depositioni, & juratæ attestationi nemo ignorat, ea ratione, quia testatur de re, ad suum officium spectante, & 3 propterea *Parocho licèt singulari solet in hac materia plena fides adhiberi*, *Rot. dec. 761. num. 13. cor. Cerr.* & concordant adducti *in mea Dissert. de Matr. nullit. §. 11. num. 6.* quibus addo eandem *Rot. in Rom. Matr. 0. Maii 1641. §. Datur cor. Pirov. & in alia Rom. Mat. 19. Jan. 1684. § 1. cor. Ursin. & in Perusin. Matr. 28. Mart. 1689. §. In præsenti, cor. Card. Caccia*, ibi: *Clarè constat ex fide Parochi, in qua totum residet causæ momentum.*

Et meritò, quia Sac. Conc. Trid. voluit adhiberi Parochum, utì testem authorizabilem, per quem, tanquam 4 certum, & notum Ministrum, omnibusque expositum, maximè innotescere posset Matrimonii contractus, ut advertunt adducti in *Tract. de Matr. §. 11. per. to.* quibus addo *Rot. in Neapol. Matr. 11. April. 1681. §. Nec refert cor. Alberg.* ubi, quòd Parochus adhibetur in matrimoniis, ad hoc, ut consen- 5 sus Contrahentium innotescat Ecclesiæ.

Non attento, si dicatur, omnia hæc limitari in nostro casu, ex quo Parochus tractet de se excusando, dequè evitandis pœnis assistentium clandestinis matrimoniis; Tùm quia juxtà terminos *Textus in cap. Cùm inibitio de Cland. des-* 6 *ponsf.* innovati *à Conc. Trid. sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 1.* hoc procedit in solo casu voluntariæ assistentiæ, qui non est noster, dùm omnes testes concordant, ipsum voluntariè matrimonio, de quo agitur, nullatenùs fuisse præsentem, sed ad primum sonitum vocis A. statìm aufugisse, portam claudendo: Tùm etiàm quia, cùm agatur de re, tangente Parochi officium, & cujus tenetur rationem reddere, nul- 7 la habita consideratione hujusmodi pretextus, omnis fides ei debetur, ut firmavit *Rot. dec. 630. num. 2. par. 3. rec.* ibi: *Recedere conetur ex eo, quòd Parochus non sit testis, omni exceptione major, cùm affectatè deposuerit in hac causa, & tractet de se exonerando, à pœnis Concilii, in quas incideret &c. Quę tamen DD. non placuerunt, cùm prædicta omnia respiciant necessitatem officii, cujus contemplatione factum proprium non cadit sub exceptione, quia de eo tenetur rationem reddere.*

Ex hac autem magna fide, quæ omni Jure debetur Parochis, communitèr receptum est inter Tractantes de Matrimonio, quòd ad illud probandum admittuntur mulieres, 8 pueri, infames, aliique inhabiles, & qui in aliis materiis non reciperentur, quandò concordant cum depositione Parochi, ea ratione, quam his verbis adducit *Rot. dec. 490. n. 13. par. 18. rec. Quia Parochi dictum, & authoritas supplent, & reintegrant aliorum testium personas, & depositiones, itaùt plenè probent*, Idemque latè probant adducti *in tom. 1. par. 2. discep. 2. num. 82.*

Tantùm verò abest, quòd Parochus in dicta sua jurata depositione convincatur mendax ex contrariis testibus, qui supponi debent attentissimi ad factum, ex quo erant conducti ad audiendum, nec non ex depositionibus A. quin potiùs 9 ex eisdem depositionibus Parochi dictum mirabiliter comprobetur.

Dicit siquidèm Parochus in suis juratis, & replicatis depositionibus, quòd F. coràm ipso nullum protulerit verbum, ex quo primo loco loquuta fuerit A. ipse autem immediatè post tergaverterit, & non audivit alterius verba, ibi: *Me ne risalii in quelle Stanze, senza osservar altro, ne sentire, che* 10 *parlassero altri.* Circa quod cum eadem Parochi jurata depositione concordant A. ibi: *Subito che il Parrocchiano aprì la porta io dissi: Padre Parrocchiano io piglio per legitimo Sposo* 11 *&c.* Nec non Carolus primus testis ibi: *Viddi agprire la porta, e subito sentii, che disse questo è mio Marito.*

Igitur ex confessione A. qua non potest major, nèque me- 12 lior dari probatio, vulgatis Juris apud *Rot. dec. 145. num. 6. cor. Ludovis. & dec. 7. num. 4. cor. Priol. & cor. Ansald. dec. 14. num. 7.* Nec non ex depositione dicti contrarii testis, qui, uti exadversò inductus, plenam contrà A. facit probationem, per ea, quæ in nostris terminis firmavit *Rot. in Colonien. Matr. 21. Junii 1706. §. Quod famulam, cor. Falcon.* remanet manifestum, Parochum nedùm verisimilia, sed vera 13 fuisse loquutum, quandò juratus asseruit, F. coràm ipso non fuisse loquutum, ex quo prima ad loquendum, fuerit A. quodque ipse statim terga vertit, portamque clausit.

Nec dicatur, quòd alii duo testes, nempè Dominicus, & Franciscus contrarium asserunt, nempè primo loco loquutum fuisse F. Illis enim uti ex diametro oppositis juratæ 14 depositioni A. nulla omninò præstanda est fides, ex regulari illa propositione, in omni materia à Doctorib. communitèr recepta, quòd in discordia confessionis Principalis, & testium depositionis, nulla habita ratione testium, standum sit dictæ

dictæ confessionis Principalis, ut generaliter notant communiter *Repetentes in cap. Per tuas de Probat. Cravet. conf.* 15 *61. num. 3. & Rot. cor. Burat. dec. 317. nu. 8.* ibi: *Ex confessione Joannis benè probata, quæ prævalet mille testibus, contrarium asserentibus*, & in nostris terminis *in Hispal. Separ. Thori 27. Febr. 1636. §. Sed quod, cor. Macchiavel.* ibi: *Quæ confessio, medio juramento facta, præferenda venit quibuscumque aliis probationibus, & in Colon. Illegitim. 6. Maii 1653. §. Quorum cor. Verosp.* ibi: *Testium depositio eliditur ex judiciali confessione Elisabettæ, coram Judice bis attestantis &c. quæ testibus quibuscumque præcellet, conjecturisquè contrariis, ex notatis. &c.* Ibiquè notabiliter conclusionem ampliat, ut eo magis procedat, quando, ut in nostris terminis ad unguem verificatur, non agitur de confessione extrajudiciali, sed geminatè facta ad Judicis interrogationem, 16 solidè firmans, quod in his circumstantiis plenam facit probationem, nullatenus debilitatam à quibuscumque testium depositionibus, ibi: *Dùm maximè geminata fuit, ac judicii calore emersit, congruam proindè probationis speciem &c. & in Favent. Matr. 7. Julii 1658. §. Non obstant cor. Card. Taya.* ibi: *Tùm etiam, quia non attenduntur contra confessionem utriusque Partis.*

Fortiùs, quia cum dicta Parochi jurata depositione, cum similis jurata, & seria confessione A. nec non cum alia jura- 17 ta depositione Caroli, unius ex contrariis testibus, concordant replicatum Constitutum F. asserentis non fuisse loquutum coram eodem Parocho, & adducentis congruam sui dicti rationem, quia scilicèt ex improviso Parochi recessu non habuit tempus loquendi ibi: *Io non ebbi tempo di dire quelle parole, che volevo per Moglie detta A.* & ibi: *Quella sera non parlai in conto alcuno avvanti il Paroco, perche non ebbi tempo di dire quelle parole, &c.* Constituto siquidem unius ex prætensis Contrahentibus, adminiculato à supradictis probationum generibus, deferendum est *ex adductis* in terminis per *Corn consil. 91. col. 3. vers. Item lib. 3. Rub. Alexan-* 18 *drin. cons. 73. nu. 18. inter Consil. matr. divers. & Sanch. de Matrim. lib. 2. disp. 42. nu. 12.* & firmatis per *Rot. in dec. 162. nu. 5. & dec. 305. nu. 9. par. 15. rec. & in Favent. Matr. 7. Julii 1658. §. Certiùs cor. Card Taya*, ibi: *Attenta jurata decla-* 19 *ratione Dominicæ &c. Hujusmodi enim declarationi in hac materia plurimum statur, & in Novarien Sponsal. 1. Julii 1693. §. Et omnia cor. Muto* ibi: *Cui judiciali Constituto &c. accedentibus tot probationum modis, multum est deferendum*, & repetendo eadem nu. verba *in Monasterien. Matr. 27. Julii 1696. §. Justificat a cor. Card. Caprar.*

Et limitando regulam *Text. in cap. Super eo, de Eo,* 20 *qui cogn. Consang. Uxor. suæ, Io Jacob. de Canib. conf. 19. nu. 5. & 6. inter Consil. matr. divers. & Rot. in Bonon. Matr 15. Junii 1676. in fine cor. Vicecom.* ibi: *Et ipsamet fatetur in sua jurata depositione, quam Iudex de Partibus ex officio exegit, cujùs quidem declarationis, quamvis pro dissolutione matrimonii regulariter non sit habenda ratio, tamquàm alterius ex Contrahentibus per Text &c Nihilominus cùm aliundè appareat ex rationabilibus, & fide dignis proba-* 21 *tionibus &c. hujusmodi confessio non repellitur, ut limitando subdit idem Text.*

Quæ nullatenus debilitatur, imò mirabiliter confirmatur à magnificata revocatione prioris examinis, à F. facta in actu visitationis Carcerum, & deinde in scriptis expressa. 22 Quia in hoc posteriori examine, & confessione neque per somnium dicit idem fuisse loquutum coram Parocho, sed usus fuit verbis, denotantibus voluntatem in futurum contrahendi matrimonium ibi: *Se uscivo dalle prigioni volevo sposarla, perche sempre hò avuta questa volontà.* Imò obligatus à Judice ad clariùs explicandam dictam suam voluntatem, rotundis verbis asseruit: *Io dico, che intendo, che le sudette parole, che sia mia, e pigliarla per moglie &c. perche io diedi parola &c. quando Domenica andassimo dal Parrocchia-* 23 *no &c. Io non ebbi tempo di dire quelle parole, che Io volevo per moglie d. A. come essa avea detto, perche il medemo Parrocchiano serrò la porta, e se ne fuggì nelle sue stanze.* Quæ omnia seriò pluries repetit in dicto posteriori examine.

In Jure autem hujusmodi seriæ, & replicatæ confessiones F. in illo actu, in quo se fundat A. omnino attendendæ sunt, neque scindi possunt, sed in totum acceptandæ sunt, 24 ex animadversis in nostris terminis per *Uvames consil. 258. num. 12. tom. 2. Ferret. cons. 74. numer 4. tom. 2. Gobat in Theol. experim. tract. 10. cas. 4. num. 183. vers. Nihilominus, & Rot. in Viennen. Sponsal. 12. Ian. 1705. §. Nec cor Kaunitz.* ibi: *Prædicta confessio non potest in præsenti scindi, & rejici, cum acceptatione solius partis favorabilis, sed in totum venit* 25 *admittẽda cũ conditionibus adjectis, ut generaliter firmant &c.*

Ex quibus, omnia prædicta sub oculis unitim habendo, prout in his terminis faciendum esse monent adducti *in decis. 262. nu. 23. cor. Emer. jun. & in Viennen. Matr. 25. Iunii 1703.* 26 *§. Et quamvis cor. Em. Scotto*, tali evidentia exclusa videtur Parochi præsentia, & intelligentia consensus Viri in matrimonio, de quo agitur, ut nihil magis addi possit ad illius defectum comprobandum.

Non attentis contrariorum testium depositionibus, asserentium, Parochum potuisse perfectè audire verba contra- 27 here volentium. Quia in conflictu Parochi, & testium potiùs credendum est Parocho; Tùm quia testatur de re, ad suum officium spectante: Tùm quia nullum omnino in hac Causa, vel à remotissimis, habet interesse: Tùm demum, quia ipse loquitur de proprio sensu, contrarii verò testes de sola possibilitate audiendi, ut de prima conclusione, præter 28 supra adductos *n. 3.* observant *Panimol. dec. 36. n. 23. Gratian. discep. 841. nu. 8. Rot. dec. 845. nu. 4. cor. Cerr. & dec. 869 n. 1. cor. Dunoz. jun. & in Plocen. Matr. 13. Martii 1690. § Nec obstare cor. Card. Caprara.* ibi: *Ut ex ipsiusmet attestatione, relata in Summario, cui standum est, cùm respiciat ea, quæ concernunt Parochi officium, & contractum matrimonii, ut in specie &c.* Et de secunda *Rot. dec. 374. à n. 1. p 3. rec. & in Luceor. Matr. 1700. §. Quatenus cor. Em Priol.* ibi: *Et quamvis nonnulli ex præd. testib. conentur deponere &c. adhuc tamen hæc depositio confunditur ex ipsa fide Parochi, nam quoties ille te-* 29 *statur &c.* Et de tertia *Gobat. in Theol. expert tract. 9. nu. 461.* ibi: *Præsumptionem tamen, quod reipsa perceperit percipienda, non esse tàm firmam, quin Iudex Ecclesiasticus possit, & debeat fidem habere tali Parocho, juranti, se non intellexisse.*

Absque ulla prorsùs difficultate, ex quo contrarii testes deponunt contra juratam confessionem A. sibi ipsis contradicunt, sunt mendaces, varii, & loquuntur inverisimilia, 30 in quibus circumstantiis illorum depositiones nullatenus sunt attendendæ.

Deponunt contra juratam confessionem A. quia, ut vidimus supra à *nu. 11.* A. fatetur, se fuisse primo loco coram Parocho loquutam, contrarii verò testes asserunt, primo loco loquutum fuisse F quæ discrepantia non est parvi momen- 31 ti, & ex illa mirabiliter coadjuvatur Parochi dictum, quia si nedum ipsamet A. sed etiam Leonardus, & Carolus, data opera conducti ad audiendum, non audiverunt F. quem alii testes supponunt primo loco fuisse loquutum, quomodò poterat illum audire Parochus, ex improviso, aliàque fine vocatus, statimque discedens portam claudendo? T[illegible] spiritu supplicantes hanc circumstantiam præ oculis habere, quia ex illa intra evidentiæ fines poni videtur veritas illa de 32 qua Parochus deponit.

Sibi ipsis contradicunt; A. enim dicit, vocatum fuisse Parochum eo prætextu, *perche ci era una donna, che li era ve-* 33 *nuto un accidente*: Cum qua concordat Clara ejus mater ibi: *Che ci era una donna, che gli era venuto male*: Dominica asserit, vocatum fuisse eo prætextu, *che c'era un' ammalato* (& sic vir, non mulier) *che si voleva confessare, e detto uomo li replicò, se dove stava questo ammalato.* Franciscus, *che ci* 34 *è un ferito* (sicque neque mulier, neque ægrotus, sed vulneratus) *quale hà bisogno di confessione &c. e domandatogli il Par-* 35 *rocchiano, se dove stava detto ferito li rispose &c.* Leonardus concordat cum A. *che in strada vi stava un'ammalato, che si voleva confessare*, & sic neque vulneratus, neque mulier: Carolus demum, ad omnem contradictionem evitandam cautè 36 loquendo, nullum adducit prætextum vocandi Parochum, *sed sentì bussare alla porta del Parrocchiano &c. si affacciò uno* 37 *&c. venne a basso perche si viddè aprire la porta &c.*

Quomodò igitur ista inter se cohæreant, EE. PP. judicent, non enim possunt stare simul, quòd ille, cujus prætextu vocatus fuit Parochus, esset vulneratus, & ægrotus, sin- 38 copemque passus, essetque ulteriùs mulier, & vir, nisi dicamus fuisse Androgynum, multisque malis, & infortuniis subjectum, vel nisi asseramus fuisse similem illi, de quo extat celebre Epitaphium Bononiæ, relatum *à Nicol. in Flosc. ver.* 39 *Epitaphium n. 1.* ibi: *Elia, Lelia, Crispis, nec vir, nec mulier, nec androgyna, nec puella, nec juvenis, nec anus, sed omnia.* Igitur contradictio testium in hac parte, & illorum oppositio confessioni A. palpantur manibus.

Sunt mendaces, quia Franciscus asserit, *che due, o trè volte nel Carnevale passato hà veduto entrare in Casa di detta Chiara il sudetto F. e saliva di sopra, mà che ci andasse à fare non lo* 40 *sà.* Quod est solemnissimum mendacium. Veritas enim in hac parte ea est, quòd idem F. tempore Baccanalium permansit semper in domo Correctionis, quod est adeò notum, notoriumque, ut fassum fuerit ab ipsamet A. *Process. fol. 16. & 17.* ibi: *Ad istanza del Padre lo fece mettere in S. Michele, dove*

dove stiede sino all'ultimo giorno di Carnevale &c. non vidde più detto F. sino alla Domenica sera 21. di Febr. Si igitur F. 41 permansit in dicta domo Correctionis usq; ad ultimam diem Baccanalium, illumque non vidit A. usque ad diem 21. Feb. qua fronte asserere potuit dictus affectatissimus testis, ipsum 42 propriis oculis *due, ò trè volte ha veduto entrare in casa*? Testibus autem mendacibus nulla fides danda est, juxtà id, quod legitur *Eccles.* 34. 4. *A mendace quid verum dicetur?* & notat *Innoc. in cap. Fraternitati num.* 1. *de Hæretic. Cassan. cons.* 44. *num.* 28. *Guazzin. ad Defens. Reor. defens* 28. *cap.* 13. *num.* 17. 43 *Rot. Aven. decis.* 33. *num.* 1. & 2. ubi refert illud Virgilii *Crimine ab uno disce omnes*, & *Bordon. in Man. S. Offic. sect.* 66, *num.* 5.

Sunt varii, & *loquuntur inverisimilia* ex latè animadversis in Summario, & quod magis est neque etiam concordant circa verba, quæ prætenduntur coram Parocho prolata; A. enim asserit fuisse sequentia *P. Parrocchiano Io piglio per* 44 *mio legitimo Sposo, e marito F. e detto F. subito disse ancor Lui, & Io piglio per mia legitima Sposa, e moglie A.* Clara Mater ejusdem A. *Sentii F. che disse questa è A. mia legittima Sposa, e Consorte, e poi subito sentii, che detta A. mia figlia disse, questo è F. lo voglio per mio legitimo Sposo, e Consorte.* Dominicus, unus ex contrariis testibus *F. fù il primo à parlare, e disse Io voglio A. per Sposa*, e non disse altro, *e subito* 45 *rispose d. A. Voglio per mio Sposo F.* Franciscus 2. testis *F. disse Sig. Parrocchiano voglio per Sposa A. & A. disse ancor Lei, Sig. Parrocchiano Io voglio il Sig. F. per mio legitimo Sposo.* Leonardus 3. testis, *sentii la voce di detta A, e di detto F. che uno di loro disse, questa è mia sposa, e l'altro replicò questo è mio marito* Carolus demùm 4. testis asserit *A. disse questo è mio marito, F. replicò, questa è mia moglie.*

Videtur igitur species paradoxi prætendere, ut seria, & 46 replicata confessio testis adeò qualificati, qualis est noster Parochus, nullum omninò, neque etiam è remotissimis, habens interesse circa validitatem, vel nullitatem matrimo- 47 nii de quo disputamus, debilitetur, vel, quod magis est, reputari debeat falsa, ex depositionibus contrariorum testium, tales, tantasque exceptiones patientium in personis, & in dicto, dùm uno ore receptum est in hac materia, quòd similis farinæ testibus, præscindendo etiam à contraria depositione Parochorum, nulla omninò sit adhibenda fides ex generaliter animadversis per *Rot. in dec.* 351. *num.* 4. *cor.* 48 *Cels.* & in nostris terminis *Alex. cons.* 543 *n.* 2. & *cons.* 253. *num.* 3. & 6. *lib.* 2. *Camerar. in cons. Matrim* impresso *post cons. Matr. n.* 3. & 30 *Cephal. cons.* 540, *n* 59. *Brunell. inter. cons. Matr. divers. cons.* 70. *n.* 27. & *cons.* 74. *n.* 2. & 3. *Gig. cons.* 46. *num* 19. & *Rot. in Rom. Matr.* 24. *Febr.* 1668. §. *Duo. verò*, & §. *Sub hoc cor. Card. Carpineo*, & *in Colonien. Matr.* 21. *Junii* 1709. §. *Etiamsi cor. Falconerio.*

Nec dicatur, quòd hujusmodi testium varietas non con- 49 cernat substantialia matrimonii, dum omnes concordant circa substantiam consensus. Quia non videtur accidentalis varietas illa, qua aliqui testes specificant propria nomina, & cognomina F. & A. alii verò illa nullo modo specificant, ut consideranti manifestum est. Prout etiam dum Dominicus, primus ex contrariis testibus, asserit F. non dixisse, nisi verba ab ipso prolata, *e non disse altro*, videtur in substantia ex directo contrarius aliis, qui addunt multa alia verba, ut de se patet.

In omnem verò casum ex hujusmodi variatione, etiàm in rebus parvi momenti, magnum desumitur argumentum ad veritatem eruendam, juxta nobilem animadversionem 50 *P. Tellier ne la defense de noveaux Chrestiens par.* 1. *in admon t. ad Lector fol.* 48. ibi: *Un mott, un date, une circonstance la plus legere, fait quelques fois decouvrir les plus grandes, e les plus dangereuses fourberies, & alors les moindres dè ces remarques devennient considerables par l'importance de la conclusion, que l'on en tire.*

Et ex his nullum fieri valet fundamentum in *dec.* 893. *num.* 51 6. *cor. Buratt.* & *dec.* 114. *num* 14. *par.* 7. *rec.* & *dec.* 40 *num.* 9. *par* 16. & *in Calarit. Matri.* 26. *Junii* 1671. §. *Accedit. cor. Albergat.* ad probandum, quod in discordia Parochi, & testium procedendum sit cum regula, quod testes numero plures præferantur test bus in minori numero, & sic quod semper Parochi depositio postponenda sit depositioni contrariorum testium.

Conclusio enim in suis terminis vera forsàn est quandò Parochus evidentissimè convincitur mendax à concordi depositione testium, nullam patientium exceptionem, quinon sunt nostri, dùm ex una parte contrarii testes sunt mendaces, opponuntur replicatis depositionibus A. suntque ad invi- 52 cem contrarii, in quibus circumstantiis nullam merentur fidem ex allegatis supra; Ex alia verò, Parochi dictum, & depositio, nedùm est nimis verisimilis, nimisque probabilis ex ipsamet facti serie, sed ulteriùs ad hominem comprobatur ex ipsismet contraris testibus.

Fortiùs quia in casu dictarum decisionum, sigillatim recognitarum, Parochi depositio non concernebat dubium ipsius præsentiæ, seù intelligentiæ consensus Contrahen- 53 tium, in quo consistit ejus officium, & cujus respectu ipsius depositio plenam facit probationem. Sed respiciebat longè diversa, & nil commune habentia cum ejus præsentia, quæ in casibus omnium dd. decisionum nullatenùs impugnabatur.

Patet hoc singulas percurrendo, dùm *in dec.* 893. *in princ. cor. Burat.* admittitur pro indubitata, nedùm præsentia, & positiva, scientia, nec non perfecta intelligentia consensus Contrahentium, sed ulteriùs seria interrogatio 54 Parochi, cum Sponsorum conjunctione, juxta illa clara verba: *Vnus (nempè testis) deponit, Nicolaum dixisse, & declarasse verbis Germanicis, se accipere in suam veram Vxorem eandem Actricem, idest Veronicam, & ipsa in Virum, & Maritum ipsum Reum, tuncque ipse Parochus easdem Partes matrimonialitèr conjunxit &c.* & *n.* 4. ibi: *Necnon ex interventu Presbyteri in ipso actu, celebratione in Ecclesia, traditione anuli in eodem actu, & subsequuta statim deosculatione &c.* Dubium autem in eo residebat, quod Parochus assere- 55 bat, *eos conjunxisse in matrimonium, non de præsenti, sed de futuro*, ut dicitur *in eadem decis. num.* 5. & 6. In hac autem parte benè dicitur in dicta decisione, quod verba Partium, quæ erant pro matrimonio de præsenti, præferenda erant intentioni Parochi, & meritò, quià Parochus solam Præsentiam præstare debet matrimoniis; Itaut si ipse dicat, velle in futurum conjungere Sponsos, non autèm de præsenti, 56 adhuc matrimonium sit validum, ut prosequitur eadem decisio, optimam his verbis assignando rationem *num.* 6. quia scilicèt *Parochùs debet præstare solam præsentiam, & interrogare Partes, an velint matrimonio jungi, prout hìc factum fuit, non autem ad eum pertinet declarare, an eos despondeat in præsenti, vel in futuro;* Quod à fortiori comprobatur ex communitèr recepta conclusione quod validum est matrimonium, quandò istud contrahitur coram Parocho præsente, & intelligente, etiamsi ille se declaret nolle illud approbare, neque suam præsentiam eidem præstare, ut præter infra adducendos, resolvit hæc *S. C. in Turritana* 19. *Decembr.* 57 1648. *Lib.* 18. *Decr. fol.* 563. & *in Comen. Matr.* 2. *Junii* 1674. *Lib.* 28. *Decr. fol.* 312. & *in Ruremunden. Matrim.* 23. *Augusti* 1681. *Lib.* 31. *Decret. fol.* 461. Quantò igitur magis erit validum, quandò eidem matrimonio voluntariè assistit, estque præsens, & omnia probè intelligens, sed cum impropria declaratione, quòd conjungit Sponsos de futuro, ut de se patet.

In *decis.* 124. *par.* 7. *rec.* duplici motivo admissa fuit validitas matrimonii, & quià præcesserant, verba, apta ad 58 illud contrahendum, ut videre est à *num.* 5. *usque ad n.* 12. & quia in omnem casum negari non poterant signa, *ex quo Conjuges sibi manus dederant, antequam Parochus recederet* ut ex *n.* 13. *usque ad n.* 18. Parochi autem depositio concordabat cum depositione testium circa verba, à Contrahentibus prolata, & proindè eo ipso, quod Rota illa habuit pro sufficientibus ad validitatem matrimonii, nulla in hac parte remanebat difficultas; Discordabat verò circà signa, quæ proptèr fugam Parochus videre non potuit. Quamvis autèm *Rot.* 59 *in d dec.* 124. *n.* 14. *par.* 7. videatur firmare, Parochi depositionem suppleri posse à depositione testium, ex quo *ipse non negabat simplicitèr se ea vidisse, & audivisse, sed quod nihil sciebat, prætèr ea, quæ dixerat super dictis verbis*, ut recognosci potest *sub. d. n.* 14. Nihilominùs, reproposita eadem Causa *in dec.* 122. *par.* 8. *rec.* omisso primo motivo verborum, quæ in rei veritate non videntur apta ad importandum matrimonium de præsenti, Rota Remissoriam concessit ad probandum, quod eadem signa non potuerint esse nota Pa- 60 rocho, ut videre est *num.* 2. ibi: *Vndè consensus eorundem Conjugum dicebatur colligi, præcipuè ex signis, quæ facilè potuerunt non esse nota, aut adverti à Parocho &c. eo quia ille tunc jam cœperat descendere ex scala cubiculi, in quo facta fuerunt, necessarium erat inquirere super veritate hujus facti, & aperire viam illius probationi, quæ respiciebat consensum eorundem Conjugum.* Et proptereà tantùm abest, quod in hac parte Parochi depositio postposita fuerit depositioni testium, quin potiùs, nulla habita ratione conciliationis inter utriusque depositiones, datæ *in d. dec.* 124. *sub n.* 14. *par.* 7. *rec. in d dec.* 122. *par.* 8. concessa fuit Remissoria ad 61 comprobandam verisimilem depositionem ejusdem Parochi,

chi, & consequenter falsitatem depositionis testium, neque posteà ampliùs de eadem Causa in Rota actum fuit.

*In dec.*40.*par.*16. *rec.* deposuerant testes, Contrahentes dixisse, *P. Parrocchiano Io voglio il Sig. Paolo Rubimarca per mio marito*: Nec non *P. Parrocchiano Io voglio la Sig. Anna Savia per moglie*, ut videre est ibidem in principio. Parochus verò asserebat, sponsam dixisse: *Non voglio altro sposo, che il Sig. Paolo*, Sponsum autem, *e quando questo sia, non voglio altro, che V.S.* ut videre est *sub num.* 2. *& nu.*6. & latiùs *in antecedenti dec. diei* 24. *Febr.* 1668. §. *Super vacaneum cor. Card. Carpineo*, ubi quòd cum hoc dicto Parochi concordabant duæ Moniales, ibi: *Perche Io poi non voglio altro Sposo, o altro marito, che il Sig. Paolo quì il quale rispose; E quando questo sia, Io non voglio altro, che V.S. juxta depositionem duarum Monialium &c.* & in aliis antecedent. *dec. cor. Cerr.* nempe *dec.*761.*num.*9. *& dec.*822. *in princ.* Sicque discordantia aderat solùm circa modum consentiendi per verba affirmativa, vel negativa; Cumque *Rota*, tàm in *d.*1. *dec.* §. *Supervacaneum*, quàm in 2. *quæ est la* 40. *sub nu.*3. *p.*16. *rec.* solidè firmaverit, æquè benè ex verbis affirmativis, ac negativis matrimonia validè contrahi, ex quo præscripta non est certa forma contrahendi matrimonia *Rot. in Pampilonen. Matrim.* 23. *Junii* 1702. §. *Cum enim cor. Lancet.* remanebat manifestum, quod Parochi, & testium depositio in ordine ad contractum matrimonii nullam importabant contradictionem.

In tantùm verò *in d. dec.*40.*n.*9. Rota asseruit, potiùs deferendum esse testibus, uniformiter deponentibus de libero consensu Sponsæ per verba affirmativa circa quem, licèt per verba negativa, concordabat etiam Parochus, quia iste variaverat circa additionem illorum verborum: *Perche poi non voglio altro Sposo*, dum de illis mentionem fecerat in 1. non autem in 2. depositione; Solidè proinde firmando *num.* 10. & 11. quòd per d. variationem idem Parochus non merebatur fidem, ibi: *Per istas variationes, & contrarietates definit esse testis integer &c. Itaut de eo dici possit &c. quòd visus fit tunc maximè confirmare hoc matrimonium, cùm voluit illud negare.* Quæ omnia, non solùm non verificantur in præsenti, sed potiùs docemus de opposito, dum variatio, & contrarietas, non respectu Parochi, sed respectu contrariorum testium palpantur manibus, ut vidimus supra. Itaut à contrario sensu ad literam testibus exadverso inductis applicetur dictum *Navar. cons.*11.*in fine despon.* quod scilicèt tunc maximè matrimonium hoc negarunt, quando confirmare, seu probare voluerunt.

In *Calarit.* demum *Matr.*26.*Jun.*1671. *cor. Alberg.* nulla omnino aderat difficultas circa consensum, coram Parocho, & testibus, à contrahentibus clarè expressum, ut dicitur *in* §.1. ibi: *Successit matrimonium coram Parocho, & testibus, sed duo erant objecta &c.* (ut prosequitur *eadem decisio* §.) *unum, quòd Contrahentes non effuderint verba de præsenti, ut omnino requiritur ad matrimonium &c. Alterum, quòd in repetitione testium, hinc indè examinatorum, fuerit omissa citatio ad videndum eos jurare* Omisso 2. quod tollebatur ex facto, ut dicitur *in* §. *fin. dec.* Respectu 1. respondit ibidem *Rota*, quòd concurrebant verba de præsenti, quia Archilæus Parochus coram testibus sequentibus verbis Contrahentium voluntatem exploravit *D. Maria Aurelia vis ne Doctorem Muro in maritum? & ipsa respondit, quod sic: Et posteà conversus ad virum itidem subjunxisse, & D. Vestra vult ne D. Mariam Aureliam in Uxorem, cui respondit, quod sic &c. quibus verbis nil clarius ad ostendendum perfectissimum consensum ad matrimonium &c.* Ita ut *idem Parochus*, ut dicitur *in* §. *Accedit, matrimonium hoc habuit pro indissolubile, & fortius ferro &c.* qui ulterius *in nomine Dei imploraverat Conjugibus fructum benedictionis.*

Hujus autem facti, seù matrimonii, taliter sequuti, recusavit Parochus, ut dicitur *in eadem dec.* attestationem subscribere metu pœnæ, inflictæ Parochis, clandestinis matrimoniis voluntariè assistentibus, quia reverà idem Parochus, attento quòd non præcesserant denunciationes, malè fecerat sponsos, ut supra interrogando, eisdemque benedictionem impartiendo ex adductis in *tom.*1. *par.*2. *discep.* 2. *num.*30.

Remanet proinde manifestum, nullam omninò connexionem habere cum articulo, in eadem decisione discusso, gratuitam illam additionem Extensoris ejusdem decisionis: *Neque ejus negativæ depositioni plus tribueretur, quàm cujusvis simplicis testis, qui proinde ab aliis numero pluribus destrueretur.* Et propterea nullum in eadem gratuita additione Extensoris fieri potest fundamentum, ut millies protestata fuit eadem *Rot.* & videre est *in dec.*4. *numer.* 12. *post* *Torr. de Pact. futur. succes. & dec.*289. *n.*8. *cor. Peuting & dec.* 830. *num.*23. *coram Dunoz. jun. & dec.*45 *num.*3.*par.*8. *& dec.* 218. *à numer.*25. *par.*19. *rec.* Cumque eadem *decisio Calarit.* nonnisi dictas *dec. Burat. & par.*7. *& par.*16. *rec.* citet, & sequatur, ad illarum terminos intelligenda est ex firmatis *in dec.*549. *n.*10. *p.*19. *rec. & dec.*606. *n.*29. & concordant adducti *in Vot.*6. *nu.*59. *post dec. Rembol. & in Florent. Pension.* 12. *Jan.*1699. §. *Minusque cor Olmo.*

Cùm quo sensu dictarum decisionum eo certiùs videtur procedendum, quo aliàs admissa contraria prætensione, quod scilicèt, testes matrimoniales, utì num. plures, indefinite præferendi sint Parocho, sequeretur intolerabile illud inconveniens, quod testes, patientes exceptiones, quales sunt pueri, mulieres, & similes qui validè matrimoniis assistunt, & in aliis materiis non admittuntur, præferendi essent testi Ecclesiæ, qualificato, magnæque authoritatis, qualis est Parochus, Quo nihil absurdius dici, nilque intolerabilius potest excogitari.

Sed quando omnia ista cessarent, semper verum esset, quod asserente Parocho, & cum juramento suam assertionem comprobante, quod non fuerit præsens contractui matrimonii, eo ipso quod non convincitur mendax ex concordi depositione testium, nullam patientium exceptionem, itaut in rei veritate Judex manibus palpet ipsius mendacium, in necessariam consequentiam duo alia inconvenientia sequerentur.

I. quod, matrimonium contractum esset eo non præsente; *Illi autem qui aliter, quàm præsente Parocho matrimonium contrahere attentant, omnino inhabiles ad contrahendum redduntur* per hæc præcisa verba à *Sac Conc. Tid sess.* 24. *de Reform. matr. cap.*1. Posita verò hujusmodi inhabilitate personarum contrahentium matrimonium, & sic non data materia apta hujus magni Sacramenti, vanum est discurrere de prælatione testium matrimonialium in concursu juratæ depositionis Parochi, ut notant adducti per *Pasqualig. de Consi in art. mort. qu. ultima sub num.*3. ibi: *Eo ipso, quod Ecclesia inhabilitat materiam ad matrimonium, non potest cum illa consistere, & ita esset accessus ad non suam*, & ibi: *Unde Ecclesia reddente materiam ineptam, lex Divina est, ut non consistat matrimonium, & Rot. dec.*308. *nu.*3. *&* 4. *cor. Dunoz sen.* ibi: *Eo autem ipso, quod Ecclesia inhabilitat materiam, idest personas aliter contrahentes, daretur accessus ad non suam contra præceptum Divinum.*

II. verò, quod tale matrimonium semper esset verè, & propriè clandestinum, ea ratione, quia matrimonii clandestinitas non tollitur à numero, & qualitate testium matrimonialium, *sed Parochi sola præsentia excludit clandestinitatem* sunt verba *Fagn. in cap Quod nobis num.*53. *de Clandest. de spons.* Ex quo omnes Theologi, & Canonistæ in eo conveniunt, quod clandestinum dicatur matrimonium illud, quod contractum fuit Parocho non percipiente consensum, contrahentium, quamvis de tali consensu testentur mille testes, contractumque fuerit, non de nocte, neque in angulo januæ Parochi, quale est illud, de quo disputamus, sed in publica Platea, & coram magno cœtu Virorum qualificatorum, magnoque num. personarum etiam in maxima dignitate constitutarum ut videre est apud adductos *in meo Tract. de Matr.* §.17. *per tot.*

Minùs dicatur, quòd ex ipsamet Parochi depositione clarè constet, defectum ipsius moralis præsentiæ, seù non intelligentiæ consensus volentium contrahere matrimonium, processisse ex ipsius facto, seù fuga, cum portæ clausura quo casu haberi debeat pro præsente, & intelligente eo ipso, quòd poterat, & noluit intelligere, fugam arripiendo, *juxta dec. in Rom. Matr.*4. *Febr.* 1697. §. *Demonstrato.*

Pro adæquata siquidem responsione sat esse videtur unica illa solida animadversio, quòd de mandato Innoc. XII. recognita atque examinata eadem decis ab hac S.C. die 6. Martii 1700 in qua raro exemplo, interfuerunt viginti, & unus EE. PP. materia funditus, recognita ead. *Rot Dec.* nullatenus approbata fuit, ut videre est in *Lib.*50 *Decr fol.* 185. & nota: *Monacell. in Form. tom.*2. *ti* 3 *formul* 5 *fol.*137. *n* 12. & 13. ibi: *Fuit jam à plena Congr. Concilii viginti unius Cardinalium in Romana Dubiorum Matrimonii sub die* 7. *Martii* 1700. *plenis votis reprobata.* Ita ut hodiè non cum *d. Rot. dec.* reprobata, sed cum Oraculo hujus S.C. procedendum sit, per ea, quæ notant adducti in *dec.*495 *n.*1. *cor. Emer jun.*

Quod agnoverunt ipsæmet Partes colligitantes in eadem Causa *Rom. Matr.* dùm illa terminata fuit per concordiam, ut notat *Bertacchin: Vot. dec.*100. *num.*15. his verbis: *Nihilominus dùm hæc Causa debebat repreponi, fuit terminata*

cum concordia inter Partes inita, dùm Puella, & Juvenis post acerrimam litem denuò comparuerunt coram Parocho, & ad tollendas omnes ambiguitates, denuo matrimonium contraxerunt: Et propterea etiam ex hoc capite terminationis dictæ causæ per concordiam eadem decisio attendi non debet, ut millies protestata fuit eadem *Rot. in Dec.* à me indicatis *in Inst. Crim. lib.2. ti.8. n.257.* & addo alias *in Firman. Jurisd.* 15. *Apr.* 1707. *§. In contrarium cor. Molines*, *& in Spolet. Sucess.* 29. *Jun.* 1706. *Nullasque coram Eodem*, *& in Roman. Pecun.* 3. 82 *Julii* 1707. *§. Quo attinet* pariter *cor. Eodem*. Et in terminis resolutionis, concernentis nullitatem matrimonii *in Neapolit. Matr.* 22. *Julii* 1705. *§. finali coram Em. Priolo*, ibi: *Novam audientiam Parti adversæ concessam fuisse, & resolutionem imperfectam remansisse &c. quibus attentis, non est supponenda, neque aliis contraponenda.*

Et nihilominus, rem à suis principiis exordiendo, non videtur tuta eadem opinio, quia eo ipso, quòd Parochus affectando non audire verba, vel non videre nutus volentium contrahere matrimonium, atquè revera illa non audit, atque istos non videt, non potest esse testis contracti matrimonii, & consequenter istud remanet innegabiliter nullum ex rotunda dispositione *S. Conc. Trid. sess.* 24 *de Refor. Matr. cap.* 1. ubi sub pœna insanabilis nullitatis disponi-83 tur, illud contrahendum esse coram Parocho, & testibus, *Coram Titio siquidem* (sunt verba punctualissimi *Textus in leg. Coram ff. de Verbor signif.*) *aliquid facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat. Scire autem, non etiam velle is debet, nam & invito eo rectè fit, quod jussum est*, quem sequuntur adduct. à *Rot. in dec.* 375. *num.* 7. *& seqq. p.* 11. *rec.* cum aliis citatis in *mea Dissert. de Matr. nullit.* §. 1. *n* 9. & in terminis Parochi, descendentis scalas statim ac audivit verba unius ex contrahere volentibus matrimo-84 nium, *Rot. dec.* 122. *nu.* 4. *& per tot. p.* 8. *rec.* quam sequitur *Adden. ad dec.* 431. *nu.* 30 *p.* 4. *to.* 2 *rec.* Et in terminis Parochi, fugientis à Janua Ecclesiæ postquam præsente Sponsa audivit consensum utriusque Sponsi, volentium coram ipso contrahere matrimonium, *Card. de Lug de Just. & jur. tom.* 2. *disp.* 22. *nu.* 23. ibi. *Præsente casu Parocho, & duobus testibus, & femina ex industria ibi expectante, advenit* 85 *Sponsus, ut clandestinè contraheret, qui in ipso ingressu à quodam tertio rogatus ad quid veniret in eum locum, respondit: Venio, ut videam Dominam &c. quæ mea Conjux est; Ipsa autem tunc subjunxit, & iste est meus Conjux, quo audito Parochus surrexit, & fugit, ne cogeretur matrimonio clandestino assistere; Dubitatum ergo fuit &c. Ego tamen in rigore existimavi, non esse verum matrimonium, quia licèt contrahentes postea, data mutuo manu, consensum expresserint, id tamen Parochus non vidit, nec audivit.*

Ex cujus literalis Textus verbis sublata remanet difficul-86 tas, quòd aliàs penderet à voluntate tertii, seù Parochi, matrimonii, & sic Sacramenti validitas: Ultrà quod enim id non videtur adeò exorbitans in voluntariorum Sacramentorum materia, dùm in Sacramentis necessitatis, qualia sunt baptismus, & pœnitentia, sine tali Parochi voluntate de fide est, quòd validè non conferantur, ut sancivit *Sac. Conc Trid. in sess.* 7. *de Sacram. in Gener. cap.* 11. 87 & definivit *Alex. VIII.* 8. *Decemb.* 1690. *proposit.* 28 Habemusque in hac parte casum, omni commiserationе dignum, quem refert *Amen. de Delict. lib.* 8. *c.* 1. *verb. Abusus in Bapt. num.* 3.

Strictè respondemus, hoc nullatenus verificari, eo quia ad validitatem matrimonii non requiritur Parochi consensus, seu voluntas, sed solus intellectus, hoc est talis notitia contractus, quæ apta sit ad testificandum, suumque 88 qualificati testis munus adimplendum, quæ etiam ipso Parocho invito, & dissentiente, perfectè haberi potest, juxta dicta verba Textus, opportunè hic repetenda *Scire autem, non etiam velle is debet, nam, & invito eo, rectè, fit quod jussum est*, egregiè *Card Pallavicin nell' Istor. de Conc. lib.* 24 *cap.* 64. *nu.* 13. ibi: *Col ministero etiandio forzato dell' orecchie, e dell' occhi*: Indeque uno ore Canonistæ, & Theologi observant, validum esse matrimonium illud, 89 in quo Parochus invitus, & nolens præsens est, quando Contrahentium consensum percipit, ut videre est apud *Ledesm. de Matr qu.* 45. *ar.* 5. *dub.* 2. *vers. Et alia fol mihi* 202. *Amic. in Curs. Theolog. to.* 6. *disp.* 6. *sect.* 12. *n* 90. *Rossignol. in Prax. Theolog. legal. ti. de Matr to.* 10 *prænot.* 32. *sub num.* 5. *Card. de Laur. in* 4. *Sent. disp.* 22. *ar* 10. *nu.* 265. *& seq. Themund. dec. Lusitan* 4 *n.* 16. *& Rot. in dec.* 375. *n.* 8 *p.* 11. *rec & in Neapol. Matr.* 21. *April* 1708. *§ Nec refert. cor. Alberg.* cum aliis, de quibus supra *discep.* 10. *à n.* 135.

Quod ex eo ulterius ad hominem comprobatur, quia licèt S. Trid. Conc. nullam requisiverit in testibus matrimonialibus qualitatem, itaut permiserit adhiberi etiam mulie-90 res, pueros, infames, & similes testes, qui in aliis materiis non admitterentur, ex adductis supra, quibus addo *Rot. in Leodien. Matr.* 26. *Aprilis*. 1699. § 1. *cor. Em. Priol.* Indis-91 pensabiliter tamen voluit, ut in eisdem testibus concurreret illa qualitas, quòd possent actualiter testari de matrimonio, cor. ipsis contracto, ut observant adducti in *Tom.* 1. *p.* 2. *discep.* 2. *nu.* 45.

Et propterea si Concilium in illis testibus, in quibus nullam requisivit qualitatem, voluit pernecesse illam, ut possent testificari de matrimonio, quanto magis dicendum est, eandem qualitatem requisivisse in Parocho, à cujus qualita-92 tibus supposuit supplendos esse defectus aliorum testium, ut advertunt adduct. in *to.* 1. *p.* 2. *discep.* 2. *n.* 46.

Aliàs enim, quantumcumque qualificatus sit aliquis testis, nullum omnino suppletionis gradum addere potest aliis testibus, defectum aliquem patientibus, quia absque facti notitia, & plena advertentia, excellentia personæ, 93 illiusque qualitas, ad nihilum deservire potest ad testificandum, ut in terminis observat *Rot. dec.* 122. *nu.* 4. *p* 8. *rec.* Multoque minùs ad supplendos aliorum testium defectus ut patet consideranti.

Absque eo, quòd juvet reflexio, quod eo ipso, quòd Parochus affectat non audire verba matrimonii, istud ignorare non possit. Ex tali enim affectatione non nisi sola, & simplex voluntas contrahendi inferri potest: Ipse autem ad hoc, ut validum sit matrimonium, debet esse testis perfecti, & completi consensus, non autem voluntatis illud contra-94 hendi, prout huic objecto satisfaciendo in specie observat *Gobat in Theolog. exper. tract.* 6. *num.* 491. his verbis. *Testabitur siquidem ille scio, quod dixerint, velle sese jam jam contrahere &c. Utrùm autem re ipsa præfati sint, testari non valeo magis, quàm cæcus de colore re ipsa appicto, quem cæcus audierat esse mox appingendum*: Et concordant *Sanchez* (quem communem in matrimonii materia magistrum vocat 95 idem *Gobat in Theol. exper. tract.* 6. *sect.* 2 *n* 502. perfectumque hujus Sacramenti, illiusque secretorum indagatorem appellat *Fontanel. de Pact. nuptial. tom.* 2. *gloss.* 12. *num.* 12.) *de Matr lib.* 2. *disp.* 18. *sub num* 26. ibi: *Velle contrahere non est contrahere, du Hamel. in Theol. specul. & practic. tom.* 7. *de Matrim. lib.* 1. *disser.* 3. *cap.* 3. *num* 6 *fol* 651. ibi: *Est testis contracti matrimonii, Tancred. de Matrim lib.* 3. *disp.* 36. *n.* 6. 96 ibi: *Hic non potest esse testis, nisi de voluntate contrahendi &c. non de ipso contractu &c cùm ipse tantùm perceperit, eos voluisse contrahere, & Card. de Lug. de Iust & jur. tom.* 2. *disp.* 22. *n.* 22. *& seqq.* ubi de Parocho fugiente tempore, quo perfectè audiverat verba unius ex contrahere volentibus, quem sequitur *Tamburin. Oper. moral. lib.* 8. *de Matrim. tract.* 6. *cap.* 2. §. 3. *num.* 15. & *Marchant. in Trib. Sacram. post tom.* 3. *in resol. de Sacr. matr cas* 3. *fol. mihi* 31. *& seq.* ibi: *Non sufficit consensus, quem Maria prætenditur dedisse à principio conve-* 97 *niendo ad Ecclesiam, adeundo Sacerdotem &c. sed requirebatur consensus ultimatus, requisitus in actu formali &c. Et Ro in Colonien. Matr.* 12. *Iunii* 1709 *§. Et quando cor. Falcon.* ubi illam adducit convincentem rationem, quia *ad substantiam contractus requiritur consensus explicitus, itaut unus, & alter ex Contrahentibus mutuam intelligant voluntatem, & acceptent*.

Ex quibus, aliisque convincentissimis rationibus, ad evitandam prolixitatem hìc nullatenus repetitis & latissimè ex-98 pensis à duobus primi nominis Theologis, pro veritate ab hac S. C. requisitis *in dict. Romana super Dubiis Matrimoniorum, in eorum Responsis*, quæ sequitur *Monacell. in Formul. Tom.* 3. *fol.* 138. *à num.* 6. ità tenent innumeri illi Authores, improbo labore à me collecti, quos citavi *in Tom.* 1. *par.* 2. *discep.* 1. *à num.* 34.

Quod sæpissimè resolvit hæc S. C. quæ in tantum censuit, constare de validitate matrimoniorum, contractorum coram Parochis affectantibus, dissentientibus, contradi-99 centibus, & mediantibus similibus actibus procurantibus non audire, in quantum, istis non obstantibus, perfectissimè perceperunt consensum Contrahentium, juxta resolutiones, quas sequuntur allegati suprà *discep.* 19. *à num* 135.

Quibus Authoribus, seù illorum majori parti, non obstat qualitas Moralistarum, seù Theologorum, ut dicitur *in Roman. Matr.* 4. *Febr.* 1697. *§. Hinc cor Ursino*; Sumus enim in terminis matrimonii, quod tanquam unum ex 7. Eccle-100 siæ Sacramentis propriè cadit sub discussione Moralistarum, & Theologorum, testibus *Pont. in fin. Proem. de Matrim. & du Hamel* pariter *in Proem. disp. de Matrim. Tom.* 2.

inde-

indeque egregiè observat *Card. Pallavicin in Histor. Concil. lib.22. cap 4. num.5. in fine*: *Che nella materia de matrimonii il caminare con la sola scienza de Canoni, senza la Teologia, è apunto caminare con un sol piede, cioè zoppicando, e spesso cadendo*: Imò qualitas Moralistarum potiùs vim auget, & majorem tribuit authoritatem, si verum est id, quod propriam causam tuendo observat *Victor. in suis Relectionib. relect.7. de Matr. p.1. n.3. fol.216.* ibi: *Theologis non licet in suis disputationibus, sicut Juris Consultis, aliquid insolens, novum, & inauditum contra rationem, & authoritatem asserere.* 101

Minùs contraponi eisdem Authoribus possunt alii, sequentem resolutionem hujus S.C. *in Giennen.26. Julii* 1582. Illa enim loquitur de Parocho, affectante quidem non audire, neque intelligere, sed revera perfectè audiente, & intelligente consensum Contrahentium, juxta illa clara verba: *Reclamantes, & dicente Parocho, se neque ut Parochum, neque ut testem illi clandestino matrimonio posse, nec velle interesse*, quæ illius perfectam intelligentiam superlativè probant; prout illam declarando observant adducti in meo *Tract. de Matr. §.14. per tot.* ubi ostenditur verus sensus omnium aliarum hujus S. C. resolutionum. 102

Nulla demum vis fieri potest in favore matrimonii jam contracti, &, ut prætenditur, consumati, ad *Text. in cap. final. de Sent. & re judic.* Sumus enim in terminis matrimonii, attentati Parocho invito, denunciationibusque non præmissis spretisque notis Instructionibus Cong. SS. Inquis. in quibus terminis omnis capienda est interpretatio contra similia matrimonia *Card. Pallavic. nell' Istor. del Conc. lib. 22. cap.8. nu.20.* ubi, quòd hujusmodi matrimonia dicuntur contra charitatem, & contra honestatem, *Card de Lug. de Just. & Jur. tom 2. disp.22. sub num.23.* ibi: *Licèt causa matrimonii secundùm se favorabilis sit, sed tamen matrimonium clandestinum, quale erat illud sine denunciationibus præmissis, & Parocho invito præsente, non est favorabile, sed odiosum, nec in eo locum habent, quæ in favorem matrimonii sunt*; *Tamburin. Oper. Moral. lib.8. de Matrim. tract.6. cap.2. §.3. num.15.* ibi: *Quia in hoc Parochus fuit invitus, non præcessere denunciationes, undè matrimonium secundùm jura, fuit clandestinum, illi non est favendum &c. & consequenter non erit validum pronunciandum Card. de Luc. de Matrim. disc.162. nu.16.* & *Monacell. in Formul to 2. tit 16. formul.2. nu.28.* ibi: *Regula, quæ solet allegari, quòd in dubio standum sit pro matrimonio, non militat, quando fuit clandestinè contractum contra ordinationem Ecclesiæ, & formam, traditam à Concilio, tunc enim cùm habeat pro se notabilem suspicionem &c. Judex contra illud in dubio semper inclinare debet*, & melius *to.3. ti.1. form.5. à n.6* Et meritò: *Digni enim non sunt, ut Ecclesiæ benignitatem facilè experiantur, qui ejus salubria præcepta temerè contemnunt*, juxta præcisa verba illius Sacrosancti Concilii *in sess.24. de Refor. Matr. cap.5.* à quo plura Catholica Ecclesia consequuta est commoda, quàm ab omnibus aliis Generalibus Conciliis, simul unitis, experientia teste, & id observantibus Authoribus à me citatis *in Tom.1. p 2. discep.2. n.208.* quibus addo *Authorem Libelli*, Gallico idiomate compositi, cui titulus *Traittes des Legats impresso Coloniæ anno* 1669. *fol.*337. ibi: *Al avantage da quel on peut dire, qu' il à decidez plus des quæstions in matiere de Fois, que tous ceux, qu' ils out procedè, e qu' il ne cede à pas un*: In cujus Sacrosancti Concilii sequelam ità faciendum esse monent *Oliver. de Matr. nullit. par.1. fol.42. Januar. Resol. moral. p 1 resol.10. num.7. Sanctarel. Var resol. qu.54. nu.3. Coninch. de Sacr. to.2. disp.27. dub.9. nu 80. fol.774. & Rot. in Tolet. Matr.* impressa apud *del Bene de Juram dec.14. nu.2.* 103 104 105

Cum qua Conciliari Sanctione, communique Theologorum, & Canonistarum opinione, inexorabiliter processit hæc *S. C. in Taurinen. Matr. de qua supra discep* 14 quamvis ageretur de matrimonio, contracto coram Parocho, potiùs connivente, quàm invito, deque matrimonio consumato cum prolis susceptione. 106

Nulla demum vis fieri potest in prætensa defloratione A. Relinquendo enim veritati locum, dùm talis defloratio videtur nimis inverisimilis eo tempore, quo post attentatum matrimonium permansit semper associata ab ejus Matre, eique sanum illud dante consilium; *Che non si lasciasse toccare da detto F. fino à tanto, che non si vedea in che davano le cose di detto matrimonio, e detta mia figlia mi disse, che non si sarebbe fatta toccare*: Asserente ulteriùs *Tutto quel giorno stassimo tutti assieme con detta Donna à discorrere senza che mai si partissero da noi detti F. & A. e stassimo sempre assieme sino alla sera fino alle 4. ore.* 107

Strictè dicimus, quod talis actus in nulla habetur consideratione, quando deficit Parochi præsentia in matrimonii contractu juxta *dec.*308. *cor. Dunoz. jun* loquentem in durioribus terminis matrimonii, nedùm consumati, sed cum prolis susceptione, & concordant *Galeat. Malvatic. inter cons. Matrim. divers. cons.84. num.9. Gig. in Singul. de Matr.* impress *post cons. singul.52. & 57. Havemann. de Jur. Connub. tom.2. in append. ad cons.14. fol. mihi 970. Oliver. de Matr. nullit. p.1. fol.39. & 42. & Carol. Feuret de Abus. lib.2. c.2. n.4.* asserentes in nostris terminis sequentem copulam arguere stuprum, non autem matrimonium. 108

Pro quorum omnium facili admissione dignentur EE. PP. observare, quod hominum malitia in hac parte hodiè adeò excrevit, ut quotidie audiantur matrimonia, invitis Parochis contracta, ex quibus multa oriuntur incommoda, enunciata *in Epist. Card. Bellar.* scripta Archiepiscopo Mechliniensi 10. *Octobris* 1616. & per extensum registrata *à Pignatel consul* 146. *num.13. to.4.* Quæ inconvenientia latè improbant, remediumque exclamando implorant *Temund. dec. Lusit 4. in princip. & dec.5. per tot. & Raynald. to. 3. Obser. crim ad cap.22. supplet. nu.7. & 8.* ibi: *Hodiè pœnas exasperandas esse ob frequentiam horum matrimoniorum &c. Imò desiderarem in hoc legem Pontificiam, pœnam corporalem et iam Relegationis indicentem, quia excessus iste frequens est, nedum in Urbe, sed etiam alibi.* 109

Attentis igitur multis illis difficultatibus, quæ in hac parte inveniuntur ad occurrendum similibus inconvenientibus, indicatis in d Epistola Card. Berllarmini EE. PP. propè notis, examinatisque *die* 5 *Martii* 1712. occasionem hujusmet controversiæ, non videtur saltem claudenda via hæc dubietatis matrimoniorum, quando Parochi, affectando non audire, revera non audiunt consensum volentium clandestinè contrahere matrimonia; attento præcipuè, quod ad se opponendum similibus matrimoniis, eisque positivè resistendum, tenentur Parochi ex punctuali decreto Sacrosancti *Gener. Conc. Lateran. sub Innocentio III.* celebrati cum interventu 71. Archiepiscoporum 421. Episcoporum, & supra 700. aliorum inferiorum Prælatorum, ut videre est *in to.4. Concil. General fol. mihi* 226. relato *in cap. Cùm inhibitio de Clandest. despons.* innovatoque per *Sacrum Concil. Trid. in sess.24. de Reform. matr. cap.1.* & advertunt adducti *in Tom.1. par.2. discep.2. à num.25.* itaut ex ibidem animadversis si in hac parte Parochi deficiant, eisdemque clandestinis matrimoniis positivè non resistant, nedum mortaliter peccent, sed ipso facto incurrant pœnam suspensionis à Divinis. 110 111

Ex quibus communiter receptis conclusionibus uno ore inferunt Theologi, & Canonistæ, quod, deficientibus aliis mediis se opponendi similibus clandestinis matrimoniis, eisdemque positivè resistendi, benè faciant Parochi tentando fugam, obturando aures, vel claudendo oculos, ut latè probavi ubi supra *à nu.* 30. 112

Ita enim si non virtutis amore, neque formidine pœnæ, poterunt saltem retrahi volentes clandestinè contrahere matrimonia ab illo dubio, quod si Parochi, affectando non audire illorum verba, vel non videre eorum nutus, & revera illa non audiant, & istos non videant, matrimonium erit insanabiliter nullum; Fortiùs quia non agitur de remedio aliquo, à Jure exorbitante, sed Sacris Canonibus, Sacrosanctoque Concilio Tridentino conforme, ex supra animadversis. 113

In eadem Causa.

Solita ingenuitate, admittunt contrarii Defensores, quod noster Parochus non audiverit verba F. in ordine ad consensum matrimonio, de quo disputamus, quia revera talis veritas remanet innegabilis ex ipsismet testibus, exadverso adductis, ex seria, atque replicata A. ejusque matris depositione, aliisque latè animadversis supra; Prætendunt, tamen quod *quando Parochus* (sunt eorum verba) *potuit intelligere verba Contrahentium, & se voluntariè reposuit in statu, ut non intelligeret, tunc matrimonium censeatur validum.* 114

Hujusmodi autem assumptum videtur ex diametro oppositum *Sac. Conc. Trid. sess.24 de Reform. matr. c.1.* ubi ad matrimoniorum validitatem omnino, & præcisè demandata fuit Parochi præsentia. Eo igitur ipso, quod ex adverso ultrò admittitur, nostrum Parochum non audivisse verba, seu non fuisse præsentem matrimonio, istius nullitas palpatur manibus; Cumque in hac parte Concilium non distinguat, an Parochus præsens non sit, quia affectat, non esse præsentem, & an voluntariè se posuerit in statu, ut non intelligat, neque nos distinguere debemus, *vulgatis Juribus* apud 115

apud *Barbos. axiom* 136. *num.* 3. *Intrigliol. dec.* 15. *num.* 36.

Tantùm verò abest, quod hujusmodi opinio repugnet dispositioni juris, rationi, authoritati Doctorum, decisionibus Sac. Rotæ, & resolutionibus hujus S.C. ut dicitur in 116 contrariis Scripturis, quin potiùs ad hominem verificetur oppositum, & mirabiliter omnia ista retorqueantur contra A.

Est enim eadem communiter recepta opinio conformis dispositioni juris, quo attento *Jussus aliquid facere coràm Ti-* 117 *tio, non videtur præsente eò fecisse, nisi is intelligat*, juxtà verba *Textus in l. Coràm ff. de Verb. signific.* Et proinde si admittitur exadverso, Parochum non intellexisse consensum, seu non audivisse verba F. patet manifestè, secundùm juris dispositionem, ipsum non fuisse præsentem matrimonio, de quo disputamus.

Quibus non adversantur duo *Textus*, exadverso citati. 118 Non primus *in Can. Non omnis dist.* 37. In illo enim nihil aliud dicitur, nisi quòd (sunt verba *Textus*) *Non omnis, qui ignorat immunis est à pœna; Ille enim ignorans potest excusari à pœna, qui, quid disceret, non invenit.* Ex quo patet, Textum loqui de illis, qui nolunt intelligere, seù discere ea, quæ ad proprium statum pertinent, ut excusentur à peccatis, quod improbat ibidem antecedens Palea, his verbis: *Quod de eo intelligendum est, qui noluit intelligere, ut benè ageret*, & clariùs *Fagn. in cap. quæsitum num.* 6. *de Pœnit. & remiss.* ibi: *Dissoluta negligentia habetur pro conscientia &c. qualis est ignorantia Judæorum, qui nolunt intelligere, nè benè agant*. Isti autem non sunt termini nostri 119 casùs, sed imò ex diametro oppositi, quià parochus noluit intelligere, nè malè faceret, ex adductis in *Dissert. de Matrim.* §. 15. *per tot. & in Tom.* 1. *part.* 2. *discep.* 2. *num.* 25. & *seqq.*

Minùs adversatur secundus *text. in cap. Cùm inhibitio* §. *Si quis verò de Clandest. desponsf.* Loquitur enim ad disparatissimum effectum legitimitatis, vel illegitimitatis prolis, ex eo, quià contracta sint matrimonia in gradibus prohibitis, ignorantibus Parentibus consanguinitatis gradibus, 120 ex ignorantia crassa, & affectata, undè meritò dicitur in eodem textu *Filios de Parentum ignorantia nullum habituros subsidium*, quod nil commune habet cum præsentia, apta ad ferendum testimonium, ut de se patet.

Est conformis rationi, quià cùm Parochus nullam aliam faciat figuram in matrimoniis, præter illam testis excellentis, authoritativi, seù Ecclesiæ ex adductis *in Tract. de Matr.* §. 11 *per totum* videtur implicare contradictionem, quòd possit esse testis circà illam rem, quam non vidit, testari- 121 que de illo contractu, cui præsens non fuit, nè incidamus in illud absurdum, quod in terminis debilioribus testis, præsentis quidèm, sed dormientis, reprobat *D. August. in Psalm.* 63. *vers.* 7. his verbis: *Dormientes testes adhibes? Verè tu obdormisti.*

Non refragante contrario ratiocinio, quod aliàs penderet à voluntate Parochorum, impedire matrimonia; Diximus enim & constantissimè repetimus, quòd ad validitatem ma- 122 trimoniorum non debet concurrere voluntas Parochorum, sed solum ministerium oculorum, & aurium, etiam per vim adhibitum, ut utar phrasi *Card. Pallavic. in Histor. Conc. Trid. lib.* 22. *cap.* 8. *num* 17. Neque sunt rari illi casus, in quibus valida declarata fuerunt matrimonia, reluctantibus, & contradicentibus Parochis contracta, quandò contrahentium consensum etiam inviti perceperunt, enumerati à caterva Teologorum, & Canonistarum, quos sequutus fui in *Dissert. de Matrim* §. 16. *per tot.* & sup. *discept.* 10. *à n.* 135. Ex viva ratione, quia injuria Parochi, & contemptus 123 præcepti Ecclesiæ, non impediunt, quin idem Parochus testari possit de matrimonio, qui fuit finis Concilii.

Est conformis authoritati primi nominis Theologorum, & Canonistarum, improbo quidèm labore allegatis in *tom.* 1 *par.* 2. *discept.* 2. *à n.* 34. quibus addimus materiam ex professo pro veritate tractantes, *Epis. Lodigerium*, olim in sua Servitarum Religione Generalem, in ejus Responso, 124 de mandato hujus S. C. pro veritate edito *dub.* 3. *per. tot. fol. mihi* 12. quod his verbis terminat, *Hæc sunt, quæ jussu, ut scriberem &c. pro veritate resolvendis occurrere potuerunt*, & *P. Liberium à Jesu Carmelitam Excalceatum* in alio simili 125 Responso, pariter de mandato hujus S. C. pro veritate edito, cui titulus *Dissertatio Theol. de Matrim. Clandestin. à fol.* 39. *usque ad finem*, & *D. Josephum Volpium* pro veritate pariter Scribentem *in dub. Matrim. dub.* 4. *per tot fol. mihi* 10. Quod autem similes discursus, pro veritate editi, allegari possint, atque in judiciis attendi, observant *Fagnan. in cap. Cum venissent num.* 73. & *seqq. de Judic. & Rota in Avenion. Dotat.* 19 *Junii* 1684. §. *impotentia, cor. Albergato*, & *in Ariminen. Legitimæ* 13. *Martii* 1699. §. *Consilio cor. Molines* ubi de 126 discursu pro veritate edito à *Card. de Luc.* intèr ejus Opera, nullatenùs impresso, & *cor. Emer. jun. dec.* 1326. *num.* 13.

Quibus non merentur contra poni *Riccius in Prax. par.* 1. *resol.* 114. *num.* 3. *Natal. ab Alex. in Theol. dogmat. & moral. lib.* 2. *de Sacr. matr. art.* 2. *reg.* 10. *Pont. de Matrim. lib.* 5. *cap.* 21. *n.* 12. & *Ledesm tom.* 2. *tract.* 9. *de Sacr. matr. disp.* 7. *de Consens. Clandestin. quæst.* 40. Tùm quià loquuntur cum supposito, quòd Parochus affectaverit quidèm non audire, sed revera perceperit consensum Contrahentium, ut ex lectura, & accurata recognitione; Tùm etiam, quià in omnem ca- 127 sum, semper postponendi essent longè majori numero classicorum Doctorum, de quibus supra, loquentium de præciso casu Parochi, affectantis non audire, & revera non percipientis consensum Contrahentium, atque in hunc sensum explicantium, & interpretantium, resolutiones hujus S. C. per ea, quæ generaliter firmavit *Rot. in Melevit. Pa-* 128 *rochial.* 13. *Martii* 1684. §. *Frustrà cor. Rondin.* ubi, quòd nimis durum est non adhærere opinioni, comprobatæ innumeris Auctoribus, & *in Ferrarien. Canonic.* 3. *Apr.* 1699. *in princ. cor. Pio*, ubi, quòd Doctores numero plures, & magis convincenti rationi innixi, præferendi sunt, & in nostris terminis in d. *Romana Matr.* 4. *Febr.* 1697. §. *Licèt cor. Ursino*, ibi: *Eorum opinio parvi pendenda est in concursu tot insignium Canonistarum, de quibus suprà satis longum retexuimus Cathalogum.*

Est conformis decisionibus Sacræ Rotæ, allegatis supra *à num.* 54. intèr quas punctualissima est illa *Lunen.* in qua affe- 129 ctatio non audiendi consensum mulieris, cum effectiva non auditione, non poterat esse evidentior, dum Parochus expressè dixerat, *Non si fanno li matrimonii a questo modo, non voglio sentire*, & nihilominùs Rota respondit, matrimonium esse nullum, eo quià Parochus, affectando non audire, revera non audiverat consensum Contrahentium.

Cui non meretur contraponi *dec.* 625. *à num.* 15. *part.* 4. *tom.* 3. *rec.* quia in casu d. dec. neque per umbram verificaba- 130 tur non intelligentia Parochi, dùm quamvis invitus, apprehensus per vim à sponsis, & carcerati adinstar, detentus in cubiculo clauso perfectissimè eorundem consensum perceperat, ut ex *d. dec.* 625. *num.* 14. *versic. neque etiam*, & clariùs ex 1. *dec.* quæ est *la* 431. *ead. par.* 4. *tom* 2. *rec. in princ.* ibi: *Antonius Parochus associatus &c. accessit dictus Emanuel, ac etiam Margarita, & clauso cubiculo, tàm ipse, quàm Mar-* 131 *garita apprehenderunt d. Antonium &c. & reciprocè protulerunt verba, concludentia Matrimonium, nempè Margarita dixit. Emanuel ego accipio te in meum maritum, ipse verò dixit. Margarita ego te accipio in meam uxorem.* In quibus circumstantiis Parochi, per vim à sponsis apprehensi, & carcerati ad instar, detenti in cubiculo clauso, vanum est discurrere de non auditione, quamvis, plusquam affectasset non audire, ut consideranti patet, & in specie resolvit *hæc S. C. in Comment.* de qua supra *discept.* 10. *num.* 147.

Minùs contraponi potest *dec.* 5. *post Card. de Luc. ad Mater. matr.* rationibus latè expensis supra *num.* 78. & latiùs 132 *Bertacch. vot. dec.* 100. *à num.* 17. & *Monacell. in Formul. tom.* 3. *tit.* 5. *form.* 2. *à num.* 6. latissimè verò à *Lodigerio*, & *P. Liberio à Jesu* in dictis eorum *Responsis de mandato hujus Sac. Congregationis pro vero veritate editis*, de quibus supra *à num.* 124.

Est conformis hujus Sac. Congreg. resolutionibus citatis supra *num.* 99. quibus addimus aliam per extensum registratam 133 *in Tom.* 1. *par.* 2. *discep.* 31. *à num.* 62. quæ est in d. *Roman. super Dubiis Matrimoniorum* 7. *Martii* 1700.

Nec merebatur in contrarium allegari *resol. Gennien.* 26. *Julii* 1582. Ut enim observavimus supra *num.* 102. & latiùs *in Tract. de Matr.* §. 14. *à num.* 1. & unanimitèr advertunt dicti duo insignes Theologi *Lodigerius* & *Liberius à Jesu* in eorum Responsis pro veritate editis, in casu illius resolutionis intelligentia Parochi, quamvis affectantis non intelligere, non poterat esse evidentior, eo quià se declaraverat Pa- 134 rochus, *neque ut Parochum, neq; ut testem illi clandestino matrimonio posse, neque velle interesse*, ut illam declarando advertunt citati ubi supra, quorum præcisa verba registravimus *in d. Tract. de Matr.* §. 14. *per totum.*

Prout etiam eadem claritate negari non poterat intelligentia Parochi *in Patavina* 11 *Maii* 1669. *Lib.* 29. *Decret fol.* 227. eo quià quamvis vertisset terga, adhuc contrahentium consensum perceperat, quià ille non fuerat expressus signis itaut 135 vertendo terga videri non potuerint, sed claris illis verbis; *Vedete questa è mia moglie; E Sig. si ch'el Sig. Gambara deve esser mio marito*, quæ ab homine non surdo, neque aufugiente, sed

sed solùm vertente terga, perfectè audiri poterant, & audita de facto fuerunt, ut in terminis illam interpretando advertit *idem P. Liberius, ubi sup. fol.* 27. aliique ab eodem allegati; Eundemque sensum ultrò admittit *Clericatus*, qui illam per extensum registravit *in dec.* 35. *num.* 4. *ac* 5. *de Matrim.* dùm eandem resolutionem citat, & sequitur ad probandam validitatem matrimonii Parochi, non affectantis non audire, & revera non audientis, sed (sunt ejus verba) *Parochi inviti, reluctantis, aufugientis, & increpantis*, quæ omnia præfatam intelligentiam per necessarium antecedens præsupponunt.

136

Est demùm eadem opinio, nedùm conformis, sed innixa literali dispositioni Sac. Conc. Trid. in dict. sess. 24. *de Reform. Matr. cap.* 1. ubi, nulla adhibita distinctione absentiæ Parochi, sivè quia affectavit non audire, sivè quià alio modo in rei veritate consensum Contrahentium non percepit, per viam legis demandatur, nullum esse Matrimonium *alitèr, quàm præsente Parocho contractum*. Observando hìc, quod semper verum est, quod matrimonium *alitèr quàm præsente Parocho contrahitur*, quandò idem Parochus per affectationem præsens non est, seu consensum contrahentium non percipit, ut consideranti manifestum est.

137

Itaut quandò adducerentur exadverso contrariæ authoritates, quæ congruam interpretationem, supra adductam, non admitterent, semper in conflictu dictæ literalis, & cubitalis sanctionis Conc. Trid. in nulla consideratione habendæ essent, ut punctualiter notant *Leander. Oper. Moral. tom.* 2. *tit. de Sacram. quæst.* 16. *§. Sed clariùs, & Raynaud in Heteroclit. Pietat. tom* 16 *sect.* 1. *punct.* 14 *de Matr. Sacr. num* 12. *in fine fol. mihi* 178. *& Rot. in Colon. Jurisdict.* 17. *April.* 1679 *§. Nec suffragari, &* 29. *Martii* 1680. *§. Cùm enim cor. Alberg.*

138

Quod si insistatur in eo, quod F. coram Parocho fuerat loquutus juxtà animadversa per Scribentem in facto, qui in hac parte opponitur Scribentibus in Jure, itaut videatur fatalitas in hac causa, nedum discordia inter ipsos testes, atque inter istos, & A. sed etiam inter illius Defensores, licitum mihi sit in hac parte petere, F. coram Parocho loquutus ne fuit antè, vel post A.? Si dicatur, quod fuerit loquutus ante, hoc esset solemne testium mendacium, quia ipsamet A. contrarium constantissimè, & repetito juramento asserit, ipsam scilicèt, non autem F. primo loco fuisse loquutam, & cum eadem A. concordat Carolus, unus ex testibus, ad audiendum conductis: In concursu autem confessionis Principalis, & depositionis testium, inter se discordantium, nemo negat, præferendam esse Principalis confessionem, ut probavimus supra *num.* 14. Recurritque stringens illa reflexio, quod si A. quæ pars magna erat dicti attentati matrimonii, & F. ut supponitur, manibus junctum habebat, & dictus testis, ad audiendum conductus, fereque tangens eandem A. non audierunt eundem F. loquentem, quomodò illum poterat audire idem Parochus ex improviso, atque prorsus disparato prætextu vocatus? Seu, ut dicitur in contrariis Scripturis *oppressus ab inopinato occursu septem personarum post tertiam noctis horam?*

139

140

141

Si verò asseratur, F. fuisse loquutum post A. ad hominem comprobatur dictum Parochi, quod eum non audiverit, ex quo statim, audita voce A. fugam arripuit, & portam clausit, circà quod omnes contrarii testes concordant.

142

Ab his solidis reflexionibus pressi contrarii Defensores se restringunt ad duo. I. quòd F. potuit loqui, quando Parochus fugam arripuit, portamque clauserat, absque eo, quod Parochus illum audiverit, ibi: *Nec ex eo quod Parochus non audiverit, sequitur, quod F. loquutus non sit, cùm bene possint stare simul hæc duo, F. loquutum fuisse, & Parochum ejusdem verba non intellexisse, nec audivisse*; conciliando hoc modo testium dicta cum Parochi depositione. II. quòd in omnem casum Parochus vidit signa, & nutus F. ex quibus, unitis cum verbis A. validè contractum dicatur matrimonium *juxtà resol. hujus S. C. in Sarzanen.* 16. *Febr.* 1648. Sed neutrum subsistit.

143

Non I. quià admisso pro constanti, quod F. coram Parocho non fuerit loquutus, parùm refert, an post Parochi discessum, & Januæ clausuram, sit, vel non sit loquutus coram testibus, etiamsi isti essent centum mille, ut præter adductos supra *n.* 77. in specie observant *Zipp. in Jus Pontific. tit. de Sponf. & matrim. num.* 14. *Gonz. ad Reg.* 8 *Cancel. gloss.* 48. *num.* 30. *&* 31. *& Boss. de Matrim. cap.* 1. *num* 29. Matrimonia enim ad hoc ut valida sint, contrahi debent coram Parocho, & duobus saltem testibus, non autem, absente Parocho, coram longè majori numero qualificatissimorum testium, ex adductis supra *num.* 77.

144

Minùs relevat 2. quia Parochus nedùm evidenter excludit verba F. sed æquali evidentia excludit etiam signa, denotantia illius consensum, dùm constanter asserit: *Non conobbi altra persona, che detta A. e non parlorono altre persone in quel fatto &c. subito correndo me ne risalii in quelle Stanze, senz' osservar' altro, ne sentire, che parlassero altri.*

145

Sed quod magis est, de istis prætensis signis nec miserabile verbum faciunt contrarii testes: Illa enim, quæ expenduntur uti talia, nempe: *Esso prese per la mano detta A. e si posero tutti due assieme avanti detta porta &c. Aperta la porta, se gli erano fatti avanti ambedue*, non sunt signa consensus ad matrimonium, sed simplices ubicationes duarum personarum, volentium aliquem alloqui, seu videre, illumque propè januam expectare, ut de se patet; Quæ longè distant à signis, quæ in nostris terminis, nedùm debent esse proxima, & præcisa, sed indubitata *Angel. in Summ. verb. Matrimonium* 2. *num.* 12. *in fine*, ubi, quòd debent esse signa præcisa *Cephal. cons.* 540. *num.* 49. ubi, quòd debent continere veram certitudinem *Nicol. Rucher. inter cons. divers. de Matrim. consil* 34. *num.* 22. ubi, quòd debent esse evidentia, quod dicit etiam *Card. Paleotth. de Not. & Spur. cap* 5. *num.* 1. *& Graff. decis. aur. par.* 1. *lib.* 1. *cap* 12. *de Matrim. Sacram. num.* 11. *Tamburin Oper. moral. lib.* 8. *tit.* 4. *cap.* 3. *nu.* 6. ubi, quòd debent certè exprimere internum consensum, quod affirmat etiam *Car. de Luc. ad Conc. disc.* 26. *n.* 28. cum adduct. *in To.* 1. *p.* 2. *discep.* 32. *§.* 2. *per tot.*

146

147

Tantùm verò abest, quod hujusmodi naturæ & qualitatis fuerint signa, quæ gratis exadverso exagerantur, quin potiùs ea, neque etiam levissimorum indiciorum nomen mereantur, sivè habeatur respectus ad tempus noctis, quandò Parochus accessit *senza ne meno prendere il lume*; sivè ad momentaneam clausuram portæ, statim ac audivit A. loquentem; sivè demùm ad inopinatum casum, impedientem similes minutias considerare, quod ultrò admittitur, his verbis: *At Parochus motivo audiendæ confessionis ostium aperiens, videnſque sibi occurrere septem personas, credibile est, quod ille primo instanti oppressus remanserit, ac ideò virum, primò alloquentem, non audiverit.* Si enim territus, & oppressus ab inopinato accessu septem personarum post tertiam noctis horam, admittitur exadverso, quod non audiverit virum alloquentem, ut supponitur, non ne majori ratione dicendum est, neque etiam vidisse nutus? quando etiam isti essent evidentes, necessarii, certi, præcisi, & talis naturæ, quales ad nostrum effectum desiderantur ex modo animadversis.

148

Et in præcisis terminis nostri casus, quod nullum fieri valeat fundamentum ad probandum matrimonii contractum in manuum conjunctione, benè *Hopping. consil.* 7. *ante finem*, ibi: *Constat etiam, inter Doctores ex dexteræ datione non statim argui consensum expressum, tendentem ad fidem conjugalem, cùm ex multis aliis de causis subindè adhibeatur. Marchant. in Tribun Sacram. post tom.* 3. *in Casib. de Matrim. cas* 3. *per tot. &* meliùs *Rot. dec.* 179. *in princ. & num.* 1. *cor. Peuting.* ibi: *Ac statim ambo concorditer mutuò sibi manus porrexerunt &c. qui actus inter vulgares personas frequens, secundùm communem observantiam non præsefert matrimonii contractum.*

149

150

151

Ad hunc autem effectum omitti poterat resolutio hujus *in Balneoreg. Matr.* 24. *Jan.* 1711. *Lib.* 51. *Decr. fol.* 37. Illa enim potiùs retorquetur, quia quamvis nullum adesset dubium, quin Parochus audisset verba Contrahentium matrimonium, coram ipso prolata, eo tempore, quo missam dicebat, ut ex ejus Relatione ibi: *Mentre recitavo la Gloria &c. da un vomo, quale hò conosciuto alla voce &c. dirmi Sig Curato state per testimonio &c. & una Donna &c. hò inteso, che essa ancora hà detto Sig. Curato state per testimonio con altre parole &c.* Nihilominus, quia idem Parochus subdiderat *non mi sono curato di sentire, anzi hò sbravato, che si quietassero, ne mi sono curato vederli, non hò inteso altro, perchè dicevo la messa*, hæc S. C. solita maturitate in hac parte procedendo, respondit, *Renovari consensum ad cautelam cor. Parocho, & testibus ad formam Concilii.*

152

153

Si contrarii Scribentes experti fuissent amorem illum, qui à nemine vincitur, ut dicit *Textus in leg. final. Cod. de Curator furios.* sequutus à *Rot decis.* 133. *num.* 7. *par.* 18. *rec.* quivè residet in nescio quo, quod experiri quidem valet, sed verbis exprimi non potest, majori utique charitate, mitiorique calamo tractassent infelicem Patrem unici filii, vix pubertatem egressi, qui optimo fine procuravit, & procurat eundem à laqueo inæqualis matrimonii liberare. Cæterùm non est res nova, neque sacrilegii crimen involuit, in his terminis filiorum carcerationem procurare, ut, probat *Pignatel. consf.* 11 *per tot tom.* 4. & concordant *Caramuel. in Theolog. fundam lib.* 3. *de Matrim. fundam* 70. *num.* 3830. *Tranched consult.*

154

155

fol.33. per tot. & de Luc. ad Ventrigl. in Prax. tit. de Testib. in caus. matrim. annot.2. §. Accedit, quod Iudex, & antiquioribus exemplis omissis, vix elapsus est annus, quo in ipsissimis terminis, & individualissimis circumstantiis nostri casus id practicatum fuit in Urbe, neque etiam ad instantiam Patris, cum Sponso longè superioris qualitatis, optimo effectu, ut est notorium. Minusque pœnæ statutæ in Conc. Trid. *sess.24. de Reform. Matr. cap.9.* contra illos, qui: *quovis modo directè, vel indirectè subditos suos, vel quoscumque* 156 *alios cogunt quo minùs liberè matrimonia contrahant*: locum habent contra illos, ex justa causa qui impediunt matrimonium contrahere, quia ibidem non est sermo de prohibentibus, sed de cogentibus, ut per hæc præcisa verba, innumeris adductis concordant. frustra hìc transcribendis probat *Barbos. ad d. Conc. Trid. cit. sess.24. da Reform. Matr. cap.9. num.9.*

Quid responderit *Rot in dec.5. apud Card de Luc. ad Matèr. Matrim.* patet ex illius particula registrata *in Tom.1. par.2.* 157 *discep.2. à num 2.* Quid autem resolverit *hæc S. C.* quando de mandato Innoc. XII. eadem decisio submissa fuit judicio hujus Sacrosancti Senatus, ad quem privativè quoad quoscumque alios Judices, quacumque dignitate, & prærogativa præditos, spectat Sac. Concil. interpretari, ut 158 advertit *Cobell in Notit. Card. cap.15. congreg.6. fol. mihi 56. versic. Quam postea*, patet ex serie facti, unà cum resolutione impressa *in Tom.1. par. 2. discep.32. §.2. à num. 62.*

Resolutiones hujus S.C. axadversò exageratæ sunt illæmet, quæ citatæ fuerunt in *d. Roman. super dubiis Matrimoniorum anno* 1700. Cumque in dictis duobus Responsis toti- 159 dem primæ classis Theologorum ab hac S. C. pro veritate requisitorum, interpretatæ fuerint in eum sensum ut procedant, quando Parochus, affectando non audire verba Contrahentium revera illa non audit, *ut in Responso Episc. Lodigerii dub.3. n.56. & seqq.* & in alio *P. Liberii à Iesu fol. mihi 27. v. Objicitur secundo*, quorum Responsa, & interpretationes ab hac S. C. intervenientibus 21. ex EE. PP. appro- 160 bata fuerunt, non est, cur iterùm hodiè exagerentur, ac si essent authoritates, quæ non adhuc examinatæ fuissent, per ea, quæ in proximis terminis observat *Card. de Luc. de Fideic. disc.92. num.4.* & firmavit *Rot. dec.24. num.13. cor. Ansald.*

Bertacch. voc dec.100. & Monacell. in Formul. tom.3. fol. 137. non scripserunt tanquam Consulentes, & ad causæ opportunitatem, ut gratìs dicitur, sed tanquam Judices pro 161 mera veritate in *d. Causa Romana Matrimonii* eorum Vota propalarunt Card. Julio Spinulæ, & Petruccio, quorum erant Auditores, ut ex lectura; Ideoque magnifaciendæ sunt eorum punctuales authoritates: Ego autem in eadem Causa, priùs uti Advocatus scribens, & deinde de mandato hujus S. C. meum pariter Votum pro veritate proferens, nunquam somniavi aliquam, vel minimam, in hac parte authoritatem facere, meæ tenuitatis optimè conscius. Non 162 possum tamen negare, quod ea, quæ pro veritate, ut supra, scripsi, mihi non fuerint visa vera, minusque quod veritate non fulciantur, ut utar verbis magni J. C. *Paul. de Castro consil.434. in fine lib.2.* sequuti à *Card de Luc. disc.1. num.40. de Benef.* Et quatenus EE. PP. dignentur illa percurrere Informationis, seu Responsionis loco, poterunt ad praxim 163 reducere id, quod scriptum reliquit *Senec de Quat Virtut. tit. de Prudentia* his verbis: *Non te moveat dicentis authoritas, nec quis, sed quid dicat, attendito*, quod lepidè repetiit celebris *Poeta Epigram.37.* ibi:

Nec te dicentis moveat reverentia; sed quid
Dixerit attendas, qua ratione probet.

Ad effugiendum justum illum Sacror. Canonum rigorem adversùs clandestinè contrahentes matrimonia ex adductis supra *à nu.103.* respondetur exadverso, nostrum matrimo- 164 nium non posse dici tale, eo quia contractum fuit, non præmissis quidem denunciationibus, sed coram Parocho invito, & fugiente, postquàm omnia tentata fuerunt media ad illud ser. ser. contrahendum.

Responsio autem non tollit difficultatem, quia duplicem ad nostrum effectum distinguunt Theologi, & Canonistæ clandestinitatis speciem. I. verificatur, quando matrimonium contrahitur, Parocho totaliter absente, neque vocato, seu adhibito: II. verò, quando, denunciationi- 165 bus nullatenus præmissis, dolo, machinationibus, & malis artibus prætenditur induci idem Parochus ad audiendum, sed revera non audit consensum contrahentium, ex adductis per *Gonzal. in cap 1. sub n.11. de Despons. Impuber. Perez de Matrim. disp.39. sect.1. nu.3. Guttier. eod. tract. c.55. nu.1 Rossignol. in Prax. Theolog. legal. de Matrim. prænot.32. in princip. & nu.6. Castropal. Oper moral. tom.6. tit. de Spons. punct.13. §.3. nu.3. & Quintanadven. de Sacram. tract.3. sin-* 166 *gular.3. n.5.* Quamvis autem utraque species multum inter se differant, conveniunt tamen in eo, quod ambo dicantur odiosæ, & quoad fieri potest, restringendæ, itaut in dubio, tam in prima, quàm in secunda specie semper inclinandum sit pro matrimonii taliter attentati nullitate, ex supra *num.* 103. allegatis, & aliis, de quibus in *Tract. de Matrim. §.7. per totum.*

Et omissis antiquioribus, ità in specie inexorabiliter practicavit *hæc S. C. in Taurinen.* de qua supra *discep.14.* in qua toto spiritu imploranti mihi à pietate hujus S. C. guttam aliquam commiserationis favore nobilis Sponsi, qui non sine 167 magnis incommodis se contulerat, & in summis angustiis moram faciebat in Urbe, ex eisdem numero circumstantiis, quæ exagerantur hodiè, quia scilicèt agebatur de matrimonio, contracto quidem sine denunciationibus, sed postquam omnes adhibuerant diligentias Sponsi ad obtinendam licentiam ab Archiep. Taurinen. postquàm stipulatum fuerat dotale Instrumentum, omniaque præmissa erant ex iis, quæ dependebant à voluntate Contrahentium, cum illo addito, quod Sponsi in figura matrimonii per annum, & ultra permanserant, unà cum prolis susceptione, summa benignitate respondit Em. hujus S. C. vigilantissimus Præ- 168 fectus, quod ego convincebar ab iis, quæ scripseram in *meo Tract. de Matrim. §.7.* ubi dictas duas species clandestinitatis distinguo, & in utraque cum caterva Doctorum affirmo, inclinandum esse pro matrimonii nullitate, quibus addo *Lopez de Salzed. in Prax. Crim. Can. cap.73. de Clandest. nupt. fol.280. sub lit. A. Veg. in Summ. cap.25. de Matrim. cas. 36. in princip. & cas.40. in fine. Cocqu in princip. Theolog. Moral. & specul. cap.13 de Matr sect.9. in princ. Grattan. discep.28. num.16. & seqq. Volp. in Prax. for. Eccles. cap.8. n.7. Passer. de Elect. cap.13. num.50. vers. Ideo Matrimonium fol. 184. & Monacell. in Form. tom.2. fol.221. à num.47. & tom.3. fol.137. à num.6.*

Magnificatus, amplificatusque conjecturarum, & præsumptionum cumulus, desumptus ex antecedentibus, concomitantibus, & subsequentibus attentatum contrahendi 169 matrimonium, poni potest ad partes, quia post Conc. Trid. præcipuè quandò agitur de illorum fœdere, matrimonia non probantur signis, inductionibus, & argumentis, sive antecedentibus, sive comitantibus sive subsequentibus, sed ex illa viva, ut ita dicam, probatione, quæ resultat ex depositione Parochi, & duorum saltem Testium *Gargiar. cons.29. num.4.* ibi: *Nec sufficit per signa credere, contrahentes præstitisse consensum per verba &c. nec conjecturæ hodiè post Concilium prosunt.* Nec desunt casus, in quibus longè plures concurrebant, longeque erant fortiores conjecturæ, & nihi- 170 lominus judicatum fuerit pro nullitate matrimonii, ut signanter est casus ille, circa quem consultus fuit *Marchan. in Tribun. Sacr. post to.3. c.3. per tot. fol. mihi* 13. in quo, ultra conjecturas, in nostris terminis exageratas, concurrebat, illa, quòd Sponsi, non de nocte, & furtivè in angulo Januæ Parochi, sed de die *In Ecclesia convenerunt, Sponsusque advocavit Presbyterum, habentem potestatem, & duos testes coram* 171 *quibus accepit manum Mariæ his verbis Accipio Mariam in conjugem meam; Maria nihil omnino ad hoc respondit, sed nec manum retraxit &c.* & tamen matrimonium hoc judicatum fuit nullum, rationibus latè expensis ab eodem Authore ubi proximè.

Opportunè repetentes iterùm hìc ea, quæ diximus supra, quod incovenientia hodiè adeò creverunt, ut vix possint ul- 172 teriores fimbrias dilatare, dum nulla habita ratione etiam impedimentorum dirimentium, non sine bonorum omnium mœrore quotidiè audiantur manifesti contemptus decreti d. S. sancti Conc. Trid. & quidem etiam tempore, quo Paro- 173 chi incruentum Missæ Sacrificium celebrant, juxta casus, de quibus supra *n.153. & in discep.10. à n. 35.*

Itaut si hodiè ab hac S.C. resolvatur, validum esse præsens matrimonium, non attento quòd Parochus non audiverit consensum unius ex Contrahentibus, quod ultrò admittitur, & millies repetitur in contrariis Scripturis; Idque non alio 174 fine, quàm ut idem æquè doctus, ac timoratæ conscientiæ Parochus, probè notus in Urbe, punctualiter exequutioni demandaret disposita in Generali Concilio Lateranensi, registrato *in c. Cùm inhibitio de Clandest. despons.* utque reatum peccati mortalis effugeret, & suspensionis pœnam evitaret ex adductis supra. actum erit de illo decreto Sacrosancti Concilii Tridentini, quod unicè de novo factum fuit in dicto Generali Concilio, ut observat illius egregius *Defensor.* 175 *lib.22.*

lib.22.fere per tot. & signanter *cap.4. num.1.* ubi quòd in toto Concil. Tridentino non adest decretum, quòd istud superet, eo quia omnia alia sunt innovationes antiquorum Canonum ibi *: Il maggior decreto, che usciffe dal Concilio di Trento.*

Neque aliud superesset remedium ad impedienda in dies majora mala, eo quia non essemus in casu opinionis alicujus privati Doctoris, quę sperni posset, vel ab aliis Doctoribus, & Theologis insubsistens demonstrari, sed ageretur de suprema authoritate hujus S.C. quæ vim legis habet, & adversus quam recalcitrare non licet, ut præter generalia, de quib. in *Inst. Crimin. lib.1. ti.10. n.149. & seqq.* in nostris terminis advertit *Raynaud in Heteroclyt. Pietat. tom.16. sect.1. punct.14. de Matr. Sacram. nu.12. fol. mihi* 178. ibi *: Recalcitrare non licet, quod fas est adversus aliorum Doctorum intreprctationes.* 176

In eadem Causa.

Sive Parochus non audiverit F. loquentem, sive iste non fuerit coram eodem Parocho loquutus, semper remanet innegabilis matrimonii nullitas, quia ad illius validitatem omnino requiritur qualitas illa, ut Parochus possit testari de matrimonio, quod æquè benè impossibile est, sive Parochus non audiat contrahere volentem, quia iste non loquitur coram ipso, sive quia eundem loquentem non audivit, ut de se patet. 177

Observando hìc, quod causa d. non auditionis, quatenus probaretur loquutio, fuit ipsamet A. ut admittitur in contrariis Scripturis ibi. *Videns sibi occurrere septem personas, credibile est, quod ille primò instanti oppressus remanserit, ac ideo virum, primo alloquentem, non audiverit*, Et propterea eadem A. non debet reportare commodum ex hujusmodi oppressione Parochi, & injusta operatione, seu deceptione ejusdem Parochi, ut in terminis exclamant *Amic. in Curs. Theol. to.9. de Dissol Matr. sect.4. n.39.* ibi *: Dolus nemini debet patrocinari, & Oliver. de Nullit. Matr. p.3. fol.74.* ibi *: Fraudem nemini debere patrocinari &c. ne fructum suæ malitiæ consequatur.* 178

Procedendo proinde per modum falsæ hypothesis cum d. prætensione, *F. fuisse loquutum, & Parochum eum non intellexisse*, non potest dubitari de nullitate nostri matrimonii; Et ratio est evidens, quia consensus ille, quem exprimunt Contrahentes, vel absente Parocho, vel isto non intelligente, non potest esse notus Ecclesiæ, in quo consistit finis Concilii, & ad quem effectum præscripta fuit Parochi præsentia in matrimoniis. 179

Mendacium Caroli cum juramento asserentis, vidisse *due ò trè volte nel Carnevale passato entrare in Casa di detta Chiara il sudetto*, non potest esse magis rotundum, magisque evidens; Neque colorari valet eo prætextu, quod *nomine Baccanalium non venit solum ultimum spatium octo dierum*; Quid quid enim sit in aliis Italiæ Civitatibus, in Urbe non se extendit ad longius tempus, ut est notorium *: Sed* quod magis est, neque etiam potest excusari, adversus rei veritatem, & solitum Urbis, extendendo dictum nomen Baccanalium, quia F. à multò tempore antea, & circa initium mensis Januarii traductus fuit ad Domum Correctionis. 180 181

Nimis proinde durum, & æquè amarum videtur velle probare matrimonium cum testibus perjuris, & mendacibus, velleque illis omnem præstare fidem; Crescitque amaritudo prætendendo, ut in discordia ejusdem Parochi, & talis farinæ testium, istorum dictum præferendum sit depositioni Parochi. 182

Non benè autem prætenditur conciliari eadem Parochi depositio cum illo supposito, quòd non excludat loquutionem F. de qua deponunt testes, sed solùm asserat, ipsum non audivisse *: Contextus enim ejusdem depositionis talem prætextum penitus excludit, dum asserit non parlorno altre persone in quel fatto, che essa sola,* hoc est A. & ibi *: Non sentii altre parole, che quelle &c. che disse d. Donna solamente*; Quid clarius dici poterat à Parocho ad excludendam loquutionem F. Considerando dictione illas *sola, e solamente*, quæ omnem aliam personam loquentem excludit juxta *Text. in leg.1. ff. de Cond. furt.* ibi *: Soli Domino, & in leg.3. Cod. Si advers. rem judic* ibi *: Solus Princips* cum aliis apud *Rot. dec.820. nu.6. cor. Scraph. & dec.319. nu.5. cor. Cerro.* 183 184

Quatenus autem difficultas restringatur ad hanc circumstantiam, poterit iterùm interrogari idem Parochus, qui omnibus, & palam veritatem hanc testatur, & retestatur, illamque ingenuè fassus fuit ipsis contrariis Defensoribus. 185

Circa articulum, quod affectante Parocho non audire, & revera non audiente consensum Contrahentium, matrimonium adhuc dicatur validum, satis dictum supra. Non possumus tamen non repetere hic, quod non subsistit in facto, talem fuisse sensum hujus S.C. ab anno 1582. seu à tempore, quo emanavit *resolutio in Giennen.* quia in casu hujus resolutionis, & aliarum, quæ illam sequuntur, non revocabatur in dubium perfecta intelligentia Parochi, quamvis affectantis non intelligere (qui non sunt termini nostri casus) quod non dicimus divinando, sed ad hominem infertur ex serie facti, & contextu dictæ resolutionis in hunc sensum interpretatæ à primi nominis Theologis & Canonistis, in facto recognitis, & citatis supra à *n.133.* 186 187

Neque hujusmodi interpretatio qualificari potest pro violenta, ut gratis dicitur exadverso, ex quo ad hominem concordat cum literali dispositione Conc. Trid. in qua cum præscribatur Parochi præsentia, hæc debet esse moralis, & humano modo, non autem physica, & materialis, ut reprobando opinionem contrariam per viam legis determinavit *hæc S.C. in d. Roman. 7. Mart.* 1700. de qua sup. *nu.* 132. & 157. ubi talem opinionem ad oculum probavimus conformem dispositioni Juris, rationi, authoritati Doctorum, decisionum S. Rotæ, & resolutionum hujus Sac. Congreg. 188

Si igitur matrimonium contractum coram Parocho physicè præsente, est nullum, quanto magis erit tale, quando Parochus neque physicè, neque moraliter præsens est, ut contingit in præsenti, in quo mediante fuga, & accessu ad superiores mansiones, neutra ex dd. præsentiis verificatur, ut de se patet. 189

In hac autem parte ego libenter peterem à contrariis Defensoribus, an esset validum matrimonium illud, in quo non Parochus, sed unus ex testibus, affectando non audire, & revera per antecedentem discessum, vel contemporaneam fugam, non audiat consensum unius ex Contrahentibus, itaut matrimonium contrahatur coram Parocho, & uno tantùm teste, qui in hac parte contestes sint, tàm circa consensum coram ipsis propalatum, quàm circa affectationem, & fugam alterius testis. In hoc autem casu cohærenter ad disposita *in Conc. Trid. sess.24. de Refor. Matr. cap.1.* non potest responderi, nisi pro nullitate matrimonii, quia illud, ut supponimus, contractum esset cor. Parocho, & uno tantùm teste. Concilium autem sub pœna nullitatis mandat, esse contrahendum coram Parocho, & duobus saltem testibus, ut, me scribente, resolutum fuit in *Albanen. Matr.* anno 1713. à Congr. Card. Vicarii Urbis, quæ sententiam suum habuit effectum, quia Vir ab illa non appellavit, & mulier ingressa fuit Monasterium Monialium in Oppido Marenii, in quo paulo post obiit. Quarè autem hoc modo discurrendum non sit in affectatione alterius qualificati testis, qualis est Parochus, ego, fatendo ingenuè meam imbecillitatem, id non percipio, quia semper verum est, quod matrimonium diceretur contractum cor. duabus tantùm personis, quando Concilium indispensabiliter voluit, esse contrahendum coram tribus. 190 191

Nec adducatur pro disparitate, quòd Parochus ex officio unicè teneatur assistere matrimoniis, non sic autem testes, quorum respectu verificetur illud, *Uno avulso, non deficit alter*; Quia id verum est respectu matrimonii, quod ser. ser. contrahitur, non autem respectu matrimonii clandestini, & spretis Ecclesiæ solemnitatibus scandolosè attentati, rationibus adductis *in Tom.1. par. 1. discep.2. à num.25.* 192

Cum illo addito, seù considerabili differentia, quòd testes matrimoniales simpliciter non tenentur assistere dd. matrimoniis, & illorum factum non se extendit ad ultrà: Parochus verò non solùm non tenetur dd. clandestinis matrimoniis non assistere, sed ulterius obligatus est eisdem præcisè, & positivè resistere Quod non probamus inductionibus, & argumentis, sed adducendo rotundum, & literalem *Text. in c. Cum inhibitio de Clandest. despons.* ibi *: Si Parochialis Sacerdos tales conjunctiones prohibere contempserit, aut &c præsumpserit interesse &c. per triennium ab Officio suspendatur, gravius puniendus &c.* Ex quibus palpatur manibus, Parochum duas habere in hac parte obligationes, illi specialiter, & præcisè impositas in Generali Conc. Lateran. transcripto *in d. cap. Cùm inhibitio de Clandest. despons.* unam non interessendi clandestinis matrimoniis, ibi *: præsumpserit interesse*, aliam verò positivè resistendi ibi *: prohibere contempserit.* 193 194

Non igitur mirum, si capere non potuerunt insignes illi Theo-

Theologi, & Canonistæ, quos allegavimus supra à *n.*94 & *innumeri illi Judices gravissimique Patres satis maturi, & in judicando recti, qui millies, & millies ita judicarunt*, juxta præ- 195 cisa verba *Themud. dec. Lusit* 4. *n.* 16. & 19. propositionem istã, quod haberi debeat pro præsente Parochus affectans non videre mutus, & revera illos non videns, atque affectans non audire, & revera non audiens verba illorum Contrahentium, qui temerè, scandalosè, & spretis Ecclesiæ solemnitatibus, ad illum actum deveniunt, cui ipse interesse non potest, & quem positivè impedire, & prohibere tenetur.

Juvat propositionem hanc iterum repetere; *Adversus omnia jura, omnem congruentiam, omnemque discursum, prætenditur exadverso, ut debeat haberi pro intelligente Pa-* 196 *rochus, affectans non percipere, & revera non percipiens consensum Contrahentium, respectu illius actus, cui permissum non est ei assistere, & quem positivè impedire tenetur.* Itaut omni commendatione dignus videatur *doctissimi Sanchez* loquendi modus, qui *in Tract. Matrim. lib.* 3. *disp.* 39. *n.* 6. postquam sibi objecerat ea, quæ exadversò exagerantur, nimis modestè subjungit, *Fateor, difficilem esse horum verborum sensum, unum tamen scio, nullo modo valere matrimonium, quamvis Parochus affectatè, & consultò non attendat, nec* 197 *intelligat consensum* Quantam verò faciat authoritatem insignis ille Theologus, & optimus Canonista in matrimonii materia, nemo ignorat, cum illa meritò communis Magister ab omnibus reputetur, perfectusque illius indagator appellatur ab Authoribus, citatis supra *n.* 95.

Demum ad hoc ut EE. PP. manibus palpent, punctualem, & individualissimam esse authoritatem insignis Theo- 198 logi *Card. de Lugo*, inutiliter exadverso impugnatam in contrariis Scripturis, ubi registrata per extensum fuerunt illius verba *de Just. & Jur. to.* 2. *disp.* 22. *n.* 23. dignentur observare, quod in illius casu verificabantur hæc tria, affectatio nimirum non audiendi respectu Parochi, ibi: *Quo* 199 *audito* (nempè clara, & cubitali voluntate utriusque sponsi, volentis matrimonium contrahere) *Parochus surrexit, & fugit, nè cogeretur matrimonio clandestino assistere.* Effectiva non auditio, & non intelligentia consensus sponsorum ibi: *Licèt contrahentes posteà, data mutuo manu, consensum* 200 *expresserint, tamen Parochus non vidit.* Advertendo hìc, quod Parochus *id non vidit; quia videre noluit*, non quia erat cæcus, vel ad aliud intentus, eò quia statim surrexit, & fugit, qui est principalis, & præcipuus modus affectandi non videre, neque audire. Et demum opinio ejusdem Card. & insignis Theologi, quod in his circumstantiis matrimo- 201 nium sit nullum ibi: *Ego tamen in rigore existimavi, non esse verum matrimonium.* Ex quibus manifestum remanet in sensu, & secundum opinionem hujus insignis, & spectabilis Theologi, ut utar phrasi contrariorum Defensorum, affectante Parocho non audire, & revera non audiente consen- 202 sum volentium clandestinè coram ipso matrimonium contrahere, istud esse insanabiliter nullum. Circà quam communem opinionem concordant omnes illi æquè spectabiles ac insignes Theologi, & Canonistæ, quos citavimus supra *à nu* 98. Necnon innumeri illi Judices, gravissimique Pa- 203 tres; satis maturi, & in judicando recti, qui millies, & millies ita judicarunt ex allegatis supra *n.* 195.

Die 6. Augusti 1712. proposito sequenti dubio: *An* 204 *constet de validitate matrimonii* S. C. C. respondit; *Affirmativè.*

Diximus supra *nu.* 155. quod permissum est Parentibus se opponere effectuationi matrimonii Filiorum, quando isti nuptias indignas contrahere volunt, quodque in his 205 terminis Episcop. benignas debent præbere aures eorum petitionibus, modò addimus *Excobar. de Nobil. par.* 1. *qu.* 4 § 70 *num.* 64. *& Zaul ad Stat. Favent Rubr.* 2. *nu* 4. *tom.* 1. *Dicastill. de Sacram. Matrim. disp.* 4. *dub.* 19 *per. tot. Bonac. Oper. moral. ti. de Sacram. Matrim qu.* 4. *punct.* 17. *num.* 26. ubi, quòd in casu practico ita consuluit *Adam. Oppatov. de* 206 *Sacram. ti. de Matrim disp.* 2. *qu.* 18. *num.* 158. *del Bene de Immunit. par.* 1. *cap.* 8. *dub.* 19. *sect* 9. *à num.* 23. *Boss. de matrim. cap* 11. *nu.* 89. ubi, quòd illis casibus, in quibus filii peccant matrimonium inviitis Parentibus contrahendo, peccant etiam Episcopi denunciationes dispensando, ut facilius filii absque Parentum impedimento contrahere possint. 207 *Rebell. de Oblig. Just. par.* 2. *qu* 14. *sect.* 1. ibi: *Prælati non debent conjungere eos, quos constat in contrahendo injuriam aliis facere, atque adeò sine peccato matrimonium inire non possunt*, & ibi: *Si Prælati ejusmodi nuptias Parentibus injuriosas concilient, cooperabantur peccato contrahentium.* Et latissimè *Andreas Berton. de Neglig & Omission. par.* 2. *ar.* 34. *à num.* 18. *usque ad finem*, in cujus casu agebatur de matrim. quod contrahere volebat vir nobilis cum vilissima meretrice, cujus soror erat ejusdem farinæ, ejusque Pater, & Fratres fuerant furca suspensi.

Remanet autem videndum, an benè faciant Episc. nimis faciles se præbendo ad dispensandum super denunciationi- 208 bus matrimonialibus filiorum familias, volentibus matrimonium contrahere, Parentibus rationabiliter invitis; Vel potiùs, an meliùs facerent illa impediendo Juris remediis.

Breviter respondendo huic quæsito, salvo meliùs sentientium judicio, crederem, Episcopos non debere esse in hac parte nimis faciles ad dispensandum super denunciationibus, 209 præcipuè quando adest magna disparitas, inter futuros conjuges, & rationem adducit dictus æquè doctus, & in judicando versatus Episcopus *Zaul. ubi sup.* quia scilicèt imprudentes adolescentes ut plurimùm malis, vel captiosis artibus inducuntur ad similia matrimonia contrahenda, quodvè regulariter hujusmodi matrimonia non solent bonum ha- 210 bere finem, experientia teste, quod notorium est evenisse in matrimonio, de quo loquuti fuimus in hac disceptatione, & concordant *Ricc. dec.* 24. *Cur. Archiep. Neapol. per tot.* ubi quod potest Episcopus similia matrimonia etiam longo tempore impedire, *Tranchedin. d. consul.* 33. ubi, quod licitum 211 est Patri ex causa justa, etiam per carcerationem filii, impedire illius matrimonium, quodque Episcopi debent Parentum preces exaudire, neque per hoc impeditur filiorum libertas, sed potius hæc perficitur, procurando ne filius malè nubat, *Cephal. cons.* 43 *lib.* 3. *Pascal de Patr. potest. par.* 2. *cap.* 5 *à nu* 22. *Capoblanch. de Baron. cap.* 65. *n.* 4. ubi testatur de praxi, *Donat. Ant. de Marin. lib.* 2. *cap.* 1 32. *per tot. Pont. de Matr. lib.* 2. *c.* 1 § 2. *Joan de Chapeaville de Mod. ministr. Sacr. cap.* 6. *qu.* 15. *Card. de Lauræa in* 4. *Sent. to* 3. *disp.* 22. *ar.* 6. *nu.* 383. ubi, quòd peccat Episcopus, sine justa causa dis- 212 pensans super denunciationibus matrimonialibus, quod admittunt etiam *Collegium Salm to.* 2. *Theolog. moral. Tract.* 9. *cap.* 8. *n.* 88. *Barbos. ad Conc. sess.* 24. *de Refor. Matr. cap.* 1. *n.* 60. *& Pax Jord. Var. Lucubrat volum* 1. *lib.* 3. *n.* 4.

Deveniendo modò ad ostenden. justam causam pro dispensatione denunciationum matrimonialium, procedendum videtur cum hac distinctione: Aut Episcopus scit, vel 213 de facili suspicari potest, quod Parentes injustè, & sine causa se opponunt contractui matrimonii propriorum filiorum; Et tunc nullus adest scrupulus, sed tuta conscientia dispensare potest. Aut verò agitur de nuptiis indignis, & Pater, illis se opponit, ne ejus familia deturpetur, vel ex 214 alia simili, & honesta causa, & hoc casu non adeò facilè videtur dispensandum, ea ratione quia Parentes Jus habent tuendi se, suamque familiam ab incautis operationibus filiorum ut distinguendo notant *Segur. in Director. Judic. Eccles. par* 2. *cap.* 16 *num.* 6. ubi, quòd in his terminis Pater utitur Jure suo, neminique injuriam facit *Guttier. lib.* 2. *Canon. Quæst. cap.* 20. *per tot.* ubi *num.* 9 ex *Soto*, qui tanquam Theologus Concilio Tridentino interfuit, ad rem observat, Patres Concilii inter alios fines denunciationes demandasse, ut filiorum matrimonia etiam ipsismet Parentibus innotescerent *Pac. Jordan. Var. lucubrat. lib.* 3. *ti.* 7. *à* 215 *num.* 5. ubi inter justas causas legitimæ oppositionis Parentum enumerat notabilem differentiam volentium contrahere matrimonium in moribus, in divitiis, in nobilitate, vel similibus qualitatibus latè *Menoch. cons.* 69. *per tot. lib.* 1. *Henriq. in Sum lib.* 11. *cap.* 6. *lit. H. Card. de Lauræa in* 4. *Sent. Tom.* 3 *dispu* 22. *ar.* 16 *num.* 407. *& seqq. & D. Piton. Discep. Eccles.* 52 *num.* 88. *& seqq.* ubi de disparitate in divitiis *& Berton. de Neglig. & Omission. par.* 2. *artic* 34. *numer.* 19.

Cum hac distinctione pluries processerunt Sac. Congr. Illa siquidem Episcoporum ita practicavit *in Assisien. Matrimonii* 5. *Decemb.* 1710. *Ponen. Card. Gabriello*. Cùm enim 216 ageretur de matrimonio, contrahendo inter sponsos æqualiter nobiles, Pater autem sponsæ ex parum plausibili motivo effectuationi matrimonii Filiæ se opponeret, etiam mediante recursu ad SS. D. N. qui ejus preces dict. Sac. Cong. remiserat, hæc dict. die respondit: *Ad D. Secretarium juxta* 217 *mentem, & mens est, quod procedatur ad ulteriora in effectuatione matrimonii*, ut factum fuit.

Prout etiam, dum hæc sub prelo erant non attenta authorit. *Fagnan. in cap. Tua num* 23. *& seqq. de Despons. Impuber.* idem practicavit in casu fortiori S. C. C. in *Romana* 218 *Dispensationis Matrim.* 15. *Maii* 1717. permittendo effectuationem matrimonii inter nobiles pariter sponsos, non attento dissensu Paterno respectu sponsi, eò quia causa, seu motivum non consentiendi nuptiis filii, non fuit visa justa eidem Sac. Congr.

Dixi

Dixi *in casu fortiori*, quia Sponsi erant etiam inter se in 3. gradu conjuncti, & propterea Sponsalia ab ipsis contracta nullam habebant subsistentiam, ex adductis *in Tom.1.par.2. discept.17. num.9.* atque proinde iidem Sponsi non poterant matrimonio copulari, absque Summi Pontificis dispensatione, ad quam impediendam Pater Sponsi recursum habuit ad Summum Pontificem, qui voluit exquirere Votum ejusdem S. C. C. istaque postquàm explorari fecit voluntatem Sponsæ, d. die proposito dubio: *An sit concedenda dispensatio.* Respondit: *Affirmativè, & ampliùs, causa non proponatur*, effectu punctualiter subsequuto.

E converso autem in alia *Romana Matrimonii* quia magna aderat disparitas inter Sponsos, & Sponsi Pater justè se opponebat effectuationi matrimonii proprii filii, in ejus nobilis familiæ dedecus, quamvis ageretur de Filio familias excedente annos triginta, proposito dubio in Congr. Em. Urbis Vicarii, additis pluribus Teologis, & Canonistis, an id esset permitten. die 4. Decembris 1712. responsum fuit *Em. D. Card. Vicarius dignetur exquirere Votum S. C. C.* in qua die 8. Februarii 1713. proposito dubio: *An sit locus celebrationi Matrimonii*, dilata fuit illius resolutio, neque ampliùs actum fuit de eadem Causa, eo quia Sponsus in se reversus, cognovit errorem suum, eumque pœnituit effectuare sponsalia sibi, propriæque domui nimis indecora.

Neque audiendi sunt illi, qui in his terminis asserunt tolli libertatem illam filiis familias, quæ eis à Conc. Trid. intacta fuit relicta; Objecto enim punctualiter occurrit *Rebell. de Oblig. Just. par. 2. lib. 2. quæst. 14. sect. 1.* his verbis: *At dices esse contra libertatem matrimonii, Negandum est assumptum, nec enim minuitur libertas nubendi, sed potiùs regulatur, & perficitur &c. Esse enim liberum ad malum faciendum potiùs est imperfectio libertatis, quàm conditio necessaria*, & ferè per eadem numero verba concordant *Gabr. à S. Vincent. de Matrim. disput. 3. quæst. 6. num. 48. Bonacin. Oper. moral. titul. de Matrim. quæst. 4. punct. 17. num. 25. Joann. Marchinon. Tom. 2. de Sacr. disput. 71. sect. 9. num. 118. & Anton. à Spir. Sanct. in Director. Confess. tract. 11. disp. 5. sect. 7. num. 267.* ibi: *Nec est etiam indirectè contra libertatem, quæ desideratur in matrimonio, nam libertas, quæ in matrimonio desideratur est libertas honesta, & rationabilis, hoc est secundum rationem, & debitum honestatis.* Et meritò, non enim ad libertatem, in matrimonio requisitam, admittenda est effrænis quædam licentia, per quam permissum sit contemnere honestatem, charitatem, pietatem, & justitiam, & *Tancredien. d. consult. 33. per totam, & Berton. de Neglig. & Omiss. par. 2. art. 34. num. 27.* ibi: *Nec libertas naturalis læditur ex tali cautione, quia nubere in injuriam Parentum, ac damnum familiæ, totius cognationis dedecus, & animæ detrimentum, est abusus libertatis, non usus.*

Quamvis autem ultrò admittamus reperiri multos magni nominis Theologos, & Canonistas, qui videntur in contrariam inclinare opinionem, omnes tamen reduci possunt ad concordiam observando, illos loqui ad hoc, ut matrimonium dicatur validum, etsi cum indigno contrahatur, vel spreto Patris consensu, quod negari non potest. Alii verò supra citati, omissa indagine validitatis, vel adhuc illa admissa, strictè asserunt, matrimonia in his circumstantiis esse illicita, illisque proindè non posse, neque debere cooperari Episcopos, aliosque Ecclesiasticos Judices.

Omnia hæc, quæ de carceratione Filiorum familias, deque difficultate dispensandi in denunciationibus matrimonialibus supr. diximus, ad hoc, ut ad cor redeant, & eorum errorem agnoscant, utque exindè à seipsis abstineant ab illis nuptiis, quæ utì indignæ, non approbantur ab eorum Parentibus, aliisque, Parentum locum quoad ipsos occupantibus, intellige vera pro aliquo brevi tempore, quia si, factis hujusmodi diligentiis, persistant adhùc in eorum voluntate, non est eis deneganda licentia contrahendi, *D. Piton. disceptat. 52. num. 9.* ibi: *Expedire ut Ordinarius suspenderet denunciationes matrimonii paulisper, donec Pater Sponsi &c. & Raynald. Observ. crim. lib. 3. cap. 6. num 4 & num. 73.* ibi: *Sed intelligas de carceratione ad aliquod breve tempus, ad hoc ut dignosci possit, an velleitas filii proveniat ex obcæcatione, vel impetu amoris, nam si persistit in eodem proposito, danda est illi libertas, quæ convenit matrimonio ex S. C. Trid.*

Neque in his terminis claræ, ac perseverantis voluntatis filii familias insistendum est in disparitate natalium, divitiarum, vel similibus causis, puta, inhonestatis mulieris, vel peccati, cum quo filius, dissentiente Patre, matrimonium contrahit; Non in natalium, vel divitiarum disparitate; Quia ad matrimonii validitatem nulla alia paritas requiritur, quàm illa consensus, & baptismi, ut firmavit pluriès, *Rota*, & signanter *in decis. 275. num 8. cor. Burat. & decis. 86. num. 36. par. 12. rec.* ibi: *Disparem conditionem matrimoniis impedimento non esse, & in Calaguritana Matrim. 3. Junii 1643. §. Quia cor. Meltio*, ibi: *Disparitatem personarum non esse sufficientem Causam ad dissolvenda Sponsalia, & in Cajetana Matrimonii 28. Junii 1683. §. Concurrente cor. Rond.* ibi: *Magnam disparitatem personarum non esse habendam in consideratione quoad Sacramentum matrimonii, & in Monasterien. Matrimonii 8. Decemb. 1696. §. Nec ex eo cor. Card. Caprar.* ibi: *Ad contrahendum matrimonium, uti elevatum ad Sacramentum requiri solam paritatem baptismi, & in Leodien. Matrim. 14. Maii 1700. §. Eoque cor. Lancett.* ibi: *Ex dispositione Concilii Tridentini ad validitatem matrimonii non aliam requiri æqualitatem, præter illam consensus.*

Minùs facienda est vis in mulieris inhonestate, quæ revera est causa nimis justa, & æqualiter sensibilis, ut notat *Menoch. de Præsumpt. lib. 4. præsumpt. 189. sub num. 85* Quia favor matrimonii, nedùm illam superat, sed operatur ulteriùs, ut contrahere matrimonia cum similibus mulieribus prosit etiam ad peccatorum remissionem, *Textus est litteralis in Cap. Inter opera de Sponsal. & Matr.* qui per errorem attribuitur Clem. III. cùm revera desumptus sit *ex epistol. 112. lib. 1. Innoc. III,* ut notat ibidem *Gonzal.* & concordant *Lancellott. Instit. Canon. lib. 2. tit. 12. §. 2. Scopp. de Jur. non Script. lib. 1. cap. 74. num. 25. Nevizzan. in Sylv. Nuptial. lib. 4. verb. Non est nubendum sub num. 33. & Card. de Laur. in Epitom. Canon verb. Meretrix vers. secundo.*

Non demùm in cooperatione peccati, cum quo filius familias ex rationabili motivo invitis Parentibus matrimonium contrahit; Ultra quod enim non desunt Authores, excusantes in his terminis filios familias à reatu peccati mortalis, benè, an malè, ipsi videant.

Sive, quia filius non tenetur obedire Parentibus circa matrimonii contractum, juxtà doctrinam *D. Thom. 2. 2. quæst. 104 art. 5. in corp.* Sivè, quia filius, qui suo jure utitur, nemini facit injuriam, quam adducit *Covar de Sponf. par. 2. cap. 3. §. 8. num. 5.* Sivè, quia Patria potestas, cui innituntur contrariæ opinionis sectatores, respectu matrimonii nihil operatur, quam considerat *Rot in Neapolit. Matr. 4. Junii 1681. in fine cor. Albergat* Sivè, quia liberum est filiis ducere in Uxores omnes illas mulieres, quarum respectu non verificatur canonicum impedimentum, quæ libertas frustranea remaneret, si, Patre dissentiente, peccarent matrimonium contrahendo, de qua *Oliva de Foro Eccles. quæst. 29. num 21. & seqq.* Sivè, quia in hac materia filius est dominus suæ voluntatis, ut discurrit *Molin de Just. & Jur. tom. 2. tractat. 2. disp. 271.* quem sequitur *Sanch. de Matr. lib. 1. disp. 14. num. 2.* Sivè demùm, quia in iis, *quæ ad proprii corporis sustentationem, prolisque generationem attinent, omnes homines sunt pares, adeoque ne filii quidem in his duobus Parentibus subjaceant*, juxtà verba *Tambur. ad Præcept. Decal. lib. 6. cap. 2. de Charit. debit. Parent. § 3. per tot.* & signanter *num. 5.*

Semper verum est, quod etiamsi peccatum in his terminis verificaretur, non posset attribui Judici, permittenti exequutionem dispositorum in Conc. Trid. cui permissum non est tollere filiis familias illam libertatem, quam eis Sacrum Concilium intactam reliquit, ut in specie practicatum fuit in casibus relatis supra *num. 216. & seqq.*

Patet hoc etiam figurando sequentem casum, qui non est metaphysicus. Cajus solemniter contrahit sponsalia cum Berta, illaque juramento confirmat; Pœnitentia deinde ductus, recusat illa adimplere, nulla concurrente justa causa dissolutionis; Berta ipsum convenit coram Episcopo, qui præmissis omnibus diligentiis ad ipsum inducendum ad effectuationem sponsalium, tandem servatis servandis illum à communione fidelium separat, excommunicatione mediante: In hac persistit Cajus per annum, & ultrà, induratoque animo nullo modo adimplere vult propriam promissionem, minusque juramentum, ab eo emissum, servare.

In his terminis æquè pia, ac laudabilis praxis Ecclesiæ est, Cajum etiam non petentem, imò invitum, absolvere, sponsique primævam libertatem restituere, juxta præcisa verba Rotæ, & ad terminos authoritatum allegatarum in *Comen Sponsal. 10. Jun. 1705. § Concurrente cor. Molin.*

Ad primævam autem restitutus libertatem vult Cajus matrimonium cum alia muliere contrahere, ad quem effectum ab eodem Ecclesiastico Judice licentiam petit, quæ ei non potest denegari, ex quo, ut supponimus, ab Ecclesia fuit primævæ libertati restitutus, nullumque aliud concurrit Canonicum impedimentum.

Ecce

Ecce casum, in quo Judex Ecclesiasticus absque propria culpa concedit licentiam contrahendi matrimonium cum peccato respectu contrahentis, quod absque ullo dubio committit Cajus, absque justa causa non servando promissa, & juramentum transgrediendo. 246

Nec dicatur, hoc provenire ex eo, quia Sancta Mater Ecclesia non vult præcisè obligare Cajum ad contrahendum cum Berta, ne tollat eidem libertatem, ex Sacrorum Canonum dispositione, omninò necessariam in matrimonio. Responsio enim vera est, sed non tollit vim reflexionis, seù paritatis, quia ex quocumque capite moveatur Ecclesia ad absolvendum Cajum, semper verum est, quod ille restituitur ab eadem Ecclesia ad primævam libertatem contrahendi aliud matrimonium, illudquè de facto contrahere intendit; quod sequi non potest absque peccato, & perjurio. 247

Minus dicatur, quod per excommunicationem, in qua animo indurato remansit Cajus, dicatur purgata ejus obstinatio; Objecto enim punctualiter occurrit *Card. Mant. de Tacit. lib. 3. tit. 17. num. 11.* ubi sequendo *D. Thom. Io. Andream, & Abbat.* atque testando de opinione communi, & verissima, ait, Cajum in nostris terminis dici absolutum à pœna, non autem à culpa, ea ratione quia supponimus quod fuerit absolutus, nec etiam absolutionem petens, imo invitus; Absolutio autem à culpa non potest verificari respectu non petentis, & multo minus respectu inviti. 248

Demum non potest dici, quod hoc casu dicantur dissoluta priora sponsalia, quia hæc nequeunt dissolvi ex voluntate unius ex contrahentibus, ut videre *est apud Sanchez de Matr. lib. 1. disp. 24. & pluribus seqq.* & meritò, quia aliàs commodum quis ex propria culpa, & pessimis operationibus reportaret, adversus omnia Jura. 249

DISCEPTATIO XXII.

Bisinianen.

PRO

Hominibus Terræ Lutionum.

CUM

Parocho ejusdem Loci.

ARGUMENTUM.

Festivitas S. Josephi, an celebrari debeat cum majori pompa in Ecclesia, ejus nomini particularitèr dicata, vel potiùs in alia antiquiori Ecclesia, ubi adest simplex Altare, cum ejus Effigie; Et oratio panegyris in honorem ejusdem Sancti in Quadragesima, an recitari debeat in Ecclesia Parochiali, vel potiùs in d. Ecclesia, eidem Sancto particularitèr dicata.

IN Terra Lutiorum, Diæcesis Bisiniani, non sine maxima impensa, ob necessitatem æquandi solo quoddam magnum montem, paucis ab hinc annis à fundamentis extructa fuit Ecclesia in honorem S. Josephi, ultimo loco solemni ritu consecrata ab Episcopo, ut testatur in ejus Relatione. 1

Festivitas ejusdem Sancti in præteritum celebrata fuit, tàm in Ecclesia Parochiali S. Michaelis Archangeli, quàm in alia Ecclesia S. Mariæ, quæ est matrix ejusdem Terræ, ex quo in uno ex illius Altaribus, dicato S. Mariæ Constantinopolitanæ, adest à parte sinistra Imago ejusdem S. Josephi, à parte verò dextera Imago S. Joannis Baptistæ, ut legitur in dicta Relatione Episcopi: Post erectionem verò, & constructionem dictæ novæ, & longè nobilioris Ecclesiæ, unicè eidem S. Josepho dicatæ, celebrata pariter fuit in illa, & quidem cum pompa, & apparatu, proportionatis assistentiæ, & interventui publici Magistratus, nec non Loci Domini, qui solemni comitatu eadem die ad eandem Ecclesiam accedunt, & Missæ cantatæ assistunt. 2 3

Quod ægreferens ejusdem Loci Parochus, nèc valens alio modo eandem festivitatem impedire, cæpit id tentare æquè longa, ac insolita strepitosa campanarum pulsatione, tormentorumque manualium insupportabili strepitu, & fragore, attento quod inter unam, & aliam Ecclesiam vix intercedit distantia unius jactus lapidis; Cùmque omnia hæc ann. 1709. sequuta fuerint eo tempore, quo Episcopus occasione Visitationis in eadem Terra reperiretur, coactus ille fuit per modum provisionis demandare, ùt celebraretur quidem festivitas in eisdem Ecclesiis, sed cùm hoc, *quod Presbyteri dictæ Ecclesiæ Parochialis campanis tamdiù pulsandis parcerent, tormentorumquè strepitu temperarent, donec aliter ab EE. VV. provisum sit.* 4 5

Hodiè igitur supplices ab hac S. C. duo petimus declarari I. licere quidem dd. tribus Ecclesiis festum S. Josephi celebrare, prout hactenus factum fuit, sed cùm majori pompa, & solemnitate id permissum esse soli nostræ Ecclesiæ, præfato S. Josepho unicè, & specialiter dicatæ. II. verò, quòd in eadem Ecclesia habeatur dicta die oratio panegyris per Concionatorem dictæ Terræ Lutiorum, prout practicatur in aliis Ecclesiis, in quibus tempore Quadragesimæ celebratur Festum alicujus Sancti, & speramus fieri voti compotes. 6

Quoad 1. quamvis admittant communiter DD. quamlibet Ecclesiam habere fundatam in Jure intentionem celebrandi festivitatem in d. e illius Sancti, cujus Altare in illa erectum reperiatur, ex adductis per *Rot. in Aversana Manut. 16. Jun. 1692. §. Minùs cor. Card. Priol.* & moderando decretum Synodale Episcopi Parmen. resoluit *hæc S. C. in Parmen. 9. Augusti 1698. & 28. Martii 1699.* quas sequutus fui *in Instit. Crim. libr. 1. tit. 9. num. 42. Ecclesiæ tamen* (sunt verba *Rotæ in Romana Jur. celebr. 27. Jan. 1698. §. Non obstat cor. d. Em Priolo*) *erectæ sub invocatione Sancti circa cultum exteriorem, major est exhibenda veneratio*; Quæ punctualis authoritas habenda est pro casu legis, ex adductis *in tom. 1. par. 2. discep. 14. num. 77.* 7

Certiùs quia hoc modo præcluditur via æmulationibus, & scandalosis factionibus, quæ ab hujusmodi externis pompis semper oriri solent, quæque quantum fieri potest, nunquàm permitti debent, ut loquendo de festivit. S. Antonii Viennensis, quam celebrare prætendebant Presbyteri Ecclesiæ Lusitanorum, firmavit *Rot. in Roman. Jur. celebr. 26. Junii 1697. §. Et sanè cor. Em. Priolo*, in cujus confirmatoria *sub die 27. Jan. 1698.* ex eodem motivo evitandi scandala, & æmulationes, permisit quidem Sac. Rota eide Ecclesiæ celebrationem ejusdem festivitatis, sed *absque ulla pompa, & solemnitate, tàm externa, quàm interna, & strepitu, ac sinè musica, & concentu*, ea adducta congrua ratione, quod eidem Ecclesiæ PP. S. Antonii Viennensium, *uti erectæ sub invocatione ejusdem Sancti Abbatis, circa cultum exteriorem major erat exhibenda veneratio*, quæ ratio mirabiliter casui nostro applicatur, ex quo nostra Ecclesia unicè in honorem S. Josephi dicata est, & solemni ritu consecrata fuit. 8 9

Non attenta majori antiquitate d. Ecclesiæ Parochialis, quia ista suffocatur à majori qualitate, resultante à dedicatione nostræ Ecclesiæ, præcisè, & unicè in honorem S. Josephi, à fundamentis magnificentissimè extructæ, & solemniter consecratæ, ut sequendo punctualem resolutionem hujus S. C. emanatæ contrà Clientem, benè probat *Card. de Luc in Miscell. Eccles. disc. 32. num. 13. & 14.* ibi: *Jus celebrandi solemnitatem in ipsa die, aliquam ut potè majorem præminentiam redolens, spectare deberet ad istam Ecclesiam S. Nicolai, tanquàm antiquiorem in hac solemnitate &c. Verùm probabilis potiùs visa est resolutio, ob longè majorem præeminentiam, quam habet Cathedralis suprà Collegiatas, aliasque Ecclesias inferiores, idque propterea majorem antiquitatem suffocare debet*, cujus casus erat longè fortior, quia lis erat inter duas Ecclesias, quarum neutra specialiter dicata erat uni Sancto, sed in utraq; aderat simplex Cappella in honorem ejusdem Sancti: In nostris autem terminis controversia est inter Ecclesiam, S. Josepho præcisè, & unicè dicatam, & inter aliam, in qua neque etiam adest particulare Altare pro eodem Sancto, sed simplex illius dimidiata effigies, nequè etiam in parte nobiliori, seù medio Tabulæ pictæ. 10 11 12

Ultrà quod ex majori antiquitate celebrationis alicujus festivitatis respectu unius Ecclesiæ, vel Altaris, nullatenùs infertur privativa celebratio ejusdem festivitatis respectu alterius Ecclesiæ, vel Altaris, nisi cùm antiquitate majori concurrat etiam privativa facultas tale festum celebrandi, ut probat *Rot. dec. 481. n. 4. versic. Parùm par. 14. rec.* Aliàs moderniores Ecclesiæ, quæ ut plurimùm antiquioribus ornatiores sunt, magisque cultæ, abstinere deberent à solemnizatione festivitatum illorum Sanctor. in quorum honorem sunt dicatæ, quod nimis reputatur absurdum, atquè oppositum praxi omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis. 13

Minùs obstat, quod per hujusmodi exteriorem pompam, & majorem solemnitatem nostræ novæ Ecclesiæ diminueretur concursus Populi antiquiori Ecclesiæ S. Michaelis Ista siquidem diminutio superabundanter compensatur cùm majori cultu, proveniente ex nova Ecclesia, ut cumulatis con- 14

concordantibus probat *R. P. D. Petra in Comm. ad Constit. Apostolic. tom. 1. ad Constit. 2. Paschas. 1. sect. 1. num. 49. & 50. fol. 386.*

Poterant verò omitti ea, quæ dicuntur de translatione ejusdem festi, solemnizandi per nostram Ecclesiam alia die infrà Octavam: Inauditum siquidem est inter tractantes de sacris Ritibus, quod transferatur festum Titularis alicujus
15 Ecclesiæ, annumeratum inter illa primæ classis, ut EE. VV. notum est, & legitur *in Notis ad Tabellas Breviarii vers. Si occurrat*, & notant *Gavant. in Manual. verb. Festi dies num 41. Castald. in Prax. sacr. Cærem. lib. 2 sect. 5. num. 5. & seqq. & num. 9.* ubi, quòd dies Titularis alicujus Ecclesiæ, uti omnibus aliis solemnior, celebrari debet cùm omni majori pompa, & ubi commodè fieri potest, Ecclesiæ parietes ornari debent auleis, ac Tribuna holosericis, aut nobilioribus cortinis, & si eadem Ecclesia habeat porticum, con-
16 gruum pariter erit, ut pannis sericeis, vel auleis prout haberi poterunt, exornetur; & *Bauldr. in Manual. sacr. Cærem. par. 4. cap. 19. fol. mihi 290.* ubi, quòd Ecclesia debet elegantissimè parari, eo quia festum Titularis est solemnissimum, & primæ classis.

Ex quibus, nedùm inapplicabilis remanet resolutio S. C. R. *in Cusentina 24. Aprilis 1706. Pon. cl. m. Card. Gabriel.* sed potiùs retorquetur, quia in illa non fuit admissa privativa
17 PP. Cistercienſibus, quamvis ab antiquo festivitatem SS. Conceptionis solemnizantibus, sed concessa etiam Cappuccinis, quamvis recenter ibidem introductis, facultas illam solemnizandi. In tantùm verò fuit additum, id faciendum esse cùm minori solemnitate, & pompa respectu Ecclesiæ Cappuccinorum, quia non agebatur de festivitate Titularis, juxtà terminos nostri casus, quæ solemnissimè celebrari debet, ut modò probavimus.

Et ex his videntur etiam exaudiendæ preces quoad 2. dub. circà orationem nimirùm panegyrim, habendam à Concio-
18 natore Terræ Lutiorum in nostra Ecclesia dic S Josepho dicata, eo prorsùs modo, qui practicatur in aliis Ecclesiis Sanctissimæ Annunciatæ, & S. Francisci de Paula, quando illorum festivitates celebrantur tempore Quadragesimæ, Aliàs enim ab omni congruitate videtur alienum, ut in propria, & particulari Ecclesia celebretur solemnis festivitas alicujus Sancti, cum interventu Magistratus, & Domini Loci, necnon magno Populi concursu; Et in alia, in qua vix dimi-
19 diata illius conspicitur imago in remoto, miserabilique angulo magnæ Tabulæ pictæ, solemnis habeatur panegyris in honorem ejusdem Sancti, effundendo Sermone, ubi nullus adest auditus, adversùs ea, quæ leguntur *Ecclef. 23. 6.*

In eadem Causa.

DUo sunt solida fundamenta, quibus innititur instantia Confratrum pro affirmativa resolutione primæ partis 1. dub. I. Quod nostra Ecclesia unicè dicata est S. Josepho;
20 II. Quod festum ejusdem Sancti, tanquam Titularis, celebrari debet cum pompa majori, quodque transferri nullatenùs possit, juxtà resol. hujus S. C. in *Hieracen. 26. Jan. 1692. ad 11. dub.* ubi, quòd festivitas Titularis cum majori pompa neque etiam Monialibus impediri potest, quam refert *Monacell. in Formular. tom. 1. tit. 11. form. 21. num. 2.*

Loco cathegoricè respondendi hujusmodi motivis, in quibus causæ punctum residet, se diffundit contrarius Defensor
21 circa generalitates antiquitatis Ecclesiæ, cujus est Parochus ejus Cliens, necnon circa assertam æmulationem Confratrum; Utraque verò reflexio nullam meretur animadversionem.

Non prima, fundata in antiquitate, quia ista suffocatur à dicta circumstantia, quod nostra Ecclesia unicè dicata est S. Josepho, necnon à qualitate Titularis, qualis est idem Sanctus, ut probat *Card de Luc. in Miscel. Eccles. disc. 32.*
22 *num. 13. & 14.* Aliàs, admissa contraria prætensione, oporteret asserere, quod festivitates omnium illorum Sanctor. quorum altaria reperiuntur in antiquis Ecclesiis, cum majori pompa celebrari deberent in eisdem antiquis Ecclesiis, ad exclusionem aliarum, modetniarum quidem, sed unicè dicatarum eisdem Sanctis, quod quantum receptis principiis Sacrorum Rituum oppositum sit, quantumque adversetur praxi omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis, de se patet, estque nimis notorium, ac in terminis improbatum à *Rota citata supra num. 7.*

Verificaretur ulteriùs aliud inconveniens, non minùs palmare, & exorbitans, quod oporteret transferre festum Ti-
23 tularis, quod inauditum est apud Tractantes de sacris Ritibus, ut videre est apud *Gavant. in Manual. verb. Festi dies num. 41. Castald. in Prax. sacr. Cærem. lib. 2. sect. 5. num. 5. & 9. & Bauldr. in Manual. sacr. Cærem. par. 4. cap. 29. fol. 290.*

Minorem meretur animadversionem prætensa æmulatio; Circa illam enim non alia adducitur in facto probatio, quàm solæ gratuitæ contrariæ assertiones; Fortiùs, quia adversus talem prætextum æmulationis militant omnes Juris regulæ, quod scilicèt illa, uti involuens delictum, nulla-
24 tenùs præsumatur; Quod excluditur à multiplicitate personarum, à quibus ædificata fuit nostra Ecclesia, quia oporteret asserere, quod 205. Confratres, qui adiutrices porrexerunt manus pro illiùs constructione, quamvis disparis conditionis, & qualitatis, conspirare voluerint in Parochi præjudicium, quod nimis improprium est, ex adductis *in meo Tract de Livell. cap 1. §. 4. num. 4.* Quodque demùm no-
25 stra Ecclesia constructa fuit non sine maximis expensis, & congrua eidem assignata dote, quæ omnia talem æmulationem prorsùs excludunt ex adductis *à Card. de Luc. de Servit. disc. 6. num. 10.*

Ex quibus inapplicabilis remanent aliæ piæ meditationes, fundatæ in exemplis illius, qui habet antiquum molendinum, in antiquis Monasteriis, & Confratribus, quibus permissum sit impedire aliis constructionem novi molendini, ædificationem novorum Monasteriorum, & erectionem novæ Confraternitatis sub eadem denominatione, eo modo, quo potest Episcopus sæcularibus interdicere usum
26 vestium Clericalium; Omnia enim ista, & quot quot exadverso allegari possunt similes inductiones, procedunt in illis terminis, in quibus cætera sunt paria, qui non sunt nostri, quia inter utramque Ecclesiam adest hæc palmaris differentia, quod illa Parochi est sub invocatione S. Michaelis, nostra sub illa S. Josephi, quodque illa est p[illegible] o nialis,
27 nostra intra fines alterius Parochialis SS. Trinitatis. Posi[illegible] autem hujusmodi diversitate, à dd. exemplis nihil [illegible] potest ad nostrum casum, vulgata *l. Papinianus ff. de Minor.*

Nicol. in Floscul. verb. Festum num. 5. & Matthæucc. in Offic. Cur. Eccl. c. 21. num 6. cùm resolutionibus Sacrar. Congr.
28 ab eisdem citatis, quandò dicunt, quod moderna Ecclesia debet eligere aliam diem ad celebrandum festum, diversam ab illa, qua idem festum celebratur ab Ecclesia antiquiori, loquuntur in casu, in quo, tàm antiqua, quàm nova Ecclesia, sitæ sunt in angustis Locis, non autem in magnis Civitatibus, suntque sub eadem invocatione, ut ex lectura, Et propterea eædem authoritates, quæ gratis exadverso exagerantur, uti punctuales, habebunt locum, quandò in nostra
29 Terra alia ædificabitur Ecclesia sub invocatione S. Michaelis, sub qua fundata fuit illa Parochi, non autem procedunt in nostris terminis, in quibus antiqua Ecclesia est sub invocatione S. Michaelis, & moderna sub invocatione S Josephi, quia in istis circumstantiis major veneratio exhibenda est circa cultum exteriorem, & pompam Ecclesiæ, erectæ sub invocatione Sancti Titularis, non attento, quod in alia reperiatur Imago, vel Altare sub ejusdem Sancti invocatione.

Quod autem in his terminis loquatur etiam *Pignatel. consul. 18. num. 3. tom. 4.* ostendunt ipsamet verba ejusdem Authoris, & clariùs docet *Genuen. in Prax. cap 9 num. 8* quem
30 unicè sequitur idem *Pignatel loco cit.* ibi: *Notandum, quod si in Cappella alicujus privatæ personæ est Imago devo a &c. non licet alteri Cappellam aliam pulchriorem cum Imagine ejusdem Sancti in eadem Ecclesia erigere.* Non somniavit autem *Pignatel* neque *Genuens.* asserere, quod quando in una Ecclesia adest Cappella sub Invocatione alicujus Sancti, non liceat sub Invocatione ejusdem Sancti Ecclesiam di-
31 stinctam, & separatam à fundamentis ædificare, atque in eadem solemnem festivitatem in die Titularis celebrare.

Et ex his infertur pariter affirmativa resolutio primæ partis 2. dub. quia in illa Ecclesia haberi debet concio die S Josephi, in qua illius Festum cum majori pompa, solemnitate, & concursu Populi celebratur, & contrarium prætendendo involueret quidem monstruositatem exadverso exageratam, sed quæ retorquetur contra Parochum, quia re-
32 vera monstruosum esset, quod Oratio panegyris S Josephi haberetur in Ecclesia S Michaelis, eo quia ibidem reperiatur illius dimidiata effigies in uno ex angulis particularis Altaris, relicta Ecclesia titulari ejusdem Sancti, in qua cum assistentia Domini Loci, & Magistratus, necnon cum Populi concursu idem Festum celebratur.

Neque adversantur authoritates in contrarium citatæ ad probandum quod concio tempore Quadragesimæ habenda

habenda sit in Ecclesia Parochiali, Quia id verum est de toto tempore Quadragesimæ, non autem pro unica miserabili vice, unicoque die, in quo incidit festum alicujus Sancti in Quadragesima, in quo sicuti Prædicatores, omissa concione currenti, solent panegyricam Orationem in honorem dicti Sancti habere, ità dignum, & justum videtur ut illa habeatur in Ecclesia, ejus nomini unicè dicata, quod adamussim in nostra Terra practicatur in solemnitatibus SS. Annunciatæ, & S. Francisci de Paula, absque eo quod aliquod exindè illatum fuerit Parochiali præjudicium pro reliquo tempore Quadragesimæ. 33

Est autem vigilantium somnium negare, quod nostra Ecclesia erecta non sit in honorem S. Josephi, sed S. Mariæ Gratiarum, quod adeò falsum est, ut contrarium rotundis literis legatur, nedùm in contrariis Scripturis, sed in ipsa etiam Relatione Episcopi, asserentis, illam solemni ritu consecrasse in honorem ejusdem Josephi estque adeò notorium in Partibus, ut mirum certè videatur, quòd aperta fronte magna intrepiditate negetur in Urbe. 34

Cui dedicationi, & intitulationi Ecclesiæ non solùm non derogat erectio Confraternitatis sub nomine B. V. Sponsæ ejusdem S. Josephi, sed ad nostrum effectum mirabiliter retorquetur; Quia eidem Confraternitati, compositæ ex 300. ferè Confratribus, eo tempore, quo Terra Lutiorum cujuscumque ætatis, & sexus vix explet numerum 3000 animarum, omni jure videtur permittenda solemnizatio festi illius Ecclesiæ, in qua erecta reperitur, quamvè propriis sumptibus iidem Confratres extruxerunt, quod magnam, imò maximam erga eundem Sanctum devotionem comprobat. 35

Oppressus à pondere illius aureæ reflexionis, quòd festum Titularis transferri non possit, prætendit Parochus illam evitare, sub supposito, quòd authoritates, per nos adductæ, loquantur in terminis Ecclesiæ Titularis antiquæ, non autem recentis; Quod nullam habet subsistentiam, quia vis solemniter celebrandi Festum aliquod ratione tituli, non consistit in moderna, vel antiqua fabrica Ecclesiarum, sed in sola qualitate Titularis, neque Missalis, aut Breviarii Rubricæ talem faciunt distinctionem modernarum, vel antiquarum Ecclesiarum Titularium. 36

Est autem curiosa nimis contraria illa reflexio, quòd cùm Festum S. Joseph celebretur in Cathedrali Bisinianen. quæ, tàm ratione antiquitatis, quàm qualitatis, dignior est nostra Ecclesia, illud solemnizari nullatenus debeat in Terra Lutiorum; Non enim possumus talem criticationem congruentiùs refellere, quàm illam repetendo verbis ipsis Parochi, quæ sunt sequentia *Festum quod solemnizatur in Ecclesia Cathedrali, solemnizari non debet in aliis Ecclesiis totius Diœcesis, ea ratione, quia Cathedralis Ecclesia, uti antiquior, & magis qualificata, suffocare debet omnes alias Ecclesias totius Diœcesis:* Si hujusmodi reflexio facta esset ab aliquo ex illis Curialibus, qui nomen Ecclesiasticæ militiæ non dederunt, excusationem mereretur, quia non præsumuntur in sacris Ritibus versati, sed vix excusari potest in præsenti, uti contenta in Scriptura, subscripta à Parocho nostræ Terræ, & non obscurè comprobat æmulationem præsentis litis. 37 38

Non est novum in arte Pictorum pingere plures imagines in una, eademque tela, sed Lippis, & Tonsoribus notum est, quod quando iidem Pictores plures pingunt imagines in eadem tela, principalis dicitur illa, quæ medium occupat, seu digniorem tenet locum: Cùm igitur in una ex Cappellis Parochialis Ecclesiæ, dicatæ S. Mariæ Constantinopolitanæ, ut dicit Episcopus in Relatione, imago S. Josephi vix dimidiata conspiciatur in angulo, non potest dici, quòd talis Cappella principaliter dicata sit in honorem S. Joseph, sed ejusd. B. V. Ex quo desumitur ratio illa, quod cum minori pompa solemnizandum est festum talis Sancti in loco minùs principali depicti in aliquo altari, in concursu festivitatis ejusdem Sancti in illa Ecclesia, quæ unicè, & principaliter eidem Sancto dicata est, desumpta ex *decis. Rotæ, de qua supra num. 7.* An autem hujusmodi ratio insulsa sit, vel potiùs insulsissima illius impugnatio, aliis judicandum relinquimus. 39 40

Admittitur exadverso, quòd resolutio *in Cusentina*, de qua suprà *n. 16.* terminos nostræ controversiæ nullatenus percutiat, sed dicitur illam fuisse adductam in comprobationem antiquitatis, & poterat addi ad Urbis ornatum, ut in simili lepidè dixit *Sperell. in dec. 138. num. 57.* quem sequuti fuimus *in nostris Institut. Crimin. lib. 4. tit 8. num 98.* Atque contrariæ animadversioni applicantur verba illa *S. Hieronymi epist. 61. ad Pammach. post princ. Benè scripsit, sed nihil ad causam faciens.* Nos autem subiungimus quod Parochus per antiquas semitas incedat, seù solitum servet, & res erit expedita. 41

Nihil diximus in aliis Scripturis respectu exempli festivitatis S. Ignatii, quià neque etiam à remotissimis applicatur nostro casui, sed provocati à Parecho ad respondendum, dicimus modò, quod in Ecclesia, Nomini Jesus dicata, meritò solemniter celebratur festum S. Ignatii, ipsa recurrente die, qua ad Superos evolavit; Quia ibidem religiosissimè veneratur ejus Corpus: Quia in illa mansiones multæ sunt, in quibus moram fecit in vita: Quia agitur de festivitate Fundatoris Religionis: Quia Ecclesia unita est domui, in qua habitat Generalis: Quia reperitur in illa principalis, imò principalissima Cappella, eidem Sancto unicè dicata, cui nulla alia similis reperitur in Urbe, & forsan neque etiam in Orbe; Quia cùm Jesuitæ non desumant denominationem à proprio Fundatore, sed à semper, & ubique venerando nomine Jesus, in illa Ecclesia principaliter celebrari debet festum in die Fundatoris, quæ eidem Nomini specialiter dicata est. Quia demum unus & idem est Generalis, una, & eadem Religio, quæ tale festum celebrat, idque diversis facit diebus ex propria voluntate, atque ad replicanda obsequia proprio Fundatori, non autem ex necessitate aliqua, vel coactè, quod videmus pariter practicari in Urbe respectu festivitatis S. Dominici ab Ecclesiis ejusdem Religionis. 42 43 44

S. C. C. die 22. Februarii 1710. dubiis infrascriptis respondit, ut infra.

Dub. I. *An festum S. Josephi sit celebrandum in Ecclesia Confraternitatis cum majori pompa, & exteriori solemnitate, seù potiùs in altera Parochia S. Michaelis Arcangeli:* Affirmativè quoad 1. Negativè quoad 2. partem. 45

II. *An Concionator quadragesimalis debeat dicta die Festivitatis concionari in d. Ecclesia Confraternitatis, seù potiùs in Ecclesia Parochiali, in casu &c.* Negativè quoad 1. partem: Affirmativè quoad 2. 46

DISCEPTATIO XXIII.

Neapolit. Vic. Prioratus.

PRO

P. Dominico Sandullo Carmelita.

ARGUMENTUM.

Quibus concurrentibus, Religiosus reintegrandus sit ad illud Officium, à quo à Superioribus Ordinis præcipitantèr remotus fuit.

PRo reintegratione Oratoris responsum fuit die 8. Augusti 1704. & pro confirmatione hujus justissimæ resolutionis speramus, & supplicamus hodiè responderi. 1

Illius enim justitia palpatur manibus, quia reintegrat Oratorem, qui contra omnia jura Mundi ex improviso, inaudita præcipitantia, non citatus, nec auditus, de facto spoliatus fuit, & privatus munere Vicarii Prioralis, quod nedùm legitimè ei contulerat P. Generalis antecessor, mediantibus solitis Literis patentibus, sed in ejus possessione legitimè adepta pacificè reperiebatur. 2

Et quod exorbitantiam auget, absque eo, quod ulla urgeret necessitas adeò præcipitantis suspensionis ab Officio, cum nova procedendi methodo, assignandi scilicèt Oratori terminum ad se defendendum, postquam fuerat de facto privatus, juxtà illa verba decreti: *Visum est suspendendum esse ipso facto præfatum Baccalaureum Sandullum &c. ac ei præcipiendum, ut post dies 10. à notificatione præsentis decreti rationem in scriptis reddat P. Generali, & Consilio Ordinis, quare, quando, quomodo, & à quo facta fuerit dicti Prioratus provisio:* Quem operandi modum, utì ex diametro oppositum ipsimet lumini naturali, nedum uniformi calamo reprobant DD. adducti *in August. Jurispatr. super reintegr. 30. Jan. 1695. § Cæteræ*, confirmata 10. *Junii ejusdem anni cor. Ursin.* Sed ipsimet SS. Patres, inter quos egregiè *D. Joann. Chrisost. homil. 1. de Pœnit.* ubi referendo celebre factum *Jonæ c. 8.* ad Cœlos usque extollit barbaros illos nautas, qui tempore, quo in maximis reperiebantur angustiis, & periculis, juridicum, & debitum ordinem servantes, illum pacificè interrogarunt? *Quod opus tuum? Quæ terra tua? Quo vadis? Quo ex populo es?* Concludendo suam homiliam his verbis: *Sed, & hi nautæ, quamvis barbari, eum, qui in Judiciis optimus est, ordinem imitantur, & id quidem tanto pavore, tot fluctibus, tanta in ipsos circumstante procella!* 3 4 5

Videamus autem quid exadverso asseratur ad colorantiam

6 dam insignem hanc præcipitantiam, & injustissimam privationem.

Tria allegata fuerunt I. quod Literæ patentes Oratoris 7 adversantur decretis P. Generalis Villalobos, confirmatis ab Innoc. XI. II. Quod renunciatio Prioratus, facta à P. Ex Provinciali ab Auria, fuerit suspecta, uti facta in præjudicium Provinciæ, & Provincialis. III. Quod eædem Literæ patentes expeditæ fuerunt tempore, quo P. Generalis Barberius nullam habebat authoritatem.

Nullum tamen, vel minimam habet subsistentiam, nec attendi mereretur in quolibet ordinario Judicio, multò mi-8 nùs in hoc privilegiato reintegrationis, ex firmatis per *Rot. in d. August. Jurispatronatus ubi supra num.3.*

Nullam habet subsistentiam primum, quia decretum P. Villalobos, quod est hujus tenoris: *Ex quampluribus pariter Officiis, quod ad alia Religionis munera, ut evenire solet, simul applicentur Regentes actuales &c. inhibemus, nè aliquod* 9 *Officium, etiam Prioratus, simul exercere valeant:* non prohibet acquisitionem Officii Prioratus à Regentibus actualibus, nec illos reddit incapaces obtinendi alia Officia, sed solùm prohibet exercitium duorum Officiorum, ibi: *simul exercere valeant*; ut in simili benè discurrit *Card. de Luc. de Regal. disc.14. num.9.* Orator autem nunquam exercuit, nec exercere prætendit utrumque Officium, sed post obtentum Prioratum, illum solùm, & unicè exercuit, statim dimit-10 tendo Regentiam, quam nec etiam obtinebat in titulum, & mediantibus solitis Literis patentibus, sed vigore simplicis Epistolæ P. Generalis, & pro interim, nimirùm usque ad novam provisionem, in principio Studiorum capiendam.

Videmus hoc quotidiè practicari in beneficiis sub eodem tecto, vel aliàs incompatibilibus, in quibus, quia impedimentum non consistit in impetratione, seù acquisitione, sed 11 in sola, & simultanea retentione, potest acquiri secundum, cum hoc solùm, quòd per illius assequutionem vacet primum, juxtà *Textus*, quos sequuntur *Card. de Luc. de Benef. disc.55. num.20. & Rota cor. Priol. dec.54. num.2.*

Et cum effectu Offic. Regentis à P. Generali habitum fuit pro dimisso, & vacante, dùm cum decreto suspensionis Oratoris eodem contextu omnibus Studentibus fuit trans-12 missa obedientia, ut ad prosequenda Studia accederent ad Urbem in Conventu Traspontinæ, ut punctualiter sequutum fuit.

Hoc autem injustitiam suspensionis auget, & irregularem operandi modum plusquam manifestè ostendit; quia ad omne 13 pejus juxtà literam Constitutionum, & Decretorum P. Villalobos Orator debebat remanere Regens, & Lector; Ad quod excusandum non benè exadverso asseritur, Studentes dimissos fuisse ob Oratoris discessum à Civitate Neapolis, quia temporum combinatio contrariam responsionem prorsus elidit. Oratori enim intimata fuit suspensio in Conventu Neapolis sub die 29. Maii, ipse discessit ab eadem Civitate die 31. & Studentes vigore obedientiarum, eis ab Urbe 14 transmissarum, die immediate sequenti, hoc est 1. Junii, ut in eodem Conventu plusquam notorium est; Igitur nullam habet, nedùm veri, sed nec etiam verisimilitudinis speciem contrarius prætextus, dum impossibile erat in unius diei spatio, quod pervenisset ad Urbem notitia discessus Oratoris, quod Consilium Ordinis dictam provisionem cæpisset, quod illa ab Urbe fuisset Neapolim transmissa, & quod illius vigore statim Studentes iter ad Urbem versùs arripuissent.

Præterea non obstant eadem decreta P. Villalobos ex defectu ejus voluntatis, quia uti Legislator noluit sub illorum dispositione Generales comprehendere; Ad quod proban-15 dum adducimus factum ejusdem P. Villalobos, qui fecit immediatè post promulgationem dicti decreti deputavit in Priorem Conventus Imolensis P. Cavinam, qui ibidem non per modum provisionis, sed in titulum erat actualis Regens, & Lector, & eadem munera per integrum spatium sex an-16 norum pacificè exercuit; Actus autem proximi intentionem præcedentem optimè declarant *Gratian. disceptat. 58. num.25. & seqq. & Rot. decis.203. num.8. cor. Priol.*

Retorquentur verò potius, quam obstent exempla annorum 1698. & 1703. in Provinciis Aragoniæ, & Castel-17 læ, à Procuratore Generali adducta; Quia in dd. casibus Priores non fuerant deputati à P. Generali sed à Capitulo Provinciali, quod talem, & tantam non habebat authoritatem, quodque decretis P. Villalobos omni jure parere tenebatur.

Fortiùs quia eadem exempla erant circa electionem Priorum, nos autem sumus in debilioribus terminis Vicarii, seu Pro Prioris, & pro parvo tempore intermedio usque ad Definitorium Proviale; Proprior autem non debet habe-18 re omnia requisita Prioris, sicuti in nostra Religione videmus, inter alia, respectu ætatis, dum Prior debet esse saltem annorum 30. Vicarius verò sat est, quod sit simplex Sacerdos; ea ratione, quia iste dicitur Officium exercere pro interim, & ad breve tempus, donec celebratur Capitulum.

Absque ulla prorsus difficultate, ex quo neque etiam Orator erat subjectus dd. decretis P. Villalobos, dum studuit Romæ in Conventu Transpontinæ, à cujus Studientibus 19 ex gratia SS. D. N. mediante organo hujus Sacr. Congreg. eisdem concessa, non eadem decreta, sed Ordinis Constitutiones servandæ sunt.

Minùs subsistit secundum contrarium assumptum, quod nostra provisio non sustineatur, uti facta in præjudicium Provinciæ, & Provincialis, cui ad tenorem *Constit. Ord. par.4 cap.20. sub num.6.* competat facultas in his casibus de 20 Vicario, usque ad Capitulum Provinciale duraturum, providere, exagerando ulterius, quod P. ab Auria poterat renunciationem nostri Prioratus facere in Definitorio, congregato die 13. Aprilis 1714.

Ea enim, quæ dicuntur de authoritate Provincialis, vera sunt in casu, quo P. Generalis aliter non provideat, ut probamus, non à dicto unius, vel alterius Doctoris, quod 21 tamen uti punctuale, etiam uti casûs legis attendum esset, ex firmatis per *Rot. in decis.29. num.19. par.19. rec.* Sed à tota Religione coadunata in Capit. General. anni 1680. in decr. 95. Capitulum aut. Generale ex se ipso dumtaxat vim legis habet, uti totam Religionem præsentans, ut advertunt *Passer. de Stat. tom.3. quæst 189. art.12. num.130. Tamburin.* 22 *de Jur. Abbat. tom 3. disput.1. quæst.1. num.3. Peyrin. de Prælat. quæst.10. cap.8. num.5. Eustach. à S. Ubald. Quodlib. Regul. quodlib.10. num 945. & Miranda in Manu. Prael. par.2. quæst.29. art.1. conclus.2.*

Ultra quod, si admittitur exadverso, quod id possit facere Provincialis, in necessariam consequentiam dicendum 23 est, quod eadem facultas competat etiam P. Generali, quia iste (sunt verba *Constit. par.2. cap.1. num.9.*) *potest omnia, & singula in toto Ordine facere, quæ Priores, Provinciales, & Locales in suis Conventibus*, ut notat etiam *Lezzat. Carmelita lib. de var. consult. consult.36. num.24.*

Quod est adeo verum, ut possit etiam Generalis instituere ipsosmet Priores, nedum Vicarios, ut statutum habemus in nostris *Constit. par.2. cap.1. num.2. de Offic. Procurat. Gener.* & quidem duraturos, non solum usque ad proximum Ca-24 pitulum, sed etiam ad integrum triennium, ad præscriptum *nostr. Constit. in par.4. cap.19. num.3.* & resolvit hæc S. C. *in Provincia Romandiolæ 31. Martii 1696.* in qua, referen. Em. Carpin. respondit: *Licuisse, & licere P. Generali, eligere,* 25 *& deputare Priores quos voluerit.*

Atque ita semper in casus contingentia practicatum fuisse in nostra Religione docemus mediantibus diversis exemplis, quorum possent afferri Volumina, & certè mirum est, quod exadverso in controversiam veritas hæc deducatur 26 dùm nota est, nedum Novitiis, sed etiam Laicis nostræ Religionis.

Et quidem illa accedente congrua ratione, quia Generalis supremam habet in Ordine potestatem, & se habet in Religione, sicut Episcopus in sua Diœcesi, ut notant *Rag. de Reggim. Regular. centur.2. tract.2. dub.112. num.2. Rodriqu. quæst. Regul. tom.1. quæst.61. artic.9. Pasqual. de Controv.* 27 *inter Episc. & Regul. in addit. ad qu.92. nu.8. fol. mihi 546. & Bordon tom.3. Oper. moral. par.2. resolut.8 num.4. & 5.* Non mirum igitur si ad instar ejusdem Episcopi in sua Religione omnes, & quoscumque Prioratus, atque sui Ordinis Officia, liberè valet providere.

Supplicantes hic observare, quod hæc omnia procedunt respectu Priorum, qui vigore nostrarum Constitutionum eligi debent à Capitulo Provinciali, quod majorem habet authoritatem, ac habeat Provincialis; Ergo si, hac majori authoritate Capituli Provincialis non obstante, potest P. Generalis Priores deputare, multo magis deputare poterit Vi-28 carios, qui non à Capitulo, sed à solo Provinciali eligi possunt, argum. *Text. in leg. Non debet ff. de Regul Jur. & in l. authent. Multo magis Cod. de Sacros. Eccles.* cum aliis apud *Barbos. axiom. 80. num.2.*

Circa renunciationem verò nostri Prioratus, factam à Patre ab Auria, cùm iste, tàm de Jure, quàm ex Ordinis Constitutionibus facultatem haberet illam faciendi, tam in manibus Generalis, quam coram Defi-29 nitorio Provinciali, nescimus videre, quare exad-

verso prætendatur unicè restringi ad dictum Definitorium? Utinam verò in alia simili renunciatione, facta die 13. Aprilis 1704. in eodem Definitorio experientia non comprobasset, quòd benè se gessit P. ab Auria, illam faciendo in manibus P. Generalis, quia reperiretur hodiè in Conventu Aversano Prior habilis, & idoneus, neque ille deputatus à dicto Definitorio, uti scandalosus de ordine illius zelantissimi Episcopi coactus fuisset, nedum Conventum, sed Diœcesim ejusdem relinquere.

30

Poterant igitur exadverso omitti ea omnia, quæ lato calamo adducta fuerunt ad probandum, quod vigore *Constitut. Ord. part* 4. *cap.* 19. *num.* 1. & vigore etiam Capituli Generalis anni 1680. facultas instituendi Priores, & Vicarios competat Provinciali, cum suo Definitorio, quia, ut diximus, hoc in eo dumtaxat casu verum est, quo P. Generalis non utatur sua majori, & independenti facultate, ut se declarant ipsæmet Constitutiones, ibi; *Vel nisi P. Generalis Ordinis alium præsentaverit*: Et idem Capitulum anni 1680. ibi: *In Conventibus autem, in quibus per Generalem de Priore, & aliis Officialibus provisum non fuerit*, & ibi; *Nisi in utroque casu per Generalem aliter provisum non fuerit*. Proindeque facultas Provincialis, cum suo Definitorio, non dicitur absoluta, sed conditionalis, & pendens à casu, quo per P. Generalem aliter non disponatur, sicque exercibilis non est, nisi purificata dicta conditione, & constito, quod Generalis non utatur Jure suo, per ea, quæ notant *Menoch. cons.* 1005. *num.* 84. *& seqq. Cyriac. controv.* 424. *num.* 4. *& Rot. dec.* 8. *num.* 21. *& seq. apud Palm. Nep. tom* 1.

31

32

Demùm nec etiam subsistit tertium assumptum, quod P. Generalis nostri Ordinis aperto Capitulo, non authoritatem, sed solùm nomen Generalis retineat; Hoc enim prorsus insubsistens est, & convincitur tale ex immemorabili observantia dispositionum, & provisionum factarum ab omnibus Generalibus, aperto Capitulo, quarum multæ exhibitæ fuerunt; Comprobatur hoc etiam ex Ordinis Constitut. ex quibus habetur, quod si Generalis est præsens, facto scrutinio, ponat sigillum Officii cum papyro, vel Libro Ordinis, deindè quod Definitores culpas P. Generalis audiant, illisque auditis determinent, an ab officio sit absolvendus; Igitur antequam sequatur absolutio, non nominetenus, sed etiam re, & effectu est Generalis: Absolutio autem non fit in inchoatione Capituli, quæ est in Vigilia Ascensionis, sed in Vigilia Pentecostes, immediatè antè electionem novi Generalis, quo tempore Orator nedum habebat Literas Patentes expeditas, sed erat etiam in pacifica possessione sui Officii.

33

34

Prætereà ex iisdem Constitutionibus habetur, quod Generalis noviter electus, statìm censeatur confirmatus, & plenariam habeat authoritatem disponendi in nostra Religione, qua facultate usus fuit modernus P. Generalis durante adhùc Capitulo Generali. Igitur si aperitio, seù duratio Capituli Generalis non impedit, quo minùs Generalis, noviter electus, provisiones capiat, deque muneribus Religionis disponat, nec etiam eadem duratio Capituli impedire valet, quod Generalis absolvendus non exerceat suas facultates, ex quo non potest major, ac diversa ratio de uno, aut alio assignari, ut de se patet.

35

36

37

Ultrà quod non potest in mentem cordati Viri cadere, quod si Generalis absolvendus talem non haberet authoritatem, aperto Capitulo, illam vellet exercere tempore, quo Capitulum immediatè posset de remedio providere, vel cum speciali lege, vel cum derogatione eorum, quæ Generales dicto tempore fecerunt; Et tamen ex supra animadversis habemus oppositum, seù inconcussam consuetudinem in contrarium, quæ pro lege servanda est juxta *Text. in l. De quibus ff. de Legib.* & animadversa per *Gob. consult.* 119. *num.* 24. *& seq. & Rot. dec.* 158. *num* 4. *&* 5 *par.* 17. *rec.*

37

Frustrà igitur insistimus in aliis argumentis, dum habemus pacificam hanc observantiam, modernis etiam temporibus, & in ultimis Capitulis Generalibus annorum 1692. & 1698. practicatam; Observantia enim omnium interpretationum Regina meritò appellatur, juxta *Text. in leg. Si de interpretatione. & in leg. Minimè ff. de Legib.* cum aliis apud *Rot. decis.* 300. *num.* 30 *par.* 12. *& decis.* 266. *num.* 1. *&* 2. *part.* 15. *recent.*

38

Nec in contrarium allegari merebatur *Suarez*, loquens de sua Religione, à qua non valet argumentum ad nostram, vulgata *leg. Papinianus ff. de Minor.* Sicuti ex eo, quòd Generales etiam Dominicanus, & Augustinianus facultatem forsan non habent instituendi in eorum Religionibus Priores, benè infertur, quod talem etiam facultatem non habeat noster Generalis; Unaquæque enim Religio suas habet particulares Constitutiones, & Leges, & secundum illas non ab aliis diversarum Religionum regulandæ sunt provisiones Officialium.

39

Minùs ex contentiosa Jurisdictione, quam habet Generale Capitulum, exadverso decantata, examinandi Causas civiles, & criminales, illasque decidendi, sequitur, quod Generalis non possit uti sua Jurisdictione ordinaria circa facultatem, ei à Constitutionibus attributam; Et si aliquando illa plenariè non utitur circa omnes provisiones, tunc vacantes, ex hac voluntate nihil solidi inferri potest adversus ejus potestatem.

40

Omnia hæc dicta sint ad materiæ ornatum, quia nostra provisio obtenta fuit antequam Capitulum Generale aperiretur, quod sequutum fuit die 30. Aprilis 1704. circa horam 22. & tamen nostræ Literæ Patentes expeditæ quidem fuerunt eadem die, sed multo antè, ut de Jure præsumendum est pro actus validitate per *Text. in leg. Quoties ff. de Reb. dub. & in leg. Si quando ff. de Legat.* 1. cum aliis apud *Barbos. axiom.* 12. *num.* 17. *& seq.* Etin facto comprobatur ex ea circumstantia, quod aperto Capitulo P. Generalis, qui in illo erat præsens, aliis negotiis intentus, illas expedire non poterat, ut patet ad sensum.

41

42

Est autem curiosa responsio, quæ legitur in contrario Memoriali ibi: *Juxta regularem ordinem, provisiones non fiunt, nec subsignantur, & expediuntur à P. Generali, nisi in die, qua discedit Tabellarius, & in casu nostro discedere non potuit, nisi sub die* 3. *Maii, quæ fuit dies Sabbathi, & non antea*, Et consequenter, *licet institutio appareat facta sub die* 30. *April. præsumptio potiùs est in contrarium, nimirùm, quod emanaverit in ultimo temporis momento, & fortassis cum antidata, in præjudicium Provinciæ, & Provincialis*; Quæ responsio tam insubsistens, & insulsa videtur, ut nec etiam responsionem mereatur, juxtà dictum *S. Athanasii*, de quo *in Instit. Crim. tit.* 8. *num* 123. Ultrà quod contrarius Defensor de facilè scire poterat à Lippis, & Tonsoribus Neapolitanis, quod Tabellarius versus eandem Civitatem discedit ab Urbe, etiam die Veneris.

43

44

Demùm ea, quæ gratìs asseruntur de antidata, nullum aliud habent fundamentum, quàm ultroneam assertionem contrarii Scribentis. Cui opponimus notam integritatem, & candorem P. Generalis Barberii EE. PP. totoque Orbi satis notam, qui si, per malam hypothesim, fuisset tanti sceleris capax, non subscripsisset nostris Literis Patentibus ipsamet die, quo aperiri debebat Capitulum, sed per aliquos dies antè, ut patet consideranti.

In eadem Causa.

Agitur in hac Causa de summa rerum respectu pauperis Religiosi Oratoris, quia agitur de illius privatione ab eo Officio, quod legitimè ei contulerat P. ExGeneralis Barberius, & in cujus possessione legitimè reperiebatur; Fortiùs, quia privatio sequuta fuit modo prorsus inordinato, & improprio, dum, contra omnia principia, fuit de facto privatus, & deinde ei assignatus terminus ad se defendendum, ut notat *Card. de Luc. de Regul. disc.* 51. *nu.* 26. ibi: *Tam ob diminutionem famæ, seù existimationis quæ resultat ex remotione præter solitum*, & meliùs *P. Amen. in Prax Crim. tit.* 3. *q* 3. *num.* 94. *ante fin.* E converso autem agitur de Religioso, moribus, & literis insignis, in juventute quidem constituto, sed supra juventutis statum meritis ornato, neque est sermo de officio aliquo in titulum, vel duraturo ad triennium, sed provisionaliter, & usque ad Capitulum Provinciale, post paucos menses coadunandum; Applicaturque ejus respectu dicterium, *quod turpiùs ejicitur, quam non admittitur hospes*, de quo in *tom* 1. *par.* 2. *discept.* 23 *num.* 53. Unde eo magis speramus, & supplicamus responderi: *In decisis & ampliùs*, non attentis iis, quæ lato calamo exadverso inculcantur.

45

46

Ad quem effectum fat esset rogare EE. PP. ut dignentur observare diversitatem motivorum, exadverso hodiè inculcatorum, ab illis, quæ causam dederunt eidem privationi, huic Sacr. Congreg. pro veritate, & notitia à P. Procuratore Generali exposita; Signanter verò in decreto P. Villalobos, circa quod hodiè dat manus victas contrarius Defensor, dum nec miserabilis syllaba de eo legitur in contraria Scriptura, & meritò, quia illud non prohibet, nisi exercitium simultaneum alterius Officii cum Regentia, nullamque inducit inhabilitatem Regentium ad alia Officia acquirenda, aliàs esset iniquissimum, quia contineret pœnam inhabilitatis illorum, qui, attentis magnis laboribus, quos pro Religione actualiter sustinent, præmium potiùs, & remunerationem merentur.

47

Atten-

Attentis igitur dd. novis motivis, exadverso hodiè inculcatis, opus esset disputare aliud dubium, an ex illis privandus veniat Orator, non autem possunt haberi in consideratione ad sustinendam irregularem privationem. de facto sequutam, quia voluntas illorum Superiorum, qui votum dederunt pro d. privatione, non potuit ferri in motiva, hodiè adducta, eodem tempore eisdem incognita, juxta notorium axioma, de quo *Gob. consult. 221. num. 42. Rot. dec. 296. n. 30. par. 17. rec.* Sed regulanda est ex illis motivis, quæ causam dederunt privationi, ut quotidiè videmus practicari in omnibus Judicum sententiis, quæ non ex noviter deductis, sed ex illarum actis justificari debet, juxtà animadversa per *Card. de Luc. de Judic. disc. 39 num. 27. & seqq.* 48 49

Cæterùm percurrendo etiam hujusmodi nova motiva, ista non minoribus laborant æquivocis, & insubsistentia; Ultrò enim concedimus, quod quando, propter obitum, vel aliam causam vacat aliquis Prioratus, ex *nostris Constit. part. 4. cap. 20. §. ultimo* illius provisio spectat ad Provincialem: Sed objectum duplici responsione evitatur. I. quod ex *eisdem Constitut. part. 2. cap. 2. num. 9.* habemus, *quod Prior Generalis potest omnia, & singula in toto Ordine facere, quæ Provinciales in suis Provinciis*, Igitur si Provinciales in suis Provinciis possunt eligere Vicarios Priorales, eosdem potest pariter eligere Generalis. II. quia Provincialium facultas, & authoritas locum habent in nostris terminis, quando P. Generalis manus desuper non apponit, *ex Cap. Gener. anni 1680.* ibi: *Nisi in utroque casu per Generalem aliter provisum non fuerit*, quod loquitur, nedum de Priore, sed etiam de Vicario. 50 51

Adversus has solidas responsiones, comprobatas etiam ab innumeris exemplis, & ab individuali resolutione hujus Sac. Congreg. citata *supra num. 25.* recurrit contrarius Defensor ad distinctiones formales, aptas potius Scholis pro ingeniorum exercitio, quàm majestati hujus Sacrosancti Consessus ad inveniendam veritatem, afferendo, Constitutiones non dare Provincialibus facultatem providendi per verbum *possit*, sed per verbum *provideat*. Ego autem peto, quando Provincialis providet, vel tenetur providere. Habet nè, vel non facultatem providendi? Si habet ergo illam habet etiam Generalis: Ulterius peto; In illis casibus, in quibus Constitutiones dicunt, Provincialem aliquid posse, tenentur nè providere, vel se abstinere à provisione? Si tenetur, ergò providebit, & posse providere sunt synonima, & consequenter d. distinctio est de vento. Si non tenetur providere, eadem potentia erit de illo genere, quæ in Scholis appellatur *potentia possibilitatis*, quæ proindè eisdem Scholis remittenda est. 52 53

Minus differentia aliqua in Jure considerari potest, in eo, quod dicatur: *Provincialis potest hoc facere &c.* & *Provincialis ex sua authoritate faciat*. Illud enim possumus, quod Jure possumus, ut notat *Gratian. dec. March. 13. num 34.* neque secunda propositio intelligi potest de modo procedendi de facto, qui practicatus fuit cum Oratore. 54

Ad eludendam dictam punctualem resolutionem hujus S. C. de qua supra *num. 25. & à num. 52.* non benè respondetur, illam afficere dumtaxat eandem Provinciam, pro qua emanavit. Illa enim innititur Constitutionibus Ordinis, ibi: *Conforme alle Constituzioni della sua Religione*, quæ ut est notorium, non sunt emanatæ pro una, vel altera Provincia, nec unam tantum afficiunt, sed totam Religionem. 55

Nescimus autem videre quid commune habeat cùm præsenti inspectione dispositio Capit. Gener. anni 1660. demandans, quod Generalis procedere debeat cùm voto Assistentium in casibus, *de quibus Constitutiones nihil certi statuunt, & in iis, quæ spectant ad regimen totius Ordinis*. Non enim credimus, exadverso prætendi, quod ad regimen totius Ordinis spectet Vicarii Prioris provisionalis deputatio, duratura ad brevissimum tempus. Ultra quod nostri Ordinis Constitutiones, ex supra animadversis, certò statuunt, & comprobant authoritatem P. Generalis; Adversus quam nec etiam merebantur adduci novissimæ Constitutiones, quia hæ non habent oculos retrò, sed ad instar omnium aliarum legum comprehendunt solum casus futuros, ex adductis per *Barb. axiom. 136. num. 22.* 56

Quoad alium prætextum aperitionis nostri Capituli Generalis, & deficientis potestatis in P. Generali, repetuntur ea, quæ latè insubsistentia demonstravimus sup. *à num. 33.* quæ forsan non vidit contrarius Defensor, asserens: *Admittebatur in præterita propositione hujusmodi conclusio, quòd verè, & cum effectu, facta aperitione Capituli Generalis, in universum remaneat interdicta authoritas Ministri Generalis*. Quando ibidem diximus, id nullam habere subsistentiam, ibi: *Hoc enim prorsus insubsistens est*. Nisi dicere velimus, quod pro synonimis accipiat aliquid admittere, vel pro insubsistenti prorsus habere, seù affirmare, & negare. Quod autem supra animadversa non legerit ex eo etiam deducitur, quòd persistit adhuc in eo humore melanchonico, quod ab Urbe ad Civitatem Neapolis non nisi die Sabbathi transmittantur epistolæ. 57 58

Diximus, quod *Suar. de Legib. tom. 4. lib. 10. cap. 4. sub num. 10.* exadverso citatus, loquitur dumtaxat de sua Religione, Hodiè verò non opus habemus ad id demonstrandum recurrere ad contextum, dum verba illa exadverso registrata: *Non licèt Præposito Generali, durante Congregatione Definitoriali &c.* id intra evidentiæ fines constituunt, ex quo dicti termini *Præposito Generali, & Congregatione Definitoriali* in d. Religione propriè usurpantur, & in usu sunt. 59

Diximus pariter, & repetimus, quod exadverso nullatenus probatur, nostras Litteras patentes expeditas fuisse aperto Capitulo, & omnes conjecturas, verisimilitudines, receptasque Juris propositiones esse in contrarium, juxta quas pro validitate actus, & ad evitandum delictum antidatæ, omnis capienda est interpretatio. 60

Quibus non benè opponitur animosa attestatio Fr. Josephi Britti, Adversus siquidem facilitatem obtinendi similes attestationes, sat esset observare, quod his est inter pauperem, exterumque Religiosum, & Consilium Ordinis, compositum ab omnibus Superioribus majoribus. Cæterùm ego libenter peterem à dict. epistolarum portitore, quisnam ei revelavit, quod epistola P. ab Auria, in qua dimittebat Prioratum, continebatur inter illas, quas consignavit P. Ex Generali Barberio *il Mercordì la sera verso l'Ave Maria, cioè verso le 24. hore?* (mira certè memoriæ felicitas!) quando forsan Capitulum, nec etiam erat completum; Ulterius, quis revelavit, quod eadem Epistola transmissa non fuerit alteri Religioso Amico, ex tot, qui tunc temporis reperiebantur in Urbe, occasione Capituli Generalis, ab eoque consignata P. ExGenerali Barberio? Et demum, non nè potuit eadem Epistola transmitti per Mare occasione accessus ad Urbem aliorum Religiosorum pro Capitulo, quod non est novum, neque inauditum, sed quotidiè practicatur; Egoque possum esse testis de facto proprio. Non mirum igitur, si hodiè coram hoc sapientissimo Senatu omnibus modis prætendatur sustineri privatio, nimis læsiva existimationis, & bonæ famæ Religiosi subditi, si nec etiam parcitur benemeritis, & famosis Superioribus Generalibus. 61 62 63

Die 8. Aug. 1704. proposita Causa per Card. Gabriellium, rescriptum fuit: *Pro reintegratione* Repropositia verò die 5. Septembr. ejusdem anni, *Confirmata fuit prior resolutio*, cum addito, *ut Causa amplius non proponatur*, vide *Tom. 3. part. 1. discept. 4.* 64

DISCEPTATIO XXIV.

Rom. & Florent. Professionis.

Loco Argumenti.

Subnectitur dubium, pro Veritate discussum de mandato Sacr. Congr g. Episcoporum: An Uxor notoriè adultera, cum solo consensu Viri possit Religionem ingredi, ibique professionem emittere, etiamsi nulla præcesserit Judicis sententia super divortio.

De mandato Sacræ Congregationis Episcoporum, mihi benignè injuncto à Cardinali S Clementis Ponente, pro veritate quæritur ut supra. 1

Crederem autem, eundem consensum non sufficere, sed ulterius requiri saltem votum continentiæ in Viro, vel quod præcedat sententia super divortio, juxtà concordem sensum hujus S. C. & alterius S. C. Tridentini in resolutionib. relatis *à Nicol in Flos. Verb. Conjux. nu. 7. & Verb. Convertitur nu. 5. & à Pignat. consult. 42. num. 3. & 4. tom. 3.* & signanter respectu hujus S C. *in Anconitana 10. Junii 1603. & in Mediolanen. 18. Augusti 1634. & 3. Februar. 1640 & in Urbinaten. 1 Septembr. 1642. & in Tudertina 13. Junii & 7 Septembr. ejusdem anni 1642. & in Bononien. 18. April 1643 & in alia Bononien. 25. Augusti 1656. & in Florentina 30 Augusti 1686.* Et respectu Sacr. Congr. C. in resolutione, per viam Legis emanatæ ann. 1616. quam servandam esse mandavit in *Romana 26. Aprilis 1653.* ut in *Lib. 19. Decr. fol. 442.* ibi: *Sacr.* 2 3 4 5

Congregatio censuit, permittenti posse, ut Oratrix ingrediatur Monasterium Convertitarum, & in eo professionem emittat, de consensu tamen Mariti, prævio Voto continentiæ, donec Oratrix vixerit, necnon prævia sententia Judicis Ecclesiastici super divortio ex causa adulterii ejusdem Victoriæ. In qua notorietas adulteriorum erat evidens, ex quo agebatur de Muliere, quæ ut legitur in serie Facti: *Essendo stata nel principio del suo matrimonio abbandonata dal marito, fù necessitata di prostituirsi, & in questo stato, è perseverata quattro anni:* & in *Mantuana, seu Veronen. Professionis 25. Januarii 1698. Lib. 48. Decr. fol. 29.* in qua post integrum septennium, quo Uxor in Monasterio permanserat vigore professionis in ibi emissæ cum solo consensu mariti, S. C. eidem marito, illam repetenti, assensum præstitit, mediante concessione restitutionis in integrum, attento lapsu quinquenni à die emissæ professionis; *Et in Mediolanen. Professionis 30. Maii 1699. Lib. 49. Decr. fol 213.* in qua S. C. demandavit, transmitti acta asserti divortii à Judice demandati, & à Viro per solemne Instrumentum ratificati.

Ratio autem assignatur *in Can. Agathosæ 27. quæst. 2. & in cap. Ad apostolicam de Convers. Conjugat.* quia scilicet cùm Vir, & Uxor per copulam conjugalem effecti sint una caro, non potest una pars in Religione ad Dominum converti, & altera in sæculo remanere, quam adducunt communiter *Repetentes* in citatis Juribus.

Non attenta aliquorum Doctorum sententia, in his circumstantiis notorii adulterii unius ex Conjugibus, opinantium, posse nocentem Conjugem ex solo consensu alterius Conjugis innocentis professionem emittere, quos citant *Gonzal. in cap. Veniens num. 4. versic. Quid si dubites de Convers. Conjugat. Sanchez de Matrim. lib. 10. disp. 10. num. 15. Fillic. Oper. Moral. tom. 1. tract. 10. de Matrim. par. 1. cap. 10. num. 386. & seqq. Bonacin. Oper. moral. tom. 1. tit. de Matrimon. quæst. 4. tit. de Iis, quæ pertin. ad usum Matrim. punct. 5. num. 23. & Gratian. discept. 102. num. 25.* Præcipuè, attenta antiquissima consuetudine, vigente in Monasteriis Convertitarum Urbis, & Florentiæ, in quibus mihi in facto supponitur, quod de præterito innumeræ Mulieres receptæ fuerint, & de præsenti multæ aliæ reperiantur Religiosæ, habentes in sæculo Viros, de quorum consensu professionem emiserunt, circa quam adducuntur Relatio Archiepiscopi Florentini, & attestationes omnium Convertitarum Urbis.

Quò enim ad opinionem Doctorum, major pars eorundem loquitur cum supposito, quod præcesserit sententia super divortio; Alii verò indistinctè, & indigestè sequentes contrariam opinionem, in conflictu resolutionum Sacrar. Congregationum, supra allegatarum, nullatenus merentur attendi ex animadversis supra *discept. 21. num. 176.* Et in simili de Sacræ Rotæ decisionibus advertitur in *decis. 112. num. 22. par. 17. rec.*

Præcipuè, quia non subsistit unica ratio, in qua iidem Doctores fundantur, quod scilicet adulterium notorium eundem operetur effectum, ac sententia Judicis super divortio ex motivo ejusdem adulterii, juxtà notas conclusiones, quòd etiam ad pœnarum irrogationem in delictis notoriis non requirantur aliquæ judiciales solemnitates; Hoc enim, quidquid sit in aliis materiis, & delictis, nullatenùs verum est in nostris terminis, adversaturque literali Textui *in cap. Porrò de Divort.* ubi requiritur Judicis sententia super divortio, non attento, quod illius causa esset publica, & notoria, & bonam adducit rationem ibidem *Gloss. verb. Separari*, quia sententia divortii pœna est, & hæc non est inferenda nisi per Judicem, & *Marchant. in Tribun. Sacram. tom. 3. de Matrimon. tractat. 1. tit. 12. quæst. 4. resol. 2. in fine fol. mihi 407.* ubi necessitatem sententiæ Judicis, in hoc circumstantiis fundat, tam in cognitione causæ omninò necessariæ, quàm ad tollendum scandalum, quod ex publica separatione Conjugum, propria authoritate facta, oriri posset.

Cui duæ aliæ addi possunt, prima, quia adulteria, quantumvis notoria, non important formaliter divortium, sed solùm, Conjuge volente, & illa allegante, & probante, præbent Judici justam causam concedendi divortium juxta *Textus in can. Præcipit. 32. quæst. 5. & in cap. Significasti cap. Ex literis, & cap. Gaudemus de Divort.* cum aliis apud *Aveß. de Matrim. tit. de Divort. quæst. 23. sect. 1. per totam, & Rot. in decis. 337. num. 1. par. 12. recent. & in Barchinonen. Divortii 14. Aprilis 1679. §. Cum enim cor. Vicecomite.* Et si admitteretur contrarium, Conjux in his circumstantiis esset Judex, & Actor, sibique jus diceret in Causa propria, contra integrum *titul. Ne quis in sua Caus. judic.* & in nostris terminis *Donat. Rer. Regular. tom. 2. tract. 3. de Qualit. recipiend. quæst. 17. num. 3.* ibi: *Maritus non proprio judicio, sed lata sententia debet quoad thorum, & cohabitationem Uxorem dimittere &c. & hoc ideò, quia in Causa propria nemo debet esse Actor, & Judex.*

Secunda, quia, quando præcessit Judicis sententia super divortio, & Conjux nocens monasterium intravit, tunc post biennium, quod secundum antiqua Jura concedebatur Conjugi innocenti ad deliberandum, an vellet Conjugem repetere, & post annum, quod juxtà dispositionem *Sacr. Concil. Trident. in sess. 25. de Regular. cap. 15.* ad professionem emittendam sufficit, idem Conjux nocens remanet liber ab obligationibus matrimonii, & quoad thorum, & quoad habitationem, itaut non possit amplius cogi ad præstanda obsequia matrimonialia alteri Conjugi, qui intra dictum tempus noluit illum repetere; Et proindè post dictum tempus non est ampliùs in potestate ejusdem Conjugis innocentis, nocentem Conjugem ad se vocare, & ad secum cohabitandum adstringere: Non sic autem, quando talis sententia super divortio non præcessit, quia tunc semper, & quoandocumque est in facultate ejusdem Conjugis innocentis, licèt professioni assentientis, nocentem Conjugem repetere, quotiès ipse non mutavit statum, vel per ingressum in Religionem, vel, semoto periculo incontinentiæ, per susceptionem sacrorum Ordinum, juxta resolutionem Sacr. Congregat. *in Januen. 1. Septembr. 1690. Ponente Card. Caraffa*, relatam à *Bertach. vot. decis. 145. num. 7.* Vel saltem castitatis votum non emisit, ut advertunt *Gonzal. in cap. Quidam intravit sub num 1. versic. Unde cognoscitur de Convers. Conjugat.* ibi: *Hoc autem tertio casu per professionem Religionis obligatur, licèt possit repeti, revocarique à Conjuge, in sæculo remanente dict. cap. Ex parte 9. hoc titul. Repeti tamen potest ab ipso, etsi consensum professioni præstiterit ex cap. Veniens 16. hoc tit. quia, nisi alia requisita intercesserint, Conjux consensum præstando non sibi præjudicat &c.* egregiè deindè advertendo, quod in hunc sensum intelligendus sit *Canon. Agathosa 27. quæst. 2.* in quo mulieri suum Virum ad Religionem conversum repetenti, duo opponuntur, & quod cum ejus voluntate professionem emiserat, & quod ipsa se mutare promiserat, affirmando copulativè concurrere debere dictas duas conditiones, consensum scilicet Conjugis, & promissionem castitatis, ut repetitio denegetur, & *Gratian. discept. 102. num. 26. & 27.* & practicavit Sacr. Congregat. Concil. in sæpè citata *Mantuana, seu Veronen. Professionis 25. Januarii 1698.*

Dixi *Castitatis votum non emisit*, quia hoc concurrente, nedùm licitum non est Viro Uxorem cum suo consensu professam repetere, sed quatenus id de facto attentet, puniri potest, tam ipse, quàm Uxor, ut contra Mariam Magdalenam de Spiombis, seù Sororem Mariam Candidam Rosam, Monialem in monasterio Convertitarum Florentiæ, & Petrum Antonium Ghirardellium ejus Virum, resolutum à Congr. Criminali Eminentissimi Urbis Vicarii die 27. Martii 1693. refert *Raynald. Obser. Crim. ad cap. 22. supplet. 3. num. 23. & pluribus seqq.*

Nec dicatur, quod etiam post sententiam divortii matrimonii vinculum adhùc duret usque ad mortem naturalem; Quia, ut benè observant *Fagnan. in cap. Ex literis num. 21. & seqq. de Divort. & Perez. de Matrimon. disput. 58. sect. 4. num. 1.* Id verum est quoad vinculum matrimonii, non autem quoad illius obligationes, & licèt titulus Viri, vel Uxoris remaneat, nullum tamen Jus sæculi, & quoad temporalia superest; Indequè benè infert *Perez*, ubi supra, vinculum matrimonii, & vinculum professionis religiosæ in his casibus formaliter non repugnare, nam matrimonii vinculum non dissolvitur, sed quasi ligatur, & impeditur quoad usum per vinculum professionis, eis superadditum, solùmquè manet quoad hunc effectum, ut neuter Conjugum possit aliud matrimonium contrahere, quod vinculo professionis nullatenùs repugnat.

In universum verò pro faciliori præmissorum applicatione non videtur ommittendum, quod pro malè nuptis inhonestè viventibus reperiuntur propria Conservatoria, quodquè similia Convertitarum monasteria instituta fuerunt pro Mulieribus solutis, non autem matrimonio copulatis, ut de illo ad Viam Cursus in Urbe patet ex *Constitut. 39. §. 1. in fine Leonis X.* ibi: *Ac animarum saluti earundem mulierum, Curialium nuncupatarum, & aliàs inhonestè, & extrà matrimonii claustra degentium, non parùm consuleretur:* Et generaliter pro eodem, & aliis similibus Monasteriis facit conclusio, quod tolerantia inhonestarum Mulierum ad hoc, ut in discrimen non vocetur pudicitia Virginum, & honestarum Matronarum, non se extendit ad meretrices nuptas,

nuptas, quos si Superiores scienter tolerent, mortaliter peccare, non obstante quacumque consuetudine, quæ potiùs dicenda est corruptela, probant *Clar. in §. Adulterium nu.7. in fine, Navarr. in Manual. cap.17. num.195. S. Antonin. par.3 tit.3.cap.4. § 5. Gregor. Tholosan. Syntagmat. Jur. Civil. par.2. lib.10 cap.2. num.14. & seqq. Sabell. in Prax. universal. §. Meretrici num.55. Panimoll. dec.24. num.20. & seqq. & Raynald. Observat. Crimin. cap 28. §.1. num 28.* ubi, quod ita consultus pro veritate respondit Pater Cosmus de Pazzis Societatis Jesu, cum concordantibus, allegatis *in meis Inst. Crimin. lib.2. tit.7. num.57.*

Quo verò ad assertam consuetudinem observo, quod in attestatione, mihi exhibita, & in Relatione Archiepiscopi Florentini, non excluditur sententia Judicis super divortiis illarum mulierum, quæ de præterito in monasteriis Convertitarum Urbis, & Florentiæ professionem emiserunt cum consensu Virorum, & de præsenti in numero duodecim in eodem monasterio Urbis reperiuntur, viventibus pariter propriis Viris; Minusque excluditur Votum Castitatis in iisdem Viris in sæculo remanentibus, sed potiùs ex casu Convertitæ Florentinæ, disputato dicto anno 1693. in Curia Criminali Eminentissimi Urbis Vicarii, in quo concurrebat d. Votum, habetur præsumptio contraria; Undè, mediante illa benigna interpretatione, quam in similibus casibus proponit *Text. in cap. Cum tu de Testib.* dicendum est, ipsas professiones emisisse quidem cum consensu Virorum, sed, vel prævia Judicis sententia super divortiis, vel concurrente Voto castitatis in Viris, in quibus casibus nullum remanet dubium, circa validitatem, & subsistentiam talium professionum, ex supra allegatis.

Nec idem consensus in his circumstantiis remanet superfluus, quia, ut post antiquiores, quos citat, & sequitur, benè advertit *Gavard. in Theolog. exentiquat. tom.6. de Sacram. tit. de Matrim. quæst 3. art.10. sub num.4.* Conjux nocens etiam post divortium à Judice determinatum, non potest invito Conjuge innocente Religionem ingredi, ea convincenti ratione, quia sententia divortii lata dicitur in favorem innocentis, ut si velit cohabitrare sit in ejus arbitrio, & propterea semper nocens Conjux in his casibus tenetur consensum obtinere ab innocente, ad differentiam alterius casus, quando innocens Religionem ingredi velit, qui post sententiam divortii, etiam invito, & inconsulto Conjuge nocente, id potest ad praxim reducere, ex adductis per *Sanchez de Matr. lib.10. disp.10. num.3. seq. & n.12. & 13. & Donat. Rer. Regul. tom.2. tract.3. de Qualit recipiend. qu.17. n.5.*

In omnem verò casum eidem consuetudini opponi possent verba illa *D. Augustin. de Unic. Baptism. lib.2. Nemo consuetudinem rationi, & veritati præponat, quia consuetudinem ratio, & veritas semper excludit:* Et alia *D. Gregorii in epist. ad Guililmumdum Episc. Aversanum*, ibi: *Si consuetudinem fortassis opponas, advertendum est, quod Dominus dicit: Ego sum via, veritas, & vita, non dixit: Ego sum consuetudo sed veritas, & certè quælibet consuetudo. quantumvis vulgata, veritati omninò est postponenda, & usus qui veritati est contrarius, est abolendus*, de quibus *in Tom.1. par.2. discept.21. num.71.* quibus addo *Rotam in Tarraconen Præcedentiæ 28. Jun. 1697. §. Non obstat cor. Card. Caprar.* Et in individuo hanc consuetudinem nullatenùs admisit S. C. C. *in Mediolanen. Professionis* 30. *Maii* 1699. rescribendo, quod transmitterentur acta divortii, licèt admissio ejusdem consuetudinis supponeretur semper practicata ab omnibus Archiepiscopis, ut legitur in Folio, ubi registratur Relatio, seù Votum Vicarii Capitularis, pro Informatione requisiti, ibi: *Ciò fù sempre per l'addietro pratticato dalli Antecessori, e Predecessori, per ovviare à gravi scandali, & offese di Dio, per sostenere d. Monasterio.*

Advertendo in specie pro ejusdem consuetudinis insubsistentia, quod hæc S. C. & alia S. C. Tridentini semper rescripserunt pro nullitate professionum in his circumstantiis, quando similes casus in iisdem propositi fuerunt, & quidem ex supra animadversis, nedum tam antiquis, quàm modernis temporibus, sed etiam eo ipso tempore, quo supponuntur emissæ professiones, indicatæ in dicta attestatione, & consequenter deficeret etiam Superiorum tolerantia, quæ omninò requiritur ad consuetudinis subsistentiam, licèt nec etiam sufficeret, quando ut in presenti verificatur, justitia consuetudini non assistit, juxta *Text. in cap. Cum jamdudum de Præbend.* ibi: *Multa per patientiam tolerantur, quæ si deducta fuerint in Judicium, exigente justitia non debent tolerari:* quem sequuntur citati *in Instit. Crimin. lib.1. tit.10. § 4. num. finali*, & signanter *Rot. in decis.418. num 13. & 14. par.18. rec.* ubi sequendo punctualem *Gloss. in dict. cap. Cum jamdudum Verb. Per patientiam de Præben.* advertit, per talem patientiam non induci aliquam dispensationem.

Die 16. Februarii 1704. proposito d. dubio in S. C. E. per Card. S. Clementis, eadem S. C. noluit illud generaliter definire, sed attentis particularibus circumstantiis dicti casus respectu mulierum Romanæ, & Florentinæ, respondit: *In casu, de quo agitur, posse permitti.*

DISCEPTATIO XXV.

Frisingen. Restit. in integrum.

PRO

R. P. Jo: Baptista de Lerchenfeld.

ARGUMENTUM.

Professionem emittens in aliqua Religione cum illo defectu, vel macula, propter quam Constitutiones mandant, laborantes dicto defectu non esse admittendos ad professionem, an detecto eodem defectu post quinquennium, indigeant gratia restitutionis in integrum pro annullanda professione, vel potiùs possint statim à Religione dimitti a Superioribus Regularibus, nulla servata juridica solemnitate.

IN Constitutionibus Clericorum Regularium Theatinorum, per Sedem Apostolicam in forma specifica confirmatis, & ultimo loco etiam Clem. X. novæ, & specificæ confirmationis robore munitis, ut videre est in illis, in Urbe impressis anno 1676 *fol.157. & seqq.* sancitum est, ut qui in Regionibus extra Italiam admitti postulaverint, non recipiantur omnino, nisi priùs legitimè probaverint, se descendere 4. Ascendentium gradu per lineam, tam paternam, quàm maternam ex probatis Catholicis, & antiquioribus Christianis, non autem ex novis, adimendo Superioribus quamcumque facultatem tales cum hujusmodi qualitatibus admittendi, & ex nunc pro tunc denegando ex parte Religionis omnem assensum, & consensum, quatenus unquam, nedum incuria id factum esse constiterit, ita ut cum dolo, fraude, & malitia, sed etiam inscitia, itaut cum dd. qualitatibus admissus, & receptus, tanquam nulliter professus, à Religione protinùs ejici possit; Id limitando dumtaxat in solo casu, quo ob peculiarem, & magni momenti causam à P. Generali, & Consultoribus cum aliquo dispensetur, strictissimè injungendo, quod omnia hæc in prima habitus susceptione cuicumque Novitio debeant notificari.

Pro hujus sanctionis inviolabili observantia providè institutus fuit peculiaris ritus, tàm in susceptione habitus, quàm in professionis emissione, inter alia talem apertum Religionis dissensum explicitè protestandi, ut ex Rituali, in Urbe impresso anno 1655. *fol* 166.

Admissus fuit de mense Junii 1675. ad susceptionem habitus in nostra Religione in Domo Monachii in Bav. r.a P. Jo: Baptista de Lerchenfeld, tunc temporis annoru n 15. ib que sequenti anno 1676. professionem emisit, servato ad unguem eodem ritu, absque eo quod, nec antea, nec unquam postea ulla accesserit P. Generalis dispensatio circa descendentiam à parentibus acatholicis, imò absq; eo, quod illa potuerit accedere, eo quia prorsus ignorabatur, ut, perquisito Archivio Domus Monachii, testantur Seniores Patres ejusdem, & revolutis omnibus Religionis Codicibus, in quibus tales dispensationes solent registrari, testatur P. Secretarius Generalis nostræ Religionis.

Pervenit novissimè ad aures ejusdem P. Jo: Baptistæ notitia ipsius descendentiæ ab Antenatis intra 4. gradum hæresi Lutherana infectis, eo qia natus appa. et anno 1660 ex Mar a Helena Neker, quę anno 1635. matrimonio juncta fuit cum Georgio Conrado de Lerchenfeld cujus He: ejus Genitricis Pater fuit Gulielmus de Necker, qui licèt inter Lutheri errores genitus, & enutritus, ad Orthodoxam tamen Fidem, prævia abjuratione de anno 1?00 reversus, in ea constantissimè obiit, sed Octavianus He: avus, & P Jo: Baptistę proavus, unà cum eorum Antecessoribus in eadem Secta vixerunt, & mortui sunt, ut apparet ex testium depositionibus, in publica forma exhibitis in Secretaria, ex arbore descendentiæ eorundem, & ex quadam antiqua Scriptura, ab Archivio Castri Spilbergh extracta.

Statim proindè recursum habuit ad SS. D. N. mediante

Sacr. Pœnitentiariæ organo, enixè petendo Breve facultativum exeundi à Religione, precibus tamen ejusdem ad P. Procuratorem Generalem transmissis pro Informatione, & Voto iste approbando omnia, Summo Pontifici exposita, & referendo, ita aliàs practicatum in Germania cum diversis Religiosis, vigore nostrarum Constitutionum, pro petita gratia inclinavit.

Loco Sacræ Pœnitentiariæ remissa fuit à SS. instantia Secretario S.C.C. ad hoc, ut auditis tribus dumtaxat ex EE. PP. nempe Panziatico Præfecto, Coloredo, & S. Clementis, quid juxta eorundem sensum consulendum esset, decerneret; Coram quibus discusso dubio sub die 9. Septembr. 1702. prodiit rescriptum: *Instet pro restitutione in integrum coram C. C.*

Parendo igitur hujusmodi rescripto, & servatis servandis citato Procuratore Generali Clericorum Regularium Theatinorum, hodiè supplicamus dubio: *An sit locus eidem restitutioni in integrum*, affirmativè responderi.

Ad quem effectum, si sufficeret sola dubietas probationum expressæ professionis, ex animadversis per *Roderic. in Compend. quæst. Regular. resolut.* 101. *num.* 71. *Cyriac. controv.* 37. *num.* 37. *Novar. in Lucen. Regular. verb. Professio num.* 31. *Barbos. ad Concil. sess.* 25. *de Regular. cap.* 19. *num.* 10. *& Rot. cor. Arguell. dec.* 25. *num* 17. *& seqq.* & resolvit hæc S.C. in *Burgen.* 22 *Maii, & Anicien.* 21. *Junii* 1631. *in Lib.* 14. *Decret. fol.* 444. *& fol.* 448. Multò magis superabundare videtur ejusdem professionis nullitas, & quidem evidens, & manifesta, attenta clara, & literali dispositione nostrarum Constitutionum, sub eadem nullitatis pœna prohibentium quamlibet admissionem ad professionem Exterorum extra Italiam, qui intra 4. Ascendentium gradum ex probatis Catholicis orti non fuerint, ut contingit in præsenti, in quo ex authenticis documentis, in Secretaria exhibitis, talis qualitas verificatur in Recurrente ex parte lineæ maternæ, tam respectu Octaviani Necker ejus Proavi, quam respectu Guglielmi Necker Avi.

De hujusmodi autem Constitutionum validitate dubitari non potest, attenta præcipuè illarum confirmatione, à Sede Apostolica in forma specifica obtenta, quæ operatur, ut perindè habeantur, ac si ab eadem S. Sede emanassent, juxtà *Gloss. in cap. Si Apostolicæ verb. Confirmamus de Præben. in* 6. quam sequuntur *Gozzadin. cons.* 62. *num.* 15. *Ruin. cons.* 31. *num.* 5. *lib.* 1. *Graff. de Effect. Cleric. effect.* 2. *num* 156. *& Rot. decis.* 763. *num.* 5. *cor. Coccin.* Et in præcisis terminis confirmationis specificæ similium Constitutionum Carmelitarum Discalceatorum, observat *Card. de Luc de Regular. disc.* 42. *num* 13. *&* 14. Et in terminis similium Constitutionum Cappuccinorum, & Eremitarum Discalceatorum S. Augustini, *Dian. Oper. Moral. tom.* 7. *tit. de Dub. Regul. resol.* 179. *num.* 2. Et in terminis similium Constitutionum Societatis Jesu, idem *Card. de Luc. de Regular. disc.* 43. *num.* 4. *in fine*; Et in terminis similium Constitutionum PP. Minimorum *Rot. cor. Ubald. dec.* 394. *num.* 1. *& per tot.*

Minusque dubitari potest de illarum vigore, & efficacia inducendi professionis nullitatem, quia cùm eadem professio sit contractus ultrò citroque obligatorius, ad illius perfectionem requiritur mutuus consensus contrahentium, Religionis scilicet, & Novitii, ex generaliter adductis per *Novar. in Summ. Bull. comment.* 100. *num* 3. *& seqq.* Quoties autem Religio se expressè declaret, nolle admittere ad professionem eundem Novitium; carentem aliqua qualitate, talis contractus ex defectu consensus unius ex Contrahentibus claudicat, & remanet ipso jure nullus, & invalidus, ut in individualibus terminis nostrarum Constitutionum in illarum *Comment.* observat *Peregrin. quæst.* 2. *cap.* 5. *lit. D. §. Posteà*, Et generaliter discurrendo de similibus Constitutionibus aliarum Religionum advertunt *Pasqualig. dict. quæst. moral. Jurid.* 134. *per tot.* in fine referens, ita decisum in Urbe die 18. Martii 1659. *Ledesm. de Stat. Relig. in comm. cap.* 6. *conclus.* 1. *vers. Quarta conditio*, *Donat. Rer. Regul. tom.* 3 *lib.* 6. *cap* 5. *num* 10 *& tom.* 4 *tract.* 10. *lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 28. *&* 29 *Card. de Luc. de Regul. disc* 43. *num.* 2 *& seqq. & Rot. dec.* 394. *per tot cor. Ubald.*

Fortiùs, quia dicta protestatio in nostra Religione transivit in peculiarem Ritum, ac legem universalem, quæ, nedum tollit omnem consensum Religionis in actu professionis, sed eam perservat in dissensu explicito omni futuro tempore adversus omnes illos, qui laborant defectibus, in eadem lege præscriptis, non inducendo nullitatem tunc, quando dicti defectus apparent, sed ab initio taliter inficiendo actum professionis, ut hæc perindè habeatur, ac si nunquam emissa fuisset, ut benè observant *Barthol. de Vecch. in Prax. Novit. disp.* 13. *dub.* 15. *per tot.* & signanter *num.* 5. *& seqq. Dian. Oper. Moral. tom.* 7. *tit. de Dub Regular. resol.* 179. *num.* 2. *Card. de Luc. de Regular. disc.* 42 *numer.* 12. *&* 19. *& disc.* 43. *num* 4. & melius *Rot. decis.* 394. *num* 7. *cor. Ubald.* ubi in specie considerat virtutem, & efficaciam illius clausulæ: *ex nunc pro tunc*: quæ in nostris Constitutionibus reperitur.

Huic voluntatis defectui jungitur alter æquè efficax potestatis: Superiores enim Domus Monachii nullatenus admittere poterant Recurrentem ad profitendum, resistentibus Constitutionibus nostræ Religionis, cum quibus se conformasse dicendum est, ad excludendum delictum, & peccatum, eò quia læderetur notabiliter Religio ex admissione illorum, qui ex Constitutionibus, in forma specifica confirmatis à Sede Apostolica, admitti non possunt, neque debent, & graviter deliquissent iidem Superiores in proprio munere, recipiendo illos, quos ex officio tenentur repellere, ut in nostris terminis discurrunt *Donat. Rer. Regular. tom.* 2. *tract.* 3. *de Qualit Recipien quæst.* 25. *num* 4. *& seqq. & Pasqualig.* nostræ Religionis Alumnus *quæst. moral Jurid.* 134. *num.* 6 *& seqq.*

Quibus non adversatur præsumpta dispensatio, illam arguendo ex longo temporis lapsu: Hujusmodi enim præsumptio cedere debet veritati, concludentissimè probatæ ex revolutione omnium illorum Librorum, ubi illæ solent registrari, ad firmata per *Rot. in decis* 1143. *num.* 5. *cor. Emer. Jun. & decis* 675. *num.* 9. *par.* 19. *rec.* Cùmque talis dispensatio non possit ad libitum solius P. Generalis, & ex quacumque causa concedi, sed ad tenorem Constitutionum, attenta peculiari, & magni momenti causa, maturè discutienda à Generali, & Consultoribus simul, eò magis nota fuisset in Religione, & signanter PP. Monachii, ubi Recurrens professionem emisit, & tamen isti ingenuè fatentur, nec ante, nec postea ab eodem P. Generali dispensatum fuisse.

Hujusmodi autem probatio negativæ ejusdem præsumptæ dispensationis robur sumit, nedum ex informatione, & notitia, quam dicuntur habuisse iidem Religiosi de rebus, gestis in Domo Monachii, ubi semper fuerunt commorati, per ea, quæ observant *Adden. ad Ludovis. decis.* 325. *num.* 27. *Adden. ad Buratt. decis.* 41. *num.* 10. *& Marchesan. de Commiss. part.* 1. *fol.* 629. *§. Quia est advertendum*, & firmavit *Rot. decis.* 508 *num* 1. *coram Cerr. & in Camer. Cappellæ* 9. *Junii* 1690. *§. Minùsque cor. Manuel. & in Romana Restit in integrum* 23 *Junii* 1698. *§. Non obstat coram Card. Caprar.* Sed existentia ejusdem prorsus excluditur à probabili ignorantia descendentiæ Recurrentis ab acatholicis Ascendentibus: Ipse enim ab 11. suæ ætatis anno inter eosdem Religiosos commoratus fuit; Undè nimis verisimile est, quod in ea ætate omnium suorum Ascendentium, & præsertim maternorum, distinctam non habuerit notitiam, quam eò minùs habuisse dicendum est Patres exteros Monachii, paulò antè, hoc est anno 1672. introductos. Non poterunt igitur, nec iidem Patres, nec Recurrens cogitare de dicta dispensatione, circa qualitatem eisdem ignoratam, ut generaliter argumentantur adducti *in Tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 24. *num.* 41. Et ad nostrum præcisum effectum *Bertacchin. Vot. dec.* 130. *num.* 5. *& Rot cor. Emer Jun. dec.* 952. *num.* 9.

Nec dicatur, quod attenta conversione Guglielmi Avi Recurrentis, abolita dicitur omnis præcedens macula, ab hæresi proveniens. Nostræ enim Constitutiones non excludunt descendentes ab hæreticis ob actualem maculam, in ipsis vigentem post Ascendentium conversionem, sed ob descendentiam ab illis, qui hæresim aliquando amplexati fuerunt: Hoc autem ad literam verificatur de illis, qui licet conversi ad Fidem Catholicam, antecedenter fuerunt hæretici, & proindè de istis intelligendæ sunt eædem Constitutiones, quæ cùm ulteriùs excludant descendentes ex novis Christianis, in necessarium antecedens excludunt illos, qui descendunt ex noviter ad fidem conversis, ut de se patet; Ultra quod respectu Octaviani de Necker, Recurrentis Proavi in hæresi Lutherana defuncti, semper verificabitur qualitas descendentiæ à linea infecta intra 4. gradum, in Constitutionibus præscripta, & consequenter semper applicabitur illarum dispositio, ex adductis per *Rot. decis.* 46 *numer.* 31. *par.* 19. *rec.*

Tandem nulla vis fieri potest in professione tacita ob longum tempus, quo Recurrens in Religione permansit, & actus, propriè Religiosis convenientes, exercuit; Quidquid enim sit, quando agitur de nullitate, resultante ex defectu liberæ voluntatis Profitentis, vel ex alio impedimento, quo cessante, repositum sit in arbitrio Novitii professionem nullam ratificare, & perseverando in sua Religione, præ-

sumatur

sumatur cum effectu ratificasse, juxta terminos authoritatum, quæ de facili allegari possunt: Secùs dicendum est, quando impedimentum non se tenet, ex parte Profitentis, 28 sed Religionis, illudque ex præcepto legis semper viget, nisi expresse tollatur per dispensationem, qua deficiente, semper actus professionis ex vi clausulæ irritantis remanet nullus, ad notata per *Sanch. de Matrim. lib.7. disputat.37. num.53. Donat. Rer. Regular. tom.2. tract.3. de Qualit. Recipien. quæst.25. num.6. & seqq. Capon. tom.1. discept.53. numer.61. & seqq. & Roderic. Quæst. Regular. tom.3. quæst.13. articul 9.*

Ratio autem hujus communis conclusionis ea est, quia ad tacitam professionem, una cum actibus Professi, concurrere debet consensus saltem tacitus Superioris, ex adductis per *Panimol. decis.29. adnot.3. num.33. Pignatel. consultat.173. num.89. tom.9. & Rot. decis.491. num.16. cor. Royas* cum con-29 cordantibus, citatis *in Tom.1. par.1. discept.3. num.60.* In circumstantiis autem nostri casus tantùm abest, ut hujusmodi tacitus consensus Superioris pro validitate professionis concurrat, quin potiùs evidenter constet de expresso dissensu, fundato in dicta præventiva protestatione, & lege, quæ semper loquitur, semperque removet consensum ab omnibus 30 actibus, quocumque tempore fiant à Novitiis, & nulliter professis, ex supra allegatis.

Ex quo proindè communiter inferunt DD. quod in his terminis inhabilitationis, inductæ à Constitutionibus Religionis, per Summum Pontificem specificè confirmatis, nunquam est locus professioni tacitæ, nec currit quinquennium ad reclamandam à Concilio præscriptum, ut decla-31 rando Conciliarem dispositionem, probat *Navar. cons.5. num.12. & cons.25. num.2. & cons.48. eodem num.* & meliùs *Sanch. de Matrim. lib.7. disput.37. num.32.* ubi illam adducit convincentem rationem, qnia aliàs Religio post quinquennium cogeretur in Religione retinere effectos inhabiles per suas Constitutiones, in forma specifica à Summo Pontifice confirmatas, atquè ita decretum favore Religionis editum 32 redundaret in ipsius præjudicium, contra vulgatas Juris regulas *Barbos. de Potest. Episc. alleg.104. num.21. & Panimol. decis.29. adnot.1. num.14.*

In illis præterea casibus, & circunstantiis, in quibus tempus ad reclamandum incipit currere à die professionis, tunc solùm fit locus tacitæ ratificationi ex gestatione habitus Religiosi, & exercitio actuum, ad Professos spectantium, 33 quando in Religioso nulliter professo verificatur scientia nullitatis professionis antecedentis: Secùs qnando, ut in præsenti, concurrit justa, & probabilis ignorantia ejusdem, ea ratione, quia ad inducendam tacitam professionem, seù ratificationem, ultra consensum Superioris, est necessarius Profitentis consensus, saltem tacitus *cap. Significatum cap. Sicut tenor, & cap. Consuluit de Regular.* Iste autem consensus nullatenus verificari potest in illo, qui ignorat nulli-34 tatem suæ professionis, quia voluntas non fertur in incognitum, & actus, qui fiunt per Professum, referuntur ad titulum præambulum expressæ professionis, de qua constat, & ad adimplendam obligationem, jam expressè contractam cum Religione, non autem ad contrahendam novam, ut observant *Passer. de Stat. Homin. tom.3. quæst 189. art.10. inspect.8. num.375. & seqq. Capon. controv.14. num.22. Sperel. decis.8. num.30. Bertachin. Vot. decis 130. per tot.* & pluriès firmavit *Rot.* & signanter *decis.421. num.8 coram Royas, & decis.277. num.13. coram Ubald. & decis.227. num.23. coram Priol. & decis.952. & decis.983. per totam coram Emer. Jun.*

Die 19. Maii 1703. proposito dub. in Sacr. Congreg. Con-35 cil. *An sit locus restitutioni in integrum*, eadem Sacr. Congregat. Concil. respondit: *Examinentur testes formiter.* vide *Tom.3. part.1. discept.6.*

DISCEPTATIO XXVI.

Vvallo Belgica Electionis.

PRO

Vicario Provinciali Carmelitarum.

CUM

Duobus Religiosis ejusdem Religionis.

ARGUMENTUM.

Habens facultatem confirmandi electionem, seù procedendi secundùm Deum, veritatem, & propriam conscientiam, an teneatur allegare causam denegationis suæ confirmationis, seu Voti: Et in casu hujusmodi denegationis, an sit permissa appellatio ad Superiores.

IN Constitutionibus strictioris Observantiæ seù Reformatorum Ordinis Carmelitarum ab Urbano VIII. & Inno-1 centio X. in forma specifica confirmatis *par.3. sub cap.22.* sancitum reperitur, quod opportuno tempore, paulò ante Capitulum Provinciale, in singulis Conventibus Provinciæ fiat Prioris electio, quæ subinde in ipso Capitulo Provinciali, nisi aliquando subsit impedimentum, confirmanda sit, Præcipitur ulterius in ead. *par 3. cap.8. num.2.* quod Præsidens, cum aliis Definitorii Patribus, plenam habeat authoritatem confirmandi Priores, à Conventibus electos, & ut exactiùs id fiat, precisè demandatur, quod *Singuli jurent coram Crucifixo, se ex omnibus, per Commmunitates electis*, 2 *constituturos eos tantum, quos secundum Deum, veritatem, & propriam conscientiam, idoneos ad id Officii judicaverint.*

Quia verò contingere poterat, quòd à Capitulo Provinciali non confirmaretur ille, quem Conventus aliquis elegerat, & de cætero omninò expediebat, quod omnes Priores 3 in ipso Capitulo Provinciali instituerentur, ideò in eadem *par.3. dict. cap.22. num.6.* providè determinatur, quòd: *Tunc ab omnibus Gremialibus Capituli Provincialis Priores eligantur &c. à Definitorio, sicut, & cæteri Priores, confirmentur; Et debent sub pæna Rebellium, ipso facto incurrenda, sic electi, & confirmati, à Conventibus recipi.*

Juxta facultates, in prædictis Constitutionibus concessas, & juxta id, quòd semper in præteritum practicatum fuit in Capitulo Vicario Provinciali Vicariæ Vvallo Belgicæ, celebrato in Conventu Nivellensi die 22. Aprilis 1712. confirmatæ fuerunt electiones Priorum, à singulis Conventibus 4 dictæ Vicariæ factæ, duabus exceptis, illa nempè expleta à Conventu Brugellettensi in personam P. Francisci à S. Carolo, & alia Conventus Vvauriensis, sequuta in personam P. Alexandri à S. Joanne Baptista, & in quorum locum per Gremiales ipsius Capituli fuerunt electi P. Odoardus à S. Theresia pro Conventu Brugellettensi, & P. Florentinus à S. Francisco pro Conventu Vvauriensi, qui fuerunt eodem tempore ad præscriptum earundem Constitutionum à P. Præsidente, & aliis Definitorii Patribus confirmati, & successivè ab eisdem Conventibus, ut par erat, recepti, eorumquè administrationem, servatis iis, quæ de Jure, & stylo Ordinis servanda erant, susceperunt, eamque lauda-5 biliter subindè retinuerunt, ac exercuerunt, prout etiam de presenti retinent, ac exercent, ut in illis Partibus notorium est.

Rebus ita se habentibus, ex abrupto, & præter omnem expectationem de mense Julii dict. anni 1712. P. Anselmo à S. Josepho Vicario Provinciali dictæ Vicariæ Vvallo Belgicæ, præsentatum fuit quoddam Decretum, editum die 18. men-6 sis Junii ejusdem anni per P. Commissarium Generalem Ordinis, in quo declarabatur benè fuisse appellatum per PP. Discretos Conventuum Brugellensis, & Vvauriensis adversus non confirmationem Priorum per eosdem Conventus electos, maleque per Definitorium Capituli Vicarii Provincialis fuisse processum ad electionem novorum Priorum, ideoque Priores, à Communitatibus eorundem Conventuum electos, ad suos Prioratus restituendos esse, & in illorum possessione manutenendos fore, donec constiterit de canonicis impedimentis; Ipsumque Vicarium Provincialem, ac Definitorium teneri afferre causam eorum non confirmationis; Et demum demandabatur Vicario Provincia-7 li, ut ipse statim à die notitiæ decretum exequi faceret sub pœna suspensionis ab Officio, ipso facto incurrenda.

Cùm autem hoc decretum esset de directo contra Ordinis Constitutiones, statim ipse Vicarius Provincialis

ad S. Sedem coram Notario Apostolico appellationem interposuit, & subindè ad securiùs evitandam pœnam suspensionis, in prædicto Decreto comminatam, & pro majori cautela adivit (8) Internuncium Bruxellensem, qui concedendo eisdem terminum ad recurrendum, & suspendendo pœnas comminatas, donec aliter per S. S. sive per hanc Sacr. Congreg. fuisset decretum opportunè providit; Qua de re habito deindè per eundem P. Vicarium Provincialem recursu ad hanc S.C. post auditum P. Procuratorem Generalem Ordinis, destinatus fuit Ponens Em. Casinus, die verò 30. Sept. 1712. cum insubsistenti supposito, quod in Partibus ob non obtentam confirmationem orta essent scandala, dissensionesquè vigerent, institum fuit coram hac S. C. pro aliqua provisione sed remissa instantia ad eundem Em. Ponentem, iste post auditas Partes in contradictorio, demandavit, quod scriberetur dicto Internuncio Bruxellensi, prout in effectu scriptum fuit, (9) ad hoc, ut ipse, quatenus necessarium fore putaret, ad opportunam provisionem deveniret.

Verùm demonstrato pro parte P. Vicarii Provincialis, quòd supposita scandala, ac dissensiones neutiquam subsistebant, & id, quòd peregerat Capitulum ritè, ac legiti(10)mè gestum fuerat præfatus Internuncius post præfixos aliquos terminos Appellantibus ad deducendum propria Jura, nihilque deducto, quidquam determinare nequivit; Cumque in præsenti Congregatione, ut controversiæ finis in totum imponatur, disputari contingat dubium, *An electio Priorum facta per Gremiales Capituli Vicarii Provincialis Vvallo Belgici, à Definitorio confirmata, sustineatur*, ex solita justitia speramus affirmativè esse resolven.

Posito enim, quòd Præsidens, aliiquè PP. Definitorii Capituli Vicarii Provincialis liberam habeant facultatem confirmandi Priores, electos à singulis Conventibus, & in (11) casu non confirmationis deveniendi ad electionem aliorum, istosque confirmandi, talique facultate in non confirmatione Priorum, electorum à Conventibus Brugellettensi, & Vvauriensi, & in electione aliorum duorum in eorum locum, usi fuerint, minimè ejusmodi electio in quæstionem revocanda venit, minusquè de illius validitate dubitari potest, cùm id, quòd lege permittente fit, justè, validè, & legitimè semper fieri dicatur, ad *Text. in leg. Quis sit fugiti(12)vus*, *§. Apud Labconem ff. de Edilit. Ædicto*, cum concordantibus apud *Lezan. Oper. moral tom.4. consult.42. num.47.*

Quod autem in præsenti facti specie competat facultas confirmandi Priores, electos à Conventibus, hæsitandum non videtur; illa enim literaliter resultat ex *Constit. Ordin. par.3.* (13) *cap.8. num.2.* ibi: *Volumus idcircò, quòd Præsidens, cum aliis Definitorii PP plenam habeat authoritatem confirmandi omnes Priores locales, in Conventibus canonicè electos*: Et in casu confirmationis non factæ, quod possint devenire ad electionem aliorum, eosque confirmare pariter clarè desumitur ex ipsis *Constit par.3. cap.22. num 6.* ibi: *Verùm quia fieri potest ut legitima de causa non confirmetur à Capitulo Provincialis ille, quem Conventus aliquis elegerit, aliundè verò omninò expedit, ut omnes Priores instituantur in ipso Capitulo Provinciali, quo omnia Provinciæ negotia citiùs, & faciliùs expediantur, omnesque Familiæ statim disponantur, & terminentur; Tunc ab omnibus Gremialibus Capituli Pro(14)vincialis Priores eligantur &c. & à Definitorio, sicut cæteri Priores confirmentur: Et debent sub pœna Rebellium, ipso facto incurrenda, sic electi, & confirmati, à Conventibus recipi.*

Quæ Constitutiones cùm appareant conditæ pro bono regimine, ac gubernio Provinciarum Reformatarum Ordinis Carmelitarum, & sint à Summis Pontificibus Urbano VIII. (15) & Innocentio X. in forma specifica approbatæ, ac confirmatæ, omninò observandæ, & attendendæ veniunt juxtà *Text. in cap. Si Apostolicæ 22.* ubi *Gloss. in verbo Confirmamus de Præben. in 6.* cum aliis, citatis *in decis.46. numer.1. & 2. coram Ottbobon.*

Concurrente observantia, præsertim nunquam interrupta, eisdem Constitutionibus uniformi *Rot. cor. Ludov. decis.184. num 8. & coram Buratt. dec.944 num.6.* Quæ sanè observantia ad oculum demonstratur, nam quotiès casus evenit, quod in Capitulo Provinciali non fuerunt confirmati (16) Priores à Communitatibus Conventuum electorum, in ipso Capitulo semper deventum fuit ad electionem aliorum, illique ad gubernium eorundem Conventuum transmissi, absque ulla penitùs oppositione semper recepti fuerunt; Idquè signanter practicatum fuit anno 1663. pro Conventibus Iprensi, Thenensi, & Alostensi; Anno 1690. pro Conventu Bruxellensi; Anno 1697. pro Conventu Neapontano; Anno 1700. pro Conventu S. Annæ; Et anno 1709. pro Conventu Vvillersiensi, ut ex Actis Capitularibus; in Secretaria exhibitis; Atque unanimiter deponunt, ac testantur plures PP. Provinciales, Exprovinciales, ac Definitores, & quidem, tàm ante, quàm post divisionem Belgii in (17) Provincias Gallo Belgicam, Flandro Belgicam, & Vvallo Belgicam, quibus veluti informatis, & de facto proprio deponentibus, fidem indubiam præstandam esse in terminis probat *Lezan. Oper moral. consultat. 13. num. 70. circa med. tom.4.*

Quibus non adversatur reflexio, quod ad denegationem Confirmationis deventum fuerit nulla adducta causa cano(18)nici impedimenti, nullaquè reddita ratione; Cùm enim Præsidens, ac alii Definitorii Patres plenam desuper habeant facultatem, nullam causam, nullamque rationem confirmationis non factæ reddere renentur ex firmatis per *Rot. in dec.186. per tot. par.18. rec.* Circa quod concordant nostræ Constitutiones, & decreta Capitulorum generalium.

Quoad nostras Constitutiones in istis *par.3. cap.8. num.2.* plena tribuitur facultas confirmandi Priores, ibi: *Plenam habeant facultatem*, qua stante nihil contra factum haben(19)tium talem facultatem opponi potest, cùm plena facultas nullam patiatur limitationem, & tantæ est efficaciæ, ut ea, quæ virtute similis facultatis fiunt, omnes exceptiones rejiciant, & excludant ex adductis à *Sanch. de Matrim. lib 2. disput.15. num.3.* Imò, quòd habens facultatem cum dicta clausula, facere possit, quidquid ei libuerit, etiam si levi (20) ex causa moveatur, probat *Monet. de Commut. ultim. volunt. cap.7 num.119 vers. secundus.*

Fortiùs quia plena hæc facultas est exercibilis in Priores, canonicè electos ibi: *Volumus idcircò, quod Præsidens, cum aliis Definitorii Patribus, plenam habeant authoritatem con(21)firmandi omnes Priores locales, in Conventibus canonicè electos*, quæ canonica electio non solùm importat solemnitates electionis, ad terminos *Text in cap. Quia propter de Elect.* Verùm etiam illius substantialia, videlicèt, ut fiat de viro digno, ac necessaria habente requisita, tàm in ordine ad personam, quàm in ordine ad mores, ut observat *Passer. de* (22) *Elect. cap.1. num.38.* ac proindè si Definitorio conceditur plena facultas confirmandi, & reijciendi Priores canonicè electos, fit evidens, mentem Constitutionum fuisse tribuendi Definitorio absolutam, & independentem facultatem circa ejusmodi confirmationes, confirmandorum qualitatibus non curatis, neque consideratis; Et quatenus qualitates hujusmodi in consideratione habendæ veniant, id procedat in Foro conscientiæ, non autem in Foro exteriori, ea ratione, quia Constitutiones prædictæ præcipiunt fieri, confirmationes eorum tantùm, quos PP. Definitorii secundùm Deum, veritatem, & propriam conscientiam idoneos ad id officii reputaverint, & propterea dici debeant considera(23)ta privata conscientia Judicantium, quæ in hoc sensu sumitur pro proprio animi motu, factiquè nostri judicio, quod nemo scire debet, nisi solus Deus, ex adductis *in decis.156. num.11. par.18. rec.*

Transitque in evidentiam assumptum ponderando, quod in hypothesi asserta expressio causæ penitùs incongrua redderetur, tùm ex ipsa mente Constitutionum, requirentium celerem expeditionem in hujusmodi electionibus, & confirmationibus, quæ neutiquam haberi posset, si Capitulares (24) causam aperirent eorum, quæ fecissent, ex quo veritas, & substantia expressorum sæpè sæpiùs ad examen revocaretur, & super eis quodammodò compillari deberent Processus, quod longum tempus exigeret, ut de se patet.

Tùm ex indole subjectæ materiæ, has expressiones nequaquam patientis, ex quo confirmationes explendæ sunt per suffragia secreta, itaut singuli Capitulares alterius votum, & intentionem ignorent; Quæ quidem cautela inducta ad solum finem præservandi PP. Capitulares ab odiis, quibus eos Priores rejecti prosequi possent, eosque consti(25)tuendi in plenaria libertate confirmandi eos solùm, quos secundùm propriam conscientiam, secluso quocumque respectu privato, idoneos judicassent, jam deserviret de vento, omnesquè in plenam cognitionem devenirent gestorum in Capitulo, quod quàm sit alienum à fine boni regiminis, & gubernii, in Constitutionibus primariò voliti, nemo non videt.

Tùm denique ex gravi absurdo, quod ex hac causæ revelatione inevitabiliter sequeretur, cum enim confirmationes fieri debeant per vota secreta, itaut cuique Confirmantium sit absconditum, qua ratione quis votum suum sic proferat, de facili posset contingere, neutros in suffragiis feren(26)dis eadem ratione motos fuisse, sed alium pro rejectione inclinasse ex causa, gr. ex. incapacitatis electi, puta ob insuffi-

insufficientem doctrinam, alium ob defectum necessariæ prudentiæ, & similia, cuique privata scientia nota, quæ postea si exprimi deberent, quisque videt, quot defectus, & maculæ, & quot fortasse non levia delicta in Electo comparerent, quantaque infamia ille apud omnes notaretur, à quo proindè quantùm fieri potest cavendum est, juxta firmata per *Rot. in dec.* 347.. *num* 2. *cor. Coccin.* cum aliis, citatis *in Tom.* 1. *par.* 1. *disc.* 13. *num.* 155.

Idem quoque claré desumitur ex Decretis Capitulorum Generalium, ex quibus quæcumque removetur dubietas; Etenim anno 1663. occasione, qua Pat. Generalis Arri Belgii Provinciam visitabat, exorta hac præcisa controversia, an scilicet Capitulares in actu confirmationis Prioris tenerentur causam aliquam eorum non confirmationis allegare, idem Generalis controversiam per verba sequentia definivit: *Cum nonnulli dubium putent sensum Constit. par.* 3. *cap.* 8. *num.* 2. *circa confirmationem per hæc verba: Singuli jurent coram Crucifixo, se ex omnibus per Communitates electis, constituturos eos tantùm, quos secundum Deum, veritatem, & propriam conscientiam idoneos ad id officii judicaverint: Declaramus, mentem Statutorum esse, ut, sine ullo Processu, ad confirmationem Priorum ita procedatur, ut Definitorium non teneatur allegare causam non confirmatorum:* Quod Decretum approbationis, ac confirmationis robur obtinuit in Capit. Generali Romæ congregato anno 1680. ut constat ex Actis Capitularibus, Provincialibus, ac Generalibus; Quo circa cum desuper concurrat lex adeò clara usque ab initio, & in successivis Capitulis declarata, ac confirmata, ea absque ullo dubio servanda venit ex firmatis per *Rot. in rec decis.* 378. *num.* 18. *par.* 18.

Quin in aliquo suffragetur responsio, prædictam declarationem emanasse pro sola Provincia Flandro Belgica, ideoq; ad eam, de qua agitur extendi non posse.

Ultra quod enim tunc temporis in Belgio unica aderat Provincia, ut colligitur ex actis Capitularibus anni 1656. & ex Testibus, ex hac parte productis, P. Generalis Arri dictam declarationem explevit, nedum in Conventu Broxellensi, sed etiam Valencenensi, & sic tàm in Provincia Flandro Belgica, quàm in alia Gallo Belgica, & per consequens etiam in ea, de qua agitur, Vvallo Belgica nuncupata, & quæ tunc temporis erat eadem cum Gallo Belgica prout re ipsa etiam de præsenti est, & non nisi ob rationes purè politicas, & ex speciali Dominantium placito in præsenti divisa reperitur, ideoque eadem declaratio supradd. omnium Provinciarum comprehensiva exstitit.

Cessat in hypothesi quævis amaritudo, reflectendo, quod Constitutiones, de quibus agitur, pro omnibus Provinciis Reformatis conditæ sunt, undè admisso etiam per malam hypothesim, quod declaratio emanaverit ad petitionem, & instantiam Provinciæ Flandro Belgicæ, non exindè rectè argui poterit pro non comprehensione aliarum Provinciarum nam non est assignabilis ratio, aut differentia, cur dictum Decretum, interpretativum generalis Constitutionis ab omnibus eodem modo indistinctè servandæ, ligare debeat unam Provinciam, non verò cæteras alias, quodque dum una vivit sub lege, à Superiore habente facultatem interpretata, & declarata, alia proprio marte regi debeat, cum tamen apud omnes eadem sit considerabilis ratio, ad *Tex. in leg. Jam hoc Jureff. de Vulgar. & Pupillar.*

Demonstrata irrelevantia primi objecti, pari facilitate ostenditur quoad aliud; Prætenditur quippè nullitas electionis Priorum, factæ per Gremiales Capituli, sub fundamento, quod expleta fuerit non obstante appellatione, interposita per PP. Discretos Conventuum Brugellettensis, & Vvauriensis ad P. Generalem; Verùm nulla desuper nullitas considerari potest, quia cum facultas confirmandi, vel non confirmandi juxta Constitutiones Ordinis in totum, & per totum remissa sit arbitrio, & conscientiæ PP Definitorii, ab istorum Judicio minimè appellare licebat *Gloss. in clemen.* 1. *verbo Oneramus de Jurepatron.* cum concordantibus, allegatis in *dec* 156. *per totum part* 18. *rec.* Fortiùs quia talis appellatio specialiter vetita reperitur vigore decretorum, factorum pro his Provinciis Reformatis in Capitulo Generali, in Urbe celebrato anno 1680. & quidem sub gravi pœna contra ipsos Appellantes, & recurrentes imposita ibi: *Si quis &c. à non confirmatione appellaverit, vel ad Superiorem recurrerit, eo ipso ad istud officium, & quodcumque aliud sit inhabilis*, & proinde validè, ac legitimè, & sine ulla labe nullitatis, d. appellatione non obstante, ad electionem novorum Priorum deveniri valuit, eaque executioni demandari, ex supra citatis.

In eadem Causa.

Proposito in hac Causa die 2. Junii 1713. dubio *An, & quæ electio Priorum substineatur, & sit confirmanda*, rescriptum fuit: *Substineri primam electionem Priorum, factam à Conventibus, & esse confirmandam, nisi infra tres menses Recurrentes adduxerint coram P. Generali causam legitimam denegatæ confirmationis.* Reproponitur hodiè, & attento bono Jure P. Anselmi, speramus *à decisis esse recedendum.*

Ad quem effectum præmittimus, cubitalibus literis demandari *in part.* 3 *cap.* 22. *nostr. Constit.* in forma specifica confirmatarum ab Urbano VIII. ac Innocen. X. quod ante Capitulum Provinciale in singulis Conventibus fiat Prioris electio, in eodem Capitulo Provinciali confirmanda, nisi aliquod subsit impedimentum, quodque eadem confirmatio unicè reposita sit in plena authoritate Præsidentis, aliorumque Patrum, componentium integrum Definitorium; *Quod, ut faciant exactiùs* (sunt verba *earundem Constit. part.* 3. *cap.* 8. *numer.* 2.) *districtè præcipimus per meritum sanctæ Obedientiæ, ut antequam procedant ad ordinationem Priorum, singuli jurent coram Crucifixo, se ex omnibus per Communitates electis, constituturos eos tantùm, quos secundùm Deum veritatem, & propriam conscientiam idoneos ad id Officii judicaverint.* In casu verò, quo aliquis ex Prioribus, à dictis Communitatibus electis, secundum Deum, veritatem, & conscientiam à dictis Patribus Definitorii idoneus judicatus non fuerit: *Tunc* (sunt pariter verba *earundem Constit. par.* 3. *cap.* 22. *num.* 4.) *ab omnibus Gremialibus Capituli Provincialis Priores eligantur &c., & à Definitorio, sicut & cæteri Priores confirmentur &c.*

Ex quibus ad hominem infertur, à Patribus Definitorii nullam esse allegandam causam P. Generali Ordinis denegationis confirmationis electionis, factæ à Gremialibus cujuscumque Conventus, sive consideretur plena authoritas, à Constitutionibus in hac parte Præsidenti, & Definitorio literaliter attributa, sive præ oculis habeatur reflexio illa, quod denegatio confirmationis innixa est judicio eorum conscientiæ, quæ prævio juramento coram SS. Crucifixo præstando, moveri debet secundum Deum, & veritatem ad judicandam eorum idoneitatem.

Quoad plenam authoritatem, competentem in hac parte Definitorii Patribus, habemus hoc solemniter, & utraque Parte acriter informante in debilioribus terminis decisum à *Rot. in Giennen. Juris mutandi* 11. *Februarii* 1698. § *Eo autem, & seqq. coram Ursino, &* 20 *Februarii* 1699. § *Verùm coram Ansald.* inter ejus impress. *la* 76. & concordant *Fagn. in cap. Cum ad Monasterium num.* 34. *de Stat Monach. Sanchez ad Præcept. Decal. libr.* 7. *capit.* 29. *sub numer.* 111. *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 3. *disput.* 9 *quæstion.* 14. *numer.* 2. *Rot. coram Cavaler. decis* 95. *n.* 5. *&* 6. *& coram Peuting. dec.* 15. *numer* 20 *&* 21.

Dixi *in debilioribus terminis*, quia Rot. in dd. decis. loquitur in terminis Cleri Sæcularis, hoc est Canonicorum Ecclesiarum Giennen. & Baecen. nec non in terminis facultatis concessæ cum verbo: *Liberè*, ibi: *Eadem dictio liberè sua ptè natura præsefert illam, ac si diceretur sine causa*; Nos autem sumus in terminis Regularium, *qui non ita pingue Jus habent, sicuti Sæculares*, sunt verba *Gloss. in cap. Per tuas verb. Levioribus de Simon.* & concordat alia *Gloss. in cap. Ea quæ, verb. Absque strepitu de Stat. Monachor.* necnon adducti à *Rodriq. Quæst. Regul. tom.* 2 *quæst.* 15. *artic.* 10. *& Barbos. vot. dec.* 4. *num* 46. *& seqq. tom.* 1. necnon sumus in terminis illorum verborum: *Plenam habeant authoritatem*, quæ longè efficaciora ad nostrum effectum reputantur, & diversitatem adducit *Maul. in Thesaur. theoric. practic. titul. de Trebellian cap.* 10. *versic. Quintò inferunt fol. mihi* 107. his verbis *Plenum dicitur, cui nihil addi potest, & à quo nihil potest minui:* Non sic autem dictio *liberè*, ex quo habens facultatem liberè procedendi, adhuc tenetur procedere Juris ordine servato, ex cumulatis per *Barb. diction.* 190. *num* 21. Eademque dictio *liberè* utì æquivoca plures recipere valet interpretationes in Jure, undè intelligi non possit de mutatione absque causa, juxta totidem verba *Rot. in d. Giennen.* 26. *Apr.* 1700. §. *Non obstat cor. Muto.*

Quo verò ad secundam reflexionem, dignentur Eminentissimi Patres, observare, quod nos nunquam somniavimus asserere, graves illos, graduatosque Religiosos, componentes Definitorium, confirmationem velle denegare absq; causa, sed solum absque illius expressione, juxta ea, quæ observavit *Rot. in d. Giennen. cor. Muto*, ubi proximè, ibi: *Cum Episco-*

Episcopus non intendat mutare Canonicos absque causa, sed sine expressione illius.

Idque in nostris terminis ex eo permissum videtur, quia motiva talis confirmationis remissa sunt eorum conscientiæ, juxta verba illa opportunè repetenda: *Singuli jurent coram* 45 *Crucifixo, se, ex omnibus per Communitates electis, constituturos eos tantùm, quos secundùm Deum, veritatem, & propriam conscientiam idoneos ad id Officii judicaverint*: In quibus terminis non P. Generalem, sed solùm Deum habent Judicem, & Scrutatorem *Gloss. in capit. Statutum §. Assessorem verb. Relinquatur de Rescript. in 6.* ibi: *Cum enim hoc conscientiæ relinquatur ipsius; Ergo solus Deus, & nullus alius Judex, vel cognitor*, ibique *Franch. num. 5.* ibi: *Tenemen-* 46 *ti Gloss. singularem, & ità sæpè allegavi, quod ubi aliquid est remissum conscientiæ alicujus non potest, dato, quod talis declaraverit, reclamari, quia nullus alius, sed solus Deus est Judex*: *Menoch. de Arbitr. lib. 1. quæst. 70. num. 8.* ibi: *Committere conscientiæ nihil aliud est, quàm illi facultatem tribuere declarandi, quæ in voluntate sua sunt, quæ ab alio, quàm* 47 *à Deo optimo maximo, cordium scrutatore, cognosci non possunt*: *Sanch. de Matrim. lib. 3. disput. 8. num. 4.* ibi: *Cum conscientiæ relinquatur ejusdem; Ergo solus Deus, & nullus alius Judex, vel cognitor*: *Mascard. de Probat. conclus. 414. num. 1.* ibi: *Conscientiæ alicujus, quando aliquid committitur, ejus dicto fides adhibetur usque ut in dubitationem revocare id non liceat*: *Rot. dec. 357. num. 13. par. 19 recen.* ibi: *Propriæ conscientiæ &c. cujus rationem soli Deo reddere tenetur*: *& in* 48 *Derthusen. Jurisd. 30. Aprilis 1694. §. Quo vero cor. Cardin. Caprar.* ibi: *Cum recognitio panis, & emendæ in prædictis Constitutionibus remissa sit arbitrio, & conscientiæ Canonicorum visorum, inde fit, quod iidem Canonici judicando tanquam Principes soli Deo teneantur reddere rationem*; Et in terminis nostri casus, nimirum non allegationis causæ denegatæ confirmationis electionis, *Barbos. vot. decis. 4. num. 36.* ibi: *Cum totum negotium confirmationis, & cassationis hujusmodi com-* 49 *missum sit conscientiæ, & prudentiæ P. Generalis confirmantis, ideò ejus dicto fides est adhibenda &c. & non potest moveri quæstio, quod malè egerit.*

Tantùm verò abest, quod hujusmodi procedendi modus reputetur injuriosus, & præjudicialis Religiosis, quin po- 50 tiùs summè utilis, summèque commendabilis uno ore appellatur à Doctoribus, quos sequuntur *Imol. in clem. unica sub n. 44. vers. Potest enim habere notam aliquam causam occultam de Supplend. negligent Prælatorum*, *Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæst. 35. num. 38.* ibi: *Interest causam reticere, ne fortè cogatur Superior eam exprimere, quam non expedit aliis innotescere* *Card. de Luc. de Regul. disc. 15. num. 9.* ibi: *Ex justis causis occultis, quas pro decore Religionis, aliisque justis, vel prudentibus motivis, patefacere non expedit* & *Rot. dec. 76. num. 17. coram Ansald.* ibi: *Interest causam reticere &c. quam non expedit aliis innotescere*: In cujus *numer. 7. ex D. Augustino in Sermon. de Commun. vit. Clericor.* observat, omnia Jura, præsertim Ecclesiastica, semper exigere, ut quantum fieri 51 potest honori, ac famæ proximi consulatur; Multò igitur fortiùs honori Religionis, & famæ Religiosorum consulere tenentur Superiores, quod ad unguem verificatur reticendo causas illas, quæ, consideratis omnibus considerandis secundùm Deum, veritatem, & conscientiam eis non permittunt dare votum pro illorum confirmatione.

Nec dicatur, quod confirmatio de Jure debita sit validè, & canonicè electis, quodque proindè magna eisdem fiat iniuria illos absque expressione causæ non confirmare in Officiis, 52 Obiectu enim punctualiter occurrunt *Baun. de Justit. & Jur. quæst. 67. art. 2. pag. mihi 420.* & *Barbos. vot. decis. 4. num 29. lib 1.* ibi: *Quod si aliquis obiiciat contra, Ille confirmator injuriam facit electo, ergo tenetur eum confirmare ex justitia; Probatur antecedens, quia statim judicabitur suspectus de aliquo crimine, propter quod non confirmatur à Prælato; Respondetur, nihilominus negando antecedens, & ad probationem respondetur, quod est temerarium judicium, quia multis modis potest cassari electio etiam digni &c.* *Fagn. in cap. Cum ad Mona-* 53 *sterium num. 25. de Statu Monach.* ibi: *Abbas spoliando nullam intulit iniuriam, sed usus est Jure suo*, & *Rot. in Giennen Juris mutan 22. Febr. 1698. §. 3. cor Ursin.* ibi: *Nulla exinde consideratur infamia, vel irrogatur iniuria, quia solùm adscribitur obedientiæ, & voluntati Prælati.*

Observando hìc, quod non agitur de confirmatione, denegata ab uno, vel ab altero confirmare debente, moramque faciente in partibus longinquis, qui vè proindè potuerit move- 54 ri ex pravis informationibus, vel sinistra opinione alicujus parum fidelis Relatoris, sed agitur de confirmatione post Juramentum, coram Santissimo Crucifixo præstitum, de confirmando illos, quos secundum Deum, veritatem, & conscientiam idoneos judicaverint, per secreta suffragia denegata ab integro Definitorio, plenissimè informato de qualitati- 55 bus Subditorum, compositoque ex primi nominis Religiosis totius Provinciæ, sive habeatur respectus ad doctrinam, sive ad gubernandi peritiam.

Prima enim Persona, seù Præses ejusdem Definitorii erat Pater Florentius à Sancto Henrico Exprovincialis, qui deputatus fuerat talis à Patre Generali ad hoc ut illas partes faceret, quas ipsemet Pat. Generalis ageret, si præsens fuisset, juxta præcisa verba ejus deputationis, sicque uti omni- 56 bus aliis habilior, & melior re, & factis canonizatus ab ipsomet Capite Religionis, ut ex eadem deputatione remanet manifestum.

Secunda Persona erat illa, cui tota Vicaria Provincialis sua gubernacula concrederat, & quem omnes Gremiales Capituli Provincialis, prævio juramento de Propriore, ac magis idoneo sibi met deligendo in Caput Provinciæ, seù Vicariæ suæ adscriverunt, & quem in casu præsenti jam pro secunda vice, & quidem laudabilissimè, ac penè omnium votis, ut patet ex actis, in Vicarium Provincialem 57 sibi elegerant.

Tertia verò Persona non dissimilis qualitatis in immediatè præcedenti Capitulo votis Gremialium ad supremum illud munus Provinciæ, seù Vicariæ, præmisso simili juramento, fuerat, & in hoc casu etiam verè fuit electa, at- 58 que à Patre Generali more solito in suo Vicar. Provincialatu confirmata.

Reliquæ quatuor Personæ, numerum septenarium Judicum supremorum intuitu confirmationis Priorum à Conventibus electorum, implentes, & quibus plenitudo potestatis, seu plena authoritas eatenus à Statutis Reformationis con- 59 junctim, non verò divisim attributa est, sunt illi ipsi, quos iterum Gremiales omnes totius Capituli, tanquam probiores, magis idoneos secundum Deum, & veritatem propriæ conscientiæ suæ judicaverunt, atque idcircò etiam interposito juramento elegerunt, ut essent Definitores, Patresque Provinciæ.

Non creditur autem alia reflexione opus, ut existimetur moraliter impossibile, quod tales Personæ, tantique numeri, adductæ fuerunt in suspicionem factionum, alteriusvè mali 60 processus quoad confirmationem dictorum Priorum, sine insigni temeritate, ac specie manifestæ injuriæ, & evidentis calumniæ. Unde applicantur ea, quæ dicit *Gloss. in capit. Prudentiam verb. Plurimorum de Offic. Judic. Deleg.* ibi: *Quod enim à pluribus quæritur sapientibus, faciliùs invenitur, & per ampliores homines perfectissima veritas revelatur*, cum 61 aliis apud *Pignatel. consultat. 54 numer. 12. tom. 10.* Necnon mirabiliter facit ad nostrum propositum spectabilis authoritas *Cassiodori*, secuti *à Perez in Cod. lib. 10. titul. 65. num. 5.* dicentis: *Dignus à multis, qui meruerit approbari; Uni enim acceptum fuisse interdum gratiæ est, multis placuisse judicium*, cum concordantibus *in Instit Crim. lib. 3. titul. 9. numer. 170.* & addo *Card. de Luc. de Regular. disc. 10. numer. 9.* ubi, quod illæ electiones, quæ ab unius tantum judicio dependent, quandoque casui, vel fortunæ, quæ frequentiùs imprudens est, atque à ratione deviat, referendæ veniunt, non sic autem illæ, quæ à pluribus qualificatis personis, solita maturitate, consideratisque omnibus considerandis fiunt.

Cæterùm absolutè negamus assumptum, quod in nostra Religione canonicè electo denegari non possit confirmatio, 62 idque non probamus inductionibus, & conjecturis, sed ex rotunda dispositione nostrarum Constitutionum quæ uti à Sede Apostolica confirmatæ in hac materia tanquam leges præcisè servari debent ex adductis per *Passerin. de Electïon. cap. 10. num. 24. Donat. Rerum Regular. tom. 2. tract. 4. quæst. 18. n. 9. Barbos. vot. dec. 106. num. 9.* & *Ansald. in addit. ad decis. 61.* 63 *numer. 24.* In illis enim *par. 3. cap. 8. sub num. 2.* hæc leguntur *Volumus idcircò, quod Præsidens cum aliis Definitorii Patribus, plenam habeant authoritatem confirmandi omnes Priores locales in Conventibus* (notentur quæso sequentia verba) *canonicè electos &c. quod ut faciant exactiùs &c. singuli jurent coram Sanctissimo Crucifixo, se ex omnibus per Communitates electis* (quod refertur ad illam canonicam electionem, de qua supra facta est mentio) *constituturos eos tantùm, quos secundum Deum &c. idoneos judicaverint*, Igitur Priores, à Conven- 64 tibus canonicè electi, in nostra Religione, antequam idonei judicentur à Definitorii Patribus, nullum omninò Jus habent, quidquid de Jure communi dicendum esset, benè *Passerin. de Elect. capit. 33. sub numer. 66.* ibi: *Nec obstant in contrarium allegata; Quoniam Constitutio hujus Ordinis est à Sede Apostolica*

ſtolica approbata; Ideò ejus Statutum ſpeciale valet, & ita arbitrium Superiorum eſt ſemper arbitrium boni viri, ſi eſt conforme Statuto hujus Ordinis in eo, in quo diſponit etiam contra Jus commune; Et priùs *num* 64. obſervaverat, quod quamvis in genere conſideratus actus confirmationis, ſit actus neceſſitatis, regulariter in Prælato Regulari eſt maximæ libertatis.

Minùs repetatur cum præciſis verbis *Barboſ. vot. deciſ.* 4. *numer.* 40. *lib.* 1. *Nimis durum videri privari aliquem Jure, quod habet ex ſcientia privata, ac ſine Proceſſu, & extrajudicialiter, non data cauſa*. Ultra enim ea, quæ modo diximus adversùs ſimile argumentum, ſtrictè reſpondemus cum eodem *Barboſa*, ſibi eandem inſtantiam obiiciente, ubi ſupra: *Jus, quod competit electo ante confirmationem non eſſe adhuc firmum, & irrevocabile*, ut dicit etiam *Lavor var. Lucubr. titul.* 4. *cap.* 25. *num.* 69. & meliùs *Donat Rerum Regular. tom.* 2. *tract.* 7. *de Confirmat. Election. quæſt.* 14. *num.* 5. ibi: *Jus per electionem acquiſitum eſt revocabile &c. Eſt enim Jus tenuè, & valdè imperfectum, omnino indigens confirmatione*: Idque in noſtris terminis evidens eſt ex eo, quia optimè ſciebant Appellantes, in noſtra Religione adeſſe Conſtitutiones, expreſsè id demandantes, danteſque integro Definitorio plenam authoritatem non confirmandi canonicè electos, ſed eligendi alios in locum illorum, quos ſecundum Deum, veritatem, & conſcientiam non judicant habiles ad obtinendam confirmationem; Unde conqueri hodie non poſſunt, ſi ad praxim vident redactum id, quod prius in theorica ipſis notum erat, ut in terminis notat *Barboſ. ubi ſupra n.* 39. ibi: *Nec Jure conqueri poteſt de tali amotione, cum ſciverit, ante confirmationem nihil Juris acquirere &c. & in poteſtate &c. eſſe confirmare, vel caſſare, & tamen voluit ſub hac conditione eligi: Patientia igitur opus eſt humilitatis, non querela laicalitatis*.

Omnia hæc in ſe nimis clara, clariora redduntur ex duplici reflexione; Prima deſumitur à rotunda declaratione P. Generalis Arii, qui ad tollendum in hac parte omnium dubium, ſolemniter id declaravit, juxta verba, regiſtrata ſupra *num.* 27. Ex quorum lectura patet, quod nil clarius, nil vè expreſſius excogitari poteſt ad tollendum in radice omnium ſcrupulum in hac parte, applicaturque proindè notoria diſpoſitio *Text. in l. Ille, aut ille ff de Legat.* 3.

Contorquetur autem contrarius Defenſor ad effugiendam efficaciam hujus decreti, reſpondendo, vel illud uti contra Jus non ſuſtineri ex defectu poteſtatis ejuſdem P. Generalis Arii; Vel Definitorium eſſe quidem exemptum à non reddenda ratione Subditis, non autem Superiori, ſeu P. Generali totius Ordinis.

Reſponſiones verò nullam habent ſubſiſtentiam; Non prima, quia tantùm abeſt, quod ſit contra Jus in noſtris circumſtantiis non allegare cauſam non confirmandi, quin potiùs Jus mirabiliter urgeat pro non allegatione cauſæ, ex authoritatibus allegatis ſupra *numer.* 25. *& ſequentibus* quibus addo *Donat. Rerum Regular. tom.* 2. *tractat.* 7 *de Confirmat. Elect. quæſt.* 9. *num.* 8.

Minùs ſubſiſtit ſecunda. Tùm quia verba dicti Decreti P. Generalis Arii approbati in Capitulo Generali an. 1680. non ſunt reſtricta ad Subditos, vel inferiores, ſed ſunt indefinita, ibi: *Definitorium non teneatur allegare rationem non confirmatorum;* Quæ proindè indefinitè, & reſpectu omnium eodem modo ſunt intelligenda, ad *Text. in leg. In fraudem §. Ultimo ff. de Militar. Teſtam.* cum aliis apud *Mar. Antonin. var. reſol. lib.* 3. *reſolut.* 18. *num.* 3. & *Rot. dec.* 42. *num.* 4. *cor. Anſald.* Tum etiam, quia nemo unquam ſomniavit aſſerere, Superiorem teneri ſuo Subdito, & inferiori cauſam ſuarum operationum, ejus conſcientiæ commiſſarum, aperire, unde perneceſsè dicendum eſt, d. declarationem eſſe intelligendam de non allegatione cauſæ reſpectu Superiorum, non autem inferiorum, ut conſideranti patet.

Secunda reflexio deſumitur ab illo muto teſte, ſed omnibus vocem habentibus evidentiorem, juxta phraſim *S. Jo: Chriſoſt. homil.* 2. *David*, de quo *Roſa reſolut. Crimin.* 40. *numer.* 100. relati in *noſtris Inſtit Crimin. lib.* 4. *tit.* 1. *num.* 1. hoc eſt ab obſervantia: Conſtans enim in facto eſt, quod à tempore editarum Conſtitutionum noſtræ Reformationis uſque ad hodiè, quando dati fuerunt in præteritum ſimiles caſus non confirmationis Priorum, canonicè electorum à Gremialibus cujuſcumque Conventus, nunquam allegata fuit, imò nec pretenſum, ab aliquo Religioſo, ut allegaretur cauſa non confirmationis; Quantæ autem efficaciæ ſit obſervantia ſubſequuta, nemo ignorat, ex quo illa deſervit pro fida, & raro fallaci interpretatione quarumcumque diſpoſitionum, ut præter generalia, de quibus in *Tom.* 1. *par.* 2. *diſcep.* 13. *num.* 59. In punctualibus terminis obſervantiæ non allegandi cauſam in materia, reſervata conſcientiæ alicujus *Rot. in Dertbuſen. Juriſdict.* 30. *Aprilis* 1694. *§. Quibus cor. Card. Caprara*, ibi: *Non deficit etiam obſervantia, dum uſque ad moderna tempora Canonici Viſores devenerunt, &c. abſque eo quod unquam aſſignaverint rationem, ſeù cauſam, niſi quod ſecundum eorum conſcientiam judicabant, &c. Et in Giennen. Juris mutandi* 21. *Feb.* 1698. *§. Et ad propoſitum cor. Urſin.* ibi: *Pro dubietatis remotione hìc recurrit obſervantia, &c. quæ deſervit pro optima illorum interpretatione, & mirificè confovet efficaciam dictionis* liberè, *utì comprehenſivæ facultatis mutandi, nulla explicata cauſa, quia ſemper obſervantia ſubſequuta &c. declarat præcedentem diſpoſitionem, & talis ineſſe dicitur ſenſus in verbis, qualem demonſtrat ipſa obſervantia &c. &* 20. *Febr.* 1699. *§. Potiſſimè cor. Anſald. &* 26. *Aprilis* 1700. *§. Sivè demum coram Muto*, ibi: *Subſequuta &c. obſervantia &c. quæ non ſolùm inſervit ad effectum interpretandi &c. quatenùs eſſet dubium &c. cum obſervantia ſit omnium rerum dubiorum magiſtra*. Et in præciſis terminis noſtri caſus, obſervantiæ nimirum non allegandi cauſam non confirmationis electionis *Barboſ. vot. deciſion.* 4. *numer.* 36. *lib* 1. ibi: *Quæ obſervantia eſt attendenda, cum quælibet diſpoſitio per eam declaretur &c. & illi plurimum deferatur in interpretandis Conſtitutionibus*.

Demum nullatenus obſtat, ſed potiùs retorquetur, quod cum vigore decreti Capituli Generalis anni 1680. illa, quæ in actis Capitulorum Provincialium continentur, concernentia electiones Priorum, nullam habent Juris ſubſiſtentiam ante confirmationem P. Generalis ibi: *Electiones Priorum, quæ fiunt à Definitorio nullam habeant Juris ſubſiſtentiam ante confirmationem P. Generalis*, exinde perneceſſe inferatur, quod eid. P. Generali exprimi debeant cauſæ, ex quibus moveri poſſit ad denegandam, vel concedendam confirmationem.

I. Quia Capitulum Generale anni 1680. loquitur de electionibus Priorum quæ fiunt à *Definitorio*, ibi: *Electiones Priorum, quæ fiunt à Definitorio, nullam habeant &c.* & ſic non benè allegatur, neq; extendi valet ad confirmationem eorundem Priorum, electorum à Conventibus, de quibus non loquitur, & circa quam plenam habet authoritatem Definitorium, vulgata *leg. Papinianus ff. de Minor.* cum concordantibus, citatis *à Rot. dec.* 34. *n* 7. *cor. Anſald.*

Pro cujus majori claritate dignentur EE. PP. obſervare, quod vigore noſtrarū Conſtitutionum, à duobus Summis Pontificibus in forma ſpecifica confirmatarum, in noſtra Reformatione Priores tripliciter eligi poſſunt I. ſcilicet ab ipſa Communitate, ſeu à Vocalibus cujuſcumque Conventus II. à toto Gremio Capituli Provincialis; Et III à ſolo Definitorio, ut videre eſt in *par.* 3. *cap.* 8. & *cap* 22.

Ex quo igitur in Capitulo Generali anni 1680. demandatur, electiones, quæ fiunt à Definitorio, nullam habere Juris ſubſiſtentiam ante confirmationem P. Generalis, nihil omninò infertur quoad electiones, quæ fiunt à Conventibus, vel à toto gremio Capituli Provincialis, nedum quia quoad iſtas d. Capitulum Generale nullatenus loquitur, & conſequenter illas comprehendere non valet, ex adductis per *Barboſ. axiomat.* 136. *num.* 4. & 7. illarumque proindè confirmatio etiam de Jure ad Definitorium, uti immediatum ſuperiorem ſpectat, ex laté animadverſis per *Paſſerin. de Elect. cap.* 33. *à n.* 68. *Caſtellin. eodem tract. capit.* 14. *num.* 3. *Lavor. var. lucubr. cap.* 25. *num.* 45.

Sed etiam, quia reſpectu electionum, quæ fiunt à Conventibus, vel à toto Gremio Capituli Provincialis, plenum jus illas confirmandi reſervatur à noſtris Conſtitutionibus Definitorio, non autem P. Generali, juxta rotunda illa verba, omni detorſione incapacia, & nullam admittentia contrariam gloſſam, ſeu criticationem reſpectu electionis, quæ fit à Conventualibus *par.* 3. *cap.* 8. *§.* 2 ibi: *Volumus idcirco, quod Præſidens cum aliis Definitorii Patribus plenam habeant authoritatem confirmandi omnes Priores locales, in Conventibus canonicè electos*: Et reſpectu electionis, peractæ à Gremialibus Capituli Provincialis, habemus æquè rotunda, ac clara verba *earund. Conſtit. par.* 3. *cap.* 22. *num.* 4. ibi: *Tunc ab omnibus Gremialibus Capituli Provincialis Priores eligantur juxta formam, quæ habetur in iſto Capitulo de electione Prioris localis, & à Definitorio ſicuti, & cæteri Priores confirmentur*.

Quæ omnia ad hominem comprobantur ex illis verbis *earund. Conſtit. par.* 2. *cap.* 22. *numer.* 4. in quibus ſub pœna Rebellium demandatur, ut Priores taliter electi, & à Definitorio confirmati, à Conventibus omnino recipiantur: *Et debent ſub pœna Rebellium ipſo facto incurrenda ſic electi, & confirmati, à Conventibus recipi*; Quia ſi ad ſubſiſtentiam earundem

dem electionum expectari deberet confirmatio P. Generalis, nimis injustè præciperetur illorum receptio, & admissio, ea ratione, quia P. Generalis posset justam habere causam illos non confirmandi, in quibus circumstantiis tenerentur obedire illi, qui illorum legitimus Prior non esset, & pro eo tempore, quo uti talis non voluntariè, sed justis de causis à Superioribus confirmatus non fuit, ut de se patet.

Secundò non adversatur dispositio dicti Capituli Generalis anni 1680. quia ex eo, quod illius vigore ad Pat. Generalem deferenda sint acta Capitulorum Provincialium, continentia electiones Priorum, non benè infertur ad necessitatem exprimendi causam denegatæ confirmationis, ea ratione, quia electiones Priorum possunt claudicare in multis, ex. gr. in vitio personæ electæ, in modo eligendi, in omissione necessariarum solemnitatum, aliisque, lato calamo explicatis à *Tractantibus de Electione*, & signanter *à Passerin. cap. 23. num. 150.* Stant igitur benè simul ex una parte, quod P. Generalis videre debeat acta dictarum electionum, ad recognoscendum, an adsint, vel non aliqui ex dictis defectibus, impedientibus confirmationem electionis ratione formæ, vel solemnitatum; Prout de facto sunt exempla adducta in contrarium, in quibus, sive ob defectum solemnitatum, sive ob non servatam formam Constitutionum, electiones Priorum, vel non fuerunt confirmatæ, vel annullatæ extiterunt, ut ex illorum verbis, ibi: *Acta Capituli Provincialis Bethicæ &c. confirmavit &c. excepta confirmatione eorum Priorum, qui expleto triennio in eodem Conventu reelecti fuere:* Et inferiùs, ibi: *Acta Capituli Provincialis Provinciæ nostræ Turoniæ &c. approbavit &c. excepta confirmatione à Definitorio facta electionis, quam electionem utpotè non ex uno capite, sed maximè post Decretum hac super controversia à P. Generali emanatum, nullam, & illegitimam confirmare, nec potuit, nec debuit:* Et in fine, ibi: *Acta Capituli Provincialis nostræ Provinciæ confirmata fuere &c. electiones verò omnium Priorum nullas, irritas, declaravimus ob essentialem defectum trium Scrutatorum:* Ex alia autem parte optimè stare potest, quod Definitorium, habens plenam authoritatem confirmandi, vel non confirmandi electiones ex motivis conscientiæ, veritatis, & publici boni, non teneatur eid. P. Generali exprimere, vel allegare causam denegatæ confirmationis.

86

87

Eodem prorsus modo, quo Gremiales Conventus excludentes, vel includentes aliquem in electione Priorum, non tenentur causas talis inclusionis, vel exclusionis adducere PP. componentibus Definitorium, vel aliis Superioribus, quibus competit Jus confirmandi electiones, ut in nostris terminis, adducta hac bona paritate, advertit *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 19 num. 251.* ibi: *Confirmator ex officio suo habet jus confirmandi, vel cassandi electionem, prout sibi videbitur expedire pro bono communi ita prorsùs, ut sicut Electores liberè eligunt, quem judicant dignum scientia privata, ita ille legitimè confirmat quem dignum judicaverit*, quæ repetit in *Vot. dec. 4. numer. 33. lib. 1.* & concordant adducti per *Donat Rerum Regular. tom 2. tract. 7. de Confirm. Elect. quæst. 6. num. 8.*

88

Palpabilemque inter utrumque casum diversitatem assignat idem *Barbos. dict. vot. dec. 4. à num. 65. lib. 1.* quia scilicet ab habente legitimam facultatem, cassatio, seu non confirmatio electionis duplici modo fieri potest, vel extrajudicialiter, ac cum voto eorum, qui sibi assistunt secretò, vel oretenùs prolato, vel per viam judicii, & cum causæ cognitione; *Primo casu* (sunt verba ejusdem *Barbosæ ubi supra num. 26.*) *potest confirmator procedere, prout sibi melius, ac convenientiùs videbitur, privata scientia cognoscendo, & extrajudicialiter definiendo, cujus animum, & voluntatem in hac parte nullus Superior, quacumquè querela non obstante, immutare poterit &c. Non sic autem in secundo casu, quando quis procedere debet per viam judicii*, de quo loquitur Capitulum Generale anni 1680. ac omnes DD., ab Appellantibus allegati.

89

Ultra quod in illis etiam casibus, in quibus quis tenetur allegare causam denegationis confirmationis, vel alterius actus, non est necesse, quod illa sit talis, & tanta, ut sine scandalo tolerari non possit, sed sat est, ut electio Conventui non sit utilis, vel eidem quomodocumque præjudicialis sit, in terminis observat *Mirand in Pract. Crimin. canon. quæst. 4. artic. 1. in fine*, ibi: *Ad suspendendum, vel privandum Officio Regularem Prælatum, non est necesse, quod fama, seu infamia sit tanta, ut sine scandalo tolerari non possit, quin verò sufficit, superque satis est, ut suo Conventui sit nociva, & præjudicialis, quod multùm est notandum, ac memoriæ commemorandum, & Mirandum* sequitur *Barbos. Vot. decis. 4. num. 63. tom. 1.* & concordat *Rota in Giennen. Juris mutand. 21. Febr. 1698. §. Ad assumptum cor. Ursin.* ibi: *Illa nunquam præsumitur, sed ad ejus exclusionem quælibet etiam levissima ratio satis sit*, & meliùs *Passerin. de Elect. cap. 33. n. 63* loquens de electione personæ, intrinsecè dignissimæ, ibi: *Electus per intrinseca dignissimus; sit per extrinseca non idoneus, ut si non sit acceptus Principi, & Patrono Loci, in quo est Conventus, & ideò ex hac verosimili causa timeatur grave scandalum, tunc electio non est confirmanda*, & *Donat. Rer. Regular. tom. 2. qu. 9. numer. 5.* ibi: *Confirmator minimè debet confirmare electionem, ex qua timetur aliquod futurum scandalum, etiamsi electus nullum defectum patiatur &c. nam multa licita sunt dimittenda scandali vitandi causa.*

90

91

92

Imò, quod sufficiat allegatio generica solius causæ servitii Dei, & boni regiminis Ecclesiarum, notabiliter firmavit *Rot. in d. Giennen. 21. Febr. 1698. § Eo autem, & seq. coram Ursino, & 26. Febr. 1699. §. Demùm cor. Ansald. & 26. Aprilis 1700. §. Non obstat. cor. Mut.*

93

Sed quod magis est, & ad quod benignè reflectere supplicamus, contraria prætensio, nedum est contra Jus, contra Constitutiones, contra Decretum P. Generalis Arii, contra pacificam observantiam; Sed contra naturalem, & nimis convincentem rationem, eo quia non sumus in terminis confirmationis, dandæ ab una particulari persona, puta à Pat. Generali, vel Provinciali, qui illam facili negotio allegare potest, juxta terminos omnium omnino authoritatum, allegatarum, & allegabilium; Sed in terminis personæ fictæ, seu Definitorii, constantis ex pluribus distinctis cerebris, & opinionibus, quorum respectu verificatur illud Poetæ: *Velle suum cuique est, nec voto vivitur uno*, sequutum à *Decian. in Apolog.* impressa *post. 3. Volum. resp. cap. 16. num. 5. & seq. & à Sandè in præfat. ad dec. Frisiæ*, quos sequutus fui *in meis Instit. crim. lib. 1. tit. 10. num. 69.*

94

Et proinde obligare in his circumstantiis Definitorium ad allegandam causam, vel esset illud obligare ad impossibile & ad illam concordiam motivorum in judicando, quam in nullo hominum cœtu, quantumvis qualificato, & eminenti, experientia verificari demonstrat, ut notat *Rot. in decis. 583. in princip. coram Emerix jun.* & meliùs *Cardinal. de Luc. de Fideic. discurs. 179. nu. 3.* ibi: *In dies videmus, data æquali scientia, parique integritate, ac summo justitiæ, ac veritatis zelo, id, quod uni videtur nigrum, alteri videatur album.* Vel esset fomentum dare innumeris, & æternis litibus, quod ita practicè demostratur, in nostro casu, in quo confirmatio per Vota secreta denegata fuit ab integro Definitorio, composito ex septem qualificatissimis personis; Ponamus casum, quod una pars ex Patribus, componentibus dictum Definitorium, mota fuerit ex una causa, alia verò ex alia; Ecce largum, & spatiosum campum innumeris litibus ad compilandos Processus, examinandosque testes, ad recognoscendum, an eædem causæ subsistant, nec ne, an præferendi sint primi, vel secundi, an in paritate Votorum, & in dubio pro confirmatione, vel contra respondendum, vel inclinandum sit, & quamplures aliæ legales inspectiones, in qualibet electione sufficientes ad prius terminandum Officium Prioris, quàm ad terminandas dictas controversias, & legales inspectiones, dum hodie ad eam redacta est miseriam legalis Facultas, ut nihil tàm pacificum reperiatur, quod offuscari non possit, ut me citato in *Instit. crim. lib. 3. tit. 5. num. 185.* observavit *Rot. in Firmana Fideicom. 4. Maii 1705. §. Verum coram Rever. Ansald.*

95

96

97

Ex quibus remanet manifestum, sanctissimè in nostris Constitutionibus ad conservandam pacem inter Religiosos, atque in Religionis favorem, fuisse statutum, ut nedum Definitorium non teneatur allegare causam non confirmationis, sed quod Subditi sub pœna rebellium, ipso facto incurrenda, teneantur se conformare cum sententia ejusdem Definitorii, statim recipiendo ab eodem Definitorio electos, vel confirmatos.

98

Posito igitur ex his, quod benè processum fuit ex parte Definitorii circa denegationem confirmationis, nulla vis fieri potest in appellatione, exadversò interposita à denegatione dictæ confirmationis. In his enim circumstantiis, neque de jure, neque ad terminos nostrarum Constitutionum permissa erat appellatio, & consequenter illius interpositio nullum potuit effectum operari *ex vulgatis*, apud *Rot. dec. 650. n. 4. par. 18. & dec. 315 n. 17. par 19. rec.*

99

Non de Jure, ex latissimè animadversis per *Barbos. d. Vot. dec. 4. à num. 50. usque ad num. 126.* referens *num. 127.* ità decisum, & resolutum fuisse ab Apostolico Nuncio, & deinde commendabili, & debita reverentia erga sacros Canones admissum à Judicibus Laicis, ad quos prætextu violentiæ non minùs injustè, quàm imprudenter à Religiosis succumbentibus interposita fuerat appellatio, meritò laudans pietatem,

100

tem, & moderationem eorundem Laicorum, qui causas Ecclesiasticorum ad se trahere non prætendebant, & *Rot. decis. 156 per tot. par. 18. rec.*

Neque etiam ad terminos nostrarum Constitutionum permissa erat dicta appellatio; quia in ipsius literaliter demandatur, ut sub pœna Rebellium, ipso facto incurrenda, sic electi, & confirmati à Patribus Definitorii, à Conventibus, pro quibus electi, vel confirmati fuerunt, recipiantur, quæ absque ulla retardatione exequutioni mandari debent *ad Tex. literalem in cap. Ad nostram 3. de Appellat.* ibi: *Mandamus, quatenus si quando quilibet Subditorum tuorum ad remedium appellationis convolaverit, non ideò minus cum juxta tenorem mandati, quod in prædicta Regula continetur, & Institutionem Ordinis, corrigas, & castiges.*

101

102

Præterea in Capitulo Generali, in Urbe celebrato anno 1680. expressiùs eadem appellatio prohibetur his verbis: *Si verò quis ob aliquid supradictorum defectuum non confirmatus, sese opposuerit, aut à non confirmatione appellaverit, vel ad Superiorem recurrerit, eo ipso ad istud Officium, & quodcumque aliud sit inhabilis*, *Passerin. de Elect. cap 34. num. 63. in fine* ibi: *Unusquisque Regularis debet in hoc diligenter considerare sui Ordinis Leges &c. prohibeatur appellatio à confirmatione &c. ab ea appellatione abstinere debet &c.* Subdens ad rem nostram, hujusmodi appellationes nullatenus convenire bonis Religiosis; atque non levem ambitionis præsumptionem involuere, quia in substantia nihil aliud est, quàm omnibus viis, ab iis, ad quos spectat, illorum electiones confirmare, velle consequi Prælaturas illas, quas boni, *& perfecti Religiosi etiam oblatas recusant.*

103

Et propterea quatenus exadverso alia nova causa, hodiè desideretur illa mirabiliter resultat ex dispositione dicti Capituli Generalis anni 1680. à quo penitus ad assequenda Officia in nostra Religione inhabilitantur ii, qui à non confirmatione eorum electionis ad P. Generalem Ordinis appellant ut fecerunt Recurrentes.

104

Ea verò, quæ exagerata fuerunt de prætensis scandalis, ob non confirmationem eorundem Appellantium, in nostra Religione exortis, nullius prorsus subsistentiæ sunt, ut ex huc usque animadversis remanet manifestum, Eisque in omnem casum possemus respondere cum verbis *Rot. dec. 76. num. 16. coram Ansald. Itaut si scandalum ab hac expressione suboriri posset, recenseri mereretur inter scandala passiva, gratisque suscepta, quæve merentur omninò contemni D. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 1.* Vel verbis illis Sancti Gregorii; *Si de veritate scandalum sumitur, utilius permittitur nasci scandalum, quàm veritas relinquatur.*

105

106

Concludendo igitur nunquam satis repetimus, optimo fine à nostris Constitutionibus conscientiæ qualificatorum PP. Definitorii repositam fuisse causam confirmandi, vel non confirmandi canonicas electiones Priorum in nostra Reformatione, & æquali prudentia à Patre Generali Arrio declaratum fuisse, id esse intelligendum absque necessitate expressionis dictæ causæ; Idque tam favore Religionis, quàm habito respectu ad famam Religiosorum, si enim daretur casus expressionis causarum, vel respicientium mores, vel inidoneitatem, vel imperitiam Religiosorum electorum in Priores, cum prosequutione illarum verificationis coram Patre Generali, quot, & quanta scandala orirentur, quo diffamationes, quantæ inimicitiæ, & dissentiones, & qualia odia inter Subditos, & Superiores, quot dispendia in conficiendis Processibus pro dictis causis probandis, pro reprobandis testibus, & similibus, quæ faciliùs concipi, quàm exprimi hìc possunt, idque non sine bonorum omnium admiratione, omniumque scandalo.

107

Ad evitanda igitur hujusmodi inconvenientia, & longè pejora, quæ silentio involuimus, ad praxim reducentes aureum illud *Senecæ* consilium *in Declam. 2. de Virgin. prostit. fol. 666*; *Quædam satius est, vel cum causæ detrimento tacere, quàm inverecundè dicere:* nemo non videt, & quilibet fateri cogitur, melius, imò sanctissimum esse causas tacere motivumque denegandi confirmationem potiùs adscribere *obedientiæ, & voluntati Prælati*, ut per hæc numero verba ad nostrum præcisum effectum advertit *Rota in dict. Giennen. 22. Februarii 1698. §. 2. coram Ursino*; Nec non potius *uti patientia humilitatis, quàm querela laicalitatis*, juxta verba *Barbos. Vot. decis. 4. numer. 39. libr 1.* Aliàs enim contrarium prætendere esset integram Provinciam litibus, & odiis involuere, cum verificatione illius celebris dicti Politicorum Principis: *Spreta vilescunt, si irascare notiora fiunt:* Esset ad perpetuam Religiosorum infamiam, & Religionis sempiternum dedecus, videre in Processibus registrata ea, quæ oblivioni danda sunt, ut dicit Sixtus IV. *Constit 17. §. 3. Illi, qui de eis notitiam habent, obliviscantur eorum, & qui de eis notitiam non habent, ex præsentibus non instruantur in eis.* Esset indè assertis scandalis remedia afferre, unde scandalorum materia occasionata videretur, juxtà verba *Constit. Clementis VII.* per extensum registratæ *à Corrad. in Praxi Dispens. lib. 8. cap. 3. sub num. 4.* Esset demum insignem novitatem in nostra Reformatione introducere adversus ea, quæ notat *S. Jo: Chrisost. in Epist. 1. ad Corinth. homil. 7. inter ejus Opera tom. 4 fol. 343.* ibi: *Nihil enim adeò conturbat animum, etiamsi id fiat ob aliquod utile, uti innovare*, & concordant adducti *à Capon. disc. 85. à num. 11. tom. 2. & Rot. decis 19.* apud *Antonell. de Juribus Clericor. & in Pampilonen. Manutentionis 19. Maii 1706. in fin. cor. Caffarello*; Novitates enim, ut scripsit *Card. Millin. s. m Greg. XV. in epist.* quam per extensum registravit *Pignatell. consult. 9. num 18. tom. 10. Non dimostrano mai al primo aspetto tutte le difficoltà, che ponno produrre, vedendosene tutto dì molte, che promosse con ottimo fine, hanno partorito mali effetti.*

108

109

110

111

Die 2. Junii 1713. per Em. Casin. in S. C. E. proposito dubio: *An, & quæ electio Priorum sustineatur, & sit confirmanda*, responsum fuit: *Sustineri primam electionem Priorum, factam à Conventibus, & esse confirman. nisi infra tres menses Recurrentes adduxerint cor. P. Generali causam legitimam denegatæ confirmationis.*

112

Repropositа verò per eund. die 15. Sept. ejusd. anni 1713. rescriptum fuit: *In casu de quo agitur esse exprimendas causas P. Generali, & ad mentem, & mens est, quod P. Generalis confirmet Priores, electos à Definitorio.*

113

DISCEPTATIO XXVII.

Colonien.

PRO

P. Raphaele de Colombs.

CUM

P. Gerardo Secthen.

ARGUMENTUM.

Congregatio intermedia, celebrata sine legitimo Præsidente, nulla est; Excommunicatus toleratus, an possit excludi ab electione, non præcedente declaratoria, præcipuè quando non constat de actu, cui innegabiliter annexa est pœna excommunicationis, ipso facto incurrenda.

AD hoc ut EE. PP. manibus palpent futilem prætextum Oppositorum, proprio marte, non sine scandalo denegantium obedientiam P. Colombs Ordinis Minorum Recollectorum Nationis Germaniæ, Commissario Generali, eorum legitimo Superiori, eumque excludentium à præsidentia Congregationis intermediæ, sub eo frivolo motivo, quod erat excommunicatus ob ingressum in Monasterium Monialium Marcoduri, extra tempus Visitationis.

1

Præmittimus, quod in hac parte duas habemus Summorum Pontificum Constitutiones, prohibentes dictum ingressum: Unam Alexandri VII. quæ est in *Bullar. novo tom. 6. constit. 153.* Et hæc uti expresè restricta intra fines Italiæ, & Insularum, ei adiacentium, nil commune habet cum præsenti casu. Alteram *Gregor XIII. in eod. Bullar tom. 2 Constit. 28.* quæ nullis est restricta limitibus, sed ad instar legis generalis omnia Monasteria Monialium, omnesq; Regulares Superiores comprehendit.

2

In hac Constit. §. 1. Summus Pontifex ita disponit: *Prælatos omnes, tàm Sæculares, quàm Regulares, quibus cura, & regimen Monasteriorum Monialium quovis modo incumbit facultate sibi ex Officio attributa ingrediendi Monasteria prædicta, ita demum uti posse, si id faciant in casibus necessariis, & à paucis, iisque senioribus, ac Religiosis personis comitati*, quæ referuntur à *Mattheuccius in Official Cur. Eccles. capit. 11 numer. 12.*

3

Deveniendo deinde idem Pontifex in § 2. ad pœnas contrafacientium, respectu illorum, qui in Pontificali dignitate constituti sunt, mandat; ipsos pro prima vice interdictos esse ab ingressu Ecclesiæ, pro secunda à munere Pontificali, & à Divinis esse suspensos; Deinceps verò, ipso facto absq; alia declaratione excommunicatos existere. Circa Superiores verò Regulares non ita claré loquitur cum dicta distinctione

ne contraventionum, sed generaliter præcipit, illos omni officio, ac ministerio privatos, excommunicationi similiter subjacere.

Præmittimus pariter, quod devenientes Doctores ad explicationum dictarum causarum necessariarum, propter quas Superioribus Monialium etiam extra Visitationem permittitur ingressus in dictis Monasteriis, uno ore concordant, quod 5 illa intelligi debet de necessitate morali, non autem de physica, seu extrema *Donat. Rer. Regular. tom. 4. tract. 5. de Violat. Clausf. Monial. per egress. quæst. 19. num. 6.* ibi: *Necessitas; de qua Concilium, & Gregorius loquuntur, non est accipienda logicè, aut physicè, hoc est pro extrema, stricta, vel strictissima necessitate, sed moraliter*, & concordant *Rodriq. qu. Regul. tom. 1. qu. 46. artic. 4. Mirand. de Monial. quæst. 2. num. 4. Suar. tom. 4. de Relig. lib. 1. cap. 10. n. 16. Sanch. ad Præcept. Decal lib. 6. cap. 16. n. 40. Barbos. de Jur. Ecclef. univ. lib. 1. cap. 44. num. 118. & de Potest. Episc. par. 2. alleg. 102. num. 48. Campanil. in Diverf. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 16. numer. 25. Portell. de Dub. Regul. verb. Clausura Monialium nu. ultim. & Tamburin. de Jur. Abbatiss. disput. 24. quæst. 1. per tot.*

His præmissis, non una, sed multæ concludenter justificantur Causæ in Summ. ex quibus nimis rationabiliter motus fuit P. Colombs ad ingrediendum Monasterium dd. Monialium, 6 ad præcavenda illa inconvenientia, quæ de facili poterant evenire, indicata à multis testibus, & propterea vanum est prætendere, quod ob dictum ingressum innodatus remanserit excommunicatione, contenta in dict. *Gregor. Constit.* Si enim uniformi calamo asserunt Theologi, & Canonistæ, ad exclusionem quarumcumque pœnarum sufficere quamlibet causam, etiam minus justam, & solùm verisimilem, seu opinatam, ex adductis per *Jason. in leg. Si quis major. nu. 32. C. de* 7 *Transact. Honded. conf. 68. nu. 13. lib. 1. Rot. cor. Royas dec. 416. num. 3. & coram Celf. dec. 15. numer. 16. & coram Ansald. decif. 72. numer. 54.* Quantò magis eundem operari debent effectum exclusionis à dicta maxima pœna excommunicationis multæ causæ, æquè rationabiles, urgentes, ac necessariæ, ex quibus motus fuit idem P. Colombs ad ingredien. dictum Monasterium, ut de se patet, & in nostris terminis notat *Cardin.* 8 *de Luc. de Canon. disc. 27. num. 18.* ubi quod ad effectum incursus pœnarum requiritur talis temeritas, quæ redoleat dolum, & delictum positivum, à quo diversa opinatio, quamvis mala semper excusat.

Fortiùs, quia assertum delictum non fuerat contemporaneum ad actum electionis, sed prætenditur patratum per 11. 9 menses ante, in quibus publicè, & palam, ac nullatenus reclamantibus, nec recurrentibus ad Superiores hodiernis Oppositoribus, idem Pat. Colombs summa pace exercuerat omnia ea, quæ ad ejus officium pertinebant, ex qua circumstantia, in facto innegabili, alia insurgit reflexio, solidè innixa Juris dispositioni, propter quam eo certiùs non poterat obiici idem prætensum delictum in actu electionis, ut in specie, considerando dictam circumstantiam longi temporis effluxi ante allegationem prætensi delicti, & pacificam possessionem exercendi suum Officium, respectu illius, qui prætenditur deliquisse, ad nostrum præcisum effectum notat *Cardinal de Luc. de Canon. discurf. 27. num. 18. verf. Verùm*, in cujus ca-10 su agebatur pariter de incursu pœnarum, contentarum in una ex Pontificiis Constitutionibus, hoc est in *Constitut. 58. Sancti Pii V.*

Crescitque exorbitantia contrariæ prætensionis, quia privatio Vocalis voce activa, & passiva in electionibus, est pœna gravissima in Religionibus ex adductis in *Tom. 1. part. 2. discep. 25. numer. 10.* & addo *Passerin. de Elect. cap. 25. num. 619. & Cardin. de Luc. de Regul. disc. 55. numer. 6.* Ad quam 11 proindè permissum non est Subditis tumultuariè procedere, ut factum fuit ab Oppositoribus, sed omnino procedendum erat via Juris fer. fer. & probatis coram competente Judice, ut probat *Passerin. de Election. cap. 3. numer. 5 in fine, & numer. 6. & Barbof. vot. decif. 47. num. 183. & seqq.* ubi multos citat, & sequitur concordantes, inter quos *Cardinalem Lancellotum* in quodam celebri Voto, cujus verba ibidem registrat.

Exclusa ex his causa, in Partibus allegata pro colorando prætextu exclusionis P. Colombs, consistente in ingressu in Monasterium Monialium Marcoduri, nulla adest necessitas 12 ostendendi insubsistentiam aliarum, quæ fuerunt superadditæ in Urbe, & continentur in supplici Libello, huic Sac. C. exhibito; Quod nempè admittere tentaverit plures Moniales in aliquibus Monasteriis, quàm ibidem commodè substentari valeant; Quod ædificaverit Conventum, paupertati Franciscanorum non correspondentem; Quod ad dictum effectum pecunias mutuo acceperit; Quodque demum aliquibus Religiosis licentiam concesserit discedendi à propriis Provinciis: Sunt enim hujusmodi prætextus adeò frivoli, adeoque insubsistentes, ad producendum effectum adeò sensibilem, adeoque opprobriosum inter Religiosos, privationis Vocis activæ, & passivæ, absque ullo judiciali ordine, eo quia etiam in illis terminis, in quibus concludenter probati sunt in facto, nullam habent annexam ipso facto incurrendam gravissimam excommunicationis pœnam, ut mirum certè videatur, quod coram hoc Supremo Senatu serena fronte adducantur. Et si Subditis permissum esset ob dictos, & similes, imò etiam majores prætextus, qui nunquam deficiunt, denegare Superioribus obedientiam, eosque non admittere ad illos actus, ad quos de Jure, & ex dispositione propriarum Constitutionum interesse possunt, & debent, actum esset de observantia Regularium Institutorum, deque abnegatione propriæ voluntatis, quam in actu professionis solemniter subjece- 13 runt illorum Superioribus, ut ad rem benè observat *Mirand. in Manual. Prælat. tom 1. qu. 26. n. 1. & seq.* ubi, quod contrarium asserendo, Superiorum potestas dependeret à voluntate Subditorum, atque ab illorum captioso sensu, ignorantia, vel cupabilibus operationibus, quo nihil absurdius dici, nilvè exorbitantius valet excogitari.

Non omittentes registrare hic verba *S. Bonav. quæst. 6. in Quæst. super Regul.* ad ostendendam insubsistentiam exagera- 14 tionis sumptuosi Conventus, quæ sunt sequentia: *Conventuum nostrorum magnitudo mensurari non debet ex altitudine, & latitudine Locorum, aut multitudine Cellarum, & Hospitiorum, sed ex multitudine, seu numero Fratrum, ibi habitantium, & ideò quamvis prima fronte quidam Conventus videantur nimis magni, excelsi, ac sumptuosi, attento tamen Fratrum inhabitantium numero, qui inibi Deo serviunt, & pro Populo spiritualiter laborant, verè statui nostro conveniunt*, quæ ad nostrum effectum refert *Kerchovius ad Statut. General. Ordin. cap. 3. §. 5. num. 2.*

Non potuerunt hujusmodi solidæ reflexiones, solo naturali lumine notæ, negari ab Oppositoribus, qui proindè in eorum appellatione, non minus insubsistenter, quam curiosè, postquam effectivè scandalosè denegarunt obedientiam Patri 15 Colombs, se exhibuerunt paratos ad probandas causas ejus exclusionis à Congregatione intermedia, nec non ad ostendenda motiva ejus privationis Vocis activæ, & passivæ, ibi: *A. R. P. V. tanquam minus idoneam ad præsidendum Congregagioni nostræ, propter incursam excommunicationem, quam coram Judice competente probare parati sumus.* Hoc autem est ponere currum ante boves, estque omnium Judiciorum ordinem pervertere, secundùm quem causæ privationis, seù motiva exequutionis pœnarum priùs coram competente Judice probanda sunt, & deindè procedendum ad illarum exequutionem, ut patet consideranti, & notat *Passerin.* 16 *de Election. cap. 2. numer. 71. & sequentibus* ubi, quod nemo potest voce activa, & passiva privari, nisi servato priùs ordine Juris Divini, Naturalis, & Gentium, & *Donat. Rerum Regular. tom. 2. tract. 4. de Election. quæst. 10. per totum* & signanter *num. 5.* ibi: *Nullus debet excludi à quacumq; ele-* 17 *ctione prætextu alicujus criminis, vel delicti, nisi sit sententialiter condemnatus, & per sententiam voce privatus.*

Hæc videntur superabundare pro exclusione dd. frivolorum prætextuum: Cæterùm ad folius materiæ ornatum, per falsam hypothesim supponamus, quod non solùm constaret de exclusione cujuscumque coloratæ causæ ingressus Patris Co- 18 lombs in dictum Monasterium, sed ulteriùs, quod esset undique innegabilis, & inexcusabilis incursus ejusdem in pœnas, contentas in d. Bulla Gregoriana: Addito, quod non Subditi tumultuariè æquè, ac scandalosè illam publicassent in vigilia electionis, ut factum fuit in præsenti, sed quod legitimus Superior fer. fer. intra mensem à tempore destinato ad diem electionis, talem sententiam incursus in censuras declarasset, Adhuc illa nullatenus apta esset impedire Vocales ab ingressu, & Præsidentia in Capitulis, à Congregationibus intermediis, minusque eos privare voce activa, & passiva, ea ratione, quia similes sententiæ præsumuntur latæ ad oppri- 19 men. Vocales, illosque excludendos à proximis electionibus, ex adductis per *Castellin. de Elect. cap. 13. num. 14 & Barbof. vot. dec. 47. num. 183.* Et in terminis nostræ Religionis habemus hoc literaliter sancitum in nostris *Statut. cap. 8. §. 39. numer. 11. & in Cap. Gener.* in Urbe celebrato anno 1602. in quibus teste *Lantusc. in Theatr. Regul. verb. Causa seu Lis, mandatur, quod Causæ omnes criminales terminari debeant per mensem ante Capitulum, ut privatorum fama, vel elevetur, & sic ad Capitulum accedant, vel deprimatur, & sic excludantur.*

Habemus hoc ulterius sancitum à Congreg. Visit. Apostol. die

die 14. Octob. 1601. cum specifica approbatione Paul. V. anno 1616. sequentibus verbis: *Privationis vocis activæ, & passivæ, ac inhabilitatis decreta, sententiæque, ab eisd. Superioribus Ordinis latæ, ne deinceps in ipso electionis actu pronuncientur, promulgenturvè, atq; promulgatæ Vocales minimè afficiant, nisi per mensem ante fuerint intimatæ Parti, S.S. omnino vetuit*, quod referunt *Lantusc. ubi supra num. 2. & Matthæucc. in Offic. Cur. Ecclesiast. cap. 18. nu. 50.* Observantes ulteriùs quod ad preces Card. Veralli, olim nostri Ordinis Protectoris, illud fuit in specie ab eodem Summo Pontifice extensum ad nostram Religionem: Itaut sub sole non possimus magis punctualem, majorisque efficaciæ adducere authoritatem, ex adductis *in tom. 1. par. 1. discep. 11. nu. 25.* quibus addo *Gutber. de Arte benè desideran. resolut. 16. §. 9. num. 79.*

Ex quibus infertur affirmativa resolutio alterius petitionis P. Colombs, infirmationis nimirum omnium actuum Capitularium, omniumque illarum electionum, quæ in dict. Capitulo tumultuariè, & more Rebellium, sine interventu proprii Capitis, & legitimi Præsidentis gesta fuerunt à Subditis: Ubi enim Vocales, Juris ordine non servato, ab electione excluduntur, electio à Judice irritanda est, cum admissi non fuerint illi, qui admittendi erant, & propterea debet Judex hujusmodi electionem, nullam declarare, ut loquendo in terminis electionum, quæ fiunt in nostra Religione, ferè per hæc verba notat *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 18. n. 49. versic. Quare*, Et in terminis Juris communis habemus hoc solemniter decisum *in cap. Bonæ memoriæ il 1. §. Electionem, & in cap. Quod sicut de Elect.* ubi *Reperentes* communiter, cum aliis apud *Ansald. dec. 87 num. 10.* ubi quod nulla declarando est electio illa, ad quam admissus non fuit Vocalis, qui Jus ferendi suffragii in ea habeat. & concordant adducti *per Murg. de Benef quæst. 3. sub num. 65. Card. de Luc. de Canon. disc. 27. num. 15. & Rot. dec. 225. num. 3. cor. Burat.*

Quæ omnia vera sunt, & practicari debent etiam in illis casibus, à præsenti longè diversis, in quibus Capituli caput amplam habet potestatem ab ipsomet Summo Pontifice privandi eos, qui ex aliquo delicto, vel defectu admitti non debent ad electionem; Adhuc enim semper citandi, & audiendi sunt antequam non admittantur, seu eorum voce priventur, ut notant *Peyrin. de Subdit Relig. quæst. 1. §. 10. in princ.* ibi: *Præsidens Capituli, cum ampla potestate, etiam à Papa, non potest privare Religiosos voce activa, & passiva, sine eo quod priùs citentur, ipsisque detur copia eorum, quæ contra ipsos sunt fulminata, ut possint se defendere Rodriq. Qu. Regul. q. 52. artic. 12. & Barbos. Vot. dec. 47. num. 84.* Quanto igitur magis hoc permittendum non erat subditis P. Colombs, de facto recusantibus illum admittere, ex eorum propria voluntate, & mero placito, absque ulla facultate, vel potestate, eis tradita à Superioribus majoribus.

Quoad tertiam petitionem P. Colombs, circa punitiones Oppositorum, satis dictum à diligenti Causæ Patrono; Abstinentes Nos ab eadem materia, ex illo motivo, quod his verbis expressimus *in Epistol. ad Lector nostrarum Instit. Crimin. Neque ab ulla exercitatione magis animus noster, & professio quam à Causis criminalibus est aliena.*

In eadem Causa.

PRoceditur exadverso cum duobus æquivocis, ex quorum dilucidatione remanent sine ullo fundamento ea omnia, quæ lato calamo exagerantur contra Patrem Colombs, ob assertam excommunicationem, ab eo incursam propter ingressum in Monasterium Monialium Marcoduri, sibi subiectarum.

I. Est, quod adversus illum militet *Const. 153.* Alexandri VII. *in Bullar. novo tom. 6.* in qua absque ulla distinctione, & replicatione ingressus Superiorum in Monasteria Monialium, sibi subiecta, imponitur pœna excommunicationis ipso facto, & absq; ulla alia declaratione incurrenda, *ut in §. 8.*

Sed ista Constitutio ad nostrum effectum poni potest ad partes, quia illius vis non egreditur fines Italiæ, & Insularum, ei adiacentium, ut legitur in ejus §. 1. ibi: *Præsentibus perpetuò valituris, sancimus, ut in posterum intra fines Italiæ, & Insularum adiacentium &c.* Eodem prorsus modo, quo in hac pariter materia, respiciente Monialium gubernium, habemus *in Bullar. novo tom. 2. aliam Const. 89. Greg. XIII.* circa tempus durationis Abbatissarum, quæ in sola Italia non possunt durare ultra triennium, de qua *in To. 1. par. 1. discept. 13.*

II. Æquivocum in eo residet, quod proceditur cum eo supposito, quod absolutum sit, & absque ulla controversia admissum à Doctoribus, quod adversus Superiores Regulares vigore alterius *Const. 28. Greg. XIII. in Bullar. novo to. 2.* quæ comprehendit omnia Regna Mundi, etiam pro prima transgressione, seu ingressu in Clausuram, absq; causa necessaria, imposita sit pœna excommunicationis; Quod tamen non subsistit, eo quia non desunt classici Doctores, asseverantes, eosdem Superiores Regulares pro prima vice interdictos esse ab ingressu Ecclesiæ, pro secunda suspensos esse à Divinis, & pro tertia, & sequentibus vicibus incurrere pœnam excommunicationis, duplici ratione. Prima, quia sumus in pœnalibus, in quibus semper inclinandum est pro exclusione majoris pœnæ; Secunda verò, quia hoc modo servatur illa proportio inter Superiores sæculares, & Regulares, quæ literaliter in §. 2. *ejusd. Constit.* statuitur quoad Prælatos Sæculares. Ita *Hieronym. Llamas in Method. Curat. in Appendic §. 7. Donat. Rerum Regular. tom 4. Tract. 5. de Violat. Clausur. per ingress. quæst. 22. numer. 16.* ibi: *Prælati Regulares pœnis excommunicationis, & privationis subduntur tantum modo pro tertia vice, & sequentibus, quia in pœnis mitior pars est eligenda. Tùm etiam, quia hoc pacto servatur proportio inter pœnas Episcopi, & Prælatis Regularibus indictas, Bonacin. Oper. Moral. tom. 1. titul. de Clausur. quæst. 4. punct. 5. propos. unic. num. 11.* ibi: *Ego probabilem arbitror opinionem Llamas &c existimantis, Prælatos Regulares his pœnis excommunicationis, & privationis subiici pro tertia vice, & sequentibus; Ratio est, tum quia in pœnis mitior pars accipienda est. Tum quia hoc pacto servatur proportio inter pœnas, Episcopis, & Prælatis Regularibus inflictas. Ideò probabiliter sustineri posse videtur, Prælatos Regulares prima vice interdictos esse ab ingressu Ecclesiæ, secunda vice suspensos esse à Divinis, tertia vice, & deinceps, affici excommunicatione, & privatione omnis officii. Novar. in Sum. Bullar. part. 1. comm. 80. numer. 1.* ubi quod in his terminis eodem modo subiacent pœnis violationis Clausuræ Prælati Sæculares, ac Regulares, *Tamburin. de Jure Abbatiss. disput. 24. quæst. 11. numer. 4.* ibi: *Prælatos Regulares pœnis excommunicationis, & privationis subiici tantummodo pro tertia vice, & sequentibus, quia in pœnis mitior pars est eligenda: Tum quia hoc pacto servatur proportio inter pœnas Episcopis, & Prælatis Regularibus inflictas, & Monacell. in Formul. tom. 3. titul. 1. formul. 41. numer. 20. fol. 110* ibi: *Sensus istius Constitutionis est, quod omnes Superiores, qui aliena licentia non indigent, ingredientes Clausuram Monialium in casibus non necessariis, &c. pro prima vice interdictum pro secunda suspensionem à Divinis, & pro tertia excommunicationem incurrunt.*

Ex quibus videmus, quod in his pariter terminis Vicarius Episcopi, si in ingressu Clausuræ Monialium non servat formam traditam in dicta *Constit. Greg. XIII. pro prima vice interdicitur pro secunda suspensionem, & pro tertia excommunicationem incurrit*, sunt verba *Monacel. in Formul. legal. tom 3. tit. 1. formul. 41. num. 18.*

Quamvis autem ultrò admittamus, reperiri alios Doctores diversæ opinionis: Omissa inutili digressione, quænam ex istis oppositis sententiis sit magis probabilis, magisque communiter recepta, semper verum erit, quod in his terminis non dicitur evidenter constare de actu, cui innegabiliter annexa sit excommunicationis pœna, quod verificatur bona fides Superioris, sequentis dictos classicos Doctores, quodque in hoc conflictu semper inclinandum est pro exclusione dictarum pœnarum; Eò quia, ut per hæc verba discurrit *Cardin. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 12. numer. 4. Excommunicatio est pœna gravissima, omnium aliarum pœnarum major, quæ apud Deum, & in foro spirituali major censenda est, quam pœna ordinaria capitalis, à qua proinde quælibet causa probabilis excusat.* Et propterea multò magis in casu nostro excusare debet opinio dd. classicorum Doctorum, per ea, quæ generaliter observat *Rot. dec. 25. num. 16. cor. Ottbob & dec. 263. nu. 1 & 3. par. 3. rec.* & in nostris terminis bene probat *Passerin. de Elect. cap. 10. num. 72.* ibi: *Ubi excommunicatus potest aliqua tergiversatione excommunicationem celare &c. fit illi iniuria, si de facto ante sententiam Judicis privatur electione, quam quasi possidet.*

Ultra quod in illis casibus, in quibus incursus in censuras, contentas in dicta *Gregor. Constit.* excusari nullo colore potest, absolutio ab eadem excommunicatione nemini est reservata, sed à quolibet Confessario tolli potest, ut notant *Ventrigl. in Prax. titul. de Clausur. Monial. annot. 5. §. 1. numer. 43. Sanchez in Summ. lib. 6. cap. 16. num. 98 Filliucci Oper. moral. tom. 1. tract. 5. de Censur. in partic. numer. 118 vers. 3. Donat. Rerum Regul. tom. 2. tract. 5. de Violat Clausur. per ingress. quæstio. 21. numer. 17. Pellizar. de Monial. cap. 5 sect. 3. quæst. 21.*

quæst. 21. num. 114. & Tamburin. de Jur. Abbatiss. disput. 44 quæst. 11. num 4.

In omnem verò casum semper urgent causæ illæ, probatæ in Summ. ex quibus omni Jure permissus erat P. Colombs ingressus in d. Monasterium, etiam extra actum Visitationis, ex allegatis *sup a num. 6.*

Non valentes contrarii Scribentes congruam dare responsionem huic solidæ reflexioni figunt pedes in illa reflexione, quod, quidquid dicendum esset attenta antiqua Constitut. Gregor. (sunt eorum præcisa verba) *Supervenit Const. Alexand. VII la 153. tom. 6. in qua declaratum extitit, casum necessitatis intelligi d. bere de actu necessariæ visitationis Monasterii, faciendæ per Superiores Regulares; Ideoque cum Adversarius intraverit in Monasterium extra causam Visitationis, sine dubio incidit in gladium excommunicationis*, citando uti punctualem ad dictum effectum *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 118. num. 14.*

Applicatio autem non potest esse magis clara, magisque fundata, quia sola lectura dictæ Constitutionis Alexandrinæ ad hominem ostendit illius inapplicabilitatem, eo quia ædita fuit pro Italia, ejusque Insulis, pro quibus illam citat *Matthæuccius ubi supra*, & proindè extendi non potest ad alias Provincias, & diversa Regna, existentia extra Italiam, juxta firmata per *Rot. decis. 7. numer. 1. & sequentibus coram Celso.*

Excluso ex his prætextu dictæ excommunicationis, minorem merentur animadversionem aliæ verè frivolæ reflexiones, plus justo exadverso exageratæ, quod P. Colombs ædificaverit Conventum in Oppido Brulensi, tali sumptuositate, ut similis sit Palatio magni Principis. Quod ad illum perficiendum acceperit sub usuris centum Ludovicos aureos; Quodque procuraverit collocare ejus neptem in uno ex Monialium Monasteriis sibi subjectis ad emitten professionem. Hujusmodi enim operationes non probantur in facto ex affectatis attestationibus pendente lite procuratis, & quidem sine juramento, sed cum illa captiosa cautela: *Parati sumus juramento confirmare, quotiès necessitas postulaverit*, juxta *Text. in cap. Nuper de Testibus*, ibi: *Respondemus, quod nullius testimonio, quantuncumq; religiosum existat, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium credi non debet, cum concordantibus citatis in tom. 1. par. 2. discep. 28. n. 135.*

In Jure verò inauditum prorsùs est, quod non præcedente Judicis declaratoria ob similes prætextus de facto privari possit Superior à suis Subditis exercitio suæ ordinariæ Jurisdictionis, & quod excludi de facto possit ab actu electionis, ut in fortioribus terminis verè, & innegabiliter excommunicati tolerati, probat *Passerin. de Elect. cap. 10. num. 42.* ibi: *Dico quod excommunicatus non notorius, & toleratus, non potest eiici ab electione, & si eiiciatur potest agere pro electione cassanda*; Et stringens ratio illa est, quia similibus operationibus Superiorum non est annexa excommunicatio ipso facto, & ipso jure incurrenda, & propterea nimis absonum est prætendere, ut ex illis de facto privandus sit Superior à suis Subditis jure interveniendi electioni, quod ei innegabiliter convenit ex supra allegatis.

Toto spiritu supplicantes hìc observare, quod contraria prætensio reddit ad sternendam viam manifestis rebellionibus Subditorum erga suos Superiores, quia inter Religiosos nunquam deficiunt prætextus longè magis apparentes ad impingendum eis delicta, & incursus in Censuras, & consequenter Superiorum Jurisdictio penderet à voluntate Subditorum, quod improbant Authores, sequuti à *Mirand. in Manual. Prælat. tom. 1. quæst. 26.* Solidè advertentes, quod etiam in illis casibus, in quibus Subditi fundamentum habent obtinendi à Judicibus exemptionem ob eorum Superioribus, isti, antequam Judices id per sententiam declarent, non perdunt Jus superioritatis in Subditos, & contrarium asserendo, potestas Superiorum dependeret à voluntate, vel ignorantia Subditorum, quod repugnare videtur omnibus principiis.

Quidquid sit, an requiratur declaratoria Judicis quoad illas pœnas, quæ inflictæ sunt à Jure, vel à Statuto, demandante aliquid fieri, vel non fieri, sub pœna ipso facto incurrenda; Hoc unum est indubitatum, quod semper in his casibus requiritur declaratoria Judicis circa illud culposum factum, cui adjecta est pœna, ipso facto, & ipso jure incurrenda, ex animadversis per *Amen. de Delict. & pœn. titul. 1. §. 4. de Pœnis in gen. num. 32.* ibi: *Judex non fert super delicto tali sententiam declaratoriam, sed solùm declaratoriam facti*; Solidè deinde probans *in tit. 2. §. 2. verb. Inobedientia numer. 90.* hoc esse in nostra Religione indubitatum, vigore Statutorum, ab ipso citatorum, ibi: *Ferenda est sententia declaratoria, nam hæc semper ferenda est, etiam in Judicio summarissimo, & facto notorio.*

In nostris autem terminis nihil horum præmissum fuit, sed monstruositate usque adhuc in Judiciis inaudita, adversus integrum titulum, *tertii Libr. C. Ne quis in sua Caus. judic. vel Jus sibi dicat*, eodem tempore Oppositores fuerunt accusatores, testes, Judices, & exequutores, ut in simili notat *Pat. Segner. nella pred. 35. n. 9.* his verbis: *Qui furono l'istessi Giudice, e Parte, Accusatori, e Fiscali, Emoli, e Testimonj*; Probata æmulatione in nostris terminis ab ipsismet contrariis Scripturis, in Secretaria exhibitis.

Nec dicatur, quod in nostro casu delictum, seu ingressus in Monasterium Monialium extra actum Visitationis erat notorium, & consequenter nulla erat necessaria declaratio, nullaque alia solemnitas, quæ in notoriis non requiruntur ad *Tex. in capit. Super eo de Testib. & in cap. Cum dilectus §. His igitur de Purgat. canon* cum concordantibus, citatis *in Instit. crim lib. 1. tit. 2 num. 28. & 31.*

Respondemus enim, quod ita discurrendo proceditur cum æquivoco. Aliud enim est, quod sit notorius ingressus P. Colombs in Monasterium, quod ipse religiosa ingenuitate confessus est, & non negavit, & aliud, toto cœlo diversum, quod idem ingressus sit delictum notorium, seu ex tali ingressu notoriè excommunicatus; Ex una enim notorietate non benè infertur ad aliam, ea ratione, quia potest Superior Regularis, gr. ex. ex causa necessaria ingredi d. Monasterium, quo casu ingressus est notorius, sed nullum adest delictum, neque occultum, neq; notorium: Ita etiam potest absq; causa ingredi Monasterium, & tamen in hoc casu erit deliquens, sed non excommunicatus pro prima vice, ex dispositis in *Constit. 28. Greg. XIII. §. 2.* & notant Doctores adducti supra *num. 36.* Quorum omnium illam assignat bonam rationem *Clar. in Prax. crimin. quæst. 9. n. 7.* quem sequuti sumus *in Instit. crim. lib. 1. tit 4. num. 29.* quia notorietas non solùm justificari debet circa factum, sed etiam circa qualitatem illam, quæ apta est constituere, & inducere delictum.

Ex quibus cum omni fundamento speramus declarationem nullitatis omnium illorum, quæ gesta fuerunt in d. Congregatione intermedia modis adeò exorbitantibus, atq; irregularibus; Atque remanet manifestum, omni jure competere P. Colombs jus instandi pro cassatione electionis, à qua non non sine manifesta iniustitia, magna iniuria, & inaudita violentia de facto fuit exclusus, benè *Passerin. de Elect. cap. 10. num. 72* ibi: *Si eiiciatur potest agere pro electione cassanda*, & meliùs *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 18. num. 49.* ibi: *Ubi Vocales, Juris ordine non servato, voce priventur, electio à Judice est irritanda, si id ab exclusis petatur, cum non fuerint admissi qui erant admittendi, & proinde si isti velint suam iniuriam prosequi, debet Judex electionem nullam declarare*, in qua parte hebemus *Textus*, id literaliter demandantes in *Cap. Bonæ memoriæ il 2. §. Electionem, & in cap. Quod sicut § Quod si eos de Elect.*

Fortiùs, quia, ut inter informandum summa benignitate motivatum fuit ab uno ex EE. PP. P. Colombs interpellatus fuerat à P. Provinciale uno ex ejus æmulis, seu Inimicis, insimul cum aliis PP. Definitorii pro convocatione, & destinatione diei; in qua haberi debebat Congregatio intermedia, in cujus instantiæ sequelam, mandavit, d. Congregationem intimandam esse 1. Dominica Septembr. Fuitque pariter recognitus uti legitimus Superior die 7. ejusdem mensis Septembris, & sic post Congregationem quando Oppositores juridicam coram ipso fecerunt instantiam. Ex quo innegabili facto duo sequuntur.

I. Quod pauló ante, & pauló post P. Colombs à suis Subditis recognitus fuit, & palam habitus, tentus, & reputatus pro non excommunicato: Igitur non poterat ab iisdem numero Subditis post paucos dies eidem obiici dict. obiectivus prætextus assertæ excommunicationis: *Nimis enim indignum esse judicamus, quod sua quisque voce dilucidè protestatus est, id in eundem casum infirmare, testimonioque proprio resistere*, ait *Tex in leg. generaliter C. de Non num pec.* cum concordantibus, citatis *in Tom. 1. par. 1. discep. 13. n. 57.*

II. Verò, quod etiam ad sensum Oppositorum Congregatio intermedia esset insanabiliter nulla, uti coadunata de mandato illius, qui ab eis asseritur excommunicatus, per ea, quæ observat *Passerin. de Elect. cap. 25. n. 458. & seq.*

In eadem Causa.

Tandem aliquando fatentur contrarii Scribentes, *Constit. 153. Alexand VII.* in qua causa necessaria ingrediendi Monasteria Monialium respectu Superiorum, videtur restrin-

restringi ad solam visitationem, semel in anno faciendam ab eisdem Superioribus, uti literaliter emanatam pro Italia, ejusque Insulis, non afficere cœteras Nationes, & Regna, tanquam legem, sed solùm uti declarationem antiquæ legis.

Responsio autem non subsistit, quia illius Legislator rotundis literis *in* §. 2. se declaravit, illam edere pro sola Italia, Insulisque, ei adjacentibus. Igitur esset violentiam inferre menti Legislatoris, & claris verbis legis, illam sub alio prætextu declarationis extendere ad illas Regiones, pro quibus non emanavit, ut de se patet; Si autem contraria prætensio subsisteret, illud sequeretur intolerabile inconveniens, quòd Subditi ligarentur lege illa, quæ contra eos non emanavit, eo tempore, quo Legislator illos ad observantiam ejusdem legis noluit literaliter obligare, neque disponendo, neque declarando, quo nihil absurdius dici, nilvè irrationabilius valet excogitari.

52

53

Discurrendo proinde de alia *Constit.* generali *Gregor. XIII.* quæ *est la* 28. *inter alias ejusdem*, constantissimè repetimus, quod in ista, causa necessaria non est restricta ad solam visitationem, neque illa intelligi debet pro causa, physicè necessaria, sed pro causa morali, & prudentiali, ex allegatis supra *num.* 5. quibus addimus *Bonacin. Oper. moral. tit. de Clausf. par.* 4. *punct.* 4. *num.* 2. & *Barbos. ad Concil. sess.* 25. *de Regular. cap.* 5. *num.* 81. ibi: *Necessitas, de qua Gregorius &c. non est accipienda physicè pro strictissima necessitate, sed moraliter.*

54

55

In nostro autem casu, non una, sed multæ ex hujusmodi causis moralibus concurrunt, inter quas primo loco nimis emicat illa impediendi confabulationem Monialium cum Sæcularibus, necnon alia providendi præjudicio, quod poterat evenire ex ruina muri, necnon pro ædificanda nova Cella.

56

Admittitur exadverso in facto eadem causa providendi continuis confabulationibus, sed respondetur, quod illa *non erat sufficiens ad faciendum d. ingressum, nam citra ingressum poterat de facili desuper opportunè provideri, ideòque non fuit licitus ingressus*, sunt verba Scribentis in Facto. Aliæ verò non veniant attendendæ pro excusando incursu in Censuras, ut dicitur in Scriptura Juris.

57

Cæterùm hujusmodi contrariæ responsiones nullo modo subsistitunt, eo quia in specie glossando eandem Constitutionem Gregorianam, dd. causas ultrò admittuntur pro necessariis necessitate morali *Llamas*, *Sanchez*, *Miranda*, & *Bonacina*, sequuti *à Barbos. ad Concil sess.* 25. *de Regular. cap.* 84. ibi: *Licitum esse Superiori cum decenti comitatu &c. ingressum causa visitandi Officinas, Cellas Monialium, ædificium construens aut minans ruinam, dicunt &c.*

58

Ad offuscandam veritatem harum causarum, inter alias probationes ad oculum demonstratam ex depositione Fratris Severini, qui tanquam Cœmentarius, ingressus fuit Monasterium cum P. Colombs, prætenditur, illius dictum non esse attendendum, eò quia est socius criminis; Sed responsio non relevat; Cùm enim Superioribus Monasteriorum ex causis necessariis permissum sit à Constitutionibus Pontificiis ingredi clausuram Monialium, illi, qui illos associantur non dicuntur Socii criminis, sed Socii ingressus, qui cùm ex pluribus causis possit esse licitus, non dicitur statim delinquere ille Artifex, qui bona fide vocatus pro exercitio suæ professionis, associatur Superiorem.

59

60

Videmus hoc à pari quotidiè practicari in multis Monasteriis, quorum Superiorissæ vocant Artifices pro exercitio suarum professionum, etiam circa res voluptuosas, & nullo modo necessarias. Non enim cum fundamento deduci potest, quod idem Artifex ita vocatus, & bona fide Monasterium ingrediens, dicatur Socius criminis Abbatissæ, si hæc absque justa causa ipsum acceptavit, ut consideranti patet.

61

Circa necessitatem verò ædificandi, vel non in Monasterio Monialium, non concordant contrarii Defensores, & contrarii testes, seù Moniales; Istæ enim cum juramento asserunt, *quod in eorum Monasterio aliquod ædificium erat necessarium*; E contrà verò in responsione Facti dicitur: *Nulla penitus aderat necessitas ædificandi aliquod in Monasterio.* Dignentur proindè Oppositores nobis aperire, quibusnam credere ex his debeamus? Interim verò non omittimus observare, ipsos invenisse modum semel saltem veritatem dicendi: Cùm enim duæ hæ propositiones sint inter se contradictoriæ: *In Monasterio ædificium aliquod erat necessarium: In Monasterio nulla aderat necessitas aliquod ædificandi*, Oppositores, ambas æqualiter asserentes, semel saltem veritatem fatentur, juxta nobilem animadversionem *Card. Pallavic. nell' Istor. del Conc. lib.* 22. *cap.* 12. *num.* 8. ibi: *Il Soave hà trovata la maniera di far vedere, che egli non sempre mentisce, perche essendo impossibile, che tra due contradittorie una non sia vera, certo è, che egli dicendole ambedue in una di esse è verace.*

62

63

Quibus additur illa stringens animadversio, quòd in illis etiam terminis, qui non sunt nostri, quando cessat omnis causa, tam physica, quàm moralis, licitè ingrediendi Monasteria, neque pro prima, neque pro secunda vice, in *d. Constit. Gregor.* imponitur pæna excommunicationis, sed solius interdicti ab ingressu Ecclesiæ, & suspensionis à Divinis, ex adductis supra *num.* 30. & 31. Opportunè repetendo hìc, quod ad hunc effectum non est facienda vis in d. cta Constitutione Alexandrina, in qua etiam pro prima vice imponitur pæna excommunicationis, quia illa loquitur de sola Italia; Cùmquè sit Constitutio pænalis, non debet extendi, neque tanquam lex, neque tanquam declaratio & neque ex paritate, neque etiam ex majoritate rationis ad alias Nationes, pro quibus non emanavit, juxta communia axiomata, de quibus *Barb. axiom.* 166. *num.* 1. & *Priol. dec.* 83. *num.* 38.

64

65

66

Patet proindè, hujusmodi prætextum excommunicationis esse undique frivolum, comprobaturque talis ab innegabili facto totius Germanicæ Nationis, quæ per annum ferè integrum nihil de illa opposuit suo Commissario Generali, nec non ex alio æqualiter evidenti facto totius nostræ Provinciæ, unà cum ejus Definitorio, à quibus non solum respectu ejusdem prætensæ excommunicationis jota unum, vel unus apex nunquam dictus fuit, contra eundem Superiorem Generalem, sed potiùs illum agnoverunt, uti nullo excommunicationis vinculo innodatum, ante Congregationem petendo, & obtinendo ab illo licentiam intimandi Congregationem intermediam pro die Dominica 1. Septembr. 1715. Post eandem verò Congregationem instando coram ipso pro apostolis.

67

68

Supplicantes observare, quod non est sermo de aliqua excommunicatione, incursa ob delictum, secretò patratum, cujus notitia non priùs ad aures Oppositorum devenisset, quàm in vigilia Congregationis intermediæ, quo casu forsan locum habere possent contrariæ piæ meditationes, quæ in hac parte fiunt, sed sermo est de facto plusquam notorio, hoc est de publico ingressu in Monasterium, ubi triginta adsunt Moniales, qui proindè nullo colore po est dici ignoratus ab Oppositoribus; Et propterea eorundem delicata conscientia non debebat tam magnam rem tanta dissimulatione reticere ferè per annum, juxta *Textum in l. Si quis fortè* §. 1. *ff. de Pœn.* ibi: *Nec enim debebant tam magnam rem tandiù reticere*, cum concordantibus, citatis in *tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 21. *num.* 32.

69

70

Nec dicatur, *quod erat in arbitrio, & facultate Oppositorum P. Colombs excommunicatum non denunciatum evitare, vel potiùs cum eo communicare*; juxta verba contrariæ Scripturæ; Quidquid enim sit de dicta propositione, in genere sumpta, circa cujus veritatem necesse non est hìc se diffundere; Hoc unum est certum, quòd non erat licitum, neque positum in eorum arbitrio una die cum illo communicare, alia verò non; Sed in omne casum, una via electa permissum eis non erat ad aliam deinde confugere, ex adductis *per Barbos. axiom.* 225. *num.* 1. Ea ratione, quia Sacra Rota *in Roman. seu Mexicana Depositi* 27. *Novembris* 1705. §. *Hæc quoad expensas cor. Ansaldo*, similem operandi modum vocat *Stare à Cavallo al fosso*, quod nemini permittitur ex ibidem allegatis.

71

72

Non possumus tandem non repetere, quòd contraria prætensio tendit ad aperiendam viam scandalosis rebellionibus inter Religiosas Familias, quia in substantia prætenditur, ut sit in arbitrio Subditorum non parere Superioribus, quando aliquem allegant prætextum contra eundem, *cujus probationes suis loco, & tempore producturi erunt*, juxta præcisa verba Oppositorum.

73

Die 27. Augusti 1717. in S. C. E. proposita Causa per Eminentiss. Grimaldum, fuit rescriptum: *Omnia gesta per Congregationem intermediam fuisse nulla, cum omnibus indè sequutis, Et supplicandum SS. pro facultatibus D. Nuncio Apostolico juxta Instructionem.*

74

DISCEPTATIO XXVIII.

Romana.

PRO

Canonicis Liberianæ Basilicæ,

CUM

Mag. Cæremoniarum Capp. Pontificiæ.

ARGUMENTUM.

Impedito Diacono in Cappella Pontificia, illius partes an suppleri debeant à Subdiacono, seu potiùs à Mag. Cæremoniarum.

ANtiquissimum ecclesiasticarum Cæremoniarum usus, Apostolicis traditionibus introductus, ad divinum cultum augendum, Clerique in divinorum Officiorum ratione studium adjuvandum, juxta Sacrosancti Conc. Trid. dispositionem in *sess.22.cap.5. de Sacrif. Miss.* piè, & laudabiliter directus est ad pietatem Populi vehementiùs excitandam, ad hoc scilicet, ut Fidelium mentes ex iisdem pietatis, ac Religionis signis, ad rerum altissimarum contemplationem excitentur, cùm natura humana talis sit conditionis, ut sine exterioribus adminiculis non facilè queat ad rerum divinarum meditationem substolli.

Ad hunc proindè effectum ex Pontificalis Romani, & Cæremonialis Episcoporum dispositionibus providè statutum est, ut tanquam principaliores Ministri in celebrioribus solemnitatibus Celebranti inservire debeant Sacerdos Assistens, Diaconus, & Subdiaconus, uti verò minus principales alii inferiores Clerici; Ad hoc autem, ut in Cappella Pontificia eo, quo par est, decore omnia peragantur, Alexander VII. in ejus Motu proprio die 10. Decembris 1655. deputavit tres Canonicos totidem Basilicarum S. Joannis Laterani, S. Petri in Vaticano, & S. Mariæ Majoris quorum primus debet esse Assistens, secundus Diaconus, & tertius Subdiaconus, qui S. R. E. Cardinalibus, vel aliis Episcopis Assistentibus in Cappella Pontificia Missarum solemnia peragentibus, vel Vesperarum Officia persolventibus, ministrare, & inservire tenerentur.

In casibus impedimentorum unius, vel alterius ex eisdem principalioribus Ministris *ex Cæremon. Episcop.* dispositione *lib.1.cap.26.de Supplend. vicib.* post principium, illius vices supplere debet alter immediatè sequens; Unde impedito Sacerdote Assistente, supplet Diaconus, & impedito Diacono supplet Subdiaconus, ex animadversis per *Castad. in Prax. Cærem. lib.1. sect.7. cap.4 num.15.* Utroque autem impedito, supplet Cæremoniarius *Bauldr. in Man. Sacr. Cæremon. par.1 cap.8. de duob. Canon. num.18. in fin.* Qui Subdiaconus ex regula, præscripta in *Cæremoniali Episcoporum lib. 1. titul. de Offic. Subdiacon.* in iis, quæ non sunt peculiaria Ordinis, semper supplere tenetur partes Diaconi; Et ratio est manifesta, Diaconus enim latinè interpretatur Minister, Subdiaconus verò Subminister, ut advertunt *Albin. Flacch. Alcuin. de Divin Offic. c.36. de Gradib. Eccles. vers. Subdiaconus, & vers. Diaconus, Hug. de Sanct Victor. de Cærem. Sacr. lib.1.c 37. Amalar. de Offic. Eccles. lib.2.c. 11. & Biss. in Hierug. verb. Subdiaconus n.194. in princ.* Impedito autem Ministro, omnis æquitas, ac Justitia exigit, ut illius partes adimpleat Subminister.

Verùm quia non tam facilè omnia benè possent procedere absque directione alterius inferioris Ministri, qui ante divinorum Officiorum celebrationem necessaria disponeret, & tempore, quo celebrantur, pro illorum exequutione jugiter invigilaret, ideò inter inferiores Ministros primum occupat locum ille, qui Cæremoniarum Magister, seu Præfectus nuncupatur ex animadversis per *Biss. in Hierug. verb. Cæremoniarius n.15. Bauld. de Rit servand. par.3 c. 11. de Miss. solemn. art.9 n.12 & Turrin. in Director. Sacrif. par.1 sect. 2. c. 6. in princ.* cujus officium nullatenus versatur circa exequutionem illarum functionum, quæ ad proprios Ministros pertinent, sed solùm circa monitiones eorundem Ministrorum, ad hoc, ut suis loco, & tempore proprium adimpleant officium, illorumq; obligationes, & munera, eis suggerendo, & rememorando, ex quo proindè communiter receptum est, illos vocari Admonitores, Suggestores, Designatores, Rememoratores &c. ut advertunt *Cott. in Memorabil. verb. Designatores, Macr. in Hierolexic. verb. Admonitor, verb. Designator, verb. Rememoratorius, & verb. Suggestor, Grass. in Prax. Cæremon. lib.1. c.2. post med. Baludr. in Man. sacr. Cærem. par. 1. c. 1. art. 1. n.20. Corsett. in Prax. Cærem. par. 1. c.7. n. 4. & Turrin. in Director. Sacrif. par.1. sect.2. c.6. §.1. in fine*; Sub qua denominatione Admonitoris, & Suggestoris comprehendi etiam Præfectos Cæremoniarum Cappellę Pontificiæ observat *Castald. in Prax. Cærem. lib.1. sect.1. num.12.* Imò *Grass. in Prax. Cærem. lib.1. cap.2. in fine*, eosdem providè admonendo ait, esse debere circumspectissimos, & diligentissimos in designando, & suggerendo ea, quæ Ministri omnes adimplere tenentur, ea adducta optima congruentia, quia scilicet uni Cæremoniarum Magistro attribuitur quidquid ab omnibus impropriè geritur.

Inter alias autem functiones, Diacono competentes, ex dispositione Pontificalis Romani *tit. de Offic. Diacon. Pontif. in Miss. Ministr.* reperitur illa imponendi, & deponendi Gremiale, & Mitram Celebranti, quod observat etiam *Castad. in Prax. Cærem. lib. 1. sect. 5. cap. 6. num. 2. & sect. 7. cap. 8. in fine*.

Cùmque modernis temporibus aliqui ex Cappellæ Pontificiæ Cæremoniarum Præfectis prætensionem excitaverint supplendi partes ejusdem Diaconi, & quidem non in principio Missæ, & tempore, quo Subdiaconus pariter impeditus reperitur, sed in aliis ejusdem Missæ, & Vesperarum partibus, quando idem Subdiaconus nullum habet impedimentum supplendi vices Diaconi, & signanter post Sermonem, eo tempore, quo Diaconus à confessione, precedente benedictionem, impeditus non potest Gremiale, & Mitram à Celebrante deponere, cujus respectu licet Subdiaconi partes adimpleverint, ex illa nihilominus obedientia, quę nedum verbis, sed etiam nutibus eorundem Cæremoniarum Præfectorum debetur, ex animadversis per *Christoph. Marcel. de Sacr. Cærem. tit. 3. cap. 4. in fin. Bauldr. in Man. Sacr. Cærem. par. 1. cap. 1. art 1. num. 2. in fin. & Castald. in Prax. Cærem. lib. 1. sect. 1. cap 1. n.9.* motivum aliqui ex eisdem desumpserunt non suggerendi Subdiacono adimplementum proprię obligationis in locum Diaconi impediti, sed à semetipsis, absque ullo fundamento, in eisdem functionibus aliquando se intromiserunt.

Hinc Capitulum Liberianæ Basilicæ, cui Subdiaconatus Officium in Pontificia Cappella ab Alex. VII. perpetuò fuit unitum, Ecclesiasticarum functionum decori, & majestati unicè prospiciens, SS. D. N. humiliter exposuit, eandem prætensionem directè opponi naturæ officii Subdiaconi, adversari citatæ Constitutioni Alexandrinæ super reformatione Cappellæ Pontificiæ, & derogare majestati functionum, quæ in eadem peraguntur; Cùmque idem SS. D. N. huic Sac. Congr. illam deciden remiserit, speramus, & supplicamus responderi, eandem prætensionem nullatenus substineri.

Opponitur quidem naturæ Officii Subdiaconi, cùm enim iste in eodem penè officio sit, in quo Diaconus reperitur, ut communiter observant adducti per *Albin. Flacch. Alcuin. de Divin. Offic. tit. Quid significent Vestimenta §. Pallium in fin. lit. E fol. 1091. Amalar. Fortun. de Ecclesiast. Offic. cap. 25. de Variet. Sandalior. & Vicecom Observat. Ecclesiast. lib. 4. tit. de Miss. appar. lib. 2. cap. 14 antè finem*; Atque Diacono propriè pertineat Gremiale, & Mitram Clebranti imponere, & deponere, ex supra animadversis, omnis ratio suadet, ut, impedito eodem Diacono, illius partes supplerę teneatur ille, qui est in eodem penè Officio, & non Cœremoniarum Magister, in officio penitùs diverso, & separato, utpotè unicè directo ad suggerendum, designandum, & admonendum, nullatenùs verò ad exequendum, ut generalitèr advertunt *Bauldr. in Manual. Sacr. Cærem. par. 1. cap. 1. art. 1. num.20. & Biss. in Hierurg. verb. Celebrans, num. 159. §. 2.* Et in terminis, quòd circa impositione, & depositionem Mitræ, ac Gremialis Subdiaconus eodem modo, ac Diaconus Celebrantem adjuvare debet probant *de Grass. in Prax. Cæremon. lib. 1. cap. 6. post princ. Bauldr. in Manual. Cærem. par. 5. cap. 11. art. 6. de Acol. seu Ministr. de Grem. num. 2. post princ. Gastald. in Prax. Cærem. lib. 1. sect. 5. de Acol. Ministr. Grem. cap. 6. num. 2* & meliùs ibidem *Biss.* ubi supra *verb. Ministri de Baculo, & Mitra num 166. §. 2. vers. Ex quidem Prælatus Mitram deponit, & num. 167. §. secundo in fine, & verb. Subdiaconus nu. 95 in fine §. 18.* & sępè citatus *Paris de Grassis* celeberimus Cæremoniarum Magister Cappellę Pontificiæ *lib. 1. cap. 25. de Usu Mitr. pretios.* ibi: *Officium Diaconi est ponere, & deponere Mitram, ac birretum in Missa, nisi quando est occupatus in eadem, ut quando post incensatum à Celebrante Altare ipse capit Thuribulum de manu ejus, quia tunc non potest ponere Mitram, sed illo casu pro Diacono supplet*

13 *plet Subdiaconus*, *aut Assistens Cappellanus*, *vel Cæremoniarius*: Quæ punctualissima authoritas non habens contradictorem, reputatur casus legis ex adductis *in Tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 14. *num.* 77.

Ex eadem annexione Officiorum Diaconi, & Subdiaconi, sequitur, quod impedito eodem Subdiacono in pace danda Clero, nullatenus Magister Cæremoniarum se intromittit in discooperiendo Calicem, cum debitis genuflexionibus, vel in subministrando Urceolos, sed solus Diaconus, ea ratione, quia in eodem penè officio reperitur *Gastald. in Prax. Cæremon. lib.* 1. *section.* 7. *cap.* 5. *Bauldr. in Man. Sacr. Cærem. par.* 1. *cap.* 13. *de Subdiac. art.* 1. *num.* 39. Ex eadem igitur ratione, & connexione Officiorum, impedito eodem Diacono, illius partes supplere tenetur Subdiaconus, ex supra animadversis. (14)

Adversatur pariter eadem prætensio Constitut. Alexandrinæ; In Illa siquidem cum clausula *Sublata*, & decreto irritanti officia Sacerdotis Assistentis, Diaconi, & Subdiaconi in Cappella Pontificia unita, & applicata fuerunt Capitulis, & Canonicis Basilicarum Lateranensis, Vaticanæ, & Liberianæ, Non igitur in illis possunt alii se intromittere, & præcipuè Cæremoniarum Præfecti, quorum Officium, nedum generaliter versatur circa monitiones, & suggestiones Ministrorum Altaris, ex supra animadversis, sed præcisè circa attentionem, & diligentiam, ut eadem Pontificia Constitutio exequutioni demandetur à personis, ibidem designatis, & quidem non solùm mediantibus verbis, & præceptis, sed etiam exemplis, juxta monitum *Turrini in Director. Sacrific. par.* 2. *section.* 2. *cap.* 6. §. *Cæremoniarios in fine*. (15)

Derogat tandem dicta prætensio majestati, & decori Ecclesiasticarum functionum; Quæ cum in aliis divinorum Officiorum partibus semper à magis qualificatis Ministris adimpleantur, & extra controversiam sit, quod inter eosdem qualificatos Ministros ex antiquissima Ecclesiæ institutione numeretur Subdiaconus *Gastald. in Prax. Cærem. lib.* 1. *section.* 7. *cap.* 1. *num.* 1. *& Du Saussay in Panop.. Episcop. lib.* 6. *cap.* 6. *in med. vers. Verùm*, redundabit semper in majorem decorem Ecclesiasticarum functionum servitium, quod præstabitur Celebranti à digniore, & magis qualificato Ministro, ratione adducta *à Cardin. de Luc. de Servit. disc.* 65. *sub numer.* 11. quia scilicet dignitas, & decor servitii non consistit in ipsamet re, sed in qualitate personæ, illud præstantis. (16) (17)

Augetur vis hujus animadversionis ex qualitate sacrorum Indumentorum, quibus paratus reperitur Subdiaconus; Inter Tractantes siquidem de sacris Ritibus non adest propositio magis certa, magisque communiter recepta, quàm quod Ministri, sacris vestibus induti præferendi sint aliis non paratis, nedum quando in eadem reperiuntur Dignitate, & gradu, sed etiam quando Minister non paratus est major, ut observat *Turrin. in Director. Sacrific. part.* 1. *section.* 2. *cap.* 3. §. *Hæc de Assistente, & sequentibus*. Exindè inferens, quod Sacerdos Assistens cum sola Cotta postponendus est Diacono, & Subdiacono paratis, nedum in stando, sedendo, & procedendo, sed in quacumque alia actione, id pluribus exemplis Pontificiæ Cappellæ comprobans, & ex usu Ecclesiæ in aspersione Aquæ benedictæ in die Dominico, in impositione Cinerum, in benedictione Candelarum, & Palmarum, necnon in osculo Crucis, in quibus omnibus Ministri parati omnibus aliis præferentur; Si igitur Subdiaconus paratus præferri debet in quacumque actione ipsimet Sacerdoti assistenti sine Pluviali, sed cum sola Cotta, quantò magis præferendus erit Cæremoniariis? Considerando præsertim functionem impositionis, & depositionis Mitræ, quæ cum propriè ad Diaconum pertineat, magis proxima est officio Subdiaconi, quam Cæremoniarum Præfecti, qui ratione proprii officii ea solùm propriè supplere potest, quę ad Acolytos spectant, ut benè observat *Turrin. in Direct. sacrif. par.* 1. *ca.* 6. §. *in fine*, ibi: *Hic ex officio nihil aliud agit, quàm omnes monere, quamvis sæpè ob Acolytorum defectum multa facere cogatur ad alios spectantia*. (18) (19)

Concordant dispositiones *Pontif Roman titul. de Offic Diacon. Pontific. in Miss. Ministr. in fine, & Cæremon. Episcop. lib.* 1. *titul. de Offic. Subdiacon.* ex eodem motivo majoris decoris demandantium, ut cum Celebrans sacris paramentis induitur, vel exuitur, quod munus ad Diaconum propriè spectat, eundem Diaconum adiuvet Subdiaconus, non autem aliquis ex Cæremoniarum Præfectis, idemq; advertunt *Grass. in Prax. Cærem. lib.* 1. *cap.* 6. *in princ. Bauldr. in Man. Sac. Cærem. par.* 1. *c.* 13. *de Subdiacon art.* 1. *num.* 3. *& Biss. in Hierurg. verb. Subdiaconus n.* 295. §. *Secundo*; Et tamen longè minus esset, quod in eodem privato actu, functione jam terminata, se intromitterent, quàm eadem durante, & in medio solemnitatis coram ipsomet Summo Pontifice, & omnibus S. R. E. Cardinalibus: Dum igitur eis quod minus est denegatur, non debet, quod majus est concedi, ad tradita per *Ferrer. ad Constit. Cathalon. gloss* 4. *num.* 43. (20) (21)

Quibus non adversatur contrarius usus; Aut enim est sermo de illo usu, quando in principio Missæ Diaconus incensat Celebrantem, & nullum in eo fieri potest fundamentum; Quia tunc Subdiaconus etiam reperitur impeditus ab assistentia, quam immotus præstare tenetur Diacono thurificanti, ut probat *Turrin. in Director. Sacrific. part.* 1. *section.* 2. *cap.* 2. § *Ut ad Altare*; Aut verò insistitur in contrario usu in aliis Missæ, & Vesperarum partibus, quando Subdiaconus nullatenus est impeditus, & iste prætensus usus, seu veriùs abusus, non est uniformis, & pacificè introductus, sed factis, & verbis à Subdiaconis pro tempore impugnatus; *Factis*: Dum aliqui ex illis sæpè easdem partes Diaconi impediti adimpleverunt, nedum conniventibus, sed id expressè permittentibus aliquibus ex eisdem Cæremoniarum Præfectis, Sociorum prætensionem nullatenus approbantibus; *Verbis* verò, quia, quando de facto præventi fuerunt ab eisdem, & præoccupati in eodem officio, se declararunt apertis verbis, id non jure fieri, & ad eosdem nullatenus spectare, quæ ad eliminandum omnem usum, & prætensam consuetudinem superabundant, juxta animadversa per *Doctores in Clem. Gratiæ de Rescrip.* & firmata per *Rot. in decis.* 349. *num.* 2. *coram Cerro*; Secundò, quia iidem turbativi, & innovativi actus à pauco tempore introducti, causam dederunt, & dant recursui, & consequenter nullatenus attendi merentur, ex adductis per *Rot. dec.* 128. *num* 8. *coram Priol.* Tertiò, quia introductus prætenditur à Cæremoniarum Prefectis ad proprium commodum, & decorem, mediantibus illis actibus, in quibus eis resisti, & replicari nequit, præ oculis signanter habendo loci majestatem, & personarum qualitatem, quibus attentis, nec etiam allegari meretur ad inducendam consuetudinem, & usum per ea, quæ observant *Cost. de Præced. num* 93. *& seqq. & Franc. de Eccles. Cathedr. cap.* 33. *nu.* 188. Quartò demum, quia cum, ex hucusque animadversis, remaneat manifestum, eand. prætensionem directè oppositam esse naturæ Officii Subdiaconi, atq; Constitut. Alexandrinæ, munitæ clausula *sublata*, *& decreto irritanti* necnon derogare majestati, & decori Ecclesiasticarum functionum, etiamsi idem assertus usus antiquissimus esset, pacificèque introductus à personis nullum commodum in illo prætendentibus, & nunquam interruptus, semper esset abolendus tanquam abusus ad *Textum* litteralem *in can. Si consuetudinem* 8. *distinct.* & animadversa in his terminis *per Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc.* 45. *nu.* 9. *Panimol. decis.* 1. *annot.* 2. *nu.* 32. *Sperel. dec.* 179. *n.* 34. *& Rot. dec.* 34. *num* 9. *apud Novar. in Summ. Bullar.* & generaliter *Rocc. Selectar. Interpret. cap.* 149. *num.* 55. *& seqq.* ubi cum *Justinian. in Auth. Ut Eccl. Roman. Cent. annor gaudeat præscript. circa medium* similem usum vocat parum tuum præsidium, quantùm fieri potest semper eliminandum, utpotè æquitati naturali contrarium, eo quia qui se fundat in tempore, videtur se fundare in circumventione, quod ante ipsum observaverat etiam *Ursil. ad Afflict. dec.* 13 *n.* 1. *&* 2. (22) (23) (24) (25)

Ultra quod cum agatur de usu, & consuetudine irrationabili, quod scilicet minus dignus, hoc est Cæremoniarum Præfectus, præferatur digniori, nimirum Subdiacono, etiamsi esset immemorabilis, non deberet attendi *Sperel. dec.* 176 *nu.* 33. *Franc. de Eccles. Cathedr. cap* 33 *à num.* 183. ubi *nu.* 185. solidè probat, repugnare Jure divino, naturali, canonico, & civili, quod minus dignus præferatur digniori, & *Rot. dec.* 310. *num.* 5. *& per tot. cor. Ludovis.* (26)

Minus relevat replicatio, quod si prædicta admitterentur ratione majoris decoris, Diaconi impediti partes supplere teneretur Sacerdos Assistens, tanquam dignior, & non Subdiaconus minus dignus; Ultro enim admittentes, quod Sacerdos assistens absque ulla prorsus difficultate dignior sit omnibus aliis Ministris, juxta disposita in *Cæremon. Episcop. lib.* 1. *cap.* 6 *num.* 2. & notata per *Biss. in Hierurg. litter. P. num.* 104 *in princip.* Dicimus quod cum Diaconus, & Subdiaconus, ex supra animadversis, in eodem penè officio sint, nunquam locus est suppletioni, ab alio faciendæ, dum unus ex eisdem non est impeditus, & tamen in illis casibus, in quibus locus est suppletionibus, nunquam superiores Ministri supplent partes minoris impediti, nisi ex præcisa necessitate, ut disponitur in *Cæremon. Episcop. lib.* 1. *cap* 26. *de Supplend. vicibus ante med* sed semper suppletio spectat ad illum, qui immediatè sequitur impeditum *Biss in Hierurg.* (27) (28)

verb. Subdiaconus num. 196. §. 25. antè med. & Card. de Luc. de Præem. disc. 41. num. 14. & disc. 43 num. 3. & contrarium
29 prætendere, esset omnes regulas legales, naturales, & cæremoniales confundere; Proindequè retorquetur potiùs, quàm obstet ad hunc effectum major dignitas Sacerdotis assistentis, cujus respectu applicatur alia animadversio *Bissij*, loco proximè citato, quod scilicet videatur magnum inconveniens, ut Minister superior deferat proprium munus, & locum, ut suppleat vices inferioris Ministri impediti, quod æquè benè ab alio inferiori Ministro adimpleri potest.

Pro congrua responsione ad illam insubsistentem assertionem, repugnantem omnibus rubricis Pontificalis Romani, & Cæremonialis Episcoporum, quod Subdiaconus non dicatur, nec sit Minister Celebrantis, sed Diaconi, inferendo
30 exindè, quod non possit se immiscere in his, quæ concernunt servitium ejusdem Celebrantis, sufficere videtur authoritas S. *Athanasij*, relati à *P. Sebast. à S. Paulo Carmelita in Appendic. ad Motiu. Jur. §. 11. num. 86. in fin. fol. mihi 23.* nempè *Nimis falsa non sunt repellenda, ne habita fuisse credibilia videantur*, & remissivè se habere ab *Bauldr. in*
31 *Man. Sacr. Cærem. part. 1. cap. 11. de Minisstr Sacr. per tot.* ubi latè explicat ea, quæ in ecclesiasticis functionibus Subdiaconus competunt, tanquam coæquali Ministro Celebrantis.

Alia demum prætensio, quod in Cappella Pontificia non sit acritèr insistendum in congruentiis, & rationibus, sed unicè inspiciendus usus, & praxis, ex diametro opponitur dispositis in *Cærem. lib. 1. cap. 5. de Offic. Magistr. Cærem. in*
32 *fine*, ubi ad rem literaliter statuitur, Cæremoniarum Præfectos, non solùm actione, & opere paratos esse debere ad illas peragendas, sed etiam de his, quæ fiunt rationem reddere.

In eadem Causa.

PErstringendo omnia, ex adverso adducta, duo hodiè exagerantur; Unum in concreto, & aliud in abstracto. *In*
33 *concreto* prætenditur, quòd à tempore, cujus initij memoria non existit, & ex immemorabili consuetudine, nunquam interrupta, Cæremoniarii Cappellæ Pontificię soliti fuerint partes Diaconi impediti supplere; *In abstracto* verò insistitur in ea prætensione, quòd operationes omnes eorundem Cerimoniariorum in Pontificia Cappella, attenta Papæ præsentia, vim legum habeant, & uti tales ab omnibus clausis oculis indistinctè servandæ sint; Cùm autem neutrum subsistat, meritò speramus, & supplicamus responderi, impedito Diacono, munus auferendi Mitram, & Gremiale Celebranti in Cappella Pontificia, & alia ejusdem Diaconi munera, spectare ad Subdiaconum, non autem ad Cæremoniarium.

Non subsistit primum assumptum; Ad illud enim probandum, nihil aliud adducitur, quàm simplex, & hac contro-
34 versia pendente, mendicata fides duorum Clericorum, & totidem Acolytorum Pontificiæ Cappellæ, nihil aliud asserentium, quàm *per tutto il tempo, che siamo in officio, abbiamo sempre veduto levare, e porre il Gremiale, e la Mitra al Celebrante, essendo impedito il Diacono, dal Maestro delle Cerimonie.*

Et tamen ultra vulgaria, & ab omnibus recepta axiomata, quod simplices fides, lite pendente procuratæ, nullam
35 merentur fidem, de quibus *Rot. decis. 243. num. 7. cor. Emer. jun. & dec. 23. num. 4 par. 19. rec.* notissimæ sunt in hac parte propositiones, quod ad probandam immemorabilem (sunt verba *Episc. Rocchæ Select. interpret. c. 167. n. 21.*) *testes deponere debent cum quatuor requisitis, nempe de visu per 40. an-*
36 *nos; De auditu à suis majoribus, qui ab aliis audiverunt; Quòdquè ipsi, nequè majores sui unquam viderint, neque audiverint contrarium. Et de publica voce, & fama per verbum fuit, & est, sine quibus præcisis requisitis testes non probant immemorabilem, juxta celebrem Glossam &c.*

Ex istis quatuor requisitis, copulativè ad hunc effectum necessariis, ex adductis per *Rot. dec 158. num. 3. cor. Emer. jun.* ubi, quòd nequit fieri conjunctio, si unus testis depo-
37 nat de uno requisito, & alter de alio, nec etiam unum in præsenti concurrit.

Deficit enim primum, nempe attestatio de visu per 40 annos ante motam litem, ex quo omnes quatuor testes in eo-
38 rum insubsistenti attestatione deponunt dumtaxat *per tutto il tempo, che siamo in Officio*; Omnes verò, nedum non sunt in officio ab annis 40. sed nec etiam à dicto tempore fuerunt in Mundo, & consequentèr prætendere, quod ex illorum fidibus probetur immemorabilis, idem est, ac velle, ut deponant de rebus gestis antè, vel paulo post illorum nativitatem, quo nihil absurdiùs dici, nilvè irrationabilius valet excogitari.

Deficit etiam II. quòd ea, quæ deponunt, audiverint ab eorum majoribus, qui ab aliis pariter ea audiverint; Hoc enim in eorum fidibus nullatenus legitur, sed Clerici addiderunt 39 pro ratione, quod *uno di Noi è ministro del Gremiale*, Acolyti verò *per esser Noi sempre presenti, & attenti per servitio del Celebrante*: Ex eo autem, quod dicti testes sint ministri Gremialis, sintque etiam præsentes, & attenti functioni, nullatenùs inferri potest, quod eorum majores ita practicaverint, ut de se patet, eo quia id verificari potest à paucis annis, & à tempore quo præsens controversia à biennio, & ultra in judicium deducta fuit.

Deficit pariter III. quod neque ipsi, neque sui majores unquam viderint, vel audiverint contrarium practicari, ut ex simplici lectura earundem attestationum. Non credimus autem, quod noluerint id audire ab informatis, ut 40 benè testarentur. Cæterùm id probè audire poterant, si ad praxim reduxissent id, quod legitur *Esdræ 1. 5. 9. Interrogavimus ergo Senes;* Audivissent enim à Muto, & Gottifredo, antecessoribus in officio Subdiaconi in Cappella Pontificia, se ipsos multotiès supplevisse partes Diaconi impediti circa impositionem, & depositionem Mitræ, & Gremialis; Potuissent pariter id didicere à Porta, ultimo loco uno ex Cæremoniariis in eadem Cappella, qui nedum permittebat moderno Subdiacono supplere vices Diaconi impediti, sed Sociis semper inculcabat, eorum prætensionem nullam habere subsistentiam; In qua parte se uniformabat sensui aliquorum ex EE. PP. in hac Sac. Cong. locum non habenti- 41 bus, qui videntes, id à Cæremoniariis practicari, tempore quo Missam celebrabant, non semel eisdem Cæremoniariis in ipsomet actu sacræ functionis dixerunt: *Questo non tocca à Voi.*

Deficit demùm IV. requisitum, ex quo non deponunt, nec deponere possunt de publica voce, & fama per illa ne- 42 cessaria verba, *& ita fuit, & est*, quod ex hucusque animadversis remanet manifestum.

Crescitquè improprietas earundem attestationum, ex quo unus ex eisdem Clericis, qui vocat se ministrum Gremialis, Acolyti, verò qui asserunt, se fuisse semper præsentes, & attentos ad servitium Celebrantis, concorditer testantur, vidisse Cæremoniarios, nedum auferre, sed etiam *porre il Gremiale al Celebrante, essendo impedito il* 43 *Diacono*, quod est prorsus insubsistens, neque unquam id potuerunt audire, vel videre adversus rei evidentiam, quia nunquam datur casus, quod in Missa Pontificali Gremiale imponatur Celebranti ab altero, quàm à Diacono; Ex hac autem manifesta hallucinatione eorundem testium in hac essentiali parte attestationis, non obscurè infertur, quid dicendum, credendumvè sit de alia; per ea, quæ observant *Innoc. in cap. Fraternitatis in princ. de Hæretic. Cassan cons. 43. n. 28 Rota Aven. decis. 33. n. 1. & 2. Cardin. de Luc. de Judic. disc. 30. num. 1.*

Ecce igitur qualis est illa prætensa immemorabilis consuetudo, qualesvè in qualibet linea contrariarum Scripturarum 44 decantatæ probationes illius fundamenti, super quo ædificatæ ex adverso fuerunt innumeræ generales regulæ, gratis ubi inculcatæ, & desumptæ, nedum ex Authoribus legalibus, sed etiam *ex Cassiano Collat. 21. cap. 12.* cum inutili transcriptione præcisorum verborum ejusdem Authoris circa vim, & efficaciam consuetudinis immemorabilis, 45 approbatæ quidem, & receptæ inter Doctores, sed cum necessario præsupposito, quòd concludenter in facto justificetur, non autem quando immemorabilis probatio unicè innititur ultroneis litigantium assertionibus, prout in præsenti ad unguem verificatur.

Hæc superabundare videntur pro victoria, & tamen ad abundantiorem cautelam prorsus insubsistens detegitur eadem asserta immemorabilis, non quidem ex simplici rumore 46 in contrarium, sufficiente ad illam excludendam ex adductis *in Tom. 1. par. 2 discept. 14. num. 17.* Minusque ex uno, vel altero actu, assertæ immemorabili contrario, qui pariter superabundat ad tollendum de medio quemcumque prætextum immemorabilis consuetudinis, per ea, quæ observant citati ubi proximè *num. 18. Bero cons 5. num. 23. lib. 1. Schrader. de Feud. par. 10. sect. 20. num. 157 Rota coram Lu-* 47 *dovis. decis. 162. num. 3. ibique Adden. num. 15. & in par. 12. rec. decis. 24. num. 36.* Sed ex ingenua confessione testis, omni exceptione majoris, & nobis indicati à Cæremoniariis cum illo supposito, quod rubore affici deberemus ex illius attestatione

tione ibi: *Unde cum rubore clari Viri responsionem exadverso Scribentes accipient*, & ibi: *Romanus Patritius, & summæ ingenuitatis Vir sanè mentiri nesciet*.

Audiamus igitur hunc dignissimus testem, Romanum Patritium, summæque ingenuitatis Virum, nescientemquè mentiri, ita loquentem in attestatione, quæ originalitèr data fuit in manibus Eminentiss. Ponentis: *Io infrascritto attesto, che quando ho fatto l'Officio di Subdiacono della Cappella Pontificia nelle fonzioni dell'istessa, hò molte volte levato la Mitra, & il Gremiale all'Eminentissimo Sig. Card. che faceva la fonzione, & in fede &c. questo dì* 10. *Marzo* 1704. *Filippo Gottifredi mano propria*. Cum quo, quatenus interrogetur, æquali ingenuitate, & claritate concordabit pariter alter testis, æquè nobilis, & fide dignus, in eodem Officio antecessor; Supplicantes observare, quod verba illa *molte volte* includunt factum plurium annorum, eo quia casus præsentis controversiæ non, nisi semel, vel bis in anno contingere solet. 48

Ex quibus, nedum penitus excluditur afferta immemorabilis consuetudo, sed ulteriùs insubsistentes remanent piæ illæ meditationes, gratìs exadversò exageratæ, quod scilicet consuetudo, de qua agitur ab immemorabili tempore religiosè semper fuerit observata, quodquè Pontificiæ Cappellæ observantias solus, & unicus Subdiaconi Coadiutor impugnare satagat, & demonstrare prætendat, sacrosanctam Papalem Cappellam altricem errorum esse. 49 50

Tantùm enim abest, quòd idem Coadjutor laudabiles consuetudines ejusdem Cappellæ satagat impugnare, quin potiùs totis viribus, & cum speciali Memoriali in hac S. C. exhibito, conatibus dd. Cæremoniariorum fortitèr restitit, & tandem obtinuit rejectionem contrariæ instantiæ, qua petebatur à SS. D. N. ut huic S. C. demandaret disputationem sequentis dubii: *An consuetudines Cappellæ Pontificiæ sint servandæ?* 51

Nunquam pariter in mentem ejusdem Coadjutori cecidit asserere, Papalem Cappellam errorum altricem esse, sed mediantibus Scripturis, coram hac S. C. exhibitis, solidè probavit, & hodiè manifestissimè patet, contrariam prætensionem erroneam esse; Neque nova, inauditaquè similis propositio Cæremoniariis videri debebat, quia non est novum, neque inauditum, quod in *plures labantur errores*, ut ultra recentissimum casum, qui evenit in proximè præterita Dominica Palmarum anni 1704. ac alios, qui de facili possent cumulari, EE. PP. probè notos, ad oculum, & cum authenticis documentis demonstravit æquè doctus, ac integertimus Romanæ Curiæ Prælatus, immatura morte eminentioribus dignitatibus præreptus *in vot.* 8. *n.* 52. *apud Rembold.* duplato *apud Fattinell de Signatur. Justit. fol.* 174. ibi: *Magistri Cæremoniarum* (& loquitur de illis Cappellæ Pontificiæ) *qui labuntur sæpè in plures errores*. Poterant igitur omitti replicatæ illæ assertiones, quòd operationes Cæremoniariorum in Cappella Pontificia debeant deservire pro regula, & norma sacr. Cæremoniarum, quodquè nemo sanæ mentis Vir eisdem contradicere audeat: Nisi dicamus illos, *qui labuntur sæpè in plures errores*, posse deservire pro regula, & norma non errandi; Et sanæ mentis Viros redarguere non posse illos, *qui in plures errores sæpè labuntur*; quo nihil absurdius, nilvè irrationabilius. 52 53 54

Prætereà dignentur iidem Cæremoniarii nobis indicare à quanto tempore citra illorum operationes in Papali Cappella incæperunt esse talis naturæ, ut etiam si probentur erroneæ, reformari non possint; Nos enim contrarium demonstramus, & quidem non solùm ex authoritate celeberrimi Cæremoniarium Magistri *Paridis de Grassis* in Epistola ad Leonem X. impressa apud *Mabilion. in Append. ad to.* 2. *Musæi Italic. fol. mihi* 588. ibi *Ad quempiam alium non magis spectat, quàm ad Romanum Pontificem nè sacræ suæ Cæremoniæ maculentur, neque aliqua in parte alterentur, ac præsertim nè corrumpantur*: Ex quibus verbis ad evidentiam patet illas posse maculari, alterari, & corrumpi, *& in Opusc. de Sac. Cærimon. in Vaticana Bibliotb. n.* 5634. *fol.* 167. ibi *Multotiès multis in Locis, præsertim Legulejos, Cæremoniastrosquè, errare videmus*, & ex Diario *Francisci Mucantis* sub die 25. Maii 1580. ubi, quòd nedum erravit, sed reprenhensus fuit à Papa ibi; *Quod Papa videns reprehendit me, quod ita fecissem &c.* ut in Archivio Cæremoniariorum *to.* 1. *in fin. & to.* 2. *in princ.* Verùm etiam id quoquè ostendimus ex oraculo Sixti V. quod omnem tollit dubietatem, ut benè observat *Card. de Luc. de Servit. disc.* 75. *sub nu.* 3. de quo in ipsius *Constit.* 74. *Congreg.* 5. *§.* 1. ubi idem Summus Pontifex cubitalibus literis demandavit. *Quòd veteres sacri Ritus, etiam in Pontificia Cappella, à quibusvis personis diligentèr observentur, quodquè Cæremoniæ, si exoleverint, restituantur, si depravatæ fuerint, reformentur*. Igitur ex Summi Pontificis judicio non est verum, quòd Cæremoniariorum operationes in eadem Cappella servari debeant tanquam leges, quodque reputari debeat piaculum illas erroneas demonstrare, dum constat, ejusdem Cappellæ Cæremoniarum Magistros *in plures errores sæpè labi*. 55 56 57

Hoc autem respectu nostræ controversiæ manibus palpatur, ex quo prætendunt, ipsos minus dignos, qui omnibus, & universis in Cappella Papali, tanquam minores cedere debent, præferri Subdiacono digniori, quod plusquam erroneum est, ex quo omnibus Juribus repugnat, ut probavimus *in Instit. crimin. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *num.* 235. *& seqq.* quibus addi potest *Rot. in Roman. Funeral.* 15 *Junii* 1699. *§. Invaluit cor. Molines*, ubi loquitur de consuetudine in Urbe prætensa, advertitquè, quòd in illis etiam casibus, in quibus concludentèr probaretur similis consuetudo, illa utì honestati, & decori ecclesiasticarum functionum repugnans, omninò eliminanda, & extirpanda esset. 58 59

Maxima verò simplicitate ad probandum quod non repugnet, minus dignum præferri digniori, adducitur exemplum Collegii Cameræ Apostolicæ Clericorum, in quo Clerici antiquiores præcedunt aliis junioribus, sive Archiepiscopis, sive etiam Patriarchis; Quia isti, in eodem Collegio existentes, non considerantur, utì digniores, hoc est, utì Archiepiscopi, & Patriarchæ, sed tanquam simplices Clerici, ut in terminis Episcopi Canonici, in Capitulo sedentis in loco suæ præbendæ Canonicalis, advertit *Pignatell. consult.* 104. *num.* 55. *tom.* 1. Unde meritò locum cedunt antiquioribus, qui proindè digniores dicuntur, juxta *Tex. in can. Episcopus distinct.* 17. *& in cap. Clerici de Judic.* cùm aliis adductis *à Cassan. in Cathal. glor. Mund. quæst* 10. *consider.* 29. *per tot. Franc. de Eccl. Cathedr. cap.* 33. *num.* 109. *& seqq. Pignatell. consult.* 104. *num.* 29. *to.* 1. *& Barbos. de Canon. c.* 18. *num.* 11. *& seqq.* 60 61

Quod nedum practicatur in dicto Collegio, sed in omnibus aliis Collegiis Urbis & signantèr in illo Advocatorum Consistorialium, in quò antiquiores non Prælati præcedunt in Collegio Prælatis juniorioribus, ex illa reduplicatione personarum, circa quam integrum edidit Tractatum *Carolus Antonius de Luca sub titulo de Pluralitate hominis legalis*, cum aliis citatis in *Hispalen. Juris præsidendi in Cap.* 2. *Junii* 1700 *in fine coram Olmo*. 62

Dixi in *Collegio*, quia extra actus Collegiales, & quando ab unoquoque ex eisdem repræsentatur persona dignior, tunc contrarium practicatur, ut ipsismet Lippis, & Tonsoribus in Urbe, & ubique notorium est, mirumquè proindè, quod lateat Cæremoniarum Magistros, Quod verum est, etiamsi in figura Collegii reperiantur in aliqua Ecclesia, vel tertia domo, quia tunc non servatur ille ordo, qui in proprio Collegio practicatur, ut vidi servatum die 31. Maii 1708. inter Advocatos Consistoriales; Ab uno enim ex Alumnis Collegii Capranicæ fuit dedicata eorum Collegio Conclusio circa materias legales, & in illa Casalis, & Provenzalis, qui erant Prælati, præcedentiam habuerunt à Decano, aliisque Advocatis Senioribus; Quod debet deservire pro regula etiam Lectoribus, quando argumentantur extra Sapientiam, quia tunc non est inter illos servandus ille ordo circa antianitatem, qui servatur in ipso Romanæ Sapientiæ Archigymnasio, sed considerandæ sunt aliæ particulares qualitates, unicuique ex illis ex propria persona convenientibus. 63

Ad colorandum verò assertæ immemorabilis consuetudinis prætextum, non benè magna vis fit in Summi Pontificis præsentia, quia aliud est, aliquid fieri in præsentia Principis, hoc est cum ipsius scientia, & approbatione, aliud verò cum sola ipsius tolerantia, juxta terminos nostri casus; Ad hoc autem, ut consuetudo aliqua, præsertim contra Cæremoniale, seu Jus, ut in præsenti verificatur, approbata dicatur à Principe, non tolerantia, sed scientia, & approbatio ejusdem requiritur, juxta *Gloss. in Can. Frustra verb. Consuetudinem distinct.* 9. ea ratione, quia multa per patientiam tolerantur. quæ si deducta fuerint in Judicium, exigente Justitia, non debent tolerari, ad literam *Text in c. Cum jam dudùm de Præben.* quem sequuntur adducti in *Instit. crim. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *n.* 39. 64 65

Ultra quod non incongruè eidem assertæ consuetudini applicari potest responsio illa, quam in his terminis adducit *Vidal. in Casib. Consc. in Appendic. miscell. inquis.* 5. *n.* 12 ibi: *Obiicitur primo hæc consuetudo est tolerata à Prælato ergo est bona; Respondetur primo negando antecedens; Superior enim forsitan illã ignorat, cùm sit consuetudo particularis consistens in facto;* unde 66

unde potest probabiliter à Prælato ignorari; In nostro autem casu hæc probabilitas in evidentem transit probationem, quia Summus Pontifex in illo instanti, in quo accidit casus depositionis Mitræ, & Gremialis, impedito Diacono, reperitur occupatus in impertienda benedictione, & propterea non probabilitèr, juxta verba *Vidalis*, sed certitudinaliter dicendum est, non respicere ad ea, quæ fiunt circa impositionem, vel depositionem Mitræ, & Gremialis cum Celebrante.

Excluso ex his prætextu assertæ immemorabilis consuetudinis, non obstant tres rationes ad illam comprobandam 67 exageratæ; Corruente siquidem fundamento, super illo ędificata corruere necesse est, ut observant adducti *in To. 1. par. 1. discept. 12. n. 69.*

Et tamen specialitèr ad illas respondendo, non obstat prima, nè scilicet confundantur officia Diaconi, & Subdiaconi, si iste Mitram, & Gremiale imponeret, & deponeret, quod propriè ad Diaconum spectat; Quia magna, nimisque patens semper intercedit inter utrumque differentia, 68 ex quo Diaconus adimplet id ex proprio ministerio, & munere, Subdiaconus verò solùm in subsidium, & quando idem Diaconus impeditus reperitur; Ultra aliam nimis quoque evidentem differentiam, quod Diaconus utitur Stola, quam deferre non potest Subdiaconus ex *Cæremoniali Episcop. lib. 1. cap. 16. de Offic. Subdiaconus in principio.*

Minùs secunda, nè modò unus, modò alter videatur supplere, quod apud peritos Cæremoniarios confusionem inducit; 69 Hoc enim nullatenus subsistit, quia semper Subdiaconus non impeditus supplere debet partes Diaconi impediti; Imò hujusmodi consideratio retorquetur ad hominem, ex quo habemus, tam in Pontificali Romano *tit. de Offic. Diacon. in Miss. Ministr. in fine*, quàm in Cæremoniali *Episc. lib. 1. cap. 10. post princ.* quod in his, quæ ad Diaconi munus propriè spectant Subdiaconus in omnibus Diaconum coadjuvat, ibi: *Quod munus licèt ad Diaconum præcipuè spectet, Subdiaconus coadjuvat tamen, ubi opus est*: & notant *de Grass. in Prax. Cæremon. lib. 1. cap. 9. post princ. Bauldr. in Ma-* 70 *nual. Cæremon. par. 5. cap. 11. art. 6. de Acoly. seu Minist. de Gremial. num. 2. post princ. Gastald. in Prax. Cærem. lib. 1. sect. 5. de Acoly. cap. 6. num. 2. Biss. in Hierug. verbo Ministri de Baculo, & Mitra num. 166. §. 2. vers. Et quidem Prælatus, & nu. 167. §. 2. in fine, & verb. Subdiaconus num. 95. in fine §. 18.* Igitur non sine maxima incongruitate Cæremoniarii, qui non possunt juvare Diaconum præsentem, prætendunt supplere vices ejusdem, absentis, vel impediti, & verificaretur ad unguem dictum inconveniens, & confusio, quod modò Subdiaconus adjuvando, modò Cæremoniarius supplendo tantùm, in munere Diaconi se ingererent, tempore quo semper 71 illius partes, & vices adimplere potest unus Subdiaconus, tam adjuvando, quàm supplendo.

Demum nec etiam subsistit tertia, quod Magistri Cæremoniarii Cappellæ Pontificiæ non solum dicantur Rememoratores, & Suggestores, sed etiam Ministri, & Operarii; Quia *Paris de Grassis in Opusc. de Sacr. Cærem.* ad id comprobandum unicè citatus *in capite*, cui titulus est *Quod Cærimoniarii licèt Magistri dicantur & sint, tamen in ipso actu cæremonizandi, omnibus ministrantibus cedentes, Subministri fiant*, loquitur de Ministris minutulorum servitiorum, non autem de Diacono, & Subdiacono, ut ex lectura, quę minutula servitia, ad Acolytos propriè spectantia, describuntur *à Christoph. Marcell. lib. 3. c. 24.* ibi: *Subministrant, &c. Candelabra, intorstitia, ampullas vini, & Thuribulum cum Navicella incensi, vas aquæ benedictæ &c.* Atque horum minu- 72 tulorum servitiorum respectu idem determinat *Cęrem. Episc. lib. 1. cap. 5. de Offic. Magistr. Cærem.* ibi: *Videat &c. an omnia rectè disposita, & ordinata sint, & sacræ vestes, paramenta, & vasa, candelabra, cærei, funalia, aliaque utensilia &c. nec gravetur aliquando etiam suis manibus adjuvare ministros, cæterosque omnes, quorum opera uti oportebit*: Cum quo *Paride de Grassis* concordant etiam alii Tractantes de sacris Ritibus, quos collegit *Christophor. Marcell. in lib. 2. c. 2. post princ.* ibi: *Deindè dum Pontifex orat, vadit detecto capite retrò ad sinistram Pontificis, sequentibus Diacono, & Subdiacono, quo surgente ab oratione, removetur faldistorium, & scabellum per* 73 *Clericos Cappellæ, vel si absunt per Cæremoniarios* Ecce igitur in quo succedunt Operarii, & Ministri in adjuvando propriis manibus Ministros illos, qui portare debent vestes sacras, paramenta, vasa, candelabra, ac similia utensilia, nec non in removendo faldistorium, & in portando scabellum, & in similibus minutis servitiis, non verò in auferendo, & deponendo Mitram, & Gremiale à Celebrante; Concordat paritèr *Turrin. in Direct. Sacrific. c. 5. §. 1.* ibi: *Ex officio nihil aliud agunt, quàm omnes monere, quàmvis sæpè ob Acolytorum* (non dicit Diaconi) *defectum multa facere cogantur, ad alios spectantia*, Cum quanta autem improprietate huic, & aliis Authoribus, de sacris Ritibus benè meritis, dicitur 74 in contrario Memoriali: *De authoritatibus Turrini, Bissi, Bauldrii, & aliorum, nihil ad Nos &c. vel falluntur cum Paride, & etiam Piscara &c.* tacitus Lector judicet, ut ad propositum notavit *D. Hier. lib. 2. epist. 4. ad Domn. Apologetic.* Nos enim libentèr falli volumus cum *Paride, Piscara, Turrino, Bauldrio, Bissio*, & aliis, quam sapere cum illis, *qui labuntur sæpè in plures errores.*

Imò ex dicta consideratione, quòd succedant Ministri, & Operarii circà minutula servitia, cresceret eadem confusio, & incongruitas, videndo scilicèt illum, qui paulò ante fal- 75 distorium, vasa sacra, candelabra, & scabellum propriis manibus tractabat, & removebat, imponere, & deponere Mitram, & Gremiale à Celebrante, eo ipso tempore, quo Subdiaconus cum majori decore sacrarum functionum, id potest peragere, ut consideranti patet.

Loquitur paritèr *Paris de Grassis* in illis casibus, in quibus Ministri proprium munus exercere nesciunt, vel non valent, 76 ibi: *Cæremoniarum Magister, quis quis est, senior, aut junior, dum in suo est magistratu, hoc est, quando in ipso actu ministrandi operatur, tam in Cappella Papali, quàm quocumq; alio in loco, sciat, se omnium Ministrorum, etiam minutulorum servitiorum Ministrum esse oportere; Sic, ut illis, vel non scientibus, vel non valentibus facere, quæ ad illos pertinent, ipse in hujusmodi opera, & ministerio succedat operarius, & minister.* Igitur non sinè maxima improprietate detorqueri pretenditur ad nostros terminos, in quibus Subdiaconus, & scit, & valet adimplere ea, quę ad ipsum pertinent in defectum Diaconi impediti:

E converso autem undiquè urgent pro favorabili dubii resolutione stringentes rationes ad probandum, quòd omnibus 77 illis vicibus, in quibus impeditus est Diaconus, illius munera à Subdiacono non impedito supplenda sint.

Quia scilicèt magis proximus est Diacono impedito; In *Cæremoniali* enim *Episcoporum lib. 1. cap. 26. de Supplen. vicib.* pro regula statuitur, quod suppletio fiat per eum, qui immediatè sequitur impeditum, ibi: *Supplebit alter ei pro-* 78 *ximus*, cujus Cæremonialis dispositionem nemine penitus excluso, sequuntur omnes Authores, de sacris Ritibus pertractantes, ut videre est apud citatos *in Instit. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 213.* quia revera hujusmodi propositio, quod par- 79 tes ministri impediti supplendæ sint ab alio ministro proximiori, congruè vocari potest unum ex primis principiis sacrorum Rituum.

Quatenus autem iidem Cærimoniarii non acquiescant dicto Cæremoniali Episcoporum, & communissimæ Doctorum opinioni, ab hac S. C. quotidiè approbatæ, velintque authoritatem alicujus Doctoris, loquentis in specie de Cappella Papali, ad instar illius Judicis, qui teste *Card. de Luc. de Jurepat. disc. 4. num. 7.* nolebat attendere Juris princi- 80 pia, quantumvis notoria, & indubitata, nisi ei allegarentur doctrinæ individuales, itaut cum disputaretur de locatione cujusdam Præcodii Vaccarum dicebat, se non satisfactum, eo quia non allegabantur doctrinæ, loquentes de Pręcodio Vaccarum, cumquè Advocati non sine magno labore curassent invenire doctrinas, de illis specialitèr agentes, & forsan *dec. 383. cor. Merlin. & dec. 359. & dec. 403. par. 16. rec.* adhùc persistebat in difficultatibus, eo quod doctrinæ loquebantur de Vaccis simplicitèr, non autem descendebant ad terminos Vaccarum rubearum, de quibus coram eo agebatur, ad quem effectum allegari poterat *dec. 54. num. 8. cor. Dunoz. jun.* & aliæ allegatæ *in Romana Affictus 22. Junii 1693. in* 81 *princ. cor. Card. Caprara*; Promptè satisfacimus eorum desiderio, eis indicando eorum Magistrum, cujus scripta ad eorum instructionem conservant in proprio Archivio, *Paridem scilicèt de Grassis in Opusc. Cærem. manuscripto, asservato in Vaticana Bibliotheca num. 5634. fol. 194. cap. de Supplend. omnium Ordinum vicibus in Cappella Papali*, ibi: *Non est pro cujusque arbitrio vicem supplere deficientis Ordinis, aut personæ in Cappella Papali &c. & quidem regularitèr* 82 *majores minorum vices non supplent, nisi ex necessitate; Contrà verò supplent minores vicem majorum &c. ut si prior Episcoporum in suo ministerio defecerit, aut quia non poterit, aut quia noluerit, supplet secundus &c.* latè deindè enumerando 83 omnes illos ministros, quibus impeditis, illorum partes suppleri debent à proximioribus, & pro regula statuendo, ibi: *Quod intelligo in iis, quæ sunt ministerii, non autem Ordinis &c.* Ex quibus posterioribus verbis ad oculum

lum demonstratur, non sine maxima superfluitate, Cæremoniarios in eorum Memoriali ferè transcripsisse ad literam ea, quæ in Pontificali Romano statuuntur circa Ordinem Subdiaconi, quia impositio Mitræ, & Gremialis spectat ad Diaconum ratione ministerii, non autem Ordinis, & propterea, eodem impedito, cum omni proprietate partes ipsius ministerii suppleri possunt à Subdiacono.

Quia ità exigit decor, & majestas sacrarum functionum; Non enim in dubium revocari potest, magis decorosum, magisque dignum esse servitium illud, quod præstatur à magis 84 qualificato Ministro, qualis est Subdiaconus, ex animadversis per *Castald. in Prax. Cær. lib. 1. sect. 7. cap. 1. num. 1. & du Saussais in Panopl. Episcop. lib. 6. cap. 6. in med. vers. Verùm quoniam;* eo quia dignitas, & decor servitii non dicitur consistere in ipsa re, sed in qualitate personæ, illud præstantis, ut bene probat, & exemplificando declarat *Card. de Luc. de Servitut. disc. 65. sub nu. 11.* & meliùs *Gavant. ad Rubric. Missal. par. 2. tit. 12. de his, quę omittuntur in Missa pro Defunctis* 85 *lit. A.* ibi: *Cùm non teneat Subdiaconus patenam, quæ solemnitatis indicium est, debet incensare Sacramentum in ejusdem elevatione, ut à digniore Ministro non impedito id fiat:* & in terminis Cappellę Papalis *Parid. de Gras. in citato Opusculo, asservato in Bibliot. Vatican. n. 5634. fol. 194. à tergo* ibi: *Quibus omnino deficientibus* (loquitur autem de Episcopis) *digniores Prælati &c. vices supplent;* Quod autem Subdiaconus sit Cæremoniariis major, & dignior, possunt iidem in qualibet Cappella à se ipsis dijudicare, observando, quòd ip-86 sis stantibus, & servientibus, ille sedet, ut disponitur *in Cærem. Episc. lib. 2. cap. 8. post. med. fol. mihi 175. Quis enim major est, qui recumbit, an qui ministrat? non ne qui recumbit? Luc. 22. 26.* Possuntque pariter ictu oculi eandem veritatem cognoscere, pervolvendo scilicet in eorum Archivio dictum Opusculum Cæremoniarum *Parid. de Grassis eorum Magistri* Ibi enim *fol. 169. à tergo*, nedum legere possunt, quòd sunt Subdiacono minus digni, sed quòd tales etiam sunt respectu omnium, & universorum Ministrorum ejusdem Cappellæ, Ec-87 ce aurea verba hujus Authoris: *Et ut breviter concludam licèt Magister Cæremoniarum quoad locum sui honoris mediatè subsit secretis Cubiculariibus Papę pręsentis, aut, eodem absente, Acolytis immediatè succedit, nàm, & ipsi duo ex decenti Acolytorum numero erant paremque cum illis mercedem habebant ex Apostolico Fisco de munitis servitiis, sicut etiam hoc tempore singuli percipiunt quantum quisque illorum tamen in eo tempore, quod magistrat, vel potiùs ministrat, ac subministrat in Cappella Papali cedere omnibus, & universis tanquam minor debet:* Ubi supplicamus observare rationem illam, *tanquam minor*, quę est incapax quacumque detorsione in alium sensum.

Quia Subdiaconus sacris indumentis paratus reperitur; Inter tractantes siquidem de sacris Ritibus non reperitur forsàn 88 propositio magis certa, magisque communiter recepta, quàm quod ministri, sacris vestibus induti, pręferendi sint aliis non paratis, nedùm quando in eadem repeniuntur dignate, & gradu, sed etiam quando minister non paratus est major, ex animadversis in meis *Instit. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. n. 221. & seqq.*

Quia Subdiaconus in eodem penè officio, & munere dici-89 tur esse, in quo Diaconus reperitur circa ea, quæ peculiariter infixa, & annexa non sunt Diaconatus ordini, sed ad illius ministerium, & munus spectant, eo quia Diconus latinè interpretatur Minister, Subdiaconus verò subminister, ut advertunt citati in dictis *Instit. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. num. 224.*

Quia Cæremoniarii in omnibus Libris sacrorum Rituum annumerantur inter Clericos, & vocantur Clerici Cæremo-90 niarii, signanter verò ab Authoribus, quos sequutus fuit *Christophorus Marcellus* in Libro, quem vocant *Cæremoniale Romanum lib. 3. c. 4. de Clericis Cæremoniarum*; *A Paride* autem *de Grassis in Opusc. Cæremoniarum in Vatic. Bibliotheca n. 5634. fol. 150. à tergo*, parificantur Acolytis; Igitur omni Jure locum cedere debent Subdiacono in supplendis vicibus 91 Diaconi impediti, nè pedes stent super humeros, ut observat *Rot. dec. 4. n. 39. cor. Ottobon.* in qua cum longè minori improprietate Diaconus prætendebat prelationem in concursu cum Presbytero.

Quia demum Cæremoniarii non sunt Operatores, & Mi-92 nistri sed Admonitores, Suggestores, Designatores, Demonstratores, Rememoratores, &c. juxtà disposita *in Cerem. Episc. lib. 1. c. 5. post princ.* ibi: *Quæcumque agenda sint demonstrans*, & observant citati in dictis *Instit. Crim. lib. 1. tit. 12. §. 4. n. 207. & num. 226.*

Non est igitur verum, quòd nulla habeatur lex scripta in Cæremonialibus circa suppletionem, in nostris terminis controversam, quia Cæremoniale Episcoporum, mandans in 93 his terminis, suppletionem faciendam esse à proximiori Ministro non impedito, vim legis obtinet per ea, quæ observant adducti *Tom. 1. par. 2. disceptat. 24. num. 19. & discept. 26. num. 36.* Verùm quatenùs alia lex in hac parte desideretur, illa non incongruè vocari potest punctualissima authoritas *Pa-94 ridis de Grassis*, non habentis contradictorem, per ea, quę notant adducti in d. *Tom. 1. par. 22. discept. 14. num. 77.* & in præcisis terminis hujus Authoris *Rot. in Rom. Juris tumulandi 5. Maii 1703. Etenim cor. Card. Priolo*, Iste enim in *lib. 1. cap. 25. de Usu Mitræ pretiosæ* dicit: *Officium Diaconi est ponere, & deponere Mitram, ac Biretrum in Missa, nisi quan-95 do est occupatus in eadem, ut quando post incensatum à Celebrante Altare, ipse capit Thuribulum de manu ejus, quia tunc non potest ponere Mitram, sed illo casu pro Diacono supplet Subdiaconus, aut Assistens Cappellanus, vel Cæremoniarius.*

Nec replicetur, quod Cæremoniarii quoque ex hac authoritate supplere possunt vices Diaconi impediti; Vis enim in 96 nostris terminis consistit in ordine illorum, qui supplere debent, nempè primò Subdiaconus, secundò Assistens, & ultimò Cæremoniarii; Impeditis enim omnibus illis ministris, qui possunt illius partes suplere, necessarium est, ut tandem aliquando reperiatur aliquis, & sic Cæremoniarius, qui in omnium defectum, partes impediti suppleat; Cæterùm ex dicta posteriori nominatione Cæremoniarii nullate-97 nus diminuitur præcedentia supplendi, debita primo loco nominatis, juxta animadversa per Doctores, citatos *in Instit. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. n. 129.*

Subsidiaria verò suppletio Cæremoniarii circa Mitræ, & Gremialis depositionem, adeò restricta fuit per hunc celeberrimum Cæremoniarum Magistrum, ut licèt in ejus *Opusc. Cærem. in Bibliothec. Vatic. n. 5634. fol. 194.* pro regula, & in-98 structione Successorum adnotasset, quòd *regulariter majores minorum vice non supplent, nisi ex necessitate*, ex quo forsan similis regula transcripta fuit in *Cærem. Episc. lib. 1. c. 26. de supplen. vicib.* ibi: *Regularitèr majores minorum vices non supplent, nisi ex necessitate, sed contra inferiores superiorum vices subeunt:* Adhuc congruentiùs existimavit priùs ad supplendum admittere Assistentem digniorem, quàm Clericum Cæremoniarium, infimum, ultimumque locum tenentem 99 inter Altaris minores ministros.

Prout etiam ex hac subsidiaria Clerici Cæremoniarii suppletione per hunc Authorem admissa, nullatenus excluditur irrationabilitas somniatæ consuetudinis immemorabilis, illa enim in eo residet, quod Cæremoniarii, qui tempore, quo ministrant in Cappella Pontificia omnibus, & universis cedere debent, ea ratione, quia minores sunt, & minus digni, præferri velint Subdiacono digniori, isto nullatenus impedito, quia si hoc impedimentum verificetur 100 non dicuntur concurrere dignior, & minus dignus, sed iste remanet solus, & consequenter, cùm non adsit alter, cui debeant cedere, nedum possunt, sed tenentur adimplere, ea quæ dignior impeditus peragere non valet, ut notat *Turrin. in direct. Sacrific. c. 6. §. 1.*

Minusque replicetur: *Et quis Doctor non agnoscit, dictiones illas*, aut, *& vel alternativam involuere? Natura verò al-101 ternativorum est, ut non requirat ordinem nominatorum, sed verificationem unius partis;* Quia non unus, sed omnes *re*, *& nomine Doctores* agnoscunt, quod dictæ dictiones non im-102 portant alternativam, sed ordinem, quando ponuntur inter incompatibilia, ut in præsenti, inter Subdiaconum nimirum, Assistentem, & Clericum Cæremoniarum, ut videre est apud adductos à *Barbos. de Diction. dict. 415. num. 2. in fine*, 103 *Fusar. de Substit. quæst. 379. nu. 26. Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 88. num. 4. & Rot. decis. 62. num. 8. cor. Arguel. & decis. 558. num. 5. par. 5. recent.* & latè *D. Piton. discept. Eccles. in Parag. num. 3. & 4.*

Facta autem comparatione inter individualem authoritatem ejusdem *Paridis de Grassis*, nostrum casum in puncto decidentis, & inter aliam authoritatem *Jacobi Cardinalis Gaetani* apud *Mabilion. in Museo Italic. to. 2. ordin. Roman. 14.* 104 *cap. 56. de Offic. Cappellan. qui debet servire de Mitr.* nihil aliud asserentis, quamquòd *in præcipuis festis ad prædictos Ministros superaddi potest unus, qui de Mitra serviat, sive Cappellanus indutus Pluviali, qui debet semper Pontifici deponere, & amovere Mitram:* nescimus videre quænam connexio inter utramque reperiatur, itaut judicandum sit, quænam ex eis videatur esse major: Nostra enim controversia oritur, quando Pontifex non celebrat per se ipsum, & Cardinalis Cajetanus de hoc hoc secundo casu loquitur: Præterea Cappellanus iste, de quo loquitur Cajetanus, debet esse indu-

tus Pluviali, & consequenter dignior reputatur Minister in concursu Subdiaconi. Igitur retorquetur potiùs ista authoritas, nihilque probat ad favorem Clerici Cæremoniarii cum sola Cotta, longè minus digni Subdiacono. Demum in antecedenti *Capit. 53. fol. mihi 292.* Iste Author dicit: *Quod si Diaconus, & Subdiaconus ad hoc docti non sint, Cappellanus hoc faciat vice eorum*, & proindè supponit Subdiaconum nescientem adimplere munus, de quo est quæstio, & ipsius vice id facere Cappellanum, quæ omnia potiùs contrarium demonstrant, ad quod probandum adducta sunt, ut patet consideranti. 105

Eodem prorsus modo, nedum inapplicabilis est, sed nec etiam à remotissimis detorqueri potest authoritas *Angelici Rocchæ in Cron Histor. de Apost. Sacrar. tit. de Præcip. Cappell. Ministr. fol. 28.* ad probandum, quod Subdiaconus ejusdem Cappellæ habebatur olim tanquam Cappellanus Sacristæ, & ab eo eligebatur; Cappellanus enim, de quo Author iste loquitur in hoc Capite, est ipsius Socius, de eadem Augustiniana Religione, ut ex sola lectura ejusdem capitis est plusquàm manifestum, latè deindè explicans in sequenti Capite qualitates, quas debet habere sub titulo: *De Sacristæ Cappellano, aut Socio*, itaut authoritates, ex adverso allegatæ cum omni proprietate dici possint adductæ ad ornatum, juxta phrasim contrarii Memorialis, ad ornatum tamen Urbis, non materiæ, ut in simili lepidè dixit: *Sperell. dec. 138. sub num. 17.* de quo in meis *Instit. crim. lib. 4. tit. 8. num. 97.* 106 107

Nec credimus repetenda ea, quæ licèt evidenter insubsistentia, exagerata aliàs fuerunt circa dignoritatem, & antelationem Cæremoniariorum in concursu Subdiaconi, & præcipuè ex *Libro*, typis dato à *Christophoro Marcello*, quod ipsi *Cæremoniale Romanum* appellant, in contrario Memoriali, ubi registrarunt illa verba *lib. 2. cap. 30.* circa ordinem distribuendi Candelas: *Clerici Cæremoniarum, Diaconus, & Subdiaconus Cappellæ &c. & lib. 3. sect. 5. cap. 3.* de ordine dandi pacem *Tum alteri Cæremoniarum Clerico, deinde Diacono Evangelii, & ille Subdiacono*. Quanta enim fides danda sit eidem Libro, innumeris referto erroribus, probavimus in *Instit. crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. à n. 231.* 108 109

Patet igitur ex huc usque animadversis, convenire Subdiacono suppletionem muneris Diaconi impediti, ex natura ipsius officii; Tum quia in eodem penè officio est, in quo Diaconus reperitur, Tum quia ità exigit decor, & majestas sacrarum functionum, quam totis viribus procurare tenentur Cæremoniarum magistri, Tùm attentis sacris indumentis, cum quibus paratus reperitur, Tum quia Cæremoniarii dicuntur Clerici, annumeranturque in Cappella Papali inter Acolytos; Tùm demum, ut Cæremoniariorum nomina conveniant factis, suggerendo nimirum, rememorando, admonendo &c. non autem se ingerendo in iis, quæ digniores ministri adimplere possunt. 110

Patet etiam, eandem suppletionem competere Subdiacono vigore legis scriptæ in *Cærem Episc. lib. 1. c. 26. de supplen. vicib.* ibi: *Supplebit alter ei proximus*, & in Cæremoniali Cappellæ Papalis *Paridis de Grassis tit. de Supplen. omnium ordinum vicibus in Cappella Papali in Bibliot. Vatican. num. 5634. fol. 194.* 111

Patet demum, assertam contrariam observantiam, seù consuetudinem, nullatenus probari, & per insubsistentem hypothesim admissam, adhuc non suffragari; Tum quia esset imprærscriptibilis: *cùm sacris sit inimica Canonibus, ac de ambitionis radice processerit*: ut statuitur in *cap Consuetudinem de Consuetud. in 6* ubi *Passerin. num. 2* Tum quia, utì contraria dispositis in dicto *Cærem. Episc.* munito clausula *sublata*, & decreto irritanti, nec etiam esset allegabilis, ut notant adducti *in To. 1. par. 2 disc. 14. num. 21.* Tum demum quia, in omnem casum, esset irrationabilis, quia *ortum haberet ex quadam stulta ambitione, qua minor nititur majorem præcedere*, juxta verba *Thob. Non cons 72. num. 24.* quem sequitur *Pignatell. consult. 88. num. 3. & 5. tom. 4.* & quia per illam perverterentur ordines, à natura, & jure distincti, juxta quos non omnes inter summos, nec cuncti inter novissimos constituuntur, sed unus alteri præest, & alteri subest, ut observat *Rot. dec 469. num. 26. par. 19. rec & in Tarraconen. Præcedentiæ 28. Junii 1697 §. Non obstat cor Card. Capravara, & 13 Jan. 1698 §. Unicum cor. Ansaldo*, & resolvit hæc *Sac. Congr in Gerunden. 11. Feb. 1702. & 24. Novemb. 1703.* Et quod magis est contra id, quod legitur *Lucæ 22. 26. qui major est fiat sicut minor*, Cæremoniarii Cappellę Pontificiæ, qui omnibus, & universis in Cappella Papali minores sunt, nedum fieri volunt sicut majores, sed illis etiam præcedere, ut in eorum Memoriali, ibi: *Subdiaconum Pontificiæ Cappellæ &c. nullatenus digniorem, & Superiorem Magistris Cæremoniarum existere*, & ibi: *Subdiaconus Cappellæ Pontificię, utì Subdiaconus est, neq; dignior, neq; Superior est Cęremoniario*. Itaut si in Scholis exemplificari deberet immemorabilis illa consuetudo, cujus respectu nulla concurrit probatio in facto, & quæ de Jure imprærscriptibilis est, juxta id, quod contra similem consuetudinem scriptum reliquit *Author* non minus Purpura, quàm scientia eminentissimus *in Opuscul.* cui titulus *L. R. fol. 100.* posset congruè assignari prætextus ille consuetudinis, cui Cæremoniarii Cappellę Pontificiæ adeò acritèr insistunt. 112 113 114 115 116

Nulla paritèr vis fieri potest in attestatione duorum Clericorum, & totidem Acolytorum Cappellæ Pontificiæ, asserentium se ipsos attentissimos ad servitium celebrantis, *abbiamo veduto levare, e porre il Gremiale, e la Mitra al Celebrante, essendo impedito il Diacono*. Istis enim opponimus ipsosmet Cæremoniarios, subscriptos in primo Memoriali, loquentes de eodem casu, qui solet evenire in Vesperis, ibi: *Dicimus, quòd nemo nostrum adversatur, imò testatur de observantia favore Subdiaconi, qui tunc supplet impedito Diacono, Cardinale Officium faciente in absentia Summi Pontificis.* 117 118

Dignentur proindè Cæremoniarii Nobis indicare, quibus nam credere debemus, ipsis nè, an eorum testibus? Isti dicunt, quod, impedito Diacono, semper viderunt in Cappella Papali Cæremoniarios supplevisse ipsius vices, è contra ipsi specificant casum in contrarium: Igitur non est verum, quòd semper id viderunt testes, & si non viderunt, quarè testificati sunt? Neque pro conciliatione adaptari possunt reflexiones contrariæ, *quod abusivè ad Vesperas vocitantur Diaconus, & Subdiaconus, propriè namque sunt Cappellani*. Quia hoc non spectat ad testes, sed est munus Judicis id dijudicare; Testes enim debent testificari ea, quę vident. Si autem non viderunt, quod semper Clerici Cæremoniarii partes Diaconi impediti suppleverunt, id debebant exprimere in contraria fide, dicendo, quod in Vesperis viderunt supplere Subdiaconum, in Missa Cæremoniarios; Vel non debebant apponere verbum illud: *Semper*, includens omne tempus, omnemque casum, ex adductis per *Barbos. dict. 361. num. 2 & Gratian. dec March. 186. num. 3.* Ultrà quod ex admissa suppletione Subdiaconi, absente Pontifice ad oculum infertur quod eadem suppletio ad ipsum spectet, etiam eodem Summo Pontifice præsente: *Nè modo unus, modò alter videatur supplere, quod apud peritos Cæremoniarios non ordinem, sed confusionem sapit*, sunt verba Cęremoniariorum in eorum primo Memoriali. 119 120 121

Omitti demum debebant exagerationes illę, quòd Cæremonialium Magistri in Cappella ipsa Papali circa Cæremonias nullis subjacent legibus, & congruentiis, quę testibus iisdem in eorum Memoriali, est veritas, adeò parens, ut nec etiam probatione indigeat, ibi: *In Cappella Pontificia attendi non deberet, utpotè, quæ nullis subjacet alicujus legibus, cùm sit ipsa omnium Ecclesiarum Regula, Mater, & Magistra*, ut ait *Angelus Rocca de Apost Sacr. in præfatione, quod neque eget probatione, quia Carolus Rex Romanum cantum invexit in Galliam*. Curiosissima ratio & planè digna, ut iterùm repetatur: *Non eget probatione, quod Cæremoniarum Magistri in Cappella Pontificia nullius subjaceant legibus, & congruentiis, quia Carolus Rex Romanum cantum invexit in Galliam.* 122

Diximus sup. *à num. 107.* & non inutilitèr repetimus; quod ferè omnes authoritates, ex adversò allegatæ, adductę fuerunt ad ornatum Urbis, quia nec etiam à remotissimis applicantur ad id, ad quod probandum adducuntur, modò addimus, quod aliquæ ex illis adductæ fuerunt ad pulchritudinem Universi, qualis est illa *Angeli Rocchæ de Apost. Sacrar.* supra citati: Gratias Deo, quod Author iste non est de illorum numero, qui asservantur in secretis Archiviis, vel in famosis Bibliothecis, sed vendibiles reperiuntur apud quemcumq; Bibliopolam. Ex illius enim lectura patet, quòd non loquitur de Cappella Papali, sed de Cathedra Pontificia, inter se toto Cœlo distantia, & ejus verba sunt hęc *fol. mihi 2. Cœlestis Pontifex, & Æterni Regis, supremique, & veri omnium Monarchæ vices gerit in Terris, quiq; in ea residet Cathedra* (in meo Calepino Cathedra non significat idem, quòd Cappella) *quæ, & omnium Ecclesiarum Regula, & Mater est, atq; Magistra*. Non mirum igitur, si Cæremoniarii, qui *tanquam minores* omnibus, & universis in Cappella Papali cedere debent, prælationenem Subdiacono contendunt, postquàm sibi applicant ea, quæ omnes Catholici Authores uni, & soli Summo Pontifici attribuunt. 123 124 125

Die Sabbathi 26. Apr. 1704 per Card. Barberinum proposita

posita Causa in S. R. C. rescriptum fuit: *Ad mentem*, & 126 *mens est*, *quod per Em. Ponentem insinuetur Magistris Cæremoniarum*, *ut se abstineant à deponenda Mitra*, & *Gremiali*. Non acquiescentibus verò dd. Cæremoniarum Magistris eidem decreto, & petentibus novam audientiam, in Congregatione habita die 7. Junii ejusdem anni 1704. rescriptum fuit: *Nihil de nova audientia*, & *servetur decretum 26. Apr. proximè præteriti*.

DISCEPTATIO XXIX.

Spoletana Juris sedendi in Synodo.

PRO

Collegiatis Sancti Petri, & Sancti Gregorii Civitatis Spoleti.

CUM

Cap. Cathedralis ejusd. Civitatis.

ARGUMENTUM.

Canonicis Collegiatarum qualis locus debeatur in Synodo, *an*, & *quo panno cooperiri debeant illorum sedilia*, & *an vocandi sint nomine Canonicali*, *vel potiùs nomine eis imposito in baptismate*.

INter insigniores universi Orbis Collegiatas annumeratur illa, quæ sub invocatione Apostolorum Principis reperitur extra mœnia Civitatis Spoleti; Ferè siquidem ab initio reparatæ nostræ salutis, anno scilicet 86. consecrata asseritur per eundem Principem Apostolorum, & dicata S. 1 Britio, nedum prædictæ Civitatis Archiepiscopo, sed tunc temporis totius Provinciæ Umbriæ Metropolitano, & exinde, electo Joanne, curavit iste, ut tandem Sedes figeretur in insigni Templo, adeoque ædificare fecit extra mœnia, propè tamen Civitatem, prædictam Ecclesiam, ibique fixit Cathedram, & Archiepiscopalem Sedem, adeout per multa sæcula ibidem extiterit Cathedralis Spoleti, totiusque Provinciæ Umbriæ vera Metropolis, donec transla- 2 ta fuit intus Civitatem ad Templum S. Primiani, nunc S. Mariæ, ut refert *Campellan ejus Histor. tom. 1. lib. 4. fol. mihi 112 in medio*, ubi, loquendo de dicto Jo: Archiepiscopo dictæ Civitatis, & Metropolitano totius Provinciæ Umbriæ, hæc ait: *Per fermare la medesima Sede in luogo certo*, *edificò non molto lungi alle mura della Città*, *fuori della Porta* 3 *Romana un Tempio*, *non già piccolo*, *per quanto le cose della Chiesa in quella stagione comportavano*, *col titolo del Prencipe degli Apostoli S. Pietro*, *che poi stabilita* &c. *la Cristiana Religione*, *ampliato con molta magnificenza*, *forse in un ampla Basilica*, *che insino a' nostri giorni a quei*, *che vanno a Roma*, *usciti dalla Città*, *apparisce a mano sinistra eminente sopra ben cento gradi di massicie*, *e quadrate pietre*, & *adorna nella principale faccia anteriore di effigiati marmi*, *lavoro di mano antica* &c. *Perseverò in questo Tempio per molti secoli la dignità della Catedra Pontificale*, *finche fù trasferita dentro della Città*.

In hujusmodi insigni Templo subrogata fuit loco prædictæ Cathedralis, & Metropolitanæ, nostra Collegiata, sub eodem titulo S. Petri, composita ex Priore, decorato dignitate Prothonotarius Apostolici, ex decem Canonicis, & ex tribus Beneficiatis, seu Præbendatis, necnon insigni- 4 ta unione Abbatiæ mitratæ, gaudetque infinitis privilegiis, & prærogativis, necnon habet omnimodam Jurisdictionem super nonnullis familiis, sparsim existentibus in Diœcesi Spoletana, & signanter habitantibus in Villa Patrici, à quibus quotannis exigit tributum, seu vassallagium per binas vices, in festivitate scilicet S. Petri, & in altera Sanct. 5 Sylvestri, quæ fruuntur immunitate ab omnibus gabellis, datiis, & oneribus laicalibus, necnon privilegio Fori, ita ut alibi conveniri non possint, tàm civiliter, quàm criminaliter, nisi coram eodem Capitulo, imò, quatenùs homines earundem familiarium pro aliquo delicto ab aliis Judicibus, & ab ipsomet Tribunali Gubernatoris Spoleti in carceres detrudantur, statim remittuntur ad dictum Capitulum, eorum privativum Judicem, ut testatur Cancellarius criminalis, & in specie probatur per positivum decretum 6 ann. 1668. ab Eminentiss. Martellio, tunc dictæ Civitatis Gubernatore.

Adest insuper in Civitate Spoleti altera antiquissima Collegiata Ecclesia S. Gregorii majoris, quæ asseritur fundata, & erecta per S. Abundantiam, matronam Spoleti in ejus proprio fundo, postquam rediit à visitatione S. Sepulcri; Constituitur itidem ista ex Priore, dignitate Apostolici Prothonotariatus fulgente, decem Canonicis, & duobus Beneficiatis, necnon mitrata Abbatia decorata, adeout immediatè accedat post d. Collegiatam S. Petri, & una post aliam 7 indistinctè omnia peragunt in functionibus, tam publicis, quàm privatis, prout gratia exempli, quando Episcopus Pontificalia exercet in sua Cathedrali duo Canonici pro qualibet ex dd. Collegiatis assistunt, & in Choro cum Planeta ad instar aliorum Canonicorum ejusdem Cathedralis pari gradu sedent ab eis recipiendo pacem, necnon eandem thurificationem, quam illi recipiunt, & unico verbo omnes æqualiter tractantur.

In Synodo Diœcesana celebrata anno 1673. tempore Card. Facchinetti, fuerunt eis assignata loca congrua, nempè Capitulo S. Petri secundus locus post Capitulum Cathedra- 8 lis; Sedebat enim istud prope Episcopalem Cathedram in digniori loco, nempè à parte sinistra versus Altare majus; Capitulum verò S. Petri à parte dextra ejusdem Cathedræ versus Januam Ecclesiæ, præcisè ubi existunt Sedilia Magistratus, Capit. verò S. Gregorii è conspectu ejusdem Cathe- 9 dræ in altera parte, unà cum condecentibus Sedilibus supra pradellas, à terra elevatis, & cum suis Genuflexoriis.

Verùm quia in Synodo, ultimo loco celebrata, fuerunt assignata prædictis Capitulis S. Petri, & S. Gregorii alia inferiora loca, & assignata eis fuerunt Sedilia nuda, absque pradellis, & loco Genuflexorii cum appodio, datum fuit simplex, & nudum scamnum ad genuflectendum, necnon vocati fuerunt cum solo nomine baptismali, absque titulo Canonici, habuerunt propterea recursum ad Episcopum, 10 à quo post nonnulla provisionalia decreta, fuit tandem causa remissa ad hanc Sac. Congreg. & interim terminata fuit Synodus.

Ad tollendas itaque in posterum similes controversias, petierunt dicta duo Capitula plura determinari: I. eorum proprium, & congruum locum sedendi in Synodo, nempe post Capitulum Cathedralis; II. quod eorum Sedilia debeant esse cum appodio à parte retro, panno viridi, aut alio 11 beneviso colore coopertum, elevatum à terra supra pradellas, cum genuflexoriis, cum appodio à parte antea. III. denique, quod nominatim unusquisque ex ipsis appellari debeat, non cum solo nomine baptismatis, sed cum titulo Canonicali, prout semper practicatum fuit, tam respectu Canonicorum Cathedralis, quàm respectu Canonicorum dd. Collegiatarum; Circa quæ de more auditus fuit Episcopus, post cujus Relationem disputantur hodiè tria dubia.

Incipiendo autem à primo circa locum, qui veniat assignandus Canonicis dictarum duarum Collegiatarum, utique iste debet esse illemet, quem habuerunt anno 1673. in 12 Synodo celebrata tempore Em. Facchinetti, nempè quoad Capitulum S. Petri prope Cathedram Episcopalem à parte dextera versus Januam Ecclesiæ, ante Sedilia Magistratus, qui est secundus locus, dum primum, nempè alterum propè Cathedram à parte sinistra versus Altare majus, meritò semper occupavit, & nunc occupat Capitulum Cathedralis, uti omnibus magis dignum; Quo verò ad alterum Capitulum S. Gregorii ab altera parte è conspectu d. Episcopalis Cathedræ, & propriè ante alia Sedilia ejusdem Magistratus, ea ratione, quia sicuti post Capitulum Cathedralis ma- 13 gis dignum, succedit alterum insignis Collegiatæ S. Petri, & exindè aliud S. Gregorii majoris, debet per consequens unicuique assignari locus secundum eorum propriam dignitatem.

Nec subsistit, quod in dd. antiquis Synodis locus eisdem assignatus, fuerat illemet, quem habuerunt in ultima, ut deponit Joseph Florellus; Ultra quod enim ille est unicus, 14 sicque nullum gradum probationis constituit, *cap. Licet de Testib.* & *leg. Juris jurandi C. eodem*; Est ulterius nimis suspectus, uti salariatus à Canonicis Cathedralis, pro quibus proindè non probat ex adductis à *Gabriel. lib. 1. commun. concl. tit. de Testib. concl. 10. num 4.* Versa autem vice omnes nostri testes deponunt de visu, deque facto proprio atque sunt omni exceptione majores, uti Canonici Collegiatæ Ecclesiæ Cassiæ, qui in d. Synodo Facchinetti anni 1673. personaliter intervenerunt, viderunt, & consideraruut omnia, ibi: 15 *Essersi trovati presenti al Sinodo*, *fatto dalla bo. me. del Sign. Card. Facchinetti dell'anno 1673. nella Catedrale di S. Maria di Spoleti*, *per esser di quel tempo Canonici di questa Collegiata di S. Maria di Cascia nostra Padria*, *e con tale occasione*

ne osservassimo, che stava il Trono dell' Eminen. Facchinetti nel pilastro à cornu Euangelii dell' Altare maggiore &c. fù alzato il pavimento di sotto al Trono per la longhezza di molti palmi, mediante un Tavolato &c. sopra al quale vi erano li Sedili da una parte per il Capitolo della Collegiata di S. Pietro, e dall' altra parte per il Capitolo della Collegiata di San Gregorio maggiore di Spoleti &c. avanti li Sedili fatti per il Magistrato; Itaut de nostris testibus ad illorum fidem augen-16 dam verificentur ea, quæ leguntur apud *D. Jo: Epist. 1. in princ.* ibi: *Quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt &c. testamur, & annunciamus.*

Minùs urget, quod Episcopus in ejus Relatione videatur pariter asserere, fuisse in ultima Synodo practicatum 17 quidquid gestum fuerat in aliis precedentibus Synodis. Idem enim nullatenus asserit Episc. ex certa scientia, sed ingenuè fatetur, id solummodo audivisse. Unde super hujusmodi assertione nullum est constituendum fundamentum, dum habetur loco solius testis de auditu, qui nullatenus probat, ex adductis per *Farinac. de Testib. quæst. 69. num. 2. & Rot. cor. Bich. dec. 653. num. 6.*

At ex abundanti superaddimus, quod hodiè non sumus in judicio manutentionis, & proindè quomodocumque res se habuerit in præteritum, supplicamus determinare d. locum, in quo dd. Canonici Collegiatarum permanere de-18 beant in futurum, reflectendo, quod eædem Collegiatæ, nedum sunt Insignes, & antiquissimæ, sed multis privilegiis, & honoribus, & mitratis Abbatiis decoratæ, præcipuè illa S. Petri, quæ fuit prima Archiepiscopalis Ecclesia Civitatis Spoleti, primaque Metropolis totius Umbriæ Provinciæ, eleganti structura, celebrique situ fabricata; Ex quibus omnibus cum dicatur concludenter probata Insignitas Ecclesiæ, ex adductis per *Lotter. de Re benef. lib. 1.* 19 *quæst. 15. num. 8. & Rot. dec. 29. num. 5. par. 2. diver.* cum aliis, de quibus in *Tom. 1. par. 1. discept. 6. per totam*, Circa plura intrat æquiparatio inter hujusmodi Insignes Collegiatas, & Cathedrales, & tam in illis, quam in istis Dignitates omnes non conferuntur, nisi Doctoribus, & Prothonotariis, juxta dispositionem *Sac. C. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 12.* ibi: *Dignitates omnes, & saltem dimidia pars Canonicatuum in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis Insignibus conferantur tantùm Magistris, vel Doctoribus, aut etiam Licentiatis in Theologia, vel Jure Canonico,* & notat *Rot. in d. dec. 19. num 8. par. 2 divers.*

Imò habemus, quod Canonici Cathedralis non dedignantur transitum facere ad nostram Collegiatam S. Petri obtinendo Dignitatem Prioratus, in eadem Collegiata existentem, ut præ cæteris practicavit Vincentius Ancajanus, 20 qui licet Canonicus Cathedralis, Prioratum prædictæ Collegiatæ S. Petri obtinuit.

Non attento, quod inter Cathedralem, & nostras Collegiatas, licet insignes, intercedere adhuc debeat aliqualis distinctio; Nos enim non prætendimus omnimodam æqui-21 parationem cum Cathedrali, dum ultrò admittimus, quod Canonici Cathedralis, dicantur Clerici primi gradus, cæterisque aliis præferendi veniant; Sed ex alia parte ad evitandum inconveniens illud, de quo *in can. Esto subjectus distinct. 95.* admitti debet, quod Canonici nostrarum insignium Collegiatarum debent habere secundum locum post illos Cathedralis, & sic, si Canonici Cathedralis, sedent 22 à parte sinistra Episcopi versus Altare majus, qui est primus locus, debent utique nostri sedere à parte dextera d. Episcopi versus Januam Ecclesiæ ante Sedilia Magistratus, ubi sederunt anno 1673. tempore Synodi Card. Facchinetti, & ubi in ultima Synodo sederunt nonnulli Abbates Regulares; E conspectu verò, ante altera Sedilia Magistratus, manere debent Canonici alterius Insignis Collegiatæ S. Gregorii, ut practicatum fuit an. 1673. & sic nimis patens est differentia inter Canonicos Cathedralis, & dd. Collegiatarum, dum isti sedebunt propè Episcopum in digniori loco; 23 nostri verò propè eundem in altero latere, ut in terminis resolvit hæc S. C. *in Ampurien. Præcedentiæ 11. Maii 1641.* teste *Pignatel. consul. 187. num. 2. tom. 4.* Præcipuè attento, quod Collegiata S. Petri subrogata fuit in locum antiquæ Cathedralis, ut in facto concludenter probat *Campell. ubi supra num. 4.* Et in Jure benè prosequitur idem *Pignatel. loc. cit. num. 5.* ibi: *Quod dicta Ecclesia Collegiata fuerit substituta in locum antiquæ Cathedralis Civitatensis, unitæ Cathedrali Ampuriensi.*

Addito, quod locus, quem petimus, non tollit situm 24 Beneficiatis Cathedralis, qui non sedeant unitim post Canonicos, ut factum fuit in ultima Synodo, & patet ex Plancta, data in manibus Ponentis, sed petimus locum, quoad Capitulum S. Petri prope Cathedram ab altero latere, & præcisè, ubi in ultima Synodo fuit positum Sedile pro Abbatibus, quo verò ad Capitulum S. Gregorii petimus locum è conspectu prædictæ Cathedræ ante altera Sedilia Magistratus.

Hæc quoad locum, favore nostrorum Canonicorum determinandum; Quo verò ad Sedilia, quæ est secunda inspectio, idem Episcopus videtur concludere favore eorundem, æquum scilicet, & laudabile existere, ut Canonicis nostra-25 rum Collegiatarum sint concedenda Sedilia cum Pradellis, & genuflexoriis altitudinis saltem duorum palmorum, ut à Capitulis foraneis, & exteris distinguantur; Unde quoad hoc nulla superesse videtur difficultas.

Tota itaque quæstio residet, an hujusmodi Sedilia, & genuflexoria nostrorum Canonicorum debeant esse cooperta aliquo panno, & insuper dd. genuflexoria esse debeant cum 26 appodio à parte anteriori; Et sanè utrumque concedendum videtur; Quantum enim attinet ad coopertionem Sedilium cum genuflexoriis, illa concedenda videtur, dum in præsenti versamur dumtaxat in determinandis modo, & forma sedendi in Synodo, prout de Jure, ad tollendas controversias, & continuas quæstiones, in futurum excitandas, ut in terminis similis controversiæ inter Canonicos Cathedralis Ecclesiæ Novarien. & Canonicos Collegiatæ S. Gaudentii 27 ejusd. Civitatis respondit hæc S. C. *in Novarien. Juris sedendi in Synodo* de qua infra *par. 2. discept. 9.*

Quo verò ad genuflexoria, quod ista, absque ullo dubitationis principio, debeant habere appodium à parte anteriori, videtur longè clarius, tam ratione personalis dignitatis Priorum, qui uti Doctores, & Prothonotarii Apostolici, 28 tenentur assistere cum Rocchetto, & Mantelletta in Synodo, *ex Gavant. in Praxi Synod. Diœces. cap. 9. de Apparit. Cathedral. Eccles. num. 6.* quàm ratione eorumdem Canonicorum, ob Insignitatem Collegiatarum, & in specie illius S. Petri, tanquam subrogatæ in locum Ecclesiæ Cathedralis, & Metropolitanæ Umbriæ, quod præ oculis habendum est ad effectum, de quo agitur ex supra firmatis.

Minus relevat, quod in funeralibus, quæ fiunt, tàm in Cathedrali, quàm in aliis Ecclesiis, in quibus interveniunt tàm Canonici Cathedralis, quàm dd. Collegiatarum, non omnes pari modo tractentur: Quidquid enim sit de funeralibus, certum est, quod in functionibus Pontificalibus, quæ 29 fiunt ab Episcopo in Cathedrali, æqualiter omnes tractantur; Ab istis autem maximis functionibus Pontificalibus desumendum est exemplum, non autem à particulari casu funeralium, in quibus interveniunt uti singuli, & ratione solius bursalis interesse.

Quoad tertiam denique inspectionem super nuncupatione nostrorum Canonicorum facienda, non cum solo nomine baptismali, sed cum titulo Dignitatis, & Canonicatus, magis fundata est nostra petitio; Licèt enim Episcopus in dicta ejus Relatione, excusando factum ultimæ Synodi, 30 asserat, ita fuisse practicatum; Adhuc veritas est, quod denominatio fuit facta in genere quoad nostros Canonicos, solùmque quoad Priorem facta fuit nominatio specifica, ibi: *Capitulum Collegiatæ Ecclesiæ S. Petri Spoleti, Prior, & Canonici ejusdem: Prior R. Joannes Baptista Vigili: Canonici R. Philippus Rodulphus, R. Aurelius Martanus,* & sic de aliis; Denominatio enim titulo Canonicali fieri non de-31 bet tali modo, sed singulariter unusquisque appellari debet Canonicus, ad instar illius, quod practicatum fuit cum Canonicis Cathedralis, nempè: *A. R. D. Canonicus Honorarius Liberatus Palenca. A. R. D. Canonicus Ignatius Cecilius &c.* ut observat *Gavant. in Praxi Synod. Diœcesan. cap. 12. de Cathedr. Cleric. num. 6.* ibi: *Titulus cuique nominando permittitur, & post cognomen addatur (si ille est) Doctor in Sac. Theol. vel J. U. titulus, & deindè Beneficii.*

Et absque dubio in casu, ubi Canonici nostrarum Colle-32 giatarum semper fuerunt tali nomine Canonicali citra ullam controversiam in præteritum appellati in Synodis, ut signanter practicatum fuit in illa, habita anno 1616. tempore, quo Urbanus VIII. fuit Episcopus Spoleti, & successivè in aliis, habitis coram Episcopo Castruccio, & successoribus in eodem Episcopatu.

In eadem Causa.

Supponit contrarius Defensor, quod in nostra ultima Synodo, celebrata anno 1706. *ad unguem servatus fuerit* 33 *&c. idem ordo, quem Card. Facchinettus in duabus Synodis præcedentibus absque ulla contradictione firmaverat*; Sed contrarium Summarium, ubi registratæ fuerunt particulæ ejus-

ejusdem Synodi, ostendit oppositum, tam in illo essentiali addito denominationis *Domini*, quo appellati fuerunt Canonici Cathedralis, quod non fuit practicatum in dd. antecedentibus Synodis annorum 1659. & 1673. Quàm in omissione tituli *Admodum*, quo Prior Collegiatæ S. Petri in dd. antecedentibus Synodis nominatus fuit, necnon in omnibus aliis antiquioribus sub Urbano VIII. & Castruccio, 34 quove appellatus non fuit in ultima, sed cum solo titulo *Reverendi*, eodem prorsus modo, quo appellati fuerunt Cappellani Cathedralis.

Quamvis autem in contrariis Scripturis legatur diversus titulus *Admodum Rev.* respectu nostri Prioris, supplicamus observare, quod ille fuit superadditus longè postea, diverso atramento, & charactere, ut exclamat unus ex nostris Ca- 35 nonicis, in Urbe præsens, qui vidit originale; Idque palpatur manibus ex illa animadversione, quod copia Actorum ultimæ Synodi, ex hac parte originaliter exhibita in manibus Emin. Ponentis, est in forma authentica, fuitque extracta usque sub die 19. Septemb. 1705. paulo post termi- 36 nationem ejusdem Synodi; Contraria verò exhibita fuit absque data, ad hoc forsan, ut non possit in cognitionem deveniri, quod sit posterior nostra.

Et propterea retorquentur contra Canonicos Cathedralis ea omnia, quæ dicuntur adversus dd. perniciosas, & præjudiciales innovationes, quia hæ remanent innegabiles, uti 37 comprobatæ ex ipsismet Scripturis exadv. exhibitis, vel ex aliis in forma authentica ex hac parte adductis.

Antequam autem deveniamus ad discussionem particularium inspectionum, præmittimus, quod præsens causa re- 38 missa fuit ad hanc Sac. Congreg. ab ipsomet Episcopo, quod omnem tollere videtur necessitatem citandi, vel audiendi alias Collegiatas, interesse forsan habentes in hac causa; Sicuti enim idem Episcopus remisit nostras Collegiatas ad hanc Sac. Cong. ita remisisset etiam alias, si aliquam, vel minimam habuissent in hac parte prætensionem. Observan- 39 do ulterius, quod una ex illis principalioribus, nempè Collegiata Terræ Cassiæ, fecit attestationem ad favorem Collegiatæ S. Petri.

Deveniendo modò ad inspectiones particulares; Circa locum videtur assignandus nostris Collegiatis ille, quem ha- 40 buerunt in ultima Synodo, nempè à manu dextera Episcopi, ut ingenuè fatentur tres Canonici d. Collegiatæ Cassiæ, qui d. ultimæ Synodo interfuerunt, omnia viderunt attentè, & diligenter consideraṛunt.

Quibus nullatenus opponi possunt affectatæ attestationes illorum testium, quæ adductæ fuerunt in contrario Summa- 41 rio; Quia præter Josephum Florellium, qui est Sacrista Cathedralis Ecclesiæ, alii nihil deponunt circa locum, ut ex lectura: Dictus verò Sacrista in nulla consideratione habendus est: Tum quia est de gremio Ecclesiæ Cathedralis, per ea, quæ notant adducti *per Rot. in dec.* 170. *num.* 9. *par.* 42 15. *rec.* & *cor. Priol. dec* 425. *num.* 13. & *cor. Emer. jun. decis.* 87. *num.* 8. Tum quia est unicus *L. Juris jurand. C. de Test.* Tum demùm quia tempore ultimæ Synodi erat annorum 20. dum 43 in dicta attestatione, facta de mense Maii 1707. asserit, fuisse annorum 57. ex quo assequimur, quod nullam omninò fecit figuram in dicta Synodo, sed uti simplex Clericus gra- 44 tia solius curiositatis, & per simplicem transitum videre potuit, vel non videre loca, destinata pro Canonicis, tàm Cathedralis, quàm Collegiatarum: Nostri verò testes interfuerunt in eadem Synodo uti Canonici, ut se declarant in eorum attestatione, ibi: *Per esser di quel tempo Canonici di questa Collegiata*, & consequenter uti magis in hac parte informati præferendi sunt eidem Sacristæ, ex adductis per 45 *Rot. in decis* 6. *num.* 11. *cor. Mantic.* & *dec.* 316. *num.* 10. *coram Priolo.*

Quoad Sedilia videntur concedenda nostris Canonicis etiam ad sensum Episcopi in ejus Relatione, ibi: *Laudabile esset, ut utriusque urbanæ Collegiatæ Canonicis nuda quidem Sedilia concederentur, sed cum pradellis, & genuflexoriis* 46 *altitudinis duorum palmorum saltem, sine tamen aliquo appodio. Canonicis verò foraneis Sedilia cum Scabellis dumtaxat ad genuflectendum*: Et quidem ratione nimis convincenti, quam adducit idem Episcopus prosequendo, ibi: *Valdè enim indecens, & absonum videretur, ut Canonici corpus Capitulare constituentes à cæteris Sacerdotibus, uti singulis Synodo interessentibus, nihil differrent, eorumque* 47 *Dignitates, unà cum ipsis sedentes, nulla decorarentur prærogativa*, juxta animadversa per *Rot in Pampilonen.* 28. *Jan.* 1707. §. *Atque cor. Ansaldo.*

Quod absurdum nullatenus evitatur, ex eo, quod nostræ 48 Collegiatæ habeant Sedilia propiora Episcopo, quàm habeant cæteri Sacerdotes. Quia talis vicinitas competit etiam Canonicis Cathedralis, & quidem longè immediatior; Sicuti igitur tali vicinitate non obstante, dantur eis congrua Sedilia, ita idem dicendum est in nostris terminis, in quibus Canonici Collegiatarum non impugnant Canonicis Cathedralis locum, & Sedilia digniora, sed solùm petunt congrua pro seipsis: Videntur autem eadem Sedilia Ca- 49 nonicis Collegiatarum concedenda ulterius, nedùm cum appodio, sed cooperta aliquo panno viridi, vel alterius coloris, non autem nuda, juxta resolutionem hujus S.C. *in Novarien. Juris sedendi in Synodo*, de qua *supra n.* 27.

Neque vis fieri potest in prætensa contraria consuetudine; Ultra quod enim adversus illam militant eædem responsiones, supra adductæ circa locum, quod scilicet attendi non 50 debeant contrarii testes, de illa deponentes, vel quia non sunt benè informati, vel quia sunt de gremio Capituli Ecclesiæ Cathedralis.

Dicimus, quod non agimus de consuetudine nutritiva peccati, vel sacris Canonibus opposita, sed de solito circa 51 rem, prorsus indifferentem, & non solum nemini præjudiciali, sed necessaria ad distinctionem graduum in Ecclesiastica hierarchia, quo casu, pro illa inclinan. semper est, ut notant *Cyriac. contr.* 201. *num.* 7. ibi: *Necessarium est, ubi-* 52 *que ordinem servari, quem videmus præscriptum in Cælis, ubi varii Chori Angelorum, varii gradus beatitudinis existunt*, cum aliis citatis supra *discept.* 11. *nu.* 32.

Particulari, & privatæ functioni funeralium, respicienti interesse bursale unius cujusque Canonici opponimus aliam longè solemniorem functionem, & Collegialem interven- 53 tum, in qua nulla potest considerari mixtio particularis interesse, hoc est *ogni qualvolta, che Monsig. Vescovo fa Pontificale nella Chiesa Catedrale vi sono chiamati ad assistervi, ed intervenirvi anche li Canonici delle due Collegiate di S. Pietro, e S. Gregorio maggiore &c. e questi Canonici di queste due Collegiate è stato sempre solito, che si sono vestiti, e parati con le pianete, come gli altri Canonici della Catedrale, ed assieme con quelli, e senza alcuna distinzione da essi nelli medesimi luoghi in Coro hanno sempre assistito, & assistono alla Cappella di Monsig Vescovo in detta Catedrale, e sono stati incen-* 54 *sati dallo stesso Canonico della Catedrale, collo stesso Incensiere, e nello stesso modo, come gli altri Canonici di detta Catedrale, & hanno ricevuto, e ricevono la Pace similmente dalli Canonici di detta Catedrale in simili funzioni, e similmente vi sono intervenuti, e v'intervengono il Giovedì santo, & assistono nello stesso modo alla funzione dell'Oglio santo egualmente in tutto come li Canonici della detta Catedrale*; Ab hac siquidem solemni functione desumi debet regula, non autem ab aliis privatis actibus circa exequias, juxta animadversa *per Roian. cons.* 15. *n.* 41. *lib.* 1. *Decian. cons.* 49. *n.* 55. *lib.* 2. & *Gonzal. ad regul.* 8. *Cancell. glos.* 9. §. 2 *nn.* 24.

Est autem verè panicus timor ille, qui exageratur in contraria Scriptura cum supposito, quod omnes Collegiatæ Ecclesiæ totius Catholici Orbis similes excitarent prætensiones: Adducant enim Canonici Cathedralis, specificent- 55 que in toto Orbe aliam Collegiatam Ecclesiam, consecratam ab Apostolorum Principe, cum aliis qualitatibus, convenientibus Canonicis nostrarum Collegiatarum, notoriis in nostra Diœcesi, & indicatis *à Campellio in ejus Histor. tom* 1. *lib.* 4. *à fol.* 112. & tunc respondebimus, quod non solùm nullum erit inconveniens, sed dignum, & justum, ut ei simi- 56 les concedantur prærogativæ: Observantes etiam in hac parte quod Canonici Cathedralis verè trepidant timore, ubi nullus adest timor, ad instar illorum, de quibus sermo est in *leg. fin.* § 1. *cod. de Jur. exhiben.* his verbis: *Homines formidolosi ea timent, quæ nulla digna sunt suspicione.*

Demum quoad denominationem cum titulo Canonicali adduximus, & concludenter justificavimus antiquissimum 57 solitum, practicatum tempore antecessorum Episcoporum, & signanter sub Urb. VIII. fundatum in hac parte in clara juris dispositione, de qua sup. *nu.* 37.

Non potest autem magis frivolus esse prætextus ille, quod 58 servando d. antiquum solitum: *Si singuli Canonici Collegiatarum Urbanarum, repetito titulo Canonicali vocari deberent, eodem modo vocandi pariter essent singuli Canonici aliarum decem Collegiatarum foranearum &c. & recurreret abusus impendendi meliorem temporis partem in hac inutili titulorum repetitione.* Non enim sumus in terminis illorum sermonum, qui fiunt in Cappella Pontificia, in qua ad evitandam inu- 59 tilem prolixitatem numerari solent verba; minusque in ampla Diœcesi, puta Comensi, vel simili, in qua Collegiatarum numerus forsan excedit etiam centenarium; Et propterea absque ullo inconvenienti, vel temporis jactura servari

ri debet in nostra Diœcesi id, quod in toto Catholico Orbe practicatur, fuitque semper in præteritum etiam in nostra ad unguem servatum.

Die 10. Martii 1708. proposita causa in Sac. R. C. per 60 Card. Colloredum, rescriptum fuit: *Canonicis Collegiatarum S. Petri, & S. Gregorii detur scamnum, coopertum aliquo panno, arbitrio Episcopi, & habeant Postergale cum Pradella: Necnon vocentur titulo Canonicali sigillatim.*

DISCEPTATIO XXX.

Puteolana Procurationis.

INTER

Episcopum Puteolanum;

ET

Baronem Insulæ Nisitæ.

ARGUMENTUM.

Procuratio an solvenda in futurum sit ab illis Laicis, qui per alicujus temporis considerabile spatium in præteritum illam solverunt; Et quid dicendum in casu, in quo sermo sit de Ecclesiis pauperibus.

INter alia Loca, subjecta Cathedrali Ecclesiæ Puteolanæ reperitur parva Insula Nisitæ, competenti gaudens fertilitate, ex cujus redditibus illius Baro quolibet anno percipit circa 800. ducatos monetæ Regni; Quamvis autem 1 certis anni temporibus, quamplures morentur ibidem Nautæ, similisque qualitatis homines, præcipuè ad capiendum pisces, nihilominùs illius fixi habitatores vix excedunt numerum duodenarium, quivè Paschale præceptum adimplere soliti sunt in proxima Parochia, extra Gryptam nuncupatam, & existentem in parte Continentis, vel per ac-2 cessus eorundem Parochianorum ad eandem Parochiam, vel frequentiùs per accessum Parochi ad Insulam.

In tota Insula duæ solùm reperiuntur Ecclesiæ, una privata, seu Oratorium Baronis, altera verò publica sub Invocatione S. M. Gratiarum, in qua 30. ab hinc annis depu-3 tatus fuit Cappellanus Vincentius Battaglia, quotidiè ibidem Missæ Sacrificium celebrans, mediante congrua eleemosyna, habita, vel à pietate Incolarum, vel ab Advenis, ibidem morantibus, vel demùm à Barone, cui inservire etiam solet in aliis negotiis, & muneribus, cum competenti recognitione.

A' tempore cujus initii memoria non existit, in Visitatio-4 ne ejusdem Ecclesiæ, quam semper fecerunt Episcopi Puteolani pro tempore, antecessores Barones, & Domini Insulæ soliti semper fuerunt procurationem de proprio solvere, vel mediante moderata solutione pecuniarum, vel frequentiùs lautè, & oppiparo prandio excipiendo Episcopos visitantes, quod solitum positivè admittitur in suppl.ci Libello, huic S.C. porrecto ab eodem Barone ibi: *Che perciò alli Vesco-5 vi di Pozzuolo, visitando una sol volta in tempo della loro Cura dette Chiesa, e Cappella, sono stati soliti li Possessori dell' Isola per atto di mera cortesia donare a loro arbitrio per una sol volta una tal qual piccola recognizione per procurazione di d. Visita, come in fatti nell'anno passato 1693. fu pratticato con il medesimo Vescovo*, quæ probatio, ex proprio ore Baronis desumpta, superat omnes genus probationis ex vulgaris.

Postquàm modernus Episcopus assumptus fuit ad eandem Ecclesiam Puteolanam, in adimplementum proprii muneris, exequutionem sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini, suæ Diœcesis Visitationem peregit, nullaque adfuit controversia circa procurationem cum Barone qui juxta solitum illam de proprio solvit; Quia verò illam anno pro-6 ximè elapso præstare recusavit, recusatque pariter in futurum solvere cum insubsistenti supposito, quod Episcopus debeat semel tantùm in vita eandem Ecclesiam visitando, unicam solummodo procurationem habere; Ideò habitus fuit recursus ad hanc S. C. à qua supplicamus rescribi, procurationem deberi pro qualibet annuali Visitatione.

Supposito enim pro indubitato, quod Episcopi non solùm possint, sed etiam teneantur quolibet anno, quibuscumque consuetudinibus etiam immemorabilibus in contrarium non obstantibus, omnium Ecclesiarum Diœcesis Visitationem 7 peragere, juxta literales dispositiones sacrorum Canonum, & Concil. Trident. ut videre est in *sess. 7. de Reform. cap. 8. sess. 21. de Reform.* pariter *cap. 8. sess. 24. de Reform. cap. 9. sess. ultima de Regular. cap. 20.* & aliis adductis observat *Pignatel. consul. 146. num. 11. tom. 9.* In sequelam ejusdem annuæ Visitationis procurationem habere debent, sive in victualibus, sive in pecunia, juxta *Textum in cap primo de Censibus in 6.* 8 & dispositia per dictum Sac. C. Trid. *sess. 24. de Reform. cap. 3.* & advertit *Bellet. Disquisit. Cleric. par. 1. tit. de Cler. debitor. §. 11. à num. 1.*

Quamvis autem diversis titulis attribui soleat à Doctoribus procurationis præstatio: Aliqui enim credunt, illam deberi quasi verum stipendium, juxta sententiam *D. Thom. in 2. 2. quæst. 100. art. 3. ad 5.* quam sequuntur relati per *Ricc. in Prax. tit. Praxis procurationis tom. 2. resol. 151. num. 1. &* 9 *Barbos. alleg. 73. sub num. 23.* Alii verò ratione officii, & in signum subjectionis, & superioritatis, juxta theoricam *Abb. in cap. Venerabili num. 2. de Censib.* quam sequuntur *Surd. de Alim. tit. 4. quæst. 22. num. 9. Pac. Jordan. var. lucubr. tom. 2. tit. de Procur. num. 45. & seqq. Ventrigl. in Prax. par. 2. tit. de Visit. annot. 23. §. 2. num. 9. Bellet. Disquisit. Cleric. par. 1. de Cleric. debit. §. 11. num. 3. & Vener. in Exam. Episcop. cap. 26. de Visit. num. 58.* Alii per speciem hospitalitatis, & urbanitatis, ut apud *Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst. 529. num. 1.* Alii de-10 mùm existimant, illam deberi Episcopis visitantibus in recompensationem laborum in visitando, ut nimirùm temporalia communicentur iis, à quibus spiritualia recipiuntur, ut ex authoritate Sacræ Scripturæ probat *Lancellot Institut. Canon. lib. 2. tit. de censibus §. ulterius*; Omnes tamen conveniunt in illius favorabilitate, quæ tanta est, ut communiter firment Doctores, illam adeò Visitationi esse annexam, ut Episcopus remittendo omnia servitia Ecclesiæ, non dicatur procurationem remittere, ut videre est apud citatos per *Azor. Instit. moral. lib. 1. cap. 42. quæst. 11. vers. Potest quoque* 11 *Boer. dec. 133. num. 5. Lancellot. Instit. Canon lib. 2. tit. de censib. §. Et adeò, & Barbos. alleg. 73. num. 49.* Quodque in generali exemptione à Jurisdictione Ordinarii non includatur exemtio à Visitatione, & procuratione, ut apud *Pignatel. consul. 16. per tot. tom. 7*

Non obstat asserta spontaneitas præteritarum solutionum, factarum, ut prætenditur, titulo liberalitatis ab antecessoribus Baronibus; Pro adæquata enim responsione, & remotione dictæ qualitatis spontaneitatis sufficeret sola multiplici-12 tas, & reiteratio solutionis, factæ ab omnibus antedictis Baronibus, juxta magistralem theoricam *Ripæ in cap. Cùm Ecclesia Sutrina num. 55. de Caus. possess. & propriet.* quam sequuntur adducti per *Sperell dec. 15. nu. 49. Rocca select. interpr. cap. 87. num. 48 Panimoll. dec. 15. num. 26. Pignatel. consult. 45. num 31. tom. 3.* ubi, quod in dubio actus censentur facti potiùs ex causa necessaria, quàm voluntaria quodque consuetum facit actum de voluntario necessarium, & *consul. 99. num. 5. tom. 4. Rot. cor. Cæsar. de Grass. dec. 1. num. 3. de Caus. possess. & propriet. & coràm Pamphil dec. 303. la prima per tot.* ubi, quod in actibus promiscuis, qui solent fieri aliquando voluntariè, aliquando non, ex actuum multitudine exclu-13 datur præsumptio facultatis, ibique *Adden. n. 9. & cor. Bichdec. 552. n. 19. & cor. Merlin. dec. 593. n. 8.*

Junctis præsertim incommodo, & expensa, quibus mediantibus Episcopis antecessoribus præstita fuit procuratio, & à quibus omnem speciem voluntarii, & spontanei excludi, observant *Posth. de Manut. observ. 53. num. 22. Gratian. cap. 681. n. 6.* ubi, quod non præsumuntur voluntarii illi actus qui gesti fuerunt cum incommodo ejus, qui prætenditur gra-14 tiam fecisse, & benè *Rot. dec 103. nu. 10. par. 9. rec.* ubi, quod actus facti cum incommodo, & expensis facientis, nunquam præsumuntur voluntarii.

Et tamen per hypothesim admisso, nunquam tamen concesso principio spontaneitatis, objectum fundiiùs removetur ex alia duplici responsione; Prima, quia solutiones an-15 tecessorum Baronum factæ fuerunt in certam causam procurationis, quo casu ex sola decennali præstatione, & reiteratione actuum, datur actio coactiva in futurum, juxta communiter receptam theoricam *Bartol. in leg. Cùm de in rem verso num. 14. ff. de Usur.* Ubi cum hac magistrali distinctione observat, quod, aut spontaneæ solutiones factæ apparent nulla adjecta causa, puta (juxta suum casum) quidam Rusticus dat unum par Caponum quolibet anno alicui Nobili, nihil exprimendo, & tunc id præsumitur factum titulo do-16 nationis, quæ nullam obligationem inducit in futurum; Aut verò idem Rusticus, in præstatione eorundem Caponum, exprimit certam causam, scilicet pro laborerio agri &c. & tunc ex decennali præstatione cogitur etiam ad observantiam in futurum, quam distinctionem sequuntur ibidem com-

communiter *Repetentes*, signanter verò *Fulgos. num.9. Florian. num.11. & Salycet. num.4. & 15.* ubi cum solidis fundamentis quatuor adducit rationes hujus conclusionis, correspondentes quatuor generibus causarum, Efficienti nimirum, quæ se tenet ex parte solventis, quia nemo præsumitur jactare suum; Solvens igitur præsupponit, & affirmat obligationem; Materiali, quia cùm solverit in certam causam, præsupponit materiam debiti; Formali, deductæ ex reiteratione actuum, quæ frequentia includit recognitionem debiti, & excludit spontaneitatem; Et demùm finali, non enim præsumi debet facta decennalis solutio, nisi ad finem se liberandi ab obligatione, quas rationes reassumit, & sequitur *Menoch. de præsumpt. lib.6. præsumpt.131. num.60.* benè *Alex. cons.124. num.1. & 2. lib.4.* ubi, quod successores in his casibus tenentur servare solitum Antecessorum *Covarruv. in reg. Possessor. par.2. §.4. num.2. vers. Tertiò probatur, Vasquez. controv. illustr. lib.2. cap.83. num.4. & seqq. Fraxinell. de Obligat. Sacerd. sect.4. concl.4. §.17. Roderic. de Ann. reddit. lib.1. quæst.15. num.5. Sperel. dec.67. num.47.* ubi, quod allegantì prædecessorem non solvisse ex obligatione, incumbit onus probandi *Cenc. de Cens. quæst.81. num.8.* ibique *Ranuccius num.5. vers. Primo quia, Adden. ad Ludovis. dec.162. sub num.15. vers. Primò sciendum est*, ubi citat, & sequitur *Rot. in Calaguritana Juris visitandi de Aquila 13. Februar. 1617. cor. Pirovan.* quam sequitur etiam *Pignatel. consul.25. n.9. to.4. & Rot. dec.139. n.22. par.17. rec.* ubi, quod attento titulo actus sequentes nunquam censentur voluntarii.

Aliam quoque addit urgentem considerationem *Menoch. de Præsumpt. lib.3. cit. præsumpt.131. num.59.* ibi: *Exemplum afferri solet in Rustico, qui par Caponum Nobili causa prædii &c. hæc sanè decennalis præstatio præsumptionem inducit, titulum obligationis præcessisse, hoc est, Rusticum ipsum jam eo tempore, quo colere cæpit agrum promisisse Nobili præstare quot annis Capones &c.* quæ animadversio mirabiliter urget in casu præsenti; Cùm enim inter alia onera, quæ de Jure incumbunt Patronis Ecclesiarum, enumerentur à Doctoribus expensæ procurationis Episcopi visitantis, ex cumulatis in punctualibus terminis per *Bellet. Disquisit. Cler. par.1. tit. de Cleric. debitor. §.15. num.10. & 13. Panimol. dec.15. adnot. 2. num.19. & 20. Card. de Luc. de Benef. disc.90. num.80. vers. Inter*; Atque antecessores Barones Insulæ prætensionem habuerunt Jurispatr. Ecclesiæ, de qua agitur nedum nimis probabiliter conjecturari, sed quasi certitudinaliter affirmare possumus, initium solutionis procurationis processisse à propria obligatione primi Baronis, ad quam proindè tenentur successores ex modò allegatis.

Secundam congruam responsionem desumimus à favore cultus Divini, & Causæ piæ, quam respicit procurationis præstatio, & quo favore attento, communiter receptum est, ex actibus spontaneis per solum decennium continuatis, dari actionem, & coactionem in futurum, juxta theoricam *Abbat. in cap. Suam nobis num.8. de Simon.* quam sequuntur *à Ponte cons.114. num.9. lib.2.* loquens in terminis eleemosynarum, de quibus etiam *Leoncil. de Privil. pauper. par.2. privil. 118. num.19.* ubi, quod favore Cultus divini præstatio ex mera liberalitate obligat in futurum, & reprobat, & declarat contrarium sentientes *Osasch. dec.99. num.17. & seqq.* ubi, quod ex diuturna præstatione videtur quis se obligare voluisse ad id, quod à principio liberaliter incepit offerre; Et *num. 19.* quod si Civitas daret quolibet anno certam quantitatem frumenti Religiosis, non potest postea facere Statutum, per quod revocetur talis eleemosyna, *& num.43. de Marin. var. resol. lib.1. cap.78. num.10. in fine, Gabr. de Præscript. conclus. 10. num.12. Covarr. var. resol. lib.1. cap.17. sub num.3.* ubi, quod favore Ecclesiæ, & Causæ piæ, ex sola diutina præstatione nascitur obligatio, *Ranucc. apud Cenc. de Censib. qu.81. nu. 15. vers. Secundo, Barbos. de Paroch. cap.24. num.10. & seqq.* ubi de quadam oblatione, solita fieri Clericis, *Fraxinell. de Obligat. Sacerdot. sect.4. conclus.4. §.17. Surd. de Aliment. tit. 1. quæst.60. num.6. & seqq.* ubi, quod licet tempus non sit modus inducendæ obligationis, tamen fallit conclusio Ecclesiæ, & divini cultus favore, quodque solitus dare aliquid Sacerdotibus, cogitur in ea consuetudine per Judicis officium perseverare, cùm sit laudabilis *Adden. ad Ludovis. dec. 162. sub num.15. vers. Tertio, Novar. de Privil. miserab. person. privil.24. num.4.* ubi de solito dispensandi panem pauperibus Civitatis, *Cavalcan. dec.27. sub nu.33. par.1. Genuens. Practicab.478. per tot. Panimol. dec.15. num.20. & seqq.* ubi de solito subministrandi vinum, intorstitia, paramenta, aliaque ornamenta ad Divinorum celebrationem, *Pignatell. Consult.25. sub num.9. & consul.99. num.5. tom.4. Sperel. dec.67. num.50.* ubi de consuetudine reparandi Ecclesiam per Parochianos, *Rocc. disp. Jur. cap.167. num.49.* ubi, quod favore causæ piæ sola decennalis præstatio inducit obligationem in futurum *Card. de Luc. de Regal. disc.46. num.1. & 2.* ubi de solito Magistri Postarum dandi Epistolas Episcopo absque alicujus portus solutione, *Rot. dec.183. & dec.1135. per tot. cor. Penia*, ubi de solito præstationis certæ quantitatis frumenti titulo eleemosynæ, *& dec.360. num.7. par.1. rec.* ubi de solito dandi paramenta, & ornamenta necessaria pro divinis Officiis, *& dec.365. num.4. & 5. par.2. rec.* ubi de Musica, diù continuata, quod non possit postea dimitti, quamvis habuerit initium facultativum, *& dec.389. à num.7. par.5.* ubi de solito dandi flores in festivitate Ss. Corporis Christi, *& dec. 103. num.9. par.9.* ubi, quod favore piæ causæ, & divini cultus nunquam præsumitur materia facultativa, *& dec.522. num.16. & seqq. cor. Bich.* ubi de consuetudine canendi Euangelium per Canonicos, *& in Placentina Collegialitatis 1. Junii 1696. § Quin obstet cor. Olmo*, ubi de solito decennali præstandi sacra ornamenta.

Nec credimus ex adverso insistendum in eo, quod hujusmodi solitum respiciat præstationem unius tantùm procurationis, solutæ Episcopis in unica visitatione, quæ supponitur sequuta in toto tempore vitæ antecessorum Episcoporum: Id enim directè repugnat sacris Canonibus, & Concilio Tridentino, eandem Visitationem rigorosè injungentibus quolibet anno Episcopis, ut probavimus supra *num.7.* Non subsistente in facto, quod Episcopi antecessores, semel tantum visitando Ecclesiam, unicam solummodo procurationem habuerint, dum omissis aliis antiquioribus, immediatus antecessor moderni Episcopi, qui per solum triennium laudabiliter rexit Ecclesiam Puteolanam, bis visitavit Ecclesiam, de qua agitur, duplicemque procurationem fuit consequutus; Quod si aliquis ex Antecessoribus, justis de causis impeditus, eandem Ecclesiam non visitavit, non proindè induci potuit præscriptio aliqua Visitationis in futurum, ut benè probat *Pignatel. consul.16. per tot. tom.7. Satis enim est, quod dicta Ecclesia fuerit visitata, quoties fuit visitata Diœcesis*, sunt verba *Rot. in Surrentina Manuten. 4. Maii 1695. §. Non relevante cor. Card. Scotto*, sed benè pro illo anno, quo non fuit visitata, immunis fuit à procuratione, quod practicatum etiam fuit cum aliis Ecclesiis nostræ Diæcesis, & in dies practicatur ab omnibus aliis Episcopis ex justo impedimento non perlustrantibus quolibet anno eorum Diœceses.

Minùs adversantur resolutiones hujus Sac. Cong. relatæ per *Pignatel. consul.47. tom.1.* ad probandnm, quod consuetudines Laicorum solvendi procurationes non subsistant; Pro responsione siquidem supplicamus advertere, dictas resolutiones literaliter loqui de consuetudine, qua Laici pro Clericorum divitum de proprio solvebant procurationem, sicque nil mirùm si hæc Sac. Cong. censuit, solummodo posse servari Laicis non reclamantibus. Nos autem sumus in casu, toto Cœlo diverso. Non enim prætendimus procurationem vigore solius consuetudinis à Barone loco Ecclesiasticorum, inservientium nostræ Ecclesiæ, sed dicimus illum teneri ad præstandam procurationem Episcopo Visitanti, ex quo antecessores Barones ex obligatione illam semper solverunt, quam obligationem desumimus ex solito illam præstandi, ex punctualibus authoritatibus supra citatis, & ex quo cum agatur de favore causæ piæ, sola decennalis præstatio dat actionem in futurum ex supra animadversis.

Sicuti etiam non obstat paupertas nostræ Ecclesiæ, ex qua communiter inferunt Doctores, pauperes Ecclesias Episcopos teneri gratis visitare, cùm ad hoc habeant redditus Episcopatus, ex adductis per *Barbos. ad Concil. sess.24. de Reform. cap.3. num.22. Ricc. in Prax. par.2. tit. Praxis procurationis resolut.253. per tot. Ventrigl. in Prax. par.2. tit. de Visit. §.2. num.13. Pasqualig. de Sacrif. nov. leg. quæst.529. sub num.3. Pac. Jordan. variar. lucubrat. tit. de Visitat. num.12. & seqq.* Ultrò enim admittimus veritatem conclusionis, sed illa non applicatur ad nostros terminos; Non enim ad effectum de quo agitur potest dici pauper nostra Ecclesia, cùm ex sup. firmatis, obligatum habeat Baronem Insulæ ad solvendam procurationem Episcopo visitanti: Imò ex hac ipsa paupertate alia fortior insurgit præsumptio contra Baronem; Illius siquidem intuitu dicendum est, antecessores Barones se obligasse procurationem solvere, illamque semper solvisse *ad Text. in cap. Suggestum de Decim. Rot. dec.67. num.9. cor. Zarat. & dec.9. num.30. & seqq. par.19. rec.* Causa autem paupertatis durante, durare pariter debet obligatio, & solitum illius intuitu facta, & introductum respectivè, ut deducitur ex Textibus in *l. Adigere, § Quamvis, ff. de Jurepatron. & l. si Pater, ff. de Hæred. instituen. leg. Generaliter, Cod. de Episcop.*

Episcop. & Cleric. & l. Cùm te, Cod. de Pact. inter emptor. & vendit.

In universum denique pro corroboratione nostrarum probationum, & remotione prætensæ spontaneitatis actuum antecessorum Baronum, supplicamus reflectere ad diversas personas Episcoporum recipientium, & Baronum solventium procurationes; Si enim non admittitur à Doctoribus præsumptio multiplicationis, & reiterationis gratiæ unius determinatæ personæ respectu alterius certæ personæ, ut 40 observant *Post. de Manut. observ. 53. num. 20. Adden. ad Ludov. dec 162. num. 15 vers. Secundo, Panimol. dec. 15 num. 26. Pignatel. consul. 88. num. 18. tom. 1. & Rot. dec. 467. num. 3. par. 2. rec. & in Olomucen. Jurisdictionis 19 Januar. 1603. §. Quoad ultimum cor. Muto.* Quantò magis hujusmodi multiplicatio, & reiteratio gratiæ, & liberalitatis præsumenda non est in casu nostro, habendo respectum ad multiplicitatem Baronum solventium, & Episcoporum, recipientium procurationem, ut patet ad sensum, & egregiè observat, *Rot. cor.* 41 *Merlin dec. 563. num. 7. & seqq.* ubi *num.* 9. quod attenta multiplicitate personarum, imperceptibile videtur, ut tot actus continuati ex humanitate processerint, *& in Romana Manut.* 42 *18. Junii 1694 §. Et hinc cor. Muto*, ubi, quod in his casibus munificentia, & liberalitas concludenter probandæ sunt ab eo, qui in illis se fundat.

In eadem Causa.

Non subsistit, quod in hac Causa agat Episcopus de lucro captando, sed de tuendis Juribus suæ Ecclesiæ, 43 illisque illibatis relinquendis Successoribus, quia sive procuratio solvatur per Baronem, mediante prandio, sive in pecunia, nimirum in ducatis quatuor monetæ Regni, qui sunt Julii 26. monetæ Romanæ, isti vix sufficiunt pro moderato prandio sui ipsius, suorumque Familiarium, quos ad numerum septem, vel octo secum ducere debet, ut ex mente hujus Sac. Cong. observat *Nicol. in Floscul. verb Visitatio ordinaria sub num.* 10. Agit autem è contra Baro de captando 44 eodem lucro, nimirum capitali correspondenti eisdem ducatis quatuor, quia in emptione Insulæ, quam de anno 1659. fecit Regius Præses de Astuto ejus Author, ad minutias usque excomputata fuerunt à vero valore omnium illius onera, & præcisè istud procurationis, ut apparet ex ipsomet Instrumento emptionis; Sicque se eximendo modo à præstatione dicti oneris procurationis, ab immemorabili so-45 lutæ à suis Prædecessoribus, cum aliena jactura locupletaretur contra *Textum in cap. Locupletari de Regul. Jur. in 6.*

In tantùm verò non probavimus immemorabilem consuetudinem cum requisitis celebris *Glossæ in cap. 1. verb. Memoria de Præscript in 6.* in quantum Baro illam falsus fuerat 46 in supplici Libello; Quatenus verò concludentiores in hac parte desiderentur probationes, prompti sumus illas concludentissimè, & cum dictis Glossæ requisitis parare.

Si *Habitatores nostræ Insulæ sunt Cappellanus, Villicus Domini, Caupo, & Furnarius, qui, & eorum familiæ de-* 47 *cem personarum numerum non excedunt*, juxta verba contrariæ Scripturæ; Illiusque distantia à Continente est trium millium passuum; Ex hac sola facti notitia dignentur EE. PP. dijudicare, an aliquam habeat substentiam prætextus, 48 quod Episcopus Marchesius secunda vice se contulerit ad Insulam, pro ordinatione ibidem habenda, non pro Visitatione, in illa facienda, ut afferunt nostri testes, & concordat Episcopus in sua Informatione ad hanc Sac. Cong. transmissa.

Resolutiones hujus Sac. Cong. *in Ventimilien. Cæsaraugustana, & in Bisuntina*, relatæ per *Pignatel. consult. 47.* 49 *tom. 1.* extraneæ sunt à nostris terminis; Ibi enim quæstio erat inter Clerum divitem, & Communitatem, prætendendo idem Clerus, ut Communitas continuaret in præstatione procurationis ad eorum particulare commodum, ut clarè patet ex verbis ipsis resolutionum, & clariùs ex facti serie in primo principio ejus consultationis relati. Nostri au-50 tem termini sunt ex diametro oppositi, non enim adsunt alii Clerici, qui possint procurationem solvere, minusque Baro illam solvit ex sua liberalitate, & ad eximendum Clerum ab illarum præstatione, sed in exequutionem obligatio-51 nis antecessorum Baronum, in quorum locum subrogatus fuit mediante ejusd. Insulæ emptione.

Et tamen cùm non exhibeatur authenticum documentum earundem resolutionum, illæ non sunt attendendæ, non enim 52 in his casibus deferendum est authoribus, illas citantibus, juxta animadversa in meis *Inst. Crim. lib. 1. tit. 10. §. 4. n. 152.*

Ad penitùs eliminandum prætextum civilitatis, & munificentiæ Baronum, quasi, quod prandia exhibuerint Episcopis visitantibus ex civili convenientia, non ex obligatio- 53 ne supplicamus reflectere, quod procuratio ab antecessoribus Baronibus non fuit semper soluta mediante prandio, sed aliquando *in denari, cioè in docati quattro*, & aliquando in victualibus, ut literis rotundis legitur in depositione nostro- 54 rum testium, & simili claritate fassus est idem Baro in supplici Libello, porrecto huic Sac. Cong. Quænam igitur civilitas considerari potest in exhibitione nummorum Episcopo visitanti? non enim practicari solet cum omnibus longè inferioris notæ, illos civiliter in Domo hospitio excipere, & deindè dare eis nummos, ut victualia sibi comparent; Veritas igitur est, quod id fecerunt ex propria obligatione, 55 quod practicare etiam debet modernus Baro ex animadversis per *Alex. consf. 124. n. 1. & 2. lib. 4.*

Die 10. Decemb. 1695. proposito infrascripto dubio in S. C. C. *An Episcopo Puteolano debeatur procuratio à Barone* 56 *Nisitæ pro qualibet annuali visitatione Ecclesiæ S. M. Gratiarum*, responsum fuit *Negativè*; Quæ resolutio fuit juxta meum Votum antequam in Causa scriberem, de more insinuatum Episcopo, ob duplex motivum; Primò, quia ex hac parte non probabatur concludenter solitum solvendi procurationem; Secundò verò, quia paupertas Ecclesiæ in 57 rei veritate magna erat, quo casu nullam possunt Episcopi procurationem exigere, ut probant adducti supra *num.* 37.

Diximus supra *num.* 32. procurationem bis solutam fuisse à Barone antecedenti Episcopo, qui fuit Dominicus Maria Marchesius ex Ordine Prædicatorum, quive adeo pusil- 58 læ erat staturæ, ut cum aliqua difficultate Innoc. XI. ipsum ad talem dignitatem promoverit; Ad quam difficultatem minuendam habita fuit specialis consideratio ejus magnæ doctrinæ, quæ in his casibus præoculis haberi solet, juxta exempla, à me relata in *Institut. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 2. à num.* 16.

Circa consuetudinem demum non solvendi procurationem, de qua supra *num.* 57. S. C. C. in una *Spoletana Procurationis 10. Junii 1710.* noluit illam canonizare favore Lai- 59 calium Confraternitatum, respondendo *Affirmativè pro rata temporis*, infrascripto dubio: *An Confraternitates, seu Societates laicales Terræ Hispelli, de quibus agitur, vel quæ, teneantur contribuere Episcopo procurationem occasione visitationis earundem Confraternitatum.*

DISCEPTATIO XXXI.

Comen. Jurisdictionis.

INTER

Episcopum Comi.

ET

Ministros Nunciaturæ Helvetiorum.

ARGUMENTUM.

Enumerantur multi casus, in quibus Nuncii Apostolicæ Sedis apud Helvetios non possunt præjudicare Iurisdictioni Ordinariorum.

Talis, & tanta de facto à DD. Ministris Nunciaturæ Lucernæ exercetur spiritualis Jurisdictio in Locis Diœcesis Comen. ut vix alia supersit ipsimet D. Episcopo, prout recognosci potest ex Literis patentibus, concessis moderno 1 Commissario ejusdem Nunciaturæ in Terra Lugani, nec non ex pluribus authenticis documentis, originaliter exhibitis in Secretaria; Signanter verò ex facultate absolvendi à casibus, Ordinariis Locorum reservatis, cuidam Religioso M. O. S. Fran. Ex beneplacito, seu licentia alienandi bona Ecclesiastica in illis etiam casibus, in quibus illa justis de causis denegata ante fuerat ab Episcopo. Ex licentia, ut matrimonia temporibus etiam prohibitis celebrare possent. Ex dispensatione denunciationum pro matrimonio contra- 2 hendo, & pro convalidando alio, jam contracto inter Jo: Petrum Scherinum, & Angelam ab Ecclesia, etiam non præcedente necessaria probatione status liberi ejusdem Viri, qui per multos annos à Patria fuerat absens. Ex dispensatione contrahendi matrimonia in gradibus prohibitis ob titulum pau-

paupertatis, in eo casu, in quo ambo contrahentes erant personę, divites, *che vivono d'entrate*; Imò Vir *è uomo il più ricco di questo Paese*, & demum, aliis omissis, ex celeri executione earundem dispensationum matrimonialium absque necessaria verificatione, an preces Oratorum, ex quibus illæ obtentæ fuerunt, veritati nitantur. Cum illo inconvenienti, ex hoc insolito modo exequendi dispensationes, ortum habente, quod Parochi quotidiè assistere coguntur celebrationi matrimoniorum inter personas prohibitas, cum dispensatione Nuncii, expedita cum clausula *Dummodo sint pauperes, & miserabiles, & ex suis labore, & industria tantùm vivant*, eo tempore, quo ipsi probè sciunt, notoriumque est in Locis, in quibus dd. matrimonia contrahuntur Sponsos nullatenus esse tales, imò divites, & facultatibus abundantes, taliter, quod domus unius ex eisdem, *è stimata per concetto comune essere ricca di cento milla scudi, e più*, juxta casum justificatum in Secretaria.

Quæ omnia ad notitiam ejusdem Episcopi devenerunt ex replicatis recursibus quamplurium Parochorum suæ Diœcesis, uniformi calamo ad ipsum recurrentium pro responsione, an tuta conscientia permittere possent illimitatum exercitium talis Jurisdictionis, nec etiam exclusa amplissima facultate absolvendi omnes recurrentes ad eundem Commissarium ab omnibus censuris, & quibuscumque excessibus, quantumvis gravibus, & enormibus etiam Ordinario specialiter reservatis, ut legi potest in dictis Literis patentibus; Cum illa circumstantia, quod supradicta facultas attributa, & exercita fuit, à moderno Commissario, qui in concursu ultimo loco in Urbe habito, pro Archipresbyteratu Balernæ pro certo supponitur, quod non fuerit approbatus, quive in Diœcesi Comen. nullam habet approbationem Episcopi ad audiendas Sæcularium Confessiones, ut non controvertitur.

Nec minor exorbitantia emicuit in alia Causa *Comen.* pendente in S. C. E. Ponente Card. S. Clementis, inter Moniales S. Margheritæ Lugani, & Sororem Joannam Lucretiam Rivam, in qua P. Michaeli à Mediolano, Sacerdoti Cappucino, ab Ordinario nullatenus approbato, ampla concessa fuit facultas ab eadem Nuntiatura audiendi Confessiones omnium Monialium ejusd. Monasterii.

Cujus proindè occasione eidem S. C. humillimæ porrectæ fuerunt preces nomine Episcopi pro obtinendo oraculo circa plura dubia, quæ proponebantur discutienda, ad solum finem tranquillitatis conscientiæ, tàm Parochorum, quàm Parochianorum ejusdem Diœcesis, & ad hoc, ut nulla ampliùs, in futurum circa talem facultatem superesse posset dubietas; Præservata semper, & intacta remanente omni reverentia erga modernum D. Nuncium, eidem debita, tàm uti qualificatissimo S. Sedis Ministro, quàm attentis ejus avitis, & personalibus qualitatibus, semper, & ubique venerandis.

Benignas præbuit aures precibus Episcopi eadem S. Cong. usque sub die 7. Augusti 1705. cum rescripto: *Audiatur Nuncius Apostolicus*, quod eidem participatum fuit per Organum Secretariæ Status, cum responsione, quod eadem Epistola ad ipsum jam pervenerat, Verùm paulo post Procurator ejusdem D. Nuncii prætendere cœpit, quod eorundem dubiorum decisio, non ad dictam S. C. E. sed ad hanc S. C. C. pertineret; ad quem effectum asseruit velle citare coram Auditore Ss. pro obtinenda tali declaratione; Temporis tamen progressus demonstravit, hujusmodi discursus unicè directos esse ad differendam Causæ propositionem; Dum nulla unquam executa fuit citatio pro obtinenda dicta declaratione. Et propterea novum habuit recursum ad eandem S. C. idem Episcopus, quæ die 13. Dec. 1705. rescripsit. *Vocetur Agens D. Nuncii*.

Excitatus ab hoc secundo rescripto, comparuit tandem idem Agens coram Auditore SS. petiitque remissionem omnium dubiorum ad hanc Sac. Cong. Cui instantiæ libentissimè adhæsit Episcopus, fuitque tale remissivum decretum terminatum cum istis verbis: *Non retardata interim Relatione Nuncii, demandata à S. C. E. exhibenda eidem S. C. C.* Eodemque tempore institimus coram hac S. Cong. pro aliqua opportuna provisione, quam obtinuimus die 10. Julii 1706. cum rescripto. *Pro nunc Commissarius Nunciaturæ se abstineat ab audiendis Confessionibus*. Post hæc exhibita tandem fuit Epistola D. Nuncii, & extensa fuerunt sequentia dubia, ante quorum discussionem, pro illorum faciliori resolutione, tria videntur præmittenda.

I. Quod magna consideratur à DD. differentia inter S. R. E. Cardinales de Latere Legatos, & inter Apostolicæ Sedis Nuncios, deputatos cum facultatibus Legatorum de Latere; Ista enim clausula tribuit solum eis honorem, non autem amplam potestatem Legatorum de Latere. qualis verè, & propriè dici non potest ille, qui de numero S. R. E. Cardinalium non est, eo quia isti sunt, & dicuntur esse pars corporis Pontificis, cui assistunt, & de cujus latere mittuntur, *ut dicitur in Constit. 15. §. 6. in princip. Eugen IV. in Bullar. nov. tom. 1.* & advertunt *Gonzal. in cap. Cùm non ignoretis num 5. de Offic. Legat. Fagn. in cap. Ex gestis num. 13. de Cleric. non resid. Villadieg in Tract. de Legat. à later. nu. 12. Sebastian. Cos. in Relection. de Eccles. Hierarch p. 1. disp. 3. §. 1. & Barbos. de Jur. Eccles. lib. 1. cap. 5. à num. 3.* Nuncii autem cum tali clausula constituti, multò minores facultates habere dicuntur, ut in specie differentiam hanc considerando, notant *Kochier. de Jurisd. in exemp. par. 2 quæst. 2. num. 6. Rocch. de Consuetud. num. 323. Villaorel. in tract. cui tit. Goviern Eccles. par. 1. qu. 4. art. 5. num 4. Oliv. de For. Eccl. par. 3. quæst. 11. num. 107. Barbos. de Jur. Eccl. lib. . cap. 5. num. 4. & Pegas de Compet. inter Archiep. & Nunc cap. 33. num. 14.*

Ex quo communiter inferunt DD. quod Jurisdictio eorundem Nunciorum *cum denominatione Legati de latere*, uti non nativa, sed addititia, superinducta, extraordinaria, & odiosa, quantum fieri potest restringenda est; E converso autem illa Episcoporum, uti naturalis, & favorabilis, semper amplianda, argumento *Text. in cap. 4. de Offic. Legat.* & observant *Garz. de Benefic. par. 5. cap. 3. num. 9. Gonzal. ad Reg. Cancell. glos. 21. num. 38. Pegas de Compet. inter Archiepisc. & Nunc. a. cap. 33. num. 22. Pignatel. consult. 1. num. 11. tom. 2. & consul. 187. num. 14. tom. 9. & Rot. dec. 1. num 3. & dec. 3. nu. 11. cor. Cassad. in dec. super Regul Cancell. tit. de Decret in reserv.* ibi: *Nam, & potestas Legatorum uti superinducta, & extraordinaria, atque Ordinariis præjudicans, restringenda est; Ordinariorum verò uti naturalis, & favorabilis amplianda.*

II. Quod ipsimet S. R. E. Cardinales de Latere Legati nullam habent potestatem aliquid statuendi contrà Sacrorum Canonum censuram Sacrorumq; Conciliorum dispositionem, ut monuit *Gloss. in cap. final. verb. Figura de Hæret. in 6.* & observant *Jo: Andr in cap. final. num 7. ibique Hostiens. à num. 11. de Offic. Archipresbyt. Fagnan. in cap. Dilectus il 1. num. 11. de Præbend. Kochier. de Jurisd. Ecl. in exempt. par. 1. quæst. 3. num. 33. Gratian discept. 245. num. 42. & discept. 300. num 50. & discept. 859. num. 7. & 8. Tondut. resol. civil cap. 67. num. 17. tom. 1. Adden ad Pamphil. dec. 214. num. 12.* & firmavit *Rot. in decis. 41. num. 16 & 17. apud Antonel. de Jurib. Cler. & in Ravennaten Donationis 15. Aprilis 1677. §. In præsenti cor. Vicecom. & in Aventonen. Donationis 20. Aprilis 1682. in princ. cor. Ursin. & in Toletana Administrationis 26. Jun. 1697. §. Altera cor. Pio, & in Gerunden. Capparum 27. Januarii 1698. §. Atque coram eodem*, loquens de Nuncio Hispaniarum, deputato cum facultate Legati de latere, & cum aliis amplissimis facultatibus.

Tertium denique, quod id, quod in facultatibus Cardinalium Legatorum de Latere non legitur literaliter concessum, dicitur expressè denegatum, ut advertunt *Pegas. de Compet. inter Episcop. & Nunc par. 1. cap. 33. num. 17. Fragos. de Regim. Reipubl. disput 10. §. 2. num. 14. Tondut. quæst. Benef. par 3. cap. 200. num 12. Gom. Bayo in Prax. Eccles. par. 2. lib. 3. cap. 1. num. 1. Tasson. de Antepbat. vers. 2. observ 2. num. 10. Sanfelic. dec. 62. à num. 113. lib. 1. Raynald tom. 1. observ. Crim. §. 6. proœm num. 10.* & firmavit *Rot. cor. Put. dec 144 num. 1. lib. 2. & cor. Seraph dec. 772. num. 3. & cor. Ludovis. dec. 167. num. 8. & in dec 485. n. 5. par 19. rec.*

His præmissis, deveniendo ad 1. dub. *An Nuncius Apostolicus apud Helvetios possit concedere facultatem audiendi Confessiones personarum Sæcularium, vel etiam Regularium, imo, & Monialium in Diœcesi Comen. sine licentia, & approbatione Ordinarii Loci?* Illud videtur negativè resolvend. Munus enim, seu facultas audiendi Confessiones, sive personarum Sæcularium, sive Regularium, & multo magis Monialium, ex clara dispositione Sac. Conc. Trid. *in sess. 23. de Reform. cap. 15.* ad Episcopos spectat, tanquam ad animarum Pastores; Et proindè in præjudicium eorundem Episcoporum, & citra eorundem approbationem, illam dare non possunt Nuncii Apostolicæ Sedis Sacerdotibus, ad id nullatenus *scr. ser.* approbatis, ut notant *Armendar. in Addit. ad Recopil. leg. Navarr. leg 4. tit. 29. leg. 1 §. 1. num 15. Barbos. ad Concil. sess. 23. de Reform. cap. 15* latè *Pegas de Compet. Jurisd. inter Archiep. & Nunc par. 2 cap 195.* & latissimè *Eordon. Oper. moral. post tom 4. resol. & dec. Miscell dec. 433. per tot.* & novissimè resolvit hæc S. C. *in Ferrarien 12. Januarii 1704. lib. 54. Decret fol. 6.* & priùs idem determinaverat *in Bononien. 30. Sept. 1650.* cum successiva approbatione fa. me. Innoc. X. testi-

testibus *Nicol. in Floscul. verb. Legatus num. 3. & Pignatel. consul. 187. num. 11. tom. 9.* In quibus *Bononien. & Ferrarien.* pro indubitato fuit præsuppositum, circa materias merè spirituales, à Sacris Canonibus, & Sacrosancto Concilio Tridentino specialiter Ordinariorum Judicio, & potestati commissas, nullam habere facultatem Legatos de Latere.

Quod est adeò verum, ut in illorum facultatibus apponi soleat clausula. *Non derogando Concilii Tridentini Decretis;* ut practicatum fuit, & recognosci potest in Brevi D. Nuncii post principium, & propterea ad nostrum effectum superabundat, quod Jurisdictio Ordinariorum in nostro casu datum habeat ex dispositione dicti Sac. Conc. ad hoc, ut in exercitio talis jurisdictionis, & facultatis, neque directè, neque indirectè perturbari valeant à Nunciis, facultates cum dicta clara restrictiva habentibus, ut in individualibus terminis nostri casus notat *Bordon. d. dec. 433. vers. Tùm quia Legatus*, & concordant *Cæsar. Hierarch. Eccles. par. 1. disp. 3. num. 7. Paris. de Resignat. lib. 7 quæst. 13. num. 2. Guttier. de Juram. cap. 51. par. 1. num. 24. & Canonic. quæst lib. 1. cap. 85. n. 10. Gratian. discept. 397. num. 34. Leo in Thesaur. For. Eccles. par. 2 cap. 8. num. 44. Henriq. de Pontific. clavib. lib. 13. cap. 54. §. 1. lit. C. Molin. de Rit. Nupt. lib. 2. diff. 11. num. 145. Barbos. de Offic. & potest. Episc. alleg. 33. num. 25. & Pegas. d. tract. par. 1. cap. 38. num. 3. & per tot.* Neque solet Apostolica Sedes suis Nunciis exorbitantem hanc facultatem concedere, sed semper in illius exercitio requirit licentiam, & approbationem Ordinariorum, ut practicatum fuisse cum Nuncio Taurini refert *Pignat. consul. 133. n. 22. tom. 4.*

Ex quibus promanat etiam negativa resolutio 2. dub. *An idem Nuncius, Sacerdotibus non approbatis ad audiendas confessiones, concedere possit facultatem absolvendi in foro interno ab hæresi, censuris &c.* Quia se ingerere in absolutione ab hæresi in foro interno, & pœnitentiali concernit res merè spirituales circa quas, ut probavimus supra, nullam habent potestatem Nuncii, cum quacumque facultate Legatorum de latere deputati, dum nec etiam illa habent ipsimet S.R.E. Cardinales, verè, & propriè de Latere Legati, ex supra allegatis.

Pro resolutione 3. dub. *An possit concedere facultatem generalem absolvendi à casibus, Ordinario reservatis, & quatenus affirmativè?* dignentur EE. PP. recognoscere *Constit. 7. s. m. Clemen. X.* in qua §. 7. in principio determinatur. *Habentes facultatem absolvendi ab omnibus casibus, Sedi Apostolicæ reservatis, non ideò à casibus, Episcopo reservatis, posse absolvere;* Si enim ipsamet Apostolica Sedes adeò solemniter se declaravit, quod facultas absolvendi à casibus, reservatis Episcopis, nullatenùs contineatur in quacumque amplissima potestate, quam justis de causis qualificatis personis concedere solet; Quanto minus eadem facultas contineri potest in illa nimis limitata, odiosa, & restricta, quam habent ejusdem S. Sedis Nuncii, argum. *Text. in cap. Cui licet de Regul. jur. in 6. Thomasett. in Florib. leg. regul. 85. per tot.*

Et ex his nulla adest necessitas immorandi circa 4. dub. &c. *An expediat adhiberi aliquod moderamen in hujusmodi facultatum communicatione, tàm circa numerum, quàm circa qualitates personales eorum, quibus conferuntur?*

Undè transeundo ad 5 dub. *An possit concedere suis Cōmissariis, Subditis Diœcesis Comen. facultatem eligendi sibi Confessarium, etiam non approbatum ab Ordinario?* illius respectu militant omnes animadversiones, concernentes primum, quia sibi eligere Confessarium, ex illorum Sacerdotum numero, qui ab Episcopis ad audiendas confessiones approbati non sunt, est aliquid merè spirituale, Sacris Canonibus oppositum, & Sacrosancto Concilio Tridentino ex diametro contrarium, & propterea nullatenus videtur permittendum; Et dùm à s. m. Alexand. VII. *in proposit. 16* ex damnatis ab eodem die 24. Septembris 1665. id denegatum fuit ipsismet Parochis, ex animadversis per *Monacel. in Formular. tom. 1. formul. num. 1. Card. de Luc. de Paroch. disc. 6. num. 4. & Rot. dec. 22. num. 29. & dec. 635. num. 6. cor. Burat.* obtinentibus Beneficia curata per concursum, prævio rigoroso examine, tàm circa mores, quàm doctrinam, reprobando sequentem propositionem; *Qui Beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem, non approbatum ab Ordinario*, ratione majori denegan. est simplici Sacerdoti Commissario Nunciaturæ Lugani, absque ullo examine ad dictum munus electo, & in Urbe in concursu ad Archipresbyteratum Balernæ nullatenùs approbato, ut patet consideranti.

Imò si talis facultas, nec etiam competit ipsismet Episcopis, dum in aliena Diœcesi moram faciunt, in qua Sacerdotem, ab Ordinario Loci non approbatum, in Confessorem sibi nequeunt eligere ex adductis per *Filliuc. Oper. moral. tom. 2 tract. 7. cap. 9. num. 256. Ricc. in Prax. par. 1. cap. 470. Coriolan. de Casib. reserv. par. 1 sect. 1. art. 21. n. 6. Laur. de Indulg. & Jubil. par. 1. cap. 21. n. 59. & Barbos. ad Concil. sess. 23. de Ref. cap. 15. nu. 30.* multò minùs à D. Nuncio concedi potest simplicibus Sacerdotibus, ut de se notum est.

Quoad 6. dub. respiciens facultatem concedendi licentias legendi libros prohibitos, ibi: *An possit concedere licentiam retinendi, & legendi libros Hæreticorum, seu alios quomodolibet prohibitos;* Aut ista continentur in Brevibus, D. Nuncio concessis, juxta casum, & facultates, alteri Nuncio Lucernæ concessas, relatas à *Pignatel. consul. 13. n. 17. to. 4.* & res de plano procedit; Aut verò id prætendit idem D. Nuncius ex generalitate verborum dd. Brevium, & hoc casu nullatenus suffragantur, ex adductis per *Barbos. de potest. Episc. par. 3. alleg. 90. n. 6. & seqq. & per tot. & R. P. D. Dandin. de Suspect. de hæres cap. 6 sect. 2. n. 15. & seq.* ubi plures referunt, & sequuntur Summorum Pontificum Constitutiones, revocantes talem facultatem, Nunciis Apostolicis, & ipsismet S.R.E. Cardinalibus de Latere Legatis generaliter concessam; Et propterea, quatenus in hac parte non exhibeatur speciale, & individuale privilegium, dubium prædictum videtur negativè resolvendum; Manifestum siquidem est, quod, quando libri prohibiti passim, & sine discrimine leguntur, ob hominum temeritatem plus detrimenti, quàm utilitatis indè oriri solet; ut dicitur in *reg. 45.* Indicis, & experientia notissimum est; Indeque Episcopis seriò injunxit s. m. Clemens VIII. in Instructione, Regulis Indicis adjecta §. 1. ut in hac parte omnem adhibere debeant operam, & industriam, ut omnia ad præscriptum dd. Constitutionum Summorum Pontificum in hac parte procedant; Præcipuè, quia ferè nulla ex adverso admittitur exceptio Librorum, nec materiarum, de quibus tractant, quod repugnat notoriæ praxi Sac. Indic. Cong. quæ non solet unicuique recurrenti indefinitam concedere facultatem legendi Libros prohibitos, sed illos dumtaxat, propriæ professioni convenientes, & semper cum aliquorum exceptuatione.

Pro negativa resolutione 7. dub. ibi: *An Commissarii Nunciaturæ accedere possint ad Monasteria Monialium, easque alloqui, etiam citra necessitatem Officii, absque licentia Ordinarii*, clamant omnes illæ Sacrorum Canonum dispositiones, Sacrique Conc. Trid. decreta, in quibus ea, quæ Monialium concernunt clausuram, & directionem, unicè reservata sunt Episcoporum judicio, arbitrio, & prudentiæ, ut observant *Nicol. in Floscul. verb. Legatus nu. 3. & Pignatel. consf. 187. per tot. tom 9.* sequentes individualem resolutionem hujus S.C. in *d. Bononien. 30. Sept. 1650.* approbatam à s. m. Innoc. X. & secutam pariter ab hac S. C. in *d. Ferrarien. 30. Sept. 1704.* ut videre est in Folio, tunc distributo *§. 1. ante finem;* Ea ratione, quia, si Legati de Latere passim in materia, concernente Moniales, se ingererent, de facili oriretur inter easdem Moniales confusio, Episcopis præjudicium, & in Populo scandalum, juxta præcisa verba *Pignatel. d. consul. 187. in fin. tom. 9.*

Responsio negativa ad 8. dub. *An iidem Commissarii concedere possint aliis, ad eos recurrentibus, licentiam alloquendi Moniales sine licentia Ordinarii*, necessariò infertur ex dicta resolutione 7. dub. Si enim ex probatis in d. 7. dub. Commissarii Nunciaturę à seipsis alloqui non possunt Moniales citra necessitatem, circa ea, quæ non concernunt proprium officium, multò minus possunt illam aliis concedere argum. *Text. in leg. Non debet de Regul. jur. in 6.* cum aliis allegatis à *Ferret. in Constitution. Cathaluniæ gloss. 2. & 8.* & si Sac. hæc Cong. in *Bergomen. 21 Maii 1678. Lib. 30. Decret. fol. 67.* nec etiam permittere voluit qualificatis Religiosis munus prædicationis cum Monialibus obeuntibus, ut cum ipsis colloquerentur, etiamsi immiscerent sermones, quæstiones, & dubia spiritualia, & concernentia materiam Concionis, & etiamsi ageretur de colloqutione cum pluribus Monialibus immediatè post Concionem, ex animadversis in meis *Instit. Crimin. lib. 3. tit 5 à num 184.* Quantò minùs à Commissariis Nunciaturæ concedenda est indistinctè licentia alloquendi ipsas Moniales, non de materiis spiritualibus, nec in concernentibus dubia spiritualia, sed saltem de rebus indifferentibus, & non cum pluribus, sed cum una, vel alia Moniali in particulari, ut de se patet.

Non potuit D. Nuncius soliditatem harum rationum non admittere, & propterea in ejus Epistola ingenuè fatetur *non giungerli nuova la privativa autorità dell'Ordinario* in materiis, contentis in hujusmodi 8 dub. Verùm quia non obscurè immediatè post talem confessionem, indicavit prætextum

textum assertæ immemorabilis circa easdem materias, de cujus existentia in facto, nec syllaba legitur in dicta Epistola, nec ullum probationis principium unquam exhibitum fuit, cujus prætextu successores Nuncii possent contenta in dictis dubiis in futurum impugnare: Ideò ad amputandas omnes difficultates in executionem ejusdem ingenuæ confessionis, supplicamus pro resolutione eorundem dubiorum.

Præcipuè, quia illa alia verba ejusdem Epistolæ circa facultatem concessam Commissario de Comitibus *absolvendi à censuris Hæreticos, Schismaticos & ad se pro Sacramentali Confessione peccatorum recurrentes &c. deve sempre intendersi, supposta la di lui capacità di essere Confessore, approvato dall'ordinario*, non cohærent, nec compatiuntur cum subsequuta observantia ejusdem Commissarii, qui nullatenùs approbatus erat ad audiendas Confessiones ab Ordinario, & nihilominùs omnes admisit ad peccatorum confessionem. 35

Ultra quod videntur æquivoca, & commodè intelligi de capacitate tali, ut possit approbari ab Ordinario, non autem, quod de facto fuerit approbatus; Itaut ad omnem cautelam semper melius sit in hac nimis delicata materia non procedere per discursus, & subauditos intellectus, sed claris, & rotundis literis, asserendo, talem facultatem in futurum concedendam esse Sacerdotibus, ab Ordinariis Locorum *ser. ser.* ad confessiones audiendas approbatis ad tenorem nostrorum dubiorum. 36

Non omittentes hic observare ad eliminandum omnem prætextum probationis assertæ immemorabilis, quod illa non obscurè excluditur ab ipsomet D. Nuncio in fine §. *Sopra* ejusdem Epistolæ, ibi: *Circa le altre supposte lesioni, sopra le quali vengono pure caricate le querele, pretende questa Nunziatura avere la prescrizzione munita forse da privilegio Apostolico*, verbum illud *pretende*, seriò prolatum ab eodem Nuncio contentum in Epistola, huic S.Congr. transmissa omnem realem existentiam ejusdem excludit, ut observant adducti per *Rot. in decis. 41. num. 4. coram Duran. & decis. 167. num. 18. & seq. coram Caril. & decis. 208. in fine coram Priol.* Quæ ulteriùs excluditur etiam ab asserto Apostolico privilegio, quod licèt dubitativè, inculcatur adhuc in dicta Epistola, per ea, quæ notant *Oldrad. cons. 254. sub num. 15. Thesaur quæst. for. lib. 1. quæst. 8. num. 9 Joseph. Ludovic. decis. 106. sub num. 4. Card. de Luc. de Benefic. disc. 49. num. 15. & Rot. decis. 101. num. 8. part. 10. recent.* 37 38

Et in omnem casum, cum simus in materiis, solemnitèr attributis à Sacro Conc. Trid. Episcoporum curæ, & dignitati, adversus illas allegari nunquam valet immemorabilis, vel utì interrupta à decretis ejusdem Concilii, quatenùs prætendatur inducta ante ipsum Concilium, vel quia nunquam incæpta, resistentibus clausula *sublata*, & decreto *irritanti*, contentis in confirmatione ejusdem, facta per S.M. Pium IV. ut advertunt *Gonzal. ad Regul. Cancell gloss. 7. num. 12. Card. de Luc. de Benefic. disc. 96. num. 9. Pignatell. consult. 1. num. 8. 12. & per tot. tom. 1. & consult. 187. num. 15. tom. 9. & Rot. decis. 443. num 5. & 6. part. 5. & decis. 99. num. 36. & seq. part. 12. & decis. 192. num. 10. part. 18. recent.* Quod pro indubitato admisit hæc S.Congr. in cit. *Ferrarien. 12. Jan* 1704. in qua, ut refertur in serie Facti, in Folio distributo die 17. Novembris 1703. aderat consuetudo immemorabilis favore Deputati ab Eminentiss. Legato ibi: *Apparere inquit, & ab antiquissima consuetudine*, & ibi: *Subditque Cappellanum promptum esse omnia hæc per legitima documenta immemorabilem probare*, quam immemorabilem hæc S.Cong. nullatenus attendere voluit, imò nec illius probationes permittere. 39 40 41

Quæ omnia majus assumunt robur ex illa alia ingenua confessione D Nuncii §. *In ordine. In ordine poi alla formalità con la quale furon spedite le Patenti al riferito Commissario devo accertare l'EE.VV. essere state uniformi all'antico stile, che conserva questa Cancellaria; E perchè parve a me di poter essere in qualche parte riformabile, ordinai la restrizzione di molte facoltà, che in altri tempi furono concesse.* Ex qua ad oculum patet, assertas facultates Nunciaturæ, quamvis antiquas, & antiquissimas, indigere reformatione, & reformatas in parte fuisse ab eodem D Nuncio, & in alia parte speramus, & supplicamus, illas hodiè reformandas esse ab EE PP. mediante favorabili propositorum dubiorum resolutione, dum assertum solitum in materiis, de quibus disputamus, quatenùs in facto probaretur, diceretur potiùs vetustas erroris, quàm legitima consuetudo, ad *Text. in can. Consuetudo dist. 8.* ibi: *Et licèt consuetudinis non sit levis authoritas, illa tamen procedit, cùm vetustas, & ratio illi suffragantur, aliàs non consuetudo, sed corruptela erit*, juxta præcisa verba *Gonzal. in C. Consuetudines n. 14. de Consuet.* & sequitur *Rot. in Tarraconen. Præced. 28. Junii 1697. §. Non obstat cor. Em. Caprar.* 42 43

Quoad 9 dub. *An dicti Commissarii, obligati ad residentiam ratione Canonicatus, vel alterius Beneficii, possint ab illa abesse pro negotiis Commissariatus, & nihilominus lucrari distributiones, aliaque omnia emolumenta, tanquam si essent præsentes* pro illius negativa resolutione urgere videtur, quod distributiones quotidianæ debentur actualitèr interessentibus *cap. unic de Cleric non resid. in 6. Garz de Benefic par. 3. cap. 2 num* 440. cum aliis apud *Antonel. de Jur. Cleric. lib 2. part 6. cap. ult. à num. 100. Bertacch vot. decis. 173. num. 1. & Rot. in Barchionen. Distributionum 19 Junii 1690. §. Non est cor. Eminentiss. Caprar.* Munus autem Commissariatus, licèt posset efficere, quod Commissarius habeatur pro præsenti, nunquam tamen poterit operari, ut habeatur pro interessente, ad hoc, ut lucrari possit quotidianas distributiones; juxta notabilem *Glossæ* distinctionem *in cap. finali verb. Exceptis de Rescript in 6.* quam sequuntur *Abb. in cap. Cùm dilectus num. 5. de Cleric. non resid. Joan. Andr. in cap. unic sub num. 2. eodem tit. in 6. Guttier. Canon. quæst. lib. 2. cap. 15. num. 12. Garz. de Benefic part. 3. cap. 2. num. 385. Tondut. Canon quæst. tom. 1. cap. 102. num. 28. & seqq. Adden. ad Ludovis. decis. 154. num. 3. & 4. & ad decis. 576. num. 150 part. 4. tom. 3. Rot. coram Duran decis. 44. num. 13. & 14.* & latè *coram Bich. decis. 567. à num 7* ubi præcisè loquitur de Commissario, deputato à Nuncio Neapolitano eique inservienti. 44 45

Quod est adeò verum, ut, secluso speciali Apostolico Indulto, ad effectum lucrandi distributiones quotidianas in præjudicium interessentium, nec etiam sufficiat. & attendatur actuale servitium, & familiaritas ipsius Papæ, ut advertit *Rot in decis. 44. num 13. & 14. coram Duran. & decis. 5 7. num. 10. coram Bich.* Estque in hac Alma Urbe notorium; Præcipuè post reformationem similium Indultorum, à particulari Congregatione demandatam *die 7. Maii* 1693. cum speciali approbatione S.M. Innoc. XII. quæ recognosci potest in ipsius Bullariolo *fol. 262.* 46 47

Sequitur 10. dub. *An idem Reverendissimus Nuntius concedere possit dictis Commissariis licentiam retinendi famulas, quamvis non annosas, cum derogatione quarumcumque ordinationum, per Ordinarios Locorum quomodolibet factarum*, efformatum ex illis verbis Literarum Patentium Commissarii de Comitibus *Famulas quoquè, sivè Ancillas, quamvis non annosas, in servitute habere possis, non obstantibus quibuscumque ordinationibus, per Ordinarios Locorum quomodolibet factis, & promulgatis* quod videtur pariter negativè resolven. 48

Quia similes famulæ non annosæ nullatenùs permitti debent inservire Sacerdotibus, & Ecclesiasticis personis, ad evitandam scandalorum occasionem, ex latè animadversis per *de Graff de effect. Cleric effect 26. per tot* & signanter *num. 8. & 10. de Angel. de Confess. lib. 2. quæst. 61. per totam, & Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 6. formul. 1. num. 1 fol. 135 num. 1.* ubi quod Episcopi non debent esse faciles ad concedendas famulas, quæ non sint quinquagenariæ, & tunc accedente justa, & rationabili causa, quodque illæ permitti debent tunc, quando alio modo absque gravi incommodo, Sacerdotis indigentiæ occurri non potest; Et in durioribus terminis mulierum, etiam primo consanguinitatis, vel affinitatis vinculo Parochis junctarum, quod ad evitandam omnem mali suspicionem, non debeat eis permitti habitare cum eisdem Parochis, filiis, & fratribus eorundem mulierum respectivè; Partibus acerrimè informantibus, de mandato S.M Innocentii XII. de anno 1693. nemine discrepante resolvit, Congreg. particularis in Faventina, de qua supra *discept. 7. num. 144.* 49 50

Quæ suspicio eò magis in nostro casu omninò vitanda est, quo sumus in Terris, proximis Hæreticorum ditionibus, in quibus circumstantiis eo fortiùs omnis arcenda est occasio malè suspicandi ad *Text. in Can. Legitur dist 85.* ubi ad nostrum præcisum effectum benè advertit *Glossa*, quod aliquando etiam à licitis abstinere debemus quando ex illis datur occasio suspicandi mala, meritò laudibus extollendo factum D. Augustini, relatum in eodem *canon. Legitur*, qui ex dicto motivo nec etiam cum propria sorore cohabitare voluit. 51

Negativè pariter videtur resolvendum [illegible] *An concedere possit facultatem exorcizandi, independenter ab Ordinario*, quia facultas exorcizandi est aliquid merè spirituale, ad quod (præciso individuali Apostolico privilegio, quod non ostenditur) facultates cujuscumque Legati de Latere etiam S. R. E. Cardinalis, nullatenus se extendunt, ex suprà animadversis, & facit *Rot in Toletana Jurisd* [illegible] *169*[illegible] *§ Verùm coram Molin.* ubi ad hunc effectum [illegible] ponderat verba illa *Act. Apostol. 20 28.* Episcopis dicta: *Attendite vobis, & universo Gregi, in quo vos Spiritus Sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo.* 52 53

K Respicit

Respicit hoc dub. 12. *An ejusdem Commissarii concedere possint licentiam laborandi in diebus Festis?* res spirituales, in quibus ex eisdem rationibus immiscere se non possunt Nuncii, quia agitur de materiis, Ordinariorum Jurisdictioni & arbitrio à Sacris Canonibus privativè remissis, ut videre est apud adductos à *Monacel in Formul. Tom.1. tit.5. formul.7. num.11.* ibi: *Item à solo Episcopo, qui privativè Edicta pro observantia festorum promulgat, licentiæ conceduntur, &c.*

Quoad dub. 13. *An Commissarii Nunciaturæ punire possint etiam in prima instantia festorum violatores, blasphematores, aliosque contra Dei, & Sanctæ Sedis præcepta temerè agentes,* resolutio negativa videtur plana ex Concilio Tridentino *sess. 24 de Reform. cap.20.* ubi disponitur, quod in prima instantia cognitio omnium Causarum spectet ad Ordinarium, imò præcipitur ibi: *Legati quoque etiam de Latere, Nuncii, Gubernatores Ecclesiastici, aut alii, quarumcumque facultatum vigore non solùm Episcopos in prædictis Causis impedire, aut aliquo modo eorum Jurisdictionem iis præripere, aut turbare non præsumant, sed etiam contra Clericos, aliasque personas Ecclesiasticas, nisi priùs Episcopo requisito, eoque negligente procedant; Aliàs eorum processus, ordinationesve nullius momenti sint, atque ad damni satisfactionem, Partibus illati, teneantur.*

Quod Conciliare decretum procedit indistinctè in omnibus Causis, nedum civilibus, sed etiam criminalibus, seù mixtis, ut benè advertit ibidem *Barbos. sub num.5. vers. Causæ omnes, Gonzal. in cap. Cùm non ignoretis n.8. de Offic. Legat. Monald. cons.96 per tot. part.2. Felician. de Vega in cap. Venerabiles 20. num.16. de Judic.* cum aliis relatis per *Gratian cap. 837. num. 15. & Vivian de Jurepatr. lib.7. cap 4. part.2. num 8.*

Indeque recurrit id, quod suprà dicebamus, non posse Nuncios Apostolicæ Sedis, quacumque generali facultate suffultos, se ingerere in his, quæ competunt Episcopis ex Jure speciali dicti Sac. Concilii, & probant authoritates, suprà laudatæ; Quod procedit etiamsi iidem Nuncii muniti sint facultatibus, & qualitate Legati de latere, ut benè probat *Pegas de Competent. inter Archiep. Epis. & Nunc. part. 1. cap. 34. num.6. & cap.39 num 6. & 7 & cap.94. num.4.*

Proindè ad tollendas quascumque ambages inolevit usus restringendi dd. Nunciis cognitionem talium causarum, excepta semper prima instantia, ibi: *Non tamen in prima instantia* ut ex lectura Brevis D. Nuncii. Et in terminis, ut nec in causis hæresis, contradicente Episcopo, uti Inquisitore Ordinario, possint Nuncii, sivè Legati, quamvis de latere, se ingerere, determinatur in *Extravag. Cùm Matthæus de Hæretic.* ibique *Barbos. Farinac. de Hæres. quæst. 186. §.1. nu.4. del Bene de Offic. S. Inquisit. part.2. dub.195 sect 18 num 2. & Pegas de Competent. inter Archiep. Episcop. & Nunc. part. 2. cap 159.*

Eodem modo negativa pariter capienda videtur resolutio, dub. 14. *An Nuncius eximere possit dictos Commissarios à Jurisdictione Ordinarii, etiam quoad correctionem morum, & obligationem Beneficiorum, quæ possident, attentis illis Clausulis:* Nostræ Jurisdictioni totaliter subjectum, & ab omni cujuslibet Ordinarii potestate, seù Jurisdictione penitùs exemptum decernimus; Non enim permissum est Nunciis eximere Subditos à Jurisdictione Ordinariorum, quamvis polleant qualitate Legati de latere, eo quia talis facultas specialiter, & unicè Summo Pontifici reservata est, juxta *Text. in cap. Quoad translationem de Offic. Legat. Barbos. de Jur. Eccl. lib.1. cap.5. n.80. Bocr. de Potest. Legat. de lat. n.44. Villadieg. de Legat part. 1. quæst.9. n 64. Kochier de Jurisd. in exempt. part.1 quest.3. num.13. Ciarlin. controv. 125. num.77. & seqq. Pignatell. consult.1 sub num.5. tom.2. Pegas de Competent. Jurisd part.2 cap.86. num.1. & 2 & cap.87. num 3.* & egregiè *Adden ad Pamphil. decis.214. num.12.* & meliùs *Rot decis.485. n. 4 part. 19.* Addita consideratione quod injuriosum nimis reputatur absque legitima causa quemcumque Superiorem sua Ordinaria authoritate in Subditos privare, ex punctualibus utriusque Juris sanctionibus, relatis *supra discept.7 num.181.*

Præcipuè in concernentibus morum correctionem, & in iis, quæ respiciunt Officia, vel Beneficia Subditorum, circa quæ multò minùs locum habere potest exemptio, ut conclusionem ampliando observat *Abb. in cap. Cùm dilecti num.9. de For compet. Kochier de Jurisd in Exempt. part.5 quæst 45. sub n.66. & 67. & Pegas d. tract. part 2. quæst 94. num.3. & 5. & n. 6. & 7.* ubi ad hunc finem expendit dispositionem Sac. Concil. Trid. *in sess 24. de Reform. cap.11. & in sess. 25 eodem cap.11.*

Idem quoque videtur resolvendum, quoad 15. dubium, Cùm enim facultas dispensandi super publicationibus Matrimoniorum expressè per Sac. Conc. Trid. *in sess. 24. cap.1. de Reform Matr.* reservata sit Ordinariis ibi: *Nisi Ordinarius ipse expedire judicaverit, ut prædictæ denunciationes remittantur* recurrit suprà sæpè ponderata stringens ratio, quod Nuncii, quamvis cum potestate Legatorum de latere non possunt aliquid in præjudicium Ordinariorum facere circa id, quod eisdem Ordinariis competit ex Jure speciali Sac. Concil. Trid. juxta authoritates suprà allegatas.

Negativa pariter resolutio 16. dub. superlativè infertur ex hucusque animadversis, quia probationes Status liberi vigore notissimarum Instructionem Congr. SS. Inquisit. per extensum relatarum *à Franc. de Magistr in Sylv. Eccles. part.2. num. 1 cap.61. num.47 & Card. de Albic. de Inconstantia fid lib.1. cap. 36. num.100. & seq.* unicè directæ sunt Locorum Ordinariis, illorumque Vicariis, & Officialibus, & consequenter absque individuali Sedis Apostolicæ privilegio in illis se ingerere nequeunt ejusdem S. Sedis Nuncii, etiam cum potestate Legati de latere, ex suprà allegatis.

Eandem negativam resolutionem meretur 17. dub. Quia Nuncii, quamvis cum potestate Legati de latere non possunt validè concedere beneplacitum pro alienatione bonorum Ecclesiasticorum *Dec cons.188. num.9. Pegas de Competen. Jurisdict. part.2. cap.110. num 2. Fregos. de Regim Reipub. disp.10. §.4. num 10. Gom. Bajo pract. Eccles. lib.4. cap.1. part.2. num. 17. Gamb. de Leg. lib 1. tit. de var. ordinib. num.48.* & firmavit *Rot. in decis.686 num.7. & 8. par.4. tom 3 recent & coram Merlin decis.118. num.4 & 5. & coram Cer decis 10. num.8.*

Dubium XVIII. non versatur circa facultates Nuncii in genere; Ultrò enim admittimus illas sibi competere vigore specialis Brevis, circa impedimenta 4. & 3. & 4. simplicium, vel mixtorum graduum, sed difficultas in eo residet, quod dicta facultas concessa eidem fuit intuitu paupertatis contrahere volentium matrimonium, ibi: *Verùm ob eorum paupertatem, & itineris incommoda ad Romanam Curiam pro dispensatione obtinenda accedere, vel mittere non possunt:* Undè non videtur habere locum, eadem paupertate non probata, nec concurrente ad *Text. in cap. Suggestum,* ubi communiter *Repetentes, de Decim. Menoch. cons.156. nu.9. & 34. Monet. de Decim. cap.4. part 3. num.62. & Rot dec.511. num.5. & per tot. part.18. recent.*

Paupertas, de qua in hoc 19. dub. sermo est talis debet esse naturæ ut Oratores, ex eorum tantum labore vivere debeant itaut illa in tali sit gradu, & qualitate, ut natura nos moveat ad commiserandum, excluso quolibet arbitrio, ex quo paupertas in his terminis dicitur fundamentum dispensationis, ut laté observat *de Just. de Dispens. Matrim. lib.1. cap.7. à num.72.* Et probari debet, habito respectu ad utrumque contrahentem, qui ambo debent esse pauperes & miserabiles, neque sufficit si unus tantùm ex eisdem sit pauper, ut, testando de praxi Datariæ, observat *Corrad in Prax. dispens. lib. 8. cap.5. num 3.*

Non potest verò D. Nuncius hujusmodi facultatibus uti, quandò unus ex contrahentibus non subest ejus jurisdictioni quia dispensatio est actus jurisdictionis quæ ergà non subditos nullatenùs valet exerceri juxta *Text in leg. 1. ff. si quis Jus dic. non obtemp. Gloss. in Can. De illicita 23 quæst.3. & cap. Ex parte de Rescrip. Jo: Andr in cap Cum omnes num.11.* ibique *Fagn. num.38. de Constit. & Card. de Luc. ad Conc. disc.6. num. 10. & seq.* Et in terminis longè debilioribus, quod Legatus de latere, nec etiam dispensare possit in Provincia sibi subjecta cum illis, qui in eadem Provincia fixum non habent domicilium, uti sunt scholares, Medici, Prætores &c. ad differentiam absolutionis, quæ datur in Sacramento Pœnitentiæ, est originalis theorica *Speculator. in titulo de Dispensat. §. Consequenter num. 5.* quam sequuntur *Suarez de Censur. disp. 41. sub num. 12. & de Relig. tom.2. tract. de Vot. lib.6. cap.11. num.11. Dian. tom.3 tract.3. de Potestat. Episcop. resol. 14. num. 2. & Garz. de benefic. part 11. cap. 10. num. 139.* ubi refert ita decisum ab hac Sacra Congregatione, cum approbatione Gregorii XIII.

Quandò autem D. Nuncius dispensat super impedimentis 2. vel 2. & 3. vel aliorum graduum de majori, vigore specialis facultatis, in casibus particularibus à S. Sede concedi solita cum clausula: *Dummodò contrahentes sint pauperes, & miserabiles, & ex suis labore, & industria tantùm vivant,* videtur ad resolutionem dubii 21. inferenda in Literis hujusmodi verificatio dictæ conditionis, dicendo scilicet: *Attento quod miserabiles sunt, & ex eorum labore, & industria tantùm vivunt,* ad hoc, ut proprii Parochi scire possint, sub quo motivo inter suos Parochianos fuerit dispensatum, utque si illis evidenter constet, Sponsos fraudem commisisse in adducendis insubsistentibus probationibus apud Ministros Nunciaturæ, possint, & debeant abstinere à conjungando dd. Sponsos, qui pauperes, & miserabiles non sint, & interea certiorare D. Nuncium de falsitate expositorum, ex quo id in nihilo lędit jurisdictionem ejusdem Nuncii sed tendit potiùs ad perfectam exequutionem conditionis, appositæ in Apostolicis Brevibus,

bus, ut in terminis observat *Corrad.in Prax. dispensat. lib.8. cap.5. num.20.* Ex alia verò parte omni Jure tenentur Parochi Superioribus manifestare ea, quæ noscuntur falsò fuisse exposita in animarum præjudicium, quæque causam dare possunt declarationi nullitatum matrimoniorum, ut in proximis terminis advertit *Rot.in Tolet.Jurisd.* 11.*Decembris* 1695. §.*Præbuit coram Molin.* ad rem observans, quod hoc casu non diceretur inferior judicare de privilegio, seù gratia concessa à Superiore, quod permissum non est, sed *solùm an allegans privilegium sit, necnè capax illius, & an polleat qualitatibus, illum privilegiatum constituentibus, quod potest peragi, & cognosci ab inferiore &c.*

Ex quibus promanat etiam negativa resolutio dubii 22.

Pro affirmativa resolutione dub.23. non adducimus authoritatem alicujus moderni Doctoris, sed literale decretum Sac. Concil. Trident *sess.22. de Reform. cap.* 5. in quo determinatur, dispensationes omnes, quacumque authoritate concedendas, dirigendas esse Locorum Ordinariis, ibique latè *Barbos.num.* 2. *& seqq.* sub cujus generalitate absque dubio veniunt etiam illæ, quæ à Nunciis Apostolicæ Sedis, quacumque authoritate suffultis, conceduntur juxtà regulam *Text.in leg. Julianus ff.de Legat.*3.

Dub. 24. duplicem potest habere intelligentiam, primò scilicèt, quod D.Nuncius deputet Commissarium ad cognitionem omnium causarum in aliqua Diœcesi, & ad hoc facultates cujuslibet Nuncii, imò nec etiam Legati de latere nullatenus se extendunt, quia Nunciorum Jurisdictio excitatur, seù firmatur per appellationem à particulari decreto, seù sententia contraria, quæ si non concurrat juxtà terminos hujus primi casus nullam dicuntur habere iidem Nuncii Jurisdictionem, & consequenter illam alteri delegare, seù committere non possunt, ut latè probat *Pignatel.consult.*140. *per tot tom.4.juxta Rom.impress.* Secundò verò potest intelligi dubium de commissione Causæ in particulari, per appellationem ad ipsum devolutam, & hoc casu admittimus, posse illam alteri committere, seu delegare, dummodò in Delegato concurrant conditiones, & requisita contenta in sequenti dub.25.

Quod non solùm Nuncii cum potestate Legatorum de latere, sed ipsimet S.R.E.Cardinales de latere Legati non possint delegare causas, coram ipsis pendentes, nisi habentibus Dignitatem in aliqua Ecclesia, vel Canonicatum in Cathedrali, determinat *Text. literalis in cap.Statutum de Rescript. in 6.* quem innovavit Sacrum Concil. Trident. in *sess.25. de Reform.cap.* 10. & notat *Nicol.in Floscul. verb. Legatus num.* 3. Et multò minus illas delegare possunt illis, qui doctorali laurea insigniti non sunt, aliàs deberet eis dari Consultor, qui esset I.V.D. cum cujus voto Judex deputatus pronunciare deberet, juxtà Constit.10. §.4. *Leon.X.in Bullar.nov tom.* 1.*fol.*412. de qua *Garz. de Benef. part.5.cap.8. sub num.* 15.

Facultas assistendi matrimoniis, illaque solemnizandi temporibus prohibitis, Episcopis conpetit Jure speciali Concil.Trident.*in sess.24.de Reform matrim. cap.1. & seqq.* Circa quod Jus, ut sæpè diximus, & nunquàm satis repetimus, non possunt se intromittere Legati de latere, quorum facultates restrictæ sunt ad illos dumtaxat casus, qui oculis corporeis in eorum Brevibus, & facultatibus leguntur, *Pignatell. consult.*140. *num.5.tom.*4. Et in materiis matrimoniorum regulariter hodiè nullatenùs se ingerere possunt; quicquid dicendum esset antè Concilium, ut ad rem observant *Fagnan. in cap Ad nostram num.* 2. *& Conjug. Servor. & Oliv. de For. Eccles.part.* 3. *quæst.6. num.*13.

In qua parte decretum Sac. Concil. Trident. *in sess.* 24. *de Reform.cap.*20. non potest esse magis literale, magisque punctuale, non solùm respectu hujus dubii, sed omnium aliorum supra extensorum, circa matrimonii materiam, ut ex lectura & signanter 15.16.18. 19. 20.21.22.26. & 27. concernentium materias matrimoniales.

Demùm quoad dub.28. & 29. Recognitio facultatis erigendi Oratoria privata, & designatio Locorum, ubi erigi debent, Ordinariorum Judicio reposita sunt à Sac.Concil. Trident. *in sess.22.de Observ & evitan. in celebration. Missar.* ibi: *Ad divinum tantùm cultum dedicata Oratoria, ab iisdem Ordinariis designanda:* Et propterea, vel nullatenùs competit D. Nuncio facultas talia Oratoria erigendi, ex suprà animadversis, dum agitur de iis, quæ Jure speciali Concilii competunt Episcopis, ex adductis à *Pignatell.consult.* 187. *num.* 14. *tom.9.* Vel saltem ad id faciendum præcedere debebit scientia, & recognitio Ordinariorum, ad terminos dictæ conciliaris Sanctionis.

Adversùs quæ in universum non relevat asserere, quod S.R.E. Cardinales Legati de Latere, & Apostolicæ Sedis Nuncii, uti Ordinarii Ordinariorum possunt in suis Provinciis omnia ea, quæ Episcopi possunt in eorum Diœcesibus, & proindè cum illis possunt concurrere, eosquè prævenire, ea ratione, quia gerunt vices Apostolicæ Sedis, & Summi Pontificis personam repræsentant. *Quia* (sunt verba *Pignatel.consult.*187. *num.*14. *tom* 9) *hæc, & similia non procedunt in iis, quæ Sac.Canon.& Sac.Concil Trident.& Constit. Apost. expressè proprio Ordinario reservata sunt.*

Die 26.Februarii 1707. propositis in Sac.Congreg.Concil. dictis dubiis 13. de quibus *supra à num* 16. *usque ad num.* 58. eadem Sac.Congreg. Concil respondit, ut infra *Ad* 1.2. 3. 5. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. *Neg. Ad* 4. *Provisum in* 1.2. *&* 3. *Ad* 6. *Ad Congreg. S.Offic.* Sequentia verò alia 16 dubia, de quibus supra à *num.* 59. usque ad *num.* 92. non fuerunt in eadem Sac. Congreg.Concil. proposita.

Dub.14. *An Nuncius eximere possit Commissarios à Jurisd. Ordin.etiam quoad correctionem morum, & obligationem Beneficiorum, quæ possident, attentis illis clausulis.* Nostræ Jurisdictioni totaliter subjectum, & ab omni cujuslibet Ordinarii potestate, seù Jurisdictione penitùs exemptum decernimus? 15. *An idem D.Nuntius, ejusque Commissarii dispensare valeant super publicationibus matrimoniorum.* 16. *An etiam super probationibus Status liberi adversus Decreta generalia SS.Inquisitionis: Sive etiam ipsi valeant dictas probationes recipere independenter ab Ordinario* 17 *An concedere valeant Beneplacita super alienationibus bonorum Ecclesiasticorum, etiam ultra limites* Can. Terrulas, &c. 18. *An vigore Brevis facultativi, sibi concessi, dispensare valeant super impedimentis* 4. *aut* 3. *&* 4. *simplicium, vel mixtorum graduum consanguinitatis, vel affinitatis, etiam cum personis non pauperibus; Et quatenùs negativè.* 19 *An paupertas, ad hunc effectum probanda, debeat esse absoluta, vel, & quomodo sufficiat comparativa?* 20. *An hujusmodi facultates exerceri possint à Nuncio, quando unus tantùm ex Contrahentibus subest ejusdem jurisdictioni, alius verò non subest?* 21. *An quando D Nuncius dispensat super impedimentis* 2. *&* 3. *vel aliorum graduum de majori, vigore specialium facultatum, eidem in casibus particularibus, per organum Secretariæ Status, attributarum, cum clausula.* Dummodo contrahentes sint pauperes, & miserabiles, & ex suis labore, & industria tantùm vivant, *teneatur eandem clausulam inserere Literis dispensationum, per eundem expediendarum, & quatenùs affirmativè?* 22. *An Parochi tutò assistere valeant matrimoniis inter dispensatos à D.Nuncio, vigore hujusmodi specialium facultatum, & cum conditione,* dummodo sint pauperes, & miserabiles &c *quando ipsis constat, præfatos Contrahentes non esse tales?* 23. *An hujusmodi dispensationes, quæ conceduntur à Nuncio, tàm vigore prædictarum specialium facultatum, quàm vigore Brevis facultativi, committi debeant Ordinario Loci, vel quibus?* 24. *An delegare possit Commissariis in partibus cognitionem causarum, ad eum devolutarum per appellationem, interpositam adversùs judicata Cur Episc Comen.& quatenus affirmativè?* 25 *An tales Delegati debeant esse constituti in Dignitate Ecclesiastica, vel saltem insigniti gradu doctoratus in publica Universitate?* 26. *An idem D.Nuncius, ejusque Commissarii concedere possint Sacerdotibus non Parochis facultatem assistendi matrimoniis?* 27. *An concedere possit facultatem solemnizandi matrimonia temporibus prohibitis?* 28. *An concedere possit facultatem erigendi Oratoria, seù Cappellas, easque benedicere faciendi à suis Commissariis absque licentia Ordinarii Loci; & quatenùs affirmativè?* 29 *An talis facultas, seu concessio debeat saltem recognosci ab Ordin.*

DISCEPTATIO XXXII.

Romana.

PRO

Monachis S. Agathæ ad Montes.

ARGUMENTUM.

Missa conventualis, an, & in quibus Ecclesiis applicanda sit pro Benefactoribus.

Occasione Visitationis Apostolicæ anno 1700 in Ecclesia S Agathæ ad Montes, demandato R.P.D Carraccioli Visitatoris, & hodie meritissimi A.C. Auditoris injunctum fuit illius Religiosis, ut recurrerent ad S Cong Concil. pro resolutione dubii: *An applicatio missæ conventualis in eadem Ecclesia esset libera,* circa quod pro veritate ab eisdem Religiosis requisitus, credidi esse liberam, ea ratione, quia nulla

nulla adest in eadem Ecclesia obligatio ex piis Testatorum dispositionibus, & proindè illa præsumitur libera, ut in terminis missarum conventualium in Ecclesiis Regularium observant *Peyrin. in Compend. privileg Regular. tom. 3. cap. 1. num. 20.* ubi, quòd in eadem fuit sententia doctissimus *Patr. Hieronym. Trisarch. Franc. de Nig.. in addit. ad Ruitz. part. 1. præsupp. 1. quæst. 15. Leo de offic. Cappell. quæst. 8. sect. 18. num. 188.* ubi, quod tunc solùm non est libera applicatio, 2 quando celebratur ex Fundatoris jussione, secus si ex Rubricis Missalis, vel Regulis Religionum *Cordub. in Compend. Privileg. Mendic. verb. Monialis num. 3. Possevin. de Offic. Curat. cap. 2. num. 25. Card. de Lug. de Euchar. disp. 21. sect. 1. sub num. 19 Averes. de Euchar. sect. 11. quæst. 17. vers. juxta hæc Garz. in Summ. tract. 3. dif. cult. 3. dub. ultim. num. 5. Rodriquez quæst. Regul. quæst. 43. art. 8. tom. 1. Quart. ad Rubric. Missal. part. 1. tit. 5. dub. 3. vers. Secunda, Dian. Oper. 3 Moral. tom. 2. tract. 1. de Celebr. Miss. resol. 55. num. 1 Pasqualig.* in his materiis communis Magister *de Sacrif. nov. leg. quæst 899. & 900. per tot.*

Nec obligatio hujusmodi desumi valet ex Constitutionibus nostræ Congregationis; In istis enim solùm præscribitur onus 4 celebrandi missam conventualem, nulla de applicatione ejusdem facta mentione, ibi: *Curent Prælati, ut singulis diebus dicatur missa conventualis:* Ex obligatione autem celebrandi nullatenus infertur obligatio applicandi missam, ut generaliter observant adducti per *Leon. de Offic. Cappell. quæst. 7. per tot.* & in nostris terminis: *Quart. ad Rubr. Missal. part. 1. tit. 5. dub. 3. vers. 2.* ibi: *Colligitur secundò in 5 Ecclesiis Regularium posse applicari à Superioribus missas conventuales, sive Defunctorum, sive aliàs pro eorum arbitrio, etiam illis, qui dederunt stipendium, quia non cantantur missæ ex obligatione justitiæ, aut beneficii, sed ex vi Regulæ cujusque Religionis, & ad satisfaciendum Rubricis Missalis, quæ non præcipiunt applicationem fructus specialis, & Pasqualig de Sacrif nov. leg quæst. 899. num. 4.* ibi: *Quod autem spectat ad Regulares recurrendum est ad Constitutiones, ac Fundationes, & videndum, an ex ipsis insurgat aliqua obligatio circa applicationem missæ conventualis, quod si nulla ex his colligatur obligatio, remanebit libera applicatio, quia ex eo, quod juxta suas Constitutiones teneantur illam celebrare, non fit, quod teneantur applicare, cùm non sit expressum pro quo applicanda sit, & proindè remanebit liberum 6 accipere stipendium pro ipsa;* Quæ punctuales authoritates, præsens dubium in terminis decidentes, reputantur casus legis, juxta animadversa *in Tom. 1. part. 2. discept. 14. num. 77.*

Authoritates autem, quæ possent in contrarium adduci, vel loquuntur in terminis obligationis, resultantis ex præ- 7 cepto Testatorum, vel respectu Ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum, in quibus, ex animadversis per *Pignatell. consult. 322. per tot. tom. 1.* viget diversa ratio; Iidem enim Canonici percipiunt fructus suorum Canonicatuum sub onere inserviendi Ecclesiæ in celebratione divinorum Officiorum, quæ celebratio non importat solùm Horas canonicas, sed etiam missam conventualem, tanquam præcipuam partem, & proindè nil mirum si ad applicationem ejusdem missæ conventualis tenentur pro illis, ex quorum dispositionibus distributiones, & emolumenta percipiunt, ex adductis in meis *Instit. Crimin. lib. 1. tit. 10. §. 2. num. 138. 8 & seqq.* ubi plures referuntur resolutiones Sac. Congreg. Concil. hæc scripta autem ita etiam rescripsit in aliis resolutionibus, quas refert *Monacell. in Formul. tom 1. tit. 2. formular. 4. num. 27. Et in Append. fol. 356. num. 12.* Necnon *in Camerinen. 9 Junii 1714. & in Squillacen. 17. Martii ejusdem anno 1714 ad 4. dub.*

Quæ omnia nullatenùs verificantur in nostris Religiosis, & propterea ab obligatione Canonicorum sæcularium non 9 infertur ad eandem obligationem respectu Regularium, vulgta *leg. Papinianus ff. de Minor.* de qua omissis generalibus, in terminis casus nostri *Quart. ad Rubric. Missal. part. 1. tit. 5. dub. 3. vers Probatur.*

10 Die 19 Aprilis 1704. proposito in Sac. Congreg. Concil. dubio: *An applicatio missæ Conventualis in Ecclesia S Agathæ de Urbe sit libera.* Responsum fuit *Affirmativè.* Vide *Tom. 3. part 1. Discept. 23 à num. 69.*

DISCEPTATIO XXXIII.

Narnien.

PRO

Curia Episcopali Narniæ.

CUM

Debitoribus Locorum piorum:

ARGUMENTUM.

Consuetudo Curiarum Ecclesiasticarum judicandi in Causis civilibus spectantes ad Loca pia, quando probata dicatur, & qualis esse debeat: Debitores laici Locorum piorum pro quibus debitis conveniri valeant coram Iudicibus Ecclesiasticis.

INter alia Loca pia, canonicè erecta in Collegiata Ecclesia Terræ Otriculi, Narnien. Diœcesis, reperitur Societas SS. Sacramenti, omnibus quibusquidem aliis ditior, sed minùs aliis de necessariis provisa, ut recognovit Episcopus in actu S. Visitationis, idquè ob incuriam aliquorum Administratorum, redditus dictæ Societatis exigere negligentium, itaut in festivitate SS. Corporis Christi anni 1712. non po- 1 tuisset consueta generalis Processio peragi, nisi Canonici, ejusdem Collegiatæ, æquali pietate, ac generositate, ceram de proprio subministrassent.

Hoc fuit in causa, ut idem Episcopus eo, quo pollet, zelo, ac vigilantia, post diversas diligentias, inutiliter spatio duorum annorum practicatas, attributa etiam Vicario Fo- 2 raneo facultate procedendi pro quacumque summa, ad facilitandam exactionem dd. redditum, tandem deputaverit quendam Exactorem magis accuratum, humanisque respectibus minus obnoxium, qui demandati muneris partes fideliter adimplendo, juxta pervetustam, ac universalem in Civitate, & Diœcesi Narnien. laudabilem consuetudinem, & Synodalis Constitutionis dispositionem, de qua infrà, debitores dict. Societatis in Curia Ecclesiastica convenit, ac pulsavit.

Nonnulli ex istis ad procrastinandam solutionem, forum Ecclesiasticum declinare tentarunt, mediante citatione Ca- 3 merali coram Signat. Justitiæ Auditore, in Partibus exequuta: *Ad videndum supersederi &c. & prævia avocatione Causarum à Curia Episcopali Narnien. viden. declarari, causas spectare ad D Gubernatorem Otriculi &c.*

Ob reverentiam, ejusdem Signaturæ Tribunali debitam, Episcopus in dicta causa quoad omnes supersederi mandavit, usquequò articulus iste, à sæculo, & ultra in nostra Diœcesi non controversus, decideretur ab hac Sac. Congr. ad quam 4 duplici decreto per Auditorem Sanctiss. remissus fuit.

Juxta Sac. Congreg. commendabilem stylum opere pretium existimatum fuit, ut desuper informaret Episcopus, prout fecit, mediante Relatione, fideliter communicata Recurrentibus cùm documentis originalibus, pro parte Pro- 5 motoris Fiscalis, ad illam comprobandam exhibitis; Cum qua, ob Mensæ paupertatem loco legalis Scripturæ, distributa, proposita Causa die 2. Maii 1713. mirum non est, si nondum benè satisfacta de probationibus dict. consuetudinis, simpliciter responderit, *De illa non constare*, Hodiè verò una cum aliis dubiis, de quibus infra, quæritur primò: *An sit standum, vel recedendum à decisis.*

Pro recessu autem, seu pro rescripto: *Prævio recessu à decisis servandam esse consuetudinem*, dignentur EE PP. ponderare, quòd in Regestris omnium Sacrarum Congregationum 6 non reperitur magis frequens, magisque usitatum rescriptum quàm pro observatione soliti, teste *Card. de Luc. in Relat Cur. for. disc. 17. num. 12.* Et optima ratione, quia novitates odiosæ nimiùm sunt, nihilque magis animos perturbat, quam aliquod innovare, & à consuetudine alienum facere, ut latè probavimus *in tom. 1. part 1. disc. 10. num. 12. & 13.*

Et revera perverteretur status Jurisdictionis Ecclesiasticæ, nedum in nostra Diœcesi, sed etiam in tot aliis, sub Ditione 7 temporali Apostolicæ Sedis existentibus, imò & in aliis extra Ecclesiasticam Ditionem, si in hac materia in dubium revocetur consuetudo, qua Loca pia suos laicos debitores ad forum Ecclesiasticum traxerunt, ut videre est in decem, & novem Synodis, indicatis in Scripturis, exhibitis in Secretaria, nempè *Albanen Arimin. Assisien. Balneoregien. Beneventana, Civitatis Castellanæ, Æsina, Faventina, Farfen. Imolen. Montis Falisci, Nepesina, Ostien & Veliterna, Perusina Spole-*

Spoletana, *Tusculana*, *Tropien.Tyburtina*, *& Viterbien.* Itaut contraria prætensio, nedùm tendat ad faciendam stragem dd. Synodorum, sed ad annihilandùm, & ad nihilum redigendam Ecclesiasticam Jurisdictionem in ipsomet suo centro, & Ecclesiastico Statu, quod non videtur permittendum, ut in similibus terminis evitationis stragis Instrumentorum, & testamentorum, firmavit *Rot. decis.* 184. *à num.* 45. *& decis.* 395. *num.* 16. *part.* 17. *recent.*

Eandemque consuetudinem in longè fortioribus terminis Causarum, vertentium inter personas merè laicas approbavit, & servari mandavit hæc Sac. Congreg. *in Spoletan.* 15. *Septemb.* 1637. ut videre est *in lib* 2. *Decret Paulut.pag.* 43. ibi: *Servandam esse consuetudinem ad favorem Episcopi circa cognitionem causarum, etiam merè laicalium* quam resolutionem sequuntur *Pignatel.consult.* 41. *in fine tom* 2. *juxt.Rom impress. & Raynald Observat.crimin tom.* 1. *ad cap.* 1. *supplet.* 5. *num.* 64.

Imò anno 1663. regente Ecclesiam Spoletanam. Card Facchinetto, cùm controversia fuisset hæc Jurisdictio Episcopi à nonnullis Judicibus laicis, & signanter à Gubernatore ejusdem Civitatis, ut idem Episcopus ulterioribus litigiis aditum præcluderet, citatis citandis Judicium instruxit coram Areosto, tunc A.C. Locumtenente, qui per sententiam, latam die 17. Septempris 1663. pronunciavit, ac definivit, ad Curiam Episcopalem, sive per se, sive per Vicarios Generales, ac Foraneos, omnium Locorum Diœcesis, spectare, & pertinere cumulativè cognitionem causarum laicalium, & quæ à personis merè laicis introducebantur, itaut inter utrumque Tribunal laicum, & Ecclesiasticum detur locus præventioni, ut justificatum fuit in Summario Eandemque sententiam servari mandavit Auditor SS. die 17. Decembris 1712.

Et in terminis fortioribus consuetudinis trahendi Laicos ad forum Ecclesiasticum in Causis merè civilibus, & profanis, in quibus Clerici sunt Actores, privativè etiam quoad Judices laicos, habemus resolutionem Sac.Congreg.Episcop. *in una Aretina* 31. *Januarii* 1617. contra March. Montis S. Sabini, quam sequuntur *Sperel.decis.* 98. *num.* 40. *& Panimol. decis.* 12. *annot.* 2. *num* 43. & generalitèr probat *Dian. Oper. moral. tom.* 9. *tract.* 2. *de Immunit. Eccles. resol.* 184. *per tot. & Bellet. Disquis. Cleric. part.* 1. *tit. de Favor. Cleric reali* §. 5. *à num.* 4.

Pro cujus opinionis subsistentia, & firmitate nimis urgere videntur duæ reflexiones; Prima, quia Ecclesiastica jurisdictio, utì Religioni favorabilis, de facili prorogatur, & ampliatur, quam, antiquioribus cumulatis, adducunt *Suarez in Defens. Fid.Cathol. lib.* 4. *tit. de Immun.Eccles. cap.* 14 *num.* 16. *& Panimol. dict. decis* 13. *annot.* 2. *num* 44. Secunda verò, quia antiquis temporibus Causæ omnes, tam Laicorum, quàm Clericorum ad Judicium Ecclesiasticum deferebantur, juxta *Textum in Canon. Relatum* 11. *quæst.* 1. *Canon Si quis Presbyter.* 2. *quæst.* 5. *& cap. Per venerabilem Qui fil. sint legitim.* Itaut penes Ecclesiam, si non actu, saltem habitu resideat Jurisdictio, etiam in temporalibus; Unde Laicus redeundo ad suum primævum forum, non censetur ejus conditio facta deterior, eo quia omnia de facili redeunt ad suum primum principium, quam adducunt communitèr *Repetentes in cap. Novit. de Judic.* & observant *Soccin. Sen. in cap. Licèt à num.* 2. *de For compet. & Sperell. decis.* 98. *à num.* 34

Eandemque opinionem, tanquam certam, & indubitatam, dicta consuetudine concurrente, canonizavit, & sequuta fuit hæc Sac.Congreg. in *Castren.* 8 *Martii* 1667. teste *Pignatel.cons.* 448 *per tot tom.* 1. demandando Episcopo, ut ad terminos consuetudinis Jurisdictionem Ecclesiasticam tueretur, & injungendo tunc temporis Nuncio Neapolitano, ut eidem assisteret; Necnon præsupposuit Sac Congreg.Concil. *in Ferentina* 12. *Januarii* 1704. injungendo Episcopo, ut Juris remediis cogeret Officiales Confraternitatum Terræ Proxendi ad conveniendos debitores Locorum piorum in Curia Episcopali, ut *in lib.* 54. *Decret. fol.* 29 Itaut die 15. Martii 1704. cùm pro parte dictarum Confraternitatum prætensum fuerit, esse in eorum arbitrio, & electione, coram quocumque Judice sibi beneviso convenire eosdem Debitores, & disputatum fuerit sequens dubium: *An, prævio recessu à decisis sub die* 12. *Januarii, Officiales Confraternitatum, de quibus agitur, agendo contra Debitores earundem, possint illos convenire tam in foro Ecclesiastico, quàm laicali*, eadem Sac. Congreg. noluit recedere à decisis, sed solùm ex aliis motivis, ex ipsamet originali Positione desumptis, rescripsit, ut recurreretur in casibus particularibus, ut videre est *in lib.* 54. *Decret. fol.* 138.

Ex quibus evidens remanet, dict Sac. Congreg. in eo fuisse sensu, ut debitores laici Locorum piorum, accedente consuetudine favore Ecclesiæ conveniri possent in Foro Ecclesiastico, quod ultrò admittebatur per illius Causæ Patronum pro Officialibus ejusdem Confraternitatis scribentem, ut ex Informatione §. *Sed quatenus*, ibi: *Sed quatenus posset probari* (dicta scilicèt consuetudo) *adhuc non relevat, quia cùm esset in facultate Administratorum Societatum convenire Debitores in Foro Ecclesiastico, vel laicali &c.*

Et propterea pro dictæ consuetudinis continuatione, & observantia videtur etiam in casu nostro rescribendum, præcipuè quia agitur de consuetudine favore Ecclesiasticæ Immunitatis, quæ tenacissimè servanda est, ut probant *Panimol. decis.* 12. *adnot.* 2. *Sperell. decis.* 98. *num.* 4. *Ricc. decis* 217. *num.* 5. *part* 2. Et referendo punctualem resolutionem hujus S.Cong. *in dict. Castren* 8. *Martii* 1667. notat *Pignatel. consult.* 448. *per tot tom* 1 *juxt. Rom. impress.* Et sequendo aliam æquè punctualem resolutionem hujus Sac.Congreg. observat *Ricc. in Synops. Decr. verb. Consuetudo num.* 1. Itaut etiamsi aliquod in hac parte remaneret dubium, opinio favorabilis Ecclesiæ in utroque foro semper sumenda, & sequenda esset, ex animadversis per *Tiraquel. de Privil piæ caus. privil.* 48 *per tot. Sperel. decis.* 185. *num.* 51. *Antonel de Jurib. Cleric.* 1. *part.* 1. *cap.* 2. *sub num.* 29. *Versic. Et hæc quidem opinio, & Oliv. de For. Eccles. part.* 1. *quæst.* 13. *num* 39.

Absquè ulla prorsus difficultate, ex quo eadem consuetudo conformis est Juri communi, & particulari Constitutioni Synodali nostræ Diœcesis, in quibus circumstantiis eò magis sequenda est, & utì lex servanda, ex adductis per *Rot decis* 1167. *num.* 2. *&* 5. *coram Emer. jun.*

Est conformis eadem consuetudo Juris communis dispositioni; Quia cùm sermo sit de consuetudine, respiciente bona Ecclesiarum, & Locorum piorum, *apud Doctores pro indubitato habetur* (sunt verba *Ciarlin. controv.* 171. *num.* 8.) *quod si Clericus conveniat Laicum coram Judice Ecclesiastico ratione bonorum Ecclesiæ, vel Clerici rectè judicium proponatur*; Et concordant communiter *Repetentes in cap. Si Clericus Laicum de For.compet.* & signanter *Joan. de Imol num.* 1. *Bellam. num.* 2. *post med. Barbos. n.* 2. *Zabarel.* pariter *num* 2. *Abb. num.* 1. 5. *&* 7. *Felin. num* 4. *Socc num.* 5 *Gonzal num.* 3. *in fine, Barbos. num* 5. *Fermosin in princip. num.* 3 *& quæst.* . *num.* 3. *Fagn num.* 25. *& seq.* nec non *Spad cons* 159. *num.* 2. *&* 2 *lib.* 1. *Guttier. Canon. quæst lib.* 1. *cap* 34. *num* 13 *Graff. de Effectib. Cleric. effect.* . *num.* 521. *Bellet. Disquis Cleric part.* 1. *tit. de Favor. Cleric. reali* § 1. *num* 2 *& seq. Dian par.* . *tract* 1 *tit. de Immun resol.* 7. *&* 8 *per tot & part* 4 *tract.* 1 *tit de Imm. Eccles. resol.* 24. *per tot. Sperel. decis* 98. *à num.* 1 *Antonel. de Regim. Eccles lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 3 *&* 4 *Gratian. discept.* 238 *num.* 17. *de Marin. resol.* 207. *à n.* 1. *de Franch. decis.* 24 *per tot.* ibique *Carol. Anton. de Luc in addit à num.* 3. *Pacion de Locat cap.* 14. §. 7. *num.* 93. ubi, quòd hoc est indubitatum *Mar. Anton. variar. resol. lib.* 1. *resol.* 48. *à num.* 1. *Mart de Jurisdict. part.* 2. *cap.* 30. *num.* 5. *Rot. decis.* 42. *à num.* 1. *part* 6 *recent.* Itaut concludere in hac parte possimus verbis illis *Ciarlin.* ubi suprà, *hæc est communis, & recepta Doctorum sententia*, Et quod magis est canonizata, & admissa ab ipsomet *Textu* in finalibus verbis *dict. cap. Si Clericus Laicum de For. compet.* ibi: *Licèt in plerisque partibus aliter de consuetudine habeatur*: Prout de simili consuetudine, vigente Parisiis habemus clarum *Textum in cap. Cùm contingat eodem tit. de For compet.* ubi *Gonzal. num.* 2. & notant *Fagnan. in dict. cap. Si Clericus Laicum num.* 3 . *de For. compet. Anguian. de Legib lib.* 2. *cap.* 17. *num* 104. *& Pignatel. consult* 448 *sub num.* . *tom.* 1. *juxta Rom impress.*

Est etiam eadem consuetudo conformis dispositioni Synodali Episcopi Castelli anni 1665 ubi literaliter determinatur, *Causæ omnes de rebus, Juribus, & quibuscumque redditibus Ecclesiarum, Monasteriorum, aliorumque Locorum piorum, non alibi, quàm in Foro Ecclesiastico agitentur, & congnoscantur*; Quæ pro lege servanda est in nostra Diœcesi, ex adductis *in Tom.* 1. *part.* 2 *discept.* 28. *num.* 96.

Imò habemus in hac parte Oraculum hujus Sac. Congreg. quæ usque de anno 1664. injunxit eidem Castello, tunc temporis Episcopo Narnien. ut assisteret Monasteriis Monialium ejusdem Civitatis, ad hoc, ut promptè exequutioni demandarentur mandata, contra illorum debitores expedita, non attentis Inhibitionibus, à laicis Judicibus obtentis, ad protrahendam illorum exequutionem, quod fuit exhibitum in Summario.

Quod autem de hujusmodi consuetudine conveniendi Debitores laicos Locorum piorum in Curia Ecclesiastica, concludenter constet, videtur indubitatum, dum exhibuimus attestationes omnium Curialium omniumque Notariorum, & Officialium Curiæ Narnien attestantium, illam esse notoriam, & ulteriùs exhibuimus etiam longum catalo-

catalogum Causarum, discussarum à centum, & ultrà annis per acta unius solùm Notarii, ex tribus, seu quatuor, qui Curiæ Episcopali cotemporaneè inservierunt, & actu inserviunt, & sub uno tantùm anno singulorum Episcoporum, ne daretur processus in infinitum; Et denique exhibuimus

28 alium cathalogum Causarum, in specie actitatarum coram Vicariis Foraneis Terræ Otriculi à 50. & ultrà annis; Ultra nonnulla alia documenta, postmodùm in Secretaria exhibita, videlicet fidem authenticam quorundam actorum Causarum (cæteris omissis) factorum ad instantiam dictorum Locorum piorum contra suos Debitores laicos tempore Episcopi Bucciarelli de anno 1635. Partibus contradicentibus, ubi in fine dicitur, quod in Libro, seu Manuali dicti anni reperiantur quamplurima alia acta, facta, & actitata inter merè laicos, Partibus hinc inde contradicentibus; Necnon aliam fidem cum insertione Decreti Signaturæ, de quo

29 infra, de anno 1703. tempore Episcopi Picarelli, ubi pariter legitur in fine, quamplurima alia acta facta fuisse inter merè laicas Personas, Partibus hinc indè præsentibus, & contradicentibus; Et de anno 1710. quæ acta facta fuerunt pro fructibus Censuum contra Franciscum Fabri, qui cœpit terminum statutarium.

Cùmque omnia hæc publicè, & palam gesta fuerint, videntibus, scientibus, & patientibus ipsis Magistratibus lai-

30 calibus, exindè fit, ut hujusmodi actus multiplicati, & tam longo temporis decursu practicati, dici non possint facultativi, ex animadversis per *Pignatell. dict. consult.* 41. *num.* 10. *tom.* 2. *Raynald Observ. crimin. tom.* 1. *ad cap.* 2. *Supplet.* 5. *num.* 64. *fol. mihi* 135. & ex firmatis per *Rot. decis.* 93. *num.* 7. *& seq. coram Merlin. & decis.* 522. *num.* 29. *coram Bich. & decis.* 397. *num.* 3. *part.* 2. *& decis.* 139. *num.* 23. *part.* 17. *recent. & in Olomucen. Jurisdict.* 19. *Januarii* 1693. §. *Quoad ult. coram Mut.*

Quamvis autem exadverso exhibitæ fuerint aliquæ notulæ actorum, factorum in Curia laicali, ad instantiam persona-

31 rum Ecclesiasticarum, & Locorum piorum contra debitores laicos; Nihilominùs ex eis nil aliud inferri potest, quàm optio, quæ potuit militare favore Locorum piorum, seu Ecclesiasticorum conveniendi dd. debitores, qui juxta sensum, & verba *Fagnan in dict. cap. Si Clericus Laicum num.* 30. *& seqq. de For. comp.* dici possunt malè actores Ecclesiarum ex injusta detentione rerum, & ob damnum, quod ab eis Ecclesia patitur, vel in uno, vel in alio Trinali, sibi magis

32 benevisо pro temporis opportunitate, ut notat *Abb. in cap. Si Clericus laicum num.* 1. ibi: *Est in optione Actoris, coram quo Judice velit illos convenire &c.* Non autem, quòd ex hujusmodi actibus adimi, seù tolli, & abrogari potuerit consuetudo, favore Ecclesiæ inducta, cum aliis apud *Papien. in Prax. verb. Declinatoria Jurisdict fol. mihi* 74. *num.* 9. *Thomat. decis.* 216. *num.* 14 *D. Gaspar. Instit. canon. quæst.* 3. *tit.* 2. *de For. compet num.* 150. *& seqq.*

Resistente præsertim Constitutione Synodali Episcopi Castelli, ex supra animadversis, habente vim legis municipalis in nostra Diœcesi, quæ non determinavit aliquid inu-

33 sitatum, vel inauditum in aliis Diœcesibus circa cognitionem causarum Locorum piorum, seu circa consuetudinem conveniendi laicos debitores eorundem in foro Ecclesiastico; Ex quo jam probavimus, supra *num.* 7. id determinatum fuisse in multis aliis Synodis diversarum Diœcesum, tam in Statu Ecclesiastico, quàm extra illum, ut notat *Mar. Anton. resol.* 48. *num.* 24. ubi refert etiam decretum Ducis Mediolani, quod legitur in Synodo Papien. Episcopi Guidonis, ibi: *Idem Judex Ecclesiasticus possit cognoscere contra emphyteutas, livellarios, & fictabiles laicos Ecclesiasticorum, quoad id, ad quod tenerentur Eccles. dd. contractibus.*

Quæ omnia respicientia vim, efficaciam, & observantiam dictæ Synodalis Constitutionis Episcopi Castelli anni 1665. à toto Clero Civitatis, & Diœcesis Narnien. tunc tem-

34 poris acceptatæ, & observatæ, atque ab omnibus successoribus Episcopis Avio, Barloccio, & Picarello confirmatæ, dicta sint incidenter, & ad solum finem ostendendi, adesse in hac parte particularem Legem in nostra Diœcesi, absque tamen aliquo, vel minimo præjudicio circa illius revisionem, correctionem, reformationem, & approbationem, suis loco, & tempore facien. à Sac. Congreg. Concil. ad quam privativè quoad omnia alia Tribunalia spectat Diœcesanas, & Provinciales Synodos revidere, corrigere, reformare, & abrogare, juxta *Constit.* 74. *Sixti V. Congreg.* 8. §. *Eorum quidem in Bullar. nov. tom.* 2.

Nec dicatur, quòd ad effectum, de quo agimus, consuetudo debeat esse immemorabilis, quæ excluditur ex aliqui-

35 bus actibus, exadverso exhibitis, vel probanda sit cum solitis requisitis.

Respondemus enim, quò cùm simus in terminis consuetudinis secundum Jus, tam commune, quàm particulare nostræ Diœcesis, ex supra animadversis, & notat *Spad. consf.* 159 *num.* 6. ibi: *Quando enim agitur de rebus Ecclesiæ, vel propriis ipsius Clerici, laicus de Jure potest conveniri in*

36 *Foro Ecclesiastico, absque aliqua particulari consuetudine,* ut est *Text in cap. Cùm sit generale &c.* Ad dictum effectum, non solùm non requiritur probatio qualitatis immemorabilis, sed satis est simplex, & ordinaria consuetudo, eo quia non adducimus talem consuetudinem, minusquè in illa insistimus ad præscribendum aliquid contra jus clarum, & literale, sed solùm ad declarandum, seù interpretandum id, quod in jure statutum est, *Itaut in his terminis non sit necessaria observantia uniformis, sed id venit attendendum, quod magis fuit observatum,* juxta præcisa verba *Rot. decis.* 265. *in fin coram Dunoz. jun.* & concordant adducti *à Card. de Luc. de Emphyt. disc.* 28. *num.* 13. *&* 14. Nec requiratur probatio consuetudinis cum requisitis, per ea, quæ notat *Card. Sacrip in Defens. Jur. Ecclesiast. cap.* 7 *num.* 18. ibi: *Quod si hujus interpretativæ ob-*

37 *servantiæ ea est natura, illudquè beneficium, quod nec indigeat rigoribus præscriptionis, nec requisitis consuetudinis &c* & firmata per *Rot. decis.* 824. *num.* 7. *coram Cerr. & decis.* 448. *num.* 3. *in fin. part.* 1. *& decis.* 351. *num.* 7. *part.* 6 *& decis.* 316. *num.* 14. *&* 15. *part.* 9. *recent. & decis.* 23. *num.* 13 *apud Prosper. de Territ. separ.* ibi: *Observantia interpretativa non exigit omnimodam*

38 *illorum uniformitatem, sed sufficit probare, sæpè sæpiùs fuisse ita observatum, citra quod necessarius sit interruptus temporis lapsus, ad præscribendum requisitus.*

Ultra quod tunc solùm in nostris terminis probari debet rigorosa centenaria, cum suis requisitis, vel immemorabilis, seu quadragenaria, cum titulo, quando (sunt verba Card. Sacrip. *in Defens. Eccles. Jurisdict. cap.* 6. *num.* 26.) *actus, nedum est contra dispositionem Juris, sed ipsum Jus consuetudini, vel præscriptioni expresse, seu vehementer resistit, irritando etiam quascumque consuetudines &c.* qui non sunt nostri ter-

39 mini, ex quo Jus potiùs defert consuetudini, ut videre est *in dict. cap. Si Clericus Laicum in fine de For. compet.* Tunc enim (sunt verba ejusdem ubi suprà *num.* 27.) *nec immemorabilem, nec centenariam, nec quadragenariam cum titulo putativo requiri, sed satis esse ordinariam, seu regularem præscriptionem, aut consuetudinem &c communiter distinguunt Doctores,* cum aliis apud *Lotter. de Re benefic lib.* 2. *quæst.* 21. *num.* 48. *Spad consil.* 159. *num.* 1. *& seqq lib.* 1. *& Rot. decis.* 731. *à num.* 9. *coram Emer. jun.*

Et in rei veritate hæc Sac Congreg. in illa *Castren.* 8 *Martii* 1667. quam sequitur *Pignatel consult.* 448. *per tot. tom.* 1. non

40 exquisivit probationes centenariæ, vel immemorabilis consuetudinis, aut cum suis requisitis, prout hodiè exadversò prætenditur, sed processit cum sola, & simplici probatione ejusdem consuetudinis, resultante ex actibus, in Curia Episcopali gestis, & actitatis, inter quæ nonnulla erant pro fructibus censuum, à capitalibus pecuniarum provenientibus, quæ nuncupantur *Tertiæ*, ut ictu oculi resultat ex recogni-

41 tione originalis Positionis ejusdem Causæ, datæ in manibus Secretarii.

Et tamen, quando etiam per modum discursus essemus in terminis consuetudinis contra Jus, adhuc attento dicto claro titulo Synodalis Constit. anni 1665. & subsequenti lapsu 42. & ultra annorum, semper inclinandum esset pro dictæ

42 consuetudinis continuatione, eo quia quadragenaria cum titulo, sive vero, sive etiam colorato, æquipollet immemorabili, & apta est ad derogandum ipsimet Juris communis dispositioni, uti notant *Fagnan. in cap. Cùm ab Ecclesiarum num.* 29. *Barbos. de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 127. *num.* 3. *Tondut. quæst. benef. part.* 1 *cap.* 60. *num.* 10. *& Ros. de Resident. Episc. cap* 4. *sect.* 6. *num* 454. *& seqq. & Rot decis* 434. *num* 15. *coram Merlin & decis.* 8. *num.* 6. *coram Coccin. & decis.* 290. *num.* 13. *coram Priol. & decis* 23. *num* 19. *apud D. de Presper. de Territ. separ & in Marsicen. seu Nullius Jurisdict. super bono Jure* 7. *Junii* 1700. §. *Quia imò coram Muto.*

Nec insistatur in qualitate actorum facultativorum, ex quibus nunquam inducta dicitur consuetudo, minusquè præjudicium aliquod illatum illos facienti: Cùm enim habea-

43 mus dictam particularem legem in nostra Diœcesi, & consequenter antecedentem titulum clarum, & literalem, actus subsequentes nunquam dici possunt facultativi, benè *Menoch. de Præsumpt. lib.* 6 *præsumpt.* 67. *num* 2. *& seqq. Card. de Luc. de Feud disc.* 90. *sub num* 5. *Adden. ad Ludovis. decis* 262. *num.* 17. ibi: *Non dicitur materia facultativa, quando præcedit titulus, quia tunc actus sequentes præsumuntur facti in vim tituli*

44 *præcedentis, ad exclusionem voluntarii actus, & Rot. decis* 866. *num* 3 *coram Coccin & decis.* 138. *num.* 22. *par.* 17. ibi: *Absque eo quòd*

quòd &c intret ponderatio materiæ facultativæ: stante titulo, de quo supra, in vim cujus omnes tumulationes sequentes factæ censetur, ut ad exclusionem actus voluntarii &c. Præcipuè, quando concurrit illorum multiplicitas, ex quibus facultativa qualitas prorsus excluditur, ex adductis *in decis. 522. num 17. & seqq. & decis. 522. num. 9. & seq. coram Bichio.*

Minus fundamentum fieri valet in decreto Auditoris Signat. Instit. diei 8. Martii 1700. quo mediante noluit remittere ad Curiam Episcopalem Narnien. instantiam promotam à Sacerdote Angeletto contra Franciscum Antonium Salvatum sed mandavit, illam terminandam esse à Gubernatore Terræ Stronconii.

Ex actis enim ejusdem Curiæ Stronconii, quæ fuerunt exhibita, patet, eundem Sacerdotem Angelettum citasse dict. Salvatum coram d. Gubernatore ob turbationem Confinium cujusdam predii, sibi nullatenus loco patrimonii assignati, sicque concurrere præventionem coram Judice Laico, idquè ad instantiam personæ Ecclesiasticæ, in cujus arbitrio erat quidem illum citare coram una, vel alia Curia, ad terminos nostræ Consuetudinis, non tamen, omnium Judiciorum ordine interverso, postquam illum coram uno Tribunali convenerat, citare coram alio, & coram priori Judice ab ipso electo, non ampliùs comparere; Et proindè meritò in dicto casu Signaturæ Justitiæ Auditor Causam à dicto Judice laico avocare noluit, illamque remittere ad Curiam Episcopalem Narnien. idque non ex defectu jurisdictionis, sed ex eo, quia præventum fuerat coram Judice laico ex operationibus, & facto ipsiusmet personæ Ecclesiasticæ.

Omnibus demùm, hucusque comprobatis, non contradicit *Text. in cap. Si Clericus Laicum de For compet.* ex quo desumitur communis illa regula, quod Actor sequi debeat forum Rei, Quia ille loquitur in casu, quo *Laicus* (sunt verba ejusdem Textus) *res ipsas, non Ecclesiæ, aut Clerici, sed suas proprias asseverat*, & proindè non applicatur in nostris terminis, in quibus sermo est de rebus, & juribus ad Ecclesias, & Loca pia innegabiliter spectantibus, ut quatuor distinguendo casus pro recta applicatione ejusdem *Textus*, observat ibidem *Fagn. num. 1.* asserens, communem regulam, quòd Actor sequi debeat forum Rei, veram esse, quando constat, *rem non esse Ecclesiæ, vel Clerici*, qui non est casus noster *& num. 5.* ibi: *Nota limitationem ejusdem regulæ, ut non procedat, quando Clericus agit contra Laicum pro rebus Ecclesiæ, vel suis &c. nam si Laicus id non negat, trahi potest à Clerico agente ad Judicem Ecclesiasticum, ut hic deciditur secundum omnes* Circa quod concordant in eodem *Text Abbat. num. 2. Butr num. 1. Imol. num. 2. & Alexand de Nev. num. 1. Petr. Barbos. in leg. Si quis aliena num. 140. ff. de Judic. Ripoll. variar. resol. cap. 1. de Jurisdict omn Judic. num. 238. & Dian. coordin. tom. 9. tract. 2. de Immunit resol. 280. num. 7.*

Ex quibus videtur recedendum à decisis dicta die 2. Maii 1713. quoad I. dubium Vel saltem, suspensa resolutione dict. I. dubii concernentis generalem inspectionem dictæ consuetudinis, ad hoc, ut in hac parte res in nostra Civitate, & Diœcesi in eo remaneant statu, in quo à sæculo, & ultra erant ante d. resolutionem, sequentia particularia dubia coram Secretario hinc indè respectivè concordata, favore nostræ Curiæ resolvere.

Dubium II. *An debitores Laici Societatis SS. Sacramenti, aliorumque Locorum Piorum Terræ Otriculi ex causa administrationis reddituum dict. Societatis, dictorumquè Locorum Piorum conventi in Curia Ecclesiastica, valeant declinare forum.*

Dubium hoc negativè resolvendum videtur, quia nimis clarè disponitur *in Sac. Concil Trident. sess. 22. de Reform. cap. 8. & 9.* ut Locorum piorum Administratores singulis annis rationem reddere teneantur Ordinariis, non obstantibus, consuetudinibus, etiam immemorabilibus, iidemque Ordinarii omnia ea, quæ ad Dei cultum, animarum salutem, seu pauperes substentandos instituta sunt, cognoscere, & exequi debeant: Si enim ejus forum iidem Administratores, & Debitores Locorum piorum declinare valerent, omninò frustratoria, & penitùs inutilis esset eadem facultas, ut de se patet, & advertunt *Barbos. de Potest Episcop. part. 3. allegat. 82. num 47. Ricc. part. 3. collect. 714. per tot. Baruf. in Torcul. Jur. resol. 28. num. 3. & Gratian decis. Marcb. 188. num 10. & seqq.* ubi latè *Scopp. in addit. à num. 22.*

Dubium III. *An dicti debitores ejusdem Societatis, dictorumque Locorum piorum ex causa censuum reservativorum, canonum emphiteuticorum, decimarum, legatorum piorum, adimplementi celebrationis missarum, anniversariorum, ac funeralium, conventi in dicta Curia Ecclesiastica, possint itidem declinare forum.*

Nulla indigere videtur discussione præsens dubium, ob individuales, & punctualissimas resolutiones hujus Sac. Congreg. in ipsissimis terminis, cum præcisis nostri dubii conceptas, relatas, & sequutas à *Ricc in Synops Decret hujus Sac. Congreg verb. Causar. cognitio quoad bona num. 1. 2. 3. 4. 5.* nempè in *Liparen. 26. Junii 1624. & in Signina 16. Decembris 1633. & in Casalen 24. Aprilis 1634. & in Sancti Marcii 9. Maii 1656.* quæ vim legis habent per ea, quæ notant *Fagnan. in cap. Quoniam à num. 2. de Constit. Pasqualig. quæst. moral. cent. 1. cap. 61. num. 4. & Rot. decis. 7. num. 3.* apud *Antonell. de Jurib. Cleric. & in Calagurit. Pontifical. 10. Novembris 1696. §. In præsenti coram Ursino.* Idemquè pluriès resolutum fuisse à Sac. Congreg. Concil. testatur *Monacell. in Formular. tom. 1. tit. 1 formul. 14. per tot.* Et quod magis est, in terminis Causæ, agitatæ contra Procuratorem Fiscalem Terræ Otriculi, habemus casum, ultimo loco decisum à Signatura Justitiæ, quæ ad instantiam Martini Sanctini contra eundem Procuratorem Fiscalem diebus 13. Septembris & 11. Decembris 1703 mandavit, per Curiam Ecclesiasticam Narnien. reducendum esse in pristinum quoddam foramen fontis, vulgo appellatur *del Pozzo*, effectu punctualiter subsequuto.

Dubium IV. *An dd. Debitores præfatæ Societatis, & Locorum piorum ex causa affictuum, pensionum Domorum, aut ex causa quorumcunquè reddituum dict. Societatis Locorumque piorum conventi, ut supra, declinare valeant forum.*

Dubium hoc paritèr negativè resolvendum, videtur ex illa, & convincenti ratione, quòd affictus bonorum Locorum piorum, pensiones domorum, & similes sunt fructus bonorum Ecclesiasticorum, qui veniunt etiam appellatione rei, pro qua Ecclesia convenire potest suos debitores laicos apud Ecclesiasticum Judicem, ex animadversis supra, unà cum aliis apud *Gabr. consf. 37. num. 10. vol. 1. del Ben. de Immun. Eccles. tom. 1. cap. 7. dub. 1. sect. 2 à num 9 de Marin resol. Jur. lib. 1. cap. 207. num 1. & 3. Baruf. in Torcul. Juris d. cit. resol 28. num. 16. Bellett. Disquis. Cleric. de Favor. Cleric real. part. 1. §. 5. num. 8 & 9.* ubi adducit bonam, & convincentem rationem, quòd cùm dicti fructus dependeant à rebus Ecclesiæ, idem de eis judicandum est, ac de ipsismet rebus, cùm dicantur partes fundi; Undè de eisdem idem jucandum est, ac de ipsismet rebus, cùm dicantur partes fundi; Undè de eisdem idem judicum est, ac de principali, ex adductis *in decis. 552. num. 6. coram Dunoz jun.*

Ex quo quotidiè in praxi videmus, quòd si quis injustè detinere vellet bona locata, seu res Locorum piorum, aut Clericorum, passim conveniantur coram Judice Ecclesiastico ex causa d. injustæ detentionis, quatenùs constet, rem esse Ecclesiæ, vel Clerici, cohærenter ad ea, quæ disponuntur *in can Si quis de potentibus 24. quæst. 3. cap Cùm sit generale cap. Conquestus de For compet.* Undè idem dicendum est de fructibus, qui sunt accessorii dictis bonis, seu rebus; Principalis enim, & accessorii eadem est natura, & judicium *cap. Accessorium de Regul jur in 6.* benè *Sperel decis. 68. num 5 Bellet. Disquis. Cleric. tit. de Favor Ceric. real. part. 1. §. 5. num 6. Maceraten resol. 48. num. 10* & meliùs *Ciarlin. controv. 52. num 19.* ibi: *Et sanè videtur clara Jurisdictio Ecclesiæ, quia, dato etiam, quod soli affictus peterentur à Clericis, vel ab Ecclesia, cùm tractetur de fructibus, seu pensionibus rei Ecclesiasticæ, vel Clerici, certiùs est, & juri magis consonum, & à plerisque Doctoribus receptum, & traditum, ut conductor laicus possit conveniri, & trahi ad Judicem Ecclesiasticum &c* ibique allegat pro hac opinione catervam Doctorum, & in fine concludit; *Ex quibus apparet, hanc esse practicatam, & magis communem Doctorum sententiam;* Quæ sententia, etiamsi aliquos haberet contradictores, utì favorabilis Ecclesiæ, & Ecclesiasticæ Immunitati, semper amplectenda, & sequenda esset, ex allegatis supra; Præcipuè in Terris Ecclesiæ, & in Statu Ecclesiastico.

Dub. V. *An iidem debitores conventi, ut supra ex causa fructuum censuum consignativorum, possit pariter declinare forum*

Negativa pariter resolutio hujus dubii inferri videtur ex iis, quæ supra probavimus quoad pensiones domorum, & affictus rerum seu bonnorum Locorum piorum; Et quòd illa locum habeant etiam quoad fructus censuum cõsignativorum, pro quibus debitor conveniri potest apud Judicem Ecclesiasticum, in puncto latè probat *Cortiad. decis. Catal. tom. 3. dec. 196. num 20.* ubi, nedum refert ita plurièss decisum, sed ampliat hanc conclusionem favore Locorum piorum, seu Ecclesiasticorum etiam ad eorum Arrendatarios, ut legere est *num. 8.* ibi: *Ut non solùm Ecclesia, vel Clericus possit convenire laicum cor. Judice Ecclesiastico pro [illegible] Canonis seu annui Census, vel Censualis, aut alterius præstationis si Ecclesia, vel Clericus est in possessione exigendi, & recipiendi cano.*

K 4 num

nem, seu annuum censum, aut censuale, vel aliam annuam præstationem, sed etiam ejus Arrendatarii, nam idem habent privilegium, quod Ecclesia, vel Clericus &c sic fuit in Catalaunia decisum &c. Et *decis.* 167. *num.* 4. magis explicat qualitatem quarundam pensionum, quæ in Cathalaunia, & Valentia nuncupantur *Violaria*, & sunt species censuum consignativorum, seu vitalitiorum, quæ per mortem violantur, ibi: *Violaria appellantur in Cathalaunia, & Valentia census consignativi, qui sunt ad vitam instituti, ab aliis vocantur census vitalitii &c.* Et pro hujusmodi pensionibus, seu fructibus violarii solide probat, quod in Cathalaunia possint Laici in Curia Ecclesiastica conveniri ab Ecclesia, vel Clerico, si est in possessione exigendi; Et concordant *Ripol. variar. resol. cap.* 1. *de Jur. omn Jud. num* 236. ibi: *Non solùm ipsi Clerici habent privilegium trahendi ad suum forum Ecclesiasticum suos censualistas, & reddituarios, verùm etiam, & Arrendatores prædictorum fructuum, quia Arrendatores fructuum Ecclesiasticorum habent idem privilegium,* referens ita decisum diebus 17. Martii 1563 & 16. Februarii 1570. *& Dian. coordin. tom.* 6. *tract.* 2. *de Immunit resol.* 289. *num.* 2.

67

68

Si igitur apud forenses Doctores, Ecclesiasticæ Immunitati non multùm favorabiles, tanquam vera, & inconcussa habetur hujusmodi conclusio trahendi Laicos ad Forum Ecclesiasticum pro causis Ecclesiarum, seu Locorum piorum, & etiam Clericorum, & ita servatur in praxi, meritò dicere possumus, quod nefas sit in casu nostro, & in Statu Ecclesiastico de hac competentia Jurisdictionis Fori Ecclesiastici dubitare, quod saltem sit in electione Administratorum coram Judice, sibi magis beneviso, Ecclesiastico, vel laicali, convenire debitores laicos, etiam pro hujusmodi Causis censuum consignativorum, & similium.

69

Addito, quòd hujusmodi facultas, & arbitrium summopere expedit Lociis piis; Quotiescumque enim possunt debitores trahi ad utrumque Forum, itaut conventi apud Ecclesiasticum Judicem, non valeant illius Forum declinare, facilior reddetur exactio redditutum dd. Locorum piorum, ex quo ibi recurrere poterunt Officiales, aliique Administratores bonorum Ecclesiarum, & Locorum piorum, ubi magis promptum, magisque expeditum, & minus dispendiosum sperant invenire Justitiæ complementum.

70

Dubium VI. *An, & in quibus casibus iidem debitores d Societatis, aliorumque Locorum piorum, conventi in Curia Ecclesiastica ex quocumque contractu, obligatione Camerali vallato possint declinare forum.*

71

Circa, VI. & ultimum dubium, respiciens contractus, obligatione Camerali vallatos, etiam de plano intrare videtur resolutio negativa ex sola lectura formulæ obligationis Cameralis, quam transcribunt *Galles. & Zacchias in fine eorum Commentariorum pag. mihi* 164 *&* 167. *impress Romæ anno* 1647. ubi, quòd contrahentes sub obligatione Camerali sese submittunt Jurisdictioni cujusvis Judicis Ecclesiastici, vel sæcularis, ibi: *Et omnium, & singularum aliarum Curiarum Ecclesiasticarum, & sæcularium, ubilibet constitutarum, Jurisdictionibus, coercitionibus, compulsionibus &c supposuit, submisit per quas Curias; & earum quamlibet, tam conjunctim, quàm divisim voluit, & expressè consensit, se, ac hæredes, & successores posse realitèr, & personalitèr cogi, compelli, adstringi, excommunicari,* & citatis antiquioribus observant *Sa vst. Tiber. in Prax. fol.* 491. *Panimol. dec* 12. *adnot.* 4. *n.* 2. *& Marchett. in Prax. Vicar cap.* 2. *tit.* 25 *post num.* 49. *pag mihi* 151.

72

73

Quotiès enim debitor fructuum census, seu vigore alterius contractus, cum instrumento, obligatione Camerali vallato, se submisit cuicumque foro, absque ulla hæsitatione potest coram Ecclesiastico Judice conveniri, ad notata per *Doctores in cap. Si diligenti, & in cap. Dilecti de For compet.* & observat *Sperel dicta decis.* 68. *num.* 31.

74

Et revera, si vigore obligationis Cameralis Tribunal A. C. trahit ad se quascumque causas, etiam in prima instantia, non obstante contraria dispositione S Concil. Trid. *in sess* 24. *cap.* 20. *de Reform.* non alia ratione, nisi quia debitor se obligando in forma Cameræ, se submitti Jurisdictioni ejusdem Tribunalis A. C. ut notant *Lancellot. de Attent. lib.* 1. *limit.* 15. *num.* 3. *Flores de Mes. variar. resol. lib.* 1. *quæst.* 22. *num.* 4. *Gratian. discept.* 118. *in fine Ricc. in Prax. part.* 1 *resol.* 322. *& Barbos. ad Concil sess* 24. *cap.* 20. *de Reform. num.* 5. *& de Potest. Episcop part.* 3 *allegat.* 81. *num* 116. nulla videtur assignabilis congrua disparitatis ratio, quare non poterunt Curiæ Episcopales, & Ecclesiesticæ causas Locorum piorum cognoscere vigore dicti consensus, præstiti per Contrahentem cum dicta obligatione in quemcumque Judicem, ex supra animadversis, & notant *Maceraten. resol.* 48. *num* 13. *& Antonell. de Loc legal. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 420.

75

76

Communis est etiam Doctorum opinio, quòd attento consensu possunt Causæ etiam inter merè laicos cognosci in Curia Ecclesiastica, ea ratione, quia Judicis Ecclesiastici jurisdictio prorogabilis est à laicis, ex cumulatis *per Panimol. decis.* 12. *anot.* 2. *num.* 47 *& seqq* Et propterea, cùm ex obligatione Camerali oriatur consensus laicorum contrahentium in jurisdictionem cujuscumque Curiæ, præter omne dubium dicti debitores, addentes forum foro vigore obligationis Cameralis, præventivè conventi in foro Ecclesiastico, nullatenus illud declinare possunt, attenta prorogatione d. Jurisdictionis, quæ fit expresse, quando quis se submittit Jurisdictioni alterius Judicis, ex adductis per *Cortiad decis.* 169. *num.* 3. *Guidop. decis.* 370. *Fermos. in cap Significasti* 18. *quæst.* 3 *num.* 1. *in fine de For compet & Carleval. de Jud. lib.* 1. *disp.* 2. *num.* 976. *in fine.*

77

78

Ad quem effectum non est necesse, ut talis consentiens expressè renunciet proprio foro, sed sat est, quod laicus contrahens se submittat jurisdictioni cujuscumque Judicis, absque tali renunciatione, ad hoc, ut possit conveniri coram Ecclesiastico, ut in specie advertunt *Cortiad dict. decis.* 168. *num.* 10. *& Mart. de Clauf. part.* 1. *clauf* 175. *num.* 1. *&* 2.

79

Præterea in Instrumentis censuum consignativorum, sive aliorum contractuum, obligatione Camerali vallatorum, apponi semper solet juramentum, cujus vigore, laicum effici de foro Ecclesiæ, juxta *text. in cap. Novit. de Jud. & cap. Cùm contingat de Jur.* solidè, & latè probat idem *Cortiad. decis.* 167. *num.* 1. *seqq.* ubi, quòd id verum quoque est, etiam si laicus ex nullo alio capite jurisdictioni Ecclesiastici Judicis se submitteret, & concordat *D. Gaspar. in Instit. Canon. lib.* 3. *cap.* 2 *num.* 15 *& seqq.*

80

Quid autem dicendum in casu nostro, in quo vigore obligationis Cameralis, juxta formulam supra adductam, expressè Jurisdictioni Judicis Ecclesiastici se submisit in specie, ut prosequitur idem *Cortiad. dict decis.* 167. *num.* 27. Ita ut omnibus unitim consideratis, nulla omnino in hac parte remanere videatur difficultas, ex huc usque animadversis, pro quo omnia Jura, omnesque congruentiæ clamant, *eo quia nimis durum est ea immutare, quæ longo temporis curriculo servata sunt,* juxta præcisa verba *Rotæ decis.* 212. *num.* 4. *part.* 17. *recent.*

81

Quæ omnia dicta sint, nè Episcopus in hac parte, vel de minima redargui possit negligentia in tuendis suæ Ecclesiæ Juribus, idque non ex aliquo vilis interesse motivo, eo quia res ad tale reductæ sunt extremum, ut necesse sit rogare, & obsecrare personas Ecclesiasticas ad acceptanda munera Vicariorum foraneorum, & Cancellariorum, sed ut divinus cultus ex deterioratione Locorum piorum detrimentum non patiatur, eo quia absque d. cta electione fori actum dici posset de exactione redditum dictorum Locorum piorum, ut in Relatione Episcopi reverenter insinuatur; Ut Episcopali Curiæ conserveiur jurisdictio illa, quam in ingressu ad suam Ecclesiam favore ab immemorabili tempore acquisitam invenit; Utquè eidem Episcopo opponi non possit id, quod sibi obiici posse timebat *Paul. Emil Sanctorius*, alter æquè doctus, ac diligens Prælatus in integro illo *Libro*, quem sub titulo *Historia Carbonensium* pro defensione Ecclesiastiæ Jurisdictionis in Urbe impressit anno 1601. his verbis: *Frustra de potestatibus sæcularibus quærimur, cùm telo ipsi nostro occidimur fol.* 164. Nevè demum verificetur in nostris terminis id, quod scriptum reliquit *Card. Baron. tom.* 9. *Annal. anno Christi* 801. ubi, quòd antiquis temporibus Episcopis dabatur jurisdictio, quæ eis de jure non competebat, *ex quo Causæ omnes, tum laicorum, tum Clericorum ad Judicem Ecclesiasticum deferebantur,* juxta præcisa verba, *Panimol. decis.* 12. *annot.* 2 *num.* 44. hodiè verò à sæcularibus præenditur tolli jurisdictio illa, quæ eis de Jure competit, *& Baronium* sequitur *Dian coordin. tom.* 9. *tract* 2. *de Immun. resol.* 282. *in fine.*

82

83

84

85

Die 26. Septembris 1713. in S C. I. per R P. D. Riccium Secretarium, propositis sequentibus dubiis, responsum fuit, ut infra.

86

I. *An sit standum, vel recedendum à decisi, dies 2. Maii* 713. (quando fuit dictum; *Non constare de prætensa consuetudine*) In decisis, & ampliùs Causa non proponatur.

87

II. *An debitores laici Societatis SS. Sacramenti aliorumque Locorum piorum Terræ Otriculi, ex causa administrationis redditum d. Societatis dd. Locorum piorum, conventi in Curia Ecclesiastica, valeant declinare Forum in casu &c* Negativè.

88

III. *An dd. debitores ejusdem Societatis, dictorumque Locorum piorum ex causa Censuum reservativorum, Canonum emphyteuticorum, Decimarum, Legatorum piorum Adimplementi celebrationis Missarum, Anniversariorum, ac Funeralium,* conven-

89

conventi in d. Curia Ecclesiastica, possint itidem declinare Forum in casu, &c. Negativè.

IV. *An dd. debitores præfatæ Societatis, & Locorum piorum ex causa affictuum, pensionum Domorum, aut ex causa quorumcumque reddituum dictæ Societatis, Locorumque piorum, conventi, ut supra, declinare valeant Forum in casu, &c.* Recurrant in casibus particularibus ad Judices suos. 90

V. *An iidem debitores conventi, ut supra, ex causa fructuum censuum consignativorum, possint pariter declinare Forum in casu &c.* Ut ad proximum. 91

VI. *An, & in quibus casibus iidem debitores d. Societatis, aliorumque Locorum piorum, conventi in Curia Ecclesiastica ex quocunque contractu, obligatione Camerali vallato, possint declinare Forum in casu, & ad effectum &c.* Ut ad proximum. 92

DISCEPTATIO XXXIV.

Melphien.

PRO

Episcopo Melphis.

CUM

Capitulo ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Desumitur ex sequentibus quinque dubiis.

I. *An ad Episcopum, vel potiùs ad Capitulum Ecclesiæ Cathedralis spectet onus providendi propriis sumptibus Sacristiæ, totique Ecclesiæ de omnibus supellectilibus, libris, ac paramentis necessariis, non obstante, quod Episcopus non percipiat quartam Canonicam?*

II *An emolumenta franchigiæ Farinæ, quibus fruuntur Ecclesiastici, possint poni sub sequestro?*

III. *An administratio hæreditatis, relictæ à bo me. Episcopo de Franchis, spectet ad Episcopum, vel ad Canonicos, in Testamento deputatos, & quid de fructibus, usq; adhuc perceptis?*

IV. *An, & quomodo sit moderandum Edictum, ab Episcopo emanatum sub die 2. Julii 1702. super habitu Clericorum?*

V. *An Episcopus possit convocare Capitulum in Palatio Episcopali, quando velit eidem interesse, &, ob aliquod legitimum impedimentum, nequeat accedere ad Aulam Capitularem?*

PRomota ex parte Capituli Cathedralis Ecclesiæ Melphiensis prætensione, ipsum non teneri ad providendum Sacristiæ de sacris supellectilibus pro celebratione Missarum, ac Legatorum, particulariter incumbentium eidem Capitulo, non destitit Episcopus pluries, semperque paternè monere Capitulares ad docendum de fundamento talis prætensionis; Cùm autem allegaverint quidem consuetudinem, sed nullum documentum exhibuerint, ad demonstrandam eandem consuetudinem, eosdem liberantem à dicto onere, quod ex infra adducendis, eidem Capitulo infixum est, in S. Visitatione coactus fuit idem Episcopus, inter alia decreta, ad divinum Cultum promovendum directa, suspendere usum illorum sacrorum Indumentorum, quæ ob eorum antiquitatem, & malum statum non ampliùs cum decore Ecclesiasticis functionibus inservire poterant, injungendo Capitulo, ut provideret de novis, ad dictum effectum adimplementi Legatorum particularium necessariis. 1

Ex hoc decreto occasionem sumpsit idem Capitulum recurrendi ad hanc S. C. eique diversa alia prætensa gravamina exponere, super quibus de more scriptum fuit eidem Episcopo pro Informatione, illaque ad Urbem perventa, & Capitularibus communicata, plura ex eisdem assertis gravaminibus statim detecta fuerunt insubsistentia, sive ex facti diversa narratione, sive ex ultroneis declarationibus in contrarium factis ab æquissimo Præsule, prorsus alieno à contentionibus cum suis Capitularibus; Concordata proindè fuerunt dicta quinque dubia dumtaxat. 2 3

Incipiendo autem à primo, præmittendum in facto est, quòd Episcopus, ex redditibus capitularibus, seu Fidelium oblationibus, quas exigit Capitulum, non percipit quartam illam partem, vel portionem canonicam, de quibus habemus *Textus in can. Decrevimus* 10. *quæst.* 1. *in can. Unio* 10. *quæst.* 3. *in can. Concesso in can. Quatuor in can. Vobis, & in can. De redditibus* 12. *quæst.* 2. demandantes, ex similibus obventionibus quatuor esse faciendas: *Quarum una sit Pontificis, altera Clericorum, tertia Pauperum, quarta Fabricis applicanda.* 4

Ex quibus assequimur, ipsum nullatenus teneri ad subministranda Sacristiæ, totique Ecclesiæ, ea, quæ in d. 1. dub. enumerantur; Intantùm enim in his casibus Episcopus obligatur ad dicta onera, in quantùm eosdem redditus percipit; Unde hac ratione, seu motivo cessante, ad id nullatenùs cogendus est, ut in terminis probat *Bellet. Disquis. Cleric. par.* 1. *tit. de Cler. debit.* §. 13. *num.* 15. ibi: *Suprascriptorum ea est ratio, nam cùm Episcopus, qui habet curam solus, habeat illius commodum, æquum est, ut etiam solus patiatur ejus incommodum, saltem quoad quartam, à canone deputatam, neque ferendum est, ut quis lucrum percipiat, & onus subire recuset.* Num. sequenti advertendo, ad id teneri Canonicos, vel ex superabundantibus redditibus suarum præbendarum, vel aliarum rerum Capituli, ea adducta ratione: *Quia Canonici ex ipsa Ecclesia, hoc est à suis præbendis, quæ ipsis Jure Ecclesiæ debentur, magnum commodum percipiunt; Equum ergo est, ut etiam onus Ecclesiæ sentire debeant.* 5 6

Quæ ratio fortiùs militat in nostro casu, in quo, nedum Canonici magnum sentiunt commodum ex suis præbendis, percipiendo nimirum aunuam summam ducat. centum, & ultra, & in franchigia Farinæ, importante alios annuos ducatos 18. ut ex Relatione Episcopi; Sed omnem percipiunt utilitatem ex dictis oblationibus Fidelium, quorum aliqui Missas annuas celebrandas eisdem reliquerunt cum eleemosyna carolenorum quinque pro qualibet, quæ eleemosyna vix in magnis Urbibus, & in hac ipsa, omnium aliarum Urbium Regina, invenitur, ut est omnibus notorium. In his autem casibus, habendam esse rationem hujusmodi eleemosynæ, consuetam excedentis, quando agitur d. expensis necessariis pro Missarum celebratione, ad rem advertit *Pasqualig. de Sacrific. nov. leg. quæst.* 1176. *num.* 3. & faciunt *Decreta S. C. C. de Celebrat. Missar.* impressa *post Constitut* 45. *Urbani VIII. ad* 7. *dub.* ubi in illis Ecclesiis, in quibus non adsunt certi redditus, permittitur, tales expensas desumi posse ex eleemosynis Missarum. 7 8

Cum hac Juris communis dispositione concordant Decreta, edita in Visitatione anno 1623. ab Episcopo Carafino, & anno 1653. à Vicario Apostolico Melano; Primus enim apertè demandavit Procuratori Capituli: *Ut antequam deveniat ad aliquam divisionem fructuum, seu emolumentorum dictæ massæ, seu portionis Capitularis provideat de duabus Casulis, seu Planetis, ut vocantur, di damasco, diversorum colorum &c. Item dicto Capitulo injungimus, ut provideat de Urceolis, Item de Missalibus &c.* Secundus verò, eandem obligationem præsupponens in Capitularibus, in descriptione Sacristiæ declaravit, invenisse omnes Dignitates, Canonicos, & participantes Capitulares in propriis, & distinctis arcis asservare *Superpelliceum, Albam, Cingulum, Purificatoria, Vela, Candelas, Intorstitia, & alia hujusmodi pro usu proprio in celebratione Missæ*, quæ hodiè etiam practicantur à Canonicis; Hujusmodi autem particularis custodia dictarum sacrarum Supellectilium sub clave, retenta à quolibet Canonico, sicut illorum dominium apertè comprobat, ex adductis per *Decium cons.* 25. *num.* 2. *Tiraquel. de Jur. Constit. par.* 2. *ampliat.* 3. *num.* 3. & 4. *Adden. ad Burat. dec.* 32. *num.* 7. & *Card. de Luc. de Servit. disc.* 98. *sub num.* 4. Ita per necessarium antecedens præsupponit, empta fuisse ab eisdem, qui illa sub clave retinent, juxta *Text. in leg. Clavibus Cod. de Contrah. empt. & in* §. *Item si quis Instit. de Rer. divis* cum aliis apud *Posth. de Manut. obser.* 22. *à n.* 5. *Mascard. de Prob. concl.* 1144. *à n.* 12. & *Card. de Luc. de Empt. disc.* 10. *n.* 6. 9 10 11 12

Augetur vis harum animadversionum ex duplici circumstantia; Prima, quia in iisdem sacris Indumentis nulla reperiuntur insignia antecessorum Episcoporum; Quod non concordat cum communi praxi totius Orbis; Vix enim reperitur Benefactor aliquis, piusquè Testator in similibus sacris Supellectilibus non apponens signum aliquod, vel insignia propria, ab Ecclesia permissa ad excitandam aliorum pietatem, & stimulum ad similia peragenda, ut, rem funditus examinando, observat eruditus *Anton. Stephan. Cartar. delle Armi Gentil lib.* 2. *ferè per tot.* & signanter ante finem ibi: *Ne sembra del tutto biasimevole questa consuetudine, mentre essendo le persone nobili così tutte in una sfera superiore alle altre deve da quelli prendere la norma, e l'esempio il rimanente del Mondo &c. E per animare in tal guisa li Posteri, e Successori loro all'imitazione di tali opere, e rendere in tal maniera glorificato appresso di tutti il nome dell'Altissimo.* 13

Secunda

Secunda verò, quia contemporaneè ad dictum decretum Episcopi Carafini ex confessione Canonicorum habemus, nedum fecisse Casulas, sed in eisdem apposuisse insignia Capituli, quæ ejus dominium superlativè probant *ad Text. in* 14 *leg. Stigmata Cod. de Fabricen. lib.* 11. *Menoch. de Præsumpt. lib.* 3. *præsumpt.* 64. *per tot.* ubi, quod sicuti nomina adinventa sunt ad res denotandas, ita, & insignia *Cevall. Opin. comm. contr. comm. qu.* 745. *n.* 5. & 6. ubi refert, & sequitur id quod legitur *Matth.* 22. 20. *Cujus est imago hæc, & superscriptio*, & *Rot. in Roman. Pecun* 7. *Junii* 1680. §. *Allegata cor. Alberg.* Et in præcisis terminis ad probandum dominium sup- 15 pellectilium sacrorum *Rot. in Constantien. Bonor.* 18. *Martii* 1560. impressa apud *Corrad in Prax. Dispens. lib.* 10. *c.* 1. *n.* 6. & resolvit S. Congr. Conc. *in Rom. Apposit. Insignium* 4. *Septemb.* 1703. *ad* 3. *dubium.*

Agnita fuit exadversò vis hujus animadversionis, & pro responsione asseritur, pecunias, ex quibus eædem Casulæ 16 comparatæ fuerunt, provenisse *dal danno, fatto nel Bosco del Capitolo da M. Brumano &c. quali denari, perche si trovavano quasi prepositi, se ne ferono dette Pianete sine beneplacito Capituli.*

Responsio autem non subsistit, Primò, quia verbum illud *sine* apparet visibiliter immutatum, & cancellatum, ex quo prius dicebat *Cum*, ut ex illius sola, & simplici recognitione, & visione est plusquam manifestum, & consequenter in tali vitiata Scriptura nullum fieri potest fundamentum, ad *Text. in cap. Inter dilectos de Fid. Instrum.* & *in capit. Licèt de Crimin. fals.* cum aliis *apud Farinac. qu.* 153. *num.* 186. & 17 *Rot dec.* 105. *num.* .. *cor. Priol.* Secundò, quia, quidquid sit de verificatione ejusdem enunciativæ, deque eodem prætenso damno, illato à dicto Episcopo in bonis Capituli, sive talis summa desumpta fuerit ex aliis redditibus ejusdem Capituli, sive ex dicto damno, ei illato provenerit, semper remanet innegabile, ad Capitulum spectasse, & pertinuisse, Cumque eandem erogaverit in emptionem dd. sacrorum Suppellectilium, remanet evidens, quod tale onus ad Capitulares pertinebat, ne dicamus voluisse de facili jactare id, quod ad eos spectabat contrà præsumptio- 18 nem *Textus in leg. Cùm de indebito, ff. de Probat.* & *in cap. fin. de Solut.* cum aliis apud *Rot. dec.* 18. *num.* 7. *cor. Priol.*

His additur uniformis observantia quatuor antecessorum Episcoporum, quorum nullus comparavit Indumenta aliqua sacra pro particulari usu nostri Cleri; Non est autem 19 verisimile, nec quòd dicto tempore necessitas aliqua non adfuerit eadem comparandi, nec quod concordi animo in hac parte eorum obligationes non adimpleverint *Text. in leg. Mitio, ff. pro Soc.* & animadversa per *Parif. de Resign. Benefic. lib.* 14. *q.* 7. *à n* 55.

Quæ observantia communis est aliis vicinis Episcopatibus, in quibus concurrit illa specialissima circumstantia, quæ in nostro casu non verificatur, quòd Episcopi ex o- 20 mnibus Fidelium oblationibus, piisque legatis, habent quartam canonicam; Ex consuetudine autem vicinorum Locorum, & Diœcesium valida desumitur interpretatio ad nostrum effectum, ut observat *Card. de Luc de Feud disc* 51. *n.* 7. & firmavit *Rot. dec.* 9. *n* 30. & 32. *apud Paitel. Exp. Civil.*

Dixi *pro particulari usu Cleri*, quia circa alia Paramenta, concernentia Pontificale, ac subministrationem Ceræ pro 21 celebratione divinorum Officiorum, ac Missarum solemnium, nedum antecessores Episcopi suas adimpleverunt partes, sed testibus ipsismet Canonicis, idem modernus Episcopus *ha speso migliara di docati in Paramenti, che concernono il Pontificale, cioe Pluviali, Pianete, Dalmatiche, Tunicelle di diversi colori, e Drappi di seta, la maggior parte de quali sono guarniti tessuti e ricamati con oro, & argento.*

Ex qua commendabili, magnaque liberalitate erga suam Sponsam, aliud desumitur validum argumentum, exclusivum obligationis circa alia Suppellectilia pro particulari usu Cleri; Quia non est verisimile, quòd voluisset in hac 22 parte abundare, ut ita dicam, in superfluis, & in alia deficere in necessariis; Præcipuè sola pietate, & innata generositate ipsum impellentibus circa eandem spontaneam beneficentiam, & circa necessaria, importunè nimis urgentibus Canonicis; Nisi dicamus eosdem Canonicos ex hac ipsa liberalitate, & amore, erga suam Sponsam motivum desumpsisse, se subtrahendi ab onere providendi Sacristiæ, ipsis incumbente; Atque hoc modo cum fixo, & perpetuo præjudicio omnium Successorum in Episcopatu, se ipsos liberando ab eadem propria, & particulari obliga- 23 tione agnita, & pro veritate clare expressa à duodecim ex numero eorundem Canonicorum in attestatione, in Secretaria exhibita.

Tantùm autem abest, quòd præmissis adversetur Conclusio antiquorum Capitularium, se declarantium, velle recurrere ad Superiores à d. decreto Episcopi Carafini; Quin potiùs retorquetur ad hominem, quia inter tot strepitus appellationum, & tot vociferationes recursuum, nec minima exhibetur justificatio circa revocationem, vel moderationem ejusdem decreti; Signum evidens, quòd eos deinde pœnituerit, Conclusionem ad effectum perducere, vel quòd 24 in judicio appellationis succubuerint, sicque potiùs præsumendum est confirmatum, quàm revocatum, vel in minimo immutatum, ex animadversis per *Rot. dec.* 275. *num.* 9. *par* 7. *rec* & *cor. Seraph. dec.* 1469. *num.* 15. ibi: *Postremò non obstat asserta lis super unione, quia omissa nullitate examinis satis est quòd Lubrenses nihil obtinuerint, quo casu illæ molestiæ, quatenus probarentur, non interrumpunt cursum temporis, & præsumptionem, ex eo resultantem*, & *dec.* 105. *n.* 9. & 10. *par.* 17. *rec* cum aliis, allegatis infra *par.* 2. *discep.* 7. *n.* 59.

Attestatio Jo: Stellæ non meretur aliquam fidem: Primò, quia in Tribunali A.C. item substinuit in gradu recursus cum nostra Curia, & consequenter adversus Collitigantem nihil probat, per ea, quæ observant *Natt. cons.* 161. *num.* 16. *lib.* 1. *Caren. de Offic. Inquis. par.* 3. *tit.* 5. *num.* 46. *Farinac. de* 25 *Testib. quæst.* 56. *num.* 167. & *seq* & *Conciol. resolut. Crimin. verb. Testis quoad personas resol.* 11. *num.* 1. Secundò, quia non loquitur, tanquam testis, sed utì Judex, asserendo circa finem, Capitulum non esse obligatum ad expensas de quibus agimus vigore antiquarum consuetudinum; Testes enim ad hoc, ut probent, debent esse contenti simpliciter testari ea, quæ in facto sciunt, intactam relinquendo Judicibus faculta- 26 tem judicandi, juxta firmata per *Rot dec.* 829. *num* 8. *coram Dunoz. jun.* & *decis.* 1015. *num* 7 *cor. Emer jun.* & *dec.* 544. *num.* 5. *par* 18 *recent.* Tertiò demum, quia ejus dictum opponitur, nedum Juris dispositioni, decretis Episcopi Carafini, & Vicarii Apostolici, sed multis aliis testibus, asserentibus contrarium; Quibus proinde major debetur fides, sive consideretur illorum qualitas, sive numerus, sive demum uniformitas cum dicta dispositione Juris communis, & cùm decretis, factis in Visitatione, per ea, quæ adver- 27 tunt communiter DD. *in cap. Licèt causam* § *Ex præmissis de Probat.* & firmavit *Rot coram Merl dec.* 70. *n.* 13. & *cor. Cels. dec* 285. *n* 2. & *cor. Priol. dec.* 206. *n* 9. & *in par.* 18. *rec. dec.* 538. *n.* 16. & 17.

Eademque responsione insubsistens pariter detegitur alia similis attestatio Antonii Vergaræ, qui fuit deputatus Exactor fructuum nostræ Mensæ Episcopalis, vacante Sede; Iste enim, ac si esset in hac parte deputatus Judex asserit: *Mi costò essere tenuti li Vescovi*; Meliùs enim fecisset indicare 28 Canonicis Justificationes illas, ex quibus hoc ei constitisse asserit, quàm velle, ut ei in hac parte adhibeatur fides, non tanquam testi, sed utì Judici, absque ulla indicatione jurium, à quibus ad ita credendam motus fuit. Ultra quod respectu hujus Exactoris verificatur adagium illud, relatum *à Rot. in Rom. Falcidiæ* 25. *Junii* 1685. § *Transeuntes cor. Hervault* quòd scilicet, sicuti Peritis in æstimandis alienis re- 29 bus non dolet caput, ita Exactoribus in solvendis aliorum debitis non dolet bursa, quam potiùs implere procuravit: *con le sue giornate da Commissario*, ut in nostra Civitate notoriū est.

Majori exorbitantia laborant dicta aliarum testium, qui prætenduntur examinati anno 1653. à Vicario Apostolico 30 Melphien. (de cujus tamen proprio interesse non agebatur.) Tres enim priores, nempè Julius Cæsar Populus, Franciscus Granatus, & Augustinus Mongellus, Sarcinatores vestiamentarii nostræ Civitatis, ac si fuissent Administratores redditum nostræ Mensæ, vel illius Depositarii, inaudita inverisimilitudine asserunt, eorum laboreria fuisse ipsis soluta: *a spese della Mensa*; Undè verò hoc deducant, nec ipsi aperiunt, nec nos divinare possumus Quartus nempè Julius Vacchianus, qui se nominat Magistrum Domus Episcopi Brancifortis, postquam utì Judex pluries pronunciavit, quòd onus providendi Sacristiam de sacris Suppellectilibus *ha aspettato sempre, e spetta per consuetudine* Episcopis Melphien non contentus multa asseruisse, vel affe- 31 ctata nimis, vel æquè inverisimilia de factis sui Domini, eo pervenit, ut testatus etiam fuerit de ejus cogitationibus, & desideriis, soli Deo notis, & cui reservatum est de illis dijudicare; Eisdemque ferè defectibus, & exceptionibus laborat depositio quinti Testis. Francisci Candioli Parochi, qui asserit, se fuisse Secretarium, & Cappellanum Episcopi de la Marra.

Vagæ illæ conjecturæ, quæ leguntur in monumentis aliquorum antecessorum Episcoporum: *Sacristiam paramentis auxit. suppellectili ecclesiastica satis abundè ditavit*, non- nulla

nulla paramenta ecclesiastica Sacristiæ reliquit &c. congruè referri possunt, vel ad illa paramenta, quæ concernunt Pontificale, vel intelligenda sunt facta ex devotione, & liberalitate, ex quibus actibus non potest hodiè prætendi coactio, ut probant *Pontan de Spol. lib. 2. cap. 16. n. 166. Pacific. de Salv. inspect. 1. cap. 6. num. 30. & Posth. de Manut. observat. 53. à n. 1.* Proindeque in his generalibus enunciativis nullum fieri potest fundamentum, quia probatio debet per necesse concludere id, de quo quæritur, aliàs in nulla consideratione habetur, juxta doctrinam *Castr. in l. penult. §. Docere n. 4. ff. Ne quis cum eo, Dec. cons. 37. n. 9. & Rot. dec. 318. n. 9. & dec. 395. eod. n. cor. Cels.*

Eademquè responsione tollitur animadversio innixa illi notulæ, cui nomen Instructionis exadverso attribuitur, cum supposito, quòd fuerit data ab hac S. C. Vicar. Apostolico Melphien. absque ulla tamen authentica justificatione; Verba enim illa: *Poichè Monsig. Vescovo ha ordinato a' suoi Procuratori, che provedano la Sacristia &c. solleciti V. S. li sudetti Ministri, acciò non manchino*, nedùm æquè benè referri possunt ad obligationem Episcopi circa concernentia Pontificalia, ac Missam conventualem, quam Episcopus non controvertit, sed ad illa referri debent, tanquam ad causam necessariam, & obligationem, absque dubio præxistentem, ad *Text. in leg. Emptor, §. Lucius ff. de Pact. & in leg. Si ita quis ff. de Verb. oblig.* & animadversa per *Natt. cons. 546. n. 10. & seqq. Surd cons. 431. n. 74. & Rot. 846. n. 12. cor. Dunoz. jun.*

In universum denique pro omnium supradictorum confutatione supplicamus observare, quod in substantia omnis contrarius conatus pro se eximendo ab oneribus, de quibus in 1. dub. innititur prætensæ immemorabili consuetudini; Si autem communiter observant Doctores istam excludi, nedum ab unico actu, sed à solo, & simplici rumore in contrarium, ex adductis *in Tom. 1. par. 2. disc. 14. num. 17.* Quantò magis exclusa dici debet in nostris terminis ex dictis relevantissimis probationibus, præcipuè simul unitis, & inter alia, fundatis in duobus decretis factis, in Visitatione, in depositionibus testium, quamcumque consuetudinem destruentium, & in incontrovertibili facto quatuor antecessorum Episcoporum, ex animadversis, *in Tom. 1. par. 2. disc. 21. n. 70.*

Pro faciliori resolutione 2. dub. ex *Pignatel. consult. 51. tom. 1.* & ex *Card. de Luc. de Regalib. disc. 54. & in Miscel. Eccles. disc. 3. & disc. 5.* præmittendum est in facto, quòd in aliquibus Civitatibus Regni Neapolitani, in quibus pro Gabella moliture frumenti solvitur certa quantitas pecuniarum, ex concordia, inita cum Regiis Ministris, & approbata ad sensum *Pignatelli*, ubi supra, per Honorium IV. sive ab aliis Summis Pontificibus, Ecclesiastici pro determinata quantitate mensuræ frumenti, quod ad proprium usum moliri faciunt, sunt à tali solutione Gabellæ immunes, & hęc immunitas appellari solet *Franchigia*; Quando iidem ecclesiastici moliri faciunt totam quantitatem, eis assignatam, res de plano procedit, quando verò in sola parte, vel nullo modo faciunt frumentum moliri, solvitur eis in pecunia, vel pro parte, vel integraliter, si nihil moliri faciunt vel ab ipsis Gabellariis, vel ab aliis emptoribus earundem franchigiarum, ut signanter practicatum fuit tempore Vicariatus Canonici de Cavalleriis, qui modò in hac lite, & Curia partes Capituli contra Episcopus acerrimè promovet. II. Est præmittendum, credita illa, seu causas, pro quibus sub sequestro poni solent eædem Franchigiæ, esse in omnibus justificata, & certas, itaut nullum dubium cadat circa ipsorum realitatem, vel insubsistentiam.

Quibus præmissis, affirmativa resolutio hujus dubii ex eo facillimè desumitur quod si eædem Franchigiæ possunt indistinctè vendi à Clericis, ut advertit *Card. de Luc. de Regalib. disc. 54. num 3. & in Miscel. Eccles. disc. 3. numer. 9. & disc. 5. num 6.* Atque in nostra Civitate quotidiè practicatur Multò magis sequestrari poterunt, Venditio enim est actus distractionis perfectus, & completus, dominii indubitanter translativus, juxtà notissima Jura, de quibus apud *Grat. discept. 22. num. 1. Bonden. collect. legal. 5. num. 13. lib. 2. & Ansald. de Commerc. disc. 94. nu. 12.* Non sic autem sequestratio, quæ non privat, neque dominio, neque possessione, eo quia Sequestratarius possidere dicitur nomine illius, qui sequestrum passus fuit *leg. Interesse puto Cod. de Acquir possess. Posth. de Manut. observ. 52. num. 6. & seqq. & Rot dec. 96. n. 12. cor. Priol.* Unde, si quod majus est conceditur circa franchigias, non debet, quod minus est denegari *leg. Marcellus ff. de Donat. caus. mort. & cap. Non debet de Regul Jur. in 6.* Minus enim semper in esse dicitur in eo, quòd plus est *l. In eo ff. de Reg. Jur.* & si licitus, ac permissus est finis, tale erit etiam medium, per quod ad finem devenitur, *Rot. in Rom. seù Sarzanen. Immission. 4. Julii 1698. §. Verùm cor. Card. Priol.*

Absque eo, quòd in minima parte, vel uno apice lædatur ecclesiastica Immunitas, quia non dicitur sequestrari Jus Immunitatis, quod est privilegium personale, & cui in Ordinis præjudicium, neque ipse Clericus potest renunciare, & præjudicare, ex adductis per *Grass. de Effect. Cleric. effect. 1. num. 1. & seq. Pesant. de Immunit. Eccl. disp. 2. per tot. Duard. in Bull. Cœn. lib. 2. can. 14. quæst. 11. num. 2. Antonel. de Jurib. Cleric. lib. 1. quæst. 1. cap. 1. numer. 1. & Card. de Luc. in Miscel. Eccles. disc. 10. n. 22.* Sed sequestrum cadere dicitur super illa pecuniarum quantitate, quæ uti effectus omnino distinctus, & separatus, provenit à dicto Jure Immunitatis, & exemptionis, eo modo, quo passim videmus sequestrari, & exequutioni subiici fructus ipsorum Patrimoniorum, Beneficiorum, & Pensionum, reservatarum ad favorem Clericorum, absque ullo minimo præjudicio Immunitatis ecclesiasticæ, & privilegiorum, Ordini Clericorum concessorum, ut videre est apud *Guttier. de Contract. jurat par. 1. cap. 17. num. 4. de Grass. de Effect. Cleric. effect. 7. n. 1. & 2. & Antonel. de Jurib. Cleric. libr. 1. par. 2. c. 15. n. 51.*

In qua etiam parte commendatione potiùs videtur, & laude dignus zelus Episcopi erga eandem Immunitatem, qui ad evitandum abusum, ab ipsismet Gabellariis introductum patientibus, & consentientibus Ecclesiasticis, sibi ipsis appropriandi easdem franchigias in computum suorum creditorum, deputavit personam Ecclesiasticam ad dictum effectum, & ad hoc, ut omnia ritè, & sincerè se habeant, idem Deputatus invigilat, ne eisdem Ecclesiasticis aliquod, vel minimum inferatur præjudicium, ut videre est in ejus Relatione.

Sequitur 3. dub. circa quod præmittimus, Episcopum de Franchis in ultimo, sub quo decessit testamento in exequutionem Constit. 23. Innoc. XII. generaliter disposuisse de omnibus suis Bonis ad favorem suæ Ecclesiæ Cathedralis, inter quæ Bona reperitur Vinea, ab ipso comparata tempore sui Præsulatus, pro cujus testamentariæ dispositionis exequutione quatuor nominavit Canonicos, qui ad eorum libitum, ad favorem tamen dictæ Ecclesiæ, de iisdem Bonis possent disponere.

Hæc dispositio duas habet partes; Prima consonat cum dicta Bulla, quia per illam tribuitur Episcopis Regni Neapolitani facultas disponendi ad favorem Ecclesiarum, ut in § 5. In secunda verò parte concernente Exequutores, & administrationem ejusdem hæreditatis, necnon designationem usus, faciendam à dictis, Canonicis, in quem applicari debent, ab ea discordat, quia in §. 6 non facta designatione ab Episcopo disponente, eadem Constitutio mandat, illam esse faciendam ab Episcopis successoribus, cum scientia, & consilio suorum Capitularium. Igitur illa non potest fieri à Canonicis, ab Episcopo deputatis in testamento, contra dispositionem ejusdem Bullæ, pro cujus punctuali exequutione respondendum videtur.

Fructus autem usque adhuc perceptos, idem Episcopus indicavit Capitulo posse erogari in pavimentum Ecclesiæ Cathedralis; Circa personam verò, quæ in futurum fructus ejusdem Vineæ erogare debeat in pios usus, ut supra declarandos dat Episcopus manus, ut illa specialitèr ad dictum effectum deputetur, atque ita omnia in hac parte exequutioni demandentur, non ad libitum Exequutorum, sed juxta dispositionum Bullæ, quæ id remisit prudenti arbitrio Successorum in Episcopatibus, quod est etiam de Jure, secundum, quod Episcopi dicuntur primi Exequutores omnium piarum dispositionum, & ultimarum voluntatum, ut advertit *Card. de Luc. in Relat. Cur. forens. disc. 20. n. 8.* ac Administratores Bonorum Ecclesiæ aliorumque piorum Locorum.

Edictum Generale, de quo habetur mentio in 4. dub. nihil aliud continet, quàm exequutionem sacrorum Canonum, allegatorum à *Glos. in can. Nullus verb. Stolis 21. qu. 4. Sac. Conc. Trid in sess. 14. de Reform cap. 6. & sess. 23 de Reform cap. 6. & 17. Constit. 92 Sixti V.* & novissimarum Ordinationum Innoc. XII. Cum hoc tamen moderamine, quod illud observetur pro eo tantùm tempore, quo Ecclesiastici, vel Sacra peragunt, vel ad illa peragenda accedunt, ut Relatione Episcopi, ubi ulteriùs subdit: *Per altro il clima basta à dire, che sia nella falda d'un Colle, vicino la Puglia, Paese temperatissimo &c. da che si vede, che non è così orrido il clima, come si descrive, anzi molto piacevole, e temperato.*

Non

Non applicantur igitur nostris terminis descriptiones illæ horiditatis frigorum, & climatis, exadverso exagerati, qua- 52 les vix experiuntur in Mare Almachio, in Nova Zemla, in ultima Thule, vel in Oris septentrionalibus, & consequenter confirmandum potiùs videtur, quàm moderandum idem Edictum, laudandusque zelus Episcopi, tam circa illius promulgationem, quàm restrictionem ad tempus Sacrificiorum, vel divinorum Officiorum, ut advertit *Castald. in Prax. Cærem. lib. 2. sect. 1. cap. 8. n. 1.* ibi: *Quod si semper,* 53 *& unique observari debeat, tunc maximè decet, cùm ad Ecclesiam ad Divina Mysteria celebranda accedunt.* Quidquid dicendum sit ex gratia, justa accedente causa, juxta resolutionem S.C.C. *in Larinen. Jurisd. 18. Jan. 1695. ad 2. dub.* ibi: *Ex gratia non esse molestandum*: Et agebatur de Clerico, contraveniente Edicto Episcopi circa gestationem habitus talaris.

Demum pro faciliori resolutione 5. dub. supplicamus observare, quod Episcopus non prætendit intervenire Capitulis, quando in illis agitur de aliquo ipsius particulari interesse, sed solùm, quando ibidem tractatur de rebus, ad 54 Ecclesiam spectantibus, in quibus casibus, nedùm potest, sed tenetur eisdem intervenire, illiusque votum magni ponderis est, juxta celebrem *Glos.* loquentem in debilioribus terminis *in can. In Canonicis verbo Plures distinct. 19.* quam sequuntur *Abb. in cap. Postulasti n. 14. de Concess. Præben. Pirhing. in Jus Canon. lib. 1. tit. 6. sect. 4. sub n. 183. Barbos. de Canon. c. 57. num. 6. & collect. 131. num. 10.* ubi refert resolutionem S. C. C. *sub die 2. Martii 1619. & Vener. in Exam. Episc. lib. 4. c. 19. n. 30. & 31.* Cùm autem possit dari casus 55 legitimi ipsius impedimenti, puta infirmitatis vel similis, nescimus videre, quare in istis terminis renuant Canonici practicare cum eodem moderno Episc. id, quod practicarunt cum suis Prædecessoribus: Præcipuè quia Palatium Episcopale foré contiguum est cum Aula illa, in qua solet Capitulum congregari.

Adversus autem solidas probationes, ex hac parte addu- 56 ctas quoad 1. dub. nescimus videre ubi fundetur immemorabilis consuetudo exadverso allegata, quia consuetudo, resistens legi, non solùm est alleganda, sed concludenter probanda imò canonizanda, præsertim, si non probetur cum 57 notoriis requisitis celebris *Glos in c. 1. verb. Memoria de Præscript. in 6.*

Tantùm autem abest, quòd probetur hæc consuetudo, quin potiùs demonstremus contrarium, quia, aut ista prætenditur habere initium antè annum 1623. vel postea: 58 Si antea, prout prætenditur ex quadam Instructione S. Congr. anno 1593. directa Vic. Apostolico illius temporis, ex ea non probatur intentum, tum quia talis scriptura est informis, & non autographa. Tum etiam, quia in ea aliud non continetur, quàm ut ipse Vicarius sollicitet Ministros 59 Episcopi ad providendum de necessariis Sacristiæ, & Ecclesiæ cultum divinum concernentibus, quæ verba cùm sint generalia, non possunt intelligi, nisi de his, quæ incumbunt Episcopo circa Pontificalia, & missam Conventualem oriturq; talis præsumptio ex ordine; priùs dato ab eodem Episcopo, ut cantat dicta Instructio, qui nunquam præsu- 60 men. est aliter mandasse, quàm ut minus sibi præjudicet, & ad sensum Juris, disponentis Episcopos non teneri quando non exigunt quartam Canonicam. Tum demum, quia constat Canonicos ante dictum annum 1623. fecisse suppellectilia, & eorum insignia in eisdem apposuisse.

Ex quibus omnibus nulla videtur existere favore eorundem consuetudo immemorabilis. Sed data hypothesi, quod 61 adfuisset, hæc fuit nihilominùs interrupta à solemni decreto Episcopi Carafini, attento quod ad interrumpendam quamcumque consuetudinem actus longè minus solemnis, imò solus rumor in contrarium sufficeret ex allegatis supra *n. 36.*

Nec replicetur, Capitulares ab hoc decreto reclamasse, seù veriùs determinasse recurrere ad Superiores, quia re- 62 clamatio non est modus tollendi subsistentiam decretorum, illaque revocandi, sed deberet exadverso afferri authenticum documentum, revocatorium ejusdem decreti, quòd cum non adducatur, potiùs præsumen. est, fuisse confirmatum, vel asserta reclamatio, aut non intentata, aut non prosequuta.

63 Vel prætenditur immemorabilis post dictum annum 1623 Et ultra, quòd etiam post dictum tempus illa fuisset interrupta per aliud decretum anni 1653. & depositiones testium, ex hac parte in contrarium adductorum; Dicimus, 64 implicare in terminis, quòd detur immemorabilis, quando de illius initio constat ex adductis *in Tom. 1. par. 2. discept. 28. n. 14.*

In decreto autem hujus Sacr. Congreg. anni 1676. ubi apparent relicta à Pensionariis favore Episcopi emolumenta Nativitatis Domini, vulgò *la strena*, cum onere providen- 65 di de rebus necessariis, nec potest similiter fieri fundamentum, nedùm quia congruè verificari potest, & intell. ligen. est de illis sacris indumentis, quæ respiciunt Pontificalia, vel servitium Altaris majoris circa Missam con- 66 ventualem, quæquè Episcopus non impugnat facere ex redditibus suæ mensæ; Sed etiam, quia tale decretum non est decisivum articuli, de quo agitur, sed solùm, ut provideret Ecclesiis Rapellen. & Melphien. ut moris est, non indi- viduando morem, aut consuetudinem.

Quibus non obstat *dec. in Roman Juris administr. 4. Junii 1696. cor. Molines*, sed potiùs retorquetur; Quia in *§. Non* 67 *subsistente*, sequitur resolutionem S. C. C. anni 1628. in qua dictum fuit, decreta emanata tempore Urbani VIII. & prohibentia aliquid desumi ab eleemosynis missarum pro expensis Sacristiæ intelligenda esse de illis eleemosynis, quæ in dies præstantur à fidelibus pro dd. missis, non autem applicanda esse oneribus perpetuis, & fixis, circa quæ in 68 *seq. dec. 27. Novemb. 1697. cor Ursin in §. Prout,* in specie determinat quantitatem, quæ ad dictum effectum desumi potest ad favorem Sacristiæ, nempè unus obulus pro qualibet missa.

Minùs ad hanc obligationem inducen. applicantur authoritates exadverso cumulatæ; Illarum siquidem lectura 69 demonstrat, quòd omnes loquuntur, vel quando Episcopus habet quartam Canonicam de omnibus Fidelium oblationibus, & piis legatis, vel respectu Ecclesiæ Cathedralis, seù illorum Paramentorum, quæ concernunt servitium Altaris majoris circa missam conventualem; Vel demùm in concernentibus Pontificalia, circa quæ nulla adest in præsenti difficultas, nec illa detrectat facere Episcopus ex propriis redditibus. Dubium enim versatur circa sacra indumenta, ceram, & alia necessaria pro adimplemento illorum particularium relictorum, quorum totum commo- 70 dum spectat ad Canonicos. Quorum proinde respectu congruum videtur, ut ad eosdem pariter incommodum spectet juxta regulam, quam in his terminis exornat *Bellet. Disquis. Cleric. par. 1. tit. de Cleric. debitor. §. 13. n. 15.*

Exclusa ex his obligatione Episcopi secundum Juris censuram, non benè axagerantur redditus ipsius Mensæ absque ulla facti assistentia, & probatione; Quia, aut provisio 71 Suppellectilium prætenditur ex motivo justitiæ, aut æquitatis; Si ex justitia, viden. est de Jure, ad quem tale onus spectet, seclusa quavis quantitate fructuum Mensæ Episcopalis; Si ex æquitate, credimus meliùs esse eum practicare cum pauperibus indigentibus, quàm permittere, ut 72 Canonici magis impinguentur, & oneris sui prorsus oblivis cantur, retinendo pro se ipsis illam portionem suorum redituum, quam impendere tenentur pro servitio Sacristiæ circa adimplementum particularium Legatorum, cùm perpetuo præjudicio Successorum Episcoporum.

Circa 2. dub. concernens emolumenta franchigiæ farinæ, non controvertitur exadverso, illas posse vendi, imò de 73 facto quotidiè ad praxim reduci; Igitur nulla adest difficultas, quod possint sequestrari, ea enim, quæ possunt vendi, multò fortiùs possunt sequestrari, ex adductis supra *nu.* 40. Velle autem in hac parte regulas præscribere Judicibus, vel creditoribus, ut exadverso prætenditur, quod priùs fa- 74 ciant sequestrum super una, quàm alia re, & potiùs circa unam, quàm aliam speciem bonorum, Creditori obligatorum opponitur omnibus Juris principiis.

Quoad 3. dub. concernens administrationem hæreditatis Episcopi de Franchis, supplicamus reflectere, quod Innoc. XII. volens consulere necessitatibus Ecclesiarum Cathedra- 75 lium Regni Neapolis, mandavit in ejus Bulla, quæ incipit: *Inscrutabili*, in ejus *Bull. la* 23. ut bona, quæ adinvenirentur in morte Episcopi, & quæ ad R. C. A. spectarent, non deberent in futurum incamerari, sed applicari, & converti debere in favorem, & utilitatem dd. Cathedralium, juxta usum, ab Episcopo defuncto designatum, cùm hac lege, *Quod* 76 *si Episcopi, & Prælati ad hujusmodi designationem, seù dispositionem devenire noluerint, vel nequiverint, adhuc præmissa omnia, & singula ad dd. Ecclesias, ut præfertur similitèr spectare & ad favorem, seu in beneficium, usum, & utilitatem earundem Ecclesiarum prudenti Archiepiscoporum, & Prælatorum hujusmodi Successorum arbitrio cum suorum Capitularium scientia & consilio convertenda, applicanda, & eroganda esse volumus, & mandamus, ut disponitur in §. 8.*

Si igitur Episcopus de Franchis non designavit d. usum, hic relinquendus erat arbitrio Episcopi successoris, nec de- 77 functus

functus poterat devenire ad nominationem 4. Canonicorum in Exequutores, qui ad sui libitum disponerent in favorem Ecclesiæ, quia hæc facultas non conceditur in d. Bulla, & consequentèr cum nulla habenda sit ratio dd. Exequutorum ex defectu potestatis in d. Episcopo de Franchis, procedendum est in hac parte secundum Juris communis dispositionem, quod Episcopis committit omnium bonorum suæ Ec-
78 clesiæ administrationem, ut legitur in *clem. Quia contingit de Religios. domib* ibi: *Per se ipsos, vel alios impleant*, & *in Conc. Trid. Jess. 22. de Reform. cap. 8.* ubi *Barbos. n. 6.* innumeros allegat concordantes, & *Panimoll. dec. 12. adnot. 6. nu. 8.* & resolvit S. C. C. *in Cursolen. 28. Augusti* 1638. relata *à Pignatell. consult. 128. n. 4. to 9.* ibi: *Et in simili, quando agitur in Capitulo de electione Officialium pro administrandis, seu colligendis rebus, in quibus Episcopus, & Pauperes habent interesse, non possit fieri absq; scientia, & interventu Episcopi, respondit eadem S. Cong. &c.* Et clarius ex verbis illis *Innoc. Const. §. 8.* ibi: *Cum suorum Capitularium consilio, & scientia*, ex qui-
79 bus infertur, illis solùm relicta fuisse scientiam, & consilium; Cætera autem confisa, & remissa fuisse prudenti Episcoporum successorum arbitrio.

Ad cujus præcisos terminos nihil aliud petit Episcopus, quàm ut deputetur persona aliqua cum scientia, & consensu sui Capituli, quæ d. hæreditatem administret, & quæ in il-
80 los usus convertat eosdem redditus, quos ipsemet cum consensu, & scientia ejusdem Capituli, magis expediens, & utile judicabit.

In eadem Causa.

81 AD probandum, quòd sacrarum Suppellectilium onus spectet ad Episcopum, non autem ad Canonicos, nullatenus applicantur authores, in contrarium adducti, nempè *Nicol. Rausner. dec. 1. n 3. lib. 4. Renat. Copin. lib. 3. cap. 3. artic. 11. Bero cons. 3. num. 6. & 7. lib. 1. quæst. 11. num. 78. & seqq. Franc. de Eccl. Cathedr. cap. 13. num. 15. & 16. Sperell. dec. 67. n. 58. & dec. 68. n. 20. Crispin. nella Visita Pastor. par. 2. §. 13. n. 2. & 4. & Rot. dec. 284. n. 2. & 3. cor. Mantic. & dec. 829. n. 5. cor. Cocc.* probantes in defectum quartæ destinatæ pro Ecclesiæ Cathedralis reparatione, istam faciendam esse ex redditibus Mensæ Episcopalis, usque ad quartam partem fructuum, non solùm futurorum, sed etiam præteritorum ejusdem Mensæ Episcopalis; Omnes enim hujusmodi Authores loquuntur in terminis Fabricæ Ecclesiæ Cathedralis, sequentes *Text. in c. 1. de Eccl. ædific. vel repar.* determinantem eos, qui beneficium in Ecclesia habent, teneri contri-
82 buere pro ipsius reparatione; Ex authoritatibus autem, loquentibus de obligatione ad reparandam Ecclesiam, non benè infertur ad aliam disparatam obligationem sacrorum Suppellectilium pro adimplemento particularium legatorum, quia Fabricæ Ecclesiæ in his terminis equiparantur ea, quæ spectant ad Pontificalia, & ad Missam conventualem, nec
83 non ad functiones, quæ fiunt à Canonicis in communi, non autem eidem Fabricæ Ecclesiæ æquiparari possunt expensæ, necessariæ pro adimplemento illarum obligationum, quæ pertinent ad Canonicos ratione particularium legatorum.

Quod claré patet ex dispositione ejusdem *Textus in cap. 1. de Eccles. ædifican.* In tantùm enim vigore ejusdem Textus
84 obligantur ad contribuendum pro reparatione Ecclesiæ illi, qui in ea beneficium habent, in quantùm ex ea utilitatem recipiunt; Cùm autem hæc utilitas respectu Episcopi cesset in ordine ad dd. particularia legata, quorum omne commodum spectat ad Canonicos, cessare debet ipsius obligatio, onusque supportandum ab eis, qui omne commodum recipiunt, ut generalitèr statuitur *in leg. Secundum naturam, ff. de Regul. juris*, & advertit *Rot in decis. 239. num. 13. par. 18. recen.* Et in terminis nostris casus probant *Rip. cons. 1. n. 7. de Consuetud. Barbat. cons. 26. num. 3. Bero cons. 3. n. 12. & seqq. & Bellet. Disquis. Cler par. 1. tit de Cler. debitor. §. 13. n. 15.* & meliùs *in §. 14. n. 1. & seqq.* & signanter *num. 4.*

Nec dicatur, in nostris terminis favorem Fabricæ, & paramentorum æquiparari à Doctoribus, & signanter à *Campanil. in Divers. Jur. Canon. rubr. 12. cap. 13. num. 19.*
85 *Bertrand. cons. 53. num. 3. & seqq. Sperell. dec. 68. numer. 9. & Bellet. Disquis. Cleric. par. 1. §. 13. de Cleric. debitor. n. 13.* Et proindè, sicuti ad onus Fabricæ obligatus est Episcopus, ita, & ad onus paramentorum obligandus etiam sit idem Episcopus; Quia recurrit eadem responsio, quod dicta æquiparatio congruè verificatur respectu sacrorum Suppellectilium, necessariorum pro Pontificalibus, vel pro Conventualibus, & Capitularibus functionibus, de quibus loquuntur iidem Authores, ut ex lectura; Non autem ap-
86 plicari, & extendi potest ad alia paramenta, necessaria pro adimplemento particularium legatorum, cujus respectu retorquentur potiùs eædem authoritates, dum non solùm pro indubitato supponunt, onus reparandi alias inferiores Ecclesias spectare non ad Episcopum, sed ad Beneficiatos illius Ecclesiæ, quæ reparatione indiget, ut videre est apud adductos per *Bellet. Disquisit. Cler. par. 1. tit. de Cleric. debit. §. 14. n. 1.* Verùm etiam probant ad eosdem Bene-
87 ficiatos spectare etiam onus comparandi illa paramenta, sine quibus divina Officia celebrari non possunt, ut adductis concordantibus, prosequitur idem *Bellet. dicto §. 14. de Cler. debit. num. 4.* ibi: *Tenebuntur itidem Beneficiati ad ornamenta necessaria, sine quibus divina Officia celebrari nequeunt.*

Proindequè, congrua congruis referendo, ut semper faciendum else monet *Text. in leg. Quoties Cod. Famil. erciscund.* & observat *Rota in decis. 1139. num. 9. cor. Emer. jun.* sicuti ex modò animadversis Episcopus non tenetur
88 ad reparationem Ecclesiæ inferioris, sed ad illam tenentur Beneficiati, non alia ratione, nisi quia isti utilitatem ex ea percipiunt, ita idem Episcopus non tenebitur ad illa paramenta sacra, quæ sunt necessaria pro adimplemento particularium legatorum, ex eadem ratione, quia illorum commodum unicè spectat ad Canonicos.

Tantùm abest, quòd contra Episcopum retorqueatur descriptio Sacristiæ, facta à Vicario Apostolico Melano anno 1653. quin potiùs ad oculum excludat assertam consue-
89 tudinem Episcoporum, de proprio providendi Sacristiæ de omnibus sacris Suppellectilibus, ex quo ibidem rotundis literis dicitur, similia Sacra indumenta pro usu proprio cujuslibet Canonici reperiisse asservata ab unoquoque ex eisdem in propria Arca, quod illòrum dominium, & consequenter emptionem propriis pecuniis factam superlativè probat ex adductis supra.

Supplicantes observare verba illa *pro usu proprio*, ad ocu-
90 lum demonstrantia diversitatem illorum paramentorum, quæ, vel pro Pontificalibus, vel pro Missa conventuali deserviunt, juxta distinctionem in principio indicatam.

Nec dicatur, quod in hac Relatione, prout etiam in attestatione, ex hac parte exhibita, non specificentur Calices, Missales, & Planetæ; Quia in dicta attestatione
91 claré dicitur: *Tutti li paramenti sacri*: In dicta verò descriptione post specificationem aliquorum sacrorum indumentorum subditur, *& alia hujusmodi*, sub quibus verbis eædem quoque species sacrorum indumentorum non specifica-
92 torum comprehenduntur, ut considerando dictionem illam universalem *Tutti*, aliis adductis, firmavit *Rota in Calaguritana Decimarum de Aguilar. 3. Januarii 1698. §. Tantumquè cor. Molines*; Et præoculis habendo verba illa, *& alia hujusmodi*, observant *Gonzal. ad Regul. Cancell. gloss.*
93 *3. num. 22. Rot. decis. 221. numer. 6: coram Priol & decis. 17?. numer. 9. par. 18. rec. & decis. 1233. numer. 6. coram Emer. jun.*

Poterant omitti ea, quæ inculcantur ad excludendam
94 alterationem Conclusionis Capitularis; Quia dictio illa *sine* adeò visibiliter alterata fuit, & pulchra metamorphosi immutata in *cum*, ut sola recognitio, & visio, pro quibus supplicamus, pro concludentissima probatione ejusdem patentis falsitatis, & odibilis delicti deservire valeat.

Circa 2. dub. supplicamus caveri à manifesto æquivoco,
95 quòd per sequestrationem franchigiæ retardentur Ecclesiasticis necessaria alimenta; Quia ista percipere debent iidem Ecclesiastici ex fructibus illorum patrimoniorum, vel beneficiorum, ad quorum titula fuerunt ordinati, juxta di-
96 sposita in *Sacr. Conc. Trid. in sess 21. de Reform. cap. 2.* Non autem ex dictis franchigiis, quæ non sunt communes omnibus Ecclesiasticis, nec etiam in Regno Neapolitano, & quæ eisdem adveniunt ab extrinseco, postquàm supponitur in illis, vel patrimonium, vel beneficium suffi-
97 ciens, & necessarium pro alimentis; Ea autem, quæ in hac parte exagerantur pro prætensis pœnis, practicata fuerunt tempore Episcopi de Franchis, seu Vicariatus Canoni-
98 ci de Cavaleriis, non autem ad praxim reducta fuerunt tempore moderni Episcopi, cujus pietas, & defensio Ecclesiasticæ immunitatis in hac parte, nec etiam à Canonicis controvertuntur, neque possunt impugnari.

99 Die 4. April. 1704. in S. C. E. propositis per Card. Colloredum dubiis, in princ. registratis.

100 Ad 1. resp. fuit: *Spectare ad Episc. in omnibus.*

101 Ad 2. *Negativè.*

102 Ad 3. *Administrationem spectare ad Canonicos, in testamento deputatos, cum onere tamen reddendi rationem Episcopo;*

scopo; Pecuniam verò, indè perceptam, & in posterum percipiendam expendi debere ab Episcopo, cum consilio Capituli ad formam Const. Innocentianæ.

103 Ad 4. *Servetur Edictum, & ad mentem*, quæ fuit sequens: *Che regolandosi con la sua discreta prudenza, debba aver riguardo alla qualità de' tempi, e de' luoghi, come anche alla povertà di essi Sacerdoti, e Chierici secondo la toleranza, praticata dall'istessa S. C.*

104 Ad 5 *Negativè.*

105 Circa dispositā *in Constit. Innoc. XII.* de qua supra *num. 47. & n. 102.* quamvè laudat *Ansald. in addit. ad dec. 74. n. 37.* respectu Spoliorum Episcoporum Regni Neapolis, tres aliæ Causæ disputatæ fuerunt in Sacris Congr.

Prima fuit *in S. Cong. Conc. in Abellien. & Frequentina*, de qua mentionem fecit *Ansald.* ubi supra, & in qua Episcopus

106 Scanegata triplicem exaraverat donationem causa mortis; In quarum prima demandavit erectionem Canonicatus in Cathedrali Frequentina, cum reservatione perpetui Jurispatronatus favore sui Capituli. In secunda jussit distribui duc. 5100. inter Ecclesias Parochiales ejusdem Diœcesis Frequentinæ, & duc. 400. in beneficium ejusdem Cathedra-

107 lis. In tertia demum reliquit Parochis Ecclesiarum Parochialium Diœcesis Abellinæ duc. 9400 in augumentum præbendarum, ut faciliùs pauperum necessitatibus occurrere valerent, ac etiam in suffragium animæ ipsius disponentis.

Impugnantibus autem, tam Capitulo Frequentino, quàm

108 Abellino easdem donationes, die 18. Augusti 1713. proposita fuerunt in eadem Sacra Congreg. Concilii sequentia dubia.

I. *An dispositiones causa mortis, factæ ab Episcopo Abel-*

109 *lino, sustineantur*; quod fuit resolutum: *Negativè.*

II. *An. & quomodò bona, per eundem Episcopum reli-*

110 *cta, sint eroganda, in casu. &c.* Quod fuit resolutum: *Juxta Votum Em. Ursini, & juxta instructionem*, quæ fuit sequentis tenoris.

111 Benevento: all'Eminentiss Ursini: *Propostasi in questa Sag. Cong del Concilio la Causa circa le disposizioni fatte dalla bo: mem. di Monsig. Vescovo d' Avellino, come debbano erogarsi i beni, da lui lasciati; Questi Eminentissimi Signori, collaudando in sommo grado la pietà, & attenzione di V. Eminenza, rimostrata nella sua ben distinta, e fondata Informazione, trasmessa sopra l'affare; Rispetto al primo punto, se si sostengano le sue disposizioni, hanno risposto, non sostenersi; Rispetto poi al secondo, come si devino erogare li Beni lasciati dal d. Prelato, approvando in tutto il prudentissimo parere di Vostra Eminenza, raccomandano alla sua particolar cura d' invigilare, che il denaro fin hora esatto, e che si esigerà in avvenire, non vada in mano de' Canonici ne de' Parochi, ma si depositi intieramente presso l'E. V. o sii persona sicura, ch' ella giudicarà idonea e che non possa spendersi alcuna somma senza precedente ordine, sottoscritto da V. E e che il denaro debba impiegarsi in uso, restaurazione, e provisioni solamente necessarie, non già rifacimento di nuovo Coro, e Sedili, come nè anche in abellimento de marmi, e stucchi Circa poi due partite controverse del salario, preteso da' Canonici, che hanno assistito allo spoglio benche la Sag. Cong. creda non essere dovute, nondimeno ha stimata di rimetter ciò alla prudente decisione di V. E come pure quella de pretesi debiti del passato Vescovo, sperando, che attese e spese già fatte in beneficio della Cathedrale d'Avellino dal d. Vescovo defonto, e quelle, che si sono fatte dopo la di lui morte possa restare modo di supplire al bisogno della Chiesa di Frigento, che come più pingue di rendite, merita particolar riflessione, massime se si potesse avere qualche giustificazione, che gl' avanzi, trovati al Vescovo defonto, potessero derivare dall' entrate della medema Chiesa di Frigento, & in tal forma si possa ancora supplire al bisogno delle medeme Chiese, e persone de' Parochi, come dimostra li Bilancio trasmesso da V. E. che potrà rendere quello più vantaggioso, restringendosi al bisognevole nella forma sovr accennata: Sopra di ciò la Sag. Congr. si riporta alla sperimentata prudenza, pietà, e somma integrità di V E alla quale per fine bacio umilmente le mani. Di V. E. Roma 18. Agosto 1713.*

Umiliss. &c. B. Card. Panciatichi &c.

Votum autem ejusdem Em. Ursini, requisitum ab eadem Sacr. Congr. fuit, ut erogarentur ducati 5647. pro reparatione Cathedralis Abellinen. & ducati 5189. 70. pro repa-

112 ratione Ecclesiarum Parochialium ejusdem Diœcesis. Nec non ducati 2653. pro reparatione Ecclesiæ Cathedralis Frequentinæ, & ducati 4123. 60. pro reparatione Ecclesiarum Parochialium Diœcesis Frequentinæ: In totum duc. 17613. 30.

Alia fuit *in Ugentina Spolii*; Cùm enim Episcopus Carafa suum Capitulum hæredem instituisset sub ea lege, ut ex pecuniis hæreditariis unam portionem erogaret in con-

113 structione Campanilis, aliam in augumentum Præbendarum Canonicalium, & aliam distribueret Ecclesiis Parochialibus Diœcesis; Ultra aliqua legata, partim PP. Theatinis, partim suis Familiaribus facta, usque ad summam duc. trium millium: Suffecto autem in ejus locum Petro Lazzaro Terrer, iste, Capitulo annuente, omnia bona Episcopi Carafæ ad proprium commodum vindicavit, & appropriavit, eoq; defuncto, in S. Cong. Conc. die 14. Martii 1716. disputata fuerunt sequentia dubia.

I. *An, & in qua parte sustineatur dispositio testamentaria bo. me. Antonii Carafæ Episcopi Ugentini, & quatenus ne-*

114 *gativè?*

115 II *Ad quem spectent bona hæreditaria ejusdem Episcopi, in casu &c.?*

116 III. *Ad quem spectent bona omnia de Spolio Episcopi Terrer, ultimo loco defuncti?*

Sacra Congregatio ad 1. respondit: *Negativè, nisi per mo-*

117 *dum designationis ad formam Bullæ, & pro nunc quoad constructionem Campanilis, & interim scribatur Archiepiscopo Hydruntino, ut assumat administrationem omnium bonorum relictorum, tam ab Episcopo Carafa, quàm Terrer; Et ulteriùs informet super statu Ecclesiæ Cathedralis; & tenuitate Præbendarum, juxta Instructionem.*

118 Ad 2 & 3. *Satis provisum.*

Repropositâ verò Causâ die 15. Maii 1717.

119 Ad I. responsum fuit: *Negativè, nisi per modum assignationis quoad Campanile tantùm & ampliùs.*

120 Ad II. *Omnia eroganda primo loco in reparationem Ecclesiæ Cathedralis, & constructionem Sacristiæ, & Campanilis, & provisionem Suppellectilium necessariarum; Et si quid superest 2. loco ad commodum Parochialium. & ampliùs.*

121 Ad III. *Provisum in 2 Firma tamen remanente administratione, & exequutione penes Archiepiscopum Hydruntinum, juxta Instructionem, & ampliùs.*

122 Tertia fuit in una *Tricaricen. 28. Febr. 1709.* in S. C. E. Ponente Em. Corsino, in qua Episcopus Tricaricensis multas fecerat dispositiones in Testamento, ac si ageretur de dispositione ejus bonorum patrimonialium, sibi à suis Antenatis relictorum. Propositis autem d. die sequentibus tribus dubiis.

123 I. *An dispositio testamentaria Episcopi Tricaricen. substineatur?*

124 II. *An spolium applican. & erogan. sit in favorem, beneficiorum, & utilitatem Cathedralis Ecclesiæ, ac etiam Episcopi, iti demquè Seminarii, prælativè quoad omnes alias Ecclesias Civitatis, & Diœcesis?*

125 III *An, quatenus aliquid superesset, applicandum, & erogan. sit in favorem beneficiorum, & utilitatem Ecclesiarum Parochialium Civitatis prælativè quoad Ecclesias Parochiales Diœcesis, in casu &c.*

126 Unico rescripto fuerunt resoluta, hoc est: *Negativè*, & ad Em. Ursinum, qui provideat ad formam Bullæ f. m. Innoc. XII. juxta Instructionem, transmittendam, quæ fuit seq. tenoris.

127 *Essendo stata riferita in Sag Cong. sotto li 18. Febraro 1709. dal Sig Card. Corsini la Causa de lo Spoglio fatto al defonto Vescovo di Tricarico, ed essendo stato disputato l articolo, se il Testamento, fatto dal medemo Vescovo si sostenesse, la S. Cong. sentite le Parti, è stata di sentimento che non si sostenghi, nè possino aver luogo l'applicazioni, da Lui fatte della sua Eredità, a favore di varie Chiese, stante il pessimo stato, nel quale dal Vescovo è stata lasciata la Catedrale, e la necessità, che tiene non solo di esser risarcita, ma anche di esser proveduta di suppellettili sagre, e nel istesso tempo è stata di senso, che si commetta all E V. perche proveda alla forma della Bolla della f. m. d Innocenzo XII. secondo l Istruzzione da trasmettersi, che è, che V E si degni col mezzo di persona fidata, ed attenta, far fare col denaro di detto Spolio nell' Eredità del Vescovo tutti quei risarcimenti più necessarii, ed urgenti, de quali tiene bisogno d. Catedrale, ed altresì, che la facci provedere parimente di quelle suppellettili sag. delle quali hà più necessità ed urgēza.*

128 *Se poi dopo fatte dette spese più necessarie, ed urgenti per detti risarcimenti, e compra di suppellettili sagre per la Catedrale, vi avanzasse di d. Spolio qualche somma è di senso la Sag. Cong. che V E. la facci applicare alle Chiese di Altano, Altanello, Missanello, Oliveto, San Mauro, ed Accettura, in risarcimento di d. Chiese, o in compra di suppellettili sagre per le medeme, e quando per la riparazione di d Chiese fossero obligate l' Università, che si spenda il denaro in suppellettili sagre per le medeme Chiese.*

Ma se doppo tutte queste spese, vi restasse anche qualche som-

129 *ma,*

129 *ma, stima bene la Sag. Congr. che V. E. la facci investire in Beni stabili, à fine col frutto di quelli si debba dal Clero di Monte Albano far celebrare una Messa ne i giorni festivi di precetto nella Chiesa di San Nicola dell'Abbadia della Mensa Vescovale, posta nel Territorio di Monte Albano.*

E perche dal Vicario Capitolare si scrive, che dall'Esecutore testamentario, lasciato dal defonto Vescovo, col denaro di detta Eredità, e Spoglio si siano pagate molte somme non legitime, 130 *e soddisfatti varii legati, lasciati dal medemo Vescovo ad alcuni Particolari, anche di somma considerabile, è di senso la Sag. Congr. stante la dichiarazione fatta, che detto Testamento non si sostenghi, che V. E. facci forzare l'Essecutore testamentario al rendimento de' conti, a fine di farglisi menar buone le sole spese legitime, ed i Legatarii alla restituzione delle somme de' denari, o altro, che avessero avuto per ragione di legato, ad effetto poi di applicare tutto in dd. risarcimenti, e compra di sagre supellettili.*

Quia vero in *d. Constit. Innocent.* præter Archiepiscopos, & Episcopos, particularis etiam fit mentio Prælatorum 131 inferiorum. Hinc *in Juvanacen. seu Nullius Terlitii spolii die 22 Aprilis* 1717. cùm Jo: Angelus Pantaleus Archipresbyter Terlitii in Testamento, condito die 24. Septembris 1713. reliquisset Capitulo suæ Ecclesiæ ducatos 220. cum onere annuarum Missarum viginti, d. die fuit disputatum particulare dub. *An onus Missarum, impositum ab Archipresbytero Terlitii substineatur*; Cui eadem S. C. C. respondit: *Negativè, & ampliùs.*

DISCEPTATIO XXXV.

Recineten. Prœeminentiarum.

PRO

Capitulo Cathedralis Recineti.

CUM

Altaristis ejusdem Ecclesiæ.

ARGUMENTUM.

Inter Canonicos Cathedralis, & Altaristas, seu Beneficiatos ejusdem Ecclesiæ, debet adesse differentia tam in paramentis sacris, quàm in aliis rebus, quæ exponuntur in præsenti Disceptatione.

Altaristæ Cathedralis Recineten. præteritis temporibus omnibus modis studuerunt se comparare æqualesque facere Canonicis ejusdem Cathedralis, taliter, ut, aliis 1 exorbitantiis prætermissis, prætensionem etiam excitaverint velle unà cum ipsis concurrere ad electionem Vicariorum Capitularium, ac si essent veri Canonici. Causa autem circa dictum articulum per binas vices accerrimè discussa in S. C. C. illorum prætensio inventa fuit minus habens, rescriptumquè proindè fuit die 4 Junii 1701. *Eosdem Altaristas nullatenus esse admittendos ad electionem Vicarii Capitularis*, quæ resolutio materia funditus iterùm 2 recognita confirmata fuit die 30. Augusti 1704 cum rescripto: *In decisis, & ampliùs*, ut videre est infra *part. 2. discept. 12. in fine.*

Hodiè igitur continuantes iidem Altaristæ antiquam rubricam eorum exorbitantium prætensionum, eandem æqualitatem aliis modis procurare non desinunt, prætendentes, nullam intercedere debere distinctionem inter ipsos, 3 & Canonicos Cathedralis, tam circa paramenta sacra, quàm circa locum se parandi pro missis privatis; Quod Campana major, quæ pulsatur pro convocando Capitulo Dignitatum, & Canonicorum, pulsari etiam debeat pro convocandis Congregationibus eorundem Altaristarum. Quòd possint in eorum propriis, & particularibus functionibus indistinctè uti Cruce argentea, quæ de præsenti adest in nostra Ecclesia; Quodque demum in ipsorum voluntate positum sit commodare aliis Ecclesiis Paramenta, aliaque sacra Suppel-4 lectilia nostræ Sacristiæ; Concordata propterea fuerunt quatuor dubia, de quibus infra.

Licèt autem pro illorum favorabili resolutione satis esset præ oculis habere solùm, & simplex Oraculum dictæ S. C. 5 C. circa dictam prætensionem concurrendi ad electionem Vicariorum Capitularium, ex quo coram ead. plenissimè, & concludentissimè ex hac Parte fuit probatum, & à dicta S. C. pro indubitato admissum, Altaristas nunquam fuisse, nec de præsenti esse, vel aliquo colore dici posse Canonicos nostræ Cathedralis Ecclesiæ, & consequentèr nullatenus prætendere posse ea, quæ Canonicis propria sunt, quæquè ipsis de jure competunt, vel uti Fratribus, vel uti mem- 6 bris corporis Episcopi, ex animadversis per *Navar. in Sum. Bullar. comm. 19. num. 3. Rot. dec. 281. num. 5. par. 19. rec. & in Placentina Cathedralitatis 22. Junii 1703. §. Ultra cor. Molines.*

Nihilominus ad omnem abundantiorem cauthelam deveniendo ad examen primi dubii: *An Dignitatibus, & Cano-* 7 *nicis Ecclesiæ Cathedralis Recineten. conveniat distinctio, tam quoad qualitatem Paramentorum, quàm quoad locum se parandi pro Missis privatis respectu Altaristarum, aliarumque Sacerdotum, eidem Ecclesiæ addictorum*, illius affirmativam resolutionem triplici solido fundamento reportare confidimus.

Primò nimirum attenta dispositione Synodi Card. de Monte Lauretani in qua *fol. 171.* circa ea, quæ spectant ad Sacristiam demandatur, ut infra: *Avvertendo in par-* 8 *ticolare, che alle Dignità Canonici, e Penitenzieri si diano Paramenti distinti, e Calici d'argento; Agli altri ordinarii, E che nel far uscire a dire la Messa si osservi la debita riverenza, e creanza, secondo le qualità delle Persone.* Quæ Synodalis dispositio, tanquam lex in nostra Diœcesi ab omnibus inviola- 9 biliter servanda est ex adductis *in Tom. 1. par. 2. discept. 28. num. 96.*

Secundò ratione dignioris qualitatis Dignitatum, & Canonicorum in conflictu Altaristarum, & aliorum Sacerdotum, servitio nostræ Ecclesiæ addictorum; Ex digniori enim, majorique decore ornatuum, majoritas apparere debet Dignitatum, ut dicitur *in c. Apostolicæ de Privileg in 6.* 10 ibique *Gloss. Verb. Dignitatum*; Atque ex majori, digniorique habitu, personarum qualitas denotatur, ex animadversis per *Ceccoper Lucubr. Canonic. lib. 1. num. 93. Pignatel. consult. 54. num. 4. tom. 6.* ubi ex *Altograd. cons. 1. lib. 2.* observat, Canonicos, à Beneficiatis, & Cappellanis distingui debere habitu, sede, & loco; Nimis proindè improprium visum fuit *Rot. dec 54. cor. Caril.* Canonicos, Cappellanorum ad instar, in his casibus tractari. Et in debilioribus terminis, quòd non Canonici, juxta terminos nostræ con- 11 troversiæ, sed simplices Mansionarii tractari non debeant uti Capellani, aliique Sacerdotes, Ecclesiarum servitiis addicti, resolvit hæc S. C. *in Ferrarien. 25. Junii*, teste *Novar. in Summ. Bullar. comm. 85. num. 14.* Et in proximis terminis, 12 quod in sacris ornamentis distinguendi sint Canonici Cathedralium à Canonicis Collegiatarum, quantumcumq; insignium, sequendo laudabilem praxim, & inconcussum stylum hujus S C. firmavit *Rot in Placentina Cathedralit. 22. Junii 1703. §. 1. in fine cor Molin.*

Tertium æquè solidum fundamentum, positum est in contributione expensarum pro Paramentis nostræ Sacristiæ; 13 Ex adductis enim in Summario ad oculum patet, Canonicos contribuere pro ejusdem scut. 29. 80. quolibet anno, eo tempore, quo Altaristæ solvunt sola scuta 9. 60. & sic summa ferè quadruplo minorem illi, quam solvunt Canonici; Non igitur æqualiter tractandi videntur in usu illarum sacrarum Suppellectilium, pro quarum sumptibus æqualitèr non contribuunt, ad *Text in auth. Æqualitas, C.* 14 *de Pact. dotal.* ac animadversa per *Menoch. cons. 34. num. 11. Card. de Luc. de Regal. disc. 34. n. 5. & Rot. dec. 296. numer. 12. cor. Bur.* Aliàs eorundem Paramentorum commodo fruc- 14 rentur Altaristæ, & omnia ferè eorundem onera supportarent Canonici, contra *Text in leg. Secundum naturam, ff. de Regul. Jur.* de quo *Rot. dec 1227. n 11. cor. Emer. jun.*

Eò autem magis omnia hæc admittenda videntur, quo Episcopus pro Informatione, & Voto requisitus, non omisit ad vivum exponere, nimis indecorum videri, nobiliorem partem sui Capituli, à Dignitatibus, & Canonicis repræ- 15 sentatam, uti Paramentis, & Calicibus, vel similibus illis, quibus utuntur Altaristæ, vel etiam vilioribus, minusque pretiosis; Idquè non sine nobilium Advenarum, & Civium admiratione; Nimis autem deferendum esse similium Episcoporum Informationibus, seu Votis, notat 16 *Fagn in cap Ego N. Episcopus à n. 1.* & signantèr *num. 75. de Jurejur. Bertachin. vot. dec. 200. n. 16.* & firmavit *Rot. dec. 234. n. 16. & 17. par. 16. rec.*

Comprobantur verò prædicta omnia à communi totius Orbis Catholici praxi; In omnibus enim Cathedralibus talis paramentorum, & loci parandi distinctio inter Canonicos, & Beneficiatos inconcussè servatur, & religiosissimè custoditur; & respectu Patriarchalium Ecclesiarum, & Insi- 17 gnium

gnium Collegiatarum Urbis, superfluum est probationes adducere ad ostendendum id, quod omnium oculis quotidiè expositum est; Urbis autem solitum, & praxis in his materiis nedùm magnifacienda est, sed tanquam inferiorum Ecclesiarum norma pro regula servanda est, ex adductis *in Tom. 1. par. 2. disc. 10. num. 28.* Et de simili praxi proximæ Civitatis Auximanæ doctum fuit in Summario, quæ in nostris terminis, & pro decisione nostræ controversiæ præ oculis habenda est, ex adductis per *Jas in l. De quibus num. 6. ff. de Legib. Prat. respons. crim. 46. n. 52. & seqq. Card. de Serv. disc. 2. n. 19. & Rot. dec. 357. n. 119. & seqq. par. 11. rec.*

Et in nostra Civitate Recineten. idem practicatur inter Religiosos graduatos, & non graduatos diversarum Religionum, ut justificatum pariter fuit in Summario, Inter quos Religiosos non adest tanta disparitas, seù distinctio, quanta reperitur inter Canonicos, & Altaristas nostræ Cathedralis, quod intra evidentiæ fines ponitur, aliis demonstrationibus omissis, ex tribus tantummodò animadversionibus, quando nimirùm incedunt processionaliter, quando permanent in Choro, & quando celebrant Divina.

Incipiendo ab eorum incessu processionaliter; In Festivitate SS. Annuntiatæ, accedentibus quolibet anno ad Lauretanam Ecclesiam nostris Canonicis, & Altaristis, seu integro nostro Capitulo ex antiqua, & laudabili consuetudine, ab hac S. C. approbata die 15. Martii 1603. teste *Barbos. in Summ Apost. dec. collect. 89. n. 4. Lauretanum Capitulum viene à ricevere nella Porta della Città di Loreto il nostro Capitolo, e collocandolo alla destra, accompagnandosi le Dignità di Loreto con le nostre, e li Canonici con li nostri, & anco li Beneficiati trà di loro*, ut in illis partibus notorium est, & de visu testantur multi Nobiles nostræ Civitatis.

Quando permanent in Choro Canonici *Sedono in Stallo superiore, e più nobile di quello, dove sedono gl' Altaristi, di modo, che vengono à poggiare con li piedi in sito più elevato di quello, dove sedono d. Altaristi*. Difficile autem erit assignare signum majoris distinctionis inter Altaristas, & Canonicos, quàm quod sedes Altaristarum deserviant loco Scabelli pedum Canonicorum, ut consideranti patet.

Demùm, quando celebrantur Divina in nostra Ecclesia, sex accenduntur in Altari candelæ pro Canonicis, & semper pulsatur Organum; Quæ omnia nullatenus practicantur quando easdem functiones adimplent Altaristæ.

Summa igitur ratione Episcop. pro Informatione, & Voto requisitus pro veritate asseruit, nimis indecorum videri, uti ii, inter quos tot intercedunt solemnia discrimina, æquiparentur in illorum Paramentorum usu, circa quę totum ferè portant expensarum onus soli Canonici, ex supra animadversis, Proindeque respectu hujus 1. dub affirmativam resolutionem cum omni fundamento speramus.

Attento præcipuè, quòd eadem distinctio nimis commodè practicari potest ob multiplicitatem, & distinctionem Paramentorum, & Calicium nostræ Sacristię, de qua loquuntur multi testes, & quæ descripta sigillatim reperitur in Visitatione moderni Episcopi, data in Secretaria.

Eadem facilitate, eisdemque motivis, & rationibus speramus negativam resolutionem 2. dub. *An Campana major nostræ Ecclesiæ, quæ pulsatur pro convocando Capitulo Dignitatum, & Canonicorum, possit pulsari pro convocandi Congregationibus, respicientibus negotia particularia Altaristarum:*

Non enim in hoc signo convocationis debent convenire Canonici, & Altaristæ, inter quos tot alia solemnia discrimina, modò indicata emicant, ex allegatis *supra num. 10.* & addimus *Consct. in suis Concluf. V. Campana num. 457.* observante, ratione digniorita:is personarum habendam esse distinctionem pulsationis Campanæ.

Ultra quod respectu etiam hujus dubii habemus claram, & literalem dispositionem decretorum in Sac. Visit. anno 1621. factorum à Card. Roma, ibi: *Cæterùm convocatur Capitulum sonu Campanæ majoris*, punctualissimè etiam hodiè exequutioni in hac parte demandatorum Cùm enim Altaristæ nullatenus venire possint appellatione Capituli, tàm ex dispositione Juris communis, de qua *Abb in cap. Scriptum n. 4. de Election. & in cap. Dilecti num 1. de Major. & obedien. Rot cor Cæsar de Grass. dec. 4. de His, quæ fiunt à major par. Capit. & cor. Caval. dec. 56. n. 3. & cor. Merlin. dec. 597. nu. 4 & par 18. rec. dec 641. num. 8 & in Gerunden. Prioratus 1. Julii 1697. § Perpensa cor. Ursino, & 27. Julii 1698 §. Supposito cor Lancet.* Quam ex particulari decreto in dicta Sac. Visitatione edito à Card. Roma his verbis: *Declaravit similiter, & decrevit D. S. I ad opportunas aliquorum interrogationes, quòd in posterum nomine Capituli intelligantur tantummodò Dignitates, & Canonici*; Necessariò sequitur, eandem Campanam majorem pulsandam non esse pro Congregationibus, concernentibus, particularia negotia Altaristarum, prorsùs distincta à negotiis nostri Capituli.

Observando præcipuè, quòd idem Card. Romana non sine mysterio ad talem particularem dispositionem in Sacr. Visitat. devenit; Voluit enim, illa mediante, suam Cathedralem Ecclesiam, & Sponsam, tanquam postliminio revertentem, pristino restituere decori, atque Dignitatibus, & Canonicis suas prærogativas conservare, ne in posterum confusio illa inter ipsos Altaristas oriretur, & pullularet, quæ antea exorta fuerat, ut totidem ferè verbis se declaravit in Synodo, sequenti anno celebrata, quam re maturè perpensa confirmarunt deindè Inn. X. & Alex. VII. prævia duplici resolut. Sac. C. C. una die 13. Dec. 1646. & altera sub die 3. Aug. 1658. quę confusio nullatenus tolleretur, si Altaristis permitterentur ea, quæ hodiè prætendunt, sed potiùs illa in immensum cresceret & fometum daret continuis prętensionibus, & exorbitantiis.

Si autem sola, & simplex Synodalis Constitutio apta est Subditos omnes indistinctè obligare ad illius observantiam, ex allegatis supra *num. 9.* Quantò magis idem dicendum est, attenta ejusdem Synodi confirmatione, mediante duplici resolutione dictæ S. C C. procedentis in hac parte cum oraculo Summi Pontificis per ea, quæ notant *Fagn. in cap. Quoniam n. 61. & seqq. de Const. & Rot. dec. 15. n. 26. & 27. par. 11. rec.*

Dub. III. *An Altaristæ in associatione funerum, sine interventu Capituli, possint, uti Cruce argentea, quæ de præsenti adest in Ecclesia, vel debeant potiùs uti alia Cruce inferiori dumtaxat*: pendet ab inspectione dominii ejusdem Crucis.

In præsenti autem concludentissimè probamus, eandem Crucem pleno dominio ad nostrum Capitulum pertinere, & quidem ex publico Instrumento, rogato à nostris Canonicis cum illomet Artifice, qui illam confecit, stipulato nimirum 23. Novemb. 1596. à Canonicis Calixto Constantino, & Nicolao Bonamico; Necnon ex antiquissima attestatione Hieronymi Bettini, Altaristæ in nostra Ecclesia ab anno 1608. usque ad annum 1659. Ex visitationibus nostræ Sacristiæ factis 7. Decemb. 1623. à Card. Roma, & 3 Octob. 1640. ab Episcopo Panico, 24. Aprilis 1667. ab Episcopo Cordella, & 22. Aprilis 1699. ab hodierno Episcopo; In quibus omnibus eadem Crux non describitur, uti Altaristarum, sed inter alias res argenteas, spectantes ad nostram Sacristiam, & in parte confect. ex aliquibus vasibus argenteis, eid. Sacristiæ relictis, & gratiosissimè donatis à Gregor. XII. descriptis ab Angelita in Libro, cui titulus *Origine di Recanati folio mihi 15.* ibi: *Sub anno Domini 1417. lasciò questo Pontefice* (Gregor. XII.) *un Bocale, & un Bacile d' argento grande, e molto nobile per servitio de' Divini Officii, e lasciò ancora molte notabili Reliquie, delle qua'i si dirà a suo luogo.*

Non igitur permittendum videtur Altaristis usus dictæ Crucis, reluctantibus Canonicis veris Dominis, aliàs isti non possent liberè disponere de eorum rebus, contra *Text. in l. In re mandata Cod. Mandati*, & firmata per *Rot. dec. 57. à n. 1. cor. Dunoz. jun.*

Præcipuè, quia non agitur de una, vel alia vice in toto anni curriculo, sed de nimis frequenti, ac ferè quotidiano ipsius usu, dum Altaristæ indifferenter, toties, quoties agitur de sepelliendis hominibus, in nostra Civitate defunctis, accedunt ad illos associandos, se conferendo etiam ad portas Civitatis, quando moriuntur extra illam. E conversò autem nostræ Dignitates, & Canonici ad funera nimis raro accedunt, & non nisi quando specialiter ad illa invitantur, ratione qualitatis defuncti, Imò per abusum ea utuntur, non obstante quavis vilissima qualitate defuncti, ut signanter evenit de mense Julii 1703. Quapropter videtur etiam ex congruentia usus ejusdem Crucis Altaristis nullatenus permittendus, nè confundantur functiones solemnes Processionum, & similes, cum quotidianis associationibus cadaverum; Quod pariter est conforme praxi omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis.

Nec credimus axadversò adducendum Instrumentum, d. anno 1596 die 29. Martii ab aliquibus ex Altaristis celebratum, in quo asseritur, accepisse ad usuras sub contractu cujusdam Societatis Officii scuta 25. monetæ ad conficiendam Crucem; Non enim exadversò docetur eadem scut. 25. erogata fuisse in emptionem illiusmet Crucis, de qua disputamus; Cujus respectu dicta miserabilis summa nec etiam adæquat vigesimam partem illius veri pretii; Et proindè deficiunt Altaristæ in primo, & principali requisito prabationis omninò necessariæ ad demonstrandum domi-

dominium illius rei, quæ in controversiam deducta est, quod ex actu non concludenti, vel ad aliud referibile, nunquam dicitur probatum *Surd. dec.* 288. *n.* 45. *Rot. cor. Seraph. decis.* 1103. *n.* 2. & 3. & *cor. Dunoz. jun. dec.* 775. *n.* 7.

Neque ad hoc demonstrandum recurri valet ad conjecturas, cùm enim Altaristarum intentio consistat in prætenso dominio ejusdem Crucis, eadem intentio, non conjecturis, & adminiculis, sed concludentibus demonstrationibus probanda est, juxta communem DD. opinionem, de qua in meo *Tract. de Matrim.* §. 5. *num.* 5. quibus addo *Rot. dec.* 109. *num.* [illegible] *rec.* & *in Romana Dotis*, 16. *Junii* 1679. §. *Perpe-* [illegible] *urlemont.*

Et tamen, si in hac parte locus esset conjecturis, [illegible] re videtur intellectui illa consideratio, quòd ad conficiendam dictam Crucem non fuerunt deputati Altaristæ, ex quorum expensis prætenditur facta, sed duo Canonici Calixtus Constantinus, & Nicolaus Bonamicus, ex qua maxima improprietate conquassantur omnes aliæ debiliores præsumptiones, & conjecturæ, juxta regulam *Text. in l. Divus ff. de In integr. resti* & *in l. Non solùm ff. de Rit. Nup.* de qua *Barbos. axiom.* 186. *nu.* 2. & *Menoch. de Præsump. lib.* 1. *præsump.* 30. *n.* 1. & *seqq. lib.* 6. & *præsump.* 64. *n* 46. & *Rot. cor. Priol. dec.* 23. *num.* 16.

Dub. IV. Pro negativa demum resolutione *An Altaristæ, seu Sacristæ, vel alii inferiores Ministri possint accomodare aliis Ecclesiis vasa, & paramenta sacra, sive alia suppellectilia, ad nostram Ecclesiam Cathedralem spectantia*, urgent pariter decreta Visitationis Episcopi Panini 7. Novembris 1640. Necnon alia moderni Episcopi die 2. Aprilis 1699. In quibus per viam legis generaliter prohibetur commodatio paramentorum nostræ Sacristiæ, ea adducta optima ratione, & congruentia, ab experientia quotidiè comprobata, quod talis accomodatio multum affert damnum, & considerabile præjudicium sacris suppellectilibus, & paramentis; Pro quorum decretorum observantia non credimus Altaristas excusationem aliquam esse adducturos, dum *Rot. in decis.* ipsorum favore *sub titulo Romana Munetentionis*, *edita* 8. *Martii* 1649. *coram Verosp.* §. *Adminicula* firmavit, eidem decretis factis in visitationibus multùm esse deferendum.

Eo autem magis hujusmodi decreta in S. Visitatione edita inviolabiliter servanda sunt, quia concordant cum Juris communis dispositione, qua attenta, non inferior Minister, non Sacrista, sed neq; ipsemet Episcopus, non solùm aliis accomodare non potest paramenta Ecclesiæ Cathedralis, sed extra eandem in Ecclesiis inferioribus illis uti nullatenus potest, ut resolutum ab hac Sac. Cong. *in Savon.* 3. *Martii* 1579 & *in Fundana* 2. *Augusti* 1652. refert *Nicol. in Foscul. verb. Episc. num.* 25.

In universum denique adversùs omnia supradicta non credimus ex adversò insistendum in tolerantia Canonicorum circa aliqua ex iis, quæ continentur in præmissis dubiis: Ultra, quod enim in actibus facultativis, quales sunt illi, de quibus agimus, non possunt figi pedes pro causarum decisionibus, eo quod nullatenus obligatorii sunt, non solùm respectu successorum, sed nec etiam respectu illos facientium, itaut illorum vigore nunquam detur possessio manutenibilis, non obstante quocumque lapsu temporis *Surd. cons.* 127. *n* 80 & *seqq.* & *dec. cons.* 8. *n.* 4. *Adden. ad Ludovis. dec.* 162. *n.* 15 & *Rot. dec.* 555. *sub n.* 1 *par.* 1. *rec.* & *cor Priol dec.* 104. *n.* 73 & *coram Emer jun. dec.* 1236. *n.* 6. & *dec.* 1255. *n.* 4. ubi, quòd conclusio vera est, etiamsi iidem actus facultativi per immemorabile tempus exerciti fuerint.

Dicimus, quòd multa per patientiam tolerantur, quę quando deducuntur in Judicium, ita exigente justitia, tolerari ampliùs non debent ad *lit. Text. in cap Cum jam dudum de Præben.* cum concordantibus, citatis *in meis Inst. crim. lib.* 1. *ti* 10. §. 4. *num.* 139.

Minusque credimus insistendum in prætensione, quòd Altaristarum sumptibus comparata sint illa paramenta, de quibus est quæstio, retenta sub custodia à Sacrista, qui ab ipsis eligitur, juxta firmata per *Rot. in d. Recinaten. Manunt.* 8. *Martii* 1649. *cor. Verosp.*

Sola enim recognitio eorundem paramentorum, & aliarum sacrarum suppellectilium nostræ Sacristiæ, deservire potest pro adæquata, & congrua responsione, dum, vel conspiciuntur in eis gentilitia Arma, & Stemmata illorum Episcoporum, cujus expensis facta fuerunt, vel nomina eorundem Episcoporum indicata leguntur, & sigillatim expressa in Visitatione moderni Episcopi; Vel demum confecta fuerunt ex redditibus propriis nostræ Sacristiæ, ei assignatis à Card. Roma, pro quibus quolibet anno, Altaristæ contribuunt solùm scut. 9. 60.

Ex eo autem, quod Altaristæ obtinuerint à *Rota coram Verospio* manutentionem circa electionem Sacristæ, Exactoris, & Organistæ, nihil inferri potest circa ea, quæ ab iisdem exercentur, quia manutentio in tantùm eis concessa fuit circa electionem dd. Officialium, in quantum in summariissimo manutentionis Judicio probatum fuit solum, & nudum factum talis electionis, ab ipsis factæ. Et hujusmodi veritatis irrefragabile testimonium ex eo deducitur, quòd ipsi eligunt Organistam vigore ejusdem decisionis. Et tamen ipse Organista nullatenus Organum pulsat, quando Divina celebrant Altaristæ, sed solùm quando illa celebrant Canonici; Signum evidens, quòd ex facultate eligendi eosdem Officiales in possessorio dumtaxat Judicio ipsorum favore canonizato à Rota, nihil inferri potest circa ea munera, & incumbentias eorundem Officialium, quorum salaria non solvuntur ab Altaristis de proprio, sed ex communi massa nostræ Ecclesiæ, assignata quidem in congrua portione eidem Altaristis à Card. Roma, approbante Urban. VIII. sed cum illis oneribus, quibus eadem portio antea subiacebat, & cum illo solvendi salaria dd. Ministris, ut practicabatur ante d. provisionem Card. Romæ.

Quæ omnia dicta sint non ex ambitu, vel inani gloria, sed pro tuitione tam decoris Ecclesiasticarum functionum, quàm proprii honoris, utque debitus servetur ordo, & in adimplementum illius obligationis, quam DD. communiter recognoscunt in tuitione Jurium illius Dignitatis, quam quisque possidet, & obtinet ex adductis *supra discep.* 11. *num.* 32. & *num.* 50.

In eadem Causa.

PRimum dub. duas habet partes, una respicit qualitatem sacrorum paramentorum, alia verò locum se parandi pro Missis; Et quoad utramque, supplicamus eidem affirmativè responderi, tam ex rationibus, plenè adductis supra, quàm ex communi totius Catholici Orbis praxi, in quo nulla adest Cathedralis, vel Metropolitana Ecclesia, quæ non admittat distinctionem aliquam inter Canonicos, & Beneficiatos, tàm circa sacra indumenta, quàm circa locum se parandi pro Missis, & addimus *Text. in cap. Cùm olim* ubi *Glos. verb. In sessionibus de Consuetud.* & *in cap. Statuimus*, ibique *Glos. de Majorit.* & *obed.*

Quoad sacra paramenta, admittitur ex adverso, in nostra Sacristia talem adesse, tantamque quantitatem, ut eadem distinctio commodè possit practicari, sed prætenditur, omnia illa spectare ad Altaristas; Hæc autem est una ex illis eorundem insubsistentibus prætensionibus, quæ nullam habent in facto subsistentiam, & ictu oculi tollitur ex eorundem Paramentorum sola visione, & recognitione, dum in eis, vel conspiciuntur arma, vel nomina illorum Episcoporum, quorum expensis facta fuerunt, vel empta fuerunt ex redditibus nostræ Sacristiæ.

Non possunt Altaristæ hanc veritatem impugnare, sed recurrunt ad curiosam responsionem, asserentes, eadem paramenta empta quidem fuisse à Canonicis, sed cum pecuniis ipsorum beneficiorum, non autem cum illorum Præbendis Theologalibus; Ac si aliqua ad nostrum effectum constituenda esset differentia inter pecunias, uno, vel alio titulo ad nostros Canonicos spectantes, & ab ipsis erogatas in eorundem paramentorum emptione, dum veritas semper est, quod uti pro longè majori parte comparata propriis eorundem Canonicorum pecuniis, sive provenientibus ab eorum Beneficiis, sive Præbendis, non possunt, nec debent, ipsis invitis, ab aliis consumi.

Nec minus curiosa est alia responsio ad suadendum communem usum dd. Paramentorum, his verbis *Altaristæ non sunt Canonicorum servi, sed socii, & sociorum omnia sunt indistinctè communia*, allegando *Textum in l* 1. *ff. Pro soc.* cujus verba sunt hæc: *In societate omnium bonorum omnes res, quæ contrahentium sunt, continuò communicantur.* Quod argumentum si admitteretur in materia sacr. Rituum, actum esset de Ecclesiasticarum functionum majestate, quæ mirabiliter emicat ex Ministrorum distinctione, & qualitatum diversitate, ad instar cælestis Hierarchiæ, ut notat *Piscar. in Prax. Cærem. lib.* 1. *sect* 8. *n.* 2. & *Card. de Luc. de Canon. disc.* 35 *num.* 2. & 12. *Miscel. Eccles. disc.* 40. *n.* 3. Ultra quòd si argumentum procederet, probaret etiam communem, & æqualem participationem redditum, quo nihil absurdius, nihilve irrationabilius.

Quo verò ad locum se parandi pro Missis non negatur pariter ex adverso illum adesse in nostra Sacristia talis longitudinis, talisque capacitatis, ut in uno, eodemque tempore parari

parari possint quinque Sacerdotes; In illo igitur commodissimè practicari potest distinctio, de qua disputamus, assignando scilicet Canonicis, uti dignioribus, loca illa, quæ magis distant à Janua Sacristiæ, & relinquendo Altaristis alia loca propè eandem portam, eodem prorsus modo, quo talis distinctio practicatur in omnibus Sacristiis Urbis, & Orbis, & signanter in illa PP. Jesuitarum, Theatinorum, Congregationis Oratorii &c. absque ulla necessitate vagandi per
61 illa loca imaginaria, de quibus sermo est in contrariis Scripturis: Ultrà quod de facili forsan poterit practicari major etiam distinctio, regulanda à prudentia, & arbitrio Episcopi in recognitione nostræ Sacristiæ.

Circa 2. dub ultrò admittimus, campanam majorem nostræ Ecclesiæ pulsandam esse in omnibus illis festivitatibus,
62 & functionibus, enumeratis per *Piscar. in Prax. Cærem. lib. 1. sect. 3. cap. 3. per tot.* dum non prætendimus illius privativum usum pro convocando nostro Capitulo; Sed dicimus solùm, quòd continuativè ad I dubium, seu ad distinctionem, quæ practicari debet inter Canonicos, & Altaristas pulsari non debet pro ipsorum particularibus negotiis.

Nec verum est, quòd eadem campana *fuit determinata ad convocandum Capitulum, seù Congregationem Altaristarum*,
63 quod nec per somnium legitur in contrario Summar. ad id probandum citato, Nos autem ad oculum demonstramus oppositum, dum docuimus, illam fuisse determinatam ad convocandum Capitulum, cujus appellatione nullatenus veniunt Altaristæ, tam ex dispositione Juris communis, de quo, *Rot. decis. 641. num. 8. par. 18. rec.* quàm ex Visitatione
64 Card. Romæ in qua declaravit, *quòd in posterum nomine Capituli intelligantur tantummodò Dignitates, & Canonici*.

Minusque subsistit prætextus necessitatis pulsandi dictam
65 Campanam majorem, eo quia minoris Campanæ sonitus audiri non potest per totam Civitatem Recanaten. Simplex enim fides, lite pendente procurata, talem affectatam necessitatem probat etiam respectu Campanæ majoris ibi: *Difficilmente può sentirsi la Campana maggiore della Catedrale del Domo quando sona, da quelli, che abitano à Monte Morello;*
66 Undè ad lenlum Altaristarum oporteret novam, longè què majorem Campanam construere, ad hoc, ut ipsi illius sonitum audire possent.

Diximus *ad sensum Altaristarum*, quia in sensu veritatis, in his casibus Beneficiati, & Canonici se regulare debent à Campanis Ecclesiarum, non autem istæ ab eorundem Do-
67 mibus, ne verificetur inconveniens illud, in similibus terminis reprobatum *à Card. de Lauræa in Epist. ad Lector. suæ Epitom. Canonum*, his verbis: *Nec ad amussim lapidem, sed ad lapidem amussim aptare contendamus:* Ultra quod possent Altaristæ procedere per viam præcedentium intimationum, juxta modum, insinuatum in eorum Scripturis.

Circa 3. dubium nihil novi exadverso affertur quod non
68 fuerit præventivè evacuatum; Addentes solùm, quod citatur exadverso Summ. ad probandam nescio quam Sacristiam Altaristarum, de qua d. Summ. nullo modo loquitur.

Non negamus, in Visitatione anni 1623. adesse Inventa-
69 rium Sacristiæ nostræ Cathedralis imo Nos illud exhibuimus. Ex illo tamen nihil ad Altaristarum favorem infertur, quia Sacristia Cathedralis nimis impropriè attribuitur Altaristis: Ipsi enim, ut sæpè diximus, & nunquam satis repetimus, non veniunt nomine Capituli Cathedralis, nec aliquo modo dicuntur Domini rerum Sacristiæ ejusdem Cathedralis, imò neque earundem rerum administrationem ha-
70 bent, ut firmavit in specie *Rot. decis. 57. à n. 1. cor. Cavaler.* Beati Capserii Sacri Montis Pietatis, Banci S. Spiritus & similes Ministri, atq; Custodes pecuniarum Domini illarum dicerentur ut proparitate exadverso asseritur, si in Jure fundata esset propositio illa, quæ legitur in contraria Scriptura: *Quod nempè majus dominii signum dari non potest, quàm asser-*
71 *vare eam in loco qui sit in proprio dominio, & clavium custodia;* Veritas tamen est, quod similes Custodes, nullatenùs sunt veri domini rerum, ipsorum fidelitati commendatarum, ut notorium est, & in specie loquendo de Officio Sacristæ, seu custodia sacrarum Supellectilium observat *Bauldr. in Manual. sacr. Cærem par. 1. cap. ar. 1. sub n. 1.* ibi: *Officium Sa-*
72 *cristæ &c. ejus probitati relinquitur totus Ecclesiæ thesaurus &c. ac ejus fide itai commendantur omnes res sacræ, vasa, ac suppellectilia Ecclesiæ.*

IV. denique dub concernit illa Paramenta sacra, *quæ spectant ad Ecclesiam Cathedralem*, juxta illius præcisa verba, & quæ ex supra adductis nullatenùs commodari possunt, nec debent ab Altaristis.

Die 20. Martii 1706. per Card. Colloredum proposi-tis in S. R. C. dictis dubiis, responsum fuit, ut infra. 73

Ad I. de quo supra num. 7. *Affirmativè*. 74

Ad II. de quo supra num. 25. *Negativè*. 75

Ad III. de quo supra num. 32. *Negativè quoad primam partem Affirmativè quod secundam*. 76

Ad IV. de quo supra n. 43. *Servetur decr. Episc.* 77

DISCEPTATIO XXXVI.

Tropeen. Censurarum.

PRO

P. Matthæo Brancatio.

ARGUMENTUM.

Alienatio bonorum Ecclesiasticorum infructiferorum an possit fieri sine Apostolico Beneplacito, & usque ad quam summam possint ordinarii alienare bona Ecclesiarum vigore Can. Terrulas 12. quæst. 1.

PRo exclusione incursus in Censuras, videtur respondendum; Agitur enim de alienationibus utilibus, & necessariis Monasterio, quod solitum erat ab antiquo bona controversa in emphyteusim concedere, neq; ad illas P. Brancatius
1 devenit proprio marte, sed prævio decreto Definitorii, quod in omnibus negotiis Monasteriorum est loco Ordinarii, quo casu cum ipse bona fide processerit, uti necessarius Minister, & Exequutor dicti decreti, ab omni prorsus culpa, & consequenter etiam pœna fuit immunis, ut in nostris terminis ad-
2 vertunt *Clar. in Prax. §. final. 9 q. 60. n. 14 Thesaur de Pœn Eccles. par. 2. c. 1. verb. Alienatio bon Eccles. vers. Nota, & Lezzan. in Summ verb. Alienatio à n. 27.* Et in similibus terminis, quòd non sit innodatus Censuris Officialis Episcopi, alienans sine Beneplacito Apostolico, quando id facit in exequutionem voluntatis sui Prælati idem *Thesaur. ubi supra*.

Ultra quod præscindendo etiam ab authoritate dd. Doctorum, militant ad favorem P. Brancatii omnes Juris regulæ; Quòd scilicet semper facienda sit interpretatio pro pœ-
3 narum exclusione; Quòd ad illas incurrendas requiratur certa notitia earundem; Quòd illæ non habeant locum, quando concurrit bona fides, & abest dolus, & contemptus, prout omnes has regulas ad hunc præcisum effectum excusandi ab excommunicatione ob non servatas solemnitates in alienatione bonorum Ecclesiæ latè exornant, *Quarant. in Summ. verb Alien. bon. Eccl. num. 50. Bonacin de Alien. Bon Eccles. punct. 5. num. 1. Thesaur. de Pœn Eccles. par. 2. cap. 1. verb. Alien. bon. Eccles. vers. 2. nota, & Lezzan. in Summ. verb. Alien. num 58* Quæque indubitanter procedunt inspecto
4 verbo *Præsumpserit*, quo utitur Summus Pontifex in *Extrau Ambitiosæ*, quod verbum importat de sui natura dolum, & contemptum, à casu nostro alienum, ut observant *Card. in Clem. 1. qu. 39. de Privileg Barbos. in Extrav. Ambitiosæ num 23. Dian. tom 7. tract. 1. resol. 232. num. 1. & Rot. cor. Caval. dec. 1. num. 2.*

Quo verò ad subsistentiam alienationum prædiolorum, de quibus agitur, videtur pariter respondendum, illas fuisse
5 validè initas.

Et quidem, quoad priora 14 corpora exigui valoris nulla cadere potest difficultas, supposito decreto Definitorii, ge-
6 rente vices facultatis ab Episcopis dari solitæ *Innoc. in cap. Cùm, & plantare § In Ecclesiis de Privil. Navarr de Alienat bon. Eccles. num. 7. Cor. in Prax. disp. lib. 9. c. 4. num. 46. & Tambur de Jur. Abbat. lib. 3. disp. 13. q. 5. num. 2.* Attenta no-
7 tissima dispositione *can Terrulas 12. q. 2.* permitten. hujusmodi alienationes etiam sine solemnitatibus, & beneplacito Apostolico, prout uno ore affirmant ibidem *Repetentes*, cum concordantibus apud *Rot. dec. 444 num. 2. cor Royas, & dec. 58. num 14 cor. Ninot* ubi de petio Terreni, capacitatis tertiæ partis unius rubri.

Fortiùs attento solito nostri Monasterii conceden In em-
8 phyteusim bona controversa, ut in facto probatur, & in jure observant *Turricel. de Reb. Eccles. non alien. cap. 15. n. 14. Barbos. de Potest Episc par. 3 alleg. 95. n. 22. & Antonell. de Regim. Eccles lib. 1. cap. 6. num. 1.*

Remanet decimaquinta alienatio prædii, nominati Cata-
9 lano, valoris, ut prætenditur, duca. Regni 80. quod alienavit anno 1682 P. Brancatius, præcedente pariter decreto Definitorii.

Circa quod præmittēdū videtur in jure, quod non cōcordant.

Do-

Doctores in assignanda quantitate summæ, contentæ in *Can. Terrulas* 12.q.1. Aliquibus contendentibus, ut illud prædium dicatur exiguum, quod non excedit valorem 20. ducat. juxta *Gloss. in d. Can. Terrulas*, *Genuen. in Prax. Cur. Archiep. cap.* 60 n.3. Aliis illam extendentibus ad sc. 30. monetæ Romanæ, ut facit *Corrad in Prax. disp. lib.* 9 *cap.* 4. *n.* 44. & 45 Aliis defendentibus, ut modica summa ad hunc effectum dicatur illa 25. aureorum *Nald. in Summ. verb. Prælatus num.* 17. Aliis 25. ducatorum de Camera *Thesaur. de Pœn. Eccles. par.* 1. *cap.* 1. *verb. Alienatio bon. Eccles. vers.* 3. *nota*, & *Leo in Thes. for. Eccles. par.* 4. *cap.* 1. *num.* 73. ubi ulteriùs requirit, quòd prædium, ad hoc, ut non dicatur exiguum, debeat excedere in fructu valorem unius ducati auri de Camera. Aliis demum, ut requiratur summa 50. aureorum ad hoc, ut non intret dispositio dicti *Can. Terrulas*, ut sunt *Barbos. de Potest. Episc. par.* 3. *alleg* 95. *num.* 51. & *Antonell. de Regim. Eccles. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 6. *in fine*. Imò non defuerunt Doctores, qui talem summam censuerint posse extendi etiam ad centum scuta, attentis qualitate Ecclesiarum, & aliis circumstantiis, ut videre est apud *Zerol. in Prax. Episc. verb. Alienatio par.* 1. *Stapbil. de Liter. Grat. fol.* 352. *sub num* 1. *Fagn. in cap. Nulli num.* 6. *de Reb. Eccles. non alien.* & *Card. de Luca de Alienat* & *contract. probib. disc.* 1. *num.* 117. & *Panimoll. decis.* 60. *annot.* 3. *num.* 21. & *seqq.*

Conveniunt tamen omnes in hoc, quod hujusmodi taxa remittenda sit Judicis arbitrio, qui inspectis consuetudine Regionis, distantia ab aliis rebus Ecclesiæ, annuo redditu, & similibus, suum interponat judicium, an prædium respectu alicujus Ecclesiæ, vel Loci pii dicatur exiguum, necnè, ut advertunt *Abb. in cap. Etsi quæstiones de Simon. Barbos. in d. Can. Terrulas num.* 13. *Mascard. de Prob. conclus.* 75. *nu.* 27. *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Alienatio n.* 41. *Ricc. in Prax. resol.* 36. *in fine*, *Piasecc.* pariter *in Prax. par.* 2. *cap.* 5. *artic. ultimo num.* 30. *Antonell. de Regim Eccles. par.* 1. *cap.* 8. *sub nu.* 6. *Lezzan. in Summ. verb. Alienatio* & *seqq* & *Corrad in Prax. Dispens. lib.* 9. *cap.* 4. *n.* 44. ubi quòd, ex hac ratione Ordinarii pro libito illam extendunt; In qua tamen parte malè faciunt.

Pro hoc igitur arbitrio, & ad substinendam alienationem d. prædii, ut dicitur Catalano, vel pro illius convalidatione, oculis EE. PP. considerandum subiicimus, quòd agitur de prædio, multùm distanti ab aliis bonis Monasterii, sterili, incommodo, inutili, & nullius redditus, juxta clara verba Instrumenti concessionis, ibi; *due tumulate* &c. *da' quali ogni anno non percipe cos' alcuna*, quas qualitates ad hunc præcisum effectum considerant adducti *à Lotter. de Re Benef lib.* 3. *quæst.* 25. *à num.* 23. & *seqq Turricell. de Reb. Eccles. non alien. cap.* 15. §.3. *num.* 5 & *Rot. dec* 624. *num.* 11. *par.* 1. *rec.* & in terminis, quòd res inutiles, & infructiferæ Monasteriorum alienari possint nulla præcedente solemnitate, probat *Panimoll. dec.* 60 *annot.* 3. *n.* 16.

Quæ omnia nedum procedunt attenta Juris communis dispositione, sed etiam considerando decretum anni 1624. hujus S. C. jussu Urbani VIII. editum, & specialiter prohibens Regularibus alienationem bonorum Ecclesiasticorum; Illud enim ad hoc solùm editum fuit, ut revocarentur facultates, & privilegia quamplurium Religionum alienandi bona propriarum Ecclesiarum absque beneplacito Sedis Apostolicæ, ut notant *Barbos. de Potest. Episc par.* 3. *alleg.* 95 *numer.* 60. & *Tambur. de Jur. Abbat. lib.* 3. *disp.* 13. *q.* 6. *per. tot.* Et clarè patet ex illis verbis ejusdem decreti, *præterquam in casibus, à Jure permissis*, & advertunt *Lezzan. in Summ. verb. Alienatio num.* 4. & *n.* 51. *Novar.* pariter *in Summ. titul. de Alienat. Rer. Regular. num.* 2. & *Barbos. in Summ. Apostol. decis. verb. Alien. num.* 9.

Die 9. Jan 1692. proposita Causa in Sac. C. E. rescriptum fuit; *Archiepiscopus S. Severinæ à Censuris absol. remissis cæteris pœnis, & quatenus compererit contractus fuisse, & esse utiles Ecclesiæ, illos confirmet, sin minus revocet.*

DISCEPTATIO XXXVII.

Nullius.

Ad petitionem dignissimi Religiosi.

ARGUMENTUM.

Explicantur multi casus, in quibus locum habent, vel non habent, Constitutiones diversorum Summorum Pontificum, Ambitum prohibentes.

1 In nostris *Instit. Crimin. lib.* 1. *ti.* 8. *de Crim. Apostas. n.* 56 obiter observavimus, ambitum in procurandis Religionum Muneribus, Officiis, & Prælaturis, à multis Summis Pontificibus esse rigorosè prohibitum, & signanter *à sa. me. Gregor. XIII.* Monachis Cassinensibus *in ejus Const.* 16. §.8. *in Bullar. nou tom.* 2. Necnon Patribus S. Dominici *in ejus Const.* 62. §.1. *n.* 2. & Monachis S Hieronymi de Observantia *in ejus Const.* 90. §.10. *A. sa me. Clem. VIII.* eisdem Fratribus S. Dominici *in ejus Const.* 7. §.2. Ab eodem Summo Pontifice Patribus Carmelitis *in ejus Const.* 23. §.1. & 2. Ab eodem Summo Pontifice Patribus Camaldulensibus *in ejus Const.* 43. §.1. & 2. Ab eodem Summo Pontifice PP. Eremitis S Hieronymi de Pisis *in ejus Const.* 70. §. 1. & 2. & PP. Cruciferis *in ejus Const.* 109. §. 2. A' sa. me. Paulo V. Monachis Cœlestinis *in ejus Const.* 9. §. 2. Ab eodem Summo Pontifice Canonicis Regularibus SS. Salvatoris *in ejus Const.* 24. §.2. Ab eodem Summo Pontifice eisdem PP. Dominicanis *in ejus Const.* 39. §.4. Ab eodem Summo Pontifice PP. Eremitis S. Augustini *in ejus Const.* 48. §.2. Ab eodem Summo Pontifice Monachis Cistercienfibus Italiæ *in ejus Const.* 70 §.1. A' sa. m. Urbano VIII. Monachis Cassinensibus *in ejus Const.* 226. §.5. Ab eodem Summo Pontifice PP. S. Hieronymi Congregationis Fesulanæ *in ejus Const.* 236. § 2. Ab eodem Summo Pontifice Patribus S. Francisci Reformatis, & de Observantia *in ejus Const* 250. §.2. A sa. m. Alexandro VII. Monachis Cœlestinis *in ejus Const.* 3. §.5. Ab eodem Summo Pontifice PP. Congregationis Montis Virginis *in ejus Const.* 49. Ab eodem Summo Pontifice eisdem Patribus Eremitis S. August. *in ejus Const.* 110. §. 11. A' s. m. Clem. X. Monachis Congreg. Montis Oliveti *in ejus Const.* 31. §. 1. & 2. Et ab eodem Summo Pontifice Religiosis Cappuccinis *in ejus Const* 46. §. 1.

2 Meritò autem rigorosis pœnis idem ambitus, ut supra, prohibitus fuit, quia favorum conquisitio, in procurãdis Religionum Officiis ipsismet ambientibus miseriam infert, ut, sequendo *Cicer. l.* 1 *Offic.* & *Buscum de Remed. contra animi morbos*, benè notat *Decian tr. var. lib.* 2. *ti de Ambitu c.* 21. & in nostris terminis *Cherub. in not. ad Const.* 62 *s. m. Gregorii XIII. Schol.* 1. & 2. *Divus* autem *Bernardus in Ps.* 90. illum vocat *subtile malum, secretum virus, pestem occultam doli artificium, matrem hypocrisis, livoris parentem, vitiorum originem criminum fomitem, virtutum eruginem, tineam sanctitatis, excæcatricem cordium, ex remediis morbos creantem, & generantem ex medicina languorem* Impedit enim libertatem illam, quæ anima est canonicarum electionum, eò quia, *tunc in suffragiis quær.tur quid optimi Viri sentiant, quando favorum ambitus silet*, d cebat idem *Cicer l.* 3. *de Legibus*, sequutus *ab eodem Cherub.* loquente pariter in nostris terminis *in Not ad Const* 7. *s. m Clem. VIII. Schol.* 1. & concordat *Decian tr. var l.* 8. *ti de Ambitu cap.* 21. ubi *n.* 24. *ex Plaut.* subdit, *Sat habet Fautorum semper qui recta facit.* Quod experientia notum est, eò quia illi, ut plurimum, Fautores habent, & favores semper procurare solent ad Officia obtinenda, qui, vel recta non faciunt, vel qui requisita, ab Ordinis Constitutionibus præscripta, non habent: Indequè nimis elegantèr eundem ambitum detestans *S. Ambrosius in Luc. l.* 4. *c.* 4. ad rem scriptum reliquit. *Hoc ipso perniciosior est ambitio, quod blanda quædam est conciliatruncula Dignitatum, & sepè quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, nulla subvertere avaritia facit ambitio criminosos* quem in nostris terminis refert, & sequitur *Cherub. ad Const.* 39. *s. m Pauli V. Schol.* 1. & concordat *R P. D. Fattinell. resp.* 58. *n.* 6. *tom.* 1.

9 Prætereà, cùm idem procedendi modus in procurandis Officiis, & Dignitatibus à sæcularibus etiam legibus prohibitus sit, ex adductis *in meis Insti. Crimin. l.* 2 *ti.* 2 *n.* 1. & *seqq.* & *à nu.* 78. & latissimè *Decian tr. crimin. lib.* 8 *ti. de Ambi cap* 20. & *seq.* Multò magis practicari non debet à Religiosis Viris, juxta aurea illa verba *S Simmachi Papæ*, registrata *in can. Nullus* 1. *q.* 1. ibi *Nam cùm hic excessus à laicali conversatione culpetur, quis dubitet, quin Religiosis, & Deo Servientibus initiat, vel incutiat opprobrium*, cùm aliis apud *Grutb. de Art. benè desider. resol* 1 *n.* 11. & *seq.*

11 Omissis autem innumeris illis quæstionibus, quæ in hac materia, cum majori otio, discuti possunt, & non sine propensione in proprium favorem à Moralistis, eorum defendentibus causam, tractari solent, strictè ad multa dubia, pro quibus requisitus fui in sensu veritatis à dignissimo æquè, ac timoratissimæ conscientiæ Religioso.

12 Quæres I. *An procurans favorem seu Literas commendatitias pro obtinenda Dignitate, incidat in pœnas ambitientium si deindè pœnitentia ductus, eisdē epistolis frontanè non utitur, sed illas lacerat.* Resp. negativè cum *Rodriquez qu. Reg. to.* 2. *qu.* 56. *art.* 2 *vers. Circa præmissa* ea ratione, quia dd. leges, ambitum prohibentes, quoad pœnas, in illis comminatas (quidquid sit de peccato) intelligi debent quando, quantū est in procurante, & ambiente, ad effectum perducuntur, quod non verificatur in

in præsenti, & quidem ex actû merè voluntario, & spontanea voluntate illius, qui favores procuravit, & *Rodericum* sequitur *Flavius Cherub. ad Const.* 48. *Pauli* 5. *Schol.* 1.

Obiter observando hìc cum *Barbosa vot. decisivo* 100 *n* 21. eundem *Flavium Cherubinum*, Authorem dicti Compendii Bullarum, qui commentando plures Summorum Pontificum Constitutiones, de hac materia tractantes, egregiè circa illam scripsit, priùs fuisse Monialem in Monasterio S. S. de Urbe, & deinde in Virum conversum, obtinuisse Canonicatum in Ecclesia S. Mariæ in Via lata, ut Nobis benignè retulit æternæ memoriæ Vir. *Marcellus Severolus*, & observavimus *in Insti. Crimin. lib.* 3. *ti.* 5. *num.* 306.

Quæres II. *An idem dicendum sit, quando epistolæ nedum fuerunt procuratæ, sed etiam missæ ad Superiorem, vel Electorem, ad quos tamen ex aliquo accidenti non pervenerunt* Resp. idem dicendum esse, cum eodem *Roderico, & Cherubino ubi supra Schol.* 2. quia in rei veritate ex d. accidenti, quod supponimus, eædem epistolæ nullatenus pervenerunt ad manus Superiorum, vel Electorum, *Peyrin de Offic. subdit. Religios qu.* 2. *cap.* 2. *§.* 11. *vers. Dico primò*, ubi sequendo *Jo. Andr. in cap. Perpetuo de Elect. in* 6. ait: *Pœnam, quæ ipso jure delinquenti infligitur, non incurrit is, qui cogitavit, & aliquid egit, sed non perfectè, etiamsi per ipsum non steterit, & Passerin. de Election. cap.* 6. *q.* 2. *sub n.* 1. ubi hoc admittit in casu fortiori, quando scilicet Epistolæ pervenerunt ad manus Superioris, sed ipse illas legere noluit, illa adducta ratione, quia in his circumstantiis procuratio favoris non est completa, & in simili idem probat *Nav. conf.* 60. *n.* 1. *& seqq. lib.* 1 *de Sent excomm fol. mihi* 260. Qui Doctor Navarrus in optima valetudine, centesimum annum in Urbe explevit, testibus *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 17. *n.* 8. *& de Justis de Dispens. Matrim lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 351. Verum tamen est, quod in hoc secundo casu non poterit excusari à majori culpa ille Religiosus, qui dd. Epistolas procuravit, eò quia non ex ejus voluntate, & spontaneo actu, sed ex accidenti, seu præter illius voluntatem, non pervenerunt ad eum: ad quem directæ erant, vel ab ipso non fuerunt lectæ.

Ex quibus sequitur, quòd crimen hoc non committitur, seu non completur, quando Literæ commendatitiæ procurantur, minusque quando procurantes illas effectivè recipiunt ab eorum Fautoribus, sed tunc solùm, quando ad eorundem Superiorum, vel Electorum manus perveniunt, & ab ipsis leguntur, quia tunc dicitur completa actiò procurationis favoris, & completa pariter est transgressio contra Constitutiones *Passerin. de Election. cap.* 6. *q.* 2. *n* 86, ubi benè distinguendo asserit, aliud esse, actionem malam compleri, aliud verò agentem obtinere favorem malæ actionis; Concludendo pœnas incurri per solam completionem actionis malæ, licèt illa suum non habuerit effectum.

Opportunè tamen subjungimus hìc, quòd si non committitur, seu non completur hoc crimen in dd. duobus prioribus casibus, habito respectu ad pœnas, in Apostolicis Constitutionibus comminatas, & præcipuè ad illam privationis vocis activæ, & passivæ, necnon excommunicationis majoris, Summo Pontifici reservatæ, committitur tamen mortale peccatum, & possunt Superiores contra taliter operantes ser. ser. ad alias arbitrarias pœnas procedere, eò quia, nedum dicuntur dare operam rei illicitæ, & à Summis Pontificibus rigorosè prohibitæ, sed ponunt se in proximo statu, & proximiori periculo dictum crimen committendi. Et propterea nimis cauti in hac parte Superiores, & Electores esse debent, & quatenus verisimilem de dd. recursibus ad personas prohibitas notitiam habeant, eis Votum denegare debent, non quia ex dd. Constitutionibus effecti fuerint inhabiles, sed quia se indignos reddiderunt, procurando media, opposita eisdem Sacris Constitutionibus, quamvis deindè ex accidenti eædem Literæ commendatoriæ non pervenerint ad manus Electorum, & Superiorũ. Si verò non sit sermo de Electoribus, sed de Superioribus, possunt electiones taliter conclusæ cassari ex eo solùm motivo, quod electi consenserint procurationi dictarum commendatitiarũ, juxta punctualẽ *Glos in c Cùm post v. Requisitũ de Elect.*

Quæres III *An Constitutiones ambitum prohibentes, non obligent eò quia prætendatur illas non esse in usu, neq; fuisse acceptatas.* Resp *Negativè* Leges enim Papales, ad differentiam legum sæcularium, hoc speciale habent, quod statim obligant post illarum publicationem, ut, cumulatis concordantibus latè probavi supra *par.* 1. *discep.* 14. *n.* 27. Estque in hac parte magistralis *dec.* 42. *n.* 16 *& seq. apud Novar. in Summ. Bull.* juxta illa clara verba. *Cùm Summus Pontifex habeat immediatam potestatem à Deo, absq; dependentia à consensu Populi, ut primùm Constitutionem &c. publicavit, ea censetur effectum sortita ubiq; cùm statim liget & oblig t absq; alia Subditorum acceptatione, qui non possunt de illius non usu, seu contrario usu excipere.*

Quæ transeunt in evidentiam respectu *Constit.* 49 *s. m. Alexandri VII.* ex duplici animadversione.

I. Quia in illius §. 3. adest clausula *Sublata, & decretum irritans*, quæ operantur, ut nullo unquam tempore adversus Constitutiones, tali clausula, & decreto munitas inchoari possit consuetudo contraria, sed actus, illis oppositi, dicantur merus abusus, e x authoritatibus, à me supra citatis *discep.* 10 *n.* 5. *& discep.* 14. *n.* 21. ubi probatur, decretum irritans afficere etiam ignorantes. Estque propositio, uno ore à Doctoribus recepta, & in magnis Tribunalibus admissa.

II. Quia demandatur ulteriùs in eadem *Constit.* 49 *s m. Alexandri VII.* §. 5. ut in singulis Capitulis Generalib. illius Congregationis, pro qua emanavit, publicè legatur; Cum declaratione, quòd per talem publicam lectionem ille sequatur effectus, ac si unicuique personaliter intimata fuisset, quod mihi supponitur punctuali exequutioni demandari, & proindè ex tali circumstantia publicæ lectionis, ac repetitæ promulgationis in quolibet Capitulo Gener. plusquam evidenter excluditur prætensus non usus d. Constitutionis. Qui ulteriùs nunquã præsumitur, ex allegatis *per Card. de Luc. de Donat. disc.* 26. *n.* 26. & firmatis per *Rot. in dec.* 293. *in fine par.* 4. *tom* 2. *rec.*

Unde non sine admiratione sub oculis haberi possunt, sed nullo modo admitti ea, quæ leguntur apud alioquin doctum *Peyrin in Addition. ad Const. Pauli V. cap* 6 *n.* 10 *in fine fol. mihi* 169. his verbis: *Et demum nota, quòd Viri gravissimi censent, istam Const. non obligare in conscientia, quia non fuit recepta, & quidem eam video non observari à Viris piis, & pariter doctis*, quem meritò reprobat *Passerin de Elect cap.* 6. *q.* 2. *n.* 8 ubi tamen non benè respondet reflexioni, deductæ ex decreto irritanti, de cujus efficacia, ultra supra allegatos, benè *R. P. D. Ansald. in Addition. ad dec.* 30. *num.* 58.

Quæres IV. *An sit in potestate Superiorum Regularium, tam majorum, quàm minorum Const. ambitum prohibentes, acceptare, vel non acceptare, seu non observare* Resp. Negativam opinionem esse indubitatam; Quia quando leges positæ sunt, non est in potestate Subditorum de illis judicare, sed secundùm illas procedendum est, ut dicebat *S Aug in Lib. de Vera Relig.* sequutus à *Rot. in dec.* 378. *n.* 19. *p.* 18. *rec.* & concordat *Tex. in l. Prospexit. ff Qui, & à quibus* ibi, *Lex ita scripta est*, cum aliis apud *Rot. dec.* 3. *n.* 6. *cor. R. P. D. Ansaldo.* Et contrarium meritò improbat æternę in ęvum memorię Vir, *Car. de Lauræa in Epistola ad Lectorem Epitom. Sacr Canonum*, his verbis. *Nec ampliùs ad Amussim lapidem, juxta Philosophi præceptum, sed ad lapidem Amussim aptare contendimus non inquam legi voluntatem subiicimus, sed legem ipsam ad voluntatem trahere non formidamus*, quem sequutus fui in *p* 1. *disc.* 6 *n* 67. Et in nostris terminis benè *Passer. de Elect. c.* 6. *q.* 2. *n* 83. ubi, quod cùm ex observantia hujusmodi Constitut. pendeat summum bonum Religionum, non potest dari tale bonum, ex illarum non observãtia resultans, cujus respectu melius sit, eas non observare. Concludendo *n.* 48. talem non observantiam non esse rationabilẽ, *sed esse maximũ abusum, & minimè tolerandũ*, cui me subscribo.

Neque hìc intrant termini epichejæ, vel æquitatis, sed eædem Constitutiones præcisè, & ad literam in omnibus earum partibus pro lege servandæ ab omnibus sunt, ut benè observat *Rot. in d. dec.* 3. *n.* 6. *cor. R. P. D Ansaldo*, quam sequutus fui supra *disc.* 8. *n.* 8. *p.* 1. Et optima quidem ratione, quia talis operandi modus contra legem clarã, seu adversus literales, rotundasq; Apost. Constitutiones non dicitur epicheja, minusque vocari potest æquitas, sed duplex iniquitas, juxta sensum, & verba *Andreol. controv* 92. *n.* 17. *& Gob. cons.* 97. *n.* Et quatenùs denominari velit æquitas, diceretur quidem talis, sed sine diphtongo, ut non minùs significativè, quàm solidè notat *Gratian disc.* 639 *n.* 25. quem sequutus fui *in meis Insti. Cr. lib.* 4. *ti.* 8. *num.* 55.

Quæres V. *An sit in eorundem Superiorum facultate modò observare, & modò non observare ad proprium libitum Constitutiones Apostolicas ambitum prohibentes, an verò illas absq; ullo arbitrio semper observare teneantur.* Resp. *Negativè* quoad ad primam partem, hoc est semper, & inviolabiliter teneri illas punctualiter observare, & ad praxim reducere, ex rationibus, in antecedenti quæsito adductis; Subiungendo tamen cum *Amen de Delict. & Pœn. ti.* 5 §. 8 *verb Subornatio n* 66. quod malum in hac parte non residet in eo, quòd Superiores, & Electores credant, repositum esse in eorum voluntate, Apostolicas Constitut. observare vel non observare, sed in illa deplorabili corruptela. quòd similes operandi modi, Apostolicis Constitutionib. oppositi *palliantur nomine Tractatuũ Consultoriorum, Conventiones & pacta simoniaca intitulantur convenientiæ, seu satisfactiones; Et munera à manu vestiuntur pallio antidoralis obligat*. Ex quibus meritò exclamat idem Auth. *Dicant Canon. clament Decretales, vetent Extravag. prohibeant Decreta Summorum Pontifi. i ordinent Statuta Religionũ quidquid libuerit,*

ambiens

ambiens Dignitates omnia pessundat, & pro nihilo ducit Censuras, ut ipsas consequatur &c. Sicque homines irridentur, aut se irrideri permittunt, sed non irridebitur Deus.

Quæres VI. *An licitum sit Religiosis absque ullo scrupulo libe-* 46 *rè recurrere ad personas extra gremium Religionis pro suffragiis, seu Literis comendatitiis apud Superiores, ut promoveantur ad Dignitates, & Officia.* Resp. *Negativè*, rationibus ad- 47 ductis supra *quæst. 2. vers. Ex quibus seu n. 21. & seq.*

Quæres VII. *Quid dicendum sit in casu, in quo Religiosus* 48 *pro obtinenda Dignitate, non per seipsum, sed per tertiam personam commendatitias Epistolas Superioribus consignari curet.* 49 Resp. Incurrere pœnas prædictas contra Ambientes, quia qui per alium facit per se ipsum facere videtur, ut dicitur *in cap. Qui per alium de Regul. Jur. in 6.* cum aliis apud *Barbos. axiom. 92. num. 1.* Neque Apostolicæ Constitutiones in hac 50 parte impositæ sunt verbis, sed prohibent effectivas, & reales commendationes, quæ, sive per seipsum, sive per tertiam personam præsententur Superioribus, seu Electoribus, semper sunt ejusdem efficaciæ, semperque proinde in Constitutionibus, ambitum prohibentibus, dicuntur inclusæ, & contentæ.

Quæres VIII. *An Religiosus ille, qui postquam effectivè Li-* 51 *teras commendatitias à Magnatibus obtinuit, sub spe illarum vigore obtinendi munus aliquod, vel Dignitatem, & insuper illas, vel per se, vel per alium præsentavit; Deinde, se excusando, asserat, omnimodam ignorantiam habere de eisdem Literis, dicatur incurrere pœnas, contentas in dictis Const.* Resp. *Affirmativè*, quia concurrunt omnia extrema delicti, nem- 52 pè procuratio Literarum commendatitiarum, cum illarum effectiva præsentatione, seu usu, & propterea nihil aliud deficit, minusque aliquod aliud desideratur pro ostendenda contraventione, seu non observantia dictarum Constitutionum.

Neque vis fieri valet in excusatione, seu assertione Reli- 53 giosi, quòd ignoraverit Literas commendatitias, quodque nullam de illis notitiam habuerit. In his enim terminis non attenditur quid dicant, vel non dicant Transgressores legum, & Constitutionum Apostolicarum, sed mera veritas semper præ oculis habenda est, quæ vel nota est soli contravenienti, 54 & in hoc casu solum Deum ultorem habet, qui est scrutator cordium, & cognitor Secretorum: *Div. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 6. nu. 6. Fagnan in Cap Tua nos n. 41. de Simon.* cum aliis, à me citatis in *Inst. Crim. lib. 1. tit. 9. n. 31.* Vel nota est etiam Su- 55 perioribus, & potest ab istis probari, & tunc sicuti non potest controverti incursus in pœnas, in Constitutionibus contentas, ita Superiores nullum habent arbitrium, illas infligendi, vel non infligendi, sed omni jure fit locus punitioni illorum, qui easdem Apostolicas Constit. non observant.

Quæres IX. *Quid dicendum in casu, in quo ipsimet Superio-* 56 *res subditis suggerant; Dic, te esse ignarum Literarum commendatitiarum, ad hoc ut non possis amittere habilitatem consequendi munera, & Dignitates Religionis.* Resp. Istas esse meras puerilitates, quia Deus non irridetur, & sicuti tales excusationes non suffragantur, neque attenduntur, quando addu- 57 cuntur ab ipsismet Religiosis, ex supra adductis, ita neque etiam attendendæ sunt, quando suggeruntur à Superioribus; Si tamen casus iste de facto dari possit, quia videtur vim facere sano intellectui consideratio illa, ut similes ineptæ excusa- 58 tiones suggeri possint ab illis, qui ex officio tenentur invigilare pro punctuali exequutione Apostolic. Constitutionum: Quorum proindè respectu crescit in immensum gravitas cri- 59 minis cum verificatione illius inconvenientis, ut indè nascantur injuriæ, unde expectabantur jura, reprobati in *l. Meminerint Cod. Unde vi*, cum aliis apud *Barbos. axiom. 126. n. 3.* Et facit spectabilis authoritas *Cassiod. l. 4. var. ep. 27.* relati *in meo Tract de Liv. c. 1. §. 7. n. 9.* his verbis: *Malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia provenire;* Et in nostris terminis, benè *Amen. de Delict. & Pœn. tit. 5. §. 8. verb. Subornation. 7.* ibi: *Dico quòd isti idem crimen, sed gravius, quàm Subditi, committunt; Ratio est, quia atrocius est delictum, commissum ab illo, à quo debuit delictum ipsum punitione vindicari, & delinquentes compesci &c. Tum quia Subditos malo exemplo suo ad similia sollicitat, deberent ideò tales gravibus pœnis, quàm cæteri puniri.*

Quæres X. *An Superiores, efficacem habentes voluntatem pro-* 60 *movendi aliquem Religiosum ad vacantem Dignitatem, ad hoc ut liberentur à concursu adspirantium ad eandem Dignitatem, qui reverà digniores sint, malè faciant, si imponant minùs dignis, ut procurent validas commendationes à personis extra Religionem ad hoc, ut Electores videantur eum promovere in gratiam Potentis, seu Commendantis, & hoc modo cæteri digniores acquiescant.* Resp. *Affirmativè*, & talia facientes, nedum 61 malè, sed pessimè operari, quia, nedum concurrunt omnia requisita pro incursu pœnarum, sed ulteriùs verificatur pessima illa voluntas & secunda intentio præjudicandi digniori- 62 bus, qui in qualibet electione semper præferendi sunt minus dignis, juxta disposita in *Sac. Conc. Trid. sess. 24. de Ref. c. 1.* quod in nostris terminis sequitur *Gruther. de Arte benè desider. resol. 18. n. 7. fol. mihi 424.* & juxta determinata à *s. m. Innoc. XI. die 2. Martii 1679. propos. 47.*

Quæres XI. *An illi, qui non procurant favores Potentium, sed ab istis eis spontè oblatos recipiunt. illisque utuntur, incidant* 63 *in pœnas d. d. Constit.* Resp. *Affirmativè* cum *Lantusc. in Theatro Regul. verb. Ambitio n. 2. v. Procurantes*, ubi, quòd ita de- 64 terminatur in *Constit. 16. s. m. Pauli V.* nec non in *alia s. m. Urbani VIII.* quam ibidem per extensum registrat, & ratio est, quia in rei veritate dicuntur obtinere Dignitates & Officia mediantibus favoribus Potentium, quod in dd. Constitution. 65 unicè prohibitum est, & concordat *Portell. de Dub. Regular. verb. Officia Ordinis n. 36.* ubi, quòd in his circumstantiis dicitur consentire.

Quod in dicta Constitutione 49. s. m. Alexandri VII. cubi- 66 talibus istis literis prohibitum est §. 2. *Suffragia procurare, aut etiam spontè oblatis & à se minimè procuratis, uti, directè, vel indirectè, seu aliàs quoquomodo audeant, vel præsumant.* Itaut proindè præsens quæsitum uti literaliter, ut suprà decisum à d. Constitutione, nullam omninò involvat dubietatem quoad 67 Religiosos illos, pro quibus emanavit & quoad alias Religiones, quarum respectu eadem clausula continetur in Constit. ambitum prohibentibus.

Quæres XII. *An ipsimet Electores totis viribus procurantes, ut Dignitates Religionis conferantur Religiosis, alioquin dignis,* 68 *incidant in dictas pœnas.* Resp. *Negativè*, cum *Nov. in Summ. Bull. comm. 108. n. 47. p. 2.* ubi sequitur *Navarr. cons. 20. n. 6. de Sent Excom. & Peyrin t. 1. de Subd. q. 2. de Paupert. c. 2. & 11.* Et ratio est, quia in his circumstantiis non verificatur propriè ambitus Officiorum, sed solæ diligentiæ, & operationes E- 69 lectorum, ut Officia dignis Religiosis conferantur, quod non est prohibitum in dictis Constitutionibus, & procurari omnibus modis à Superioribus debet. Quæ vera sunt etiamsi id pre- 70 cibus, vel aliis efficacibus modis procurent. *Monarell. in Formul. t. 1. tit. 11. form 22 nu. 17.* Et rationem adducit *Passer. de Elect. c. 5. q. 7. n. 78* his verbis, *Qui precibus agit in procurandis suffragiis in electionibus ob bonum finem, nimirum, ut ab electione excludat eum, qui verè est indignus, vel etiam qui verè est minus dignus, benè agit, & pro bono Reipublicæ laborat, nec est censendus malus subornator*, & concordant *Repetentes*, & signanter *Turrecrem. in can. Veniam 35. quæst. 9. n. 2. & Camill. in Director. Election cap. 1. n. 7.*

Quæres XIII. *An, absque pœnarum incursu, possint Electores, nedum secum de qualitatibus eligendorũ tractare, sed etiam illorũ* 71 *vitia manifestare, & virtutes ostendere, servata tamen charitate, & justitia, hoc est, ut dignior cæteris præferantur.* Resp. *Affirmativè*, quia hoc est conforme juri naturali, & laudabili 72 stylo omnium Religiosarum familiarum. Imò necessarium est ad hoc, ut Electores noscant virtutes, & vitia eligendorum, ut in terminis observant *Rodriq. q. reg. t. 2. q. 56. ar. 1. Nov. in Sum. Bull. p. 2. comm. 108. n. 49. & Pignat. cons. 125. sub n. 27. T. 9.* latè *Passerin. de Elect. c. 5. q. 5. n. 63. & seq.* & signanter *n. 74. in fin. & Rota cor. Seraph. dec. 516. nu. 2.*

Quæ omnia adeo vera sunt, ut in aliquibus Religionibus providè statutum reperiatur, ut similes meritorum, & vitio- 73 rum discussiones, seu qualitatum concurrentium ad Dignitates vacantes, fieri debeant antè canonicas electiones, illasque vocant *Consult. Tractatus*, ut signanter practicatur in Religione S. Francisci, tam inter Reformatos, quàm inter Observantes, ut videre est supra *p. 1. d. 13. à n. 52.* Verùm tamen est, 74 quòd si omittantur dd. Tract. consultorii, seu præviæ discussiones qualitatum Eligendorum, non proinde electio dici potest nulla, eo quia etiam absque tali formalitate possunt eædem qualitates notæ esse Electoribus, ut observat *Passer. de Elect. d. c. 5. q. 5. n. 63. & seq.* & utraque Parte acriter informante, me- 75 que scribente pro validitate electionum, decisum fuit à *Sac. Cong. Episcop. die 21. Januarii 1707. in una Papien. Ponente cla. mem. Card. Gabriellio* & iterum *die 8 Februarii 1715. in altera Papien. Ponente Eminen. D. Card. Cassino* ut videre est supra *p. 1. discep. 13. n. 26. & à n. 52. & n. 134.* Quidquid in hac parte dicat *Matthæucc. in Offic. Cur. Eccl. c. 8. n. 43.* ubi ait, quòd, 76 si non præmittantur Tractatus consultorii, electio est nulla, vel saltem cassanda fuit enim illius authoritas adducta *in dicta Papien.* sed meritò rejecta, rationibus supra adductis.

Quæres XIV. *Quid dicendum, quando Religiosus cum veritate asserit, ipsum nescire præviàs commendationes ab ejus Pa-* 77 *rentibus, Consanguineis, Affinibus, & Amicis procuratas, effectivè, dictorum Potentium favore, & in una, Dignitatem Religione fuit consequutus.* Resp. In hoc casu, qui fraternè zelum impos-

impossibili, eo quia, non solùm methaphysicè dumtaxat præsupponi potest, quod talis Religiosus ignoret, ignorantia nimis crassa, operationes dd. ejus Parentum, Consanguineorum, Affinium, Amicorum &c. Adhuc habere locum, & intrare pœnas dd. Apostolic. Constitutionum, eo quia istæ, nedum afficiunt Religiosum, assequentem Dignitates, mediantibus favoribus, & commendatitiis epistolis, sed etiam Superiores, & Electores, ut videre est in §.2. Constit. 49 s. m. Alex. VII. Et propterea semper electio taliter obtenta, dicitur facta in spretum dictarum Apostolic. Constitutionum.

Præterea semper verum erit, quòd in terminis hujus quæsiti, electus ad Dignitates, mediantibus dd. favoribus, & commendatitiis, sibi ignotis, indirectè saltem in exercitio talis Dignitatis illis utitur, quamvis ab eo non procuratis. Et tamen hoc idem literaliter prohibetur in d. *Constit. 49. s. m. Alex. VII. §. 1. post medium.*

Unica saltem remanente in hac parte difficultate pro foro interno, quatenus revera, & non per crassam, aut supinam ignorantiam, noti non sint tales favores ei, qui illis mediantibus Dignitatem obtinuit, circa quam recurrendum erit ad *Text in Can. Sicut is, qui 1. q. 6.* ibi: *Si autem &c. Electo, vel ordinato penitus ignorante &c. ei nullatenus obesse videtur, nec ad reatum criminis pertinet, cujus conscientiam non habuit*, & ad *Passer. de Elect. cap. 6. q. 2. n. 3.* ubi alios citat, & sequitur concordantes.

Quæritur XV. *An prædicta procedant etiam in eo casu, in quo habens recursum ad Magnates, Consanguineos &c. pro obtinendis literis commendatitiis, istas obtinet, & Superioribus traduntur ad effectum eligendi Commendatum ad Dignitatem, vel ab ejus Majoribus fundatam, vel ob alia beneficia, ab eisdem Majoribus in Religione collata, cum illa prætensione, ut merita Commendantis, vel ejus Majorum cum Religione, necnon nobilitas Commendati, supplere possint qualitates ejusdem Commendati; itaut iste ex talibus qualitatibus, & Commendationibus præferatur aliis dignioribus Religiosis, aspirantibus, & concurrentibus ad eandem Dignitatem.* Resp. *Procedere*, ea ratione, quia in electionibus canonicis non debet haberi respectus ad qualitates Commendantium, sed ad qualitates Eligendi. Quod patet ex ipsamet *Const. 49. s. m. Alex VII. §. 1. in medio*, ubi individuantur personæ commendantes, specialissima nota dignæ, nempè, *Cardinalatus honore, vel quacumq; sæculari dignitate, & excellentia, etiam Imperiali, Regali, aut Ducali fulgentes.* Et proptera multo minus haberi potest respectus ad longè inferiores personas, quamvis hæ, eorumq; Majores, beneficia contulerint in Religionem; Quia talis collatio beneficiorum non reddit Commendatum digniorem, minusq; operatur, ut licèt minus dignus, nihilominus digniori præferri debeat ob d. respectum beneficiorum, ab ipso, vel ab ejus Majoribus in Religionem collatorum. Prætextui verò, seu motivo nobilitatis Commendati, respondet *Donat. Rer Regul to. 2. de Eligend tr. 5. qu. 7. per tot.* ubi nervosè probat, quòd nobilitas non est apta supplere requisita Eligendi, & *n. 8.* sequendo *D. Th. in Boet li. 3. de Consol. pros. 6. in fine*, ait: *Nota, quia gloriandum non est de nobilitate, quia dicit Seneca; Si pulcher es, lauda naturam; Si nobilis, lauda Parentes; Si dives, lauda fortunam; Si potens, expecta parumper. & nihil eris.*

Quæres XVI. *An procedant pariter in casu, quo prædictæ commendationes, & favores procurantur ab Amicis, & nobilibus personis consanguineis, vel affinibus Religiosi aspirantis ad aliquam Dignitatem non directè apud suos immediatos Superiores, & Electores, sed mediantibus aliis personis, etiam in maxima ecclesiastica dignitate constitutis, ad hoc ut hæ suam efficacem interponant authoritatem cum Electoribus, vel cum dd. immediatis Superioribus, ad quos electio, vel deputatio spectat, & pertinet.* Resp. *affirmativè* quia omnia hæc literaliter prohibentur in Apost. Const. & præcisè in d. *Const. 49. s. m. Alex. VII. §. 1.* quarum verba sunt adeò clara, ut absque ulla glossa omnem in hac parte difficultatem tollant.

Quæres XVII. *Quid dicendum, quando Superior Generalis, volens se gratum reddere Magnati, efficaciter sibi commendanti Religiosum subditum, alios Electores in suam voluntatem trahit, asserendo, id posse fieri, absq; ullo scrupulo quamvis alii Religiosi concurrentes digniores sint eidem Commendato, illa adducta ratione, quod consilio inito cum alio Religioso, æquè docto & timoratæ conscientiæ, iste consuluerit, id posse tutò fieri, non attenta meritorum inæqualitate, & dignioritate aliorum Concurrentium.* Resp. Id nullo modo fieri posse, & quatenus fiat, omnes Electores, & multo magis Superior suadens, & impellens incurrere pœnas d. *Const 49. s. m. Alex VII.* & aliarum, de quibus supra *n. 1. & seq.* Non enim est in arbitrio, nedum unius Religiosi, quamvis docti, & pii, sed neq; etiam primarum totius Orbis Universitatum promptè non obtemperare Summorũ Pontificum Constitutionibus, & Decretis, juxta novissimum testimonium famosissimæ Salmaticensis Accademiæ, in quinq; Epistolis in Urbe divulgatis, & revera sunt hæ futiles excusationes, & prætextus, sibilis explodendi in conflictu Constitutionum Summorum Pontificum: Partes enim Catholicorum omnium, & præcipuè Religiosorũ, sunt, illas adamussim observare, non autem quærere excusationes, & cavillationes ad effugien. illarũ punctualem exequtionem, benè *Rot in Region. Parochialis 11. Nov. 1693. §. Non obstante cor. Pio*, & concordat *Tamb. de Jur. Abb. to 1. disp. 25. q. 1. n. 62 & seqq.* ubi sequitur *D. Th. 2. 2. ar. 12. q. 21.* & melius *Leon. in Thes for. Eccl. p. 3 c. 7. nu. 141. Sperel. d. 105. n. 50. & Monac. in For to. 3. ti. 1. form. 18. n. 19. & 20.* uno ore asserentes, læthaliter peccare Theologos, & Doctores, dantes consilia adversus disposita in Bullis, & Constitutionis Summ. Pontif. Quæ omnia nullam admittunt criticationem, in terminis Const. 49. s. m. Alex. VII. & aliarum similium, attentis illis verbis §. 3. *Sublata cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate.* Qua attenta, nullius prorsus momẽti redditur omnis interpretatio, omneq; consilium adversus disposita in eadem constitutione, idq; ex claro defectu facultatis illam interpretandi aliter ac illius verba sonant, ut benè prosequitur *Monaccell. ubi supra.*

Habemus hoc magis communiter admissum à Theologis, & Canonistis in casu longè faciliori, quando nimirum Electores, pro bono pacis, Votum dant ei, quem norunt quidem minùs dignum, sed erga quem eodem tempore sciunt, inclinare majorem partem Vocaliũ, itaut in primo scrutinio remaneat omnino electus, etiam sine proprio suffragio. Non enim in his terminis captivare debent intellectum in obsequium majoris partis Vocalium, & Votum dare minùs digno, sed omni Iure tenentur dare suffragium juxta proprium sensum, sequendo dictamen rationis proprii judicii, ut notat *Matth. in Offic. Cur. Eccl. c. 18. de Præl. elect. n. 43. v Quarè*; Et ego probè scio, quod nostris temporibus, in quadam maxima electione, id ad praxim redactum fuit, non sine bonorum laude, & approbatione, in qua unus ex Electoribus aliam adduxit convincentem rationem ei, qui suadere eum volebat ad concurrendum cum turba Electorum, qui nescivit ei respondere, asserendo, quod major Electorum pars poterat mutare voluntatem in actu electionis, taliter ut sequi posset electio ex præponderantia unius tantum Voti, in quo casu ille, qui dedit suffragium minùs digno, ex d. motivo concursus majoris partis Vocalium, reus esset omnium illorum inconvenientium, quæ forsan sequi poterant ex electione minus digni in concursu dignioris.

Quæres XVIII. *An valida sit electio illa, in qua Electores, non vigore commendatitiarum epistolarum, sed secundario fine ducti, puta ad multiplicanda Vota favorabilia in futuro Capitulo Generali, vel ex alio simili non laudabili fine, concurrentium merita ita deprimunt, & propriorum amicorum taliter extollunt, ut minus digni remaneant ser. ser. electi in concursu Dignorum.* Resp. Electionem, si aliud legitimè non obstet in foro fori validam esse, quia non potest in his circumstantiis dici, quod illa sequuta fuerit vigore Literarum commendatitiarum personæ, extra Religionem existentis; Sed ex factis, & operationibus, vel unius, vel plurium de gremio Religiosorum, punibilibus quidem ex aliis respectibus, sed non pœnis in dd. Constitutionis contentis, quæ de hoc casu non loquuntur.

Quod si replicetur, illas operationes fuisse causam, ut minus dignus prælatus fuerit digniori: In hoc casu, vel sola qualitas minus digni nota fuit omnibus, vel saltem majori parti Electorum, & isti tenentur Deo strictam rationem reddere de tali electione, eòquia cùm in illa procedi soleat per secreta Vota, solus Deus vindex illorum est, qui eorum conscientiæ in hac parte non satisfaciunt, *Gloss. in cap. Statutum §. Assessorem verb. Relinquatur de Rescr. in 6.* ubi *Franch. nu. 5. Menoch de Arbitr lib. 1. q. 70. n. 8. Sanch. de Matr. lib. 3. disp. 8 n. 4. Mascard. de Prob. concl. 214. n. 1 & Rot dec. 357. n. 13 p. 19 rec. & in Derthusen. Jurisd. 30. Aprilis 1694. § Quo verò cor. Card. Caprar.* Aut verò eorum qualitas nota erat illi duntaxat Religioso, qui fuit in causa, ut minus dignus eligeretur, & præferretur magis dignis, & solus ipse talem reddere tenetur rationem de suis pravis operationibus, nullo ex hoc motivo addito præjudicio electioni, ab aliis conclusæ, cum illa bona opinione, quod electus magis dignus. Dixi, quod tenetur Deo rationem reddere, quia in electione dignis in concursu dignioris, in foro interno *D. Th. 2. 2. q. 63. ar. 2. ad 3* agnoscit culpam mortalem. In foro autem externo, ad evitandas calumnias, lites, & dissentiones, quæ de facili orirentur, si electio esset nulla, asserit, sustineri electionem digni, etiam si illa sequatur omisso digniori, & *D. Th.* sequuntur innumeri illi Authores, quos referunt *Tamb de Jure Abb. to. 1. disp. 5. q. 3 n. 4. & seqq & Gruther. de Arte benè desider. resol. 18. n. 10 & 11.*

Quæ procedunt in casu, in quo nullum verificetur vitium ex

parte

parte Electi, quia si iste inhabilis est, tanquam excommunicatus, vel uti privatus voce passiva, juxta sensum Const. 49. s.m. Alexandri VII. & aliarum, quæ dd. pœna imponunt adversus contrafacientes, tunc electio non potest substineri, non ex parte formæ electionis, sed ex defectu Electi, illiusque inhabilitate, eò quia excommunicatus est ineligibilis ad Ecclesiasticas Dignitates, *ut probabimus infra à n. 139.* & concordant *Tamb. de Jur. Abb. to. 1. disp. 5. q.... n. 1. & seqq. & Matthæuc. in Off. Cur. Eccl. cap. 38. n. 11.*

Quæres XIX. *Quomodo intelligenda sint verba illa Const. 39. s. m. Alexandri VII. §. 2. Aut etiam sponte oblatis, & à se minimè procuratis, seu alio quoquo modo*, & aliarum Constitutionum, in quibus illa reperiuntur. Resp. Intelligenda esse, prout sonant, & ad literam; Sunt autem taliter clara, ut nullam admittant criticationem, aut detorsionem. Dicitur verò favorem oblatum recipere ille Religiosus, qui dum ei favor offertur, tacet, quia in rebus utilibus qui tacet consentire videtur, ut, omissis generalibus, in specie probant *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n. 36. Peyrin de Religios. subd. q. 2. c. 2. §. 11. n. 8. & Passerin. de Elect. c. 6. q. 1. nu. 62.*

Quæres XX. *An verba illa Const. 49. Alex. VII. Mandantes prętereà &c. Generali, cæterisq; Superioribus &c. modernis, & pro tempore existentibus &c. sint accipienda restrictivè ad Generalem & Superiores electores Definitorium constituentes tantùm, an verò ampliativè ad omnes alios Superiores Religiosos ejusdem Religionis commendantes & proponentes vigore Literarū, receptarum à personis extrà gremium Religionis, commendantibus pro Dignitate consequenda.* Quidquid dicat *Peyr. in Addit. ad Const. Pauli V. c. 6. n. 1. fol. mihi 467.* discurrendo cum illis generalitatibus, quod in pęnalibus, & odiosis non sit facienda extensio. Resp. Omnes omnino Superiores, & Electores quoscumque comprehendere; Tum, quia eadem Constitutio uti generaliter loquens generaliter intelligenda est de omnibus Superioribus, ut, omissis generalibus, in his terminis, benè discurrendo, observat *Amen. de Delict. & Pęn. ti. 5. §. 8. verb. Subornati n. 24. fol. mihi 339. in fine, & fol. 340.* Tum etiàm, quia isti omnes continentur sub illis verbis, *Cæterisque Superioribus Congregationis prædictæ*, Tum demum, quia omnium prædictorum Superiorum respectu, tam scilicet Generalium, & majorem, quàm particularium & subalternorum, verificatur eadem ratio Constitutionis, & finis prohibendi, & propterea eadem lex omnes prædictos afficit, ut in terminis probat *Passer. de Elect. c. 5. q. 2. n. 20. fol. 21.* ubi ad rem subdit, rationem esse animam legum, & consequenter semper ampliare illius dispositionem. Rationi verò, seu potiùs prætextui, quod sumus in odiosis, in quibus non est facienda extensio; Resp. *Quod etiam lex exorbitans, & pęnalis ad illum extenditur casum, ad quem, nisi extenderetur frustraretur*, ut in his verbis notat *Scopp. ad Gratian. dec. 57. n. 9.* & concordant *Sannazar. de Matr. c. 3. art. 2. n. 109. Sanctarell. var. resol. q. 54. n. 4.* cum aliis, à me allegatis supra *discept. 1. n. 118. p. 2.*

Quæres XXI. *An Religiosus; debitis meritis, & requisitis præditus, aliàs Prælatura vel alio munere dignus, dicatur merita amittere pro Dignitate consequenda perpetuamq; inhabilitatem, privationemq. vocis activæ, & passivæ contrahere, & excommunicationem comminatam ipso facto incurrere per recursum, habitum ad personas extrà gremium Religionis.* Resp. Religiosum quibuscumq; meritis, & bonis qualitatibus præditum, incurrere supradictas omnes pęnas, in Constit. 49. s. m. Alex. VII. & in aliis similibus Constitutionibus contentas, eò ipso, quod effectu subsequuto, vel re propalata, prohibitum in dd. Constitutionibus recursum habet ad personas, extrà gremium Religionis existentes: Ea ratione, quia Constitutio non prohibet ambitum minùs dignis dumtaxat, sed generaliter, & indefinitè, & propterea uti talis, omnes indistinctè comprehendit, *leg. In fraudem §. ult. ff. de Milit. test.* cum aliis generaliter loquentibus *apud Surd. consf. 271. n. 28. & Marc. Ant. Variar. resol. li. 3. resol. 18. n. 3.* Et in punctualibus terminis Constitutionum, ambitum prohibentium benè *Amen. de Delict. & Pœn. ti. 5. §. 8. n. 16.* ubi, quòd Summi Pontifices non vetarunt similem procedendi modum pro electione indignorum tantùm, sed illum indefinitè prohibuerunt, quamvis pro digno practicetur, & concordat *Sanct. de Pœn. c. 5. qu. 4. v. Verùm ex hoc fol. mihi 138. & seq.* Quidquid in hac parte dicat *Peyrin de Subd. Relig. q. 2. c. 2. §. 11. v. Dico 2. fol. 151. & in Addit. ad Const. Pauli V. c. 6. nu. 1. fol. mihi 469.* Quibus alia addi potest congrua ratio; *Quia scilicet causa prohibitionis* (sunt verba *Amen. ubi supra n. 59.*) *non est tantùm, ne sequatur mala electio, sed est ne perturbetur Religiosa quies, ne lædatur Eligentium libertas, ne fiant electiones per sordes &c. quæ inconvenientia semper verificantur, etiam si Electus sit dignus*, & *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccl. c. 38. n. 21.* ibi: *Jura, quibus subornatio prohibetur, non distinguunt de dignitate, & indignitate, sed simpliciter, & absolutè subornationem interdicunt, ergo simpliciter, & absolutè sunt accipienda.*

Imo quo majoribus pollent meritis in Religione, recurrentes ad personas, extra illam existentes, pro Dignitatibus consequendis, eò severiùs puniendi sunt, & inhabiles declarandi, ad terminos dd. literalium Constitutionum, eo quia augetur magis eorū crimen ob dd. qualitates & bona requisita, ut notat *Passer. in Trib. Regul. q. 28. ar. 2. n. 56. v. 2. quando crimen.* Atq; solum ambitionis crimen illos reddit prorsus indignos, ut in terminis observat *Pignat. consult. 125. n. 7. to. 6.* ubi refert, & sequitur illud *Divi Greg. in Pastor. Locus regiminis desiderantibus negandus est, fugientibus offerendus*; Et concordat *Peyr. de Off. Prælat. Regul. q. 1. c. 6. n. 11. fol. 56.* ibi: *Ex ipsa præsumptione redditur indignus*, & *Gruther de Arte benè desideran. resp. 1. n. 1. & n. 5.* ubi refert, & sequitur verba illa *D. Th. 2. 2. q. 185. ar. 5. ad 3. Ex ipsa præsumptione redditur indignus, & sic preces sunt pro indigno, & resp. 25. §. 2. n. 103.* ubi refert, & sequitur verba illa *Textu in can. Sicut 15. 1. q. 6. Qui ultro ambit, vel importunè se ingerit, est proculdubio repellendus*, & *Monacell. in Formul. to. 1. ti. 11. formul. 22. nu. 17.*

Quæres XXII. *An pro incurrendis pęnis, in d. Const. 49. s. m. Alex. VII. contentis requiratur declaratio Judicis, vel Superioris, seu potiùs illas dicatur incurrere Transgressor ipso facto, & post effectivam contraventionem, itaut non possit dici, esse in bona fide ante d. declarationem, seu Judicis sententiam.* Resp. Verba d. Constitutionis in hac parte esse nimis rotunda pro incursu pęnarum, absq; ulla prępvia declaratione, *ut in §. 2. in fine*, ibi: *Pœnis eò ipso, absque ulla declaratione incurrendis, tenore præsentium prohibemus, & interdicimus.* Et propterea ab eisdem nullatenus est recedendum, sed ad unguem servanda est eadem Constitutio, æquè literalis, & sancta, *ex allegatis supra.*

Neque respectu d. Constit. 49. Alex. VII. applicantur ea, quę notat *Cherub. in Schol. ad Const. 23. s. m. Clem. VIII.* ut scilicet non requiratur sententia super incursu pęnæ, sed illa necessaria sit super declaratione, ut quis sit reus criminis ambitus, ad quem effectum *in Schol. 2.* asserit, requiri etiam citationem.

Quia verba d. Constitutionis Clementinæ quæ sunt sequentia: *Eo ipso privamus, & privatos voce, tam activa, quàm passiva carere decernimus, & declaramus*, ut in §. 3. & alia in §. 4. ibi: *Sententias, & pęnas præmissas irremissibiliter eò ipso incurrere*, nullam omnino faciunt mentionem exclusionis sententiæ declaratoriæ. Et propterea quidquid sit, an ad terminos d. Constitutionis Clementinę vera sit, & applicetur d. distinctio *Flavii Cherubini*, circa quod relinquimus locum veritati, hoc unū est æquè certum, ac indubitatum, quod in terminis d. Constit. Alexandrinæ eadem declaratio nullo modo necessaria est, & quidem non ex unius vel alterius Doctoris probabili sententia, vel Moralistæ opinione, sed ex verbis ipsis, & contextu Constitutionis, ut benè observat *Portel. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n. 5.* ibi: *Secus si lex aliquid præcipiat sub excommunicatione, privatione, inhabilitate, & similibus privationibus, nam hæ abstinentiæ, & pęnæ statim ligant in foro interno, & externo modo possibili, & non indigent externo Exequutore, sed ipse culpatus debet se abstinere*, Quidquid in hac materia nimis liberalis asserat *Peyr. de Off. subd. Regul. p. 2. c. 2. §. 11. v. Dico 3. fol. mihi 151.* ubi quod verba illa *ipso facto, seu ipso jure* quæ leguntur in dictis Constitutionibus, intelligi debent, eo ipso, quod Iudex sententiam protulerit, quod quantum frivolum sit de se patet, quia aliàs nulla daretur pęna incurrenda ipso jure adversus prima Juris elementa, de quibus *Barb. dict. 178. per tot.* ubi innumeros citat, & sequitur concordantes, asserens n. 2. *Per has dictiones censetur lex ex subjecta materia obligare velle in conscientia ante sententiam.* Quod videtur etiam uniforme menti *s. m. Alex. VII.* qui die 21. Septembris 1665. consequenter damnavit propositionem inter alias la 20. *Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam Judicis, eo quod sit pęna*; Et tamen *in d. Constitutione S. Pii V.* quæ est la 35. *inter alias ejusdem in Bullar. no. tom. 2.* eadem pęna amissionis, seu restitutionis fructuum neque etiam imponitur cum dictis notabilibus dictionibus *ipso facto, & ipso Jure*, quæ omne tollere videntur in nostris terminis dubitandi motivum, seu prætextum; Præcipuè si considerentur unita cum illa alia Summi Pontificis rotunda declaratione, *eo ipso, absque ulla declaratione*, ut in terminis Constitutionis, injungentis pęnas, incurrendas absque declaratione, quod evidens sit in his circumstantiis Superioris voluntas, ut incurratur statim, nulla alia expectata sententia, vel declaratione, probant *Sylvest. in Summ. verb. Assassinus in fine, Azor Instit. mor. al. tom. 1. lib. 5. c. 7. qu. 6. Rodriq. quæstion. Regul. in explica: Motus proprii S. Pii V. num. 32. & Sorb. in Summ. Verb. Ingressus Monasterior. num. 10.* Quidquid in his etiam terminis, subtiliter discurrendo, credat *Passer. de Elect. c. 25. qu. 13. n. 128. & seqq.* ex facultatis enim legalis infortunio nihil hodie adeò

adeò pacificum in Jure reperitur, quod offuscari non possint, ut observavit *S. Rot. in decis. 68. num. 1. cor. R. P. D. Ansald.* quod, me citato *in Inst. Crim. lib. 3. ti. 5. num. 185.* repetiit eadem *Sac. Rot. in Firmana Fideicommissi* 4. *Maii* 1705. *§. Verùm coram eodem.*

Quæres XXIII. *An electus, seu promotus ad Dignitates vi-* 138 *gore unius, vel plurium ex supradictis modis, in Apostolicis Constitutionibus improbatis, sit valide electus, & promotus, atque perseverare possit in sui muneris exercitio, absque ulla prævia absolutione, itaut ecclesiasticæ functiones, & operationes ab ipso in tali figura exercitatæ, validæ sint.* Resp. *Negativè.* 139 Si enim taliter electus eò ipso, & absq; ulla declaratione, nedum est privatus voce activa, & passiva, absq; ulla spe reintegrationis, sed ulterius est etiam excommunicatus majori excommunicatione, à qua à nemine, præterquam à Romano Pontifice, absolvi potest, juxta clara verba d. *Constitutionis 49. s. m. Alexandri VII. §. 2. in fine*, ex se patet, quod, tanquam inhabilis, & excommunicatus, non est subjectus capax electionis ad Ecclesiasticas, & Regulares Dignitates, 140 quodque proinde nullas potest exercere ecclesiasticas functiones, & nisi absolutionem obtineat, omnes actus Jurisdictionis, ab eo exerciti, nullius sunt roboris, & momenti, juxta notorias Juris regulas, de quibus generaliter *in nostris Inst. Crim. lib. 1. ti. 5. de Pœnis à nu. 43.* & latissimè *Ricciull. de Jur. personar. extragrem. Eccl. lib. 4. c. 6. per tot.* & sign. *nu. 23.* ubi refert, & sequitur catervam Doctorum, & asserit, hanc esse omnium Authorum opinionem. Imo *n. 11.* conclusionem 141 ampliat (sunt ejus verba) *etiamsi Electus sit excommunicatus occultus, nam nihilominus collatio est nulla, quia in his, quæ geruntur jure privato, nulla est differentia inter excommunicatum occultum, & publicum.* Et in nostris terminis observat *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis sub n. 5.*

Quæres XXIV. *Quid dicendum sit, quando commendatio* 142 *sit tantùm vocaliter, seu verbaliter, per accessum nimirum propriæ personæ commendantis, vel per intermediam personam, alloquentem Superiorem, vel Electores, an dicatur in his terminis contraventum eisdem Apostolis Const. seu potiùs id legitimè ad praxim reduci possit, eo quia sumus in pœnalibus, in quibus, ex vulgatis, facienda est stricta interpretatio.* Resp. Id nullo modo posse fieri, quia Constitutiones non specificant 143 modum recurrendi ad personas extra gremium Religionis, minusq; restringitur illarum dispositio ad favores, & commendationes, procuratas mediantibus Scripturis, vel Epistolis, sed in d. Constit. 39. s. m. Alexandri VII. sequentibus generalibus verbis id prohibetur: *Ad Principum, seu Prælatorum, & aliarum personarum quarumlibet &c. favores, vel suffragia recurrere &c. illosq; seu illa sibi procurare.* Quæ cùm 144 æqualiter conveniant favoribus, & suffragiis, sive in scriptis, sive verbaliter procuratis erga Superiores, & Electores, sub æquali pariter censura earundem Constitutionum comprensa dicuntur, *ex supra allegatis*, quibus addo *Monac. in Form. to. 1. ti. 11. form. 22. nu. 30. fol. 248.* Imò ratione majori comprehensa dici debent, eo quia experientia notum est, majoris ef-145 ficaciæ esse officia, personaliter interposita, præcipuè à personis potentibus, & in dignitate constitutis, ac sint simplices Literæ commendatitiæ, quæ præsumi possunt obtentæ, vel ad importunas preces, vel ex alio motivo, nimis debilitante illarum efficaciam, vel demum possunt esse ex illarum epistolarum numero, quas Secretarii procurare solent ab eorum 146 Dominis in illis temporis angustiis, in quibus innumeras alias expediunt epistolas, qui proinde, ut plurimù, neq; etiã sciunt quid in illis continetur, & quibus scriptæ sunt. Quæ omnia 147 nullo modo applicantur officiis, personaliter, & cũ efficacia practicatis cũ Electoribus, vel Superioribus, ut de se notũ est.

Quæres XXV. *An valida sit electio illa, cujus respectu Superiores occultè recipiunt epistolas commendatitias, illasq; nullo modo aliis manifestant, ne videantur Commendatum promo-* 148 *vere adversus dispositionem dd. Bullarum; Sed in rei veritate ad electionem procedunt in gratiam Commendantis, ne illi displicentiam inferant, vel pro aliqua alia benevolentia, vel favore captando.* Resp. Tam Electores, seu Superiores, quàm Electos incurrere omnes pęnas, in dd. Apostolicis Constitu-149 tionibus comminatas, non attenta d. non manifestatione, & non divulgatione motivi, deveniendi ad electionem in gratiam Commendantium. Quia iste deservire possunt pro aliquali apparenti excusatione adversus illos, qui dd. operationes ignorant, sed prorsus inexcusabilia sunt in seipsis, & indubitata saltem sunt quoad Commendantes, & Electum, & multos alios, quibus, etiam nolentibus Electoribus, de-150 facili notus erit d. modus operandi, unicè directus ad contraveniendum dispositis in Apostolicis Constitutionibus.

Quæres XXVI. *An idem dicendum sit in eo casu, in quo ali-* 151 *quis ex dd. Superioribus, non aperiendo aliis, se commendatitias habbuisse Literas, sed ex propria voluntate & inclinatione demonstrare conatur bonas qualitates Religiosi, sibi commendati, eum laudando, uti benemeritum Religionis, extollendoque, uti Regulari observantiæ summoperè addictum &c. Insistendo ulterius apud eosdem Electores, eisque fortiter inculcando, quòd, attentis dictis bonis qualitatibus, obligati sint illum præ aliis eligere ad vacantem Dignitatem, alios concurrentes eodem tempore deprimendo.* Resp. Quòd taliter operans incurrit omnes pœ-152 nas in dictis Const. contentas, eo quia directè operatur contra illarum dispositionem, & tenorem. Respectu verò electionis, observo, quod in multis Const. & præcisè in d. Const 49. s. m. Alex. VII. non imponitur directè pęna nullitatis electionis, sed contra illam non observantes imponitur alia pœna privationis vocis activæ, & passivæ, necnon excommunicationis 153 majoris, Summo Pontifici reservatæ: Et proindè, quatenus alii Electores in aliqua parte d. Constitutionis defecerint, incurrere solùm possunt in pœnas, in illa contentas, non autem ex hoc præcisè inferri potest nullitas electionis, de qua Con-154 stitutio non loquitur, juxta regulam *Text. in l. unica. §. Sin autem ad deficientis C. de Caduc. tollend.* cum aliis apud *Barb. axiom. 135. nu 5. & duobus seqq.*

Verum tamen est, quod posito d. incursu pœnarum, etiam respectu Electi per viam commendationum, & sic admisso, 155 quòd ille sit privatus voce activa, & passiva, & ulterius sit innodatus majori excommunicatione, Summo Pontifici reservata, nullitas electionis, proveniens ab inhabilitate Subjecti, remanet evidens, qualis est electio excommunicati ad Ecclesiasticas Dignitates *ex allegatis supra quæsit. 23. seu à n. 139.*

Quæres XXVII. *An excusari possint Superiores, annuentes* 156 *Commendantibus, ne eorum indignationem incurrant, vel aliquod damnum in personis propriis, aut in Communitate patiendum pertimescant, asserentes, ex tali timore ad electionem Commendati devenire.* Resp. *Negativè*, quia nulla datur justa causa, excusans in his terminis à punctuali exequutione Aposto-157 licarum Constitutionum, & potiùs in his terminis Superiores, & Electores se debent exponere possibili futuro damno, quàm actualiter peccare, transgrediendo Ecclesiasticam Legem, adeò rigorosè prohibentem electionem dicto modo practicatam; Non enim facienda sunt mala, ut inde eveniant bona, scriptum reliquit *D. Paulus ad Romanos 3. 8.* & habemus con-158 cordantes *Text. in cap. Ex tuarum de Sortileg. & in cap. Super eo de Usur.* cum aliis apud *Tiraquell. de Pœnis temper. caus. 52. n. 8. & Barbos. axiom. 14. n. 3.*

Quæres XXVIII. *Quid dicendum in casu, in quo Electores, & Superiores, quibus scriptæ fuerunt commendatitiæ Epistolæ,* 159 *priùs determinaverant conferre Dignitatem Religioso, & deinde supervenientibus Literis commendatitiis, intrepidè respondeant Commendantibus Commendatum non posse promovere ad Dignitatem vacantem, pro qua illum commendarunt, adducendo pro motivo obstaculum Apostolicarum Constitutionum; Sed deinde, ita exigentibus meritis Commendati, ipsum, servatis omnibus servandis, eligant.* Quidquid in hac parte cum philosophicis distinctionibus, & præcisionibus indefinitè opinetur *Pas-* 160 *serin de Elect. c. 6. q. 1. n. 18.* asserens: *Electorem, & Prelatum, si cùm destinasset conferre alicui Dignitatem, vel Officium, superveniente instantia alicujus Sæcularis, nihilominus illi prædestinatam Dignitatem confert, aut Officium, quia non facit hoc ad instantiam, cùm ante instantiam id facere decrevisset, & quod forsan id liberius faciat ob instantiam Sæcularis, nihil officit, quia solum secundum quid collatio est propter instantiam Sæcularis, sed singulariter est propter alias causas.* Resp. Cum distinctione, aut Literæ commendatitiæ scriptæ fuerunt, penitùs inscio Commendato, à persona extra gremium Religionis, si-161 ve iste motus fuerit à bono zelo, sive à malo fine, cujus solus Deus Judex est, *ex supra animadversis n. 54. & 102.* Et in istis casibus non debet esse in facultate alicujus malignæ personæ, 162 dignis Religiosis præjudicare cum similibus Literis commendatitiis, ut in specie benè notat *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n. 2.* & melius *Glos. in c. Cùm post verb. Requisitum de Elect.* ibi: *Nunquid sola requisitio sufficeret &c. Non videtur, quia in fraudem posset ab aliquo æmulo procurari, & ideò non videtur impedire sola requisitio.* In quem sensum videtur interpretanda resolutio illa Sac. Congreg. Episcoporum, & Regu-163 larium *in Canonicorum Lateran. 18 Junii 1602.* quam refert, & sequitur *Nicolius in Floscul. verb. Ambitio.* Necnon in hunc pariter sensum intelligendus est *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n. 29.* Aut verò Commendatus fuit conscius, & 164 particeps dd. Literarum commendatitiarum, quas per se, vel per alium procuravit, & Superioribus, vel Electoribus præsentare fecit, & tunc electio suum consequi non poterit effectum, non ex modo eligendi, quia supponimus, Electores in nihilo defecisse, atque Electum esse dignum, & capacem va-165 cantis Dignitatis, sed ex inhabilitate Electi, qui cum incurrerit

rit excommunicationem majorem, privatusque dicatur voce activa, & passiva de qua in d. *Const.* 46. *s.m. Alexandri VII.* §. 1. 1. *antè fin.* uti excommunicatus majori excommunicatione, Summo Pontifici reservata, & tanquam privatus voce activa, & passiva, est ineligibilis ad omnes Ecclesiasticas Dignitates, *ex animadversis sup quæsit.* 23.

Quæres XXIX *Quæ Dignitates, & qualia Officia, seu Religionis munera comprehendantur sub dispositione Apostolicarum Constitutionum.* Resp. Quòd in d. Const. 49. s. m. Alexandri VII. sequentes literaliter expressæ, & nominatæ sunt *in* §. 1. *Prælaturæ, Officia, Gradus, Honores, Dignitates, Functiones, & Administrationes*, pro aliis autem illarum tenor diligenter inspiciendus est. Cùm enim simus in Constitutionibus pœnalibus, non est facienda extensio ab una ad aliam Dignitatem, minusque inferri valet ab uno ad aliud Munus, seu Officium; Sed eædem Constitutiones intelligendæ sunt ad literam, & prout sonant verba ipsa, quarum nullum debet esse otiosum, & sine effectu, ex generaliter animadversis per *Card. de Luc. Offic. vac. fol.* 231. *n* 35. ex firmatis per *Rot. in Perusina seu Fulginaten.* 14. *Jan.* 1701. §. *Quoniam cor. Emin. D. Card. Scotto*, & in nostris terminis *Passer. de Elect. c.* 6. *q.* 1. *n.* 36. ubi, quòd in his terminis non potest assignari certa regula, sed considerandæ sunt in specie Summorum Pontificum Constitutiones, & secundum illarum vera procedendum est.

Non est verò necesse hic immorari, ut explicetur, vel quid sit Dignitas, vel quid sit Honor, vel quid sit Gradus. Quia, ut benè advertit Portell. n. 21. *nihil ferè est honorificum in Religionibus, quod non prohibeatur concedi ad instantiam Extraneorum & nedum Provincialatus, Prioratus, Guardianatus, Magisteria, Baccalaureatus, Lectoratus, Præeminentiæ, sed & quælibet Administrationes, ut Subprioratus, Vicariatus, Syndicatus usque ad Laicorum Officia, administrationes, & functiones prohibentur concedi, & tandem quidquid est gratia, & sub nomine gratiæ comprehendi potest, nequeunt Prælati concedere ad instantiam Extraneorum*, sunt verba *Passerin. de Elect. c.* 6. *q* 1. *n.* 37. Verum tamen est, quod sub nomine dd. Dignitatum, & Officiorum non veniunt actus illi, qui non referuntur ad honorem, & præeminentias, puta, ut Religiosus de uno ad alium Conventum transferatur ad instantiam Extraneorum, & similes, quia isti non comprehenduntur sub talibus Constitutionibus, ut notat *Peyrin. de Offic. Subdit. Regular. qu.* 2. *cap.* 2. §. 11. *vers. Noto* 2. *fol.* 150.

Quæres XXX. *An incurrat pœnas prædictas Prælatus ille, qui non rogatus ab Amicis, & Consanguineis, sed tamen illorum intuitu præcisè dat Subdito Dignitatem, vel Officium, quia nimirum scit, se hoc modo illis gratum facturum.* Resp. In rigore non incurrere dd. pœnas, quia si non fuit rogatus ab aliquo, non potest dici, quod ad illorum instantiam, & preces Dignitatem conferat, quod id dd. Constitutionibus prohibetur, ita *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis num.* 15. & *Peyrin. in Addit. ad Bullam Pauli V. c.* 6. *n.* 2. *fol. mihi* 267. & *Passerin. de Elect. c.* 6. *q.* 1. *n.* 13. Ubi tamen hoc verum intelligit, si Prælatus nullo modo rogatus fuerit, quia si adsint aliquæ preces, sive virtuales, sive æquivalentes, tunc excusari nullo modo poterit ab incursu dd. pœnarum, quia tunc verificatur id, quod in dd. Constitutionibus prohibetur, nempè, Dignitatis collatio ad preces, sive virtuales, sive æquivalentes, personarum extranearum.

Quæres XXXI. *An idem dicendum sit in casu, in quo Extraneus, instante tempore electionis, non transmittat Superior. & Electorib. Literas commendatitias favore ejus Amici, & Consanguinei, sed illarum loco mittat munera; ea tamen intentione, ut Religiosus ejus Amicus illorum intuitu Dignitatem, vel Gradum in Religione obtineat.* Resp. *Affirmativè*; Quatenus talis intentio nota sit Superioribus, vel Electoribus, ea ratione, quia plus movent, & magis loquuntur munera, quàm inclinent, & loquantur verba, seu Epistolæ; Memoria enim munerum non tam facilè evanescit, sed magis durat, & semper loquitur, *Passer. de Elect. c.* 6 *q.* 1. *n.* 15. ubi solidè advertit, quòd nimis justè præsumitur, quod munera, venientia tempore vacationis Officii, vel Dignitatis ab Amicis, vel Consanguineis illius Religiosi, qui eam prætendit, veniant intuitu collationis Dignitatis, tunc vacantis, & concordat *Portell. de Subdit. Regul. verb. Officia Ordinis n.* 16. & *Peyrin in Addit. ad Const. Pauli V. n.* 3. *fol. mihi* 468. ibi: *Potentissimè instat qui muneribus instat, etiamsi nihil dicat, nam munera ipsa loquuntur, & sunt efficacissima media ad humanas mentes prosternendas & Monacell. in form.* 10. *1. ti* 11. *form.* 22. *n.* 3*c. fol.* 248.

Quæres XXXII. *Quænam personæ veniant sub illis verbis, Aliarum personarum quarumlibet, de gremio d. Congregationis non existentium*, quæ leguntur *in Const.* 49. *s. m. Alexand. VII.* Resp. Venire omnes illas personas, quæ non sunt ejusdem Congregationis, etiamsi sint alterius Congregationis, vel Religionis, sive sint personæ Ecclesiasticæ, sive Sæculares cujusvis qualitatis, & præeminentiæ. Non tamen veniunt Episcopi, & Cardinales, ex eadem Congregatione ad talem Dignitatem assumpti, & multo minus veniunt Cardinales Protectores, qui non censentur extranei ab illis Religionibus, quæ eorum protectionis commendatæ sunt, ut notant *Peyrin. in Addit. ad Bull. Pauli V. c.* 10. *nu.* 5 *fol. mihi* 468. & *Passerin. de Elect. c.* 6. *q.* 1. *num* 28. Quæ conclusio est contra *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n.* 18.

Quæres XXXIII. *Quid dicendum sit de Monialibus, institutis ab eodem Fundatore Religionis; An ad nostrum effectum hæ dicantur de gremio Religionum illarum, in quibus vigent similes Constitutiones.* Quidquid generaliter dicat idem *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n.* 18. ubi indefinitè affirmativam sequitur opinionem. Resp. Cum distinctione; Aut enim sermo est de illis Monialibus, quæ vivunt sub obedientia Religiosorum ejusdem Ordinis, à quibus reguntur, & gubernantur, & dico, quod istæ habentur ac si essent de eodem gremio: Non enim extra aliquem Ordinem dici potest ille, qui sub obedientia Superiorum Ordinis vivit, ut dicit *Passerin. de Elect. c.* 6. *q.* 1 *n.* 29. Ubi subdit ulteriùs, quòd Pontificiæ Constitutiones in hac parte excludunt preces personarum, extra Ordinem illum constitutarum, in quo est Prælatus, qui rogatur, & Religiosus, pro quo interceditur; Aut verò Moniales reguntur, & gubernantur ab Ecclesiasticis personis, subordinatis Locorum Ordinariis, & istæ habendæ sunt uti Extraneæ, eò quia non vivunt sub obedientia Prælatorum Ordinis, *Passerin. ubi proximè*, & concordat *Peyrin. in Addit. ad Bullam Pauli V. tom.* 3. *cap.* 10. *n.* 3.

Hac autem occasione notandum est hic, quod in S. Congr. Indulg. Sacrisque Reliquiis præposita, die 28. Julii 1711. proposito sequenti dubio; *An Moniales, sub cura Fratrum ejusdem Ordinis degentes, si Ordinario Loci immediatè subjiciantur, amittant Indulgentias, quibus antea fruebantur;* Illoque diligentissimè discusso, & attenta lance ponderatis rationibus, quæ in utraque parte à Sectatoribus oppositarum sententiarum nervosè adducuntur, & exornantur, responsum fuit: *Monasteria omnia Sanctimonialium, quæ à cura, & gubernio Fratrum suorum Ordinum sub immediata Jurisdictione Episcoporum translatæ sunt, seu in posterum transferri aliqua ratione contigerit, non ideo privilegia, & indulgentias, quibus antea gaudebant, amisisse, seu amissura fore, sed eodem modo cunctis prædictis privilegiis, & Indulgentiis uti, & frui debere, ac si sub gubernio Fratrum suorum Ordinum actu existerent. Quam Sententiam Sac. Congregationis SS. D. N. die* 22. *Septembris ejusdem mensis approbavit*, ut refertur in Folio d. Sac. Congregationis diei 14. Decembris ejusdem anni in *Summ. n.* 2. Vigore igitur hujus celebris resolutionis d. Sac. Congr. à SS. à D. N. ut supra solemniter approbatæ, cessant hodiè omnes difficultates in hac parte, & nulla omnino ratio habenda est illorum Moralistarum, qui mordicus contrariam opinionem priùs defendebant, per ea, quæ non minus doctè, quàm eruditè probat *P. Gruth. de Art. benè desider. res.* 15. §. 9. *n.* 177.

Quæres XXXIV. *An incurrat pœnas dd. Constitutionum ille Religiosus, qui consilium dat Superiori, vel Electori, ut morem gerendo Extraneis, Dignitatem conferat ab ipsis Commendato, vel ille, qui Extraneorum preces, vel Memorialia Superioribus, vel Electoribus defert.* Resp. *Negativè*. ea ratione, quia sumus in pœnalibus, & taliter operantes, quamvis in substantia cooperari videantur transgressioni dd. particularium Constitutionum, non tamen in illis specialiter, & expressè nominati sunt, & propterea non est præsumendum, quòd comprehendi voluerint à Summis Pontificibus, de illis non facientibus mentionē, ex animadversis per *Passer. de Elect. c.* 6 *q* 1. *n* 61.

Quæres XXXV. *Quas pœnas incurrant promoventes Religiosos, vel procurantes Officia, vel Dignitates in Religionibus, mediantibus favoribus, atque operationibus Extraneorum.* Resp. Cùm *Passerin. ubi supra n.* 7. & *pluribus seqq.* non posse in hac parte assignari generalem regulam pro omnibus Religionibus, eo quia aliquæ Constitutiones continent plures, aliæ verò minores pœnas, & proindè in casus contingentia semper recurrendum est ad easdem Constit. quæ pro lege servandæ sunt in illa Religione, pro qua emanarunt, ut probavi in *Tract. de Livel. c.* 2. §. *unic. n.* 9.

Pro Religiosis autem Dominicanis videri potest *P. Fontan. de Const. Ordin. Prædic. ti. de Favorib. Extraneor. à n.* 1. *usque ad finem*, ubi, nedum registrat per extensum Constitutiones ss. mm Gregorii XIII. Clementis VIII & Pauli V. prohibentes ambitum in dicto Sac. Ordine, sed ulteriùs refert etiam plures dispositiones multorum Capitulorum Generalium, & pœnas, in eisdem præscriptas, contra Religiosos, ambientes Dignitates, & Officia in dicta Religione.

Respectu verò Congregationis Montis Virginis, in d. Constitut.

stitut. 49. s. m. Alexandri VII. ad instar eorum, quæ in Constitutionibus pro Cassinensibus, Camaldulensibus, Carmelitis, & Cruciferis statuta fuerunt, teste *Pass. de Elect. c.6. q.1. n.70.* quoad Electores, seu Superiores imponitur sola pœna excommunicationis majoris, Summo Pontifici reservata; Quo verò ad Electos, seu obtinentes Dignitatem, ultra d. pœnam majoris excommunicationis, ut supra, imponitur alia perpetua privationis vocis activæ, & passivæ, absque ulla spe reintegrationis, ut videre est *in § 1. & 2. ejusdem Constitutionis*. Quibus pœnis duas alias addit *Peyrin. in Addit. ad Constit. Pauli V. c.6. n.7. fol.468.* nempè pęnam inobedientiæ Constitutionibus Summorum Pontificum, seu peccati mortalis, necnon pęnas, à Jure inflictas contra Eligentes inhabiles.

Quæres XXXVI. *An prædictæ pęnæ incurrantur etiamsi Gratiæ, seu Dignitates obtentæ non fuerunt.* Quidquid in hac parte dicant aliqui Moralistæ, propriam defendentes causam, & mordicus insistentes opinioni negativæ, ut videre est apud *Peyrin. de Subdit. Relig. qu.2. §.2. c.11. & Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n.13.* constanter dico, verificari dictum incursum, etiamsi preces effectu vacuæ fuerunt, ea ratione, quia per effectivam favorum interpositionem, & operationes Electorum, perfecta fuit actio, à lege prohibita, & ideo locus semper est pęnis, in lege comminatis, ita *Bordon. controv. 31. n.24.* ubi in specie reprobat contrarium sentientes, quos reprobat etiam *Passerin. de Elect. c.6. q.1. n.50.*

Quod est indubitatum respectu d. Constitutionis 49. s. m. Alex. VII. nec non aliarum similium Apostolic. Constitutionum, in quibus prohibentur, nedum omnes recursus ad personas extraneas, sed etiam actus ipse procurationis favorum eorundem, ibi: *Favores, vel suffragia recurrere, illosque, seu illa, sibi procurare.* Est autem evidens, quod etiam si Dignitates, & munera effectivè non obtineantur, adhuc verificetur dict. recursus ad personas extraneas, & procuratio illorum favorum, cum præsentatione epistolarum commendatitiarum. Et propterea æqualiter evidens erit incursus dd. pęnarum, *ex supra animadversis.*

Pro conciliatione autem illorum Authorum, qui in hac parte videntur contrarii, dicimus cum *Amen. de Delict. & Pœn. tit.5. §.8. verb. Subornatio nu.19.* dupliciter posse verificari effectuationem operationum, pro obtinendis Officiis, vel Dignitatibus. Primo modo verificantur per effectivam illarum procurationem, & præsentationem, factam Superioribus, & Electoribus. Secundò verò per actualem consequutionem eorundem Officiorum, & Dignitatum. De hoc secundo modo nulla omnino adest difficultas; Prout etiam nullum remanere videtur dubium circa primum, rationibus adductis supra. Authores autem contrarii intelligendi sunt in casu, in quo, nedum consequuta non fuit Dignitas, sed neque etiam præsentatæ, vel delatæ Literæ commendatitiæ, ut observavimus supra *qu.1. & 2.* & concordat *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n.1.* ubi quod ad incurrendas pęnas satis est, quod epistolæ exibeantur ei, cui directæ sunt, quodque ab ipso legantur.

Quæres XXXVII. *An inadvertenter, & bona fide procurans suffragia Extraneorum, incurrat dd. pœnas*, Cùm *in Const. 49. s. m. Alexandri VII. §.1. & in multis aliis Constitutionibus* respectu Procurantium eosdem favores, legantur verba hæc, *audeant, vel præsumant*, illorum respectu probabiliter dici potest, quod non verificetur dd. pęnarum incursus, eo quia verba prædicta non habent locum, nisi probato dolo, & mala fide, ut omissis generalibus, in specie advertit *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordin. num.30. & 42.* & concordat *Passerin. de Elect. cap.6. qu.1. n.79.*

Dixi respectu *Procurantium favores*, quia respectu Superiorum, & Electorum in d. Constitutione 49. s. m. Alexandri VII. non adsunt dd. verba, *audeant, vel præsumant &c.* restricta ad dolum, & malam fidem, sed alia ampliora, nempè, *quovis modo concedant*, ut videre est *in fine § secundi*. Et propterea respectu dd. Superiorum, & Electorum aliter dicendum videtur; Quia, sivè cum dolo, & mala fide, sive cum sola inadvertentia contra dictam Constitutionem operentur, semper verificantur verba illa, *quovis modo concedant*. Verum tamen est, quod respectu *d. Constitutionis 49. s. m. Alex. VII.* hæc inspectio erit forsan inutilis, quia cùm illa legi publicè debeat in singulis Generalibus Capitulis, nunquam poterit dici probabilis, sed erit nimis crassa, & supina illius ignorantia, & prorsus improbabilis inadvertentia.

Quæres XXXVIII. *An incurrat Superior, vel Electus præscriptas pęnas, conferens Dignitatem Religioso ad intercessionem alterius Religiosi, cui fuerunt porrectæ preces à Consanguineis, & Amicis aspirantis ad Dignitatem vacantem.* Resp. *Negativè*, si ignoravit, preces fuisse porrectas Religioso à persona extranea, sed ex gremio propriæ Religionis, *Peyrin. de Offic. Subdit. Religios. qu.2. c.2. §.11. vers. Noto 2. fol.151.* Secus verò si scivit illos, à quibus porrectæ fuerunt dd. preces, quia tunc diceretur concedere ad instantiam dictæ personæ, extra gremium Religionis existentis. Ita, benè distinguendo, notat *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis, num.14. & 17.*

Quæres XXXIX. *An incurrantur pęnæ prædictæ, quando Sæcularis utitur solùm verbis generalibus, nempè, talis Religiosus est meus Consanguineus, dignus honorari, meretur Dignitatem, & similia.* Resp. *Affirmativè*, si Prælatus moveatur ad concedendam Dignitatem ex dd. generalibus verbis, quia semper verum est, quod Dignitatem contulit ad instantiam personæ, extra gremium Religionis existentis. Materialiter autem se habet, quod motus fuerit à verbis generalibus, vel specialibus, quia finis fuit idem, ut, benè discurrendo, observant *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis n.16. in fine, & Passerin. de Elect. cap.6. qu.1. n.16.* Quæ conclusio est contra *Peyrin. de Subd. Relig. in Addit. ad Bull. Pauli V. cap.6. num.10.*

Quæres XL. *An incurrat prædictas pęnas Religiosus, intercedens pro alio Religioso, ad instantiam tamen Extranei.* Resp. *Negativè* cum *Portell. ubi supra num.17.* quia Constitutio loquitur de Religiosis, intercedentibus pro seipsis, seu procurantibus Officia pro seipsis, non autem loquitur de intercedentibus pro aliis.

Quod cum grano salis accipiendum est, quatenus scilicet Superior, vel Elector id ignoret, quia posita illorum scientia, & præsupposita collatione Dignitatis intuitu personæ extraneæ, cujus fuit merum instrumentum Religiosus subditus, aliter dicendum esset, & si iste non posset puniri pœnis, in dd. Constitutionibus comminatis contra procurantes favores Sæcularium personarum pro seipsis, poterit tamen, & debebit rigorosè puniri aliis pœnis arbitrariis, eo quia, nedum dat operam rei illicitæ, sed est causa, & origo transgressionis legum Ecclesiasticarum. Imò illud aliud sequeretur inconveniens, quia inventa esset via eludendi Apostolicas Constitutiones, hoc modo videlicet, ut Sæculares rogarent Religiosum, ad hoc, ut iste intercederet ad instantiam Extranei, quod non est asserendum. Respectu verò Electorum, & Electi recurrunt ea, quæ supra observavimus de Eligentibus indignum, seu inhabilem, privatum voce activa, & passiva, & innodatum majori excommunicatione.

Quæres XLI. *An prædicta applicentur Superiori, qui non eligit, sed solùm ad preces Sæcularium confirmat Religiosum canonicè electum.* Resp. *Negativè* quia nullam facit gratiam Religioso, eo quia confirmatio in illis terminis, in quibus, ut supponit quæsitum, electio est canonicè facta, est actus justitiæ, non autem gratiæ, quem proinde negare non potest Superior, ut in his terminis notant *Peyrin in Addit. ad Const. Pauli V. cap.6. nu.9. in fine fol.469. Passerin. de Elect. cap.6. qu.1 n.81. vers. Ideo, Scarf Accadem. Sacr. dub.15. n.3 Gruther de Arte benè desiderand. resol 15 §.12. n.265. & Portel. de Dub. Regul. verb. Officia Religionis n.28. & 41* Et generaliter, quòd confirmatio electionis sit actus justitiæ, non gratiæ, itaut competat jus appellandi ad Superiorem, quatenus illa, sine justa causa, denegetur, observant *Gonzal. in c. Postquam n.4. de Elect. Card. de Luc. de Regul. disc.13. n.7. & Barbos. Vot. dec. 35. nu.9. & Vot.36. nu.7.* ubi quòd petendo à Superiore confirmationem, nullam petit gratiam, quia juri suo innititur. Quæ vera intellige in casu electionis validæ, quia si sermo sit de Electione, per ambitum procurata, idque Superiori constet, non confirmanda, sed cassanda est, ex juribus, adductis à *Tamb. de Jur. Abb. t.1. q.22. n.2. & Barb. de Jur Eccles. univ. lib.1 c.19 n.23. & Rot. dec.202. n.17. & 18. cor. Otthob.*

Quæres XLII. *An Superior, vel Elector, quibus nota est cum magno secreto inhabilitas Religiosi, procurantis Dignitates, Mediantibus favoribus personarum sæcularium, possint illi denegare Votum, quamvis alioquin dignus communiter existimetur.* Resp. *Affirmativè* cum *Portell. ubi supra n.31. in fine*, ea ratione, quia Prælatus, sciens in secreto, aliquem esse inhabilem, inhabilitate procedente præcipuè ab Apostolicis Constitut. non potest illi Officium, vel Dignitatem conferre; Non conferendo autem, non publicat illius inhabilitatem, quia Religiosus, aspirans ad vacantem Dignitatem, non habet jus aliquod certum ad illam obtinendam; Sed Superiores, & Electores in his circumstantiis dicuntur eorum conscientiæ satisfacere.

Quod limitatur in eo casu, in quo Superior, vel Elector talem inhabilitatem sciret ex notitia, habita in Sacramentali Confessione, quia tunc nullo modo posset etiam ob talem indubitatam scientiam, suum Votum denegare, Uteretur enim notitia Confessionis ad exteriorem gubernationem, quod prohibuit *Clem. VIII. 26. Maii 1592.* ut latè probavi in meis

meis Inst. Crim. lib. 1. ti. 10. §. 2. n. 51. & in terminis observant *Marchand. in Tribun. Sacr. to. 1. tract. 4. tit. 6. q. 6. conclus. 1. fol. mihi* 140 *& Matthæuc in Offic. Cur. Eccl c. 18. n. 4.*

Quæres XLIII. *An Superior, concedens Munus aliquod, vel* 237 *Officium Moniali ejusdem Ordinis, ad preces, & instantias Extraneorum, incidat in pœnas dd. Constitutionum.* Resp. *Negativè* cum *Peyrin. in Addit. ad Const. Pauli V. c. 7. nu. 3. fol.* 468. Quia in pœnalibus, & odiosis, masculinum non continet fœmininum, & concordant *Passerin. de Elect c. 6. q. 1. nu. 41. Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ordinis numer. 15. & Rodriq. q. regul. to. 2. q. 56. ar. 2.* Quæ omnia vera intellige de Monialibus, quæ non vivunt sub gubernio, & directione Religiosorum 239 Ordinis, juxta ea, quæ observavimus sup. *quæsit.* 33.

Quæres XLIV. *Quid debeat facere Superior, quando scit,* 240 *Subditum obtinuisse Dignitatem, vel Munera Religionis ad instantiam personarum, extra gremium ejusdem Religionis.* Resp. Quòd cùm Religiosus, talia faciens, nedum sit ipso facto ex- 241 communicatus majori excommunicatione, nec non perpetuò inhabilis ad Officium obtentum exercendum, & ad alia obtinenda in Religione, cum illo addito respectu Constitutionis 49. s. m. Alex. VII. ut id sequatur *absq; ulla spe reintegrationis,* 242 si id constat Superiori, tenetur eum privare, vel curare, ut renunciet. Non enim potest in hoc casu Subditum absolvere, 243 vel dict. inhabilitatem tollere, aut super illa dispensare, ita *Peyrin. in Addit. ad Const. Pauli V. c. 6. n. 7. fol. mihi* 468.

Quæres XLV *An locus sit dd. pœnis per recursus, habitos à* 244 *Religiosis ad Prælatos ejusdem Religionis, ad quos non spectat jus eligendi, vel nominandi ad vacantes Dignitates.* Resp. *Negativè,* quia Constitutiones loquuntur contra procurantes fa- 245 vores & commendationes à personis, existentibus extra gremium Religionis, & proinde non comprehendunt favores Religiosorum propriæ Religionis, cujuscumque sint qualitatis, eo quia isti non dicuntur esse extra gremium Religionis, ut observat *Peyrin. de Offic. Subd. Reg. qu. 2. cap. 2. §. 11. vers. Noto 4 fol. mihi* 50.

Quæres XLVI. *An appellatione favorum, de quibus loquun-* 246 *tur multæ Apostolicæ Constitutiones, prohibentes recursus ad personas extraneas, veniant illi, qui instruunt, consulunt, vel suadent Monachos, & Regulares ad ambitum.*

Cherubin in Const. 60. Clem VIII. schol. 1. affirmativam se- 247 quitur opinionem, innixus authoritati, *Anchar. in c. Felicis n. 6. de Pœn. in 6. & Franc de Platea de Excomm. § 33. n. 9.* Verùm 248 talis opinio videtur nimis rigorosa, ex iis, quæ observavimus supra *quæsit.* 34. eo quia nullatenus nominantur in dd. Constitutionibus Instruentes, Consulentes, & Suadentes, & proinde non videntur addendi per subauditos intellectus, quia sumus in pœnalibus; *ex adductis supra. Ancharanus* autem, & 249 *Franc. de Plat.* loquuntur in terminis Fautorum Hæreticorum, qui magis latè patent, ut advertit idem *Cherubin. ubi supra schol. 2.* ubi meritò ait: *Cave tamen, quia non omnes huic fautoriæ conveniunt, cùm latior admodum sit illis,* hoc est Hæ- 250 reticis, *quàm istis prohibitio favendi.*

Quæres XLVII. *Cujus naturæ soleat esse ambitiosus, seu ambiens Officia, & Dignitates.* Idem *Cherub. in Const. 79. Pau-* 251 *li V. schol. 1. ex Anchidiac. in can. 3. distinct. 47. n. 2.* sequentibus verbis illum describit. *Ambitiosus semper est pavidus, ne quid dicat, vel faciat, quod in oculis Hominum displiceat, humilitatem simulat, honestatem mentitur, affabilitatem exhibet, benignitatem ostendit, cunctos honorat, universis inclinat, frequentat Curias, visitat Optimates; assurgit, & amplexatur, applaudit, & adorat. Ubi putaverit displicere, improbat mala, detestatur iniqua; sed cum aliis probat, & improbat, ut judicetur idoneus, ut reputetur acceptus, ut laudetur ab omnibus, ut à singulis approbetur.* Multò autem brevius illum describit *Tacit. Histor. lib. 1.* loquendo de Othone, Imperium ambiente, asserens. *Otho* 252 *protendens manus, adorare vulgum, jacere oscula, omnia serviliter pro dominatione,* & concordat *Amen de Delict. & Pæn ti. 5.* 253 *§. 8. verb. Subornatio n. 50.* ubi, quod ambitiosi infelicissimi sunt, eo quia, ut ascendant, aliis se submittunt.

Quæres XLVIII. *Quid faciendum sit in casu, in quo accusetur quis de crimine ambitus, instante, tempore electionis, hoc est* 254 *destinata die pro illa celebranda.* Resp. cum *Sanct. de Pœnis q. 10. v. Resp. si evidenter fol. mihi* 158. quod poterit, imò de- 255 bebit in his terminis Superior procedere ad cognitionem, & punitionem talis delicti, seu ad declarandum Religiosum reum inhabilem, & privatum voce activa, & passiva, ut *observavimus etiam supra quæsit. 8. in fin.* Ob temporis autem 256 brevitatem, ne nimis graveiur Conventus, vel Monasterium, ubi facienda est electio per longiorem moram Vocalium, potest summariè procedere, ita *Amen. de Delictis, & Pœn. ti. 5. §. 8. verb. Subornatio n. 62.*

Quæres XLIX. *Quid autem sit dicendum, si Reus hujus cri-* 257 *minis fuerit Præses Capituli.* Resp. Quod si id notorium sit, itaut nulla remaneat apud Electores difficultas circa tale crimen, à d. Præsidente Capituli commissum, tunc admitti non debet ad præsidendum, & ad eligendum, uti notoriè excom- 258 municatus, & uti effectus inhabilis, privatusque voce activa, & passiva. In quibus circumstantiis debebunt Vocales, ad terminos propriarum Constitutionum procedere ad electionem novi Præsidentis, vel per secreta suffragia, vel alio legali modo, qui deindè actiones Capitulares diriget, & ad celebrationem Capituli devenire debet, ex animadversis per *Amen. de Delict. & Pœnis tit. 5. §. 8. verb Subornatio n. 63.*

Quæres L. *An Religiosus, concurrens ad Dignitatem vacantem, & sciens, ad illam fuisse commendatum ab Extraneis alium Religiosum, possit etiam ipse uti commendatitiis epistolis aliorum* 259 *Magnatum, & Personarum conspicuarum, ad hoc, ut ei non fiat injustitia ab Electoribus.*

Villalob. in Summ. tom. 2. tract. 37. difficul. 30 n 5. in affirmativam inclinavit opinionem, asserens, licere in his casibus 260 artem arte eludere, seu adhibere munera, & preces erga Electores, & Superiores, ab aliis præventos.

Cæterùm opinio negativa omnino sequenda est: Etenim absque dd. mediis, à Summis Pontificibus rigorosè præscri- 261 ptis, non desunt alia, æqualiter sufficientia, nullam continentia culpam, ad tollendam efficaciam precibus, ab Extraneis procuratis, inter quæ annumerantur detectio, & manifestatio dd. precum, ab Extraneis procuratarum, atque instantiæ apud Superiores pro Reorum punitione, ut in his terminis benè notat *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccl. c. 8. n. 41.* ubi respondet instantiæ illi, quæ fieri posset, asserendo, vim vi posse repelli, eò quia id procedit in illis actibus, qui primò, & per se ordinantur ad bonum, & malum sequitur solùm ex acciden- 262 ti, non autem è converso, juxta terminos quæsiti, quia procuratio favorum Potentium primò, & per se ordinatur ad malum, seu ad transgressionem Apostolic. Constitutionum, & per accidens solùm est, quod possit ex illa aliquod bonum sequi.

Quæres LI. *An Novitii comprehendantur nomine Religiosorum in ordine ad Constitutiones, loquentes de ambitu.* Resp. *Negativè,* quia sumus in odiosis, & pœnalibus, in quibus Novitii 263 nullatenus veniunt appellatione Religiosorum, ut, omissis generalibus; in specie probat *Passer. de Elect. c. 6 q 2. n. 49.*

Quæres LII. *An incurrantur pœnæ dd. Constitutionum, quando preces Extraneorum tendunt ad obtinendos actus Justitiæ.* 264 Resp. *Negativè,* quia Constitutiones loquuntur de Dignitatibus, Officiis &c. quorum nomine non veniunt actus, tendentes ad consequutionem justitiæ, ita tenent *Portell de Dub. Reg. verb. Officia Ordinis n 41: Bordon contr 31. n. 30. Peyrin. de Subd. Regul. tom. 3. c. 10. n. 9. & Passerin. de Elect c. 6. q 2. n. 51.* & concordant ea, quæ observavimus sup *quæsit.* 41. circa preces pro 265 obtinenda confirmatione electionis.

Quæres LIII. *An Religiosus, simpliciter deferens Superiori Memoriale, ab Extraneo exaratum, favore alterius Religiosi,* 266 *incidat in dd. pœnas.*

Passerin. de Elect. c. 6. q. 2. n. 6. negativè respondet, eo quia deferentes Memorialia, & offerentes preces, non sunt ex- 267 pressè nominati in Constitutionibus. Verùm attentè id considerandum venit, saltem ut puniatur aliis pœnis arbitrariis, quia talis Religiosus dicitur cooperari ad transgressionem legis, necnon habetur tanquam unus ex complicibus transgres- 268 sionis, qui licèt non specificentur in Constitutione 49. Alex. VII. & in aliis emanatis, pro diversis Ordinibus, nominantur tamen in Constitutionibus Clementis VIII. & Urbani 269 VIII. emanatis per viam legis universalis, comprehendentis omnes Religiones, ex infrà observandis, *n. 293. in fine.*

Quæres LIV. *An locus sit pœnis dd. Constitutionum, si gratia, quam Prælatus concedit ad preces Extraneorum non respicit Di-* 270 *gnitatem, aut Officium in Religione, sed concernit aliquid extra Ordinem, puta nominationem ad aliquod Beneficium Ecclesiasticum, electionem puellæ pro dote, & similes.* Resp. *Negativè,* cum *Portell de Dub. Regul verb. Officia Ordinis n 27. Peyr. de Subd Regul. in Addit. ad Const. Pauli V c. 10 n. 5. & Passerin. de* 271 *Elect c. 6. q. 1. n. 33.* Et ratio est, quia Prælatis injungitur, ne concedant gratias suis Religiosis ad instantias, & preces Extraneorum: Et proinde id intelligendum est de gratiis Ordinis, quæ scilicèt fiunt Religiosi, non autem de gratiis extra 272 Ordinem, quales sunt gratiæ Sæcularium, & Extraneorum, de quibus supra, & similibus.

Quæres LV. *An excommunicatio, privatio vocis activæ, & passivæ, necnon Dignitatis in Religione, de quibus in Constitu-* 273 *tionibus, ambitum prohibentibus, tolli possint à quocumque Confessario, vel Superiore Generali Religiosorum.*

Passerin de Elect. c. 6. vers. 1. sub n. 45. videtur inclinare in illam benignam opinionem, ut talis inhabilitas, quam ipse 274 vocat inhabilitatem culpæ, necnon excomunicatio, per

pœnitentiam, & absolutionem taliter tolli possint, ut electio subsistat, asserendo solùm, Superiorem peccare, eo quia facit contra prohibitionem, & favet Subdito peccanti.

Verùm, quidquid sit in aliis Religionibus, in quibus talis 275 excommunicatio non est Papæ reservata, & inhabilitas non est perpetua, in quibus hujusmodi discursus, neque etiam videtur facilè admittendus, suasque habet solidas difficultates, eo quia inhabilitas, & privatio vocis, non sunt peccata, sed defectus, qui non tolluntur per absolutionem, sed per dispensationem, & habilitationem, ex notoriis.

In terminis Constitutionis 49. s. m. Alex. VII. omnia hæc 276 sunt prorsus insubsistentia, quia excommunicatio contra illam non observantes, est reservata Summo Pontifici, & privatio vocis activæ, & passivæ est perpetùa, cum hoc speciali addito, *absque ulla spe reintegrationis*, quas proindè solus Pontifex tollere potest. Vide in fine *n.293.*

Quæres LVI. *Quomodo probanda sit contraventio Constitu-* 277 *tionibus, prohibentibus ambitum.*

S. m. Clemens VIII. in Constitutione, relata per *Passerin. de Elect. c.6. q.2. n.78.* & emanata per Carmelitis, Cruciferis, & Prædicatoribus, statuit per hæc verba; *Et ad illas senten-* 278 *tias, & pęnas præmissas damnabiliter incurrisse legitimè probandum, & omnino convincendum, solas præmissarum personarum instantias, preces, & favores, etiam oretenus porrectas, plenam, indubitatam, & sufficientem in judicio, & extra fidem facere; nec ad id probationis ulterius adminiculum requiri.* Idem verò *Passerin. ubi supra* probat id, per communicationes privilegiorum omnibus Religionibus competere.

Quæres LVII. *An incidat in pęnas dd. Constitutionum ille* 279 *Religiosus, qui immediatè procurat favorem, & commendationes à propriis Parentibus.*

Passerin. de Elect. c.6. q.1. n.27. credit excusari talem Religiosum, ea adducta congruentia: *Nam valdè durum videtur, ut Pater, & Mater non possint pro Filio intercedere, & hæc qualitas est singularissima, & magis videbatur specificanda, & exprimenda, quàm qualitas Regia, vel Imperatoris, propter maximam eorum conjunctionem quæ est inter filios, & Parentes, quæ quidem est tanta, ut unum censeri possint.* Ejus autem opinio non videtur tuta, ex iis, quæ iste *Author ubi supra nu.3.* ultrò 280 admisit, & præsupposuit, hoc est, *finem omnium Constitutionum, ambitum prohibentium, fuisse, ne Electores, & Provisores Officiorum corrumperentur, & ambitio promoveretur, & propter favores indignus digno, vel minus dignus, digniori præferretur.* Cùm enim de se pateat, hujusmodi finem optimè verificari in commendatitiis, & favoribus propriorum Paren- 281 tum, in necessariam venit consequentiam, quòd iidem comprehendantur sub eadem prohibitione, absque ulla necessitate majoris specificationis, *ex adductis supra n.113.*

Quæres LVIII. *An adsint aliqui Religiosi Ordines, quibus* 282 *ambitus specialiter prohibitus est à propriis Constitutionibus.* Resp. Quod plures Religiosi Ordines ad formam propriarum Constitutionum, emittunt Vota non ambiendi Dignitates, nec intra nec extra Religionem, nempè Augustiniani, & Carmelitæ Discalceati, Barnabitæ, Clerici Minores, 283 PP. Ministrantes Infirmis, PP. Scholarum Piarum, & PP. Societatis, Jesu, cujus Voti formulas per extensum ponit *P. Gruther de Arte benè desider. præamb.1. à n.17. usq; ad n.23.* ubi per integrum Librum totus est in explicando vim, efficaciam, & obligationem ejusdem Voti, observando *in ref.21. n.32.* Quòd Religiosi Viri, quando à Summo Pontifice, non obstante tali 284 Voto, ad Dignitates eligi volunt, non debent idem Votum objicere, & in medium proferre, sed exemplo V. P. Joseph Colasanctis, Fundatoris Scholarum Piarum, placidissimis, & religiosissimis modis se excusare debet, ut fecit idem V. P. 285 cum s. m. Paulo V. qui ad preces Catholici Regis volebat illum evehere ad Cardinalitiam Dignitatem.

Quæres LIX. *An in d. Voto dispensare possint Generales dd.* 286 *Religionum, Sedis Apostolicæ Nuncii, S.R.E. Cardinales ex latere Legati vel Ordinum Protectores.* Resp. Non posse, ex cla- 287 ra *Constitutione 270. s. m. Urbani VIII. in Bullar. nov. tom.4.* in cujus conflictu nulla omnino ratio habenda est subtilium criticationum, quæ in contrarium fieri possunt, sed eadem Constitutio ad literam punctuali exequutioni demandanda est, per ea, quæ generaliter firmavit *Rot. in dec.3. nu.6. cor.* 288 *R.P.D. Ansald* & in nostris terminis probat *Gruther de Arte benè desid. resol.15. n.198.*

Quæres LX. *An Votum non ambiendi, quod solemniter emit-* 289 *tunt dicti Religiosi, specificati supra num.283. obstet acceptationi nominationis ad Episcopatum, factæ ab eo, qui jus habet ad illum præsentandi, & nominandi.* Respond. *Affirmativè*, ea ratione, quia tale Votum, nedum comprehendit operationes directas ad consequendas Dignitates, sed etiam ad illas quæ concernunt illarum acceptationem, quando ab aliis offeruntur, ut resolvit *C.C. in Motulen. 14. Augusti 1700. ad 1. dub.* relata à *Monacell. to.2. tit.16 form.3. n.18.* & agebatur de nominatione dignissimi Religiosi Scholarum Piarum, facta à Catholico Rege ad Episcoparum Motulæ.

Quæres LXI. *Quid agendum sit in circumstantiis d. casus.* Resp. Practicandum est id, quod resolvit *dict. Sac Congreg.* 290 *ubi supra dub.2.* hoc est, recurri debet ad Summum Pontificem pro obtinenda ab illo necessaria dispensatione, respondendo eidem secundo dubio, *Consulendum Sanctissimo pro dispensatione*, ut fuit in dicto casu practicatum.

Quæres LXII. *An adsit aliqua generalis Constitutio, indefinitè omnibus Religiosis Familiis ambitum prohibens, & com-* 291 *prehendens omnes Religiosos, sive Monachos, sive Mendicantes, cujuscumque Religionis, & Instituti.* Resp. Quòd non unam, sed duas habemus similes generales Constitutiones, ambitum omnibus Regularibus strictissimè; & indefinitè prohibentes, nempè *Constitutionem 60. §.22. Clementis VIII. & Constitutionem 26. §. 34. Urbani VIII.* innovatas ex decreto *Sacræ Congreg. Concil. Tridentini 21. Septembris 1624.* referen- 292 te *Pignatell. consult.125 num.24. tom.9.* Quarum Constitutionum verba sunt hæc: *Ut omnis Officiorum ambitus occasio præcludatur, caveant, omnes à directa, vel indirecta Vocum, seu Suffragiorum procuratione, tàm pro se ipsis, quàm pro aliis,* 293 *tum in Capitulis Locorum, tum in cæteris, præsertim in Generalibus Capitulis, aut Congregationibus, seu alibi: Quicumque secùs fecerint præter alias pœnas, & censuras, hactenus contra hujusmodi ambientes inflictas, quas in suo robore permanere volumus, in pęnam privationis Officior., quæ obtinent, eo ipso incidant, & ad futura quæcumq; pariter inhabiles habeantur, super quo cum eis dispensari à nemine possit, nisi à Nobis, & Successoribus nostris, & pro qualitate culparum graviùs etiam plectantur. Porrò supradictas omnes pęnas ad complices, ac simpliciter scientes, & non relevantes extendimus.*

Remanent proindè de indubitabili, uti casus expressi in lege, multa ex quæsitis, suprà expensis: Adestque inter 294 alias circumstantias earundem Constitutionum, nimis rotunda illa particularitas extensionis omnium dd. pœnarum, nedum ad complices, & scientes, sed etiam ad non relevantes, quæ non reperitur in dicta *Constitutione 49. s. m. Alexandri VII.*

Quæres LXIII. *An adsit aliqua similis prohibitio adversus Apostolicæ Sedis Ministros, & Nuncios qui favores, vel com-* 295 *mendationes procurant ab illis Principibus, ad quos mittuntur, pro obtinendis Dignitatibus, vel Gratiis ab Apostolica Sede, tàm pro seipsis, quàm pro eorum Consanguineis, & Amicis.* Resp. Adesse terribilem *Constit.96. s. m. Pii IV. in Bull. novo Tom.2.* de qua *Quarant. in Summ. verb. Ambitio per tot.* & in 296 qua similes actus rigorosissimè prohibentur, sub pęnis excommunicationis majoris latæ sententiæ, privationis omnium Dignitatum, & Beneficiorum, quæ obtinent, inhabilitatis ad illa, vel similia, aut dissimilia obtinenda, & infamiæ perpetuę, eo ipso incurrendis, ut videre est in §.2. Ubi ulterius demandatur, ut sub eisdem pęnis, non possint uti eisdem favoribus, & commendationibus, etiam spontè oblatis; Cum illo addito, 298 *quod omnes, & singuli, in pręmissis delinquentes, nulla alia monitione pręvia, & absque processu, desuper habendo, Sententias, & pęnas prȩmissas irremisibiliter eo ipso incurrant.* In tertio autem §. ad probandos recursus ad dd. Personas, demandatur, ut 299 infra: *Quod ad illas Sententias, & pęnas hujusmodi damnabiliter incurrisse, legitimè probandum, & omnino convincendum, solæ Principum ipsorum Literæ, vel preces, etiam per suos apud Sedem prædictam Oratores verbotenùs porrectæ, plenam, indubiam, & sufficientem in judicio, & extra fidem faciant, nec ad id alterius probationis adminiculum requiratur.* Quę omnia videntur intelligenda juxta ea, quæ observavimus supra *quæsito 28.* ut scilicèt vera sit, quando dd. Ministri, & Nuncii commenda- 300 tiones, & favores aliquo modo procurant: Si enim dd. favores, neq; petunt, neq; procurant, sed, ipsis omnino insciis, & ignorantibus, dd. Principes spontè, eorum favore, preces 301 apud Summos Pontifices fundunt, nullo modo dici posset, easdem pœnas incurrisse; Ea viva ratione, quia aliàs illud verè intolerabile sequeretur absurdum, quòd possent eædem dignissimæ Personæ, Apostolicæ Sedis qualificati Ministri, 302 præjudicium recipere à dd. commendationibus, vel procuratis ab eorum Æmulis, vel ab aliis, sibi parum amicis, & forsan eo intuitu, quia egregiam navarunt operam pro eadem Apostolica Sede, quòd non videtur asserendum, per ea, quæ notat *Portell. de Dub. Regul. verb. Officia Ord. nu.2.* & observavimus *sup. num.162.*

Quær. LXIV. *An aliqua adsit similis prohibitio quoad personas seculares, aliquid dantes, vel promittentes pro justitia, vel gratia* 303 *apud Sedem Apostol. obtinen.* R. Adesse æque rigorosam, ac san-

ctam

ctam *Constit.* 19. *s. m. Alexandri VII. in Bullar. novo tom.* 6. 304 quæ non potest esse magis clara, magisque rotunda, cum specificatione omnium ferè illorum casuum, qui in hac materia possunt contingere, qum prævio Voto particularis Con- 305 gregationis, in forma specifica amplissimè confirmavit s. m. Innocentius XII. *die* 30. *Januarii* 1699. *in Constitutione*, incipien *Sacerdotalem*, *& Regiam*.

In d. autem Constitutione *s. m. Alexand. VII. §.* 8. *in fine*, 306 adversus ea quæ generaliter notant Doctores in similibus Const. ex *animadversis sup. à n.* 178. declaravit, illam procedere, etiamsi aliquid parvum detur, taliter ut non sit aptum mo- 307 vere animum concedentis gratiam, vel facientis justitiam. *Et in §.* 9. determinatur ulterius, ut dispositio ejusdem sanctissimæ Constitutionis, nunquam censeatur abolita per quoscunque actus scientiæ, patientiæ, & tolerantiæ Summo- 308 rum Pontificum, accedente etiam quocumque longissimi temporis lapsu.

Quæres LXV. *An pœnæ dd. Constitutionum locum habeant, quando favores non procurantur ab una, vel alia persona in par-* 309 *ticulari, sed ab integra Religione exempli gratia, à tota Congregatione, à toto Capitulo, ab integra Universitate, à Difinitorio, vel similibus, sivè Regularibus, sivè Ecclesiasticis, sivè Sæcularibus Cœtibus.* Quæstionem hanc à nemine, quem viderim, 310 tractatam inveni; Ego autem inclino in affirmativam opinionem, eo quia respectu commendatitiarum epistolarum earundem integrarum Religionum, vel Congregationum, seù Cœtuum, sivè Ecclesiasticorum, sivè Regularium, verificatur 311 eadem ratio, & finis prohibitionis. & proindè idem jus in hoc casu statuendum, est ut advertunt citati *ab Adden. ad dec.* 37 *n.* 41. *par.* 3 *rec. & à Rot. in dec.* 51. *n.* 15. *cor. Car. & dec.* 348. *n.* 13. 312 *par.* 17. *rec.* ubi, quod hoc est verum, non per viam extensionis, sed per viam comprehensionis.

Quærers LXVI. *Quomodo intelligenda sint verba hæc Con-* 313 *stitutionum Congr. Montis Virginis: Et postremò nulli liceat in Capitulo Generali, vel alio quocunque tempore, in electionibus Abbatis Generalis, Definitorum, Curiæ Procuratoris, aut Priorum per se, vel per alios, directè, vel indirectè practicam facere, subpœna inhabilitatis ad activam, & passivam, vocem in Capitulo Generali, & ad Dignitates, Gradus, & Administrationes in d. Congregatione obtinen. Nisi fiant ob sermonem insimul non ambitione, sed bonæ intentionis, de idoneitate, vel insufficientia ad Generalatus, & Diffinitoriatus Officium eligendorum, quo casu supradictis, aliis sivè pœnis, vel censuris subjaceri nolumus.* Resp. quòd illorum vigore non possunt Monachi d. 314 Congregationis Montis Virginis, nec tempore Capituli Generalis, nec antè ipsum, nec alio quocunque tempore inter seipsos disponere, vel concordare, seu practicam facere pro futuris electionibus; Idque quocumque prætextu cessante, 315 & neque per se, neque per alias personas, tàm directè, quàm indirectè sub pęna privationis vocis activæ, & passivæ.

Unico excepto casu, in quo tales sermones conferantur 316 ad invicem ex bona intentione, & ad cognoscendam idoneitatem, vel sufficientiam personarum eligendarum, in qua meritò determinatur, non esse locum dd. pœnis, quia, ut, præter supra adductos *n.* 74. ad rem monet *Matthæucc in Offic. Cur. Eccles. cap.* 18. *de Elect. Prælat num.* 43. cùm electio 317 sit assumptio unius præ alio, & semper dignior sit eligendus, seù assumendus, non potest talis assumptio habere locum sine præcedenti Tractatu, & quin antè electionem examinentur merita, & qualitates Eligendorum: Aliàs enim non potest Electoribus certò constare, quisnam, uti dignior, sit 318 cæteris præferendus; Quomodo enim potest alicui innotescere unum in individuo, tempore electionis, esse magis dignum, magisque idoneum, nisi præmittantur in communi examen, & scrutinium qualitatum omnium Eligendorum? Malas autem practicas in hac parte benè explicat Religiosus 319 *Amen.* in his materiis versatus, *de Delict. & Pœnis ti.* 5. *§* 8. *verb. Subornatio cum* 60. his verbis: *Colligationes vetitæ sunt illæ, quæ suasu unius, vel alterius, majori pollent authorita-* 320 *te, fiunt à multis &c. Vel ad faciendas ad eorum libitum universas electiones Capitulares, vel ad obtinendas proprias Satisfactiones; Istæ sunt Colligationes ac inductiones prohibitæ &c.* & concordat *Sanctor. de Pœn. q.* 10. *verss. Si evidenter, fol. mihi* 158. Vide *to.* 3. *p.* 1. *discept.* 18. *per tot.*

Corollariè autem ex his omnibus, simul junctis, observo 321 *cum Peyrin. ad Const. Pauli V. const.* 5. *n.* 1. quatenùm zelaverint Summi Pontifices ad avellen. hujusmodi ambitus crimen à pectoribus Religiosorum. Et proptereà cum omni candore fateri cogor cum eodem *Peyrin. ubi proximè, me pror-* 322 *sus ignorare, quomodo possint Religiosi contrafacientes se excusare* in conflictu dd. Sanctissimarum Legum, & in tali, tantaque Apostolicarum Constitutionum claritate.

Imò idem *Peyrin. ubi supra n.* 2. per extensum registrat aliam rigorosiorem Constitutionem s. m. Urbani VIII. quam 323 edere in mente habuit anno 1627. & sic post confirmationem *Constit.* 60. *s. m. Clementis VIII.* sequutam die 26. octobris 1624. & deindè nescio ex quo fato, seu accidenti, edita ab eo non fuit, quæ, ut ità dicam, est quidam Restrictus, seu Compendium omnium Constitution. Apostolicarum, de 324 materia loquentium, ut recognosci potest apud eundem *Peyrin. & ferè per extensum transcribitur infrà num.* 332.

Licèt autem d. Urbana Constitutio, tanquam Lex, nullatenùs obliget ex defectu publicationis, quæ omninò requi- 325 ritur ad hoc, ut Lex obbligatoria sit, per ea que notant *communitèr Repetentes in cap. de Constit.* & advertunt *Menoch. de Arbitr. cas.* 185. *n.* 1. *& seqq. Thesaur. decis.* 194. *n* 6. *& Card. de Luc. de Feud. disc.* 83. *num.* 12. Adhuc tamen ex illius tenore, nedùm facilè coniici potest summum illud odium, quo multi Summi Pontifices, & præcipuè idem s. m. Urbanus 326 VIII. prosequuti fuerunt detestabile hoc ambitus crimen; Sed ulteriùs applicantur ea, quæ observavit *Sac. Rota in Mindonien. prętensę observationis Constitutionis* 1. *Mar* 1706. *§. Eoque fortiùs cor. R. P. D. Ansaldo*, ubi quòd si credulitatem, & 327 venerationem præstaremus *Bartolo, vel Baldo, ostiensi, aut Panormitano* in aliqua juris discussione; Quarè non est circumspectanda particularis authoritas supremi Principis, Pasto- 328 ris, & Judicis Ecclesiæ universalis, quando secundum nostram imbecillitatem habemus quotidiè affirmatum, quòd authoritati magni Doctoris standum sit in quacunque materia, juxta innumeras authoritates, quas ibidem allegat *Sacra Rota*.

Itaut ab his reflexionibus, atque à literali tenore dictarum Constitutionum, ser. ser. publicatarum, Regulares omnes, 329 probè edocti, deberent eorum studia ponere ad merendas Dignitates, & Officia Religionis, potiùs quàm illas appetere, & procurare, mediantibus favoribus, & commendatitiis epistolis personarum, extra gremium Religionis existentium. Quo magis enim Religiosi ab ambitione remoti sunt, 330 eo digniores dicuntur, ut notant *Castropal. Oper. Moral. par.* 3. *tract.* 15. *disp.* 1. *punct* 9. *§.* 5. *num.* 67. & *Grut. de Arte benè desid. resol.* 6 *num* 20 *fol. mihi* 130. Quatenus verò eædem Epistolæ spontè eis offeruntur, intrepidè respondere debent verbis illis *D. Pauli ad Corinth.* 2. 3. 1. *Non egemus commendatitiis* 331 *Epistolis ad Vos, aut ex Vobis*: Subjungentes, Epistola nostra, operationes nostræ sunt, quæ sciuntur, & leguntur ab omnibus Superioribus nostris, scripta, non atramento, sed sudoribus nostris.

Minuta Constitutionis, de qua supra num. 323.

Mendicatis favoribus, quos rerum experientia docuit fundi- 332 *tùs regularem disciplinam convellere*, & infra; *Hac perpetuò valitura Constitutione, Authoritate Apostolica, sub pœnis excommunicationis, privationisque Dignitatum, & vocis activæ, & passivæ, ipso facto, absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, & remissionem Nobis, & Successoribus nostris Romanis Pontificibus reservamus, districtè inhibemus omnibus Religiosis, cujusvis gradus, & conditionis existant, etiamsi Generales sint, nè de cætero pro Prælaturis, Dignitatibus, Gradibus, Honoribus, Officiis, Administrationibus, Muneribus, Prærogativis, Exemptionibus, Privilegiis, vel Obedientiis, seu Facultatibus quibuscumque, in sua Religione, vel extra eam assequendis, vel retinendis, aut etiam pro quacunque alia Gratia, vel Justitia, in his, quæ ad Regularem disciplinam, vel observantiam pertinent, impetranda, vel impediendа, ad favores quarumvis personarum, sive Sæcularium, etiamsi Ducali, Regia, vel Imperiali Dignitate, sive Ecclesiasticarum, extra gremium suæ cujusque Religionis existentium, etiamsi Cardinalatus honore præfulgeant, vel etiamsi sint ejusdem Religionis, sed ad Episcopatum, vel Cardinalatum assumpti, extra Claustra degunt, per se, vel interpositam personam, directè, vel indirectè, & privatè, & occultè, pro se, vel pro aliis Religiosis recurrant, nevè eisdem favoribus, etiam spontè oblatis, & minimè conquisitis, utantur, aut ad prædicta præbeant auxilium, consilium, vel favorem, sive hujusmodi favores sint apud Generalem, vel alium Superiorem, sive apud Capitulum Generale, vel Provinciale, vel Conventuale, sive etiam apud Cardinalem Protectorem, sive ad Papam, sive id fecerint, non privato nomine, sed Monasterii, Conventus, Provinciæ, Congregationis, Capituli, vel totius Religionis; Et etiamsi favores effectum consequuti non sint: Ac similiter omnibus, & singulis earundem Religionum Generalibus, Abbatibus, Præsidentibus, Commissariis, Procuratoribus Generalibus, Definitoribus, Provincialibus, Ministris, Præpositis, Prioribus, Guardianis, & aliis quibuscunque Superioribus, aut Electoribus, seu Vocalibus, sub iisdem pœnis, ipso facto, ut supra incurrendis,* inhi-

inhibemus, nè quemcumque Religiosum, favoribus hujusmodi adducti, ad Prælaturas &c. eligant, aut eidem exemptionem vel obedientiam concedant, aut quamcumque aliam gratiam, vel justitiam in his, quæ Regularem disciplinam concernunt intuitu hujusmodi favorum, faciant. Decernentes, electiones & exemptiones nullas, & irritas, itaut obtinentes, ante ullam declarationem, etiam in foro conscientiæ, his renunciare teneantur. Præterea sub iisdem pœnis, eo ipso incurrendis, ut præfertur, statuimus, ut quisquis quoquo modo notitiam habuerit, aliquem suæ Religionis ad favorem, ut supra recurrisse, illum infra terminum quindecim dierum, Generali, vel Provinciali &c. si Generalis ille fuerit, Sedi Apostolicæ denunciare teneatur. Idemque Generalis, vel Provincialis, cui denuntiatum fuerit, constito de eodem recursu, illum ejusque Fautores, Consultores, & Complices, in pœnas excommunicationis privationis, & inhabilitatis hujusmodi incurrisse declaret. Demum volumus, ut ad probandum, & convincendum Religiosos prædictos in sententias, & pœnas hujusmodi damnabilitèr incidisse, solæ Principum, atque aliorum, ut præfertur, Literæ, vel preces, plenam, indubiam, & sufficientem in judicio, & extra, fidem faciant, nec ad id, alterius probationis adminiculum requiratur.

DISCEPTATIO XXXVIII

Romana Contributionis.

Ad petitionem dignissimi Religiosi.

ARGUMENTUM.

Contributio illa, ad quam voluntariè Presbyteri Congregation. Oratorii se obligant, quando admittuntur in Congregatione, post illorum mortem, vel discessum à Congreg. an possit ab illorum hæredibus peti in judicio, si illam in vita non solverunt.

IN Constitutionibus Congr. Oratorii S. Philipi Nerii, in forma specifica *à sa. m. Paulo V.* confirmati, & impres-1 sis *in Bullar. nov. tom. 3. inter Constit. ejusd. Pontific. Constit. 92. in cap. 8. §. Ad hæc & duob. seqq.* circa contributionem, faciendam ab illis Sæcularibus Præsbyteris, qui in illa vivere volunt, ita disponitur.

Ad hæc, nè nostri inflammentur avaritia, vel ambitione prolabantur, nè modestiam lenitèr abiiciant, vel temerè autho- 2 *ritatem teneant, his, quæ sequuntur Constitutionibus aliqua ex parte cautum est. Quo Deo, Divinisquè rebus expeditissimè quicunquè admittuntur in Congregatione se tradere possint, id maximè videbunt inprimis, nè quid litigiosum sit ullo* 3 *modo in rebus familiaribus, quas habent sciantquè cujuslibet anni redditus expendendos in bonos, quos ipsi judicaverint, usus, neque quidquam cumulandum, nè quis scilicèt nostra Congregatione ullam curam ponat in divitiis parandis; Imò verò ex censu, pro suis cuiquè facultatibus, in commune com-* 4 *modum Congregationis liberè conferendum est. Quòd à nostris adeò servatum est hactenus, ut si quis ob inopiam id non præstiterit, vel præstare intermiserit, statim atque de suo abundantior quoquo modo factus est, pecuniam pro rata portione dare, ac solvere non destiterit, ita eis conveniens, ac consentaneum semper visum est, stipendiis propriis militare, & à rebus etiam Congregationis, tanquam ab alienis, abstinere, quibus ipsa* 5 *debet in primis non habentes undè vivant sustentare suos. Nec propterea pecuniam imperat Congregatio, dum exigit, quod ab hilari datore ex Institut. pro victu offertur idquè etiam prout cujusquè facultates fuerunt. Possunt etiam Præpositus, & Deputati partem, vel totum assignatorum proventuum remittere, si eis videatur aliqua de causa id faciendum.*

Modus autem, qui practicatur in eorundem presbytero-6 rum admissione, & receptione mihi supponitur talis.

Volens in eandem Congregationem admitti, se declarat 7 velle contribuere, vel non, juxtà propriarum facultatum vires, cum hoc tamen, quòd contributio non solet esse minor 60. nec major 100. scutis, idquè describitur in Libro magistro Congregat. in quo anno quolibet datur punctualitèr debitum dictæ summæ eidem Presbytero, in illa moram facienti, & tali debito contraponitur solutio illius summæ, 8 quæ fit ab eodem, quæ si æquivalet debito, istud remanet extinctum, si verò non æquivalet, reportatur pro anno sequenti in debitum illa summa, quæ remansit, & sic de anno in annum inviolabilitèr practicatur, ut est in Congregatione notorium, & deducitur ex firmatis in nostris punctualibus terminis *per Rotam in decis. 133. num. 5. versic. Neque subsistit. par. 14. recent.*

Verùm quia potest dari casus, quod presbyter acceptatus, & admissus cum contributione, ex aliquo accidenti non pos- 9 sit illam continuare, in istis terminis, vigore dictarum Constitutionum, potest recurri ad PP. Præpositum, & Deputatos, in quorum arbitrio, regulato tamen à justa causa, repositum est, eidem Presbytero remittere integram contributionem, vel aliquam ipsius partem, ut disponitur in §. *Possunt etiam.*

Hujusmodi verò arbitrium adeo benè regulatum esse debet ab urgentia justæ causæ, quòd si videant ex tali accidenti, 10 eundem Præsbyterum non posse sibi vestimenta necessaria comparare, debent iidem Præpositus, & Deputati congruam in eàdem causam vestimentorum eid. assignare summam, quæ solet taxari ad annua scut. 24. quævè appellatur *Corbona*, sic dicta, vel quia in rei veritate sit donum, ei liberalitèr con- 11 cessum à Congregatione, juxtà, ethymologiam ejusdem verbi, de quo *in Evangel. D. Marc. 7. 11.* ibi: *Corbam, quod est donum:* Vel quia datur Sacerdotibus, vel Templi Ministris, *Corbona enim vocabatur id, quod pro eleemosynis Sa-* 12 *cerdotibus, & templi Ministris destinatum erat,* ut notat *Macr. in Gerolexic. verb. Corbona.*

Hoc præmisso circa Constitut. quæritur quid Juris respe- 13 ctu quatuor sequentium dubiorum.

I. *An Congregatio petere possit in Judicio summam illam, pro qua Presbyter nostræ Congregat. se obligavit contribuere,* 14 *& non contribuit?*

II. *An eadem obligatio perseveret etiam in casu, quo idem Presbyter petat à Præposito, & Deputatis remissionem totius,* 15 *vel partis contributionis, illaquè ex defectu justæ causæ fuerit denegata?*

III. *An in casu, quo eadem remissio in aliqua parte summæ debitæ, ab eisdem fuerit admissa, pro residuo, seu pro alia ra-* 16 *ta contributionis non remissæ, vigeat eadem obligatio?*

IV. *Demum, an Præsbyter, cui remissa fuit contributio, usquequo justa causa duraverit, ista cessante, & postquam ad* 17 *meliorem fortunam devenit, teneatur contribuere, nedum pro tempore currenti, sed etiam pro tempore præterito, quo, attenta justa causa, et remissa fuit contributio?*

Omnium verò prædictorum dubiorum resolutio non peti- 18 tur ad finem vexandi Presbyteros nostræ Congregationis pro eo tempore, quo in illa perseverant; Quia pro hoc tempore, nec adfuit unquam in præteritum, nec aderit in futurum similis prætensio, sed solùm, quando iidem Presbyte- 19 ri, vel ab ead. voluntariè discedunt, vel, justa præcedente causa, dimittuntur, vel in casum mortis, dirigendo talem actionem contra ipsorum hæredes.

Pendere autem unicè videntur ab illa imspectione, an eadem contributio dicatur, & sit merè voluntaria Præsbyte- 20 ris illis, qui in Principio in eorum plena libertate expressè declararunt, se velle contribuere, vel potiùs post talem declarationem, in circumstantiis dd. 4. casuum dicatur necessaria, & obligatoria.

Prima facie videtur dicendum, talem contributionem esse merè voluntariam, id deducendo ex verbis illis *Const cap. 8. §. Quo Deo: Imò verò ex censu, pro suis cuiquè facultatibus, in* 21 *commune commodum Congregationis liberè conferendum est;* Et ex illis aliis: *Nec propterea pecuniam imperat Congregatio, dum exigit quod ab hilari datore ex Instituto pro victu offertur, idque etiam prout cujusque facultates ferunt.* Quod enim ab hilari datore liberè confertur, non necessarium, sed merè 22 voluntarium dicitur, juxta *Text. in l. Non dubito §. liber autem ff. de Captiu. & postlimin. rever* quem, aliis adductis, referunt, & sequuntur *Barbos. de Diction. dict. 190. n. 16. Grat. cod tr. dict. 116. n. 1. & seqq. Gratian. discep. 23. n. 23. & discep. 47. n. 21. & Rot in dec. 76. n. 9. & 10. cor. Ansald.*

Hoc tamen non obstante, contrarium in sensu veritatis mihi videtur verius; Sivè considerentur verba ipsa nostra- 23 rum Constitutionum; Sivè absurda, quæ ex contraria interpretatione sequerentur; Sivè demum subsequuta observantia.

Quoad verba Constitutionum, ad nostrum effectum mirabiliter urgere videntur illa, directa nostræ Congregat. Presbyteris: *Conveniens, ac consentaneum semper visum est, sti-* 24 *pendiis propriis militare, & à rebus etiam Congregationis, tanquàm ab alienis, abstinere:* Non enim dici potest, quòd propriis stipendiis militet Presbyter ille, qui, fortunæ bonis abundans, potest contribuere, & non contribuit; Neque talis Presbyter, in circumstantiis similium facultatum, abstinere dicitur à rebus Congregationis, tanquam ab alienis, 25 dum ab illa alimenta recipit, quæ de alienis rebus recipere non posset, ut de se patet.

Qui-

Quibus adduntur illa alia: *Ipsa* (nempè Congregatio) *debet in primis non habentes undè vivant, sustentare suos.* Sicuti enim virtute illius verbi *debet*, quod necessitatem, & præcisam obligationem inportat *Gloss. in c Proposuit Verb Non debet de Appellat. & in Clem. Attendentes Verb. Debeant de Stat. Monachor. Sanch de Matrim. lib. 4. disp. 23. num. 2. & Rot. dec. 179. num. 1. cor. Coccin.* Presbyteri Congregationis ipsam cogere possunt ad illos sustentandum; Ita in opposito casu, quo habeant undè vivant, poterit illos cogere ad contribuendum, ut inter illos servetur æqualitas, & nè judicentur ad imparia, contra *Text. in auth. Æqualitas C. de Pact convent.* & animadversa *per Menoch. cons. 34. n. 11. & cons. 203. num. 16. Card. de Luc. de Regalib. disc. 134. num. 5. & Rot. coram Burat. decis. 295. num. 12.*

Quo verò ad inconvenientia, quæ sequerentur ex contraria interpretatione, inevitabile videtur illud, quòd remanerent de vento, & prorsùs frustaneæ dispositiones illæ nostrarum Constitutionum, quæ nedùm requirunt justam causam, sed ulteriùs Præpositi, atque Deputatorum consensum, in remissione totius, vel partis contributionis; Si enim ista unicè penderet à voluntate contribuentis, essetquè totaliter innixa ipsius placito, effrenatæque libertati, ad non contribuendum non esset opus petere aliam licentiam, & permissionem Præpositi & Deputatorum, ex animadversis *per Menoch. de Adipisc. rem 2. n. 53. & Gratian. discep. 975. n. 22.* & applicaretur regula *Textus in leg. Imperatores ff de Privil.* quòd frustrà precibus impetratur, quod absque illis permissum est de qua *Rot. cor. Coccien. dec. 1889. num. 8. & in Gennen. Juris mutandi 26. Aprilis 1700. §. Non attento coram Muto.*

Omnis autem interpretatio sumenda est ad evitandam talem superfluitatem præcipuè in Constitutionibus, Apostolica authoritate specificè confirmatis, per ea, quæ notant *Roland à Vall. cons. 62. num. 30. & seqq lib. 3. Menoch. cons. 81. n. 33. & Rot. dec. 357. n. 1. p. 2. rec. & decis. 273. nu. 12. par. 18. & dec 993 n. 10. coram Emer. jun.*

Quo demum ad observantiam, ad rem advertit *Rota in Placentina Cathed. 22. Junii 1703. §. Quoniam coram Molines: Fidam, & raròfallacem esse interpretationem, quæ deducitur ab ipsa, cùm in omnibus legibus, & conventionibus illud, ut plurimum statutum, & pactum fuisse jura præsumant, quod in sequelam exequutum, gestum & observatum vidimus;* Quod verum, receptumque communiter inter DD. est, etiamsi contrarius intellectus de jure verior esset, magisquè accomodatus verborum sensui, ex adductis *in Tom. 1. par. 2. discep. 16. num. 101.*

Hæc autem observantia prædicta omnia mirabiliter comprobat, sivè illa consideretur antiqua, & coætanea, seu popotiùs fundata in illis actibus, ex quibus desumptæ fuerunt nostræ Constit. sive post easdem Constitutiones.

Respectu siquidem antiquæ observantiæ, habemus celebre factum *Card. Baronii*, relatum *in Vit. S. Filipp. lib. 2. cap. 19. sub num. 21.* qui admissus quidèm fuit in nostra Congregatione absque obligatione contribuendi, sed: *Essendo stata assegnata a questo buon Padre una certa provisione di denari dal Papa, acciò potesse proseguire inanzi l'impresa degli Annali, saputo ciò dal Santo, prese incontinente occasione di mortificarlo; Laonde gli fece intendere, esser volontà sua, che anche esso, come gli altri* (notentur sequentia verba) *secondo il solito contribuisse, non potendo più allegare la scusa dell'impossibilità;* Cum quo concordat Author Vitæ ejusdem *Card. Baronii*, impress. post *Vitam S Phil. fol. 36. vers. Quando* ibi: *Quando poi la fel. m. di Sisto V. per sollievo di tante fatiche, diede à Cesare una pensione di sc. quindeci il mese, prima da lui ricusata, e poi per ubbidienza accettata, accioche stipendiasse uno Scrittore, il S. Padre subito intimò à Cesare, che si preparasse à Pagare la sua contribuzione alla Casa, come facevano gli altri di Cong. che avevano commodità di poterlo fare.*

Nimis enim impropriæ fuissent replicatæ instantiæ pro d. contributione, & nullum habuisset opus idem *Card. Baronius* recurrere ac intercessiones P. Bozii, *e con ogni instanza pregarlo, che volesse svolgere il Padre dal violentarlo a simil cosa, perche si sentiva più tosto tentar di partirsi di Congregatione, che di contribuire con quel denaro:* Si unico verbo poterat solidè respondere, contributionem esse merè voluntariam, & utì talem, ipsum non posse cogi ad illam faciendam, adducendo solam, & simplicem noluntatem pro adequata ratione non contribuenti, ut, præter supra adductos, est *Textus in leg. unica C. de Thesaur. lib. 10.* ibi: *Superfluum sit hoc precibus postulare, quod jam lege permissum esset.*

Quod aperta fronte, pacem aliorum dictum sit, asserere non sine magno fundamento poterat idem Baronius, tunc temporis, præter innumeros labores Annalium, punctualissimè adimplens omnia munera nostræ Congregationis, dum, ut legitur *in ejus Vita fol. 36 sub vers. Faticava: S. Filippo voleva che nel medesimo tempo avesse il carico della Parrocchia, essendo allora S. Maria in Vallicella, Chiesa Parrocchiale; Che assistesse al Confessionario, come gli altri di Congregazione; Che facesse in Chiesa li soliti ragionamenti spirituali al Popolo tre volte la settimana; Che fosse Preposito di Cong. Che osservasse puntualmente tutto l'Instituto.*

Respectu verò observantiæ posterioris, hæc pariter solidè combrobatur à continuo facto, nedum majoris partis, sed omnium ferè Presbyterorum nostræ Congregation. ab illius erectione usque ad hodiè, qui uniformi solutione contribuerunt summam in illorum ingressu, & admissione designatam; Ex totiès enim replicatis actibus, cum incommodo, & præjudicio illos facentium, spontaneitas, & libertatis prætextus coloratus ex illis verbis *; liberè conferendum est:* prorsus excluduntur, juxta animadversa *supra discep. 30. num 12.* Et in punctualibus terminis, quòd observantia subsequuta declaret sensum verbi *liberè*, *Rota in Giennen. Juris mutand. 26. Aprilis 1700. § Et quatenus coram Muto*, ibi: *Hæc enim observantia subsequuta valdè deseruit pro interpretatione d. verbi* liberè &c.

Addita publicitate retentionis Libri magistri, & adnotationis summæ, quam quisque Presbyter contribuit in fronte partitæ debiti, pro denotanda ejusdem diminutione, vel satisfatione, ut notorium est in nostra Congregatione, & in nostris terminis observavit in specie *Rota decis. 133. num. 5. Vers. Neque subsistit p. 14. rec.* Vanum siquidem esset, prorsusque inutile in d. Libro adnotare dd. summas, uti debitas, si revera peti non possent, & ad illas solvendas cogi nequirent debitores, ut patet consideranti.

Quibus non adversantur Constitutionum verba, supra adducta, denotantia libertatem conferendi; Illa enim, juxta proprium, & naturalem sensum, intelligenda sunt in ingressu, & admissione Presbyteri in nostra Congregatione, quia tunc eadem Congregatio nullatenus imperat illi determinatam aliquam contributionem, sed totum relinquit ipsius liberæ voluntati, prout cujusque facultates ferunt; Talemque interpretationem comprobant illa alia verba *hilari datore*, quæ non respiciunt *la mano, mà il cuore, ne l'opera, mà l'affetto*, prout illa explicando ad rem advertit *P. Segneri nella predica 2. num. 8. in fin.* ex quo obligatus ad aliquid dandum, potest etiam suam obligationem adimplendo, hilariter dare; Itaut in substantia eorundem verborum sensus sit, nostram Congregationem non insistere circa uniformem contributionem in admissione suorum Presbyterorum, sed illam regulare à voluntate, & facultatibus cujuscumque, nec etiam excludendo illos, qui à principio se declarant contribuere non posse; Illi autem, qui è contra se declarant velle contribuere, dicuntur quidem liberè id facere, sed post talem spontaneam oblationem cogi possunt ad adimplenda promissa, juxta regulam, quod ea, quæ à principio sunt voluntatis, ex post fiunt necessitatis, de qua *Rot. dec. 375. n 24. coram Dunoz. jun.*

Et ex hac congrua interpretatione, quæ semper in his terminis facienda est, ex adductis per *Rot. in decis. 150. num. 36. par. 12. recen.* omnia reducuntur ad concordiam, quia habito respectu ad diversa tempora verificantur libertas, & obligatio; Libertas ante ingressum, & admissionem, tàm circa substantiam, quàm circa quantitatem contributionis; Obligatio postquam quis voluntariè se declaravit, determinatam velle contribuere quantitatem, propriisque stipendiis in nostra Congregatione militare, atque à rebus Cong. tanquam ab alienis, abstinere.

Ex quibus sufficiens deducitur responsio ad tria priora dubia; Quo verò ad 4. censeo, contributionem esse faciendam pro toto tempore currenti, non autem pro illo, pro quo adest remissio, ex justa causa facta à PP. Præposito, & Deputatis, quia per talem remissionem dicitur prorsus extinctum debitum antecedens, juxta *Textum in §. Item per acceptilationem Insti. Quibus mod tollit. oblig.* & alias authoritates, adductas *in dec. 358. num. 3. par. 15 recent.* Sicuti practicatur in gratiis, vel privilegiis, paupertatis intuitu concessis, quæ licèt perfectionem paupertate durante habuerint, illa tamen cessante, cessant, ex adductis per *Rot. in dec 511. n. 5. par. 18. & dec. 9. n. 36. par. 19. rec.*

Adversus quæ non obstant duo, quæ videntur alicujus subsistentiæ.

I. Quod Deputati, quorum officium durat per solum triennium, non possint remittere contributionem pro tempore longiori, quia, esset supplantare successores.

II.

II. Verò fundatur in Epistola P. Consolini sequentis tenoris *Quanto all'ultimo delle contribuzioni, si prattica tutto ad literam, senza metter termine, ma si lascia libero secondo la* [58] *possibilità, anzi si rimette alla conscienza di Ciascuno; Quanto poi al domandare, & esigere, penso se avvenisse il caso, non si domandarebbe, se non con molta circonspezzione, e modestia, sapendo, che li nostri anno trattato sempre con carità, e libertà; E quando per qualche accidente non anno potuto contribuire, essi medemi an fatto sapere a' Superiori, li quali anno prontamente rimesso loro, come conveniva secondo la Regola, non mancando quanto fosse bisogno provedere alle loro necessità*, Prætendendo, ex his verbis probare, quòd contributio unicè pendeat à spontanea voluntate, & libertate contribuere volentis.

Neutrum tamen videtur obstare; Non primum quia communitèr receptum est in omni materia, & respectu Superiorum cujuscumque qualitatis, sive scilicèt Sæcularium, sive [59] Eclesiasticorum sivè etiam Regularium, concurrente & accedente justa, & legitima causa, disponere posse etiam pro eo tempore, quo illorum superioritas expiravit experientia notissimum est, & in terminis Conservatorum Urbis, quorum Officium durat per solum trimestre, quòd, justa concurrente causa, disponere possint de illis officiis Capitolinis, quæ dari solent ad vitam, & etiam ad diversas generationes, admissum fuit pro constanti in *Romana Officii 26. Marti 1694. cor. Em Caprar. & in Romana Offic. Aquæ felicis 4 Junii 1700. cor. Molines*. Idquè practicatur sæpè in nostra Congreg. tam in exemptione à sermonibus, quàm in aliis dispensationibus ab iis, quæ præscribuntur in nostris Constitutionibus, dum causa, ex qua fuerunt concessæ, durante, [60] semper durant etiam eæd. gratiæ, & dispensationes, ut est innegabile, etiamsi hoc, interim terminet guberniuin illorum, qui dictas gratias concesserunt.

Minus obstat secunda reflexio, dum retorquetur potiùs [61] ead. epist. quia in illa cubitalibus literis admittitur obligatio adimplendi promissa ex parte Presbyterorum, necnon jus petendi ex parte Congregat.

Ea verò, quæ subduntur, in eadem Epistola de circumspectione, & modestia in petendo, consonant cum iis, quæ [62] observavimus *supra num 19.* Quia revera talis circumspectio semper fuit practicata, & practicabitur in nostra Congregatione cum illis Presbyteris, qui *per qualche accidente non anno potuto contribuire*, ad terminos, tam ejusd. Epist. quàm ipsarum nostrarum Constitutionum in *§. Quo Deo vers. Ut si quis ob inopiam*; Dubia autem præd. excitata fuerunt respectu illorum, qui à Congregatione voluntariè discedunt, vel ex hac vita migrant, non adimplendo in vita id, quod promiserunt in ingressu, quodquè adimplere poterant, attentis eorum facultatibus, & fortunæ bonis.

Prout etiam illa verba Epistolæ: *Quanto all'ultimo delle Contribuzioni si prattica tutto ad literam, senza metter termi-* [63] *ne, ma si lascia libero secondo la possibilità, anzi si rimette, alla conscienza di Ciascuno*, in eorum proprio significatu intelliguntur de tempore ingressus, & antequam quis se liberè declaret, vel contribuere secundum suam possibilitatem aliquam determinatam summam, ut observavimus supra.

Secumdum præmissa anno 1706. judicatum fuit ab R. P. D. Cerro, tunc A C. Locumtenente, condemnando hæreditatem P. Pauli Franciotti ad solvendam contributionem, [64] ab eodem liberè promissam in ingressu in annuis scut. 60. à die 1. Augusti 1668. usque ad ejus obitum, dempto toto tempore pro quo à Præposito, & Deputatis facta eidem fuerat remissio, duratura quousque fuerat inhabilis ad solvendum, juxta præcisa verba Sententiæ; Verùm deputata deindè particulari Congregatione trium Prælatorum, in qua non scripsi, audio controversiam fuisse terminatam mediante quodam temperamento, quod neutri Parti gratum fuit.

Occasione illorum verborum *Prima facie*, de quibus *supra n. 21.* benè recordor, quòd tempore, quo eram Adjutor in studiis illius Advocati, quem non est necesse hìc [65] commemorare, pro Veritate facta fuit ab eodem Advocato quædam Scriptura pro Marchione Baldinoto, in cujus principio aderat eadem phrasis, seu modus loquendi, prima facie motivando ad favorem ejusdem Marchionis, sed deinde concludendo contra ipsum, & respondendo adductis pro ratione motivandi; Ipse autem Marchio ad inducendam aliam Partem, habentem, interesse in Causa ad honestam concordiam, cum exageratione, quòd ad ejus favorem scripserat Advocatus tunc temporis primi nominis, dedit Parti [66] dimidiatam eandem Scripturam, relinquendo aliam partem, in qua aperiebat suum sensum pro Veriate; Non cogitavit autem mutare dictam phrasim, seù primam partem dictæ, Scripturæ, sed illam prout jacebat transcribere fecerat, & alteri parti communicaverat.

Verùm Defensor ille emunctæ naris, cui interesse habens communicavit eandem Scripturam, accessit ad me, petendo, an esset vera dicta Scriptura, ut supra composita, cui [67] ingenuè fassus fui veritatem, quòd ita res se haberet; Cùmquè mihi dixisset, quòd aderant quædam verba, quæ probè non intelligebat, ego respondi, ut illam mihi ostenderet, paratus ad tollendum omne dubium circa, verba, quæ non intelligebat: In progressu discursus perfectè cognovi, quòd nullum aderat dubium circa verba, sed erat prætextus vi- [68] dendi integram Scripturam; Ego autem, fingendo id non percipere, ei dixi, quòd poterat illam relinquere, & sequenti die redire, quia invenisset illam collationatam.

Non potuit ampliùs se continere, & quia erat meus amicus, cepit clarè se explicare, quod verba illa Scripturæ, ipsi communicata à Marchione Baldinotto: *Prima facie*, ostendebant adesse secundam faciem, quę ipsi non fuerat com- [69] municata; Ego autem non potui me à risu temperare, neque affirmando neq; negando id, quod ipse asserebat, hoc modo nō mentiendo, nequè præjudicando Clienti, procedendo cum illo principio, quòd licèt Christiani præcisam habeant obligationèm nunquā mentiendi, non tamen semper, ac indistinctè, præcipuè inter familiares discursus, fateri tenentur omnem veritatem, ipsis notam, vel ratione professionis, vel ex alio motivo, sub sigillo naturali, eis propalatam; Cùmquè co- [70] gnita mea duritie, ad illam emmoliendam se exhibuisset æqualitèr paratum, & gratum pro tali notitia, ponendo manum ad bursam, ego facetè eid. replicavi, quod dd. duabus faciebus Scripturæ pro tertia facie poterat addi sua, cum qua ausus erat tale quid à me petere; Deinde, verò omissa omni specie joci, rotundè ipsi dixi, quod tramite recto, nullaquè interposita mora tunc abiret, neq; etiam vertendo terga, nisi vellet unico saltu omnes gradus scalæ perficere: Atquè [71] ab illo tempore nolui ampliùs cum eo tractare; Debent enim illi, qui pro Verit. scribunt, neque pretio, neque precibus pandere Scripturas, ad petitionem aliorum pro Veritate compositas, juxta animadversa *in meis Instit. Crimin. lib. 2. tit. 6. num.* 155. Quia aliàs, ultra delictum in propria professione, seu officio, eorum Clientes propriis magnum [72] sentirent præjudicium ex facto illorum, illorum, qui illos defendere tenentur.

Finis Partis I. Tomi II.

DISCE-

DISCEPTATIONUM ECCLESIASTICARUM

ADVOCATI

DOMINICI URSAYÆ.

Tomus Secundus.

PARS SECUNDA.

DISCEPTATIO I.

Brasilien.

INTER

PP. Carmelitas Reformatos Vicariæ Bahiæ in Brasilia.

ET

PP. Carmelitas antiquæ Observantiæ ejusd. Vicariæ.

ARGUMENTUM.

Reformatio inter Carmelitas, in quibus Conventibus manuteneri, vel introduci debeat; In quibus Provinciis, & terminis locus sit deputationi Vicarii Prov. pro conservatione, vel augumento ejusd. Reformation.

VIGORE Decretorum duorum Priorum Generalium Carmelitarum Monsignani, & Villalobos, in forma specifica confirmatorum à Reverendissimo Portugalliæ Nuncio, à triginta, & ultrà annis introducta reperitur Reformatio in tribus Conventibus Carmelitis 1 Goyanæ, Reciffi, & Parahybæ Status Pernambuci Vicariæ Bahiæ in Brasilia; Idque in exequutionem rotundæ dispositionis Capituli Generalis, Romæ celebrati anni 1645. de quo in dicto Decreto dicti Generalis Monsignani, & cohærenter ad Constitutiones Summorum Pontificum *Calixti III. Pii II. & Pauli pariter II*, impressas apud *Lezzan. in Mari magn. Carmelitar numer. 26. & 27. & numer.* 2 241. seu *in Summ. quæst. Regular. par 5. folio mihi* 122., & *folio* 177. In quibus strictissimè ulteriùs injungitur, *ne quis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna, Reformationem Conventuum d. Ordinis impediat, aut se illi opponat quovis quæsito colore*, juxtà præcisa verba *Constit. s. m. Pii* II., repetita *in alia s. m. Pauli* II apud *Lezzan. ubi supra folio mihi* 122 3 *numer. 26. & 27.* Et demum cohærenter ad Breve *s. m. Innoc. XI.* pro introducenda, amplianda, & consovenda Reformatione in Provincia Pedemontana.

Cumque Religiosi Carmelitæ antiquæ Observantiæ dict. Vicariæ Bahiæ, non solùm impedire procurent dictæ Re- 4 formationis propagationem in dicto Statu Pernambuci, sed quod intolerabilius est, illam jam introductam, & pacificè observatam in dd tribus Conventibus Goyanæ, Reciffi, & Parahybæ, de facto, armata manu, omnique adhibito conatu, de medio tollere prætendant, & ad nihilum redigere, ut inferiùs demonstrabimus; Hinc ad illius destructionem evitandam, humillimum ad SS. D. N habuerunt recursum Religiosi dd. trium Conventuum, mediante persona Rev. P. Josephi à Nativitate, illorum legitimi Procuratoris, à quo 5 remissæ fuerunt eædem preces ad hanc Sacram Congreg. quæ die 4. Decemb. 1711. exquirere voluit Informationem, & Votum Rever. P. Procuratoris Gener. nostri Ordinis, quod hodie exhibetur.

Eo autem tempore, quo parabantur Informationes, distribuendæ Eminentissimis Patrib. pro gratia hujusmodi propagationis Reformationis, & vitæ communis observantia, nescitur qua facultate, quove spiritu exhibitum fuit in Se- 6 cretaria gratuitum Memoriale, mendicato nomine Patrum Observantium Vicariæ Bahiæ, acriter in illo insistendo super remissione Causæ ad Reverendissimum Nuncium Portugalliæ, non alio forsan fine, quàm æternandi illius resolutionem, & inutilibus expensis, nec sine magna temporis jactura, defatigandi eundem Patrem Josephum à Nativitate, Procuratorem dictorum trium Conventuum Reformatorum: Unde hac veritate detecta, neglectisque exceptionibus, ab 7 illegitimo, spontaneoque Oppositore gratis adductis. Hodie, ad omnes difficultates in radice amputandas, nomine Religiosorum dictorum trium Conventuum Reformatorum Goyanæ, Reciffi, & Parahybæ, humillimæ EE. PP. porriguntur preces.

I. *Pro manutentione, & conservatione Reformationis, & vitæ communis in dd. tribus Conventibus, ubi introducta re-* 8 *peritur, & pacificè observatur, ab annis* 30. *Necnon pro alio Conventu Olindæ ad constituendum in illo Novitiatum vigore d. Decreti Generalis Monsignani.*

II *Pro extensione Brevis s. me. Innocentii XI. die 27. Mar-* 9 *tii 1687. expediti pro introductione, & conservatione Reformationis in Provincia Pedemontana, ad nostram Vicariam Bahiæ in Brasilia.*

III. *Demum pro subiectione Religiosorum Reformatorum in dicta Vicaria Brasiliæ Vicario Provinciali ejusdem Reforma-* 10 *tionis, cum subiectione, tàm Provinciali Portugalliæ, quàm Reverendissimo Patri Priori Generali, ad instar illius, quod concessum fuit dictæ Provinciæ Pedemontanæ; Et in omnibus eædem petitiones videntur exaudiendæ, effusis desuper humillimis precibus.*

Incipiendo enim à prima, omnia jura clamant, eosdem Reformatos manutenendos esse in possessione, in qua reperiuntur in d. tribus Conventibus: *Certum est enim* (sunt 11 verba Pat. Procuratoris Generalis in d. Relatione) *Patres prædictæ Reformationis Goyanæ vigore prædictorum Decretorum de facto possidere Conventus Goyanæ, Reciffi & Parahybæ*

in Pernambuco. Dignum propterea, & justum est, ut in tali professione non perturbentur, neq; molestentur sub quocumque colore, & prætextu ad *Text.* in vulgato § *Retinendæ Inst. de Interdict.* cum concordantibus apud *Bald. in leg. Ordinarii n.7. Cod. de Rei vindic.* & *Rot. dec. 37. n.9.* & *dec 48. n. 4. cor. Cels.* & alibi quotidiè.

12

Comprobatur eadem possessio respectu Conventus Goyanę ex d Decreto Generalis Monsignani, ibi: *Ordinamus, ut strictior Observantia, in Conventu de Goyana instituta, etiam in Conventibus Fluvii Realis, & Reciffi Pernambuci, quamprimum introducatur*, edito die 6. Maii 1683. & ab omnibus Superioribus Vicariæ Bahiæ solemniter acceptato. Respectu Conventus Paraybæ ex publico Instrumento possessionis, captæ die 15. Octobris 1704. Respectu verò Conventus Reciffæ ex d. publico Instrumento, in quo id pro constanti supponitur his verbis: *La Riforma aveva già li Religiosi necessarj per provedere questo Convento, oltre li due di Goyana, e Reciffe, nella forma del termine fatto &c.* Necnon ex Serenissimi Portugalliæ Regis declaratione, in qua eo dumtaxat fine, & præcisa conditione permissa fuit terminatio d. cti Conventus Reciffi, ut in illo Reformatio continuare deberet; ibi: *Però con tal condizione, e dichiarazione, che la Riforma si continuerà*; Observando verbum istud, *continuerà*, quod illius introductionem, & existentiam per necessarium antecedens præsupponit, juxtà animadversa per *Cagnol. in Rubric. de Origin. jur. sub num. 1. vers. Et sic continuatio*, & firmata per *Rot. in decis. 241. sub num. 3. vers. Quia continuatio, & dec. 415. nu. 6. coram Cerr.* Respectu demum omnium dictorum trium Conventuum superlativè ead. possessio comprobatur, tàm ex sententia, anno 1686. lata à Provinciali Portugalliæ, in qua strictè præcipitur Religiosis, eidem Reformationi oppositis, *ne per sè, nè per altri, direttè, vel indirettè, impedischino, o perturbino la consegna, e conservazione nelli detti tre Conventi al Commissario, e Religiosi della Riforma, ne per questa causa l' aggravino, o molestino &c.* Quàm ex attestatione DD. Judicum, Senatorum, & Procuratorum Cameræ S. Sebastiani Pernambuci, ibi: *Hanno soli tre Conventi in questa Capitania di Pernambuco, cioè questo, un' altro nella Capitania di Goyana, e un' altro in quello della Parabyba*.

13 14 15 16 17 18

Itaque ex his omnibus, præcipuè simul unitis, sicuti dubitari non potest de vera, & actuali existentia Reformatorum in dictis tribus Conventibus, ita omni jure manutenendi in eorum Reformatione videntur; Si enim Reformatio, & vita communis ex *Sacrosancti Concil. Triden. Decreto in sess. 25. de Regul cap. 1.* & ex innumeris Summorum Pontificum Constitutionibus, introducenda est, ubi non adest, quantò minùs destruenda videtur, & ad nihilum redigenda ubi illa reperitur, ut consideranti notum est.

19

Attentis præcipuè optimis moribus, & exemplaritate vitæ nostrorum Reformatorum, necnon illorum commendabili zelo in sacris Missionibus, & in Gentilium conversione, de quibus, uti de re plusquam notoria in nostra Vicaria, imò in tota Brasilia, testes, omni exceptione majores, sunt D. D. Sebastianus de Castro, & Caldas, Supremus Gubernator Status Pernambuci, D. Antonius Barbosa de Lima, Secretarius Capitaniæ Pernambuci, & Missionum, Senatores, & Judices Cameræ S. Sebastiani Pernambuci, PP. Jesuitæ, PP. Cappuccini, & demum Parochus Goyanæ, qui omnes uno ore in d. veritate concordant, eamque palam faciunt, jurataque asserunt, nostros Religiosos Reformatos, nedum exactissimè proprium Institutum servare, non sine omnium ædificatione, sed etiam se exercere in Missionibus in Locis desertis, invitisque, *dove amministrano, & introducono alli Gentili la Dottrina Cristiana, nel che fanno gran servizio a Dio, & al Re Nostro Sig. a consolazione di tutto questo Popolo*.

20 21

Ex quibus promanare videtur affirmativum responsum respectu secundæ supplicationis, seu petitionis, extensionis nimirum Brevis à s. m. Innoc. XI. expediti pro introducenda, & conservanda Reformatione in Provincia Pedemontana, ad nostram Vicariam Bahiæ, Si enim experientia, omnium rerum magistra, manibus palpare fecit, illud optimum fuisse medium ad reformandam integram dictam Provinciam Pedemontanam, omnis congruentia expostcit, omnisque æquitas suadere videtur, ut extendatur etiam ad nostram Vicariam Bahiæ in qua major urget necessitas Reformationis, & longè majora experiuntur impedimenta pro Reformationis introductione, & conservatione, ad quæ removenda omnis adhibenda est diligentia, omnisque favor impertiendus, ex generaliter animadversis per *Jo: Eus eb. in Doctr. Ascetic. lib. 1. doctr. 4. cap. 16. & libr. 6. doctr. 5. per totum*. Et in terminis Reformationis introducendæ in nostra Religione, latè *Lezzan. in Mar. magn. Carmelitar. numer. 229. & seqq.*

22 23

Fortiùs quia hac eadem via processum fuit in d. Provincia Pedemontana anno 1687., & in Provincia Poloniæ anno 1689. extendendo nimirum ad easdem similia decreta, anno 1644. edita pro Narbonensi Provincia; Itaut hodie agatur de medio, quod non semel, sed pluries efficax fuit expertum ad reformandas integras Provincias nostræ Religionis.

24

Neque in facto regit differentia illa, quæ legitur in Voto Reverendissimi Patris Procuratoris Generalis quod scilicet Provincia Pedemontana Reformationem ante acceptaverat; Quia hæc acceptatio Reformationis superlativè verificatur, etiam respectu Vicariæ Bahiæ, quam recognoscere supplicamus in nostris authenticis Scripturis, in Secretaria exhibitis.

25

Exaudiendæ demum videntur preces Principalium pro Gratia, ut in Statu Pernambuci constituatur una Vicaria Reformata, totaliter separata à Vicaria Bahiæ, cum suo Vicario Provinciali ex Reformatis, singulis trienniis eligendo, cum plena facultate adimplendi ea, quæ ad dictam Vicariam, & Reformationem spectant, cum omnibus prærogativis, & facultatibus, conformiter ad disposita in nostris *Constit. par. 3. cap. 18.*, & cohærenter ad id, quod concessum fuit anno 1687. Provinciæ Pedemontanæ. Id enim cubitalibus istis literis demundavit Pater Generalis Philippinus in Decreto, in Secretaria exhibito, ibi: *Quoties Prior Provincialis non erit ex Reformatis, toties Prior Generalis instituet ad triennium Vicarium Provincialem pro Reformatis: Ubi verò post primam illam institutionem, factam à Generali, erunt in eadem Provincia tres Conventus Reformati, ipsorum Priores, & Discreti eligent sibi in Congregatione privata Reformatorum per suffragia secreta dictum Vicarium Provincialem, qui ex tunc non poterit esse Prior ullius Conventus*: Et mutato solo nomine Commissarii in Vicarium, demandavit Generalis Monsignanus pro nostra Vicaria, his verbis: *Illi verò statim ac tres antenumerati Conventus à Reformatione inhabitabuntur, cum eorum Prioribus dict. Commissarium sibi eligent*; Idque ea convincenti ratione, *Quia æquum, & rationi consonum est, ut qui arctioris regulæ observantiam sectantur, Superioribus eorum, qui in laxiori degunt, non subiaceant, sed quilibet ejusdem professionis Superiores habeat, & ab illis juxta eorum Instituta Regularia prosperè, & feliciter gubernetur*: juxtà præcisa verba *san. mem. Greg. XIII. in ejus Constit. 64. §. 6.* quando separavit Carmelitas Discalceatos à Calceatis. Quibus addi potest *Constit. 85. §. 2. san. mem. Sixti V.* cum aliis adductis in *Tom. 1. part. 2. mear. Disc. Eccles. disc. 20. num. 43.*

26 27 28

Videmus, hoc summa pace practicari in Religione Sancti Francisci, in qua adest quidem unum Caput, seu unus Superior Generalis, sed sub illo, tàm Reformati, quàm Observantes particulares habent Superior. immediatos proprii Instituti; ut notorium est, atque EE. PP. probè notum.

29

Multò autem magis hoc videtur practicandum in nostro casu, attenta maxima distantia nostræ Vicariæ Bahiæ à Superioribus Generalibus, seu à Romana Curia, ex qua maxima distantia ortum habent inconvenientia illa, quæ recognosci possunt in nostris Scripturis, ex hac Parte exhibitis, dum, non sine animositatis nota adversus duo cubitalia decreta totidem Priorum Generalium nostræ Religionis, Monsignani, & Villalobos Provinciales Portugalliæ ausi fuerunt præcipere Superioribus Conventuum Reformatorum, ne admitterent ad habitum Novitios. Anno 1688. Provincialis Fr. Joannes à Sancta Maria septem Religiosos Reformatos coegit ad relinquendam Reformationem, illosque secum asportavit ad Conventum Observantium Olindensem; Anno 1695 Provincialis Fr. Ignatius Ramos alios 25. Religiosos Reformatos à propriis Conventibus dimisit, atque ad Observantes transire permisit: Idemque Provincialis sequenti anno tres qualificatos Religiosos, Pat. Bernardinum à Matre Dei, Pat. Josephum à Nativitate, & P. Simonem à Sancta Theresia professionem reiterare jussit, secumque ad Conventum Bahiensem adduxit: Aliisque, brevitatis gratia, omissis, dignentur EE. PP. veritatem hanc desumere ex illis rotundis verbis P. Generalis Villalobos: *Cùm igitur RR. PP. Fr. Michael. ab Assumptione, & Joannes à S. Philippo Nerio, tanquam juridici Procuratores Conventuum Reformatorum Bahiensis Vicariæ, spretis longissimis, & periculosissimis transfretationis, &c. incommodis, &c. laboriosis itineribus ad Nos accessissent, &c. Nobisque exposuerunt authenticis Scripturis, quamplurima in præjudicium, & etiam destructionem præfatæ Reformationis fuisse narratorum Conventuum Alumnis ab Adm. Rever. P. Magist.*

30 31 32 33

Vicario Provinciali illegitimè, & injustè peracta; Supplicantes observare verba hæc: *Quamplurima in præjudicium, & destructionem Reformationis illegitimè, & injustè peracta fuisse à Vicariis Provincialibus*, quæ non referuntur ab aliquo modicæ, vel dubiæ fidei teste, sed ab uno ex nostris Prioribus Generalibus, & sic teste, omni exceptione majore, cum addito, quod omnia prædicta ei constiterant ex authenticis Scripturis.

Quibus non adversantur ea, quæ adducta fuerunt in dicto contrario Memoriali, pro remissione Causæ ad Nunciaturam Portugalliæ cum supposito, quod in illa pendeant nostræ petitiones; Ultra quod enim illud in nulla consideratione habendum est, utì proprio marte compositum à persona, quæ nullam in hac parte facit legalem figuram, nullumque habet legitimum Procuræ mandatum, ad impediendam propagationem nostræ Reform. in illa Provincia, in qua à dd. Generalibus Superioribus demandata fuit illius introductio, & ab omnibus Religiosis subditis legitimè acceptata fuit cum jurata promissione de illa conservanda. Itaut eidem dicere possumus: *Quomodo in hac parte se ingerat absque nuptiali veste*, ut ad rem observat *Sac. Rot. in dec. 21. numer. 21. & decisc. 38. num. 3. & decis. 46. num. 1. coram Reverendissimo Ansaldo*; Et meritò, quia in longè durioribus terminis receptum est, quod, neque Procurator Generalis Religiosorum comparere potest pro aliquo Monasterio, seu Conventu suæ Religionis, absque speciali mandato Procuræ ejusdem Monasterii, seu Conventus, nt, cumulatis concordantibus, in terminis firmavit *Rot. in Bononien. Dotis super expensis 25. Januarii 1706. §. Minus cor. eodem*.

Strictè dicimus, quod ex lectura duplicis Processus, extracti à Curia Vicarii Gener. Episcopatus Olindensis, qui existunt in Secretaria, remanet manifestum, inspectionem, pendentem in dicta Nunciatura, nullam habere connexionem, nullamque affinitatem cum Principalium precibus, ex quo in eodem Tribunali unica pendet inspectio circa competentiam Judicis inter Carmelitas Reformatos, & Observantes, an scilicet talis dicendus sit Vicarius Generalis Episcopatus Olindensis, quæ nedùm aliquid commune non habet cum nostris precibus, sed quidquid dixerit dict. Vicarius ad propriam fovendam, ampliamdamque jurisdictionem, nullum omninò fundamentum habet, estque judicium ejusdem Vicarii ex diametro oppositum amplissimis Privilegiis Apostolicis Summorum Pontificum Innocentii IV. Alexandri IV. Innocentii VI. Gregorii XI. Joannis XXII. Clementis VI., aliorumque modernorum Summorum Pontificum, quorum Bullas, & Constitutiones per extensum registravit *Lezzan. in Mar. mag. Carmelitar. à num. 1. usque ad nu. 108.* in quibus, ultra alias pœnas, imponitur illa excommunicationis latæ sententiæ adversus illos, qui prætendunt eosdem Religiosos Carmelitas cor. Judicibus incompetentibus trahere, vel vexare.

Cumque agatur de privilegiis, non particularibus personis sed ipsimet Carmelitanæ Religioni concessis, non est in facultate eorundem Religiosorum dd. privilegiis renunciare, & coram Judicibus incompetentibus comparere, ut uno ore notant adducti per *Sperel. dec. 104. num. 85. Panimol. decis. 6. adnot. 6. num. 29. Grass. de Effect. Cleric. effect. 1. num. 23. & Zaul. ad Stat. Favent. tom. 1. fol. 195. numer. 4.* Atque talem consensum Religiosorum qualificando pro magna simplicitate, egregiè observavit *Rot. in dec. 10. num. 2. & 3. cor. Cerr. & dec. 44. num. 12. par. 7. rec.* ibi: *Quia ista fuit mera simplicitas, quam Superiores majores nullatenus debent sufferre, dum dict. Provincialis non posset renunciare dd. privilegiis, quæ sunt concessa favore Religionis, non autem personæ particularis*, cum aliis allegatis *in prima parte, discep. 8. n. 25. Tom. 1.*

Neque ulla urget necessitas citandi Religiosos Observantes nostræ Vicariæ, quia Reformati nullam litem contra illos habent, nullamque in futurum habere intendunt, simpliciter, Religiosaque simplicitate, supplicantes SS. D. N., humilesque reiterantes preces EE. PP. pro Gratia conservationis, & propagationis vitæ communis, & Reformationis in illis Conventibus, in quibus illam introduci mandavit Pat. Generalis Philippinus, & P. Generalis Monsignanus, mediante ejus speciali decreto, re maturè perpensa, omnibusq; consideratis, illam introduxit, atque Novitiatum fieri strictè, & præcisè mandavit, nedum accedente consensu Patr. Provincialis Portugalliæ, sed, quod magis est, idem decretum fuit solemniter acceptatum à toto Definitorio Vicariæ Bahiæ, subsequuta pacifica introductione Reformationis, & vitæ communis, ex supra animadversis: Itaut nimis durum, atque ultra modum amarum videatur, quod adversùs dictam Reformationem, tali, tantaque maturitate in Brasilia introductam, reperiantur hodie gratuiti Oppositores in Urbe, prætendentes illam destruere, atque ad nihilum redigere, sub oculis Summi Pontificis, & coram hoc Sacrosancto Consessu, eo tempore, quo in Urbe nostris temporibus meritò omnis adhibetur diligentia pro illa introducenda, ubi nunquam adfuit, vel ad pristinum statum, ubi collapsa est, reducere, atque in aliis Catholici Orbis partibus semper propaganda, & confovenda est, ut exclamando asserit P. Generalis Monsignanus *Quia Summi Pontifices, & Concilia nihil vehementius commendant, quàm disciplinam Regularem, ubi collapsa est, ad pristinam formam, primumque vigorem per exactam Regulæ, Constitutionumque observantiam reduci*.

Pro quorum omnium faciliori admissione ex una parte fidelibus oculis EE. PP. subiicimus improprium illum modum (ut modestè loquamur) quem tenuerunt illi, qui prætendunt Reformationem annihilare, vitamque communem destruere in nostra Vicaria, dum non erubuerunt armata manu, associati à multis Sæcularibus, *che l' accompagnavano con armi da fuoco &c. assediare li Religiosi del Carmine della Riforma che da questo Convento di Goyanna erano andati per la Parahyba, & ivi, come è fama publica, e notoria &c. gli hanno assediato il Convento, prohibendoli l' entrare, e l' uscire li viveri: Onde li detti Religiosi della Riforma dopo un giorno di assedio, sono stati necessitati à rendergli il Convento:* Sunt verba Hieronymi Cavalcantes de Albuquerque, Capitanei majoris Capitaniæ Tamaracà in Brasilia, & concordant Patr. Benedictini Parahybæ, ad quorum Monasterium se receperunt Principales, expulsi à proprio Conventu, ut videre est in eorundem Patrum Benedictorum attestatione, in Secretaria exhibita, in qua asserunt destructores Reformationis *stare in detto assedio operado, non come Religiosi, mà come Soldati &c.* Concordant etiam Sacerdotes, aliique de Clero sæculari Parahybæ, con juramento asserentes, vidisse tredecim Religiosos *che hanno assaltato il detto Convento, armati con arme da fuoco, & altre offensive, per cacciar fuori di detto Convento li detti Religiosi Riformati &c. hanno assediati dd. Riformati, che stavano dentro pigliando li passi dell' entrata, & uscita di detto Convento, e per tal' effetto hanno in quel giorno pranzato sotto la Portaria di detto Convento con tavole armati &c.* Nec non concordant pariter alii 32. Testes de visu, omni exceptione majores, quos recognoscere supplicamus in nostris Scripturis.

Ex alia verò parte dignentur EE. PP. pro dictarum gratiarum concessione sub oculis habere qualitates Religiosorum Reformatorum nostræ Vicariæ, qui *generalmente sono ben visti, e stimati per il loro Religioso procedimento, e virtù, conservando l' Evangelica povertà, vivono in comune con somma, e stretta osservanza della Regolare disciplina, edificando il pressimo con il loro buon' essempio, e predicando le Missioni nelli loro Conventi, e fuori di essi con gran profitto spirituale dell' anime, essendo assidui nel Coro, recitando matutino à mezza notte, non ostante l' assistenza alle Catedre, & alli Studii, & hanno un' ora, e mezza di orazione mentale indispensabile ogni giorno, accudendo con molta carità alle confessioni tanto nelli loro Confessionarii, quanto per tutto, dove sono chiamati tanto la notte, come il giorno:* juxta præcisa verba Testis sæcularis, in dignitate constituti, & Jurisdictionem exercentis in Bahia Brasiliæ, & concordant alii Testes Religiosi, & Sacerdotes, nec non Parochi di Oppidi, quibus omnis debetur fides, sive attendatur qualitas Sacerdotalis, sive alia Religiosorum, ut de prima videre est apud *Franc. Anton. Cost. consil. 20. num. 16. Castr. cons. 144. sub num. 3. libr. 2., & Rot. dec. 384. num. 2. cor. Priol.* Et de secunda apud *Pamphil. decis. 610. num. 1. & 2. & apud Zuff. de Legitim. Process. dec. 84. nu. 11. & 12. & in rec. dec. 815. num. 36. par. 18.*

Quæ omnia dicta sint adhoc, ut erubescant Oppositores Reformationis futiles exceptiones adversùs illius propagationem exagerate, atque ex illa necessitate, quam approbat S. *S. Gregor. lib 16. Moral. cap. 3.* dicens. *Qui enim necessitate cogente, vera de se bona loquitur, tantò magis humilitati jungitur, quantò veritati sociatur*.

Ex quibus firmiter sperant pauperes Reform. voti compotes fieri, quia in substantia, atque in rei veritate, agitur de gratiis, nemini præjudicialibus, unicè directis ad Dei gloriam, Populorum ædificationem, atque Reformationis propagationem, & conservationem, & quod magis est, omnique consideratione dignum videtur, non petitur, nisi id, quod in nostra Vicaria P. Generalis Philippinus introduci mandavit, & P. Generalis Monsignanus de facto introduxit, quodque illius Locales Superiores solemniter acceptarunt his verbis: *Accettiamo li present. Decr. del P. Gen. in Defi-*

nitorio, & ordiniamo, che ſi eſſecutino, conforme in eſſi ſi contiene. Quodque in ſubſtantia ſimile eſt ei, quod continetur 54 in Brevi Innoc. XI. conceſſo Provinciæ Pedemontanæ, pro cujus extenſione ad noſtram Vicariam ſupplicamus, votique compotes fieri firmiter ſperamus.

Non attento, quod in dicto decreto P. Generalis Monſignani noſtri Reformati ſubjecti ſint Vicario Provinciali Ba- 55 hiæ; Cum enim experientia manibus palpare fecerit, Vicarios ejuſdem Vicariæ omnem movere lapidem ad deſtruendam noſtram Reformationem, atque non deſinere quamplurima illegitimè, & iniuſtè peragere ad complendam dictam deſtructionem Reformationis, juxta præciſa verba Generalis Villalobos *de quibus ſupra numer.* 33. ad EE PP. pertinet talia iniuſta media, & illegitimas operationes impedire, eo prorſus modo, quo impedita fuerunt in Provinciis Narbonæ, Pedemontis, & Poloniæ, permittendo illis, ut non ſubjaceant Superioribus, qui laxiorem Regulam profitentur, quive illorum deſtructionum illegitimis mediis, & iniuſtis operationibus procurant, quæ omnia facilè haberi poſſunt mediante prompta exequutione decreti P. Generalis Philippini, *de quo infrà num.* 91.

Ad retardandam verò reſolutionem præſentis Cauſæ nullam meretur animadverſionem reflexio, quod hæc Sacra 56 Congregatio die 9. Januarii 1712. reſcripſerit: *Scribatur Nuntio Apoſtolico pro Informatione, & Voto, auditis, &c.*

Quia de tali reſcripto nulla omninò habenda eſt ratio, uti ſubreptitiè, & obreptitiè extorto à perſona, quæ nullam in hac parte legalem facit figuram, nullumque habet legitimum mandatum Procuræ ad ſe opponendum noſtris peti- 57 tionibus; Moveturque ex particularibus conſiderationibus ad ſe opponendum reformationi, & propter ejus proprias convenientias. Si enim *Sac. Rot. in Bononien. Dotis 15. Januar.* 1706. *§. Minus coram Reverendiſſimo Anſaldo*, neque etiam admittere voluit, & meritò, Procuratores Generales Religionum abſque legitimo mandato procuræ particularium Conventuum, pro quibus inſtantias facere volunt, quanto magis in noſtro caſu admittendæ non videntur aliæ particulares perſonæ, abſque ullo legitimo procuræ mandato comparentes, & gratuitas inſtantias promoventes, ut de ſe patet?

Hoc autem poſito, plena ſunt omnia legalia Volumina, 58 quod reſcripta Sacrarum Congregationum obreptitiè, & ſubreptitiè extorta in nulla prorsùs conſideratione habenda ſunt, ac ſi non emanaſſent, juxta innumeras authoritates fruſtra hic tranſcribendas, quas punctualiter refert *Sac. Rot. in deciſ.* 59 102 *num.* 15. *& ſeq. par.* 19. *Rec.* quamve ſequutus fui *in meis Inſtit. Crimin. lib.* 1. *titul.* 10. *§.* 4. *numer.* 171. *& libr. titul.* 5. *numer.* 180. quibus addo *Bertacchin. vot. deciſ.* 113. *numer.* 3. *& Rot. in deciſ.* 885. *numer.* 15. *coram Dunozet. Jun.* loquen- 60 tem in longè durioribus terminis ſubreptitiæ reſolutionis Sac. Congregationis Rituum à Urbano VIII. in forma ſpecifica confirmatæ.

Non omittentes hìc repetere, quod inſtantia, quæ pen- 61 det coram Nuncio Portugalliæ, unicè reſtricta eſt ad appellationem, interpoſitam à ſententia Vicarii Generalis Olindenſis, qui ſe declaravit Judicem competentem inter PP. Carmelitas Reformatos, & Religioſos antiquæ Obſervantiæ Vicariæ Bahiæ: Adeò autem evidens eſt illius incompetentia, adeòque manifeſta iniuſtitia ſententiæ ejuſdem Vicariæ Olindenſis, ut nihil magis inſubſiſtentius dici, vel magis frivolum excogitari poſſit, dum non poſſunt Religioſi, neque etiam ex eorum plena voluntate, & libero conſenſu præjudicare privilegiis exemptivis, à Summis Pontificibus non particularibus perſonis, ſed ipſimet Religioni conceſſis, ut vidimus ſupra *numer.* 41., & ſignanter *ex punctuali deciſion.* 44. *numer.* 12. *part.* 7. *recentior.* ubi Sacra Rota contrariam prætenſionem canonizat, & meritò, pro mera ſimplicitate.

Comprobatur hæc veritas ex ſubſequuto facto hujus Sacræ Congregationis quæ, non obſtante tali reſcripto, Reveren- 62 diſs. P. Procuratori Gener. noſtræ Religionis, renuenti dare ſuum Votum, ob pendentiam d. Informationis Reverendiſs. Nuncii; ſtrictè injunxit, ut illud traderet, effectu ſubſequuto, die 16. Februarii 1712., ut videre eſt ex illius originali, in Secretaria exiſtente. Imò Illuſt. D. hujus Sac. Cong. Secretarius, poſt d. reſcriptum, nobis ſeriò demandavit, ut noſtras Informationes conficeremus, illaſque EE. PP. traderemus, ad quem effectum ultimis diebus dicti menſis Febr. 1712. deſtina- 63 vit in Ponentem Emin. & Reverendiſs. D. Card. Fabronum, Quæ omnia prorſus fruſtranea fuiſſent, ſi expectari voluiſſet dicta Informatio Reverendiſſimi Nuncii, obtenta, ut ſupra, mediante dicto reſcripto ſubreptitiè, & obreptitiè extorto à perſona, quæ nullum habet procuræ mandatum, ut de ſe patet, & ad rem obſervat *Reverendiſs. Anſald in addit. ad dec.* 82. *num.* 58. *&* 59.

Nec dicatur, quod ſaltem in reverentiam ejuſdem Reverendiſs. Nuncii ſuperſedendum ſit in hac parte uſque ad ipſius reſponſionem ſeu Informationem. Poſito enim pro conſtanti, 64 prout innegabile eſt, quod tale reſcriptum extortum fuerit à perſona illegitima, atque per evidentem ſubreptionem, & obreptionem; Idque non alio fine, quàm defatigandi Religioſum, conſtitutum Procuratorem à Reformatis noſtræ Vicariæ, cum optimè ſciat, eundem Procuratorem non ha- 65 bere neceſſaria ad faciendam longiorem moram in Urbe, expectandamque Informationem dict. Reverendiſſimi Nuncii Portugalliæ, poſtquam, Deus ſcit quot, & qualia paſſus ſit in adeò longo itinere ferè quinque millium milliarium, atque in qualibus, quantiſque anguſtiis conſtitutus reperiatur, omnia Jura clamant, omneſque congruentiæ regulæ expoſcere videntur, ut tale reſcriptum dd. artibus procuratum, retardare nullatenus valeat oraculum EE. PP. quod à perſona legitima petitur, quodque unicè directum eſt ad majorem Dei gloriam, Reformationiſq; incrementum, & propagationem, cujus reſpectu omnis capienda eſt benigna in- 66 terpretatio juxta theoricam *Butrii in cap. Cum olim num.* 15. *de Conſuet.* quam ſequuntur adducti per *Rotam in dec.* 847. *numer.* 3. *coram Seraphin. & deciſ.* 258. *num.* 23. *par.* 7. *rec.* cum aliis adductis *in par.* 2. *mearum Diſcept. Eccleſ. diſcep.* 23. *numer* 4. *Tom.* 1.

Nullumque adeſt inconveniens, quod detecta veritate, atque inſubſiſtentia fundamentorum, quibus idem reſcriptum extortum fuit, atque ad occurrendum modis indirectis, quibus Reformatio in noſtra Vicaria prætenditur annihilari; nulla omninò ratio de tali reſcripto habeatur, in qua parte 67 celebre habemus *Juſtin.* exemplum, & celebriora ſunt ejus verba in *authentic. de Nupt. poſt principium*, ibi: *Non enim erubeſcimus, ſi quid melius horum, quæ ipſi priùs diximus, adinveniamus, hoc ſancire, & competentem prioribus imponere correctionem*, & concordant exempla Sanctorum Patrum, Summorumque Pontificum, quæ non ſine laude refert, & ſequitur *Cardin. de Albic. de Inconſt. in Judic. in præ-* 68 *ſat. à num.* 42. *uſque ad finem*, cum aliis indicatis *à bon. memor. R. P. D. Severol. in Voto, impreſſo apud eundem de Albic. numer.* 90. *& ſequentibus & à Rota in deciſ.* 6. *poſt principium apud eundem.*

Pro quorum faciliori admiſſione non omittimus rogare EE. PP. ut dignentur obſervare, quod præſens inſtantia promo- 69 vetur propter Jeſum tantùm. Eſſet enim à multo tempore terminata cauſa, ſi P. Joſepho à Nativitate Procurator Reformatorum Vicariæ Bahiæ imitari voluiſſet Micam illum, de quo ſermo eſt in *Libro Judic.* 17. 18. ibi: *Quid tibi melius eſt, ut ſis Sacerdos in domo unius Viri, an in una Tribu, & familia in Iſrael.?*

Propoſita Cauſa in Sacra Congregatione Epiſcoporum die 10. Martii 1712. ad relationem Eminentiſſimi Fabroni, reſcriptum fuit: *Expectandam Relationem Nuncii Apoſtolici, in* 70 *Luſitania reſidentis, ac interim PP. Reformati manuteneantur in poſſeſſione trium Conventuum, Goyanæ, Reciffi, & Parabybæ.* Quia verò Rever. Nuncius procedere volebat in Cauſa, nedum quoad inſpectionem competentiæ Juriſdictionis Curiæ Olindenſis cor. ipſo unicè introductæ, ac pendentis; Verùm etiam circa Cauſæ merita, quæ pendebat cor. d. S.C. 71 Epiſcoporum; Hinc facto verbo per d. Eminent. Fabronum Ponentem in Congreg. habita die 30 Septemb. 1712 prodiit reſcriptum: *Nuncius Apoſtolicus non procedat ad ulteriora in Cauſa, ſed tranſmittat acta ad Sac. Congreg. præfixo Partibus termino competenti ad deducendum Jura ſua in d. Sac. Congreg.* Coram qua cum iiſdem Scripturis repropoſita Cauſa eundem 72 Dominum Cardinalem Ponentem in Congregatione habita die 22. Martii 1714. reſcriptum fuit: *Conventus Goyanæ, Reciffi, & Parabybæ ſpectare ad Reformatos; Quo verò ad Conventum Olindæ, & extenſionem Brevis Pedemontani, Nihil; In reliquis ad mentem.*

Prima pars hujus reſcripti eſt nimis clara, illiuſque vigore Pat. Carmelitæ Reformati noſtræ Vicariæ declarantur veri Domini dd. trium Conventuum, quorum reſpectu ſolam ma- 73 nutentionem ad eorum favorem conceſſerat Sacr. Congr. dict. die 10. Martii 1712.

Secunda pars ejuſdem reſcripti eſt æquè clara, tàm circa Conventum Olindæ, quem Sacra Congregat. pro nunc noluit concedere Reformatis, quàm circa extenſionem Brevis Pedemontani ad noſtram Vicariam, quam extenſionem denegavit.

Tertia demùm pars, reſpiciens deputationem Vicarii Provin-

vincialis pro Reformatis, non fuit à Sacr. Congreg. neque rejecta, neque admissa, sed dictum *Ad mentem*, quæ fuit, ut procuraretur consensus, tunc temporis P. Generalis, vel primi Capituli Generalis proximè futuri.

In exequutionem proinde d. Mentis Sac. C. fuerunt primo loco humiles porrectæ preces tunc temporis Reverendiss. Pat. Generali totius Ordinis Carmelitarum, à quo non fuerunt exauditæ, unde opus fuit illas reiterare Capitulo Generali, quod factum fuit, ut infra.

In eadem Causa.

NOmine Fr. Josephi à Nativitate Procuratoris RR. PP. Carmelitarum Reformatorum Vicariæ Bahiæ in Brasilia, cum omni majori humilitate Rm. PP. VV. obsequentissimè repræsentatur, quod Rm. P. Generalis Monsignanus, spiritu Dei ductus, ut Regularem disciplinam in remotissimo Statu Brasiliæ, restauraret, atque reformaret, inhærendo dispositis in Capitulo Generali anni 1645. in Urbe celebrati, cohærenter etiam ad Apostolicas Constitutiones, die 6. Maii 1683. seriò demandavit, ut Reformatio nostræ Religionis in Conventu Goyannæ, servatis omnibus servandis, & cum Superiorum majorum authoritate, & beneplacito instituta, in aliis Conventibus ejusdem Vicariæ Bahiæ introduci deberet.

Decreta adeò sacrosancta dicti P. Generalis in pleno Definitorio dictæ Vicariæ unanimiter acceptata, & ab omnibus recepta fuerunt, cum illo addito destinationis Conventus Olindensis pro receptione Novitiorum, sub expressa pœna nullitatis professionis dictorum Novitiorum, quatenùs illam in diverso Conventu emitterent in exequutione eorum, quæ in hac parte per viam legis generalis statuta fuerunt à Patre Generali Philippino, & specialiter demandata fuerunt à P. Generali Villalobos die 27. mensis Septemb. 1695. confirmando d. decretum P. Generalis Monsignani.

Spatio annorum 33. circiter, non sine magnis sudoribus in dicta Vicaria Bahiæ in solis tribus Conventibus introduci potuit Reformatio, nempè in Conventu Goyannæ, in illo Reciffi, & in alio Parahybæ, idque ob perpetuas, & validas oppositiones, & contradictiones RR. PP. Carmelitarum antiquæ Observantiæ, qui nullam relinquerunt, neque relinquunt occasionem, omni adhibito conatu, annihilandi eandem Reformationem.

Modi autem, qui ad hunc effectum obtinendum adhibiti fuerunt, præcipuè à RR. PP. MM. Ignatio Ramos, & Joanne à Sancta Maria, tempore quo dictam Vicariam visitarunt, improbati à dicto Pat. Generale Villalobos, non fuerunt semper uniformes; Aliquando enim id ad praxim reduxerunt, retrahendo Novitios à profitendo inter Reformatos; Aliquando post professionem, inter eosdem Reformatos solemniter emissam, illos alliciendo, & de facto recipiendo inter Observantes; Aliquando transmittendo antiquos Professos ad Regnum Portugalliæ; Et non semel inter exhortationes, & consilia, ut Reformationem desererent, miscendo etiam convicia, & injuriosa verba, prout omnia, hæc notoria sunt in tota Brasilia, & in Secretaria Sac. Cong. habentur innumeræ attestationes in authentica forma personarum omni fide dignarum, quæ prædicta, & longè majora concludenter comprobant.

Pro complemento dicti desiderii, & consecutione ejusdem finis, attentissimi semper fuerunt iidem PP. antiquæ Observantiæ veritatem inorpellare Reverendissimis Nunciis, in Portugalliæ Regno existentibus, atque ab eis sub æquè insubsistentibus, ac palliatis motivis extorquendo licentias pro transitu eorundem Reformatorum ad Conventus Religiosorum antiquæ Observantiæ, juxtà innumeros casus, qui afferri hìc possent, & quorum aliqui, illos improbando, referuntur à P. Generali Villalobos; Gratia autem brevitatis, respectu Religiosorum viventium, indicamus solùm P. Josephum à Jesu Maria, P. Dominicum à Conceptione, & Pat. Josephum à S. Alberto, qui omnes, licet solemnem professionem inter Reformatos emiserint, vivunt hodie, videant ipsi cum qua securitate conscientiæ, inter PP. Observantes Ulissiponenses.

Imò dum hæc scribimus, novissimè à Brasilia transmissus fuit ad Civitatem Ulissiponensem inter Patres Observantes Fr. Antonius à Sancta Teresia, Clericus expressè professus inter Reformatos, non sine aperta apostasiæ nota, eò quia absque ullo, vel apparenti motivo, seu causa, permissus fuit eidem transitus à Reformatis ad Observantes; Cum illo addito, quod Rever. Pat. Provincialis Portugalliæ, nedum ipsum benignè inter suos recepit, omnemque libertatem illi amplissimè concessit vagandi per Civitatem, Sed quod magis est, facultatem eidem fuit impartitus suscipiendi Sacros Ordines. Idque adversus cubitalem Constitutionem s. m. Urbani VIII. & contra replicata Decreta PP. Generalium Philippini, & Monsignani; Pro quorum punctuali exequutione, & pro reditu ejusd. Clerici ad suum Conventuum Reformatorum, respondit Sac. Cong. ad relationem Em. Fabroni die 14. Februarii 1716.

E conversò autem, & in conflictu horum suavium modorum, quibus tractantibus profugi, & apostatæ, à Reformatione se conferentes ad Observantes in Conventibus Regni Lusitaniæ, in illis casibus, in quibus coguntur Reformati pro negotiis eorum Reformationis à Brasilia ad Civitatem Ulissipponensem, vel ad Urbem accedere, non solùm tractantur ab Observantibus, absque ullo charitatis signo, sed neq; etiam possunt habere loca, ubi capita reclinent in Conventibus Observantium, itaut cum opportuna licentia Illustrissimor. DD. Nuntiorum Portugalliæ cogantur se recipere inter Religiosos diversæ Religionis.

Ultimo tandem loco omnes insimul eorum magnos conatus uniendo, nullum involutum reliquerunt lapidem iidem PP. Observantes de facto, & per apertam vim tollendi PP. Reformatis duos ex tribus Conventibus, quos in dicta Vicaria obtinent, nempè illum Reciffi, & alium Parahybæ. Verum tamen est, quod habito recursu à PP. Reformatis ad Sacr. C. Episc. eique expositis omnibus supradictis gravaminibus, ad relationem ejusd. Em. Fabroni, die 22. Martii 1714. obtinuerunt rescribi *Conventus Goyannæ, Reciffi, & Parahybæ spectare ad Reformator*. Quo rescripto mediante tempestas magna in parte sedata fuit, & in dd. tribus Conventibus hodie pacificè vivunt Religiosi Refor. punctualiter observantes Constitutiones à s. m. Urbano VIII approbatas pro Reformatis, ut est in nostra Religione, & Vicaria notorium.

Verùm quia non satis est hodiè hoc rescriptum pacificè observari, cum dubio, quod nón est metaphysicum, ut illius exequutio in futurum negligi possit in adeò remotis Regionibus, & Mundi parte, ab aliis Orbis partibus penitùs divisa, arguendo à præteritis ad futura, juxtà animadversa per *Barbos. in Locis comm. argum.* 10. *numer.* 1. & quia Visitatores, seù Vicarii Provinciales dictæ Vicariæ, cum sint ex Observantibus, non possunt eorum prætensiones non fovere, eisdemque non favere, dum, experientia teste, in illorum Visitationibus non permittunt Reformatis pacificè vivere atque ad terminos propriarum Constitutionum Religiosam Vitam servare, sed potiùs igni combustibilia addunt, itaut id, quod ante Visitationes erat parva scintilla, post illas evadat magnum incendium, remaneatque Reformatio sine necessaria quiete, & sine religiosa pace.

Hinc nomine earundem PP. Reformatorum ab eorum Procuratore P. Josepho à Nativitate humillimæ VV. PP. RR. porriguntur preces, ut dignentur, adeò frequentibus malis, adeoque irregularibus operationibus æquè promptum, ac efficax adhibere remedium, quod unicè repositum est in exequutione d. Decreti P. Generalis Philippini, per extensum relatum *supra num.* 26.

In illis enim Provinciis, & Conventibus, ubi talis decretum punctualiter observatur, pacificè vivunt Reformati, illorum Institutum, non sine bonorum omnium ædificatione, floret, & incrementum in dies accipit, ut signanter prædicatur in Provincia Pedemontana, & in alia Poloniæ. Et meritò, quia ferè impossibile est, & experientia, omnium rerum magistra, manibus palpare facit, non posse rectè gubernari Religiosos Reformatos à Superiore non Reformato: Quæ omnia, uti indubitata multoties comprobarunt Summi Pontifices ex animadversis *in Tom.* 1. *part.* 2. *disceptat.* 20. *numer.* 44.

Nec dicatur, quod omnia hæc perfectè exequi, & adimplere valeat Commissarius, ex Reformatis eligendus; Cum enim idem Commissarius non habeat à Constitutionibus Reformatorum plenam authoritatem, minusque jurisdictionem, necessariam ad abusuum eliminationem, & reformationem, dignum, & justum videtur mutare idem Officium in Vicarium Provincialem ad triennium, cum plena authoritate, & omnibus solitis prærogativis eligendum à Reformatis, juxtà præscriptum illorum *Constit. par.* 3. *cap.* 18. *de Offic. Prior. Provincial.* unà cum suo Definitorio, à quo Priores Reformatorum Conventuum confirmari debeant: Quam necessitatem agnovit, & fassus fuit Pat. Generalis Philippinus, qui expresè præcepit, in his circumstantiis eligendum esse Vicarium Provincialem, *ut vidimus supra numer.* 26.

Omnia hæc solidè fundata in Apostolicis Constitutionibus, in nostræ Reformationis Institutis, & Regulis, & in dictis Decretis duorum PP Generalium Philippini, & Monsignani, transeunt in præsenti casu in evidentiam, præ oculis habendo situm, & distantiam nostræ Vicariæ à Loco, unde mittendus est Visitator. In facto enim constans est, quod quatuor tantùm reperiuntur Conventus in dicta Vicaria, nempè Goyanæ, Reciffi, & Parahybæ, in quibus floret Reformatio, necnon alter Olindæ, qui destinatus pariter fuit à P. Generali Monsignano pro Reformatis, cum hoc, quod esset ulterius assignatus pro recipiendis Novitiis. Hujusmodi autem Conventus Olindensis, uti proximus dictis tribus Conventibus Reformatis, magna eisdem affert præjudicia in reformationis perniciem.

Constans pariter in facto est, quod pro visitandis dictis Conventibus à Religiosis, qui sunt in Statu Pernambucensi, debet fieri transitus, aut per mare, aut per terram, inter quæ nullum datur medium: Si ille fiat per mare, idem transitus, nedùm nimis periculosus est, sed æqualiter subjectis innumeris incommoditatibus, tempestatibus, procellis, & accidentibus, à frequenti amara experientia comprobatis. Neque minora sunt incommoda, aut leviora sunt pericula, si idem transitus fiat per terram, ad quem effectum requiritur spatium saltem triginta dierum per terras desertas, invias, & aquosas, per quas nil ad humanæ vitæ necessarium reperitur, sed opus est omnia secum ferre, neque etiam aqua excepta, eo quia per viam non inveniuntur, nisi aquæ salsæ: Quæ omcoronantur ab alia necessitate secum ducendi multos homines armatos, ad evitanda pericula Grassatorum Viarum; Itaut respectu Viatorum à Vicaria Bahiæ, ad Pernambucum, & è contra, sive iter faciant per mare, sive per terram, cum omni sermonis proprietate, verificentur verba illa *D. Pauli 2 ad Corinth.* 11. 27. *Nocte, & die, periculis Latronum, periculis Fluminum, periculs ex genere, periculis in falsis fratribus, in labore, & ærumna; in vigiliis multis, in frigore, & nuditate*. Enixis præcibus supplicantes hic observare, quod omnes hæ magnæ expensæ, ad evitandum dd. proxima pericula, fieri debent à dictis tribus miserabilibus Conventibus Reformatis, & quod magis est, renovari debent quolibet triennio pro nova visitatione.

Remanet proinde manifestum, quod omnibus istis malis, omnibusque istis inconvenientibus, & periculis facillimo negotio occurri potest, mediante punctuali exequutione dicti decreti P. Gen. Philippini, absque ullo præjudicio Religiosorum Observantium, & cum magna utilitate Conventuum Reformatorum, istis concedendo suum Vicarium Provincialem, ab ipsis quolibet triennio eligendum. Estque ulterius valdè conveniens ut ex Conventibus in d. Statu Pernambucensi erectis, & in posterùm, Deo dante, erigendis, constituatur una Vicaria Reformata, relinquendo ibidem aliam Vicariam non Reformatam, consulendo hoc modo conservationi pacis inter Reformatos, & Observantes.

Nec credimus à PP. Observantibus exagerandum parvum numerum Religiosorum Reformatorum hodiè existen. in dictis tribus Conventibus Reformatis; Quia ille non regit in facto, in quo concludenter constat, in Conventu Goyanæ adesse Religiosos numero 18. In illo Reciffi adesse Religiosos numero 22. Et in alio Parahybæ adesse Religiosos numer. 10. & sic in totum numero 50. In quo numero superlativè potest verificari facultas eligendi, & selectio magis digni, ut de lonminori numero Religiosorum observat *D. Thom.* 1. 2. *quæst.* 13. *artic.* 2. *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *numer* 233. *Castellin. de Elect. cap.* 8. *num.* 7. *& Passerin. eod. Tract. cap.* 2. *à num.* 5. cum aliis, citatis *in tom.* 1. *par* 1. *discep.* 13. *num.* 103. *&* 104.

Opportunè hic subjungentes, quod longè major esset numerus dictorum Religiosorum Reformatorum in dictis tribus Conventibus, nisi adfuissent perpetuæ illæ contradictiones, & oppositiones PP. antiquæ Observantiæ, quas consultò silentio involuimus, sequentes in hac parte consilium *Senec. in Declam. 2. de Virg. prostit.* his verbis: *Quædam satius est, vel cum Causæ detrimento tacere, quàm inverecundè dicere*.

Non credimus tandem, ponendum esse os, loquens iniqua adversus mores, & vitam Religiosorum Reformatorum; Illis enim opponimus nubem Testium, nempè Antonii Roderici Costii, Equitis Ordinis Jesu Christi, & Consiliarii Regii Consilii Ultramarini, Judicum, Senatorum, & Procuratorum Cameræ Pernambuci. Sebastiani de Castro, & Caldas Gubernatoris Pernambuci. Josephi Machardo de Mendozza Castro, & Vasconcellos alterius Gubernatoris Pernambuci; Antonii Barbosæ de Lima, Secretarii Capitaneatus Pernambuci, & Missionum. Patrum Jesuitarum Reciffi. Patrum Cappuccinorum ejusdem Oppidi. Joannis Baptistæ de Pereyra, Vicarii Curati Ecclesiæ Goyannæ. Capitanei Majoris Itamaracà. Patrum Benedictorum. Multorum Sacerdotum, & aliorum Clericorum Parahybæ 32. Testium, omni fide dignorum. Joannis de Mayor de Gama, Gubernatoris Parahybæ. Joannis de Maya, & Gama, Gubernatoris Armorum Capitaneatus Parahybæ. Sennatus Reciffensis. Joannis Marques Bacalhao, Auditoris Generalis Status Pernambuci. Francisci de Sooza Generalis Præfecti Militum Stationariorum Oppidi Reciffæ. Et Joannis de Motta, alterius Præfecti eorundem stationariorum Militum Reciffæ.

Provocantes Patres antiquæ Observantiæ illis verbis *Lactan. de fals. Relig. lib.* 1. *ca* 2. *Quibus igitur credemus si fidem laudantibus non habemus? Qui nos mentiri putat, proferat alios, quibus credamus?* Eodemq; tempore supplicantes observare, nullam verisimilitudinis apparentiam habere contrariam prætensionem, ut tot qualificatæ personæ, disparis conditionis, & qualitatis in propriarum animarum, & Patr. Observantium perniciem, absq; ullo vel minimo proprio interesse, vel utilitate uniformiter conspirare voluerint ad occultandam veritatem, de qua testati sunt, ut considerando multitudinem personarum, convenientium in aliqua veritate, advertunt innumeri illi Authores, quos approbando sequitur *Rot. in dec.* 135. *num.* 7. *cor. Merlin.* cum aliis, allegatis *in meo Tract de Livell. cap.* 1. *§.* 4. *num.* 5. Et considerando nobilitatem, & alias egregias qualitates personarum, similes facientium attestationes, habemus *Tex. in Can. Nobilissimus distinct.* 97. cum aliis allegatis *in tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 4. *numer.* 4. *& num.* 46.

Quatenus autem in tanta rerum claritate aliqua alia exquiratur hujus veritatis amplior comprobatio, illa ictu oculi desumitur ex Regia protectione, sub qua ultimo loco benignissimè recepti fuerunt Patr. Reformati nostræ Vicariæ: Nedùm enim eadem Regia Majestas Lusitaniæ Regis dignata est eosdem Reformatos enixè commendare Episcopo Olindensi, mediante epistola, eidem scripta die 28. Martii 1707. Sed ulteriùs, munificentia, & generositate undique Regiis, initio anni 1719. illos sub ejus particulari protectione recipiendo, hæc ait *Io Rè so sapere, avendo rispetto al buon esempio, e virtù, con che vivono li Religiosi della Riforma di Nostra Signora, zelo, e fervore, con che esercitano le Missioni, in grande utilità delle anime di quel Distretto &c. hò per bene, e mi piace di pigliar la detta Riforma sotto la mia Regia protezzione, con la quale &c.* Necnon in alia epistola, scrita Priori Conventus de Reciffe, ubi eàdem, & alia longè expressiora verba, in eisdem authenticis documentis contenta leguntur; Quæ omnia dicta sunt ex illa necessitate, quam approbat *S. Gregorius lib.* 1. *Moral. cap.* 3. his verbis: *Qui necessitate cogente vera de se bona loquitur, tanto magis humilitati jungitur, quanto veritati sociatur*.

IN obsequium S. C. E. ubi causa pendebat Capitulum Generale *die* 9. *Junii* 1716. noluit manus in hac parte apponere rescribendò. *Resolutum fuit, quod res judicata fuit à S. C. E. die* 22. *Novembr.* 1714. *referente D. Card. Fabron. in contradictorio judicio ambarum Partium, & ideò si quæ superat difficultas recurrendum esse ad eandem S. C.*

Antequam verò reproponeretur Causa in d. S. C. injunctum fuit P. Procuratori Generali Ordinis ut eandem S. C. instructam in hac parte redderet, mediante ejus Voto, quod fuit sequentis tenoris.

JOseph à Nativitate, Procurator specialiter constitutus à Par. Reformatis Vicariæ Bahiensi in Brasilia, tàm pro proprio, quàm procuratorio nomine supplex redit ad EE. VV. pro impetranda executione Decreti P. Gener. Philippini, qui syncero zelo exoptans inchoatæ tunc passim Reformationis introductionem, & conservationem, strictiorisq; Observantiæ amplificationem, inter alia statuit, ac decrevit; *Ut quoties Prior Provincialis non erit ex Reformatis, toties Prior Generalis instituet ad triennium Vicarium Provincialem pro Reformatis, Ubi verò post primam illam institutionem, factam a Generali, erunt in eadem Provincia tres Conventus Reformati, ipsorum Priores, & Discreti eligent sibi in Cong. privata Reformatorum per suffragia secreta d Vic. Provincialem, qui ex tunc non poterit esse Prior ullius Conventus*.

Pro fundamento suæ petitionis idem Orator, præter alias rationes, & momenta, de quibus infrà, & fusiùs in authenticis documentis, ab ipso exhibitis, insistit in eo, quod ad tenorem d. Decreti P Gen. Philippini in præfata Vicaria Bahiensi hodie reperiuntur tres Conventus Reformati, nempè Goyanç Reciffi, & Parahybæ, cum congruo numero Religiosorum, à qui-

quibus procedi potest per viam canonicæ electionibus ad eligendum Vic. Provincialem, juxta Const. strictioris Observantiæ, ab Apostolica Sede semel atque iterum approbatas *par. 3. cap. 18. de Offic. Provinc.*

Similes preces fuerant ab Oratore porrectæ Definitorio Capituli Generalis, nuper celebrati, quod jure merito abstinuit à ferendo Judicio in obsequium, ac venerationem hujus S.C. quæ sub die 22. Martii 1714. referente Em. Card. Fabrono, manus in hac parte apposuerat, rescribendo *Conventus Goyanæ, Reciffi, & Parabibæ spectare ad Reformatos*, à quo propterea Definitorio resolutum fuit, recurrendum esse ad hanc S.C. cujus jussibus obtemperans, humillimè refero, secundum præsentem statum PP. Reformatorum Vicariæ Bahiensis omnia concurrere pro executione præfati Decreti Pat. Gen. Philippini.

Siquidem iidem Reformati possident præmemoratos tres Conventus, cum sufficienti numero 50. Religiosorum, vitæ exemplaris, & strictæ Observantiæ; Quos subinde Ser. Portugalliæ Rex sub Regia protectione suscepit, ea potissimum ratione permotus, quia scilicet dd. Patres in illa remotissima Mundi parte sedulam operam impendunt pro Animarum salute, divinique cultus augumento, prout authentico patet documento, Nec desunt in Ordine nostro hujusmodi exempla, seu potiùs casus, in quibus idem Decretum P. Gen. Philippini ad praxim redactum est, media deputatione Vic. Provincialis pro Reformatis, signanter in Provincia Pedemontana, & in Provincia Poloniæ; Quin etiam in uno tantum Conventu Provinciæ Tolosanæ, pro quo deputatus est Vic. Provincialis, ut apud Nos est notorium.

Omnibus igitur maturè perpensis, censerem, PP. Reformatis concedendum esse proprium Vicarium Provincialem, singulis trienniis per ipsos eligendum, servata forma præscripta in Const. à Sede Apostolica approbatis, cum omnibus præeminentiis, & prærogativis, hujusmodi Vicarii Provincialibus competentibus, juxta præfata Decreta P. Gen. Philippini; Si ita videbitur EE. VV. quorum eximiæ prudentiæ, atque integerrimo Judicio me humillimè submitto.

Fr. Elisæus Monsignanus Proc. Gen. Ord. Carm.

Die 25. *Septembris* 1716. ab eodem Card. Fabrono iterum proposita fuit Causa; Et quia ex parte PP. Observantium multa inculcata fuerunt, quæ nullam habebant subsistentiam scripsi, ut sequitur.

Ante confutationem eorum, quæ in contrariis Scripturis leguntur circa Causæ merita, necesse est aperire aliqua æquivoca, cum quibus in illis proceditur.

I. Igitur non subsistit, quod Causa reproponitur in hac S.C. non obtenta nova audientia adversus rescriptum *diei* 22. *Martii* 1714. quod mutilatè relatum fuit in contrario Memoriali: ibi: *In reliquis ad mentem* Mens hujus Sac. C. correspondens tertiæ nostræ petitioni, ibi: *Pro subjectione Religiosorum Reformatorum in d. Vicaria Bahiæ Vicario Provinciali Reformationis*, ea fuit, ut ex hac parte procuraretur consensus, vel P. Generalis, vel Definitorii Generalis, tunc temporis proximi Capituli Generalis, quod remisit nostras preces huic sacrosancto Consessui. Unde ex hoc innegabili facto, patet, cum quanta improprietate prætendatur exadverso res judicata ab hac S.C. respectu illius instantiæ, quæ decisa ab ea non fuit; Cessat autem hodiè omnis necessitas hujus consensus Pat. Generalis, eo quia Definitorium nostræ Religionis, quod est supra omnes Superiores Generales nostræ Religionis, Reformatorum preces, ut suprà diximus, remisit huic S.C.

Criticatio verò illa contrariæ Scripturæ, quod videatur implicare dicta verba *Ad mentem*, limitare posse rescriptum indefinitum respectu 2. petitionis, *Quoad extensionem*, *Nihil*, quia Breve, cujus in dicta 2. petitione petebatur extensio ad nostram Vicariam, continet multas, & nimis singulares prærogativas, unde à denegatione universalis extensionis ejusd. Brevis respectu omnium suarum partium, non benè infertur ad denegationem unius dumtaxat ex illis, respicientem Vicarium Provincialem, cujus respectu fuit rescriptum: *Ad mentem*. Aliàs si contraria reflexio subsisteret, illud idem numero sequeretur inconveniens, quod exadversò prætenditur evitari quia posita negativa resolutione hujus S.C. respiciente generalem extensionem Brevis, non minùs esset absurdum, quod immediatè deindè rescribi voluerit. *Ad mentem*, circa illam petitionem, quæ in generalitate denegationis extensionis rejecta fuerat, ut patet consideranti.

II. Poterat omitti asserta contradictio duplicis Voti Pat. Proc. Gen. confirmati quidem in Officio, ut non sine mysterio, neque semel exadversò dicitur, sed ità ejus eximiis exigentibus meritis, Urbi, & Orbi notoriis. Cum enim post primum Votum occasione plurium emergentium præsentis Causæ, & in ipsomet Capitulo Generali plures particulares habuerit notitias circa præsentem statum nostræ Vicariæ, absque ulla inconstantiæ nota, potuit in secundo Voto inclinare pro Gratia, pro qua in primo difficultatem promoverat, juxtà nobile exemplum, & nobiliora verba *Justin. in Auth. de Nupt.* ibi: *Non enim erubescimus, si quid meliùs horum, quæ ipsi priùs diximus, adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem*, & latè *Card. de Albic. de Inconst. in Judic. in præfat. à n. 42.* ubi registrat plura similia exempla Summorum Pontificum, SS. Patrum, & Imperatorum.

III. Exageratur tanquam Votum, datum huic S.C. Scriptura P. Ex. Gen. Sanchez, quæ tamen nihil aliud est, quàm Responsio Scripturis Reformatorum, composita favore Observantium, ut patet ex toto contextu, & signanter ex §. 1. ibi: *Consideratis petitionibus &c. ad illas sequentem in modum respondere decrevimus.*

IV. Prętenditur exadversò obumbrari perfectissimus vivendi modus, & exacta Vita communis, quam punctualiter servant PP. Reformati, cum aliquibus affectatis, & minùs veris attestationibus; Quibus nedum opponimus nubem illam qualificatorum Testium, de quibus supra *à num.* 105. quę non sunt mendicatæ à particularibus hominibus partialibus, ut gratis ubique dicitur in contrariis Scripturis, sed sunt juratæ, & feriæ attestationes integrarum Religiosarum Communitatum, Benedictinorum, Cappuccinorum, Societatis Jesu, & similium; Verùm opponimus etiam replicatas Epistolas Seren. Portugalliæ Regis, ibi: *Sono informato* (notentur quæsò singula verba, quia gemmæ sunt,) *che li Religiosi della Riforma &c. procedono essemplarmente, con molta edificazione, & utilità del Prossimo nella diligenza, con che assistono, e frequenza delli Sacramenti, e Missioni, che fanno, li quali progressi s'impediscono, con le contradizzioni, che patiscono dalli Religiosi dell' Osservanza del medesimo Ordine*; Videtur enim nimis injuriosum eid. Regiæ Majestati adducere informes attestationes (Deus scit, quibus mediis extortis) ad probandum contrarium. Similibus enim probationibus, ex adeò qualificatissimis personis provenientibus, applicatur illud: *Noli me tangere*, de quo *Farin. de Probat. q.* 156. *n.* 156. quem sequutus fui *in Instit Crim. lib.* 1. *tit.* 4. *n.* 34 Præcipuè, quia præsumitur longè magis informatus, & perfectissimè instructus de iis, quæ eveniunt in Provinciis sibi subjectis, ad quem effectum retinet particulare, & distinctum Consilium expertissimorum Officialium, & egregiarum personarum, quod vocatur Ultramarinum.

V. Tandem dignentur EE. PP. observare phrasim, & terminos, cum quibus exadversò, non in Regno Portugalliæ, minusque in remotioribus Provinciis Brasiliæ, & Pernambuci, sed in Scripturis, huic Sac. C. distributis, & sic in faciem EE. VV. pleno ore tractantur exadversò illius resolutiones ibi: *Conventus &c. à dd Reformatis occupati &c.* ibi: *Per vim usurpatis* ibi: *In occupando Conventu Parabybę*; Isti enim Conventus sunt illimet, quorum respectu ab hac Sac. C. utraque Parte informante, *die* 22. *Martii* 1714. rescriptum fuit. *Conventus Goyanuę, Reciffi, & Parabybę spectare ad Reformatos*; Et proinde non sine maxima improprietate, asseritur exadversò, hanc S.C. approbasse violentas usurpationes, & occupationes dd. Conventuum, eo tempore, quo ostendimus verum, realem, & legitimum titulum, quo mediante ad Reformatos spectant, nempè vigore concessionis P. Gen. Monsignani, ibi: *Ordinamus, ut strictior Observantia in Conventu de Goyanna instituta, etiam in Conventibus Fluminis Realis, & Reciffi Pernambuci quàmprimùm introducatur.* Cum subsequuta acceptatione eorundem decretorum à tunc temporis Vicario Provinciali, & Definitoribus nostræ Vicariæ, ibi: *Accettiamo li presenti Decreti del P. Reverendiss. in Definitorio, & ordiniamo, che si essecutino, & osservino, conforme in essi si contiene &c.*

Deveniendo ad Causæ merita, innituntur nostræ preces Decreto illi P. Gen. Philippini, quo mediante ordinavit, ut in illis Provinciis, in quibus adsunt tres Conventus Reformati, isti in Congregatione privata Reformatorum per suffragia secreta eligant sibi Vicarium Provincialem. Quod decretum exequutioni pluriès demandatum fuit in nostra Religione, & signanter in Provincia Poloniæ, in Provincia Pedemontis, & in Provincia Tholosana in qua talis Vicarius Provincialis concessus fuit, etiam si unus tantummodò Conventus Reformatorum inibi reperiatur.

Adversùs decretum hoc Patris Generalis Philippini, dicitur exadversò, illud non mereri exequutionem ex defectu potestatis, eò quia ex decretis, & oraculis Summorum Pontificum Pauli II. Urbani VIII. & Innocentii X. Reformati subsunt Jurisdictioni Superiorum antiquę Observantiæ in illis Conventibus, in quibus introducta prætenditur Reformatio.

Margin numbers: 117, 118, 119, 120, 121, 122, 123, 124, 125, 126, 127, 128, 129, 130, 131, 132, 133, 134, 135, 136, 137, 138, 139

Responsio autem in promptu est, quod scilicet hujusmodi oracula Summorum Pontificum, & quotquot alia in contrarium adduci possunt, vera sunt, & procedunt per viam regulæ, quæ juxtà Decretum P. Gener. Philippini, ad praxim reductum ex replicatis resolutionibus hujus Sac. Congreg. in dictis tribus aliis Provinciis, limitatur in illis Provinciis, in quibus adsunt saltem tres Conventus Reformatorum; Omnium que præmissorum illa militat bona ratio, & stringens congruentia, quia quoties Conventus Reformati sunt numero minores, non possunt in illis reperiri tot Religiosi, inter quos, mediante canonica electione, eligi possint Superiores ex eisd. Reformatis. E converso autem in numero trium Conventuum præsumptio, & quidem fortissima viget, quod possit ser. ser. per viam canonicè electionis eligi Superior, qui in tantum in istis circumstantiis debet esse ex Reformatis, *quia æquum, & rationi congruum est, ut qui arctioris Regulæ observantiam sectantur, Superioribus eorum, qui in laxiori degunt, non subjaceant, sed quilibet ejusdem net professionis Superiores habeant, & ab illis juxtà eorum Instituta Regularia prosperè, & feliciter gubernentur* juxtà præcisa verba diversorum Summorum Pontificum, de quibus supra *n.27*.

140

141

Huic naturali, & convincentissimæ rationi, quæ vim legis habet per ea, quæ notant allegati *in tom. 1. par. 1. disc. 9. n. 137.* jungitur alia congruentia in nostris terminis, qua non potest major, neque magis stringens excogitari, quia scilicet Religiosi Observantes, non utuntur eorum Superioritate in augumentum, sed in destructionem pauperis Reformationis, & hæc est unica ratio, quare illa nullum habuerit augumentum, ut dicitur in contrariis Scripturis, & quare secundum præsentem statum subjectionis Patribus Observantibus nunquam crescere poterit in Brasilia. Quam congruentiam, & solidam rationem non probamus adminiculis, & præsumptionibus, sed ultrà innumeras illas veridicas attestationes Personarum egregiarum, & nimis qualificatarum, ex sequentibus nimis expressivis verbis Regiæ Majestatis Portugalliæ, *Li quali progressi s' impediscono con le contradizzioni, che patiscono dalli Religiosi dell' Osservanza del medesimo Ordine, &* ibi: *In grande utilità dell' Anime di quel Distretto, nel quale continuano, non ostante le molte contrarietà &c.*

142

143

Ad eximendos igitur Reformatos ab hujusmodi contradictionibus, & contrarietatibus, atque ad hoc, ut possit in illis remotis Orbis Christiani partibus ad praxim reduci desiderium PP. Gen. Philippini, & Monsignani, nulla alia superesse videtur via, nullusq; magis expeditus modus, quàm eos eximere à subjectione illorum, qui contrarii sunt Reformationi, & oppositi observantiæ.

144

Respondetur exadversò, quod hoc modo prætendunt Reformati nullos habere Superiores, attenta magna, imo maxima distantia à Superioribus Generalibus, eo quia sequeretur, quod illorum operationes non possent ab illis recognosci, & multòminùs emendari, vel corrigi Responsio autem nullam habet subsistentiam: Sicuti enim Vicaria PP. antiquæ Observantiæ commodè regitur à Vicario Provinciali, subdito, vel P. Provinciali Portugalliæ, vel ipsimet P. Generali. Ità non erit facile assignare disparitatem, quare in ead numero distantia feliciter gubernari non possit Vicaria Reformatorum, cum eadem numero subordinatione, vel Provinciali Portugalliæ, vel P. Generali eodem prorsùs modo, quo gubernatur Vicaria PP. Observantium.

145

146

Nisi cum omni fundamento asserere velimus, quod cum longè majori facilitate gubernari posset Vicaria Reformatorum, attento quod isti quærentes ibidem ea dumtaxat, quæ Jesu Christi sunt, non habent fræquentes occasiones recurrendi ad Superiores, ob illas Dignitates, & Gradus, & temporales res, quæ solent esse fomentum discordiarum, & contentionum inter Religiosos, ut notavit *S. Ambr. in Luc lib. 4 cap. 10.* his verbis: *Sæpè quos vitia nulla delectant, quos nulla potuit movere luxuria, facit ambitio criminosos.*

147

In hac autem parte nimis frigida, & æquè callida est contraria reflexio, quod Provincialis Portugalliæ, quamvis ex Observantibus, & facilis ad acceptandos Reformatos, deserentes Reformationem, nihilominus acceptatur à Reformatis pro suo Superiore, non sic autem Vicarius Provincialis Brasiliæ ex eisdem pariter Observantibus. Nemo enim non videt, cum quanta majori facilitate potest, vocalibus præceptis, & operationibus de facto continuare destructionem Reformationis Superior ex Observantibus, immediatè residens in Brasilia, & ad sui arbitrium ad d. effectum utens opera suorum Observantium, ac possit id facere Superior, residens in Civitate Ulissiponensi, ex qua non potest, nisi mediantibus cartis sua præcepta injungere in Brasilia, quæ semper loquuntur, & quorum præceptorum injustitia, semper ictu oculi probari poterit, mediante illorum exhibitione; Non sic autem respectu illarum operationum, quæ sequuntur in Brasilia; Si enim læta fronte negantur hodie coram hac Sac. Cong ea, quæ resultant ex Regiis Diplomatibus, quibus convenire videtur illud, *Non plus ultrà*; Quid erit dicendum de aliis inferioris notæ probationibus circa Reformatorum oppressionem, & contradictiones Instituto Reformatorum, de se patet.

148

149

Non possumus affirmare, an sit error Impressoris, vel rei veritas assertio illa, quæ legitur in contrario Summario his verbis: *Fidem facio &c. Taxam, quam quilibet ex Conventibus Reformatis nostræ Vicariæ Bahiæ in Brasiliis solvit Vicariis Provincialibus, ad eos personaliter visitandos accedentibus, excedere summam scutorum quatuor bujus monetæ.* Quia nobis communicatum non fuit Originale dictæ attestationis. Si autem non est error Impressoris sub illa phrasi, *quod excedat summam scutorum quatuor* potest contineri multò major, & quæcumque illimitata summa, Si verò talis error verificatur, ista reflexio videtur retorqueri, quia nimia facilitate Vicarii Provinciales ex Observantibus erunt contenti seipsos eximere ab incommodo visitandi Conventus Reformatorum, longè dissitos à propriis, istosque liberare ab illis aliis gravioribus expensis, longè majoribus, quas contrarius Defensor asserit subire de pecuniis propriorum Conventuum.

150

151

152

Poterat idem contrarius Defensor parcere labori percurrendi Chronologiam PP. Observantium, advertendo, duos ex illis evectos fuisse ad Episcopales Dignitates. In hoc enim (cohærenter ad Constit. Reform. in forma specifica à Sancta Sede approbatas, & ab illis ad literam punctualiter observatas, in quibus tales Dignitates, & honores non permittuntur) major emicat gloria eorundem Regularium, & verus zelus erga salutem animarum, & conversionem Infidelium, teste ipsomet Seren. Rege Lusitaniæ, quod uti omnium Divinorum divinissimum, juxtà dictum *S. Dionisii Areopagitæ*, de quo *P. Segn. nella pred. 29. nu. 6.* longè superat dd. Dignitates Observantium, exadversò exageratas, omnesque alias Mundi prærogativas, & excelsa munera.

153

154

Ultrò admittunt Reformati, illorum numerum inferiorem esse numero PP. Observantium in tota Brasilia, idque ortum habuisse ex innumeris illis contradictionibus, & contrarietatibus eorundem Observantium, de quibus testis, omni exceptione major, imo maximus est Seren. Lusitaniæ Rex. Ex hoc tamen non benè videtur illis applicari id, quod Moyses dixit ad Populum Hebræum *Deuteron. 1. 12.* registratum in contraria Scriptura, sed potius congruere videntur ea, quæ leguntur apud *Luc. 12. 32.* eo quia pusillos etiam Greges respicit, & diligit Deus.

155

156

Omitti poterant contrariæ exclamationes, quod Reformationes Religionum tendunt potiùs ad illarum destructionem, quàm augumentum, mediante illarum divisione. Quidquid enim sit, an hoc verificetur in illis Reformationibus, quæ concernunt scissionem in duas, vel plures partes earund. Religionum, cum eorum distincto Gener. Superiore, vel Capite, quales in ipsamet nostra Religione sunt Patres Carmelitæ Excalceati, in Religione Augustiniana pariter Excalceati, & similes, circa quod relinquimus locum veritati, & experientia videtur potiùs probare contrarium; Hoc unum est indubitatum, quod nostra Reformatio non tendit ad scissuram Religionis sed potiùs ad illius unitatem, seù ad observantiam antiquæ Regulæ, approbatæ à multis Summis Pontificibus Et proindè termini nostre petitionis sunt favorabiles, quia Reformatio tendit ad perfectam observantiam Regulæ Carmelitarum in sua paritate, In quibus circumstantiis non intram reflexiones odiosæ scissionis; sed potiùs applicatur favorabilis reditus ad principium Regularum nostri Instituti: Omnia autem Jura clamant, omnesq; congruentiæ exposcunt inclinandum semper esse pro favorabili reditu ad principium Regularum, seù ad primum Institutum juxta *Text. in Cap. 1. de Fil. Presbyte. in 6.* & animadversa per *Roman. cons. 448. nu. 2. & Gratian. discept. 976. num 8.*

157

158

159

Demum non sine maxima compassione erga pauperes Reformatos subdimus, quod quatenus ab EE. VV. non exaudiantur illorum preces, irreparabiliter actum erit de nostra Reformatione in Brasilia. Si enim tot, & tanta passi sunt Reformati eo tempore, quo præsentes non porrexerant preces pro quarum exauditione, miserendo miseriæ eorundem Reformatorum, benignè Regia Majestas Lusitaniæ Regis dignata est suas etiam particulares preces adiungere facilè conjici poterit, quanta in futurum eis præparantur ad hoc, ne amplius similem promovere possint instantiam.

160

In

In eadem Causa

161 OMissis levioribus, aliisque præventivè supra sublatis, totus conatus PP. Observantium restringi hodiè in substantia videtur ad Bullam Pauli II. & ad resolutionem hujus 162 Sac. Congreg. quam decantant punctualem *in Castellana 5. Septembis*, *& 28. Novembris* 1704.

163 Neutra tamen refragatur, quod ita ad oculum demonstratur.

Non obstat Constitutio Pauli II. cujus verba sunt hæc: *Ut Provinciales ad plantandam in dicti Ordinis Conventibus, suisque Provinciis, confovendamque Regularem Observan-* 164 *tiam, amplius animentur, volumus, ut Conventus, quos jam reformarunt, aut in posterum reformabunt, sub eorum obedientia, servatis præmissis conditionibus perseverare debeant, nec Vicarius cujuscumque hoc impedire præsumat:* Hæc verba, absque ulla necessitate alicujus glossæ, literaliter sonant favore ipsorum Provincialium, ut animentur ad plantandam Reformationem, & in illis Conventibus, 165 *quos reformarunt, vel reformabunt.* Igitur non applicantur contrà illos Reformatos, qui tales sunt absque ulla ope Provincialium, & amplectentes Reformationem, illamque toto corde servantes, contradicentibus, seque viriliter op- 166 ponentibus dd. Provincialibus ex Observantia, & sic non applicatur nostris tribus Conventibus, qui non fuerunt reformati à Provincialibus Observantibus sed ex præciso, & expresso mandato P. Gen. Monsignani; Imò potiùs ab eisdem Provincialibus etiam per apertam vim fuit procuratum, 167 ut redirent ad Observantes, qui sunt præcisi termini nostri casus.

Minus obstat, sed potius retorquetur ad hominem dicta resolutio hujus Sacr. Congreg. *in Castellana*, Ultra quod 168 enim in illa agebatur de duobus tantùm Conventibus Pelagii, & Vallis maurensis, pro quibus destinatus fuerat Vicarius Provincialis P. Antonius à S. Josepho, seu Cabrera, non Reformatus, sed de Observantibus, & sic de casu non com- 169 prehenso in decretis P. General. Philippini, literaliter loquentium de Vicario Provinciali eligendo ex Reformatis, deque illis Provinciis, in quibus tres reperiuntur Conventus Reformatorum ibi: *Ubi verò in eadem Provincia erunt tres Conventus Reformati &c*

Non sinè magnis incommodis inventa tandem integra Positione ejusdem Causæ, repertum fuit, quod loquitur in eis- 170 dem prorsus terminis dictæ Paulinæ Constit. & respectu Conventuum Reformatorum ab ipsismet Provincialibus, & proindè licèt admissum fuisset ab EE. PP. in dicta Causa quod Constitutio Paulina non comprehendebat Conventus 171 illos, quos non reformarunt Provinciales, fuit tamen concludenter demonstratum, & clarè ostensum à Scribente pro P. Provinciali, quod Conventus reformati fuerunt ab ipso, & sic cessavit ex facto omnis omninò difficultas.

Disparitatis autem ratio inter utrumque casum est luce 172 meridiana clarior, quia in primo, verè dignum & justum est, ut Provinciales, introducentes Reformationem in uno Conventu, continuent ipsum retinere sub eorum Jurisdictione, atque ita animentur ad illam extendendam in aliis, ut dicitur in Paulina. E converso autem dignius, & justius 173 est, ut Provinciales illi, qui totis viribus se opponuntur Reformationi, non retinent Jurisdictionem in Conventibus reformatis ab ipsismet Religiosis, cum assistentia, & ore Priorum Generalium, ad hoc ut non abutantur eorum Jurisdictione, cum illo inconvenienti; ut unus destruat quod alii ædificarent, improbato *in Eccles.* 34. 28. ibi: *Unus ædi-* 174 *ficans, & alter destruens, quid prodest illis, nisi labor.* Utque in hoc nostro casu animentur subditi ad introducendam, amplectendam, & conservandam Reformationem.

Quoad consensum P. Generalis, diximus & constanter 175 repetimus, quod in nostris circumstantiis remissionis petitionis Reformatorum ad hanc Sacr. Congreg. factæ à toto Definitorio Generali, ille nullo modo necessarius est, præcipuè quia habemus legem scriptam ab alio P. Generali Philippino, quæ nunquam fuit revocata, imò positivè appro- 176 bata à Definitorio Generali anni 1698. & quam Priores etiam Generales exequi tenentur, nè verificetur illud aliud inconveniens illusionis Ordinis, & illaqueationis animarum Fratrum, his verbis improbatum in *Constit. P. Gener. Canalis* 177 *anni* 1625. *par.* 2. *de Offic. Prioris Generalis cap.* 1 *numer.* 90. *Leges non observare est Ordinem illudere, & animas Fratrum illaqueare.*

Repetimus pariter, assertam contradictionem duplicis Voti P. Procuratoris Generalis, nullam habere subsisten- 178 tiam. Non enim potest cum fundamento vocari contradictio id, quod processit ex mutatione rerum in nostra Vicaria. Tempore enim primi Voti possessio Conventuum Re- 179 ciffi, & Parahybæ respectu Reformatorum erat sub Judice, ut dicitur in dicto primo Voto. Et sic constabat solùm de pacifica possessione unius tantùm Conventus de Goyanna, & 180 multo minus constat de numero Religiosorum ejusdem Conventus. Et ulterius processum fuit cum illo supposito, in contrariis Scripturis acriter, semperque inculcato, quod Reformati essent occupatores Conventuum Observantium, ut dicitur in fine ejusdem primi Voti.

Hodiè verò res longè aliter se habent, quia authenticè, constat de sufficienti numero 50 Religiosorum vitæ exem- 181 plaris, & strictæ observantiæ, ut dicitur in d. 2. Voto, Reformati in exequutionem oraculi hujus Sacri Consessus pacificè possident dd. tres Conventus, quos sub ejus potenti pro- 182 tectione Seren. Lusitaniæ Rex suscepit die 7. Jan. 1716. illa adducta bona ratione, quod cum zelo, & fervore *essercitano, le missioni in grande utilità dell'anime di quel Distretto.* in quibus facti circumstantiis, & rerum mutatione sententiam, seu Votum mutare, non dicitur sibi contradicere, sed potius cùm candore, & sinceritate procedere. Quod sola 183 lectura d. Voti manifestum facit; Eò quia inibi dicitur, *Secundum præsentem statum omnia concurrere pro exequutione Decreti P. Gener. Philippini;* Quod est plusquam evidens, quia secundum præsentem statum Reformati pacificè possi- 184 dent tres Conventus, quod unicè requiritur, juxta tenorem Decretorum P. Gen. Philippini pro obtinendo Vicario Provinciali. Meritò proindè magnus J. C. *Alphenus in leg. Si ex plagii ff. ad leg. Aquil.* scriptum reliquit ex facto oriri Jus, quodque *propter minimam facti mutationem totum Jus muta-* 185 *tur* juxta præcisa verba. *Barbos. axiom* 93 *num.* 2. quod sequitur *Lotter. de Re benefic. in appar. lib* 1. *num.* 92. Et proinde non est novum, imo necessarium, *quod mutatione facti, mutetur consilium, nec enim dicitur discrepare quod diversis* 186 *actibus diversimodè convenit*, sunt verba *Baldi conf.* 304. *in princip. lib.* 2. cum aliis apud *Rot. in decis.* 29. *num.* 2. *cor. Ansald. & in Romana Pecuniaria* 17. *Junii* 1701. §. 1. *cor. Molines*, ibi: *Facti veritas, vel meliùs accurata, vel noviter emergens, ipsos Papinianum, & Scevolam, præclara Juris nostris Lumina, à primo eorum judicio persæpè dimoverit.*

Die 25. Septembris 1716. proposita Causa in Sacra Congregatione Episcoporum per D. Cardinalem Fabronum rescriptum fuit: *Pro Gratia concessionis Vicarii Provincialis*, 187 quæ fuit revocata in Congregatione habita die 11. Decembris ejusdem anni 1716. & ulteriùs adversus hanc revocationem denegata fuit nova audientia die 22. Januarii 1717. cum rescripto, *Nihil de nova audientia, & P. Generali ad mentem*, quæ dum hæc imprimuntur non adhuc declaratat fuit.

OCcasione primi rescripti anni 1714. de qua suprà *à num.* 72 *usque ad num.* 75. die 8. Decembris 1616. curiosus evenit casus in Anticamera D. Card de Abdua; Unus enim 188 ex illis DD. Cardinalium Auditoribus, qui dicto anno 1714. in hac Causa Votum composuerat, & hodiè Advocationis munus exercet, ubi Advocatus scribebat pro PP. Observantibus Cumquè inter discursus, qui ad minorandum tædium fieri solent inter Curiales, quando expectant in Aulis Judicum, incidisset ille dictæ resolutionis captæ die 22. Martii 1714. ego dixi, illam fuisse sequentem *Conventus Cojanæ, Reciffi, & Parahybæ spectare ad Reformatos: Quo verò ad* 189 *Conventum Olindæ, & extensionem Brevis Pedemontani, nihil. In reliquis ad mentem;* Explicando ei ulterius, dict. mentem, quæ concernebat deputationem Vicarii Provincialis pro Reformatis, maturandam cum P. Generali tunc temporis, quæ mihi probè nota erat.

Idem verò D. Advocatus coram multis qualificatis Adstantibus, tanquam ex Cathedra loquens, alta voce replicavit, id nullam habere subsistentiam, esseque adeò verum oppositum, ut neque etiam ex parte Reformatorum porrectæ 190 fuerunt preces particulares, & distinctæ pro d. Gratia Vicarii Provincialis; Obstupui considerando talem, tantamquè intrepiditatem in affirmando pro vero id, quod erat evidenter falsum, mihique erat evidentissimè notum, & quia ex una parte juxta Catonis consilium non decebat verbis contendere, præcipuè in eodem loco, replicavi, quod ad cognoscendum quis ex nobis verum diceret, proprium erat facere aliquam sponsionem, quam nedum libenter acceptavit, sed institit ut illa esset decem duplarum, quas promptus erat sta- 191 tim exbursare, si succubuisset, & majori festinantia exigere intendebat in casu victoriæ, quam certam sibi pollicebatur.

Me

Me autem replicante, quod tuta conscientia vincere non poterat, eò quia non poteram perdere, ob indubitatam 192 scientiam oppositi illius, quod ipse tanta intrepiditate asserebat, quodquè si volebat spondere, oportebat renunciare Juri proprio, ob dictam meam certitudinem, juxtà ea, quæ observavi *in Instit. Crimin. lib.3. tit.10. num.144.* ubi, quod hoc casu amissio dicitur pœna obstinationis, statim coram dd. Adstantibus renunciavit d. ejus Juri, ac si esset certus de victoria; Ad minuendum verò dolorem amissionis sponsio-193 nis mutatæ à me fuerunt decem duplæ in totidem libras Chocolatis, fuitquè amicabiliter deputatus D. F. M. F. Auditor alterius D. Cardinalis, probatus Curialis, ibidem accidentaliter præsens ad recognoscendam veritatem, quæ ictu oculi postmodùm ab eo detecta fuit cum sola recognitione Scripturarum, exhibitarum in dicta Congregatione diei 22. Martii 1714.

Ex hoc autem innegabili facto, joci causa hìc commemorato, duo æquè seria, & certa inferri possunt.

I. Quod non debent Judices, præcipuè circa facti circumstantias; multum se diffundere, quando Defensores Causarum claris verbis asserunt, illas non subsistere; Quia 194 isti, utì tunc Scribentes in illa unica Causa, præsumuntur magis informati de illius meritis quam ipsi Judices, intenti pluribus aliis Causis, juxta illud celebre dictum *D. Gregor. Magn. lib.1. Dialog. cap.11. Cum animus dividitur ad multa fit minor ad singula*, de quo *in Instit. Crim. lib.2. tit.10. numer.97.* Ideoquè interrogatus à me quidam doctissimus Judex, hodiè meritissimè occupans eminentissimum locum, quarè id sæpè ad praxim reducebat, etiam in Causis gravissimis, benignè mihi respondit verbis illis *Proverb.10. 19. In multiloquio non deerit &c.*

II. Quod inter illa fata Causarum, seu litium constellationes, de quibus loquuntur *Scannarol. de Visit. carcer. fol. 104. num.26.* cum aliis citatis in meo *tract. de Livell. cap.1. §.81. num.7.* enumerari potest etiam istud, quod ob Causa-195 rum multiplicitatem aliquando neque etiam tempus Judicibus suppetat legendi Scripturas pauperum litigantium. Circà quod alter æquè doctus, ac pius Judex solitus erat dicere, quod ipse in quibuscumque maximis angustiis solitus erat legere saltem omnes Scripturas, compositas pro eo, contrà 196 quem inclinabat, triplici ratione, Prima quia dignum, & justum erat parvum habere incommodum legendi Scripturas illas, pro quibus Clientes multum solent impendere. Secunda verò, quod poterat dari casus mutandi opinionem ex motivis, & rationibus, vel de novo repertis, vel meliùs dilucidatis in posterioribus Scripturis, in quibus soli Prophetæ 197 scire possunt, quod nihil reperitur aptum ad removendum Judices ab eorum opinione. Tertiò deniquè, quia *patientia necessaria est Judicibus*, teste *D. Bernard. de Consid. ad Eugen. lib.1. cap.3.* quem sequitur *Rot. in dec.60. in princ. cor. Ansald.* 198 cum aliis apud *Melon. in explicatione Paradoxor. ad dec. Cæsaris de Grass. ver. Patiens, seu n.19.* ubi, quod Judices debent ulterius causarum Defensores patienter audire, quod non omnes Judices ad praxim reducunt, eò quia dantur aliqui, qui neque etiam permittere volunt Curialibus, ut loquantur. Experto credite. Crescitque exorbitantia in illis casibus, in quibus Curiales defendunt Causas, nedum justas, sed nimis 199 fundatas, quando eis meritò durior videtur similis operandi modus. Possem multos ex hujusmodi casibus hìc recensere, sed gratia brevitatis voluntariè ab illis me abstineo indicando duos dumtaxat in Causis gravibus: Unum de mense Maii 1707. in quo sequentia mihi volenti illum informare in voce æquè clara, ac sonora dicta fuerunt verba à doctissimo Judi-200 ce; *Sig. Avvocato avete il torto.* Alium verò recentiorem de mense Augusti 1716. quando alter Judex, nedum paucis verbis me expedivit, sed volens eidem modestè replicare, atque ostendere insubsistentiam motivorum, quæ excitabat, cæpit fortiter irasci, ac si meus Cliens, constitutus in Episcopali Dignitate, pessimam foveret Causam; Et tamen in utraque plenam victoriam obtinui, Causæquè terminatæ 201 fuerunt mediantibus favorabilibus decretis, à quibus, attenta illorum subsistentia, Succumbentes neque etiam reclamarunt.

DISCEPTATIO II.

Cremen. Functionum.

PRO

Capitulo Cathedralis Cremæ.

CUM

Præposito ejusdem Ecclesiæ.

ARGUMENTUM.

Impedito, vel absente Episcopo, à quo celebrandæ sint Missæ solemnes, & peragendæ aliæ solemnes functiones, ad ipsum spectantes. In Processionibus publicis à quo deferendum sit SS. Sacramentum.

Episcopo Cremen. non celebrante propter ejus absentiam, seù aliud legitimum impedimentum in solemnioribus 1 diebus Paschatis, Pentecostes, Nativitatis Domini, aliisq; Pontificalibus, consuevit ab immemorabili Præpositus illius Cathedralis celebrare, nedum Missas, verùm etiam Vesperas. Prout etiam consuevit Canonicus hebdomadarius deferre SS. Sacramentum in Processionibus, fieri solitis, tam in Octava Corporis Christi, quam in aliquibus aliis diebus.

Hoc non obstante, prætendit modernus Præpositus, ipsum ad id non teneri ex debito, sed tantum sibi esse arbitrarium canere d. missam, & vesperas, quinimò, licèt aliquando ve-2 lit missam celebrare, adhùc prætendit non teneri celebrare vesperas; Et denique quod delatio SS. Sacramenti in dictis Processionibus ad eum spectet, non autem ad Canonicum celebrantem, seu hebdomadarium, circa quas prætensiones injuncta fuit Informatio ejusdem Episcopi, qua superventa, concordata fuerunt tria dubia, quorum primum est: *An Episcopo non celebrante in festivitatibus solemnioribus, Præpositus prima Dignitas teneatur ad celebrationem Missæ, & Vesperarum.* Cujus affirmativa resolutio videtur clara, quia Præpositus in nostra Cathedrali, tanquam prima Dignitas cum cura animarum, tenetur ex debito, non ex arbitrio supplere vices Episcopi, nedum absentis, sed etiam præsentis, & non celebrantis, ut fuit pluries declaratum ab hac S. C. & signanter in *Firmana* anni 1603. teste *Card. de Luc. de Jurisd.* 3 *disc.30. num.10.* &, aliis citatis resolutionibus, notat *Barbos. Decis. Apost. collect.253. num.16.* ibi: *Dignitas prima debet absente, vel impedito Episcopo Missas solemnes celebrare, & alias functiones facere, quas Episcopus celebraret &c. quocumque nomine prima Dignitas appelletur &c.*

Non attento Decreto Episcop. Diedi, emanato occasione visitationis Cathedralis anni 1599. ubi prætenditur, celebra-4 tionem dd. functionum demandari Præpositis per verbum *possint*, ibi: *Decantari possint*, sicque talis celebratio dicatur reposita in arbitrio, & voluntate Præpositi. Dictum enim verbum *possint* non refertur ad celebrationem, sed tantùm directum est Ministris, qui eidem Præposito debent assistere, 5 ut nempè ille possit juxta ejus dignitatem decantare, & functiones peragere, ut ad evidentiam patet ex illius sola, & simplici lectura, ibi: *Missæ Pontificales si quando contigerit, vel propter nostram absentiam, vel aliud impedimentum, à nobis decantari minimè posse, ut à R. Cathedrali nostræ Præposito pro dignitate juxtà aliarum Cathedralium consuetudinem decantari possint*, Sicque dictum verbum *possint* non re-6 spicit celebrationem, sed tantum assumptionem ministrorum, ut cum decore, & dignitate functiones peragere possint, quod ex eo fit evidentius, quia non poterat d. Episcopus ponere in arbitrium Præpositi missæ celebrationem, ex quo id de directo fuisset contra universalem usum Ecclesiæ, & adversus dispositionem Cæremonialis Episc. amplissimis clausulis muniti in duabus Constitutionibus Pontificiis, in quibus derogatur quibuscumque Decretis, & provisionibus, 7 etiam Provincialibus, & Synodalibus, ut habetur *ex Const. Clem. VIII. 4. Julii 1600. & Innoc. X. 30. Julii 1650.* impressis in principio dicti Cæremonialis.

Absque dubio in præsenti, attenta inconcussa, & Immemorabili consuetudine, quod Præpositi antecessores controversas pontificales functiones peregerunt, ut testatur Episcopus in dicta ejus Relatione, ibi: *Præpositi prædecessores so-* 8 *lebant cum Vesperis cantare Missam solemnioribus diebus &c. aliisque Pontificalibus, absente Episcopo.* In his enim materiis, nedum plurimum attenditur solitum, & consuetudo *Panimol.*

nimol. dec. 1. num. 9. & 19. Rot. decis. 4. num 34. cor. Otthob & dec. 1025. num 4. cor. Emer. Jun. Sed eadem consuetudo totum facit, & unicè spectatur, ut inquit *Bald.* communiter receptus *in cap. Cùm olim num. 1. de Consuet.* quem sequuntur

9 *Franc. de Eccles. Cath. cap. 33. num. 113. Prat. discept. 39. num. 3. lib. 4.* & firmavit *Rot. dec. 138. num 4. cor. Coccin. & dec. 19. num. 2. apud Antonel. de Jur. Cler.*

Ex quibus nil videtur immorandum in 2. dub. in quo quæritur; *An saltem teneatur ad celebrandas Vesperas, tam primas, tam secundas, quoties velit canere d. Missam,* Quatenùs enim de possibili aliqua intercederet difficultas respectu

10 primi, secundum affirmativè resolven. esset, Præpositum scilicet, quoties etiam ex voluntate caneret Missam, teneri tamen ex debito canere, tam primas, quam secundas Vesperas; Sicuti enim Episc. in crastinum celebraturus, tenetur omninò ad illarum celebrationem, ita pariter ad illas est prorsus obligatus Præpositus, utpotè prima Dignitas, gerens pontificales vices d. Episcopi, ut quotidianus omnium Ca-

11 thedralium fert usus, & irrefragabilis consuetudo, signanter individua, & præcisa in casu nostro ex d. Relatione Episcopi; Consuetudo enim hujusmodi tantæ est virtutis, & efficaciæ, ut pro lege habenda sit ad *Text. in cap. Consuetudo dist. 1. Rot. dec 20. num. 5.* ibique *Adden. num. 32. par. 3. recent.*

12 Præsertim in functionibus Pontificalibus, ad tradita per *Rot. decis. 469. num. 3. par. 19. rec.*

Quin obstet, quod hujusmodi Vesperarum celebratio spectare debet ad habdomadarium; Tùm quia nulla intercedit connexio inter Missas, & Vesperas; Tùm pariter, quia

13 Capitulum percipit etiam ipsum funeralia emolumenta ex Parochia Cathedralis, prout facit Præpositus.

Enim verò quoad connexionem inter Missam, & Vesperas, eadem est sanè magna, & innegabilis, illaque ad oculum infertur ex dicto *Cærem. Episc. lib. 2. cap. 1.* ubi primæ Vesperæ demandantur Episcopo in crastinum celebranti;

14 Undè, isto impedito, est indubitatum, quod prima Dignitas, quæ illius gerit vices, eodem vinculo, & lege adstringitur per *Text. in leg. Filia §. Actiaff. de Condit. & demonstr.* & firmatis *per Rot. in dec. 33. num. 12. cor. Cer.*

Quoad participationem emolumentorum, licèt illa ratione curæ animarum pertineant ad Dignitatem curatam in Ca-

15 thedrali, excipiuntur tamen funeralia, quæ sunt Juris Capituli, ut notat *Nicolius in Lucubr. can. tit. de Offic. Archip. sub num. 6 fol. mihi 44. tom. 2.* ibi: *Funeralia tamen non comprehenduntur inter emolumenta curæ, undè spectant ad Capitulum,* & firmavit *Rot in dec. 135. num. 4. & 5. cor. Cels. & dec 480. num 3. cor. Cerr. & dec. 13. num. 5.* apud *Antonel. de Jurib. Cler.* Cessatque omne dubium ex Relatione Episc. di-

16 cendo, quod Capitulum de dd. Funeralibus participans, habet tamen correspectivam obligationem *manutenendi sepulturas, easque evacuandi, nec non cum aliquibus oneribus parochialibus, qualia sunt provisio olei pro Lampade SS Sacramenti, Candelarum, & Palmarum pro die Purificationis, & Dominicæ majoris hebdomadæ, quæ ipso Capitulo incumbit.*

Quoad 3. dub. super delatione SS. Sacramenti in Processionibus fieri solitam, tam post Vesperas in Octava Corporis

17 Christi, quam in aliquibus aliis diebus, facilior est resolutio favore Capituli, illam scilicet spectare ad Canonicum celebrantem, seù hebdomadarium, non autem ad Præpositum, triplici ratione; I. Quia ex *Cærem. Episc. lib. 2. cap. 33 in fine*, nulla alia Processio declaratur Episcopalis, nisi illa, quæ fit in die Corporis Christi, sicque indubitanter sequitur,

18 quod illa, quæ fit in Octava, aut in aliis quibuscumque diebus, non est talis, adeoq; ut ab Episcopo, seù à prima Dignitate, qualis est Præpositus, fieri debeant, ut ex se patet. II. Fortiùs quoad d. Processionem Octavæ Corporis Christi, quia *ex d. Cærem. loc. cit. vers. Absente Episcopo*, apertè cavetur, quod Processiones, absente Episcopo, fiant per celebrantem; Undè cùm d. die celebrentur Vesperæ ab

19 hebdomadario, ut ait Episcopus, ibi: *Insuper etiam debere fieri ab hebdomadario, eo quia eadem die ipse hebdomadarius canit Vesperas*, nulla cadit dubitatio quin per eundem, in ista Processione post Vesperas sit deferendum Sanctissimum, ut pluries resolvit hæc S. C. & præcipuè 12. *Junii* 1627. & testatur *Gavant. in Manual. verb. Processio num. 33. Prax. Jord.*

20 *Lucubr tom 2. lib 11. tit. 2. de Process. num 66.* ibi: *Et in Vesperis diei Octavæ si fiat ab eo, qui cantavit Vesperas modo saltem sit Canonicus, S C 12. Junii 1627.* III. Quia cum in d. decreto anno 1599. Episcopi Diedi registrentur omnes functiones, quæ celebrari debent à Præposito, & inter illas non legantur hujusmodi Processiones, ad oculum patet tales fun-

21 ctiones nullatenus spectare ad Præpositum, sed ab Hebdomadario, possumusque eidem Præposito respectu d. decreti dicere id, quod in simili scriptum reliquit *Jo: Andr. in addit. ad Specul. in tit. de Testam. §. 1.* nempè: *Decretum de te non loquitur, & istum casum non comprehendit,* quem sequitur *Rot. in dec. 433. num. 2. cor. Lud. & dec. 524 num. 4. par. 18. rec.*

Nec dicatur, quod ipse Præpositus habet Juris assistentiam

22 cæteris omnibus præcedendi in functionibus, quæ peraguntur in nostra Cathedrali, sicque casu, quo delatio Sacramenti ad ipsum non spectaret, sequeretur inconveniens, quod Hebdomadarius minus dignus præcederet ipsum magis dignum. Siquidem responsio in promptu est, nam, aut agitur de præcedentia inter ipsas Dignitates jure singulari absque eo, quod Capitulum sit in Causa, (qui non est casus noster,) & tunc procedit contrarium assumptum, & forsan verificaretur dictum inconveniens; Aut controversia est inter primam Dignitatem,

23 & ipsum Capitulum, ut est casus noster, & tunc non datur ullum inconveniens, quia cùm prima Dignitas in Cathedrali sit pars, & membrum Capituli non dicitur dignior ipso Capitulo, dum corpora universalia vicunt personas singulares, illisque sunt digniora, ut probat *Card. de Luc. de Canon. disc. 30. num 4. & seqq.* Canonicus autem hebdomadarius in Processione, de qua agitur, defert SS. Sacramentum, non ex jure proprio, & singulari, sed uti deputatus à Capitulo & in ejus locum subrogatus, penes quod jura Parochialia resident; Undè

24 repræsentat ipsum Capitulum superius, & dominum eo modo, quo in jurisdictionalibus illud repræsentat Vicarius, ab eo deputatus, ut prosequitur *Card. de Luc. de Canon. disc. 30. n. 13.* quo stante nullum sequitur inconveniens, sicut illud non sequitur quando Hebdomadarius peragit functiones Parochiales, ut ex d. Episc. Relatione, ibi: *Nec eidem Præposito suffragari posse, quod functio hæc sit parochialis, cùm etiam aliàs functiones parochiales fiant ab Hebdomadario, quales sunt distributio Candelarum, Cinerum, & Palmarum, necnon Processio, quæ fit singulis tertiis Dominicis in quolibet mense cum SS. Sacramento.*

In eadem Causa.

Proceditur ex adverso cum æquivoco palmari in allegatione authoritatum, ad probandum, quod prima Dignitas non teneatur ex obligatione, sed possit ad sui libitum, & ex propria voluntate tantùm, atque ex sola devotione supplere vices Episcopi, non celebrantis, Quia hæc S. C. nunquam tale quid determinavit in *Regien. 9 Novembris* 1600. minus-

25 que id somniarunt asserere *Barbosa de Canon. cap. 5. num 42. Favant. in Manual. Verb. Functiones Episcopales num. 23. in addit. num 7. & Nicol. Floscul. Verb. Archidiaconus nu. 1. & 2.*

Quod clarè patet ex sola lectura ejusdem resolutionis, in

26 qua neque etiam à remotissimis tangitur nostrum dubium, sed unicè deciditur, Archiesbyterum præferendum esse Archidiacono, nisi iste esset Sacerdos, non vigore obligationis, annexæ ejus Dignitati, quia ad suscipiendum Sacerdotium nullatenus tenetur, ut firmavit *Rot. decis. 344. num. 5. part. 3. rec.* sed ex ejus propria devotione, & sua voluntate dumtaxat; Et propterea verba illa dictæ resolutionis *Rhegien.*

27 *Non quidem ex obligatione, sed ex sua voluntate, & devotione*, non referuntur ad functiones aliquas, nec verba sequentia ejusdem resolutionis, sed ad illa antecedentia, nempè *Censuit S. C. Archidiaconum d. Ecclesiæ, qui prima Dignitas post Pontificalem existit, & Sacerdos nunc est, non quidem ex obligatione, sed ex sua voluntate, & devotione, in decantatione Missarum &c præferendum esse Archipresbytero.* Quod

28 adeò literale est, atque taliter consonans Grammaticæ regulis, ut mirum certè videatur, quod ex adverso in diversum sensum detorqueri velit, & quod magis est, fereque videtur incredibile, quod tali, tantaque intrepiditate asseratur coram hoc Sacrosancto Consessu, dum respectu detorsionis ejusdem resolutionis verificantur ea, quæ lepidè observa-

29 vit. *Garzon. nella Piazza Universale disc. 5.* ibi: *Lascio stare le difese, che fanno con li Testi, e con le glosse delle Leggi, che non tirano tanto li Ciavattini il corame, come fanno essi i detti loro per portare le ragioni, ove li pare.*

Quatenus verò, ultra literalem tenorem ejusdem resolu-

30 tionis, desideretur ex adverso punctualis authoritas, id comprobans, adducimus *Jannuen. in Praxi Cur. Episcop. Neapolit. cap. 52. de Procession. num 1.* ibi: *Quæritur, an Archipresbyter præferatur Archidiacono, absente Episcopo, in celebratione Missarum &c. Et videtur, quod sic &c & hæc est veritas; Quæ tamen recipit notabilem limitationem, ut non procedat, quando Archidiaconus est in Præsbyteratus Ordine constitutus &c. & est communis opinio, quæ fuit à S. C. R. approbata, etiamsi Archidiaconus esset Sacerdos ex devotione, non ex necessitate Ecclesiæ, ut principaliter in una Rhegien. 9. Decembr. 1600.*

Quod

Quod autem nullum in hac parte habeat arbitrium prima Dignitas, sed præcisè teneatur supplere partes Episcopi impediti, authoritatibus adductis *supra num.3.* addimus literalem dispositionem *Cærem. Episc.lib.2.cap.26. de Supplend.* 31 *vicib.* in quo pro regula statuitur, ut impedito proprio Ministro, suppletio fiat per proximiorem ibi: *Deficientium vices ab aliis suppleri debent*, & ibi: *Supplebit alter ei proximus*; In cujus Cæremonialis sequelam, ità uno ore tenent DD. omnes, agentes de sacris Ritibus, ut videre est apud adductos *à Bauldr. in Manual. Sacr. Cærem. par.1. cap.6. à num.1. Gastald. in Prax Cærem. lib.1. sect 7. cap.4. num.16.*

32 Nec non ita semper respondit hæc S. C. ut omissis antiquioribus resolutionibus, de quibus *Panimol. dec.1. annot.6. num.24. & seq. & Card. de Luc. de Præbem. disc.20. num.10.* ita resolvit *in Gerunden.* 11. *Febr.* 1702. *& in Cremonen.* 9. *Januar.* 1704 *ad* 1. *dub.*

Observantes hìc, quod in dicto Cæremoniali Episcoporum non dicitur *possit supplere*, sed *suppleri debeat*, & *sup-* 33 *plebit*, quod verbum non arbitrium, & voluntatem, sed præcisam denotat necessitatem, *Rot. decis.588. num.6. coram Emer. Jun.* ibi: *Assumant quatuor Cappellanos &c. quæ verba important præcisam necessitatem.*

Neque merentur allegari generales regulæ, quas pannos calidos vocat *Card. de Luc. de Legat. disc.61. num.7.* quod 34 quilibet potest suo Juri renunciare, quodque inducta in favorem; retorqueri non debent in odium; Quia non favore ministrorum, sed contemplatione decoris sacrarum functionum inductum est, ut partes ministri impediti suppleri debeant à digniori, & proximiori non impedito, ut scilicet quantum fieri potest à digniori ministro expleantur, ea ratione, quia decor, & majestas servitii non dicitur consistere in ipsa re, sed in qualitate personæ, illud præstantis, ut benè probat, & exemplificat in casu Oratoris Hispaniarum Re- 35 gis, omnibus obvio in Urbe, *Card. de Luc. de Servit. disc.65. num.11.* & melius *Gavant. de Rubric. Missal. par.2. tit.8. de his, quæ omitt. in Miss. pro Defunct. lit. A.* ibi: *Ut à digniori ministro id fiat*, & *Rot. dec* 244. *num.3. in fine par.3. rec.* cum quibus processit hæc *S. C. in Romana* 26. *Aprilis* 1704. ut videre est *in Instit. crim. lib.1. tit.10. §.4. à num.206. & signanter à num.216.*

Aliàs juxta contrariam prætensionem posset dari, casus, quod vel ultimus, minusque dignus minister sacras peragat functiones, vel quod nemo velit illas peragere, quia nulla 36 potest assignari congrua disparitatis ratio, quare supplere vices impediti debeat esse arbitrarium primæ, non autem secundæ, tertiæ, &. sequentibus Dignitatibus, ut consideranti patet.

Minùs obstat decretum Episcopi Diedi; Ut enim *supra num.4.* observavimus, proceditur in hac parte cum alio æquivoco, quia verba illa *decantari possint*, non respiciunt actum 37 celebrationis Missarum, vel explectionis functionis, ab una, vel alia Dignitate nostræ Ecclesiæ, sed solam assumptionem Ministrorum, ad hoc ut sacræ functiones cum congruo decore, & condigna majestate expleantur; Quæ interpretatio robur sumit, metiendo voluntatem ejusdem Episcopi Diedi ab ejus potestate, juxta regulam, de qua *Priol. decis.292.* 38 *num.12.* quia non poterat in hac parte aliquid contra Jus, vel dictum Cæremoniale disponere, *Pignatel. consult.29. numer.14. tom.4.*

Ex quibus comprobatur etiam affirmativa resolutio 2. dub. quia dictum *Cærem. Episc.* non distinguit, neque loquitur restrictivè ad unam, vel aliam functionem, quando in *cap.* 39 *26. de Supplem. vicib.* præcipit, ut impediti vices suppleantur à proximiori ministro non impedito. Igitur neque Præpositus distinguere in hac parte debet dd. functiones, sed semper tenetur supplere, quando Episcopus impeditus est *leg. Non distinguemus, ff de Recepr. Arbir.* cum aliis apud *Escobar. de Ratiocin cap* 18. *num.42.* & in nostris terminis probant adductis *in Instit. Crim. lib.1 tit.10. §.4. num.209.*

Nec replicetur, quod Vesperæ cantari possint ab Episcopo, quamvis iste in crastinum celebraturus non sit, juxta id, quod disponitur *in Cærem. Episc. lib.2. cap.2.* Quidquid 40 enim sit de dicta inspectione in uno, vel altero raro casu, & quidem ob urgentem causam, & legitimum impedimentum, juxta verba d. *Cæremonialis*, ibi: *Si Episcopus, vel ob aliquod impedimentum, vel alia de causa &c. non sit ipsemet solemniter Missam celebraturus &c.* quod non cadit in nostro dubio, unicè restricto ad voluntatem, & placitum Præpositi;

41 Hoc unum certum est, quod quantum fieri potest Vesperæ semper cantandæ sunt ab eo, qui Missam in crastinum est celebraturus, ut docet quotidiana praxis omnium Ecclesiarum Urbis, & Orbis, & non obscurè deducitur ex d. *Cærem. lib 2. cap.1.* in quo sacrarum solemnitatum initium à primis Vesperis incipere determinatur, ibi: *Sacræ solemnitates regulariter à primis Vesperis initium sumunt.*

Negativæ resolutioni 3. dub. nullum ponit obstaculum major dignitas Præpositi, quia si illa attendenda foret, non ab 42 ipso, sed ab Episcopo semper esset deferendum SS. Eucharistiæ Sacramentum, quod opponitur *Cærem. Episc.* in quo *lib.2. cap.33. circa finem* pro regula statuitur, ut illud semper à celebrante deferatur. Quod adeò verùm est, ut si post Vesperas, vel in die, vel in Octava festivitatis SS. Corporis Christi, adsit in aliquibus Locis solitum faciendi Processiones, illud pariter deferendum sit, non à prima Dignitate, vel ab alio digniori Ministro, sed ab eo, qui cantavit Vesperas, ut resolutum *ab hac S. C. die* 12. *Junii* 1617. referunt adducti supra *num.19.*

Et contrarium prætendere est violentiam inferre sacris Ritibus, ut verbis utar *Pignatel. consult.46. num.7. tom.7.* ibi: *Quia hinc resultat violentia sacris Ritibus, quod scilicèt fun-* 43 *ctio presidendi Processionibus, fiat ab eo, qui Missam, annexam functioni, non celebret, quod non est admittendum contra declarationes S. C. mandantis, ut functiones fiant ab eo, qui Missam celebrat* Quorum plures ibidem sequitur idem *Pignatel.* & concordat *Barbos. in Summ. Apost. decis. collect.385. num.11.* ubi, quod hoc est verum, etiamsi in contrarium adesset consuetudo, quæ in nostris terminis non probatur, & probata nullatenùs relevaret, ut aliis omissis, in durioribus terminis consuetudinis immemorabilis novissimè resolvit *hæc S. C. in Nolana Processionis* 1. *Sept.* 1708.

Gratias agimus contrario Defensori pro notitia resolutionis hujus S. C. diei 18. April. 1640. per extensum impressæ à *Card. de Luc. de Præemin. disc.20 num.10.* In illa enim deter- 44 minatum quidem fuit, ut prima Dignitas præferenda esset in delatione SS. Sacramenti, *sed in die ejus Festi, & dummodo Missam solemnem eo die celebret.* Quorum neutrum concurrit in nostro casu, quia Præpositus prætendit nullatenus celebrare Missam, & non agitur de Processione, quæ fit in die ejusdem Festi, sed in Octava, & proindè eadem resolutio manifestè, & ad hominem retorquetur contrà eundem Præpositum.

In eisdem terminis loquitur resolutio *Baren.* 19. *Januar.* 1608. relata à *Barbos. de Canon. cap.5. num.43.* Quia in illa petitum fuit ab hac S. C. ad quam ex Dignitatibus, absente 45 Archiepiscopo, spectaret, nedum SS. Sacramenti delatio, sed etiam Missæ celebratio, & Vesperarum cantatio. Quod, ut diximus, non congruit nostris terminis, quia Præpositus vult separare dd. functiones, & absque eo quod Vesperas cantet, vel Missam celebret, prætendit SS. Sacramentum deferre, quod ut diximus, & oportunè repetimus, est violentiam inferre sacris Ritibus.

Tantùm autem abest, quod respectu hujus dub. decretum Episcopi Diedi Præposito opituletur, quin potiùs ipsius in- 46 tentioni ex diametro repugnat; In illo enim sigillatim numerantur, & describuntur omnes omninò functiones, quæ fieri debent à Præposito, nullo facto verbo de SS. Sacramenti delatione in Processionibus: Signum evidens, quod illud ab eo deferri non debet, ducto argumento à discretiva loquutione, quod in Jure validissimum reputatur, ex adductis per *Rot. dec.328. num.12. cor. Priol.*

In eadem Causa.

PRo congrua dubior. resolutione præmittenda videntur duo, in quibus concordant omnes Doctores, tractantes de sacris Ritibus. I. Quod cùm adsit præcisa obligatio, ut 47 ita dicam passiva, ad hoc, ut sacræ functiones peragantur, debet pariter adesse præcisa, & activa necessitas, respectu Ecclesiasticorum Ministrorum, ad illas indispensabiliter faciendas, legitimo remoto impedimento. II Quod quando illæ à proprio Ministro fieri non possunt, suppletio semper fieri debet à digniori, & proximiori, ut probant citati *supra nu.35.* 48 & Partibus acerrimè informantibus, contra Magistros Cæremoniarum Capellæ Pontificiæ resolvit *hæc S. C. in Romana*, quam registravi *in Inst. Crim. lib.1. tit.10. §.4. à num.209.*

Quibus præmissis, vigore antiquorum *Textuum in canon. Perlectis dist.25. & in cap 1. ex duob. seqq. de Offic. Archipresb.* prætendit Præpositus in absentia Episcopi, nedum non pe- 49 ragere sacras functiones, sed illas ad sui jussionem, vel cui voluerit demandare.

Verùm pro adequata responsione sat est recognoscere reso- 50 lutiones omnes, adductas in fine contrarii Memorialis, in quibus à prima usque ad ultimam talis prætensio uniformiter rejicitur, dum constanter in illis firmatum fuit, quod

prima

prima Dignitas nunquam possit ad sui libitum alios eligere, qui vices suas suppleant, & concordant adducti per *Barbos. in Summ. Apost. dec. collect. 135. num. 15.*

Transeunt deinde contrarii Defensores ad Decreta hujus S. C. quorum vigore prætendunt, repositum esse in mero arbitrio, & sola voluntate Præpositi sacras functiones facere, vel non facere, exagerantes vim eorundem Decretorum, uti emanatorum tempore, proximo editioni Cæremonialis, atque insistentes in eo, quod aliàs darentur decreta contra decreta. 51

Quæ omnia nullam habent subsistentiam; Omnes siquidem resolutiones hujus S.C. ad perfectam reducuntur concordiam, atque unisonam redolent consonantiam, observando, tunc S. hanc C. mentionem fecisse noluntatis primæ Dignitatis, quando hæc prætensionem habebat nolle sacras peragere functiones, non quidem simpliciter, & indefinite, sed eo fine, & intentione, ut ad sui libitum aliam Dignitatem, sibi benè visam, subrogaret, ut supplicamus recognoscere ex sola lectura dd. resolutionum à prima, usque ad ultimam ibi: *Tarentina &c. Ad 2. ut Archipresbyter Missas solemnes celebret, & eo celebrare nolente, vel impedito, nequaquam possit ad libitum suum alium eligere, qui vices suas suppleat*; Ita ut sensus sit, quod prima Dignitas non possit aliam Dignitatem subrogare, non solùm si revera impedita sit, seù non possit sacras facere functiones, sed etiam si voluntariè illas nolit facere ad cedendum locum alteri sibi benevisо. 52 53

Quæ prætensio illi innitebatur ratiocinio, quod in illis terminis, in quibus prima Dignitas non est revera impedita, sed potest facere sacras functiones, nullum Jus potest dici acquisitum secundæ Dignitati ad illas peragendas; Non sic autem in casu impedimenti, vel absentiæ d. primæ Dignitatis, quia tunc statim dicitur quæsitum Jus Dignitati proximiori; Quo tamen specioso discursu non attento, intrepidè hæc S. C. semper respondit, nullo casu, esse arbitrarium primæ Dignitati, aliam in sui locum subrogare, non solum si impedita sit, sed etiamsi nolit, ad eum finem, ut alteri suas vices committat. 54

Interpretatio hæc, imò germanus sensus dd. resolutionum, mirabiliter confirmatur ex iis, quæ notat *Barbos. in Collect. Apost. dec. Collect. 235.* in qua *à num. 15.* discurrens de primo casu subrogandi aliam Dignitatem, quando prima non vult, vel revera non potest suas adimplere partes, probat, id nullatenus esse permissum; *A num.* verò 18. loquens præcisivè à d. ℓ. prætensione subrogandi alium, rotundis literis sequendo innumeras resolutiones hujus S.C. asserit, nullum habere arbitrium primam Dignitatem, sed, remoto impedimento, teneri sacras functiones facere ibi: *Dignitas prima debet absente, vel impedito Episcopo, Missas solemnes celebrare, & alias functiones facere, quas Episcopus celebraret, seù faceret, si præsens esset*; Quod sæpius resolvit hæc S. C. ut videre est in illis, quæ registrantur in fine *à num. 75. & 81.* 55 56

Comprobatur ulterius, imò intra evidentiæ fines constituitur hujusmodi interpretatio ex aliis duabus animadversionibus. I. Quod aliàs melioris condionis esset in hac parte membrum, seù prima Dignitas, ac sit Caput, seù Episcopus, vel Archiepiscopus, quia isti non ex eorum simplici voluntate, sed accedente justa causa, vel ex legitimo impedimento, sacras non tenentur facere functiones, ut videre est *in Cærem. lib 2. cap. 1.* ibi: *Si Episcopus, vel ob aliquod impedimentum, vel alia de causa &c. impeditus non sit, ipsemet solemniter Missam celebraturus*, & potest recognosci ex resolutionibus hujus S. C. de quibus infra *à n. 73 usque ad num. 83.* in quibus omninibus nunquam dicitur *nolente*, sed semper *impedito, vel absente Episcopo*. Hoc autem maximum reputatur inconveniens, minor enim Dignitas, seù inferior persona, majori gauderet prerogativa, adversus omnia jura, omniaque principia, neque in æternum convincens allegari poterit ratio, quare id sit arbitrarium primæ Dignitati, non autem Episcopo. II. Quia posset dari casus, quod nemo ex Dignitatibus velit sacras peragere functiones, prætendendo, quod sicuti est in arbitrio respectu primæ, ita etiam sit respectu secundæ, & sequentium Dignitatum, itaùt in substantia, & cum omni sermonis proprietate dici posset, quod admissa contraria prætensione non personæ Ecclesiasticæ Dignitatibus inservirent, sed Dignitates inservirent personæ, quo nihil incongruentius, nihilque irrationabilius. 57 58 59

Ultra quod sapere videtur nescio quid decori sacrarum functionum oppositum, dura prætensio, quod sacer minister, nullo detentus impedimento, nullaque accedente justa causa, quam fas est allegare, recuset ex solo arbitrio sacras illas facere functiones, quas ipsimet Summi Pontifices, nullatenus impediti, libentissimè, & cum populi ædificatione faciunt. 60

Indeque hæc S. C. ad emoliendam talem duritiem in *Brundusin. 12. Junii 1627. ad 4. dub. de quo infra num. 84. & n. 93.* congrua interpretatione explicans verbum illud *Nolens*, in resolutionibus, ex adverso citatis appositum, illud voluit esse intelligendum in casu pretextus impediti, ibi: *4. An nolentes Dignitates celebrare Missas Pontificales, absente Archiepiscopo, sub prætextu impedimenti, possint tamen assistere in suo stallo in Choro: Ad 4. Dignitates, nolentes celebrare Missas Pontificales, absente Archiepiscopo, justa causa impeditæ, possunt assistere in suo stallo in Choro*, & concordant aliæ resolutiones hujus S. C. de quibus *infra n. 75.* excusante primas Dignitates in solo casu legitim. impedimenti. 61 62

Contorquentur contrarii Defensores pro responsione *ad Cærem. Episc. lib. 2. cap. 26. de Supplem. vicib.* in quo pro regula statuitur, ut suppletio ministri impediti, non ex ipsius voluntate, sed necessariò per proximiorem fiat, ibi: *Deficientium vices ab aliis suppleri debent*, & ibi: *Supplebit alter ei proximus*, quæ præcilam important necessitatem ex *dec. 588. num. 6. cor. Emer. jun.* Asserentes 1. quod loquantur de supplendis vicibus inferiorum Dignitatum, non autem Episcopi impediti, 2. verò, quod prima Dignitas in odiosis non veniat appellatione Dignitatum; Sed neutra subsistit. 63

Non 1. quia si admittitur ex adverso, quod vices primæ Dignitatis impeditæ, seù membri, ad terminos Cæremonialis, supplendæ sint, & quidem ex necessitate à proximiori ministro, multò magis admitti debet talis necessitas supplendi in Dignitate proximiori Episcopo, seù Capite impedito, quod adeò clarum videtur, ut sola naturalis ratio id evidenter convincat, ut in simili egregiè discurrit *Card. Pallavic. nell' Istor. del Concil. lib. 3. cap. 13. num 8.* 64 65

Minus subsistit 2. quod simus in odiosis, nescimus enim videre ubinam fundetur hoc odium respectu servitii Divini circa suppletionem Ministri Impediti 66

Die 4. Maii 1709. per Card. de Abdua propositis in S. R. C. tribus sequentibus dubiis, responsum fuit, ut infra

An Episcopo non celebrante in festivitatibus solemnioribus, Præpositus, prima Dignitas Ecclesiæ Cathedralis Cremen. teneatur ad celebrationem Missæ, & Vesperarum, & quatenus negativè Dilata. 67

An saltem teneatur ad celebrandas Vesperas tùm primas, tùm secundas, quotiès velit canere dictam missam, & è contra Dilata.

An in Processionibus, in quibus deferri solet SS. Eucharistiæ Sacramentum, ejus delatio spectet ad Præpositum, seù potiùs ad Canonicum celebrantem, seù hebdomadarium in casu. Spectare ad Celebrantem. 68

Repropositа verò die 8. Junii ejusdem anni fuit dictum *Non teneri, sed decere.* 69

RESOLUTIONES S. C. R. in hac causa allegatæ.

Baren. 6. Octobris 1645. S. C. respondit, Functiones præfatas, quæ debent fieri per primam Dignitatem, ea impedita, obeundas esse per Dignitatem sequentem. 70

Novocomen. 24. Jul 1 5 9. ad 3. dub. Ad 3. Antiquiorem succedere non debere, cùm impedita prima Dignit. supradictæ functiones peragendæ sint à secunda, & gradatim ordine successivo. 71

Senarum 29 Novemb. 1670. Prima Dignitate impedita, vel absente, succedat secunda Dignitas, & secunda impedita; tertia, & omnib. Dignitatibus impeditis, vel absentibus, primus Canonicus id exequatur. 72

Callien pro parte Præpositi S. R. C. expositum fuit, quod licet Præpositura hujusmodi in Ecclesia Callien sit antiquissima, & prima Dignitas post Episcopalem, & ab immemorabili tempore, qui eam obtinuit solitus fuerit in absentia Episcopi. Missas, & alias functiones Ecclesiasticas celebrare, & exercere, nihilominus Archidiaconus, moderna Dignitas, quæ ab annis 70 citra in d. Ecclesia erecta est, in cujus erectione Archidiaconus ipse renunciavit omnibus privilegiis Juris communis, cum clausula, remanente in suo robore Dignitate Præpositura, prætendit ad ipsum de Jure in absentia Episcopi, non autem ad Præpositum, Missarum, & aliarum prædictarum functionum Ecclesiasticarum celebrationem pertinere. Eadem S. R. C. Præpositum in sua possessione manutenendum, & nihil innovandum esse censuit, & declaravit, Die S. Januarii 1605. 73

Brundusina. Decretum, aliàs factum sub die 2. Martii 1602. pro Archidiacono, Dignitatibus, & Canonicis Ecclesiæ Brundusinæ, quod ad ipsos, non autem ad Vicarium Generalem spectet celebratio Missarum, & aliorum functionum Ecclesiasticarum, absente, vel impedito Archiepiscopo, habere locum, tam Sede vacante, quam plena S.R.C. declaravit. Die 11. Jun. 1605. 74

Eadem; Cùm aliàs à S. R. C. declaratum fuerit, Missarum solemnium celebrationes Archiepiscopus si præsens esset faceret, eo impedito, absente, vel defuncto, non ad Vicarium Generalem,

75 *lem, sed ad Dignitates, & Canonicos in Civitate Brundusina pertinere, dubitatum fuit. An alternatim id faciendum sit, vel successivè. Congregatio respondit, successivè id esse agendum idest, si prima Dignitas impedita sit, secunda celebret, si secunda tertia, si omnes Dignitates impeditæ sint, vel absentes, tunc ad primum Canonicum, vel secundum successivè earundem missarum celebrationem pertinere declaravit.*

Pisauren. Præpositus, qui est prima Dignitas in Ecclesia Pisauren. petiit declarari, ad quem, absente Episcopo, perti- 76 *neat benedicere Palmas, Candelas, & Cineres, & alias similes functiones facere, quas faceret Episcopus, si esset præsens.*

S. R. C. respondit, functiones prædictas, & benedictiones Candelarum, Cinerum, & Palmarum absente, vel impedito Episc. ad primam Dignitatem, non autem ad Canonicum hebdomadarium pertinere censuit, & declaravit. Die 21. Martii 1609.

Civitaten. seu Sancti Severi. Missarum solemnium celebrationem, delationem SS. Sacramenti in Processione in ejus festivitate, Candelarum, Cinerum, & Palmarum benedictiones, 77 *& similes functiones, quas Episcopus præsens in sua Cathedrali Ecclesia facere solet, & debet juxta formam Libri Cæremonialis Episcoporum, absente Episcopo, ad primam Dignitatem, vel deficiente prima, ad secundam, & sic successivè pertinere sæpè S. R. C. declaravit. Et ideò cùm in Ecclesia Civitaten. aliàs Sancti Severi nuncupata, Archidiaconus sit prima Dignitas, & in ordine Presbyterali sit constitutus, ad ipsum, non autem ad Archipresbyterum prædictas functiones pertinere eadem S. C. declaravit. Die 25. Junii 1611.*

Hydruntina. Cùm orta fuerit controversia inter Archidiaconum, primam unicam Dignitatem in Ecclesia Hydruntina, 78 *& Canonicos hebdomadarios ejusdem Ecclesiæ, circa celebrationem Missarum solemnium, & aliarum functionum, nempè ad quem spectet, absente, vel impedito Archiepiscopo, celebrare Missas solemnes, benedicere, & distribuere Candelas, Palmas, Cinere &c.*

Eadem S. R. C. A' decretis, aliàs sæpè in similibus causis factis, non esse recedendum censuit, nempè ad primam Dignitatem 79 *pertinere celebrationem Missarum solemnium, & aliarum omnium supradictarum functionum, absente, vel impedito Archiepiscopo, dummodo etiam ipsa prima Dignitas cantet Missam cum dictis functionibus. Et ita &c. declaravit die 15. Martii 1614.*

Meliten. S. R. C. inhærendo Decretis, aliàs in similibus causis sæpè factis; Missarum solemnium celebrationes, & alias fun- 80 *ctiones, quas præsens Episcopus faceret, seu celebraret, Episcopo absente, vel impedito, ad eum, qui post Episcopum, primam Dignitatem in Ecclesia obtinet quocumque nomine appellatur, dummodo sit in ordine Sacerdotali constitutus, pertinere censuit, & declaravit. Et ità in Ecclesia Meliten. inter Archidiaconum primam Dignitatem, & Archipresbyterum servari mandavit. Die 4. Aprilis 1615.*

Gravinen. Propositis iis, quæ in præinserto Memoriali con- 81 *tinentur hac die infrascripta in S. C. R. ad instantiam Archipresbyteri Ecclesiæ Gravinen.*

Eadem S. C. ut aliàs sæpè in simlib. declaravit, juxta formam, dispositionem Cæremonialis, supradictas functiones, absente Episcopo, semper à prima Dignitate, vel primo Canonico esse faciendas. Respondit, & ideò quatenus Archipresbyter sit prima Dignitas in Ecclesia Gravinen. ad ipsum semper 82 *easdem functiones facere, & pertinere respondit, non obstante quacumque innovatione, facta, seù attentata à Vicario, quam revocavit, & ita ut supra in Civitate Gravinæ servari mandat. Die 18. Martii 1617.*

Monopolitana. Propositis in S. R. C. iis, quæ in præsenti Memoriali continentur, ad primam Dignitatem, quocumque 83 *nomine nuncupetur, prædictas functiones facere, & absente Episcopo celebrare, ut aliàs sæpè in similibus declaravit, respondit &c. & idem in casu proposito servandum esse censuit, & declaravit. Die 3. Septembris 1616.*

Capitulum Brundusinum petierat responderi ad quinque du- 84 *bia, quæ fuerunt transmissa ad D. Paulum Allaleonum.*

I. Videlicet. An in die Corporis Christi Sacramentum Eu- 85 *charistiæ sit deferendum à Celebrante; An verò à Dignitatibus, tàm in dicta die, quàm in Octava, in qua SS. Sacramentum Vespere defertur.*

II. An celebrantes Missam solemniter, debeant sedere in eod. 86 *proprio stallo; An verò in loco pro Celebrantibus parato.*

III. An absente Episcopo, benedictiones Candelarum, Ci- 87 *nerum, Palmarum, Fontis Baptismalis, sint faciendæ à Celebrante Missam, an à Dignitate.*

IV. An nolentes Dignitates celebrare Missas Pontificales, 88 *absente Archiepiscopo sub pretextu impedimenti, possint tamen assistere in suo stallo in Choro.*

V. Cùm Archiepiscopus benedicit Cineres, solet celebrans, vel unus ex dignioribus Canonicis imponere Cineres Archiepiscopo, quæritur an idem servari debeat in die Candelarum, & Palmarum. 89

Et juxta resolutionem D. Allaleonis, fuit responsum, ut infr.

Ad 1. In die festo Corporis Christi Sacramentum Eucharistiæ deferatur à Celebrante, In Vesperis autem Octavæ deferatur ab eo, qui fecit officium Vesperarum, modò sit dignitas, aut Canonicus, ex cap. 33. de Festo, & Processſ. SS. Corporis Christ. in Cær. Epis. 90

Ad 2. Celebrantes Missas solemniter sedeant in loco, parato pro celebrantibus à latere Epistolæ. 91

Ad 3. Absente Archipresbytero, benedictiones Candelarum, Cinerum, Palmarum, & Fontis fiant per Celebrantem ex cap. 17. de Festo Purific. & ex cap. 19. de Feria 4. Cinerum, Episcopo absente, & ex cap. 28. de Sabb. Sanct. in d. Cærem. 92

Ad 4. Dignitates, nolentes celebrare Missas Pontificales, absente Archipresbytero, justa causa impeditæ, possunt assistere in suo stallo in Choro. 93

Ad 5. Servetur Cæremoniale in cap. 16. de Festo Purific. & in cap. 21. de Domin. Palmar. Die 12. Junii 1627. 94

DISCEPTATIO III.

Nepesina Cappellaniæ.

INTER

Propertium Galeottum:

ET

Homines Mazzani.

ARGUMENTUM.

Cappellanus quando teneatur celebrare per seipsum, personaliter interesse Divinis Officiis, & continuò residere in Loco Cappellaniæ.

In ultimis Tabulis Antonius Felix de Terra Mazzani, Nepesinæ Diæcesis, sic disposuit. *Item lascia in tutti i suoi beni &c. Erede universale Giulia &c. Rossi, e legitima moglie di esso Testatore &c. e dopo in tutta l'Eredità del Testatore succeda la Ven. Compagnia del SS. Rosario nella Chiesa Parrocchiale di Mazzano, con questo però, che in detta Cappella si debba eleggere &c. un Prete sacerdote, il quale debba celebrare tre messe la settimana in d. Cappella per l'anima di esso Testatore, & altri suoi morti, quali messe si debbano celebrare in perpetuo, quale Sacerdote esso Testatore vuole, ordina, e comanda, che debba assistere in Mazzano, & a tutti li Divini Officii, e fonzioni, che si fanno in qualsivoglia tempo nella Chiesa Parrocchiale di S. Nicolò di Mazzano.* 1

Defuncta dicta Julia, erectaque prædicta Cappellania, quæ modo possidetur à Propertio Galeotto Nepesino, iste hucusque punctualissime adimplevit, & adimplet onus trium missarum pro qualibet hebdomada juxta preceptum Testatoris, vel per se, vel per alium, necnon assistit omnibus functionibus Ecclesiæ, post quas tamen revertitur ad Civitatem Nepesinam ejus Patriam, per quatuor sola milliaria à Mazzano distantem, cùm iste Locus non habens plusquam 250. animas, in medio fovei positus, sit ferè dirutus, & pessimi aeris, ubi non est medicus, non pharmacopola, non caupona, non laniena, neque cupidinarius, ut est in illis Partibus notorium, & concludenter id probant duo testes, qui tanquam Sacerdotes, & habitatores in eodem Loco Mazzani, plenam faciunt probationem *ex vulgatis*. 2 3

Hinc cæperunt nuper prætendere Communitas, & Homines Terræ Mazzani, quod Galeottus teneretur celebrare dictas tres missas semper per seipsum, quodque continuò residere deberet in eadem Terra, sub eo pretextu, quod ita demandasse videtur Testator, tùm ex quo voluit, quod Beneficiatus celebrare deberet dictas tres missas qualibet hebdomada, tùm quia voluit, quod assisteret omnibus Divinis Officiis, & functionibus, quodcumque tempore faciendis in d. Ecclesia Parochiali Mazzani, & denique quia sic fuit practicatum per antecessores; Undè porrecto Memoriali huic S. C. eoque successivè remisso ad Episcopum pro Informatione, hac superventa, die 6. Julii 1708. rescriptum fuit, quod idem Episcopus transmitteret particulam legati, seù fundationis Cappellaniæ, & referret, tam super solito residendi, quam super redditibus ejusdem Cappellaniæ. 4

Transmissa itaq; nova Relatione super omnibus, eid. Episcopo injunctis, unà cum particula testamenti, concordata fuere tria dubia, quæ videntur negativè resolvenda. 5

Etinim

Etenim resolutio negativa quoad primum dubium circa obligationem Cappellani celebrandi per seipsum, videtur extrà omnem difficultatem, quia cùm fundator Cappellaniæ non demandaverit, quod Cappellanus missas celebraret *per semet ipsum*, nèc minùs prohibuerit, quin eas celebrari faceret per alium, inconcussa est Doctor. opinio, & concordes hujus, & alterius Cong. S. C. T. resolutiones, quod Cappellanus possit demandatas missas per alium celebrare, ut videre est apud *Lap. alleg.35. & 117. utrobiq; nu.2. Fagn. in cap. Ut Abbates nu.44. 45 de Ætat. & qualit. & in cap. Conquerente num.4. de Cler. non resid. Gonzal. ad Regul 8. Cancel. gloss.5 à n.75. Garz. de Benef. p.7. cap.1. à n.86. Lotter. de Re benefic. lib 1. q.36. n.39. Pax Jordan. lib.10. tit.13. n.116. tom.2. Barbos. de Episc. par.2. alleg.24. n.29. Antonell. de Jur. Cler. lib.1. p.3. cap.29. n.11. & lib.2. p.6 n.16. Ciarlin. lib.1. cap.38. n.16. Gratian. discept.800. n.4. & dec. March 155 n.4 Rot. cor. Mantic. dec.129. n.4. & cor. Caval. dec.551. num.6. & cor. Mill. dec. 395. nu.1. & 2. & cor. Priol. dec.84. n.7. & cor. Cerr. dec.747. n.7. & cor. Merlin. dec.825. per tot.* & resolvit S.C.C. *in Asten. Cappellaniæ 14. Februarii 1699 ad 1. dub. & post hæc scripta in Rom. Cappellaniæ 12. Maii 1714 ad 3. dub.*

Et ratio est evidens, quia cùm in institutione Cappellaniæ Cappellanus contempletur, tanquàm minister ad obtinendum effectum celebrationis, seù sacrificii suffragium, quod pendet ex opere operato, non autem ex opere operantis, non respicitur per se minister eligendus, nec censetur electa industria personæ illius, sed attenditur solùm effectus dicti sacrificii, qui eodem modo obtinetur, sivè Cappellanus celebret per se ipsum, sivè celebret per alium, ut uno ore concludunt dd. Authores, & alii citati *in t.1. p.1. discept.5. à n.16.*

Quæ vera sunt, etiam si verba dirigantur in Cappellanum ipsum, quia adhuc non tenetur per se celebrare, nam hujusmodi verba non diriguntur in illum, ut actus celebrationis debeat ab eo expleri, sed simpliciter ad demonstrandum onus, seu obligationem celebrandi, quam fundator eidem Cappellano imposuit, ut observant *Garz. de Benef. p.7. cap.1. n.89. Fagn in cap. Ut Abbates n.84. vers. Non obstante de Ætat. & qualit. Lott. de Re benef. lib.2. q.47. à n 36. Rot. cor. Priol. dec. 84. n.8. & cor. Merl. d. dec 825.* ubi præcisè de verbis, quod *Cappellanus debeat celebrare, & cor. Bichio dec.13. à n.12.*

Idemque procedit, etiamsi Cappellania sit Sacerdotalis actu, ita ut Cappellanus nominandus debeat esse actualiter Sacerdos, seù Presbyter tempore provisionis, seù impetrationis; Nam adhuc poterit celebrare per alium, quia ex quo Cappellania sit Sacerdotalis actu, non licet regulariter inferre, ut Cappellanus teneatur celebrare per seipsum, ut punctualiter notant *Fagn. in d. cap. Ut Abbates n.16. in fin. & n.71. de Ætat. & qualit. Monet. de Commut. ult. volunt. cap.10. n.155. & 156. Amayden de Styl. Datar. lib.1. cap.15. §.15. nu.11. Antonel. de Jur. Cler. lib.2 par.6. cap.6. n.17. & 18. Barb. de Episc. par.2. alleg.24. à nu.37. Rot. in rec. dec.136 n.19. & 20. par.19 & in Regien. Jurispat. 16. Jan. 1708. §. Absq; eo cor. Molin.*

Alioquin si Cappellanus per seipsum celebrare teneretur, simplex beneficium, seù simplex Cappellania, obligaret ad residentiam, quod est omninò repugnans universali receptæ consuetudini, juxtà quàm certissimum hodiè est, quod seclusa voluntate Testatoris, demandantis, quod Cappellanus celebret *per seipsum*, qualitas residentialis non censetur inesse beneficiis simplicibus, seù Cappellaniis, ut communiter tradunt *Imola in cap. final. n.9. de Cler. non resident. Lap. alleg.117. sub n.2. Fagn. in d. cap. Ut Abbates n 74. de Ætat. & qualit. Gonzal. in Reg.8. Cancell. gloss.5. à n.75 Lott. de Re benef. lib.1. q. 36. n.39. Card. de Luc. de Benef. disc.58. n.2. & 4. Murga eod. tract. q.10 tract.3. n.169. Barb. de Episc. par.2. alleg.24. n.44. Pax Jordan. lib.10. tit.28. num.24. A mostaz de Causis piis lib.3. cap.11. n.1. Antonel. de Jur. Cler. lib.2. par.6. n.19. Ric. in Prax. resol.348. n.1. Rot. cor. Merl. dec.825. n.2. & cor. Cerr. dec.747. nu.1. & cor. Priol. dec.84. nu.6. & in Valentin. Benef. 17. Febr. 1696. §. Nec obstat cor. Olmo, & in Mogunt. Canonic. 1. Julii 1697. §. Non item cor. eodem,* & resolvit S. C C. in dictis *Asten. & Romana* citatis supra.

Ad 2. dubium respiciens obligationem Cappellani inserviendi in Divinis officiis per seipsum, negativè pariter respondendum videtur; Cùm enim divina Officia, aliæq; functiones in num.30. circiter infrà annum peragendæ in Ecclesia Parochiali, æquè benè expleri possint per quamlibet Sacerdotem, eadem recurrit ratio, quod non censetur, testatorem elegisse personæ industriam, sed dumtaxat respexisse ad effectum, seù ad assistentiam, præstandam dictis functionibus à Sacerdote, absque eo quod se arctare voluerit sine legitima causa, potiùs ad assistentiam unius Præsbyteri, quàm alterius, proindeq; hujusmodi divinis Officiis satisfieri posse per substitutum, seù alium Sacerdotem, advertunt *Fagn. in d. cap. Ut Abbates nu 64. 73. 74 & 75. & in fine & n.87. in fin. Lapus d. alleg.36. nu.2. & alleg.117. eod. n. Gratian. discept.133. n.1. & 12. Ricc. in Prax. resol.318. n.2. Gratian. dec. March. 155. n.4. & à n.10. & Priol. d. dec.84. n.8. & dec.335. n.21. p.19. rec.*

Non obstat, quod Fundator usus fuerit his verbis, ibi: *Che debba assistere in Mazzano, & à tutti li divini Officj, e fonzioni, che si faranno in qualsivoglia tempo nella Chiesa Parrocchiale di S. Nicola di Mazzano*, ac si verbum illud *assistere* importet servitium personale, præstandum ab eodem Cappellano, & per consequens etiam residentiam. Quicquid enim sit de strictà dicti verbi significatione & an illud importare possit servitium personale, & residentiam, si essemus in Cappellania, fundata in Cathedrali, seù Collegiata, aut in alia Ecclesia, habente formale aliquod Collegium, in quibus recitantur horæ Canonicæ, & habetur servitium Chori, secùs dicendum est, quando, prout, hìc subjecta materia non patitur hujusmodi servitium, quod non præstatur in Ecclesia inferiori, & Parochiali; Isto enim casu assistentia, damandata functionibus, & celebratio divinorum, seù servitium in divinis, licèt personalem residentiam præseferre videantur, adhùc eam non concludunt, sed rectè quidem omnia expleri possunt per substitutum, ut in specie de verbis *inservire, seù interesse*, ità distinguendo observat *Fagn. in d. cap. Ut Abbates num.88. 96. 105. Card. de Luc. de Benefic. disc.58. num.3. Rot. cor. Priol. dec.84. num.9. & 10.* ubi de onere coadiuvandi Ecclesiæ inservientes.

Et tamen verbum *interesse* habet majorem vim, & efficaciam, quam verbum *residere*, cum minùs sit residere, quam interesse, ut testantur *Gonzal. ad Regul.8. Cancell. gloss.45. num.50. Cæsar de Grassis dec.5. num.3. de Præb. & dec.330. num.1. par.1. divers.* Imo longè fortiora videntur ad intentum concurrere, nàm in *dec.155. Gratian.* Fundator Cappellaniæ mandavit, ut præsentatus teneretur præstare obedientiam Priori Loci, & tamen decisum fuit, eam præstari posse per Substitutum, tanquam subrogatum in locum illius, Addita etiam ratione, quod quando voluntas Testatoris impletur, sufficit illi effectualiter, & per æquipollens satisfieri, licèt verba improprientur, ac lædi videantur, præcipuè, quia, id quod committitur faciendum, non est (prout evenit in casu nostro) aliquid ingenii, naturæ, doctrinæ, seu institutionis, in quo casu solùm censetur electa industria personæ, ut videre est in *d. dec. Gratian.155. à num 10.* Rursus in una *Casalen. Cappellaniæ relat. per Fagn.* ubi supra in illius fundatione cavebatur, ut Domus Cappellano ædificaretur, in qua habitaret, & divinis serviret, & nisi habitaret & serviret, posset amoveri, & de alio provideri. Et tamen S. C. C. resolvit non teneri residere, nec personaliter missam dicere, ut testatur ibid *Fagn. num.78. in fin. Garz. de Benef. par.7 cap.1. num.87.* pariter *in fine*, ubi habitatio Domus fuit imposita, ut commodiùs *serviret, vel faciat deserviri.*

Cùm igitur voluntas Testatoris, ejusque finis totaliter adimpleatur per assistentiam, præstandam functionibus peragendis in d. Ecclesia Parochiali à quolibet Presbytero, cujus neque industria, neque ingenium, neque doctrina, potest esse ad prædictum effectum contemplata, & agatur de Cappellania, fundata in Ecclesia, in qua non recitantur horæ Canonicæ, non sit Chorus, nec adest ullum servitium, præter illud Rectoris, personalem residentiam requirens, necessariò sequitur, quod Galeottus possit absque difficultate dictis functionibus in eadem Ecclesia peragendis inservire per substitutum:

III. Dub. respiciens continuam residentiam in Terra Mazzani, negativè pariter videtur resolvendum, quia nulla ex tribus residentiæ speciebus applicatur ad casum, non enim applicatur residentia continua præcisa, quia causa formalis illius est pœna privationis tituli Beneficii, cùm enim ista nullibi sit statuta, seù legatur apposita in necessarium consequens emergit, Galeottum non teneri ad residentiam præcisam, ut notant *Gonzal. ad Regul 8. Cancell. gloss.15. n.21. Card. de Luc. ad Concil. disc.4. nu.13. Pax Jordan. lib 10. tit.28. n.17. nu 2. Rot. cor. Bich dec.13 num 7. & cor. Priol. dec.84. num.11. & dec 175. num.8. & cor Cer. dec.747. num.8. & 9.*

Non applicatur residentia temporalis, quia cùm ex supra deductis Galeottus non tenetur celebrare neque inservire Divinis per semetipsum, de se exclusa remanet quælibet residentia temporalis.

Neque applicatur residentia continua in Loco Mazzani, saltem causativa, quia Cappellano nulla imposita fuit pœna privationis fructuum, seù partis illorum, casu quo in d. Loco non resideret, neque de Jure potest eidem talis pœna infligi, cùm nullum aliud onus habeat, videlicet confessionis, Ludimagi-

dimagistri, & similium, requirentium idoneitatem industriam, & doctrinam in exercente; Unde remota dicta pœna, inducente eam fionem fructuum Cappellaniæ, seù partis illorum, inapplicabilis quoque remanet dicta residentia continua causativa, quæ solùm habet respectum ad acquisitionem, seù privationem dictorum fructuum, ex traditis per *Gonzal. ad Reg.8. Cancell. gloss.15. num.21. Card. de Luc. de Benef. disc.58. num 4 Pax Jordan.lib.10. tit.28 num.19. Rot. cor. Priol. d. dec.84. num 11. & cor. Cerr. d. dec.745. num.8. & 9. & cor. Emer. Jun. dec.263. num.5.*

Quæ omnia faciliùs admittenda veniunt; Tùm quia agitur de Loco pessimi aeris, ubi: *non vi è Medico, nè Speziale, non vi è Ostaria, Pezzicaria, nè Macello, se non d'una Capra, o Pecora la settimana, che basta per tutti;* Tùm etiam, quia habitatores ejusdem Loci nullum patiuntur detrimentum, ob non residentiam Cappellani, dùm ibi promptos habent alios Sacerdotes, pro omnibus eorum indigentiis sufficientissimus, ibi: *ind. Terra di Mazzano siamo l'Arciprete, e Noi sottoscritti trè Sacerdoti, che celebramo di continuo, oltre il d. Don Propertio* (qui est Cappellanus) *e Don Gioseppe Vallerani, altro Beneficiato della Cappella di S. Carlo in questa medesima Chiesa, parimente da Nepi, ivi commorante, de' quali ogni Festa vi è qualche altra messa per servizio del Popolo, al quale sono sufficientissime, celebrandosi in ore ripartite, ne per mancanza della messa di d. Don Propertio hà mai mancato il Popolo di sentirla.*

Nil refragante, quod Beneficium sit pingue, annui scilicet redditus sc.200. quoniam id non regit in facto, & non relevaret in jure; Non subsistit in facto, quia contrarium retulit in ejus Informatione Episcopus, ubi enumeravit omnes expensas pro conservatione bonorum, ac domorum restauratione, quas cogitur facere Cappellanus; Minusque eadem reflexio relevaret in Jure, quia in his terminis inspiciendum esset quid voluerit Testator, non autem considerandi Beneficii fructus, dum ad hunc effectum voluntas testantis, non redditus attendi solet, & debet.

Non subsistit demum solitum Beneficiati antecessoris residendi in Terra Mazzani, quoniam id evenit, non ex quo Cappellania residentiam requireret, sed quia illi domicilium habebant in eodem Loco Mazzani. Etenim post factam erectionem, primus Beneficiatus fuit Bonaventura Alvisinus Picenus, qui jam morabatur in d. Terra, domi Vincentii Alvisini Archipresbyteri d. Loci, ejus Patrui; Mortuo autem præfato Bonaventura, obtinuit Beneficium idemmet Vincentius Archipresbyter, qui jam habendo domicilium in d. Loco apertum, & stabilitum ab annis 40. citrà, continuavit pariter ibidem habitare, ut refert Episcopus in d. ejus Relatione, adeoque, ipsorum residentia non processit ex Beneficio, sed ex habitatione, & domicilio, quod inibi ab eisdem retinebatur, quo fit ut servitium quodcumque personale, hucusque præstitum, & residentia habita, utpotè voluntaria, seù facultativa, & non coacta, inducere non valet aliquam consuetudinem, seù solitum, multoque minùs ex ea dici potest acquisita servitus inserviendi per se, & residendi, ut notant *Barbos. de Episc. par.2. alleg.24. num.44 in fin. Alphons. Leon. in prax. quæst.4. prax.6. num.217. cum seqq. Card. de Luc. de Benef disc 58. nu.7. Ricc. in Prax. par.1. resol.348. num final. Rot. March. cor. Gratian. dec.155. num.9. & Rot. Rom penes Garz. de Benef. par.7. cap.1. n.88. & cor. Merl. dec.825. n.24.*

Ex quibus omnibus cùm rectè pateat non teneri Cappellanum celebrare, & inservire functionibus, & Officiis divinis per semetipsum, multoque minùs continuò residere in Terra Mazzani, meritò præinsertis dubiis negativa danda videtur resolutio.

In eadem Causa.

Die 16. Nov. 1708. propositis in hac causa tribus dubiis, resoluta fuere, ut infra videbimus in fine, reproponitur hodiè & clariùs enucleato facto, speramus, quoad 1. *standum esse in decisis*, quo verò ad 2 & 3. *esse à decisis recedendum.*

Ad quem effectum repetimus in facto verba nostri Testatoris demandantis eligendum esse Sacerdotem, *il quale debba celebrare tre messe la settimana, quale Sacerdote esso Testatore vuole, ordina, e comanda, che debba assistere in Mazzano, & a tutti i Divini Officj, e Fonzioni, che si faranno in qualsivoglia tempo nella Chiesa Parocchiale di S. Nicolò di Mazzano.*

Non revocatur in dubium, quòd onus dictarum trium missarum punctualissimè adimpletum fuerit per Galeottum, quando non fuit legitimè impeditus, & accedente justa causa, per Sacerdotem, substitutum ab eo. prout etiam innegabile est, quod, vel per se ipsum non legitimè impeditum, vel in casu impedimenti, per eundem substitutum, semper assistentiam præstiterit omnibus Ecclesiasticis functionibus, quæ factæ fuerunt, & fieri debent in Ecclesia ejusdem Terræ Mazzani, à qua tamen Terra, post assistentiam, præstitam dictis functionibus, solitus fuit reverti ad Civitatem Nepesinam ejus Patriam, distantem solùm per quatuor milliaria à d. Terra Mazzani; Idque duplici motivo; I. Scilicet, quia in eadem non reperiuntur necessaria ad humanum victum, dum *non ci è Medico, nè Speziale, non vi e Ostaria, Pizzicaria, nè Macello, se non di una Capra, o Pecora, la settimana, che basta per tutti.* II. Verò, quia non potest in eadem Terra habitare absque evidenti vitæ periculo, ut deponunt quamplures Medici in attestatione, & concordant primarii Cives Nepesini, subjungentes, quòd non attento præjudicio, eis resultante ob eorum absentiam à d. Terra, ubi plura possident bona, nunquam in illa pernoctarunt, quodque *non ci pernottaressimo per quanto vale la salute d'un'uomo*, & denique plures Aromatarii hoc ipsum pariter testantur.

Speramus proindè respectu 1. dub. persistendum esse in decisis, cùm enim Fundator nostræ Cappellaniæ non demandaverit expresè, Cappellanum celebrare debere missas per seipsum, minùsque prohibuerit, nè illas per alium celebrari faceret, res videtur plana, & omni prorsus disputatione indigna, quod illas celebrare possit per alium, & viva ratio illa est, quòd in his casibus Cappellanus dicitur contemplatus, tanquam minister ad obtinendum effectum celebrationis, seu Sacrificii, quod non pendet ex opere Operantis sed operato, nec dicitur electa industria, vel qualitas personæ, sed volitus solus, & unicus effectus dicti Sacrificii, qui eodem modo obtinetur, sivè Cappellanus celebret per seipsum, sivè per alium, ut videre est apud *Doctores*, quos sequuntur *Gratian. dec. March.155. à num.4.* ibique latè *Scopp. in addit.* & signanter *num.3. Pignatel. consult.2. num.15. tom.7. Antonell. de Jur. Cler. lib.1. cap.29. num.11. Rot. dec.175. num.3. cor. Priol. & dec.825. num.4. & seqq & num.16 & 17. cor. Merlin. & dec.13. num.11. cor. Bich. & dec.335. num.2. & per tot. par.19. rec.* & alibi quotidiè, cum sit propositio, quæ hodiè nullam involuit dubietatem, nullumque habet contradictorem.

Respectu 2. dub. *An teneatur personaliter inservire omnibus Divinis Officiis, & Functionibus, peragendis infra annum in Ecclesia Parochiali dicti Loci, vel potius valeat illis inservire per Presbyterum substitutum*, pro recessu ab affirmativa resolutione illius primæ partis, eædem urgere videantur rationes, & congruentiæ, quia scilicet ad dictum effectum non censetur electa industria personæ ad faciendum aliquid ingenii, naturæ, vel doctrinæ, minusque dicitur commissum factum aliquod variabile, & incertum, quæ concurrere debeat ad hoc, ut actus non possit per alium expleri, ut in terminis observant adducti per *Gratian. dec. March.155. num.15.* sed dicitur contemplatus effectus, seù assistentia præstanda dictis functionibus, absque eo quod verificetur coarctatio potiùs ad unum, quam ad alium Sacerdotem: Ex qua solida reflexione, & nimis naturali discursu, communiter inferunt DD. quod in his circumstantiis Cappellani satisfacere possunt dicto oneri per substitutum, ut omissis antiquioribus, quos sequuntur, videre est apud *Fagn. in cap. Ut Abbates à num 64. de Ætat. & qualit. Barbos de Potest. Episc par.1. alleg.24. sub num.29. Gratian. discept. for.133. num.1. & 8. & dec. March. 155. num.4.* ubi latè *Scopp. in addit. Rot. dec.825. à num.4 cor. Merlin. & dec.747. nu.7. cor. Cerr. & dec.84. nu.5. & dec.175. nu.3. cor. Priol. & dec.13. nu.11. & seqq. cor. Bich. & in par.19. rec dec.335. num.29* Et in terminis Cappellani, *qui intra annum se faciat promoveri, & personaliter resideat, quinque missas qualibet hebdommada ad dictum Altare celebrando &c. nisi legitimo impedimento fuerit occupatus*, resolvit S. C. C. in *Nullius 29. Maii 1649* quam refert *Pignatel. consult 2. nu 10. tom.7.* ubi quod post longam & accuratam Causæ discussionem, tandem eadem S. C. in hanc sententiam venit. Et in terminis *Cappellani, habentis onus interveniendi horis vespertinis, & in Processionibus Card. de Luc. de Benef. disc.57. num.7.* Et in terminis Cappellani, instituti sequentibus verbis: *Detur Cappellania uni Sacerdoti, qui maneat in d. Ecclesia, celebretque pro anima Fundatoris, & suorum Defunctorum missas in prædicto Altari* S. C. C. in *Nullius 12. April. 1602.* teste *Pignat consult.2. n.13. tom.7* Et in terminis Cappellani, cui Testator *reliquerat dotem, & alia, ut possit vivere, & singulis diebus officiare pro anima ipsius*, eundem Cappellanum obligando ad præstandam obedientiam Priori Loci, ubi sita erat Cappellania, *Gratian. de March.155. per tot.* observando omnia hæc commodè adimpleri posse per Substitutum, qui tanquam subrogatus assumit naturam ejus, in cujus locum fuit subrogatus, ibiquè latè *Scoppa in addit. n.12.* asserens

asserens id etiam procedere in casu, quo Cappellanus habeat onus celebrandi quotidiè, vel saltèm quinquiès in hebdommada, & in casu negligentiæ puniatur pœna duorum solidorum, referens ità decisum à S.C.C. Et in terminis, in quibus Testator demandaverat, ut edificaretur Domus pro Cappellano, in qua habitaret, & Divinis Officiis inserviret, & nisi habitaret, & inserviret, posset amoveri, & Cappellania alteri conferri, observando, quod dicta domus sedificatio demandata dicebatur, ad hoc, ut Cappellanus, vel commodiùs inserviret, vel faceret Ecclesiæ inservire S.C.C. in *Casalen. Cappellaniæ*, relata *à Fagn. in cap. Ut Abbates num.* 87. *de Ætat. & qualit. & à Garz. de Benef. par.* 7. *cap.* 1. *num.* 87. Et in terminis, in quibus Testator disposuit, *quod Cappellanus celebret quolibet die Dominico, Mercurii, & Sabbati, & omnibus diebus, quibus missæ canonicales, & communes celebrantur, & Horis Canonicis interesse debeat, nec non incedere processionalitèr in omnibus Processionibus*, S. C. C. in *Roman. Cappellaniarum* 18. *Martii* 1634. *& in Aretina* 8. *Aprilis* 1645. referente *Pignatel. consult.* 2. *n.* 12. *to.* 7. Et in terminis Cappellani *in cujus Bullis* (sunt verba Folii distributi die 14. Februarii 1699. *in una Asten.*) *ad ejus favorem ab Episcopo expeditis, legebantur infrascripta verba, quod nominatus ad Beneficium teneatur habere domicilium in Oppido Villanovæ, & celebrare personalitèr missas sex qualibet hebdommada in Cappella B. M. V. Gratiarum*, de quarum Bullarum efficacia benè *Rot. dec* 1240. *num.* 4. *coram Emer. jun.* eadem S.C.C. in *d. Asten.* ad 1. dub. ibi: *An Orator teneatur ad onus personalis residentiæ, & celebrationis per seipsum Negativè* ut in *Lib.* 49. *Decr. fol.* 152. Et demùm in terminis Cappellaniæ, erectæ in Ecclesia Cathedrali sequentibus verbis: *Item volo, & jubeo, quod quicumque per tempora in ipsa Cappellania fuerit Cappellanus teneatur, & debeat interesse Divinis Officiis singulis Horis canonicis, nisi esset absens justa de causa, vel nisi manifesta infirmitate corporis gravaretur, ac volo, & jubeo, quod qualibet die teneatur, & debeat dicere missam pro Defunctis*, quod ex tali obligatione interessendi Divinis Officiis, & singulis Horis canonicis in Ecclesia Cathedrali, non dicatur inducta necessitas personalitèr residendi, & adimplendi dictum onus per se ipsum, sed Cappellania dicatur residentialis causativè tantùm, articulo maturè discusso resolvit eadem S.C. C. in *Ferrarien* 26. *Martii* 1707. *ut in Lib.* 57. *Decr. fol.* 153.

39 40 41 42 43

Ejusdem opinionis perpetuò paritèr fuit S. Rot. ut videre est apud *Caval. dec.* 551. *n.* 4. *& seq.* ubi de obligatione, *ut Cappellanus præsentandus debeat continuò residere in Terra Viqueriæ, & teneatur singulis hebdomadis in Altari Cappellæ celebrare missas*, firmando, talem obligationem continuò residendi in d. Terra Viqueriæ importare quidem residentiam, sed causativam, non autem præcisam, itaùt Cappellanus poterat tale onus per substitutum adimplere. Et in terminis Cappellaniæ, erectæ cum onere, *ut Cappellanus teneatur interesse Horis canonicis, & Ecclesiæ in divinis Officiis inservire ad mandatum Præpositi, & Capituli, alioquin secundùm illorum discretionem puniatur*, *Rot. dec.* 489. *n* 2 *par.* 2. *rec.* confirmata *cor. Rembold. dec.* 259. *per tot* & signantèr à *n.* 7. & concordat *Car. de Luc de Benef. disc.* 58. *n.* 7. Et in terminis, in quibus Cappellanus, *ultrà obligationem personalitèr, residendi habeat quoq; annexum onus coadjuvandi Ecclesiæ inservientes*, *Rot. coram Priol. dec.* 84. *n.* 8. & 9. ubi respondendo eidem obligationi coadjuvandi inservientes ait. *Quia paritèr cùm injunctum expressè non fuerit, quod Præsentatus per seipsum inserviat, ex hoc non infertur ad personalem residentiam, itaùt per alium non possit huic oneri satisfieri &c. & simplex Beneficium, quamvis addictum sit servitio Rectoris, aliorumque Ecclesiæ inservientium, simplex nihilominùs esse non desinit*, confirmata in *dec.* 175. *cor. eod.* Et in terminis Capellani, obligati *ad canendam Primam, & Completam per unumquemque diem, & cum Litaniis celebrent missam omni tempore, exceptis festivis diebus cor. Bich. dec.* 13 *n.* 7. ubi, quòd tale onus ad summum importat residentiam causativam, nunquàm verò præcisam, itaùt per alium adimpleri non possit; Et in terminis Cappellani, habentis obligationem Inserviendi in Divinis alicui Ecclesiæ *in dec.* 335. *n* 17. *par.* 19. *rec.* ubi sequitur *Fagn. in c. Ut Abbates à n.* 66. *de Ætat. & qualit.* referentis plures resolutiones S. C. C. Hujusmodi autem individualissimæ resolutiones, & punctualissimæ authoritates vim legis obtinent per ea, quæ observant adducti in *Tom.* 1 *par.* 1. *discept.* 6. *n.* 64.

44 45 46 47 48 49

Absq; ulla prorsùs difficultate in nostris terminis, attenta duplici circumstantia, una ex parte Ecclesiæ, in qua fundata est Cappellania, alia verò ex parte Fundatoris.

50

Ex parte dictæ Ecclesiæ, quia non sumus in Cappellania, fundata in aliqua Cathedrali, vel Collegiata, seù in alia Ecclesia, quæ habeat formale aliquod Collegium, cum obligatione recitandi Horas canonicas in Choro, in quibus terminis forsàn adduci poterit aliqua authoritas, obligans Cappellanum ad residendum, quæ tamen in nulla consideratione haberi deberet in concursu dictæ novissimæ resolutionis S. C. C. *in d. Ferrarien.* per ea, quæ firmavit *Rot. in dec.* 495. *n.* 1. *coram Emer jun.* Sed sumus in terminis Ecclesiæ Parochialis, in qua nulla adest obligatio recitandi in choro Horas canonicas, minusque reperitur unio aliqua, Communitas, seù Collegium Sacerdotum, obligatorum ad conferentias, vel aliquod aliud spirituale exercitium, sed unica adest obligatio circà personalem residentiam, præstandam à solo Rectore, seù Parocho, in quibus terminis, & circumstantiis, eo minùs contemplata dicitur persona Cappellani, & eo magis tali oneri satisfieri potest per substitutum, ut, præter suprà allegatos, distinguendo observant *Lap. alleg* 36. *num.* 2. *& alleg.* 117. *eodem num. Gratian. discept.* 133. *num.* 1. *& Card. de Luc* scribens pro veritate *in disc.* 58. *de Benefic. num.* 3. *per tot*

51 52

Ex parte verò Fundatoris, quia in casu non assistentiæ nostri Cappellani divinis Officiis in Terra Mazzani, non fuit à Fundatore imposita pœna aliqua privationis tituli Cappellaniæ, quod operatur, ut ipsius assistentia, seù residentia in eodem Loco dicatur causativa, non autem præcisa, & nullatenùs excludat adimplementum per substitutum, ut in terminis firmavit *Rot. in dec.* 747. *n* 8. *& seqq cor. Cerr. & dec.* 2. 9 *nu.* 7. *cor Rembold. & dec.* 551 *n.* 6. *cor. Cavaler. & dec* 263. *num.* 5. *cor. Emer. jun. & dec.* 245. *n.* 11. *par.* 12. *rec.*

53

Posito ex his, quod de jure, nec obligatio celebrandi tres missas in hebdomada, nec onus assistendi in Terra Mazzani, & divinis Officiis, importent residentiam præcisam, excludentem adimplementum per Substitutum, cum tali Juris dispositione præsumitur se conformasse Testatorem, per ea, quæ notant in nostris terminis *Gonzal. ad Regul.* 8. *Cancell glos* 5. *n.* 81 *Card de Luc. de Benef. disc.* 58. *n.* 4. *in fin.* & firmavit *Rot. in dec.* 335 *n* 27. *par.* 19 *rec.*

54

Nec insistatur in illis verbis *quale Sacerdote esso Testatore vuole, ordina, e comanda, che debba assistere in Mazzano, & à tutti li divini Offitii, e fonzioni, che si faranno in qualsivoglia tempo nella Chiesa Parrocchiale*.

55

Aùt enim insistitur in obligatione assistendi divinis Officiis, aùt in alia assistendi in Terra Mazzani. Si in prima, hæc nunquàm apta est importare residentiam præcisam, sed solùm causativam, ut in longè durioribus terminis assistentiæ, & interessentiæ demandatæ divinis Officiis, & singulis Horis canonicis in ipsismet Ecclesiis Cathedralibus probavimus suprà à *n.* 35. Observando hic, quod dictæ punctuales authoritates, eo magis applicantur nostro casui dùm loquuntur in terminis obligationis interessendi divinis Officiis, quæ magis arctat ad residendum, atque de sui natura includit, & importat propriam præsentiam, ut benè distinguendo notat *Adden ad dec.* 570 *n* 129 *par.* 4. *to* 3 *rec.* ibi: *Aliud est residere, & aliud interesse, nàm residere dicitur is, qui habitat in loco, ubi adest Ecclesia, ubi beneficium habet; Interesse verò, dùm quis præsens est, quando Divina celebrantur, & ejus ministerium celebrationi exhibet*, & concordant adducti per *Gonzal. ad Regul* 8 *Cancel. glos.* 45. *n.* 50 *& Rot. dec.* 5. *n* 3. *de Præben apud Cæsar. de Graff. & in par.* 1 *div dec.* 330 *n* 1. Si igitur Cappellanus, strictè obligatus ad interessendum divinis Officiis, ex suprà animadversis, potest suam obligationem adimplere per Substitutum, multò magis id facere poterit Cappellanus obligatus solùm ad assistendum in Loco, ubi eadem divina Officia celebrari debent, ut ad sensum patet, & applicatur regula *Text in c. Non debet de Reg. Jur in* 6. cum concordantibus apud *Barbos. axiom.* 140 *n.* 5.

56 57 58

Si verò insistitur in obligatione assistendi in Terra Mazzani, præterea, quæ modò adduximus, constantèr dicimus, quod ex illa nunquàm inferri potest talis obligatio, quæ excludat adimplementum per Substitutum ut in longè durioribus terminis probavimus suprà *n.* 36 ubi de obligatione manendi in aliqua Ecclesia, & *n.* 39 ubi de obligatione ædificandi Domum, in qua habitare debebat Cappellanus, & *n.* 41. ubi de obligatione habendi domicilium in Oppido, ubi aderat Cappellania, & *n* 38 ubi de obligatione continuò residendi in illa Terra, in qua fundata fuerat Cappellania.

59

Et ex his promanat negativa resolutio; dub Si enim Galeottus ex suprà animadversis non tenetur missas per seipsum celebrare, minusque tenetur personalitèr inservire Divinis Officiis, & functionibus, per annum peragendis in d. Ecclesia Parochiali, quæ sunt circiter 30 cessat omne motivum, omnisque congruentia continuò residendi in eodem verè infelici Oppido, in quo non alio fine residere tenetur, quàm ad assistendum dd. functionibus; Quid enim prodest præ-

60

sentia

sentia in Loco, quando quis Divinis non adest, ut dicebat *Glos.* 61 *in c.unic. verb. Præsentes de Cleric. non resid. in 6.* quam repetendo eadem verba sequitur *Fagn.in c.Licet n.24. de Præben.* & faciunt firmata per *Rot in dec.141 n.8.par.17.rec.*

Ultra quod ad omne pejus non teneretur Galeottus residere in Terra Mazzani, nisi diebus illis, quibus obligatus est ad inserviendum divinis Officiis, & aliis functionibus per an- 62 num, quæ restrictæ sunt ad 30. circitèr; Ex dicta autem temporali residentia per paucos dies nullo modo dici potest obligatus ad habitandum continuò in eadem Terra, *Rot. dec.13. num.14.cor.Bich.*ibi: *Tandem non obstat, quod Mansionarii debeant assistere Episcopo in diebus Natalis D. N J. Christi, Paschatis, & Assumptionis B.V. Quia ad inducendam incompatibilitatem non sufficit residentia temporis per paucos dies.*

Nec credimus repetendam ass. consuetudinem antecessorum Cappellanorum residendi in Terra Mazzani, illa enim 63 non subsistit in facto, & non relevaret in Jure.

Non subsistit in facto, quia duo Cappellani nominati à Fundatrice non resederunt in eadem Terra ex motivo, quod 64 Cappellania præcisam requireret residentiam, sed quia in illa à multo tempore domicilium habebant, ut vidimus supra.

Minùs eadem prætensa consuetudo relevaret in jure, quia illa uti facultativa, & pendens à mera voluntate Cappellanorum, non est apta importare obligationem aliquam respe- 65 ctu Successorum, ut in terminis notant *Alphons.de Leon.in Prax.par.4.prax.6 n.217.& seqq. Ricc. in Prax.par. 1. resol. 348.in fine Rot.pænes Garz.de Benef.par.7 cap.1.num.88* ibi: *Tamen ad eam probandam non sufficit probare, Prædecessores resedisse, & per seipsos inservisse, cùm simus in materia facultativa, sed quod id fecerint coactè, & non voluntariè, & coram Merlin.dec.825 n.24.* Et in durioribus terminis quod talis præ- 66 tensa consuetudo nequè etiam obstet ipsimet Cappellano qui post adeptam Cappellaniam ceperit residere *Gratian. d. Marcb.155.n.8.& 9* ibi: *Non obstat, quod præsentatus ad beneficium cœperit residere, & sic natura, & status illius non possit modò mutari &c. Quia non per hoc Beneficiatus poterit cogi ad continuandam residentiam, quam priùs nulla necessitate cogente &c susceperat, & Card de Luc de Benef.dis.58.n. 6. & 7.*

Quæ omnia eo faciliùs admittenda videntur, quo ex una parte nullum patitur detrimentum divinus cultus, nullumque sentiunt præjudicium Incolæ Terræ Mazzani, ex eo quod Cappellanus suam adimpleat obligationem, vel per seipsum, vel per substitutum, ut restantur duo Sacerdotes, in illa mo- 67 ram facientes, & manifestum est cuilibet consideranti, quod ipse non tenetur ad audiendas Confessiones minusque obligatus est ad Sacramenta administranda, Pueros instruendos, nec ad quodcumque aliud, quamvis leve onus, minimumque servitium.

Ex alia verò parte idem Cappellanus non movetur à propria voluntate ad dicta onera non adimplenda per seipsum, 68 sed à dura necessitate exponendi propriam vitam evidenti periculo, juxta authentica documenta, exhibita in Secretaria, quæ solet esse justa causa excusandi à residentia etiam in illis casibus, in quibus nulla ratione, nulloque motivo controverti potest clara, & rotunda obligatio residendi, ea ratione, quia in his circumstantiis verificatur vera impotentia respe- 69 ctu ejusdem Beneficiati, *cùm verè, & propriè non posse dicatur, qui potest quidem, sed nonnisi cum periculo vitæ* sunt verba *Rot dec.779.n.6 cor Dunoz Jun.*ubi citat concordantes, & præter ibidem allegatos *Glos.in can.Communis Verb. Suorum dist.23.*ibi: *Nota quod propter intemperiem Loci aliquis excusatur, ut hic. Menoch.de Arbitr.lib.2.cent.5.n.27. Corrad. in Prax.Dispens.lib.8 c.10.n.18.vers. Quartum, & Pax Jord. var.resol.to.1.prælud.8.n.78.* ubi quod ferè inhumanum videtur in his terminis cum vitæ periculo obligare Beneficiatum 70 ad residendum, & *Rot dec.141.n.2.par. 17.rec.* Quæ omnia acriter contradicentibus Vaticanæ Basilicæ Beneficiatis admisit S C.C. *in Roman.16. Novemb. 1699. ut in Lib.49 Decr. fol.196* de qua *in to.1.par.2.discept.16.*

71 Die 16 Novembris 1708 per Card.S.Clementis propositis in S C E sequentibus dubiis resoluta fuerunt, ut infra.

Dub. I. An Cappellanus Cappellæ SS. Virginis Rosarii 72 *Terræ Mazzani teneatur missas celebrare per seipsum.* Negativè

II. An teneatur personaliter inservire omnibus divinis Of- 73 *ficiis, & functionibus, peragendis infrà annum in Ecclesia Parochiali dicti Loci, vel potiùs valeat illis inservire per Presbyterum substitutum.* Affirmativè quoad primam partem.

III. An teneatur continuò residere in eadem Terra. Affirma- 74 tivè ad formam testamenti.

75 Repropositá autem causa per eundem die 5. Septemb 1710. *In omnibus persistitum fuit in decisis.*

DISCEPTATIO IV.

Neapolitana Processionum

INTER

Curiam Archiepiscopalem Neapolis,

ET

Clerum Ecclesiæ S. Jacobi Nationis Hispanicæ ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Exempti quando teneantur accedere ad publicas Processiones, exemptione non obstante, & an contra accedere recusantes possint Ordinarii procedere mediantibus Censuris.

Ex antiqua consuetudine, semper practicata in Civitate Neapolis, occasione peragendi quolibet anno duas publicas, & generales processiones, illam nempè, duci solitam cum Reliquiis S.Januarii, & alteram SS.Corporis Chri- 1 sti, ad illas pacificè accesserunt omnes Clerici, tàm Sæculares, quàm Regulares, etiam quomodolibet exempti, & signantèr Clerus Ecclesiæ S.Jacobi nationis Hispanorum, habens Privilegia exemptionis.

Anno 1708. cùm Petrus Assanti Cappellanus major dictæ Ecclesiæ in ea publicè alapa percusserit Clericum Nicolaum Stramadiam, & propter hoc Archiepiscopus contrà eundem 2 Cappellanum majorem processerit ad declarationem Censurarum Juris, & simul excommunicatos declaraverit Clericos, eidem Ecclesiæ inservientes, venire recusantes ad examen super delicto, Cappellanus, major, & Clerici habito recursu ad hanc S.C. die 23. Febr. 1709. obtinuerunt declarari nullitatem Censurarum, non ex motivo, quod Archiepiscopus non haberet facultatem procedendi ad denunciationem dd. Censurarum in forma extrajudiciali, sed quia processerat judicialitèr, & in figura jurisdictionali, ut EE. PP. 3 probè notum est, qui propterea rescripserunt, ut Ordinarius *iterum procederet ad denunciationem Censurarum prout de Jure.*

Incredibile est, in quantam tumiditatem ex hac victoriæ sese elevaverit Clerus d. Ecclesiæ S.Jacobi, dum existimantes se nemini esse subjectos in eorum Ecclesia exempta, occasione Processionis S. Januarii, non obstante generali Edi- 4 cto Eminentiss. Archiepiscopi, publicè affixo, & impresso, in quo omnes Clerici, tàm exempti, quàm non exempti convocabantur, noluit ampliùs accedere ad processionem cum gravi scandalo universi Populi, semper in præteritum, videntis accessum, & interventum præfati Cleri in hac solemni processione, & propter hoc notabilitèr diminuta sine ullo respectu ad cultum Divinum, & venerationem S. Januarii Protectoris Civitatis.

Invicta tamen tolerantia Eminentiss. Archiep. dissimulavit gravem hunc, & manifestum spretum, probabilitèr credendo, quod Clerus resipisceret, & juxtà solitum accederet ad aliam futuram processionem SS.Corporis Christi, & cum 5 sera saltem obedientia corrigeret primam contumaciam, neque propterea destitit, quin Paterno zelo, & in magna mansuetudine præmitteret notæ probitatis Viros, ut extrajudicialitèr, & amicabilitèr suaderent Clero, ut huic secundæ processioni intervenire non omitteret, nè secundo scandalo causam daret.

Verùm mollia verba, & paternæ admonitiones nihil profuerunt, dum publicato altero Edicto convocatorio, etiam 6 Exemptorum, pro accessu ad hanc novam processionem sub pœna suspensionis Presbyterorum, ipso facto incurrenda, & respectivè Interdicti Ecclesiarum in casu contraventionis, adhuc Clerus S.Jacobi cum majori scandalo, quàm priùs obstinatè recusavit accedere ad hanc processionem.

Hinc Tribunal Eminentiss. Archiep. prævio examine testium super transgressione Edicti, & super solito Cleri de accedendo ad processionem citavit 15. Cappellanos ex 30. circi- 7 tèr, ex quibus componitur d. Clerus, & 9 Clericos ad dicendum causam, quare denunciari non deberent incursi in pœnam suspensionis, illisque in termino non comparentibus, neque excusationem allegantibus, fuit processum ad declaratoriam suspensionis à Divinis.

Habito recursu ad hanc S. C. ex parte Cleri, ut caperetur pro-

provisio eidem favorabilis quoad suspensionem, rejecta fuit instantia primò per Secretarium, mox per Eminentiss. Præfectum, & deindè per hanc S. C. cum rescripto *Proponatur Causa, & transmittatur processus, firma tamen remanente suspensione.*

Cùm autem hodiè transmisso processu, concordata fuerint duo dubia, in quorum primo quæritur an idem Clerus teneatur accedere ad dictam Processionem, illius affirmativa resolutio intrare videtur de plano, quia, licèt Clerus Eccl. S. Jacobi sese pretendat exemptum ab omni Jurisdictione Ordinarii, hæc tamen exemptio non suffragatur quoad accessum ad publicas processiones, quarum una est illa SS. Corporis Christi, ex literali Decret. S. C. T *sess. 25. c. 13. de Regular.* ubi datur Episcopis facultas compellendi quoscunque Clericos, etiam seculares, & quomodolibet exemptos, ut ad publicas Processiones accedant, ibi: *Exempti autem omnes, tam Clerici Sæculares, quàm Regulares quicumque, etiam Monaci ad publicas processiones vocati accedere compellantur*, & est cōmunis omnium Doctorum sententia, de qua *Barbos. ad Conc. d. c. 13. n. 18. Novar. in Sum. Bullar. par. 1. comm. 103. num. 3. Cochier. de Jurisd. in Exemp. p. 2. q. 75. n. 109. Cesped. de Exempt. Regular. dub. 240. n. 1. & seqq. Rot. cor. Emer. jun. dec. 740. nu. 1.*

Atque habemus in hac parte generale decretum particularis *Cong. 27. Julii* 1628. compositę ex S R. E Cardinalibus trium Cong nempè Rituum, Conc. & Episc. necnon ex omnibus Secretariis dd. Congregationum cum approbatione s. m. Urbani VIII. in quo derogatur omnibus privilegiis contrariis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, quod per extensum impressit *Pignatel. consil. 121. to. 1. impress. Roman.*

Et summa ratione, quia accessus iste ad publicas processiones non redolet servitutem, aut onus, sed potiùs honorificentiam, & prærogativam erga cultum Divinum, à quo nemo Ecclesiasticorum, qui in sortem Domini electus est, exemptus esse debet, imo redolet honorificentiam, & prærogativam ipsarum Ecclesiarum inferiorum, dum sub proprio Vexillo earum Clerici interveniunt, ita & taliter, quod illos intervenire volentes non posset Archiepiscopus rejicere, & non admittere, ut observat *Card. de Luc. de Jurisd. disc.* 100. *n. 7.* ibi: *Potiùs iste interventus redolet in ipsis Ecclesiis inferioribus honorificentiam, vel prærogativam, dum sub proprio Vexillo earum Clerici interveniunt, adeout ex hujusmodi consuetudine introductum videatur quoddam Jus reciprocum, vel correspectivum, ut volens non possit Archiepiscopus eos, volentes intervenire; non admittere, & per consequens, ut ex natura correlativorum non possint dictæ Ecclesiæ denegare eundem interventum, quem ab Archiepiscopo invito exigere posset & num. 17.* &ità sepiùs resolvit hæc S. C. juxta decreta antiqua, media, & moderna, quæ referuntur *per Nicol. in Floscul. in verb. Processio n. 4. & Lucubr Canonic. lib. 1. tit. 31. de Processione à n. 14. & Monacell. in Formul. par. 1. tit. 5. formul. 7. nu. 23.*

Quod indistinctè procedit etiamsi agatur de Clericis, aliisque Ecclesiasticis personis, nedum ab Ordinarii Jurisdictione exemptis, sed etiam de actualiter inservientibus ipsis Ecclesiis exemptis, ut ampliando principalem conclusionem observant adducti per *Ricc. collect. 882. in princ. Barbos. ad Concil. d. sess. 25. de Regular. cap 13. n. 20 & Gratian. dec. March. 232. num* 11. referens ità decisum ab hac S. C. Et in terminis Clericorum Sæcularium, inservientium illi Ecclesiæ, quæ in illius fundatione exempta fuit à Jurisdictione Ordinarii, *Barbos. Apost. dec. collect. 607. n. 2.* referens ita decisum ab hac S. C. *die 21. Martii 1602. & ad Conc. sess. 25. cap. 13. de Regular. n.* 38.

Neque ad versantur Privilegia exemptionis, per Summos Pontifices concessa Ecclesiæ & Clero S. Jacobi, signanter illud Greg. XIII. *die* 15. *Martii* 1583. ubi dicitur: *Illorumque Cappellanos, & Ministros ab Archiepiscopi Neapolitani pro tempore existen. & quorumcumque aliorum Ordinariorum, etiam tanquam dictę Sedis Delegatorum &c jurisdictione, correctione, visitatione, superioritate, & dominio, penitùs, & omninò, & perpetuò eximimus, & liberamus*, ac si privilegium hoc posterius Concilio videatur ejus dispositioni derogasse.

Etenim generalis exemptio ab omni Jurisdictione, & superioritate Ordinarii, non suffragantur ad eximendos Clericos Sęculares, & Regulares ab accessu ad publicas processiones, ea evidenti ratione, quia Conc. Trid. voluit omnes, & quoscumque exemptos teneri accedere ad has processiones, non obstante quacumque exemptione, ut tradunt omnes superiùs adducti, & magis in specie declaravit ipsum Concilium, quod postquam in *sess. 25. c. 13. de Regular.* ordinavit, omnes exemptos posse ab Episcopis compelli ad interveniendū processionibus publicis, deindè *in c. 22.* quod est ultimum decretum *ejusdem sess. 25. de Regul.* voluit, omnia, & singula superiùs disposita locum habere non obstantibus quibuscumque privilegiis, & præscriptionibus, etiam immemorabilibus, ibi: *Hæc omnia, & singula, in superioribus decretis contenta, observari S. Synodus præcipit &c. non obstantibus eorum omnium, & singulorum privilegiis, sub quibuscumque formulis verborum conceptis &c. etiam in fundatione obtentis, nec non Constitutionibus, & Regulis, etiam juris, atque etiam consuetudinibus, vel præscriptionibus, etiam immemorabilibus*, quæ repetuntur etiam in dicto decreto anni 1628. *de quo supra num. 11.* & advertunt *Gratian dec March. 232. num. 15. Novar in Sum. Bullar. tom. 1. comm* 103. *nu. 7. Januen. in prax. Cur. Archiep. cap. 59. sub num. 9. Ricc. in Prax par. 1. resol. 319. num. 11.*

Et proinde generalia privilegia exemptionum, quibus non obstantibus, tam Concilium, quàm d. Cong. particularis voluit, exemptos teneri accedere ad processiones, suffragari non valent ad derogandum ipsi Concilio, in specie loquenti contra omnes exemptos, solùmque suffragari potest privilegium aliquod posterius Concilio, ac d. decret. Cong. particularis, quod in specie eximat exemptos ab ipso accessu ad publicas processiones, ea ratione, quia omnia decreta Concilii subjacent authoritati Sedis Apostolicæ, sed hoc intelligitur, quando Papa contra illud directè disponit, & sic quando specialiter eximit ab ipso accessu ad processiones, per quam tantùm specialem exemptionem colligitur certa voluntas derogandi Concilio Tridentino, juxtà generaliter firmata *Fagn. in c. Conquerente n. 51 de Offic. Ordinar* & concordat *Pignatel. consult. to. 6. consult. 20. in fine, & D. Piton. discept. Eccles. 35 n. 19. vers. Sicut videmus.*

Et in specialibus terminis, quod ad effectum, ut Exempti non teneantur accedere ad processiones requiratur privilegium speciale, posterius Sac Conc. Trid quod nempè illos specialiter eximat ab obligatione accedendi ad Processiones publicas, probant omnes Doctores de hac materias loquentes, & signanter *Card. de Luc de Jurisdict. disc.* 100. *num.* 3. loquens de Archiepiscopo Neapolitano adversus Equites Ordinis Hierosolymitani, & *in annot. ad Concil. disc. 38. num. 3.* & concordant à *Spirit. Sanct in Direct. Regul tit. de Obligat. Religios. tract. 3. disp. 6. sess 11. §. 7. num. 15. 8. & seqq. Pignatel. consult. 30. num. 1. tom. 4. Novar. in Sum. Bull. par. 1. comment. 103. num. 18. & Ricc. in Prax part. 1. resol. 319. num. 4.* Imò, quod non expediat similia privilegia concedere, fuit resolutum à *dicta Congregatione particulari* apud *Pignatell. consult. 141. tom. 1.* quod fuit denegatum Cappuccinis, illud enixè petentibus.

Confirmatur hoc ab exemplis omnium earum Religionum, quę vigore privilegii non tenentur accedere ad processiones; Illarum enim privilegia non respiciunt exemptionem à Jurisdictione Ordinarii, sed exemptionem ad ipso accessu ad processiones, ut quoad Patres Jesuitas extat privilegium speciale super processionibus concessum à Greg. XIII quod refert *Barbos. ad Concil. d. sess. 25. cap. 13. de Regular. num. 35.* & concordat *Sanchez. cons. moral lib. 6. cap. 9. dub. . num.* 12. Et de privilegiis pariter specialibus super accessu ad processiones pro Clericis Regularibus Congr. S. Pauli decollati, necnon Matris Dei Scholarum Piarum, aliarumque Religionum, videre est apud *eundem Barbos. ubi proximè à num. 34. & in Sum. Apost. dec. collect. 607. à num 8. Novar. in Lucern. Regular. verb. Processio num 10. Spirit. Sanct. in Direct. Regul. tract. 3. disput. 6. section. 11. §. 7. num. 1561.*

Quam veritatem comprobavit observantia subsecuta, dum post afferta privilegia exemptionis à Jurisdictione, & signanter post ultimum Gregorii XIII Clerus Ecclesiæ S Jacobi semper intervenit processionibus S. Januarii, & SS. Corporis Christi; Noti autem Juris est, quod observantia est optima, ac fidelis interpres omnium privilegiorum, & Constit. Apostolic. dum eorum sensus talis in verbis præsumitur, qualem observantia, & praxis demonstravit, ex adductis *in tom. 1. par. 2. discept. 16. num. 101.* & proptereà si, non obstantibus privilegiis exemptivis à Jurisdictione Ordinarii, Clerus S. Jacobi ad publicas processiones accessit, signum evidens est, quod nullum habebat privilegium, quod illum specialiter eximeret ab hujusmodi accessu, ut in puncto consuetudinis accedendi ad has processiones publicas ad tollendam rationem dubitandi, advertit *Card de Luc. de Jurisd. d. disc. 100. n. 5. vers. Fortiùs, & num 6 &c.* & generalitèr *Rot. dec. 966. n. 17. cor. Dunoz. jun & dec. 24. n. 8 & 9. cor. Emerix jun. & dec. 300. n. 30. p. 12. & dec. 216. n. 6. par. 13. & dec. 253 num. 8. & 9. part. 16. rec.*

Reflectendo præsertim, quod agitur de consuetudine plusquam centenaria, quæ ad omnes effectus æquiparatur immemorabili, ex adductis per *Rot. in Roman. Augumenti dotis 4. Maii 1695. per tot. cor. Card. Priol.* cujus proindè vigore allegare possumus quemcumque meliorem, magisque proficuum titulum de Mundo juxta notam indolem, & efficaciam dictæ consuetudinis, per ea, quæ notant adducti *in 10. 1. par. 1, discept. 10. num. 3.* (25)

Non obstante quadam protestatione, quam aliquibus annis Clerici Ecclesiæ S. Jacobi emittere consueverunt in actu accessus ad processiones; Cùm enim illi accedant virtute Edicti convocatorii, ab Eminentiss. Archiep publicari soliti sub pœna censurarum, juncta necessitate accedendi ex dispositione Juris, seù Sac. Conc. utique nihil juvare potuit protestatio, quæ nunquam impedit actum necessarium, & coactum à lege, vel ab homine, *Amaya in l. 1. n. 43. C. Qui spontè publica munera subeunt*, ibi; *Secus autem erit in actibus coactis ubi cogeris, vel à lege, vel ab homine, tunc enim nihil prodest protestatio*, & est communis opinio, de qua *Gratian. discept. 33. n. 13. & discept. 455. n. 28. Surd. dec. 62. num. 35. Caldas de Empt. c. 19. n. 48. Rot. dec. 475. n. 20. par. 13. & dec. 172. n. 2. par. 11. rec.* (26)

Ultrà quod, cùm non agatur de duobus, vel tribus actibus interventus in processionibus, sed de pluribus, & reiteratis spatio centenariæ, nihil juvat protestatio, præseferens actum spontaneum, & facultativum, cùm toties reiterata gratia, & spontaneitas ex continuata serie actuum spatio tanti temporis, nunquam intermissorum, exclusa remaneat *Rip. in cap. Cùm Ecclesia Sutrina n. 55. de Caus. possess. & propriet. Add. ad Greg. dec. 162. sub n. 15. Rot. cor. Seraph. dec. 323. n. 4 & in rec. dec. 300. n. 7. par. 4.* cum aliis apud *Rocc. disput. Jur. to. 3. c. 167. num. 48.* (27)

Et exindè applicatur notissima regula, quod in hujusmodi casu protestatio, tanquam contraria facto, non attenditur, nec juvat protestantem ad *Text. in l. Cùm in plures §. Locator ff. Locati*, & firmata per *Rot. dec. 671. n. 7. par. 18* ea ratione, quia voluntas, & observantia magis facto, quam verbis declaratur *Rot. dec. 386. n. 7. cor. Dunoz. jun. & dec. 313. n. 3. & dec. 629. n. 18 cor. Merlin. & in Olomucen. Jurisd. 19. Jan. 1693. § Possunt cor. Muto.* (28)

Accedendo hinc ad discussionem alterius dubii, concernentis suspensionem Cappellanorum Ecclesiæ S. Jacobi, ejus affirmativa resolutio pariter capienda venit; Dum enim Eminentiss. Ordinarius habebat facultatem cōpellendi exemptos ad interveniendum processioni, clara est consequentia, quod potuerit eos compellere, etiam per censuras, quæ sunt arma canonica, quibus utuntur Præsules Ecclesiastici, & sine quibus eorum Jurisdictio effectum habere non posset, juxta *Text.* expressum *in c. Præterea 5 de Offic. Delegat.* & in specie firmavit *Rot. in Dertusen. Jurisdictionis 26. Aprilis 1694. §. Hinc cor. Eminentiss. Caprara. & in Hispalen. Visitationis 30. Aprilis 1700. §. Cæterum cor. Molin.* (29)

Quidquid enim dixerint nonnulli Authores Regulares, qui causam propriam defendentes, censuerunt, contra Exemptos procedendum esse aliis pœnis, quàm censuris, verior tamen, & magis communis opinio est, quòd cùm Sac. Conc. Trid. *in sess. 25. c. 13. de Regular.* non præscribat modum compellendi Exemptos ad accedendum generalibus Processionibus, hinc propterea illum reliquerit in arbitrio Ordinariorum, qui possint eos compellere, etiam per censuras, prout est indubitata opinio, sæpiùs approbata, & sequuta ab hac S. C. testibus *Barbos. de Potest. Episcop. alleg. 78. sub n. 25. Genuen. in Prax. Cur. Archiepisc. c. 59. n. 9. vers. Nihilominus*, ubi testatur de praxi Curiæ Archiep Neapolit. *Ricc. in Prax. p. 1. resolut. 319. n. 6. vers. Unde* loquens præcisè de Archiepiscopo Neapolitano. *Antonell. de Jurib. Cleric. lib. 2. par. 6 c. 5. n. 9. Franc. de Eccl. Cathed. c. 25 n. 348 Ugolin. de Potest. Episc. c. 20. q. 10. n. 1. Monacell. in Formul. to. 1. tit. 6. formul. 20. nu. 26. & Raynald. Obser. crim. to. 3. c. 32. supplet. 4. à num. 31.* (30) (31) (32)

Cujus communissimæ opinionis optimam assignat rationem *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 100. n. 12 & 13.* ubi postquam reprobavit Morales, utpotè causam propriam agentes, benè advertit, quod deficiente claro privilegio exemptivo in specie ab accessu ad processiones, quod hìc deficit, exempti habentur, ac si essent non exempti, & in hac parte exequati aliis Subditis potiùs per remotionem obstaculi, & per quamdam restitutionem antiquæ, & nativæ Jurisdictionis Ordinarii, seù reversionis ad primævum statum subjectionis, & concordant adducti per *Monacell. in Formul. to. 3. tit. 3. form. 6. nu. 13. & 14.* ubi, quòd Authoribus Regularibus in hac materia non est præstanda fides, qui defendunt causam propriam, & citat multos concordantes. (33)

In eadem Causa.

PRo affirmativa resolutione 1. dub. Eminentiss. Archiep. habet intentionem fundatam in clara dispositione Sacr. Conc. Trid. *sess. 25. cap. 13 de Regul.* & in Generali decreto Cong. particularis, *de quo supra n. 10.* juxtà quod potest compellere exemptos omnes, tàm sæculares, quàm Regulares, ut ad publicas processiones accedant, ità & taliter, quod Presbyteri, & Ecclesiæ S. Jacobi, non possint evitare accessum ad has processiones vigore exemptionis, sibi concessæ per Summos Pontifices, dùm Concilium, & dictum decretum Cong. particularis nullam exemptionem quoad hoc suffragari volunt, ut prætèr adductos *supra num. 9.* notant *Fagn. in cap. Nimis prava de Excess. Prælatur. Barbos. de Potest. Episc. alleg. 78. num. 8. & Lezzan. Quæst. regular. part. 1. cap. 9. num. 47.* (34)

Stante hac regula, frustra prætenditur, quod privilegia exemptionis, concessa Clericis Ecclesiæ prædictæ, sint effrænata, & ampla, & post Concilium Tridentinum elargita, signantèr illud Gregorii XIII. & Sixti V. ideòque generalitas verborum possit comprehendere etiam accessum ad processiones. Ultra quod enim semper urgeret dictum posterius decretum anni 1628. approbatum à f. m. Urbani VIII. Dicimus, fallaciam objecti esse evidentem, reflectendo, quod allegata privilegia nihil aliud important, quàm effrænatam, & generalem exemptionem ab omni, & quacumque Jurisdictione Ordinarii, nec propterea ista generalis exemptio potest allegari ad effectum evitandi censuram Sacri Concilii, quod in specie loquitur contrà omnes exemptos ibi: *Exempti omnes*, itaut privilegia, in contrarium adducta, qualificare quidem possint dd Clericos pro exemptis, non tamen, quod ista exemptio deroget Concilio, cùm quo est compatibilis, eo ipso, quod Concilium loquitur de exemptis, ad effectum enim, ut privilegium posteriùs deroget Constitutioni præcedenti, debet esse nedum contrarium, sed prorsus incompatibile cum illa, ut tradunt *Fagn. in cap. Conquerente sub n. 51. de Offic. ordin. Pignatel. consult. 46. sub n. 25. to. 3. & consult. 20. in fine to. 6. & D. Piton discept. Eccles. 35. sub n. 19.* (35) (36)

Non attentis Doctoribus, adductis ad probandum, quod possit dari exemptio ab hoc accessu ad processiones vigore privilegiorum, Sac. Concil. posteriorum; Isti enim loquuntur in casu, quo post Concilium superveniant privilegia non quidem generalia super exemptione ab ipsa Jurisdictione Ordinarii, sed specialia super accessu ad processiones, sine quo speciali privilegio nemo hactenùs somniavit asserere, quod possit dari exemptio ab accessu ad processiones publicas, ea ratione, quia licèt non requiratur specialis derogatio Conc. Trid. semper tamen requiritur, ut privilegium faciat mentionem in specie de illa materia, super qua Concilium disposuit, ut in puncto, quod requiratur privilegium speciale quoad processiones, aliàs contra Concilium non attenditur, probat *Cesped. de Exempt. Regular. dub. 174. num. 1. in fine, & Ricc. in Prax. par. 1 resol. 319. num. 4.* cum aliis, citatis *supra n. 20.* & ulteriùs concordant *Fagn in cap. Nimis prava à nu. 8. de Excess. Prælat. Pignatel. to. 3 consult. 46. num. 4.* ubi refert ità decisum à S. C. R. in una *Tarentina 3. Maii 1624 num. 31. in fine, & Tambur. de Jure Abbat. to. 1. disp. 24. quæst. 8. num. 7. & Barbos. de Potest. Episc. alleg 78. n. 22.* (37) (38)

Hinc poterant Oppositores parcere labori glossandi contraria privilegia, & demonstrandi eorum amplitudinem, qua mediante datur exemptio à Jurisdictione Ordinarii in omnibus, & quibuscumque delictis, materiis, excessibus, vel inobedientiis; Repetimus enim, quod privilegium generale non suffragatur, nisi in specie faciat mentionem accessus ad processiones, cùm Jus istud determinatum ex Concilio, nunquam censeatur sublatum, nisi fuerit specialitèr expressum, *Panorm. in d. c. Nimis prava de Excess. Prælat. n. 5.* ubi istam adducit rationem, quia talis accessus respicit cultum Divinum in rogando Deum, illique obsequium exibendo, cui subjecti sunt omnes, sivè exempti, sive non exempti, ibi: *Non puto tamen, quod propter exemptionem, postmodum eis concessum, relevetur ab illo onere veniendi ad processionem &c. nam. &c. rogare Deum pro salute Populi omnibus Clericis imminere debet, tàm exemptis, quàm non exemptis Marian. Soccin. ibidem nu. 12. vers. Et quanquam, & Fagn. à n. 7.* (39) (40)

Neque adversatur *Cyrill. Quæst. jure capit. 76.* quia loquitur de Monacis Cartusianis, qui sunt specialitèr excepti per ipsum Conc. Trid. *dict. cap. 13. sess. 25. de Regularib.* tanquam viventes in strictiori clausura, ibi: *Exceptis his, qui in strictiori clausura, vivunt*, & hoc (41)

& hoc est mosivum, quod principaliter allegat relatus *Author num.* 1. & dedit causam resolutioni S.C.R. ita decidendi; Ultra quod in illo casu agebatur de processione particulari, non autem publica, & generali.

Cæteri verò Doctores dicunt, quod Concilium non comprehendit illos Clericos, qui sunt Nullius Diœcesis, scilicèt *Barbos.de Potest.Epis.alleg.*78.*n.* 10. *Leo in Thes.fori Eccl.par.*1.*cap* 8.*num.*18.*& Cyrill.ubi supra nu.*5. Quod non applicatur ad nostrum casum, quia Ecclesia S. Jacobi non est Nullius Diœcesis, sed simpliciter exempta, ut enim locus dicatur Nullius Diœcesis oportet habere privilegium cum dismembratione Diœcesis, itaùt neque sit de Diœcesi, neque in Diœcesi, ut explicat *Lotter. de Re benef. lib.* 1.*quæst.* 24.*à nu.* 128. ubi, quòd non sufficit, locum esse exemptum à subjectione, sed requiritur, quod sit exemptus ab ipsa etiam situatione, *Rot.dec.*342.*n.*4.*par.*1.*rec.D.Piton discept. Eccles.* 35.*n.*18.*& Rot.in Nullius, seù Fulden.Jurisd.*1.*Junii* 1708. *§. Et de reliquo cor. Ansald.*

Et tamen in præsenti non adest nisi simplex exemptio passiva, sine ulla Jurisdictione in Clerum, & Populum, imò in privilegiis, nempè illo ultimo Sixti V. reservatur Ordinario facultas approbandi Confessarios, itaut omnia, exadverso deducta nullatenus subsistant in facto circa existentiam Territorii separati, eoque minus circa qualitatem *Nullius Diœcesis*.

Indè fit, quod accessus ad processiones sit inevitabilis, neque faciat ad rem videre, an iste accessus procederet ex Jure reverentiali erga Episcopum, cum talis ratio, si vera foret, retorquetur, eo quia nemo exemptus solvitur à Jure reverentiali, quod requirit mentionem specialem *Cesped. de Exempt.Regul.dub.*220.*num.*2.*Pignatel consultat.*48.*num.*51. *tom.*3. semperque verum est quod accessus ad processiones non profluit à Jure reverentiali erga Episcopum, sed erga Deum, & cultum divinum, cui omnes sunt obnoxii, sive exempti, sive non exempti ex supra allegatis.

Minus obstat, quod Clerici S. Jacobi nunquam accesserint ad hanc processionem, ut deduci prætenditur ex nonnullis attestationibus. Ultra quod enim hujusmodi attestationes sunt ponendæ ad partes, tanquam extrajudiciales, & lite pendente extortæ, ex adductis in *tom* 1.*part.* 2. *discept.* 28. *num.* 6. urget responsio, quod sunt erroneæ, & insubsistentes, prout clarè convincitur ex quatuor facti circumstantiis.

I. Est, quod deponunt, istos Clericos quotannis emisisse protestationem, quod mediante accessu ad processiones nolebant sibi præjudicare in eorum privilegiis exemptivis, quæ protestatio fuisset superflua, si Clerici non intervenissent processionibus, & ideò ulla sine difficultate probat interventum, & accessum, cùm fieri soleat ad impediendum præjudicium, quod nascitur ex facto, quod proindè supponit, & probat, aliàs sine tali facto, non erat opus protestari, sed sufficiebat non intervenire ad tollendum præjudicium, ut de se patet, & faciunt firmata per *Rot.dec.*55.*n.*4.*p.*6. *& dec.* 392.*n.*18.*par.*12.*rec.& cor.Cerr.dec.*163.*n.*50. *& cor. Ottobon. dec.*226. *num.* 22.

II. Quia testes dicunt, quod Clerici accedentes ad Metropolitanam pro facienda dicta protestatione incedebant induti superpelliceis ibi: *Levandosi le Cotte, con le quali andavano vestiti.* Si enim Clerici ibant animo tantùm protestandi, ad quid venire induti cotta, aut superpelliceis; Dum ergo talitèr induti veniebant, signum evidens est, quod ita veniebant ad effectum associandi processiones, & non protestandi dumtaxat.

III. Quia convincuntur affectati, potiùs judicando, quam deponendo factum, dicendo ibi: *che detto Clero non interveniva à detto accompagnamento, perchè non era soggetto alla Corte Arcivescovale, ma a quella di Monsig. Nunzio.* Testes enim, qui judicant, tanquam suspecti, non attenduntur, maximè quando ratio ab eis adducta continet errorem, dum ex supra animadversis etiam exempti à Jurisdictionem Episcopi tenentur accedere ad Processiones, ut inquit *Rot. dec.*39. *n.*3.*par.*3.*& dec.*671.*à n.*26.*par.*18. *rec.*

IV. Consistit in ipso tenore protestationis, ubi dicitur, quod *si debitus locus non assignatus dicto Clero conveniens, protestatur dicti Conparentes, quod nullum detrimentum, & præjudicium patiantur;* Si enim protestantes contendebant sibi dari locum convenientem, cum protestatione sibi non præjudicandi in casu contrario, credat qui credere potest, Clericos istos non intervenisse processionibus, quando qui contendit de loco processionis signum est, quod ibi incedit, ut dicit *Rot. in Hispalen. Jur. seden. in Synod.* 21.*Junii* 1697. *§. In hypothesi cor. Muto.*

Ex quibus nullatenus veniunt attendendi contrarii testes, eo quia ipsis resistit evidentia facti, & versa vice standum venit nostris testibus, habentibus pro se fomentum veritatis, protestatio autem prædicta nullatenus infringit observantiam accedendi ad processiones, quia cùm accessus factus fuerit prævio coactivo Edicto Eminentiss. Archiep. & prævia obligatione Sac.Conc.Trid.protestatio nihil juvat, maximè quia vestita legitur causa illa *per devozione;* Nimis sanè specialis devotio, quæ nunquam fuit omissa per sæculum, & ultra, quando regula Juris est, quod totiès reiterata gratia nunquam præsumitur, & in specie, quod protestatio non relevet, nisi quando constat per antecedens de privilegio speciali non accedendi, aliàs actus censeantur facti ex obligatione, probant, *Sanch cons.moral.lib.*6.*cap.*9.*dub.*2.*num* 12. *Enriquez lib.*7 *de Indulg.cap.*26.*num.*4.*& Pignatel.consult.*46 *num* 31. *tom.* 3.

Prout non relevat, quod Clerici accesserint ad processiones in parvo numero; Numerus enim major, vel minor non facit ad rem, quia semper verum est, quod Clerici accesserunt cum Insigniis Ecclesiæ, & sic utì repræsentantes Clerum Ecclesiæ S.Jacobi, & tamen non subsistit in facto accessus iste in parvo numero, quia contrarium deponunt multi testes, idemque desumitur ex Liberculo Processionum, ubi inter solitos intervenire describitur *S. Giacomo de Spagnuoli.* Ergo Clerici intervenerunt in tanto numero, quantum repræsentabat Ecclesiam *di S.Giacomo de Spagnuoli.*

Denique non obstat, quod in privilegiis exemptionis Hospitalis S.Jacobi communicata reperiantur Indulta, Indulgentiæ, & Gratiæ, quæ concessa fuerunt Archihospitali SS. Salvatoris, & S.Spiritus in Saxia de Urbe, necnon S. Jacobi in Compostella; Quoniam talis communicatio Indultorum, & Indulgentiarum, præter quam esset generalis, quæ non sufficeret, in casu de quo agitur, ubi requiritur speciale privilegium ex supra adductis, restricta legitur ad Officiales, ac Infirmos, seù miserabiles personas Hospitalis, ejusque Confratres, & Benefactores, non autem loquitur de Presbyteris, seù Clero Ecclesiæ, qui est diversus ab inservientibus Hospitalis, ut ex verbis Bullæ Clem. VII. *Quod construendum Hospitale, ac illius Confraternitas hujusmodi, ac ejus utriusque sexus Confratres, necnon Officiales, infirmi, pauperes, & miserabiles personæ, in eodem construendo Hospital: pro tempore existentes, ac inibi decedentes, ac illius, necnon dictæ Confraternitatis Benefactores, omnibus, & singulis Indulgentiis &c. ad instar aliorum Hospitalium &c. concessis uti, potiri, & gaudere.*

Et sic communicatio Indulgentiarum, & Indultorum, facta inservientibus Hospitalis, ejusque Confratribus, & Benefactoribus, non benè trahitur ad Presbyteros, & Clerum Ecclesiæ, Cùm aliud sit Ecclesia, aliud Hospitale, aliud sint Ministri Hospitalis, ejusque personæ, aliud verò Clerici, officiantes Ecclesiam, qui pro servitio tantùm Ecclesiæ stipendium recipiunt, vivendo etiam respectivè sparsim in Civitate Neapolitana in propriis domibus, ut in specie quod hujusmodi exemptio non extendatur docet *Text.in c.Cum Cappella, & c.Cum ex ore de Privileg.& in c.Per exemptionem eodem titulo in* 6.cum aliis apud *Rot. in Firmana Jurisd.* 10. *Maii* 1700.*§.Concors cor.Molin.& in Nullius, seù Fulden Jurisd.* 1. *Jun.*1708.*§.Submoto cor.Ansald.*

Ulteriùs cùm prædicta communicatio Indultorum facta fuerit in solo privilegio Clem. VII. quod fuit concessum in limine fundationis, & longè anteà, quàm superveniret dispositio Sac. Conc. Trid. utique nihil relevat, tanquam abrogata per posterius decretum ipsius Concilii, quod derogavit omnibus privilegiis in contrarium, ut notat *Fagn in c. Nimis parva n* 10.*de Excess Prælat* ibi: *Exempti omnes &c. ad publicas Processiones vocati, accedere compelluntur &c. non obstantibus privilegiis ante Concilium, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, non accedendi, utpote sublatis decreto c.*22.*ejusdem sessionis*, & resolvit hæc S.C apud *Pignatel. consult.* 46. *n.* 12. *to.* 3. *& Matthæuc. in Official. Curiæ Eccles. cap.* 40. *num.* 6.

Insuper non constat, quod Ecclesia, & Hospitale S.Jacobi Hispanorum, necnon S.Spiritus in Saxia de Urbe, & SS. Salvatoris habeant privilegium speciale super non accessu ad processiones, neque hoc probatur ex contrariis attestationibus super solito non accedendi ad processiones; Hoc enim verificatur in simplici consuetudine, ut inquit *Pignatel consult.* 45.*n* 37.*to.*3. *Lezz in Summ.verb. Processio n.* 30. *Bordon. resolut.*100.*n.*134 *Cesped.de Exempt.Regul.dub* 210.*n.*1. quæ consuetudo non extenditur de persona ad personam, neque de loco ad locum, neque idcircò cadit sub privilegio communicativo, ut notat in specie *Pignat.d.consult.*45.*n.*3.*to.*3.

Aliæ attestationes neque etiam faciunt ad rem, quidquid enim sit, an PP. Reformatis S. Petri de Alcantara Neapolis accedant, necnè ad processiones, eorum non accessus potest referri, vel ad consuetudinem, vel ad privilegium speciale;

61 Quoad Ecclesiam S. Mariæ de Incoronata, ejus Patres sunt Religiosi Cartusiani, exempti per Concilium, tanquam in strictiori clausura viventes, *Cirill.q Jur.c* 76 Quo verò ad Ecclesiam S. Joannis ad Mare, spectantem ad Religionem Hierosolymitanam, contraria attestatio convincitur irrelevans, propter resolutiones hujus S.C. dicentes, ibi: *Processionibus publicis interesse cogi possunt Sacerdotes, inservientes Ecclesiis Hierosolymitanis*, quas referunt & sequuntur *Gavan. in Manual. in verbo Processio num.* 14. *Barbos. de Potest Episc. alleg.*78. *num* 11. *& in Summ. Apost. dec.collect.*607. *num.* 3. & quod isti Inservientes accesserint ad processiones publicas, justificatur ex Liberculo Ecclesiæ Metropolitanæ, ubi describitur Ecclesia Religionis Hierosolymitanæ S. Joannis ad Mare.

Ex quibus in necessariam consequentiam venit resolutio affirmativa 2. dub. Admissa enim in Eminentiss. Ordinario

62 facultate compellendi Clericos ad processiones, contra illos contumaces, & inobedientes potuit procedi per censuras, ex probati supra *n.29.*

Nec dicatur, quod Ordinarius procedere non potuerit per censuras contra dd. Clericos, habentes privilegium exemptionis, cum illa etiam expressione, quod non possent excommunicari; Objectum enim non subsistit in facto, dum hæc

63 exemptio à censuris concessa fuit in privilegio Clementis VII. quoad solos intervenientes Hospitali, non verò quoad Clerum Ecclesiæ, omninò diversum neque addictum servitio Hospitalis, ut vidimus supra *à n.*55. Minusque relevat in Jure, quia quod Regulares, habentes privilegium, nè possint excommunicari, nequeant cogi per censuras ad interveniendum processionibus publicis, est opinio solum firmata per Authores Regulares, quibus tanquam interessatis credendum

64 non esse advertit *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 100. *n.* 12. *&* 13. Eademque opinio fuit semper reprobata ab hac S. C. ut ex infinitis resolutionibus, adductis à *Pignatel. consul.* 45. *à n.*11. *to.*3. quem solum allegare sufficit, signanter *ex n.* 24. ubi respondet omnibus Doctoribus, & argumentis in contrarium, & reprobato *Lezz.* in contrarium allegato, tradit *Frasso di Reggi patron. Indiar. par.*2. *cap.*62. *num.* 42. *& seqq.* ubi dicit, contrariam opinionem esse contra expressas de-

65 clarationes hujus S. C. quas adducit etiam *Barbos. de Potest. Episc. allegat.* 78. *sub num.* 25. cum aliis allegatis supra.

Nullius momenti est, quod licèt accusati fuerint per Fiscalem tanquam contumaces omnes Clerici Ecclesiæ S. Jacobi, seù universus ejus Clerus, quem Vicarius Generalis

66 citari mandavit, attamen citati non fuerint, & respectivè moniti nisi 15. Cappellani, & 9. Clerici, qui nec etiam repræsentabant totum Clerum; Quia cùm agatur de suspensione à divinis, quæ percutit personas in specie, non autem corpus fictum, ut est Capitulum, vel Clerus, satis est fuisse citatos personalitèr omnes prædictos 15. Cappellanos, cum clausula tamen. *Salva provisione facienda quoad reliquos.*

Et sic non requirebatur citatio universi Clerici In forma Capituli, seù Collegii, cùm hoc tantùm requiratur, quando agitur de interdicto Ecclesiæ, cui regularitèr supponitur Capitulum, juxtà *Text. in c. Romana de Sent. excomm. in* 6.

Sic etiam non subsistit, quod sententia suspensionis lata fuerit extrà terminum citationis; Hoc enim est manifestum æquivocum, dum tres fuerunt executæ citationes sub tribus respectivè diebus contra hos, & illos Cappellanos, una scilicèt sub die 12. Junii, etiam antequaquam ad hanc S. C. habitus fuisset recursus, altera sub die 14. & altera sub die 15. Cùm autem contumaciæ primæ citationis non potuerint in-

67 cusari sub die immediatè sequenti, tanquam non juridica ob festum S. Antonii, juxtà stylum illius Tribunalis, quem in hac materia servandum esse testatur *Ridolph. in Prax. par.* 1. *c.*9 *n.*150 neque contumaciæ tertiæ citationis potuerint accusari sub die 16. ob festum Dominicæ, propterea contumaciæ primæ citationis accusatæ fuerunt sub die 14. secundæ verò sub die 15. & tertiæ sub die 17. sub hisque diebus respectivæ latæ fuerunt sententiæ, cum successiva relaxatione

68 Cedulonum, ut constat ex Processu, & sic patet, omnes sententias latas fuisse sub suis juridicis diebus, in quibus contumaciæ accusari potuerunt, quamvis in ultimo Cedulone positus fuerit catalogus, seù coacervata fuerint nomina omnium suspensorum.

69 Die 3. Augusti 1709 propositis in S.C.C. infrascriptis duobus dubiis.

I. *An Clerus Ecclesiæ Sancti Jacobi Nationis Hispanorum Neapolis teneatur accedere ad Processionem SS. Corporis Christi in casu &c.*

II. *An suspensio, lata à Curia Archiepiscopali Neapolitana contra Cappellanos, & Clericos dictæ Ecclesiæ sustineantur.*

Eadem Sac. Cong. ad utrumque dubium respondit *Affirmativè.* 70

DISCEPTATIO V.

S. Severinæ Festivitatis S. Crucis

PRO

PP. Reformatis Terræ Cutri

CUM

Confraternitate SS. Annunciatæ

ARGUMENTUM.

Festivitas S. Crucis à quibus Ecclesiis, & cum quali pompa, & solemnitate sit celebranda, quando in aliquo Oppido reperiuntur plures Ecclesiæ, vel Cappellæ sub eadem denominatione.

In Ecclesia PP Reformatorum S. Francisci Terræ Cutri, Diœcesis S. Severinæ, dicata SS. Salvatori, ubi collocata reperitur devota, & miraculosa Imago SS. Crucifixi, ab antiquissimo tempore fuit solemnitèr celebrata singulis annis, pri- 1 vativè quoad omnes alias Ecclesias prædictæ Terræ, festivitas Inventionis S. Crucis sub die 3. Maii cum maxima veneratione, & ingentis Populi etiam Locorum adjacentium frequentia, ut deponunt 28. testes, & testatur Reverendiss. Archiepiscopus in Relatione, exhibita in Secretaria.

Non obstante hujusmodi antiquissima, & pacifica possessione, Confraternitas SS. Annunciatæ in eadem Terra existen. sub motivo, quod ultimo loco ei elargitum fuerat Reliquiarium cum salutari Ligno SS. Crucis, tentavit & ipsa anno 1711 dicta die 3. Maii eandem festivitatem solemnissimè celebrare, ut refert Archiepiscopus ibi: *Inviando Carrelli d'* 2 *invito per la Provincia, ed a tirar Popolo, disponendo ancora avanti la Porta della Chiesa una Fiera, o sia Mercato.* Quocirca habita per dictos PP. notitia hujusmodi innovationis, recursum habuerunt ad d. Ordinarium, qui ex causis inferiùs 3 adducendis curavit, quòd præfata Confraternitas celebrationem festivitatis transferret ad diem 14. Septembris, in qua solemnizatur SS. Crucis Exaltatio.

Verùm non acquiescente Confraternitate eidem temperamento, delataque Causa huic S.C. de more scriptum fuit eidem Archiepiscopo pro Informatione, & Voto, qua superventa, videns eadem Confraternitas, quod sola non poterat 4 intentum de facili reportare, excitavit Cappellanum parvæ, & angustæ Ecclesiæ sub titulo S. Mariæ Pietatis d. Terræ Cutri, ut etiam ipse prætenderet impedire PP. hujusmodi festivitatis celebrationem, super qua prætensione, altera superventa Ordinarii Informatione, contingit modò disputari dub. in qua Ecclesia Terræ Cutri celebranda sit eadem festivitas? Quod videtur resolvendum favore dd. Religiosorum; Nempè Festivitatem Inventionis SS. Crucis sub die 3. Maii esse celebrandam in Ecclesia PP. Reformatorum, privativè quoad 5 omnes alias Ecclesias, aut saltèm esse in illa celebrandam cum majori pompa, & solemnitate.

Assistit enim eisdem PP. antiquissima consuetudo solemnis celebrationis dictæ festivitatis sub die 3. Maii in Ecclesia eorū Conventus, cum maxima veneratione, & ingentis Populi frequentia, ut deponunt testes *n.* 28. quorum novem sunt sa- 6 cerdotali dignitate insigniti, sicquè omni exceptione majores, ac proindè concludentissimam probationem constituunt, juxtà *Gloss. in leg Testium* 3. *§ Ideoque verb. Numerus ff. de Testib.* cum concordantibus, citatis *in to* 1. *p.* 1 *disc.* 3. *n* 41. quibus addo *Rot. d dec* 492. *n* 2. 3. *p.* 19 ubi, quòd dictum cujusque ex Sacerdotibus habetur pro depositione duorum distinctorum testium.

Comprobatur hæc veritas ex præfata Relatione Archiepiscopi, ibi: *Da tempo antichissimo la festa sudetta con Vesperi, e messa solenne, panegirico, frequenti Confessioni, e Communio-* 7 *ni de' Fedeli, e d'altre sagre pōpe, e col cōcorso del Popolo di quel-*

la

la Terra, come ancor delle Città, e Luoghi cōvicini, è stata pacificamente celebrata nella Chiesa di detti PP. Reformati, sotto titolo del SS. Salvatore, nel cui Altare Maggiore è collocato cō molta decenza il Simulacro assai compontivo d' un miracoloso Crocefisso; Hujusmodi enim Relationibus Ordinariorum, qui 8 præsumuntur informati de statu, & consuetudinibus Ecclesiarum, intra eorum Diœceses existentium, plenissimam fidem esse adhibendam millies respondit *Rot. in dec.* allegatis in *to. 1. par. 2. disc ept. 9. n. 7.*

Attenta idcircò hac antiquissima consuetudine, seù quasi possessione, videtur indubitatum, quod Jus celebrandi solemni- 9 nitatem Inventionis S. Crucis spectare debet ad Ecclesiam PP Reformatorum, ut advertit *Card. de Luc. in Miscell. Eccles. disc. 32. n. 13.*

Et quidem privativè ad dictam Confraternitatem, aliasque quascumque Ecclesias, exadversò, ad vexandos paupe- 10 res Religiosos, excitatas, ut præcludatur via confusionibus, æmulationibus, & scandalis, quæ ab hujusmodi contemporaneis festivitatibus semper oriri solent, quæquè quantùm fieri potest, nunquam permitti debent, ut in specie advertunt *Card.* 11 *de Luc. de Præemin. disc. 10. n. 13. & in Miscell. Eccles. disc. 32. n. 4. & seq. Nicol in Flosc. verb. Festum n. 5 Mattheuc. in Official. Cur. Eccles. c. 21. n. 6* & firmavit *Rot. in Roman Jur. celebr. 26. Junii 1697. §. Et sanè cor. Card. Priolo.* Idemquè sæpè resolvit S. C. E. præsertim in una *Messanen. 19. Mart. 1585. & in Sabinen. 20 Novemb. 1646.* testibus *Nicolio, & Mattheuc.* in locis 12 supra allegatis; Nec non idem declaravit hæc S. C in *Romana 13. Junii 1697.* quam refert idem *Mattheuc. ubi supra.*

A' fortiori, attenta angustia Loci Cutri, facientis solùm numerum 2000. animarum circitèr, ex quo duæ similes contemporaneæ festivitates sub eadem die sunt inter se incompa- 13 tibiles, unaque destrueret alteram, cum notabili præjudicio pauperum Religiosorum, & spirituali detrimento illius Populi, ut prosequitur Archiepiscopus in d. ejus Relatione, ibi: *Costando la detta Terra di anime 2000. in circa con due sole Parrocchie, non la reputo capace della solennizazione in un medesimo giorno, & in due diverse Chiese di due consimili festività, perchè certamente, e conforme si è cominciato a sperimentare, l'una distruggerebbe l'altra con non poco discapito del Cōvento, poichè raffreddandosi la divozione de' Cittadini, e Forastieri verso il miracoloso Crocefisso, verrebbero altresì a mancare l'elemosine, colle quali si sostenta quel Convento, con una Famiglia di circa 25. Religiosi, e con attuale studio di Teologia, con detrimento ancora di quel Popolo, il quale esigge da detti* 14 *Religiosi molti ajuti spirituali;* Ac proindè nullatenùs videtur permittenda Confraternitati solemnizatio Festivitatis sub eadem die, in præjudicium dd. Religiosorum, & notabile illius Populi spirituale detrimentum, ex authoritatibus superiùs allegatis.

Eoque magis, ex quo eadem Confraternitas nunquam solemnitèr celebravit hujusmodi Festivitatem, sed dumtaxàt. *Si è cantata una messa semplice senz' Assistenti, senza farsi altra publica solennità,* ut deponunt testes, & refert Archiepis- 15 copus in sua Relatione, ibi: *Nella Chiesa della SS. Annunciata sino al mese di Maggio antepassato non fu mai solito di solennizarsi nel citato giorno festa alcuna, a riserva di una messa senza Assistenti, cantata in una delle Cappelle laterali di detta Chiesa, dedicata al SS. Crocefisso.*

In hoc enim casu Jus privativum celebrandi festivitatem, de qua agitur spectat ad Religiosos, qui cùm se opponant ab initio hujusmodi novæ solemnizationi, rectè prohibere possunt Confratribus cumulativam festivitatis celebrationem, ut in similibus terminis Juris prohibendi denominationem Ec- 16 clesiæ, Cappellæ, Altaris, & congregationis advertit *Card. de Luc. de Regul. disc. 21. n. 10. & de Præem. disc. 10. num. 9.* cum concordantibus apud *Genuen. in Prax. Cur. Neapol. cap. 109. num. 8.*

Et in præcisis terminis prohibitionis ejusdem festivitatis cum majori pompa, idem *Card. de Luc. in Miscell Eccles. disc. 32. n. 9.* ibi: *Præmissa verè, & propriè locum habent, quando oppositio fieret initio novæ introductionis,* & nu. 15 ibi: *In his* 17 *materiis punctus est super oppositione ab initio. Matthæuc. d. c. 1. 21. n. 6.* ibi: *Cùm in eodem Loco nova erigitur Ecclesia (vel si sit antiqua, illa non solebat) non potest die, qua alia ejusdem Loci, sive sit sæcularis, sivè Regularis, celebrat aliquod Festum, idem & ipsa celebrare; sed debet in aliam diem protrahere.*

Et absque dubio, quia eadem Confraternitas vult solemnizare festivitatem, *con una solennissima Fiera,* ibi: *Prepararono li Confratri per detto giorno 3. di Maggio una Fiera* 18 *solennissima, inviando Cartelli d'invito per la Provincia, ed a tirar Popolo, disponendo ancora avanti la porta della Chiesa una Fiera, ò sia Mercato;* Quod omni jure improbatur, quia cùm inventio S. Crucis sit festum de præcepto, institutum ab *Euseb. Pap anno 310. in c. Crucis de Consecr. dist. 3. Azor Instit. Moral. par 2. lib. 1. c. 16. n. 1. & seqq. Gavant. verb. Festi dies n. 7. Pax Jord. lucubr. to. 2. lib. 11. tit. 1. de Observ. Festor. n. 16.* utique Mercatus in illa die fieri prohibetur, ex *lit. Text. in c. 1. de Feriis,* ibi: *Ut in eis Mercatus minimè fiat,* & ex *Constit. S. Pii V. la 5. §. 7.* ibi: *Divinis Officiis devotè intendant, ab omni illicito, & servile opere abstineant: Mercatus non* 19 *fiant,* & notant *Gavant. in Manual. verb. Festi dies n. 18. Ventrigl. in Prax par. 1. annot. 16. §. 1. n. 16. Grat dec. March. 21. nu 19. & seqq* Et approbando disposita in Synodo *Card. Denof. lib. 1. c. 8. de Festor. observ. n. 13* respondit hæc S C in *Cesenaten. Synodi 26. Febr. 1695. & in Ripana Mercatus 2. Maii 1711.* cum rescripto negativè, *& ampliùs.*

Quæ omnia à fortiori procedunt contra Cappellanum Ecclesiæ S. Mariæ Pietatis de prætenso jure patronatu illorum de Mayda, attenta illius magna angustia, dùm constat solis 20 palmis 24. longitudinis, & palmis 16. latitudinis, teste Archiepiscopo in dicta Relatione, itaùt continuando antiquum solitum, si juxta illud ibidem celebretur dicta festivitas, preju- 21 dicium inferre non potest Religiosis, minusque Populum divertere potest ab eadem Ecclesia, ut prosequitur idem Archiepiscopus his verbis: *Peractum hoc modo festum nil usque adhùc intulit, nec in futurum inferre præjudicii PP. Reformatis dictæ Terræ, solemnitèr in propria Ecclesia, hunc diem agentibus, cùm ob præfatæ ædis longitudinis palmorum 24. latitudinis 16. angustiam, Populum ab Ecclesia PP. Reformatorum divertere nequeunt;* Cui omnis præstanda est fides, uti 22 testanti de re, quam optimè scire potest, nullumq; habet in hac Causa, vel tenuissimum interesse ex supra allegatis.

Præcipuè in conflictu informium attestationum, pendente lite exadversò procuratarum ab illis affectatis testibus, quorum aliqui adeò inverisimilia continent, ut non sine admiratione sub oculis haberi possint; Quod autem inverisimile est 23 falsitatis imaginem præsefert, dicebar, *Bald in l. 1. n. 16. Cod. de Serv fugit.* Operaturque, ut testibus nulla veniat adhibenda fides, ut per hæc verba firmavit *Rot. in dec. 40. n. 8. cor. Cels. & dec. 153 n. 2. cor. Emer. jun.* Neque præsumendum est, vel, quòd Archiepiscopus publica scandala, proprio marte in dictis attestationibus conficta, ignoraverit, vel quòd huic sacrosancto Senatui celare voluerit, ut de se notum est.

Ultrà quod adversùs catervam illam affectatam attestationum congeriem, exadversò adductam, unica superabundat cathegorica responsio, generalis quidem, sed uno ore à 24 DD recepta, & in omnibus Tribunalibus admissa, quod simplices fides, in materia præsertim objectiva, & scandalosa nullam mereantur fidem, ex adductis per *Rot. in Roman seù Nexican Deposit 27. Novembr. 1705. §. In nihilo cor. Ansald.* ubi, quod conclusio hæc nota est etiam Tyronibus.

In eadem Causa.

AD dignoscendam insubsistentiam contrariarum exagerationum, dignentur EE. PP. observare, quod claudicat in facto assertio illa circa numerum septem millium animarum Terræ Cutri; Quidquid enim antiquis temporibus scripserit nimis credulus *Ughel. in sua Ital Sacr. in to. 9. §. Insubsistens,* hoc unum est indubitatum, quod hodiè consistit in solo numero animarum 2424. ut constat ex jurata attestatione Parochorum ejusdem Terræ, exibita in Secretaria. Videtur autem in hac parte excusandus idem Author, ex quo, ut observat *Card. de Luc. de Jurisd. disc. 20. n. 7.* multa scri- 25 psit ad simplicem Partium relationem, itaùt de ipso, ejusque Operibus ad literam verificentur ea, quæ ex *Gierrald de Septemuirat. sive Elect. cap 7.* notat. *Matt. de Canoniz Sanctor. cap. 24. num. 21. in fine* his verbis. *Scripserunt, non quæ viderant, aut quibus ipsi interfuerant, sed quæ rumor, & fama vulgi anceps ipsis suppeditabat, in Commentariis suis ipsi retulerunt.* Cumque idem *Ughellius,* scribendo ex notitiis, ha- 26 bitis ab Ascendentibus Oppositorum, rotundis literis appellet eandem Terram Cutri Oppidum, ibi: *Diœcesis quinque Oppidis, & quinque Pagis constat; Oppida sunt, primum Cutrum,* quale etiam illam vocat *Capon. disc. 330. sub n. 1.* re- 27 manet absq; ullo fundamento ea paritèr, quæ exadversò gratìs, & absque ulla justificatione in contrario Summario exagerantur de illius antiquitate, & denominatione Civitatis, ex gratia Philippi III H span. Regis adversùs communem celebriorū Geographorum opinionem, qui neque etiam de eodem Oppido Cutri vel minimam faciunt mentionem in eorū Geographicis descriptionibus, ut, omissis antiquioribus, qui eorum

opera Typis dederunt antè dictum Philippum III.recognosci potest ex moderno *Philippo Ferrario*, quem laudat *Rot. dec.* 395. *num.6. cor. Emer.jun.* & ex moderniori *Michaele Antonio Baudrad*: de quo non sine diligentiæ laude mentionem pariter facit *eadem Rot.in Terracinen.Cathedralitatis* 23.*Julii* 1702.*§.7 cor.Molin.*

28

Ejusdem insubsistentiæ sunt ea, quæ nimis acri stylo, pungentique calamo, divinando asseruntur adversùs Archiepiscopum S.Severinæ, & sic adversùs unum ex iis, quo Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesias Dei, *& quorum injuria ad Christum pertinet, cujus legatione funguntur*, juxta præcisa verba *Text.in Can. Accusatio* 2.*q.*7. Quod enim idem Archiepiscopus propensionem habeat erga Reformatos ex eo motivo, quod Confratres noluerunt concedere pro sua Cathedrali Reliquiam, de qua est quæstio, est merum figmentum, palmarisque calumnia, ad quod colorandum nulla exadverso adducitur, neque adduci potest probatio, si excipiantur verba Scribentis in contrarium, dùm in eadem Cathedrali S.Severinæ nullatenùs desideratur eadem pretiosissima Reliquia SS. Crucis, ut in tota nostra Provincia notorium est, neq; proinde à Confratribus ignorari potest.

29

Majorem verò meretur animadversionem insignis illa animositas, qua in contrariis Scripturis non sine solemni abusu sacratissimi vocabuli transubstantiationis, notatur de patenti falsitate idem Archiepiscopus, in Urbe satis notus. Si enim *in Clem.*1.*§.Nec super de Restit.Episcopi* vocantur *Santissimi, Christi Legati, spirituales Patres, fratres Papæ, & columnæ Ecclesiæ*, ut notat etiam *Monacel.in Formular.to.*3.*for.*4 *n.*21. Quanto minus gratis ubique notandi videntur de atrocissimo crimine falsitatis, dùm secundùm mores hominum non adest crimen in Mundo, quod respectu opprobrii, & existimationis illud superet, juxta præcisa verba *Ugolini de Fontana Doctoris Lombardi*, quem sequuntur *Barbat in c.Verum de For. compet.& Raynal.to* 2.*Obser.crim.adc* 18.*§.*7.*n.*16.aliiq;adducti in meis *Instit.crim lib.*2.*tit.* 6. *n.* 222. Præcipuè, quia non potest esse magis insubsistens contrarius prætextus, quòd appellaverit Reliquiam, de qua est sermo *una Crocetta, composta di pasta di fragmenti del salutare Legno della santa Croce*, dùm idem ad unguem concordat cum Testimonialibus D.Vicesgerentis, illam appellantis *parvula fragmenta*, *in forma Crucis aptata*; Ex quo patet, quòd illius verba, vel in nihilo differunt à verbis Vicesgerentis, vel inter illa nullo modo adsit talis, tantaque differentia, ut adeò qualificatus Prælatus à suis Subditis, in Scripturis, publicè impressis in Urbe, & per totam Diœcesim non sine magno fastu divulgatis, notari possit de evidenti falsitate.

30

31

32

Deveniendo modò ad 1.dub.festivitas SS. Crucis cum majori pompa, & solemnitate die 3. Maii celebranda est à PP. Reformatis, quia ab antiquissimo tempore ab illis semper ità fuit celebrata, juxtà Relationem Ordinarii, & juratas attestationes ingentis numeri testium, de quibus latè in Scripturis, exibitis in Secretaria. Novitates enim in omni materia semper dicuntur, & sunt odiosæ nihilque magis animum perturbat, quàm innovare, ac à solito alienum facere, teste *D.Io: Chrisostom in Epist.*1.*ad Corinth.to.*7. quem sequitur *Rot. in dec.*19.*in fine apud Antonel.de Jurib.Cleric* & concordant adducti in nostris terminis *à Card. de Luc. in Miscel Eccles.disc.* 32. *num* 12.

33

Et quia veritas hæc magis verbositatibus quàm solidis, & concludentibus probationibus exadverso in cõtroversiam deducitur, quatenus difficultas ad hoc extremum reducatur, poterunt EE.PP. omnes injungere probationes, faciendas ab Episcopis vicinioribus, aliisque personis, omni fide dignis; Veritas enim una est, & quantò magis conteritur, & astutiis oppugnatur, eò magis in lucem progreditur, juxta præcisa verba *Castr cons.*29.*in prin.lib.*1.relata à *Roc.select.interp.c.*46.*n.*28.

34

Neque ullam meretur animadversionem qualitas festivitatis, circà quam Clerici Sæculares præferendi sunt Regularibus; Authoritates enim, ad id probandum exadverso citatæ, neque per somnium tale quid firmant, & *Card.de Luc.de de Præm disc.*10.*n.*3. loquitur inter Cathedralem, & Collegiatam, ambas Sæculares, qui non sunt termini nostræ controversiæ, imò *Rot.in Rom Jur celebr.*citata supra *n.*11.inter PP.S.Antonii Viennensis, & Presbyteros seculares S. Antonii Nationis Lusitanæ intrepidè respondit contrà secundos, quamvis ratione ecclesiasticæ Hierachiæ generaliter dici possint digniores primis.

35

Minusque ad rem facit exemplum festivitatis SS.Dominici, & Sixti, & S.Ignatii, quæ in Urbe duobus distinctis diebus celebratur à Dominicanis, & Jesuitis; Id enim procedit ex eo, quòd in Ecclesia S.Mariæ super Minervam, & in Domo Professa Societatis Jesu, in quibus primo loco celebrantur, resident Generales earundem Religionum, & proindè non mirum si Ecclesiæ predictæ primum obtinent locum in celebratione festivitatis eorum Fundatoris, ut de se patet; Cum eo addito, quòd in Ecclesia, Nomini Jesus dicata reperitur ulteriùs Corpus S.Ignatii; In alia verò SS.Dominici, & Sixti moram faciunt Moniales ejusdem Ordinis, & proindè meritò utraque Ecclesia locum cedit alteri, in quibus dd. majores emicant prærogativæ.

36

Circà temporis antiquitatem, quæ magnifit exadverso, strictè dicimus, quod illa non probatur in facto, cum illa circumstantia, quod festivitas SS. Crucis celebrata fuerit cum majori pompa, in quo cardo nostræ difficultatis residet. Quod enim ab antiquo tempore celebrata fuerit in Ecclesia Confraternitatis *una Messa cantata, senza Assistenti*, nullam importat privativam, nullamque prærogativam; ut cum pompa majori in illa celebrari debeat.

37

Præcipuè, quia eo tempore, quo in dicta Ecclesia Confraternitatis celebrabatur Festum cum unica Missa cantata sine Assistentibus, in nostra semper celebrata fuit *con Messa solenne, Panegirici, frequenti Confessioni, e Communioni, col concorso de Popolo della Terra, e di altre Città, e Luoghi convicini*, undè in eadem possessione manutenendi videntur hodiè PP. Reform.eo quia, ut dicit Archiepiscopus *da tempo antichissimo sono stati pacificamente*, ex authoritatibus supra citatis.

38

Pro quorum omnium faciliori admissione, urgere videtur animadversio illa, quòd contraria prætensio involuit destructionem nostri Conventus, & consequenter etiam spirituales utilitates Populi ejusdem Oppidi, ex quo, admissa eadem contraria prætensione, *averebbero à mancare l'elemosine, colle quali si sostenta quel Convento, con una Famiglia di circa* 25. *Religiosi, e con attuale studio di Teologia, con detrimento ancora di quel Popolo, il quale esigge da detti Religiosi molti agiuti spirituali*. Addito, quòd talis, tantaq; est devotio omnium vicinarum Terrarum erga Imaginem SS.Cruc fixi in Ecclesia Reformatorum existentem, ut ex omnibus partibus quotidiè ad illam confluant, *per l'esperimentati miracoli, e gratie, che continuamente ne ricevono*; Quæ omnia enixis precibus supplicamus præ oculis haberi, quia utilitas publica semper preferenda est privatis passionibus unius, vel alterius ex Confratribus, Deus scit, quo fine, quibusq; mediis præsentem litem substinentis, dum major pars Populi Cutri exclamat adversùs contrarias novitates, sed illorum clamores non possunt pervenire ad aures EE.PP.eo quia suffocantur à potentioribus interessatis in prosequtione præsentis litis, ut in nostra Provincia notorium est.

39

40

Absque ulla difficultate, ex quo in contrariis Scripturis cubitalibus literis admittitur diuturna, & antiquissima nostra possessio, privativè quoad Confratres, cum majori pompa celebrandi festivitatem SS.Crucis; Non attenta replicatione, quòd talis antiquissima possessio, utì à principio infecta, non potest minuere Jus Confratrum in petitorio, quia hoc prætensum Jus nullam habet à parte rei subsistentiam, & ex alia parte non adest frequentius, magisque solidum rescriptum in S. Congreg. quàm illud, servetur solitum, & meritò, *quia ipsa mutatio consuetudinis etiam, quæ adiuvat utilitate, novitate perturbat*, juxtà præcisa verba *S. August. in Epist.* 128.*cap.* 5.

41

Ea demum, quæ inaudita promptitudine dicuntur de prætensis scandalis, & figuratis inconvenientibus, sequtis in ultima festivitate in nostra Ecclesia, sunt mera somnia illorum Cerdonum, seù Calceorum sarcinatorum, & Cauponum, quorum affectatæ fides data fuit in contrario Sumario, dum nullum à parte rei habent fundamentum, ex jurata attestatione quatuordecim personarum, omni exceptione majorum, quæ præsentes fuerunt eidem festivitati; Ex quibus proindè remanet manifestum, contrarios, & affectatos testes, vel esse de illorum numero, *che per ostentarsi spettatori di cose notabili citano in bugia il testimonio de' proprj occhi*, ut per hæc verba notat *Card. Pallavic in Histor. Conc. Trid. lib* 1. *c.* 28. *sub num.*3. vel de illis, qui transierunt per Civitatem Placentiæ, non autem per illam Veronæ, juxtà jocosum dictum Pii II.sequtum à *de Rub in epist.ad Lector p.*4.*to* 3 *rec.n.*95.

42

43

Die 2.Julii 1712.per Card.de Abdua proposito dubio in S. R.C. *An & in qua Ecclesia Terræ Cutri sit celebranda festivitas Inventionis S.Crucis sub die* 3. *Maii*, resolutum fuit cum rescripto; *Festivitatem die* 3.*Maii celebrandam esse solemnitèr à PP. Reformatis*; *Die verò Dominica infrà octavam posse celebrari à Confratribus SS. Annunciatæ*.

44

Hoc igitur rescripto mediante, rejecta eorum petitione, novum excogitarunt modum obtinendi intentum diminutionis solemnitatis ejusdem festivitatis Reformatorum, excitando Cappuccinos ad illam faciendam eodem die, prosequentes

45

præ-

præsentem litem *per impegno*, juxta animadversa *in meis Institut. Crim. lib 4. tit. 6. num. 63.* Et propterea opus fuit novum disputare dubium in eadem S. R. C. cum dd. Cappucinis, commodantibus proprium nomen ipsis Confratribus.

46 Cognita autem æmulatione Confratrum, atque observantes EE. PP. quod Cappuccini ex eorum Instituto non possunt, neque solent festivitates cum pompa celebrare, *die 21. Aprilis 1714. Ponen. eodem Card. de Abdua* dicta S. C. R. respondit: *Licere PP. Cappuccinis celebrare festum S Crucis die 3. Maii, sed juxta formam, præscriptam ab eorum Instituto.* Ad præcludendum verò viam dd. Confratribus vexandi ulterius dd. Reformatos, additum fuit in decreto: *Et Archiep. incumbat executioni etiam respectu Sæcularium.*

47

Circa festivitatem Ss Crucis, in aliis duabus causis se obtulit occasio de illa differendi: Una fuit in S. C. C. *sub titulo Parmen. Festivitatis S. Crucis 9. Augusti 1698. & 28. Martii 1699.* in qua Episcopus in Synodo determinaverat: *Nè in sodalitatibus hujus Civitatis, Nobis subjectis, nec in aliis Ecclesiis, ubi aliqua adesset particula Ligni Ss. Crucis Christi Domini, publicæ adorationi exponatur iis diebus, quibus in Cathedrali nostra hoc sacrosanctum Lignum adorandum exponitur.* Proposito verò dubio in eadem S. C. C. die 9. Augusti 1698. *An idem decretum Synodale esset observandum*, responsum fuit: *Non competere privativam Ecclesiæ Cathedrali*, quod fuit confirmatum die 28. Martii 1699. cum rescripto: *In decisis, & ampliùs causa non proponatur.*

48

49

Quam privativam neque concedere voluit Confratribus eadem S C. R. ponente Card. Barberino in una *Castellaneta-na 22.* Augusti 1704. rescribendo: *Licere Confratribus, non tamen privativè, celebrare festum Ss. Crucis.*

50

Alia fuit in *Romana 24. Maii 1712.* disputata in S. C. Visit. Apostolicæ, in qua prætendebant Canonici Basilicæ SS. Laurentii, & Damasi, quod Confratres antiquissimæ Arch. Ss. Sacramenti, & Plagarum, habentes in eadem Ecclesia propriam sumptuosam Cappellam, non possent diebus Inventionis, & Exaltationis ejusd. Ss. Crucis exponere Fidelium adorationi pretiosissimam Reliquiam Ss. Crucis; Quia verò aliqui ex Confratribus, idem ignorantes, bona fide semel illam exposuerunt in eodem Altari, de facto remota fuerat de mandato eorund. Canonicorum, & traducta ad eorum Sacristiam, quæ est distincta ab illa Confraternitatis. Motivum hujusmodi recusationis ponebatur in eo, quod in ead. Ecclesia adest speciale Altare, dedicatum Ss. Crucifixo; Undè non videbatur permittenda duplex festivitatis celebratio eadem die in eadem Ecclesia; Neque admissa fuit replicatio, quod Confratres nolebant celebrare festivitatem aliquam, sed simpliciter eandem Reliquiam decenter Fidelium adorationi exponere in eorum Altari.

51

52

53

Proposito proindè *d. die 24. Maii 1712.* dubio; *An potuerint, & possint Canonici impedire, quin Confratres exponant quocumque modo in d. Cappella Ss. Sacramenti Lignum Ss. Crucis in diebus Inventionis, & Exaltationis ejusd.* Responsum fuit: *Negativè, absque tamen celebratione festivitatis.*

54

DISCEPTATIO VI.

Camarinen. Fenestrarum.

PRO

Carmelitis Discalceatis Matelicæ.

CUM

Carolo, & Francisco de Theseis.

ARGUMENTUM.

Quando sit locus murationi, vel qualificatæ obturationi fenestrarum Dormitorii, & Cellarum illorum Conventuum, à quibus habetur activus, & passivus prospectus ad Domos Sæcularium.

Die 18. Decemb. 1716. petentibus Theseis murationem plurium fenestrarum Conventus Matelicæ PP. Carmelitarum excalceatorum, rescriptum fuit à S. C. E. *Episcopo, qui accedat per se ipsum, & procedat cum facultatibus S. Cong.* qui postquam se contulit ad Terram Mathelicæ, pluriesq; visitavit, & recognovit, nedum Conventum dd. PP. verùm etiam domum illorum de Theseis, necnon postquam cognovit, vera fuisse exposita in hac S. C. fenestras nimirum Conventus superioris, & inferioris Dormitorii, aliasque, ex parte occidentali prospicientes in viam publicam, necnon versùs domos, tam dd. de Theseis, quam aliorum Sæcularium, esse clausas cum vitris malleatis in parte inferiori, itaut prospectus nimis indistinctus, & æqualiter confusus dumtaxat haberetur, nullusque omninò pateret introspectus, neque posset haberi lumen ad illuminanda Dormitoria ex parte orientali, nisi mediante plurium Cellarum destructione, & gravissimo præjudicio totius Fabricæ Conventus, dictosque Theseos verè, & realiter cum fabrica novissimè adaucta antiquæ eorum Domui per 20. & ultrà palmos propiùs accessisse ad dictum Conventum, novas fenestras, novamque perampIam Chingiam aperuisse, & hæc omnia à pluribus annis post extructum Conventum; Postquam pariter iidem Religiosi obtulerunt se paratos apponere in omnibus fenestris repagula lignea, vulgò *à scaletta*, quæ facta oculari experientia, omnem omninò tollebant prospectum, tam activum, quàm passivum, & uti talis naturæ, & efficaciæ summoperè commendata, approbata, imò, & præcisè ordinata fuerant ab ipsomet Episcopo, idem nihilominus, his omnibus posthabitis, mandavit, fenestras dicti Conventus, directè respicientes Domum dd. de Theseis, muro obstruendas esse ultra medietatem, residuamq earum partem tegendam esse tabulis ligneis, undequaque, præterquam in summitate, occlusis; In aliis verò fenestris respicientibus domos aliorum vicinorum Sæcularium; eo adducto motivo, quia isti non reclamarunt, posse apponi sola repagula lignea, à dd. Religiosis exhibita, licet omnes dictæ fenestræ sint in eodem ordine, eademque distantia; Ex quibus non valentes iidem Religiosi dictam manifestam sufferre inæqualitatem inter plures Dominos, habentes fenestras æqualiter distantes, & æqualiter respicientes Conventum, coacti fuerunt protestari de nullitate d. Decreti, & interim institerunt, nihil esse innovandum quousque haberetur ab hac S. C. declaratio validitatis, vel nullitatis ejusd. decreti; Admissaque ut par erat, dicta protestatione, humillimè hodiè supplicant declarari, satis consultum esse in præsenti vel mediantibus cratibus ligneis, quæ communiter in omnibus Regularium Conventibus practicantur vel ad summum cum repagulis ligneis, vulgò *Tavolette a Scaletta*, ex una parte tollentibus omnem omninò imaginabilem prospectum in vicinas domos; ex alia verò, ultra necessarium lumen, liberè permittentibus salubrium ventorum ingressum, & purum aerem in illas mansiones, in quarum fenestris apponuntur, & sperant exaudiri. Omissa autem nullitate d. accessus Episcopi, necnon omissis pariter multis contradictionibus, quæ in illo continentur, ex quibus nullo modo attendi meretur, strictè ad injustitiam provisionis, ab eodem Episcopo demandatæ.

1

2

3

4

5

I. Injusta est, quia facta apparet intuitu reclamationis dd. de Theseis, quæ nullo modo attendi debebat, eo quia per acquiescentiam plurium annorum, tolerando fenestras, eo modo, quo inventæ fuerunt cum vitris malleatis, si quod jus habebant, illud amiserant, poteratque rationabiliter præsumi, ei cessisse, juxta *Glos. in l. Meniana ver. Detruncent. C. de Ædific. privat.* ibi: *Si tamen sciente te, & non contradicente, feci, non compelles me fortè destruere, Surd. cons. 237. n. 4. & 5 Grat. discept. 314. n. 43.* Eò magis, quia cùm tota lis haberet originem à prospectu fenestrarum Conventus, recusatis à dd. Theseis quibuscumq; repagulis, oblatis à Carmelitis, tollentibus prospectum, & per consequens sublato de medio fundamento litis, ipsisque fixè semper instantibus pro muratione dd. fenestrarum, ut infra ostenditur, eorum reclamatio consideranda erat potiùs tanquam æmulatio, quę de jure excludit ęmulantes à quacumque actione, quam aliàs habent contra Collitigantem, ex adductis per *Rot in dec. 6. n. 16. & dec. 7. à n 7. apud Antonel. de Iur. Cler.*

6

7

II. Injusta apparet hujusmodi provisio, maximè in fenestris, prospectum habentibus in novam fabricam, novamque chingiam, à Theseis apertam, nam cùm ista sint posteriora fenestris Conventus, potiùs debebat Episcopus demandare Theseis, ut apponerent repagula in dd. novis fenestris, & chingia, ea ratione, quia in his terminis Religiosi jus habebant contra Theseos, secùs è contra; Quod autem supradicta provisio capta fuerit intuitu reclamationis dd. de Theseis clarè patet ex eo, quod in decreto, ab Episcopo edito, permittendo Carmelitis apponere sola repagula lignea, vulgo *à scaletta*, in fenestris prospicientibus in domos illorum de Aquacotta, & & de Luca, adducitur sequens motivum, *quia ipsi non reclamarunt*; Remanet proindè manifestum, provisionem ordinatam pro fenestris, prospicientibus domum illorum de Theseis, factam fuisse intuitu eorum reclamationis dumtaxat, nulliq; alteri motivo innixam fuisse.

8

9

III. Ex eo, quod Episcopus in suo Decreto dicit, quod licet illi de Aquacotta, & de Luca non reclamaverint, tamen

(sunt

(sunt verba dicti decreti) *ad consulendum bono publico, & inhærendo dispositioni legis*; censet, apponenda esse repagula fenestris Religiosorum, prospicientibus in domos dictorum Sæcularium, & tanquam adæquata, approbat illa lignea *à scaletta*, ab eisdem exhibita; ex quibus palpatur manibus, in provisione facta circa fenestras eorundem Carmelitarum, prospicientes in domum illorum de Theseis, quas mandavit muro claudi, nullo modo considerasse, nec bonum publicum, nec dispositionem legum, sed tantùm voluisse satisfacere voluntati eorum quod sanè evidenter injustum est. Nam si considerasset bonum publicum, & dispositionem legis, sicuti satis, superque consultum ei visum fuit cum dd. repagulis ligneis *à scaletta*, in una parte fenestrarum Conventus, ita decernere debuisset etiam pro alia, cùm omnes fenestræ sint in eod. ordine, & in æquali distantia à domibus Sæcularium.

Omnia hæc comprobantur ex eo, quod cùm die 13. April. 1717. Episcopus accessisset ad Conventum associatus à Theseis, eorumque Procuratore, atque assistentibus etiam, unà cum Priore, & aliquibus Religiosis, Jo. Bapt. de Benis Archidiacono, necnon Boccaurato Can. Cathedralis S. Severini, recusatis à Theseis vitris malleatis positis in parte inferiori fenestrarum adducto prætextu eorum nimiæ fragilitatis, nec non recusatis etiam cratibus ligneis, licet communiter, & ubique in Regularium Conventibus adhiberi solitis, quia (ut dicebant) per foramina poterat videri in propria domo, licet distante per 60. circiter palmos, d. Episcopus requisivit, an haberent aliquod aliud repagulum magis adequatum, qui statim exhibuerunt illud ligneum Tabularum, vulgò *à scaletta*, factoque experimento in una ex fenestris, taliter ademit prospectum, tàm activum, quàm passivum, ut d. Episcopus tale repagulum non solum adæquatum, sed adæquatissimum coram omnibus adstantibus proclamaverit, in cujus veritatis testimonium insinuavit Religiosis, ut Theseos, ibidem præsentes, rogarent, ut vellent se contentos declarare, & ita liti finem imponere.

Religiosa autem obedientia, & omni majori humilitate, & submissione non omiserunt dd. Religiosi eosdem Theseos, ibidem præsentes, enixissimè rogare, & in omni patientia obsecrare, ut vellent in hac parte se conformare cum prudenti judicio Episcopi, paratos se exhibendo ad opponendum in fenestris controversis dicta repagula *à scaletta*, omnem omnino prospectum impedientia, ex oculari experientia tunc facta, nihil verò obtinere valuerunt illorum æquè humiles, ac reiteratæ preces, illo adducto æque frivolo, ac insubsistenti motivo, quod aliàs iidem Religiosi *multò rigorosiora repagula illis exhibuissent*; Absque ulla nova recognitione, experientia, vel congressu cum Peritis, de facto demandavit murationem plusquam medietatis fenestrarum, de quibus est quæstio, cum illo addito respectu alterius partis superioris, quod in illa apponerentur *tabellæ ligneæ*: & ut vulgò dicitur *Trombe di legno, undequaque occlusæ, non perforatæ, præterquam in summitate*, sepeliendo hoc modo dd. Religiosos in eorum Dormitoriis cum unico foramine in summitate fenestrarum.

Injustitiæ supradictæ provisionis, correspondet æqualis illius exhorbitantia; Est enim evidentissimè opposita legi christianæ charitatis, atque naturali illi præcepto divini, humanique Iuris, *Quod tibi non nocet, & alteri prodest, concedendum est*, de quo generaliter *Glos. in Leg. in Creditore, ver. quod sine dispendio ff. de Evictión.* ac in nostris terminis, *Cravett. cons. 758. n. 18. Novar. dec. 5. n. 3. Magon. dec. Floren. 136. n. 3. in fin. & Rot. dec. 31. n. 19. par. 17. & dec. 69. n. 39. par. 18. rec.* Absque ulla enim utilitate Thesæorum, quibus superlativè consultum est, mediantibus dictis repagulis *à scaletta*, privarent nostros Religiosos, non solùm debito lumine, sed multò magis aere, simpliciter necessario in nostris Dormitoriis magnæ longitudinis.

Quæ omnia comprobantur ex sequenti innegabili facto; Mense enim Septemb. 1716. occasione infirmitatis quinque Religiosorum, licet apertæ essent 12. fenestrę in primo Dormitorio, cum duabus aliis magnis fenestris, vulgò *Fenestroni*, unum ab Oriente, alterum à Septentrione; In secundo verò octo fenestrę, & aliæ duę magnæ fenestrę, vulgò *Fenestroni*, unum à meridie, alterum à Septentrione, quia præfatæ fenestræ apertæ erant in eadem sola medietate, seu in parte superiori tantùm, clausa existente earum parte inferiore cum vitris malleatis tantus expertus fuit intollerabilis fœtor in prędictis Dormitoriis, ut redderetur quasi inhabitabilis Conventus, cùm undequaque diffunderetur, prout de facto proprio, atque indubitata experientia, deponunt multi sæculares famuli, qui tunc infirmis deserviebant.

Et propterea si, apertis tot fenestris, non intrabat adhuc aer, sufficiens ad dissipandum fœtorem, quid esset, si exequutioni demandaretur provisio Episcopi? Tunc enim aer, & lux non haberentur per medietatem fenestrarum, sed per solum superius foramen, eo quia fenestræ non habent nonnisi palmos 6. lucis, eisque muratis ultra medietatem, prout decernit provisio Episcopi, remanerent palmi duo cum dimidio circiter, quo parvo spatio occupato ulteriùs à Tabula, undequaque, præterquam in summitate occlusa, certum est, satis tenuem lucem haberi posse, & aerem non salubrem, sed summoperè nocivum, vulgò dictum *aria colata*, cùm descendere deberet veluti per turbam, & ita incapax ad necessariam ventilationem efficiendam, quæ sola fœtorem dissipare potest.

Nec mirum videri debet, quod talis, tantusque fœtor experiatur in dd. Dormitoriis, nam cùm ea sint admodum longa, utpotè primum palmorum 373. juxta suam antiquam designationem, secundum 260. lata solùm palm. 11.÷, & alta 14. aer non potest diffundi, & eum dissipare, nisi sit in magna quantitate, qua de causa fenestræ d. Conventus fieri non potuerunt ad lumen tantùm, quia insufficientes fuissent ad dandam debitam aeris ventilationem, ut in facto optimè notarunt plures Architecti, qui plantam Conventus considerarunt, & in Jure talem ventorum concursum, necessarium ad reddendum aerem salubrem, ultro admisit *Rot. in decis.* impressa *apud Fenzon. ad Statut. Urb. fol. mihi 217. num. 33. & nu. 27. vers. Nam primò*.

Quibus additur, quod cùm fenestræ Cellarum sint omnes à parte orientali, toto æstivo tempore coguntur Religiosi ferè per integrum diem eas clausas tenere, eo quia Sol à primo ortu eas invadit, & perseverat ferè usque ad occasum; Undè si ex parte occidentali non possunt habere lumen, & aerem, prout de facto non haberent secundum provisionem, editam ab Episcopo, Religiosi condemnarentur pluribus mensibus vivere suffocati, imò, & sepulti in tenebris; Quod quantùm à Jure exorbitet, & à Christiana charitate alienum sit, quilibet de facili poterit dijudicare.

Et adeò verùm est, tantam esse necessitatem aeris in prędictis Dormitoriis, attenta eorum modica latitudine, & parva altitudine, ut in constructione Conventus Caprarolæ ejusd. Ordinis, Vignola celeberrimus Architectus, qui fabricam direxit, curaverit aperiri fenestram in conspectu portæ ferè cujuslibet Cellæ, ultra peramplam portam à parte occidentali, & magnam fenestram vulgò *fenestrone* à meridie, licet Dormitoria d. Conventus Caprarolæ vix pro medietate longa sint, quantum sunt illa Matelicæ.

Nec dicatur, quod à magna illa fenestra, vulgò *fenestrone*, quæ reperitur in parte septentrionali, aer, & lumen sufficiens dormitorio venire potest, & quidem etiam clausis omnibus fenestris, ut perperam suppositum fuit Episcopo, quid id expressit in suo decreto; Ultra quod enim contrarium supra demonstravimus, & circa eandem veritatem concordant multi testes. Dicimus, nullo modo posse haberi lumen, nec aerem à dicta magna fenestra, seu *Fenestrone*, quia illa intra annum omninò demolienda est in prosequutione fabricæ, & convertenda in ipsum dormitorium, per quod habebitur ingressus ad Valetudinarium, vulgò *Infermaria*, situm à parte meridionali, in cujus constructione ipsemet Episcopus vidit plures artifices actualiter laborare, & clarè apparet in Planta; Ideòque asserere, quod lumen, & aer possint haberi ab hac fenestra, de brevi incorporanda dormitorio, est discurrere de subjecto non supponente.

Minùs credimus insistendum in subjectione, quam prætendunt habere Thesei à fenestris Conventus; In quocumque enim superlativo gradu illa per falsam hypotesim supponantur, prout procurarunt illam exprimi in accessu, ultra quod non verificatur, nisi apertis fenestris ipsisque clausis cum dd. vitris malleatis in parte tantum inferiori, non ita faciliter distinguuntur personæ, per quod patet, eam majori ex parte undique cessare; Dicimus, quod illa penitùs, & omninò tollitur, mediantibus oblatis repagulis ligneis, vulgò *à scaletta*, quibus appositis, prospectus, tam activus, quàm passivus redditur physicè impossibilis, ut experientia notum est, & deponunt de visu multi Sacerdotes, necnon comprobat ipsemet Episcopus in suo decreto, in quo dat Religiosis facultatem illam apponendi in fenestris, prospicientibus in domos illorum de Aquacotta, & de Luca, & antequam hæc scriberem, & constanter affirmarem, data opera ego recognoscere volui in similibus Repagulis *à scaletta*, existentibus in nostro Conventu S. Mariæ de Scala, omnium oculis expositis in Oratorio, seu in Choro hyemali.

Ex quibus patet, non benè Episcopum in suo decreto asseruisse, *quod si Patres optant majus lumen possunt hoc habere dal fenestrone, che sarà termine a i Corritori, & ex altero consimili, qui fieri posset à parte orientali, sicut unus jam extat.*

Pro eo enim, quod attinet ad primum dormitorium in fine fabricæ prosequendæ, nulla omnino fieri ibidem potest fenestra, quia terminus istius fabricæ contiguus est muro Domus illorum de Paganellis, quo benè cognito per Theseos in accessu curarunt apponi protestationem, nè aperirentur fenestræ, 28 prospectum habentes in eorum Domum, & hortum, quæ inutilis foret, si posset fieri magna fenestra, vulgò *Fenestrone*, in fine fabricæ prosequendæ, nam hæc haberet prospectum ad Septentrionem. Quo verò ad secundum dormitorium, fenestra, quæ nunc extat, completa fabrica, occupabitur à tecto fabricæ primi dormitorii, & ita nec lumen, nec aerem, completa fabrica, dare potest.

Quod autem fieri possint fenestræ à parte orientali gratis fanè dicitur, nam in fabrica jam facta, & ex omni parte perfecta, nullo modo possunt aperiri, nisi cum destructione cellarum, & maximo detrimento totius fabricæ Conventus, ex motivis adductis à pluribus Architectis Urbis, qui plantam Conventus consideraverunt, multò minùs in fabrica prosequen- 29 da, quia habere debet prospectum ad meridiem, & ideò impossibilis est apertura alicujus fenestræ à parte orientali.

Ad hoc autem, ut EE.PP. manibus palpent properationem Episcopi in capienda provisione, eo prorsus modo, quo ipsi suggerebant Thesei, dignentur observare aliam provisionem, ab eodem captam circa foramen, supra tectum positum, & ad 30 formam parvæ fenestræ relictum pro majori commodo cementariorum in revidendis, & accomodandis tectis. Dicit enim in suo decreto, ibi: *Specula verò, ut dicitur* Luminello, *in summitate Conventus posita, pro revidendis tectis, nunc habens prospectum à parte occidentali in ędes de Thesçis, muro claudatur, & à parte orientali aperiatur*; Hanc enim provisionem fecit ad solam relationem eorundem de Theseis, absque eo quod nec ipse Episcopus propriis oculis hanc fenestram viderit, nec aliquem miserit ad eam recognoscendam, prout de facto nulla de ea fit mentio in accessu; Si enim, vel eam vidisset, vel misisset ad eam recognoscendam, utique scivisset, eam habere prospectum ad Septentrionem secus verò ad Occidentem, nec posse ad eam accedi, nisi cum magna difficultate, & nonnisi à Fabris murariis, idque mediante aliquo scamno, aut consimili fulcimento, attenta illius altitudinis à terra, prout de visu de- 31 ponunt quatuor Fabri murarii. Quod autem in his circumstantiis nullo modo, neque etiam in aliis partibus attendendi sint actus illi, & relationes, in quibus talis & tanta irrepsit narratio, veritati opposita, in puncto casus nostri firmavit *Rot in dec.494.n.22.par.17. rec.* his verbis. *Tùm denique, quia testes Malaspinorum exceptionem patiuntur &c. dicunt namque, in* 32 *stabulo nullam aliam fenestram adesse &c. tunc quando Mappa exhibet in eo alteram fenestram versus viam publicam, quę &c. exceptio est de maximis, omnem testibus fidem adimens &c.*

Cæterùm voluntariè omisit Episcopus ponere in sua Informatione, fenestras PP. esse clausas in parte inferiori cum vitris malleatis; Tacuit pariter in eadem Informatione, novam fabricam & chingiam illorum de Theseis esse posteriorem fabrica Conventus, licet de his enixè fuisset rogatus à P Priore, antequam d. suam Informationem transmitteret huic S. C. 33 Omisit pariter describere in accessu experientiam factam, ipso præsente, à suo Secretario, & Cubiculario, nihil distinctum per vitrea malleata posse videri, unde Secretarius dixit: *Mi sono sguerciato, e non vedo cosa alcuna* Omisit itidem experientiam factam de repagulo ligneo *à scaletta*, quod uti tollens omnem prorsus imaginabilem prospectum, proclamavit sæpiùs non solùm, uti adæquatum, sed tanquam adæquatissimum.

Addi ulteriùs posset serius, & longus discursus, ab eodem Episcopo habitus die 17. Apr. 1717. cum Archidiac. Severino, 34 & P. F. Thoma de Villanova Procuratore Religiosorum, in quo laudabili candore testatus eisdem fuit, se fortiter contendisse ad inducendos Theseos, ut essent contenti repagulo *à scaletta*, eis repræsentans magis consultum cum dd. repagulis, quàm alio modo, non convenientia esse repagula vulgò *Trombe di legno*, undequaque occlusa, præterquàm in summitate, quia exposita pluviis, nivibus, & gelu, faciliùs destruerentur; Secundò verò, quia esset sepelire PP. in proprio Conventu, cum per ipsas non haberent, nisi modicum lumen, & aerem insalubrem, vulgò *colato*, quod erat contra charitatem.

Enixis demum precibus supplicamus præ oculis haberi reflexionem illam, quod Collegialia Tribunalia in his terminis solita quidem sunt omnem habere considerationem ad quem- 35 cumque removendum prospectum, tam activum quàm passivum, sed quando effectus iste æqualiter haberi potest sine destructione ædificiorum, & absque deformatione, vel præjudicio fabricæ, jam perfectæ, juxta terminos nostri casus, semper inclinari solent pro una, vel alia specie repagulorum, magis, vel minùs strictorum, attentis facti, & personarum qualitatibus, nunquam verò cum obturatione totali, practicanda cum veris muris, hoc modo dando recurrentibus longè plus, ac sit illud, quod eis nocet, & denegando alteri Parti quod ei prodest absque ullo prejudicio opponentium, procedendo semper cum illo communiter recepto axiomate, quod tibi non nocet, & alteri prodest, concedendum est ad *Text. literalem in l. 2. §. Item varius ff. de Judic.* ibi: *Qui factus mihi quidem prodesse potest, ipsi nihil nociturus est, hæc æquitas suggerit, etiamsi jure stricto deficiamur*, & in nostris terminis *Rot. Floren. apud Magon. dec. 139.n.3.* ibi: *Quod temperamentum naturali jure non alienum,* 36 *ac æquitati consonum credidimus, cùm totalis demolitio Magazeni, quod fieret, non interesat Jo: Petro, & proderat Nicolao, & quod nobis non nocet, & alteri prodest, nos tenemur facere*; Et meliùs *Rot. Rom. dec.31.n.18.& 19 par.17. rec.* ibi: *Hoc enim temperamento, etiam cum crate æquè benè illuminabitur mansio & unà simul prospicietur Cappellis super libero prospectu, &c. & maxima cum ratione quia semper fieri, & concedi debet, quod sibi non nocet, & alteri prodest, & dec.69 n.39.par.18. rec.* ibi: *Hoc enim temperamento utrique Parti consulitur ad formam laudi, cohibendo prospectum, & lumen non impediendo, nè aliàs quod tibi non nocet, & alteri prodest contra summam æquitatem denegetur.*

Cum qua æquitate eò magis in nostris terminis procedendum videtur, quo illam implorant Religiosi strictissimę observantiæ, non ab aliquo Sęculari Judice, sed à Tribunali Eccle- 37 siastico, ut conclusionem ampliando firmavit *Rot. in dec.4. in fin. de Appellat. in novis*, ibi: *Magis de una bona, & grossa æquitate, quàm de Juris rigore procedi solet*, cum concordantibus, citatis in *tom.1 par.2. discept.8.n.40.* quibus addo *Cost. de Remed. subsid remed.481.n.9.& de Retrotract. cap.5.n.6.& Cyroch. discept.28.n.43. in fin.* & magis in specie, quod in Principis Consistorio, quem repræsentat hæc S.C. æquitas semper 38 præferatur Juris rigori, observant *Valenzuel. cons.75 num.25. & Fontanel dec. Cathal.547.num.19.*

In eadem Causa.

Pulchrum exordium contrarii Memorialis digito ostendit malum Jus, quod in hac Causa fovent Thesei: *Exordia* 39 *siquidem tunc maximè necessaria sunt, cùm malam causam habemus. aut habere videmur*, scriptum reliquit *Aristotel. lib. 3. Rhetor. cap.14.*

Omissa autem responsione gratuitis illis exagerationibus, quibus abundat contraria Scriptura, quæ nil commune habent cum Causę meritis, ego fateor ingenuè meam imbecillitatem, nescio percipere, quo fundamento tanta intrepiditate petant Thesei in hac Causa murationem nostrarum fenestrarum, ad 40 sepeliendum vivos exemplares Religiosos in eorum Cellis, & Dormitoriis, illos privando luce, & aere, absque ullo proprio commodo tempore, quo eorum desiderio occurri facilè potest, mediantibus repagulis, ex hac parte exhibitis, adversus omnia principia, omnesque æquitatis & christianæ charitatis regulas, de quibus *Rot. dec.31.num.18.& 19.par.17.& dec.69. num.39.par.18.rec.*

Exclamant ipsi, quod à nostris fenestris habetur prospectus ad propriam Domum. Hujusmodi prospectus in locis habitatis, sive sint Civitates, sive minora Loca, & Oppida, non sunt res novæ in Mundo, Eremitoria dumtaxat habent hoc 41 privilegium, ut sint immunia à prospectu Vicinorum, & in magnis Urbibus, aliisque Locis & nobilibus Oppidis neque etiam respectu Palatiorum Principum, Regum, & Imperatorum audita unquam fuit similis prætensio, ut murari debeant omnes fenestræ Vicinorum, ex quibus habetur prospectus ad dicta Palatia.

Replicant, quod hoc permittitur inter Sæculares, sed non convenit Religiosis; Nos verò strictè, & solidè respondemus, quod multa majora inconvenientia verificari possint inter Sæculares, & Sæculares, quàm inter Religiosos, & Sæculares; Sed ultro admittentes, id non esse absolutè permittendum pro 42 pter indecentiam, & perturbationem ipsorum Religiosorum, dicimus, quod casus iste neque etiam unicus est in Orbe Catholico hoc est, quod propè Domum alicujus Sæcularis reperiantur Conventus, & Domus Religiosorum; In omnibus enim Conventibus, positis extra Deserta, verificatur hujusmodi prospectus, in quibus proindè videmus, quod non murantur fenestrę, sed sola apponuntur repagula, hoc modo ex una 43 parte impediendo prospectum in Domos Sæcularium, & ex alia relinquendo Religiosis purum aerem, & necessariam lucem, semperque in hac parte conceditur Religiosis, quod Sæcularibus non prejudicat, neq; nocet, ex adductis sup. n.36.

Imò, quod exclusa quacumque muratione fenestrarum ponenda sint tantùm repagula à Regularibus in eorum fenestris prospe-

prospectum in ædes Sæcularium adimentia, literaliter ostendit ipsamet *Bulla Clem VIII. la* 60. *Bullar.nov.tom.*3. Optimè siquidem cognoscens Summus Pontifex, Conventus Regularium, ut plurimum ratione situs necessariò habere debere prædictum prospectum in Vias publicas, ædesque Sæcularium, ideo post prohibitionem fenestrarum, hujusmodi prospectum habentium, addidit §.61. ibi: *Et si lux aliunde haberi non possit, saltem ita obturentur, vel fixę aptentur, ut nulla ratione Fratres à Vicinis videri queant*. Ex quibus verbis duo apertissimè colliguntur. I. Quod excluditur muratio tanquam incompatibilis cum luce, quando ista haberi non potest, nisi à parte, Sæcularium prospectui exposita, prout in casu nostro clarè probatur ex Peritorum depositione. II. Quod Summus Pontifex intendit potiùs consulere libertati Religiosorum, quam Sæcularium, nam intantùm demandat, fenestras Regularium obturari, sive fixas aptari, *ut nulla ratione Fratres à Vicinis videri queant*, quod sanè stat pro libertate Religiosorum, & si contrarium intendisset, dixisset utique, *ut nulla ratione Fratres Vicinos videre queant*.

Addito, quod fenestræ, de quibus est quæstio, non sunt fenestræ Cellarum nostri Conventus, à quibus de mero possibili loquentes, possent Religiosi ad eorum libitum januis clausis; paribusque pedibus, se ponere ad videndum facta Vicinorum; Sed sunt fenestræ scalæ, & dormitoriorum, quæ sunt omnibus Religiosis communes, & in quibus non solent, neque possunt Religiosi tutò longo tempore soli manere; Unde in istis circumstantiis eò minorem merentur animadversionem contrariæ exclamationes.

Extollitur ex adverso sumptuositas nostri Conventus, eid. gratis attribuendo nomen Palatii, sed sine ullo fundamento, quod ex eo evidenter desumitur, quia illius Cellæ ad terminos nostrarum Regularum, & Instituti, vix se extendunt ad 11. palmos latitudinis, & 14. altitudinis, quæ est etiam communis Dormitoriis, quæ omnia qualitati sumptuosi Palatii nullo modo conveniunt, sed potiùs de dictis Cellis verificatur illud. *Undique angustiæ*.

Insistitur etiam in eo, quod nostræ fenestræ sint inutiles, sed pari insubsistentia, ut vidimus supra *nu.17* ubi ex fida, & ratò fallaci experientia magni fœtoris, qui in nostro Conventu expertus fuit, ad hominem demonstravimus, illas esse ferè simpliciter necessarias, ad hoc, ut Religiosi in illo moram facientes, non de facili infirmentur, & quando sunt infirmi, respirare possint purum, & necessarium aerem.

Prætensio Theseorum, quod Fabrica adaucta antiquæ eorum domui completa fuerit ante terminationem Conventus, nulla habet facti assistentiam, nam contrarii testes, hoc deponentes sub juramento aperti mendacii, & perjurii convincuntur ex ipso accessu.

Ultra quod si Thesei in eorum Scripturis clarè, fatentur, quod fabrica Conventus erat completa, antequam isti propriam inchoarent, quomodo testes, ab eis producti, sub juramento audent asserere, quod nova Fabrica eorundem erat completa ante terminationem Conventus? Verùm fortiùs ex ipso facto, quod proprio ore fatentur, mendaces apparent prædicti testes. Dicunt enim in eorum depositione, facta sub die 28. Junii 1717. quod nova Fabrica Theseorum completa fuerit à tribus circiter annis, quod esse tantùm potuit post mensem Januar. 1714. Conventus autem elevatus fuerat usque ad tectum de anno 1709. & completus non solùm cum suo tecto, verùm etiam quoad Cellas, Dormitoria, & præcipuè Scalam ex parte Domus Theseorum de anno 1711. juxta depositiones Fabrorum murariorum, qui in ejus constructione laborarunt. Unde remanet evidenter falsum, quod Fabrica Theseorum, adaucta antiquæ eorum Domui, completa fuerit ante terminationem Conventus, cùm iste completus extiterit de anno 1711. & Theseorum fabrica de anno 1714.

Quod autem ante constructionem novæ fabricæ Domus Theseorum haberet eundem, imò majorem prospectum in Conventum, est una ex gratuitis contrariis assertionibus, eo quia tunc, nedum erat in distantia palmorum 80. sed erat ulteriùs impeditus à pluribus arboribus, intermediis inter Conventum, & domum, atque in horto Francisci Belloni existentibus: In præsenti verò prospectus post novam fabricam est in sola distantia palmorum 57. paulòve ampliùs, & omninò detectus, omnibus evulsis arboribus: De Chingia verò multò magis à veritate esset alienum, si prętenderetur, quod eundem prospectum faceret fenestra, distans per 80. palmos, aperta ad modum Chingiæ, habens latitudinem palmor. 4 paulòve amplius & altitudinem palm. 9. & ad præsens peramplior Chingia, distans solum 57 palm. habens ingressum per portam altitudinis pal. 11. & ultra, latitudinis pal. 6. & ultra, se extendens extra murum in longit. pal. 16. & ultra, & in latit. pal. 3 & ult.

Quoad acquiescentiam Theseorum per multos annos post terminatum Conventum, tandem vi veritatis oppressus dat munus victas contrarius Defensor, respondet tamen id processisse *ex quo, fabrica non perfecta, adhuc assequi non potuerant Thesei, an fenestræ essent ad prospectum, vel dumtaxat ad lumen*. Quantum verò voluntarius, quantumve insubsistens sit hujusmodi prætextus, ex eo evidenter infertur, quod qualitas fenestrarum, an sint ad lumen, vel ad prospectum ictu oculi cognoscitur ex sola delineatione in Cartis, unde multò magis id cognosci poterat à Theseis tempore quo fabricabatur noster Conventus, quando nemini denegabatur liber accessus ad videndum Cœmentarios, quorum simplices Manuales, vulgò *Fattori*, perfectissimè id sciunt, solisque cœcis permissum non est id facilè assequi, eò quia videre nequeunt quantum distet à pavimento altitudo fenestrę, in quo consistit qualitas fenestrarum ad lumen, vel ad prospectum, ut de se patet.

Veritati nullatenùs cohærere mihi constanter supponitur id, quod testis veritatis asserit, cum ipso scilicet Romæ fuisse concordatum repagulum fenestris Conventus PP. apponendum, & à PP. Mathelicæ recusatum. Quoniam tanquam testis veritatis omni Jure exprimere tenebatur qualitates, & essentiam illius repaguli, quod Romę concordatum fuit, & Matelicæ recusatum: Debuisset proindè ingenuè fateri, quod Religiosi, nil aliud petentes, quàm purum aerem ad respirandum, quod nemini denegari potest, mediante eorum P. Provinciali usque de anno 1713. obtulerunt se paratos apponere eorum fenestris quæcumque repagula, judicio prudentis viri decernenda, quæ eodem tempore, quo tollerent prospectum, sinerent eos frui lumine, & aere; Verùm quia Thesei solam murationem fenestrarum prætendebant, nullo repagulorum genere contenti fuerunt. Et ideò sicuti Romæ nihil fuit in hac parte conclusum, ita Religiosi Matelicæ non habuerunt quid recusarent.

Ex quibus detecta insubsistentia omnium contrariarum criticationum, meritò cum omni fundamento sperant Religiosi multiplici EE. Patres suffragio consolari, rejecta contraria incongrua petitione murationis fenestrarum, adhibitoque aliquo congruo temperamento, vel mediantibus cratibus ligneis, vel cum vitris malleatis, vel ad summum cum oblatis repagulis *di Tavolette à scaletta*, ne iidem Religiosi in Oppido Matelicæ vitam juxta eorum rigorosum Institutum exactissimè ducentes, pejoris sint conditionis omnibus aliis Religiosis, in aliis Catholicis Civitatibus existentibus, quorum prospectus ad vicinas Domos & ipsamet supremorum Principum Palatia, non impeditur per murationem fenestrarum, sed per solas crates ligneas, vel similia repagula, ut omnibus notũ est.

Die 13. Aug 1717. proposita in C.E. causa per Em. de Scottembach, rescriptum fuit: *Pro appositione Repagulorum tabularum* à scaletta *in omnibus fenestris, enunciatis in decreto Episcopi, & Causa ampliùs non proponatur*.

DISCEPTATIO VII.

Tarentina Canonicatuum.

PRO

Canonico Josepho Carmenio, & Josepho Calvi.

CUM

Capitulo Cathedralis Tarentinæ.

ARGUMENTUM.

Canonicatus in Eccles. Cathedrali Tarentina, an sint conferendi personis, ex electo genere Civium Tarentinorum ex utroque Parente procreatis, vel potiùs conferri possint aliis quibuscumq; dignis personis, etiamsi Cives Tarentini non sint.

Cum in Metropolitana Ecclesia Tarentina nullus esset præfinitus numerus Canonicorum, & Beneficiatorum, omnesque Clerici Civitatis aggregarentur, & sine aliquo delectu promiscuè ferè cuncti Sacerdotes ambirent appellari Canonicos hinc tres pro tempore à S Sede Apostolica prodierunt reformationes; I. nimirum super præfixione Canonicatuum & reductione ad certum numerum Canonicorum, quæ contingit sub Clem. VI. anno 1347. II. super reductione Clericorum Beneficiatorum ad numerum 102. sub Sixto IV. anno 1479. & III. super eadem reductione Clericorum Beneficiatorum ad numerum 60. sub Paulo III. anno 1537.

Hoc

Hoc præmisso, facilè erit ostendere, quod d. Brevia Sixti IV. & Paul. III. non comprehendunt Canonicos, neque proindè Provisi de Canonicatibus ab Ordinario debent probare qualitates, in eisdem Brevibus designatas; Quia in eisdem Brevibus statuuntur quidem qualitates, quas debeant habere Beneficiati, seu Clerici numerati, sed de qualitatibus concurrentium ad Canonicatus, nullum habetur verbum in eisdem Brevibus; Et propterea instituendi ad hujusmodi Canonicatus non possunt coarctari ad probandas qualitates, in dd. Brevibus requisitas juxta *Text in cap. Is qui de Sent. excom. in 6. Cravet. cons. 290. n. 4 & cons. 294 n. 1. & 2. Paris de Resign. lib. 11. qnæst. 4. nu. 18. & 34 Rot. dec. 952. num. 7. cor. Emer. Jun. & dec. 606. num. 12. par. 19. rec.*

At verò nec magis absona potest esse contraria prætensio, si perpendatur, quod agitur de exorbitantissima dispositione: Quamvis enim Juris communis dispositioni consentaneum sit, quod Beneficia naturalibus conferantur, dummodo tamen idonei, & habiles reperiantur juxta notata per *Scribentes in cap. Ad decorem de Instit Garz. de Benef. cap. 9. nu. 5. & seqq.* & alibi sæpè, nihilominùs nullibi in Jure cautum reperitur, quod in conferendis Beneficiis inquirendum sit de generationibus Atavorum; Quinimmò è contra habemus, quod in conferendis illis Beneficiis, & Officiis, quæ debita sunt naturalibus Loci, unicè attenditur, an is sit natus in Loco, quia exindè oritur vera, & propria naturalitas, atque omnium fortissima civilitas, juxta *Text. in leg. Cives Cod. de Incol. lib. 10. & in leg. 1. ff. ad Municip.* cum aliis apud *Rot. dec. 882. nu. 1. & seqq. cor. Merlin. & dec. 25. n. 2. lib. 3. inter addit. ad Card de Luc. in Mantiss. tom. 1.* Et ratio est evidens, quia: *Cùm in hoc Mundo simus omnes Viatores, veramque Patriam habeamus dumtaxat in Cœlis, in quantum in Terris ambulamus, non aliam veram Patriam, & naturalem agnoscimus, quàm locum, in quo nati sumus*, sunt verba *Rot. in Senogallien Canonicatus 29 Jan. 1706. §. Quintus cor. Ansald.*

Crescitque in immensum exorbitancia, ponderando quod juxta dispositа in Brevibus, admittendi probare deberent, nedum antiquam naturalitatem ex genere Civium antiquorum Tarentinorum, sed etiam ex utroque latere, seu ex utroque Parente; Quamvis adeò impertinens sit medium maternum, ut ad nullum effectum per Jura, & Canones habeatur in consideratione, ut benè probant *Amaya in leg. 7. n. 26. C. de Incol. lib. 10. Guttier. cons. 7. nu. 8 Barbos. de Potest. Epsc. part. 2. alleg. 4. n. 14. & seqq. Carleval. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. q. 265. n. 101. Antonel. de Loc. legal. lib. 1 cap. 6. n. 46. Amostaz. de Caus. piis lib. 4. cap. 7. num. 10. Antun. de Donat. Reg. lib. 2. cap. 15. num. 16.* & prosequitur *Rot. in d. Senogallien. Canonicatus §. Disputant.*

Attenta autem exorbitantia dispositionis, nemo ignorat, quod omnis capi debet interpretatio, per quam dispositio, vel Statutum modis omnibus restringatur, ut pro regula statuunt relati per *Rot. dec. 207. n. 8. & 9 cor. Pen. dec. 126. n. 17. cor. Emer jun. dec. 43. n. 3. & seqq. par. 8. rec.* Perpendendo maximè, quod exhorbitantia hujusmodi causaret etiam Ecclesiæ perniciem, illudque inconveniens, quod præclariores Tarentinæ Dignitates, seu illius Ecclesiæ Canonicatus, non rarò necesse esset conferre vilioribus Loci, minusque dignis; Tarentum quippè quas habet honestiores Familias, constat, non paucas aliundè advenisse, & Accolas effectas fuisse Tarenti, ut plurimùm verò nobiliores Loci exteras mulieres assuevisse sibi matrimonio copulare; Et propterea cogerentur Archiepiscopi, vel vilissimos quousque, vel minùs dignos ad Canonicatus promovere, coarctata quandoque collatione ad personas hujusmodi, quod quam sit absurdum, nemo est, qui non videat, & advertit *Garz. de Benef. cap. 16. num. 30. & seqq. & Rot. dec. 418. num. 2. cor. Cerr. & dec. 61. num. 1. par. 3 rec.*

Quod ex eo patet, quia sæpissimè ex ipsis Clericis fuerunt admissi non habentes prædicta requisita, itaut illa ferè in desuetudinem visa fuerint habita, de anno 1660. Si enim non potuit exactè observari Statutum quoad simplices Clericos, qui non debebant esse periti, nisi in legendo, & scribendo, judicium erit EE. PP. an observari possit quoad Canonicos, quorum spectata debet esse virtus, & disciplina morum, argum. *Text. in Authen. Multo magis, C. de Sacros. Eccl. Lambertin de Jurep par. 1. lib. 2. quæst. 7. art. 2. n. 15 Garz. de Benef. par. 1. cap. 1. n. 9 Barbos. de Canon cap. 13. n. 1. & seqq.* Nec credibile est quod Pontifices voluerint reddere ordinationem impracticabilem, vel Ecclesiæ vilipendium causare *Altograd. sen. cons. 9. n. 89. lib. 1 Palm Nep. alleg. 5 n. 3. tom. 1. Rot. dec. 104. num. 14. & seqq post Constantin ad Stat. Urb. tom. 3. & dec. 2. n. 1. lib 4. inter addit. ad Card de Luca.*

Augetur exorbitantia contrarii assumpti, ponderando, quod Brevia loquuntur de Clericis, admittendis ad participationem emolumentorum; Ideóque non potuerunt intelligere de Canonicis, qui non participant per admissionem, sed per viam collationis tituli, quæ nil commune habet cum admissione, quæ fieri debet per solum Collegium Capituli, & Cleri, absque ministerio collationis, seu Institutionis collativæ *cap. Cùm in illis versic. Cùm autem de Præben. in 6. & Gonzal. ad Regul. Cancell. glos. 17. nu. 9.* Et rursus Brevia, sub unica, eademque ordinatione præscribunt, *quod Clericus sit de antiquorum Civium genere, per biennium deservierit Ecclesiæ, & benè legere, & canere sciat, atque saltem grammaticaliter quæ legit intelligere;* Cùm verò inverecundum sit affirmare, quod hæc conveniant promovendo ad Canonicatum, aut quod instituendus ad Canonicatum debeat iis dumtaxat pollere requisitis, palàm fit, quod Statutum loqui non potuit de Canonicis *Abb. in cap. Cùm in cunctis num. 4. de Elect. Monet. de Distrib. quotid. par. 2. q. 19. n. 37. Lotter. de Re benef lib. 2. q. 50. n. 51. & Barbos de Canon. cap. 13. n. 4.*

Accedit etiam, quod præcedenter ad Breve Sixti IV. stabilitus fuerat certus Canonicorum numerus. Propterea que neutrum Breve potuit comprehendere Canonicos; Quippè ratio, causa, & objectum reformationis, primò ordinatæ per Sixtum, postea confirmatæ cum ulteriori reductione numeri per Paulum Pontifices, unicè stetit in abusu, & exorbitantia numeri Clericorum ibi: *Cùm ab antiquo in eadem Ecclesia (ultra illius Archidiaconum, Cantorem, Thesaurarium, Priorem, & Canonicos) incertus, & determinatus Clericorum perpetuò inibi Beneficiatorum de emolumentis dictæ Ecclesiæ, juxta illius Statuta, & consuetudines participantium, numerus esse consueverit, à paucis temporibus citra propter incertum, & indeterminatum numerum dictorum, hujusmodi tanta fuit importunitas, & multitudo personarum, etiam juxta Statuta, & consuetudines hujusmodi minus idonearum, ac præter, & contra illa se admitti petentium, quod de emolumentis prædictis eosdem Clericos perpetuos Beneficiatos, concernentibus, quilibet dictorum eorundem, etiam continuò annuatim serviens in eadem Ecclesia, vix decem florenos auri de Camera percipere est.*

Sicuti namque reductio non potuit cadere super Canonicatibus, dum respectu Canonicorum non poterat verificari abusus, & exorbitantia multiplicationis, stante solemni reductione numeri Canonicorum, præcedenter facta, executa, & observata, ita pariter ordinationes, de quibus loquitur utrumque Breve, nequeunt comprehendere Canonicatus, seu Canonicos, ex quo scilicet hujusmodi ordinationes factæ fuere ex causa, & occasione reductionis Clericorum, referunturque ad Clericos, admittendos ad Collegium eorundem Clericorum per Brevia reductum *Card. de Luc. de Præbem. disc. 40. n. 5. & de Benef. disc. 139. n. 4. Rot. dec. 157. n. 25. par. 19. rec. & in Bituntina, seu Basilien. Parochialis 5. Maii 1700. §. Maximè cor. Molin.*

Indubitantiùs verò observando, quod Sixtus retulit in exordio Brevis, quod cœtus Clericorum antea non numeratus, & ideò abusibus subjectus, aderat in Ecclesia Tarentina, *ultra Archidiaconum, Cantorem, Tesaurarium, Priorem, & Canonicos*, quos jam vidimus fuisse longè antea ad certum numerum redactos; Undè clarior exoptari nequit demonstratio non comprehensionis Canonicorum sub Brevibus, & reformationibus, dum prædicta verba, *ultra Canonicos*, manifestant suppositionem, implicantque negotium, rem, vel personas exceptuatas, seu super quibus non cadit discursus *Menoch de Præsumpt. lib. 4 præsumpt. 145. n. 4. Surd. dec. 284. num. 9 Barbos. diction. 428 n. 1. Card. de Luc de Legat. disc. 45. n 4 Rot. dec. 59 n. 1. cor. Puteo.*

Adstipulatur denique solemnis observantia, quippe in facto constans est, quod usque de tempore antiquæ ordinationis aderant inter Canonicos absolutè exteri, daturque catalogus aliorum pro tempore, & adesse etiam de præsenti testatur Archiepiscopus. Addens, quod plures, qui tanquam exteri fuerunt rejecti à prætensa admissione inter Clericos Beneficiatos, fuerunt postea in Canonicos assumpti, quodque nunquam de cœtero fuit exquisitum respectu Canonicorum assumendorum, quod illi biennale servitium, in unoquoque ordine præstiterint, prout expressè, & copulativè requirunt Brevia respectu Clericorum, admittendorum in consortium. Hæc verò adeò perspicua, & inconcussa observantia, adeò potens est, ut tolleret quamcumque quæstionem, semper enim capiendus est ille intellectus, qui conformis videtur observantiæ, tametsi verior ex litera videri posset contrarius, ex communi Doctorum, & Tribunalium sententia, de qua *Rot. dec. 24. num. 9. & dec. 242. num. 12 cor. Emer. jun. & in Gerunden. Distributionum 17. Junii 1701. §. Ita cor. Card della Tre-*

Tremoille, & in Mindonien. 1. Martii 1706. §. Tertio coram Ansald. cum aliis, citatis *in tom. 1. par. 2. discept. 16. n. 101.*

Hinc facillimè corruunt argumenta omnia, in contrarium adduci solita pro comprehensione Canonicorum sub prædictis Brevibus; Futile enim est illud petitum ex capacitate verbi *Clericus*, cum adjuncto præsertim universali *nullus*, nimirum comprehendendi etiam Canonicos, 22 Quippè, etsi nimis probabiliter defendi potest, appellatione Clericorum nullatenus venire Canonicos, præsertim in odiosis, aut exorbitantibus, juxta *Text. in c. Sedes*, ubi *Gloss. verb. Majores de Rescript. Fagnan. in cap. Bonæ memoriæ il 1. num 9. & 10 de Postul. Prælat. Bellett. Disqu. Cleric. par. 1. §. 2. num. 28. Graff. de Effect. Cleric. in prælud. num 261. & per tot. & Rot. in Illerden. Receptionis 27. Junii 1704. §. Eoque magis cor. Em. Scotto.*

In nostro casu cessat omnis difficultas, tum quia in utroque Brevi facta est mentio Canonicorum proprio, & peculiari nomine in illis verbis, *ultra Canonicos*, unde dum 23 Papa loquutus fuit de Clericis, etiam indefinitè, non potuit intelligere de Canonicis *Natt. cons. 126 num. 6. Ricc. in Prax. resol. 292. num. 1. Barbos. de Appellat. appellat. 51. num. 3. & Rot. dec. 92. num. 2. lib. 2. cor. Put.* Tùm, & evidentiùs, quia si in utroque Brevi fit mentio exceptuativa Canonicorum, non cadentium sub reductione, & reformatione conditionum, & qualitatum, impossibile est, quod Canonici veniant appellatione Clericorum, quocumque effrænato nomine nun-24 cupatorum *Ber cons. 3. num. 29. & seq. vol. 1. Bursat. consil. 296. num. 3. Azor. Instit. moral. par. 2. lib. 3. cap. 11. quæst. 5. Bellett. Disqu. Cleric. par. 1. § 2. num. 26. & seqq. Graff. de Effect. Cleric. effect. 2. n. 261. versic. Quo fit.*

Ejusdem insubsistentiæ est reflexio, quod in utroque Brevi fuerit facta mentio etiam de Canonicis, quodque Statuta, præcedenter edita per Clerum, & confirmata per Vicarium Archiepiscopi, promiscuè egerint de Clericis Beneficiatis, & Canonicis. Quoniam mentio Canonicorum, facta in utroque Brevi, mirabiliter retorquetur, cùm expleta fue-25 rit in narrativa status Ecclesiæ, & præsuppositivè, seu exceptuativè ad dispositionem, seu ordinationes, factas in Brevibus. Statuta verò, præcedenter exarata per Canonicos, Clericos, & Vicarium, patiuntur validissimas exceptiones in puncto potestatis, & validitatis, & de cœtero nullo pacto allegari possunt, utpotè, nedum authoritate deficientia, verum effectuatione carentia, & ideò nomine Capituli recursus habitus fuit ad Sixtum IV. pro obtinenda reductione numeri Clericorum, stabiliendisque ordinationi-26 bus, pro iisdem admittendis, propter quod etiam hodie non quæritur de comprehensione Canonicorum sub dictis Statutis, sed, an comprehendantur sub Brevibus Sixti IV. & Pauli III.

Quatenus verò eadem Statuta afferantur exadverso pro declaratione Brevis Sixtini, veluti confirmatorii, æquivocum patens est, quia lecto, & relecto Brevi Sixtino, nullum comperietur verbum, quod sapiat confirmationem prædictorum Statutorum, vel in forma communi per simplicem relationem, vel in forma specifica, quia de Statutis non fit mentio, & solummodò refertur petitio, seu supplicatio cer-27 tis præscriptis verbis, prout non minùs certis, & præscriptis verbis ab ipso Pontifice facta fuit reductio cum prædictis Ordinationibus, & propterea ex hac methodo tenta, excluditur quælibet species confirmationis, eruiturque dumtaxat, quod Papa ad supplicationem Partis demandaverit reductionem numeri Clericorum, adjectis conditionibus & qualitatibus, sub quibus admittendi erant iidem Clerici ita reducti, ut ex se patet.

Postremò autem si prætenderetur evadverso, quod saltem Statuta prædicta veluti ordinatoria, & declarativa animi totius Cleri, possint præbere lumen pro interpretatione Indulti, seu Brevis Sixtini, postmodum superventi, error es-set magis classicus, namque ex lectura Statutorum non ori-28 tur, nisi maxima confusio propter usurpationem nominis Canonicorum, qui de cætero non poterant venire sub petita reductione, ut diximus, præexistente jam Canonicatuum, seu numeri Canonicorum præfixione, & reductione, facta per Clementem VI. Et propterea magnum esset absurdum velle declarare Brevia, cæteroquin apertissima *Rot. dec. 117.* 29 *num 7 cor. Emer jun & dec. 410. num. 7. & 8. par. 14. & dec. 452. n. 7. & dec. 462. n. 16 par. 16. rec.*

Et tamen, supposito etiam, quod dicta Satuta essent clarè comprehensiva Canonicorum, adhuc inconcludens esset contraria argumentatio. Quandoquidem in Brevi Sixtino, nec unicum verbum quidem habetur de prædictis Statutis, & solummodo refertur petitio, seu supplicatio, expresso adamussim illius tenore, qui dubio procul est omninò, & substantialiter aberrans à tenore Statutorum: Quippe in Statu-30 tis, ad sensum Partis, fit promiscua reductio Canonicorum, & Clericorum, &, omnibus simul comprehensis, statuitur numerus 102. & sancitæ fuere ordinationes pro admittendis in futurum; E' converso autem tenor petitionis, per Sixtum approbatæ, cum Indulto conformi, discriminat Dignitates, & Canonicos ab omnibus aliis Clericis, & de Dignitatibus, & Canonicis loquitur præsuppositivè, & exceptuativè, simulque præscriptio numeri 102. Clericorum facta fuit, ultra Canonicos, non comprehensos sub dicto numero, ex supradictis.

Undè necessariò fatendum est, quod, vel subinde re delata ad Archiepiscopum dicta Statuta fuerint improbata, vel in omnem casum, quod eadem Statuta, relata Sixto confirmationem obtinere nequiverint, quia si de Statutis nec ver-31 bum quidem habetur in Brevi, & petitio, in illo registrata, non minus, quàm concessio ibidem facta, solemniter discordat ab eisdem Statutis. Signum est evidens, & plusquam evidens, quod eadem Statuta manserunt improbata; namquoties Indultum non facit mentionem aliquam de Statuto, seu concordia, & multò fortiùs quando procedit ex integro, & cum narrativa supplicationis, verè, & substantialiter diversæ, atque cum concessione, eidem supplicationi consona antecedens quælibet concordia, vel Statutum, censetur penitus neglectum, improbatum, non admissum, & reje-32 ctum, ut observat *Rot. dec 619. num. 18. & 19. cor. Cerr. & in Hispalen. Peocessionum super 2. dub. 2 Decemb. 1701. in princip. cor. Ansald. & in Romana Census 30. Martii 1710. § Quintò cor. eodem.*

Nec mirum quod ita se res habuerit, tam à parte ante, quàm à parte post; Cùm enim Archiepiscopus Tarentinus esset absens, ac Romæ moraretur, simulque in eadem Ecclesia vocem in Capitulo haberent non minus Canonici, 33 quàm Clerici omnes adscripti, quorum numerus erat penè infinitus, nimis naturale fuit, quod ederetur illud Statutum sub confusione portionum Canonicalium, & Clericalium, suffocata duodecim dumtaxat Canonicorum voce ab his centenis suffragiis Clericorum, & sic quod (ut dicitur in Statuto) ex majori parte Capituli, & Cleri concluderetur petitio, facta Vicario pro confirmatione præd. Statuti; Quod in substantia includendo portiones Canonicales, totaliter redundabat in lucrum, & emolumentum Clericorum beneficiatorum tunc adscriptorum. At verò re delata ad Archiepiscopum, Romæ commorantem, perspectoque per ipsum, quod respectu Canonicorum aderat Apostolica peculiaris reductio, & reformatio, sicque eorum status, & numerus temerè nimium 34 intervertebatur per d. Statutum, quod de cætero numeris omnibus disconveniebat personis, seu Sacerdotibus, promovendis ad Canonicatus, prudenter rejecto hujusmodi irregulari Statuto, porrecta fuit supplicatio Pontifici, prorsus ex integro rerum statui accommodata, ac decori, & servitio Ecclesiæ consentanea, juxta modum, superiùs expressum, & enucleatum.

Utcumque tamen se res habuerit, ad intentum exuberat Statuti difformitas à Brevi Sixtino, namque impallibiliter assurgente discrimine inter Statutum, & Breve, id satis, superque est, absque alia indagine, adhoc ut nulla interpre-35 tatio desumi valeat ex eodem Statuto, à quo, ut diximus, recesserunt Partes ipsæ, ex integro supplicantes, nulla Statuti facta mentione; Simulque recessit Papa per Indultum omnino diversum à Statuto, nec enim interpretatio ulla sumi potest à Statuto, cujus in verbis nulla fuit facta mentio, & in substantia fuit ab eo recessum in dispositione, subsequenter facta, ut arguunt *Pedroch. cons 5. n. 161 Fenzon. ad Stat. Urbis* 36 *lib. 1. cap. 142. n. 9 & 10. Andreol. controv. 248. sub n. 7. vers Et licet, & controv. 249 n. 7. vers 4. & Rot in Rom Fideic. de Palazzolis 18. Apr. 1704 § Eoque minus, & seq cor. Muto, & 4 Julii ejusd. anni cor. eod.* Concinitque illa Juris propositio, quod ipsa supplicatio, à qua discordat concessio, nequit declarare con-37 cessionem, vel Gratiam, de qua *Spad cons. 143. num. 3. lib. 1. Lotter. de Benef. lib. 1 quæst. 40. num. 138. Rot dec. 516. nu 5. cor. Emer. jun. & dec. 83. n. 7. par. 17. rec.*

Porrò cùm hujusmodi Partis objectio prorsus insubsistens detegatur, transitum facimus ad eversionem alterius, in eo positæ, quod cùm antiquitus de 120. portionibus, ad quas restricta fuit participatio antiquis temporibus, & de 60. tem-38 poribus subsequentibus, 12 antiquitùs, & 22. ad præsens portiones adjudicarentur, & respectivè adjudicentur Dignitatibus, & Canonicis, hinc resultet, quod sicuti de numeratis portionibus ex lege Brevium prædictorum participare 39 non debent, nisi Clerici, habentes certas qualitates, ita, & ne-

necessariò fatendum sit, Canonicos etiam ligari ordinationibus, præscribentibus certas qualitates in Clericis, participare debentibus de dictis portionibus.

Facilè verò evertitur hujusmodi animadversio, eo quia ruit in facto contrarium suppositum, quod emolumenta Ecclesiæ fuerint divisa in certas portiones, nempè in 120. antiquitus, & 60. respectivè, quot fueruut, seu sunt Canonici, 40 & Clerici, unitim numerati, ad quem numerum Clericorum reduxit Breve Sixtinum, & respectivè Breve Paulinum, in quibus cautum reperitur, quemlibet participantem de emolumentis Ecclesiæ, oportere esse suffultum qualitatibus, præscriptis in præfatis ordinationibus; *Sed veritas est*, quod per dd. Brevia fuerunt divisa emolumenta Ecclesiæ in 60. portiones, non pro 60. Clericis simul & Canonicis, sed pro regulanda assignatione earundem portionum, quia de facto, ut apparet ex actu visitationis, factæ per Archiepiscopum Brancatium anno 1577. Canonici, & Dignitates semper fuerunt 41 longè supra numerum 60. Clericorum Beneficiatorum, & quilibet Canonicus unam integram portionem obtinuit, remanentes verò distributæ fuere, & hodiè inæqualiter distribuuntur inter Clericos Beneficiatos, qui antiquitùs, & post Breve Sixtinum consueverunt esse 102. & post Breve Paulinum 60. & quidem semper cum excessu: Idque certissimum, quod tam ex antiquo numero, stabilito 102. quàm ex moderniori, reducto ad 60. nunquam fuere Dignitates, & Canonici, ut supra diximus & patet ex documento anni 1672. & ex Relatione moderni Archiepisc.

Rursus insubsistens in facto est, quod prædicta Brevia Sixti IV. & Pauli III. ordinaverint, non esse admittendum aliquem ad participationem alicujus portionis sine præscriptis 42 qualitatibus, quia imò è contra, nulla facta mentione, ut diximus dd portionum, solummodo reductus fuit numerus Clericorum beneficiatorum, de quo non fuerunt, nec sunt Dignitates, & Canonici, & restrictivè loquendo de hoc numero reducto, sanxere, quod nullus hujusmodi Clericus annumerari posset pro participatione consequenda, nisi polleat qualitatibus stabilitis, ut clarè desumitur ex iis verbis ibi: *Nullus Clericus in Ecclesia ad participationem emolumentorum* 43 *prædictorum, nisi priùs Clerici qui ad præsens de eisdem emolumentis participant, ad numerum reducti fuerint. Ipseque tunc admittendus Clericus integro biennio in ordine suo personaliter, & non per substitutum, impedimento cessante legitimo, in Ecclesia, juxta antiquam consuetudinem, deservierit; Sitque de electo genere Civium antiquorum Tarentinorum, ex utroque parente procreatus, & benè legere, & canere sciat, & saltem grammaticaliter, quæ legit, intelligat, quovis modo, & quavis etiam dicta Authoritate Apostolica admitti possit.*

Ex his igitur ad evidentiam dissolvitur tota moles contrariæ argumentationis, quia Brevia non loquuntur de qualitatibus, præscriptis in rem, seu concernentibus emolumenta 44 Ecclesiæ; Itaut quilibet de eis participans teneatur probare prædictas qualitates, sed loquuntur de personis, nimirùm restrictivè ad Clericos; Unde non valet argumentum: Canonici participant de emolumentis Ecclesiæ; Ergo tenentur probare qualitates præscriptas, ut distinguendo inter ordinationes personales, seu directas in personas, & ordinationes reales, seu directas in rem, monet *Rot. dec.* 100. *n.* 62. *cor. An-* 45 *sald. & in Comen. Cappellaniæ* 31. *Martii* 1702. *§ Nec contrarium cor. Em. de la Tremoil.* Observando præcipuè, quod cùm agatur de participatione dictorum emolumentorum, id fit ad effectum prohibendi receptionem Clericorum (qui de cætero inæqualiter juxta eorum ordinem participant) donec illorum numerus non esset redactus ad 60 ut ex verbis, superiùs transcriptis: Quoties itaque de hoc numero sexagenario non sunt Dignitates, & Canonici, qui sanè æqualem semper recipiunt portionem, non Jure admissionis, sed de Jure Canoniæ col- 46 lativæ, jam satis constat, quod ipsa prohibitiò participationis, de reliquo ad alium finem, ut diximus expressa, comprehendere non potest Canonicos, & Dignitates, juxta *Tex. in leg. Legata inutiliter ff. de Reg. Jur. Rot dec.* 97. *n.* 5. *cor. Peuting & dec.* 178. *n.* 8. *par.* 5. *& dec* 234. *n* 18. *par.* 18. *rec.*

Nec pro suadenda comprehensione Canonicorum sub prædictis Brevibus opitulatur Cathalogus supplicationum, per 47 Canonicos, & Clericos porrectarum Archiepiscopis pro tempore super eo, quod *i Canonicati con le loro Prebende si debbano conferire, e dare a Preti, & ad alcuni del gremio di d. Chiesa Catedrale, cittadini, e non forastieri, & altre persone, extra d. græmium præd. Ecclesiæ Tarentinæ, juxta li Privilegj di d. Capitolo, e Clero, e come al presente si trova in possessione;* Etenim actus hujusmodi mirabiliter retorquentur; Si namque Canonici, & Clerici percipissent, quod ex mente Pontificum, & subaudito intellectu Brevium Canonicatus conferendi erant Civibus antiquis, frustra supplicassent Archiepiscopis pro hoc ipso obtinendo, cùm eo casu, nec Archiepiscopi per plenissimam authoritatem valuissent deroga- 48 re, aut tollere legem, in dictis Brevibus Pontificiis præscriptam, aut illam spernere *Mantic. de Conject. lib.* 3. *tit.* 6. *num.* 4. *Menoch. cons.* 81 *num.* 32 *Mans. consul.* 216. *n.* 30. *tom.* 3. *Saminiat. contr* 121. *n.* 77 *to.* 2. *Rot. dec.* 65. *n.* 6. *& dec.* 162. *n.* 7 *cor. Peuting.*

Animadvertendo signanter, quod hujusmodi supplicationes restrictæ sunt ad solos Cives, nulla facta mentione, quod Cives deberent esse ex antiquo electo genere, & ex utroque 49 latere, quod effici deberet, quia jam prodierant Brevia Apostolica *Abb. in cap. Inter dilectos n.* 5. *vers. Nota de Fid. Instrum. Menoch. cons* 1194. *n* 24. *&* 25. *Pacion. alleg civil. & canon.* 75. *nu.* 32. *& Rot. dec.* 322. *nu.* 8. *cor. Ludovis.*

Rursus tales supplicationes fuerunt reiteratæ unicuique novo Archiepiscopo, signum evidens, quod Clerus supplicans 50 nullum aliud obtinebat munimentum, quàm promissionis, seu favorabilis rescripti uniuscujusque Archiepiscopi, sciens, quod tales promissiones non afficiunt, nisi suos authores, non verò successores, *Card. de Luc. de Pension disc.* 11 *n.* 4. *Ansald. in annot. ad dec.* 79. *n* 36. *& Rot. dec.* 437. *n.* 13. *cor. Burat.* Et certè si quoquomodo viguisset opinio, quod supplicatio esset con- 51 formis præcitatis Brevibus, non extitisset semper, & tanta circumspectione reiterata supplicatio, & quidem in ipso ingressu, seu promotione Archiepiscoporum, ex animadversis per *Giovagnon. cons.* 38. *nu.* 20. *&* 51. *lib.* 1. *Rot. dec.* 982. *nu.* 3 *cor. Dunoz. jun.*

Addito demum, quod ut plurimum iidem Archiepiscopi, Romæ commorantes, tanquam Administratores rescripse- 52 runt: *Placet*, cum illis aliis verbis, *quatenus fuerint, & sint in canonica possessione, & quatenus sacris Canonibus non repugnent*, Vel cum subsequentibus. *Dummodò reperiantur personæ habiles, & idoneæ in d. Ecclesia, & Canones, & Decreta S. Conc. Trid. observentur*. In primis etenim rescriptum *Placet* implicat nudam gratiam, dependentem à solo placito rescribentis, *Card. de Luc. de Pension disc.* 1. *n.* 3. *& de Feud disc.* 109. *sub n.* 13. *& Rot. dec.* 864. *n.* 11. *&* 12. *cor Coccin.* Ulteriùs, dum de recenti prodierant Brevia, & præcipuè illud Pauli III. ad obtinendam exequutionem Brevium non erat opus inquirere de possessione, minusque congruebat conditionalis illa, *qua-* 53 *tenus sacris Canonibus non repugnent*. Inverecundum quippè esset dicere, quatenus opinio viguisset, Brevia loqui etiam de Canonicis, quod Archiepiscopi eorundem Brevium, seu Pontificum mentem excipere, & observare intellexerint sub prædictis præservativis, seu conditionibus, ex animadversis per *Gob. consul.* 88. *n* 20. *Rot dec.* 326. *nu.* 2 *par.* 9 *& dec.* 349. *n.* 5. *par.* 17. *& dec.* 139. *n.* 8. *post Constantin. ad Stat. Urb.*

Et demum limitare collationem Canonicatuum ad casum, *quo reperiantur personæ habiles, & idoneæ* de Civitate, consentaneum est menti Juris communis, seu sacrorum Cano- 54 num, juxta quos naturales præferuntur cœteris paribus, & naturales dicuntur ad hunc effectum omnes nati in Civitate, juxta probata *supra n.* 5. Et ideò Archiepiscopi simul, & Clerus non crediderunt id sanciri per sæpedicta Brevia, quia tunc nulla ex his quadrabat limitatio, & conditio, cùm rescripta Pontificum à nemine limitari valeant, ut advertit *Rot. decis.* 55 102. *n.* 14 *cor. Emer. jun.* Limitatio enim in rescriptis facta implicat authoritatem in his, quæ expostulantur, quia cujus est dare, est etiam limitare, & è contra *leg. Princeps ff. de Legib. Nat. cons.* 511. *n.* 2. *& cons.* 512. *n.* 18. *vers. Quia ipse concessit, Rot. dec.* 2. *nu.* 242 *par.* 3. *& dec.* 666. *n.* 41. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Simili modo vanitas est offuscare velle inconcussam observantiam, stantem pro non comprehensione Canonicorum sub memoratis Brevibus, sub eo supposito, quod anno 1381. fuerit facta expulsio Advenarum, & quod demum respectu 56 duorum Canonicorum Celonese, & Lupoli, non habentium qualitatem Civicam, expletæ fuerint protestationes, respectu verò Canonici Barricellis intercesserit aggregatio nobilitati Tarentinæ favore Patris; Siquidem ejectio anni 1381. mirabiliter retorquetur, quia contigit respectu Clericorum Beneficiatorum, non verò respectu Canonicorum. Asserta verò protestatio contra Canonicos non relevat, quia innumeræ propemodùm collationes Canonicatuum habentur factæ exteris, & præcipuè illa in personam Julii Cæsaris Viterbo 57 de Terra Nucum anno 1650. quem postea anno 1663. Canonici Vicarium Capitularem elegerunt, & nonnisi duæ dantur protestationes. Observantia enim interpretativa, ad discrimen præscriptivæ, desumitur à pluralitate actuum, & ab eo, quod ut plurimùm practicari consuevit *Rot. dec.* 316. *num.* 15. *par.* 9. *rec & dec.* 161. *num.* 12. *coram Ottob. & decis.* 23. *num.* 13. *post D. Presper. de Territ. separat. & dec.* 47 *num.* 10. *cor. Ansald.*

Imo

Imò protestationes hujusmodi ad evidentiam retorquentur; Tùm quia illæ emissæ contra Canonicum Colonese non referunt, quod Canonicis deberent conferri Civibus originariis ex utroque Parente, & illis de gremio Cleri, prævio 58 servitio, aliisque ad formam ordinationum, contentarum in Brevibus pro Clericis admittendis; Et circa protestationes contra Canonicum Lupoli, solummodo constat, quod iste Provisus à Papa expresserat, se esse Civem contra rei veritatem, quando ille non erat, neque originarius, neque verus Civis; Ideòque nihil ad punctum nostræ observantiæ. Tùm, & fortiùs, quia, non obstante apposita protestatione, hi Canonici exteri nacti sunt Canonicatuum possessionem, in eaque Canonicus Colonese obiit, & Canonicus Lupoli à 36. annis vivit Canonicus, & propterea magis, ma- 59 gisque roboratur observantia, prout illam ex contradictione cum subsecuta acquiescentia roborari firmat *Rot. dec. 502. n. 9. & 10. cor. Ludovis. & dec. 429. n. 1 cor. Peuting. & dec. 285. n. 31. par. 9. & dec. 596. n. 11. par. 18. & dec. 518. n. 36 par. 19. rec.*

Admissio itidem Canonici Barricellis ex causa allectionis Patris sui in Civem Tarentinum, retorquetur ad hominem; Nam si Brevia comprehendissent Canonicos, non fuisset satis aggregatio, cùm deberet esse ex antiquo electo genere, & ex resolutione hujus S. C. anni 1660. habetur, quod filii 60 Advenarum, qui per privilegium facti sunt Cives, non possint admitti ad participationem; Unde cùm propè illud tempus resolutionis hujus S. C. interpretantis Breve, factus fuerit Canonicus Barricellis, liquidò constat, quod Brevia non intellexerunt loqui de Canonicis; Et sanè si aliàs sufficere potuit pro Canonico Barricellis aggregatio Patris exteri, multò magis sufficere deberet Calvo, quod natus sit ex utroque Parente Tarentino, & Montalto, quod natus sit Tarenti, & ex Parentibus Tarenti commorantibus à 40. & ul- 61 tra annis, qui propterea Cives ex ipsis Neapolitani Regni Pragmaticis reputantur, ut monet *Pignatel. consult. 104 nu. 7. tom. 4.*

Ad tenorem igitur Brevium Sixti IV. & Pauli III. patet, sub eis non comprehendi Canonicos. At omnem hæsitationem vincit pondus extrinsecarum, non minus quàm intrinsecarum rationum, ex quibus certò certiùs cogimur sequi hanc ipsam interpretationem; Has enim insuperabiliter urgere pro non comprehensione Canonicorum in quacumque, & 62 maxima, extremaque etiam dubietate, nemo est, qui non sentiat, & præcipuè oculos convertendo ad magnam exorbitantiam Ordinationis, seu requisitorum, ad omnimodam disconvenientiam eorundem requisitorum respectu Canonicorum, & demum ad inconcussam observantiam in contrarium, tàm in genere, quàm in speciem, dùm nullo tempore fuit requisitum in Canonicis biennale, seu graduale servitium, fuerunt semper ad Canonicatus promoti, non minùs non adscripti inter illos de Clero, ac descripti, atque non magis Cives per antiquam prosapiam, quàm Cives per nativitatem, imò, & prorsus exteri; Quæ sanè majora sunt, fortioraque, quàm quod ad effectum, de quo agitur, elidi possint.

Exclusa ex his Canonicorum comprehensione sub ordinatione, contenta in Brevibus, de quibus agitur, supervacaneum est pertransire ad examen 2. dub. de quo certè agendum 63 non est, cùm in rei veritate nimis clarè constet ex prædictis de non comprehensione, & quidem in ipso supposito, quod Montaltus, & Calvus essent provisi de antiquis Canonicatibus, reductis à Roggerio. Quatenùs enim, ut supponitur in facto, provisi forent de aliquo ex quatuor Canonicatibus additis, à Card. Cajetano, res careret omni principio dubitationis; Cùm enim respectu istorum militet clara lex fundationis, ibi: *Volentes, ut in futurum si quando eos vacare contigerit, liberum Nobis, & Archiepiscopis pro tempore sit,* 64 *Sacerdotes quoscumque, etiam ex numero non participantium, prout Nobis, & illis magis libuerit, & expedire videbitur eligendi*, quælibet cessaret difficultas. Plena siquidem libertas, reservata Archiepiscopis in fundatione cum facultate eligendi *quoscumque Sacerdotes* derogasset cuicumque Statuto Ecclesiæ per possibile in contrarium existenti, quemadmodum notant *Lotter. de Re Benef. quæst. 32. n. 2. lib. 1. Car. de Luc. de Jurepatr. disc. 6; nu. 40 D. Piton. discept. 25. n. 9. Rot. dec. 352. num. 22 par. 16. rec. & in Veliterna Beneficii 7. Junii 1709. §. In princ. cor. Ansald.*

Non obstantibus finalibus illis verbis ejusdem fundationis. *Nihil in reliquis innovantes, sed antiqua Jura, & laudabiles ejusdem Capituli, & Cleri consuetudines in suo robore re-* 65 *manere expressè disponentes*. Quandoquidem nimis effrænata est libertas, per Archiepiscopum sibi, suisque successoribus præservata circa personas promovendorum ad Canonicatus, & stante triplici ampliatione, ibi: *Liberum nobis. Sacerdotes quoscumque, magis libuerit, & expedire videbitur*. Certissimum est, quod nullam coarctationem patitur litera quoad personas, multoque minus pati potest illam, ex adverso prætensam, per quam nihil operaretur tàm effrænata libertas circa personas, cùm aliàs etiam præcisè à tali protestatio- 66 ne, Archiepiscopus inter Cives valuisset sibi benevisos præeligere. Quapropter relatio, facta ad consuetudines Capituli, intelligitur in reliquis non protestatis, seu sublatis in litera, prout ipse Archiepiscopus fundator se ipsum declaravit per dicta verba: *Nihil in reliquis innovantes*, juxta animadversa per *Grat. discept. 839. nu. 26. Samintat. controv. 116. n. 59. tom. 2.* 67 *Rot. dec. 469. n. 26. par. 9. & dec. 68. n. 12. par. 12. & dec. 377. nu. 6. par. 15. rec.*

Nedùm verò pro submovenda indubitanter qualibet quæstione sufficeret, Montaltum, & Calvum fuisse provisos de Canonicatibus, cadentibus sub fundatione Card. Cajetani, 68 sed sat esset etiam, quod essent provisi de Canonicatibus, postremo loco fundatis, seu erectis per Archiepiscopum Caracciolum. Hujusmodi namque Canonicatus, cum suis distinctis Præbendis erecti longè post Brevia Sixti IV. & Pauli III. loquentia juxta erroneam contrariam intelligentiam de certis Canonicatibus, per eosdem Pontifices numeratis, & reductis, minimè subjecti esse possunt legibus & ordinationibus in utroque Brevi præscriptis, & concernentibus certum, & determinatum numerum Canonicorum, de quo non sunt, nec esse pos- 69 sunt Canonici, provisi de novis, seu noviter erectis Canonicatibus *Angel. cons. 302. n. 1. Alex. cons. 59. n. 7. Rot. dec. 328. sub nu. 1. par. 3. & dec. 533. n. 16. par. 19. rec.*

Non attenta replicatione, quod etiam isti Canonici participant de portionibus Ecclesiæ; Tum quia, ut vidimus, lex non fuit imposita Participantibus per viam realis ordina- 70 tionis, sed indicta fuit certis personis participantibus, & præscriptis in utroque Brevi. Tum quia Canonicatus principaliter suam fundationem habentes ex Præbendis, & cuique Præbendato debetur portio Canonicalis, tanquam accessoria, & ratione servitii Ecclesiæ. Quæ tamen dicta sint ex abundanti, quia perspicuum, & plusquam evidens est, Brevia Sixti IV. & Pauli III. non comprehendere Canonicatus, atque contra- 71 ria prætensio nullum colorem habet, propertereaque negativè respondendum esse confidimus ad utrumque dubium.

In eadem Causa.

PRoceditur ex adverso in omnibus cum æquivocis, præventivè sublatis, unde eo magis utrumque dubium resolvendum videtur *negativè*. Manet etiam immota litera utrius- 72 que Brevis, expressè excipiens Canonicos, & Dignitates à dispositis in eisdem Brevibus, quæ dum enarrando confusionem, & abusus, quibus occurrendum erat per Apostolicam reductionem, confusio, & abusus referūtur ad incertum, & indeterminatum numerum Clericorum Beneficiatorum, qui aderant in Ecclesia, *ultra illius Archidiaconum, Cantorem, Thesaura-* 73 *rium, Priorem, & Canonicos*, manifestè colligitur, in eisdem Brevibus nec per umbram agi de Canonicis, & Dignitatibus: De quibus præsertim nec agendum erat, quoties per antea ead. Apostolica authoritate provisum fuerat, mediante reductione, & stabilimento Canonicorum in duodenario numero.

Obvium, & literale fundamentum hujusmodi declinari non poterat ex adverso, ideoque opus erat prorsus dissimulare præcedens Apostolicum stabilimentum, factum respectu Canonicorum, & præsupponere, quod Breve Sixti IV. confirmavit quædam Statuta, facta per Capitulum, & Clerum cum decre- 74 to Vicarii Generalis, in quibus Statutis confusè disponitur de Clericis, & Canonicis. Verùm præcedens reductio Canonicorum, quæ efficacissimè urget pro non comprehensione Canonicorum in Brevibus occultari non potest; & supposita confirmatio prædictorum Statutorum non habet principium subsistentię.

Perlectis namque iterum Literis Apostolicis Sixti IV. datum non fuit reperire, quod ullibi facta fuerit mentio præfati Statuti, multòque minùs in eisdem Literis Apostolicis legitur 75 ullum verbum, quod relationem aliquam habeat ad pretensum Statutum, & consequenter cùm Pontifici nec fuerit expositum, quod inter Capitulum, & Clerum, ex una, & præfatum Vicarium Generalem ex altera Partibus, inita fuissent præfata Statuta, nec Papa in sua dispositione ullum penitus verbum relativum ad Statuta protulerit, nullo modo dici possunt ab ipso Papa confirmata ex defectu voluntatis, quæ nunquam trahitur ad ignorata, ex adductis in *to 1 par. 2. discept. 24 n 41.* Animadvertendo potissimùm ad verba Supplicationis pro parte Capituli, & Cleri porrectæ, in qua clariùs loqui non po-

terat

terat pro non comprehensione Canonicorum, & Dignitatum, quàm per illa verba: *Ultra illius Archidiaconum, Cantorem, Thesaurarium, Priorem, & Canonicos*. Implicat enim manifestam contradictionem, quod fuerit à Papa confirmatum Statutum, loquens de Canonicis, & Dignitatibus quoad qualitates in eodem Satuto præscriptas, quod esse deberent de electo genere Civium antiquorum, & quod in ipsa supplicatione, Papæ porrecta pro confirmatione hujus Statuti, fuissent Canonici, & Dignitates exceptuati per præfata verba, *ultra illius Archidiaconum, Cantorem, Thesaurarium, Priorem, & Canonicos*.

76

77

Non relevante, quod in dict. Brevi Sixtino narratum fuerit ibi: *Vicarii Generalis ad infrascripta expressus accedit consensus*, quia quod exinde argui velit ad relationem ad præcitata Statuta magis absonum est, quàm quod enarrando demonstrare possimus. Quippè ipsa litera Brevis excludit, quod Papa notitiam ullam habuerit de Statutis, multòque magis, quod per enunciatum consensum intellexerit se referre ad eadem Statuta; Non enim Papa processit motu proprio, minusque inquit, sibi constare de consensu Vicarii, sed solummodò refert verba Supplicationis Cleri, ibi: *Exhibita petitio continebat, quod cùm ab antiquo, &c quodque moderni dilecti Filii nostri Joannis Adriani Diaconi Cardinalis, qui dictæ Ecclesiæ ex concessione, & dispensatione dict. Sedis præest in spiritualibus Vicarii Generalis, ad infrascripta expressus accedit assensus*.

78

79

Dum igitur refertur petitio Capituli, & Cleri supplicantis, neque de Statutis fit mentio, signum est evidens, quod Papæ nec exhibita, nec enarrata fuere Statuta, quia aliàs relato tenore supplicationis non fuisset omissa saltem mentio Statutorum *Surd cons. 5. n. 6 2. Mans. consul. 501. num. 11. & 12. tom. 6. Rot. dec 69 §. Quia post Fenzon. ad Stat Urb. & in Rom. Census 31. Martii 1710. § Quin adversus coram Ansald.* Et certè dum in relato tenore Supplicationis nulla fit mentio Statutorum, nulloque modo in ipso Brevi fit relatio aliqua ad consensum Vicarii, sed solummodò dicitur, quod Supplicantes præsupposuerunt Papæ accedere consensum Vicarii, impossibile est asserere, quod Papa notitiam ullam habuerit de Statutis, in quibus adesse dicitur consensus ejusdem Vicarii, quia quando Papa procedit ad supplicationem Partis, refertque tenorem Supplicationis, nullamque facit relationem ad ea, quæ se habent extrinsecùs à supplicatione, nil aliud attenditur, quàm tenor Supplicationis *Surd. cons 49. num 24. Rota decis. 360. num. 5. coram Cels. & decis. 537. num. 4. coram Emer. jun. decis. 360. num. 2. part. 3. & decis. 84 num. 22. part. 6. recent.*

80

81

Clariùs verò, si perpendatur, quod dum Papa non confirmavit Statuta, nec processit per viam Motus proprii, sed ad nudam Supplicationem Partis ordinationes fecit, de quibus agitur, nec proindè Statuta possunt admisceri in hoc negotio; Illa namque, uti confirmata non possunt afferri. Uti verò continentia Supplicationem, ineptum esset adducere, propreteaque nescimus percipere quale commercium habeant cum interpretatione Brevis; Supplicatio siquidem ad hunc effectum consideratur à Doctoribus, quæ nil agere habet cum Statutis, nec Papa dicit, quod sibi constabat de consensu Vicarii, sed refert dumtaxat tenorem petitionis, præsupponentis accedere consensum dict. Vicarii, & proindè ex omni parte redditur inapplicabilis propositio, ex adverso adducta, de interpretatione Brevis, quæ sumenda quidem est ab eodem tenore Supplicationis, nunquam verò ab extrinsecis actibus, & documentis, nullo modo narratis, & ad quem multò minùs se retulit, aut referre potuit Papa, cujus mens, & intentio ad eadem extrinseca, non contenta in Supplicatione, & ab eo ignorata, ferri nequaquam valet *Cyriac. controv. 292. num 8. Adden. ad Ludovis decis. 15. n. 6. Rot decis. 340. n. 6. cor. Caval. & decis. 952. n 9. cor. Emer jun & decis. 34. n. 26 coram Ansald.*

82

83

84

Tolliturque omnis occasio disputandi ex solis iis verbis Supplicationis, per Papam relatis, ibi: *Vicarii Generalis ad infrascripta expressus accedit consensus*, quorum unumquodque de medio tollit contrariam prætensionem. Si namque *expressus consensus* Vicarii accessit ad *infrascripta*, non potuit per umbram intelligi de actu, gesto per Vicarium in confirmandis Statutis, quia ille actus non continet consensum, sed authoritatem, & decretum confirmatorium, & nonnisi per extravagantem metamorphosim capi potest tale decretum *pro consensu* Vicarii, & quidem *expresso*, quia consensus est quid diversum à decreto authoritativo, & confirmatorio, & certè nunquam suasibile erit, quod quidquid gesserit Vicarius Generalis occasione conficiendi Statuta, tale quid nuncupari valuisset *expressus consensus ad supplicandum Sanctissimo*, imò *ad stabiliendas provisiones, omninò dissonas ab ipso Statuto*, & capitaliter excludens Canonicos, & Dignitates ab ipsa expostulata provisione, & dispositione Papali.

85

86

Nec suffistit, quod Brevia Apostolica reduxerint portiones ad 102. & respectivè ad 60. undè prætenditur deduci, quòd ab utroque Brevi, dum agitur de hoc numero Participantium intelligi debuit de omnibus, & si etiam Canonicis. Veritas quippè stat in contrarium, cùm eadem Brevia Apostolica in qualibet parte expressè loquantur de personis Clericorum Beneficiatorum, non autem de portionibus, quæ reductæ tantùm fuerunt ad numerum 60. ab Archiepiscopo Brancatio ad effectum regulandi, sivè præscribendi certam formam participandi, dum iste in actu Visitationis, factæ de anno 1557. *proposuit easdem Participantium partes, scilicèt 60. esse servandas*, & quia numerus Participantium erat major comprehensis Canonicis, & Dignitatibus mandavit, easdem partes dividi hoc modo, videlicèt *30. Sacerdotes, Dignitates Canonicos habituros 5. portiones 8. Diaconos 4. portiones 4 Subdiaconos 3. portiones 24. Clericos, & Acolythos reliquas 3. portiones, omnes facientes numerum 102. portionum*. Ex quibus patet, quod portiones, nec à Sixto IV. nec à Paulo III. sed ab ipsis Archiepiscopis reductæ fuere, quodque, tàm Sixtus IV. quàm Paulus III. unicè reduxit numerum Clericorum Beneficiatorum de massa emolumentorum, unà cum Canonicis, & Dignitatibus participantium, nec per umbram excogitata distinctione portionum. Archiepiscopi verò dumtaxat regulando distributiones juxtà gradum, & ordinem personarum, rectè repartita fuerunt emolumenta Ecclesiæ in 60. portiones, ad hoc ut faciliùs, & quasi per æs, & libram eadem proportio servari posset in tanta ordinum confusione; Quapropter, licèt Canonici, & Dignitates participent de eadem Massa, de qua participant Clerici Beneficiati, non exindè potest inferri, quod qualitas requisita in Clericis Beneficiatis ad effectum portionis requiri ipso Jure debeat in Canonicis, & Dignitatibus, ut vidimus *supra num. 40. & seqq.*

87

88

89

90

Hinc supervacaneum est inquirere, an appellatione Clericorum veniant Canonici, & an ordinationes, factæ in Brevibus, sint exorbitantes, nec ne? Siquidem constito ex litera utriusque Brevis, quòd Canonici exceptuati fuerunt, & summa quidem ratione, dum Brevia facta fuerunt ad occurrendum abusibus, propter illimitatum numerum se recipere facientium in Ecclesiam, cujusmodi abusus respectu Canonicorum antecedenter per S. Sedem numeratorum non poterat dari ullus, non aliud disquirendum est. At verò in utroque puncto supererogatoriè prævalet hæc Pars, namque frustra contenditur, nomen Clericorum ad Canonicos protendi in casu nostro, ubi per utrumque Breve proprio nomine nuncupantur Canonici, & quod plus est dum de Clericis fit mentio, fit relatio ad illorum admissionem, & participationem, non verò ad collationem, quæ unicè convenit Canonicis, & Dignitatibus; Et rursus respectu eorundem Clericorum præscribitur requisita idoneitas legendi, & grammaticaliter intelligendi, statuiturque necessitas faciendi in unoquoque ordine biennale servitium, quæ omnia prorsus aberrant à gradu, conditione, & statu Canonicali, seu Canonicorum, ut ponderatum fuit supra *num. 10. & seqq & num. 13*

91

92

Iridem de exorbitantia, & quidem superlativa ordinationis, stabilitæ in utroque Brevi dubitari non potest. Sicque eò certiùs reiicienda est contraria interpretatio, quidquid enim sit, an de æquitate, & congruentia teneantur Collatores in conferendis Beneficiis præferre naturales Loci, in quibus terminis loquuntur Jura, ex adverso adducta, hoc certum est, quod nimis exorbitans reputatur, per Statuta coarctare collationem ad solos naturales, ob inconvenientia, & præjudicia, quæ causari exinde possunt Ecclesiasticæ Disciplinæ, & bono Ecclesiarum, ut sunt Textus aperti in *Can nos qui, & in Canon. Non loca dist. 40. & in cap. Ad decorem de Instit* ubi late *Gonzal & Barbos.* Indeque *Rot. in d. cis. 475 num 1 & seq. coram Ubaldo*, solidè firmat, similia Statuta, uti illicita ambitiosa, & contra Jus nullo modo valere, & concordant adducti per *Gambar de Legat. à later. lib. 3. à num 737 Mandos ad Regul. Canc l. reg. 16. quæst. 39 Segur in Direct Jud Eccles par. 1. cap. 9 Selv. de Benef. par 2 quæst. 2. à num. 34. & par 5 quæst. 28 per tot Hojed de Incompat. Benefic. part 1. quæst 22. num. 84 & seqq & cap 24. à num 43. & Rot decis. 24 num. 2. part. 4. divers & decis. 290. num 2. part. 2 recent.*

93

94

Quæ si vera sunt in terminis Statuti, coarctantis collationem ad naturales Loci, quid dicendum de prætensa dispositione Brevium, coarctantium admissionem, non simpliciter ad naturales, sed ad naturales *qui sint de electo genere Civium antiquorum Tarentinorum, ex utroque Parente procreati*; Ubicumque enim nedùm insinuatur, ut fit per sacros Canones, at perstrictissimè statutum etiam reperitur, quod Beneficia conferantur naturalibus Loci, id unum sufficit, quod nempè quis natus sit in loco Beneficii, etiam ex accidenti, multoque certiùs ex destinatione, prout exuberàter verificatur in utroque in-

95

O stante,

stante, juxta *dec. in Senogallien. Canon. coram Ansald.* quæ reperitur impressa penes *Paulutium dissert. 72. decis. 6. n. 46. & 47.*
97 *& duobus seq.* Et proinde exorbitantia prædictæ dispositionis, coarctantis admissionem ad illos dumtaxat, qui post longam, seu antiquam Tarentinorum descendentiam ex utroque Parente Tarenti se natos probaverint, non sine ulterioris exorbitantiæ nota in discrimen revocari posse videtur.

Quibus ita se habentibus insubsistentia sunt cætera Partis argumenta. Nil enim stringit illud, quod Clerici Beneficiati vocentur Presbyteri participantes, ac sint in omnibus æqua-
98 les cum Canonicis, excepto nomine Canonicali, dum æqualiter participant de portionibus, intersunt in Choro, & in Capitulo, quo stante nulla adsit assignabilis ratio differentiæ, quare in hac Ecclesia potiùs Presbyteri, quàm Canonici habere debeant qualitatem Civicam. Quia licèt in actibus jurisdictionalibus, ac in participatione Clerici Beneficiati, sint cum Canonicis æquales, cùm tamen sint inæquales quoad titulum, & in admissione ad consortium, ex quo Clerici Beneficiati admittuntur ab ipso Capitulo & Clero, Canonici verò ab Ordinario, & à Papa providentur, hæc sola differentia sufficit ad hoc, ut Statutum, & quidem nimis exorbitans,
99 præscribens certas qualitates in Clericis Beneficiatis, non sit extendendum ad Canonicos, & Dignitates, quia loquendo de Canonicis, & Dignitatibus nimium restringeret facultates tum Papæ, tum Archiepiscopi in faciendis collationibus Canonicatuum; Loquendo autem de Clericis præfatas facultates minimè restringeret, & illæ facultates, quas restringit utrumque Breve, erant Capituli, & Cleri supplicantium, qui
100 proindè illis cedere poterant, & in hoc consistit maxima disparitas rationis; Undè stat benè simul, quòd sint æquales, habito respectu ad ea, quæ inter ipsos geruntur, ac quòd sint inæquales, habito respectu ad liberam facultatem Collatoris, minimè restrictam ad certum genus personarum.

Dicere autem, quod cùm Canonici sint Clericis digniores, *ubi major est dignitas, magis debita est civibus, & originariis,*
101 *ne sublimentur extranei in Patria aliorum, & naturalibus substrahant potiores honores.* Nil aliud est, quàm uti argumento, quod nimis probat, proptereaque nihil; Probaret enim, quod Vicarii, Episcopi, Archiepiscopi, & his similes digniores personæ, deberent esse extractæ à Locis, non autem à virtutibus, & meritis. Renovaretque antiquas in Ecclesia digladiationes, Christianæ Reipublicæ simul, & Ecclesiasticæ
102 Disciplinæ perniciosissimas, de quibus in Historiis Concilii Basilien. & Conciliorum Constantien. & Tridentini, Rectiùs verò, ac juridicè examinato contrario argumento, illud penitus corruit ex principio illo, quod in exorbitantibus non fit extensio de re ad rem, seu de persona ad personam ex identitate, imò neque etiam ex majoritate rationis *Fragos. de Regim. Reipub. par. 5. lib. 5. disp. 8 §. 15. num. 467. & seqq. Rot. decis. 785. num 15. coram Emer jun & decis. 519. num. 3. par 4. divers.*

Res itaque ex ipsa litera efficitur clara ex præmissis, at quatenùs dubietas ulla superesset, omnem sustulit dubitandi ra-
103 tionem inconcussa observantia, juxta quam Canonicatus sæpissimè fuerunt collati exteris Sacerdotibus, & quod plus est illismet, quia tanquam exteri rejecti præcedenter fuerant à consortio Clericorum Beneficiatorum. Quæ quidem observantia, spatio tanti temporis practicata, vinceret quamcumque literæ obscuritatem, ut præter supra adductos benè *Rot.*
104 *dec. 475 n. 3 & 4 coram Ubald. ibi: Quæ eò faciliùs videbantur admittenda, quia ex testibus, pro Collegiata inductis, constat, Canonicos etiam forenses esse in possessione, & admittuntur, & recipiuntur, &c. & decis. 24. num. 5. in fine par. 4. divers.*

Adversus hanc observantiam tripliciter insistunt contrarii Scribentes. I. quod ista observantia contigerit ante annum
105 1660. quod in facto non subsistit, respectu namque Cæsaris de Viterbo constat, quod de anno 1663. & sic ferè immediatè post decretum ann. 1660. unanimi voto Capitularium fuit electus in Vicarium Capitularem, Reputent ergò secum EE. PP. quomodo universus Cœtus coalescere voluerit in eligendo sibi ipsi in Superiorem Canonicum exterum, si illum credi-
106 dissent malè promotum ex declaratione immediatè proxima? Respectu verò Canonici Baricellis, & Canonici Marini Lupoli res caret omni difficultate, quia ille fuit provisus de Canoicatu de anno 1680. & alter nempè Canonicus Baricellis, fuit provisus post Canonicum Lupoli.

Quatenus autem constaret, quod collationes contigissent ante annum 1660. nihil relevaret in Jure contraria animad-
107 sio, quoniam de dicto anno non prodiit decretum, declarans, quod sub Brevibus comprehendebantur Canonici, minusque in hac S. C. fuit de hoc dubitatum, sed unicè prodiit super eo, an Filii illorum Advenarum, qui ultra decennium in Civitate Tarentina commorati fuerant, vigore Pragmaticæ, & consuetudinis Regni, tanquam Cives reputantur, dici possent de illo genere, quod requirit utrumque Breve respectu admittendorum ad Consortium Clericorum Beneficiatorum; Undè decretum negativum desuper editum, nil facit ad
108 rem, maximè quia ipsa Relatio Archiepiscopi, super qua capta fuit resolutio manifestat, tunc nec per umbram cogitatum fuisse de collationibus, seu Canonicis, dum loquitur dumtaxat de admissionibus ad participationem, & de Clericis admittendis.

Ejusdem farinæ est secunda exceptio, quòd collationes hujusmodi secutæ fuerint in personis, habentibus qualitates, & quoties contingerunt in Exteris fuerint factæ protestationes. Etenim perperam supponitur, quòd Orontius Locritanus
109 haberet requisitas qualitates, dum ejus Mater erat de Castro Civitellæ. Nec verum est, tale Castrum esse in districtu, vel ditione Tarentina, quia Tarentum nullum habet Castrum in suo dominio, ditione, & districtu. Nativitas verò Matris in dict. Castro accidentalis gratis asseritur, nec ad mentem Brevium suffragaretur, per ea, quæ respondit *Rot. dict. decis. 6. sub num. 46. & 47. post Dissert. 62. Paulutii.* Quo verò ad Canonicum Baricellis inutiliter dicitur, quòd illius Pater fuerat inter Cives allectus; Requirebatur enim civilitas per na-
110 turam, & quidem ab antiquo genere Tarentinorum, juxta literam utriusque Brevis, & juxta declarationem anni 1660. editam ab hac Sac. Congreg.

Tertia itidem exceptio, quòd collationes hujusmodi factæ fuerint à S. Sede, non regit in facto, possemus enim probationes de istorum provisionibus ab Archiepiscopis factas afferre, si prævideri valuisset hujusmodi objectum; At in an-
111 gustia temporis exhibemus provisionem, secutam in personam Canonici de afflictis, qui non controvertitur esse ex genere exterorum Non prætereundo, quod contraria defensio nimis inconstas est, quoties etenim circa 2. dub. discursum efformat Capitulum, intrepidè asserit per Breve Paulinum indiscriminatim, Sanctæ Sedi non minùs, quam Archiepisco-
112 po prohiberi collationem Canonicatuum in Exteros. Cùm verò vult se extricare ab observantia, quæ jugulat respectu prioris dubii, discrimen expendit inter collationes, factas ab Ordinario, & expletas à Sancta Sede.

Facillimè ex his vindicata manet ab omnibus criticationibus Nobis favorabilis observantia, citra necessitatem iterum respondendi, vel ejectioni, per sententiam secutæ de anno 1581. quæ loquitur dumtaxat de Clericis, imò de clericandis
113 nullo autem pacto de Canonicis. Vel supplicationibus, factis per Capitulum, & porrectis noviter promotis ad Archiepiscopatum, quæ nedùm nocere nequeunt, sed mirabiliter retorquentur, ut vidimus *supra à num. 47.* Eademque favo-
114 rabilis observantia mirabiliter comprobatur ex ea circumstantia, quod ex confessis nullo unquam tempore practicatum fuit respectu Canonicorum biennale in unoquoque ordine servitium, quod copulativè demandat utrumque Breve in admittendis ad participationem.

Idque præclarè explicat Visitatio Archiepiscopi Brancatii, ubi ille sic refert: *Consuevisse quemlibet ipsorum antè*
115 *participationem servire duobus annis; Itaque Clericus in Clericatu duobus annis servit gratis, postmodùm servit in Subdiaconatu, & participat cum Clericis. Duobus annis servit in Diaconatu, & participat cum Subdiaconis. Duobus annis servit ut Sacerdos, & participat cum Diaconis: Verùm si nulla pars vacet integra, participat in eo statu, & gradu, quo priùs participaverat, quousque vacet aliqua pars. Canonici verò nullum expectant biennium, sed factus Canonicus participat, licèt sit Clericus, habet portionem integram.* Et hoc posito clarum, & plusquam clarum est, quod respectu Ca-
116 nonicorum Brevia nihil disponunt, atque ex inconcussa observantia illos non comprehendit, ex copulativè namquè dispositis, uno non observato, dicuntur omnia inobservata *Surd. cons. 317. num. 16. Rot. decis. 331. num. 3. & decis. 503. num. 15. coram Dunoz. jun. & decis. 453. num. 8. part. 2. recent.*

Ex quibus inter angustias positis contrariis Defensoribus non aliam adduxerunt responsionem, quàm quod biennale servi-
117 tium requiritur in ordine ad participationem emolumentorum, non autem circa admissionem ad Chorum, & Admittendorum in illo. Sed talis responsio nullam habet subsistentiam; Vis enim non stat in eo, an biennale servitium requiratur ante participationem emolumentorum, an verò antè admissionem ad Chorum, sed benè quidem in eo, quod Breve Paulinum requirit in quolibet ordine participare volentium biennale servitium, itaut ipse Sacerdos, noviter cooptatus ad Chorum, antequam participare valeat in ordine Sacerdotali, debet inservire per biennium in quolibet ordine, & sic per octo annos. Si igitur Canonicus etiam susceptus extra numerum
118 Consortii, seu Cleri Ecclesiæ Tarentinæ statim admittitur ad integram portionem absque ullo servitio biennali, signū est

evidens,

evidens, quod non comprehenditur sub Brevi, dum inter alia requisita copulata vult probari biennale servitium respectu cujuslibet Clerici, de quo loquitur idem Breve. Ostenso igitur ex his, quòd Brevia nullo pacto comprehendere valent Canonicos, superfluum est iterum animadvertere, quod agitur de Canonicatibus, post eadem Brevia fundatis, nulloque modo cadentibus sub censura Brevium, ut vidimus *suprà à num.* 63. 119

Die 5. Semptembris 1716. propositis in Sac. Congr. Concil. infrascriptis dubiis.

I. *An Brevia Sixti IV. & Pauli III. comprehendant Canonicos; Itaut Provisi de Canonicatibus ab Ordinario debeant habere qualitates, in eisdem Brevibus designatas, & quatenus affirmativè.* 120

II. *An etiam Provisi Apostolici in casu &c.* Eadem Sacr. Congreg. ad primum respondit *Negativè, & amplius*. Ad secundum verò *Provisum in primo*. 121

DISCEPTATIO VIII.

Venusina Vicarii Capitularis.

PRO

Canonico Nicolao Rapolla.

CUM

Archipresbytero Januario Pironti.

ARGUMENTUM.

Canonicus non Doctor an possit eligi in Vicarium Capitularem, quando in Capitulo reperiuntur Doctores, qui, ad faciendam rem gratam eorum Concanonico, renunciant passivæ electioni; Non facta verò electione intra octo dies à morte Episcopi, vel nullitèr sequuta, quando electio ejusdem Vicarii Capitularis devolvatur ad Metropolitanum.

PEr obitum Placidi Scoppæ Episcopi Venusini, sequutum die 25. Junii 1711. viduata suo Pastore Venusina Ecclesia, istius Capitulum in executionem dispositionis S. Concil. Trid. *sess.* 24. *de Reform. cap.* 16. fer. fer. destinavit diem 29. ejusdem mensis pro electione Vicarii Capitularis. Quia verò ex 22. Canonicis 11. votum dederunt Canon. Nicolao Rapollę J.U. & S.T.D. alii autem 11. Archipresbytero Januario Pironto, in nulla facultate graduato, ob hanc votorum æqualitatem unanimitèr dissolutum fuit Capitulum, & dilata electio ad sequentem diem. 1

Item congregato Capitulo die 30. ejusdem mensis, reiteratoque scrutinio, omnes Vocales, constantes in eorum antecedenti voluntate, æqualiter divisi, suffragia eodem prorsus modo dederunt, ac sequutum fuerat die antecedenti. Fuitque proinde Capitulariter conclusum, *quòd tam de primo, quàm de secundo scrutinio habeatur ea ratio, quæ de jure habenda foret.* 2

Credens autem Metropolitanus, quòd in hisce geminis scrutiniis Capitularibus nulla adesset legitima electio, quodque proindè per lapsum termini 8. dierum, præstituti Capitulo ad electionem faciendam, Jus eligendi ad se fuisset devolutum, juxta dispositionem ejusdem Sac. Conc. Trid. *in dict. sess.* 24. *de Reform. cap.* 16. & animadversa ibidem per *Barbos. n.* 3?. *& de Canon. cap.* 42. *n.* 55. *Quarant in summ. Bullar verb. Archiepisc. authoritas n.* 36. *& Genuens in Prax. Cur. Archiep. Neapol cap.* 70. *n.* 6. Hinc, ut in re tanti momenti solita maturitate procederet, utque in Vicarium Capitularem virum exemplaris vitæ, Subditisque gratum eligeret, ad capiendas necessarias Informationes qualitatum eligendi, misit Venusium ejus Vicarium Generalem; Solidè autem pensatis qualitatibus omnium illorum, qui tale munus exercere poterant, ex capite dicti Juris devoluti elegit in Vicarium Capitularem dict. Canon. Nicolaum Rapollam, injungendo ejus Vicario Generali, ut se iterum conferret Venusium, eundemque Rapollam in Vicariatus possessionem immitteret, subsecuto effectu; In cujus officii possessione laudabili dexteritate, & commendabili prudentia se gerendo, universo Populo, & Clero gratus existit. 3 4 5

Quæ omnia ægrè ferens dictus Pirontus, spem firmam conceperat occupandi Vicariatum suorum Factionariorum præsidio, omnem movit lapidem ad eundem finem consequendum, usque ad divulgationem magnæ calumniæ simoniacæ pravitatis, eidem Can Rapollæ gratis impictæ, publicè, & palam cum suis Factionariis se jactando; *Che tanto hanno da fare, e scrivere in Roma contro il detto Rapolla, che o l'hanno* 6

da far privare del Vicariato, l'hanno da tenere continuamente tormentato nella durazione del medesimo.

Ad quem effectum institerunt coram hac S.C. *die* 3. *Octob.* 171 . pro illius remotione; Cognita autem insubsistentia contrariæ prætensionis EE. PP. instantiam rejecerunt, mediante rescripto: *Nihil de remotione, & dentur novæ Literæ.* 7

Perventa deindè plenissima Relatione Metropolitani, quæ per extensum exhibita fuit in Secretaria, ultimo tandem loco, prævia reformatione antiqui dubii, quod cantabat: *An, & quæ electio sustineatur*, ad instantiam d. Pironti subscripta fuerunt duo alia dubia, quæ resolvenda videntur favore dict. Rapollæ; *Constare scilicèt, de illius legitima electione, à Capitulo facta*; Vel saltèm *sustineri deputationem in Vicarium Capitularem, factam per Metropolitanum.* 8

Ejus siquidem legitima electio videtur clarissima; Eo quia ex tribus Doctoribus, existentibus in nostro Capitulo, ipse majorem votorum partem habuit ut non controvertitur, Non attento, quòd in illius concursu alii votum dederint Pironto, Cum enim iste non esset Doctor in aliqua publica Universitate, sive illum eligentes essent æquales numero cum eligentibus Rapollam, ut infra videbimus; Sive etiam per insubsistentem hypothesim & falsam suppositionem in numero majori, adhuc electio Rapollæ uti graduati, diceretur legitima in concursu Pironti non Doctoris, ex generalitèr animadver. sis per *D. Pit disc* 4. *n.* 34. ubi, quòd qnando quis exced. t al um competitorem in meritis, dicitur habere majorem & saniorem partem Capituli, sequendo *dec.* 26. *Cerr. n.* 2?. *&* 2?. Et in puncto nostri casus, testando de laudabili praxi hujus S.C. observat *Card de Luc de Canon disc.* 3? *n* 8. ibi: *Capitulum scindatur, ejusque pars graduatis adhæreat, cùm in ipso concursu prostylo S Congreg approbari soleat electio graduati & reprobari illa non graduati, quamvis minora habeat suffragia.* 9 10

Quem stylum, Partibus accer... mè ... canonizavit eadem Sac. Congreg. *in Majori en. Vicarii Capitularis* 13. *Februarii* 1672. in qua scripsit idem *Card. de Luc ubi proximè*; In illa enim concurrebat ad Vicariatum Capitularem Doctor in Jure Civili tantùm, qui ex 24. votis habuerat decem, nec non Doctor in Jure Canonico, qui habuerat dumtaxat octo vota: Reliquis in diversos Canonicos coll...is; Et tamen Sac. Congreg dubio: *An pluribus electis in discordia sit assumendus in Vicarium, seu Officialem Doctor aut Licentiatus in Jure Canonico, cœteris remotis*; Respondit: *Affirmativè*, ut in *lib.* 27. *Decret fol* 315. 11 12

Neque ullum præjudicium sibi intulit Rapolla interveniendo secundo scrutinio, dum id fecit *non con animo di pregiudicare alle ragioni di esso Comparente &c ma con la sola speranza di riuscire con maggior quiete*, juxta præcisa verba expressæ protestationis, ad dictum effectum opportunè emissæ, nec non juxta æquè celebre, ac memorandum factum præteriti Sæculi, in Ecclesiasticis Historiis satis notum, de quo *Card. de Luc. de Regul. disc* 11. *num* 6. 13

Minus credimus insistendum esse in aliis prætextibus quod Rapolla uti debitor Capitulo, & tanquam Subcollector Apostolicus eligi non potuerit in Vicarium Capitularem; Quia ipsius interesse cum Capitulo nullatenus verificabatur in prætensione, quam idem Capitulum habebat cum hæreditate Cantoris Casazzii, cujus erat simplex Administratoris Aloysius Rapolla, Frater dicti Canonici, ut refert Metropolitanus. Qualitas autem Subcollectoris Apostolici non erat apta impedire ipsius electionem in Vicarium Capitularem juxta casum Archidiaconi Sprioli, *il quale in atto, ch'era Succollettore fu eletto Vicario Capitolare*, ut justificatum fuit in Secretaria, & juxta resolutionem hujus S.C. in longè durioribus terminis Archipresbyteri curam animarum *in Melevitana Vicarii Capitularis* 13 *Junii* 1669. *lib.* 26. *Decr fol.* 252. in omnem verò casum Rapolla eidem Officio Subcollectoris jam renunciaverat in manibus Nuncii Neapolitani, qui alium deputaverat pro exercitio ejusdem Officii. 14 15

E contra vero nulli as electionis Pironti omnino clara, & insanabilis est, illaque ex duplici capite palpatur manibus; Primò scilicet, quia ipse non erat Doctor; Et secundò quia adfuit paritas votorum. 16

Quoad primum clara est dispositio ejusdem Sac. Conc. Trid. ubi supra, literalitèr demandantis in *sess* 24 *de R. for cap.* 16. *ut omnino eligi debeat is qui saltem in Jure Canonico sit Doctor si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur*. & sequuntur *Garz de Benef. par.* 5 *cap.* ? *num* 9. *Barb ad Con sess* 24 *cap.* 16 *n.* 28. *Ventrig de Jurisd Archiep. cap.* 49 *n.* ?2. *Capon. tom.* 2 *discep.* 9? *n.* ... *ubi. Vicarius Episcopi potest esse non Doctor, secus Vicarius Capitularis. qui debet deputari Doctor, aliàs deputatio erit nulla Pell gr in Prax Vicar. Capitular par* 1. *sect.* 4. *subsect.* 1. *n* 3 *Diana Oper Moral tom de Potest. Cap. Sed vacan. resol.* 65. *n.* 1. *&* 2 *Marcel. Vulp in Prax.* 17

For. Eccles. cap. 44. *num.* 15. *Card. de Luc. de Can. dist.* 24. *num.* 4. ubi, quòd iste est continuatus sensus hujus S. C. cum quo processit in suo casu, nempe *in Gallipolitana* 27. *Maii* 1656. ut in *lib.* 29. *Decr. fol.* 51. *& ad Conc. disc.* 31. *n.* 26. *Monacel. in formul. tom.* 1. *tit.* 1. *form.* 2. *num.* 5. *Nicol. in flosc. verb. Vicarius Capitularis sub num.* 59. ibi: *Debet eligi Doctor, si adsit alioquin electio est nulla* 1589. *Trani* 25. *Febr. &* 27. *Marzo* 1653. *Pozzuolo, & devolvitur ad Metropolitanum* 1663. *Mazzara*; *Prout sæpiùs declaratum fuit à S. Cong. & etiam Episcop. Ostunen.* 0. *Novembris* 1629 *& Pignatel. consult.* 317. *per tot. tom.* 1. ubi quòd ita resolvit hæc Sac. Congregat. *in Creten.* 15. *Octobris* 1644.

Quod est adeo verum, ut in his casibus S. C. soleat demandare, ut removeatur Canonicus non Doctor, electus Vicarius Capitularis, & eligatur Canonicus Doctor, ut advertit *Nicol. in Flosc. verbo Vicarius Capitularis num.* 61. referens ita decisum *in una Bovinen. &c.* in longe durioribus terminis, quod existente in Capitulo Doctore in Jure Canonico, in illius concursu eligi nequeat Doctor in Jure Civili, resolvit hæc Sac. Congreg. *in dicta Majoricen. Vicar. Capitul.* 13. *Februarii* 1672. ad 1. *dub. lib.* 27. *Decret. fol.* 315.

Non attento, quod Pirontus fuerat Vicarius Gener. defuncti Episcopi: *Et si enim* (sunt verba *Dianæ, ubi supra num.* 2.) *Episcopus demortuus reliquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, eligere*, & per eadem numero verba concordat *Vulp. in Prax. cap.* 44. *num.* 15. & advertunt etiam *Barbos. de Canon. cap.* 42. *num.* 50. *& de Potest. Episcop. part.* 3. *alleg.* 54. *num.* 168. *& ad Concil. sess.* 24. *de Reform. cap.* 16. *num.* 26. *& Pignatell. consult.* 4. *sub num.* 9. *tom.* 7. ibi: *Quod est adeo verum, ut pariter declaraverit in eadem Macarensi, quod si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non debet eum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, eligere, & Capon. discept.* 92. *num.* 4. ibi: *Si Episcopus demortuus reliquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, eligere.*

Imo ex eo, quòd Pirontus fuit Vicarius defuncti Episcopi, aliud solidum motivum habebant Canonici illum non confirmandi, eo quia pro certo supponitur quod non benè se gesserat tempore sui Officii.

Minus obstat, quòd attenta renunciatione aliorum duorum Doctorum, qui adsunt in nostro Capitulo, nempè Dominici Canniæ Archidiaconi, & Nicolai Constantii Canonici, non potuerit verificari libertas electionis, & consequenter validè potuisse Capitulum eligere Pirontum non Doctorem.

Admisso enim pro constanti, quod in d. numero trium Doctorum, qui aderant in nostro Capitulo, optimè verificabatur libertas electionis, ut in terminis advertit *Card. de Luc. de Canon. disc.* 24. *num.* 4. his verbis: *Ideòque cùm in isto Capitulo adessent tres Doctores &c. ita nullitas remanebat evidens, cùm esset numerus congruus, in quo electionis libertas esset rectè exercibilis.* Idemque resolvit hæc Sac. Congreg. *in eadem Causa Gallipolit.* 17. *Maii* 1656. in qua scripsi. *Card. de Luc.* ut videre est *in lib.* 20. *Decret. fol.* 51.

Talis affectata renunciatio duorum ex contrariis Factionariis, nullo modo præjudicare potuit Rapollæ, aliàs Pirontus ex propriis injustis, & damnabilibus operationibus commodum reportaret & Rapollæ conditio deterior fieret absque propria culpa, quod omnibus principiis utriusque Juris, atque ipsimet rationi, & fei sui apertè repugnat, ut exclamant *Oliver. de matr. par.* 3. *fol.* 74. *Amic. in Curs. Theol. tom.* 9. *de Dissol. matr. sect.* 4. *num.* 39. *& Rot. dec.* 53. *num.* 103. *coram Peuting.*

Imò ex dicta affectata renunciatione dictorum duorum Doctorum, collegatorum cum Pironto, non obscurè desumitur illius ambitus, omnibus modis omnibusque viis anhelandi ad Vicariatum, pro quo non erubuit Rapollæ offerre Dignitatem sui Archipresbyteratus, teste Metropolitano in dicta relatione ibi: *Publicè ausus est coram meo Vicario dicere, obtulisse Canonico Rapollæ, se libenter ei cessurum fore Dignitatem Archipresbiteratus, si ille eidem Vicarii officium concederet.* Quantùm autem talis ambitus legibus exosus sit, nemo ignorat, & observant *Passer. de Elect. cap.* 5. *quæst.* 1. *à num.* 1. *& Brugiot. Instit. Crim. lib.* 2. *cap.* 17. *§. Et incipientes* ubi, quòd crimen hoc simoniæ non in totum absimile est, quem sequutus fui in meis *Instit. Crimin. lib.* 2. *tit.* 2. *num.* 3.

Non minus clara est alia nullitas, innixa votorum paritati: Hæc enim est inseparabilis in facto ex utrinque admissis, & ex latè comprobatis in Relatione Metropolitani; In jure verò eadem votorum æqualitas operatur nullitatem electionis, ex generaliter animadversis per *Innoc. in cap. In Genesi de Elect.* ubi *Abb. n.* 6. *Bays in Direct. Elect. par.* 3. *cap.* 7. *num.* 3. *&* 7. *Passer. de Elect. cap.* 19. *n.* 21. *D. Piton. discept.* 4. *num.* 34. *& Ansald. in addit. ad decis.* 86. *n.* 46. & firmatis per *Rot. dec.* 225. *n.* 2. *coram Burat. & decis.* 95. *n.* 2. *coram eod. Ansald. & in Eugubina Canon.* 4. *Maii* 1699. *in princ. & §. Non enim coram Lan.* &c. Et in terminis electionis Vicarii Capitularis, quòd hæc nunquam dicatur conclusa, stante paritate votorum, benè probat *Pignatell. consul.* 23. *num.* 5. *&* 6. *tom.* 1. *juxta Rom. impress.*

Neque, ad tollendam dictam æqualitatem votorum, juvat asserere, quòd in 2. Scrutinio Pirontus sibi ipsi votum dederit, accedendo numero illorum, qui ipsum elegerant. Ultra, quod enim hoc illico, & immediatè practicatum etiam fuit à Rapolla, sicque æqualitas semper viget ex animadversis per *Pignatel. consult.* 23. *num.* 9. *tom.* 1. Dicimus, Pirontum non potuisse accedere Canonicis illis, qui ipsum elegerant, eo quia antecedenter suum votum dederat Canon. Constantio, ut refert Metropolitanus; Sicque in uno, eodemque actu electionis duplex suffragium habuisset, quod ei permissum non erat *ex vulgatis.*

Minus obnubilari potest eadem votorum paritas ex eo, quod numerari non debeat favore Rapollæ votum Canon. Sozzii, qui, ut prætenditur ex adverso, erat notoriè excommunicatus.

Tum, quia rixa, & percussiones fuerunt reciprocæ inter ipsum, & Canon. Angelum Andræettam ut patet ex Processu, in Secretaria exhibito. Cùmque idem Andræetta votum suum dederit Pironto, ex eodem motivo rixæ, & levis percussionis ex utraque parte, vel ambo, vel neuter admittendus erat ad votandum, ut expressè ante scrutinium protestati fuerant Dignitates, & Canonici nostri Capituli, & consequenter semper adfuisset votorum æqualitas.

Tum etiam, quia, licèt idem Canon Sozzius ex nimia partialitate Pironti, tunc temporis Vicarii Generalis Episcopi, non fuisset absolutus, sed inquisitus pro dicta prætensa percussione ibi. *Dal Sig. Arciprete Pironti, all'ora Vicario Generale &c. solamente fu escluso da quest'assoluzione il Canonico Sozzi &c. per non aver voluto sottoscrivere il suo voto, che andava procurandosi detto Arciprete per la futura elezzione del Vicario Capitolare, &c. con lasciarsi dire in presenza di molti Canonici, che già che lui era retinente à dare il voto, si prendesse informazione della rissa.* Adhuc, cùm non præcessisset declaratoria Judicis, non erat excommunicatus vitandus, & consequenter vocem habebat in quibusvis actibus Capitularibus ut in fortioribus terminis percussoris Clerici, alioquin notorii, probant *Graff. de Effectib. Cleric. effect.* 9. *n.* 317. *&* 318. *Bajard. ad Clar. §. final. quæst.* 77. *num.* 7. *&* 8. *Dian. Oper. Moral. tom.* 3. *tract.* 5. *resol.* 14. *& part.* 5. *tract.* 9. *resol.* 61. *Sayr. de Censur. lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 18. *Monacell. in Formul. legal. pract. tom.* 3. *tit.* 1. *Formular.* 1. *num.* 4. *& Nicol. Lucubr. Canon. lib.* 1. *tit.* 36. *num.* 13. *part.* 2.

Fortiùs, quia idem Can. Sozzius reportaverat ad cautelam absolutionem à Capitulo, neque dubium est, quin talis absolutio per Capitulum impartiri potuerit, ex quo agebatur de percussione levi, consistente in simplici pugno, quo casu sicuti Episcopus potuisset absolutionem impartiri, ex animadversis per *Fagn. in cap. Pervenit n.* 8. *de Sent. Excom. Barbos. de potest. Episc. par.* 2. *alleg.* 41. *n.* 1. Et de praxi nostræ Civitatis exhibitæ fuerunt justificationes in Summario, ita hoc ipsum facere poterat Capitulum, ad quod per mortem Episcopi omnis Jurisdictio Episcopalis devoluta fuerat, ex adductis per eundem *Fagn. in cap. His quæ n.* 49. *de Major. & obed. Barbos. alleg.* 72. *num.* 182. *Nicol. in Flosc. verb. Vicarius Capitularis num.* 68.

In omnem verò casum semper urget reflexio quod cùm votum ejusdem Canon. Sozzi fuerit admissum à toto Capitulo, eo quia agnita, & unanimiter approbata fuit in utroque scrutinio votorum paritas, quæ sine computatione voti ejusdem Canon. Sozzi unquam adfuisset, non potest evitari eadem votorum æqualitas.

Non attenta asserta protestatione, à Pironto emissa ante dictum scrutinium; Hæc etenim uti ex diametro opposita facto, seu admissioni ejusdem voti, in nulla penitus consideratione habenda est per *Text. in leg. Cùm in plures § Locator ff. Locati*, & firmata per *Rot. decis.* 386. *num.* 7. *& decis.* 1089. *num.* 4. *coram Emer. jun. & decis.* 138. *num.* 35. *part.* 17. *recent.*

Ex quibus promanat affirmativa resolutio 2. dub. sive enim nullitas electionis sequatur ex eo, quod Pirontus non erat Doctor in aliqua publica Universitate, sive quia adfuit votorum æqualitas, semper Jus deputandi eundem Vicarium Capitularem devolvitur ad Metropolitanum, ut respectu primæ conclusionis adest clara dispositio S. Conc. Trid. *in sess.* 24. *de Reform. cap.* 6. ibi: *Omnino eligi debeat is, qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, si secus factum fuerit ad Metropolitanū hujusmodi Jus devolvatur*, cum multis concordantibus, allegatis supra *à n.* 17. quibus addimus punctualem resolutionem hujus S. C. in *Neriton anni* 1669. quam sequitur in eadem causa scribens, & obtinens *Card. de Luc. de Can. disc.* 25. *n.* 1. *&* 2. Et respectu 2. ob æqualitatem votorum, omissis generalibus, adest punctualis resolutio hujus S. C. *in Vercel.* 12. *Martii* 1611. quam sequi-

sequitur *Monacel in Formul.tom.2.tit.16.form.10 num.13.* ibi: *Quòd si in electione duo Canonici Doctores habuerunt vota paria, neutrum esse Vicarium legitimum, & electio propterea devolvatur ad Metropolitanum.* Quae punctualis resolutio vim legis obtinet ex adductis *in Tom. 1. part. 1. discept. 6. num. 64.*

Praeterea in dicta electione non fuit processum per vota secreta, sed publicè, & palam, idque non sine scandalorum, & rixarum occasione, teste Metropolitano ibi: *Per publica suffragia in Vicarios Capitulares elegerunt.* 41 Receptum siquidem est in his terminis, quòd in similibus electionibus procedendum semper sit, per vota secreta, ut notant adducti per *Barbos.in cap. Quia propter num.5. de Elect. Passerin. eod. tit. cap. 9. quaest. 8. num. 51. & seq. Nicol var lucub. lib 1. tit. 28. num. 18. fol. 55.* 42 ubi, quòd ita resolvit haec *S. Cong. 28. Novemb. 1625. & Monacel. in formul. tom. 1. tit. 1. formul. 2. num. 11 & Rot. decis. 1326. n. 7. cor Coccin.* Et in nostris terminis *idem Nicol in Flosc. verb. Vicarius Capitularis num. 55.* ibi: *Electio Vicarii Capitularis fieri debet capitularitèr, & per secreta suffragia, alioquin nulla est*, & omnibus maturè pensatis, resolvit haec S. C. in *Melevitan. 23. Novemb. 1697 & 15. Novemb. 1698.* ut videre est *in lib. 47. Decr fol. 529. & lib. 48. fol 522.* quae resolutio uti individualiter nostram quaestionem determinans, reputanda est pro casu legis ex adductis supra *num. 40.*

Tantùm verò abest, quod attentionem aliquam mereatur praetensa appellatio à deputatione Rapollae in Vicarium Capitularem, 43 facta per Curiam Metropolitanam, quin potiùs aliud aequè solidum caput devolutionis Juris illum eligendi ex ea desumatur, ex punctuali resolutione hujus S. C. in *Majoricen Vicar. Capitular. 13. Febr. 1672.* ad 3. dub. quòd ita cantat 44 *An si in concursu habentis qualitates requisitas à Concilio eligatur alter, hujusmodi qualitatibus destitutus, ab hujusmodi deputatione detur appellatio suspensiva.* Negativè, sed dari devolutionem ad Metropolitan. ut *in lib. 27. Decret fol. 315.* Cùmque ex hucusque animadversis, etiam separatim sumptis, nullo modo dubitari possit de valida electione Rapollae sive quia uti Doctor praeferendus esset Pironto, non Doctori, sive ex Jure devoluto ad Metropolitanum, multo magis di-45 cendum est, si omnia haec considerentur unita, prout in omni materia faciendum esse notant adducti per *Rot decis. 39. num 9. coram Zarat. & decis. 317. num. 7. coram Emer jun.*

Neque in hac parte admittendae videntur assertae secretae notitiae, Deus scit, quibus artibus expiscatae contra bonam fa-46 mam, & laudabilem existimationem Rapollae; Sumus enim in materia ex omni parte nimis praejudiciali, & relinquente semper aliquid post se, juxta infame illud, & detestabile Politicorum Principis axioma. *Calumniare semper aliquid remanet*, de quo *P. Segner. nella predic. 19. sub n 2* Et propterea uno ore ab omnibus receptum est, ut nullatenus possint figi pedes in similibus praetensis secretis notitiis, sed incedendum semper est via regia, ut notat *Passerin. de Elect cap. 33. n. 161.* ubi ad rem subdit: *Eo magis, quòd experientia demonstrat, saepissimè oppositiones ad vocem ejus, contra quem diriguntur, veritatis luce splendescente evanescere, & multotiès expertus sum eas, quo graviores erant, eò falsiores inventas fuisse: & Pas-47 serin.* sequuntur *Pignatel. consult. 18. num. 1. & seqq tom. 10. & D. Piton. discept. 21. num. 9. & seqq.* & signanter *num. 14. & 15.* ubi, quòd in nostris terminis probationes debent esse juridicè probatae, eo quia agitur de irroganda infamia electo, & contrarium practicando aperiretur via passionibus privatis, quae in nostris terminis innegabiles sunt, & *Rot. decis. 179. num. 13. part. 17. recent.* ibi: *Ne aliàs aperiatur via cuilibet malevolo impediendi personis honestis consecutionem beneficiorum &c. quia alioquin facillimè cuique pateret via optimos, & doctos impediendi.*

Absque ulla difficultate attentis quamplurimis attestationibus super bonis qualitatibus ejusdem Rapollae, de quibus in 48 Summario; Istis enim semper postponendae sunt secretae notitiae, ut prosequitur *Pignatel. ubi supra num. 6.* ibi: *Idquè maximè attentis attestationibus juratis quamplurium super bona fama, vitaeque probitate Officialis, quae longè praevalere debent praetensis denunciationibus secretis; Tum, quia istae emanare solent à personis suspectis, & criminosis: Tum etiam, quia magis creditur testibus, deponentibus de bona fama, licèt paucioribus, quàm aliis de mala, licèt numero pluribus*, & meliùs *D Piton. discept. 21. num. 17.* ibi: *Satis docetur, eam esse insubsistentem ex gravissimis attestationibus, desuper datis, quae praevalere debent assertis notitiis secretis* Et rationem adducit *Pas-49 serin. de Elect. cap. 33. num. 153.* his verbis: *Nam de jure naturae est, ut non imponatur poena contra aliquem, nisi vel confessum, vel convictum, & ideo ad damnandum aliquem non confessum plenae probationes, & convincentes sunt necessariae*, aliamque aequalitèr convincentem rationem adducit *Rota decis. 141. num. 13. & decis. 207. num. 21. part. 17 recent.* quia scilicet *testes, deponentes pro exclusione delicti, sunt magis attendendi, quàm pro delicto deponentes.* Et in nostris punctualibus terminis nullam omnino habuit rationem similium secretarum notitiarum contra alium Vicarium Capitularem S. C. E. in *Potentina 3 Junii 1714.* ad relationem Eminentiss. Fa-50 broni, ea ratione, quia illae desumptae fuerant à personis suspectis, & Vicario Capitulari infensis, quod ad unguem practicatum fuit in nostris terminis.

Observando praecipuè, quòd Metropolitanus, qui exactissimas in hac parte Informationes sumere fecit à suo Vicario Generali, laudabili ingenuitate testatur, *ex fide dignis testibus, omnique exceptione majoribus, haberi in probatis ejusdem Rapollae bonam vitam, famam, & conditionem, illiusque morum aedificationem.* Cui proinde maxima fides adhibenda 51 est, sive consideretur verisimilis notitia illarum rerum, de quibus testatur, sive illius personae dignitas, ut respectu primae conclusionis videre est apud adductos à *Rot. dec 645 num. 9. coram Cerr. & decis. 14 num. 17. coram Ansald & decis. 640. n. 9. & 10. par. 18. recent. & in Pampilon. Jur seden. 14. Febr. 1707. § Provocavit coram eod. Ansald* Et respectu secundae *in decis. 647. num. 24. coram Dunoz. Jun & decis. 383. num. 1. part.* 52 *16. & decis. 130 num. 11. part 17. recent.* & in nostris terminis *in decis. 206. num. 41. ead. part. 17. recent.*

Quae omnia corroborantur ab illa maxima inverisimilitudine, *ex quo omnes Canonici* (sunt verba Metropolitani) *qui Rapollae suffragium dedere, taliter sunt bonis fortunae praediti, incorruptae vitae nobilitèrque nati, ut nullo unquam pacto ad tale facinus committendum induci verisimilitèr poterant*, 53 ut, considerando easdem qualitates testium, generalitèr observant *Butr. in cap. Si quis num 8. de Testib. Speculat. eodem tit. § 1. num 61. Rot. decis. 533. num. 11. coram Burat. & decis. 672. num. 90. coram Cerr.* & in nostris praecisis terminis *in decis. 207. num 23 & 24. part. 17. recent.*

Advertendo hìc, quod sumus in terminis praetensae simoniae, & sic delicti nimium detestabilis adeoque juribus exosi, ut inter gravissima crimina summi Pontifices illud recensuerint, ut observant *Clar in Prax. § Simonia n. 11.* ibique *Bajard* 54 *n. 19. Raynald. tom 3 ad cap 32 supplet. 7 num 18.* Imò *Innoc. 3. in cap. Per tuas il 1 de Simon* asseruit, caetera crimina in comparationem simoniae quasi pro nihilo reputari, cum quo consonat dictum *Lucii 3. in cap Sicut 6. de Simon.* dicentis, simoniacam pestem sui magnitudine alios morbos vincere, cum aliis apud *Rot. decis. 116. à num. [illegible] part 17. recent. & in meis Instit. crimin. lib 1. tit 9 num 1*

Si autem in omni delicto semper sumenda est interpretatio pro illius exclusione, juxta *Text in cap. Dudum de Praesump.* & animadversa per *Conciol resol crim. verb. Delictum n. fol. 1. à num. 1. & Rot. decis. 132. num. 13. coram Emer jun.* Quantò 55 magis hujusmodi interpretatio sumenda est in nostro casu, attentis optimis qualitatibus Rapollae, de quibus late in Relatione Metropolitani, & latiùs in Summario, benè *Rot. decis. 141. n. 6. part. 16. rec.* ibi: *Ad evitandum delictum simoniacum pro cujus exclusione omnem possibilem interpretationem Rota semper assumpsit.* Videtur enim vim facere cuicumque sano 56 intellectui consideratio illa, quòd adeo qualificatae personae disparis conditionis, & qualitatis, nullum omnino in hac parte habentes interesse, conspirare voluerint in perniciem veritatis, ut considerando, tam multiplicitatem personarum, quàm remotionem interesse à testibus advertunt citati in meo *tract. de Livell. cap. 1. § 4. num. 4 & 5.*

Sed quod magis est ex eadem Relatione Metropolitani, cui omnis in hac parte adhibenda est fides; ex supra animadversis, habemus in claris positam subornationem contrariorum testium, dum *Pironto non puduit* (sunt verba ejusdem Relationis) *pecuniarum summas & per se & aliorum opera aliquibus ex meis Ministris illuc, unà cum Vicario porrectis, ut à me eligeretur, offerre.* Tentatio siquidem subornationis respectu 57 unius ex testibus omnem tollit fidem aliis, ex adductis in *Instit crim lib 4. tit 2. num 96.* quibus addo *Rot. in Capuana Canon. 10 Junii 1709. § Fertiùs coram Alarov.*

Minorem meretur animadversionem inordinatus Processus circa eandem somniatam simoniam, ex adverso praecipitanter, & absque ullo principio Jurisdictionis affectatissimè 58 constructus à Commissario, qui ad illum faciendum deceptus fuit, & circumventus à Pironto, ejusque Collegatis, ut se declaravit coram testibus, exhibitis in Summario, attenta illius circumscriptione demandata ab Auditore SS. quae operatur, ac si ille nunquam extitisset in rerum natura *Rot. decis. 1597. num. 9 coram Emer jun.*

Et meritò, dum fabricatus apparet in Domibus Archidiaconi Canniae, & Canon. Tancredi, qui sunt principales fautores Pironti, opera Notarii Ranieri, leviri dicti Archidiaconi, 59 inimici Rapollae. In eoque nullatenus legitur accusatoris

nomen, ad hoc ut calumnia contra calumniantem retorqueri non possit, adversus legalem formulam similium Processuum ex adductis per *Pellegr. in Prax. crim part. 4. sect. 3. n. 8 & seq.* quem sequutus fui *in meis Instit. crim. lib. 1. tit. 5. num. 8.* Major pars affectatorum testium, in illo adhibitorum, corrupti fuerunt opera, & interpositione mulierum, & sic in nulla prorsus consideratione habendi *Rot dec. 116. n 30. part. 16 rec.* ibi: *Alter instigavit aliam fœminam &c de quibus in ipsa simonia est Textus &c.* Alii uti vilissimæ conditionis, & pessimæ famæ nullam merentur fidem, ex firmatis per *Rot. decis. 44. num. 34. & seq. cor. Ansald.* Reliqui verò nempe Canonici Annibal, Tamburellus, & Mastro Abissus sunt capitales inimici ejusdem Rapollæ, atque famosi conspiratores in ipsius præjudicium, & famam, prout hæc omnia laté probata fuerunt in Summario. Quibus proinde nulla omninò fides adhibenda est ad probandum quodcumque etiam leve crimen, multoque minus ad hoc, ut dicatur probatum simoniæ atrocissimum, detestabile crimen, ut in terminis firmavit *Rot. decis. 207. per tot.* & signanter *num. 15. & 16 par. 17. rec.* ibi: *Ex quibus inimici animi, at que apertæ conspirationis argumentis à testimonio ferendo penitus arcentur*, cum caterva Doctorum, ibidem cumulatorum, & concordat *decis 141. num. 7. part. 16. rec.* ibi: *Testes deposuerunt &c. ex fomite inimicitiæ &c. quo in casu quemadmodum etiam malignitatis, & conspirationis, eorum testimonium repellitur etiam in hoc speciali crimine simoniæ &c.*

Incredibilia autem videntur ea, quæ concertata fuerunt à dictis conspiratoribus, primo loco mediantibus suis emissariis, divulgantibus per omnia loca Diœcesis citationem contra Rapolla expeditam coram Auditore Confidentiarum. Deinde verò junctis manibus expectantibus exitum omnium illarum operationum, quæ directæ erant ad eum privandum Vicariatu, quæ sunt adeo vera, adeoque notoria in nostra Diœcesi, ut nullo velamine offuscari valeant, ex quo, *mentre si stava attendendo da Roma la nuova deputazione di Vicario Capitolare, si erano fatti gran preparamenti di pasti, e festini, per dar segno dell'allegrezza con una gran pubblicità*, juxta uniformem depositionem 11. qualificatorum testium, da totum in Summario.

Sed quatenus omnia ista cessarent, & per insubsistentem hypothesim, falsamque suppositionem dicere velimus, quod aliqua, vel minima simoniæ umbra in hac parte concludentissimè probata esset, nunquam hæc præjudicare posset Rapollæ, dum ab ipso nullatenus tractata fuerunt ea, quæ exadverso prætenduntur, minusque ab aliquo de ipsius mandato, benè *Rot. decis. 1. num. 4 coram Dunozet. jun.* & meliùs *coram Cels. decis. 214. num 9.* ubi de simonia, commissa à Fratre, quod alteri Fratri non præjudicet, ibi: *Et cùm deponat de conventione, & tractatu, facto cum Fratre Christophori, non autem cum ipso Christophoro; eidem præjudicare non potest.*

Addita illa reflexione, quòd sumus in terminis Vicariatus, per annum, & ultra à Rapolla laudabiliter exerciti; Unde, quando etiam aliqua in hac parte remaneret dubietas, quod non credimus, applicaretur celebre illud: *Turpiùs eiicitur, quàm non admittitur hospes* relatum, & sequutum *ab Innoc. 3. in cap Quemadmodum de Jurejur. & à Surd. cons 64. num 7. Alex. cons. 213. num 1. lib. 6. & Card. de Luca de Servit. disc. 4. num. 6 & disc. 17 eodem num. & de Tutor. disc. 2. sub num 7.* Et in terminis electionis jam secutæ, quód ex eodem motivo substinenda in dubio sit, benè *Monacell in Formul. tom. 1. tit. 11. formul. 42. num 33.* & meliùs *Rot decis. 207. num. 8. & 9. par. 17. rec.* ibi: *Certiùs in hoc casu, in quo non agitur de impedienda acquisitione, sed de auferendo Jure, jam acquisito, quo casu plena, & concludens probatio requiritur, ut dicebat Gloss a.*

Præcipuè quia Jura omnia, & præsertim Ecclesiastica semper exigunt, ut quantum fieri potest, honori, & famæ proximi consulatur, ut per hæc præcisa verba faciendum esse, & in suo casu, non sine laude, practicavit *Rot. decis. 76. num. 7. coram Ansald.* & concordant adducti per *Marant. respons. 1. num. 16. tom. 3.*

Non omittentes rogare, ut ad cognoscendam inapplicabilitatem authoritatum, quæ de facili exadversò allegari possunt, dignentur EE. PP. illas sub oculis habere sub ea consideratione, quód in hac parte procedendum non est cum dictis, & propositionibus, ab uno, vel altero ex Doctoribus, vel incidenter, vel indigestè firmatis, sed cum resolutionibus hujus Sac. Congreg. supra adductis, ut in specie notat *Pellegr. in Prax. Vicar. part. 1. sect 4 subsect. 1. num. 13. de Vicar. capit* ibi: *Advertendum est, quòd in materia electionis Vicarii Capitularis Sac Congreg. Episc. & similitèr Sac. Congreg. Concil. sæpè sæpiùs irritaverunt electiones &c dum fieri debet electio quantum potest secundum declarationes ipsarum, licèt alitèr DD. discurrant.*

In eadem Causa.

Contraria Scriptura multis abundat æquivocis, quibus dilucidatis, cum omni fundamento speramus, & supplicamus in 1. dub. responderi, constare de legitima electione Rapollæ; Vel saltem in 2. substineri ejusdem deputationem, factam per Metropolitanum.

Supponitur primo loco, & millies repetitur, quòd Canonici oppositores nullatenùs admittere voluerint ad votandum Canonicum Sozzium excommunicatum ut, ex illorum protestationibus, ex quo inferunt, quòd Jus eligendi Vicarium Capitularem consolidatum in ipsis fuerit, illoque privati remanserint alii, qui illum admittere voluerunt.

Veritas tamen, & innegabile factum est in contrarium, dùm à dd. protestationibus, seu verbis recesserunt innegabili facto, eundem Canonicum Sozzium nedum summa pace admittentes ad votandum, sed quod magis est unanimitèr concludentes post scrutinium, illiusque voti admissionem, adfuisse votorum paritatem, ibi: *E perche s'è veduto, che, computati i voti non vi è elezzione perfetta, si è concluso unanimitèr da tutti, che si ritorni à congregare il Capitolo di nuovo domani*, ubi speciali animadversione digna sunt verba illa *unanimiter da tutti*, absque ulla, vel minima mentione antecedentis protestationis, quæ uti contraria huic facto, in nulla habenda est consideratione.

Ecce dicitur, quòd, vel omnes *unanimitèr*, vel nullus Canonicus privatus remansit sua voce, dum omnes unanimitèr admiserunt Sozzium excommunicatum, ex authoritatibus allegatis supra *n. 30.* Si omnes; Ergo electio devoluta fuit ad Metropilitanum; Si nullus: Ergo adfuit votorum paritas, & eadem devolutio est innegabilis, ex adductis supra *num. 38.*

Supponitur 2. quod percussio Canonici Andreettæ nedum fuerit gravis, *sed cum multa sanguinis effusione;* Quæ non concordant cum contrario Summario, citato ad probandam dictam multam sanguinis effusionem, ubi nulla legitur syllaba, quæ à remotissimis, vel minimæ guttæ sanguinis effusionem importet, ut ex recognitione.

Supponitur 3. quòd electio Rapollæ sequuta fuerit calore operationum Principis sæcularis, *quæ preces fuerunt, sed quibus contradici non posset*, juxta verba *Taciti lib. 4. Histor.* Quæ est pia Oppositorum meditatio, dum de talibus operationibus, & monopoliis nulla exhibetur probatio; & eorundem Oppositorum innegabile factum, publicè, & palam se opponentium hodiè electioni Rapollæ, nedum post ipsius approbationem, factam à Metropolitano, possessionemque Vicariatus ab eodem traditam, sed, quod magis est, postquam illa fuit confirmata ab hac Sac. Congreg. die 3. Ottobris 1711. cum rescripto *Nihil de remotione*, digito ostendit, vel dictas preces nullatenus præcessisse, vel eisdem absque ullo præjudicio, vel incommodo contradici posse, arguendo potentiam ab actu, juxta commune Philosophorum axioma.

Supponitur 4. quòd unà cum favoribus dicti Potentis unita fuerint damnata, & illicita media, ad quæ, probanda allegatur Epistola, scripta *per quendam Fratrem* (sunt verba apostillæ contrarii Summarii) Quanta autem fides danda sit dictæ Epistolæ ostendit illius simplex lectura, & signanter verba illa *Jer sera si partì il Sig. Cantore, &c. & il Sig. Luiggi dalla nostra parte.* Igitur Scriptor dictæ Epistolæ est unus ex Oppositoribus, seu ex illorum parte, unde eidem nulla est præstanda fides, ex adductis *in tom. 1. part. 2. discept. 1. num 51.*

Supponitur 5. quod Pironto non deesset nuptialis vestis, seu laurea doctoralis, juxta verba illa contrariæ Scripturæ ibi: *Quod ipse non fuerit Doctor &c. quia hujusmodi objectum ex omni parte convincitur insubsistens, non solum nempè in facto, ex quo probatur, prædictum Archipresbyterum esse Doctorem &c.* Æquivocum tamen in eo residet, quòd ex recognitione dicti Summarii patet, Doctoralem lauream suscepisse Maceratæ die 7. Septembris 1711. & sic tribus ferè mensibus post conclusam electionem favore Rpollæ, illiusque deputationem, factam à Metropolitano, in quibus terminis in nulla habetur consideratione, ex animadversis per *D. Piton discept. 22. num. 39.* ubi; quòd in hoc casu qualitas Doctoratus dicitur requisita favore Ecclesiæ, in quibus terminis actus, alitèr factus, substineri non potest.

Supponitur 6. quòd adsint in Secretaria multæ secretæ relationes contra Rapollam, circa quod nil possimus certi affirmare; Hoc unum subjungentes, quòd illarum notitia penes Oppositores palpare manibus facit, quòd illæ procuratæ fuerunt ab eisdem, imò quòd ipsimet sunt illi testes, qui interrogati fuerunt & examinati ab illis, qui dictas secretas notitias huic S. C. transmiserunt, ut justificatur in Summario. Si autem juxta sacras paginas, inimicis non est credendum in æternum *Ecclef. 12. 10.* quandò palam calumnias protulerunt, ex adductis per

Rot.

*Rot.decis.73.n.17 cor.Zarat.*cum aliis, allegatis suprà, mulò magis, quandò sub secreti pallio contra innocentes loquuntur, eâ viva ratione, quòd in his terminis impossibile est posse
86 praecavere, & congruas defensiones adducere, per ea, quae observant citati à *Conciol.verb. Homicidium resol.5. num.1.*

Supponitur tandem, quòd attrocissimum simoniae crimen, gratis impictum Rapollae, ab eodem commissum fuerit. Et tamen ultra innumeras, gravesque exceptiones, quę militāt contra personas affectatissimorum testium, ad eundem effectum examinatorum, dum omnes sunt de numero Collegatorum cum Oppositoribus, respondemus, quod neque unus ex iisdem falsis testibus ausus est nominare Rapollam. Igitur malè de eodem atrocissimo crimine per summam calumniam notatur idem Rapolla, quemadmodum etiam post cap. à rigidis-
87 simam informationem retulit huic S.C. Metropolitanus ibi: *Hoc malignum inventum, Adversariorum opera excogitatum, ac propalatum fide dignorum testium comprobatum fuit; Cùm aliundè judicialitèr requisitus Archipresbyter, ut istius criminis probationes proferre curaret, nunquam illas produxit*, & in
88 longe durioribus terminis simoniae verè, & realitèr commissae à Fratre, & concludentissimè probatae, quòd alteri innocenti fratri non noceat, nec obiici possit, adest *dec.Cels.219.num.9.*

Dilucidatis igitur dictis aequivocis, res videtur plana fa-
89 vore Rapollae, quia, sive prae oculis habeatur votorum aequalitas, sive deficientia qualitatis Doctoratus in Pironto, semper factus fuit locus devolutioni favore Metropolitani ex animadversis supra *cit num 7.*

Quidquid sit, an percussio Canonici Andraeettae fuerit levis, vel mediocris, hoc unum est indubitatum, quòd pugna,
90 & contusiones, absque ulla sanguinis effusione, fuerunt reciprocae inter ipsum, & Canonicum Sozzium, & propterea, vel ambo, vel neuter fuit benè absolutus, dum neuter accessit ad
91 Urbem, & ambo votum dederunt in nostra electione, primus favore Pironti, secundus autem favore Rapollae.

Non benè autem denegatur facultas Capitulis in terminis
92 levis percussionis impertiendi absolutionem ex *Bonac. Oper. Moral.tom.3. disp.2.quaest.3.punct.6.num 6.* dum ibidem idem Author residet in opinione affirmativa, sequendo *Sanchez*, qui id latè probat in *tract. de Matrim. lib. 8. disp. 2. num. 10.*
93 *vers. Secundo quia*, Prout etiam malè exadverso impugnatur, fuisse capitularitèr conclusum, quod Canon. Sozzius absolveretur à censuris ex causa levis percussionis, dum hoc factum plenissimè justificatur in Summario.

Respectu exageratarum notitiarum secretarum, nobis qui-
94 dem ignotarum, non autem Oppositoribus, qui se jactant, omnia scire, respondemus; quòd in illis non possunt figi pedes ad aliquem privandum suis juribus, vel officio, in cujus possessione reperitur, ut, omissis aliis, qui de facili allegari possent, in terminis probat *D.Piton. discept.21. num. 17.* & concordat *Passerin.de Elect.cap.33. num.161.& Pignatel.consult.*
95 *18. num.1. tom.10.* cum quibus novissimè processit S. C. E. *in Potentina Vicarii Capitularis 3. Junii 1712.* ad relationem Eminentiss. Fabroni, denegando remotionem alterius Vicarii Capitularis dictae Dioecesis Potentinae, nullamque habendo rationem similium secretarum notitiarum.

Et meritò, attentis bonis qualitatibus Rapollae, de quibus, praeter alias authenticas justificationes, exhibitas in Summa-
96 rio, testis omni exceptione major est Metropolitanus, cui omnis in hac parte adhibenda est fides, ex allegatis supra *n. 15.*

Opportunè repetentes hic, quòd non sine damnabili ambitu exadverso processum fuit in hac parte, nedum ante electionem, procurando affectatas renunciationes duorum Canoni-
97 corum, qui sunt J.U.D collegati cum Pironto, sed post eandem electionem exhibendo magnam pecuniarum summam Vicariò Metropolitani, ad hoc, ut procuraret deputationem in sui personam jure devoluto, & se exhibendo promptum renunciare Rapollae Archipresbyteratum, quatenus vellet desiste-
98 re à praesenti lite. Quae omnia notoria sunt in nostra Dioecesi, & Civitate, illaque non probamus ex secretis notitiis, sed ex publico testimonio testis omni exceptione majoris, qualis est Metropolitanus.

Magnificatae qualitates Pironti, & depressio Rapollae,
99 satis noti in Curia, praecipuè apud unum ex EE. PP. cujus servitio addictus, longo tempore laudabilitèr vixit, probantur ex attestationibus ipsorummet Oppositorum, vel illorum Collegatorum.

Quidquid sit de inspectione, an detur devolutio juris eli-
100 gendi Vicarium Capitularem ad Metropolitanum, quando Canonici devenerunt ad electionem, sed nullitèr, ex quo tunc dicatur cessare negligentia eligentium, juxta animadversa per *Pignatel consult.34. tom 8.* cujus affirmativam punctuali-
101 bus authoritatibus comprobavimus supra *cit.num.38.* quandò agitur de devolutione ratione aequalitatis votorum. Hoc unum est indubitatum, quòd quando electio est nulla ob defectum qualitatis Doctoratus, tunc nulla omnino adest difficultas, quin jus eligendi devolvatur ad Metropolitanum, ex cubitali dispositione Sac.Concil.Trid.in *Sess.24. Reform cap.16.* 102
ibi: *Omnino eligi debeat is, qui saltem in Jure Canonico sit Doctor, si secus factum fuerit* (ut in praesenti verificatur) *ad Metropolitanum deputatio hujusmodi devolvatur*, quae nullam admittunt contrariam glossam, ponuntque falcem ad radices omnium contrariarum exagerationum.

Die 6. Augusti 1712. propositis in S.C.C. duobus sequentibus dubiis, responsum fuit, ut infra. *I. An, & de cujus legitima* 103
electione constet in Vicarium Capitularem, facta per Capitulum in casu &c. Neutram electionem sustineri. 104

Quatenus autem de neutra electione constet, Dub. *II. An substineatur deputatio, facta per Archiepiscopum in personam Rapollae jure devoluto.*

Ad D.Secretarium cum SS.ad mentem, & amplius. Mens autem fuit, ut eligeretur Vicarius exterus, seu extra gre- 105
mium Capituli, ut factum fuit, & usquequo fieret talis electio, continuaret in exercitio Vicariatus Rapolla.

DISCEPTATIO IX.

Novarien. Juris sedendi in Synodo.

PRO

Canonicis S.Gaudentii Novariae.

CUM

Canonicis Ecclesiae Cathedralis.

ARGUMENTUM.

In concursu Canonicorum Cathedralis, quem locum obtinere debeant Canonici Collegiatarum in Synodo, [illegible] functionibus, in quibus unitim interveniunt.

CUpiente Episcopo Novarię indigentiis sui Cleri, & Dioecesis providere, mediante Synodi convocatione, illam, indixit pro die 12. Maii 1699. Verùm invigilante antiquo humani Generis hoste ad superseminandum zizanias, & ad im- 1
pedienda bona illa, quae à totius Dioecesani Cleri unione derivantur, juxta animadversa per *Paulut in jurispru d.sacr tom. 1. lib.3. cap.8. num.5. & 7.* optatus finis adhuc haberi non potuit, ex praetensionibus Canonicorum Cathedralis, concernentibus modum sedendi in eadem Synodo; Licèt autem ad scandala evitanda idem Episcopus, non minus juridicis, quam prudentialibus motivis innixus, post quam pluriès Partium Defensores audivit, utendo facultatibus, sibi attributis *à Sac. Conc.Trid.in sess.25 de Regul.cap.13* de quibus *Rot.decis.37 n. 21.& 22.apud Novar.in sum.Bullar.* tandem demandaverit, ut servaretur pacificus status sedendi, observatus in antece- 2
denti Synodo anni 1660. Nihilominus Canonici Cathedralis, ab hoc decreto appellantes, recursum habuerunt ad hanc S. Cong. coram qua ad illorum instantiam discutiuntur 4 dubia.

Circa quae non ambitionis stimulo, sed inhaerendo Sanctorum Patrum testimoniis, ad nostrum effectum relatis supra *discep.11.n.32 & seq.* & ad hoc, ut Justitia suadente, unicuique 3
quod suum est attribuatur, Canonici S Gaudentii infrascripta sub oculis EE.PP. ponunt, nec credunt, quod aegrè ferant Canonici Cathedralis si propria jura tueantur; Ipsis autem se conquerentibus adaptari posset responsio Domitii Senatoris cuidem Principi eum juxta suam conditionem non tractanti, 4
nempe. *Cur ego te habeam, ut Principem, cum tu non me habeas, ut Senatorem*, de qua supra *discept.17 num.80.*

Ante discussionem autem eorundem dubiorum praemittimus quod sicut omni prorsus destituta sunt fundamento ea, quae exadverso asseruntur de superioritate, & dominio Canonicorum Cathedralis, deque subjectione, ac qualitate, seu deno- 5
minatione Subditorum, & Servorum Canonicorum S Gaudentii, ita iidem ultrò admittentes in eisdem Canonicis Cathedralis praerogativas, ipsis competentes, semper in praeteritum, & omni futuro tempore parati sunt eis praecedentiam, & praeeminentiam attribuere, ut solemniter potestati fuerunt in publico Instrumento Transactionis anni 1[illegible]9 med[illegible]ntibus istis verbis: *Si dichiara il Capitolo di S.Gaudentio competere l'* 6
onorevolezza, e precedenza al Capitolo del Duomo quando Capitolarmente si troverà in qualche funzione per essi del Duomo, solita à farsi nel Duomo di S Gaudentio. & ogni altra Chiesa, tanto regolare, quanto secolare nell'andare stare, e sedere.

Ex qua literali protestatione, in actu adeo solemni contenta, inapplicabiles prorsus remanent generales regulae, in contrarium citatae, quòd Canonici Cathedralis sint Clerus pri- 7

marius Civitatis, quod dicantur Fratres, & membra nobiliora Episcopi, quod digniorem occupare debent locum & similes; Ista enim omnia nullatenus impugnantur, nec unquam in controversiam deducta fuerunt à Canonicis S.Gaudentii.

Sicuti etiam ex eadem solemni protestatione insubsistens detegitur contraria exageratio, quod iidem Canonici S.Gaudentii omne ponant studium in se reddendo pares Canonicis 8 Cathedralis Difficile siquidem erit persuadere, ut de æqualitate contendant eo tempore, quo apertis verbis in publicis, ac solemnibus Instrumentis se declarant inferiores, & cum effectu præeminentias, & digniorem locum in sedendo, eundo, & stando eis cedunt.

His igitur præmissis, circa 1.dub. resolutionem in omnibus & per omnia nos submittimus placito EE.PP. Hoc unum subjungentes, quod ex Planta Presbyterii nostræ Ecclesiæ, nec 9 non ex Relatione Episcopi, cui in hac parte multum deferri solet, ex animadversis per *Sperel.dec.*179 *num* 6. *Pignatel consult.*12.*n.*82.*tom.*3. *& Rot in Terracon.Præced.*13.*Jan.*1698. *in fin.coram Ansald.* nimis incongruus videtur situs ejusdem Presbyterii pro sedilibus Canonicorum Cathedralis. Ex quo factum est, quod in Synodis, per antecessores Episcopos habitis, Canonici ejusdem Cathedralis extra Presbiterium semper sederint in illa, celebrata ab Episcopo Basilica Petri, 10 Typis mandata anno 1609.*fol.*769.ibi: *Sessio* 1.*Clero universo suis locis posito infra gradus, & Reverendiss. Episcopo supra eos*. Et admiserunt iidem Canonici Cathedralis in supplici Libello, huic S.Cong.distributo, asserentes ibi: *Primo, se non ostante, che nelli passati Sinodi abbino seduto li Canonici della Cathedrale di Novara Oratori fuori del Præsbiterio*, qua confessione non potest melior dari probatio, ut in terminis similis confessionis, emissæ à Capitulo Metropolitanæ Coloniensis circa controversiam præcedentiæ contra insignes Col- 11 legiatas ejusdem Civitatis, pendentis in *Sac.Rota* pluriès resolutum fuit, & recognosci potest *ex decis.*32. *num.*3. *decis.*33. *in princip. apud Posth. de Manut & decis.* 242. *num* 1. *coram Peuting.& decis.*21.*num* 4.*post Antonel de Jur.Cleric.*

Quatenus autem Canonicis Cathedralis sedere permittatur intra Presbyterium, juxta terminos eorum prætensionis, ibi- 12 dem pariter post illorum terga sedere debent Canonici S.Gaudentii ad teno.2.dub. nedum Jure comuni attento, & juxta disposita *in Cærem.Episc.lib.*1. *cap.*31.*de Cærem.obser.in Sinod. fol.*146.ibi: *Deinde conduplicatis sedilibus cæteri proximiores seu remotiores, pro graduum diversitate*, & in specie observat *Gavant in Prax.Diœces.Synod.cap* 9. *n* 10 ibi: *Hinc inde à tergo Canonicorum sedilia erunt pro Clero urbano, & cap.*13.*num,* 7. ibi; *Urbanus Clerus hinc inde à tergo Canonicorum Cathedralis sedere debet*. Cujus authoritas magnifacienda videtur, ex quo, nedum intervenit in diversis insignium Civitatum Italiæ Synodis, sed præcipuè in Novariensi anno 1598. celebrato, ut testatur in Epistola ad Lectores in principio citatæ Praxis Synodalis; Verùm etiam in exequutionem d. transactionis anno 1660. inter has Partes stipulatæ, in qua dicitur 13 ibi: *Che li Sig Canonici di S Gaudentio andando processionalmente alla Cathedrale* (ut contingit in celebratione Synodi) *abbino à sedere al Presbiterio di essa sopra Banchi, apparati di panno e dirimpetto alla Sedia Episcopale*. Et infra: *Che occordo, o nel Duomo, o in S.Gaudentio si abia a predicare, o in tempo, o in congiuntura, che vi siano ambedue li Capitoli nel Presbiterio, li banchi de' Sign Canonici del Duomo siano vicini à Cancelli; e quelli de' Sig Canonici di S.Gaudentio distinti, e separati à dietro* Hujusmodi siquidem literalis conventio ser- 14 vanda inviolabiliter est, habito præcipuè respectu ad confirmationem Apostolicam, qua munita reperitur, ut, omissis generalibus in nostris terminis firmavit *Rot. in Hispalen Jur. seden.in Synod.*21 *Junii* 1697.*§.Siquidem cor.Muto* ibi: *Quoad primam, execuutio postremi hujus Brevis suadetur ex quo illud inhærens præcedenti declarationi S.C.C processit per viam Stabilimenti, seu Legis, inter has Partes observandæ, quæ omnimodam paritionem exposcit, ac exequutionem meretur*. Ex quibus remanet manifestum, contrariam prætensionem permanendi 15 in Presbyterio directè opponi dispositis in Cæremoniali, propositionibus communitèr receptis inter Tractantes de præcedentia, & demum literali conventioni; illa etenim admissa non possent conduplicari sedilia pro Clero urbano, & forensi; Non posset iste sedere post terga Canonici Cathedralis, nec possent sedilia Canonicorum S Gaudentii permanere distincta, & separata à parte posteriori, ut ex se patet.

Non obstante prætextu, quòd in eodem Presbyterio post Canonicos Cathedralis sedere debeant Beneficiati, Curati, 16 & Cappellani, nec non Clerici Seminarii; Isti siquidem habent proprium, & dictum locum in gradibus Sedis Episcopalis; Beneficiati autem non adsunt in Cathedrali Novariæ, ut est ibidem notorium, & Curati, aliiquè simplices Cappellani, non constituentes unum corpus cum Capitulo, juxta *Gloss. in cap.Cùm ab hoc Verb. Assisos de Cleric. non resident.* & firmata *per Rot.decis* 237. *num.*1.*coram Cels.* Synodo, nec etiam 17 intervenire possunt, ut in specie probat *Pignatell. consult.* 3. *num.*5 .*tom.*7 Et quatenus intervenirent illis præcedere debent Canonici nostræ insignis Collegiatæ ex adductis per *Barbos. de Canon.cap.*18. *num.* 67. ubi refert, ita pluriès ab hac Sac. Congreg.decisum.

Quod 3.dub.circa semicirculum rigorosum, seu perfectum, se submittunt pariter Canon. S.Gaudentii placito hujus S.C. Hoc unum subjungentes, quod circa talem semicirculum ha- 18 bemus claram dispositionem *Cærem.lib.*1.*cap.*31.*fol.*146.ibi: *In Diœcesanis verò, quia non interveniunt Episcopi, disponentur Dignitates, & Canonici Ecclesiæ Cathedralis parati hinc indè à lateribus Episcopi, vel ante Episcopum, semicirculum facientes*.

Deveniendo ad 4. dub. quocumque modo sedeant Canonici Cathedralis, post illorum terga ex utroque latere sedere debent Canon. Ecclesiæ Collegiatæ, ut determinatum fuit in 19 citata transactione ibi: *Le banche de' Sig. Canonici del Duomo siano vicine a' Cancelli, e quelle de' Sig. Canonici di S.Gaudentio distinte, e separate a dietro*. Quòd paritèr statutum legitur in 20 *Cærem.Episcop lib.*1. *cap.*31. *de Cærem.obser.in Synod Provic. vel Diœces.fol mihi* 146.ibi: *Deinde, comduplicatis sedilibus, cærem.proximiores, seu remotiores pro graduum diversit.*

Eò autem magis servandus videtur iste sedendi modus, quò per illum non præjudicatur Canonicis Cathedralis, attribui- 21 tur proprius locus Canon. S.Gaudentii, & concurrit observantia in aliis Synodis practicata.

Non præjudicatur Canonicis Cathedralis, quia illi semper sedere debent propè Episcopum, & ante Canon. S.Gauden- 22 tii, ex quo istorum scamna ponuntur post terga eorundem, in quo verè, & propriè consistit præcedentia, seu primus locus, ex animadversis per *Cobell. ad Bullar. bon regimin. cap.* 16. *num.*7. *Panimol decis.*1.*annot.*14. *num* 1. & in nostris terminis *Pignatell.consult.*26. *num.*1.*tom.*1.*& consult.*25.*num.*4.*tom.*4.

Attribuitur Canon.S Gaudentii proprius locus; Si enim practicaretur contrarium, attento eorum magno numero, non 23 possent omnes ex uno tantùm latere sedere; Sed deberent in tertio ordine sedilium permanere, cum illa difficultate, quam in nostris terminis considerat *Pignatel.consult* 92. *num.*10 *tom.* 4. *versic Et quia Dignitates, & Canonici sunt numerosi, ita ut sit penè impossibile, quod totus Clerus possit circulum facere in Sacrario*. Quo casu illi, qui in tertio ordine sedilium perma- 24 nerent, darent præcedentiam aliis Collegiatis, sedentibus ex adverso in secundo ordine, ut de se patet & facit *Rot.in decis.* 566.*num.*23.*coram Bich* ubi sequitur *Anton.de Pret.de Jurisd. Episcop.cap.*6.*sub num.*56.*vers Ideo qui sedet*, & tamen hanc prætensionem, nec etiam habent eædem Collegiatæ, ut ex 10.dub.ad illorum instantiam superaddito.

Concurrit demum observantia, quæ totum facit in hac 25 materia, ex generalitèr adductis per *Mastril.de Magistrat.lib.* 4.*cap.*14. *num* 1 *Pignatell. consult* 25. *num* 1 *tom.*4. *& Rot.in Hispalen. Præced.*16.*Jan.*1693.*§ Posita cor.Manuel* Et in no- 26 stris terminis *Panimol.dec.*1.*annot.*16. *num.*15 *& Rot. dec* 32. *num.*6.*&* 7.*apud Posth.de Manut* ubi, quòd procedit conclusio etiam si jus expressè resistat, *& decis* 33.*n.*5 *& cor. Peuting. decis.*242.*n.*1. & apud *Antonel de Jur. Cleric. decis.*19.*num.*2.

Probatur tandem eadem observantia ex Relatione Episcopi, & ex depositione trium testium de visu, ex quo scilicet præsentes fuerunt in præteritis Synodis, describentium lo- 27 cum, & situm omnium Canonicorum in sedendo, ex quibus observantiam probari in specie firmat *Rot. decis.*242.*num.* 2. *coram Peuting.*

Non attenta declaratione, seu veriùs retractatione unius ex dictis testibus, exadversò mendicata; Ultra exceptiones siquidem affinitatis, consanguinitatis, interesse, & affectio- 28 nis, quæ verificantur respectu ejusdem testis, & de quibus *Alexand cons.*132. *num.*27. *lib.*5 *Gabriel.de Testib concl.*15.*n.* 1.*& seq.Rot cor. Cels.decis.*166. *n.*6.*& coram Cer.decis.*26. *num.* 12.*&* 17.*& decis.*774. *num.*8. Posterius dictum ejusdem attendi non meretur in concursu antecedentis juratæ depositionis, *cap. Præterea, de Testib. Farinac.eodem tract quæst.*66. *num.* 228.*Grammat dec.*103.*num.*146. *Capon.controv.*370.*num* 5.*& Rot.in Rom seu Januen. Testam* 9 *Junii* 1681.*§ Regulare cor. Card. Matthæo*, ubi quòd in hac materia regulare est, quod testibus non liceat ex intervallo se corrigere, & primum dictum retractare, cùm præsumatur subornatio, præcipuè si consideretur, quod iste testis non approbavit simplicitèr attesta- 29 tionem, ab aliis testibus compositam, sed se subscribendo in medio aliorum duorum, describentium situm, & sedilia antecedentis Synodi, ut ex originali Planta in manibus Emi Ponentis, ipse quoque attestatus fuit, in Synodo anni 1660. tam

Cano-

Canonicos Cathedralis, quàm nostræ Collegiatæ sedisse, juxta delineationem, ibidem descriptam.

Magna novitas elevationis gradus, quæ prætenditur in 5. dub. non videtur permittenda. Illa etenim unico coloratur prætextu distinctionis Canonicorum Cathedralis, & Canonic. S. Gaudentii, illorumque præeminentiæ, quæ tamen nunquam fuit denegata, nec impugnatur illa, quæ non à graduum elevatione, sed à loco anteriori, & Principi, seu Superiori proximiori desumitur, juxta *Gloss. in §. Aliam verb. Altiore, Instit. de bonor. possess.* ubi quòd ille dicitur sedere in altiori loco, qui proximior Domino est, quam sequuntur *Mastril. de Magistrat. lib. 5. cap. 4. num. 2. & 3. Cohell. ad Bul. bon. regim. cap. 3. num. 153. Panimol. dec. 1. annot. 14. n. 8.* ubi, quòd ita resolvit hæc S. C *in Alexandrina 15. Martii 1608.* quam refert etiam *Barbos. de Canon. cap. 18. n. 42.* & in individuo observat *Pignatel. consult. 25. n. 10. tom. 4.* ubi, quòd sac. Canones non dicunt, quòd Canonicis Cathedralis debeatur locus altior, sed solum dignior, illumque habere dicuntur iidem Canonici, quando sedent Episcopo viciniores, non autem in altiori loco, & in fine refert resolutionem hujus S. C. *in Reginen. 3. April. 1641. & consult. 26. n. 1. to. 1.*

Resistentibus in hac parte omnibus juris, & congruentiæ regulis ex diametro oppositis similibus novitatibus, improbatis à *D. Jo. Chrisost. in epist. 1. ad Corinth homil. 7.* cum istis verbis. *Novitates esse odiosas, nihilque adeo animos perturbare, quàm innovare aliquid, & à consuetudine alienum facere.* Quem in terminis similis prætensionis Canonicorum Metropolitanæ Coloniensis, contra insignes Collegiatas ejusdem Civitatis, sequitur *Rot. dec. 19. in fin. apud Antonel. de Jurib. Cler.* & generaliter *in dec. 211. n. 4. par. 17. rec.* ubi, quòd nimis durum esset immutare ea, quæ longo temporis curriculo servata sunt, & congruere videtur monitum *Mæcenatis ad Augustum*, quod post *Dionys. Cass. lib. 52.* refert *Just. Lips. lib. 4. Politic. c. 9. & lib. 6. c. 3.* nempè: *Optimum esse ambitiosa certamina prorsus excindere, atque adeo nec nomina novæ, aut aliud quid permittere, ex quo possint oriri discordiæ.* Addita consideratione, quod si permitteretur Canonicis Cathedralis elevata sessio super altioribus scamnis, impedirentur Canonicis S. Gaudentii post illorum terga sedentes videre Episcopum.

Ex quo inconvenienti sequitur resolutio 6. dub. quòd scilicet si instantiæ Canonicorum Cathedralis in hac parte annuendum censeatur, similis, imò major elevatio concedenda esset Canonicis S. Gaudentii, ad hoc ut assistentes in Synodo post terga Canonicorum Cathedralis videre possint ea: quæ ibi fiunt, neque impediti, ferequè sepulti remaneant ab eorum altioribus sedilibus.

Non contravertimus circa 7. dub. Canonicorum Cathedralis scamna cooperiri posse aliquo panno colorato.

Sed simili modo admittere debent iidem Canonici Cathedralis affirmativam resolutionem 8. dub. quod scilicet ornatu simili cooperiri debeant sedilia Canonicorum S. Gaudentii, sicuti in præteritum fuit practicatum, ut refert Episcopus, & assistit pariter in hac parte sæpè citata concordia anni 1660. & subsequuta Apostolica confirmatio, prævio voto hujus S. C. in qua in specie dicitur, quod Canonicis S. Gaudentii. *Super sedes seu scamna pannis iisdem suppositis, & ante faciem sedis Episcopalis sedere, & residere liceat.*

Usquequo enim per concludentes justificationes ex adverso ostendatur insubsistentia hujus transactionis, illaque per tres conformes sententias rescindatur, inviolabiliter servanda est, ut observant *Dec. cons. 436. n. 1. Rot. apud Torr. de Pact. fut. succes. dec. 34. n. 4. & 5 & cor. Priol. dec. 46. n. 4. & seqq. & cor. Dunoz sen. dec 168. n 2. & in par. 19. rec. dec. 350. nu. 5. & seqq.* Considerando præcipuè illius confirmationem in forma specifica, hoc est mediante Voto, & discussione hujus S. C. latè *Urceol. de Transf. q. 25. n. 9. & seqq.*

Nec dicatur hanc concordiam loqui de aliis functionibus, à Synodalibus distinctis, ad quas propterea extendi non possit ex *dec. Cæsaraugust. Synod cor. Coccin.* inter ejus impressas *la 1619. sub n. 7. & dec. 1651. sub n. 4.*

Concordia enim loquitur generaliter in illis functionibus, in quibus utrumq; Capitulum intervenire debet, ut ex lectura, proindeq; cotinetur in illa casus Synodi, in qua id expresse verificatur ex cumulatis per *Urceol. de Transf. q. 81. n. 2. & seqq.*

Quod ulteriùs comprobatur ex causa motiva ejusdem, ex illius verbis, ex paritate, imò identitate rationis & ex observantia immediatè subsequuta.

Ex causa motiva, quia in illius dispositiva dicitur ad eandem concordiam deventum fuisse ad sedandas quascumque controversias, inter dicta Capitula vertentes, *Nec non, nè nova jurgia oriri possent, & rebus minimè compositis adhuc de novis litium anfractibus esset pertimescen. contra eam, quæ multù decet omnes Christi fideles, & præcipuè Ecclesiast. personas, perfectam charitatem.* Quæ omnia nullatenus verificarentur, si non comprehenderent controversias sedendi in Synodo, saltem contentas sub illis verbis: *Ne nova jurgia oriri possent*, ut in specie firmavit *Rot. dec. 45. n. 2. cor. Caval.* & concordant adducti ab *Urceol. de Transf. qu. 81. sub n. 19.* ubi, quod transactio, facta ad evitandas lites, & pro pace conservanda, comprehendit omnem occasionem litigandi in quocunque casu, nec restringitur ad unum tantùm in particulari, quod firmavit pariter *Rot. dec. 629. n. 2. in fine par. 4. rec. & dec. 228. n. 1. par. 10. & cor. Coccin. dec. 1302. n. 13. & 14.*

Ex illius verbis, Quia in illa dicitur, ibi: *Che li Sig Canonici di S. Gaudentio, andando processionalmente alla Catedrale, abbino a sedere in Pesbyterio di essa sopra banchi, apparati di panni, dirimpetto la Sedia Episcopale.* Et infra ibi; *Occorendo, che o nel Duomo, o in S. Gaudentio si abbia a predicare in tempo, & congiuntura che vi siano ambedue li Capitoli nel Presbyterio, le banche de' Sig Canonici del Duomo siano vicino a' cancelli, e quelli de Sig. Canonici di S. Gaudentio distinte, e separate a dietro.* Quæ verba nulla videntur, admittere controversiam, nec aliquam pati restrictionem, & in specie decidere ferè omnia dubia, quæ ex adverso disputantur, ut considerando eorundem verborum amplitudinem, observat *Card. de Luc de cred. disc 91. in fin.* & firmavit *Rot. dec. 100 n. 3. & seqq. apud Merl. de Pign.*

Ex identitate rationis, quia eadem militat ratio in Synodo, & extra illam, quando utramq; Capitulum concurrit, & proindè in utroq; casu eadem servari debet dispositio ad *Text. in leg. His solis, C. de Revoc. donat & in leg. Illud Cod. de Sacros. Eccl.* & animadversa per *Paris. cons. 16. n. 14. lib 3. & Rot. dec. 51. n. 15. cor. Caril.* & in terminis, nostro casui similibus, *in dec. 348. n. 11. vers. Haud subsistente par. 17. rec.*

Et demum *ex observantia*, dum in Synodo, immediatè habita post transactionem, illud idem practicatum fuit, quod in concordia generaliter conventum extiterat; Pro interpretatione autem transactionis magnifaciendam esse observantiam, etiam ex unico actu deductam, observant adducti à *Valer de Transf. lib 6. q 3. n. 32. Tondut. qu benef. lib. 1. c. 39. n. 11. & Rocc. Sellectar. interp. c. 170 n. 27.*

Quibus non refragatur *dec. Cæsaraugustana Synodi cor. Cocc.* Quia transactio, de qua ibidem sermo habetur, respiciebat laudum, & sententiam, super particulari controversia latam & propterea benè ibidem dicitur, quòd casus Synodi non veniebat sub dispositione transactionis ex generali regula, quòd illa stipulata super certo jure, alia non comprehendit. Contrarium autem verificatur in nostris terminis, in quibus concordia respicit omnes controversias motas, & illa mediante datur regula, nedum tunc pendentibus, sed etiam aliis futuris controversiis, ne scilicet *nova jurgia oriri possent*, juxta illius præcisa verba, quæ proindè nullam restrictionem patiuntur, ex adductis per *Urceol. de Transact. q 81. sub n 18 Adden. ad Ludovis. dec. 158. n 7. & Rot. cor eod. dec. 286.* pariter *n. 7. & dec. 154. n. 14. & seqq par. 9. & dec. 348. n 13. par. 17. rec.*

Nec dicatur, transactionem cum Capitulo Cathedralis initam, præjudicare non potuisse Collegiatis urbanis, & forensibus, Ea enim, quæ in dicta transactione attribuuntur nostræ Collegiatæ, non respiciunt aliquam prætensionem, omni fundamento destitutam, & à Capitulo Cathedralis ex convenientia, vel urbanitate permissam, sed versatur circa præeminentias, & prærogativas, de jure eidem debitas, tanquā insigniori, & singularibus privilegiis decoratæ, per ea, quæ observat *Gav in Prax. Diæc. Synod c. 9 de Appar. Cathed. Eccl. n. 10. & c. 12. de Cath. Cler vocan. n. 3. vers. Tum vocentur*, & quod magis est ab immemorabili tempore possessa, videntibus, & patientibus omnibus Canonicis aliarum Collegiatarum, tam urbanarum, quàm forensium; Proindeque quoad omnes Collegiatas eadem transactio servanda videtur, ut in terminis firmavit *Rot in dec. 4. n 2. post Nov. in Sum. Bull.* Inter privilegia autem nostræ insigni Collegiatæ competentia, & aliis Collegiatis urbanis nullatenus communia, nimis considerabile est illud habendi in Dominica Palmarum Palmas in omnibus, & per omnia similes illis, quæ distribuuntur Canonicis Cathedralis.

Affirmativam resolutionem 9. dubii, instigantibus Canonicis Cathedralis ultimo loco superadditi, nullatenus impugnamus, dummodo Collegiatæ urbanæ eundem servent locum intra Presbyterium, quem semper servarunt extra illud, quando insimul cum Capitulo Cathedralis, & nostræ insignis Collegiatæ convenerunt; Sed insuperabilis difficultas hujus petitionis in eo residet, quòd ex supra adductis, Presbyterium Cathedralis Ecclesiæ Novar. nec etiam decenter,

& con-

& congruenter ad functiones Synodales capax est Capitulorum Cathedralis, & nostræ insignis Collegiatæ, multò igitur minus in eo locum habere possunt alia Capitula urbana, ut de se patet.

Tandem manifestam implicat contradictionem affirmativa resolutio X. dub. nisi priùs ab hac S.C. declaretur, Curatis Congreg. Novariæ nullatenus competere præcedentiam, quā ab immemorabili tempore habuerunt, & habent à Collegiatis forensibus totius Diæcesis, tam in procedendo, quàm in 54 sedēdo, ut est in nostra Civitate notoriū, & recognosci potest ex attestatione Cācellarii Episcopalis, originaliter exhibita.

Quomodo enim Collegiatis forensibus Diœcesis competere possunt omnes prærogativæ, quibus in Synodo gaudet no-5 stra Collegiata, si eandem prætensionem nunquam somniarunt habere Curati Congreg. Novariæ? qui extra omne dubium præcedunt iisdem Collegiatis in stando, & sedendo. Vincendo siquidem nostra Collegiata in hac prærogativa Congr. Curatorum, quæ vincit Collegiatas forenses, multò magis vincit easdem Collegiatas juxta vulgatam regulam *Text. in leg. De Successionib. ff. de Div. & tempor. præscr.* de qua *Grat. discep.* 154. *n.* 36. quam in nostris terminis sequitur *Sperel. dec* 179. *n* 16. Neque ad praxim reduci posset similis prætensio absq; scandalo, & interruptione illius conjunctissimæ unitatis, & decoris, qui ad instar triumphantis Ecclesiæ in si-56 milibus functionibus emicare debet, ex firmatis per *Rot. dec.* 197. *n.* 4. *cor. Coccin. & dec.* 199. *nu.* 5 *par.* 9. *rec. & dec.* 1014. *n* 5. & 6. *cor. Emer. jun.*

Speramus igitur, & supplicamus rescribi: *Nihil esse innovandum*, sed juxta Votum Episcopi, servandum esse solitum, pacificè observatum in Synodo anno 1660 Novitates enim 57 nullatenus introducendæ videntur, cùm ut plurimum discordiarum sint fontes, & tam Canonici Cathedralis, quam aliarum Collegiatarum Diœcesis, eam viam tenere possunt, quam illorum Majores instituerunt, quæquè eorundem Majorum vestigiis attrita est, ut referendo, nedum SS Patrum, sed etiam ethnicorum Authorum sententias, observat *Gonz. in cap. cùm consuetudinis n.* 3. *de Consuet.* cum concordantibus, 58 citatis in *Tom.* 1. *par* 1 *discep.* 10. *n* 12. & 13.

Die 8. Maii 1700. propositis per Card. Collor. infrascri-59 ptis dubiis, S. R. C. respondit ut infra.

Dub. 1. *An in proxima habenda Synodo Diœcesana Capitu-60 lum & Clerus Ecclesiæ Cathedralis sedere debeant intra Presbyterium hinc inde à lateribus Episcopi, vel extra Presbyteriū antę Episcopum in formam semicirculi.* Ad mentem, & mens est, quod in casu, de quo agitur fiat extra Presbyterium; Et quoad 2. partem circa semicirculum arbitrio Episcopi.

Dub. 2. *Quatenus sedere debeant intra Presbyteriū hinc inde à lateribus Episcopi, an ibid. sedere debeant etiam Canonici Col-61 legiatæ S. Gaudentii post terga Canonicorum Cathedralis.* Provisum in primo.

Dub. 3. *Quatenus iidem Canonici Ecclesiæ Cathedralis sedere debeant extra Presbyterium ante Episcopum in forma semicirculi, an intelligi debeant de semicirculo perfecto, & rigoroso, 62 an verò satisfactum censeatur dispositioni Cęremonialis Episcoporum* lib. 1. c. ult. *si dicti Canonici occupent faciem anteriorem ex utraque parte* Satisfieri si Canonici Cathedralis occupent faciem ex utraq; parte anteriorem.

Dub. 4 *An eodem casu quo Canonici Ecclesiæ Cathedralis sedere debeant extra Presbyterium Canonici Collegiatæ S. Gaudē-63 tii sedere debeant post terga Canonicorū Cathedralis ex utraq; vel tantùm ex una* Debere in una tantùm parte à dexteris.

Dub 5. *An scamna sive sedilia Canonicorum Ecclesiæ Cathe-64 dralis debeant esse elevata à pavimento per unum gradum, & quatenus affirmativè.* Affirmativè.

Dub 6. *An hujusmodi scamna debeantur Canonicis Collegia-65 tæ S. Gaudentii* Negativè.

Dub. 7 *An dicta scamna pro Canonicis Ecclesiæ Cathedralis vestiri debeant aliquo panno & cujus coloris, & quatenus affir-66 mativè* Cooperiantur aliquo panno viridi.

Dub. 8. *An eundem ornatum cum eodem, seu alio colore habe-67 re debeant sedilia pro Canonicis S. Gaudentii.* Cooperiantur eodem panno viridi.

Dub 9. *An Collegiatis Urbanis assignari possit locus intra Pres-68 byterium quatenus idem non sit capax aliarum Collegiatarum insignium Diœcesis.* Provisum in primo.

Dub. 10. *An eisdem Collegiatis insignibus Diœcesis debeantur 69 omnes prærogativæ quibus in Synodo gaudere possit Collegiata S. Gaud. excepta sola præcedentia.* Servetur Solitum.

Dub. 11. *An Collegiatæ Burgi Mainerii debeatur præcedentia supra omnes Collegiatas* Præcedentiam competere Collegia-70 tæ Burgi Mainerii super alias Collegiatas, præterquam supra Collegiatam S. Julii Insulæ, S. Juliani Gaudiani, SS. Gervasii, & Protasii Domus Ossulæ, & S. Jacobi Victoris Intri.

DISCEPTATIO X.

Neapolitana Censurarum.

PRO

Nicolao Tubito, & Nicolao Vecchione.

CUM

Curia Archiepiscopali Neapolis.

ARGUMENTUM.

Non obstantibus amplissimis privilegiis exemptionis à Iurisdictione Ordinariorum, quando ipsi procedere possint contra exemptos ex causa violatæ Immunitatis Ecclesiasticæ ob violentam extractionem à loco immuni; Adducuntur multi casus nullitatis Censur.

MAnebat in Regio Hospitali S. Mariæ de Populo, vulgaliter nuncupato *dell'Incurabili*, Civitatis Neapolis quidam Franciscus Magnetta, à Regio Fisco inquisitus, ex eo, quod tres miserabiles personas ægrotas, in eod. Hospitali moram facientes, undique detestàbili facinore, veneno in-1 teremisset factaque per consanguineos inquisiti delatione ad Curiam Archiepiscopalem, quòd iste Inquisitus ibidem vinculis præmereretur, die 22. Jun. 1713. circa horam 22. Advocatus Fiscalis Curię Archiepiscop unà cum Notario se transtulit ante portam ejusdem Hospitalis, nulloq; explicato mandato in scriptis, commisit Notario, ut Hospitale ingrederetur, utq; peteret consignationem ejusdem Magnettę, ad effectum illum transportandi ad aliam Ecclesiam; Notarius verò, post ingressum in Hospitale, ad se vocari fecit Michaelem Tubito, quem Magistrum, seu Præfectum Domus appellant, interim verò ei obviam venit Cajetanus Riccius Submagister, & Confessarius ejusdem pii Loci, à quo quæsivit de persona dicti Præfecti domus, habitoq; responso, quòd ille non erat Domi, idem Notarius oretanus exposuit eidem Riccio voluntem Advocati fiscalis, extrahendi scilicet d. Inquisitum, illumq; ad aliam Ecclesiam transferendi, juxta mandatum, 2 quod suppofuit à Superioribus sibi fuisse datum, cui expositioni idem Riccius respondit: *Che non occorreva far tal' imbasciata a d. Mastro di casa, mentre quello che mi diceva Lui, così mi averebbe detto il Mastro di casa, dicendomi che era vero, che d. Magnetto stava ferrato in d. Luogo, ma che non lo potevano consegnare a persona veruna, atteso così era l'ordine de' Signori Governatori di d. Luogo.*

Subinde idem Notarius alloquutus fuit Nicolaum Vecchionum, Stultorum Moderatorem, seu Magistrum, cui pariter, facta eadem expositione, responsum accepit, quod 3 ipse retinebat apud se eundem Inquisitum, illumq; consignare non poterat absq; ordine Gubernatorum; Et denuo rogatus, ut se conferret ante portam, ad effectum alloquendi d. Advocatum fiscalem, idem Vecchionus iterum replicavit, non posse facere consignationem absq; mandato Gubernatorum, quam responsione intellecta d. Fiscalis injunxit Vecchiono, 4 ut ad alium actum non procederet contra personam Inquisiti: *Perche si sarebbero presi altri espedienti*, & Vecchionus replicavit: *V. S. non dubiti di cosa alcuna atteso se avessimo voluto procedere à qualche violenza, averiamo proceduto à quest'ora; Resta à mio peso custodire d. Magnetta, e provederlo anche di mangiare.*

Sperabant Ministri Hospitalis, qui sine Gubernatorum placito non habent, nec velle, nec nolle, circa res proprium ministerium concernentes, quod Em Archiepiscopus, ut asseruerat Advocatus fiscalis, alia adinvenisset expedientia, & opportuna media ad occurrendū possibilibus inconveniētibus 5 & tamen in trium dierum spatio, scilicet à die 24. usque ad diem 27. ejusdē mēsis Jul. nihil omnino actū fuit, & sub die 28 d. comparuit in Curia Archiepiscopali quædam mulier, soror ejusdem Inquisiti, expositaq; relatione facti superiùs enarrati, minus veridicè de solo auditu exposuit: *Che la sera antecedente di Martedì 27. del mese di Giugno, circa l'ore 4. della notte le persone di d. Ospedale avevano consig. nato il mio Fratello alle persone della Corte Laicale, e quelle l'avevano portato nelle Carceri del Ponte di Tappia, dove fu veduto stare in d. Carceri tutto il giorno di Mercordì, e Giovedì verso la mattina intesi dire, che fu trasportato da dette Carceri del Pon-*

Ponte di Tappia in quella della gran Corte della Vicaria.

Ponderando hìc depositionem hujus Mulieris, est observatione dignum, quòd illa apparet facta die 28. Junii, quæ de anno 1713 erat dies Mercurii, & tamen Exponens, nedum integraliter retulit factum totius diei Mercurii, sed quod magis est, serena fronte retulit etiam ea, quæ evenerant die Jovis subsequentis, quod adhuc est inauditum, & sine prophetiæ spiritu nullo modo ad praxim reducibile est, ut in simili bene observat *Rot. in Roman. seu Sarzan. Reddit. ration. 19. April. 1698 §. Ratio cor. Em. Priol.* ibi: *Reperitur descripta una sub anno 1692. quando tunc in ordine currebat annus 1688. ex quo inferebatur, quod d. Quinternetta fuerint conscripta de ann.* 6 *1692. quia nemo cogitare potuisset describere ea, quæ nondum evenerant, & error est ferè impossibilis, cùm animus non trahatur ad incognita, quæ non novit*.

Unde supponenda est omnino falsitas in Processu, quod nempe Cancellarius delationem habuerit sub die 30. Junii, in qua cadit, nec potuit cadere in alia die, dum continet factum totius diei Jovis 29. Junii, & ipsius diei 30. quia delatrix asseruit *Giovedì verso la mattina intesi dire, che fu trasportato da d. Carceri del Ponte di Tappia in quelle della Gran Corte della Vicaria, dove presentemente si ritrova*. Si enim delatio facta fuisset die Jovis, delatrix non dixisset *Giovedì mattina*, sed bene quidem *questa mattina*, juxta communem usum loquendi; Nec ista falsitas potest excusari cum supposito quod fuerit data accusationis errata à transcriptore Processus, quia illa fuit registrata ante alios actus, sequutos die 29. & super illa Judex interloquutus est in eadem die 28. & copia Processus fuit collationata per eundemmet Cancellarium, Unde falsitas evidenter convincitur in originali, de qua incidenter dumtaxat verbum facimus, non quia in hoc sistat causæ difficultas, minusque ad ostendendam gravitatem ejusdem criminis, quæ talis est, ut non reperiatur crimen in Mundo, quod respectu opprobrii, ac existimationis illud superet, juxta originale dictum *Ugolini de Fontana*, sequuti à Doctoribus, citatis in meis *Instit. crim. lib. 2. tit. 6. n. 222. & seqq.* Sed ad hoc, ut dignosci possit quæ fides sit præstanda aliis assertionibus, quæ 7 leguntur in eodem Processu, juxta animadversa in dd. meis *Instit. Crim. lib. 2. tit. 6. n. 23.* quibus addo *Rot. dec. 268. nu. 10. cor. Benincas.*

In sequelam dictæ delationis, adhuc in rei veritate non factæ, Vicarius Generalis mandavit, capi diligentem informationem sub die 28. ejusdem mensis Junii. Et licèt nullam penitus haberet jurisdictionem super Ministros, & Officiales Regii Hospitalis, totaliter exemptos ab illius ordinaria jurisdictione, ut videbimus infra. Nihilominus sub die 29. expedivit citationem contra Michaelem Tubito, Domus Magistrum, Cajetanum Riccium, ejusdem Domus Submagistrum, & Nicolaum Vecchione, & Stultorum Correctorem, cum monitione ad comparendum coram Nicolao Persico Judice & sese examini subiiciendum, & quidem cum præfixione brevissimi termini 24. horarum; Quæ citatio subscripta legitur à d. Vicario Generali, tanquam Delegato Apostolico, licèt 7 tunc temporis ad id nullam haberet specificam facultatem, nec à S. Sede, nec ab eodem Em. Archiepiscopo, & dicta citatio fuit exequuta eadem die 29. hora 14. ut patet ex relatione Cursoris, & die immediatè sequenti 30. Junii, hora 15. vix pulsata, præcipitanter per præfatum Vicarium Generalem absque alia citatione fuit lata sententia, in qua demandarum fuit. *Attentis contumaciis, per supradictos testes contractis, & contra eos legitimè exequutis, provisum, & decretum est, quod iidem excommunicentur, prout præsenti decreto excommunicari mandatur.* Et deinde fuerunt expediti Cedulones, non concordantes cum dicta sententia, sed longe diversi à condemnatione, dum in Cedulonibus declaratus fuit excommunicatus Nicolaus Vecchione, & Tubito fuit à Divinis suspensus, quando in sententia uterq; fuerat excommunicatus. Et licèt in sententia ac Cedulonibus in prima intitulatione expressum fuerit, nempe in sententia *per Vic. Gen. Delegatum Apostolic.* & in Cedulonibus *Authoritate nostra, & Apostolica*; Tamen uterquè actus fuit subscriptus à Septimio Palutio, tunc temporis Vicario Generali Neapolitano, simpliciter, tanquam tali, & nullo modo tanquam Apostolico Delegato.

Examinati deinde fuerunt sub die 30. ejusdem mensis Junii nonnulli testes, qui in substantia non deponunt; nisi de existentia Inquisiti intus Hospitale, de accessu, & requisitione per Advocatum Fiscalem facta, de responsionibus, datis per Riccium, & Vecchionum, quod consignatio fieri non poterat 8 sine mandato Gubernatorum, & Rectorum ejusdem Hospitalis, & denique, quod Inquisitus visus fuerit in Carceribus laicalibus, & circa extractionem tres tantum asserere ausi sunt de auditu, in nocte, sequente diem 27. Junii circa horam 4. fuisse Magnettam inquisitum transportatum à famulis Hospitalis, & consignatum Ministris laicalibus, quod apparet nimis à veritate alienum ex jurata depositione Cajetani Riccii, Confessarii Hospitalis, qui testatur de aliis modis extractionis, ibi, *Dicendo alcuni, che partendosi egli volontariamente da d. Chiesa vestito da pazzo di notte tempo era stato carcerato da' Sbirri della Vicaria* In quibus terminis nullam, nec etiam levissimā culpam habent Ministri Hospitalis circa ea, quæ eidem postea evenerunt in exitu ab Hospitali, sub larvato habitu stulti incedenti per publicas vias.

Est autem nimis alienum à nostra inspectione videre, an veneno occidens, tanquam proditor, gaudeat Ecclesiastica 9 Immunitate, juxta ea, quæ pro utraq; opinione, hinc inde notant adducti à *Conciol. Resol. Crim. verb. Venenum resol. 3. n. 3. Graff. de Nec prodit. §. 29 n. 29. & §. 30. n. 3. & seqq. Pign. consult. 173. per tot. to. 1.* cum aliis allegatis in meis *Inst. crim. lib. 2. tit. 5. n. 74. & n. 96. & seqq* quibus addo *Ricci. in Synops. Decretor. S. Cong. verb Regularis n 8* referens eundem casum, in quo scripsit *Pign ubi supra*, dum nostra contentio simpliciter versatur circa validitatem Censurarum.

Circa quam agnoscens Curia Archiepiscopalis præcisam necessitatem specialis facultatis procedendi adversus exemptos cum speciali delegatione S. Sedis, illam impetravit die 10 29. Julii, mediante æpistola per viam Secretariæ Status, in qua Em. Archiepiscopo, tanquam Delegato Apostolicæ Sedis, concessa fuit facultas procedendi in hac causa, illius autem vigore, licet debuisset declarare nullitatem Censurarum omniumq; actorum antecedenter gestorum cum evidenti nullitate, ob jurisdictionis defectum contra amplissimè exemptos ob ejus jurisdictione, & deinde eosdem exemptos denuo citare vigore ejus novæ delegationis, ut supra obtentæ; Nihilominus supponens suam sententiam validam, novam citationem exequi curavit, ad hoc, ut se subiicerent examini, cum qua terminatus remansit Processus, dum ha- 11 buerunt recursum ad EE. PP. instando pro suspensione Censurarum, & transmissione Processus, super qua instantia de more obtinuerunt epistolas pro Informatione, & absolutione cum reincidentia, quibus non exequutis novum recursum habuerunt sub die 7. Junii 1715. super quo noviter fuit rescriptum pre Informatione.

Reiteratæ deindè fuerunt aliæ instantię pro transmissione Processus, illoque tandem supervento, placuit EE. PP. ab- 12 solutionem cum reincidentia per duos Menses concedere de mense Martii, illaq; denuò prorogata per alios duos menses, de proximo terminandos, contingit hodiè disputari de viribus dictarum Censurarum, enixis autem precibus supplicamus, responderi, illas non substineri.

Ultrà enim insanabilem nullitatem ex claro defectu jurisdictionis, de qua infra, plures aliæ evidentes nullitates com- 13 probatæ remanent ex sola, & simplici Processus revolutione, interquas prima ex eo deprehenditur, quòd querela exposita per Sororem Francisci Magnettæ porecta fuit die 30. Junii; In actis autem cum evidenti falsitate registrata fuit sub die 28. 14 ejusdem mensis, istaq; veritas liquidò apparet ex eadem querela, in qua fuit expositum non solùm factum præensæ extractionis, sequutæ, ut supponitur, in nocte, sequente diem 27. Junii, sed ulteriùs fuit pariter expositum factum permanentiæ in Carceribus *del Ponte di Tappia* per totam diem 28. & 29. unde d. querela non potuit esse porrecta, nisi sub die 30. ejusdem mensis.

Si igitur illa porrecta fuit sub die 30. & in illa querelans institit, capi informationes, istæ capi non poterant, nisi eadem die 30. vel in diebus sequentibus; Undè cum illa fuerit inserta in processu, & præsentata sub die 28. & sub eadem die Insertum pariter fuerit decretum Judicis, mandantis summi Informationes super eadem denunciatione, nemo non videt, quod Processus in sua primordiali constructione summoperè 15 claudicat. Et proinde totus redditur suspectus, ex adductis *per Rot. dec. 269. n. 7 par. 16. rec. & cor Ansald. dec. 58. num. 10.* Si enim Judex sequendo dispositionem *Tex. in cap Si legitimus de Accusat. & in leg. Accusationis C. eodem* procedere noluit, nisi in sequelam ejusdem accusationis, super qua interloquutus fuit, certum est, quod non potuit procedere, nisi post tempus, in quo illa fuit porrecta, & ita post diem 30. Junii. Unde quemadmodum Cancellarius sibi licitum fecit insere re in Processu sub die 28. querelam expositam in diebus se- 16 quentibus, & decretū Judicis, in ejus sequelam factum, ita potuit etiam inferere citationem, contra Recurrentes exequutam die 29. & excōmunicationem, latā die 30. quæ de natura actus subsequi debebant querelam, non aut illam antecedere.

Secunda nullitas ex eo emanat, quod citatio contra Recurrentes relaxata fuit die 29. Junii, in quo cadebat solemnissima festivitas S. Petri Apostolorum Principis, & sub eadem die legitur ulterius exequuta, contra rotundos *Tex. in Can.*

Nullus

[17] *Nullus Episcoporum* 15. *q*. 4. *& in cap: Conquestus*, ubi expressè habetur mentio festivitatis SS. Petri, & Pauli de *Feriis*; ibi: *Usque adeò convenit ab hujusmodi abstinere, ut consentientibus etiam Partibus, nec Processus habitus teneat*, *& in l. Dies festos C. eodem* ibi: *Nulla quemquam urgeat admonitio, advocatio delitescat, sit idem dies à cognitionibus alienus, Præconis horrida vox silescat*, & concordat *Constit. 5. S. Pii V. in Bullar. nov. to. 2. §. 7.* Cùm enim talis relaxatio citationis aliqualem causæ cognitionem requirat, & sit extra spheram voluntariæ jurisdictionis, in die adeo privilegiata, nequaquam potuit ex-[18]pleri ut notant *Ubert. de Citat. cap. 10. n. 219. Bonac. Oper. Moral. to. 2. circa 3. præcept. Decal. disp. 5 qu unica, prænot. 2. n. 12.* ubi *n. 14.* quòd citatus die festo non tenetur comparere in termino, etiamsi iste cadat in die non feriato, ea convincenti ratione, quia d. citatio uti à Judice die festo demandata, est evidenter nulla, & uti talis nullum potest producere effectum, *Novar. in Summ. Bull. par. 1. com. 57. n. 10. & seq. Anton. de Jur.* [19] *Cleric lib 1. par. 1. c. 52. n. 2. & Rot. dec. 293. n. 16. & 17. par. 18. rec.* Quod locum etiam habere in criminalibus, cumulatis concordantibus, probat, *Scacc. de Jud. lib. 2. cap. 6. n. 1.*

Præsertim, quia in nostris terminis nulla omninò urgebat necessitas, quæ forsan considerari potuisset respectu principalium delinquentium, si extractio non fuisset sequuta, sed cum illa jam supponebatur sequuta duobus diebus antè, nem-[20]pè die 27. ejusdem mensis absque ulla Recurrentium culpa, ut supra indicavimus, & latè inferiùs demonstrabimus, nulla omnino supererat necessitas, quin citatio contra testes potiùs in die festo, quam in sequenti die feriato decerneretur, & exequeretur, & in terminis nostri casus habemus punctuale oraculum hujus S. C. in *Senogallien. 7. Julii 1699.* in qua ex hoc motivo exequutionis citationis die festivo declaratæ fuerunt nullæ similes Censuræ, latæ ab Episcopo Senogallien. ut vi-[21]dere est in Lib. Decr. Em. Vallemani pag. 231. eandemque resolutionem sequitur *P. Ricc in Syn Decr. S C. I. v. Censuræ tit. Varii casus in quibus Censuræ declarantur nullæ fol.* 140 *n.* 14. ibi: *Item si dies, in quo accusata fuit contumacia, erat festivus*.

Tertia nullitas detegitur ex magna brevitate termini 24. horarum, quem Vicarius in citatione assignavit contra *Text.* [22] *in c. Constitutionem 9 de Sent excom. in 6.* ibi: *Observent aliquorum dierum competentia intervalla*; Ex quibus verbis colligunt ibidem communiter *Repetentes*, sequuti per *Passerin. & Barbos.* illas tres monitiones in una, vel tribus vicibus in comminatoria excommunicatione faciendas, continere debere congruum tempus non quidem horarum, sed dierum, ex animadversis per *Covar in cap. Alma Mater par 1. §. 9. n 5. &* [23] *seqq fol. mihi 407. Bellet Disquis Cler. par . tit. de Fav Cler. Can §. 4. n 43. & Panimol. dec. 69. adnot. 1 n. 5.*

Addita præsertim consideratione, quòd citatio, ut superiùs præmisimus, fuit exequuta hora 14. in festo S. Petri, in quo citatus comparere non tenebatur, ex supra allegatis, quibus addimus *Ricciul Lucub Eccles lib. 6. cap. 25. à n 11.* Sicuti comparere non tenebatur de nocte, in qua non exercentur [24] actus juridici, ex adductis per *Ubert. de Citat. cap. 10. n 284.* Ideòque, vel terminus incæpit in die 29. & sententia, quæ fuit lata hora 15. lata fuit, pendente termino, vel incipere debebat à die exequutæ citationis, & istud tempus, dempta festivitate, & subducto tempore noctis, reducitur ad tres, vel quatuor horas, quod de Jure non sufficit, ut practicavit hæc S. C. declarando nullas censuras latas, sub termino sex [25] horarum in *Thelesina 13 Julii 1710.* ut videre est in *Lib. 1. Decr. Vallemani fol* 301. & refert *P. Riccius in Synop. Decr hujus S. C verb. Censuræ tit Varii in casus, in quibus censuræ declarantur nullæ folio* 141. *n.* 16.

Quamvis autem omnia hæc limitentur in casu, in quo periculum sit in mora, vel adsit timor fugæ respectu illius, qui citari debet, ut post *Text. in d. cap. Constitutionem § finali* [26] *de Sent. excom in 6* ibi: *Nisi facti necessitas aliter suaserit moderanda*, notant adducti à *Speell. dec. 48. à n. 18 & Panimol. dec. 96. adnot. 1. n. 7* Responsio in promptu est, quòd Nos non sumus in terminis principalium delinquentium, sed simplicium testium, quorum respectu nullum timeri poterat periculum, illos citando uno, vel alio die, neque minimum aderat dubium suspicionis illorum fugæ, Et propterea semper urget reflexio, quòd in istis circumstantiis non erat locus procedendi cum tali, tantaque præcipitantia, ex modo animadversis, & addimus *Glos. In cap. Statuimus Verb non teneat, de Sent excom in 6.* ibi: *Statutum fuisse contra Episcopos, qui* [27] *statim excommunicabant*; Quam præcipitantiam improbavit etiam Inn. IV. in Generali Conc. Lugdun. registrato in *cap. 1. de Sent. excom. in 6* his verbis *Ut pœna docente discant Judices, quàm grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare*.

IV. Subsequitur nullitas ex defectu citationis ad audiendam sententiam declaratoriam: Tritum enim in jure est, quòd quando testis citatur ad se subiiciendum examini sub aliqua pœna, illa non potest infligi, nisi prævia alia citatione ad [28] dicendum causam, quare non debeat excommunicari, *Genuen. in Prax. Epis. Neapol cap. 23. num. 19.* & in fortioribus terminis simplicis mulctæ, sequendo theoricam *Bald. in leg. Si quando 15 sub n 9. vers. Quæro, an requiratur de Testib. Scac. de Judic. par. 1. cap. 99. n. 9.* ibi: *Debet in primis reproduci monitorium, eoque reproducto, requiritur nova citatio, cum præfi-*[29]*xione termini ad dicendum causam, quare declarari non debeat incidisse in pœnas contentas in Monitorio*, & idem probat *Far. in Prax. lib. 1. tit. 3. quæst 18. numer. 44. fol.* 256. ibi: *Limita 5. ut contumax possit mulctari nisi præfixo sibi priùs termino ad se defendendum eoque ultra terminum contumaciæ, iterum citato ad allegandum & dicendum causam, quare propter incursam contumaciam, & non comparitio em, mulctari non debeat.* Et in nostris terminis habemus casum, punctualiter decisum ab hac S. C in *Verulana 12. Junii 1689.* ut videre est in *Tom. Decr. Marcelli pag* 496. & eundem casum sequitur *P. Riccius in d. Synops. fol. 139. n. 5.* ibi: *Quando non fuerunt citati ad audiendam sententiam*.

Ejusdemque communiter receptæ opinionis, ab hac S. C. approbatæ, & sequutæ, congrua ratio illa est, quod plures allegari, & probari possunt legitimæ causæ cum solidis fundamentis, aptæ ad excusandum testem à comparitione, & propterea debet habere terminum ad illas deducendas, nec po-[30]terat Vicarius Generalis, termino brevissimo vix elapso, præcipitanter intra terminum alterius horæ, absque nova citatione, ad declaratoriam procedere, ex supra allegatis.

Nec obstat, quod in prima citatione Recurrentes citati fuerint ad se examinandum cum comminatione, quòd dicto termino elapso, prima hora sequenti comparere debeant ad audiendam sententiam excommunicationis, ipsis ampliùs non citatis, nec monitis: Quia dicta cautela non sufficit ad [31] tollendam necessitatem denuo citandi juxta punctualiter animadversa, & solidè probata per *Scacc de Judic. d. par. 1. c. 90. n. 9. in fine*, ibi: *Amplia, ut procedat, etiam si in monitorio esset dictum, quòd, Reo non comparente, procedatur ad mulctam, eo amplius non citato; Farin. ubi proximè d. n. 44.* ibi: *Amplia, hoc procedere etiam, quod in monitorio sit dictum quòd Reo non comparente, vel non obediente, procedetur contra eum ad multam, eo amplius non citato, nec vocato, adhuc tamen debet denuo citari & eidem statui novus terminus ad faciendas suas defensiones*, & declaratis contrariis, benè *Monacell. in Form.* [32] *legal. pract. to 3. tit. 1. form. 1. n 7.* ubi quòd hujusmodi opinioni in praxi adhærendum est.

Nec demum opponi valet prætensus stylus Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ, relatus per *Genuen. c. 23. sub num.* 23. quòd nempè, quando excessus est exemplaris, solet Curia in prima citatione præfigere competentem terminum ad di-[33]cendum causam, quare non debeat excommunicatus declarari, & quod infra eundem, vel alium competentem terminum, valeat citatus allegare quidquid vult, cum comminatione, quòd d. termino elapso, si nihil deduxerit, prima die juridica compareat ad videndum, se declarari excommunicatum, ipso ulteriùs non monito, nec citato.

Adhuc enim procedendo cum hoc parum juridico stylo sententia Vicarii Neapolitani nullo modo potest à nullitate [34] salvari. I. Quia d. stylus inductus contra Reos criminis exemplaris, non potest extendi ad testes, nullius criminis reos, sed simpliciter vocatos ad se subiiciendum examini, cùm in pœnalibus, nulla detur extensio, ex cumulatis per *Rot. dec. 83. n. 38. cor. Priol.* II. Quia stylus prædictus supponit concessionem termini competentis, qui de jure intelligendus est saltem trium dierum, ad limites dictæ textualis Sanctionis, qui deficit in casu nostro. Et III. quia dictus stylus non est citandi ad primam horam post lapsum terminum ad audiendam sententiam definitivam, prout fuit præcipitanter practica-[35]tum in nostro casu, sed ad primam diem juridicam, & propterea cum idem stylus in sua essentia, & circumstantiis non fuerit ad unguem servatus, semper remanet evidens nullitas declaratoriæ, quæ ex defectu citationis est insanabilis.

V. Nullitas oritur ex magna difformitate inter sententiam, & cedulones, in illius sequelam promulgatos; In sententia quippè legitur quod uterq; ex Recurrentibus fuerat declaratus excommunicatus, & deinde in cedulonibus alter, [36] nempe Vecchionus fuit declaratus excommunicatus, Sacerdos verò Tubito fuit simpliciter declaratus suspensus. Itaque difformitas inter sententiam, & cedulones manifestè convincit, quòd ipsamet Curia Archiepiscopalis agnovit nullitatem propriæ sententiæ, ob excessum pœnæ excommunicationis, contra Sacerdotem promulgatæ, quæ postmodum fuit in cedulone moderata, & correcta; Sed ista correctio

delete

delere non potest maculam antecedentis sententiæ, æquali præcipitantia, ac injustitia promulgatæ. Si enim pœnam, in sententia inflictam, perpendimus, nemo non videt, quantùm illa fuerit excessiva, saltem respectu Ecclesiasticæ personæ. Non deficiebant enim aliæ mitiores pœnæ mulctarum, & similium, absque necessitate evaginandi gladium excommunicationis, in extremis tantùm casibus adhibendum ad *Text. in can. Nullus Sacerdotem* 11. *q.* 3. & concordat *S. Leo Magnus epist.* 67 sequutus *à Covarru. in cap. Alma Mater par.* 1. *§.* 9. *n.* 1. *de Sent. excom.* Nec non concordat pariter S. C. Trid. dum in *Sess.* 25. *de Regul. cap* 3. mandat, excommunicationis gladium uti Ecclesiasticæ disciplinæ nervum, sobriè magnaque cum circumspectione, & in subsidium dumtaxat, exercendum esse, cum aliis, allegatis in *dec* 82. *n.* 3 *cor. Ansald* ibi: *Excommunicationis remedium non est, nisi subsidiarium telum quo Ecclesia, tanquam benigna Mater, quodamodo alio medicamine desperato, ferit inobedientes*, quam sequutus fui in meis *Inst. Crim. lib.* 4. *tit.* 5. *de Pœn. n.* 18. *& seqq.*

Quibus tandem accedit ultima, sed maxima nullitas ex defectu Jurisdictionis; Ministri enim nostri Regii Hospitalis vigore Privilegiorum Leonis X. sub datum 11. Mar 1519. & Clementis VII sub datum 11. Dec. 1523. sunt totaliter exempti à Jurisdictione Ordinarii, ut ex illis claris verbis, *Utpotè prorsùs exemptos & exempta, etiam ratione cujuscumque delicti, aut contractus, seu rei, de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, exercere, seu excommunicationis, suspensionis, interdicti, seu alias sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas promulgare nequirent*; Quæ quidem privilegia exemptiva semper fuerunt punctualiter observata, ut liquet ex sententia super illorum exequutione, per A. C. lata de anno 1685. Unde Recurrentes, licèt citati ab Ordinario, non tenebantur comparere, & ob neglectam comparitionem non poterant dici contumaces, nec contra ipsos, tanquam contumaces procedi, *Text est literalis in c. Cum ad quorundam de Excess. Prœl.* ubi *Gloss. Verb. non tenere* & latè *Ubert. de Citat. c.* 9. *n.* 103. *& sequen. & Bellet. Disq. Cler par.* 1 *de Fav. Cler. Can §.* 4. *n.* 56. ibi: *Alioquin Partes non tenerentur comparere, & Card. de Luc. de Benef. disc.* 73. *n.* 11. *&* 12. ubi, quod in his casibus non solùm exemptus obedire non tenetur, sed malè facit parendo præceptis illius, à cujus Jurisdictione exemptus est.

Idque procedit, non solùm ubi, prout in casu, personæ ipsæ amplissimè exemptæ sunt, sed etiam ubi agitur de sola, & simplici exemptione Loci, prout incontrovertibiliter exemptum est Regium Hospitale, de quo agitur; In hoc enim casu certum est, quod illius Ministri, & Officiales pro gestis, & commissis in dicto Loco non poterant citari, nec conveniri coram Ordinario, ut notat idem *Ubert. loco supra allegato n* 93. ibi: *Locus, quando exemptus est, tunc ejusdem Loci personæ sunt exemptæ & pro gestis, commissivè in Loco exempto, nequeunt citari, nec conveniri coram Ordinario, & Antonel. de Loco legal. lib.* 2. *cap.* 16. *n.* 6. ubi, quod personæ exemptæ, & S. Sedi immediatè subjectæ, absq; Summi Pontificis licentia, neque etiam volentes possunt prorogare Ordinariorum Jurisdictionem; Potissimum ad ferendum testimonium, & subiiciendum se examini, ex allegatis per *Chokier. de Jurisd. Ordin. in exempt. tom.* 1. *par.* 2. *q.* 34. *n.* 2. *&* 3.

Quibus stantibus patens redditur nullitas excommunicationis à Vicario Generali promulgatæ; Indubitati namque Juris est, quòd illa non potest fieri contra non subditos, quales dicuntur exempti, ad literam *Text. in c. Cùm olim de Privileg. Gloss. in c. Præsenti §. Ad cautelam de Sent. Excom. in* 6. ibi: *Quarto si dicatur, quòd Judex non erat is, qui tulit sententiam &c. Nono ubicumque Prælatus subditum excommunicat contra privilegii sui tenorem*; *Gloss. in cap. Cùm ad quorundam verb. non tenere de Excessib. Prælat.* ibi: *Sententia talis non tenet authoritate privilegii, istis concessi super hoc, & in hoc exempti sunt à Jurisdictione Episcoporum: Unde sententia, lata contra privilegium Papæ, nulla est, tanquam à non suo Judice lata Campanil. in Divers. Jur. Canon. rub.* 9. *c.* 11. *n.* 3. *& Rot rec.* 83. *n.* 1. *& per tot. cor Cocc.* ubi ex hoc declarata fuit nulla excommunicatio, lata à Venetiarum Nuncio contra personas, ab ejus Jurisdictione exemptas, *& dec.* 69. *n.* 26. *par.* 19. *rec* cum qua processit *S. C. E. in Nullius Burgi S. Sepulcri*, de qua supra *discep* 15. nullas ex eodem motivo declarando Censuras, latas ab Episcopo S. Sepulchri contra personas exemptas.

Et propterea Vicarius Neapolitanus absque fundamento Jurisdictionis non valuit ligare Recurrentes, & intrat regula nimis trita, quòd sententia lata, à non suo Judice, non tenet, de qua in *leg. fin. C. Si à non comp. Jud.* ibi: *Ne quamquam litigatorum sententia, non à suo Judice dicta, constringat.*

Prout etiam applicatur aurea illa animadversio *Angel. Dor.* 2. 2. *q.* 60. *art.* 2. *in corp.* quod scilicet pro validitate Censurarum tria indispensabiliter concurrere debent, authoritas nimirum Judicantis, justitia, & prudentia, quodque uno ex istis deficiente, judicium semper dicatur vitiosum, illicitum, & insubsistens, deficiente scilicet authoritate, quia usurpatum, non concurrentibus verò justitia, & prudentia, quia injustum, & perversum.

In nihilo relevante, quod idem Vicarius Generalis in relaxatione citationis sese intitulaverit Delegatum Apostolicum, quia eo tempore ipse non habebat talem facultatem, & quatenus per impossibile hypotesim eam habuisset, in subscriptione illam nullatenus expressit, & consequenter semper nulliter, & injustè processit ex latè animadversis *supra discep.* 15. *per totam*; Et propterea necesse omnino erat, ut eidem specialiter impartiretur per Eminentiss. Archiepiscopum, & quidem in scriptis, de quibus plenè constaret *Fagn in c. Nullus n.* 29. *de Paroch.* ibi: *Idque posse etiam per Vicarium Generalem, sed opus est speciali in scriptis facultate, de eaque fidem faciendam esse*; Quæ omnia deficiunt in casu nostro, Quin imò cum hypothesi Privilegium exemptionis sit amplissimum ratione cujuscumque delicti, & Locus, ac Personæ immediatè subjectæ S. Sedi, impar etiam erat authoritas E. Archiepiscopi, sed requirebatur antecedens specialis delegatio summi Pontificis vel S. Sedis, *Chokier. de Jur. Ordin. in Exemp. tom.* 2. *par.* 1. *§.* 7. *n.* 25. Quam veritatem superlativè admisit idemmet Em. Archiepiscopus, ex quo talem facultatem obtinere procuraverat, postquam illius Curia cum evidenti nullitate, ut supra, ad Censuras devenerat; Cum itaque Vicarius Generalis processerit sine speciali facultate contra Recurrentes, exemptos non solum ratione Loci, sed ratione ministerii, quod in eodem Loco exercebant, procul dubio Processus nullus fuit, & insubsistens.

Necesse pariter omnino erat, quòd in actis judicialibus se subscriberet, uti Apostolicum Delegatum, aliàs etiamsi uti talis procedere potuisset; dum actualiter, & de facto non processit, semper dicitur nulliter, & injustè processisse, & applicaretur regula, *quod potui, nolui, quod volui, adimplere nequivi*, quam, declarando nullas similes censuras sequuta fuit *S. C. C. in Lauden. Censurarum* 4. *Septembris* 1700. *& in Nullius Burgi S. Sepulchri* de qua supra *par.* 1. *discep.* 15. In qua licèt Episcopus S. Sepulchri tanquam Apostolicus Delegatus, validè procedere posset contra Abbatem S. M. in Balneo C. Camaldulensis, retinentem fixam Sedem, seu Cathedram in sua Abbatiali Ecclesia adversus decreta S. C. R. specificè approbata ab Alex. VII. & per extensum impressa apud *Panim. dec.* 30. *annot.* 1. *à n.* 7. Quia tamen in actibus, contra eundem Abbatem, fer. fer. gestis, omiserat talem qualitatem se subscribendo dumtaxat *Fr. Gregor. Conp. Episcopus Burgi S. Sepulchri*, eadem S. C. E. *declaravit Censuras esse nullas*, ut videre est in *d. discep.* 15. *in fin.*

Die 22. Junii 1717. proposita Causa in S. C. I per R. P. D. Josephum Nigronum Ponente eadem S. C. dub. *An censuræ, latæ per Curiã Archiepisc. contra Michaelē Tubito, & Nicolaum Vecchionum sustineantur*, respondit: *Sustineri. & amplius.*

Procedunt hæc contra extractionem violentam ab Ecclesiis, qualis asserebatur illa, de qua sermo est in hac Disceptatione. Ceterùm respectu extractionis dolosæ, seu blandis verbis procuratæ, habemus decretum S. C. Immun. diei 22. Dec. 1716 à SS. D. N. approbatum in quo literaliter demandatur, ut illa nullo modo suffragetur, etiamsi constet, fallacibus suasionibus illos ab Ecclesiis extractos fuisse, sequentis tenoris.

Cum ad aures Sanctissimi Domini Nostri Domini CLEMENTIS PAPÆ XI. delati fuerint graves abusus in plurimis Locis ac præsertim in Provinciis Italiæ & Insulis eidem adjacentibus, atq; etiam in Regnis Hispaniarum, à plerisq; eorum invecti, qui ubi de mandato Judicum capti fuerint, & carceribus mancipati pro Causis civilibus, vel criminalibus ad eludendam justitiam allegare frequenter solent, sese ab Ecclesiis, aliisvè Locis immunibus, ad quæ confugerant, blandis verbis, vel aliàs dolosè extractos fuisse, & ad propriam allegationem comprobandam non solùm in suis depositionibus fœdè pejerant, sed falsos insuper inducunt testes, adhibitaque consanguineorum, vel amicorum suorum opera etiam alia, non minus damnabilia patrare non erubescunt; Quinimò aliquando ipsimet sunt, qui ad effectum liberè vagandi, & forsan etiam impunè delinquendi, per Barongellos & Exequutores, aliosvè similes Justitiæ Ministros data opera ab Ecclesiis, Locisvè immunibus prædictis sese extrahi curarant, cassè freti, quod interim Ecclesiasticæ Immunitatis beneficium amittere non deberent. Hinc est, quòd Sanctitas Sua ejusmodi malis, quibus Justitiæ cursus inhibetur, animarumque salus magnum in discrimen adducitur, pro eximia sua Pastorali sollicitudine occurrere intendens, exquisivit à Congr. Particulari nonnullorum Eminentiss. & Rev.

Rev. S.R.E. Cardinalium, ac Illustrissimorum, & Reverendissimorum Romanæ Curiæ Prælatorum, ad hunc effectum deputata, quomodo, & qua ratione provideri posset, ut tam graves abusus è medio tollerentur Habita, itaque Congr. prædicta sub die 5. Octob 1716. cui interfuerunt DD. Card Tanarius Spinula, S.R.E. Cammerarius, Vallemanus, Grimaldus, & Origus, ac RR. PP. Prosper Marefuscus Episcopus Cyrenenensis, ejusdem Sãctitatis Suæ Auditor, Antonius Bancherius Prothonotarius Apostolicus, ac S. Consultæ Secretarius, Carolus Cerrus Rotæ Romanæ Auditor Scipio de Riciis, præfatæ Congreg. Secretarius Prosper de Lambertinis, Consistorialis Aulæ Advocatus, ac Fidei Promotor, & Nicolaus Jacobatius R.C.A. Procurator Fiscalis Generalis; re maturè discussa, eadem Cong. censuit, Consulendum Sanctissimo, quod omnibus Ordinariis tàm Italiæ, Insularumq; illi adjacentium, quam etiam Hispaniarum, scribantur Literæ, per quas illis injungatur, ut publico Edicto notificent, ac moneant omnes, & singulos, qui ad Ecclesias, aliavè Loca immunia confugerunt, vel in posterum confugient, ut, quatenus gaudere velint beneficio Immunitatis Ecclesiasticæ localis, curent in eisdem Ecclesiis, & Locis immunibus permanere, caveantque, ne ullo prætextu causa vel quæsito colore ad eas, vel ea deserenda sese induci sinant; Nam si extra illas, vel illa ab Exequutoribus Justitiæ capti fuerint, minimè eis proderit allegare, vel etiam probare, quod fallacibus suasionibus blandis verbis, assecurationibus, dolosisvè machinationibus extracti fuerint cùm animarũ saluti Justitię administrationi, ac publicæ etiam delictorum vindictæ, ubi de criminalibus agitur, expediat, ut de cætero illæ dũtaxat extractiones suffragentur, quæ aut violenter patratæ, aut sub fide salvi Conductus ab aliquo Judice ordinario seu delegato concessi, ac subscripti, sequutæ fuerint; Qui tamen salvus Conductus suffragari poterit pro tempore tantum, in eo præscripto, intra quod extracti ad Loca immunia omnino reverti debebunt, si eorum Immunitate iterum gaudere intendant; Præterea iidem Ordinarii moneant, atq; notificent in hujusmodi Edicto, quod si quis verè extractionem dolosè ut supra, commissam antè promulgationem Edicti passus fuerit, ac Immunitatis localis beneficio gaudere velit, ecclesiasticum confugium repetere omnino debeat intra mensem, à die promulgationis ejusd m Edicti numerandũ petito etiam, quatenus opus sit, ad hunc effectum salvo Conductu ab ipsis Ordinariis gratis concedendo; Ita tamen, ut tempore elapso si extra locum immunem deprehensus fuerit, perinde habeatur, ac si voluntariè, sponteque sua inde recessisset, nec audiri possit super extractione dolosa; quam de præterito, se passum fuisse allegaret. Factaq; eidem Sanctissimo Domino Nostro per me infrascriptum Secretarium de præmissis omnibus relatione, Sanctitas Sua particularis Congregationis sententiam benignè probavit, ac desuper presens Decretum edi, illudquè à S. Congr. Immunitatis Ecclesiasticæ, & Controversiis Jurisdictionalibus præposita, promulgari, & exequutioni mandari præcepit hac die 22. Decembris 1716.

S. A. Card. Tanarius.

Scipio de Riciis Secretarius.

DISCEPTATIO XI.

Pennen. Præcedentiæ.

PRO

PP. Reformatis Terræ Laureti.

CUM

PP. Cappuccinis ejusdem Oppidi.

ARGUMENTUM.

PP. M. O. R. S. Francisci gaudent illa præcedentia, quam habebant PP. Observantes, in illis Conventibus, in quibus antea habitarunt dicti Observantes. Capuccini non possunt habere præcedentiam, in Processionibus, alisq; functionibus, nisi à tempore, quo facultatem habuerunt à Paolo V. erigendi propriam Crucem.

IN Terra Laureti, Pennen. Diœcesis inter alias Religiosas Familias, reperiuntur hodiè duo Conventus, unus PP. Reformatorum S. Francisci, erectus ab anno 1500. & inhabitatus à PP. Observantibus usque ad annum 1590. deinde verò ab eodem tempore usque ad præsens inhabitatus a dictis PP. Reformatis; Alter Cappuccinorum, fundatus circa annum 1584. ut est in dicto Oppido notorium, & testatur Episcopus in sua Relatione. 1

In publicis Processionibus, quæ de more fieri solebant, & etiam hodie fiunt, in d. Terra Laureti, ab anno 1500. usq; ad annum 1569. non revocatur in dubium, quod semper intervenerint dicti PP. Observantes; A dicto vero anno 1569. ex causa litis, motæ à PP. Conventualibus ejusdem Terræ, necnon propter violentas operationes eorundem PP. Conventualium, coacti fuerunt primo loco PP. Observantes, & deinde PP. Reformati, illorum successores in d. Conventu, præviis tamen salutaribus protestationibus, non intervenire dictis publicis Processionibus, donec tandem terminata d. lite ab hac S. C. diebus 2. Junii 1713. & 8 Junii 1714. favore PP. Conventualium, PP. Reformati eisdem Processionibus interfuerunt, ut inter Partes non controvertitur, & refert Episcopus in d. Relatione, & concordat P. Franciscus à Sancto Severino dignissimus Procur. Gener. Reform. in ejus Informatione. 2 3

Patres autem Cappuccini, qui pro tempore litis in præteritum dictis Processionibus interfuerant, noluerunt ampliùs illis intervenire prætextu præcedentiæ, quam prætendunt in concursu Reformatorum; Cùmque adversus illos recursum ad hanc S. C. habuerit Clerus, & Populus d. Loci Laureti, illorum preces remissæ de more fuerunt Episcopo, unde perventa illius Relatione instantia eorundem Cappuccinorum proponi debet in S. C. E. sed reiicienda videtur. 4

Duo sunt motiva contrariæ prætensionis; Primum innititur prætensæ anterioritati fundationis illorum Conventus; Secundum verò eorum quasi possessioni præcedendi; Sed neutrum subsistit. 5

Non subsistit primum. Quia ad cognoscen anterioritatem fundationis Conventus Reformatorum non est attendendum tempus, quo inhabitare in illo cæperunt, sed tempus, quo in illo habitarunt PP. Observantes quod extra omnem controversiam ferè per integrum Sæculum anterius est tempori quo PP. Cappuc. eorum Conventum fundarunt; Et viva ratio hęc est quia PP. Reform. & Observantes non sunt duæ distinctæ, & separatæ Religiones, sed est unus, & idem Ordo, sub unico Generali Superiore viventes, & ambo sunt veri filii ejusdem P. S. Francisci, & inter se indubitati Fratres, constituentes unicam Religionem; Et propterea præcedentia, quæ competit PP. Observantibus, competit etiam Reformatis, & è contra, ut ad præcisum effectum præcedentiæ in Processionibus, Partibus accerrimè informantibus, quinquies resolvit *Rota in Hispalen Præcedentiæ cor. Emer. jun. Card. Caccia, Manuel & Molines*, ut videre est apud *Monac. in For. legal. pract. to. 2. dec. 16. & quatuor sequen.* quæ sunt in hac materia magistrales; Et in nostris terminis in specie adverti. *Matth. in Offic. Cur Eccl c. 37. n. 7.* ibi: *Quare præcedẽtia debetur etiamsi sint posteriores in Loco controversiæ, dummodo in eo priores ad alios Regulares, & in possessione præcedendi fuerint Observantes; Nam quoties in Locis existunt plures ejusdem Ordinis Conventus, diversis temporibus fundati, antiquioritas unius influit, & communicat præcedentiam omnibus aliis ejusdem Ordinis.* 6 7 8

Habemus hoc solemniter decisum *à Gr. XIII. in ejus Const. 84. in Bull. nov. to. 2.* quæ dat normã, & regulã pręcedendi, tam inter Mendicantes, quam inter Confraternitates Sęcularium; In illa enim §. 3. cubitalibus istis literis disponitur: *Ut si contigerit nova Monasteria, aut Domos alterius Ordinis Mendicantium in Loco, in quo alterius Ordinis ex dictis Mendicantibus Monasteria aut Domus priùs erecta & instituta sint, ille Ordo, qui priùs Monasterium, seu Domum in loco habuerit, præcedat.* Cùm enim Conventus Cappuccinorum erectus fuerit in Terra Laureti eo tempore, quo in illa reperiebatur longè priùs erectus Conventus PP. Observantium, hodiè inhabitatus à PP. Reformatis, qui sunt Religiosi ejusdem Ordinis, & sub eodem Generali viventes, pro decisione præsentis controversiæ dicitur adesse casus legis, qualia sunt Pontificia oracula, ex adductis *in to. 1. par. 1. discep. 11 n. 33.* 9 10

Et quòd magis est, habemus pariter hoc novissimè decisum ab hac S.C. dictis annis 1713. & 1714. quando ex sola materiali anterioritate Conventus PP. Conventualium in Terra Laureti, concessit illis præcedentiam in concursu Reformatorum, Dignum propterea, & justum videtur, ut ex eodem motivo illam hodie obtineant d. Reformati in concursu Cappuccinorum, ne ad imparia judicentur, adversus dispositionem *Tex. in c. Non licet de Regul. Jur. in 6.* cum concordantibus apud *Rot. dec 2. n 11. par. 19. rec.* 11

Minorem habet subsistentiam secundus prætextus, innixus quasi possessioni Cappuccinorum præcedendi, illam inferendo ex eo, quòd pendente dicta lite inter PP. Conventuales, & Reformatos, Cappuccini intervenerint processionibus non autem Reformati. 12

Ad hoc enim, ut in his terminis dicatur acquisita quasi possessio præcedendi, indispensabiliter requiritur concursus, & simultaneus accessus utriusque Partis, contendens de præcedentia;

cedentia; Alias enim ista nunquam dicitur acquisita in absentia alterius ex dictis Partibus colligantibus, ex adductis per *Thob. Non consil.* 71. n. 4. & 5. firmatis per *Rot dec.* 649. *n.* 3. *cor. Caval.* ibi: *Non potest dari possessio praecedendi, & sic neque consuetudo, non docto de concursu*, cum aliis allegatis *in Hispalen Juris sedendi* 21 *Junii* 1697. *§. In hypothesi cor. Muto*, ibi: *Absente autem, aut non existente Vicario, nulla inchoari potuit consuetudo praecedendi, ad quam inducendam requiritur, quòd illi, qui de praecedentia contendunt, simul conveniant*, & meliùs *in Adrien. Praeheminentiarum* 17. *Feb.* 1710. *§ Absque eo cor. Altrovad.* ibi: *Ex hac autem praecedentia, habita in absentia alterius nulla quaesita fuit quasi possessio nec inducta consuetudo in contrarium cùm ad effactum hujusmodi actus praeeminentiales debeant probari gesti, quando omnes insimul conveniunt, & unus alium actualiter praecessit*, confirmata *die* 1. *Martii* 1711. *cor eod.*

Ostensa igitur insubsistentia utriusq; contrarii praetextus, cum omni fundamento sperant Reformati reiiciendam esse petitionem Cappuccinorum, ea ratione, quia eisdem Reformatis, *uti antiquioribus, tam de Jure communi, quo antiquitas attenditur, ut respondit Collegium Bononiense &c. quàm vigore Bull. Greg. XIII ubi circumscripta quasi possessione, & consuetudine, mandatur, ut antiquiores Confraternitates Saecularium praecedere debeant, quam Constitutionem procedere etiam in Regularibus declaravit S. R. C. in pluribus Causis*, sunt verba *Rot.* loquentis in praecisis terminis praecedentiae in processionibus *cor. Caval. dec.* 88. *n.* 4. & 5.

Attentis praecipuè duobus Decretis S. C. R. relatis in Informatione P. Procuratoris Generalis Reformatorum sub diebus 26. Novembris 1672. & 24. Januarii 1680. confirmatis in forma specifica ab Innoc. XI. quibus demandatum fuit PP. Observantes ubique debere praecedere PP. Cappuccinis, & consequenter idem dicen videtur de Reformatis, qui unum constituunt Corpus cum dictis Observantibus, ex supra animadversis.

Omissa inspectione antiquitatis Instituti sacri Ordinis Cappuccinorum, quae nil commune habet cum nostro dubio, indubitatum est, quòd Cappuccini non caeperunt erigere eorum particularem, & distinctam Crucem, tam in funeralibus, quàm in publicis Processionibus, nisi ab anno 1617. idquae vigore amplissimè facultatis, eis concessae à Paulo V. *in Const. edita* 12. *Octob. ejusdem anni* 1617. quae impressa est inter alias ejusdem Pontificis *la* 107. *in Bull novo tomo* 3. quae. vè ita summatur *Quod Fratres Cappucini Ordinis Minorum S. Francisci in publicis Processionibus ubique Locorum Crucem propriam deferre possint*. In cujus §. 1. in fine dicitur, quod usque tunc dd. Cappuccini in publicis Processionibus incedebant sub Cruce Conventualium, ut notat etiam *Car. de Luc. de Regul. discur.* 5. *n.* 14.

Est etiam indubitatum, quòd publicata dicta Const. statim ortum fuit dubium circa locum quem occupare debebant Cappucini in publicis Processionibus, illudq; de mandato ejusdem Pauli V. discussum fuit à S. C. R. die 23. Martii 1619. in una *Cappuccinorum*, à qua per viam legis generalis, rescriptum, ac demandatum fuit, *Patres Cappuccinos debere tribuere Praecedentiam in processionibus iis Regularibus, qui sub propria Cruce, & proprio loco incedebant, ante quam ipsi Crucem propriam deferrent*, sunt verba *Barb.* referentis eandem resolutionem *Collect. dec Apost. c.* 386. & concordant alii quos referunt, & sequuntur *Joann. Maria Novar. in Lucern. Regular. verb. Cappuccini n.* 12 & *Jo. Anton. Novar. in Summ. Bull. par.* 2. *comm.* 96. *n* 7.

Cùm igitur, tam PP. Observantes, quàm PP. Reformati in Oppido Laureti, extra omnem controversiam, ante d. annum 1617. deferrent propriam Crucem, res redacta videtur ad evidentiam, quòd Cappuccini debent eis praecedentiam tribuere, vigore dictae resolut. S. C. R. quae vim legis obtinet, *ex adductis in To.* 1. *par.* 2. *disc.* 6. *n.* 64.

Quibus non adversatur, quòd quando Reformati an. 1600. accesserunt ad Terrā Laureti, jam in illa Cappucc. habebant Conventū, ante ann 14. ibid. fundatum, duplici responsione.

Prima, quia Reformati non fundarunt novum Conventum d. anno 1600. sed inhabitarunt antiquum, à centum annis ante ibidem erectum, & consequenter non regit in facto animadversio, quòd illorum Conventus fundatus fuerit post illum Cappuccinorum; Non attento quod idem Conventus ab illius erectione, usq; ad dictum annum 1600. non fuerit habitatus à Reformatis, sed ab Observantibus, quia Reformati, & Observantes non constituunt duos Ordines, sed sunt una, & eadem Religio, & praecedentia Observantium suffragatur etiam Reformatis, ex allegatis supra. Quibus addimus aliam resolutionem S. C. R. per viam pariter legis emanata die 17. Jun. 1627. *Procuratore enim* M. O. R. *narrante eidem S. C* (sunt verba dictae resolutionis) *Fratres Observantes Reformatos pati controversiam circa praecedentiam quasi nuper adscitos in Civitate, cùm tamen ingressi sint, & habitent in Monasteriis Familiae Ideo supplicavit provideri, & S. C. R. referente Card. Millino mandavit, dari omnino praecedentiam dd Reformatis.* Quod decretum per extensum refert, laudat, & sequitur *Tambur. de Jur. Abb to.* 1. *disp.* 25. *q.* 8. *n.* 7. *fol.* 394. & concordat *Pign cons.* 19. *n.* 13. *tom.* 4. *juxta Roman. impress.* ubi postquam probavit, quòd quando antiquior Conventus conceditur aliis Regularibus, in istos transferuntur omnes praerogativae antiqui Conventus, ait: *Et in hac specie admisit S. C. Rituum, declarando, precedentiam deberi Fratrib. Minorib strictioris Observ. ratione Conventuum eisdem cessorum per Fratres Minores Observ.*

Igitur ex oraculo d. S. R. C. quod pro lege haben. est, ex adductis supra, Reformatis debetur illa praecedentia, in cujus possessione reperiebantur PP. Observantes, quorum Conventus inhabitant. Quae si vera sunt respectu omnium Regularium, juxta praecisos terminos dictę punctualis resolutionis, multo magis locum habebunt in praesenti cum Cappuccinis, qui solent semper ultimum locum in publicis functionibus tenere, etiamsi aliis Regularibus antiquiores sint. Imo ad differentiam aliorum Regularium potiùs lites promovere solent pro occupando infimo loco, ex notatis per *Card. de Luc. ad Concil. dis.* 38. *num.* 4. ibi: *Nisi de illis Religiosis agatur, qui ex humilitatis motivo infimum locum semper occupare profiteantur, omnibusquè aliis cedere, quamvis in loco recentioribus, ut sunt presertim Cappuccini.*

Secunda responsio in eo residet, quòd ad mensurandam praecedentiam Cappuccinorum in Processionibus, attendi non debet tempus fundationis illorum Conventuum, sed tempus, quo habuerunt facultatem erigendi propriam Crucem, juxta d. oraculum S. C. R. Hujusmodi autem tempus, nedum est posterius habitationi Observantium sed etiam Reformatorum in Terra Laureti, & propterea ex hac sola reflexione corruunt omnia alia, quae in contrarium adduci possūt.

Ex quibus tali claritate, tantaquè evidentia constare videtur de bono Jure Reformatorum, ut cum omni fundamento sperent favorabilem nostri dubii resolutionem, cum illo addito, ut Causa amplius non proponatur, ut inter Religiosas Familias practicare solet haec S. C id observante *Rot. in Neapol. Process.* 22. *Junii* 1707 *§. final. cor. Omanna*, ubi quod non decet ecclesiasticas personas circa litium sollicitudines occupare, ut ab illis penitus absoluti, sacris operibus vacare possint, de qua in *Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 7. *n.* 30.

Causa pendet adhuc indecisa.

DISCEPTATIO XII.

Recineten. Vicarii Capitular.

PRO

Capitulo, & Canonicis Cathedralis Recineti.

CUM

Altaristis, seu Beneficiatis ejusdem Ecclesiae.

ARGUMENTUM.

In electione Vicarii capitularis an possint admitti Beneficiati, seu quocumque alio nomine nuncupentur Sacerdotes, servitio Metropolitanae Ecclesiae addicti, & sivè de jure, sivè ex consuetudine. Quando, & in quibus Beneficiati venire possint nomine Capituli.

Capitulum Cathedralis Ecclesiae Recineti, constituitur ex quatuor Dignitatibus, quarum prima est Praepositus ac duodecim Canonicis, comprehensis Poenitentiario, & Theologo, à quibus, efformatur d. Capituli Cathedralis, sicuti patet tùm ex antiquo Instrumento an. 1585 inito inter Communitatem, & Ecclesiasticos, ubi fit relatio ad quandam taxam, factam anno 1547 ab Episcopo de Cupis pro quatuor Dignitatibus & Canonicis. Tum etiam ex sigillo, & Actibus Capitularibus aliisque quampluribus, quorum afferri possent Volumina.

Adsunt etiam in eadem Ecclesia Beneficiati, ibidem nuncupati Altaristae, qui tempore Card. Romae Episcopi praetendebant venire sub nomine Capituli; Qua de re ad tollendas in posterum, confusiones, ex hac praetensione resultantes, in actu Visitationis die 12. Dec. 1621. per eundem fuit solemniter declaratum, quod nomine Capituli in spectantibus ad Ecclesiam, & spiritualibus annexis intelligeretur tantūmodo Dignitates, & Canonici; Quo verò ad temporalia Altaristarum

rum interesse habentium diceretur Congr. cujus convocandi jus ad antiquiorem, & respectivè digniorem spectaret.

4 Idque meliùs terminare voluit in ejus posteriori Synodo, celebrata anno 1623. in qua, prævia narrativa dispositorum in supradicta Visitatione, divisis redditibus Capitularibus ab illis dictorum Altaristarum, quibus applicavit certam summam, dividendam pro illorum distributionibus, de quibus pri-
5 vatum fuit Capitulum, fuitque ipsis injuncta obligatio inserviendi Missis, & Vesperis per Dignitates, & Canonicos decantandis.

Inter alias prætensiones dictorum Altaristarum ante d. Vi-
6 sitationem, ac Synodum, aderat illa interveniendi in electionibus Vicarii capitularis, priùs expletis à solis Dignitatibus & Canonicis, ut signanter practicatum fuit in electione anni 1412. sequuta in personam Antonii Bertutii; In alia an. 1417. in personam Canonici Nicolai Antonii; In alia anni 1469. in personam Præpositi Petri de Aleis; In alia anni 1476. in personam Canonici Francisci Nicolao. Et quamvis non minus
7 per dictam visitationem, quàm per Synodum fuerit sublata Altaristis quælibet occasio desuper altercandi; Attamen isti nova jurgia suscitantes, non obstante etiam aperta juris resistentia contra ipsos, in vacationibus, quæ evenerunt, tentarunt admitti ad electiones, sed frustra, quia semper Capitulum Dignitatum, & Canonicorum solùm ad eas processit, ut fuit justificatum in Summario, & hæc S. C. electiones ab
8 eodem Capitulo factas semper approbavit, deputando personas electas cum clausulis præservativis Jurium utriusque Partis, ob litem desuper pendentem, ut habetur ex epistolis hujus S. C. de annis 1661. 1676. & 1692. in Secretaria exhibitis.

Nè autem hujusmodi contentio ulteriùs excitetur utque certa habeatur norma, servanda pro futuris vacationibus Capitulum Dignitatum, & Canonicorum, consentaneum
9 existimavit, recurrente ad hanc S.C. pro opportuna declaratione, quæ usq; sub die 6. Martii 1701. eisdem Altaristis præfixit terminum ad deducendum propria jura. Cum quibus pro hac lite sustinenda renuerunt uniri Presbyteri Collegiatarum d. Civitatis, optimi conscii illorum mali juris Subscriptumq; proinde fuit dub. *An ipsi admittendi sint ad electionem Vicarii capitularis* quod negativè videtur resolvendum.

Fundata siquidem videtur intentio Capituli in dispositione juris communis, dum ipsum, sede vacante, succedit Episcopo in Jurisdict. juxta *Tex. in cap. Cùm olim de Major. & obed. & cap. 1. eodem tit. in 6.* cum aliis apud *Rot. cor. Ottob. dec. 220*
10 *sub n 1.* Et in specie, quòd succedat quoad deputationem Vicarii clarè desumitur à S.C. Trid. *sess. 24. c. 16. de Reform.* in cujus sequelam ita tenent *March in Prax. Vicar Capitul. par. 1. tit. 1 n. 8 Leo Thesaur. For. Eccl. par. 1. c 10. n. 7. Quarant. in Summ Bullar. verb. Capitulum Sede vacante n. 1. Sbrozz de Offic Vicar. lib. 1. q. 16. n. 8 Pax. Jordan. to. 2 tit. de Vicar. Capit. lib. 12. n. 2. & Rot. cor. Ottob. dec. 220. n. 3.*

Itaut nec Beneficiati Ecclesiæ Cathedralis, nec Clerus in supradicta deputatione valeat se ingerere, etiam conjunctim,
11 sese nimirum immiscendo cum Capitulo Cathedralis, cum electio privativè quoad alios, spectet ad ipsum Capitulum Cathedralis, juxta declarationes hujus S.C. & etiam alterius Episcopor. de quibus *in dec. 220. cor. Ott. n. 4. & Anton. de Regim Eccl. lib. 4. c. ult. n. 60.* per *March dicta par. 1. tit. 1. sub nu.* 89. ubi, quòd procedit etiamsi Portionarii, seu Beneficiati, vel Cappellani, aut Mansionarii, aliivè, quocunquè nomine nuncupentur, haberent ex consuetudine vocem in Capi-
12 tulo cum Canonicis; Cùm enim non dicantur de gremio Capituli, intervenire non debent in dicta electione, quia in dispositionibus, pertinentibus ad Capitulum qualis est ista, veniunt Canonici solùm, & non alii, qui de consuetudine vocem habent in eo, Idemq, firmat *Rot. in dec. 251. n. 28. par. 19. rec.*

Quod regulare est in quacunque alia Jurisdictione, nisi vel concurrat clara, & expressa mens concedentis, vel agatur
13 cum eo, qui ipsam Jurisdictionem habeat, quo casu si alteri tribuatur censetur facta concessio cumulativè *Rot. dec. 121. n 4. par 1. rec.* Quod dici nequit in præsenti, dum tantùm abest, Beneficiatos habere facultatem votandi in Electione Vicarii Capitularis, ut ipsis de directo potiùs resistat jus, ac dispositio S.C. Trid. loquentis simpliciter de Capitulo, ut in d. *sess 24. c. 16.* ibi: *Capitulum sede vacante*, sub cujus nuncupatione venire dumtaxat Canonicos, non autem Beneficiatos,
14 seu Altaristas, notant *Abb. in c. Scriptum n 4 de Elect. & in cap. Dilecti n. 1. de Major & obed. Rot cor Cæsar. de Graf. dec. 132. aliàs 4. de His, quæ unt à major par. Cap. n. 6. & coram Cav. dec. 56. n. 3. & cor Merl. dec 697 n. 4 & in rec. dec. 641. n. 8 par 18.* & in *Gerund. Prioratus 1 Jul. 1697. §. Perpensa coram Ursino, & 27. Jun. 1699. §. Supposita cor Lancet. & 15 Jun. 1699. cor. Olmo.*

Indubitanter in hypotesi, in qua constat, Capitulum semper constitutum fuisse à solis Dignitatibus, & Canonicis; &
15 concurrit d. Visitatio anni 1621. præscribens, sub nomine Capituli in concernentibus Ecclesiam, & spiritualibus annexis, unicè supradictas Dignitates, & Canonicos intelligi; Tum etiam Synodus anni 1623. præcisè emanata ad tollendam quamcumq; confusionem inter Capitulum, & Altaristas, & ad hoc, ut unusquisq; juxta suos gradus contineretur. Quarum utraque multum pollet ad intentum, cùm non so-
16 lum Visitatoris onus sit excessus corrigere, mores corruptos emendare, & restituere in pristinum statum ea, quæ emendari merentur, ex traditis per *Barb de Potest. Episc. par. 3. alleg. 73. n. 1.* & decreta in actu Visitationis facta in iis, quæ concernunt statum Ecclesiæ, attendenda veniunt *Rot. dec. 53. n. 4 par. 1. rec* Verùm etiam, quæ in Synodis determinantur, pro lege servanda sunt, ex adductis *in tom. 1. par. 2. discep. 28. n 96.*

Accedente præsertim approbatione ejusdem Synodi, facta ab hac S.C. cujus decreta clausis oculis recipienda sunt, &
17 observanda, ex firmatis per *Rot. cor. Cels. dec. 5. n. 12.* Nec non acquiescentia Altaristarum, quos non constat, ab his actibus reclamasse, imò habetur exequutioni, ut par est, demandasse usque ad præsens inibi disposita; Itaut eo magis id operentur, stante acceptatione cum subsequuta ferè octuagenaria
18 observantia, ut de prima firmat *Rot. cor. Coccin. dec 885. n. 1. & dec. 971. n. 4.* Et de secunda *Panim. dec. 140. n. 14. Rot. cor. Put. dec 4. lib. 3 & cor Bich. dec 448. n. 9.*

Quin in aliquo obsistat, Altaristas, quinimò totum Clerum, fuisse admissos ad electionem Vicarii Capitularis ann. 1586. 1620. & 1634. Stante enim d. dispositione S. C. Trid. opus esset, quòd Altaristæ, docerent de consuetudine immemora-
19 bili, in contrarium legitimè præscripta, ut in præcisis terminis Vicarii Capitularis, tradit *Barb. de Can. & Dign c. 41. n. 34. & 35.* & firmavit *Rot. cor. Ottob dec. 220. n. 8. & 9* Vel saltem de consuetudine quadragenaria, *Rot. dec. 251 à n 36. par. 19 rec.* & quidem cum valido titulo, *Duran dec. 394. nu. 3* cujus probatio requiritur, ubi jus commune resistit, juxta *Tex. in c. 1. de Præscrip. in 6.* Addita *Gloss.* ibidem *verbo Legitimè*. Quod pro responsione unicè sat esse videtur, dùm nullus ima-
20 ginabilis titulus iisdem Altaristis assistit, & Jus iisdem clarè resistit. Et multo minus eis assistit immemorabilis, sive quadragenaria, quia ante dictum annum 1586. constat de electionibus, factis à solo Capitulo; Idemq; post an. 1634. & dictus actus anni 1586. in omnem casum fuisset sublatus per sequentia decreta Visitationis ac Synodi, ex supra adductis.

In eadem Causa.

PRo favorabili resolutione præmittimus innegabilem esse distinctionem duorum Corporum in nostra Cathedrali, Capituli nempe, constituti à quatuor Dignitatibus, & 12. Ca-
21 nonicis; Et Collegii, seu Cong. Altaristarũ seu Beneficiatorũ cõpositę à Cãtore, qui est illorũ Caput, & à pluribus Altaristis.

Probatur hæc distinctio, & ante oculos ponitur *à Chronologica Descriptione Status nostræ Ecclesiæ à quatuor Sæculis citra*; Ex Bulla erectionis Innoc. VI in qua absque ulla men-
22 tione Altaristarum, qui tunc in rerum natura non reperiebantur, eriguntur Præpositura, prima Dignitas nostræ Ec-
23 clesiæ, & octo Canonicatus, in eaque datur facultas Canonicis eligendi etiam Episcopum in futuris vacationibus; Ex electione Vicari Capitularis an. 1412 facta à solis Canonicis
24 in personam Canonici Antonii Bertutii; Ex alia simili ele-
25 ctione alterius Vicarii Capitularis, ann. 1417. facta pariter à solis Canonicis in personam Canonici Nicolai Antonii; Ex Inventario, seu descriptione diversarum rerum, ab Altaristis exhibito, confectoque an. 1440. in quo iidem vocantur Cap-
26 pellani, illorumque Universitas Congreg. Altaristarum, seu Cappellanorum; Ex deputatione quatuor Canonicorum, fa-
27 ctaque an. 1469. à tunc temporis Episcopo ad effectum revidendi computa Syndico Altaristarum; Ex diversis Constitu-
28 tionibus, & Ordinationibus, eandem distinctionem præferentibus, factis an. 1461. Ex Testamento Episcopi de Alle, cõdito an. 1469. in qua, contradistinctè à Canonicis, & Dignita-
29 tibus nostræ Ecclesiæ, *hæredem sibi fecit Collegium Altaristarum ipsosq; Altaristas*; Ex electione Vicarii Capitularis à so-
30 lis Canonicis facta eod an. 1469. in personam Præpositi Petri de Aleis; Ex alia electione Vic. Capitularis, facta à solis Ca-
31 nonicis ann. 1476. in personam Canonici Francisci Nicolai; Ex Constitut. factis ab Altaristis an. 1481. in quibus illi, qui erant Canonici simul, & Altaristæ se subscripserunt cum d.
32 qualitate, ad differentiam aliorum, qui non erant Canonici; Ex alio simili actu cum eadem distinctione Canonicorum
33 ab Altaristis, facto anno 1571. Ex Instrumento inito inter Communitates, & Ecclesias an. 1585. in quo cum relatione

34 ad quan-

ad quandam taxam, compositam anno 1547. ab Episcopo de Cupis, fit mentio quatuor Dignitatum, & Canonicorum nostræ Cathedralis, non nominatis Altaristis. Ex electione Vicarii Capitularis, facta anno 1586. à toto Clero nostræ Civitatis, sed cum distinctione Canonicorum ab Altaristis. Ex Relatione status nostræ Ecclesiæ, facta anno 1619. à Card. de Aracœli Episcopo, in qua eadem distinctio non potest evidentiùs describi, & canonizari; Cum qua concordant omnes aliæ sequentes Relationes ejusdem Ecclesiæ, factæ ab omnibus successoribus Episcopis, nemine prorsus excepto, in quibus mentio Capituli facta semper eligitur, uti constituti *à quatuor Dignitatibus, & 12. Canonicis*, ad distinctionem Altaristarum, semper, & ubique appellatorum *Beneficiati*, seu *Altaristæ*, de quarum Relationum viribus latè differunt Authores, citati in meo *Tract. de Livell. c. 1. §. 12. n. 23* Ex electione Vicarii Capitularis, facta anno 1620. à toto quidem Clero nostræ Civitatis, seu à Canonicis Episcopatus, & ab Altaristis, tam ejusdem, quàm duarum Collegiatarum, sed cum clara, & literali distinctione inter ipsos. Ex Visitatione Card. Romæ, facta anno 1621. in qua cubitalibus literis demandavit, quòd nomine *Capituli intelligi deberent tantummodo Dignitates, & Canonici inspectantibus ad Ecclesiam, & spiritualibus annexis*, quodque circa temporalia ejusdem, in quibus Altaristæ habent interesse, vocari deberet Congregatio Altaristarum; Supplicantes hìc observare, quòd hoc nomen *Congregatio* non fuit Altaristis in hac visitatione recenter attributum, dum apparet ab eis usurpatum usque ab anno 1440. Ex Synodo ejusdem Card. Romæ, celebrata an. 1623. in qua dicta distinctio talibus verbis canonizatur, ut nullum penitus dubium circa illam ampliùs remanserit. Cujus Synodi respectu concurrunt duo illæ essentialissimę circumstantię quòd fuit ab hac S.C. in omnibus approbata die 13. Dec. 1646. Quodque eadem approbatio confirmata postea fuit ab Alex. VII. 3. Augusti 1658. Quæ circumstantiæ omnimodam ipsius exequutionem important. Ex *dec. Recanaten. Manut. 8. Martii 1649. cor. Verosp.* ubi non potest talis distinctio clariùs exprimi, quàm istis verbis. *Orta inter Capitulum Cathedralis Ecclesiæ Recanaten. & Congregationem Altaristarum controversia*, quod passim in eadem decisione repetitur, quæ decisio, exadverso acceptata fuit, & ad ejus normam expeditum extitit mandatum de manutenendo. Ex innumeris enunciativis Altaristarum, se vocantium Beneficiatos ad distinctionem Canonicorum, & signanter in precibus, huic S.C. exhibitis an. 1661. ibi. *Si espone per parte delli Beneficiati, detti Altaristi della Chiesa Cathedrale.* Ex similibus enunciativis, quę leguntur in epistolis provisionalibus hujus S C. de quibus in Secretaria. Ex modo, in quo in die Annunciat. B. V. accedit nostrum Capitulum, una cum Magistratu ad Almam Domum Lauretanam, & recipitur à Canonicis Lauretanis, qui capitulariter obviam eunt usque ad Januam proprię Civitatis ponendo nostras Dignitates, & Canonicos ad eorum dexteras, eo tempore, quo Altaristæ incedunt dumtaxat ad dexteras Beneficiatorum, & aliorum simplicium Presbyterorum ejusdem Capituli Lauretani, ut refert *Barbos. Apost. dec. coll. 86. n. 4.* estque in tota Marchiæ Provincia plusquam notorium. Et demum, aliis omissis, ex congerie illa præeminentiarum, quæ de facto emicant, & pacificè practicantur à nostro Capitulo, contradistinctè ab Altaristis, quæ specificantur in publica attestatione multorum Sacerdotum, & Nobilium nostræ Civitatis, & in alia Canonici Guarini, olim Vicarii nostrę Diœcesis, & modò Vicarii Lauretani, Supplicantes inter alias differentias præ oculis habere illam, quòd Canonici in Choro cum eorum Cotta, & Almutia *sedono in stallo superiore, e più nobile di quello, dove sedono gl' Altaristi, di modo che vengono ad appoggiare i piedi in sito più elevato di quello, dove sedono detti Altaristi.* Itaut vix possit assignari majus signum nobilioris præeminentiæ, & totalis differentiæ inter taliter sedentes, ut patet consideranti.

Quibus omnibus jungitur modus obtinendi Canonicatus, & Altaristatus, toto Cœlo diversus; Canonici enim, ut in omnibus aliis Catholici Orbis Cathedralibus practicatur, fiunt tales, vel ex gratia Sum. Pont. si illi vacant in mense reservato, vel alia concurrat affectio, vel ab Episcopis, si illa non verificentur; Semper tamen mediantibus expeditionibus Bullarum, vel à Dataria, vel à Curiis Episcopalibus, eisque datur possessio cum solitis solemnitatibus habitus Canonicalis, associationis ad Altare, destinationis stalli in Choro, locique in Capitulo, cum receptione ad amplexum inter Canonicos, & prævia fidei professione E converso autem (ut videre est in Synod. Card. Romæ *c. 14. de Altar. seu Benefic.* estque in nostra Ecclesia notorium) Altaristæ absque ulla prorsus ex istis solemnitatibus, fiunt tales eo ipso, quod aliquis per tres menses ante, Dominicis festis Choro inservivit, ab Altaristis participantibus per secreta suffragia approbatus fuit, & à Vicario Generali, nec non à Chori Præfecto, qui est Præpositus Capituli, ad ejusdē Chori munia obeunda, idoneus fuit repertus.

Hoc præmisso, seu demonstrata hac palpabili non minus, quàm certa, & indubitata differentia inter Capitulum nostrę Ecclesiæ, & Congregationem Altaristarum, pro favorabili resolutione militat communiter recepta conclusio, quòd electio Vicarii Capitularis ad solum Capitulum Canonicorum pertinet, privativè quoad omnes alios, juxta *Tex. in c. Cum olim de Major. & Obed. & c. 1. eodem tit. in 6.* & dispositionem S.C. Trid. *in sess. 24. de Reform. c. 6.* & probant *Panurm. de potest. Cap Sed. vac p. 1. q. 2. Leo. in Thes. Fori Eccl. p. 1. c. 10. n. 7. Quaran. in Sum. Bull. verb. Cap. Sed. vac n 1 Sbroz. de Offic. Vic. l. 1. q. 16. n. 8. Pac. Jord. var. resol. t. 2. tit. de Vic. Cap. lib. 12. n. 2. Marchet. in Prax. Vic. Cap. p. 1. tit. 8. & seqq. Antonel. de Reg. Ecc. l. 4. c ult. n. 60. Gallema ad Con. Trid. ad sess. 24. de Refor. c. 16. n 1. Solorz. de Jur. Ind. l. 3. c. 14. à n 6. Card. de Luc. de Jur. d. 24. n. 11.* & firmavit *Rot. dec. 220. n. 3 & 4 cor. Otthob. & dec. 895. n. 9 cor Manzan. & dec. 515. n. 2. & 26 cor Bich. & dec. 491. n. 1. & 2. & dec. 528. n. 1. cor. Emer jun. & in par. 11. dec 105. à n. 2 & in par. 19. dec. 271. à nu. 27. & in Ampurien. seu Civitat. deput Vicar. 19. Jan. 1646. cor. Melitio*, impress. apud *Dian. coordinatum t. 8 dec. 46. n. 1. & per tot.* Et pluries resolvit S.C.E. signanter *in Rossanen. 29. Novemb. 1686. & 28. Nov. 1687 & 5 Dec ejusdem ann Pon. Em. Carpin.* & resolvit etiam hæc S. C. *in Acernen. 13. Aprilis* 1647. quam sequitur *Rot. dec. 251. num. 26 par. 19. rec.*

Huic Juris communis dispositioni, jungitur Bulla erectionis Inn. VI. in qua usque ab anno 1356. tribuitur præposito, & Canonicis nostræ Ecclesiæ jus eligendi etiam Episcopos, cum successivis pacificis electionibus Vicariorum Capitularium, ab eisdem factis dd annis 1412. 1417. 1469. & 1476. Cum illa circumstantia, quòd eædem electiones factæ fuerunt ab eisdem uti à Capitulo Ecclesiæ Majoris, ut ex illarum lectura.

Adversus hujusmodi solida fundamenta, duo in substantia exadverso afferuntur. Primùm, quòd Altaristæ dicantur etiam Canonici nostræ Ecclesiæ, veniantque proinde appellatione Capituli, & secundum, quod in omnem casum eis assistat consuetudo quam desumere prætendunt ex electionibus Vicariorum ann. 1586. 1620. & 1634. Neutrum tamen subsistit.

Non primum, quia pro eliminatione hujus insubsistentis prætextus, atque pro omnimoda exclusione ejusdem prætensionis, urgent supradictæ maximæ differentiæ, inter Canonicos, & Altaristas, de quibus supra *à num.* 34.

Nec eadem prætensio colorari potest ab actibus, exadverso exhibitis, in quibus Altaristæ aliquando dicuntur de Capitulo; Ex illorum enim lectura costat, nullum ex dictis actibus percutere jurisdictionalia, sed omnes concernere œconomica, à quibus nullatenus inferri potest ad ea, quæ jurisdictionem important, ea ratione, quia in hac materia, ab interessentia in Capitulo ad unum, vel alium œconomicum effectum, inferri non potest Jus in illo votandi, & circa jurisdictionalia, ut notat *Fagnan. in c. Nullus à n. 31. de Elect.* & firmavit *Rot. dec. 464. à nu. 7 cor. Priol. & dec. 528. nu. 6. cor. Emer jun. & dec. 252. num. 30. par. 19 rec.*

Minùs eadem qualitas canonicalis in Altaristis inferri potest ab Instrumento assertæ unionis anni 1461. quòd per extensum fuit exhibitum.

Pro remotione enim talis insubsistentis prætensionis supplicamus observare, quòd objectum cum omni proprietate sermonis dici potest de subjecto non supponente, sive attendantur actus, hinc inde exhibiti ante, sive post dictam prętensam unionem; Nullibi enim exadverso docetur de d. qualitate canonicali in Altaristis, quæ uniri posset alteri nostrorum Canonicorum.

Quoad actus antecedentes, ex hucusque animadversis, remanet manifestum, quod Altaristæ usque ab anno 1440. vocabatur, & erant *Cappellani*, illorumque corpus appellabatur *Altaristarum, seu Cappellanorum*; Quòd in duabus electionibus Vicariorum Capitularium ann. 1412 & 1417. de ipsis, nec uti Altaristis, nec uti Canonicis aliqua, vel minima legitur mentio; Quodque demum anno 1460. & sic anno immediatè antecedenti ad prætensam unionem, in revisione computorum, & successiva quietantia, facta Syndico Altaristarum deputati fuerunt *quatuor Canonici Recanatenses*, nempe *Joannes Nicolai, Antonius Philippus, Franciscus Nicolai, & Marinus Augustinus*; Igitur hoc anno, immemediatè antecedenti ad prætensam unionem, nostri Oppositores erant Altaristæ, & non Cannnici.

Quo verò ad actus subsequentes, habemus, quòd anno 1469.

Episcopus de Aste, de cujus mandato prætenditur facta asserta Unio, instituit quidem suos hæredes Altaristas, sed sub titulo Collegii Altaristarum, non verò sub nomine Capituli ibi: *Instituit sibi hæredem, & fecit Collegium Altaristarum, & ipsos Altaristas majoris Altaris*; Non possumus autem majus argumentum adducere insubsistentiæ dictæ prætensæ unionis; Non enim in mentem cordati Viri, cadere potest, quòd idem Episc. oblitus fuerit actus adeò solemnis unionis de ipsius mandato expleti, quodque ipsos Altaristarum nomine nuncupasset, vel quòd isti sub dicto nomine talem hæreditatem acceptassent, si verè unicum corpus paulò ante cum nostris Canonicis effecti fuissent: Econverso autem ex hoc actu, proximo assertę unioni maximum argumentum ipsius insubsistentiæ desumitur, ut notat *Rot. dec.* 251. *n.* 26. *par.* 19. *rec.*

57

58

Crescitque vis hujus animadversionis ex eo, quòd hoc eodem anno 1469. defuncto dicto Episcopo de Aste, deventum fuit ad electionem Vicarii Capitularis à nostris Canonicis, absque ullo Altaristarum interventu, ibi: *Convocato Capitulo DD. Canonicorum Ecclesiæ Recanaten.* Qui Canonici immediatè post electionem ejusdem Vicarii devenerunt pariter ad aliam electionem Cantoris in personam cujusdam Aloysii; Quæ omnia plusquam manifestè comprobant insubsistentiam dictæ prætensæ unionis; Præsertim si considerentur unita cum successiva electione alterius Vicarii Capitularis facta pariter à solis Canonicis anno 1476. & cum aliis actibus, latè superiùs expensis.

59

Ex quibus clara remanet intelligentia illorum verborum Instrumenti assertæ unionis: *Quòd Capitulum Ecclesiæ S. Viti supradictum sit, & esse debeat unitum Capitulo Ecclesiæ Episcopatus Recanaten. & sit unum corpus, & sic de cætero debeat reputari*; ut scilicet unio verificetur in illis terminis, in quibus subjecta unienda reperiebantur; Cumque ex hucusque animadversis Oppositores reperirentur in statu, esse, & denominatione Altaristarum, non verò Canonicorum, inter ipsos dicitur facta unio, uti Altaristas, seu Beneficiatos ex una, & inter Canonicos ex altera, atque ex illis omnibus effectum unicum corpus; Eodem prorsus modo, quo videmus in Urbe, unum corpus facere in Basilicis Canonicos, & Beneficiatos, cum notoria tamen inter easdem partes corporis distinctione, & differentia, quæ in nostra pariter Ecclesia manibus palpatur ex dictis præeminentiis nostri Capituli, nullatenus competentibus Altaristis.

60

61

Comprobatur hæc intelligentia ex ipsomet literali tenore Instrumenti hujus assertæ unionis, in quo expressè conventum, quòd Cantor, qui est Altaristarum caput, non debeat esse de Capitulo, sed quòd præcedat dumtaxat cunctos Presbyteros, ita quod post Canonicos sit primus; Quomodo enim possunt stare simul, quòd de Capitulo sint Altaristæ, & de eodem non sit Cantor, qui inter ipsos figuram facit personæ dignioris, seu, ut ita dicam, primæ Dignitatis? Et quomodo possunt dici effecti unicum corpus Altaristæ cum Canonicis, si ab hoc corpore exclusum fuit illorum caput? Videtur siquidem hoc repugnare ipsimet rationi, & sensui, quia membra essent digniora proprio capite, & Altaristæ minus digni, prætendentes votum dare in actibus Capitularibus, præferrentur Cantori magis digno, in Capitulo vocem non habenti; Quòd repugnare Juri divino, naturali, canonico, & civili observant adducti in *Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *nu.* 235. Meritò autem conventum fuit in dicto Instrumento, quòd Cantor non esset de Capitulo, ad tollendum omne dubium, quòd fortè provenire poterat ex ipsius majori dignitate, & præeminentia inter Altaristas.

62

63

64

Dicendum propterea est, ambiguum sensum denominationis Capituli Ecclesiæ Episcopatus Recanaten. factæ in dicto Instrumento assertæ unionis, processisse ex eo, quia in d. actu de corpore Capituli ejusdem Ecclesiæ effectus fuit Archidiaconus de Aste, & Joannes Baptista Jacobi Petri & Matthæus Fabianus, electi in Canonicos supranumerarios; Nec non, quia intervenerunt in illo Joannes Nicolai, Antonius Philippi, Franciscus Nicolai, & Marinus Augustinus, qui eodem tempore erant Canonici S. Viti, & Altaristæ Altaris majoris; Non mirum igitur si ex mixtione sex Canonicorum nostræ Ecclesiæ, & Archidiaconi, effecti de corpore nostri Capituli, in dicto Instrumento assertæ unionis irrepserit obscurus ille sensus circa verbum Capituli, ex hucusque animadversis clarissimè demonstratus.

65

66

Et ex his videtur paradoxum sapere propositio illa, quòd Altaristæ dicantur Canonici Episcopatus, utpotè existentes in Ecclesia S. Flaviani, cui dicata est nostra Cathedralis, ad differentiam nostrorum Canonicorum, existentium in alia Ecclesia S. Viti, per Gregorium XIII. concessa Patribus Societatis Jesu; Quia tempore concessionis hujus Ecclesię nulli aderant in illa Canonici, sed solùm Altaristæ, seu Beneficiati, qui translati fuerunt ad Ecclesiam S. Mariæ Montis Morelli; Illi autem, qui in aliquibus actibus denominantur Canonici S. Viti, erant Canonici Episcopatus, seu Catedralis, moramque aliquando fecerunt in dicta Ecclesia ob ipsius meliorem statum; Cæterùm ad explendos actus capitulares conveniebant semper in Sacristia Episc. seu S. Flaviani.

67

68

Quæ omnia clarissimè demonstrantur, nedum ex innumeris actibus à nostris Canonicis, uti Canonici Episcopatus expletis, absque ullo Altaristarum consortio, & signanter ex electionibus Vicariorum Capitularium annor. 1412. & 1417. sed ex simplici lectura Bullæ erectionis Innoc. VI. in qua post restitutam nostram Civitatem ad pristinum nomen, & titulum Civitatis, eriguntur in nostra Cathedrali Dignitas Præpositi, & octo Canonicatus; Altaristæ autem, qui tunc temporis in rerum natura non reperiebantur, venire non possunt, nec sub nomine Dignitatis, nec appellatione Canonicorum; Usquequo igitur ex adverso non doceatur de hac nova qualitate Canonicali, deque tempore, quo tales effecti fuerunt, & ex cujus Pontificis concessione cum suppressione illorum, quos Innocentius VI. pro nostra Cathedrali instituit, & subrogatione aliorum in locum eorundem, contraria prætensio remanere videtur absque ullo prorsus fundamento, & ut supra dicebamus, de subjecto non supponente.

69

70

Poterant autem omitti ad probandam dictam qualitatem Canonicalem in Altaristis obligatio psallendi in Choro, unita cum proprio stallo, distributiones ipsis assignatæ ex communi massa, facultas eligendi Organistam, Exactorem, Sydicum, Retentio propriæ Crucis, & similia; Omnia enim ista apprimè congruunt Beneficiatis cujuslibet Cathedralis, necnon etiam Clericis Beneficiatis Patriarchalium Urbis, & tamen inauditum prorsus est, quòd ex dictis præeminentiis, & obligationibus inserviendi Choro, Beneficiati prætenderint se Canonicos, argumentumque proinde nimis, & consequenter nihil probat, ut in specie, respondendo similibus objectionibus, advertit *Fagn. in cap. Nullus à n.* 31. *de Election.* & meliùs *Lotter. de Re Benef. l.* 1. *qu.* 14. *à nu.* 57. ubi, quòd neque communis massa, neque deputatio Exactoris ad illam exigen. neque Congregatio Beneficiatorum ad sonum Campanæ, & similia, sunt univoca signa ad probandam dictam qualitatem.

71

72

Specialiter tamen observantes circa Crucem, quòd hæc non est propria Altaristarum, ex quo facta fuit ex diversis rebus argenteis antiquis nostræ Cathedralis, ut justificatum fuit in alia Causa de qua *in hoc Tom. par.* 1. *discept.* 35.

Ejusdem insubsistentiæ est animadversio, fundata in facultate eligendi Cantorem, quam Episcopus de Aste anno 1461. reservavit Episcopo, & Canonicis Recineten. Hoc enim punctualiter practicatum fuit à nostris Canonicis in prima, & immediata electione, sequuta anno 1469. in qua ad illam, nulla facta mentione Altaristarum, devenerunt illimet Canonici nostræ Cathedralis, qui Vicarium Capitularem elegerunt. Qui actus uti proximus reservationi ejusdem facultatis, magnifaciendus est, ut observat *Rot. dec.* 251. *n.* 26. *par.* 19. *rec.* Licèt autem hodiè talis electio fiat ab Altaristis, id nullatenus referri potest qualitati Canonicali, Potuerunt enim successivis temporibus Jus præsentandi Cantorem alio titulo obtinere; Eodem prorsus modo, quo electio Episcopi, quæ ex claro privilegio Innoc. VI. nostris Canonicis competebat, hodie illis ampliùs non competit. Ex hoc autem nimis verisimili titulo in contrarium, penitus enervatur præsumptio, fundata in citata facultate eligendi Cantorem, ex regula, quòd probatio per necesse concludere debet, de qua, aliis adductis, *Rot. cor. Priol. dec.* 257. *num.* 6.

73

74

Nec ad rem facere videtur, quòd aliqui ex Canonicis inserviant etiam Collegiatis Ecclesiis nostræ Civitatis, uti Altaristæ; Hoc enim procedit ex eo, quòd aliqui ex Canonicatibus tenues habent redditus; Nihil tamen inferri potest ad effectum, de quo disputamus, dum non implicat, quòd una, & eadem persona, dupliciter considerari possit, juxta multiplicitatem illam personæ legalis, de qua integrum edidit Tractatum *Carolus Antonius de Luca*, & ex qua videmus, quòd in eadem Ecclesia una, & eadem persona modò unam, modò aliam figuram facit, juxta exemplum Vicarii Generalis qui insimul etiam sit Canonicus, quique, quando suas distributiones lucrari vult, sedere debet in loco sibi assignato, uti Canonico, non autem uti Vicario, ut videre est apud *Barbos. de Can. c.* 26. *n.* 7. *& in Sum. Apost. dec. collect.* 98. *nu.* 1. *Nicol. in Flosc. verb. Vicar. Gener. sub nu.* 41. *Panimol. dec.* 1. *annot.* 9. *nu.* 98. *& Card. de Luc. de Præemin. disc.* 41. *n.* 9. Et juxta aliud exemplum Episcopi Canonici, sedentis in loco suæ Præbendæ, ut observat. *Pignatel. consult.* 104. *n.* 55. *tom.* 1.

75

76

Hæc videntur sufficere pro victoria; Et tamen pro tali omnium

omnium eliminatione, quatenus aliqua ſupereſſet dubietas, quod non credimus, illa penitus ſublata remanſiſſet à ſæpè, ſed nunquam ſatis citata Synodo *Card. Romæ*, celebrata anno 1623. in qua in ſpecie ad tollendam confuſionem inter Canonicos, & Altariſtas, maxima differentia inter utroſque determinata, & conſtituta fuit, loquendo *de Dignitatibus, & Canonic. in c.*13 & in ſeq. *c.*14. *de Altariſtis, ſeu Beneficiatis*, plures utriſque præſcribendo leges, penitus diverſas.

Hæc autem probatio, deducta à diſpoſitione hujus Synodi, una quidem eſt nomine, re tamen vera, & in ſubſtantia multiplex. I enim includit conſenſum totius Diœceſis, juxta praxim conficiendi Synodos, ex quo adverſus ipſius diſpoſitionē nemo reclamavit. II. Præſupponit diligentem inveſtigationē, & cognitionem omnium, in eadem diſpoſitorum, factam nedum ab expertis Miniſtris Epiſcopalibus, ſed ab omnibus Deputatis Synodalibus, & Senioribus de Clero. III. Approbationem Altariſtarum, nullatenus reclamantium à diſpoſitis in illa, ſed imò omnia in eos determinatè acceptantium. IV. Uniformitatem diſpoſitorum in antiquiſſimo Inſtrumento anni 1440. exadverſo producto, in quo eodem prorſus modo ſub nomine Congregationis Altariſtarum vocati apparent. V. Confirmationem ejuſdem Synodi in omnibus illius partibus, unà cum punctuali obſervantia, ab hac S. C. demandata. VI. Demum approbationem à duobus Summ. Pontif. Inn. X. & Alex. VII. Si autem Diœceſana Synodus à ſe ipſa legis vim habet, & ad præciſam obſervantiam omnes ſubditos ligat, ex adductis *ſupra n.*16. Quantò magis idem verificabitur de noſtra Synodo, attentis dictis aliis circumſtantiis, & approbationibus, ut conſiderando illius approbationem, & confirmationem in ſpecie firmavit *Rot dec* 74. *à nu.*20. *cor. Zarat.* Et præ oculis habendo vim, & robur reſolutionum hujus S. C. notant adducti in *Tom.*1. *par.*1. *diſcept.* 6. *n.*64.

Itaut, ſi nulla alia concurrerent pro hac parte documenta, hæc unica Synodus exuberaret ad omne dubium eliminandum, quia procedendo cum ipſius diſpoſitione omnia de plano locum habent, prætenſioneſque Altariſtarum remanent abſque ullo prorſus fundamento.

Agnoverunt vim, & efficaciam harum animadverſionum contrarii Defenſores, qui proinde, admiſſa clara voluntate Card. Romæ, vel declarandi, Altariſtas ab antiquo conſtitutos eſſe in ſtatu totaliter diverſo, & ſeparato à qualitate Canonicorum; Vel ipſos tempore coadunationis Synodi ad talem ſtatum reducendi; Unicè inſiſtunt in defectu poteſtatis, prætendendo potuiſſe quidem, Epiſcopum de Aſte anno 1461. Altariſtas conſtituere in ſtatu, & eſſe Canonicorum, quia tunc temporis communis vigebat opinio, Epiſcopos poſſe Collegiatas erigere, & Canonicos conſtituere, juxta animadverſa in *T.*1. *par.*1. *diſcep.*7. *n.*67. non autem id competiiſſe Card. Romæ, quia annis 1621. & 1623. quibus Viſitationem, & Synodum reſpectivè peregit, ac confecit, talis opinio non amplius in Tribunalibus eſſet recepta, ex authoritate *Lotter de Re benefic. l.*2. *q.*1. *qu.*14. *à n.*43.

Verùm reſponſio mirabiliter retorquetur, & ad hominem probat oppoſitum; Quia prædictis annis 1621. & 1623. eadem opinio, quòd Epiſcopi poterant, tam conſtituere, quàm deſtituere Collegiatas, & Canonicos in ſua viridi obſervantia reperiebatur, ut loquendo in ſpecie de anno 1623. firmavit *Rot. dec.*1084. *n.*2. *& per tot. cor. Emer. jun.* Subdens *n.* 6. quòd ejuſdem opinionis erat tunc temporis etiam *Sacra Rota*, quodque in dubiis circa hanc materiam judicandum eſt ſecundum illam opinionem, quæ tunc temporis vigebat, licèt deinde ob ſuperventas declarationes hujus S. C. contraria invaluerit opinio.

Igitur reſpectu Viſitationis, & Synodi innegabiles remanent, tam voluntas, quam poteſtas Card. Romæ, & conſequenter omnimodæ exequutioni demandanda ſunt diſpoſita in eiſdem, ex ſupra animadverſis; Præcipuè ſi conſideretur munita confirmatione Apoſtolica prævia reſolutione, & approbatione hujus S. C. Nulla habita conſideratione illius dictionis *in poſterum*, ac ſi antea contrarium practicaretur; Quia dicta dictio nil aliud importat, quàm tractum ſucceſſivum, comprehendendo omne tempus futurum, ut firmavit *Rot. dec.* 1469. *num.*4. & 5. *cor. Coccin.*

Oppreſſi à pondere harum demonſtrationum Altariſtæ, confugiunt randem ad prætenſam Conſuetudinem, ſupponentes, ipſos admiſſos fuiſſe ad electionem Vicariorum Capitularium annis 1586. 1620 & 1634. & conſequenter ex hac pluſquam quadragenaria conſuetudine manutenendi veniant in eadem facultate eligendi Vicar. Capitulares, ex *deciſion.*686. & 731. & 764 *cor. Emer. jun. & dec.*132. 162. *cor. Benincaſ.*

Sed non minori inſubſiſtentia laborat hoc ſecundum contrarium aſſumptum.

I. Quia in omnem caſum, per inſubſiſtentem hypotheſim admiſſa eadem conſuetudine, illa nedum ſolemniter interrupta, ſed totaliter ſublata fuiſſet à dictis Viſitatione, & Synodo Card. Romæ, & proinde in nulla habenda eſſet conſideratione ex adductis per *Rot dec.*162. *n* 9. *cor. Ludoviſ. & dec.* 45. *n.*4. *cor. Otthob. & dec* 206. *n.*17. & 18. *par.*16. & *dec.*430. *n* 10. *par.*19 *rec.* Et uti ſemel interrupta dicto anno 1623. non poteſt conjungi cum ſubſequuta electione anni 1634. ſed alia conſuetudo de novo inchoanda eſſet, ex animadverſis per *Rot. dec.* 285. *n* 5. *par.*19. *rec.* Quæ nova conſuetudo interrupta pariter fuiſſet annis 1646. & 1658. à confirmatione, & approbatione ejuſdem Synodi.

II. Quia ab anno 1412. uſque ad annum 1486. & deinde, aſſiſtit noſtris Canonicis pluſquam centenaria, & immemorabilis conſuetudo eligendi Vicarios Capitulares, abſque interventu Altariſtarum, & propterea adverſus illam non quadragenaria, ſed alia ſimilis centenaria adducenda foret, ut in terminis noſtri caſus firmavit *Rot. dec.*528. *n.*11. *cor Emer. jun, & dec.*251. *nu.*13. *par.*19. *rec.*

III. Quia electio anni 1586. non probatur concludenter in facto ex Archivio Altariſtarum, nec probata relevaret in jure, ex quo docemus, quòd per aliquos dies ante Sixtus V. ſuppreſſit Cathedralitatem noſtræ Eccleſiæ, ut teſtatur *Ughel. in Ital. Sac. to.*2. *Verbo Recanatenſis Epiſcopi folio* 129. *in med. & folio* 136. *par.*2. Quod comprobatur etiam ex recurſu, eodem anno 1586. à toto Clero ad S. Sedem interpoſito, & exhibito in Summario: Qua ſuppreſſione præſuppoſita, non erat locus electioni Vicarii Capitularis, & in rei veritate non apparet, quòd talis Vicarius aliquem juriſdictionis actum exercuerit; Actus autem, carens effectu, ad probandam conſuetudinem allegari nullatenus meretur, ut in noſtris terminis benè firmavit *Rot. in Gerunden. Capituli* 9. *Martii* 1703. §. *Magiſque cor. Omana*, & meliùs *in dec.* 525. *num.* 16. *coram Bich.*

IV. Quia omnes electiones, exadverſo exageratæ annorum ſcilicet 1586. 1620. 1634. apparent factæ, non à Canonicis, & ab Altariſtis dumtaxat, ſed à toto Clero, aliiſque Collegiatis noſtræ Civitatis; Et conſequenter non poſſunt ex illis majus deſumere jus Altariſtæ, quam totus Clerus, dictique Canonici aliarum Collegiatarum, qui agnoſcentes malum jus fovere, non amplius hodie coram hac S. C. comparent.

V. Quia ex eodem præciſo motivo, quòd in electionibus dd. Vicariorum Capitularium annis 1586 & 1620. intervenerunt alii, qui non erant Canonici, illæ fuerunt ab hac S. C. declaratæ nullius roboris, & momenti, ut plenè doctum fuit in Summario; Recurrere autem ad actus nullos, & revocatos ad comprobandam propriam intentionem, maximum mali juris ſignum reputatur, per ea, quæ firmavit *Rot. dec.*251. *n.*6. & *dec.*311. *n.*4. *par.*16. & *dec.*260. *n.*24. *par.*19. *rec.* & *in Rom. Domus* 10. *Decemb.*1696. §. *Hinc cor. Card. Scotto*, cum concordantibus, citatis *in To.* 1. *par.* 2. *diſcep.* 10. *n.*14.

VI. Quia dubitari etiam contingit de prætenſa electione dicti anni 1620. in qua aſſeritur electus Vicarius Capitularis quidam Martinus Politus, & tamen non conſtat, quòd ille dictum officium exercuerit, nec in dicto anno, nec in alio anno ſequenti, in quibus fuit Vicarius Capitularis Canonicus Proſper Cecchinus; Addita dicta poſteriori Synodo, actus anteriores revocante, ex ſupra allegatis.

VII. Quia electio anni 1634. cauſam dedit præſenti controverſiæ, & ſic in nulla haberi debet conſideratione, ex generaliter adductis à *Rot. dec.* 331. *nu.*12. *par.* 15. *rec.* & *dec.* 765. *n.* 5. *cor. Emer. jun.* Et in puncto noſtri caſus *in dec.* 468. *n.* 11. & 12. *cor. Priol.* & *dec.*525. *n.*16. *cor. Bich.* & *dec.*46. *n.*2. *apud Dian. cordinat. tom.* 8.

VIII. Quia non agitur de actu, pacificè admiſſo, deque conſuetudine legitimè præſcripta; Unde eo minus attendi meretur, ut in terminis obſervat, & ita deciſum à Sacr. Rot. teſtatur *Card. de Luc. de Juriſd. diſc.* 24. *num.* 13. & firmavit eadem *Rot. dec.* 251. *num.* 37. *par.* 16. *rec.* & in ſpecie noſtræ reſolutionis, illam referendo, & exornando notat *Monacell. in Form. tom.* 1. *tit.* 1. *for.* 2. *num.* 9.

IX. Quia ex hucuſque probatis in omnem caſum electio anni 1634. remaneret unica, & proinde incapax ad inducendam conſuetudinem, ut benè obſervat *Rot. dec.* 528. *num.*10. *cor. Emer jun.*

X. Quia adverſus pariter hanc electionem anni 1634. militant poſterior confirmatio Synodi ab hac S. C. obtenta ann. 1646. & ſucceſſiva approbatio Sum. Pont. Alex. VII. obtenta anno 1658. Si enim eadem Synodus ex mente hujus S. C. & oraculo Summi Pontificis in omnibus ſuis partibus ſervanda eſt; Hoc nullatenus verificaretur, admiſſa contraria prætenſione, quia non haberet exequutionem illius clara diſpo-

sitio, concernens differentiam, & distinctionem Canonicorum ab Altaristis.

XI Quia hujusmodi actus potest attribui gratiosæ convenientiæ, & consequenter aptus non est præjudicium aliquod inferre Dignitatibus, & Canonicis, ut in specie observat *Rot: dec.* 468. *num.* 11. & 12. *cor. Priol. & dec.* 252. *num.* 36. *par.* 19. *rec.* 114

XII. demum, quia non sumus in terminis consuetudinis quadragenariæ, munitæ titulo vero, vel putativo, sed assertæ consuetudinis, omni titulo carentis, & concernentis actus jurisdictionales discontinuos, in quibus terminis requiritur immemorabilis, vel saltem quadragenaria plenè, & concludenter justificata, cum titulo vero, vel putativo, ex adductis per *Card. de Luc. de Canon. disc.* 20. *num.* 7. *Rot. dec.* 237. *num.* 3. & 4. *cor. Cels. & in rec. dec.* 363. *num.* 5. & *dec.* 730 *nu.* 5. *par.* 18. *rec.* 115

Quibus non obstant *dd. Decis. coram Emer. jun. & Benincasa* allegatæ supra *n.* 95 Quia in illorum casu, in quo consuetudo per quatuor integra Sæcula concludentissimè probabatur, Jus non solùm non resistebat, sed positivè assistebat; Agebatur enim de administratione Ecclesiæ Sede vacante, quæ de Jure competere potest alteri, quàm Capitulo, vigore pacificæ consuetudinis, ut clarè habetur *in c. unico de Major. & obed in* 6. & in aliis Juribus, ibidem citatis, quibus addo literalem dispositionem S. C. Trid. *in sess.* 23. *de Refor. c.* 10. in casu autem nostro verificatur oppositum, quia de consuetudine pacifica effectuata, & clara, probationes concludentes non afferuntur, & Jus nullatenus assistit, sed potiùs resistit consuetudini, quòd electio Vicarii Capitularis cumulativè spectare possit ad alios, quàm ad Capitulum Cathedralis ex supra allegatis; Proindeque sola quadragenaria sine titulo nullatenus sufficit, ex authoritatibus, in eisdem decis. citatis. 116 117 118

Deci. Recanaten. Manutentionis cor. Verospio, nihil commune habet cum præsenti inspectione, quia in illa obtinuerunt Altaristæ manutentionem circa Jus eligendi Syndicum, Organistam, Sacristam, & Exactorem, ea ratione, quia iidem Officiales ex eorum communi Massa, non autem ex Massa Canonicorum, qui illam adhuc non habet, stipendia recipiunt; Ex quo nihil potest inferri in nostris terminis, quia dicti actus percutiunt œconomica, non autem jurisdictionalia nostræ Ecclesiæ; Ab œconomicis autem ad jurisdictionalia in his casibus non permittitur argumentari, ut in terminis firmavit *Rot. decis.* 491. *num.* 3. & *decis.* 528. *num.* 6. *cor. Emer jun. & in par.* 19 *rec dec.* 251. *num.* 30. Non enim valet consequentia; Aliqui habent vocem in Capitulo; Ergo sunt de Capitulo, ut latè prosequitur *Rota* ubi proximè; nec non in *dec.* 468. *à num.* 7 *cor Priol.* 119 120

Immò *d. Dec. cor. Verosp.* contra Altaristas retorquetur; Quia ex supra animadversis in illa contradistinctè à Capitulo, & Canonicis nostræ Cathedralis, fit mentio Altaristarum sub nomine Congregationis Altaristarum; Major enim earundem distinctio à Canonicis, magisque clara specificatio, quòd illi non sint Canonici Cathedralis, quodque tales sint nostri Canonici, excogitari non potest, ut patet consideranti; Eo præcipuè, quia *d. dec.* emanavit informantibus Altaristis dumtaxat, & ab iisdem acceptata remansit, unde non incongruè eædem enunciativæ vocari possunt confessiones Altaristarum. 121 122

Perstringendo igitur omnia, hucusque probata; Aut Altaristæ prætendunt intervenire electioni Vicarii Capitularis uti Canonici nostræ Cathedralis & tales nunquam fuerunt, nec de præsenti probantur; Aut insistunt in Actibus Capitularibus antiquis, & isti, vel concernunt solùm œconomica à quibus non valet inferri ad jurisdictionalia, vel retorquentur ad hominem, quia apparent celebrati absque ullo Altaristarum interventu: Aut demum exagerant consuetudinem ex electionibus ann. 1586. 1620. & 1634 & actus isti, uti expleti à toto Clero, uti ineffectuati, uti declarati nulli ab hac S. C. & demum uti oppositi sæpè citatæ Synodo, Apostolica confirmatione munitæ, nedum non attendi, sed nec etiam allegari merentur. 123 124 125

In eadem Causa.

Repetitur idealis prætensio, quòd Altaristæ sint Canonici, imò in ea vis unicè constituitur, sed malè, quia nulla exhibetur concludens justificatio; Cumque Altaristarum intentio in d. qualitate versetur, ac consistat, nullatenus ad dictum effectum admittuntur conjecturæ, & vagæ præsumptiones, exadverso adductæ, ut notant citati in meo *Tract. de Livell. §.* 5. *num.* 5. 126

Præcipuè quia omnes dictæ conjecturæ destruuntur ab aliis, quæ leguntur in contrariis Scripturis, quòd scilicet qualitas Canonicalis verificetur in Altaristis circa ann. 1458. Nosenim ex Bulla erectionis nostræ Cathedralis demonstravimus, quòd in illa per duo ferè sæcula antecedentia, fuerunt Canonici, quodque d. tempore absque ullo Altaristarum consortio, pacificè exercuerunt omnes actus jurisdictionales, enumeratos supra. 127 128

Nec est verum, quòd probemus antedictum ann. 1458. Altaristas non fuisse Canonicos; Licèt enim id incumberet eisdem, asserentibus se tales, juxta regulam *Tex. in leg pen. v. Non ignorare Cod. Si min. se maj dix.* de qua *Rot. cor. Cocci dec.* 2083. *n.* 10. & *cor. Priol. dec.* 392. *n.* 3. Adhuc ictu oculi id resultat ex sola lectura contrariarum Scripturarum, & signanter ex donatione Argentorum, facta Altaristis anno 1440. in qua millies vocantur Altaristæ, & Cappellani, Altare majus nostræ Ecclesiæ officiantes, illorumque Universitas, non Capitulum, sed Congregatio Altaristarum, & Cappellanorum appellatur. Igitur hoc tempore, quo nostri Canonici erant tales in nostra Ecclesia, & ad electiones Vicariorum Capitularium pacificè deveniebant, Altaristæ non erant Canonici, sed simplices Cappellani, seu Altaristæ; Major autem probatio hujus veritatis afferri non potest illa, quæ desumitur ex contrariis Scripturis, & confessionibus, ex firmatis *per Rot dec.* 460. *n.* 8. *cor. Priol.* & tamen eadem qualitas ex aliis evidentissimè excluditur, ut fuit ostensum supra. 129 130 131

Videamus modò quid exadverso afferatur ad probandam dictam qualitatem post annum 1458. Insistunt Altaristæ.

I. In generali juris præsumptione, cum supposito, quòd ante dictum annum 1458. nulli in nostra Cathedrali adessent Canonici, & consequenter ipsi Choro assistentes tales præsumantur; Sed suppositum hoc ex supra animadversis apparet prorsus insubsistens, & proinde, illo corruente, corruunt omnes generalitates, super illo ædificatæ, juxta regulam, de qua in *Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 12. *nu.* 69. 132

II. In testamento Episcopi de Aste: Verùm supra *nu.* 57. ad oculum demonstravimus quòd idem testamentum retorqueatur ad hominem; Quia in illo non fuerunt Altaristæ instituti hæredes, uti Capitulum, vel tanquam Canonici, sed uti Collegium Altaristarum; Cæterùm per malam hypothesim, & per modum simplicis discursus admisso, quòd idem Episcopus de Aste potuisset d. anno 1458. constituere Altaristas Canonicos, eo quia tunc temporis circa hanc potestatem vigeret opinio, Episcopis favorabilis; Dicimus, quòd Card. Roma alter Episcopus annò 1623. in Visitatione, & Synodo illos potuisset destituere, & ad pristinam qualitatem Cappellanorum, seu Altaristarum reducere *ex dec.* 1284 *cor. Emer. jun.* de qua *in Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 7. *num.* 67. 133 134

III. In Instrumento assertæ unionis anni 1463. quæ tamen facta fuit inter ipsos, uti Altaristas, seu Beneficiatos, & inter omnes Canonicos, uti Canonicos, hoc modo efficiendo unum corpus in nostra Cathedrali, eo modo, quo in omnibus Cathedralibus Orbis, & Patriarcalibus Urbis Canonici, & Beneficiati faciunt unum corpus. 135

IV. In diversis ennunciativis, in quibus illarum Universitas per transendam in actibus, nullam habentibus connexionem cum materia, de qua disputatur, vocatur Capitulum: Quibus opponimus illas contrarias ennunciativas atque illos serios actus, in quibus millies vocatur Congregatio Altaristarum, cum illo addito, quòd iidem actus facti fuerunt ab ipsismet Altaristis, ita ut congruentius vocari possint eorundem confessiones, ex communibus regulis superlativam facientes probationem; Similium ennunciativarum possent afferri Volumina, quia revera non alio nomine nec magis frequenter, & cum majori proprietate se ipsos semper appellarunt, vocatique ab aliis fuerunt. Et tamen dicta denominatio Capituli congruè applicari potest illis actibus œconomicis, in quibus agebatur de interesse Altaristarum; Ab actibus autem œconomicis in nostris terminis nullatenus inferri potest ad jurisdictionales, qualis est electio Vicarii Capitularis, ut firmavit *Rot. dec.* 491. *n.* 3 & *dec.* 582. *n.* 6. *cor. Emer. jun. & in par.* 19. *rec. dec.* 251. *nu.* 30. 136 137 138

V. In eo, quod eligant Curatum nostræ Ecclesiæ; Verùm responsionem nobis insinuarunt contrarii Defensores, observando, quòd de propriis stipendiis eidem Curato congruam constituunt; Dignum igitur, & justum est, quòd concurrant ad ipsius electionem, absque eo, quòd minimum ex hoc actu resultet adminiculum qualitatis Canonicalis, ut in simili, circa electionem Sacristæ, & Organistæ, observavit inter has Partes *Rot. in Recanat.* de qua supra *num.* 119. 139 140

VI. In electionibus Vicariorum Capitularium annorum 1586. 1620. & 1634. confundentes hoc modo prætensam consuetu- 141

suetudinem, cum asserto bono jure, & principio qualitatis canonicalis. Sed latè ostendimus supra, quòd in nulla consideratione habendi sint uti actus; Vel facti tempore, quo nostra Cathedralis per Sixtum V. fuerat suppressa; Vel expleti à toto Clero; Vel ineffectuati; Vel declarati nulli ab hac S. C. Vel demum uti oppositi Synodo Card. Romæ, Apostolica confirmatione munitæ; Quòd, ut diximus, & non inutiliter repetimus, unicè deservire potest pro principalis controversiæ decisione, tanquam lex. nostræ Diœcesis, ab omnib. Subditis inviolabiliter servanda. Non omittentes observare, in facto nullatenus subsistere replicationem, quæ legitur in contrariis Scripturis, his verbis exageraram; *Quòd cùm Sixtus V. provisionem aliquam non dederit Ecclesiæ Recanaten. illam alteri Ecclesiæ subiiciendo nisi post quinque annos, nempe circa annum 1591. quo tempore subjecit Ecclesiam Recanaten. Ecclesi. Tolentinæ &c.* Quia iste Pontifex obiit die 27. Augusti antecedentis anni 1590. & sic non potuit anno sequenti 1591. facere ea, quæ in contrarium exagerantur.

142

143

VII. Demum in diversis actibus, & signis, de quibus in cõtrariis Scripturis; Pro responsione autem utimur ipsismet verbis contrariorum Scribentium ibi; *Et quamvis iis singulis non semper Sac Rot. & Suprema Tribunalia detulerint, & quandoq. etiam nonnulla ex expositis inter signa æquivoca, & necessariò non inferentia Collegialitatem, dinumeraverint*. Probationes enim non solùm non debent esse æquivocæ, sed penecessè concludere; Aliàs in nulla habentur consideratione, ex regula *Text. in leg. Non hoc Cod. Unde legitim. & in leg. Neque natales Cod. de Probat* de qua *Rot. cor Dunoz. jun. dec* 688. *n.* 9. & *cor Priol. dec.* 583. *num.* 13. Præsertim in concursu nostrarum probationum, plusquam evidenter excludentium in Altaristis qualitatem Canonicalem, ut ampliando notat *Rot. dec.* 379. *num.* 22. *cor Priol.*

144

145

146

Ad probandum autem Jus Altaristarum non benè adducitur conclusio Consilii nostræ Civitatis 18. Junii 1675. Quia (ultra quòd in illo nulla prorsus in hac materia residet authoritas) nil aliud, eo mediante, conclusum fuit, quàm assistendi illis: *Che possano e per possesso e per ragione che mostrano concorrere a dare li suffragii nell'elezzione d'essi Vicarii Capitolari*; Quæ optimè congruunt Canonicis ad exclusionem Altaristarum, & duarum Collegiatarum nostræ Civitatis, dum ex hucusque animadversis, & ex resolutione hujus S. C. illorum favore non militant, nec possessio, nec bonum Jus, quod clarè comprobant hodiè dicti Canonici earundem Collegiatarum, nolentes ampliùs coram hac S. C. in controversiam deducere clarum Jus nostrorum Canonicorum.

147

148

Quod ulteriùs comprobamus ex attestationibus multorum Nobilium, & Sacerdotum nostræ Civitatis, quarum sola, & simplex lectura potest congruè deservire pro confutatione omnium contrariarum animadversionum, & de illarum efficacia in Jure latè diximus in *Tom.* 1. *par.* 1. *disc.* 4. *num.* 64. & *discep.* 20 *num.* 59.

149

Est autem nimis curiosa nova illa species urbanitatis, exadverso decantata *in benignissimis Altaristis* pro responsione ad prærogativas nostrorum Canonicorum solemniter, in dd attestationibus comprobaras, exagerando illorum ingratitudinem, ex quo postquam ab Altaristis fuerunt benigniter admissi in illorum consortium, hodie ad instar notissimi dicterii Herinacii cum Serpente, prætendant etiam illos excludere ab Ecclesia; In Europæ enim Regnis, & Provinciis, illiusque officiosissimis Nationibus, non de facili indicari poterit, ubi nam reperiantur tales benignissimi homines, qui immemores obligationis defendendi proprias Dignitates, de qua supra *in par.* 1. *disc.* 11. *n.* 32. tali, tantaque urbanitate sint præditi, ut in Choro, aliisque publicis functionibus ad instar Caudatariorum Cardinalium sedere velint in illo scamno, ubi Canonicorum pedes quiescunt, cum illis aliis humilioris status signis, quæ leguntur in dictis attestationibus.

150

151

152

Crescitque vis animadversionis ex eo, quòd non unus, vel alter *ex benignissimis Altaristis*, nec per aliquod breve tempus, sed omnes unanimiter per multa sæcula tali, tantaque urbanitate dotati fuerunt, contra id, quòd in proximis terminis, quòd nempè non præsumatur longa continuatio actuum facultativorum, & multiplicata gratia, firmavit *Rot. in Gerund. Anniversf.* 15. *Junii* 1696. §. *Quia cor. Card de la Tremoille, & in Urgellen Servitutum* 14. *Martii* 1697. §. *Tertio cor. Mo. ines*.

153

Et quòd verè singularitatem hujus novæ speciei urbanitatis in *benignissimis Altaristis* comprobat, est quòd illa emicat etiam extra propriam Civitatem & Clerum; In accessu nimirum ad celebre Sanctuarium Lauretanum, in quo hujus Capitulum *viene a ricevere nella Porta della Città di Loreto il nostro Capitolo, e collocandolo alla destra accompagnandosi le Dignità di Loreto con le nostre, e li Canonici con li nostri, & ancoli*

155

Beneficiati tra di loro, Cum illa vera urbanitate, quæ practicari solet inter æquales, inter quos unus occupat sinistram, quando alter tenet dexteram; Cæterùm, quòd ex urbanitate Canonicus unius Cathedralis in accessu ad aliam velit occupare dexteram unius ex Beneficiatis ejusdem, ut diximus, & nunquam satis repetimus, est illius urbanitatis species, quæ non reperitur in cultissimis Europæ Provin.

156

157

Quæ omnia dicta sint ad ostendendam in Altaristis extremam miseriam boni juris, eò perductam, ut sub specie adhuc incognitæ urbanitatis eludere velint actus illos, ex quibus solidè, & concludenter demonstratur, quòd de illorum prætensa qualitate Canonicali possit cum omni fundamento dici, esse verum ens rationis.

158

Demum, nec etiam merebatur allegari prætextus manutentionis; Quia ex laudabili praxi hujus sacrosancti Consessus de illa nunquam disputatur, ex adductis *in Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 16. *n.* 152. & eo fortiùs in casu nostro, in quo nulla præcisa probatio concurrit ad illam fundandam, & in quo principale dubium non respicit manutentionem, sed bonum jus, juxta illa clara verba; *An Altaristæ sint admittendi, unàcum Dignitatibus, & Canonicis, ad electionem Vicarii Capitularis*.

159

160

Non prætereuntes, quòd in eo, quòd respicit festum S. Flaviani Ecclesiæ Tutelaris, & Patroni, illud quot annis celebratur de mense Novembris, cum sua Octava, & aliis, in his casibus practicari solitis, & quia in die Martirii ejusdem Sancti, quæ occurrit initio mensis Februarii, nulla fiebat distinctio, modernus Episcopus in sua Visitatione, habita de anno 1701. talem festivitatem fecit Canonicalem; Quòd impugnantibus Altaristis, opus fuit in S. C R. die 3. Decembris ejusdem 1701. Ponent. Eminent. Coloredo, disputare dubium. *An decretum Visitationis Episcopi, quo demandatum fuit, diem Martirii S. Flaviani per Missam & Vesperas à Canonico hebdomadario decantandam, quotannis solemniter celebrari debere sustineatur, illudque sit observandum, & exequendum; Seu potiùs servandum sit solitum;* Produtque responsum utraque Parte informante: *Affirmativè quoad primam partem*.

161

162

Die 4. Junii 1701. propositis in S. C. C. sequentibus dubiis.

163

I. *An Altaristæ sint admittendi, unàcum Dignitatibus, & Canonicis ad electionem Vicarii Capitularis*.

164

II. *An etiam sint admittendi Beneficiati Collegiatarum S. Mariæ Montis Morelli & Castri novi*, resoluta fuerunt cum rescripto. *Ad utrumque Negativè*.

165

Repropositа verò Causa die 0. Augusti 1704. ad solam instantiam Altaristarum, sub dubio.

166

An sit standum, vel recedendum à decisis die 4. Junii 1701. rescriptum fuit; *In decisis, & Causa ampliùs non proponatur*.

167

Circa hujusmodi additum, ut *Causa ampliùs non proponatur*, notandum est quòd antiquis temporibus in rescriptis S. C. non erat adeò frequens, dum solitum erat apponi in nova Causæ propositione; Hodiè verò, quando Jura unius Partis clara sunt, apponi solet etiam in prima Causæ resolutione, & meritò, nè miser collitigans, clarum Jus habens, defatigetur expensis novæ propositionis Causæ ad libitum alterius, in illis Tribunalibus, in quibus more Principis procedi solet, qualia sunt Sacræ Congregationes.

168

DISCEPTATIO XIII.

Constantien. seu Stockacen. Fundationis Conventus.

PRO

PP. M. O. Reformatis Provinciæ Tyroli.

CUM

PP. Cappuccinis Austriæ Superioris.

ARGUMENTUM.

Fundationi novi Conventus quando sit locus, non attentis contradictionibus Oppositorum, vel non Mendicantium, vel extra Districtum, ab Apostolicis Constitutionibus præscriptum, existentium.

PRo affirmativa resolutione dubii plura in facto ponderanda sunt, atque unitim præ oculis habenda, concludenter in Summario justificata.

1

Quòd

Quòd scilicet Langraviatus Nelleburgensis, in quo reperitur Oppidum Stockacii, ubi humillimæ funduntur preces pro fundatione Conventus, se extendit ad milliaria 90. Quòd in toto dicto tractu nullus omnino reperitur aliorum Religiosorum Mendicantium Conventus. Quòd in eodem Langraviatu 68. existunt Terræ, seu Loca, sigillatim enumerata in d. Summario. Quod comprobatur ulteriùs ex seria confessione P. Provincialis, & unius ex Definitoribus Cappuccinorum: Quòd eædem Terræ, seu Loca *sono numerosi, e respettivamente popolati*, juxta præcisa verba Nuntii Helvetiæ in Relatione, exhibita in Summario. Quòd Oppidum Stockacii post illius novissimam destructionem, & à fundamentis eversionem, reædificatum denuo fuit, in eoque 600. & ultra numerantur Habitantes, seu Incolæ. Quòd duo dumtaxat reperiuntur ibidem Sacerdotes; Quòd ob eandem penuriam Sacerdotum *frequenter accidit* (sunt verba testium, omni fide dignorum, deque propria scientia testantium) *quòd diebus Dominicis, & festivis debeamus negligere Missæ sacrificium ex defectu Sacerdotum, dum Stockacii non nisi duo reperiuntur &c.* Idquè superlativè cõprobatur ex declaratione glor. mem. Imperatoris Leopoldi I. ibi: *Per le Domeniche, e Feste aspettando da tali le Messe ordinarie da quelli due Sacerdoti, che vi si trovano con grandissima difficoltà, o pure venendo sforzate di non sentirle*. Quòd viciniores Conventus Cappuccinorum, nempè Uberlingensis, & Fellensis distant tribus horis, & sic decem milliaribus à Stockacio, ut notat il *Burattino Veridico*, versus finem, ubi, quòd in hora una cum dimidio fit iter unius leucæ Germaniæ, correspondentis quinque milliaribus Italicis; Quòdque demum Religiosi in dictò novo Conventu Stockacensi commodè poterunt sustentari absque ullo præjudicio Cappuccinorum. Ita testatur Nuntius, adducendo in authorem sui dicti D. Comit. de Vellcheley Præfectũ totius Langraviatus Nelleburgensis ibi: *La nuova fondazione non possi recare verun pregiudizio al sostentamento de PP. Cappuccini, e che possino gl'uni, e gl'altri ritrovare à sufficienza.* Et concordant 49 principaliores Cives Stockacenses ibi: *Rebus sic stantibus, PP. Cappuccinis per susceptionem, & introductionem PP. Franciscanorũ, nec minimum ex proprii substentatione subtrahendum sit*; Nec non eandem comprobant veritatem Officiales ejusdem Langraviatus; Præcipuè si habeatur ratio ad dictam deficientiam Sacerdotum sæcularium, & sic in necessariam consequentiam, ad eleemosynam Juliorum duorum pro qualibet Missa, quæ de facili ibidem reperitur, ut justificatum fuit in Summario.

Ex quibus duo sequuntur, primum quòd Cappuccini non sint legitimi Contradictores in hac parte ad impediendã fundationem nostri Conventus, ex quo non intra 4. milliaria, ad terminos notarum Apostolicarum Constitutionum, sed ultra 10. milliaria positi sunt illorum Conventus, & propterea repellendi videntur à limine præsentis Judicii, atque illorum criticationes, & oppositiones in nulla consideratione habẽdæ sunt, vulgata exceptione. *Tua non interest*, de qua *Gratian disc. 653. ex n. 28. Rot. cor. Bich. dec. 20. n. 8. & dec. 24. n. 4. apud Anton. de Jurib. Cleric.* ibi: *Nullam gerebat vestem nuptialem, propter quàm uti legitimus Contradictor, vel impugnator &c. posset admitti, urgente contra eundem Josephum notissimo adagio, Tua non interest, de quo passim &c. & in dec. 21. num. 21. & dec. 36. n. 5. & dec. 46. n. 1. cor. Ansald.*

Secundum verò, quòd nullum adsit impedimentum pro retardanda eadem fundatione, dum concurrunt omnia requisita Apostolicarum Constitutionum; Acclamatio nimirum Populi; Cum illo addito, quod etiam Acatholici humillimas, flexisque genibus, ut dicitur in eorum solemni attestatione, fundunt preces, atque enixè instant pro eadem fundatione, eo fine, sunt eorum verba; *Ut nobis opportunior quærendi animarum nostrarum salutem suppeditaretur occasio*, & ibi: *Ut sic in dubiosis Religionis punctis pro animarum consolatione, & salute instrui possimus*; Distantia pluquam 4 milliariorum ab aliis vicinis Conventibus Mendicantium; Et probatio congruæ substentationis 12. Religiosorum, absque præjudicio vicinorum Conventuum: Quibus concurrentibus, nunquam solent hujusmodi gratiæ denegari, ex adductis per *Portell. de Dub. Regul. verb. Monasterium n. 5. Rodriq. quæst. Regul. to. 1. quæst. 35. art. 7. Ventrigl in Prax. ti. de Nov. Monast. ædific. adnot. 18. §. unic. in princ. & Ricc. dec. 55. per tot. par. 2.*

Nulla habita ratione dissensus Cappuccinorum, attento quòd illi moram faciunt extra 4. milliaria per ea, quæ in nostris terminis observant. *Passer. in cap. unic. à n. 1. de Excess. Prælat. Franc. var. res. cap. 27. num. 24. & seq. & Rot. dec. 286. n. 21. par. 12. rec.*

Concurrunt ulteriùs omnes illæ probationes quæ juxta Instructionem hujus S. C. demandatæ fuerunt die 27. Maii 1707. nempe novus consensus Populi Oppidi Stockacensis, collegialiter præstitus; Instrumentum Donationis florenorum 100000. pro Fabrica novi Conventus, à pio Benefactore exhibitorum; Distinctio Locorum, & Oppidorum intra 4. milliaria, prope Stockacium existentia, in quibus permitti potest nostris Religiosis quæstuatio pro illorum sustentatione, & ex qua nullum Cappuccinis resultat præjudicium pro illorum necessario victu, & manutentione; Itaut ex his omnibus probationibus, simul unitis, absque ullo prorsus fundamento remaneant contrariæ exceptiones, & criticationes.

Nec dicatur, quòd non attenta etiam distantia Conventuũ Cappuccinorum ultra 4. milliaria, adhuc semper probabiliter dici potest, quòd per introductionem Religiosorum in novo Conventu diminutionem pati possunt eleemosynæ, pro antiquorum Religiosorũ manutentione destinatæ. Objecto enim punctualiter occurrit *Card. de Luc. de Regul. disc. 31. n. 16.* solidè observando, possibilem eleemosynarum diminutionem attendi solùm in illis terminis, in quibus alii Conventus, vel sunt intra 4. milliaria, vel in eodem Oppido, ubi fundari vult novus Conventus, secus verò, quando id non verificatur, ut in nostris terminis contigit, adducendo hanc nimis efficacem, nimisquè stringentem rationem, & naturalem congruentiam. *Esse prorsus improbabile, ut ob adeo modicum remotum interesse quæstuationis Religiosorum, in diverso Loco commorantium illius Populi adeo necessarium publicum bonum negligi deberet.*

Atque revera hujusmodi reflexio omnem in hac parte tollere videtur difficultatem, quia repugnat omnibus æquitatis, & Justitiæ principiis, ut Cives Oppidi Stockacii privari debeant bonis illis spiritualibus operibus, quæ practicari solent Religiosi strictissimi Instituti, quales sunt Patres Reformati, atque reperiri in proximo periculo non audiendi Sacrum festivis diebus, ob Sacerdotum penuriam, non alio motivo, nisi incertæ, & possibilis diminutionis eleemosynarũ pro Religiosis, commorantibus in Locis, distantibus ultra decem milliaria.

Itaut quando etiam, per insubsistentem hypothesim, illorum consensus requireretur, attento dicto bono spirituali tot Oppidorum, enixè instantium pro fundatione nostri Conventus, & considerata incertitudine dictæ possibilis diminutionis eleemosynarum, illorum dissensus esset negligendus, vel ab hac S. C. supplendus, ut advertit *Fattinel respon. 42. num. 4.* ibi. *Minoritæ, cessante eorum interesse, injustè, ac irrationabiliter dissentiunt, ideo; quatenus illorum consensus requireretur, prout non requiritur per supradicta, potest S. C. fundatione sine eorum consensu permittere*, & concordant *Lezzan. in Summ. verb. Monasterium num. 7. & Cesped. de Exempt. Regular. cap. 1. dub. 8. num. 3.* Et considerando dissensum Religiosorum extra 4. milliaria commorantium, illumquè qualificando potiùs pro contradictione æmulativa, quàm pro oppositione legali, benè probat *Card. de Luc. de Regul. disc. 31. à num. 13.*

Nec credimus repetendum Breve Alex. VII. emanatum pro Insulis Corsicæ, & Majoricæ, præscribens distantiam non 4. sed 10. milliariorum inter Conventus Mendicantium; Ultra quòd enim talis etiam maxima distantia in casu nostro concurrit, ex animadversis supra, & latiùs infra observandis, strictè dicimus, quòd circumstantiæ ejusdem Brevis nullo modo applicantur nostris terminis, nempe inopiæ dictarum Regionum, seu Insularum, ut illud explicando advertunt *Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 16 num. 5* ibi *Ob circumstantiam inopiæ Regionis majorem præfata unius Loci ab altero distantiam exigit, & Fattinel. d. resp. 42. n. 5* ibi. *Quia nititur supposito insufficientiæ eleemosynarum pro Mendicantibus, jam introductis*; Quod cum ex supra animadversis in nostris terminis non verificetur, applicatur vulgaris regula *Text. in leg. Papinianus ff. de Minor.* quòd à terminis, ac circumstantiis unius casus nihil inferatur quoad alium, in quo dictæ circumstantiæ non verificantur, de qua in nostris terminis *Fatinel.* ubi supra *num. 5.*

Et ex his remanet etiam sublatus prætextus deficientiæ consensus Parochi Stockacii; Ultra quòd enim talis prætextus nullatenus probatur in facto, Respondemus, quòd nullo modo requiritur de Jure, ex latè, & punctualiter animadversis *per Pasqualig. quæst. mor. jurid. 25. per tot.* Et reprobando contrarium sentientes benè *Passarin. in cap. unic. à num. 55. de Exces. Prælat. in 6.* & meliùs *Card. de Luc.* testans de inconcusso stylo hujus S. C. *disc. 29. numer. 15. de Regul.*

Sed quando etiam, per insubsistentem discursum, dici posset necessarius, attenta deficientia justæ causæ in illius denegatione, nullatenus esset attendendus, in terminis *Rot. in Barchin. fundat. Convent. cor. Card. Panzir.* sequuta à *Pignat. cons. 179. n. 53 tom. 1.* ibi. *Denique non obstant contradictiones Paro-*

Parochi, & aliorum. Tum quia, cùm non habeant justam causam, illius contradictio non attenditur. In qua parte habemus *Textum*, hoc literaliter demandantem *in cap. Nullus in* 28 *fin. de Jurepatr.* ibi *Et siquis avaritiæ causa consentire noluerit, Romano Pontifici nuncietur, & quòd offerendum est, tunc ejus licentia offeratur: Nam plurimorum utilitas* (sunt verba *S. Pelag. Papæ* relata *in can. Scias frater 7. quæst. 1.*) *unius utilitati, vel voluntati præferenda est Card. de Luc. in Miscel. Eccles. disc. 2. num. 25. & disc. 3. n. 3.*

Eædemque responsiones adaptantur etiam dissensui Ordinarii. *Si enim iste* (*sunt* verba *Car. Ant. de Luc. ad Ventrig. in Prax. par. 1. annot. 18. § unico num. 4.*) *injustè deneg. as-* 29 *sensum, poterit suppleri per Superiorem*; Illam adducendo bonam rationem; *Cùm non agatur de actu, faciendo ex gratia, sed ex justitia, & arbitrio boni Viri; & Populis desiderantibus, & expediri opinantibus, non debet esse in libito Ordinarii denegare introductionem Regularium*, & adest in hac parte individualis resolutio S. C. C. *in Forolivien. fund. Ecclesiæ 16. Jan.* 1694. ut videre est *in Lib. 44. Decr. fol. 27.* quam sequitur *Bertacchin. vot. dec. 64. num. 5.*

Non credimus autem insistendum exadverso in recursu ad laicam Potestatem, pro impedienda fundatione nostri Conventus; Quia iste retorquetur potiùs, & operatur, ut Cap- 30 puccini non sint audiendi, imo repellendi à limine præsentis Judicii, ut quotidiè respondet *Sac Rota*, & videre est *in decis. 49. per tot. cor Cels. & decis. 65.* pariter *per tot. par. 18. rec.* In quibus concordantes alleguntur, & reprobantur contrarium sustinere prætendentes, Et in terminis recursus, habiti ad Regem Catholicum pro impedienda fundatione novi Collegii Societ. Jesu in Civitate Majoricen. *Rot. decis.* 31 *5 per tot.* & signanter *num. 1. & 2. cor. Priol.* ibi. *Quia exploratì juris est, quòd Recurrentes in materiis, & Causis Ecclesiasticis ad Judices laicos, ac Tribunalia, & Parlamenta Laicorum, incidunt ipso jure in censuras, &c. ac proinde repelluntur à limine Judicii, donec resipiscant, & gratiam absolutionis obtinere meruerint.*

Fortiùs, quia talis contrarius recursus apparet nimis sensibilis ex seria ponderatione omnium illarum circumstantia- 32 rum, quæ solent aggravare humanas operationes, contentarum in vulgato illo versu.

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

Quis; Religiosi Cappuccini, hoc est Viri, qui omnibus humanis considerationibus postpositis, vale solemniter dixerunt Mundo, professionem emittendo in illa Religione, 33 quæ nulli alteri in vitæ austeritate locum cedit. *Si enim graviora facit vitia peccatorum, sublimitas peccantium*, juxta dictum *S. Hilarii Papæ* relatum *in can. Nulli fas 25. quæst. 1. Atque major est culpa, ubi sublimior est prærogativa*, ut dicit *Salvian. de Gubern. libr. 4.* Quanto gravior in nostro casu reputari debet dictus recursus, ut considerando solam qualita- 34 tem Ecclesiasticam in Recurrente, observat *Rot. decis. 49. num. 8. cor. Cels.* ibi. *Si contumacia, & inobedientia damnanda, & detestanda venit in Laicis, & personis sæcularibus, multo magis &c.* & meliùs *decis. 398. num 1. post. 2. Vol. cons. Farin. & decis. 72. num. 3. & 4 cor. Ottobon.* ubi, quòd nimis dolendum est, quando similes recursus fiunt à personis catholicis.

Quid, Extorquendo *decretum, impeditivum cujuscumque* 35 *resolutionis hujus S. C.* sunt illius præcisa verba, concludenter probata in Summario.

Ubi; In illa Regione in qua mixtim moram faciunt Catholici cum Acatholicis, & ubi isti flexis genibus preces fundunt pro introductione nostrorum Religiosorum; Et ubi 36 adest *somma necessità di Operarii, e di Ministri Ecclesiastici, con evidente speranza di ritirare molti al vero grembo della Religione, particolarmente Eretici Calvinisti, e Luterani, che essi stessi ne fanno l'instanza à S. A.*

Quibus auxiliis, illis, quæ cubitalibus literis improbata sunt in terribili *Const. 46. Clem. X.* quæ ita summatur: *Pro-* 37 *hibet omnibus, & singulis Fratribus Ordinis Minorum S. Francisci Cappuccinorum pro quacumque re obtinenda, recursum ad personas extra eundem Ordinem.* Idque sub rigorosissimis illis pœnis, quæ continentur in §. 1. his verbis *sub excommunicationis latæ sententiæ, & privationis vocis activæ, & passivæ, & graduum, & officiorum quorumcumque, per eos obtentorum, perpetuæ inabilitationis ad illa, & quævis alia in posterum obtinenda pœnis, per contraventores, ipso facto, absque alia declaratione, incurrendis* de qua in hoc Tom. *par. 1. disc. 37. num. 1. in fin.*

Cur; Ut fundatio novi Conventus in nostro Langraviatu *daretur Nobis, tanquam vicinioribus, & præexistentibus*, 38 juxta præcisa verba P. Provincialis Cappuccinorum. Ac si in fundationibus novorum Conventuum locum haberet Jus protomiseos, præferendique essent vicini: Ex quo palpatur manibus, quòd Cappuccini in præsenti Causa non moventur à decantata diminutione eleemosynarum, minusque à sterilitate Regionis, sed à desiderio multiplicandi proprios 39 Conventus, non alio motivo, nisi quia habent alios Conventus viciniores.

Quomodo; Subreptitiè, & obreptitiè, non exprimendo scilicet piissimo æquè, ac clementissimo Principi Populorum acclamationem, hæreticorum supplicationes, spiritualès subditorum necessitates, Regionis abundantiam, ac alia hujusmodi, concludentissimè in nostro Summario justificata; Eique tacendo optimi Genitoris verè pium desidrium, aliorumque magnorum Principum preces, & supplicationes data opera non aperiendo.

Quando; Eo tempore, quo causa à multis annis coram hoc sacrosancto Consessu de Partium consensu pendebat, in eo- 40 que non semel proposita, & resoluta, imò ultimo loco transmissæ fuerunt Instructiones pro rei veritate, & expositorum subsistentia maturè indaganda.

Terminantes nostram Informationem duabus animadversionibus, ad Causam nimis conducentibus. 41

Prima desumitur ex præcisis verbis insignis Romanæ Curiæ Prælati *Fatinel. resp. 42. n. 9* vocantis nimis inverisimilem, & æquè incivilem, cum alio nimis considerabili addito, assertionem, ut quædam Civitas in suo casu (magnus Langraviatus possumus addere in nostro) *non habeat tot pa-* 42 *nis frusta, sufficientia victui 12. Religiosorum, quod summæ prudentiæ, & religioni EE. PP. animadvertendum reverenter proponitur, ut inde cognoscant, contradictionem Minoritarum ex non bona voluntate procedere.*

Secunda verò innititur verbis elaboratissimi Collectoris *Pignatelli*, nimis versati in hujus S. C. decretis, & resolutionibus, asserentis in *consf. 179 n. 4. to. 1 Durum valdè esse dene-* 43 *gare hanc spiritualem consolationem Civitati, enixè supplicanti;* Subjungentes durius esse in nostris terminis illam denegare 68. Oppidis, dictam consolationem flexis genibus implorantibus, ut inter alia spiritualia bona, ex fundatione similium Conventuum resultantia, ex seipsis probè nota, proximum illud, nimisque frequens, eviterur periculum Catholicorum non audiendi Missas diebus festivis *da quelli due Sacer-* 44 *doti, che vi si trovano, con grandissima difficoltà* (Sunt verba æque invictissimi ac piissimi Imperatoris Leopoldi I) *o pure venendo sforzati di non sentirla, tanto a persone di qualità, quanto di bassa conditione. Utque nobis opportunior quærendi animarum salutem suppeditetur occasio, atque in dubiosis Reli-* 45 *gionis punctis pro animarum consolatione, & salute instrui possimus*, ut loquuntur Acatholici in solemni attestatione, in Secreteria exhibita, quam veritatem spiritualis indigentiæ in nostro Langraviatu, & Oppido Stockacii congruè etiam ex eorundem Acatholicorum dictis desumere possumus, juxta monitum *D. August. de Civitate Dei c. 14.* ibi: *Veritas ubicumque est, Domini nostri est, & proinde à Gentilibus, tanquam ab injustis possessoribus, in usum nostrum vindicanda est,* & concordat *S. Jo: Damasc. lib. 4. de Fid. cap. 18.* ibi: *Quòd si quid in quo* 46 *utilitatis quidpiam insit, ab exteris authoribus sumere non possimus, nihil vetat*, cum concordantib. in *Inst. crim. l. 4. ti 8. a n. 53.*

In eadem Causa.

IN hac causa, quam plùs justo strepitosam fecerunt nostri Oppositores, mediantibus inauditis diligentiis, & fortibus operationibus, excitando Contradictores, nedùm à toto magno Sueviæ Circulo, sed à tota ferè Germania, compo- 47 nendoque exinde ampullosum, voluminosum Summarium Contradictorum, cui respondebimus inf. à *n.* 52. dant hodiè manus victas iidem Oppositores, ne [illegible] num jota, vel minimum apicem dicunt circa duo pric[illegible] a puncta, in Instructione hujus S. C die 27 Maii 1707. demandata, nempè circa consensum Populi Stockacensis, collegialiter præstitum, & circa donationem florenorum 10 m. pro fundatione 48 novi Conventus, à pio Benefactore elargitorum, se restringentes ad duo posteriora, ad assertum nimirum præjudicium, quod prætenditur eis resultare & ad distantiam Oppidi *Stockach* ab *Uberlingen & Ratolfszel.*

Circa primum suppono, tanquam indubitatum, quòd duplex considerari potest quæstuatio favore Conventuum Mendicantium; Prima restricta, seu circumscripta à Locis existen. intra 49 quatuor milliaria Italica circa Conventus, *& hæc vocatur ordinaria, & fixa*, cujus respectu Conventus jam erecti fundatā habent intentionem pro privativa *Secunda verò quæstuatio dicitur extraordinaria vaga, incerta, & accidentalis*, & hæc com-

prehendit omnia illa alia Loca, quæ posita sunt extra districtum quatuor milliarium, nullique alteri Conventui assignata sunt, circa quæ nostri Oppositores nullum habent fundatum Jus, nullamque actionem pro privativa Conventus antiqui, positi extra d. distantiam.

Quæ distinctio adeo solidè, ac cubitalibus literis fundatur in notoria *Constit.*31.*Greg XV.* §.3. ut debilitas sit intellectus ad eundem effectum Doctorum authoritates adducere, & 50 cumulare, ad inutiliter replendas Cartas, ut observavimus in *Tom.*1.*par.*1. *discep.*13.*nu.*41. In illa enim idem Summus Pontifex ampliando dispositionem Constit. Clem. VIII. in qua præscribebatur, ut fundari non possent novi Conventus, nisi auditis tantum Religiosis illius Loci, ubi fundari 51 volebat, demandat ulteriùs, ut præter eosdem, *audiri etiam debeant alii, per quatuor millia passuum in circumvicinis Locis existen.* Et cum eadem distinctione processit hæc S.C. 52 in dicta propositione diei 27. Maii 1707. ibi *Dove sia permessa la questuatione ordinaria &c. che con la questuatione ordinaria farsi in essa Città &c.*

Idque adeo verum est, ut volentibus Cappuccinis ordinarias quæstuationes facere extra Districtum 4. milliarium S. 53 C.E.22. *Junii* 1674. id eis expresse proibuit, referente *Matthæuc. in Official. Cur. Eccles. c.* 43.*nu.*2. & 3. ibi *Declaravit, & decrevit, ne in posterum &c. proprios suos Districtus ad questuandum egrediantur, sed intra suos limites se quisque contineat, ut ab his, quibus serviunt, sustentari faciliùs possint*, Et novissimè contra eosdem Cappuccinos resolvit etiam *in Vintimilien.* de qua *in Tom.*1.*par.*2 *discept.*9.*per totam*.

Ex quo indubitato principio ortum habuit laudabilis praxis hujus S. C. non attendendi oppositiones existentium extra dictum Districtum 4. milliarium, ad impediendum spiri-54 tuale bonum illorum Locorum, ubi fundari volunt novi Conventus ut notat *Card. de Luc de Regul. disc* 31.*n.*16. vivam illam, nimisque stringentem adducens rationem, quòd videatur sapere nescio quid, *ut propter remotum interesse quæstuationis Religiosorum, in diverso Loco commorantium, istius Populi adeo necessarium publicum bonum negligi deberet.*

Imò in his terminis *melius est* (sunt verba ejusdem *Card de Regul. d. disc.* 31. *sub. n* 17.) *ut antiquorum Religiosorum opponentium numerus diminuatur, quàm ut istius Populi publicum* 55 *bonum impediatur, adeout verificetur dispositio Textus in leg. Præses Cod. de Servit. & Aqu. ut usus proprius alieno semper præferri debeat*; Et concordat *Pignatel. consult.* 177. *nu* 55. *tom.*1. asserens, *imaginariam diminutionem eleemosynarum, utcumque possibilem, non esse tanti faciendam, ut ejus debeat ratio aliqua haberi in impediendo opus publicum, tendensque in publicam utilitatem.*

Procedendo igitur cum his propositionibus, solidè in jure fundatis, duo sequuntur, 1. quòd poterat omitti major pars illorum Contradictorum ex quibus repletum fuit contrarium 56 Summarium, ex quo illi, vel uti non mendicantes, in nulla haberi debent consideratione, ex adductis per *Card. de Luc. de Regul. disc.*1.*nu.*68. ibi. *Percutit solùm Religiones Mendicantes per veritatem, non autem per fictionem, seu privilegium*; Vel tanquam existentes extra Districtum 4. milliarium, non di-57 cuntur habere vestem nuptialem ad faciendam aliquam figuram in præsenti Judicio, ut in simili dicebat *Rot. dec.*24 *n.*4. *apud Antonell. de Jurib Cleric. & in dec.*21.*nu.*21. *coram Ansald.* II. verò, quòd ex Cappuccinorum Conventibus nullus pariter intra dictum Districtum 4. milliarium reperitur posi-58 tus, & consequenter ipsi etiam audiendi in hoc Judicio non sunt, ex Juribus, modò citatis; Posset que proinde hic terminari discursus.

Nihilominus potiùs ad materiæ ornatum, quam ad causæ necessitatem discurrendo de quatuor Conventibus Cappuccinorum qui, ut proximiores Stockachio, prætendunt prælationem fundationis in eodem Loco, juxta curiosam instantiam illorum P. Provincialis ibi. *Quatenus ista licentia esset* 59 *danda, daretur nobis, tanquam vicinioribus, & præexistentibus*; De Conventibus Engensi, & Meskirckensi nulla occurrit discurrendi necessitas, uti distantibus à Stokacio milliaribus quindecim circiter, & sic quadruplicata distantia, ab Apostolicis Constitutionibus determinata.

Respectu Conventus Cellensis, fingitur exadverso, atque pulchris phrasibus extollitur miraculum transportationis ad 60 instar alterius, quod legitur *in* 1 *Lect.*2.*Noctur Officii S Greg. Thaumaturgi*, ibi: *Montem, qui Ecclesiæ ædificationem impediebat, oratione aliò transtulit*; Quodque in *Germanico Martyrologio fol mihi* 169. his verbis repetitur: *Er hat auch durch sein gebet ein bergh bevogt, und veiter gescoben, auff das man ein Kirch daselbst bin bauen Kondt.* sed sine ullo fundamento. Fuit enim in præteritum suppositum, quòd ille esset in Oppido Cellensi, quòd in omnibus Cartis Geographicis describi-61 tur versus Meskirchium, sumpsitque fomentum hujusmodi æquivocatio à denominatione, quæ fit in omnibus contrariis Scripturis, neque etiam exclusa Responsione, adversus quam replicamus, sub nomine Cellensis, dum Oppidum, in quo reperitur, non *Cell* sed in rei veritate Germanicè appellatur *Rottolfszer*; Verum tamen est, quòd hujusmodi æquivocatio veritati in nihilo præjudicavit, neque præjudicat, ex quo ab hoc etiam Oppido usque ad Stockachium adest distantia decem milliarium, ut tandem aliquando fatentur hodiè Oppositores ictuque oculi deduci potest ex omnibus Cartis Geographicis, circino distantiam mensurando, & quod magis est, 62 admittitur etiam à contratrio Defensore ibi. *Enumerantur quinque Conventus PP. Cappuccinorum distantes à Stockachio, aliqui decem, & aliqui tredecim milliaribus.*

Iste igitur Conventus, ultra distantiam duplo majorem necessaria, ex supra animadversis, & ultra fertilitatem po-63 pulosi Oppidi, ubi reperitur, intra suum Distinctum undecim habet Loca pro sua ordinaria, & fixa quæstuatione, & quatuordecim alia extra dictum Districtum pro quæstuatione extraordinaria, & accidentali. Inter quæ numerantur duo, nempe *Augia dives*, & *Stein*, de per se sufficientia ad 64 manutenendum duos alios Mendicantium Conventus.

Observando præcipuè, quòd in dicto magno Oppido *Ratolfszel* nullus alter reperitur Mendicantium Conventus, itaut applicentur ea, quæ contra Cappuccinos in simili cau-65 sa scribens exclamando asserebat *Fattinel. resp.*42.*nu.*9. Esse nimirum nimis incivilem assertionem (fatuam vocavit ipse) ut una Civitas, (& nos addimus.) unita cum aliis 25. Oppidis, *non habeat tot panis frustrà, sufficientia victui* 12. *Cappuccinorum.*

Eodem prorsus modo discurrimus de alio Conventu Uberligensi, qui ultra distantiam decem milliarium à Stockacio, 66 exadverso hodie admissam, & ultra innegabilem populositatem Civitatis, habet pariter ipse intra Districtum 11. Loca pro quæstuatione ordinaria, & fixa, nec non 13. alia pro eadem extraordinaria, & accidentali quæstuatione, inter quæ 24. Oppida, reperitur illud opulentissimum vocatum *Salem*, suppeditans quotidianam eleemosynam, ferè sufficientem pro eodem Conventu.

Addito, quod Uberlinga non est simplex Oppidum, sed Civitas Imperialis seu libera, ut post antiquos Geographos, notant *Baurd in Lexic. Gegraph.* his verbis *Uberlinga, Urbs* 67 *Germaniæ in Suevia Provincia, & Imperialis, ad Lacum Constantiæ, & Nicol. Sanson. in Tabul. Geograph cominciate da Monsieur. Sanson, e terminate da Francesco Deserne*, in Urbe impressis anno 1690. *Tabul.* 88. Idque ictu oculi desumitur ex omnibus Cartis geographicis in descriptione Sueviæ, dum in omnibus describitur cum Aquila Imperiali, quòd est univocum signum liberarum Civitatum S. R. Imperii.

Ex quo sequitur, quòd ipsius respectu procedendum non sit cum rigore Apostolicarum Constitutionum, præscribentium distantiam 4. milliarium unius Conventus Mendican-68 tis ab alio, quia communiter receptum est inter Doctores, quòd in Conventibus, fundatis in magnis Civitatibus non proceditur Judaicè cum eadem distantia, ut experientia notum est, & advertit *Card. de Luc. de Regul. disc.*32.*nu.*11.

Certiùs quia parùm ab eadem Civitate Uberliugensi distat æquè nobile, ac populosum Oppidum *Mersburg*, quod nomine Civitas non est, sed ad effectum quæstuationis, de quo agimus, multis Civitatibus anteponitur, dum in illo 69 solitus est residentiam facere Episcopus Constantiæ. Quòd quantum conferat sustentationi unius duntaxat Conventus Cappuccinorum, in dictis partibus existentis, nemo non videt; Itaut absque ulla exageratione in istis duobus Locis *Ubergilen.* & *Mersburg.* in quibus nullus alius reperitur Men-70 dicantium Conventus, nullo habito respectu ad alia minora Oppida, intra Districtum quatuor milliarum, commodissimè sustentari possunt duo Conventus Mendicantium.

Agnoscitur exadverso veritas hæc, & innegabilis existen-71 tia omnium dictorum Locorum propè Cappuccinorum Conventus, & proinde ad impugnandam illorum fertilitatem infamatur integra Provincia, seu magnus Circulus Sueviæ, non sine magna exageratione asserendo; *Concurrit etiam infelicissimi soli vitium, ubi Agri inculti jacent, hic enim rei frumentariæ inopia laboratur, ibi vini angustiæ premunt, ibique lignorum, & cæduæ Sylvæ penuria urget &c.* Quantùm autem 72 à veritate distent hujusmodi piæ meditationes, quantaque insubsistentia laboret hujusmodi assumptum, dignentur EE. PP. nedum desumere ex concordi depositione 56. testium, asserentium, easdem Loca esse populosa, æquè ac nobilia, & fertilia, sed etiam *ex novo Atlante in descrp. Sueviæ fol mihi*

AAAAA.

AAAAA ubi perbellè describitur fertilitas nostrorum Locorum, signanter *vers. Constantia* sequentibus verbis *Ager ferax est vini, frumenti, pomorum olearum, habet pabula optima, neque quidquam ei denegavit natura, cujus ad vitæ manutentionem necessarius sit usus*, quòd repetit *vers. Regio est* ibi. *Ager fertilis, cujus nulla pars inculta jacet, frumentorum abundantia, pecorum magna vis, tota Provincia salubritate gaudens, celebratissimis Urbibus, Vicis, & Castellis referta est*, & per eadem numero verba concordant etiam *Guillelmus*. *& Joannes Bloeu in magno Orbis Terrarum Teatro*, Amstelodami impresso anno 1648. *in Descript. Sueviæ fol.* 57.

Videant igitur EE PP. quanam fronte Regio hæc proprio marte absque ullo fundamento in contrariis Scripturis describatur pro solo infelicissimo, laborante inopia rei frumentariæ, & vini angustiis, nec non lignorum penuria, non alio fine, nisi ad hoc, ut in illa non admittantur pauperes Reformati, ac si integraliter eadem fertilissima Provincia, successionis jure, debita esset Cappuccinis, eisdemque tanquam vicinioribus, & præexistentibus danda esset prælatio in novorum Conventuum fundatione, juxta præcisa verba eorum P. Provincialis, registrata supra num. 59.

Non minor exageratio verificatur in extollenda Carta geographica *Guillelmi Sansonis*, cum quintuplicata denominatione celeberrimi in contrariis Scripturis, itaut primo intuitu crediderim esse aliquem ex descendentibus illius Manue, Patris verè celeberrimi. Sansonis, Philistinorum flagelli, de quo sermo est in *Lib. 2. Judic. à cap.* 13. Inveni tamen illum fuisse filium Nicolai Sansonis, alterius Geographi ex Abbeville in Piccardia, quam hujus temporis Geographorum Patriam vocat *Baudrand in Lexic. Geograph verb. Abbeville*, qui suos labores luci dedit Parisiis anno 1667. *Chez Pierre Mariette* sub titulo *Cartes generales des toutes les parties du Monde*, ex quibus anno 1689. transcripta fuit in Urbe Carta, seu descriptio Sueviæ, quæ est sub titulo *le Cercle de Sovabe*.

Perlustrata autem dicta Carta Geographica Sueviæ, ab eodem composita, fateor ingenuè meam imbecillitatem, nescio videre quid ex eadem inferri exadverso prætendatur, dum ad hominem retorquetur contra Cappuccinos, ex quo coram Auditore Ponentis usque ad minutias à me attentissimè mensurata circino distantia *Stockacii à Rottolfszel*, & Uberlinga ad terminos mensuræ in fronte ejusdem Tabulæ, ad unguem concordat cum distantia 10. milliarium, descriptorum in omnibus aliis Cartis geographicis, & signanter in illis novi Atlantis *fol. mihi AAAAA. & in Theatro Orbis Terrarum fol.* 57.

Verum tamen est, quòd in eadem Carta Sansoniana non adsunt omnia illa Loca, quæ adnotata sunt in exacta Topographica Descriptione, vigore specialis commissionis hujus S. C. facta, sed ex hoc nihil infertur, quia neque etiam eadem Loca descripta sunt in d. novo Atlante, quamvis in isto Suevia non una solum Carta, ut fecit Sanson, sed duabus descripta reperiatur, minusque in dicto magno Orbis Terrarum Theatro, composito 18. Voluminibus.

Rationem verò hujus omissionis assignat æquè eruditus, ac qualificatus testis, in calce alterius descriptionis Landgraviatus Nellemburgi his verbis: *Ciò provicne, perche in simili Carte non si scrivono mai tutti li Luoghi, ma bensi quelli, che sono di maggior denominazione*. Cui ego aliam addo, quia scilicet impossibile est omnia Loca describi posse in una, vel duabus Cartis, ex quo nomen unius occuparet situm alterius, essetque maxima confusio, ut etiam Tyronibus in Geographia notissimum est.

Nec replicetur, quòd admissa adhuc existentia hujusmodi Locorum, quæ revera innegabilis est, nec non dato etiam, quòd sint fertilia, & populosa, attendi nullatenus debeant, ex quo expresè contradicant nostræ instantiæ, juxta affectatas attestationes, exadverso exageratas; Tum quia hujusmodi fides subscriptæ sunt ab illis, qui in hac Causa sunt nostri Adversarii, ut ex lectura; Opponitur autem omnibus Juris principiis, quòd quis possit in Judiciis facere figuram testis, & Adversarii, ex adductis in *To. 1. par. 1. discep. 6. num.* 99. Tum etiam quia expiscatæ fuerunt, pendente lite, & Deus scit quibus mediis, quando commodè fieri poterant, & debebant coram Judice, ab hac S. C. Delegato, in quibus pariter circumstantiis in nulla consideratione haberi debent, ex admissis per contrarios Defensores his verbis, *tanquam extrajudiciali, informi, & de tempore motæ litis expiscatæ, parùm deferri dicat Textus &c.*

Ad ostendendam exclusionem præjudicii Cappuccinorum, adduximus in Summario duas authenticas attestationes, unam trium qualificatarum personarum, aliam verò omnium ferè Civium Stockacensium, qui, utì informatissimi de qualitatibus eorum Patriæ, præferendi sunt contrariis per ea, quæ notant adducti per *Rot. dec.* 317. *num.* 10. *cor. Priol.*

Respondent Cappuccini, illas non esse attendendas, utì factas sub eadem data, & ab eisdem Civibus; Utrumque autèm non subsistit in facto, quia una facta est sub die 31. Junii à Guidobaldo Comite de Velspeg, Joanne Christophoro Spah Satrapa, & Francisco Henrico Rub. Archigrammatæo, Altera verò sub die 1. Novembris ab aliis diversis personis Ex eo autem, quòd omnes sint Cives Stockacenses, non solùm non diminuitur eis fides, sed augetur, quia uti tales præsumuntur informati de qualitatibus eorum Patriæ, verificanturque de eisdem ea, quæ de seipso scripta reliquit *S. Jo: epist.* 1. ibi. *Quod audivimus, quod vidimus oculis nostris, quod perspeximus, & manus nostræ contrectaverunt &c. testamur, & annunciamus*.

Nimis verò impropria videtur assertio illa, quòd eisdem deneganda sit fides, ex quo exoptent introductionem Reformatorum *sub spe consequendi, & majus decus, & commodum, tam in indigentiis spiritualibus, quàm temporalibus, propriorumque Filiorum disciplina, & cruditione*. Hæc enim omnia non sunt mala, quia mala, neque mala, quia prohibita, quæ proinde quilibet vitare tenetur, sed ab omnibus, nedum Christianis, sed honestis hominibus desideranda, & procuranda sunt, & propterea non possumus in hac parte non rogare EE. PP. ut ex hoc solùm dignentur manibus palpare finem Oppositorum, quodque illorum fortes oppositiones *ex non bona voluntate procedunt*, ut verbis utar *Fatinel. resp.* 42. *sub num.* 9. scribentis in præcisis terminis nostri casus, dum non negatur exadverso indigentia Stockacensum, tam in spiritualibus, quam in temporalibus; Admittitur majus decus, magnumque commodum, ex novi Conventus fundatione promanans; Et demum, nedum agnoscitur, sed claris verbis fatetur utilitas Juvenum disciplina, bonaque educatione, & eruditione; Sed acriter insistitur in elongatione omnium horum bonorum, quod videtur idem esse, ac omnibus modis procurare, ut in Oppido Stockacii, eique adjacentibus, non reperiatur qui frangat panem Parvulis, illum enixè petentibus, quod improbavit *Jerem. thren.* 4 4.

Catholicorum indigentiis, bonæque juventutis educationi, & disciplinæ eorundem filiorum, junguntur Acatholicorum desiderium, & preces pro introductione Reformatorum, *eo fine*, ut ipsi loquuntur, *ut nobis opportunior quærendi animarum nostrarum salutem suppeditetur occasio*. Supplicantes hìc observare, quòd illi, qui ita loquuntur, sunt Calvinisticæ Sectæ Prætores, neque loquuntur in Caupona Crucis albæ, ut seria ad ridicula convertendo, gratis exadverso asseritur, sed in precibus, Cæsareæ Maiestati porrectis, flexisque genibus replicatis Serenissimæ Electrici Palatinæ ibi. *Habuerimus supplices trium adjitorum Hæreticorum Præfectos, hi ingenua provoluti, oblato supplici Libello, calidissimis precibus suo, & plurium Communitatum nomine, insteterunt &c.* Ex quibus palpatur manibus improprius exagerandi modus, in contrarium adhibitus, ac si insisteremus in attestationibus, confictis in Cauponis, & ab eisdem testibus retractatis, quasi vini calore extortæ essent.

Assertio autem, quòd omnibus istis indigentiis possunt Cappuccini soli supplere, est de numero illarum propositionum, quæ, ut lepidè dicebat *Raynald. tom. 2. Obser. crim. cap.* 1*. *supplet.* 2. *num.* 2. quem sequutus fui in meis *Instit. Crim. lib* 3 *tit.* 7. *num* 8. in abstracto videntur pulchræ, sed ab bancum Juris redactæ impracticabiles sunt.

Ponamus enim casum, qui non est metaphysicus, quod duo tantùm homines reperiantur in extremis in uno ex dd. Oppidis, vel ipsamet Civitate Stockacii, si mittantur duo tantùm Religiosi cum suis sociis ex uno vicino Conventu Cappuccinorum, sive ille sit Uberligensis, sive Rothatellensis non remanebunt in illo Religiosi, sufficientes ad propria munera peragenda; Si verum est id, quod dicitur in contraria Responsione ibi: *Ducto calculo Patrum illius Provinciæ, non excedunt numerum 490. quo repartito, & diviso in tot Conventibus, ibidem erectis, vix adæquant numerum in sacris Constitutionibus præscriptum*.

Obiter hìc observando, quòd in contrario Summario ad id probandum, adducitur Syllabus impressus Provinciæ Romanæ, & Austriæ cum æquali num. 494. Religiosorum, & inæquali num. Conventuum, dum in Provincia Romana 41. numerantur Conventus, & in Provincia Austriæ 30. dumtaxat; Nisi enim iste sit Impressoris error, absque ullo fundamento conqueruntur Oppositores, habentes in 30. Conventibus eorum Provinciæ tot Religiosos, quot habet Romana in Conventibus 41.

Sed

Sed difficultas major non residet tantum in parvo num. 98 Religiosorum, quia per Arithmeticæ regulas, subdiviso, & repartito num.494. Religiosorum in 30 Conventibus, non 12. ut exadverso asseritur, sed 17. omissis minutiis, attribuuntur cuilibet Conventui; Sed in eo, quòd potest dari casus, quòd tempore, quo Nuncius est per viam ad illos vocandum vel quo Religiosi se accingunt ad iter, moriatur egrotus, in extremis laborans, qui non est casus de mero possibili, attenta præcipuè magna distantia 10. milliarium, duplandorum pro illis vocandis, & pro illorum recessu.

99 Maxima verò difficultas semper remanet circa bonam educationem, quæ nunquam per transitum apprehenditur, sed ex replicatis actibus, & continua familiaritate Instructoris: Sunt hæc adeo obvia, adeoquè notoria, & solidè probata a *Card. Antoniano in Lib. dell'Educatione christiana de Figli insegnam.* 3. ut opus non sit aliud tempus terere ad illa demostranda, atque ostendenda, quàm frivolè dicatur 100 in contrario Summario, *Cappuccini se obligare volunt toties, quoties, & singulis diebus ipsis adesse, & cum omni satisfactione inservire;* Quod nec etiam à famulis salariatis præstatur, circa quod ipsimet EE. PP. possunt esse testes omni exceptione majores.

Licitumquè mihi sit in hac parte petere qui nam sint isti Cappuccini, qui ad id se obligare volunt? Loquendo enim 101 de Conventu Uberligensi, in quo admittunt Oppositores adesse majorem Religiosorum numerum, dicitur in contraria Responsione, *quòd in illo reperiuntur 20. Religiosi, à quibus subduci debent 10 aut 1 . Novitii, unà cum, duobus, aut tribus valetudinariis, & senibus*, sunt verba contrarii Defensoris, & Ego addo unàcum aliis 4. aut 5 Laicis, qui simpliciter necessarii sunt in quolibet Conventu, præcipuè ubi 102 adest Novitiatus, qualis est Uberlingensis: Itaut illi Cappuccini, qui ad id se obligare volunt, participent de natura illorum 300. Sociorum Mutii Scevolæ, de quo *Tit. Liu. lib. 2. & Martial lib.1.*

Minus eisdem indigentiis supplere potest *Clerus Capituli Stockacensis*, juxta præcisa verba contrarii Summarii, *tan-* 103 *quam Parochi, & Ven. Capituli Ruralis Decani*; Est enim æquè nova, ac curiosa species Capituli illa, quæ constat ex unico Parocho, & miserabili Cappellano, dum nulli alii Ecclesiastici reperiuntur in Oppido Stockacii, ut rotundis literis admittitur in dicto contrario Summar. Prout etiam æquè impropria videtur denominatio Decani Capituli, ubi nulli adsunt Canonici.

Sed quatenus omnia ista deficerent, semper melius esset, ut attentis dictis spiritualibus indigentiis tot Oppidorum, 104 *etiam aliorum Ordinum, præsertim mendicantium professores, doctrina insignes, & vita, & moribus probati, ad dicta munera obeunda illuc destinentur*, juxta præcisa verba *Clem.VIII. Const 74. §. 2. in Bullar nov. tom.3.* Imo *Card. de Luc. de Regul. disc.67 num.9.* magnum in his terminis considerat bonum, etiam respectu ipsorum Religiosorum, *quia introductio aliorum Religiosorum, profitentium eandem rigorosam observantiam Regulæ, præbebit stimulum antiquis benè vivendi, ac exactè observandi idem Institutum, Ideoque dicitur species æmulationis virtuosæ, & proficuæ;* Reflexio videtur ni- 105 mis solida, tantoquè Authore digna, quem meritò Juris nostri illustratorem vocat *Rot. in Callien. Liberat à molestiis 7. Junii 1709. §. Etenim cor. Aldrovando;* Eundemque insignem theoricum, & practicum appellavit *in decis. 67. nu. 5 par. 19 rec* Nec non doctè semper scripsisse dicitur *in d. 288. num. 8 par. 10.*

Exageratur contradictio nostri Summarii, ac si in una illius parte pro tribus horis itineris assignemus unam leucam cum dimidio; In alia verò pro eodem spatio trium horarum 106 assignemus duas dumtaxat leucas, & sic cum discrepantia dimidiæ leucæ, quæ importat duorum milliarium augumentum.

Mirum est, quòd tempus exadverso inutiliter insumatur in hujusmodi criticationibus; Nos autem præcisam habemus respondendi necessitatem ad effugiendam illorum tacitam admissionem, juxta celebre dictum *Celest. 1. ad Gall.* 107 *Episcop.* ibi *Non caret suspicione taciturnitas, quia occurreret veritas si falsitas displiceret;* Nec non juxta nobilem animadversionem, *S. Hieron. epist. 61. ad Pammach* ibi. *Qui arguitur in pluribus, & in dilutione aliquid prætermittit quidquid tacuerit, confitetur;* Respondemus igitur, quòd intelligentia, seu conciliatio utriusque numeri facillima est, ex quo leucæ Germanicæ in duplici sunt differentia, ut notat ipse- 108 met *Guillelmus Sanson in Carta Sueviæ:* Primæ vacantur *Leghe communi di Alemagna*, & duæ ex his continent 4. milliaria Italica: Aliæ vocantur *Leghe grandi di Alemagna*, & duæ ex his correspondent 5. Italicis milliaribus, ut notat *Sanson*, ubi supra, & ex mente omnium Geographorum advertit *Philip. Ferrar. in Lexic. Geograph in præfat. fol. 3.* ibi. *Germanica milliaria dividuntur in majores, & in communes; Ex his vero 15. gradum unum conficiunt;* Qui corre- 109 spondet 60. milliaribus Italicis, ut apud Astronomos notissimum est.

Quando igitur dicunt nostri testes, quòd horæ tres constituant iter unius leucæ cum dimidio, verum est de Leucis magnis; Quando verò asserunt, *horæ tres, Leucæ duæ*, ve- 110 rum est de Leucis communibus; Sicquè distinguendo Leucas, res ad concordiam reducitur tali evidentia, ut opus non sit recurrere ad benignam illam interpretationem *Tex. in cap. Cum tu de Testib.* ibi. *Nos dicta testium benignè interpretari volentes*, cum aliis, allegatis in meo *Respons. de Annuis præstation. num. 156.*

Cœterùm quocumque nomine nuncupentur Leucæ, ad evitandam confusionem, illis relictis, discurramus de horis, quæ, cùm nihil aliud sint, quàm spatia quædam æqualia, in quæ dies dividitur, ut notat *Card. Bona de Div. Psal-* 111 *mod cap. 3. §. 2. in princ.* & concordat *Antonell. de Temp. leg. cap. 3. n 4.* apud omnes Nationes eædem sunt.

Admittunt Cappuccini, quòd tam Civitas Uberlingensis, quam Cellensis distent à Stockacio tribus horis; Igitur distantia 10. milliarium concludentissimè probata est ex admis- 112 sis exadverso, quia quilibet homo, mediocriter incedens, perficit iter trium milliarium Italicorum in qualibet hora, ut experientia notum est, & advertit il *Buratt. verid. vers.* 113 *fin fol. mihi 231.* dummodo claudus non sit, vel podagra morbo non laboret, à quo facilè quis liberari potest cum Recepta illa, quæ registrata est *in can Legimus de Consecr. dist. 5.* his verbis: *Quosdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, proscriptione bonorum ad simplicem mensam, & pauperes cibos redactos, convaluisse*, ubi *Gloss verb Proscriptione* ait. *Quia ipsi se privabant cibis consilio medicorum* cum aliis citatis *in meis Inst. crim. lib.4. tit. 8. n 26.*

Convicti ab his considerationibus contrarii Defensores, prætendunt, ut tres horæ, quot distant Uberlinga, & Rothocella à Stockachio importent iter dumtaxat sex milliarium; In hac autem parte ictu oculi edoceri poterant de opposito ab eis sæpiùs citato *celeberrimo Sansone*, qui ponit sca- 114 lam milliarium, sola circini apertione observando, quòd distant 10. non autem sex dumtaxat milliaria, sicque evanescunt ex sola recognitione ejusdem *Cartæ Sansonianæ*, antiquæ, mediæ, & modernæ Oppositorum cantilenæ circa iter, correspondens uni, vel pluribus horis.

Dubium asserti præjudicii Oppositorum, exadverso magnificati, & innixi Relationi Nuncii, tolli non potuit ex impedimentis exadverso propositis, de quibus testis omni 115 exceptione major est ipsemet Nuncius ibi. *Avendo procurato, che il P. Provinciale de Cappuccini rispondesse ad alcuni Interrogatorii propostigli, con auvertirlo anche di procurare la rimozione d'ogn' impedimento insorto, mentre la Causa è stata introdotta in S. C.* Et proinde haberi debet pro sublato, contra eosdem eadem impedimenta proponentes, ex adductis per *Rot. dec. 529. num. 3. cor. Caval. & dec. 634. eod. num cor Bu-* 116 *rat. & dec. 313. pariter num 3. Emer. jun.* cum concordantibus in celebri Voto, extenso ab R. P. D Cremona Valdina *in Neritonen. Pensionis* ann. 1517.

Certiùs quia ipsemet Nuncius credit, tale dubium posse tolli ex magna distantia inter Stockachium, & Conventus Cappuccinorum, ut immediatè prosequendo asserit, ibi *Re-* 117 *stando solamente in dubio la prova del pregiudizio che potesse l'accennato nuovo Convento caggionare à quelli de PP Cappuccini, quando dalla distanza, che vi corre, non possa formarsene giudizio.*

Supplicantes in hac parte cautè legere ea, quæ habentur in contrariis Scripturis ibi *Ipsemet Nuncius, qui testes, exad-* 118 *verso inductos, primus audivit, qui omnia documenta contrariæ intentionis recepit &c.* cum illis aliis ampullosis exagerationibus, quibus idem paragrafus contrariæ Scripturæ componitur: Omnia enim longè à veritate distant, relle eodem Nuncio, meritò se conquerente, quod ex violentis operationibus Oppositorum Abbas Salemitanus, ab ipso deputa- 119 tus, *per il corso di più mesi non ha potuto, nè anche giungere all'essame di un solo testimonio;* Ipsius verò Auditor, magna dexteritate, in locum ejusdem Abbatis Salemis subrogatus, invenit res adeò involutas, *che non li è stato possibile di far alcun passo, correndo il rischio &c. d'incontrare qualche tratto poco proprio.*

Desinant igitur Oppositores hujusmodi dubium decantare, neque in illius comprobationem adducant in testem Nuncium,

120 tium, dum iste difficultates omnes attribuit eorundem impropriis operationibus, ut ex illius Relatione:

Terminatur contraria Scriptura cum ingenua illa confes-
121 sione Oppositorum: *Admittunt cum PP. Reformatis hujus S. C. facultatem supplendi consensum Ordinarii, & Populi; Sed unicè excipiunt de justitia, & rationabilitate denegati consensus, fusè comprobatâ in nostra Informatione.* Oportet autem mutare nomina rebus, appellando bonum malum, & malum bonum, ut dicitur *Isajæ* 5. 20. ad ostendendum, quòd justè, & rationabiliter dicatur denegatus consensus pro fundatione novi Conventus in illo Loco, in quo piæ memoriæ Invictissimus Imperator Leopoldus primus asseruit, difficile missam audire posse festivis diebus ob Sacerdotum penuriam, *tanto*
122 *le persone di qualità, quanto le persone di bassa conditione, che con grandissima difficoltà la sentono da quelli due Sacerdoti, che vi si trovano, o pure vengo sforzati di non sentirla:* In quo Catholici cives illum exopiant pro eorum indigentiis, tam spiritualibus, quàm temporalibus, nec non pro filiorum propriorum bona disciplina, & educatione, juxta præcisa verba contrarii Scribentis: Et in quo demum Acatholici, provolutis genibus, preces fundunt, ad hoc, ut mediante fundatione nostri Conventus opportunior eis detur occasio salutem propriarum animarum quærendi; Itaut meritò unus ex
123 EE. PP. tædio affectus à contrariis philacteriis, noluit aliud videre, aliasque Scripturas legere, postquam ei constitit de hujus modi verè pio Acatholicorum desiderio, asserens, sapere nescio quid, ut Religiosi Cappuccini, distantes à Stockacio spatio duplo majore, ac fit illud, præscriptum in Apostolicis Constitutionibus, adeo acriter se opponant spirituali bono tot animarum, pretioso Christi Sanguine redemptarum.

Cum illo addito, quòd ad eundem finem non erubuerunt habere recursus ad Laicam potestatem, *avendo ultimamente*
124 *procurato dalla Corte di Vienna ordine, con cui &c. si proibisce a Frati Riformati la fabrica dell'accennato Convento*, juxta præcisa verba Nuntii; Omnia sigillando *cum alio Decreto, impeditivo cujuscumque resolutionis hujus S. C.* juxta verba P. Provincialis Cappuccinorum. Itaut cesset omnis admiratio, si prætendantur similia à Laicis, Ecclesiasticæ Jurisdictioni infensissimis, dum impunè practicantur à Religiosis strictissimæ observantiæ.

Nemo autem non videt quantum frivola sit excusatio illa,
125 quæ legitur in contraria Scriptura ibi. *Patres Reformati priùs, & pejùs peccarunt, qui primi coram Principe laico comparuerunt, sub variis factis suppositis, in tertii præjudicium, facultatem novæ fundationis extorquendo.*

Patres enim Reformati non poterant, neque debebant non recurrere ad invictissimum Imperatorem, tanquam ad Dominum Territorialem pro ejus consensu; Si enim vigo-
126 re Apostolicarum Constitutionum requiritur consensus omnium Civium, quantò magis accedere debebat consensus primi Civis, qualis est Dominus temporalis illius Loci, ubi fundari vult Conventus? Non sic autem Cappuccini, qui postquam Causa fer. fer. coram hac S. C. introducta fuerat, in eaquè per multos annos ventilata, non debebant scandalosum recursum ad laicum Principem habere, ad suffocan-
127 dos Reformatos *con un ordine della Corte di Vienna, con cui si proibisce a Frati Riformati la fabrica del Convento.* Nec non ad ligandas de facto manus EE. PP. cum alio scandolosiori *decreto, impeditivo cujuscumque resolutionis hujus S. C.* ut dicit Nuntius in sua Relatione.

Neque prodest in hac parte allegare generales illas regulas, quòd si Reformatis licitum fuit agere pro obtinendo di-
128 cto consensu, licitum pariter esse *debuerit Adversariis excipere, suaque Jura defendere, cùm magis connaturalis, magisque permissa sit defensio, & ipsamet exceptio, quàm actio*, juxta verba contrariæ Scripturæ.

Quia ita discurrere est verbis illudere, pulveremque ante oculos proiicere; Ea ratione, quia Reformati agebant, suaque Jura deducebant coram hoc sapientissimo, sacrosancto-
129 que Senatu, coram quo Cappuccini exceperant, & replicaverant, atque triplicare, & quadruplicare debebant, via juridica, non autem eligere aliam strangulatoriam, & de facto, extorquendo à laica Potestate exorbitantissima decreta, propter quem recursum ipsi videant, an applicentur ea, quæ *Rot. in decis. 5. num. 3 cor Priol.* firmavit procedere cum illis, qui adversus fundationem Collegii Societatis Jesu in Civitate Majoricen. recursum habuerunt ad Catholicum Regiem, ibi. *Explorati juris est, quòd Recurrentes in materiis, & causis Ecclesiasticis ad Judices laicos, ac Tribunalia,*
130 *& Parlamenta Laicorum, incidunt ipso jure in censuras, &c. ac proinde repelluntur à limine judicii, donec resipiscant, & gratiam absolutionis obtinere meruerint*; Nos enim dolentes Replicationem terminamus versis illis doctissimi Romanæ Curiæ Prælati Pauli *Æmilii Sanctorii*, Nepotis clar. mem. Card. Julii Antonii Sanctorii, vulgò Sanctæ Severinæ nuncupati, nimisque noti, ob ea, quæ evenerunt in illo Conclavi, in quo Clemens VIII. Summus Pontifex electus fuit,
131 ut notat *Card. de Luc.* citatus *supra par. 1. discep. 5 num. 168.* In *Historia enim Carbonensium fol.* 164. similes detestando scandalosas Ecclesiasticarum personarum operationes, asserit: *Frustra de sæcularibus Potestatibus querimur, cum telo ipsi nostro occidimur.*

In eadem Causa.

INtrepiditate inaudita dicitur in contrario Folio Contradictorum, quòd multi nostri Contradictores sunt ex Oppidis, existentibus intra 4. milliaria ab Oppido Stockachii
132 ibi: *Cùmque plerique existant intra distantiam 4. milliarium ab Oppido Stockach.* Videamus, an hoc subsistat procedendo cum Carta Geographica celeberrimi Guillelmi Sansonis, ex adverso magnificata.

I. *Decanus, & Parochus Stockachii.* Hi duo unus sunt,
133 ut observavimus *supra num.* 102. estque notorium in nostro Langraviatu; Quamvis in illo se subscribat d. Parochus, ut infra: *Capituli Decanus, & Parochus Loci*, & instantia qualificetur facta à *Clero Capituli Stockacensis*; Quantam in hac
134 parte mereatur fidem dictus Parochus dignentur EE. PP desumere ex eo, quòd juratus testatur, & testatur, à *Stockachio tantùm 6000. passibus distare Cellam a Uberlinga*, quod neque etiam asserunt Cappuccini, admittentes distantiam 10. milliarium.

135 II. Capitulum, & Clerus Engensis. Distat hoc Oppidum à Stockachio plusquam miliaribus 20.

136 III. Capitulum, & Clerus Cellensis Distat plusquam milliaribus decem.

137 IV. Capitulum, & Clerus in Augia divite. Distat plusquam milliaribus 16. descripta sub nomine Reichenovu.

138 V. Capitulum, & Clerus Steinen Distat plusquam milliaribus 19.

139 VI. R. Parochus, & Cappellani Engen. Duplantur Oppositores supra positi num. 2. quia nomine Cleri Engen. continentur etiam Parochus, & Cappellani.

140 VII. R. Decanus, & Parochus in Emingen. Distat plusquam milliaribus 15.

141 VIII. R. Decanus, & Parochus Moschirchen. Distat plusquam 12. milliaribus.

142 IX. Capitulum, & Clerus Moschirchen Inutiliter duplantur Contradictores supra num. 8. adducti.

143 X. RR. PP Minores S. Francisci de Observantia Uberlingæ, Distant *plusquam* 10. *milliaribus.*

144 XI. RR. Decanus, cæterique Canonici Regulares S. Augustini Oppidum hoc nullibi reperitur descriptum; Cùmque attestatio, data in contrario Summario, loquatur de Canonicis Regularibus, isti, uti non mendicantes, non sunt legitimi Oppositores ex adductis *supra num* 36.

145 XII Abbas Monasterii Beyren, Distat plusquam milliaribus decem.

146 XIII. RR. PP. S. Francisci in Hedingen. Distat plusquam milliaribus 15.

147 XIV. Ven Monasterium Beyrense. Inutiliter separatur Abbas à suis Monachis supra num. 12. ad multiplicandos Contradictores.

148 XV. RR. PP. Mendicantes Constantiæ. Distat plusquam milliaribus 17.

149 XVI. Senatus, & Consules Ratholdi Cellæ. Distat plusquam milliaribus 10.

150 XVII. Consiliarii, & Officiales Hystembergh à Moschirck. Triplicantur Contradictores supra positi *num.* 8. & 9.

151 XVIII. Consules, & Senatus Civitatis Engæ. Triplicantur Cotradictores supra positi *num* 2. & 6.

152 XIX. Consiliarii, & Deputati immediatæ, & liberæ Sacri Romani Imperii Nobilitatis sub scuto S. Georgii Negovii. Distat plusquam militibus 10. uti scripta Ritholdi-lettæ.

153 XX. Consules, & Magistratus Civitatis Ratho'dicensis. Triplicantur Contradictores positi supra *num.* 3. & 16.

154 XXI. Senatus, & Consules Civitatis Uberlingæ. Triplicantur Contradictores, positi supra *num.* 10.

155 XXII. Ejusdem Civitatis nova contradictio. Curiosissima multiplicatio Contradictorum à novo, seu replicato actu Contradicentium; Mirumquè videtur, quòd multoties practicatum non fuerit ad augendum Summatium.

XXIII.

XXII. DD. de Chrosikenstein. Ubi facta sit hujusmodi 156 attestatio non reperitur in Summario Contradictorum n.23. & proindè non possumus aliquid circa distantiam Loci, cum fundamento asserere.

XXIV. Deputati, & Præfecti Status Equestris in Suevia. Quantum latè pateat Suevia, quæ est unus ex magnis circu- 157 lis Germaniæ nemo ignorant; Cùmque attestatio, data in contrario Summario, facta appareat Rodopoli, *& hæc sit una ex liberis Germaniæ Civitatibus in Saxonia inferiori*, & *in Ducatu Megalopolitano*, ut dicit *Baudrand in Lexicon Geographic.* Si hoc in tacto subsistit, distantia erit talis naturæ, ut in qualibet angusta Carta Geographica, neque etiam magnus Circinus sufficiat ad illam mensurandam.

XXV. Communitas, & Prætores in Avulserigen. Atte- 158 statio hæc in contrario Summario non exprimit locum, ubi facta est, & tale nomen non reperitur in *Sansone*, neque in *Atlanti novo*, & quòd magis est, neque in *Magno Orbis Theatro*, imo neque in Planta, à Cappuccinis confecta.

XXVI. Archipræfectus Dynestiæ Auspergianæ in Te- 159 gen Ut ad proximum.

XXVII. Præfecti, & Deputati ex Insula, & Dynastia 160 Augiæ divitis. Duplicantur Contradictores, supra positi *num.* 4.

XXVIII. D. Co: Prosper Furstembergh Distat plusquam 161 milliaribus 24. Ultraquod est novus modus adducendi laicas, particularesque personas ad contradicen. fundationi novorum Conventuum, seu Monasteriorum.

XXIX. D. Comes Jo: Maynardus liber Baro de Bodman, 162 Ut ad proximum.

XXX. DD. Consiliarii, & supremi Officiales Dynastiæ 163 Hobunbuffen Langravian, Furstembergh Stuelingen. Distat plusquam milliaribus 24.

XXXI. D. Marchionissa de Furstembergh; Ut ad 28. & 164 29. Cumque attestatio facta sit Engæ, applicatur responsio, data supra num. 2.

XXXII. D. Baro Vitus Bernardus de Libenfels; Ut ad 165 28. & 29. Cumque facta appareat Ratholdicellæ, applicatur responsio, data supra num. 13.

XXXIII. Archipræfectus Archicommendariæ Imperialis 166 Dynastiæ Hohenfels. Distat plusquam 8 milliaribus.

Omissis aliis 12. *Contradictoribus, quorum Libellos dicitur* 167 *exadverso exhiberi originaliter in manibus Eminen. Ponentis.* Quinam sint isti Contradictores, recognoscere non possumus in temporis angustiis, in quibus contrariæ Scripturæ nobis communicatæ fuerunt; Cumque non habuerint faciem comparendi in adeo voluminoso Summario Contradictorum, eruntque de facili personæ particulares ex Locis, supra specificatis, aliam proinde non merentur responsionem.

Remanet igitur manifestum, quòd ex d. contrario Sum- 168 mario Contradictorum, nedum plerique non existunt intra distantiam 4. milliarium à Stockachio, sed est unicus, & miserabilis Parochus ejusdem Oppidi quamvis magnificè descriptus, ac nominatus *Decanus, & Parochus Stockachii*.

Diximus, quòd prædicta Oppida distant à Stockachio 169 *plusquam milliaribus supra exactissimè descriptis*, quia ad convincendos Oppositores ex suis Scripturis, usi fuimus Carta Geographica *celeberrimi Sansonis*, circino distantiam mensurantes; Circinus autem nullatenus impeditur à Montibus, Fluminibus, Lacubus, & impracticabilibus viis, non sic autem homines, ex quo proinde receptum est inter Doctores, quòd ad nostrum effectum mensuratio facienda non 170 est per aerem, neque *per le scortatore*, sed per vias magis usitatas, ex adductis per *Alex. conf.* 22 *num.* 4. *Menoch. de Arbitrar. cas.* 222. *num.* 20. *in fine*, *Antonell de Loc. legal. lib.* 1 *cap.* 2. *num* 17 *& Card. de Luc. de Regul. disc.* 31. *num.* 8. ubi, quòd hæc opinio magis communis est, receptaque in Tribunalibus.

Remanent duo alii, qui exagerantur, uti Contradicto- 171 res, nempe Clerus, & Capitulum Stockacense, ob præjudicium eleemosynæ Missarum, ibi: *Clerus ipse Sæcularis intercepta Missarum stipendia conclamaret*, nec non Episcopi Constantienses, antecessor nimirum, & modernus.

Quoad primum, non possumus in omni patientia non re- 172 petere, quòd d. Clerus Sæcularis Stock censis consistit in solo Parocho, & Cappellano, quibus tantùm abest, quòd desit Missarum eleemosyna, quin potiùs in Oppido Stockachii desint Presbyteri, illas celebrare valentes, ad quòd probandum adduximus in testem, omni exceptione majorem glor. mem. invictissimumque Leopoldum I in Imperatorem electum die 18. Julii 1658. & ad cœlestia Regna, ut piè creditur, evocatum die 4. Maii 1705. adversus cujus secundam attestationem nihil omninò replicarunt, nec replicare valent Oppositores.

Quovero ad 2. dignentur EE. PP. ponderare quod antecedentis, & moderni Episcopi Constantiensis unus fuit, & est Vicarius Generalis, qui Relationes exadverso magnificatas 173 fecit, quivè acerrimus Cappuccinorum fautor est. Et propterea, quamvis multiplicaverit Relationes, semper unus, idemque est illorum Aùthor, in cujus arbitrio esse non debet denegare introductionem nostris Religiosis, ut ad rem benè observat *Carol. Ant. de Luc. ad Ventrigl. in Prax. par.* 1. *annot.* 18. §. *unico n* 4 ibi. *Cùm non agatur de actu, faciendo ex gratia, sed ex justitia & arbitrio boni viri, & Populi desiderantibus, atque expediri opinantibus, non debet esse in libito Ordinarii denegare introauctionem Regularium.*

Die 8. Augusti 1704. in S. C. E. proposito dubio per Card. 174 S. Clementis.

Dub. *An PP. Reformatis S. Francisci Provinciæ Tyrolen. liceat fundare Conventum prope Oppidum Stockacen.* responsum fuit: *Audiatur novus Episcopus.*

Die 20. Novembris 1705. *Pro nunc non esse locum fundationi.* 175

Die 27. Maii 1707. *Coadjuventur probationes, juxta Instructionem, de qua supra num.* 7. 176

Die 10. Julii 1711. *Dilata.* 177

Die demum 1. Julii 1712. *In decisis 20. Novembris* 1705. 178

DISCEPTATIO XIV.

Romana Juris sepeliendi.

PRO

Parocho S. M. Traspontinæ:

CUM

Parocho S. S. Simonis, & Judæ.

ARGUMENTUM.

Miles præsidiarius an debeat sepeliri in Parochia Arcis, ubi actualitèr moram facit, vel potiùs in alia Parochia, in qua uxorem, & familiam, cum domo aperta retinet.

Extra omnem controversiam est, Castrum S. Angeli situm esse intra fines Parochialis Ecclesiæ S. Mariæ Traspontinæ, à cujus proinde Parocho milites, ibidem degen- 1 tes, carcerati, & alii omnes, moram in eodem facientes, recipiunt Sacramenta, non quidem se transferentes ad eandem Parochialem Ecclesiam, sed cum majori dicti Parochi incommodo, mediante ejusdem accessu ad Castrum cum quatuor, vel quinque aliis Religiosis in pluribus diebus majoris 2 hebdomadæ, & Paschatis Resurrectionis, describente in statu Animarum eodem Parocho inconcussè omnia nomina, & cognomina eorundem militum, & publicante eorum matrimonia in dicta Parochiali Ecclesia, in qua dat pariter sepulturam morientibus in dicto Castro, & omnia alia adimplendo, quæ ad officium proprii Parochi pertinent, ut est in Urbe notorium, & probatur ex fide septem ex majoribus Officialibus ejusdem Castri, ex depositione formiter, & cum 3 Partis Interrogatoriis duorum aliorum Officialium, & ex partitis Librorum nostræ Parochialis Ecclesiæ, tam mortuorum, quàm status animarum.

Adeo autem diligenter invigilare soliti sunt in punctuali adiplemento obligationis militum, tam Castri Officiales, quàm nostri Parochi, ut si ex particulari devotione, vel ex aliquo alio accidenti aliquis ex eisdem extra Castrum in Parochia, in qua domum, consanguineos, vel uxorem retinebat, Paschale Sacramentum adimpleverit, ad evitandas 4 pœnas *cap. Omnis utriusque de Pœnit. & Remis* coactus fuerit idem præceptum denuo in Castro adimplere, ut probant multi qualificati Testes, in Summario exhibiti.

Notorium quoque est, milites, in eodem Castro morantes, omni causa, & excusatione postposita, teneri quolibet Vespere intus idem se recipere, ibidemque pernoctare; Ex tri- 5 bus autem diebus, uno obligari sunt ad vigilias, seu excubias, sex scilicet horis *in sentinella*, & reliquis 18. *nel Corpo di Guardia*. Aliis verò duobus diebus exire possunt de mane, sed infallibiliter redire tenentur vespere, ut credimus non controverti, & probant testes in dicto Summario.

In hoc Castro, tanquam unus ex præsidiariis militibus longam fecit moram spatio 14. annorum Laurentius Cre-

6 Creſcius, qui licèt uxoratus, ob diſcordias tamen cum uxore, nedum diebus excubiarum, ſed etiam tempore, quo erat in ſua libertate, intus Caſtrum continuò permanebat, ibidem edendo, & faciendo omnia alia, ad vitam neceſſaria, retinendo omnia mobilia, etiam ad Coquinæ uſum, ut fuit probatum ex depoſitione multorum qualificatorum Teſtium.

Evenit autem, quòd de menſe Auguſti 1695. in univer-7 ſali, nimiumque nota influentia ægrotavit, & inhærendo amicorum, atque Religioſorum ſuaſionibus, tam ad oſtendendum, quòd odio non proſequebatur uxorem, quam ad recipiendum ab ea majora ſervitia in periculoſa infirmitate, cum ſolita tamen, & neneſſaria licentia Officialis majoris d. Caſtri, ſe recepit ad domum, in qua eadem uxor habita-8 bat, poſitam in Parochia SS. Simonis, & Judæ, & in qua poſt paucos dies ex hac vita diſceſſit.

Notitia iſtius obitus devenit ad noſtrum Parochum, non leviter ægrotantem, cum quatuor ex quinque partibus Religioſorum ſui Conventus; cujus occaſione Parochus SS. 9 Simonis, & Judæ tranſmiſſo quodam Monitorio eidem ægrotanti, extorſit ab Auditore Urbis Vicarii facultatem illum ſepeliendi per modum proviſionis, ſine præjudicio Jurium noſtræ Parochialis Eccleſiæ, & cum obligatione de illud reſtituendo, unà cum emolumentis in caſum ſuccumbentiæ..

Introducto poſtmodum Judicio nomine noſtræ Parochia-10 lis Eccleſiæ coram eodem Auditore pro reſtitutione cadaveris, & emolumentorum, placuit eidem eundem Parochum SS. Simonis, & Judæ abſolvere, mediante ſententia, à qua interpoſita appellatione, habitus deinde fuit recurſus ad SS. qui ad evitandas neceſſarias illas, magnaſque expenſas, quæ inevitabiles eſſent, procedendo per tres conformes, illam decidendam remiſit huic S. C. Concordato igitur dubio de quo *infra num.* 92. ſupplicamus reſponderi, Cada-11 ver Laurentii Creſcii non ritè, nec rectè tumulatum fuiſſe in Eccleſia SS. Simonis, & Judæ, proindeque reſtituendum eſſe noſtro Parocho, unà cum emolumentis funeris, addita declaratione, quòd idem practicetur in ſimilibus caſibus.

Aſſiſtit enim huic Parti, nedum literalis *Tex. in cap.* 1. *de Sepult. in* 6. Sed etiam *Stat. Cler. Rom. cap.* 3. §. 28. ibi: *Alie-*12 *num Parochianum ſepelire nemo poteſt, & qui contrarium facere præſumpſerit, ipſum Cadaver, ſeu Oſſa cum omnibus emolumentis, illius occaſione perceptis, proprio Parocho, abſque ulla exceptione, reſtituere debere, explorati Juris eſt*, & firmavit. *Rot. dec.* 429. *num.* 4. *par.* 18. *rec.* Attenta præcipuè obligatione de illud reſtituendo in caſum ſuccumbentiæ, ut obſervat *Rot. dec* 40. *num.* 5. *apud Novar. in Summ. Bullar.* Et revocando ſimile Judicatum ejuſdem Auditoris, practica-13 tum fuit in *Roman. Jur. ſepeliendi* 16. *Maii* 1692. §. 1. *cor. Manuel.*

Quòd autem Laurentius Creſcius eſſet Parochianus noſtræ Eccleſiæ, probatur, tam de Jure communi, quàm ex 14 particulari Statut. Cleri Urbis, quam demum ex conſuetudine, ſeu obſervantia.

Quoad Jus commune præmittimus in facto, quòd idem Creſcius à 14. annis, & ultra, adſcriptus erat inter mili-15 tes Arcis, à qua cùm diſceſſerit, prævia ſolita, & neceſſaria licentia Superiorum, cauſa curandæ infirmitatis, perinde eſt ad effectum, de quo agitur, ac ſi non diſceſſiſſet, *Uveſembec. conſ.* 17. *num.* 40. *lib.* 1. *Boer. de Bell. & Duell. lib.* 1 *cap.* 28. *num.* 6. *& cap.* 40. *eod. num. Nicol. Reuſſer. de Jur. Teſtam. lib.* 1. *par.* 5. *cap.* 4. *num.* 14. *Tor. de Pact. fut. ſucceſ. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 28. *& Rot. dec* 511. *num.* 14. *cor. Cerro Miles autem, ibi* 16 *domicilium habere videtur, ubi meret*, ſunt verba *Text in leg. Municeps* 23. §. *Miles, ff. ad Municip.* ubi *Gloſs. verbo Poſſideat*, ampliat etiam ſi non habet ibi, ubi meret, majorem partem fortunarum, & *Bart. in princ. Hoſtien. in Summ. de For. compet. num.* 6. *Gargiar. conſ.* 2 *num.* 44. *tom.* 1. *Villoſ. de Serv. fugit. cap.* 20. §. 2. *num.* 44. *& ſeqq Acac. de Privil. Milit. privil.* 29. *numer.* 4. *lib.* 2. *Criſpold. Caſ. Militar. in Epilog. Privil. Jur Commun. litera E. & Antonel. de Loco Legal. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 42.

Nec dicatur, milites nunquam contrahere domicilium, etiamſi per mille annos habitent in aliquo loco, ex *Alciat.* 17 *reſp.* 55. Hoc enim verum eſt de Militibus, qui quotidie per diverſa Caſtra vagantur, juxta terminos contrariarum Authoritatum. *Text.* verò *in cit. leg. Miles, ff. ad Municipal.* loqui de Milite præſidiario, in ſpecie obſervant *Mansfd. de Juriſd. & Jur. Milit. Bel. tract.* 1. *cap.* 6. *pag.* 78. *& Villoſ. de Serv. fugit cap.* 20. §. 2. *num.* 46. ibi. *Sed Textùs noſter intelligendus eſt de milite, qui eſt deſtinatus perpetuò cuidam præſidio, tunc enim contrahit ibi domicilium*, & rejicendo in ſpecie *Alciatum*, obſervant *Surd. conſ.* .06. *num.* 6. *Lancellot. Gall. ſuper Conſuet. Alvern. verbo Maritus qu.* 6. *nu.* 1. *fol. mihi* 300. *Menoch. de Arbitr. cap* 28. *num.* 28. *&* 29. *& Gratian. diſc.* 184. *num.* 51. ibi. *Quidquid dixerit Alciatus, &c. dum conſuluit, Caſtellanum nullo tempore etiam mille annorum, contrahere* 18 *domicilium in loco, in quo ratione Offi ii commoratur, cùm contra eum ſit verior opinio, ut teſtatur &c.* Et in ſimilibus terminis Carceratorum *Pignat. conſult.* 86. *per tot. tom.* 7. *ubi num.* 11. refert ita deciſum favore noſtræ Eccleſiæ, occaſione Carcerati, in Caſtro defuncti.

Quæ omnia, quidquid ſit, an aliquam admittant diſputationem ad effectus civiles, certum eſt, quòd ad præciſum effectum Parochialitatis, nullam recipiunt difficultatem, 19 ex quo ad acquirendam ſubjectionem alicui Parochiæ non perpetua, æternaque habitatio, cum fixo, ſtabilique animo nunquam diſcedendi requiritur, ſed ſat eſt ſola habitatio per tempus notabile, cum animo ibidem habitandi, ut in terminis militum, vel Arcis Præfecti obſervat *Paſqualig. q. moral. juriſd.* 143. *num.* 9. *Bellet. Diſq. Cleric. ti de Exemp. à* 20 *ſtatut. ſæcul num.* 17. *Marchet. de Sepultur.* §. 1. *num.* 12 *Samuel eodem tract. lib.* 1. *contr.* 8 *fol mihi* 250. *Pignat. conſul.* 8. *nu.* 9. *tom.* 8. & firmavit *Rot. apud Marcheſ. de Commiſ. tom.* 2. *fol.* 572. *num* 3 *verſ. & de Præfecto Arcis, & dec.* 137. *num.* 10. *&* 11. *par.* 5. *rec.* & generaliter *in dec.* 45. *numer* 7. *cor. Zarat.* ibi. *Notari debet, domicilium non requiri ad contrahendam Parochiam, cùm ſufficiat habitatio cum animo permanendi.*

Aliàs enim, admiſſa contraria interpretatione, ſeu neceſſitate determinationis continuæ permanentiæ, ſequere- 21 tur, quòd illi, qui in aliqua Parochia, diſdicta locatione habitant, quærentes domos meliores, capacioreſque in aliis Parochiis, nulli dicerentur ſubjecti Parochiæ, non quidem priori, dum non habent animum ibi permanendi, neque aliis Parochiis, ex quo ibidem adhuc non habitant, & tamen contrarium docet experientia, & eſſe indubitatum in jure, 22 advertit *Ventrigl. in Prax. par.* 1. *tit. de Elect. ſepult. adnot.* 2 §. *unico num.* 26.

Ratio autem differentiæ inter effectus de jure civili, & Parochialitatis conſiſtit in incomodo Parochi, ſubminiſtrantis Sacramenta Parochianis; Cùm enim ſepulturæ jus re- 23 guletur, & dependeat ab adminiſtratione Sacramentorum, ut obſervant, *Sanch. de Matr. lib.* 3. *diſp.* 23. *numer.* 74. *Grat. diſc.* 94. *num.* 74. *Mareſc var. reſol. lib.* 2. *cap.* 95. *num.* 11. *Fraſ. de Patron. Reg. Indiar tom.* 2. *cap.* 90. *num.* 21. *& ſeqq. Barboſ. de Paroch par.* 3. *cap.* 26. *num.* 34. *Paſqual. de Sacrific. novæ leg. quæſt.* 1001. *num.* 5. *Panimol. dec.* 5. *num.* 14. *& annot.* 3. *nu.* 9. *&* 10. & firmavit *Rot dec.* 45. *n.* 12. *cor. Zarat.* Omiſſis animadverſionibus, & diſputationibus domicilii, in illa Parochia ſepeliri debent homines, à qua in vita Sacramenta receperunt, ut obſervant *Gratian. diſcep.* 298. *num.* 79. *verſ. Accedit*, ubi, quòd hoc procedit, quia Parochus portavit pondus diei, & æſtus, adminiſtrando defuncto, dum viveret, Sacramenta, *Paſqual quæſt. mor juriſd.* 143. *num* 9. *Amoſtaz. de Cauſ. piis lib.* 7. *cap* 2. *num.* 50. *& cap.* 8 *num.* 74. 24 *& ſeqq. Rot. cor. Priol. dec.* 365. *num.* 2. *&* 3. ibi. *Parochus, qui gravatur onere miniſtrandi Sacramenta degentibus intra limites ſuæ Parochiæ &c. debet eò magis ſublevari honore, & emolumentis eorundem ſepulturæ, quæ valdè dependet ab adminiſtratione Sacramentorum*, & in *Mantuana Funerum* 5. *Junii* 1694. § *Quo verò cor Card. Priol.*

Non obſtante, quòd noſter miles in ultima infirmitate Sacramenta receperit in Parochia SS. Simonis & Judæ, Recepta enim eſt in hac materia concluſio, quòd ad hunc effectum non attenditur Sacramentorum adminiſtratio tempo- 25 ranea, ex accidenti, & ad ſupplendam abſentiam proprii Parochi, ut advertunt *Paſqual qu. moral. jurid.* 143. *num.* 10 *& Pignatel. conſul. can.* 63. *n.* 8. *to.* 7. Et in terminis mutationis habitationis gratia curationis, *Paſqual. d. qu. mor. Juriſd.* 43. *num.* 2. *Pignatel. conſult.* 86. *numer.* 2 5. *&* 6. *tom.* 7. *Card. de Luc. de Paroch. diſc.* 23. *num.* 9. ubi, quòd ſecundum domicilium, utpote cauſativum, non facit ceſſare primum, 26 & *Rot. dec.* 45. *nu.* 5. *cor. Zarat.* ubi, quòd hoc procedit, quia deeſt animus permanendi in ſecunda Parochia.

Cum qua Juris communis diſpoſitione concordat particulare *Stat. Cler. Ro.* §. 13. *cap.* 3. diſponens, in caſu longè 27 fortiori diſceſſus à priori Parochia cum animo ampliùs non recedendi, ibi: *Infirmus verò, quantumvis domicilii mutandi animo diſcedat, nonniſi duobus menſibus elapſis, novum domicilium acquirit quoad præjudicium prioris Parochiæ; Unde ſi infra bimeſtre tempus decedat, Jus funerandi ad priorem Parochiam, de qua diſceſſit, pertinere ſancimus*, de cujus Statuti viribus in noſtris terminis *Rot. dec.* 45. *n.* 6. *cor. Zarat.* &

gene-

generaliter *in Frisingen. Canonicatus* 18. *Aprilis* 1695. §. *Eoque magis cor. Card. Scot. o.*

Ex quibus prorsus extranei sunt termini duplicis Parochiæ, quibus prætenditur subjectus noster miles, ex quo filii, & uxor habitabant in illa SS. Simonis, & Judæ, quo casu emolumenta funeris dividenda esse æqualiter inter easdem Parochias probat *Pasqual. de Sacrif. nov. leg. quæst.* 2001. *num.* 3. & dispositum legitur in *Stat. Cleric. Rom. cap.* 3. §. 19. 28

In jure enim nullo modo repugnat, quòd Pater, & Vir respectivè habeant unum domicilium, uniq; subjectus sit Parochiæ, aliud verò habeant filii, & uxor sintque proinde alteri Parochiæ subjecti, ut benè *Moron. resp.* 94. *numer.* 38. ubi, quòd patet quotidiana experientia, nec sola domus possessio, seu conductio operatur, ut quis domicilium ibidem habere dicatur, ut probant citati *supra par.* 1. *discep.* 10. *num.* 59. Imo nec emptio Domus, ex citatis ubi proximè. Minusque dominium diversorum bonorum in aliquo loco ex adductis per *Rocc. select. interpret. c.* 116. *n.* 7. 29 30

Et tamen ad hoc, ut quis dici possit Parochianus duplicis Parochiæ, debet utramque æqualiter frequentare, ad *Text.* literalem *in cap. Cùm quis de Sepult. in* 6. ibi: *Cùm ab eo, qui duo habet domicilia, se collocans æqualiter in utroque*: Quod exemplificant innumeri DD. adducti per *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disp.* 24 *per tot.* quando quis in Hyeme habitat in una, & in Æstate in alia Parochia secùs verò, quando alteram longè frequentiùs colit, ut videre est ibidem *nu.* 5. *in fine*, & notant *Cucch. lib.* 5. *Instit. major. tit.* 4. *num.* 186. *Moron resp.* 94. *num.* 40 *Oliva de For. Eccles. par.* 3. *q.* 18. *nu* 3. & 4. *Samuel. de Sepult. contr.* 8. *concl* 7. *per tot. fol. mihi* 255. & *Ciarlin. contr.* 131 *num.* 51. ubi de eo, qui habitavit Ruri quatuor mensibus anni, quòd non dicatur habuisse ibidem Parochiam, quod etiam observat *Panimol. dec.* 19. *adnot.* 1. *num.* 20. 31 32

Quod nullo modo practicatum fuit à Crescio, qui, ut diximus, nedum duabus ex tribus partibus anni, ex necessitate omnibus militibus communi, habitavit in Castro sed etiam in illo habitavit pro majori parte temporis, quo ad sui libitum exire ab Arce poterat.

Excluditur ulterius duplicitas domicilii ex alia consideratione: Indubitati enim Juris est quòd habens duplex domicilium potest in utroque Sacramenta recipere, Paschale præceptum adimplere, matrimonium contrahere, & similia, ea ratione, quia non est major ratio, cur supra expressa expleri possint in una, & non in altera Parochia, ut videre est apud *Host. in Summ. ti. de Paroch.* § *penul. num.* 7. *Rosel. in Sum. verb. Confessio Sacram.* 3. *num.* 49. *Navar. cons.* 2. *num.* 3. *de Clandest. despon Sanch. de Matrim. lib.* 3. *dispu.* 24. *num.* 2. & 3. *Pont eod. tract. lib.* 5. *cap.* 13. *num.* 2. *Ciarlin. contr.* 131. *num.* 52. *Adden. ad Bœrat. dec.* 713. *num.* 14. & *Rot. cor. Merlin. dec.* 194. *num.* 11. & *dec.* 400. *in fin.* Et tamen diligentissimè perquisitis Libris ferè omnium Parochorum Urbis, nec etiam unicus reperiri potuit exadverso actus receptionis Sacramentorum in aliis Parochiis à militibus Castri: E converso autem in nostro Summario probavimus, quòd si ex particulari devotione id aliquando accidit, coacti fuerunt milites Paschale præceptum de novo in nostra Parochia adimplere. 33 34

Quo verò ad *Stat. Cler. Rom.* subjectio militis nostræ Parochiæ non poterat rotundioribus verbis definiri, quàm demandando *in cap.* 3. §. 6. ibi: *Propria verò Parochia dicitur illa, in qua quis habet domicilium, seu degit, & recipit Sacramenta, seu recipere tenetur*: Cùm enim ex supra animadversis extra controversiam sit, Crescium per 14. annos saltem degisse in Arce S. Angeli, atque obligatum fuisse, & de facto semper recepisse Sacramenta in nostra Parochia, in necessariam emicat consequentiam, emolumenta illius funeris eidem Parochiæ deberi, ut, præter supra adductos, probat *Samuel. de Sepult. tr.* 1 *contr.* 8. *concl.* 3. *per tot.* 35 36

Nec opponatur ejusdem §. 21. *Stat.* ibi: *Familiares, & famuli Cardinalium, seu aliorum Principum, & Prælatorum, necnon aliorum quorumcumque, qui habent domum, & familiam in alia Parochia, ad illam pertinere statuimus, licèt apud Dominos infirmetur, & occumbant*: Sola enim, & simplex lectura ejusdem ostendit illius inapplicabilitatem; Sermo siquidem ibidem est de solis Familiaribus, & famulis, quorum appellatione milites non comprehendi, nemo est, qui dubitet. Indefinita verò, & generalia illa verba: *aliorum quorumcumque*; non extendunt illorum significatum, sed intelliguntur de aliis quibuscumque Dominis, ita ut naturalis, & planus sensus eorundem sit, aliorum quorumcumque inferiorum Dominorum, respectu Cardinalium, Principum, & Prælatorum, quorum species ad evitandam prolixitatem non fuit distinctè enumerata, sed in confusum contenta in dd. verbis: *aliorum quorumcumque*. 37 38

Quo demum ad consuetudinem, seu observantiam, hæc in facto concludenter justificatur, nedum est attestationibus omnium Officialium Arcis, de cujus viribus ad nostrum individualem effectum *Rot. dec.* 456. *num.* 1. *par.* 18. *rec.* quàm ab extractione partitarum ex Libris nostræ Parochiæ, cum specificatione, quòd milites in nostra Ecclesia sepulti, mortui erant in domibus consanguineorum, & uxorum, quos Libros plenam ad hunc effectum facere probationem, antiquiaribus adductis, firmavit *Rot. dec.* 629. *num.* 4 *par.* 4. *to.* 3. *rec.* & *cor. Cerr. dec.* 17. *n.* 15. & *dec.* 54. *n.* 4. & *in Rom. Jur. Sepel.* 16. *Maii* 1692. §. *Indeque cor. Manuel.* 39

Nil refragante reflexione, quod illi concernant favorem Scribentium; Sumus enim in terminis diversorum Parochorum Parochiæ Regularis, nihil, vel parum habentium de emolumentis funerum, atque testantium de actibus, ad se spectantibus, sicque non est præsumendum, voluisse in propriarum animarum perniciem falsitatem committere, ut considerando multiplicitatem personarum observant adducti in *Tom* 1. *par.* 1. *discep.* 6. *num.* 38. & habendo præ oculis Sacerdotalem & Religiosam qualitatem *Rot. dec.* 384. *num.* 4. *cor Priol.* cum aliis, citatis in *Tom.* 1 *p.* 1. *discep.* 12. *n.* 11. 40 41

Et in nostris terminis *Rimin. sen. cons.* 506. *num.* 19. *Bursat. consil* 253. *num.* 44 *Gen. de Script. priv. lib.* 5. *cap.* 1. *num* 7. & 8. ibi: *Libris eorundem Monasteriorum esse credendum &c. quia non est verisimile, quòd mori voluissent in peccato falsitatis*, & *Rot. in Hispalen Jubilat.* 19. *Jan.* 1695. §. *Non obstante cor. Card. Scotto* ibi: *Non obstante &c. propterea utì deponenti ad proprium commodum deferendum non veniat, quia &c. Præcipuè quia illius depositio respicit causam totius Universitatis, & versatur circa actum, ad se spectantem.* 42

Certiùs, quia adminiculantur iidem Libri, tàm ab extrajudiciali attestatione omnium Officialium Arcis, quàm ex judiciali examine aliorum, ut benè prosequitur *Rot. in dicta Hispalen.* §. *Eoque magis* & *observ. Adden. ad Pamph. dec.* 595. *nu.* 9. *Conciol. alleg.* 53. *n* 44. & *Rot. dec.* 136. *n.* 16. *p.* 19. & *dec.* 352. *nu.* 24. *cor. Benizc.* 43

Concordant ulterius eædem partitæ cum actis publicis, Exprimunt enim similes prætensiones aliorum Parochorum, in judicia deductas, & illorum succumbentiam, proindeque, nedum comprobant veritatem contentorum in dd. Libris, sed etiam, utì emanata in causa status, & cum legitimis contradictoribus, faciunt Jus quoad omnes, ad *Text. l. Ingenuum ff. de Stat. homin.* Etiamsi agatur contra habentes æquale interesse, *Rot. dec.* 217. *num.* 4 *par.* 7. & *dec.* 17. *n.* 1. *par.* 15. *rec.* Succumbentia autem aliorum Parochorum operatur, ut meliùs stabilitum dicatur Jus nostræ Ecclesiæ, in judicium vocatæ, juxta theoricam *Felini in cap. Illud n.* 17. *de Præscrip. Covarr. in Reg. possess. par* 2. §. 12. *n.* 4. ubi, quòd vis litis introductionis ad nihilum reducitur, Actore victo, & *Rot. dec.* 754. *n.* 17. *p.* 18. *rec.* 44 45

Magnifaciendam autem esse in nostris terminis consuetudinem, imò illam totum facere, probant adducti per *Gratian. discep.* 94. *num* 78. & *Sperel. dec.* 87. *num.* 14. & favore nostræ Religionis *Rot. dec.* 508. *num.* 1. *par.* 3. *rec.* Etiam si unicus solus actus adducatur, benè *Posth. de Manut. obser.* 18. *num.* 25. & *Rot. d. dec.* 508. *num.* 1. *par.* 3. *rec.* Multò magis in casu nostro, ex quo iidem actus sunt in considerabili numero, nullusque affertur in contrarium, benè *Rocc. select. Interpr cap.* 187. *num.* 12. & in quo, cùm jus assistat potiùs, quàm resistat, non requiritur lapsus 40. annorum, sed sat est, ita aliquando fuisse observatum, etiam per unicum actum, juxta receptam distinctionem *Decii in cap. Cùm M. Ferrariensis num* 26. *de Constit.* de qua *Morot. con.* 29. *numer.* 26. *Honded. cons.* 60. *num.* 11. *lib.* 2. *Altogr. cons* 7. *numer.* 48. *eod. lib. Peregr. de Jur. Fisc. lib.* 1. *ti.* 2. *nu.* 95 *Valer. de Transact. tit* 6. *qu.* 3. *n.* 32. *Rocc. select. interp. cap.* 170. *nu.* 25. & *cap.* 187. *num.* 12. *Gob. consult.* 119. *à num.* 36. *usque ad* 48. *Card. de Luc. de Regal. disc* 72. *num.* 5 & *Rot. dec.* 190. *numer* 7. *cor. Cels.* & *dec* 95. *numer.* 3. *cor. Priol.* & *in Rom. Jur. sepel.* 16. *Maii* 1692. §. *Non refrag. cor. Manuel.* ubi, quòd sufficit quælibet ordinaria, & regularis consuetudo, quæ spatio decennii perfici solet. 46 47 48

In eadem Causa.

PRo æquivocorum dilucidatione, cum quibus exadverso proceditur, supplicamus observare, quòd Cappella illa Militum, quæ reperitur in Castro S. Angeli, non est aliqua 49

aliqua Ecclesia Parochialis, distincta à propria Parochia ejusdem Castri, ut sub verborum involucro exadverso supponitur, sed ad instar illarum, quæ sunt in Palatiis EE.PP. ædificata reperitur ibidem pro majori dumtaxat militum commodo, subordinata tamen nostro Parocho, à quo, privativè quoad omnes alios, in eadem Cappella ministrantur militibus Sacramenta; Si igitur etiam exadverso admittitur, 50 quòd illi milites, qui in aliis Urbis Parochiis SS. Eucharistia in Paschate refecti fuerunt semper obligati fuerunt idem Pascale præceptum in eadem Cappella adimplere, evidens remanet, quòd iidem milites nulli alteri sunt subjecti Parochiæ pro tempore, quo inter milites præsidiarios Castri descripti sunt.

Gratuitæ assertioni cujusdam Sacerdotis, qui se enunciat œconomum pro paucis mensibus Ecclesiæ SS. Celsi, & Ju- 51 liani, opponimus uniformia facta omnium Parochorum Urbis, qui nunquam similem prætensionem excitarunt, & meritò; De jure enim speciali Statuti Cleri Urbis, propria Parochia dicitur illa, ubi quis domicilium habet, seu degit *ut in cap.* 3. § 7. Non autem illa, ubi retinetur domus. quòd etiam concordat cum dispsitione Juris communis, per 52 ea, quæ observant *Bellet. Disquis. Clerit. tit. de Exempt. à Statut. Sæcular.* §. 5. *nu.* 16. *Panimol. dec.* 14. *annot.* 2. §. 57. *& Rocc. select. interpr. cap.* 116. *nu.* 7.

Concordamus cum contrariis Scribentibus in conclusione, communiter recepta, quòd occasionalis, & accidentalis administratio Sacramentorum apta non sit tribuere Jus funerandi, sed hæc ipsa conclusio mirabiliter retorquetur contra Parochum SS. Simonis, & Judæ, qui ex mero accidenti, à morbo militis ortum habente, eidem semel tantùm 53 eadem Sacramenta administravit paucis diebus ante illius obitum; An autem possit dici accidentalis illa administratio Sacramentorum, quæ semper facta fuit, & quolibet anno, privativè quoad omnes Parochos Urbis, fit à nostro Parocho omnibus militibus Arcis S. Angeli, & per spatium 14. annorum semper practicata fuit cum milite Crescio, EE. PP. judicandum relinquimus; Veritas enim est, quòd dicitur propriè competere eidem nostro Parocho, & quidem tertio modo, ut discurrunt Logici, de quibus *Gavard. in Philosoph. fol. mihi* 88. *n.* 1.

Poterat omitti animadversio, quòd habitatio militum in Castro S. Angeli dicatur coacta; Dum habet contra se fa- 54 cti evidentiam, & in absentia, vel morte unius, ex eisdem militibus, non desunt innumeri concurrentes, ex speciali gratia, & mediantibus supplicibus Libellis, & commendatitiis epistolis exorando Superiores pro illorum admissione, ut est in Urbe notorium.

Opinio *Alciati*, & sequacium, asserentium, Arcis Præfectum nunquam contrahere domicilium, etiam si mille annis habitet in Arce, communiter reprobatur à Doctori- 55 bus, adductis *supra n.* 17. *&* 18. Et quòd magis est contrarium non semel firmavit, & inconcussè tenet *S. Rota*, ut videre est in *dec.* impressa apud *Marchesan. de Commiss. tom.* 2. *fol.* 572. *num.* 3. *& dec.* 137. *num.* 10. *&* 11. *par.* 5. *rec.* In opinio- 56 num autem conflictu præferenda semper est illa opinio, quam amplexa est *Rota Romana*, ut observant adducti *in meo Tract. de Matr.* 26. *n.* 17. *&* 18.

Cęterùm omnia hęc dicta sint ex abundanti. Nos enim sumus extra terminos effectum civilium, in quibus Doctores tractant eandem quæstionem, sed disputamus de domi- 57 cilio ad effectum Parochialitatis, quæ cùm pendeat à Sacramentorum administratione, ex cumulatis per *Rot. dec.* 45. *n.* 12. *cor. Zarat.* in illa Ecclesia sepeliri debent homines, à qua in vita Sacramenta receperunt, *Priol. dec.* 365. *n.* 2. *&* 3. cum aliis, citatis *supra n.* 19.

Inculcantur retentiones mobilium, & majoris partis fortunarum, ac domus à nostro milite in Parochia SS. Simonis, & Judæ; Licitum autem nobis sit quærere, ubinam ista fundentur, & quænam erant exagerata ista mobilia, & 58 major pars bonorum, & fortunarum? circa quæ nullum probationis vestigium legitur in contrario Summario; Nos enim mediante formali examine testium, concludenter demonstravimus, quòd miles Crescius retinebat in Castro *le Bazzaccole, cioè, mobili. Pile, Brocche, Fiaschi, Cassa &c. una Vettina Barile del vino, ò mezzo Barile &c. & altre Bazzaccole, come li stracci di panni, Schioppo da caccia &c. E doppo che si disgustò con la moglie &c. portò in Castello molte sue biancherie, cioè Camiscie, Sottocalzoni, Salviete &c. e Giustacori; Sò bene che doppo la morte di detto Lorenzo li Facchini, che portorno le di lui robbe ereditarie, ci fecero tre viaggi per ciascheduno con le loro sporte, dove anche vi furono poste delle Pile, e Piatti, oltre mezzo Barile di vino, con una Vettina, anche da tenere il vino oltre un Archibugio, una Chitarra, & una Cassa &c.* Parocho autem contrario asserenti, quòd pauper miles. ultra ista mobilia, ad vitam necessaria, habe- 59 ret in diversa domo alia mobilia, incumbit onus concludentissimè probandi, utpote intentionis fundamentum, per ea, quæ firmavit *Rot. dec.* 942. *n.* 2. *&* 3. *cor. Pen. & dec.* 2083. *nu.* 10. *cor. Coccin. & dec.* 392. *n.* 3. *cor. Priol. & in Roman. Matr.* 10. *Maii* 1641. §. *Et eo minus cor. Pirovan.*

Ea, quæ dicuntur de duplici domicilio, non controvertimus in abstracto, sed in concreto casus nostri nullum ha- 60 bent facti fundamentum, quia dividendo annum in duas æquales partes, noctes scilicet, & dies, tota nocte tenentur milites indispensabiliter moram facere in Castro. Ad hoc igitur, ut applicari possent termini duplicis domicilii, deberent iidem milites tota die morari extra Castrum, ad *Tex.* 61 literalem *in cap. Cum quis de Sepultur. in* 6. & animadversa *per Oliv. de for. Eccles. p.* 3. *qu.* 28. *à nu.* 3. Et tamen in facto pariter innegabile est, quòd ex omnibus tribus diebus, uno, 62 à mane usque ad vesperam, tenentur ad excubias, & vigilias, partim *in Sentinella*, & partim *in Corpo di Guardia*, nec per temporis momentum exire possunt à Castro; Reliquis verò duobus diebus noster miles semper solitus erat in Castro morari, ut deponunt illius Officiales in Summario. Prorsus igitur extranei remanent in nostra hypothesi termini duplicis domicilii, præcipuè habito respectu ad mobilia, quæ retinebat dumtaxat in Castro, ut deponunt iidem testes.

Quibus Officialium depositionibus in nihilo refragatur asserta contrarietas, ex quo unus deponat, quòd Crescius comedebat in Castro, alter verò, quòd aliquando accedebat ad domum cujusdam Conterranei, nomine Sofia; Cùm enim comestiones reiterabiles sint, ex hac actuum reitera- 63 bilitate salvatur omnis testium contrarietas *Antonel. de Temp. legal. lib.* 1. *c* 69. *n.* 2. & *Rot. in Aven. Donat.* 3. *Martii* 1692. §. *Nec veritati coram Card. Caprar.* Supplicantes ulterius observare, quòd; sive idem miles comedebat in Castro, sive cum dicto suo conterraneo, semper verum est, quod 64 cum uxore non convivebat, quod omnem domicilii prætensionem cum eadem excludit, ut de se patet.

Excluditur præterea eadem duplicitas domicilii ex facto 65 ipsiusmet Parochi SS. Simonis, & Judæ, qui illum in Statu animarum suæ parochiæ, tanquam suum Parochianum non descripsit; Excluditur à communi sensu omnium Parochorum Urbis, quorum nullus, nec in præteritum, nec in præsenti inter Parochianos adscripsit milites in nostro Castro degentes. Excluditur à celebratione matrimoniorum eorundem militum, dum illorum denunciationes non faciunt in Parochia, in qua domos, matrem, & sorores retinent, sed in nostra Parochia. *Jus autem funerandi competit eodem Iure quo competit Jus celebrandi matrimonia utrumq; enim est Ius Parochiale, atq; adeò sicuti ei competit Ius celebradi matrimonia ipsarum, ita etiam ei competit Ius illos funerandi* sunt verba *Pignat. consult.* 63. *num.* 12. *in fin. to.* 7. Excluditur à diligentissima perquisitione omnium Librorum ferè om- 66 nium Parochiarum Urbis, in quibus nec etiam unus reperiri potuit casus, quòd milites, defuncti apud uxores, vel consanguineos fuerint sepulti in alia Parochia, quàm in nostra, vel quòd alii Parochi actum aliquem Jurisdictionis exercuerint in personas eorundem militum. Excluditur demum à non habitatione Crescii in contraria Parochia; Imperceptibile enim prorsus videtur, domicilium prætendere, præcipuè ad effectum Sacramentorum in illa Parochia, in qua quis nunquam habitavit: Quando è contra sola habi- 67 tatio ad eundem effectum Sacramentorum, & Iuris funerandi requiritur, etiam si non constet de domicilio, ex individuali dispositione *Stat. Cler. Rom. cap* 3. §. 7. & in specie observant *Pignatel. consult.* 86. *num.* 9. *tom.* 7. *& Rot. dec.* 45. *n.* 7. *cor. Zarat.*

Excluso ex his domicilio, & habitatione Crescii in contraria Parochia, & ex alia parte supposito innegabili facto, quòd in eadem Parochia nunquam receperit Sacramenta (tempore ultimæ infirmitatis excepto) nescimus videre cuinam fundamento innitatur contraria prætensio, dum omnia 68 ista, quæ ex literali dispositione *Stat. Cler. Rom c.* 3. §. 7. copulativè requiruntur ad acquirendam Parochialitatem, innegabiliter deficiunt ex parte Parochi SS. Simonis, & Iudæ, è converso autem concursus omnium dictorum requisitorum, nec etiam exadverso controvertitur respectu nostræ 69 Parochiæ, Quo enim ad domicilium, dum exadverso dicitur, militem Crescium habuisse duo domicilia, unum indubitanter admittitur in nostra Parochia. Quo ad habitationem, non negatur, nec negari potest, salva evidentia, ipsum habitasse in Castro. Quo demum ad receptionem Sa- 70

cra-

cramentorum per spatium 14. annorum, quibus fuit Castri militiæ adscriptus, illa recepisse à nostro Parocho, testes sunt omnes Officiales, omnesque milites ejusdem Castri, & nec etiam Parochus contrarius ausus est id in controversiam deducere.

Quæ Sacramentorum administratio, & receptio sunt prora, & puppis Iuris funerandi, ut sanscivit *Leo III. in c. 1. de Sepult* ibi. *Sed quia dignus est operarius mercede sua, &c. illi Ecclesiæ dari censemus, à qua cælesti pabulo refici consuevit, ut, juxta Apostolum, sint consolationum socii, ut fuerunt passionum, & Alex. III in c. De iis* pariter *de Sepult.* ibi. *Ecclesiis, à quibus receperunt salutis pabula, relinquentes &c.* quos sequitur *Pont de Matr. lib. 5. cap. 12. §. 2. nu. 14.* & firmavit *Rot. dec. 365. num. 2 & 3. cor. Priol. & in Mantuana Funerum 5. Iunii 1694. §. Quo verò cor. Card. Priol.* 71

Diximus, & constanter repetimus, non posse accidentalem dici Sacramentorum perceptionem, quæ per milites Castri à nostro Parocho recipiuntur, illa enim tenentur ex necessitate quolibet anno à nostro Parocho recipere, ut experientia manifestum est, & probant multi nostri testes Si autem esset accidentalis, & accidens propriam naturam non immutasset, potuisset dari, imò aliquando de facto datus fuisset casus, quòd eadem Sacramenta in alia Parochia recipiendo, Paschale præceptum adimplevissent, quòd usq; adhuc à tempore quo nostra Ecclesia pollet qualitate Parochialitatis, ostensum non fuit, & ostendi in æternum nunquam poterit. 72 73

Omnia hæc, de per se clarissima, intra evidentiæ fines posita fuerunt à subsequuta observantia, Si autem hæc *extorquet, & impropriat veriorem significatum verborum, ut eo modo, quo fuit observatum accipiatur*, ad sensum, & verba *Rot. dec. 397. n. 7. cor. Priol.* cum aliis, allegatis *in Tom. 1. p. 2. discep. 116. n. 01. & 102* Quid dicendum in nostris terminis, in quibus Jus commune, & Statutum Cleri Nobis literaliter assistunt; *Videturque sufficere quælibet ordinaria, & regularis consuetudo, quæ spatio decenni perfici solet*, sunt verba *Rot. in Rom Jur. sepelien. 16. Maii 1692. §. Non refragante cor. Marini.* Atque agebatur de observantia ferè unius sæculi in terminis longè durioribus. Non enim revocabatur in dubium in casibus specificatis in nostro Summario, & aliis indicatis per secundum testem in personis militum Bracciani Oratii, & Ricci, quòd iidem milites, defuncti in domibus uxorum, cum illis communem vitam egissent toto tempore, quo liberi erant à custodia, & excubiis in Castro. In nostris autem terminis per quatuor annos ante obitum Crescii, & per tres antequam uxor se conferret ad habitandum in contraria Parochia, inter Virum, & uxorem nullum adfuit commercium, nullaque communicatio, & tractatus nullus; Itaut multi commilites ignorabant, Crescium esse uxoratum, & omnes alii Parochiani reputabant viduam uxorem ejusdem Crescii. 74 75 76 77

Innumeris exemplis, de quibus in nostro Summario, addimus alium casum, in quo non alia ratione à Vicesgerente, cum voto Camerarii Cleri, decisum fuit, cadaver cujusdam Jo. Ant. Sambucci, etiam mediante exhumatione spectasse, & restitutum fuisse Parochiæ SS Laurentii, & Damasi, non autem ad illam S.S. Vincentii & Anastasii, in qua habitabat uxor, & ad quam curationis gratia se transtulerat, & mortem cum vita commutaverat, nisi quia vivus, & sanus in eadem Parochia uxoris nunquam pernoctaverat, ut videre est in authentica attestatione, in Secretaria exhibita. 78

Addimus ulterius alium fortiorem casum Carcerati in Castro relatum *à Pignat. consul 86. nu 11. to. 7.* qui *quamvis contra suam voluntatem detineatur, adhuc tamen spectat ad curam Parochiæ quoad Sacramenta recipienda, ideoque efficitur quamvis invitus, de illius Parochia atque ita quoad hoc observatur Romæ ex Stat. Cler. Romani jussu Eminentiss. Car. Vicarii à me recognito, extatque decretum pro Ecclesia Parochiali S. Mariæ Transpontinæ pro custoditis in pœnam in Castro S. Angeli.* Quæ punctualis authoritas, & individuale decretum favore nostræ Ecclesiæ, deservire possunt pro adæquata responsione exagerato objecto, quòd milites moram faciant in Castro ad inserviendum Principi, & coacte ratione ejusdem servitii. 79

Enixis precibus exorantes reflectere ad maximum, inevitabileque præjudicium, nostræ Parochiali Ecclesiæ resultans ex contraria prætensione: Actum siquidem esset de illius Juribus Parochialibus, respectu habitantium in Castro; Primus enim ejusdem Castri Præfectus, aliique majores Officiales, & mediocris qualitatis ministri, ut plurimum uxorati, & habentes propria, & Avita Palatia atque domicilia in aliis parochiis, in quibus habitabant ante admissionem ad eorum munera, quæque nunquam animo, commercio, & tractatibus cum uxoribus, & consaguineis, dereliquerunt, in periculosis infirmitatibus, curationis gratia, se transferentes ad eadem priora domicilia (infelicitate aeris Castri ita exigente) in eisdem vitam cum morte commutare soliti sunt; Sicque noster Parochus, qui portavit pondus diei, & æstus toto tempore vitæ eorundem Officialium, fuitque socius passionum, non esset particeps consolationum, contra dictum *Apostoli*, in nostris individualibus terminis sequutum à Leone 3. *in c. 1. de Sepult.* & contra literalem dispositionem *Stat. Cler. Urb. c. 6. §. 1. de Merced. assoc. funer.* ibi. *Quoniam juxta Apostolum qui seminant spiritualia non prohibentur metere carnalia, & dignus est operarius mercede sua.* Essetque non Parochus universalis Urbis, ut ex adverso dicitur, sed inferioris conditionis omnibus aliis Parochis, imò illorum gratuitus œconomus, administrando cum non levi incommodo Sacramenta omnia in vita iis Officialibus, & militibus, quorum funera inevitabiliter spectarent ad eosdem Parochos, quod improbat *Gratian discep. 298. n. 19.* 80 81 82 83

Cresceretque in immensum exorbitantia, ex quo noster Parochus nihil prorsus, prorsusque haberet ex eisdem funeribus, dum cadaver non esset asportandum de una Parochia ad aliam, sicque non deberet funeri militum intervenire, quando è converso contrarius Parochus, aliique Parochi Urbis, in his casibus non sunt defraudati eorum congrua mercede, associando ad nostram Parochiam cadavera illorum militum, qui in eorum Parochiis etiam ex accidenti defuncti sunt, ut in *c. 6. Stat Cleri §. 6. de Merced. assoc. funer. §. 12.* ibi. *Parochi verò &c. duplicem ab aliis portionem habeant, necnon fasciculum Candelarum unius libræ &c.* Addito alio augumento ratione longi itineris, quando transeundi sunt Pontes. 84 85

Statutum Cleri Romani in illis capitibus, in quibus loquitur de Infantibus Scolaribus, Artificibus, & Famulis, nil commune habet cum Militibus, qui, ut notorium est, sub dictis nominibus non comprehenduntur; In Statutis autem à Jure communi exorbitantibus, quale est illud, de quo agitur, non licere ab uno capite ad aliud arguere, nec etiam ex identitate, imò majoritate rationis probat *Rot dec. 360. n. 23. & dec. 396. n. 7. p. 17. rec.* Et tamen habemus nostrum casum, individualiter decisum ab eodem *Statuto in c. 3. §. 7.* determinante, propriam Parochiam esse illam, in qua quis habet domicilium, seu degit, & recipit Sacramenta, seu recipere tenetur, quæ omnia ad unguem verificantur in nostris militibus, ex supra animarversis. 86 87

Et ex hac clara dispositione Statuti prorsus in subsistens detegitur contraria prætensio, quòd idem Statutum ad effectum Parochialitatis requirat formale domicilium, dum contentatur simplici habitatione, seu permanentia, unita cum receptione Sacramentorum, ibi. *Habet domicilium, seu degit, & recipit Sacramenta, seu recipere tenetur.* Observando naturam illius dictionis disjunctivæ, *Seu*, de qua *Rot. dec. 1849. nu. 6. cor. Coccin.* & alterius copulativè *Et*, de qua *dec. 356. n. 16. cor. Cerr.* 88 89

Quæ omnia intra evidentiæ fines posuit subsequuta observantia; Semper enim quando evenerunt similes casus, sepulti fuerunt in nostra Parochiali Ecclesia milites, in alienis Parochiis, & in domibus matris & uxoris defuncti, quæ observantia superlativè probatur in facto ex depositionibus testium, datis in nostro Summario, illamque totum facere in Jure comprobavimus supra. 90

Constito igitur ex his, quod Laurentius Crescius, miles Castri S. Angeli, fuerit Parochianus nostræ Ecclesiæ, tam de Jure Communi, quàm ex speciali Statuto Cleri, quàm demum attenta consuetudine, consequens est, ut restituenda sint nostræ Parochiæ emolumenta illius funeris. 91

Die 17. Augusti 1697. proposito in S.C.C. dubio: *An Cadaver q. Laurentii Crescii, actualis Militis in Castro Sancti Angeli, fuerit ritè, & rectè tumulatum in Ecclesia Parochiali S.S Simonis, & Judæ, vel potiùs sint restituenda emolumenta Funeris Ecclesiæ Parochiali S. Mariæ Transpontinæ, & quid in similibus casibus sit statuendum* Sac. Cong. respondit: *In casu, de quo agitur, negativè quoad primam partem, & affirmativè quoad 2.* Idemque postmodum, nulla facta mentione hujus rescripti determinatum fuit *in Stat. Cler. Urb Cap. 3. de Jur. eligend Sepult. §. 21. in addit. Vers. Milites verò*, contrarium determinando quoad alios milites stationarios Urbis, circa quos declaratur, illos spectare ad illam Parochiam, in qua domicilium habent. 92 93 94

DISCE-

DISCEPTATIO XV.

Lauden. Censurarum.

PRO

Francisco Catenago.

CUM

Vicario Generali Lauden.

ARGUMENTUM.

Explicantur multi casus nullitatis Censurarum, vel quia latæ fuerunt sine citatione personali, vel magna præcipitantia, vel de nocte, vel vim repellendo contra Judicem, qui fer. fer. procedebat, vel ex aliis defectibus, de quibus in hac Disceptatione.

EXcommunicatio, lata à Vicario non potest substineri. Illa enim injusta ex causa, ex animo, & ex ordine, juxta triplicem modum injustarum censurarum, de quo *Gloss.* 1 *in c. Sacro verbo Justa de Sent. excom.* ubi *Fagnan. n.* 3. Estque pariter evidenter nulla, & attentate prolata.

Injusta est dicta excommunicatio ex causa, quia in suis terminis, & quando Conservatores limites suarum facultatum excedunt, quod nullatenùs verificatum fuit in præsenti, nul- 2 la alia reperitur inflicta pœna, quam suspensionis ab officio per annum juxta *Text. in cap. final. §. Ut autem de Offic. deleg. in 6. & celebrem Constit.* 9. *Greg. XV. in Bullar. nov. tom.* 4. §. 11. & aliis adductis, observat *Barbos. de Potest. Episc. alleg.* 106. *num.* 47. Cùmque Vicarius ad hunc actum non minus nulliter, quàm injustè jam devenisset, expiraverant utique omnes ejus facultates in procedendo contra Catenagum, nec 3 aliquam habebat jurisdictionem ipsum excommunicandi *Gloss. in can. Sententia verb. Timenda* 11. *quæst.* 3. *& in c. Præsenti verb. Ad causam de Sent. excom. in* 6. cum aliis, allegatis per *Alter. de Censur. tom.* 1. *disput.* 2. *lib.* 3. *cap.* 1. *§. Modò Anto-* 4 *nel. de Regim. Eccles. lib.* 7. *cap.* 2. *num* 9. *& Rot. dec.* 69. *num.* 26. *par.* 19. *rec.* & magistraliter, atque articulo ad Partes discusso, resolvit hæc S. C. *in Papien. Conservatorum* 6. *Junii* 1682. *ad* 2. *dub.* ut in *Lib.* 32. *Decr. fol.* 295. In cujus resolutionis 5 conflictu nec etiam allegari mereretur unus, vel alter Doctor in contrarium, eo quia tanquam emanata in abstracto, & pro decisione dubii, generaliter concepti, vim legis habet, ex adductis *in Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. §. 4. *n.* 149.

Injustior est eadem excommunicatio ex animo, dum ad illam devenit Vicarius, non amore justitiæ, sed in vindictam 6 jurisdictionis Conservatoris, & eo ipso tempore, quo contra eundem injuriosissima verba protulerat, & contumeliosa scripta transmiserat, juxta casum *Tex. in can. Episcopus* 11. *quæst.* 3. ibi. *Ex animo est injusta sententia cùm aliquis, &c. non amore justitiæ, sed livore, &c. inductus sententiam profert*: & observant ibidem communiter *Repetentes cum Gloss. in cap.* 1. *verb. Odium de Sent. & re judic. in* 6. *Fagn. in cap. Sacro sub num.* 3 *de Sent. excom. & Via in Instit. Canon. lib.* 3. *tit.* 41. *de Eccles. Censur. vers. Requisita.*

Injustissima demum, & evidenter nulla est ex ordine substantiali, prorsus omisso, dum non precedente citatione per- 7 sonali, sed solum domi dimissa copia, die in honorem Dei feriato fuit exequuta, nec assignata trina monitione, de nocte, & præcipitantia inaudita lata fuit; Non adsunt autem inter Censurarum materiam tractantes propositiones magis certę, magisquè communiter à Tribunalibus receptæ, quàm 8 excommunicationis sententiam, taliter latam, manifestè injustam, evidenter nullam, & prorsus insubsistentem esse.

Ut in terminis omissæ citationis personalis est *Tex. in cap. Sacro de Sent. Excom. & in clem. Pastoralis de Sent. & re judic.* ibi: *Nec in opinione communi aut vulgi labiis nomen habere sententiæ mereatur*, & observat *Covarr. in cap. Alma Mater* §. 9. *n.* 4. *de Sent excom. Bellet. Disquis. Cleric. tit. de Favor. Cleric. Canon.* §. 4. *num.* 48. *& seq. Dian Oper. mor. tom.* 5. *tract.* 1. *de Excom. resol.* 6. *num.* 2. *&* 3. *Panimol. dec.* 96. *annot.* 1. *num.* 8. *& Vulp. in Prax. Judic. cap.* 1. *num.* 48. ibi. *Notandum est, quòd nullo modo excommunicari potest is, qui fuit citatus domi, sed est citandus personaliter*: & *Rot. dec.* 289. *num* 8 *coram Bich. & dec.* 176. *num.* 1. *coram Burat & dec.* 380. *num.* 11. *& dec.* 533. *nu.* 9 3. *coram Dunoz. jun. & dec.* 496. *num.* 4 *par.* 14. ubi, quòd hujusmodi nullitas est inevitabilis, *& dec* 277. *num.* 18 *par.* 16. *rec.* ubi, quòd hæc nullitas est talis naturæ, ut nunquam possit remitti. Rationem adducunt *Gratian. discept.* 531. *num.* 76. *Panimol. dec.* 96. *annot.* 1. *num.* 1. *&* 2. *& Rot. dec.* 496. *nu.* 4. *par.* 14. *& dec.* 277 *num.* 18. *par.* 16. *rec.* Quia scilicet agi- 10 tur de pœna gravissima, imo omnium aliarum pœnarum, apud Ecclesiam existentium, maxima, pro cujus proinde incursu citatio, domi dimissa copia, numquam sufficit, cùm requiratur scientia certa, & indubitata, non autem verisimilis, & præsumpta.

Et in terminis citationis die festo exequutæ adest *Text. in cap. Conquestus de Fer.* ibi: *Debet tamen judicialis strepitus* 11 *diebus conquiescere feriatis*: & infra: *Nec processus habitus teneat, nec sententia*: & adest *Constit.* 5. *B. Pii V. in Bullar. nov. to.* 2. §. 7. ibi: *Cùm verò dierum festorum observatio ad Dei cultum maximè pertineat &c. Judiciorum strepitus conquiescant*: & advertunt *Novar. in Summ. Bullar. par.* 1. *comm.* 57 *de Fest. dieb. num.* 10. *Antonel. de Tempor. legal. lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 1. *& Bonac. Oper. moral. to.* 2. *circa* 3. *Præcep. decal. disp.* 5. *q. unica punct* 2. *num.* 12. Ubi *num.* 14. quòd citatus die festo non tene- 12 tur comparere in termino, etiam si iste cadat pro die non feriato, quia dicta citatio est à principio nulla, utpote à Judice die festo demandata, quod probat etiam *Filliuc. Oper. moral. tom.* 2. *tract.* 27. *cap.* 10. *n.* 191. *&* 192. *& Rot. dec* 293. *à num.* 15. *par* 18. *rec.*

Et in terminis Sententiæ, absque trina monitione latæ, habemus *Tex.* apertos *in cap. Reprhensibilis de Appellat.* ubi 13 *Glos. vers. Canonica, & in cap. Constitutionem, & cap. Sacro*, ubi *Gloss. verb. Competenti de Sent. excom.* ibiquè communiter *Repetentes*, & observant *Bonac. Oper. mor. to.* 1. *tit. de Censur in commun. disputat.* 1. *par.* 1. *punct.* 9. *proposit.* 3. *num.* 9. *& punct.* 10 *proposit.* 2 *num.* 3. *Sperel. dec.* 48 *num.* 3. *Ridolphin. in Prax. par.* 1. *cap.* 14. *num.* 244. *Filliuc. Oper. moral. tract.* 11. *de Censur. in commun. cap.* 8. *num.* 223. *Marchant. in Tribun. Sacram. tom.* 3. *tract.* 4. *titul.* 1. *sect.* 2. *quæst.* 3. *num.* 3. *fol.* 83. *Panimol. dec.* 96. *annot.* 1. *à n.* 3. *& Card. de Luc. in Miscel. Eccles. discur.* 19. *num.* 19.

Et in terminis sententiæ, latæ de nocte de Jure Canonico adest *Text. in cap. Consuluit de Offic. & potest. Judic. Deleg.* ibi *Ne Judicium Ecclesiasticum exerceatur in tenebris*, ubi 14 egregiè *Gonzal. n.* 5. Et de Jure civili *in novell.* 82. *de Judic. &c. c.* 3. *de Ordin. & tempor. quo Judic. seder. dub.* ubi *Gloss. verb. Matutino, & in §. Omnis stipulatio verb. Tribui debet Instit. de Verbor. obligat. Pollet. lib.* 1. *Historiar. for. cap.* 11. ibi: *Quamquam Senatus consulto quę facta essent post diem solis clausum irrita, & nulla omnino essent*: *Balduin. ad leg.* 12. *tabular. cap.* 47. *Garon. de Senatorib. lib.* 1. *titul.* 4. *c.* 11. *Censor. de die Natal. cap.* 24 *& Menoch. de Arbitrar. cas.* 524. *num.* 6. ubi testatur de communi opinione, de qua pariter testatur *Antonel. de temp.* 15 *legal lib.* 4 *cap.* 9. *num.* 2. *Practic. Papien. Ver. Sententia definitiva num.* 37. ibi. *Item est nulla si fuerit lata de nocte &c. licèt aliqui contra, & malè* Quę nullitas, & Injustitia eo magis emicant, quo nulla aderat necessitas, nullaque urgentia taliter procedendi, ita ut applicari videantur verba *Senec. de Ira lib.* 3. *cap.* 18. ibi: *Quid instabat? Quod periculum, aut privatum, vel publicum, una nox minabatur? Quantulum fuit lucem expectare &c. Quid tam inauditum, quàm nocturnum supplicium?* Quæ ad nostrum præcisum effectum refert, & sequitur *Gon-* 16 *zal. in c. Consuluit. n.* 5. *de Offic. & potest. Judic. deleg. & Rip. de Noctur. tempor. c.* 134. *n.* 7. *&* 18.

Et in terminis sententiæ, præcipitanter latæ, habemus egregium monitum *D. Greg. lib.* 12. *Epist. epist.* 26. ibi: *Frequenter me admonuisse Vos recolo, ut in proferenda sententia* 17 *esse præcipites nullatenus debeatis*, & rotundum *Tex in can. Non in perpetuum* 24. *q.* 3. ibi: *Multi Sacerdotum culpam zelo Dei se persequi profitentur, sed dum indiscretè hoc agitur sacrilegii facinus incurrunt, & dum pręcipites quasi ad emendandum ruunt, ipsi quoque multo magis in deterius cadunt*, ubi egregiè *Glos. verb. Et dum pręcipites* ibi: *Judices non erant pręcipites ad excommunicandum, Iniquitas enim omnia pręcipitat, virtus autem lenta est, & omnium percunctatrix*, & advertunt *Sperel dec.* 48. *num.* 15. *& Marchant. in Tribun. Sa-* 18 *cramen to.* 3. *tract* 4. *tit.* 1. *sect.* 2. *quæst.* 1 *conclus.* 1. *fol.* 82. ubi, quòd excommunicatio dicitur nulla, & injusta, si excommunicans nullo juris ordine servato, odio, ira, malevolentia, ac zelo indiscreto, præcipitanter excommunicationis ferat sententiam.

Agnoscitur ex adverso evidentia hujus injustitiæ, & palpabilis nullitatis, & pro responsione dicitur, quòd Vicarius nullum ordinem servare tenebatur, repellendo vim, quæ si- 19 bi illata prætenditur à Catenago Conservatore.

Verùm hoc suppositum non subsistit in facto, & responsio 20 non relevat in Jure.

Non subsistit in facto dictum suppositū quia non Vicarius, seu

seu Catenagus vim, & quidem magnam passus fuit in hac causa, & vis constitit in verbis injuriosis, scriptis calumniosis, & in factis scandalosis, relatis in Summario Ex quibus, nedum Vicarius talia proferens, sed ipsemet Episcopus, quatenus similia attentasset, potuisset excommunicari, juxta literalem *Text. in cap. Quia Pontificali in fine*, ubi *Gloss. verb. Alitèr de Offic. & potest. Judic. Deleg. in 6.* & in specie probat *Barbos. de Offic. & potest. Episc. alleg. 10. num. 37.* Et canonizando censuras, ex hoc capite latas per Conservatorem contra Vicarium Generalem, similia verba injuriosa proferentem, & lacerantem intimationem, sibi transmissam, resolvit hæc S. C. in *Turritana Censurarum 2. Aprilis 1672. ut in Lib. 27. Decr. fol. 248. à tergo.*

E contra verò Catenagus nihil de facto, nec verbis, nec scriptis contra Vicarium attentavit, sed semper ser. ser. & judicialitèr processit, sicquè nemini injuriam fecisse dicitur quoad substantiam ad *Text. in l. Injuriarum §. 1. ff. de Injur.* & notata per *Thomaset. in Florib. leg. regul. 251. & Rot. dec. 49. num. 26. & dec. 257. num. 20 par. 19. rec.* Minus injuriam facere tentavit quoad modum, ut exadverso prætenditur, exagerando exequutionem citationis contra Vicarium tempore quo sacris erat indutus vestibus; Ad refellendam enim hanc insubsistentem assertionem, dignentur EE. PP. percurrere contrarium Summarium, ex quo opppositum ex diametro apparet. In fine siquidem *n. 13.* dicitur ab illomet Exequutore, qui citationem fuit exequutus, ibi: *Mi dissero, che andassi nella Catedrale e quando d. Monsignor Vicario Generale abbia finito di dir Messa, doppo che anderà in un luogo appartato a spararsi de Paramenti sacri, dopo spogliato l' intimarete d. citatione*, Cui testi omnis adhibenda est fides, quia deponit de facto proprio *Gozzad. con. 13 num. 60 Menoch. de Arbitr. lib. 2. cas. 99. n. 11. & Rot. dec. 528 num. 17. par. 18. rec.* Et quia à Vicario productus fuit, & ejus persona, & dictum approbatum *l. Si quis testibus*, ubi *DD. C. de Testib. & Rot. dec. 3. n. 6. cor. Cels. & dec. 327. num. 8. cor. Priol. & dec. 329. num. 10. & 11. par. 19. rec.*

Minus relevat in Jure dicta responsio, quia Authores omnes, exadverso citati, & quotquot citari possunt, permittentes vim patienti censuras fulminare, nullo servato Juris ordine, loquuntur, quando vis infertur de facto, & quando constat, saltem summariè, vim inferentem esse in culpa, turbando de facto alterius Jurisdictionem, ut apertè se declarant omnes Authores, in contrarium citati, nempe *Card de Luc. in Miscel. Eccles. disc. 15. n. 9.* ibi *Adversus rebelles, & contemptores, vel turbatores de facto, ista arma, tanquam per speciem defensionis adhibere oporteat: Panimol dec. 90. n. 15. & seq.* ibi: *Ad resistendum exequutioni, de facto sequutę contra Ecclesiasticam personam, & Sperel. dec. 48. n. 52. & 53.* ibi: *Quando censuræ feruntur ad resistendum exequutioni de facto, subsistunt, etiamsi de facto relaxentur, non ser. ser.*

Nullo autem modo loquuntur nec loqui possunt, quando, ut in nostris terminis, quis procedit uti Judex, & ser. de Jure ser. quia contra taliter procedentem de facto, & non servato Juris ordine, nihil attentari potest, juxta egregiam theoricam *Archidiaconi*, relatam *à Franch. in cap. Quia cunctis in fine de Concess. præb.* ibi: *Nec in contradictorem etiam facti inferre pœnam, antequam constet, contradictorem esse in culpa, turbando suam potestatem &c. Contradictorem autem Juris non potest punire secundum Archidiacon. &c.* idem *Franch. in c. Dilect. n. 9. de Sent. excom. in §.* ibi *Si Judex procedat, ut Judex, licèt malè procedat, & non servato ordine juridicario, non poterit eidem de facto resisti, sed per viam Juris Salust. Tiber. in Prax. lib. 3. c. 7. n. 50.* ibi: *Quę tamen intelligenda est, ut talis Judex possit coercere illos, qui de facto, non autem qui de Jure se opponunt & Rot. dec. 366. n. 4. cor. Coccin. & dec. 4. n. 11. de Sent. excom. cor. Achill. de Grass.* ibi. *Non potest aliquid facere contra resistentes de Jure, licitè secus sit contra rebelles, & dec. 271. n 6. cor. Put. lib. 3* ibi. *Non potest excommunicare, nisi contradicentes de facto, & non habet Jurisdictionem, nisi contra rebelles, vel resistentes indebitè*: & habemus in hac parte celebrem *Gloss. in c. Pro illorum verb. Contradictores de Præbend.* idem generalitèr docentem in qualibet materia, quam sequuntur *Perret ad Extravag Ambitiosæ Verb. Infringere n. 20. de Reb. Eccles. non alien. Rebuff. in Prax. Benefic. de Form. & declar nov. provis. verb. Contradictores Garz. de Benefic. par. 6. cap. 2. nu. 115. Lancel. de Attent. tit. de Attent. appellat. pend. par 2. cap. 12 limit 8. num 45. & Rot. apud Marchesi. de Commiss. par. 1. fol. 991. num. 3. & in par. 2. rec. dec. 375. num. 4.*

Quod autem Catenagus, ser. semper ser. & tanquam Juris contradictor processerit, relinquitur manifestum ex sola lectura utriusque Summarii, ex quo constat, quòd cognita inflexibilitate Vicarii in impediendo sibi suæ Jurisdictionis exercitium, nihil aliud fecit, quàm ad ejus notitiam deducere electionem sui Arbitri, adhoc, ut ipse proprium eligeret pro controversiæ terminatione, juxta literalitèr dispositam *in Concil. Trid. sess. 14. de Refor. cap. 5 versic. Aut*, & *in Constit. 9. Greg. XV. in Bullar. nov. tom. 4. §. 12.* in quorum sequelam, id practicandum esse in his casibus observant *Barbos. de Potest. Episc. alleg. 106. sub num. 27. Fusc. de Visit. lib. 2. cap. 23. num. 9. & Gavant in Manual. Episc. verb. Conservatores nu. 15.* Et talitèr operando dicebatur Contradictor de Jure, non autem de facto, ut probant *Lancel de Attent. par. 2. cap. 12 de Attent. apell. pend limit. 8. sub nu. 45 Rebuff. in Prax. Benefic. tit. de Form. & declar. nov. provis. verb. Contradictores*, & firmavit *Rot. dec. 271. in fine cor. Put. lib. 3. & dec. 366. nu. 4. cor. Coccin.*

Ea verò, quæ in hoc proposito exadverso involvuntur de defectu Jurisdictionis Conservatoris, de discussione, seu indagine, quam requirebat causa, & similia, non faciunt ad rem, quia hoc erat Arbitrorum munus, declarare, nimirum ad quem causa spectaret, nec id decidere poterat Vicarius, sibi justitiam ministrando contra *Tex. in leg. unic. Cod. Ne quis in sua Caus. judic. vel Jus sibi dicat*, ubi iniquum existimavit Imperator, in re propria Jus sibi dicere, & firmavit *Rot. dec 47. n. 1. & par. 15. rec.* Iidemque paritèr Arbitri dijudicare debebant, an in nostris terminis applicaretur resolutio *Papien.* in contrarium citata, & loquens in terminis, in quibus Religiosi sunt Actores, vel potiùs alia punctualis resolutio *Mediolanen.* emanata favore Religiosorum, quando isti sunt Rei, quam referunt, & sequuntur *Leo in Thes. For. Eccles. par. 5. cap. 3. n. 58. Peyrin. de Privil Regul. tom. 2. fol. 350. num. 56. Cherub. in Constit. 34. Paul. V. schol. 2. Barbos. de Potest. Episc. alleg. 81. num 13. & in Summ. Apost. dec. collect. 216. num. 21.* in qua *Mediolanen.* fuit resolutum, quòd etiam in illis casibus, in quibus plenaria causæ cognitio requiritur, quando Religiosi sunt Rei, ad Conservatores spectat, non ad Judices ordinarios illas decidere, quod firmavit paritèr *Rota*; sequendo citatam resolutionem *Mediolanen. in dec. 239. per tot. cor. Ubald. & in dec. 285. num. 6. & 7. par. 15. rec.* ubi, quòd Regulares in omnibus causis, in quibus Rei existunt, & etiam si agatur de exequutione Legatorum piorum, conveniri debent coram propriis Conservatoribus Declarando authoritates in contrarium citatas *nu. 11. & 12.* quòd loquantur, & intelligi debeant; contra Regulares, moram facientes extra claustra Et demum ad eosdem paritèr Arbitros decidere spectabant, an subsisteret in facto consuetudo, vigens in nostra Civitate favore Conservatorum, judicandi nimirum in omnibus causis, in quibus Regulares Rei sint, etiamsi causæ discussionem requirant judicialem, de cujus consuetudinis virtute generalitèr *Fagn. in cap. Cùm olim de Præscript. & Rot. cor. Coccin. dec. 370. num. 6.* Et in nostris terminis *Rimin. Jun. consil. 358 num. 20. 30. & seqq. lib. 4. & Cost. de Judic. num. 312 fol. mihi 346.* & resolvit hæc S. C. *in d. Papien. 6. Junii 1682. ad 1 dub.* ubi admittit Jurisdictionem in Conservatoribus, etiam in causis, judicialem discussionem requirentibus, quando ad favorem Regularium adducitur privilegium, *ut in Lib. 32. Decr. fol. 295.* Cui privilegio certum est, quod æquivalet consuetudo, vigens in nostra Civitate, ex adductis per *Scapp. de Jur. non script. lib. 5. c. 27. à n. 9. & Rot. dec. 251. n. 7. & 8 par. 19. rec.*

Adversus quæ non juvat asserere, quòd causa jam fuerat per sententiam à Vicario terminata, per appellationem ad Sanctam Sedem, & per recursum ad hanc S. C. devoluta, quando intimata fuit electio Arbitrorum. Quia declinatio Jurisdictionis Vicarii opposita fuit super prima instantia judiciali, facta à PP. Somaschis adversus PP. Minores Conventuales, & sic tempore habili; Cujus oppositionis declinatoriæ vigore, idem Vicarius præfixit terminum ipsis PP. Conventualibus ad docendum de facultatibus, & Jurisdictione Conservatoris, in quo termino pro justificatione fuerunt præsentata Jura per Notarium publicum in manibus ejusdem Vicarii. Appellatio paritèr opportuno tempore per Catenagum fuit interposita, scilicet statim post citationem ad sententiam, de mandato Vicarii exequutam, non autem post ipsam sententiam, ut videre est in Summario. Si igitur declinata fuerat Jurisdictio Vicarii in principio causæ, non poterat deinde in eadem causa se ingerere, minusque illam per sententiam terminare, sed erat omnino supersedendum, juxta literalem sanctionem Conc. Trident. *in sess. 14. de Refor. cap. 5.* ibi: *Si quæ inter ipsos Judices Conservatores, & Ordinarium controversia super competentia Jurisdictionis orta fuerit, nequaquam in causa procedatur, donec per Arbitros, in forma Juris electos, super suspicione, aut*

Juris-

Jurisdictionis competentia fuerit judicatum; Et quatenus ad omnes hos actus non minus nullitèr, quàm injustè, & precipitantèr devenire voluit, isti perinde habendi sunt, ac si nullatenus emanassent, juxta theoricam *Bartol. in leg. Quia poterat n 3. ff. Ad Trebel.* de qua *Rot. cor. Priol. dec. 266. n. 11. & cor. Ottbob. dec. 52. eod. n. & cor Dunoz. jun. dec. 280. n. 9.* 42

Quibus omnibus additur alia inexcusabilis nullitas dictæ excommunicationis, tanquam latę, nulla habita consideratione, imò in manifestum spretum appellationis ad S. Sedem interpositæ, & recursum ad hanc S. C. Vicario notificati; Non enim post eandem appellationem licitum eidem erat ad sententiam devenire, juxta animadversa per *D. Bern epistol. 156. ad Innoc. Papam in suis Oper. fol. mibi 1533.* ibi. *Et post appellationem tui nominis ausi sunt exercere*: & concordat *Gloss. in can. Sententia verb. Timenda est 12. quæst. 3.* & firmavit *Rot. dec. 306. n. 1 cor. Priol.* & in *Hispalen. Jurisd. 24. Jan. 1694. §. Censt. cor Card. Priol.* & meliùs *Sperel. dec 48. n. 7.* ibi: *Secunda nullitas dicebatur resultare ex eo, quia excommunicationis sententia lata fuit post primam appellationem, occasione citationis interpositam; Excommunicatio autem lata post appellationem est ipso Jure nulla: Marcbant. in Tribunal. Sacram. tr. 4. tit. 1. sect. 2. quæst. 2. concl. 1. vers. Injusta fol. 82. Panimol. dec. 96. annot. 2. n. 4. Achill. de Graff. dec. 4 num. 7. de Senten. excom. & dec. 496. num. 5 par. 14 rec.* ubi *num. 6.* quòd conclusio est vera, etiamsi agatur de appellatione extrajudiciali, quia ob reverentiam omnino à fulminatione excommunicationis abstinendum est, *& dec. 75. n. 7. part. 18. & 277. à n. 22 par. 16. rec & cor. Cocc. dec. 1533. n. 1.* ubi, quòd non adest minimum dubium, quin evidentèr nulla sit excommunicatio lata post appellationem. Et in individuo casus nostri, hoc est in terminis excommunicationis, à Vicario Generali latæ contra Conservatorem post appellationem, resolvit hæc S. Cong. *in Turritana Censurarum 2. Aprilis 1672. ut in Lib. 27. Decr. fol. 348.* 43 44 45 46

Non attento si dicatur, Vicarium ad excommunicandum processisse ex actibus posterioribus, per Conservatorem ipsum factis; Quia omnes isti unicè consistentes in operationibus juridicis, & fer. fer. legitimè ab eo fieri poterant, ex allegatis supra; Et in omnem casum semper recurrit intercalaris illa propositio, præ oculis semper habenda, quòd Vicarius, ex supra allegatis, non poterat sibi Jus dicere in Causa propria, quodquè non erat Judex competens in hac parte, in qua dum allegabantur hinc inde Doctorum authoritates, & hujus S. C. resolutiones, vel pro terminatione competentię Jurisdictionis debebat suum Arbitrum eligere ad formam Con. Trid. & *Constit. Greg. XV.* Vel expectare debebat hujus S. C. Oraculum, & facta reverentialia erga eandem S. C. conjungere cum speciosis illis verbis, quæ leguntur in contrario Summario, non autem verbis obsequium, & reverentiam ostentare, factis autem negare. 47 48

In eadem Causa

ATtentis Juris principiis non possunt in dubium revocari nullitas, & insubsistentia excommunicationis contra Conservatorem latæ, sed dicitur exadverso, quòd Vicarius non tenebatur servare aliquas solemnitates, quia non processit uti Judex, sed tanquam Pars, de facto, & vim vi repellendo. 49

Strictè igitur ad ostendendam insubsistentiam hujusmodi responsionis, præmittimus, certum, & indubitatum esse, quòd etiam in illis casibus, in quibus Judex Ecclesiasticus procedere potest extrajudicialitèr, utì Pars, & de facto, atque vim vi repellendo, si nihilominus viam eligat judicialem, & non adimpleat de Jure adimplenda, gesta ab eodem manifesta laborant nullitate, & nullo modo substineri possunt juxta originalem doctrinam *Innoc. in cap. Venerabi i num. 4. & 5. de Censib* quam sequuntur ibidem *Joan. Andr. & Abb.* uterquè *num. 2.* idem *Abb. in cap. Cùm venissent num. 10. vers. Si verò procedat de Judic.* ibique *Dec. num. 57. & 58. Ancbar. num. 5. & Butr. num. 8. Felin. in cap. Cùm sit Romana num. 16. de Appellat. & in cap. Sacro num 6. vers. Quartò limita de Sent. excom. Fagn. in cap. Procurationes num. 34 & 35. de Censib* ubi meritò redarguit imprudentes Judices, qui cùm validè procedere possint extrajudicialitèr, & de facto, potiùs eligunt viam judicialem, sequè adstringunt ad Juris ordinem servandum *Ugolin. de Censur. tabul. 1. lib. 2. cap. 18. Menoc de Arbitr. cas. 543. num. 29. Dian. Oper. moral. tom. 5. tract. 1. de Excom. resol. 2. num. 1. & resol. 4. num. 5 Panimol. dec. 96. adnot. 1. num. 40. Ridolpbin. in Prax. par. 1. cap. 14. num. 162. Card. de Luc. in Miscel. Eccles. disc. 15. num. 9. vers. Aut verò*, ubi, quòd in his casibus error palmaris est adhibere formam Processus judicialis, & *Rot. decis. 122. n. 8. & 9. par. 15. recent.* ubi, quòd in hac propositione, tanquam certa, & indubitata, omnes Authores conveniunt. 50 51 52

Quòd autem in nostris terminis processerit Vicarius utì Judex, non tanquam Pars, neque de facto, & extrajudicialitèr, manifestè deducitur ex Intimatione. Ex Decreto suspensionis ab officio per annum. Ex Præcepto pœnali; Et ex aliis actibus, in utroque Summario registratis, quos ad probandum judicialem processum ad nostrum præcisum effectum considerat *Rot. in dec. 422. num. 4 coram Bicb. & dec. 390. num. 4. & dec. 828. eod. num. coram Cerr. & dec. 398. num. 14 par. 16. & dec. 178. num. 1 & dec. 723. num. 2. par. 18. recent.* 53

Quia verò aliqui ex EE. PP. ad praxim reducentes *tit. 11. lib. 2. Cod. Ut* scilicet, *Quæ desunt Advocatis Partium suppleat Judex*, inter informandum objecerunt, quod cùm post hos actus judiciales, Catenagus citare fecerit Vicarium, de mane scilicet die 17. Octob. 1699 ad dicendum causam, quare non deberet excommunicari, ad repellendam vim, quæ sibi prætenditur per hanc citationem illata, potuit deinde procedere extrajudicialitèr, & de facto. 54 55

Respondemus, sat esse observare, quòd hęc citatio non fuit actus, stans de per se, & independens ab antecedentibus operationibus juridicis, per Catenagum factis, sed consequutivus, & connexus, imò nedum implicitè, sed explicitis verbis contentus in alia pręcedenti citatione, reste Episcopo in Relatione, huic S. C. transmissa ibi: *Transmisit aliam citationem pro comparendo die Lunę 19 ejusdem mensis Octobr. in Tertiis ad dicendum causam, quare non deberet declarari excommunicatus, prout in pręcedentibus citationibus continebatur*: & ibi: *Idcirco inbærendo illæ citationi &c. ad allegandum causas, quare excommunicari non debeat &c. iterum, atque iterum citetur &c. ad alligandas causas &c.* ut in contraria Sententia. Si igitur Vicarius cæperat, & continueverat judicialitèr procedere contra Catenagum, eo tempore, quo hanc citationem contra ipsum exequi fecerat, reiteratio ejusdem citationis, utpote actus non novus, nec independens, sed omnino connexus, & consequutivus, imò identificè idem cum antecedenti, non potuit ei præbere motivum ordinem judicialem incæptum deserendi, & omnia, inde sequuta, dicuntur judicialitèr peracta, ut in fortioribus terminis firmavit *Rot. dec 598. n. 4 cor. Serapbin.* ibi *Quod patet ex prima citatione, obtenta à Vicariis, ex quo enim cæptum fuerat agi judicialitèr, omnia sequuta censentur judicialitèr facta, & dec. 306. n. 6. par. 9. rec.* ibi: *Et justum est, quòd ab initio cæptum fuerit judicialitèr agi, ut omnia deinde sequuta dicantur judicialitèr acta.* 56 57 58

Et nihilominus dicimus, quòd Vicarius etiam post hanc reiterationem citationis, adhuc processit judicialitèr, ut ad oculum demonstrant citatio, & sententia, contra Catenagum exequuta, & lata, ex quibus plura consideratione digna sunt ad effectum, de quo agitur. 59

I. Silicet concursus omnium personarum, ad verum judicium necessariarum nempè Judicis ibi: *De mandato D. Caroli Francisci Toscani*, Actoris ibi: *Instante Fisco Episcopali*, quod quinquiès reperitur in sententia, & Rei ibi: *Citetur D. Canon. Franc. Catenagus.* Non posse autem manifestiorem assignari demonstrationem Processus judicialis in puncto nostri casus his verbis probat *dec. 122. nu. 12. par. 15. rec. Sed è contrario judicialitèr processisse plura suadebant, & primò in instantia Oeconomi, qui gerendo partes Actoris, dum Baro pro Reo babebatur, ac Vicarius assumpserat illas Judicis, adfuit proculdubio concursus trium personarum, ex quibus Judicium formatur, juxta definitionem &c. Ubi enim agitur de sola naturali defensione, necessaria non est petitio, nec instantia, sed statim ad eam devenitur*, & generalitèr *in dec. 178. n. 1. p. 18. rec.* ibi: *Non enim in dubium revocabant judicialitèr processum fuisse, concurrentibus personis, de quibus in c. Forus de Verb. signif.* 60

II. Locus, in quo citatus fuit Catenagus ad comparendum nempe *cor. prefato D. Vicario Generali ad ejus Juris Tribunal. situm in Officio Cancellariæ prædictæ Curiæ Episcopalis*; Quomodo enim potest dici, Vicarium processisse de facto, & extrajudicialitèr, si citavit Catenagum ad comparendum *in Juris Tribunali*? Et quo modo potest dici voluisse vim de facto, & utì privatus repellere in eodem juridico Loco? Vis siquidem ibi repellitur, ubi quis eam de facto patitur, nec practicantur hæc in Juris Tribunali, nè verificetur inconveniens illud, ab *Innoc III* reprobatum *in cap. Qualitèr, & quando il 1. de Accusat.* ut scilicet inde injuriarum nascatur occasio, unde Jura expectantur, de quo paritès incon- 61 62

inconvenienti habemus *Text. in leg. Meminerit Cod. Unde vi.*

III. Forma citandi, hoc est: *Ad dicendum causam, quare non debeat declarari excommunicatus;* quam formulam pro juridica agnoscunt Doctores, quos in terminis excommunicationis, testantes de communi opinione, sequuntur *Genuen in Prax. Cur. Archiep. Neap. c. 53. de Excom. n. 16. & Amen. in Prax. crim. fol. 317. n. 272.* & in nostro casu *Rot. d. dec. 122. n. 16. par. 15. rec.* ibi: *Secundo ex forma citandi, quia citatus fuit Baro ad dicendum causam, quare non debuisset excommunicari, quæ forma certè judicialis fuit, quia ex illa petiit Vicarius exceptiones &c.* Si enim Vicarius mediante publica persona Exequutoris solemniter declaravit animum suum, se velle tanquam Judicem audire, recognoscere, & examinare juridicas exceptiones, & causas, à Catenago in suo Juris Tribunali legitimè deducendas, non potuit, neque debuit deinde Judicis personam absque nova causa mutare, & sub sacrosancto titulo, & denominatione Judicis, tanquam privatus, proditoriè, extrajudicialiter, & de facto procedere, per ea, quæ notat *Ridol. in Prax. p. 3. c. 1 n. 4. & seq.* & firmavit *Rot. dec. 1042. n. 7. cor. Emer. jun.*

IV. Motivum excommunicandi Catenagum *eo quia noluit, & non vult parere d. sententiæ declaratoriæ, & præcepto pœnali, eidem intimato.* Ad evitandam enim novam hanc speciem vis, quam inferre dicitur is, qui non vult parere alicui præcepto, eo quia credit, se ad id non teneri, & ad Superiores proindè appellavit, dicendum utique est, nec etiam à remotissimis applicari terminos repellendi vim, & operandi de facto contra eum, qui non obtemperat alicui præcepto, à quo ad Superiores appellavit. Præcipuè quia cùm Vicarius suam haberet viam ser. ser. deveniendi ad exequutionem pœnæ, in eodem præcepto comminatæ, eò minùs ad excommunicationem de facto contra Catenagum poterat devenire *cap. Dilecto de Sent. Excom. in 6.* ubi *Gloss. verb. Propter hoc, & Barbos. num. 1. Ricciul. de Jur. person. lib. 4. cap. 61. sub num. 1. Raynald. Obser. Crim. tom. 1. cap. 1. §. 9. num. & Card. de Luc. de Judic. disc. 9. num. 30. & in Miscell. Eccles. disc. 15. num. 9. vers. In tertio,* ubi, quòd quando prætenditur spretus præcepti pœnalis procedendum est ser. ser. & in figura Judicii, non autem extrajudicialiter, & de facto, *& Rot. dec. 327. apud Consil. Farin. tom. 2. & dec. 82. num. 3. cor. Ans.* ubi, quòd excommunicatio est subsidiarium telum, quo Ecclesia, tanquam benigna Mater, omni alio medicamine desperato, ferit inobedientes.

V. Sequentia verba citationis: *Quo termino elapso, & nihil legitimè deducto, hora immediatè sequenti compareat &c.* Considerando præcipuè dictionem illam *legitimè*, undique indicantem Judicis partes in Vicario, & Juris ordinem in procedendo, atq; excludentem operationes de facto, juxta observationem *Gloss. in cap. Consanguinei verb. Legitimè de Sent. & rejudic.* & animadversa per *Grat. de Diction. dict. 115.* ibi. *Dictio legitimè significat idem quod omni modo juridico,* & firmata per *Rot. dec. 290. num. 2. cor. Seraph.* ibi. *Dictio legitimè importat Juris ordinem,* citata in meis *Instit. Crim. lib. 4. tit. 2. num. 7. & 8.*

VI. Exquisita recognitio, consideratio, visio, pervolutio, perscrutatio, & ponderatio omnium actorum in causa ante prolationem sententiæ. Hujusmodi enim omnia non posse aliquo colore attribui privato, & operanti extrajudicialiter, atque de facto, sed Judici in Juris Tribunali existenti, & legitimè procedenti, adeò clarum videtur, ut sola lectura pro superabundanti demonstratione sufficiat.

VII. Comparitio, oppositio, & admissio Procuratoris Catenaghi ibi: *Qui vidit comparitionem factam per Josephum Mariam Beonium, defensorio nomine dicti Canonici,* quos actus qualificare processum judicialem benè observat *Rot. dec. 422. n. 4. cor. Bich. & dec. 396. n. 4. & 828. eod. n cor. Cerr.* & meliùs *Oliv. de For. Eccles. par. 3 qu. 2. n. 34.* ibi: *Sin autem pars compareat per se, vel per Procuratorem, & velit se defendere, resolvitur monitorium in simplicem citationem, & incipit causæ cognitio.*

VIII. Contumacia, accusata per Fiscum, ibi: *Nec non etiam contumaciam per dict. Fiscum Episcopalem super ea accusatam.* Ex nota siquidem praxi, de qua *Ridolph. in par. 1. c. 2. num. 24. & Cappuc.* pariter *in Prax. par. 2. cap. 3 num. 54.* contumacia non accusatur, nisi in actibus juridicis, atque omninò absurdum esset asserere, quòd Judex Ecclesiasticus, qui de facto in sua Jurisdictione turbatur, ad se defendendum extrajudicialiter, & de facto expectare deberet instantiam Fisci, accusantis contumaciam Invasoris, & lædentis suam Jurisdictionem, ut patet ad sensum, & firmavit *Rot. d. dec. 122 n. 12. & 13. par. 15. rec.*

IX. Demum tenor ipse contrariæ sententiæ, in qua nec syllaba legitur de prætensa vi, neque de asserta defensione Vicarii, & tamen, quòd ex hoc specificetur sententia, lata à Judice, utì Judice, vel tanquam Parte procedente, in terminis observat *Ricciull. de Jur. person. lib. 4. cap. 61. num. 71.* ubi, quòd quando contingit ferre Censuras extrajudicialiter pro Jurium defensione, formulam concipere debet Judex juxta facti contigentiam, ita tamen, ut vis explicetur, pro qua repellenda excommunicatio feratur. Crescitque robur hujus animadversionis ex combinatione citationis, in qua non vis, nec resistentia de facto, sed negligentia in non parendo præcepto dumtaxat exprimitur. Quòd autem sententia, taliter prolata, judicialem processum indicet, firmavit *Rot. decis. 828. num. 4. coram Cerr. & dec. 723. num. 2. par. 18. rec.*

Hæc, præscindendo etiam ab omnibus aliis hinc inde deductis, ad victoriam superabundare videntur, & nihilominus, ut omnium contrariarum animadversionum insubsistentia detegatur, dicimus, non obstare.

Quòd Vicarius in prœmio citationis asseruit, velle procedere ad terminos *c. Dilecto de Sent. Excom. in 6.* & ad resistendum facto de facto; Quia hæc est verè, & propriè protestatio contraria facto ex hucusque animadversis, & consequenter nihili facienda, *leg. Cùm in plures ff. Locat. & Rot. dec. 138. nu. 35. par. 15. rec.* Atque applicatur regula *Textus in leg. Multum interest. C. Si quis alter, vel sibi* scilicet, *quòd potui nolui, quod volui adimplere nequivi,* de qua *Rot. dec. 251. n. 19. par. 19. rec.*

Quòd citatio præmissa fuerit ex urbanitate; Quia id non concordat cum illius verbis, minùsque cum tenore sententiæ: In similibus enim casibus citatio ex urbanitate præmissa, seu monitio illa, de qua loquuntur *Innoc. Abbas, Butr. & Joann. Andreas in c. Venerabili de Censib.* continet solam, & simplicem notitiam, qualiter quis vult extrajudicialiter defendere sua Jura, quatenus vim inferens à violentia non desistat, juxta formulam, quam tradit *Ricciull. de Jur. person. lib. 4. c. 61. n. 20* & observat *Sperell. dec. 48. n. 53. vers. Sed benè* Nullo autem modo talis nuncupari potest omnibus numeris absoluta citatio, ad instantiam Actoris contra Reum exequuta, ad comparendum coram Judice, in Juris Tribunali sedente, & coram eo legitimè deducen. omnes juridicas exceptiones, ex supra probatis.

Quòd punctualis *dec. 122. par. 15. rec.* non sit Rotæ resolutio, sed motivatio difficultatum, & Extensoris particularis opinio; Quia difficultas illa, circa quam anceps remansit DD. sententia, respiciebat articulum, an Episcopus sit Judex competens in causa, concernente interesse suæ Mensæ, ut videre est *in n. 39.* Nihilquè habet commune cum alia conclusione, quòd quando Judex Ecclesiasticus, qui procedere potest utì Pars, procedit utì Judex, non teneatur servare solemnitates, circa quam potiùs absolutè firmat, id esse certum, & indubitatum, & in eo omnes Authores convenire, ut in n. 8. At quando etiam esset opinio unius Doctoris, nec etiam derogaret illius ponderi; Sat enim est considerare personam illius Eminentissimi Extensoris, omnium Scientiarum cognitione, prudentia, & integritate clarissimi, de quo cum majori proprietate sermonis affirmari possunt ea, quæ de *Suarez* asserit *P. Segneri nella predic. 39 n 4.* nempe. *Uomo, il cui voto equivale a quel di una intiera Università*; Præcipuè quia de more non loquitur absque ratione, nec sine authoritate magni nominis Canonistarum, nempe *Abbatis, Joannis Andreæ, Ancharani, Butrii, & Innocentii,* quem Patrem Juris, & meritò appellant *Specul. in prœm sui Specul. n. 16. & Thom Diploatar. Author ejus vitæ* impressæ *in princip. Comm. Decret.*

Quòd Vicarius benè processerit ad decretum definitivum, ex quo incompetentia illius Jurisdictionis, & dispositio Con. Trid. allegata dumtaxat fuerunt die 5. Octob. 1699. & causa erat jam terminata die 20. Junii antecedentis; Quia hoc non subsistit in facto, quod toto spiritu præ oculis haberi supplicamus. Hæc enim omnia, nedum allegata, & sæpiùs repetita fuerunt ante, & ipsomet die 20. Junii, ut fuit abundantissimè justificatum in facto.

Quòd à decreto Vicarii contradictoriè opposito Conc. Trid. & *Constit. 9* Greg. XV. non fuerit ad S. Sedem appellatum; Quia contrarium probavimus in Summario, ubi ulteriùs plura exhibita fuerunt privilegia huic Parti favorabilia, & apparet ex Summario Vicarii, ubi iterum, atque iterum appellatum fuit ab ipsa rejectione appellationis; Et hæc quoque appellationis rejectio diametraliter opponitur *Constit. 32. Innoc. X.* in qua literaliter determinatur esse admittendam, ut in *§. 4.* ibi. *An in casu, quo Regulares quicumque &c. exhibeant aliqua privilegia, & Ordinarii judicent, non suffragari*

gati casui, de quo agitur, & ad rem non facere, Regulares præfati possint, & debeant provocare ad Summum Pontificem &c. Respondit si verba privilegiorum sint obscura, & ambigua &c. Summum Pontificem pro interpretatione esse adeundum.

Quòd Catenago, juridicè operanti, potuit Vicarius resistere de facto, eo quia nullam habebat Jurisdictionem, sicquè habebatur tanquam privatus; Quia id procederet, si hoc esset indubitatum, juxta terminos Authorum, in contrarium allegatorum, secus verò dum erat, & est principaliter in controversia, ut in terminis explicando *c. Dilect. de Sent. Excom. in 6.* observat ibidem *Franch. n. 9.* cum istis verbis. *Si Judex procedat uti Judex licet malè procedat &c. non poterit eidem de facto resisti, sed per viam Juris*, & firmavit *Rot. dec. 271. n. 6. cor. Put. lib. 3. & dec. 4. n. 11. de Sent. Excom. cor. Achill. de Grass.* Imò attentis contumeliosis verbis & scandolosis scriptis, contra Catenagum prolatis, & transmissis, non alio motivo, quàm ex quo insistebat pro exequutione S. Conc. Trid. idem Catenagus Jurisdictionem, & facultatem habebat excommunicandi, nedum Vicarium, sed etiam ipsummet Episcopum quatenus similia attentasset, juxta *Text. literalem in c. Quia Pontificali de Offic. & potest. Judic. Deleg.* ubi *Gloss. verb. Alitèr, & Barbos. de Potest. Episc. alleg. 106. n. 37.*

Quòd non poterat Catenagus se ingerere in causa controversi Legati pii, ex quo Vicarius procedebat tanquam Exequutor decretorum Concilii Tridentini; Quia hoc nullatenus probat, imò nec de materia loquitur *Constit. 30.* Innoc. X. exadverso sępiùs citata. Minusquè applicatur *Pignatel. consult. 1. t. 3.* loquens de Legato Apostolico in Regno Sardiniæ, & referens resolutionem dubiorum in celebri *Angelopolitana* cum PP. Societatis Jesu, à quibus non benè infertur ad terminos nostri casus, vulgatis Juribus.

Quòd Vicarius devenire potuit ad excommunicandum Catenagum vigore Bullę in Cœna Domini tanquam usurpatorem Jurisdict. Episcop. non subsistit: *Quoniam ad hunc effectum requiritur, quòd hic prætensus usurpans sit destitutus omni probabili credulitate, quòd Jus ad se non pertineat, & certò sciat, Jus esse proprium Episcopi, & nihilominus sibi illud appropriare velit*; ut ex *Suarez, Filliuccio, Bonacina, Barbosa, & Pasqualigo* his verbis benè notat *Pignatell. consultat. 44. n. 14. to. 7. Raynald. Obser. crim. to. 1. supplet. 1. ad c. 10. n. 38. & Card. de Luc. in Miscel Ecclesi. disc. 19. n. 6. & 7.* ubi, quòd ita resolvit S. C. I. anno 1661. Quod quantum distet à casu præsenti de se patet, & comprobat ipsamet resolutio hujus S. C. *in Papien. 6. Junii 1682.* in qua etiam in causis, judicialem indaginem requirentibus, admittitur Jurisdictio Conservatoris quando ad favorem Regularium allegatur privilegium, cui certum est æquivalere consuetudinem, in nostra Civitate vigentem, ex adductis per *Scapp. de Jur. non script. libr. 5. cap. 27. num. 9 & seq. & Rot. dec. 251. num. 7. & 8. par. 19. rec.*

Quòdquè demum motus fuerit Vicarius ex zelo defendendi propriam Jurisdictionem; Quia hoc non correspondet privatæ æmulationi, ex uno vel altero titulo Catenago competenti, & aliis circumstantiis facti, ex quibus potiùs constat, ipsum undiquè spirantem minarum, injuriarum, & contumeliarum, de quibus in Summario, & in Relatione Reverendiss. Episcopi ad excommunicandum irato animo devenisse, quod non obscurè innuit idem Episcopus, ubi proximè cum istis verbis. *Repentina correptus indignatione.* Et tamen quanto excommunicatio gravior est pœna, tantò maturiùs, cautioriquè judicio, nec ex indignatione ferenda est, juxta celebre monitum *S. Leonis Magni Epistol 67. ad Episcopos per Viennensem Provinciam constitutos*, ibi. *Nec ad indignantis fiat hoc arbitrium Sacerdotis, quod in magni reatus ultionem invitus, & dolens quodammodo debet esse animus vindicantis*, & concordat *Textus in Can. Odio distinct. 86.* ibi. *Quod severiùs castigare necesse est, non sævientis plectatur animo, sed medentis.*

In eadem Causa.

PAlpabilitèr nulla, evidentèr insubsistens, & inexcusabilitèr attentata est excommunicatio, de qua agitur, Sive attendatur defectus omissę citationis personalis *c. Sacro de Sent. Excom.* Sive exequutio citationis *in honorabili, semperquè venerando die Dominico, in quo Preconis horrida vox filecere debet* ad literam *Tex. in l. Dies festos C. de Fer. & c. Conquestus eod. tit.* Sive omissio trinę monitionis, omnino necessariæ *c. Repræhensibilis, & c. Constitutionem de Sent. Excom. & c. Statuimus eod. tit. in 6.* ubi *Gloss. verb. Monitionem, & verb. Non teneat* observat, id *statutum fuisse propter Episcopos, qui statim excommunicabant.* Sive tempus noctis, quo fuit fulminata *c. Consuluit de Offic. & Potest Judic. Deleg.* ibi: *Ne judicium Ecclesiasticum exerceatur in tenebris &c.* & infra: *Ante noctis tenebras perficere:* Sive præcipitantia in illam ferendo *Can. Non in perpetuo 24. q. 3. & c. Cùm medicinalis de Sent. Excom. in 6.* ibi: *Puniat animadversione condigna, ut pœna docente discant Judices, quàm grave sit excommunicationum sententias sine maturitate debita fulminare.* Sive demum appellatio ad S. Sedem, & recursus ad hanc Sac. Congreg. interpositus juxta *Epist. 156. D. Bernard. ad Innoc. II. inter ejus Opera fol. mihi 1533.* ibi: *Etiam post appellationem tui nominis ausi sunt exercere: & Tex. in c. Cum contingat 36. de Offic. & Potest. Judic. Delegat.* quem sequitur *Rot. dec. 47. nu. 7. par. 15. rec.* Itaut his omnibus, etiam sigillatim consideratis, cum omni sermonis proprietate de eadem excommunicatione dici possit, quod: *Nec in opinione communi, aut Vulgi labiis nomen habere Sententiæ mereatur*, juxta aurea verba Generalis Concilii Viennen. registrata *in Clem. Pastoralis de Sent. & re jud.*

Pro illa autem substinenda dicitur exadverso, Vicarium processisse vim vi repellendo, & adfuise periculum in mora, inferendo exinde illius validitatem, etiam si nullum servaverit ordinem.

Verùm responsio, & contrarium Summarium non concordant, quia ex isto constat, Vicarium processisse utì Judicem, viamquè judicialem elegisse, & innumeros juridicos actus exercuisse, ut considerando eosdem actus in terminis firmavit *Rot. dec. 122. num. 12. & seqq. par. 15. rec.* & præcipuè *citationem ad dicend. causam, quare non debeat declarari excommunicatus*, quæ operatur, ut dicatur electa via judicialis *Rot. dec. 122. num. 16. par 15. rec.* Igitur omnino improprii sunt similes termini, & de subjecto non supponente piæ meditationes, quæ in hac parte inculcantur, sibiquè id deberet imputare egregiè *Fagn. in c. Procurationes n. 34. de Censib.* ubi *n. 35.* sequendo Canonistarum Patrem *Innoc. in c. Venerabili nu. 4. vers. Nec obstat. eod. tit.* meritò redarguit imprudentes Judices, qui cùm in similibus casibus procedere possint utì Pars, potiùs eligunt viam judicialem, sequè proinde adstringunt ad juris ordinem servandum *Felin in c. Sacro n. 6. de Sent. excom.* ibi. *Quarto limita nisi ferret excom. ad defensionem sui Juris, quando gerit vices Partis, ita dicit Innocent.* & priùs *in c. Cum sit Romana n. 16 de Appellation Ridolphin in Prax. par. 1. c. 14. num. 162.* ibi. *Quæ tamen limitatio procedit quando quis procedit extrajudicialitèr utì Pars, non utì Judex in judicio, & Rot. dec. 122. num. 8. & 9. par. 15. rec.* ubi, quòd in hoc tanquam certo, & indubitato principio omnes Authores conveniunt. Atq; applicatur regula *Tex. in l. Multum interest. C. si quis alter vel sibi*, scilicet, quòd potui, nolui, quod volui adimplere nequivi, de qua *Rot. d. 251. n. 19 p. 19. rec. Card. de Luc. in Miscell. Ecclesiast. disc. 13. n. 7. & 8.*

Et tamen in hac etiam parte factum non assistit, quia nulla exhibetur exadverso justificatio vis Vicario illatæ, minusquè probatur periculum aliquod, ad quod evitandum absque aliqua mora devenire poterat ad excommunicandum.

Non docetur de aliqua vi, dum omnes actus, per Catenagum facti, fuerunt operationes juridicæ, nempe Interpellatio pro electione Arbitrorum, Monitorium, Protestatio, & Citatio. An autem hæ subsistant, vel non, respicit illarum validitatem nullo autem modo ex illorum insubsistentia inferri posset, quod mutent speciem, quòdque ex actibus juridicis evadant operationes de facto, quibus de facto possit resisti, juxta *egregiam theoricam Franch. de qua supra.*

Nec probatur magnificatum periculum, quatenus enim Vicarius volvisset Catenagum prævenire in excommunicando, in quo exageratur periculum, poterat id commodè facere de die, ad suum arbitrium, à Solis ortu usquè ad meridiem, quo tempore, in Tertiis scilicet, cadebat citatio, contra ipsum exequuta; Recurritquè eadem responsio, quòd hoc periculum non consistebat in aliqua operatione facti, juxta terminos Authorum, de materia tractantium, sed in actu juridico, nempe in excommunicatione, quæ, vel erat nulla, & nullum afferebat periculum *leg. 4 §. Condemnatum ff. de Re judic. & Rot. dec. 605 num. 2 par. 18. rec.* & in terminis excom. *Sperell. dec 48. num. 12.* Vel valida, aut etiam dubia, & timenda potiùs quàm spernenda erat, juxta monitum D. Gregorii *homil 20. in Evangel.* congruam illam adducentis rationem: *ne & si injustè ligatus est, ex ipsa tumida repræhensionis superbia, culpa, quæ non erat, fiat*, relatus à *Card Sfondrat. in opsuc. cul tit. Legatio Romam Marcb. Lavard fol. 37.*

Præterea tunc solùm vim vi repellendo licitum est Judici

107 Ecclesiastico ordinem non servare in ferenda excommunicationis sententia, quando ei nulla alia temporalis superest defensio, quia si alia via temporali vim repellere potest, nullatenus est ei permissum, judiciorum ordinem invertendo, gladium excommunicationis de facto, & tanquam Pars tra-
108 ctare, juxta literalem sanctionem Generalis Concilii Lugdunensis sub Innoc. IV. registratam *in c. Dilecto de Sent. Excomm. in 6.* cum istis verbis. *Et quoniam adversus ejus nimiam potentiam sufficiens temporalis desensio sibi fortè non aderat, potuit &c se defensare*, ubi *Gloss. verb. Propter hoc*, & Canonistæ communiter signanter *Barbos.* ibi. *Prælatus contra nimiam potentiam hujus, qui cum vult suis bonis mundanis injuriosè spoliare, vel illa violenter occupare, potest si defensio temporalis sibi fortè sufficiens non aderat, spiritualibus armis uti, & Ricciull. de Jur. person. lib. 4. c. 61. n. 1. & Card. de de Luc. de Judic. disc. 9. n. 30.* Ratione adducta per Concilium
109 Trid. *sess. 25. de Regul. cap.* 3. quia scilicet Excommunicationis gladius, ecclesiasticæ disciplinæ nervus, sobriè, magnaq; cum circumspectione, & in subsidium dumtaxat, est exercendus ut vidimus supra, & observando mala, quæ ex facilitate excommunicandi proveniunt, egregiè advertit Card.
110 Sfondr. *in Opuscul. cui tit. Legatio Romam March Lavardini. fol.* 69. ibi: *Non hæc dico, quasi ignorem, quàm parcè sacris fulminibus uti oporteat &c. nec etiam me latet, quantum mali proveniat ex facilitate Censuras cumulandi.*

Quocumque igitur se vertat Vicarius, undiq; effulget insubsistentia, & nullitas excommunicationis, ab ipso latæ; Aut
111 enim contra facti evidentiam prætendit, sibi fuisse vim illatam à Catenago, & nec etiam poterat juridicum ordinem intervertere, quia majori conatu eandem assertam vim repellere poterat vi temporali. Erat enim suus Superior, poteratquè dicere, & facere ea, quæ de Centurione leguntur *Lucæ 7. 8. Ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me mi-*
112 *lites, & dico huic vade, & vadit, fac hoc, & facit;* E contra verò Catenagus illius subditus, vix tutus erat in Conventu PP. Minorum Conventualium, quorum arma, recursus ad hanc S. C. appellatio ad S. Sedem, lacrymæ, & orationes erant, ad *Tex. in Can. Si quis dist. 36.* & ad rem egregiè *D. Ambros. epist. 33. ad Marcellinam Sororem.* Aut verò insistit in
113 actibus juridicis, & inauditum est, quòd vim dicatur inferre Judex, quando Juris ordine servato procedit.

Mirum verò est, quòd ad probandam Causæ terminationem ante interpellationem Arbitrorum, ex hac parte factam,
114 adeo acriter insistatur ex adverso, imò in hac S. C. deducatur decretum Vicarii. Etenim decretum istud, tanquam ex diametro oppositum *Conc. Trid. in sess. 4. de Reform. cap. 5. & Constit. 9. Greg. XV. §. 10.* qualificationem potiùs merebatur, quàm exequutionem.

Patet hoc manifestissimè, dum Concilium Tridentinum, cujus verba ad literam registrantur in citata *Constit. Gregoria-*
115 *na*, expressè determinat, ut orta controversia super competentia Jurisdictionis inter Conservatorem, & Ordinarium, eligantur Arbitri: Vicarius autem, hac Arbitrorum electione contempta, seipsum Judicem fecit, judicandiq; facultatem sibi usurpavit. Prosequitur Tridentinum, *ut nequaquam*
116 *in causa procedatur, donec per Arbitros super competentia fuerit judicatum*, Vicarius verò oppositum præcepit ibi: *Mandavit, & mandat procedendum fore, & esse ad ulteriora.*

Quomodo igitur unquam poterit decretum hoc ab insubsistentia salvari; Quisnam constituit Vicarium Judicem supra Concilium, supra Pontificum Constitutiones? In causa
117 propria quanam authoritate jus sibimetipsi dicere ausit? Quid aliud facere poterant PP. Conventuales, ab hoc decreto insigniter gravati? Quid Catenagus, cujus jurisdictio lædebatur apertè, quàm ad formam Concilii electionem Arbitrorum interpellare, ad hanc S. C. recurrere, ad Summum Pontifi-
118 cem appellare? Si autem omnia hæc, quæ in Terris à Religiosis Viris fieri poterant, sufficientia non fuerunt, illisquè insigni fastu contemptis, laceratis intimationibus, nec sine contumeliosis verbis, & scriptis, adhuc ad ulteriora voluit procedere, omnia certè Jura clamare videntur nedum ha-
119 benda esse, ac si non emanassent, ut firmavit *Rot. dec. 130. à n. 24. usq; ad 28. p. 16. rec. & dec. 71. n. 2. & 3. cor. Ansald.* Et in præcisis terminis gestorum contra disposita in Concilio Tridentino in *dec. 1279. n. 17. & 18 cor. Emer. jun. & in Colonien. Jurisdict. 17. Aprilis 1679 §. Nec suffragari. & 29. Mart. 1680. §. Cùm enim cor. Alberg.*

Sed ulteriùs injungendum, ut ex actis Ecclesiæ Lau-
120 densis omnino aboleantur, ne in Curia Catholici Episcopi, deque Apostolica Sede in munere etiam Nunciaturæ benemeriti, legatur decretum, Conciliari dispositioni, & Pontificis Constitutioni literaliter oppositum, ut in simili asserit *Fras. de Part. Reg. Indiar. cap. 34. num. 52.*

Nulla habita consideratione eorum, quæ ex adverso exagerantur pro suadenda Justitia ejusdem decreti; iis enim, quæ huic objecto respodentes latè deduximus supra, addimus miram *Angelici Doctoris doctrinam in 2. 2. q. 60. art 2. in corp.* ubi 121 observat, ad justum judicium tria indispensabiliter concurrere debere, Authoritatem nimirum Judicantis, Justitiam, & Prudentiam, quòdq; etiam uno ex istis deficiente judicium semper dicatur vitiosum, illicitum, & insubsistens, deficiente scilicet authoritate, quia usurpatum, non concurrentibus 122 verò justitia, & prudentia, quia perversum, & temerarium, & concordat *Fagn. in c. Non potest. n. 6. de Sent. & re judicat.* ibi. *Nota ex Tex. duo copulativè requiri ad validitatem sententiæ, scilicèt justitiam causæ, & potestatem judicantis.*

Die 5. Junii 1700. proposita causa in C. C. sub dubio *An, & quæ censuræ, seu processus sustineantur*, responsum fuit: *Processum Vicarii usque ad sententiam inclusivè, & excommunicationem, ab eo latam contra assertum Conservatorem sustineri; Cætera verò hinc inde gesta non sustineri*, Repropofita verò die 4. Septembris ejusdem anni sub dubio, *An sit standum, vel recedendum à decisis, responsum fuit*: Recedendum 124 à decisis quoad censuras, latas à Vicario tantum.

DISCEPTATIO XVI.

Lunen. Sarzanen. affiliationis.

PRO

P. Stephano Berretta Carmelita

CUM

P. Provinciali Provinciæ Tusciæ.

ARGUMENTUM:

Affiliatio Religiosorum alicui Conventui quibus concurrentibus valida sit, & an ad illius subsistentiam concurrere debeant Vota Religiosorum, alibi moram facientium, quamvis sint filii Conventus, cui fit affiliatio.

Reperto Conventu Fivizzani in pessimo statu, tam circa Spiritualium, quàm Temporalium administrationem à Jo. Maria Ferrino, Provinciali Provinciæ Tusciæ, iste 1 in Visitatione ejusdem Provinciæ, facta anno 1702. recursum habuit ad solitum modum, efficaxq; remedium affiliandi eidem Conventui aliquem doctum, gravem, & expertum Religiosum, oculos proinde convertit erga P. Baccalaureum Stephanum Berrettam, cujus respectu omnes hæ qualitates, nec etiam hodiè ex adverso impugnantur, quem fer. fer. eidem Conventui affiliavit, præcedentibus nimirum beneplacito P. 2 Barberii, tunc temporis meritissimi Generalis, consensu omnium PP. Conventus *di Rocca Strada*, cujus erat filius, & similii uniformi consensu, & Voto omnium PP. Conventus Fivizzani, cui facta fuit affiliatio.

Ad Impediendum autem bonum d. Convventus, non defuerunt de more contradictionis spiritus, qui sub mendicato no- 3 mine Filiorum ejusdem, conventus Fivizzani, & sub insubsistenti supposito, quòd id practicari prætendebatur absque eorundem consensu, recursum habuerunt ad hanc S. C. pro retardando effectu talis affiliationis, obtinendoquè exorbitanti Rescripto, ut ad talis affiliationis insubsistentiam exquiri deberent etiam Vota illorum Religiosorum, filiorum dicti Conventus, qui à multo tempore absentes erant; Ab innegabili 4 tamen rectitudine EE. PP. nil aliud obtinuerunt, quàm remissionem earundem precum tunc temporis P. Generali, cum rescripto, *Audiatur P. Generalis*, qui die 7. Julii 1703. Priori ejusdem Conventus talem recursum notificavit.

Detecta autem insubsistentia suppositæ necessitatis exquirendi Vota absentium, nec non attento consensu omnium filiorum præsentium, & aliorum Religiosorum, tunc tem- 5 poris moram facientium in dicto Conventu Fivizzani, Inter quos aderant tres ex illis quatuor Religiosis, qui dictas preces huic S. C. porrexerant, idem P. Generalis post duos menses, & ultra, nempe die 15. Sept. ejusdem anni 1703. benignè fa- 6 cultatem affiliandi concessit, cum illa conditione, punctualissimè adimpleta, *purche vi sii l'assenso de' Religiosi, come prescrivono le nostre Sagre Constitutioni*, ut fuit punctualiter exequutum ex adductis in Summario.

In

In hoc rerum statu, & pacifica possessione talis affiliationis per triennium ferè, ex abrudto, non citato, neque audito eodem P. Berretta, modernus P. Provincialis, more belli, & adversus omnia principia, de facto processit ad declarationem nullitatis talis affiliationis; Pro cujus magni gravaminis reparatione, ex quo meliùs erat, ipsum ab initio non admittere, quàm ser. ser. receptum, turpiter reicere, juxta animadversa *in Tom. 1. par. 2 discept. 23. num. 53. & 60.* coactus fuit idem P. Berretta ad Urbem accedere, cum illis personalibus, & bursalibus incommodis, quae de facili excogitari possunt, quaeque magnis itineribus, longę morę in Urbe, & Causarum defensionibus, inseparabilitèr sunt connexa, ex notatis in *meo disc. de Ann. praestat. §. 2. n. 16. & seq.* instando apud P. Generalem pro revocatione talis injustae sententiae: Verum post plures menses, & pulchros discursus, non solum nihil obtinere potuit, sed coram hac S.C. ultimo loco exhibita fuit Relatio P. Procur. Gener. seu potiùs Restrictus omniũ praetensionum, tam P. Provincialis Provincialis Provinciae Tusciae, quàm Religiosorum Conventus Fivizzani, ab ipsis transmissarum eidem P. Procur. Gener.

Cùmque contenta in eadem Relatione nullam habeant facti, & veritatis assistentiam, idem propterea P. Berretta hodiè humilitèr petit, & firmitèr sperat reintegrationem obtinere ad suam affiliationem, qua, non minus nullitèr, quàm injustè, de facto, ut supra, spoliatus fuit, mediante Rescripto: *Affiliationem sustineri.*

Duo sunt, & aequè solida motiva, etiam separatim sumpta, quibus ejus innititur instantia, Primum respicit modum, & ordinem procedendi; Secundum verò Causae merita, seu insubsistentiam contrariorum praetextuum.

Quoad ordinem procedendi, non potest exadverso controverti, & positivè admittitur in d. Relatione, quòd idem P. Berretta citatus, & auditus non fuerit ante assertam sententiam P. Provincialis, & propterea ista laborat insanabili nullitatis vitio, opponiturquè talis operandi modus, nedum omnibus Legibus, sed ipsimet lumini naturali, ut dicitur *in Clem. Pastorali de Sent. & re jud* ubi proinde benè subjungitur quòd similes sententię, nec in opinione communi, aut Vulgi labiis, nomen habere sententiae merentur, & notat *Rot. dec. 496. n. 4. par. 14. rec. & dec. 277. nu 18. par. 16. & in August. Juris patr 20. Jan. 1695. §. Caeterae cor. Ursin.* & alibi quotidiè, cùm sit regula indubitata, nullam subtus Solem admittens limitationem; *Dum ipsemet Deus, cujus oculis omnia nuda, & aperta sunt, ut homines à praecipitandae sententiae prolatione compesceret, mala Sodomae noluit audita judicare priùs, quàm manifestè cognosceret,* juxta auream animadversionem S. Evaristi Papae, relatam *in can. Deus omnipotens 2. quaest. 1.*

Fortiùs, quia nulla urgebat necessitas cum tali, tantaquè praecipitantia ad dictam privationis sententiam de facto devenire, ut commendando Barbaros illos, qui Jonam condemnare noluerunt, antequam ipsum audirent, eo tempore, quo omnia erant in evidenti naufragii periculo, observat *D. Jo. Chrisost. hom. 1. de Poenit.* ibi. *Quod opus tuum? quae Terra tua? quo vadis? quo ex Populo es? &c. Sed & hi Nautae quamvis barbari, eum, qui in Judiciis optimus est, ordinem imitantur, & id quidem tanto pavore, tot fluctibus, tanta in ipsos circumstante procella!* Et improbando similem procedendi modum, contra resolutionem, captam ab integro Consilio nostri Ordinis, respondit haec *S. C. in Neapolitana, de qua supra par. 1. discept. 23.*

Adversus evidentem hanc nullitatem, nihil aliud dicit P. Procur. Gen. in Relatione, quam, quòd P. Berretta, recursu habito ad P. Generalem, nihil obtinere potuit, & nos dolentes in hac parte de nostro infortunio, idquè attribuentes solitis Causarum accidentibus, de quibus *Card. de Luc. de Testam. disc. 21. in fine Add. ad dec. 12. n. 63. par. 3. & Rot in Rom. seu Savon. Success. 8. Febr. 1706. §. 1. in fine cor. Ansald.* subjungimus, quòd, justitia mediante, id obtinere confidimus ab innegabili rectitudine EE. PP. eodem prorsus modo, quo in casu omninò simillimo practicatum fuit *in d. Neapolitana*; Cum illa tamen differentia, quòd in nostro casu P. Generalis merè passivè se habuit, neque improbando, ut debebat, neque confirmando factum P. Provincialis, in illo verò omnem suam, totiusque Ordinis Consilii authoritatem interposuerat, in privatione ejusdem Religiosi, cujus reintegrationem solemnitèr demandavit haec S.C. ut videre est *in d. discep. 23. n. 64.*

Quo verò ad Causae merita, ista non possunt esse evidentioria favore P. Berrettae, cujus respectu verificantur omnia necessaria requisita validae affiliationis, de quibus *Fontan. ad Constit. Ord. Praedic. Verb. Affiliationis n 4.* Consensus nempè Religiosorum Conventus *di Rocca Strada*, cujus erat filius: Similis consensus omnium Religiosorum Conventus Fivizzani, de quo agitur, ad quem fuit affiliatus, & tunc temporis P. Generalis benigna licentia, ex latè animadversis *in Instit. crim lib. 4. tit. 7. à num. 93. usque ad num. 111.* ubi, quòd haec S C. in simili casu mutationis Religiosorum ex proprio ad alium Conventum, facta cum praemeditatione, & dolo Superiorum, ad hoc, ut faciliùs sequantur affiliationes, solet ipsas declarare nullas, nulliusque roboris, & efficaciae.

Neque vis aliqua fieri potest in recursu ad hanc Sacr C. habito, sub nomine filiorum d. cti Conventus, duplici ratione.

Prima, quia ex contextu contrarii Memorialis patet, quatuor Recurrentes in eodem subscriptos, non institisse pro impedienda affiliatione, ad terminos Constitutionum permissam, sed pro exorbitanti gratia, ut illa fieri deberet *con il Voto de Padri Vocali, e figli di detto Convento, anche assenti*, quod uti regulis Juris oppositum, & à praxi hujus S. C. abberrans, à solita Justitia EE. PP. nullatenus obtinere valuerunt, & meritò, dum auditum nunquam fuit, neque unquam practicatum, quòd admittantur ad votandam pro, vel contra affiliationem illi religiosi, qui in alio Conventu ser. ser. constituti reperiuntur. Aliàs enim duplex haberent in his terminis votum, unum in illo Conventu, in quo reperiuntur, & aliud in illo, cujus sunt filii, adversus magistralem *Gloss. in c. 2. Verbo Ipsorum de Testib. in 6.* quam totum Mundum ad hoc probandum allegare, advertunt *Abb. in c. Cùm ex injuncto n. 10 & Fagna. n. 52. de Testib.* Et rationem assignat *Donat. Rer. Regul. to. 4 tr. 5. qu. 3 n. 12.* advertens, nomine Conventus ad nostrum effectum, non venire singulares illius filios, alibi dispersos, & in diversis Conventibus collocatos, sed Religiosos illos, qui dictum Conventum, & Communitatem tempore affiliationis componunt, & constituunt, & in praecisis terminis nostri casus, Partibus accerrimè informantibus, neque scribente resolvit haec *S. in Eugubina 29. Martii, & 27. Aprilis 1703. Pon. Eminentiss. Tanara* in qua, nedum admissa fuit pro valida aggregatio P. Pagnini ad Monasterium S. Petri Eugubii, Congreg. Olivetanę, facta à solis Religiosis, qui in illo tempore affiliationis reperiebantur, sed ulteriùs in concursu verorum filiorum ejusdem Monasterii, praelationem obtinuit ad Abbatiam, tunc vacantem, non obstante, quòd aggregatio facta fuisset cum solo consensu, & praesentia duorum ex 14. Religiosis, veris filiis ejusdem Monasterii, quorum 12. tempore aggregationis moram faciebant in aliis Monasteriis Religionis. Et *in Neapolitana Affiliat. 11. April. 1704. Pon. Card. Gabriel* in qua paritèr Procur. Gener. suam Relationem contra affiliatum huic S. C. tradiderat, & casus etiam erat, quòd, nedum major pars verorum filiorum Conventus, cui facta fuerat affiliatio, sed ferè omnes moram faciebant in diversis Conventibus Religionis.

Secunda ratio, ex qua patet, recursum, ad hanc S.C. habitum, nostrae affiliationi non obstare, ea est, quia sicuti expressè poterant dd. quatuor Religiosi recurrentes renunciare d. recursui, ab ipsis interposito, ad *Textus literales in l. Si quis in conscribendo C de Episc. & Cler. & in c. ad Apostolicam de Regular.* ita id facere potuerunt tacitè quidem, sed mediante facto, quod potentius, & efficacius est verbis *l. Paulus ff. Rem rat. haber. & leg De quibus ff. de Legib.* cùm concordantibus apud *Rot. dec. 21. n. 8. cor. Cels.*

Observando hìc solemne continere ęquivocum; ne dicamus manifestam falsitatem, assertionem illam contrarię Relationis: *Filii dicti Conventus, qui erant n 14 recursum fecerunt ad hanc S C* dum sola, & simplex lectura Memorialis, ab ipsis Recurrentibus subscripti, & originalitèr exhiberi in manibus Eminentiss Ponentis, ad oculum ostendit, manifestè palpare facit, fuisse 4. dumtaxat, nempè Fratres Jo. Franciscum Bordi. Laurentium Pallajum, Sanctem Cantonum, & Josephum Mariam Cavalcanum, quorum primi tres sunt illimet, qui deindè, conscientia ducti, recedentes à d. recursu, unà cum omnibus aliis Gremialibus nostri Conventus, votum affirmativum dederent, sequè subscripserunt affiliationi. Cum quo non concordat paritèr dicta contraria Relatio, gratis supponens, affiliationem sequutam, non cum omnibus Votis, sed cum sola illorum maiori parte.

Et ex hac evidenti insubsistentia in rebus adeò substantialibus, suppositis pro veris; cùm tamen sint evidentèr falsae, dignentur EE. PP. ponderare, an, & quanta fides adhiberi possit aliis insubsistentibus assertionibus, pariquè meditationibus, gratis ubiq; amplificatis in dicta Relatione, circa somniatam vim, & assertas violentias, quibus procurata praetenditur

tenditur nostra affiliatio juxta animadversa *per Rot. Aven. dec. 33. num. 1. & 2.* ubi refert illud *Virgilii Crimine ab uno Disce omnes.*

Ultra quòd omnia ista, utì involventia dolum, fraudem, & delictum, si in nullo genere personarum præsumenda sunt, juxta *Tex. in l. Dolum ff. de Dol.* quantò minus respectu qualificatorum Religiosorum? ut ampliando observat *Rot. dec. 512. num. 3. & dec. 808. n. 21. par. 18. rec. & in Rom. Pecu. 31. Jan. 1695. §. Elicitur cor. Muto.* Illamque proindè constanter rejecit hæc S.C. in d. *Eugubina*, cujus circumstantiæ illam aliqualiter suadebant dum ex 14. filiis Monasterii, duo solùm decrepiti, & ferè desperatę salutis, affiliationis tempore in illo reperiebantur.

Et tamen ad eliminandam omnem difficultatem in hac parte, talis prætextus violentiarum superlativè excluditur.

I. Ex attestatione P. Ferrini, tunc temporis Provincialis, in qua referendo tractatus nostræ affiliationis, ait; *E benche a questa figliolanza mostrassero qualche repugnanza li PP. Gio. Battista Bondi, e Santi Cantoni, capacitati dal bisogno di quel Convento, si quietorono, e con pace, e sodisfatione di tutti e con i Voti affirmativi il detto Padre fù ricevuto per figlio &c.* Priùs autem assignando motivum talis affiliationis, asserit, fuisse *per il bisogno, che detto Convento aveva, e di presente tiene, di qualche soggetto, capace al bisogno di fare qualche funzione in publico, e di chi amministri à Secolari il Sacramento della Penitenza.* Idemque repetiisse audivimus, cùm majori quidem energia, sed cum æquali veritatis assistentia, in familiari epistola, scripta eidem P. Procur. Generali circa eandem materiam.

II. Ex alia P. Danesii, Socii Provincialis, & presentis affiliationi, asserentis, illam sequutam fuisse *senza minaccia, violenza, ne espulsione alcuna de Religiosi, conforme tutto ciò costa apertamente ne Libri del medesimo Convento.*

III. Ex alia P. Grandetti ibi: *Fù affigliolato senza violenza alcuna, ne minaccia, ne aver rimosso, ne fatto venire alcun Religioso a tal' effetto &c.*

IV. Ex alia P. Zecchini, qui non solùm fidem facit de eadem veritate, sibi probè nota, sed ulteriùs asserit, id audivisse à tribus aliis qualificatis Religiosis, *quali tutti d' accordo mi risposero, non esser' altrimenti vero, che Lui li minacciasse, ne sforzasse in maniera alcuna, mà che solo li pregò volontariamente, e di buon' animo li diedero il loro voto affermativo.*

V. Ex alia P. Pallajæ ibi: *mi pregò senza minaccie &c. per acconsentire alla figliolanza di V. P. &c.*

VI. (Cæteris omissis) ex alia P. Belloccii ibi: *gli significo, aver sottoscritto il Memoriale, non perche Io sia stato violentato, mà solo in vigore della lettera del Reverendissimo Padre.*

Quibus qualificatis Religiosis plena adhibenda est fides; Tum, quia testantur de re, ipsis nota, & cujus pars magna fuerunt, itaut eis applicetur id, quod se se ipso scripsit *S. Jo: epistol 1. in princ.* Tum, quia sunt multi, & diversæ conditionis, & qualitatis, itaut prorsus inverisimile sit, quòd conspirare voluerint in veritatis perniciem, juxta animaversa per *Rot. dec. 11. num. 13. par. 18. rec.* cum concordantibus in *Tom. 1. par. 1. discep. 6. num. 38.* Tum, quia non deponunt de aliqua re, proprium concernente interesse, quo casu nunquam præsumendum est, quòd ad aliis complacendum, veritatem occultaverint, *Roland. conf. 38. num. 38. & seq. lib. 1.* ubi, quòd licèt plura sint genera delictorum, ad nullum patrandum solet quis absque lucro, vel utilitate moveri, quòdque hoc patet ratione naturali, quam solam allegare sufficit, *& Rot. dec. 43. num. 2. coram Ansald.* ubi, quòd majus argumentum exclusivum falsitatis excogitari non potest, quàm non lucrum illius, qui prætendatur, illam commisisse. Tum demum, quia nulla exadverso exhibita fuit authentica justificatio, contrarium probans, quę de facili vel ex Libro Conventus desumi poterat, vel ex attestationibus Religiosorum comprobari; Itaut aperta fronte cum *Lactant de Fals. Relig. lib. 1. c. 2.* dicere possumus, *Qui nos mentiri putat, proferat alios, quibus credemus?*

Et ex his manibus palpatur insubsistentia dictarum somniatarum violentiarum, & tamen, etiamsi essemus in dubio, adhuc in illo pro illarum exclusione, actusque validitate, semper esset respondendum, ut, omissis generalibus, in puncto nostri casus individualitèr respondit, & practicavit hęc *S. C.* in dicta *Neapolit. Affiliat. 12. April. 1604. Pon Car. Gabriel.* cum rescripto *Affiliationem P. Bonaventuræ de Nicolao Ord. Min. S. Franc. sustineri;* Non attentis similibus prętensionibus vis, & metus, quibus procurata asserebatur, prorsusque neglectis affectatis attestationibus aliquorum Religiosorum, de illis deponentium, licèt approbatis à Procur. Gener. ejusdem Ordinis, imò concurrebat etiam in eodem casu alia pariter circumstantia, quòd affiliatio facta fuerat tempore Visitationis, & cum præsentia Provincialis, ut verificatur in præsenti.

Non omittentes insinuare, quòd sumus in terminis Religiosi, adversus cujus personales qualitates nihil ex adverso dici potest, & ipsius optimæ qualitates in toto nostro Ordine notorię sunt, itaut, etiamsi aliquod superesset dubium, adhuc illius affiliatio sananda esset, juxta laudabilem praxim hujus S.C. de qua *Card. de Luc. de Benef. disc. 11. n. 10. & de Canon. disc. 28. num. 6. & de Regul. disc. 53. n. 4.* & practicavit hęc *S. C. in Quiten. 24. Aprilis 1693. Pon. Card. Nigrono.*

Die 27. Augusti 1706. proposita in S.C. E. causa per Card. Grimaldum, responsum fuit *Audiantur Patres Conventus, ad quem.* Vide *Tom. 3. par. 2. discept. p. 16. à n. 296.*

DISCEPTATIO XVII.

Comen,

PRO

Monialibus S. Margharitæ Lugani

CUM

Sorore Lucretia Riva.

ARGUMENTUM.

Monasterium an possit facere furnum, vel aliam officinam subtus Cellam, quam sibi ædificavit Monialis. Refertur casus singularis ejectionis Monialis à Monasterio, per vim facta ab aliis Monialibus, unà cum pœnis, quibus fuerunt subjectæ principales delinquentes.

IN Suburbio Lugani, Comen. Diœcesis, reperitur Monasterium Monialium sub Invocatione S. Margharitæ, pro cujus ampliatione ex speciali conventione fer. fer. inita die 26. Aprilis 1679. Moniales illæ, quæ in eodem Monasterio professionem emittere volunt, earum, sive eorum Consanguineorum arbitrio, propriis sumptibus construere valent Cellam, sub illa tamen lege, & conditione, ut Cella taliter constructa, servire possit, & debeat pro usu, & habitatione ipsius Monialis construentis, nec non pro alia ipsius Sorore, seu nepte, quatenus in futurum post ipsius obitum Religiosum habitum in eodem Monasterio susciperet.

In alia verò parte ejusdem Conventionis literalitèr disponitur, ut solum, sive fundus, super quo ædificantur à particularibus Cellæ, remaneat in pleno dominio ipsius Monasterii, & totius Capituli, itaut in eodem solo, seu fundo arbitrio Capituli possint Moniales ædificare subtus dictas Cellas *tutto ciò, che il Monastero giudicarà di commodo* pro servitio publico ejusdem Monasterii.

Annis retrò elapsis recepta fuit in nostro Monasterio Lucretia Joanna Riva, quę sibi propriis sumptibus Cellam construere fecit, prout precedenter practicaverant 14. aliæ Moniales, quę propriis sumptibus Cellas construere fecerunt, ut est in confesso inter Partes.

In principio autem anni 1704. furnus, quem nostrę Moniales habebant pro communi servitio Monasterii, prorsus inutilis remansit, dirutusq; neq; illum in eod loco rędificare poterant, ob situs inaptitudinem, & penitus incommodum, atque post diligentem recognitionem situs cujuslibet partis Monasterii, non fuit inventus aptior illo, qui reperiebatur subtus Cellam dictę Monialis Rivę, in quo proindè illum ędificare censuerunt, attenta dicta speciali reservatione dominii situs favore Monasterii.

Tempore, quo parabantur necessaria cęmenta pro illius ædificatione, eadem Monialis Riva à dissentionis spiritibus instigata, sub prętextu quod ejus Cella redderetur inhabitabilis ex proximitate furni, conclamavit ad Ordinarium Comen. à quo, inauditis Monialibus, reportavit rescriptum pro suspensione ędificationis furni, attento quòd eidem Episcopo suppositum fuit, mediante depositione unius testis, adesse evidens damnum ejusdem Rivę, ac faciliorem esse illius constructionem in alia parte Monasterii.

Facta igitur diligenti recognitione ejusdem partis, in qua pręsupponebatur facilior constructio ejusdem furni, compertum extitit, quòd non nisi cum proximo periculo violationis clausuræ, d. Furni elevatio fieri poterat, ac ulterius median-

diante quamplurium primi nominis Peritorum, relatione apparuit erronea prætensio damnorum, itaut Cella Monialis Rivæ nullo modo damnificari poterat, non solùm ob distantiam, quæ remanet inter Cellæ pavimentum, & superficiem furni, recognitam ab eisdem Peritis *in quattro braccia, & oncie sei*, sed etiam ob grossitiem parietis, seu pavimenti supra furnum construendi, eo quia ad omnem dubium damnorum eliminandum ex consilio eorundem Peritorum *la volta del nominato forno dovrà farsi massiccia, e riempirsi i fianchi, spianata sopra, e mettervi sopra il suo buon Gerone, e poi lasciarlo aperto di sopra, che possa spirar l'Aria.* 10

Quocirca Episcopus meliùs informatus, non definitivè, sed per solum provisionis modum, mandavit, ut facta per Monasterium, & Moniales Capitulariter congregatas obligatione consignandi Rivę aliam Cellam ad sui beneplacitum in casu quo sua damnificaretur, vel demoliendi furnum, & in alio loco illum reædificandi, possent, & valerent eędem Moniales ad ejusdem furni elevationem, & constructionem devenire. 11

Quamvis autem talis provisio esset potiùs Monasterio præjudicialis, & damnosa, quàm Rivæ eædem nihilominùs Moniales promptè paruerunt mandatis eorum Antistitis, & ad effectum tollendi omnem colorem ulteriori prosecutioni litis, Capitularem obligationem libenter emiserunt, ac postmodum furni constructionem ordinarunt, quæ in effectu fuit etiam incepta vigore ejusdem provisionis, ut supra captæ à dicto Ordinario, & post earum Capitularem obligationem. 12

In hujusmodi tamen statu non contenta Riva dicta rationabili provisione, & æquissimo temperamento recursum habuit ad ass. Commissarium Nuncii Apostolici Elvetiorum, in eodem Loco Lugani existentem, sed quia non solùm minùs legaliter notitia hujusmodi recursus nostris Monialibus transmissa fuit, verum etiam quia publica necessitas nostri Monasterii suadebat prosecutionem furni, illiusque promptam terminationem, ut possent Moniales panem coquere, ideò furni ædificatio terminata fuit, furnusque in usum positus. Undè reclamante eadem Riva apud eundem Nuncium, nostris Monialibus inauditis, de facili mandatum pro purgatione assertorum attentatorum obtinuit. 13

At quia hoc medio tempore prædicta Monialis Riva ausa fuit obedientiam tunc nostræ Abbatissæ scandalosè denegare & ulteriùs illam in publico loco, & præsentibus omnibus Monialibus contumeliis afficere, ideò inhærendo dispositis in Constit. nostri Monasterii, eidem Rivæ Sacramentorum usus, donec veniam peteret ab Abbatissa, ab ordinario Confessario denegatus fuit. 14

Verùm notitia talis suspensionis usus Sacramentorum ad Nuncium, cum magna forsan veritatis alteratione perventa, loco approbandi pœnam, à nostris Constitutionibus inflictam, absque ulla facti informatione, placuit eisdem afflictis Monialibus novam addere afflictionem, non sine maximo Civium scandalo, suspendendo ab exercitio sui officii, tam innocentem Abbatissam, quam probum, probatumque Monialium ordinarium Confessarium, eidem subrogando P. Guardianum Cappuccinorum, absque necessariis facultatibus, licet à prudentia, & rectitudine Episcopi post talem declarationem, statim fuerit ei necessaria facultas transmissa, qui novus, inexpertusque Confessarius, majora addidit fomenta Monialium dissentionibus, recusando absolvere illas, quæ ex conscientiæ stimulis, prætensionibus asserti Commissarii Nuncii adhærere recusabant, scientes, ipsum moveri ad substinendas partes Rivæ sub fine matrimonii, quod procurabat concludere inter ipsius Neptem, & Rodulphum Rivam ejus fratrem, facileque erat Nuncio prævidere talia dissentionis semina, à multiplicitate Confessariorum derivari posse, nimis enim in regimine cujuscumque Communitatis nota est observatio illa Taciti *lib.12.* Annal. *si ab uno regerentur intensiorem fore disciplinam*, quam refert, lateque exornat *Gaballinus de Scient. Canon. tom.1. lib.4. cap 9. qu.2. n.1.* 15 16 17

Placuit insuper eidem Nuncio, non minus nulliter, quàm injustè, semperque nostris Monialibus inauditis, ad solam instigationem, & falsas suggestiones ejus Commissarii favore Monialis Rivę ferre sententiam revocatoriam dictę ęquissimæ provisionis Episcopi, in eademque sententia adversus publicum Instrumentum reservationis dominii, favore nostrarum Monialium, de quo doctum fuit Summario, declarare nullum jus, nullamque actionem competiisse, neque competere Monialibus super constructione furni subtus Cellam dictæ Rivæ, mandatumque de manutenendo in eadem sententia relaxare, postpositis fundatis precibus per nostras 18 19

Moniales eidem humillimè porrectis, mediantibus duabus Epistolis, eidem Nuncio scriptis circa veram facti relationem, in Summario exhibitis.

Habuerunt proindè recursum nostræ Moniales adversus dictam sententiam, & mandatum ad A.C. à quo de mandato Auditoris SS. remissa fuit Causa ad hanc Sac.Cong. à qua pro solita Informatione remissis nostris precibus, tam eidem Episcopo Comen. quàm Nuncio, supervenit primo loco Informatio ejusdem Episcopi, cum pluribus documentis annexis, quæ mirificè comprobat, & verificat factum, per nos recensitum, deinde verò secundo loco supervenit altera Informatio Nuncii in Summario exhibita. 20 21

Cùmque in præsenti Congreg. proponatur Causa, nedum circa merita constructionis Furni, & purgationis prætensorum attentatorum, sed etiam circa expulsionem dictæ Monialis Rivæ à nostro Monasterio, in omnibus favore nostrarum Monialium speramus obtinere responsum. 22

Decretum siquidem, seu extrajudicialis provisio Episcopi super constructione furni, nullum importabat præjudicium ex animadversis per *Rot. dec 212. num. 11. cor. Priol. & dec.38. nu.31. par.9. rec.* dum per illam præservabantur Rivæ omnia jura, vel pro demolitione ejusdem furni, vel pro concessione alterius Cellæ ad ejus contentamentum, quatenus damnum aliquod à constructione furni reciperet. 23

Erat pariter eadem provisio, nedum rationabilis, & æqua, sed omni jure fundata, quia solum, seu fundus, in quo controversus furnus fuit ædificatus, spectat ad nostrum Monasterium, adeòq; in illo ad libitum nostrarum Monialium ædificari poterat quidquid pro ipsarum necessitate, & commodo eis videbatur, juxta notissima Juris principia, de quibus in terminis Monialium, ædificantium Officinas Monasteriorum in proprio solo, seu fundo, egregiè *Rot dec 279. à nu.1. par.9. rec. & in Tarent. Fabric.25. Junii* 1694. *§. Assistit. cor. Pio, & in Neapolit. Fabric.22. Jan.* 1700. *à § Stetit. coram Muto, & in Neapolitan. altiùs tollen.12. Martii* 1700. *§. Neque cor. Card. Caprar.* 24 25

Quod verum est, etiamsi cum elevatione novæ Fabricæ concurrat Vicinorum præjudicium, quando Fabrica non fit ad æmulationem, quæ non solùm nunquam præsumitur respectu Monialium, ædificare volentium, ut in specie notat *Menoch. de Arbitr lib.2. centur.3. cas.156. num.9. Gail. observ.69. num.30 lib.2. Vivius dec.306. num.1 eodem lib.* & firmavit *Rot. dec.374. in fin. cor. Cels. & dec.48. num.2. cor. Emer. sen. & dec. 272. nu.3. par.19. rec. & in d Tarent. Fabric. §. Assistit cor. Pio*; Sed semper positivè dicitur exclusa, quando, ut in nostris terminis verificatur, concurrit utilitas Monialium, ædificare volentium *Castr. in leg Cum eo in princ. ff. de Servit. urb. præd. Marsil. singul.184. in fin. Alciat. de Præsumpt regul. 3. præsumpt.23. Rot. dec.2209. à num.16. cor. Coccin. & dec 61. nu. 15. par.17. rec. & in d. Tarant Fabric. §. Assistit. cor. Pio, & in cit. Neapolit. §. Neque in fine cor. Card Caprar.* 26 27 28

In nostris autem terminis, ultra hanc claram Juris dispositionem, assistit Monialibus etiam specialis conventio, ex qua habemus, reservatum fuisse specialiter situm subtus Cellas Monasterii ad effectum ibidem ædificandi quidquid Monialibus congruum videbatur, & in effectu subtus alias Cellas, propriis sumptibus à 14. aliis Monialibus ædificatas, constructæ reperiuntur omnes Officinæ, nec etiam exclusis illis, quæ continuum annexum habent rumorem, & incommodum, sicque applicatur in nostris terminis dispositio *Tex. in l. Ille, aut ille, ff. de Legat.3.* & undique apparet moderatio nostrarum Monialium, emittentium favore Rivæ sibi adeò præjudicialem obligationem, vel demoliendi Furnum, vel eidem dandi aliam Cellam ad sui beneplacitum, quando absq; ulla licentia judicis vigore literalis conventionis propria authoritate Furnum subtus Rivę Cellam construere poterant. 29 30

Fortiùs quia ex concordi Peritorum relatione palpabatur manibus, quod non solum Furnus prædictus nullum poterat afferre præjudicium Cellæ superiori, sed in toto Monasterio non reperiebatur, neque de præsenti reperitur locus aptior, quo ille construi possit. 31

Si autem omnes aliæ Moniales nostri Monasterii, quæ similiter propriis sumptibus sibi ędificarunt earum Cellas, nunquam reclamarunt, nec reclamant pro constructione strepitosarum Officinarum, subtus illas postea constructarum, ita quoque easdem imitare debet Riva, alias contrarium cum ipsa practicando, opus haberent nostræ Moniales officinas ad vitæ substentationem necessarias non subtus Cellas Monialium, sed in Viridariis, vel extra Clausuram construere & hoc ad servandam æqualitatem illam inter Moniales, quàm servandam esse in specie observavit *Rot. in d. Neapolit. Fabr. 25. Jan.* 1700. *§. Sed quod cor. Mut.* 32

Quæ

Quæ æqualitas eo magis inter nostras Moniales servanda esset, quo duæ ex illis, quæ dederunt Monasterio triplo majorem dotem, quam dedit Riva, subtus earum Cellas commendabili patientia supportant incommoda continui rumoris hauritionis aquæ à Puteo, & Fumi, atque caloris coquinæ, ut probant omnes Moniales in Processu, atque notorium est in nostro Monasterio, & Oppido Lugani.

Ut autem manibus palpent EE. PP. quod Riva, non ex motivo præjudicii, & caloris, sed ex aliis prætextibus, & ex ipsius natura, parum apta quieti, integrum nostrum Monasterium conturbavit, communemque pacem disrupit, dignentur observare, quod nedum in Urbe, sed in toto Orbe supra Furnos cum competenti distantia à pavimento constructos, omnes inhabitant, absque ullo scrupulo. In Monasteriis verò Monialium sine ulla limitatione id ad praxim reducitur, & in effectu in Monasterio S. Catharinæ Terræ Lugani; in quo Riva modò inhabitat, nedum supra Furnum adest solita Cella, sed in illa habitarunt semper in præteritum Moniales, habitavitque ipsamet Riva absque eo, quod minimum præjudicium passa sit, & tamen Furnus iste immediatè adhæret pavimento ejusdem Cellæ. Neque distat ab illo *quattro braccia*, & *oncie sei*, sicuti distat noster, ultra alias præcautiones, à Peritis demandatas, & expressas in Summario.

Si igitur in Monasterio S. Catharinæ nunquam reclamarunt Moniales illæ, quæ in præteritum inhabitarunt Cellam supra Furnum, & sicuti nec etiam reclamavit ipsamet Riva, eandem Cellam inhabitans, ita non videtur locus tot reclamationibus adversus Furnum, constructum in nostro Monasterio, ut de se patet.

Circa quem supplicamus ulteriùs observare, quod nostræ Moniales aperta fronte non semel, sed semper institerunt, tam coram Vicario Generali, quàm coram Episcopo Comen. pro visitatione Furni, noviter constructi, quam instantiam apud EE. PP. instantissimè etiam hodiè reiterant, ut fiat experimentum asserti caloris respectu Cellæ superioris, accenso igne in Furno, non juxta solitum, sed per plures dies, ad instar illius Babilonicæ Fornacis, de qua *in Daniel.* 3. 22. quæ experientia, denegata Nobis in partibus, veritatem hanc intra evidentiæ fines posuisset, & semper potest, dum absque Judicis interventu facta fuit, & inventum, quod nullum præjudicium afferre aptus est, nullusque nocivus calor ad superiorem Cellam transpirat.

Et ex hac animadversione duæ sequuntur, primum, quod omnis præsumptio militet pro exclusione talis præjudicii contra Rivam, recusantem tradere clavem suæ Cellæ, ad idem præjudicium recognoscendum, etiam quando ei id injunctum fuit ab Abbatissa sub formali præcepto S. Obedientiæ, ut in similibus terminis recusantis exhibere Scripturas notant communiter Doctores, adducti per *Cravett.cons.* 6.*num.*8. *Menoch.de Præsumption.lib.*2.*præsumpt.*91. *num* 4. *Monach. decis. Lucens.*57. *num.*10. & *dec.*103.*num.*3.*post* 2. *volum.cons.Farin.*& *dec.*722.*num.*11.*cor.Dunoz.jun.* II. verò, quod nulla sit præstanda fides attestationibus Medicorum, lite pendente procuratis super asserto præjudicio Rivæ, quia hujusmodi fides in his circumstantiis nullam facere fidem, in terminis nostri casus firmavit egregiè *Rot.in Neapol.Fabr.* 23.*Jan.*1700. §.*Non adversante cor. Muto*.

Et tamen, quando etiam aliquod præjudicium in his terminis verificaretur, sive in Cellæ insalubritate, sive ex quocumque alio motivo, quod absolutè, constanterque negamus, adhuc illud in nulla consideratione habendum est in concursu libertatis ædificandi in suo solo, juxta receptissimam DD opinionem, à supremis Tribunalibus quotidiè sequutam, ut videre est apud *Maran. resp.*2. *à num.*9. *tom.*3. *Capon. discept.*381.*num.*5. *Rot.cor Ubag.dec.*92.*num.*1. & *cor. Cels.dec.*375.*num.*1.& *in Neapolit Fabric.*30 *Jan.*1679.§. *Illius cor.Rondin.*& *in Neapolit. Ædificii* 4. *Junii* 1696. § *Potissimum cor.Pio*, & *in Neapol.Fabric.*22 *Jan.*1700. § *Idque cor.Mut.* ubi, quod damnum Vicini in his terminis tanti æstimandum non sit, ne possit impedire alium uti naturali libertate ad libitum ædificandi in proprio solo; Aliàs actum esset de observantia Regulari, si hujusmodi scrupulosæ subtilitates in salubritatis Cellarum motivum præbere possent Monialibus vexandi Monasteria, illorumque Officinas subtus proprias Cellas recusandi, ut patet considerandi.

Deveniendo ad prætensa attentata, quatenus per insubsistentem hypothæsim inhibitio Nuncii ostenderetur legitimè præsentata ante Furni terminationem, adhuc constanter dicimus, nulla adesse attentata. I. Quia provisio Episcopi facta fuit extrajudicialiter, de bono, & æquo, & uti decebat inter Monasterium, & Monialem particularem ejus filiam, ad evitanda jurgia inter Moniales, & non istæ distraherentur à divino servitio, in quibus terminis, sicuti à tali provisione nulla dabatur appellatio, ita inhibito illius vigore non erat apta causare attentata, ut observant *Leoncil.dec.* 48.*per tot.* & *Pignant. ad Statut. Ferrar. rub.* 33.*nu.* 18. II. Quia eadem provisio erat etiam inappellabilis ex quo nullum apta erat præjudicium inferre Rivæ, attenta obligatione Monialium, vel demoliendi Furnum, vel illi assignandi aliam Cellam, ad ejus contentamentum, quatenus verificaretur d. præjudicium. III. Quia inhibitio Nuncii, uti concessa clausis oculis, & non visis præcedenter actis Curiæ Episcopalis, erat ipsò Jure nulla, eique impunè non parere licitum erat, juxta decreta S. C. E. edita anno 1700. & approbsta à Clem. VIII. & ab Urbano VIII. anno 1624. quæ decreta uti leges observanda esse notant *Genuen.in Prax. cap.*38.*num.*42. *Quarant.in Summ.Bullar. verb. Archiepiscopi authoritas sub num.*20.*Card.de Luc.de Jurisd.disc.*112.*num.*3.*Bertachin.vot. dec.*11.*num.*1.& 2.& *Rot.dec.*33.*in princ.* & *dec.*158.*num.*1.& *per tot.cor.Emer.jun.* & resolvit S. C. C. *in Calagurit. Excessuum* 16.*Julii* 1695.*ad* 5.*dub.* & *in Hydrunt.seu Gallipol.*26. *Januar.*1697.*ad* 2.*dub.*& *in Pisauren seu Urbinat.Jurisd.*30. *August.*1698.& *in Sardiniæ Jurisd.* 15. *Maii* 1702.*ad* 3.*dub.* IV. Quia urgebat necessitas in nostris Monialibus terminandi Furnum pro coquendo pane, parandisque aliis necessariis ad substentandam vitam, ne illa cum maximo dispendio extra Clausuram procurare cogerentur. Necessitas autem facit licitum, quod aliàs permissum non esset, juxta *Text in l.Si quis ita ff.Ad leg.Aquil.* atque teste *Demosthene*, relato *à Tiraquel.de Pœn.temper. caus.*33.*num.*2. *Necessitas veniam aliquam habet apud humaniter judicantes*. Et in terminis actus necessarii, gesti in vim provisionis, captæ à Judicibus, quod nunquam dicantur attentati, egregiè advertunt *Asin.in Prax.* §.31.*cap.*31.*limit* 2.*prin. à num* 6.*Lancel.de Attent par.*2.*cap.* 12.*limit.*43.*per tot* & *cap.*20. *amplia* 11. *num.*34. *Rebuff. de Sent.provis.in proœm. à num.*28.& *num.*133.& firmavit *Rot. dec.*139.*num.*4.*cor. Priol.* & *dec.*644 *num.*8.*cor. Burat.* & *in Ferrar. Aquar.*4. *Decemb.*1651. §.*Et sine cor.Peuting.* nullatenus impressa inter alias ejusdem; V. Demum, quia posita ex hucusque animadversis justitia constructionis nostri Furni, applicatur regula, quod quando constat de bono jure attentantis, nunquam purganda veniunt attentata, ne id, quod hodie demolitur, cras sit reædificandum, ut uno ore observant adducti per *Surd cons.*154.*nu.*20.& 27. *Capicilatr. consult.*64.*nu.*35.& *Rot.dec.*64.*n.*42.*par.*17 *rec.*& *in Rom. Hæredit.de Ruspolis super Attentatis* 13.*Junii* 1704 *per tot.cor. Molines*, ubi testatur de inconcussa praxi omnium supremorum Tribunalium, confirmata 2. Martii 1705. *coram eodem*. Observando, id verum esse, sive in attentatorum purgatione insistatur à Parte, sive illa prætendatur Judicis officio.

Demum, circa expulsionem Rivæ negari non potest, quod primo intuitu, reque superficialiter considerata excessus videatur magnus, & delictum grave; Cæterùm, attentè perpensis antecedentibus, circumstantiis, & subsequentibus dictam expulsionem, illiusque causa medullitùs introspecta, id quod ex adverso exageratur pro crudelitate, & inhumanitate, apparet maxima pietas, & commendabilis affectio erga d. Rivam.

Supplicantes EE. PP. eorum sapientissimum judicium suspendere usque ad totius facti accuratam perpensionem. Certò enim confidimus in nostris terminis verificari id, quod scriptum reliquit *Senec. de Ira lib.* 2. *cap.* 29. nempe. *Multos absolvemus, si cæperimus antea judicare, quàm irasci*, dum ex tota facti serie, illiusque circumstantiis, de quibus in Processu, tali diligentia à Subdelegato Apostolico fabricato, & cum rigorosis formalitatibus, in Instructione Sac. Congreg. nullatenus præscriptis, ut congruè deservire valeat pro Formulario similium Processuum apparet, Moniales illas, quæ Rivam à nostro Monasterio ejecerunt, sequutas fuisse exemplum pietatis Ruben. erga suum fratrem Joseph, quem cùm cæteri fratres occidere vellent, precibus ab eisdem impetravit, ut potiùs eum in Cisternam proicerent, ut prospero eventu practicatum fuit, idque à pietate alterius fratris Judę obtentum, ut venderetur, cum illis accidentibus, quæ leguntur *in Genes.* 37. 20 & *seqq.*

Ex omnium enim Monialium depositionibus constat, aliquas ex eisdem, ex intolerabili modo, quem Riva practicabat, illis desperationis extremitatibus accessisse, ut determinaverint illam occidere, vel veneno necare, vel in puteum proicere, vel alio armorum genere perimere, ad id provocatæ ab eadem Riva, quæ solita erat parvum tormentum manuarium, vulgo *Pistola*, subtus Regularem habitum gestare.

In

In tanta igitur animorum Monialium agitatione, & ex mediis à fœminili prudentia ad stabliiendam pacem in Monasterio excogitatis, & non semel inter ipsas Moniales in Viridario, & alibi secretò collatis, ultrò concedimus consilium eiiciendi Rivam de facto, & nullo Juris ordine servato in se ipso consideratum, malum fuisse, & ab omnibus detestandum, sed consideratis omnibus considerandis, delictum, non videtur adeò atrox, quale exadverso depingitur.

58

Præ oculis siquidem habendo antecedentia expulsionem, primo loco se offert animadversio, quod quando Nuncius revocavit provisionale decretum Episcopi emanatum nostris Monialibus nullatenus auditis, imò nec etiam illarum epistolis perlectis, eædem Moniales egrè ferentes gesta, verba, & irrisiones Rivæ, ejusque consanguineorum, & Commissarii, paratæ erant processionaliter se conferre ad Civitatem Comi, sperantes solatium aliquod recepturas à prudentia, & pietate eorum Antistitis. Quæ insolita æquè, ac strepitosa Processio ab attentione ejus Vicarii Foranei fortiter, & suaviter impedita fuit, ut uno ore deponunt Moniales omnes, in Processu examinatæ. Ex quarum depositionibus apparet etiam, Episcopum, dictumque ejus Vicarium Foraneum ad confirmandos animos Monialium in pace jam stabilita misisse ad illas nimis expertum Missionarium, ut eas disponeret ad exercitia spiritualia, quæ, una sola Riva excepta, omnes aliæ libenter fecerunt.

59 60 61

Ab hac autem prompta exequutione decreti Nuncii, tot suavibus mediis, & dexteritatibus Ministrorum Curiæ Episcopalis procurata, magis elati Rivæ Consanguinei non erubuerunt improprias Serenatas, & scandalosas Cantilenas propè Monasterium canere, illum circumiendo, non cum sonitu illorum Instrumentorum, & universi illius generis Musicorum, descripti *in Daniel.3.5.seqq.* Sed pro majori derisione, & vilipendio, cum sonitu Mortariorum, & Pistillorum, aliisque ignominiosis instrumentis, & cantilenis, quæ horret calamus hic recensere, & quæ nec etiam inter barbaras nationes in usu sunt, post cruentas pugnas, & memorabilia prælia, quæve detestati fuerunt etiam Achatolici Oratores Tigurinum commorantes, prout testantur etiam multi testes, omni fide digni, & alii in dignitate constituti.

62

Iterùm supplicantes hìc EE. PP. illorum misericordes oculos convertere ad nostras Moniales, similia propriis auribus audientes, magnaque patientia substinentes, ad instantiam unius ex illarum Sororibus, non alio prætextu, quàm ædificationis Furni, ex mera necessitate in proprio illarum Solo, & Fundo vigore cubitalis conventionis cum eadem initæ, quando ei situm ad construendam Cellam concesserunt, & postquam ad omnem abundantiorem cautelam clausis oculis se submiserant duris conditionibus capitulariter se obligandi, vel ad demolitionem Furni, vel ad tradendam eidem Rivæ aliam Cellam ad ipsius contentamentum.

63 64

Crevitque illarum afflictio ab ea consideratione, quod Nuncius ex falsis relationibus ejusdem Commissarii ad facilitandum matrimonium propriæ Neptis cum Rodulpho Riva insinuantis etiam eidem, quod non tenebatur obedire Abbatissæ, nedum preces Monialium exaudire recusabat, sed nec etiam illas audire volebat.

65

Ex quibus remanet manifestum, evidenter Moniales provocatos fuisse ad illam eiiciendam è Monasterio die 9. Octobris 1704. Ignoscendum autem esse illis, qui provocati in excessum aliquem prorumpunt, statuit rotundus *Tex. in l. Qui cum natu §. Idemque puto. ff. de Bon. libert.* ibi: *Ignoscendum est enim ei, qui volvit se ulcisci provocatus*, ibique *Gloss. verb. Retorsit.* & adductis concordantibus notant *Struv. de de Vindict. privat. cap.* 10. *Aphoris.6. num.9 & seqq. & Rayn. obser. crimin. tom.1. cap.11. §.1. num.29. & pluribus sequentibus.*

66

Secundo loco circa antecedentia animadversione dignum est, quod terminata jam dicta animorum alteratione in Monialibus, rebusque utcumque compositis, Rivæ Consanguinei recepto novo Nuncio alterius Decreti pro suspensione usus nostri Furni, cęperant jam secundum actum prioris Comediæ præparare, cum illis Monialium irrisionibus, quæ leguntur in *Processu fol.26.* Necnon in Parlatorio publicè, & palam se declarando velle per vim Januam aperire, Furnumque funditùs demolire, alta voce clamando. *Domani si farà la festa di demolire il Forno, & ogni cosa. Process fol.8 à tergo, & fol.15. à tergo*; quærendo ad dictum effectum Fabros murarios, qui id testantur in Summario; Riva autem per Monasterium deambulans Moniales omnes sibi obvias torvis oculis aspiciebat. A quibus actibus, impropriisque operationibus provocatæ, deliquisse dicuntur calore iræ, & consequenter minùs puniendæ sunt juxta *Tex. l.2. Cod. de Abolit. l. Aut facta, §. Caus. ff. de Pœn.* latè *Tiraquel. de Pœnis temper caus.1. num.1. & 2.* ubi ex *Aristot. lib.5. Moral. cap.8.* notat ea, quæ ob iram accidunt, injuriam quidem facere, sed non esse injusta, aut prava, *Farinac. quæst.91. à num. 1. & Conciol. Resol. Criminal. Verb. Iracundia Resolut. unic. per tot.* cum aliis *in meis Institut. crimin. lib.4. tit.7. num.22.*

67 68 69

Tertio loco notanda est anteacta exemplaris vita omnium nostrarum Monialium, à qua magnum sumunt DD. argumentum minorationis pœnarum sequentes elegantem *Text. in l. Non omnes in princ. ff. de re militari*, ut videre est apud *Alex. cons.121 in princ. lib.7. Tiraquel de Pœn min caus.51. à num.1. & num.162. Raynald obser. crim. tom 2 in addit. ad cap. 18. §.7. num.55.* Quæ eo magis emicat ad nostrum effectum, quo è contra Monialis Riva semper quietis inimica in præteritum innumera dedit specimina, Religiosæ vitæ contraria nedum circa obedientiam, scandalosè recusatam Abbatissæ, quando sub formali præcepto illam exigere voluit, ex supra animadversis; Sed etiam circa gestationem armorum prohibitorum, nec etiam exclusis Pistolis; Unde applicari videntur ea quæ scripta reliquit *Cassiodor lib.1. variar epistol. 5.* his verbis *Cogi debet, ut sit quietus, qui suo vitio renuit esse pacificus*; Et demum circa exercitia Spiritualia, quæ ad ver. monitum Innoc. XI. de quo *Crispin.* nella *Visit. Pastor. par.2. §.22. num.34.* nec ipsa facere unquam voluit, nec ab aliis Monialibus fieri procurabat, itaut ejus Soror probatæ vitæ Monialis in nostro Monasterio, ad se eximendum ab importunis operationibus, & dissuasionibus ejusdem, elegerit quidem illa facere, sed clam, & inscia d. ejus Sorore.

70 71 72

Quoad concomitantia expulsionem, nedum ad minorandam pœnam, sed ad penitus tollendam omnem umbram delicti, superabundaret unica illa reflexio, quod Moniales, eiicientes Rivam à nostro Monasterio, in eo fuerunt sensu, & opinione, quod ipsarum Regula ipsis expresse tribueret talem facultatem, ut apertè se declararunt in *Process. fol.9. fol.45. à tergo fol.47. in fin.* & alibi Verba autem Regulæ *lib.1. tit. de Correct. fratern.* sunt sequentia. *E se egli ricuserà il gastigo, scacciatenelo dalla Compagnia vostra, ettandio, che egli partire non ne volesse, che questo non sarà atto di crudeltà, ma di misericordia, acciocche, come morbo pestilentioso, non infetti, e sia la rovina di parecchi altri, e cap.12. de Implor. ven. & remiss. injuriar.* ibi: *Ma chi mai non vuole chiedere, o non lo chide di cuore, se pur non è scacciato dal Monastero, almeno vi sta senza, o con poca ragione.* Delinquenti autem sub credulitate non delinquendi, nunquam attribuitur delictum juxta *Tex. literalem in leg. Igitur ff. de Liber. caus.* ibi: *Et generaliter quoties quis justis rationibus ductus, vel non justis, sine calliditate tamen, putavit se liberum &c. & in l. De ætate §. Qui justo, ff. de Interrog. action & in l. Clam possidere, ff. de Acquir. possess. Farinac quæst 90. inspect.1.2.3. per tot. & Tiraquel. de Pœn temperand. caus.43. nu.1. & seqq.* quos sequutus fui *in meis Instit. crimin. lib 4. tit.7. à num.10.* Neque ad hunc effectum credulitas, & opinio non delinquendi debent esse undique justæ, & subsistentes, sed sat est, quod sint talis naturæ, ut ex illis moveri potuerit delinquens, ea ratione, quia ignorantia, sive justa, sive injusta semper excludit dolum, sine quo non datur delictum, ut benè discurrunt, *Clar. in Prax. quæst.47. vers. Quæro nunc, Tiraquel. de Pœn. temper. caus.4?. num.5.* ubi, quod à dolo excusat etiam credulitas bestialis *Amen. de Delict. & pœn. tit.7 §.7 nu.14. & Rot. in Rom. hæredit. de Ruspolis 13. Jun. 1704. §.39. cor. Molines,* ubi, quod ad hunc effectum sufficit quæcumque causa, etiam levis, colorata, imaginaria, fatua, & bestialis.

73 74 75 76 77

Et tamen circa concomitantia expulsionem magnam quoque merentur animadversionem multitudo Monialium delinquentium, sexus fragilitas, illatumque simplicitas, ut, considerando omnes istas qualitates, notant adducti in meis *Instit. Crim. lib.4. tit.8. à n.43 & n.59 & seqq.*

78

Demum circa subsequentia expulsionem, supplicamus observare, quod sunt jam effluxi septem menses, in quibus Moniales multas luerunt pœnas, tam spirituales, quàm corporales. Neque silentio prætereunda est illarum ingenua confessio, ante omne principium Processus facta Episcopo, & replicata SS. D N. in supplicibus Libellis, his verbis: *Che però confessando Noi tutte il nostro errore, e colpa, ne chiedemo à V. B. il perdono, e misericordia di questo nostro trascorso.* Apud omnia siquidem Tribunalia semper pro minoratione pœnæ magnificata fuit circumstantia illa habendi confitentes reas, ex latissimè animadversis per *Tiraquel. de Pœn. temper caus.38. per tot.* cum aliis, citatis in meis *Instit Crim. lib.4. tit.7. num.112.*

79 80 81

Con-

Concludentes nostras preces cum illa animadversione, quod adversus Moniales, ex illarum maximo infortunio, omnia conspirarunt ad hoc, ut expulsio Rivæ ad praxim reduceretur. I. quia eadem Riva obstinatione inaudita acceptare recusavit æquissimum temperamentum, sibi oblatum à Subdelegato Apostolico. Quia Nuncius probè sciebat Monialium consilium, & conventionem eiiciendi Rivam, id referente Abbatissa Monasterii S. Catharinæ, ubi eadem de 82 præsenti degit. Sicque illa multifariam impedire poterat, & tamen etiam rogatus impedimentum nullum opposuit 83 contentus dumtaxat ordinem dedisse ejus Commissario, ut post casum sequutum, & consummatam expulsionem, eandem Rivam collocaret, in Monasterio S. Catharinæ, ubi de præsenti reperitur; Et III. Quia Episcopus informatus ab ejus Vicario Foraneo Canevali in genere de novis dissentio-84 nibus inter Moniales, occasione dicti decreti circa suspensionem usus Furni, ordinavit quidem reiterationem exercitiorum spiritualium, mittendo ad d. effectum nimis expertum, 85 probumque Missionarium, sed ipsius sanctissimæ ordinationes pervenerunt ad Terram Lugani eo ipsodie, quo Rivæ expulsio jam sequuta erat.

Die 16. Mai 1705. per Card. S. Clementis proposita Causa in S C. E. rescriptum fuit: *Detur Episcopo facultas absolvendi cunctas, impositis pœnitentiis salutaribus, jejunio in die Jovis, & recitatione Psalmorum pœnitentialium in Choro bis in hebdomada: Quinque Moniales, principales delinquentes, detrudantur in carcerem formalem per duos menses, & priventur voce activa, & passiva ad tempus, arbitrio Sac. Cong. In reliquis dilata.*

DISCEPTATIO XVIII.

Senogallien. Funerum.

PRO

Joanne Cortellono.

CUM

Bernardino Siena Parocho.

ARGUMENTUM.

Parochus quænam prætendere possit emolumenta occasione funeris suorum Parochianorum; Et an possit pro se retinere sudariolum, cum quo administravit eis Sacramentum Extremæ Unctionis.

Extra mœnia Civitatis Senogall. reperitur Ecclesia Parochialis sub titulo S. Maria *del Sportone*, in qua regulariter 1 pauperes, & rustici sepeliuntur, unde adversus illos, utpotè prorsus ignaros, & idiotas innumeri abusus, & gravamina occasione funerum fuerunt introducta à Parochis, & in dies 2 introducuntur, præcipuè à moderno. I. Enim prætendit iste exigere ab heredibus defuncti obulos quinque pro quolibet lumine accenso in Domo defuncti, ibi: *Ancorche per l'Accidente, o per la povertà trovasse un lume di lucerna sopra ad un* 3 *Camino*. II. Prætendit exigere julios quatuor, quatenus associetur cadaver cum duobus luminibus, & julios quinque, quatenus associetur cum majori luminum numero. III. Ut in Cruce elevata, quá associatur cadaver, appendatur sem-4 per Sudariolum, seu Velum illudque ad ipsum spectet. V. Ut sibi tradatur alterum Sudariolum, seu Velum pro Cruce quæ defertur infirmo occasione administrationis Olei Sancti, & quatenus hujusmodi Sudariolum ei non placeat, exigit julium 1. V. Quatenus cadaver sepeliatur in ejus Ecclesia, nedum prætendit omnes Candelas, & Cerea, exi-5 stentia circa d. cadaver, & quæ cum funere portantur, quæ dumtaxat dicuntur emolumenta funerum, sed etiam prætendit alteram faculam, & 18. Candelas parvas, necnon novem similes Candelas pro Clerico, qui Crucem gestat, & alios 9. pro altero, gestante Vas Aquæ benedictæ; Quate-6 nus verò sepelliatur in aliena Ecclesia, in qua sepulturam habeat, vel illa fuerit electa, ultra solitam Quartam funeralem, prætendit etiam faculam supradictam cum dd. aliis 18. parvis Candelis, necnon 9. aliis pro Gestore Crucis, & 9. alias similes pro Gestore vasis Aquæ benedictæ, & denique quoddam aliud majus emolumentum pro associatione extra Parochiam, illud augendo, vel minuendo ad libitum.

Et quia prætensiones, & gravamina reddebantur intolerabilia pauperibus, qui, tanquam personæ idiotæ, nunquam in præteritum reclamarunt. Hinc de anno 1709. Joannes Cortellonus, alter ex Parochianis, à quo ex adverso prætendebantur Julii quinque pro associatione extra Parochiam cadaveris ejus Matris, quæ suam elegerat sepulturam in Ecclesia PP. Reformatorum d. Civitatis, habuit idem Cortellonus recursum ad Episcopum Senogallien à quo, licet fuisset ordinatum, ut servarentur Taxa Innocentiana, aliaque 7 Decreta hujus S. C. nihilominus Parochus, capta occasione accessus d. Episcopi ad Urbem pro Visitatione Sacrorum Liminum, curavit obtinere ab illius Vicario Generali, nedum contra d. Cortellonum, sed contra alios suos Parochianos, mandatum de manutenendo in quasi possessione exigendi non omnia, ut supra prætensa, quia forsan cognoscebat exorbitantiam, sed solos julios quinque, si cum majori luminum numero, necnon unum julium pro velo, seu quatenus placeat, velum ipsum occasione administrationis Olei sancti, & faculam, ac parvas Candelas pro ipso, pro Crucifero, & pro Gestore Vasis Aquæ benedictæ, & hæc omnia ultra Ceras illas, quæ circa cadaver deferuntur, & cum funere portantur, de jure solum debitas, ut ex accurata Relatione Episcopi, ibi: *Mesi sono passò da questa a miglior vita* 8 *Lucia, Madre di Cortellone &c. lasciandosi sepolta nella Chiesa de PP. Zoccolanti fuori di questa Città, & essendo Parocchiana, d. D. Bernardino Siena, Rettore della Parrocchia del Portone, similmente fuori della Città, questo consequì la Quarta della Cera, con la quale fu accompagnato il Cadavere, e l'altre Cere solite, oltre ciò, pretese paoli cinque per l'estrazzione del cadavere fuori della sua Cura, come asserì il detto Giovanni, e ne fece ricorso a me: Onde Io ordinai, che si osservasse la Tassa Innocenziana, da cui si proibisce l'esiggere cosa alcuna in simili occasioni, siccome anco si osservassero i Decreti di questa S. C. in ordine a gl'emolumenti funerali de poveri, che non possedono cosa alcuna, e che in vita si procacciavano con le proprie mani il vitto per se medesimi, e per le loro fameglie. In tempo poi, che Io mi trovava costì per la Visita de sac. Limini, il sudetto Curato introdusse giudizio avanti il mio Vicario contro il sudetto Giovanni, istando per la manutenzione della Quarta, & altri emolumenti funerali, perche detto Giovanni ricusava pagare li paoli cinque, che il Paroco pretendeva per il funere; non ostante, avesse ricevuto Quarta, & altre cose dovutegli, & anticipatamente il pannicello per l'Oglio Santo il Vicario decretò la manutenzione al Curato per qualunque emolumento, & esazzioni funerali, specificando, se il Cadaver sarà accompagnato da due lumi paoli quattro, e se da maggior numero de lumi paoli cinque, benche li Cadaveri non si sepellissero nella sua Cura, come anche un paolo per il Velo, e cere, non meno per lui, che per il Chierico, rilasciando il mandato contro detto Giovanni per l'accennati emolumenti. In virtù di detto Decreto il Curato si è fatto pagare da Contadini suoi Parrocchiani da chi sei, da chi sette, e da chi otto paoli.*

Remissa Causa ab Auditore SS. ad hanc S. Cong. fuit in genere concordatum dubium, de quo infra n. ultimo ad hoc, ut, cùm Partis prætensiones sint multæ, & quod plus est, augeantur in dies, dignarentur sub illo EE. VV. dare cer-9 tam regulam cum positiva expressione omnium illorum emolumentorum, quæ tantùm in posterum exigi debent à Parocho, ejusque Successoribus, & licet illud sufficiens fuisset pro totali Causæ resolutione, adhuc concordatum fuit etiam 10 alterum super non minus exorbitanti, quàm nova prætensione Sudarioli, seu unius julii loco illius, Rogantur itaque EE. PP. tollere adeo intolerabilia gravamina, pauperesque Parochianos ab illis eximere.

Aut enim defunctus nil in vita possidebat, sed erat pauper, itaut vivens se, ejusque familiam proprio labore sustenta-11 bat, & hoc casu videtur respondendum, nulla deberi emolumenta Parocho, imò esse sepelliendum, adhibitis per Parochum duobus saltem luminibus, non in particulari sepulchro, sed in illo, in quo cæteri non pauperes sepeliuntur, ex clara dispositione *Rit. Rom. sub tit. de Exeq.* & ex punctuali resolutione hujus S. C. *in Cassanen.* 5. *Maii* 1617. quam referunt, & sequuntur *Passarin. de Stat. Homin. quæst.* 187. *art.* 4 *inspect.* 3. *nu.* 166. *& seqq. & Abb. Justin. in addit ad Novar. in Summ. Bullar. fol.* 12. *& Amostaz. de Caus. piis lib.* 6. *cap.* 3. *sub* 12 *nu.* 46. & concordat in hac parte *Statut. Cler. Urb tit. de Merced. associan. funer. c.* 6. *§.* 21. *in addit.* Taleque est Votum dict. Episcopi Senogallien.

Aut defunctus possidebat Bona, & est substinguendum, nempe, vel sepelitur in Ecclesia Parochiali, vel in altera, in qua habet sepulturam, seu inibi illam elegerat; Si in Pa-13 rochiali supplicamus resolvere, nil aliud deberi Parocho, nisi omnia

omnia Intorstitia, faculas, Cereos, & Candelas, quæ circa cadaver apponuntur, & cum funere portantur, ut claris verbis disponitur in *Extravag Inter junctas §. Porro*, *vers. de funer. de Privileg.* ibi: *Funeralia verò intelliguntur, quæ cum funere deferuntur, & in Constit. 41. §. 11. Sancti Pii V. in Bullar. nov. tom. 2* & notat *Gloss. in Clem. Dudum §. Verum ne Parochiales verb. Funerib. de Sepul.*

Si verò sepelitur extra Parochiam, supplicamus resolvere, deberi Parocho quartam dumtaxat dd. Intorstitiorum, facularum, Cereorum, & Candelarum, quæ circa cadaver, ut supra, apponuntur, & cum funere portantur, ut habetur 14 *in d. Piana Constit. d §. 11.* ibi: *tantùm Ceræ, quæ in aliquibus partibus deferri contingerit tempore, quo defunctorum corpora ad Sepulturam deferuntur, &c.* Cui se conformavit d. Episcopus in d. Informatione, ibi: *la solita quarta de lumi, che si accendono al Cadavere, e le faccole, e Candelette, e non altro.*

Non attento prætextu assertæ consuetudinis exigendi, ultra dicta funeralia, obulos etiam quinque pro quolibet lumine, 15 accenso in Domo defuncti, necnon quandam aliam summam pro illius extractione à propria Parochia, quando fuerit alibi electa sepultura julios quatuor, quando associatur Cadaver cum quatuor luminibus julios quinque, quando associatur cum majori luminum numero, insuper Sudariolum, quod appenditur Cruci sub qua asportatur d. Cadaver, & denique alias summas quotidie exadverso prætensas. Talis enim consuetudo, cùm sit quid facti, venit plenè, & concludenter 16 probanda cum suis requisitis, ut cumulatis concordantibus, firmavit *Rot. dec. 403 num. 9. par. 19. rec.* non autem cum simplicibus, & mendicatis fidibus, ac extrajudicialibus attestationibus, nullum probationis gradum facientibus, ex cumulatis per *Rot. dec. 700. num. 27. par. 2. dec. 39. num. 44. d. dec. 405. n. 9. par. 19. rec.*

Fortiùs quia potuerunt ea, quæ hodiè exadverso prætenduntur, extorqueri voluntariè, ab Hæredibus defunctorum, 17 atque ad se ipsos eximendos à lite cum proprio Parocho, in quibus terminis, uti actus facultativi, apti nullatenus sunt ad inducendam consuetudinem obligatoriam, & si per mille annos probarentur exerciti, ex adductis per *Trancbed. consul. 47. num. 8. Gratian. discept. 287. nu. 16.* & firmatis per *Rot. dec. 360 n. 14. & 15. par. 4. tom. 3. & dec. 544. n. 21. par. 18. rec.*

Minus nocet, quod quando sepelitur cadaver in Ecclesia Parochiali, quatenus defunctus bona possedisset, exigi sal- 18 tem debeat medietas julii pro quolibet ex luminibus, cum quibus associatur dictum cadaver, ut practicatur in Cathedrali Civitatis.

Quia, præscindendo ab inspectione, an dicta consuetudo Cathedralis sufficienter dicatur probata, utique in nostro casu non est allegabilis, quia respicit solam Cathedralem, sicque non extenditur ad Ecclesiam Parochialem, dum consuetudo non extenditur de loco ad locum, ex cumulatis per 19 *Rot. cor. Emer jun. dec. 407. num. 6 & dec. 304 num. 9 par. 12. rec.* minusque de casu ad casum, sed est probanda in casu individuo, & circa locum de quo est quæstio, *Rot. cor. Ludovis dec. 45. num. 6. & dec. 162. num. 2. & seqq. & in rec. dec. 211. num. 5. par. 8.*

Ex quibus infertur etiam negativa resolutio alterius dubii super traditione Sudarioli, seu veli, aut julii unius in locum 20 illius, occasione administrationis Olei sancti, de quo loquitur Episcopus in dicta Relatione, ibi: *Usano alcuni Curati in Campagna, per quanto mi vien riferito, dopo d'aver ministrato il Sacramento dell'estrema unzione, lasciare al letto dell' Infermo un Crocifisso, che hanno recato a tal effetto, il quale poi, o morendo, o risanando detto Infermo vien restituito al medesimo Paroco da' Parenti del medesimo Infermo, i quali unitamente con esso danno un panniciolo.*

Pro cujus faciliori resolutione non omittimus observare, quod juxta omnium Theologorum, & Canonistarum opinionem, Sacramenta omnia gratis sunt administranda, 21 adeout nec à sponte dantibus pro illorum administratione aliquid, vel minimum recipi possit, ut omissis generalibus in terminis Sudarioli, prætensi occasione administrationis Sacramenti extremæ unctionis, respondit *S. C. Visit. in Roman. 14. Maii 1699.* de qua *in meis Instit. crim. lib. 1. tit. 9. de Simon. num. 18.* ibi: *E per regola generale da non soggiacere a limita-* 22 *zione alcuna*, demandatur in Taxa Innocenziana, impressa apud *Pignatel consul. 11 tom. 8 § Parimente*, ibi: *Non potrà esigere, e ricevere emolumento alcuno, così in denaro, come in qualunque altra cosa in tutto quello, che riguarda l'amministrazione de' Sacramenti &c dell'estrema unzione, anzi s'incaricarica a Vescovi, e Prelati, e loro Vicarj, & Offiziali, che non lo permettano a' Curati &c. e particolarmente nel prendersi il piatto &c. overo Tovaglie, fazzoletti, & altre cose, dichiarandosi tutto ciò illecito.* Pro cujus Taxę observantia quotidiè respondere solent S. C. ut signanter practicavit *Sac. Cong. Visit. Apost. in citata Rom. 14. Maii 1699.* & respondit hæc S. C. in *Amalphitana 8. Julii ejusdem anni ad 3. dub. ut in Lib. 29.* 23 *decr. fol. 293. & S. C. E. in Acheruntina, seu Matheranen. 18. Martii 1706. ad 2. dub. Pon. Card. Colloredo.*

In eadem Causa.

SUmmo silentio exadverso involvitur in hac Causa Relatio, seu Votum Episcopi Senogallien. itaut de illa nec minima legatur mentio in contraria Scriptura, & tamen in factis appurandis, in maxima haberi solent consideratione ab omnibus Tribunalibus similes Relationes, ea viva ratione, quia Episcopi præsumuntur apprimè informati de qualitatibus suarum Ecclesiarum, deque consuetudinibus, in eorum 24 Diœcesibus vigentibus, ut cumulatis antiquioribus egregiè observat *R P.D. Petra ad Const. Apost tom. 3. fol. 72. num. 34.* & firmavit *Rot. dec. 234. num. 15. par. 16. & dec. 469 num. 34 par. 19. rec. & in Pampilonen. Exempt. 25. Jun. 1706. §. Vel si ad omne cor. Rev Ansald.* 25

Cùm igitur ex tenore ejusdem Relationis habeamus, quod in Civitate, & Diœcesi Senogallien. pro quarta funeralium solvitur quarta pars Ceræ, cum qua associatur defunctus, quod firmavit etiam *Rot. apud Antonel. de Jur. Cler. dec. 8. n. 6.* 26 ubi in specie refert, & sequitur Pianam Const. supra allegat. Quam ceræ portionem Parochus jam fuerat consequutus, ut prosequitur idem Episcopus, ibi: *Bernardino Siena &c. conseguì la quarta della Cera, con la quale fu accompagnato il cadavere, e le Cere solite;* Non benè confunditur exadverso 27 quarta funeralis cum aliis contrariis prætensionibus, sive melius extorsionibus, longè diversis à dicta quarta, ut dicit idem Episcopus, ibi: *Oltre ciò, pretese paoli 5. per l'estrazzione del Cadavere fuori della sua Cura.*

Ultrò enim admittimus, quod Parocho debeatur quarta, quàm confessionem facto comprobavimus, dum constans est, quod Cortellonus illam punctualiter solverat, sed dicimus, & nunquam satis repetimus, quod eadem quarta nihil com- 28 mune habet cum aliis contrariis prætensionibus, in qua parte non adducimus extrajudiciales, & mendicatas fides, exadverso, Deus scit, quomodo expiscatas, sed ingenuam, & veridicam Relationem Episcopi, ab hac S. C pro veritate interpellati, ibi: *Perche il detto Giovanni ricusava pagare li paoli cinque, che il Paroco pretendeva per il funere, non ostante* 29 *avesse ricevuto la quarta, & altre cose dovuteli, & anticipatamente il pannicello per l'Oglio santo;* Ecce igitur, quod Parochus receperat suam quartam, *& altre cose dovuteli*, imò etiam alias res, illi nullatenus debitas, ut est pannus, seu sudariolum pro Oleo sancto, ex adductis supra.

Nec insistatur in mendicatis fidibus, exhibitis in contrario Summario. Quia illæ, uti simplices fides, pendente lite extortæ, nullum gradum probationis constituunt, ex vulgatis Juribus, de quibus *apud Rot. in Mexic. Depositi 27. Nov. 1705. § In nihilo cor. Ansald.* ubi, quod hoc est notum etiam 30 ipsismet Tyronibus; Certiùs in conflictu d. Relationis Episcopi, quæ omni jure eisdem informibus, & affectatis attestationibus præferenda est, per ea, quæ firmavit *Rot. dec. 207. n. 15. apud Torr. de Pact. futur. success. & dec. 384. num. 4. coram Priol. & dec. 171. n. 17. par. 10. rec.*

Ultra quod aliquæ ex eisdem non specificant circumstantias præsentis controversiæ, minusque individuant qualita- 31 tes, aliarum contrariarum prætensionum, de quibus disputamus; *Et tamen certa est regula* (sunt verba *Rot. in dec. 8. n. 13. apud Antonel. de Jurib. Cleric.*) *quod consuetudo nihil operatur, nisi percutiat specificum casum controversiæ, cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantiis.*

In omnem verò casum strictè respondendo dicimus, quod contrarium prætensum solitum causam dedit præsenti recursui: Et propterea in nostris terminis videndum est, an illud 32 tolerandum amplius sit, vel non sit; *Multa enim*, dicebat, *Innoc. III. in cap. Jamdudum de Præben. per patientiam tolerantur*, seu tolerata fuerunt à miserabilibus Incolis Senogall. possumus addere in nostro casu, *quæ si deducta fuerint in judicium, tolerari non debent*, quod in punctualibus terminis emolumentorum funeralium sequutum fuit ab *hac Sac. C. in Cotronen. 3. Septemb. 1707.* improbando longè antiquiùs, & immemorabile solitum similium insubsistentium angariarum & extorsionum.

Pro excludenda verò tali tolerantia nunquam satis repetimus, quod contrariæ extorsiones cubitalibus literis improba- 33 tæ sunt à Taxa Innoc. & ab innumeris decretis hujus S. C. pro

pro quorum observantia inclinavit Episcopus, & speramus responsuram esse hanc S.C.

Non attenta frivola illa excusatione, quam adducit testis in affectata attestatione, exhibita in contrario Summario; *E questo alcuni lo fanno a loro cortesia, senza essere ricercati da nessuno, e ciò lo fanno di loro spontanee volontà*; Tum quia 34 hujusmodi asserta spontaneitas in personis miserabilibus nunquam præsumitur, ad *Tex. in l. Rem legatam ff. de Adimen. legat.* Præcipuè attenta multiplicitate actuum, ac diversitate personarum, quia toties & à tot personis multiplicata gratia non præsumitur, ex adductis per *Rot. in Cavallicen Bannalit. 5. Decemb. 1696. §. Nec dicatur cor. Card. Priol. & in Urgellen. Servitutum 15. Martii 1697. §. Tertio cor. Ursino*; Tum etiam quia in Taxa Innocentiana similis prætextus spontaneæ oblationis cubitalibus literis improbatur, & uti abusus tollitur, ibi. *Anche sotto nome di mancia, o volontario* 35 *donativo, non potrà esigere, o ricevere emolumento alcuno, così in denari, come in qualunque altra cosa &c.*

Poterat, imò debebat omitti reflexio, quod contrariæ prætensiones assignatæ dicantur pro congrua Parochi; Quia 36 hoc nullatenus legitur in dismembratione, data in contrario Summario, in qua nec per somnium specificantur ea, quæ tanto apparatu prætenduntur hodiè.

Opportunè hìc subjungentes, quod Parochus suam habet legalem viam insistendi pro eadem congrua, juxta magistralem *dec. 218. num. 11. & 12 par. 18. rec.* Absque eo, quod suffo-37 cet suos miserabiles Parochianos, in sudore eorum vultuum sibi victum quærentes; Non enim potest major dari exorbitantia, juxta aurea verba *Cassiodor. lib. 5. Epist. ultra omnes crudelitates est, divitem velle fieri de exiguitate mendici*, ubi præmiserat bonam rationem, quia talibus miserabilibus per-38 sonis Ecclesiasticis potius jubentur offerre, quam ab eis aliquid tollere, ibi: *Pudeat illis tollere, quibus jubemur offerre.*

Quoad 2. dub. dat manus victas contrarius Defensor, & 39 meritò; Quia revera prætensio non potest esse magis insubsistens, minusque juridica ex supra animadversis.

Die 24. Maii 1710. propositis in S.C.C. sequentibus dubiis, 40 rescriptum fuit, ut infra.

I. *An, & quæ emolumenta debeantur Parocho Portoni occa-*41 *sione funerum, quæ fiunt, tam in ejus Parochia, quam extra in casu &c.* Episcopus conficiat taxam auditis interesse habentibus, & transmittat ad S.C.

II. *An debeatur Velum, seu illius pretium in administra-*42 *tione Olei sancti, in casu &c.* Negativè, neque etiam à sponte dantibus.

Confecta autem d. Taxa, & prætendente Parocho illam non observare, innixus contrario solito, quod probare vole-43 bat mediante Remissoria, die 2. Maii 1711. proposito dubio: *An sit servanda Taxa, seu potiùs sit concedenda Remissoria*, responsum fuit; *Affirmativè quoad primam partem; Negativè quoad secundam, & amplius Causa non proponatur.*

DISCEPTATIO XIX.

Consentina.

PRO

PP. Reform. & Observan. Consentiæ.

CUM

Curia Archiepiscopali ejusdem Civitatis.

ARGUMENTUM.

Domus Sæcularium Presbyterorum, in communi viventium pro Missionibus, vel aliis piis exercitiis, an, & quando erigi possint, non probatis requisitis, in Apostolicis Constitutionibus præscriptis pro fundatione novorum Monasteriorum, & Conventuum.

Diœcesis Consentina, *benche numerosa di Luoghi, la maggior parte sono Casali, così piccoli, e folti, che miserabilissimamente vi si sostentano i Mendicanti; per altro in tutta la Diocesi pur troppo moltiplicati &c. Oltre il numero esorbitante de' Sacerdoti, e Chierici Secolari, e Parochi, che sa-*1 *rebbe d'uopo per mediocremente vivere esser tolti de' Conventi, ed impedirsi per lunghissimo tempo il promovere altri Ecclesiastici*, juxta verba Provincialis Reformatorum S. Francisci Calabriæ, in supplici Libello, huic S.C. porrecto.

Hoc non obstante, ultimo loco Archiepiscopus introduxit in Oppido Carolei, & in Oppido Rendarum Presbyteros Missionarios sub titulo docendi Doctrinam Christianam, & 2 publicas aperiendi Scholas, qui cæperunt ædificare domus ad usum Congregationis, sub denominatione *del Ritiro*, unà cum Oratoriis, inibi annexis; Verum præfatus Archiepiscopus, agnoscens etiam ipse, id fieri non posse sine speciali licentia S. Sedis, utpotè cadens sub prohibitione Bullarum Summorum Pontificum, circa erectiones novorum Conventuum, supplicem porrexit Libellum pro tali facultate, eoque remisso ad hanc S.C. hæc die 28. Sept. 1708. rescripsit: *Ar-*3 *chiepisc. referat, cum suo Voto, auditis Parochis, & Regularibus Locorum, in quibus fuerunt ædificatæ Domus pro usu Sacerdotum, de quibus agitur, & exprimat numerum, & qualitatem eorundem Regularium.*

Hinc idem Archiepiscopus vocavit dumtaxat PP. Cappuccinos, existentes in dicto Oppido Carolei, qui cùm comparuerint coram hac S.C. sese opponendo, cum solidis fundamentis, relatis in eorum supplicibus Libellis, & in altero Uni-4 versitatis illius Oppidi, & præsertim, ibi: *Asseriscono (nempe Missionarii) di non voler ricevere fondo veruno a tempo, che questa proposizione si è dimostrata fallace, a tempo, che hanno preteso istromentarsi molte robbe, come sono state le robbe delli Sig. Antonio, e Giuseppe di Rose, certe Lascite di Maritaggi, & altro, con dire, che loro si sarebbero obbligati a mantenere le Scuole a beneficio di questo Publico &c. si ave già incominciato a ritirarsi l'elemosine, tanto di Messe, quanto di grascia, & altro in grave pregiudicio di questi poveri PadriCappucini &c. ogni Sabbato con la bertola al collo van per Carolei cercando pane grascia, & ogni cosa*; Unde proposita Causa die 21. Februar. 1710. ad relationem Em. S. Clementis, resolutum fuit: *Non esse locum petitæ erectioni, & fundationi.*

Ægrè ferentes memorati Presbyteri hanc justissimam resolutionem, acuerunt ingenium ad illam evitandam, Quo circa recursum habuerint ad SS.D.N. & sub insubsistenti prætextu, quod: *Essi Missionarj sono poveri, e deboli, e non possono contendere co i detti Regolari ricchi, e potenti*, institerunt: *Che tutto ciò non ostante, si degni per special grazia con-*5 *cederli licenza di poter proseguire la Fabrica in Rende, ove si è principiata, e di poterla parimente fare in altri due, o tre Luoghi di detta Diocesi, designandi dall'Ordinario, assieme colla licenza di potere questuare per potersi poveramente mantenere*; Similemque Instantiam fecit Archiepiscopus adducen-6 do pro motivo, quod Regulares se opponunt introductioni Missionariorum *per timore di restare pregiudicati nell'interesse, perche i Fedeli sono più larghi nelle limosine in coloro, che hanno in maggiore concetto.*

De more hujusmodi Instantiæ remissæ fuerunt huic S.C. quæ sub die 10. Aprilis 1710. rescripsit: *Archiepiscopo pro Informatione, & Voto, auditis Parocho, & Regularibus, &* 7 *præfixo eisdem competenti termino ad deducendum eorum Jura coram S.C.* Quare supervenra Relatione d. Archiepiscopi supplicant hodiè dicti Regulares pro rescripto: *Non esse locum petitæ erectioni, & fundationi*, & ex infra observandis sperant exaudiri.

Habemus enim casum punctualissimè decisum respectu d. Oppidi Carolei ab hac S.C. in dicta altera Cusentina contra ipsosmet Missionarios, cum rescripto: *Non esse locum petitæ* 8 *erectioni, & fundationi*, & propterea casus iste remanet omni disputatione indignus, & applicatur regula *Tex. in l. Ille, aut ille ff. de Legat. 3.* ut in similibus terminis advertit *Card. de Luc. de Paroc. disc. 21. sub nu. 3. vers. Contrarium.* Eademque punctualissima resolutio habetur, tanquam casus legis ex adductis in *Tom. 1. par. 1. discept. 6. nu 64.*

Nihilominus potiùs ad materiæ ornatum, quàm ad necessitatem decisionis præsentis dubii, constanter asserimus, deficere omnia requisita, necessaria pro erectione Domorum, de quibus agitur.

Deficit primò justificatio, prævia causæ cognitione, quod Missionarii commodè in præfato Loco valeant eleemosynis fidelium sustentari absque aliorum Religiosorum, vicinorumque Conventuum detrimento prout expressè disponitur 9 in *Const. 99. Clem. VIII. §. 1.* ibi; *Nisi vocatis, & auditis aliorum in eisdem Civitatibus, & Locis existentium Prioribus, seu Procuratoribus, & aliis interesse habentibus, & causa ser. ser. cognita, constiterit, in eisdem Civitatibus, & Locis, novos hujusmodi erigendos Conventus sine aliorum detrimento commodè sustentari posse*, & concordat alia *Constit. 31. Gregor.* 10 *XV. & Const. 27. Urbani VIII.*

Et meritò, quia si Religiosi vicinorum Conventuum, qui vivunt eleemosynis fidelium Loci Rendarum, non poterunt sustentari, in eorum Ecclesiis manuteneri non poterit cul-

cultus divinus, ibique Regularis disciplina conservari non valebit, quod nullatenus videtur permittendum cùm non sit discooperiendum unum altare, ut alterum cooperiatur; 11 Quemadmodum declaravit Greg. XV. in *d. Constit.* 31. *§.* 2. & observant communiter Doctores, adducti *per Pignatel. consult.* 179. *num.* 4. *&* 5. *§ Verum*, *& num.* 73. *tom.* 1. *Barbos. de Potest. Episc. alleg.* 26. *num.* 73. *Ventrigl. in Prax tit. de Monast.* 12 *Regul. non ædif. annot.* 18. *§. unico nu.* 2. *Rot cor. Cels. dec.* 60. *n.* 4. *vers Attamen*, *& num.* 7.

II. Deficit consensus Incolarum Oppidi Rendarum, præscriptus quoque ab eodem *Greg. XV. in d. Constit.* 31. *§.* 3. *& ab Urban.* 8. *Constit.* 25. §. 2. de quibus *Pignat. d. consul.* 179. *nu.* 20. 13 *tom.* 1. *Card. de Luc. de Regul. disc.* 19. *num.* 16. *Rot. cor. Cerr. dec.* 553. *num.* 3. *& in rec dec.* 289. *num.* 19. *par.* 12. *& dec.* 87. *num.* 11. *par.* 13 qui consensus præstari debet ab omnibus in Consilio Generali, utì universis coadunatis, & non per mendicata ab aliquibus, utì singulis, suffragia, ut practicatum fuit in 14 præsenti *Card. de Luc. de Regul. disc.* 29. *num.* 16. ibi: *Magis verò considerabilis, & substantialis erat alter defectus consensus Populi &c. Quamvis enim ex parte substinere volentium fundationem deduceretur consensus Decurionum, seu Magistratus Communitatis; Attamen cùm ageretur de negotio, quod omnes, ac singulos tangit, atque perpetuum successivum* 15 *præjudicium continere potest, requiritur consensus totius Populi in Consilio Generali*, *Pignat. consl.* 179 *num* 70. *tom.* 1. ibi: *Qui sanè consensus præstari debet ab omnibus Incolis, in generali Consilio coadunatis*, *Ventrigl. in Prax. annot.* 18. *§. unic. n.* 23 *Rot. dec.* 289. *n.* 19. *par.* 12. *rec.*

III. Demum deficit consensus Religiosorum, in Districtu quatuor milliarum commorantium, juxta *sæpe cit. Constit.* 31. *Greg. XV. §.* 3. ibi: *De cæterò Monasterium, Conventus, Domus, Congregatio, vel Societas &c. quocumque nomine* 16 *nuncupentur, etiamsi de illis particularis, & specifica mentio habenda esset, in quacumque Civitate, vel Oppido, seu quocumque alio Loco, non erigantur, nisi &c. Priores, seu Procuratores aliorum Monasteriorum, Conventuum, seu Domorum, vel Congregationum, aut Societatum, seu Institutorum hujusmodi per quatuor millia passuum circumvicinis Locis ad id vocati, & auditi fuerint, ac tali erectioni consenserint*, & observant *Pignat. consul.* 179. *num.* 51. *tom.* 1. *Roy. dec.* 356. *n.* 18. *& Cerr. dec.* 553. *nu.* 6. *& in rec. dec.* 289. *num.* 20. *par.* 12. *& dec.* 115. *num.* 7. *par.* 13. Idque propter illorum præjudicium, quia si in loco Rendarum erigeretur controversa Domus, elee- 17 mosynæ, quæ ibi, & in Locis circumvicinis quæstuantur à nostris Religiosis, diminuerentur.

Licet autem defectus cujuslibet ex præfatis requisitis exuberet ad intentum, eo quia illorum omnium copulativus concursus verificari debet ex firmatis *per Rot. cor. Cerr. dec.* 553. *num.* 6. nihilominus omnes in nostro casu concurrunt, unde eo magis locus non est fundationi.

Quibus non adversatur *S. Conc. Trid sess.* 24. *de Reform.* seriò injungens Ordinariis, ut omnem adhibeant diligentiam pro instructione Puerorum. Quia ad effectum instruendi Pueros, 18 & alios circa materiam Fidei, & Præcepta Ecclesiæ, non determinatur in illo, indispensabiliter esse erigendas hujusmodi Congregationes, etiamsi reluctet Populus, & Regulares, sed sufficit, quod destinentur personæ idoneæ, ut est proprium onus Parochorum, ad edocendum Populum, itaut cùm in Oppido Rendarum adsint Parochi, aliique plures Sacerdotes, absque eo, quod isti uniantur cum aliis per modum Congregationis, possunt injuncto sibi muneri satisfacere. Quinimo *Conc.* ipsum *Trid. sess.* 21. *cap.* 4. *de Reform.* in hoc providit, quando Parochus propter Populi numerositatem non valet omnibus administrare Sacramenta, prout in 19 specie respondendo huic objecto firmavit *Rot. dec.* 225. *num.* 11. *&* 13. *par.* 13. *rec.*

Minùs relevat, quod dd. Pontificiæ Constitutiones comprehendunt solum Regulares, sub certa Regula viventes, non autem hujusmodi Congregationes Presbyterorum Sæcularium, qui vivunt cum eorum Beneficiis, aut Patrimoniis, 20 nec mendicare coguntur. Etenim objectum non regit in facto, nec relevat in jure.

Non regit in facto, quia ipsimet Oppositores in recursu, habito ad SS. D. N. pro licentia prosequendi ædificium, jam cœptum in Oppido Rendarum, & nova faciendi in aliis Locis Diœcesis specificè etiam institerunt pro licentia questuan- 21 di, ibi: *Assieme colla licenza di potere questuare per potersi poveramente mantenere*; Idemque colligitur ex supplici Libello Archiepiscopi, porrecto SS D. N. ibi *Per timore di restare pregiudicati nell'interesse* (nempe Regulares) *perche i Fedeli sono più larghi nelle limosine in coloro, che hanno in maggiore concetto*; Imò de facto quæstuarunt, ut testatur idem Archiepiscopus in ejus Relatione, ibi; *Mi è parso bene di concederli talvolta di far qualche questua*. Idque ad instar ejus, quod practicarunt in dicto Loco Caroleo, nam vix ibi firmato domicilio, inquirere cæperunt, ut ad eorum fa- 22 vore fierent Legata pia, & subministrarentur eleemosynæ, juxta animadversa *supra num.* 3.

Verùm dato per malam hypothesim, & insubsistentem suppositionem, quod objectum non claudicaret in facto, adhuc illud nullatenus relevaret in Jure, quia consensus aliorum Religiosorum, non requiritur ratione solius præjudicii, 23 quod resultat à quæstuatione, dum receptum est, ut attendatur etiam oppositio aliorum regularium, qui non vivunt cum quæstuatione, sed cum redditibus, ob æmulationem, & diminutionem concursus, ut notat *Card. de Luc. de Regul. disc.* 30. *num.* 3. *Pignat. consul.* 179 *num.* 43. *tom.* 1. ibi: *Ad hoc enim,* 24 *ut Constitutiones vindicent sibi locum, non est inspicienda qualitas Regularium introducendorum, sed introductorum præjudicium, quod qualecumque sit, sufficit etiam si ex mendicitate, seu quæstuatione non resultet, sed ex diminutione concursus, aliisque, ponderatis in decisionibus &c. quæ insuper addunt, quod Constit. Clem. non emanavit dumtaxat ad evitandum præjudicium eleemosynarum, sed rixas, & scandala propter æmulationem inter Ecclesias vicinas facilè orituras Matthæucc. in Official. Cur. Ecclesf. cap.* 16. *num.* 4. *vers. Et facit*, ibi *Et facit, quod Constitutiones non emanaverint ad evitandum præcisè præjudicium eleemosynarum, commodumque bursale, sed ad rixas quoque, & scandala eradicanda, quæ de facili propter æmulationes inter vicinos Conventus nascuntur. R. P. D. Petra* 25 *ad Const. Apost. tom.* 3. *pag.* 423. *n.* 10. *vers. nam, & si*, ibi: *Nam & si cessEt præjudicium eleemosynarum in non Mendicantibus, saltem vigent aliæ rationes dissensionis evitandæ, ac diminutionis concursus, ut præcisè consideraruntt Summi Pontifices, ac expresserunt in exordio hujusmodi Constitutionum &c. & ex hac causa moti fuerunt ad concedenda similia privilegia aliis non Mendicantibus.*

Et articulo maturè discusso determinavit Rota post quintam Causæ propositionem in celebri *Januen Privilegiorum* inter PP. Oratorii S. Philippi Nerii, qui sunt Presbyteri Se- 26 culares, & vivunt ex propriis redditibus, & PP. Theatinos in tribus dec. impressis *cor. Royas dec* 337. *& dec.* 356. *& in par.* 10 *rec. dec.* 337. quas per extensum transcripsit *Pignat. consul.* 12 *tom.* 10. & signanter *in* 2. *dec versus finem*, *ibi: Non obstat, quod PP. Oratorii habeant proprios redditus, à fundatione assignatos, quia non ab eorum, sed à Theatinorum egestate præjudicium desumitur, & sufficit omne præjudicium, aliundè etiam quàm ex mendicitate, seu quæstuatione Ecclesiæ vicinæ resultans*, *& in Neapolit. ampliat. Ecclesiæ, & Sacristiæ* 1. 27 *Maii* 1708. *cor. Molines*. *Non enim sat est, quod intrare volentes non mendicent* (sunt verba *dec.* 337 *num.* 11. *cor. Royas*) *quia oportet, ut nec aliud faciant, ex quo aliquod detrimentum cæteris Regularibus obvenire possit.*

Neque obstant *Passer. in cap unic. de Excessib. Prælat. n.* 35. *Nicol. in Floscul. verb Conventus* referens decretum hujus S. C. anni 1623. in una *Caputaquen. & Monacell. in Formul. Ec-* 28 *clesf. tom.* 1. *tit* 6. *formul.* 19. *num.* 11. Quia se fundant in eo, quod nullum respectu Regularium Mendicantium sit considerabile præjudicium, itaut si aliquod resultet præjudicium, etiam minimum, in hoc casu similes fundationes, quantumvis Presbyterorum sæcularium, habentur ac si essent Regularium Mendicantium, quæ fieri non possint, nisi servata forma, in dd. Constitutionibus præscripta, ex authoritatibus superiùs allegatis, & tale præjudicium non semper desumendum est ex causa quæstuandi, sed quocumque modo obvenire potest Regularibus vicinis semper attenditur, juxta firma- 29 ta per *Rot in d. dec.* 337. *num.* 11. *cor. Royas*.

Quin refragetur, quod Regulares in Oppido Rendarum laute vivant, ex attestatione Archiepiscopi, Parochorum, & Syndici, itaut hac opulentia attenta, videatur sufficere 30 sola licentia ejusdem Archiepiscopi, neque attendi debeat dissensus eorundem Religiosorum.

Hujusmodi enim decantata opulentia non probatur ex dicta attestatione Ordinarii, qui usque à principio fuit, & est in præsenti principalis Promotor pro effectuanda d. introdu- 31 ctione, ut patet ex titulo Memorialis contrarii, ubi fit instantia pro parte ejusdemmet Archiediscopi, se vocando Promotorem hujusmodi prætensæ erectionis *del Ritiro*, ex traditis per *Rotam cor Cerr. dec.* 26 *nu.* 12. *&* 17. *& cor Emer. jun. dec.* 120; *num* 9. cum aliis allegatis *in Tom.* 1 *par.* 2 *alleg* 7. *nu.* 32 36. quibus addo *Rot. in Colonien Matrimonii* 16. *Jan* 1711. *§.* 2. *cor. Falconer*. Minusque ex fide Parochorum, qui sunt principaliter interessati, dum illi sunt, qui se pariter constituunt caput ad formandam hujusmodi Congregationem; Prout

in

in nulla est habenda consideratione fides extrajudicialis dicti Syndici, ex vulgata regula, quod fides non facit fidem, sed ad effectum, de quo agitur, necessariò præcedere debet causæ cognitio super congrua substentatione Missionariorum absque aliorum Conventuum circumvicinorum detrimento, quæ pro forma exigitur, antequam ad ulteriora procedatur, *Pignat. d. consul.*179. *num.*3. *& seqq. tom.*1. *Lotter. de Re benef. lib.*1. *quæst.*26. *num.*1. *Grattan. discept.*517. *num.*18. *& Cels. dec.* 60. *num.*4. & quidem per Sententiam, seu Decretum, ut legitur *in d. Clemen. Constit. §.*1. *&* 2. *& in Gregorian. Const. §.*1. *&* 4. Quod exadverso nullatenus justificatur, nec justificari valet ex quo non præcessit. Fortiùs quia hujusmodi bonorum affluentia restringitur in substantia ad solum, ac simplex patrimonium dd. Missionariorum, positum extra Locum, ubi moram facere prætendunt; Deus autem scit in qua quantitate illud consistat, quomodo constitutum fuerit, & an illius redditus sint facilis exactionis; Cujus oppositum non obscurè, & plusquam tacitè desumitur à reperita instantia SS. D. N. facta pro facultate quæstuandi, quia si vivere commodè possent ex eorum propriis patrimoniis non se subiicerent mendicationi, ut de se patet.

Non attento, quod Conventus PP. Observantium distet ab Oppido Rendarum per 200. Cannas, alter verò Reformatorum distet ab eodem Oppido per quatuor millaria, quodque iidem Religiosi semel tantùm in hebdomada quæstuationem faciunt in eodem Oppido, ut refert præfatus Archiepiscopus.

Objectum, enim non subsistit, nec in facto, nec in jure. Non subsistit in facto, quia Conventus PP. Observantium distat à dicto Oppido per 100. Cannas circiter, Conventus autem PP. Reformatorum distat dumtaxat per duo milliaria, ut fuit justificatum in Summario. Neque aliqua fides adhibenda venit Relationi Archiepiscopi, quia ut diximus, & nunquam satis repetimus, ipse est principalis Promotor pro effectuanda dicta introductione, adeoque eidem tanquam principaliter interessato nullatenus est deferendum ex adductis *supra num.*31.

Minus subsistit in Jure. Eatenus enim Greg. XV. mandavit, Religiosos circumvicinos circa quatuor mille passus in hoc audiri, illorumque consensum requisivit, quatenus supposuit, quod non valeant per novi Conventus erectionem commodè, & congruè sustentari, & quia voluit providere fraudibus, quæ committebantur in hac materia ab Ordinariis, ut ex lectura §.2. At è converso non præscripsit, quod alii Religiosi non debeant audiri causa cognita, distantes ultra quatuor mille passus, quando ipsi non habent commodam, & congruam sustentationem in Locis circumvicinis, & maximè in Loco, in quo erigi debet nova Domus, quorum eleemosynis modò vivunt, & vivere debent; In his siquidem circumstantiis, sicuti d. Gregoriana Constitutio nihil disponit, sed potiùs inhæret dictæ Clementinæ Constitutioni, generaliter, & absque limitatione distantiæ volenti, quod non valeant novi Conventus, seu Domus erigi cum aliorum detrimento, ita pariformiter non videtur recedendum à dicta Clementina Constitutione, quæ fuit quoque confirmata ab altera Urbani VIII. de qua supra, ut notat *Ventrigl. in Prax. tit. de Monast. Regul. nov ædific. adnot.*18. *§. unico num.*12. ibi: *Si novus erigendus Conventus distaret in eadem Civitate ab alio, prædicta requisita distantia, & plus & tamen non posset substentari sine detrimento illius, adhuc non esset erigendus ex prædicta Const. Clem. VIII. Matth in suo Officiali Cur. Eccles. cap.*16. *num* 6. ibi: *Potest etiam finis legis habere locum, etiamsi Conventus erigendus sit in Loco, plusquam per quatuor milliaria distanti ab eo, in quo alius prius ædificatus reperitur, maximè si hæc Loca existentia intra limites distantiæ, per Gregorianam necessariæ, non sufficiant ad subministranda victualia; Tunc certè vocandi, & audiendi sunt existentes, etiam extra allegatam distantiam, proinde S. C. E. in terminis erectionis Conventus in Insula Corsicæ, ob circumstantiam inopiæ Regionis, majorem præfata unius Loci ab altero distantiam exigit, prout sequitur S. C. E.* 14. *Aprilis* 1673 *decrevit, ut in posterum in d. Corsicæ Insula pro hujusmodi fundationibus, tàm ab Observantibus, quàm à Reformatis, & Cappuccinis respectivè servandam esse dictam distantiam* 12. *milliarium, mensuræ illarum partium, quod subindè Clem. X. Const.* Nuper *sub die* 20. *Maii* 1673. *confirmavit, in qua refertur sub anno* 1661. *in Provinciis Burgen. Granaten. & Aragonen. ad* 15. *extendisse.*

Ratio verò augumenti cultus Divini, exadverso adducta, non fuit considerata in hoc casu à dd. Constitutionibus Apostolicis, dum expresse volunt Regularium, & Incolarum consensum, nec considerari valet, quando propter dictum augumentum in Ecclesia Oppositorum, diminuitur cultus divinus in Ecclesia Regularium, propter defectum concursus Populi ad nostras Ecclesias, oblationum, & eleemosynarum, quibus pauperes Regulares substentantur, prout considerant præfatæ Constitutiones, allegatæ supra, neque applicatur *Cardin. de Luc. de Regular. disc.*31. *num.*16. quia loquitur in terminis, in quibus nullus Conventus reperitur in eod. Loco ibi: *quodque propterea, nullo Regularium Conventu ibi existente, aliqua dignoscerentur inconvenientia.*

Non refragante, quod Communitas Rendarum nedùm consentit, sed supplicat pro introductione Missionariorum. Etenim ad hunc effectum non sufficit consensus, & instantia nonnullorum Particularium ob illorum privatos fines, sed debet constare per Instrumentum publicum, quod omnes Incolæ, in publico Consilio coadunati, hujusmodi consensum præstiterint, & non per mendicata suffragia ab aliquibus & singulis, forsan extorta, ut probavimus supra *n.*13 *&* 14.

Nec relevat Parochorum consensus; Tum, quia ille supplere non potest defectum consensus Regularium, dum Constitutiones æqualiter, & copulativè requirunt consensum, tam Parochi, quàm Regularium, & aliorum, ut liquet ex earum lectura, & quilibet ex his defectibus etiam solus sufficit ad intentum *Rot. coram Cerr. dec.*553. *num.*6. Tum etiam, quia dd. Parochi consentientes sunt principaliter interessati, dum illi sunt, qui uniti cum Archiepiscopo se constituunt caput ad formandam Congregationem Ritiratorum; Unde mirum non est, si non se opponunt, quia totum faciunt pro eorum proprio, & particulari interesse.

Minus est habenda ratio consensus aliquorum particularium Regularium ejusdem Diœcesis. Tum quia non sunt Mendicantes, quemadmodum sunt pauperes Observantes, & Reformati, ex quotidiana quæstuatione, & mendicationes viventes, ac proindè in hac causa omnium magis interessati, ut benè advertit *Card. de Luc. de Regul. disc.*29. *num.* 5. *vers. & Potissimè.* Tum etiam, quia simpliciter se subscripserunt foliis, transmissis ab Archiepiscopo principali Promotore, quando ad hunc effectum indispensabiliter requiritur consensus, datus à Regularibus, Capitulariter congregatis, ex vulgata regula, quod aliud est Conventus, aliud singuli, ut generaliter notat *Donat. Rer. Regul tom* 4. *tract.*5. *par.*13. *num.*12 *& Rot. coram Burat. dec.*351. *num.*10. & in nostris terminis probat *Pignatel. consult.*179 *num.*49. *&* 51. *tom.*1. ibi: *Consensus autem hujusmodi præstari debet à Regularibus, Capitularibus congregatis, nec sufficit, si ostendatur subscriptio Religiosorum particularium*, & concordat *Matthæucc. in Official. Cur. Ecclesiast. cap.*16. *num.*10. ibi: *Non sufficit consensus Regularium, nisi ab eis præstetur Capitulariter congregatis*, & concordat integer titulus *de His, quæ fiunt à Prælat.* ubi annullantur, & cassantur, quæ à Prælatis fiunt sine consensu Capituli.

Agnoscunt contrarii Scribentes fodalitatem nostri assumpti, ideo conantur insinuare, quod saltem adhibendum veniat remedium, ab hac S. C. demandatum *in Derthonen.* 4. *Julii* 1692. in qua rescripsit. *Annuend. fundationi, cum strictissima obligatione non quæstuandi*, teste *Monacel. in Formul. tom.*1. *tit.*6. *formul.*19. *num.*28. Sed æquali insubsistentia: Siquidem impracticabile est, quod Missionarii possint facere obligationem non quæstuandi, illamque verè, effectivè, & realiter observare, quando supplicant SS. D. N pro licentia *di poter questuare per potersi poveramente mantenere.* Vixque contracto Incolatu in Oppido Carolei *si ave di già incominciato a ritirarsi l'elemosine, tanto di Messe, quanto grascia, & altro in grave pregiudizio di questi poveri Padri, ogni sabbato con la bertola al collo va per Carolei, cercando pane, grascia, & ogni cosa*; Cùm enim sint pauperes, nihilque aliud possidere ostendant, quàm simplex, & nudum patrimonium, de quo nullum affertur authenticum documentum, signum evidens est, quod sese offerunt prompti emittere hujusmodi obligationem ad solum effectum extorquendi resolutionem favorabilem, & se introducendi in Locis, in quibus miserabiliter pauperes Regulares vivunt, idque in illorum evidens præjudicium, quia de facto quæstuabunt, quod utique non videtur permittendum.

Dictum autem remedium, ab hac S. C. adhibitum *in d. Derthonen.* in eo tantum casu est practicabile, quando Congregationes, seu Domus de novo erigendæ, habent à principio proprios, & particulares redditus, cum quibus vivere possunt, absque quæstuatione, & mendicitate, juxta terminos *d. Derthonen.*

Neq; meretur reflexionem aliquam, quod Missionarii cœperunt à multo tempore ædificare Domum in Oppido Rendarũ; Etenim *ex d. Const.*7. *§.*2 *Urb VIII.* non solum prohibetur nova Loca

Loca de novo erigi, non servata forma Constit. *Clem.VIII. & Gregorii XV.* Sed etiam prohibet incæpta finiri ibi: *Prohibemus nova Monasteria, Collegia, Domos, & alia loca hujusmodi, nisi servatis in omnibus sacror. Canonum Constitut. Clem.VIII. necnon Gregorii XV. forma, erigere, fundare, seu incœpta finire, & absolvere audeant, seu præsumant,* &
55 firmavit *Rot. dec.289. per tot. par.12.* ibi: *Sententiam Rotalem, qua pronunciatum fuit, non licuisse, nec licere PP. Capuccinis Provinciæ Aragoniæ novum Conventum erigere in Oppido Carignen. imo jam cœptam fundationem non sustineri, confirmandam esse DD. censuerunt, & dec.306. ead. par.12. &*
56 *dec.87. p.13. rec.* Et quod magis est in his terminis ex eadem ratione, neque etiam permissa est habitatio in Domibus conductis, punctualiter *Rot. dec.87. num.5. par.4. rec.*

Cùmque ex hactenus deductis, locus videatur favorabili resolutioni, *non esse* scilicet *locum petitæ erectioni, & fundationi*, superfluum est assumere disputationem super prætensa
57 facultate constituendi, seu aperiendi Ecclesiam in dicto Oppido Rendarum, Cœterùm non omittimus advertere, quòd sub prohibitionibus supradictarum Constitutionum Pontificiarum comprehenduntur etiam Ecclesiæ, ponderando, quod in eisdem Constitutionibus adsunt verba illa generalia: *Mo-*
58 *nasteria, Conventus, Domus, Congregatio, Societas, & alia Loca regularia, quocumque nomine nuncupentur,* quæ apta sunt comprehendere etiam Ecclesias, licet illas non exprimant, stante præsertim, quod ratio finalis Constitutionum verificatur, tam in Monasteriis, quàm in Ecclesiis; Cùm enim prohibitiones dictarum Constitutionum emanaverint ad evitanda præjudicia, quæ Religiosi introducendi afferre
59 possunt Regularibus jam introductis circa elemosynas, æqualiter præjudicialis est constructio novæ Ecclesiæ, ac fundatio novi Monasterii, ut notat *Pignatel. consult.170. num.14. &*
60 *seqq. tom.1.* & firmavit *Rot. in d. Januen. Privilegiorum* impressa penes *Pignatel. consult 12. tom.10.*
61 Die 5. Septemb. 1710. per Card. S. Clementis proposita Causa in S. C. E. rescriptum fuit.

Tolerari posse in casu, de quo agitur, interdicta tamen quæstuatione, & in posterum in aliis Locis Archiepiscopus non permittat tales fundationes, inconsulta S. C.

DISCEPTATIO XX.

Aquilana Nominationis Concionatoris.

PRO

Hominibus Pizzuli.

CUM

Archipresbytero ejusdem Loci.

ARGUMENTUM.

Nominatio Prædicatoris quando spectet ad Universitatem, quæ illi eleemosynam solvit. Immemorabilis ex quibus dicatur probata, vel exclusa.

PRo favorabili resolutione nostri dubii, de quo infra numer.78. præmittimus, litem non esse cum Episcopo A-
1 quilano, penes quem, nedum est suprema totius Diœcesis jurisdictio, & ad quem, præcisa consuetudine, de Jure spectat Concionatorem eligere, ex eruditè congestis per *Rot. cor. Merlin. dec.598. num.1.* Verùm etiam illam specialiter exercet in nostra Terra Pizzuli, ut ex adverso non controvertitur, & probant nostri testes. Sed controversiam agi cum Archipresbytero, cujus restricta, & inferior Jurisdictio adhuc est sub Judice, juxta sententias hinc inde latas. Minusquè litem agitari pro Concionatore, destinato pro Ecclesia Cathedrali, cujus est Sponsus Episcopus Aquilanus, vel pro
2 Collegiata S. Blasii de Amiterno, cujus est caput Archipresbyter, quorum respectu difficiliùs præscribitur jus eligendi Concionatorem, ut advertunt *Zerol. in Praxi verb. Prædicator in princ. Barbos. de Jur. Eccles. lib.1. cap.13. num.23. & de Potest. Episc. par.3. allegat.76. num.6. Card. de Luc. ad Concil. disc.3 num.4. & Pignatel. consult. canon.202. num.3.*
3 *tom.4.* Sed quæstionem esse de Prædicatore, destinato pro una ex quinquè Ecclesiis Pizzuli, quæ nulla ex prædictis qualitatibus Cathedralis, vel Collegiatæ pollent, quæque usque ab anno 1533. subjectæ fuerunt Capitulo Lateranen. quod ab inde
4 citra usque ad tempus litis de anno 1674. semper recognitum

fuit in Dominum, & è converso omnes Jurisdictionales actus in Loco Pizzuli exercuit, de quibus in Processu, coram hac Sacr. Congreg. repetito.

Non contradicente igitur d. Episcopo, & habito respectu ad qualitatem Ecclesiæ, in qua destinatur Concionator, sat esset contra Archipresbyterum objicere quamcumque possessionem, etiam quadragenariam, & maximè titulatam in vim 5
licentiæ, ab ipso concessæ, quam in his terminis attendendam esse probant *Marant. controv. for. par.6. respons.15. num.6. & Pignatel. consult. can.202. num.16. in fin. lib.4.*

Certiùs attenta solutione eleemosynæ, quæ fit à Communitate; In hoc enim casu, quando scilicet Populus nominat 6
ex consuetudine, etiam non immemorabili, & subministrat expensas, tunc licitum quidem est Episcopo electionem sibi vindicare, sed prævia solutione eleemosynæ, de proprio facienda, aliàs, recusante Episcopo eleemosynam præstare, ut recusat Archipresbyter, eadem consuetudo, etiam non immemorabilis, servanda est, ut plures distinguendo casus in hac materia egregiè advertunt *Fagn. in cap. Inter cætera* 7
num.31. de Offic. ord. Vener. in Exam. Episc. lib.4. cap.60. de Prædicator num.9. Card. de Luc. ad Conc. disc.3. num.6. ubi, quod observantia in hoc casu dividi non potest, sed attendenda est cum sua causa, sive suppeditatione eleemosynæ, ab Episcopo de proprio faciendæ, *Gavant. in Manual. Episcop. verb. Concio sacra num.24. & seqq. Pax. Jordan. var. lucubr. lib.6. tit.1. de Prædicat. verb. Dei num.72. in fine,* ubi, quòd 8
quando consuetudo solvendi juncta est cum facultate eligendi Prædicatorem, tunc una non potest ab altera separari *Pignat. consult.202. sub num.40. tom.4.* ubi refert plures resolutiones hujus S. C. de cujus praxi testis quoquè est *Card. de Albic. de Incost. in Fide par.2. cap.2. num.165.* Et fuit resolutum ad fa- 9
vorem alterius Loci, parum distantis à nostra Communitate in Aprutina, quam refert *Pignatell.* ubi proximè *num.15.*

Nec dicatur, eleemosynam Prædicatoris non solvi à nostra Communitate, sed ab Ecclesiis Pizzuli, Archipresbytero subjectis; Insubsistentia enim objecti statim detegitur, 10
advertendo, quod omnia bona earundem Ecclesiarum, ex quibus eleemosynæ Prædicatoris solvuntur, elargita eisdem fuerunt à nostra Communitate, cum specifico, & expresso onere inter alia subministrandi d. eleemosynam Prædicatoribus, ut fuit justificatum in Summario, in cujus oneris adimplementum solutiones semper factæ fuerunt cum individua- 11
libus ordinibus nostrorum Syndici, & Priorum, ut fuit justificatum in eodem Summario. Proindequè eædem solutiones referendæ sunt Communitati, non autem Procuratoribus, sive Cappellanis, ad ejus nutum amovibilibus, & solventibus in exequutionem d. dictorum ordinum, & à quibus in fine eorum officii revidentur computa, & rationes ex quorum ab eisdem Syndico, & Prioribus cum condemnatione ad sol- 12
vendum reliquarum. Solutio enim facta de ordine alicujus perinde habetur ac si ab eodem mandante facta esset juxta *Textus in leg. Qui jussu ff. de Solut.* & observant *Odofred. in leg. Qui mandat ff. de Solut. Bellon. dec. Gen.154. num.4. Gibalin. de Commer. & usur. lib.4. cap.6. art.17. nu.17 Gob. consult.88. num.10. & Rot. dec.98. num.15. cor. Cels.*

Hæc sufficerent pro victoria, & tamen ad omnem abundantiorem cauthelam adducimus rigorosam probationem im- 13
memorabilis, legitimè præscriptæ, qua attenta nostræ Communitati competere nominationem Prædicatoris probant *Pax Jordan. var. lucubr. lib.6. tit.1. de Prædic. n.67. Ugolin. de Offic. Episcop. cap.42. num.1. Stephan. Uveyms ad 24. Conf. ex jure antiquo desumptas, & per Concil. Trid. innovat. Conf.* 14
5. num.13. Panimol. dec.91. adnot.2. num.9. & Card. de Luc. in Miscellan. Eccles. disc.27. num.4. & 5.

Probatur immemorabilis per nostros testes, deponentes juxta notoria requisita *Gloss. in cap.1. verb. Memoria de Præscript. in 6.* de quibus latissimè *Rot. in Trojana* citata *in tom.1. par.1. discept.9. num.44.* Ii namque omnes constituti in ætate 15
supra 54. & attingentes ann.60. 70. & ultra, deponunt, Communitatem semper nominasse Prædicatorem, eique subministrasse eleemosynas, mediantibus ordinibus, directis Pro- 16
curatoribus Ecclesiarum, quæ omnia asserunt vidisse per 40. & plures annos, & audivisse à majoribus, quodquè nunquam viderint, vel audiverint aliter servari, nec memoriam extare in contrarium, coarctando negativam, quibus concurrentibus probari immemorabilem certum est, & advertunt *Cevar.* 17
in Reg. Possessor. p.2. §.3. n.7. Marescot. var. resol. lib.2. cap.100. nu.10. Sperel. dec.79. num.26. & Rot. dec.444. num.6. par.14. rec. cum aliis, citatis *supra num.15.*

Deponunt pariter, Archipresbyterum nunquam impedivisse nominationem Communitatis, sed tantum Concionatoribus, à Communitate nominatis, impartitum fuisse licentiam,

R & be-

& benedictione, & de facto apparet ex pluribus Literis patentibus, datis in Summario, & clariùs dignoscitur ex simili licentia, per Archipresbyterum Canophanum data à tergo nostrarum Literarum patentium, de qua mentionem quoque faciunt nostri testes; Quam licentiam approbare & canonizare Jus nominandi ad favorem Communitatis; quæ Literas patentes concessit probat *Pignatel. consult.202. sub num.17. tom.4.*

Hoc est adeò verum, ut statim ac Archipresbyter tentavit terminos puræ licentiæ transgredi, potiùs omissa, vel dilata fuerit concio, ut evenit de anno 169.. & circa annum 1687. quo per inadvertentiam, concedente Archipresbytero Canophano licentiam in folio separato, statim fuit idem folium retromissum Archipresbytero, qui in epistola responsiva fassus fuit, non fuisse ejus intentionis præjudicare Juri Communitatis, prout deponunt testes in dicto Summario, & legitur in ipsius Epistolis in eodem Sommario exhibitis.

Anno insuper 1669. cùm ad instantiam Marchionis Torres, Pizzuli Domini, habenda esset concio extraordinaria ab alio Prædicatore, Archipresbyter Canophanus impartitus quidem fuit licentiam, sed cum illa notabili restrictione, non impedita scilicet hora Concionatoris, nominati ab Universitate.

Hujusmodi autem confessiones circa nostrum Jus eligendi, necnon simplices, & nudæ licentiæ, sive benedictiones, ab Archipresbyteris pro tempore Prædicatoribus impartitæ, utì emanatæ à personis informatis, & de quorum interesse agebatur, ponunt in claris bonum jus nostræ Communitatis super electione Prædicatoris, ut in terminis assertivarum factarum ab Episcopis advertunt *Gabr. conf.198. num.4. lib.2. Lotter. de Re benefic. lib.2. quæst.13. num 142. Panimol. decis. 10. adnot.1. num.4. & seq. & Rot. dec.444. num.14. & seq. p.14. rec. & in Lauret. Canonicat. 13. Febr. 1693. §. Corroboratur, cor. Ursino*, & in nostris terminis observat *Pignatel. consult. 202. num.17. versic. Præsertim lib.4*

Ultra præd. adsunt attestationes Ministri Provincialis Cappuccinorum, testantis, se in vim Literarum nostræ Communitatis misisse Concionatores ad Terram Pizzuli, necnon aliorum Religiosorum, & Communitatum convicinarum Cagnani, Baretæ, & Arischiæ. Adest insuper alia attestatio novem nostrorum Civium, quorum junior constitutus est in ætate 73. annorum, deponentium de propria scientia, & de relatione à majoribus. Ita ut ex his omnibus, simul junctis, nulla remanere videatur dubitatio circa immemorabilem possessionem nominandi Concionatorem, nostræ Communitati competentem, ut in his casibus faciendum esse in terminis observat *Pignatel. d. consult 202. num.16. tom.4.*

Contra depositiones nostrorum testium non credimus exadverso objiciendum, illos, utpote interessatos in causa, non esse attendendos; Communis enim, & ab omnibus Doctoribus in hac materia recepta est distinctio quod, aut honor, dignitas, vel utilitas, resultans ex testium depositione competit hominibus de Universitate, utì singulis, & tunc illorum depositio non attenditur, aut verò competit uti universis, ut in casu præsenti, & tunc testes de universitate plenè probant, ut, antiquioribus relatis advertunt *Add. ad Pamphil. dec.595. num.9. Conciol. alleg.53. num.44. Card. de Luc. de Jurepatr. disc.58. num.7.* ubi, quod ab hac sententia non est in judicando recedendum, & firmavit *Rot. dec.320. n.12. & 15. & dec.419. num.3. & 4. par.9. rec. & cor. Bich. dec.566. num 9. & 10.*

Attento præsertim, quod iidem testes deponunt de facto, extraneis nullatenus, vel difficiliùs noto, quam circumstantiam, ad augendam fidem testibus de Universitate, considerat *Card. de Luc. in adnot. ad Concil. disc.11. num.13.* & in illa se fundavit *Rot. dec.444. num.10. par.14. rec. & decis. 352. num.4. cor. Benincas.*

Extra omne dubium, concurrentibus aliis testibus, adminiculis, & probationibus, ex hac parte cumulatis, benè *Adden. ad Pamph. d. dec.595. num.9. Conciol. alleg.53. nu 44. Card. de Luc. de Jurepatr. disc.58. num.7. Rot. dec.90. num.11. & 12. apud Merlin. de Pignor. & dec.136. num.16. par.19. rec. & cor. Benincas. d. dec.352. num.4.*

Omnis denique umbra suspicionis, seu affectionis eliminatur à magno numero nostrorum testium, quando enim plures, quàm duo testes de Universitate aliquid deponunt, tunc plenissimè probare in quacumque materia, notant *Castr. in leg. Si quis ex argentariis, §. Cogentur, ff. de Eden. Roland. cons.72. num 5. lib 2.* ubi, quod hoc casu id, quod deficit in fide, suppletur per numerum testium *Alex. cons.149. num.5. lib 5. & cons.237. num.10. lib.6. Pasct. cons.161. num.14. Corn. cons.47. sub num.7. lib.3. Honded. cons.17. num 42. lib.1. & Add ad Burat. dec.314. num.8. in fine.*

Non obstant actus, exadverso exagerati ad interrumpendum immemorabilem, non enim negamus conclusionem, per unicum actum immemorabilem interrumpi, sed negari pariter ex adverso non potest, quod talis actus debeat esse univocus, in suo genere perfectus concludens, & effectatus, aliàs immemorabili non contrariatur. *Felin. in cap. Illud num.1. de Præscript. Card. de Luc. de Regal. disc.184. sub numer.5. Rot. cor. Put. dec.184. nu.2. lib.1. & cor. Burat. dec.739. num.5. & 6. & cor. Seraphin. decis.1459. num.15. & in recent. dec.275. num.9. & 10. par.7. & dec.168. num 39. & 42. par.10. & dec.279. num.36. par.12. & dec.136. num.17. & 34 par.19.*

Talis autem naturæ non sunt Literæ patentes, in quibus exadverso principale constituitur fundamentum ad interrumpendam immemorabilem. Enim dicimus, illas carere omni genere recognitionis manus Archipresbyterorum, à quibus prætenduntur subscriptæ, sicque nulla potest eis præstari fides *Adden. ad Burat. dec.745. à num.19. Rot. cor. Priol. decis. 208. num 9. & dec.263. num.4. par.14. & dec.47. num.6. par.19. rec.* II. Dicimus, nullo modo constare de præciso tempore repositionis earundem in asserto Archivio, ut esset concludenter probandum, cùm potuerint ibidem reponi de tempore litis, vel paulo ante, qua probatione præcisi temporis repositionis deficiente, eædem Scripturæ nullum gradum probationis constituunt, ut advertunt *Dec. in auth. Si quis in aliquo num.15. C. de Eden. Paris. cons.27. num.49. & seq. lib.2. Corn. consil.142. num.6. lib.3 & Rot. dec.41. num.4. cor. Veral. par.1. & dec.667. num.5. cor Burat.* ibiquè *Adden. num.19. & dec 88. num.6. cor. Martin. Andr. & dec.1342. num.48. coram Coccin. & dec.318. num.29. cor. Priol. & in rec. dec.379. nu.10. par.13. & dec.84. num.42. & seqq par.18.* Attenta præsertim qualitate ejusdem prætensi Archivii, quod uti privatum eo minus præbet robur Scripturis, ibidem repertis *Rot. dec.1867. à num.71. Coccin. & dec.453. num.1. par.18. rec.* III. Respondemus, easdem ass. Literas patentes nullum habuisse effectum, & hoc evidenter desumimus ex ipsamet existentia in ass. Archivio Cùm enim eædem Literæ patentes nunquam restituantur iis, à quibus conceduntur, sed conserventur à Religiosis, ad effectum ostendendi proprios labores, & consequendi gradus, & prærogativas in propria Religiones, ut omnibus innotescit; Inverisimile prorsus est, ut si effectum habuissent, repositæ fuissent in eodem Archivio, quæ papatens inverisimilitudo eis omnem prorsus fidem adimit, ut notat *Bald. cons.444. num.2. & seqq. lib.1. Cravet. cons.28. num.9. Rot. decis.280. num.3. & 4. coram Cels. & decis.48. numer.3. part.16. recent.*

Probatur quoque eadem ineffectuatio ab omnibus nostris testibus, uno ore affirmantibus, Communitatem semper, & absque ulla interruptione Prædicatorem nominasse, atque Archipresbyteros Romanellum, Floridum, & Canophanum nunquam impedivisse nominationem, à Communitate factam, Hac autem in effectuatione admissa, iidem actus nunquam apti sunt immemorabilem interumpere, ut bene probat *Card. de Luc. de Regal. disc 184. sub num.5.*

Imò ad hunc etiam effectum interruptionis esset exadverso concludenter probandum, easdem ass. Literas patentes devenisse ad notitiam nostræ Communitatis, aliàs etiamsi essent mille, eadem notitia non probata, nullius essent momenti *Salyc. in leg. final. C. de Præscript. Bovius de Stat. Urb. præscript. gloss.21. num.4. Rot. cor. Burat. dec.739. num.7. & in par.19. rec. dec.136. num.17.*

Quod si causam hujus existentiæ indagare velimus facili negocio veritatem assequimur, asserendo scilicet, vel quod de recenti ibidem fuerint repositæ, vel quod illæ rejectæ fuerint à Communitate, & retromissæ Archipresbyteris, novitates inducere tentantibus, ut practicatum quoque fuit annis 1687. & 1671. sicque valdè absonum esset & à naturali ratione alienum, ut eædem Literæ patentes specialiter rejectæ, & non exequutæ tempore, quo factæ prætenduntur, ex hoc solum, quod repositæ reperiantur in quodam Cubiculo, cui Archivii nomem gratis exadverso tribuitur, attendi debeant pro decisione præsentis controversiæ, nullo præcedente remoto indicio recognitionis manus, & repositionis in tempore non suspecto, ut advertit *Pignat. consult.42 num.6. tom.4.* & concordat *Rot. cor. Zarat. dec.10. num.33.* ubi, quod inconveniens est in alio Judicio præstare fidem Testibus, quam in eo, In quo fuerunt examinati, non meruerunt cum concordantibus *in meis Inst. crim. lib.3. tit 7. num.75.*

Particulariter autem descendendo ad singulas Literas patentes, exadverso adductas, dicimus, illas anni 1612. per æquivocum forsan exadverso exagerari, cum reperiantur

tur subscriptæ 30. Augusti ejusdem anni 1612 sicque deservire non potuerunt pro antecedenti Quadragesima. Pro sequenti verò anno 1613. illarum ineffectuatio, ut supra præmisimus, concorditer probatur ad omnibus nostris Testibus, de hoc anno nullatenus interrogatis, sed solùm de annis 1612. 1622. 1640. 1689. & 1690. juxta Partis interrog.

46

Illæ verò anni 1622. subscriptæ leguntur die 8. Februarii ejusdem anni, proindeque nullo modo recedendo ab aliis responsionibus, sed illis firmissimè adhærendo adhuc in nihilo obstant. Potuerunt enim pro illo anno nostri Cives privari facultate eligendi ob negligentiam, sicque ad illam jure devoluto devenire potuit Archipresbyter, ut practicatur in his casibus Habentes siquidem jus nominandi Prædicatores, illo uti debent ante festivitatem Nativitatis, aliàs pro illo anno Jus eligendi devolvitur ad Superiorem, ut probant *Nicol. in Flosc. verb. Prædicator num.1. Panimol. dec.91. annot.2. num.15. Pignatel. consult.202. num.53. in princ. tom.4. & latè Card. de Albic. de Inconstan. in fid par.2. cap.2. num.167.*

47 48

Eadem quoque responsio militaret respectu Literarum patentium anni 1640. subscriptarum die 10. Martii ejusdem anni, quando mentionem facerent nostri Loci Pizzuli, sed cùm in eis non specificetur locus, in quo concio eodem anno haberi debebat, & dict. Archipresbyter alia habet Loca sibi subjecta, in quibus forsan Jus habet eligendi Prædicatorem nescimus videre quid exinde contra Nos ex eisdem Literis prætendatur inferri.

49

Prout etiam eadem responsio applicatur Literis patentibus anni 1689. quæ fuerunt expeditæ ab Archipresbytero jure devoluto, & ob negligentiam Communitatis, ut in specie probant nostri testes asserentes, easdem Literas præsentatas fuisse ipso die Jovis Carnisprivii.

50

Ex quo subsidario modo eligendi Prædicatorem non fuisset interrupta immemorabilis, ad quem effectum requiruntur actus taliter contrarii, ut nullam conciliationem admittant, *Rot. cor. Burat. decis.739. num.5. & 6. & in rec. dec.63. num.4. par.10. & dec.444. num 20. & seqq. par.14.*

51

Posteriores demum anni 1690. utpote actus, qui causam dederunt præsenti controversiæ, nec etiam merentur adduci, cum in illis nullum valeat fundamentum constitui *Dec. cons 82. num.1. Rot. cor Ludovis. dec.325. num.12. & cor. Priol. dec.377. num.18. & cor. Emer. Jun dec.741. num.4. & in rec. dec.288. num.1. par.6.*

52

Minus attendi merentur ad probandam d. effectuationem tres attestationes, exadverso exhibitæ. Nulla siquidem ex eis percutit tempus assertarum Literarum patentium ut ex lectura, sicque nullo modo possunt eandem effectuationem probare, *leg. Cum te C. de Probat. Jas. cons.46. num.27. lib.3. & Rot. cor. Merlin. dec.711. num.20. & cor. Celso decis.308. numer.15. & coram Priol. decis.216. num.5. & par.19 recent. decis.330. num.11.*

53

Carent hæ informes attestationes juramento, sine quo quælibet attestatio, etiam magni viri, & summæ authoritatis, nihil probat *Decian. respons.93. num.29. & seqq* ubi, quòd nec etiam Papa potest statuere, ut hujusmodi attestationes non juratæ attendantur. *Gratian. discept.677. num.18. & 19. Ab Ecclesia observ.63. num.3. par.2. & Gobb. consult.15. num.19.* ubi 31. firmat, hoc procedere, etiamsi testes essent Religiosi, quod comprobat etiam *Ab Ecclesia in loco proximè citato*, & benè *Pignatel. consult.42. num.5. tom.4.*

54

Extortæ fuerunt lite pendente, & absque citatione hujus Partis, quod ad adimendam fidem informibus attestationibus observant *Gloss. in l.3. §. Ideoque verb. Non testimonii ff. de Testib. Rot. cor. Priol. dec.335. num.17. & in rec. dec.147. num.19. part.10. & decis.8. num.17 part.12.* Regula enim est satis nota, quòd testes formiter, & validè examinati in judicio attenduntur, non autem attestationes extrajudiciales. Parte non citata, & absque contradictoribus extortæ, ut per hæc verba observat *Rot. dec.535. num.31. par.14. rec.* Et de extrajudiciali attestatione, etiam jurata, S. R. E. Cardinalium sunt magistrales *dec.387 à num.5. cor. Priol.* ubi, quòd hoc exposcit judiciorum rigor, *& dec.260. num 9. & 10. par. 18. rec.* qubi, quod hoc provenit ex natura Judiciorum, quorum rigor relaxari non debet.

55 56 57

Sunt simplices, informes, & affectatæ fides, quæ ut communiter dici solet fidem non faciunt, *Rot. cor. Emer. jun. dec.1203. sub num.12.*

58

In omnem verò casum his simplicibus, & informibus affectatis, & pendente lite extortis attestationibus, semper præferendæ erunt depositiones nostrorum testium formiter, & cum interrogatoriis Partis examinatorum, præcipuè, quia deponunt de rebus, quarum ipsi maxima pars fuerunt, *Rot. cor. Cerro decis.147. num.6 & in rec. decis.45. num.25. & seqq. part.6. decis 267. num.7. part.7. & decis.426. num.13. part.14.* Necnon concordant, & adminiculantur à prædictis publicis documentis, & attestationibus aliarum personarum, fide dignarum *Rot. decis.140. num.7. par 14. & decis.252. num.7. & dec.488 num.9. par.18. rec.* Et in nostris terminis, quòd magnifacienda sit adminiculata attestatio illorum, qui assistebant deputationi Concionatorum, observat *Pignatel. citat. consult.202. num.16. lib.4.*

59 60 61

Fortiùs, quia stante probatione Immemorabilis, ex hac parte justificata, quicumque actus, qui contra illam perfectam adduci possent, nunquam merentur attendi, ut considerant *Rosa consult.12. num 51. Roc. disp. Jur. tom.2. cap.167. num.42. & Add. ad Ludovis. dec 51. num 8.*

62

Imò speciali consideratione digna est fides Jo: de Christophono, deponentis de Jure, & praxi Archipresbyteri Anton. Canophani eligendi Prædicatorem quod de diametro opponitur replicatis confessionibus, ab eodem Archipresbytero emissis circa Jus, nostræ Communitati competens, ex adductis in Summario. Nulla autem fides præstanda est testi, deponenti contra confessionem illius Partis, pro qua attestatur, benè *Rot. dec.1. num.14. apud Salgad in Labyr. Credit. dec.421. num.12. & dec.916. num 5. cor. Cerr.*

63 64

In universum denique pro faciliori admissione nostrarum probationum, ac rejectione contrariarum iterum enixè supplicamus illas habere præ oculis sub ea consideratione, quod tempore prætensorum actuum, Immemorabili contrariorum, omnimoda, & totalis Jurisdictio nostri Loci Pizzuli usque ad ann. 1674. quo emanavit sententia. b. m. Altoviti, fuit semper exercita à Capitulo Lateranen. juxta quamplures actus, registratos in dicto Processu producto per Acta Martoli, & coram hac Sacr. Congregat. reperito, & innumeros alios, qui possent adduci: Unde, nedum verisimile, sed nimis naturale est, quòd existente eodem Capitulo Lateranen. in possessione exercendi totalem, & omnimodam Jurisdictionem in nostra Terra Pizzuli, Archipresbyteri pro tempore, qui se abstinuerunt ab aliis actibus Jurisdictionalibus, nullo modo se ingesserint in negotio electionis Prædicatoris, prout uno ore deponunt nostri Testes, & satis probasse credimus ex hucusque animadversis.

65 66 67

Die 17. Julii 1695. proposito dubio in Sac. Congreg. Conc. *An, & ad quem spectet Jus eligendi Concionatorem in Terra Pizzuli pro tempore Quadragesimali*, responsum fuit; *Manutenendam esse Communitatem in quasi possessione nominandi Concionatorem* Repropòsito verò dubio die 2. Junii 1696. dictum fuit: *In decisis*, cum addito, *ut Causa ampliùs non proponerentur.*

68

Circa diversitatem illam inter dubium, loquens de *Electione*, & inter rescriptum Sacr. Congregat. loquens de *Præsentatione*, Concionatoris, nota hìc quòd *constituere*, *eligere*, *& deputare* Prædicatorem solus Episcopus potest: Alii verò Jus habentes in hac parte, eo quia eis elemosynam solvunt, vel ex immemorabili tale Jus habeant, uti debent in Literis patentibus verbis. *Nominamus*, *& Præsentamus*, ut satis innuere videtur Sacr. Congregat. in hac Causa, & clarius id determinavit *in Sutrina 9. Maii 1688. & in Urbinaten. 7. Junii 1698. & 10. Januar. 1699* Quæ procedunt etiam respectu Generalium Religionum, quando tamen non pro Religione in eorum Ecclesiis, sed pro commoditate Universitatis, quæ elemosynam solvit, in Ecclesia Regulari concio habenda est, ut resolvit *S. C. E. in Alatrina 3. Julii 1693. Ponente Card. de Judice.*

69 70 71

Adeo autem vera sunt prædicta, ut si in Literis patentibus Communitatis reperiantur verba *eligimus seu constituimus*, Episcop. non tenetur illas admittere, sed aliæ expediendæ veniant ex cumulatis *per Monacell. in Formul. tom.1. tit.8. form.7. num.3.*

72

DISCEPTATIO XXI.

Melevitana restit. in Integr.

PRO

Hieronyma Falsona.

ARGUMENTUM.

Restitutio in integrum adversus lapsum quinquennii concedenda est Religioso non reclamanti, vivente illo, qui ei metum incussit ad ingredien. Religionem, non attentis actibus, aliis Religiosis communibus, eodem tempore gestis, neque relevante ratificatione professionis, vi Regularum quolibet anno renovanda ab omnibus Religiosis.

1 PRo concessione gratiæ restitutionis in integrum præmittenda videntur aliqua, in quibus, vel concordant omnes Testes, vel communiter conveniunt omnes Doctores.

Concordant siquidem omnes Testes, quod Federicus Falsonus Pater Hieronymæ fuerit, nedum rigidæ, & austeræ naturæ, sed ulterius *terribile nel trattare coi Figli, Familiari, e Servitori, col mostrarsi sempre aspro, severo, e rigido, e metteva le mani sopra tutti indifferentemente, e per qualunque cosa per minima, che sia*. Quodque e converso ead. Hieronyma erat timidæ, & pusillanimis naturæ, taliter ut non auderet, nec etiam in minimo ei replicare in omnibus iis, quæ idem Federicus ab ipsa desiderabat, edocta à propria, & aliorum domesticorum, familiarum, & famulorum dolorosa experientia in ei replicando, ut probant Testes dati in Summario, & concordat Episcopus in ejus Relatione ibi: *Che detto qu. Federico Padre dell'Oratrice fosse di natura rigida, e severa, e si facesse temere dalle Genti di casa.*

Conveniunt verò omnes Doctores in eo, quòd metus facilius incutitur Mulieribus, & præcipuè teneræ ætatis, quam Viris, quòdque proinde minor in eisdem requiratur metus, quàm in Viris ad annullandam professionem, juxta animadversa *in Tom. 1. par. 1. discept. 1. num. 16.* Itaut in Mulieribus non requiratur probatio metus, cadentis in constantem Virum ad annullandam professionem, sed sufficiat ille, cadens in constantem Mulierem, ea ratione, quia Mulieris animus, etiam constans, levioribus movetur affectibus, quam animus virilis, juxta animadversa *in Tom. 1. par. 1. discept. 20 nu. 47. & 48.* Imò quod sufficiat solus metus reverentialis, junctus minis, & importunis suasionibus Patris, ob reverentiam ei debitam, atque cum protestationibus, conquestionibus, & lacrymis filiæ, notabiliter advertunt adducti *in Tom. 1. par. 1. discept. 20. num. 44.*

Quibus præmissis, in nostro casu, in quo est sermo de Puella annorum 17. quando professionem emisit, nedum concurrit metus, cadens in constantem Mulierem, sed in constantissimum Virum, & proinde eò magis speramus responderi pro gratia restitutionis in integrum.

Probatur autem iste metus ex uniformi depositione omnium Testium, considerando tempus ante ingressum in Monasterium, tempus explorationis ipsius voluntatis, tempus proximum discessui è Domo paterna, tempus discessus ex eadem Domo, tempus ingressus in Monasterium, tempus Novitiatus, tempus renunciationis bonorum Paternorum, tempus professionis, & tempus post professionem.

Etenim ante ingressum in Monasterium, & præcisè in tenera ætate annorum 11. *più volte con le lagrime à gl'occhi si è dichiarata meco di non voler assolutamente farsi Religiosa*, ut testatur Mater, Cum qua concordant omnes alii Testes, asserentes: *Non ebbe mai volontà di monacarsi, anzi mostrò sempre un'aversione particolare allo stato Religioso.*

Tempore explorationis ipsius voluntatis magnam ostendit repugnantiam accedendi ad dictum effectum ad tunc temporis Priorem Ecclesiæ, donec tandem accedere coacta fuit, mediantibus duobus ictibus, in capite à Genitore ei illatis, ob eandem resistentiam, & animi aversionem à statu Religioso, tali occasione ostensam, circa quam concordant omnes Testes, & omnia confirmat Episcopus in d. Relatione.

Tempore proximo discessui è Domo paterna, tam coram Deputatis à Magno Magistro, quam in Curia Episcopi cum replicato juramento retulit Mater: *Che una notte &c. mentre stavo in letto mezza sonnacchiosa, hò sentito qualche rumore vicino a detto mio letto, e non sapendo, che cosa fosse mi svegliai in un tratto, e trovai, che detta Geronima mia figlia dalla sua stanza erasi portata alla mia; Onde le chiesi allora per qual causa fosse venuta a trovarmi & ella tutta piangente mi disse: Sig. Madre vi prego per amor di Dio ad ajutarmi, e non permettere, che contro mia voglia abbia da farmi Religiosa, & io procurai dal canto mio di consolarla, quanto più mi è stato possibile.*

Tempore discessus ex eadem domo paterna, januæ fortiter innixa, multo tempore immobilis permansit, publicè se declarando, nolle ab illa discedere ad effectum ingrediendi Monasterium, donec tandem *per forza li Parenti la distaccorno dalla porta, e condussero in questa Città Valletta dentro detto Monastero* juxta præcisa verba Testis, eisdem operationibus præsentis, & concordantis in hac parte cum multis aliis, datis in Summario.

Tempore ingressus in Monasterium ab uno ex testibus, qui illam associabatur per viam, visa fuit *piangere dirottamente, e molto più nell'ingresso dentro la Clausura, dove mostrò repugnanza grande d'entravi*, & concordant multi alii Testes de visu.

Tempore Novitiatus uno ore concordant omnes Moniales, & alii Testes de visu, quod eam viderint *sempre afflitta, e malinconica, mostrando segni evidenti del dispiacere, che aveva di vedersi rinchiusa in questo Monastero*. Nec dissentit Episcopus in ejus Relatione.

Tempore renunciationis bonorum paternorum accessit quidem ad Crates Monasterii, sed tali afflictione, animique passione, ut prorsus neglecta præsentia nobilium personarum, ibidem existentium, vix actu renunciationis expleto, exclamavit Genitoribus: *Sete contenti adesso, satiatevi pure, che hò fatto quanto avete voluto, e ciò dicendo voltò le spalle, e andossene via.*

Tempore Professionis, cùm de sero antecedenti nollet se disponere ad illam emittendam, verberata fuit à Sorore Geltruda ejus consanguinea, *perche si mettesse in termini doverosi, e che ella con tutto ciò avesse sempre persistito in quella sua afflizzione*. De mane ejusdem diei, quando in Ecclesia aderat Populi concursus ad assistendum functioni, pallida, & tremens, non sine aliarum Monialium admiratione, deambulabat per Viridarium, Dum Moniales cantabant Hymnum SS. Ambrosii, & Augustini, deponit una ex eisdem, *che era tutta pallida nel volto, e le grondavano profusamente le lagrime dagl'occhi, a segno tale, che io medema per la molta esperienza tengo di simile Fanciulle monacande, argomentai tra me stessa, che detta Suor Geronima non professava di sua spontanea volontà, che faceva detta professione contro sua voglia*. Ex eodem motivo coactæ voluntatis d. Hieronymæ, nevè inciderent in excommunicationem, latam *à Conc. Trid. sess. 24. de Regul cap. 19.* contra eos, *qui scientes, eam non spontè ingredi Monasterium, aut habitum suscipere, aut professionem emittere, quoquo modo eidem actui vel præsentiam, vel consensum, vel authoritatem interposuerint*, tres, vel quatuor Moniales exierunt è Choro. Itaut communis deinde remanserit, & perseveret publica vox, & fama in eodem Monasterio, imò, & in tota Civitate, atque Insula Melitæ, quod *essa Suor Geronima si fosse professata contro sua voglia, e per non poter resistere a voleri di suo Padre*, quæ proinde solita erat vocare *un mal giorno per lei* illum, in quo talem professionem emittere coacta fuit.

Post professionem demum, tam intra, quam post quinquennium, & semper, ejus continua colloquia sive cum Genitrice, sive cum Consanguineis, sive cum familiaribus famulis, & famulabus ejus Domus, sive cum Confessariis, & aliis personis, accedentibus ad crates Monasterii, nihil aliud concernebant, nec circa alia versabantur, quam circa violentias, passas in emissione professionis, ut videre, est in toto Summario. Imò aliquando tali furore inter eosdem discursus correpta fuit, ut tentaverit se projicere à fenestra, nisi id impedivisset Monialis, quæ id refert in Summario.

Ex his igitur, præcipuè simul junctis, ut in his terminis faciendum esse monet adducti *in Tom. 1. par. 1. discept. 1. n. 64.* concludenter dicitur probatus metus, nedum cadens in constantem Mulierem, sed, ut dicebamus in principio, etiam in constantissimum Virum, ut considerando qualitatem naturæ severæ, & terribilis incutientis metum, præcipuè quando ei reverentia debetur, nec non considerando omnes prædictas operationes ejusd. Hieronymæ observant adducti *in meis Instit. crim. lib. 1. & 10. §. 4. à num. 169.* quibus addo *Rot. in dec. 1359. per tot. cor. Emer. Jun.*

Præ oculis signanter habendo terribilem naturam, & firmum, ad determinatum propositum Federici Patris Hieronymæ constanter se declarantis cum iis, qui ipsum removere tentabant à monacanda filia invita, *che la voleva far monacare*

care per forza. *E che, o volesse, o non volesse Lui era risoluto di chiuderla in qualche Monasterio. Che se non entrarebbe nel Monastero non la voleva conoscere per Figlia, ma trattarla da Schiava*. Imò *che la farebbe morire con bastonate*. Facile enim conjecturari possunt, quæ, & qualia passa sit eadem Hieronyma inter domesticos parietes, & remotis arbitris ab eodem Genitore, ad hoc ut iste optatum consequeretur finem per quæcumque media, ex animadversis in nostris terminis per *Mascard. de Probat. conclus.* 1054. *num.* 4. *& Ciarlin. controv.* 108. *num.* 47. Atque non obscurè deduci possunt ex modo, practicato cum Matre ejusdem Hieronymæ, ab ipsamet relato ibi: *Avendone io parlato a detto Sig. Federico, egli non solo non mi diede orecchio, ma si pose anche in colera, e mi voleva mangiar viva*, & concordat alter testis, ibi: *Detto Sig. Federico montato in colera gli fece una sgridata, trattandola come se fosse una Schiava, che poco mancò, che non la bastonasse se io non mi ci fossi trovato presente:* Si enim ista practicata fuerunt cum Uxore, talisque erat naturæ, ut tremere faciebat ipsamet Mancipia Turcica terribilibus oculis, seu *con un'occhiata fiera* ut dicunt multi Testes; Quid dicendum cum filia tenerioris ætatis, & imbecillioris naturæ? *che temeva assai di suo Padre, e tremava quando lo vedeva*, ut benè observant *Barbos. vot. decis.* 1. *num.* 22. *& seqq. & Pignatel. consult.* 173. *sub num.* 46. *tom.* 9.

27

29

Nec subsistunt ea, quæ objiciuntur circa tacitam professionem, omnia enim latissimè confutantur in *eisdem Inst. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *à num* 192.

30

Præcipuè, quia iidem actus, & munera exercita fuerunt vivente Patre, qui metum incussit, quo casu in nulla habentur consideratione ad inducendam tacitam professionem, eo quia malum principium influit in omnes alios actus, durante causa ejusdem metus gestos, ex adductis *in Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 4. *num.* 38.

31

Concordant autem omnes testes, quod ex præciso motivo superviventiæ, & duritiei Patris non reclamaverit ead. Hieronyma. Imò unus ex eisdem testibus ulterius deponit de firmo proposito ejusdem omnino reclamandi post mortem Patris, eidem testi subjugens: *Avertite, che un giorno mi avrete da testificare quello, che avete osservato nella persona mia;* Alter testatur de diligentiis vivente etiam Patre irrito conatu tentatis apud unum ex EE. PP. hujus Sacr. Congregat. Et demum alter asserit, similes diligentias continuasse cum duobus suis Fratribus, in Urbe moram trahentibus, sed cum non dissimili eventu attenta superviventia Patris, metum incutientis.

32

33

34

Præsumptio autem illa, quòd in Communionibus, & aliis actibus devotionis, & signanter Exercitiis spiritualibus, ter replicatis, Hieronyma suam professionem à principio nullam ratificaverit, cedit veritati concludentissimè probatæ ex contrariis actibus, supra expensis ex adductis *in Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 2. *num.* 28. & quod magis est, ex depositione illorummet Confessariorum, prævia tamen ejus speciali permissione, qui ipsius confessiones audierunt, & eorundem Exercitiorum spiritualium Directores fuerunt, ut considerando similes Confessariorum depositiones advertit *Pignatel. consult.* 173. *num.* 159. *tom.* 9. & firmavit *Rot. decis.* 1166. *num.* 1. *post princip. coram Seraph. & decis.* 277. *sub num.* 5. *coram Ubald.*

35

36

Quo verò ad renovationem Votorum, quolibet anno vigore Constitutionum factam quæ prætenditur æquivalere ratificationi expressæ, ultra dictam cathegoricam responsionem, quòd facta fuit vivente Patre, quo casu in nulla habetur consideratione, ut egregiè observat *Mascard. de Probat. conclus.* 1053. *num.* 34. & in terminis alterius ratificationis expressæ resolvit hæc S. C. *in Neapolit.* 18 *Aprilis* 1692. *Lib* 44. *Decr. fol.* 204. & in *Cephaluden.* 14. *Feb. &* 18. *Julii* 1699. *& in Mantuana* 16. *Januarii* 1700. duplex alia occurrit responsio; Prima, quod illam nullatenus verè fecit Hieronyma animo priorem professionem ratificandi sed dumtaxat *per cerimonia, e che la sua intenzione non era stata mai tale. Et interrogatela, come dunque avesse per le sue Constituzioni fatta detta ratifica, mi diceva, che aveva balbottato senza animo di farla col cuore, e se pure la fece fu per ceremonia*, Unde absque dicto animo priorem professionem verè ratificandi, in nulla haberi debet consideratione, ut observant *Ciarlin. contr.* 108. *nu.* 62. *Tambur. de Jur. Abb. tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 16. *num.* 4. *Pellizzar. de Monialib. cap.* 3. *sect.* 1. *num.* 28. *Sanch. de Matrim lib.* 1. *disput.* 9. *num.* 5. *Tondut. resol. Benefic. lib.* 1. *cap.* 78. *num.* 12. & *Rot. decis.* 273. *num.* 23. *cor. Priol.* Et in terminis expressæ professionis, simulatè emissæ ob metum, à Patruo Nepti incussum, respondit hæc S. C. *in Sabinen.* 1. *Julii* 1662. *lib.* 23. *Decr. fol.* 44.

37

38

39

In his enim casibus, & actibus communiter observant Doctores, quinque concurrere debere requisita, & quidem copulativè, ad hoc, ut inducatur ratificatio prioris professionis nullæ; Primum quod fiat authoritate Superioris, qui potest ad professionem admittere. Secundum, quòd spontanea voluntate emittatur. Tertium, quòd id sequatur cum scientia, & notitia, quod tales actus ad solos professos pertineant. Quartum, quòd illos faciens non se habeat negativè, sed verum animum, & determinatam voluntatem profitendi habeat, & Quintum, quòd annum 16. expleverit, ut videre est *in Tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 3 *à num.* 59. Ex quibus in casu nostro deficiunt 2. 3. & 4. ex hucusque animadversis.

40

Secunda verò responsio in eo consistit, quod dicta renovatio votorum est actus necessarius, ut potè strictissimè injunctus à Constitutionibus Monasterii, & consequenter nullatenus aptus est ad convalidandam professionem, ex defectu liberi consensus in radice nullam, ad quem effectum requiruntur actus omnino spontanei, & totaliter liberi, atque nullatenus à particularibus Constitutionibus Monasterii præscripti, ut observat *Novar. in Summ. Bullar. Comment.* 88. *num.* 4. *vers. Non obstante* cum aliis, de quibus *in Instit. crim. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *à num.* 197.

41

Perstringendo igitur veram non minùs, quam commiserandam facti historiam, quid magis potuit dicere, aut facere ista infelicissima Mulier, cujus præsentes afflictiones, & miserias refert etiam Episcopus, ad ostendendum animum suum à Religioso statu prorsus alienum? Ab infantia enim, nedum nunquam signum aliquod dedit, nec minimum verbum protulit, Religiosæ vitæ directum, sed è converso cum omnibus consanguineis, & familiaribus, univocis, seriis, & replicatis declarationibus patefecit dictam suam voluntatem, Religioso statui nullatenus conformem; Crescente deinde ætate, & Patris urgentibus operationibus, à Confessariis, Monialibus, Consanguineis, à Genetrice sæpè rogata, & ab Amita non semel verberibus etiam tentata, ut hujusmodi propositum mutaret, semper remansit inflexibilis: Quando autem, sepositis importunis precibus, & suasionibus, omnem movit lapidem idem Pater pro illa invita in Monasterium introducenda, in tenera adhuc ætate annorum 15. quid non fecit, quæ non dixit. Recusavit enim accedere ad eum, qui ipsius voluntatem explorare debebat, sed non valens deindè resistere Patris jussionibus, postquam duobus ictibus ab eodem percussa fuit in capite, tandem accessit, vel invita: Paulò post, non sine fundamento dubitans de continuatione violentiarum ejusdem Patris, dum quietum silentium contineret omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, gemebunda, & sola accessit ad Matrem dormientem eam enixè rogando, ut saltem propter amorem Dei non sineret ipsam invitam in Monasterium detrudi; Instante autem tempore ingressus in idem Monasterium, nec valens inter domesticos parietes Patri resistere, multo tempore permansit in janua Domus, fortiter innixa thopalo, seù malleolo ad pulsandam januam ejusdem Domus, se apertè coram omni Populo declarando, nolle inde discedere, sed tandem per vim à Genitore evulsa per viam jugiter plorans non minorem ostendit repugnantiam ingrediendi Monasterium; Ibidem taliter reclusa toto Noviciatus tempore visa fuit à Monialibus summopere afflicta, atque evidentia ostendens signa ejus maximæ displicentiæ, & coactæ voluntatis, nec minori displicentia accessit ad Crates pro facienda renunciatione bonorum Paternorum; Recognoscens enim eandem renunciationem pro petra scandali, & pro unico motivo suarum afflictionum, illa statim terminata, nec etiam præsentia qualificati Equitis Hierosolymitani, & aliarum personarum illam impedire potuit, quin Patri exclamando dixerit, quod tunc debebat esse contentus, eo quia voti compos factus fuerat, illicò omnibus terga vertendo; Instante professionis tempore, cùm nollet ad ipsam se disponere, de sero antecedenti verberata fuit ab Amita, de mane verò, quando in Ecclesia aderat Populi concursus ad assistendum functioni, non sine Monialium admiratione, sola, & pallida per Viridarium deambulans, & mussitans, clara dedit indicia ipsius coactæ voluntatis, & clariora deinde ostendit in actu professionis, quando *era tutta pallida nel volto, e le grondavano profusamente le lagrime dagli occhi*. Si enim unquam aliàs vocis pondera habuerunt lacrymæ, in hoc certè casu manifestè loquutæ fuerunt, coactam ipsius voluntatem ostendentes, ut in terminis observat *Rot dec.* 25 *num.* 40 *cor. Arguell.* quod probè intelligentes Moniales, multæ ex illis exierunt à Choro, ne excommunicationem incurrerent fulminatam contra præstantes præsentiam meticulosæ professioni; Indequè publica emersit vox, & æqualis fama de dicta

42

43

44

45

46

47

48

dicta coacta professione, ab illa emissa, quæ immediatè post, intra quinquennium, & semper, nihil aliud fecit, nihilve dixit, quàm ostendere signa, & se declarare in voce, circa vim sibi illatam ad extorquendam professionem, medianti- 49 bus minis, importunis suasionibus, & malis tractationibus Patris, post cujus obitum statim judicialiter reclamare cœpit, & hodiè humillimas effundit preces, non quidem pro maximo decreto, declarante nullam suam professionem, sed pro sola gratia restitutionis in integrum, ad hoc scilicet, ut in congruo Judicio suas adducere possit probationes nullitatis 50 ejusdem professionis, ad quem effectum si simplices sufficerent extrajudiciales conquestiones intra quinquennium cum solis Consanguineis emissæ juxta animadversa *in Tom.1.p.1. discept.20. num 1.* Quanto magis superabundare videntur hucusque expensa? Præ oculis signanter habendo salutem ani- 51 mæ nulliter professæ, atque pacem, & quietem Monasterii, quæ operantur, ut etiam in dubio, se tenente ex parte defectus consensus, respondendum sit pro nullitate professionis, ea ratione, quia in hoc dubio non consideratur favor Religionis, qui nunquam concurrit, non probato valido consensu, ex adductis in *Tom.1. par.1. discept.20. num.96.*

52 Die 29. Aprilis 1702. proposito dubio in S.C.C. *An sit locus restitutioni in integrum in casu &c.* responsum fuit *Dilata*.

53 Repropposito verò die 28. Novembr. ejusdem anni, rescriptum fuit: *Examinentur Testes formiter cor. Episcopo.*

54 Et tertiò proposito die 15. Decembris 1703. fuit responsum *Affirmativè.*

55 Solet aliquando S.C.C. in hac materia suum oraculum proferre, nedum circa gratiam restitutionis in integrum, sed etiam circa nullitatem professionis, sivè quia dubitet, Episcopos non procedere cum illo rigore, cum quo eadem S.C. à moderno tempore meritò procedit, sive ex aliis motivis, & congruentiis, juxta ea, quæ observavi *in tom.1. part.1. discept.3 per tot.* & in hoc *tomo part.1. discept.9.* & ju- 56 xta ea, quæ practicavit in sequenti causa *Papien.* in qua scribens ego contra Religiosum, vigore sententiæ Ordinarii incedentem cum habitu sæculari, dicebam.

Undequaquè perspectis, & attentè consideratis nostræ Causæ meritis, nullitas sententiæ, & attentata, commissa in illius prolatione apparent innegabilia, dum ad illam deventum fuit, nedùm rejecta testium repetitione, ex hac par- 57 te instantissimè petita, sed quod magis est, post appellationem ad S. Sedem, quòd excessum, & attentata auget, juxta dictum *Div. Bernar. in epist.56 ad Innoc. Papam, inter ejus Oper. fol. mihi 1533.* ibi: *Etiam post appellationem tui nominis ausi sunt exercere.*

Quibus addimus, quod ut omni præcipitantia, & possibili celeritate Causa expediretur, omissa fuit in Processu solita, 58 & necessaria citatio ad sententiam, ex quo promulgata legitur in termino revocationis monitionis; Quæ citatio omninò erat necessaria, & esse debebat specifica, aliàs sententia nun- 59 quam sustinetur, ex adductis per *Ridolph. in Prax. part.3. cap.2. num.70. & Rot. cor. Priol. dec.123. num.8.* & alibi passim, cum sit conclusio, carens Contradictore.

Ad merita autem causæ deveniendo, supplicamus in facto observare, quòd Partis exclamationes unicè innituntur enunciativis, & conquestionibus à P. Leggio, ut plurimùm post 60 professionem, data forsan opera emissis cum uno, vel altero ex ejus Amicis, qui illas referunt in eorum depositionibus, itaut in rei veritate, cum omni verborum proprietate, dici possit, omnes contrarias probationes, & integrum Processum pendere à verbis ejusdem P. Leggii, ad suum favorem prætendentis uti dictis assertivis, contra omnia Jura Mundi.

Quod manibus palpatur dicta eorundem testium, percurrendo; Tres enim adducti fuerunt ad probandum assertum 61 metum, & figuratam vim, passam, seù veriùs confictam, in emittenda professione.

I. Petrus Franciscus Tacconus id clarè fassus fuit innumeris in locis ejus examinis, signanter, ibi: *Se il detto Signor* 62 *Carlo si dichiarasse, e protestasse di battere detto Sig. Antonio suo Figliuolo, precisamente, perchè non si volesse fare Religioso*, Respondit: *Per quanto mi diceva il medesimo Sig. Antonio Francesco, lo costringeva con le percosse, e minaccie, perchè si facesse Frate, ma io poi non hò sentito le parole precise*; Quæ verba sæpiùs repetuntur in eodem examine. Absurdum autem reputatur, illos admittere in testes, quorum repel- 63 luntur Authores, quia esset majorem fidem dare copiæ, quàm originali, contra *Text. in cap. Licèt ex quodam de Testib.* & in terminis testis, inducti ad probandum metum in Professione, observat *Sperel. dec.79. num.41.* & firmavit *Rot. cor. Emer. Jun. decis.402. num.4. & decis.301. num.20. par.11. rec. & dec.514 num.14. par.18. rec.*

II. Testis Dominicus de Augustinis idem apertissimè deposuit circa actum professionis; *Sempre si lamentava con me* 64 *&c. che si era fatto Religioso per forza, e per timore del Padre, e che in niun modo voleva stare Religioso, e che aveva fatto la professione per le minaccie, fatteli dalli suoi Fratelli in Piacenza.* Quod in aliis etiam Interrogatoriis sæpè repetit.

III. Testis Catherina Rossina eandem veritatem non est ausa negare, licèt plura in ejus examine omninò inverisimi- 65 lia, & improbabilia asseruerit, ibi: *Discorreva con me, più, e più volte, lamentandosi della forza, che li era stata fatta, e dal Padre, e dalli Fratelli di farsi Religioso &c. Quando hà discorso con me il Padre Don Antonio Francesco &c. sfogava il suo animo con me, e diceva, vedete in che stato di disperazione mi ritrovo, che mio Padre vuole, che io vadi a Frate per forza.*

Ultrà dictam relevantissimam exceptionem horum testium quod adducant in Authorem eorum dicti P. Leggium, & 66 sic nullam ex hoc capite faciant probationem, ex supra animadversis, dictus Dominicus est vilis Cerdo, & miserabilis Veteramentarius, ut ipsemet fatetur, ibi: *Il mio esercizio è di fare, ed aggiustare fornimenti di Carrozze.* Eadem verò Catherina vilissima fœmina, & proindè eo mi- 67 norem merentur fidem ex adductis *in Tom.1. par.2. discept. 14. num.62.*

Dignentur proinde EE. PP. considerare in quonam facto & in quibus probationibus P. Leggius suam fundaverit intentionem, in dictis videlicet trium testium, ab ipsomet infor- 68 matorum, quorum duo vilissimi sunt, plebei, & miserabiles, & quod plus est una fœmina, nec etiam integræ famæ, qui proindè nullam probationem constituunt, ut considerando testis vilitatem, & plebejam qualitatem, ultra supra indicatos, observant *Gloss. in §. Sancimus verb. Ignobiles authentic. de Testam. Rot. dec.61. num.3. cor. Arguel. & decis.203. num.15. par.7. rec.* Et præ oculis habendo easdem 69 qualitates in fœmina advertit *ead. Rot. dec.89. num.6. coram Priol.* & meliùs *cor. Zarat. dec.85. num.17.*

Eodem prorsus modo referendo eundem P. Leggium in unicum Authorem eorum dicti deponunt alii tres testes Religiosi, dati in contrario Summario, sed cum illa relevantis- 70 sima circunstantia, quòd ferè omnes loquuntur de conquestionibus, & discursibus post professionem, & quòd nullus ex eis de tempore, quo prætenditur incussus metus, cognovit Carolum de Leggiis, juxta Partis suppositum eundem metum incutientis.

E' converso autem spontanea voluntas ejusdem P. Leggii superlativè ex hac parte demonstratur, tam ante professio- 71 nem, quam tempore, quo fuit emissa, & demum postea.

Ante professionem ex attestatione septem testium, omni exceptione majorum, de quibus in nostro Summario, qui medio juramento rotundis verbis fatentur. *Più volte mi fece* 72 *gagliarde instanze d'ottenerli con li miei officj la sospirata licenza di farsi Religioso dal Sig. Carlo suo Padre allora vivente &c. Mi prese in disparte, con ogni più calda, ed efficace premura mi pregò in queste, e poco variate parole, che mi degnassi, giache avevo ajutato suo Frattello a prendere stato, ad assistere Lui parimente per l'elezzione, tanto bramata del Chiostro &c. facesse instanze non ordinarie, e per qualche tempo appresso detto Sig. Padre, acciò lo collocasse Religioso ne' Monaci di S. Salvatore presso questa Città dell'Ordine di S. Benedetto, al che detto Sig: Padre hà mostrata sempre renitenza, in condescenderli &c. onde si fece pregare molto tempo.*

De hoc facto deponunt duo nobiles, & qualificati testes, non de auditu, nec de verisimili, sed adducta illa optima 73 causa scientiæ, quia *tanto viddi, tanto udii, tanto passò per le mie mani della mia confidenza, e ne confermo; come da capo l'occorso, sottoscrivendomi giurato, di propria mano.* Itaut ad augendam illorum fidem applicari videantur ea, quæ de se ipso scripsit *D. Jo: Epist.1. in princ.* & ad nostrum effectum notant *Sperel. decis.79. num.63. & Pignatel consult.181. num.31. tom 9.*

Tempore verò professionis nec etiam exadverso prætenditur, imò nec allegatur incussus metus aliquis, & meritò, 74 quia illa emissa fuit Placentiæ, & Pater tunc temporis erat Papiæ, unde cessante quocumque metu poterat suam voluntatem liberè declarare, benè *Rot. dec.514. num.18. par.18. rec.* nullaque datur, vel extrajudicialis conquestio, vel minima protestatio, seu voluntatis apertio coram quacumque persona, quod ad illam deveniebat per vim, sed omnia in pace 75 composita fuerunt, & actus professionis cum omni libertate publicè, & palam emissus.

Demum

Demum post eandem professionem spontanea voluntas P. Leggii non potest meliùs comprobari, quàm per illam proba- 76 bationis speciem, quæ omnium probationum Regina vocatur, per propriam scilicèt, seriam, & claram confessionem, de qua in epistola, exhibita in Summario, ibi: *Sonogiorni 21. che io infrascritto vesto l'abito nella Religione di S. Benedetto, da me tanto desiderata, e bramata, che non mi pare nè pure un momento*: Licitum sit enim Nobis petere ab eodem P. Leggio, quando hæc scribebat, à quo cogebatur? 77 quis metum ei incutiebat? quam vim passus fuit? à quo? cum quibus mediis? quomodo? ut benè notat *Pignat consult.* 181. *num.*18. *tom.*9. cum quibus processit hæc S. C. *in Cremonen.* 17. *Novemb.* 1696. Si autem omnia ista nec etiam ab ipsomet allegantur, nec ab aliquo ex testibus, ab ipso edoctis, & informatis, concludendum est, hanc probationem non posse modo evidentiori illam veritatem, & spontaneitatem comprobare, de qua quærimus, & eandem confessionem es- 78 se præferendam etiam mille Testibus in contrarium, juxta receptum axioma, de quo *Covar. de Sponsal. par.*2. *cap.*2. *n.*2. *Boss. de Matrim. cap.*3. *num.*223. & 247. *Rot. dec.* 994. *num.*4. *cor. Dunoz. jun.* & in nostris terminis *Sperel. dec.* 79. *num.* 63. & *Pignatel. consult.* 181. *num.* 31. *tom.* 9.

Veritas hæc, à nostris testibus intra evidentiæ fines posita, comprobatur etiam à contrariis, signanter à P. Honorato à 79 Papia, ibi: *Il P. D. Antonio Francesco de Leggi, che credo sia figlio di un tal Signor Carlo di Pavia, questi, mentre eravamo in compagnia in detto Monastero, discorrendo mi disse, che Lui veramente era venuto a farsi Religioso contro la volontà di suo Padre, ma che per altro Lui non intendeva d'essere* 80 *Religioso*. Qua igitur fronte asserere hodiè audet coram hoc sapientissimo Consessu, se fuisse Religionem ingressum per vim, ac metum Patris, sub insubsistenti pretexu Vini, nec etiam parcendo illius existimationi, & optimæ famæ, si illam voluit ingredi *veramente contro la volonta di suo Padre*, 81 qui in tantum ejusdem filii desiderio tandem consensum præstitit, *per non incorrere in qualche indignazione appresso S. D. M. &c. perche era persona, che non voleva violentare la volontà de suoi Figliuoli, volendo più tosto negare la propria &c. E l'istesso ebbe a fare con tutte le sue Figlie*. Cùmquè dictus contrarius testis examinatus, & productus sit à P. Leggio, & deponat de eo, quod ab ipsomet in seriis discursibus, & tractatibus audivit, concludentissimam, etsi unicus, con- 82 tra ipsum probationem facit, ex adductis per *Cravet. cons.* 201. *sub num.*9. *Rot. cor. Burat. dec.* 618. *num.*4. & *cor. Cels. decis.* 3. *num.*6. *cor. Priol ejusd. dec.* & *numero* Cujus pretiosæ notitiæ gratias agimus innegalibi ingenuitati contrarii Scribentis, qui, eandem registrando in contrario Summario, abstulit nobis laborem illam perquirendi in Processu.

A P. Mauritio Buratto, adducente pro motivo professionis stimulum honoris, & consequenter excludentis prætextum metus, ibi: *Il medemo esagerava la poco inclinazione, che aveva d'essere Religioso &c e che se non fosse per stimolo di* 83 *reputazione se ne sarebbe uscito prima di professare nella Religione, ma che avendo il medemo stimolo con Lui, come persona ben nata, quello* (verbum notatu dignissimum) *lo tratteneva a perseverare nella Religione Quello*, non igitur prætextus metus, non supposita vis passa à Genitore, & alia 84 post eandem possessionem validè emissam excogitata, & conficta.

Obiter hìc advertendo, non subsistere in facto ea, quæ de tenera ætate annorum 15. respectu ejusdem P. Leggii exagerantur, dum omnes contrarii testes concordant, illum 85 fuisse annorum 18. in qua non de facili solent verificari rimor, & metus, præcipuè in florentissima Civitate, in qua patet omnibus recursus ad Superiores, quod pro metus exclusione considerant *Roland. cons.* 83. *num.* 37. *lib.*2. *Rot. dec.* 86 385. *num.*4. *cor. Dunoz. Jun.* & *decis.* 516. *num.* 30 *par.*5. & *decis.* 154. *num.*7. *par.*14. & *decis.* 514. *num.*25. *par.*18. *rec.* Et in terminis metus, qui prætendebatur incussus ad contrahendum matrimonium eadem *Rot. in Neapolit. Matrimon.* 2. *Aprilis* 1683: *§. Etenim, versic. Proregem adire poterat, & sic metum, seu malum, quod ex eo timebat, evitare cor. Guaxard.*

Combinatis igitur probationibus, quæ hincindè adducuntur pro, & contra validitatem, & spontaneitatem professionis, absque ullo dubio præponderare videntur illæ, quæ stant pro eadem validitate, pro qua semper præsumitur, & cui 87 omnia Jura favent, ex cumulatis per *Panimol. decis.* 29. *adnot.* 3. *num.*1. Et in repetitione contrariorum testium cum nostris Interrogatoriis, magis, magisque omnia hæc in claris ponentur; Veritas enim una est, & quo magis examinatur, magis elucescit, & mediante testium repetitione faciliùs invenitur, *Prob. ad Monach. in cap. Officii nostri num.*4. *de Offic. Legat. in* 6. cum aliis, adductis à *Rot. in Romana, seu Januen. Testament.* 25. *Aprilis* 1685. *in princip. coram Cardin. Matthæjo.* 88

Ea, quæ contra existimationem, & bonum nomen communis Genitoris divulgata fuerunt de vino, ac si quotidiè ebrius esset, nullatenus probantur in facto, in quo testes con- 89 trarii nihil aliud dicunt quam *pativa il vino*. Cumquè ebrietas in triplici statu considerari possit, levissima scilicet, quæ hominem dumtaxat exhilarat, levis, quæ mentem hominis aliqualiter turbat, & magna, quæ totalem mentis alienationem inducit, ex adductis *in Inst. Crim. lib.*3. *tit.*1. *à n.*56. cum aliis *apud Rot. in Colonien. Canonic.* 20. *Aprilis* 1711. *cor. Falconer.* ad excludendum delictum, & interpretando te- 90 stium depositiones cum illa benigna interpretatione *Text. in cap. Cùm tu de Testib.* sequutam à *Rot. cor. Priol. decis.* 384. *num.*21. intelligenda sunt illorum dicta de primo, vel ad omne pejus de secundo gradu ebrietatis, qui in nulla consideratione ad quemcumque effectum habentur, ex supra allegatis; Ultra quod optandum esset, ut omnes Genitores quotidiè ebrii essent ebrietate, qua laborabat Carolus de Leggiis, filios 91 nimirum verberans ad hoc, ut *per forza, o per amore attendano a studiare*; Actio, & operatio ab omnibus Genitoribus ad praxim digna reduci.

Hic est status præsentis controversiæ, quæ videtur redacta ad mathematicam demonstrationem, dum contrarium assumptum non solùm non probatur, sed imò destruitur ab ipsi- 92 met testibus, ex adverso inductis, & à propria, atque seria confessione ejusdem P. Leggii, ex hucusque animadversis.

Quæ omnia agnita fuerunt ex adverso, & proinde habitus fuit recursus ad mendicatum prætextum morbi, ac malæ valetudinis ejusdem P. Leggii; Hujusmodi autem impropria, & incongrua instantia comprobat quidem ejus malum Jus circa disparatos prætextus vis, & metus, sed nullatenus suffragatur ad effectum, de quo agitur, & sub dubio, quod dispu- 93 tamus; Incongruo siquidem Judicio, ex integro intentando clarè apparebit insubsistentia ejusdem prætextus in facto, ad quod modò conprobandum nil aliud adducitur quàm simplex fides, quæ ex vulgatis axiomatibus nullam fidem facit, de quibus *Rot. cor. Ludov. dec.* 214. *num.*2. ibique *Adden. lit. B.* & in Jure insubsistentior apparebit, quia mala valetudo superveniens post professionem nullatenus admittitur ad illam 94 validè emissam annullandam ad *Text. literales in cap. Sicut tenor cap. Porrectum, & cap. Sicut nobis ad Regul.* ubi latè *Fagn. à num* 22. Remanente difficultate in solo casu (qui non est noster) in quo quis occultet morbosas affectiones, quibus tempore professionis præmitur, & Constitutiones Ordinis præcipiant, quod taliter affecti non recipiantur, juxta 95 animadversa *supra par.*1. *discept.*25. *per tot.*

Nec dicatur, quod hæc omnia procedant, quando Religio est in Causa, secus verò, quando illa non reclamat, & 96 instantia promovetur à Consanguineis Religiosi pro interesse successionis. Ultra quod enim modus, quo Religio instantiæ P. Leggii se opposuit, seu veriùs manus dedit, non obscurè indicat, verificari in nostris terminis ea, quæ de col- 97 lusione Religiosorum experientia docet, & in his circumstantiis observant *Sperel. dec.* 79. *num* 48. & *seqq. Pignatel. consult.* 181. *sub nu.* 10. *tom.*9. & *Rot. dec.* 301. *num.* 19. & *dec.* 434. *num.*7. *par.*11. & *dec.* 414. *in princ. par.* 18. *rec.*

Dicimus, instantias Consanguineorum in his casibus passim admitti, præcipuè ad vindicandam bonam existimationem, cum quibus eorum Parentes, & conjuncti ex hoc Mun- 98 do discesserunt, ut videre est in *dec* 523. *num.*2. *cor. Merlin.* & *dec.* 370. *num.*4. *par* 9. & *dec.* 514 *per tot. par.* 18. *rec.* Imò solet hæc S.C. illos ex officio vocare, quando non sunt in Causa, ut practicavit *in Alexandrina* 17. *Novembris* 1696 ibi: *Dilata & citentur interesse habentes*, & *in Bononien.* 12. *Jan.* 1697. ibi: *Dilata, & citetur Julius Borgia, Oratoris frater* 99 *pro omni suo prætenso Jure, & interesse*. Et in *Cathacen.* 20. *Aprilis d. anni* ibi. *Ordinarius procedat prout de Jure, servata forma Concilii, citatis citandis*, & in *Rhegien.* 15. *Junii* 100 1697. rescribendo ibi: *Causa nullitatis videatur in S. C. citatis interesse habentibus* Et in *Adiacen.* 16. *Maii* 1699. ibi: *Di-* 101 *lata, & conficiatur Processus coram Ordinario, citatis interes-* 102 *se habentibus*; Et in *Mantuana* 4. *Februarii* 1702. ut dicitur 103 in Folio ibi: *Demandatum fuit Episcopo, ut informaret su-* 104 *per expositis, citatis interesse habentibus*. Et in terminis, quod quemadmodum ad dirimendum, & integrandum ma- 105 trimonium carnale admittitur quilibet de Populo, ita cùm agitur de validanda, vel invalidanda professione quilibet de Populo admittatur, & à fortiori Consanguinei vocandi sint *Rot. dec.*2. *num.*9. & 11. *par.*8. *rec.*

Quoad tertiam partem dubii circa habitus reassumptionem, 106 nil frequentius in hac S. C. practicatur, & per ora omnium volitat vulgata dispositio *S. Conc. Trid. sess. 26. de Regul. cap.* 19. demandantis, ut non possit audiri Religiosus super nullitate suæ professionis, nisi priùs habitum reassumat, & ad Claustra redeat, ut signanter resolvit *in Gienen. 9. Aprilis* 107 *1701.* & in terminis alterius professionis, quæ non contradicente Religione, prætendebatur nulla à Consanguineis, & Monialis exiverat de licentia Superioris *Rot. cor. Merlin. dec.* 523. *num. 2.* in qua, admissa conclusione pro indubitata, in tantum permissa fuit Moniali litis prosequutio extra Clustra, quia id ei specialiter indulserat S. C. E. Causa bis proposita 108 cum successiva approbatione, & Breve Summi Pontificis; Et post hæc scripta resolvit hæc S. C. in *Ligonen.* de qua *in Tom. 1. par. 1. discept. 4. num. 44.*

Ea verò, quæ exadverso in hac parte inculcantur ex *Pignatel. consi76. num. 33. tom. 9.* procedunt in terminis habitus bona fide dimissi, quando sententia transitum fecit in judicatum, in quibus circumstantiis Consanguinei admittantur ad 109 Causam in statu, & terminis, in quibus reperitur; Secus autem dum Fratres P. Leggii ad illam fuerunt admissi tempore, quo sententia non emanaverat, & idem P. Leggius gestabat habitum Monasticum, quem attentatè dimisit, nedum post præsentatam inhibitionem A. C. sed etiam post remissionem Causæ ad hanc S. C Hæc enim omnia nullatenus possunt dici bona, sed pessima fide peracta, & in spretum recursus, & appellationis, ad hanc S C. & S. Sedem, & con- 110 sequenter ante omnia purganda sunt, mediante habitus reassumptione, ut in terminis resolvit hæc S. C. *in Mantuana Reassumptionis Habitus. 15. Junii 1697.*

Utque EE. PP. agnoscant quo animo P. Leggius dimiserit habitum, animadvertendum proponimus, quòd duplici de causa *Sacr. Concil. sess. 25. cap. 19. de Regul.* statuit, quod 111 non audiretur Religiosus, intentans judicium nullitatis professionis, nisi habitu reassumpto, eo quòd videlicet cum professio sit contractus ultrò, citròque obligatorius, Religiosus, qui dimittit habitum injunstè spoliat Religionem, & juxta notas Juris regulas spoliatus ante omnia restituendus est, & 112 quia in dimittente habitum concurrit præsumptio Apostasiæ, & validior censetur præsumptio pro validitate professionis, uti enucleando Tex. Concilii notat *Pasqualig. quæst. moral.* 29. *num. 3. & 4.* Adeoque cùm Religio spoliata dicatur etiam quando prætendens nullam professionem dimittit habitum vi- 113 gore sententiæ, quæ fuit appellatione suspensa, & concurrat præsumptio Apostasiæ etiam in illo, qui ante terminatum totum judicium nullitatis professionis exiit è Religione, & dimittit Habitum, propterea concludendum est, quòd in nostra hypotesi vigore Conc. Trid. cogendus sit P. Leggius ad habitum reassumendum.

Die 9. Novembris 1702. proposito dubio in S. C. C. *An sen-* 114 *tentia, lata super invaliditate professionis sustineatur, itaut, P. Leggius potuerit dimittere habitum Religionis, vel potius teneatur illum reassumere in casu &c.* Responsum fuit; *Reassumpto habitu, P. Leggius redeat ad Claustra, & Causa cognoscatur in gradu appellationis in Sac. Congr. Testes novi examinentur formiter, antiqui repetantur, & recognoscantur Epistolæ.* Reproposito verò die 4. Junii 1707. rescriptum fuit, *Negativè quoad 1. & affirmativè quoad 2. partem.*

DISCEPTATIO XXII.

Triventina Irregularitatis.

PRO

Sacerdote Leonardo Lombardo,

ARGUMENTUM.

Dispensatio ab irregularitate ob homicidium, commissum pro defensione propriæ vitæ, quibus concurrentibus concedi soleat.

PEr parte del Sacerdote Leonardo Lombardo della Terra di Rocca Sicura, Diocesi d'Isernia, si rappresenta umilmente all'EE. VV. esser scorsi già undeci anni, che il povero 1 Oratore si trova incorso in irregolarità per la morte di Gio: Maria Marracino, famoso Bandito di quelle parti, che aveva ammazzato senza causa alcuna Michele di Falco, già Arciprete del Vasto Girardo, e che aveva determinato di fare lo stes- 2 so a Francesco del Vecchio moderno Arciprete, & a molti altri, ed in particolare all'Oratore, al quale fu il primo a tirargli un'archibuggiata da un luogo, dove rasi impostato, e si preparava a tirargliene un'altra immediatamente, come tutto apparisce dal Processo, trasmesso dal Vescovo di Trivento a questa Sagra Congregazione, qual morte seguì *incontinenti, & paribus armis*, come alle parole della sentenza, ibi: *Quoad occisionem verò Joannis Baptistæ Marraccini forjudicati, & Inimici publici, uti facta incontinenti, paribus armis, vim vi repellendo, & cum moderamine inculpatæ tu-* 3 *telæ, ob defensionem vitæ suæ, & Clerici Nicolai socii, & Amici familiarissimi dicti Leonardi, fore, & esse ambos absolvendos, & non ampliùs in quovis loco, & foro molestandos, prout respectivè non molestari mandatur.*

E' ricorso più volte l'Oratore a questa Sagra Congregazione, ma sempre con il difetto della pace, che fin'ora li è stata 4 differita da'Parenti del morto, a segno tale, che dopo avere questa Sagra Congregazione rescritto: *Expectet, & curet habere pacem*, finalmente di Giugno 1694. rescrisse: *Lectum, & ampliùs.*

Ottenuta finalmente la pace, come dall'Instromento pubblico, esibito in Segretaria, unito a moltissime altre giustificazioni autentiche sopra la vita esemplare dell'Oratore, il me- 5 demo di nuovo, e sempre più umilmente supplica l'EE. VV. per la grazia, che spera ottenere in onore delle prossime santissime Feste, non solamente in riguardo della detta pace ot- 6 tenuta, e lasso di tempo di undeci anni, ma anche per le considerazioni, tanto alla persona del morto, che dell'Oratore, quali tutte costano dal Processo, in forma publica trasmesso a questa S. C.

Primieramente considerando la persona del morto, si tratta d'uno, che dopo avere, come sopra senza causa alcuna ammazzato detto Arciprete del Vasto Girardo mai si curò 7 ottenerne assoluzione.

II. Perchè l'istesso minacciava di fare, anzi l'istessa mattina, che seguì il caso, aveva determinato di esseguire con 8 Francesco del Vecchio moderno Arciprete, Chierico Nicolò del Monaco, e l'Oratore; Et in effetto a questo fine erasi impostato in luogo, per dove era obligato l'Oratore di passare con detto Chierico per condursi in Chiesa a celebrarvi la santa Messa.

III. Perchè si tratta di un famoso bandito, e pubblico inimico di tutta la Provincia, come alle dette parole della sen- 9 tenza, in segno di che doppo la sua morte, il Governatore del Vasto Girardo mandò la sua testa in giro con segni d'allegrezze da per tutto, e continuo sparo di archibugiate, e poi fece inchiodare la medema sopra la porta vicino la Chiesa di S. Antonio, dove anche di presente si vede.

Avendo poi riguardo alla persona dell'Oratore, il medemo non è stato mai inquisito, nè processato per delitto alcu- 10 no, anzi hà sempre vissuto, e vive presentemente da vero, ed esemplare Ecclesiastico, come alle attestazioni autentiche del Cancelliere Vescovale d'Isernia, che dice avere diligentemente osservati gli Atti tutti della Cancellaria, di D. Giuseppe d'Avalis, Padrone di Rocca sicura, Padria dell' 11 Oratore, di Agostino d'Alfonso Arciprete di detta Terra, e del Sindico, & Eletti parimente della medesima sua Padria.

Senza che a ciò repugni, che l'Oratore andasse armato, perchè ciò seguiva con le dovute licenze de'Superiori, *& ad defensionem propriæ vitæ*, atteso che il Marraccini teneva 12 per inimici tutti li Preti di detta Terra, e come costa dal Processo, la sua intenzione era quell'istessa mattina che morì, di ammazzare l'Oratore, il Chierico Nicola di Monaco, e poi l'Arciprete Francesco del Vecchio, ibi: *Sap-* 13 *pia V. S. Reverendissima, che Gio: Battista Marraccini è stato ammazzato dal Chierico Nicola del Monaco, e Don Leonardo Lombardo &c. Il pensiero di detto Gio: Battista era di ammazzare questi due, e poi venire alla Chiesa per ammazzare me &c. Deve sapere V. S. Reverendissima, che questa notte si è posto dentro d'una Casa sfasciata sotto ad un'arco, dove avevano da passare per andare alla Chiesa &c. Se oggi li veniva fatto, conforme aveva detto di ammazzare tutti tre Noi, metteva a sangue, & a fuoco questa povera Terra, se li sono trovate da cento venti palle, e tre rotola di polvere.*

La mattina, che seguì l'accidente, il medemo Oratore non andava per la Terra a fine cativo, anzi nè meno indifferente, ma, non ostante il freddo eccessivo, e ne- 14 ve, che vi era caduta in grandissima abbondanza, dalla propria Casa, dove aveva recitato l'Officio Divino, se n'andava drittamente col suo Chierico in Chriesa per celebrarvi la santa Messa, al quale effetto tutto era in 15 ordine, e n'era stato già dato il segno con la campana al Popolo.

Non

Non fu il primo a sparare, ma fu costretto tirare per mera,
16 e pura difesa della vita propria, e del suo Chierico Nicolò del Monaco; Giàche il Marracini, che l'aveva già tirato una volta, e non l'aveva colpito con esserli passate le palle vicino alli capelli, avendo frettolosamente caricato la
17 seconda volta, era uscito gridando; *Ah canaglia, mò vi voglio far vedere chi è Titta Marraccino*, & era in procinto di tirare di nuovo.

Di più, dopo d'aver esso Oratore ferito il Marraccino,
18 e levatoli le armi di mano, con le quali tentava offenderlo, benche ferito, ad effetto che non morisse senza sagramenti; non ostante il grandissimo freddo, & uguale quantità di neve, corse immediatamente à chiamarli il Confessore, avendo però prima lasciata buona custodia, anche con armi a detto ferito, ad effetto di non lasciarlo finire d' ammazzare dalle donne, & altri, che vi erano accorsi à detto fine, essendo da tutti chiamato communemente l'inimico,
19 della Padria, & in fatti attese le diligenze dell'Oratore, il ferito ebbe tempo congruo di poter fare atti di pentimento, e riconciliarsi con S. D. M. mediante la Confessione Sagramentale.

Alche si aggiunge, che il caso seguì nella Terra del Va-
20 sto Girardo, Diocesi di Trivento, e l'Oratore è nativo di Rocca sicura, Diocesi d' Isernia, molto distante da d. Terra del Vasto Girardo di dove partì immediatamente, & hà sempre abitato nella sua Padria, come riferisce Monsignor Vescovo di Trivento a questa Sagra Congregazione. Onde pare sia più facilmente luogo alla grazia, per la quale umilmente si supplica, giachè non dovrà l'Oratore celebrare nel
21 luogo, dove successe l'omicidio, ma in altro modo distante, e dopo un lasso di tempo considerabile di undeci anni; Il che suole considerarsi da questa Sagra Congregazione per maggior facilità in concedere simili grazie, come alli casi, riferiti *nel tom. 1. par. 2. discept. 5. e 6.*

Da ciò tutto fedelmente cavato dal Processo, come appa-
22 risce chiaramente, che l'accidente non fu premeditato, ma meramente casuale, anzi *ad defensionem propriæ vitæ*, *paribus armis*, *cum moderamine inculpatæ tutelæ*, come alle parole della sentenza, così spera l'Oratore dopo undeci anni, e la pace ottenuta, ricevere dall' EE. VV. la grazia, in
23 congiuntura delle prossime santissime Feste, senza diffondersi nell'inspezione; Se in questi termini possa dirsi esservi, o non esservi incorso alcuno nell'irregolarità, come alla questione, che ne trattano *il Panimol. dec.* 48. *e Pignatel. consult.* 20. *& conf.* 80. *tom.* 7. & altri, riferiti nelle mie *Instit. crim. lib. 2. tit. 5. num.* 357.

24 Die 11. Decemb. 1694. post pluries denegatam gratiam, tandem responsum fuit. *Pro gratia dispensationis.*

IN una *Hispalen.* 7. *Maii* 1701. fuit dubitatum in Sac. Congreg. Conc. an diceretur irregularis descendens per rectam
25 lineam ab Antenatis Mahumettanis, sexto gradu distantibus ab eo, qui ordinari cupiebat, eo modo quo irregulares dicuntur descendentes ad Hæreticis; Eo quia Archiepiscopus
26 Hispalensis, prætextu irregularitatis ex d. capite descendentiæ à Mahumettanis, recusabat ordinare Diaconum Matthæum Roldan de Escanella: Habuit iste recursum ad Nuncium Apostolicum, qui decrevit, posse ordinari, non ob-
27 stante dicto motivo. Recurrente autem Archiepiscopo ad dictam S.C.C. eadem die fuit disputatum dubium: *An sit locus petitæ ordinationi Oratoris, vel potiùs ei obstet impedimentum irregularitatis*, quod fuit resolutum cum rescripto. *Affirma-*
28 *tivè quoad primam, & negativè quoad secundam partem. Et ad Eminentissimum Vicarium pro ordinatione.*

QUid autem dicendum de condemnato, & transmisso ad Triremes, sed remo non alligatus, an scilicet dicatur
29 irregularis, si actu non remigaverit; Sac. Congreg. Concil. *in Comen.* 4. *Martii* 1671. videtur inclinasse in negativam opinionem.

Cæterùm in una *Panormitana* 4. *Februarii* 1702. me scribente pro Petro Cardon, & adducente eamdem resolutionem,
30 S. C. gratiam denegavit, ut observavi *in Instit. crimin. lib.* 4. *tit.* 5. *à num.* 144. eundemque casum refert *Monacell. in form. tom.* 4. *fol.* 102. *num.* 140.

DISCEPTATIO XXIII.

P. M. Caporali Carmelita.

CUM

P. Generali.

ARGUMENTUM.

An Generales Religionum exigere possint ab eorum Religiosis juramentum pro observanda Vita communi.

SUb piorum verborum involucro prætendit Pater Generalis extorquere per viam supplicis Libelli ab hac Sac. Con- 1 gregatione decisionem articuli, apti torquere ingenia primi nominis Theologorum, an scilicet Pat. Generalis possit mediante juramento obligare Religiosos ad observantiam vitæ communis, cujus decisio non solùm afficiebat Religiosos sui 2 Ordinis Carmelitarum, sed omnium omninò aliarum Religionum, absque eo quod istarum Alumni audirentur, contra omnia jura Mundi.

Et quod exorbitantiam prætensionis in immensum auget; postquam idem Generalis super eademmet numero instantia à Sacra Congregatione super Disciplina Regularium, similium inspectionum proprio, & competenti Tribunali, ap- 3 probationem non reportaverat; Sicque contra expressam, & literalem *Constitution.* 58. *Innocentii XII.* in qua providè demandavit.

Quod si quis inposterum preces, sive supplices Libellos in materia gratiæ, vel Justitiæ alicui ex Sac. Congr. Urbis quomo- 4 dolibet obtulerit, seu præsentaverit, itaut ab ead. Sac. Cong. vel in totum, vel in parte fuerint rejectæ, aut aliàs ipsa Sacr. Congreg. mediante præfata præsentatione precum præsenta, manus quomodocumque desuper apposuerit, nequeat ullo modo idem negotium, causam, vel petitionem ad alteram ex Sacr. Congr. etiam mediante rescripto Sanct. Suæ (quod in hoc casu importunè, & subreptitiè Sanct. Sua censeri voluit extortum) 5 sub quovis prætextu, causa, vel quæsito colore, etiam simplicitatis, & ignorantiæ, deferre, vel aliàs primam Congreg. spontè à principio aditam, declinasse; Aliàs rescripta, decreta quæcumque, indulta, gratiæ, literæ, resolutiones, vel provisiones, à secunda, sive altera Cong. impetrata, vel impetranda &c. haberi debeant omninò pro subreptitiè extortis, nulliusque penitùs sint roboris, vel momenti, nec ullatenus in judicio, vel extra suffragari possint, ac valeant, perindè ac si nun- 6 quam emanassent.

Sed quia dict. P. Generalis hac cubitali Summi Pontificis Const. non attenta, idem dubium decidendum hodiè proponit 7 EE. PP. adversus P. M. Caporalem.

Ideò ipsius nomine EE. VV. humillimè exponitur, qualiter postquam in executionem rescripti hujus Sacræ Congreg. diei 19. Decembr. 1704. ad examen pro Mag.sterio fuit ad- 8 missus, in eoque, post rigorosum experimentum, idoneus, habilisque ab omnibus Examinatoribus declaratus fuit, Fidei solita professione præmissa, ad Magisterium, servatis omnibus servandis, promotus extitit, collatis etiam eidem patentalibus Literis, à Secretario Ordinis de more subscriptis: Quas tamen id. P. Secretarius, sub mendicato prætextu illas sigillandi, post dies octo ab Oratore repetiit, cum declaratione, se nunquam illas redditurum, nisi sequens votum, & juramentum emitteret: *Ego Fr. N. infrascriptum coram 9 Deo, qui me judicaturus est, & Beata Virgine Carmeli Patrona, quos meæ advoco testes intentionis bonæ, syncero cordis affectu, ex nunc per modum provisionis amplector legem depositi realis, latam ab ultimo Generali Capitulo sess.* 10. *donec in eo, cujus filius sum, Conventu, perfecta vita communis fuerit introducta, qua semel stabilita, ipsam synceré amplectar; Imò ex nunc pro tunc synceré amplector, volens, ac sperans, Divina adiuvante gratia, in ea vivere, & mori; Ita promitto Fr. N.*

Licèt autem Orator syncero corde paratus sit, ea omnia servare, quæ in Constit. Ordinis statuta sunt, quæquè con- 10 tinentur, vel in Decretis Capitulorum Generalium, vel in Rescriptis Sacr. Congreg. vel in Apostolicis sanctionibus; Magnoperè nihilominus gravatus reperitur à dicta repræsaliorum specie, & insolita Juramenti formula; Recursum propterea habuit ad hanc Sacr. Congregationem à cujus re- 11 ctissima justitia sperat rescribendum, restituendas esse eidem suas Literas patentes, absque ulla nova promissione, novoque Juramento.

Punctualiter enim adimplevit Orator omnia adimplenda, pro Magisterio obtinendo, præscripta, tàm in Constit. Ordinis *part. 1. capit. 3. §. 9.* quàm in Decretis Capitulorum Generalium, in Brevi Urbani VIII. 17. Octobris 1639. necnon in novissimis resolutionibus hujus Sacr. Congreg. sub diebus 9. Sept. 1701. & 10. Novemb. 1702. à SS. D. N. in forma specifica confirmatis, in quibus, nec per umbram præscribitur, quod pro gradibus, Magisterioq; obtinendis, vel votorum professio emittatur, vel Juramentum aliquod pro illorum observantia interponatur.

Proindeque non est in P. Generalis arbitrio, vel potestate aliqua supra dictas Constitutiones demandare, ut observant *Mirand. in Manual. Prælat. tom. 1. quæst. 26. art. 10. & Lezzana tom. 1. cap. 4. num. 13. & 15.* Generales enim Ordinum non sunt Constitutionum Authores, & Destructores, sed Custodes, & Executores, ex adductis per *Anton. à Spir. Sanct. tract. 4. de Regim. Regular. disp. 1. sect. 4. num. 75. Lezzana to. 1. cap. 13. nu. 13. Bonet. in Viridar. de Stat. Regular. dub. 6 per tot. P Sabell. in sua Theor. prax. lib. 1. ca. 1 § 4. per tot. & Bordon.* in sua Franciscana Religione Generali *tom. 3. var. resolut. par. 2. resol. 58. num. 3.*

Præterea nulla potestas data est Superioribus in Subditos, quæ non sit obedientiæ voto innixa, Votum verò ex communi DD. sensu voventem non obligat ultra ipsius intentionem; Proindeque subiectio Religiosa dicitur voluntaria vi professionis sponte, & voluntariè emissæ, nullo urgente præcepto, sed solùm Divino suadente consilio; Omnis verò Religiosus, perfectionem evangelicam vovendo, ad illam tendere dicitur per media ordinaria, à Constit. præscripta, sibique tempore professionis cognita, ut notant *Suarez. de Orat. mental. lib. 2. cap. 4 Tancred. eodem tract. lib. 3. disp. 2. numer. 2.* Quod medium juramenti, uti nullatenus in intellectu Religiosorum tempore professionis, nec etiam esse potuit in illorum voluntate, juxta axioma, *nil volitum quin præcognitum*, de quo *in Tom. 1. par. 2. discep. 27. num. 41.*

Nec insistatur in specioso prætextu vitæ communis; Hæc enim concernere debet omnes omnino Religiosos vi voti paupertatis, non autem vigore Juramenti restringi ad solos graduandos, quibus non ideò præcisè gradus conferuntur, quia vota substantialia observant, sed quia studiorum onera sustinent ad Constitutionum præscriptum.

Aliàs, cum inconvenienti palpabili, deterioris essent conditionis graduandi in concursu non graduandorum, quia illi cogerentur novam promissionem, novumque juramentum emittere, & in casu contraventionis, puniri possent pœna privationis Officiorum, ultra perjurium, quod *à D. Augustin. sermon. 3. de Verb. Apostol.* vocatur præcipitium *cui, qui jurat juxta est, qui non jurat longè est*; Eo tempore, quo non graduandi prorsus essent immunes ab eadem pœna, novisque Juramento, & promissione. Plusque exigeretur à Religioso, ut fiat Baccalaureus; vel Magister, quàm ut verè fiat Religiosus, quo nihil absurdius, nilve irrationabilius.

Licet autem in ultimo Capitulo Generali commendata fuerit observantia vitæ communis, id factum non fuit pro solis promovendis ad gradus, & Officia, sed pro omnibus omnino Religiosis, & cum modis, à Constitutionibus præscriptis, non autem mediantibus novis promissionibus, & Juramentis, ad imitationem ejus, quod practicatur de mandato Santiss. Dom. Nost. pro generali introductione, vel conservatione vitæ communis, qui nulla specialia onera graduandis imposuit, vel Juramentum aliquod ab eis exegit, & meritò, ad hoc, ut illa non amore graduum, neque Officiorum ambitione superficialiter ostentetur, sed titulo paupertatis Religiosæ fideliter, suaviterque servetur; Neque per spiritualem animæ torturam fortiter procuretur, qualis dicitur Juramenti præstatio à *Navarr. in canon. Inter verba 15. quæstion. 3. numer. 348. Tindar. de Testibus lib. 2. cap. 2. num. 4. & Less de Just. & Jur. lib. 2. cap. 31. dub. 3. num. 13.*

Supplicantes observare, quod sicuti Juramenti observantia novam specificam importat bonitatem in illud observantibus, ita illius transgressio novam specificam involuit malitiam in transgressoribus, eodem modo, quo observantia Divinorum præceptorum vitam Christianam concernit, speciale autem votum illam observandi, supra Christianam vitam est: *Atque nimis temerarium, & omnino præcipitantem se in mille damnationis laqueos reputarem, qui se ad observantiam Sacrorum Canonum, aut certè ipsius Evangelii custodiam, juramento præfato obligavit*, juxta verba *Joannis Sarisberiensis Episcopi Carnotensis in epistol. 183. tom. 25. Bibliotb. Sanctorum Patrum*; Ad imponendam verò hanc specialem obligationem supra vota solemnia subditis Religiosis, nullatenus se extendit authoritas, nedum Generalis, sed nec etiam Capituli Generalis, ut in specie notat *Donat. Rerum Regular. tom. 2. tract. 12. de Auth. Capit. Generał. quæstion. 25. per totam*, ubi, quod Capitulum Generale non potest facere, ut id, quod ex Regula obligat ad solam pœnam, obliget etiam ad culpam, sive venialem, sive mortalem, & concordat etiam *Sanchez. in Summ. lib. 6. capit. 2. numer. 46.*

Habemus præterea in Juramenti materia communiter receptum inter Doctores illud absque necessitate præstandum non esse, interpretantes illud *Matth. 5. 34. Ego dico vobis, non jurare omnino*, & illud *Jacob. 5. 12. Nolite jurare, neque per Cœlum, neque per Terram, neque aliud quodcumque Juramentum*, de Juramento absque necessitate, & causa, ut videre est apud allegatos ab *Anton. à Spirit. Sanct. tract. 5. titul. de Juramen. disp. 1. section. 5. numer. 27.* Ea ducti ratione, quod Juramentum, magnam importat, & superaddit obligationem *D. Thom. 2. 2. quæst. 89. art. 8. ad 2. & Suard. lib. 2. de Juram. cap. 3.* Quam aliqui putant majorem obligatione voti, ut videre est apud *Medin. de Sacror. homin. contin. cap. 22. & 23. per totum* A cujus proindè facili præstatione cavendum esse docet *S. August. lib. 1. de Mendac. cap. 11.* ibi: *Ob ubi estis fontes lacrymarum? & quid facimus? quo ibimus? ubi nos occultabimus ab ira veritatis? si non solùm negligimus cavere mendacia, sed audemus insuper docere perjuria*; Et *in Rescript. ad Nilen. par. 5.* ibi: *Jurationem cave quantum potes, meliùs quippe nec verum juratur, quàm jurando consuetudine, & in periurium sæpè caditur, & semper periurio approximquatur.*

Nulla autem concurrere videtur necessitas in nostris terminis obligandi Religiosos ad observantiam vitæ communis, mediante juramento, nedum quia illius exactio bonæ famæ Religiosorum præjudicat; *Is enim, à quo jus jurandum exigitur perfidiæ est suspectus*, ait *Voss. capit. 13. in not. numer. 5. lib. 2.* sequendo *Philonis* dictum; Sed etiam quia perfecta observantia vitæ communis per alia ordinaria media congruentiùs procurari potest, exequendo scilicet Ordinis Constitutiones in illa parte, in qua pœnas, vel temporales, vel spirituales præscribunt pro voti paupertatis perfecta observantia. Vel breviùs, & efficaciùs per Superiorum exempla, juxta illud *Psalmi 7: 7. Exurge in præcepto, quod mandasti.* Longum siquidem est iter per præcepta, breve autem, & efficax per exempla, atque magis exempla quàm præcepta movent, teste *Cicer. lib. 3. de Leg. in princ.* Illaque Superiorum conditio est, ut quidquid faciant præcipere videantur, ut totidem verbis scripsit *Quintilian. lib. 6. Declamat.*

Nec dicatur, alios Graduatos eandem Juramenti formulam servasse. Ultra quod enim non de omnibus id constat, & è contra palàm est, in Conventu Transpontinæ, omnes à principio pro viribus restitisse.

Respondemus, quod forsitan alli ex illis jurarunt, credentes à Juramento, per vim extorto, nullatenus obligari.

Alii sub ea credulitate, quod novam obligationem, diversam ab illa in professione emissam, non importabant, uti indicasse videtur *Div. Gregor. lib. 26. Moral. cap. 7.* relatus *in can. 11. 22. quæst. 5.* ibi: *Humanæ aures talia verba nostra judicant, qualia foris sonant, Divina verò judicia talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur. Certè noverit ille, qui intentionem, & voluntatem alterius variis explicat verbis, quia non debet aliquis verba considerare, sed voluntatem, & intentionem, quia non debet intentio verbis deservire, sed verba servire, intentioni, & del Ben. de Juram. cap 1. in Append. nu. 3. fol. 7.* ibi: *Habetur secundò, quod ad verum Juramentum non satis est, verba, quæ Juramentum significent, materialiter proferre, sed requiritur præterea, quod adsit animus, seu voluntas interna jurandi.*

Alii demum coram publicis Notariis, emissis priùs protestationibus in contrarium, ad hoc, ut secundùm illorum intentionem non obligarentur à sequenti Juramento, sequentes forsan *Div. Thom. 2. 2. quæst. 89. artic. 7. ad 4.* ibi: *Si autem Jurans dolum non adhibeat, obligatur secundum intentionem Jurantis*; & latè *Fagnan. in cap. Falsidicus nu. 66. & sequentibus de Criminal. falsi.* Deceptique forsan ab illo ethnici Poetæ.

Quæ jurat mens est, nihil conjuravimus illa
Jurata lingua est, mente juravi nihil.

Omnes verò non sine perjurii periculis impulsi à dura, atque amara necessitate redeundi ad eorum Conventus cum illis gradibus, pro quo quibus ingentibus expensis, periculosis iti-

itineribus, improbisque laboribus toto eorum Religiosæ vitæ tempore se exposuerunt.

Ad quæ perjuria evitanda, & ad alia peccatorum pericula ex multitudine prohibitionum derivantia, teste experientia, 39 & id observante Sacrosancto Conc. Trid. *sess. 24. de Reformat. matrim. cap. 2.* recusavit quidem Orator novo jugo Religiosum ejus animum subiicere, semper tamen paratus ad unguem servare omnia ea, ad quæ obligatus existit vi votorum, ab eo in Professione emissorum.

Demum non credimus insistendum in eo, quod cum in 40 formula promissionis non reperiatur materiale illud verbum *Juro*, non possit eidem formulæ Juramenti determinatio attribui. Adductis enim innumeris concordantibus, obiecto punctualiter occurrit *Del Bene de Juram. cap. 2 sect. 1. num. 3.* his verbis; *Ad Juramentum non requiritur necessariò particula ly Juro, sed etiam ea tacita, inducitur verum Juramentum, si scilicet usurpentur verba, quę significant Juramentum, V. G. si dicas per Deum, per Crucem, Beatam Virginem &c.* 41 *Quia sic exercitè reipsa per hæc verba invocatur Dei testimonium, in quo consistit ratio, seu natura Juramenti.* In nostro enim casu specificè, & signatè invocantur in testes Deus, & Beata Virgo, ibi: *Coram Deo, qui me judicaturus est, & Beata Virgine, Carmeli Patrona, quos meæ advoco testes intentionis bonæ.* Et faciunt verba illa D. August. *serm. 3. de* 42 *Verb. Apostol. Ita ne verò quisquis es gravis cordis, & perversi cordis, si dicas per Deum, juras, si dicas, testis est Deus, non juras. Quid est enim per Deum, nisi testis est Deus: Aut quid est, testis est Deus, nisi per Deum; At qui illa docent, & dicunt, nihil aliud volunt, nisi, invocato Deo teste, mentiri.*

In universum supplicantes observare, quod *nihil adeo conturbat animum, etiam id fiat ob aliquod utile, uti innovare, & peregrinum, ac externum aliquid facere*, juxta præcisa verba *S. Joannis Chrisost. in epistol. . ad Corinth. homil. 7. inter ejus Opera, Parisiis impressa anno 1502. per Sebastian. Nivellium tom. 4. fol. mihi 322.* quem refert *Rot. in decis. 19. in fine apud Antonell. de Jurib. Cleric.* Aliasque hujus conclusionis optimas congruentias adducunt citati *in Tom. 1. par. 1. discep.* 43 *10. num. 12 & 13.* Nimis enim durum esset immutare ea, quæ longo temporis cursu servata sunt, ut dicit *Rot. dec. 212. num. 3. & 4. par. 17. recent.*

Terminantes Scripturam verbis illis *D. Ambros. in Psalm.* 44 *18. vers. 6.* ab omnibus Superioribus præ oculis habendis, quando nova præcepta Subditis imponere procurant; *Sunt etiam in Nobis, qui habent timorem Dei, sed non secundum scientiam, statuentes duriora præcepta, quæ non possit humana conditio sustinere. Timor in eis est, quia videntur sibi consulere disciplinæ, opus virtutis exigere, sed inscitia in eis est,* 45 *quia non compatiuntur naturæ, nec æstimant possibilitatem.*

Nec non nunquam satis repetendo, non adesse efficaciorem modum introducendi Vitam communem, quàm duce exem- 46 plo Superiorum, & comite eorundem discretione, juxta aureum dictum *D. Bernard. in Cant. ser. 59.* his verbis *Operis vox validior est voci sermonis*, quem sequitur *P. Segneri nella* 47 *pred. 18. num. 7.* ante finem subdens, *che il parlare con la lingua commuove gl' animi, ma il parlare con l' opere li violenta*; Ad evitandum præcipuè inconveniens illud, de quo *in Constit. Canal. anno 1625. impressis part. 2. de Offic. Prior. Gener. cap. 1. n. 9.* ibi: *Leges condere, & non observare, est Ordinem illudere, & animas Fratrum illaqueare.*

Omniumque præmissorum illam assignat rationem *S. Bernar. tract. de Præc. & dispens. in princ. Qui profitetur, spondet quidem obedientiam, non tamen omnimodam, sed determinatè secundum Regulam, ita ut oporteat, eum qui præest,* 48 *non fræna suæ laxare voluntati super Subditos, sed præfixam ex Regula sibi scire mensuram, & sic demum sua imperia moderari circa id solùm, quod rectum esse constiterit, nec quodlibet rectum, sed hoc tantùm, quod Pater instituit, aut certè sit secundum quod instituit &c. Proindè si professo secundum illam Regulam Abbas meus mihi fortè aliud imponere tentaverit, quod* 49 *non sit secundum Regulam, quænam mihi quæso in hac re necessitas imminet obsequendi? solùm quippe id à me posse exigi arbitror, quod promisi.*

Sac. Cong. E. die 19. Junii 1705 Ponente Card. Colloredo 50 rescripsit; *Non esse exigendum juramentum*

DISCEPTATIO XXIV.

PRO

Monte Magno Matrimonior. Neapolis.

CUM

Monast. SS. Trinit. ejusd. Civitatis.

ARGUMENTUM.

An, & ad quem effectum substineatur professio, in mortis articulo à Novitio emissa, non completo Novitiatus tempore.

Usque ab anno 1685. de mense Maii Agnes de Sangro, filia Principis Viggiani, tunc temporis anno 10. educationis gratia ingressa fuit Monasterium Sanctissimæ Trinitatis Tertii Ordin. Sancti Francisci in Civitate Neapolis, in 1 eoque Educandarum more, absque minima inclinatione ad Religiosam vitam, & sine ulla declaratione voluntatis ibidem profitendi, in perfecto salutis statu permansit usque ad annum 1695. Quo ægrotare cæpit, nec sine evidenti vitæ discrimine, & magno periculo per multum temporis spatium à læthali morbo vexata fuit; Proindeque Soror Anna Felix Carafa, tunc temporis ejusdem Monasterii Abbatissa, die 2. Junii ejusdem anni *1695.* tempore, quo eadem Agnes repe- 2 riebatur in extremis, recursum habuit ad Nicolaum de Luca, Vicarium Monialium Neapolis pro licentia admittendi eandem *alli santi Voti di Religione, per avere il merito, e prerogative delle altre Professe*, cum successiva concessione ejusdem licentiæ.

Ipsa eadem die 2. Julii 1695. petitionis, & concessionis ejusdem licentiæ, & tempore, quo eadem Agnes reperiebatur in extremis, asserunt Moniales, professionem emisisse, & cum abusu improbato à S. C. E. *in Senogallien. 10. Decem-* 3 *bris 1628.* teste *Nicolio in Flosc. Verb. Professio num 5.* necnon cum pulchra metamorphosi, eadem hora, eandem Agnetem fuisse Sæcularem, seu Educandam, Novitiam, & Professam, ut ex attestatione modernæ Abbatissæ, & post duos dumtaxat dies, nempè die 4. ejusdem mensis, & anni, animam Deo reddidit, ut inter Partes non controvertitur, & latiùs refert Vic. Generalis Neapolis.

Agnoscentes tunc temporis Abbatissa, & Defensores dicti Monasterii evidentem nullitatem ejusdem professionis, & irregularem profitendi modum, nedum non completo, sed nec etiam incepto Novitiatus anno, & nedum absque 4 necessaria exploratione liberæ voluntatis profitendi, præscripta à Sac. Conc. Trid. *in sess. 25. de Regul. & Monial. cap. 17.* sed nec etiam probata substantia voluntatis ejusdem Agnetis de Sangro, meritò magnum servarunt silentium circa dotis, & aliarum expensarum prætensionem usque ad annum 1702. Quo à novis Ministris, & Defensoribus ejusdem in Regio 5 Consilio Neapolis intentatum fuit judicium pro consequutione, tam dotis in summa duc. 1500. quàm expensarum, occasione emissæ professionis in summa aliorum ducat. 500. contra Montem Magnum *de Maritaggi* Civitatis Neapolis, eò quia eadem Agnes de Sangro descendit ab una ex Familiis Fundatricibus dicti Montis, ex cujus Capitulationibus habemus, quod tenetur idem Mons Puellis, descendentibus ab eisdem, dare dotem illam, quæ solita est in Monasterio, ubi 6 professionem emittunt; Cum hoc, quod excedere non debeat summam duc. 1500. ultra expensas in ingressu, & professione fieri solitas, quæ pariter excedere non possint summam duc. 500. ut testatur Vicarius in Relatione, in Secretaria exhibita.

Quia verò eadem prætensio necessariò involvit cognitionem validitatis, seu invaliditatis ejusdem professionis, quæ privativè ad Ecclesiasticos Judices spectat, ideò de mense 7 Julii 1704 humillimas porreximus preces SS. D. N. ut dignaretur huic S C. eandem inspectionem benignè committere, cum subsequuto favorabili Rescripto.

Institimus proindè die 15. ejusdem mensis Junii pro declaratione nullitatis ejusdem professionis: Placuit verò EE. PP. decernere, ut nostræ preces transmitterentur Vicario Generali Neapolitano, eid. injungendo, ut etiam sui animi sen- 8 sum in hac parte aperiret, prout punctualiter adimplevit in Relatione, transmissa die 18. Octobr. 1704. asserendo, *& sanè, ut in hac re proprium sensum aperiam juxta EE VV mandatum, satis eand. instantiam Juri consonam puto*

Rela-

Relatis deinde nostris precibus, post exhibitionem ejusd. Relat. in Congreg. die 15. Novembris 1704. Injunctum fuit eidem Vicario Generali Neapolitano, *ut præfigeret Monasterio competentem terminum ad deducendum sua Jura in S. C.* 9 Quod exequutum fuit die 25. ejusdem mensis, & anni, cum præfixione termini unius mensis.

Hodie igitur, eodem termino plusquam elapso, & nemine comparente pro eodem Monasterio, obtinuimus subscribi 10 dubium, *de quo infra num.* 33. Supplicamus autem eidem negativè responderi, Professionem nimirum ejusdem Agnetis de Sangro nullatenus substineri, & speramus fieri voti compotes.

Manifesta enim nullitas ejusdem palpatur manibus: Emissa siquidem fuit, non solùm non completo, sed nec etiam in- 11 cepto Novitiatus anno, contra literalem dispositionem *Tex. in cap. Ad nostram, & cap. Postulasti de Regular. & cap. Non solum eod. tit. in 6. & Sac. Concil. Trid. sess. 25. de Regul. cap. 15.* ibi: *Professio autem, ante facta, sit nulla, nullamque inducat obligationem &c. ad quoscumq; effectus.*

Nec dicatur, illam substineri vigore *Const.* 109. S. Pii V. 12 *in Bullar. novo tom.* 2. quæ ita summatur. *Moniales Ordinis S. Dominici, in articulo mortis constitutæ, professionem emittere possunt ante annum probationis expletum, dummodò sint legitimæ ætatis.*

I. Quia illa loquitur de Monialibus S. Dominici, quarum appellatione non veniunt Moniales tertii Ord. S. Francisci, & consequenter ad illas nullatenus extendi potest, ut gene- 13 raliter probant *Roman. cons.* 180. *num.* 18 *Alex. cons.* 119. *nu.* 10. *lib.* 6. *Suarez. de Legib. tit. de Privileg. cap.* 27. *& Donat. Rer. Regul. tom.* 1. *tract.* 7. *de Commun. Privileg. quæst.* 11. *n.* 3. & 4. Et in nostris præcisis terminis *Fagn. in cap. Ad Apostolicam num.* 32. *& seqq. & in cap. Sicut nobis sub num.* 23. *de Regul. Mirand. in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 22. *artic.* 10. *Bartholom. à S. Fausto in Thesaur. Relig. lib.* 5 *quæst.* 15. *art.* 6. *Barbos. ad Conc. sess.* 25. *de Regul. cap.* 15. *n.* 19. *& Novar. in Summ. Bull. comment.* 119. *num.* 3.

II. Quia eadem Constitutio loquitur de Monialibus ejusd. Religionis Dominicanæ, actualiter Novitiis, & in probationis anno existentibus, ut ex ejus simplici, & sola lectura est manifestum; Igitur non potest comprehendere 14 Educandas, quæ appellatione Novitiarum nullatenus continentur, & quibus in citata Constitut. nullum in hac parte concessit Sanct. Pius V. privilegium, professionem emittendi, non servatis de Jure servandis, & meritò, quia illæ non sunt in via, minusque in proximo statu profitendi, neque permanent in monasteriis ad effectum experiendi au- 15 steritatem Vitæ Religiosæ, ad quem ordinatur annus probationis, sed ad alium prorsùs disparatum finem bonæ educationis, & propterea ad illas nullatenus extendi potest dispositio ejusdem Bullæ, vulgatis Juribus, de quibus *in dec.* 28. *num.* 38. *& dec.* 434. *num* 5. *coram Priol. & dec.* 745. *num.* 15. *cor. Emer. jun.*

III. Quia illa reducta fuit ad terminos Juris communis, & 16 Sacr. Concil. Triden. à Greg. XIII. *in ejus Constit.* 9. *per tot.* & signanter *in* §. 6. ut in punctualibus terminis notant *Fagnan. in cap. Ad Apostolicam num.* 32. *& seqq. de Regul. & in cap. Sicut nobis sub num.* 23. *eodem titulo Eman. Sa verbo Religio num.* 56. *Roderic. quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 15. *art.* 16. *Sperel. dec.* 16. *nu.* 24. *Novar. in Summ. Bullar. comment.* 119. *n.* 2. *& Donat. Rer. Regul. tom.* 2. *tract.* 9. *de Novit. recept. qu.* 17. *n.* 5. ubi quoad forum externum, & quoad temporalia in- 17 dubitanter admittit, fuisse revocatam, licet contrarium censeat quoad forum conscientiæ, & circa res spirituales, *& in quæst.* 16. *num.* 4 In qua parte cautè legendus est, una cum aliis Regularibus, propriam defendentibus causam, quia loqui videntur contra *proposit.* 9. *&* 10. damnatas ab Alex. VII. die 18. Martii 1666.

IV. Quia expressè revocata fuit per Paulum V. in genera- 18 li revocatione omnium Indulgentiarum, ab antecessoribus Romanis Pontificibus quoquomodo concessarum Religionibus omnibus, & Ordinibus Regularium, etiam Mendicantium *in ejus Constit.* 21. §. 19.

V. Demùm, quia in omnem casum quatenus admitta- 19 tur, esse inter Doctores controversum, quod Const. S. Pii V. non fuerit revocata à Paulo V. Quod non fuerit reducta ad terminos juris communis, & Sac. Concil. Trid. à Gregor. XIII. Quodque demum extendi possit ad omnes Moniales cujuscumque Religionis; Semper verum erit, quod pro- 20 fessio in mortis articulo, in his circumstantiis emissa, nullum operatur effectum, nec quoad jura Parochialia in Parochiarum præjudicium, ut contra PP. Societatis Jesu resolvit hæc S. Cong. in *Calaguritana Funerum* 18. *Junii* 1701 *ad* 2. *dub.* ibi: *An supradd. PP. Societatis possint induere constitutos in mortis articulo eorum habitu Religioso, ad effectum illos tumulandi in eorum Ecclesia, & percipiendi emolumenta funeralia, privativè quoad dd. Parochos Villæ de Bilbao.* Cui S. C. dicta die respondit, *Affirmativè, sed sine præjudicio Jurium Parochialium*, Nec quoad acquisitionem dotis, & expensarum dotalium favore Monasteriorum, quidquid, sive 21 disputationis gratia, sive Religionis favore, dici possit quoad spiritualia, ut unanimiter observant omnes Theologi, & Canonistæ, quos referunt, & sequuntur *Fagn. in cap. Sicut nobis num.* 33. *de Regul. Peregrin. in Compend. Privil. Cleric. Regul. tit. Novitius* §. *Secundo in Scholiis. Henriq. Oper. Moral. lib.* 15. *tit. de Excom. cap.* 40. *numer.* 2. *in comment. lit. R. Zambell. in Repert. Moral, verb. Novitius numer.* 8. *Gioragn. cons.* 45. *num.* 41. *lib.* 2. *Homobon. de Exam. Eccles. par.* 3. *tract.* 14. *cap.* 2. *quæst.* 14. *resol.* 3. *Joan. de la Crux. de Stat. Relig. lib.* 1. *cap.* 8. *dub.* 4. *& lib.* 2. *cap.* 3. *concl.* 3. *Portell. in Dub. Regul. verb. Novitii num.* 35 *Lopez. de Texed. controv. Theol. Moral. tom.* 1. *lib.* 1. *tract.* 1. *controv.* 8. *num.* 17. *Rodriqu. quæst. Regul. tom.* 3. *quæst.* 15. *art.* 6. *& in Compend. cap.* 101. *num.* 40. *Eman. Sa verb. Professio nu.* 56. *Villalob. in Summ. tom.* 2. *tract.* 35. *diffic.* 15. *num.* 12. *Beja casu Consc. part.* 4. *cas. fin. Gavan. in Manual. Prælat. verb. Monialium Professio nu.* 4. *Molphes. in Sum. tract* 9. *de Legib. cap.* 12. *Novar. in Lucern. Regul. verb. Professionum* 10 *Alter Novar. in Summ. Bullar. comment* 119. *numer.* 5. *Mirand. in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 22. *artic.* 10. *Bordon. de Profess. Regular. cap.* 6. *quæst.* 18. *numer.* 52. *Donat. Rer. Regul. tom.* 2. *tract.* 9. *de Novit. recept. qu.* 17. *per tot. & tract.* 11. *de Novitiat. Monial. quæst.* 13. *pariter per tot. Sperel. dec.* 16. *num.* 24. *Passer. de Stat hom. tom.* 3. *qu.* 189. *nu.* 172. *Ricc. in Prax. par.* 2. *resol.* 493. *per tot. de Marin. var. resol. lib.* 2. *cap.* 138. *num* 9. *Altimar ad Rovit. dec.* 49. *nu.* 1. *& seqq. Tondut. resol. Benefic. cap.* 64 *num.* 1 *Barbos. de Potest. Episc par.* 3. *alleg.* 101. *num.* 34. *Pignatel. consul.* 357. *per tot. tom.* 1. *Antonel. de Regim. Eccles. lib.* 7. *cap* 9. *num.* 10. *in fine Bertacchin. Vot. decis.* 133. *num.* 3 ubi sequitur resolutionem *S. C. C.* 3. *Decemb.* 1627. *Lezzan. in Summ. quæst. Regular. quæst.* 25. *cap.* 39. *Mell. in addition. ad Castell. de Alim. cap.* 26. *num.* 8. *Torr. var. Jur. quæst. tom.* 3. *Miscell. part.* 2. *quæst.* 43. *num.* 5. *Card. de Luc. de Dot. disc.* 167. *num.* 40. *& de Regul. disc.* 40. *num.* 13. *& Monacell. in Formul. tom.* 1. *tit.* 10. *formul.* 7. *num* 12. *& tom.* 2. *tit.* 13. *formul.* 5 *num.* 13. ubi sequitur resolutionem præsentis Causæ, Et resolvit hæc Sac. Congreg. 22 in *Montis Regalis*, de qua *Novar. in Lucern. Regul. verb. Professio num.* 10. *& in Carpentoraten.* 14. *Junii* 1641. *Lib.* 17. *Decret. fol.* 55. *& in Agrigentina* 16. *Maii* 1703. *Lib.* 53. *Decretor. fol.* 89. Et contra Moniales Tertii Ordinis San. Francisci respondit pariter hæc Sacr. Congreg. in *Ordinis S. Francisci M.* 23 *O.* 10. *Martii* 1649. *Lib.* 18. *Decret. fol.* 604 quam sequuntur *Pignatel. consul.* 357. *tom.* 1. *& Monacel. in Formul. d.* 10. 1. *tit.* 10. *form.* 7. *num.* 12. Quæ individuales hujus S. C. resolutiones pro lege servandæ sunt, ex adductis *in Tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 6. *num.* 64.

Et hujus communissimæ opinionis ratio desumitur ex litera ejusdem Constitutionis, ex qua patet, quod dicta facultas concessa fuit à Summo Pontifice pro sola spirituali consolatio- 24 ne Novitiarum, utque istæ fruerentur gratiis, & privilegiis earum Ordini concessis, & ut consequerentur omnium suorum criminum remissionem.

Imò taliter vera est eadem opinio, ut uniformi calamo omnes citati Authores asserant, quod si Novitia taliter professa convalescat, novitiatus annum continuare, & perficere teneatur, & rationem assignat *Bord. de Profess. Regul. cap.* 6. *quæstion.* 18. *numer.* 52. per hæc verba: *Quia per* 25 *eam professionem non se obligavit mansuram in Religione, sed tantummodo proficere pro articulo mortis*, quam reperit in *part.* 3. *Resolut. Moral. titul. Novitiat. resolut* 54. *numer.* 50. *& sequentibus.* Cum qua uniformare se voluit Abbatissa Monasterii, de quo agitur, petens licentiam admittendi ad professionem dictam Agnetem, non simpliciter, & ad omnes effectus, sed restrictivè *per avere il merito, e prerogative delle altre professe*, & sic pro indulgentiis, & favoribus spiritualibus, juxta literalem tenorem Bullæ, non autem circa temporalia, de quibus nec minima in eadem legitur syllaba, vel mentio.

Præterea procedit ulterius, & casus videtur longè fortior, quando professio emittitur etiam post perfectum an- 26 num novitiatus, sed novitius laborat febre phtisica, seu ethica, ex quinque rationibus, quas adducit *Ricc. in Prax. par.* 2. *resol.* 493. quem sequitur *Monacell. in Formular. dict. tom.* 2. *tit.* 13. *form.* 5 *num.* 14.

Ex quibus inapplicabiles remanent authoritates omnes,

27 quæ adduci possunt in contrarium, & signanter *Sanchez ad Præcept. Decalog. tom. 2. libr. 5 capit. 4. numer. 16. vers. At existimo. Castrop. Oper. Moral. part. 2 tract. 16. punct. 12. §. 1. numer. 8. vers. Veriùs censeo. Peyrin. de Privileg. Regular. tom. 3. super Constitut. 8. Sancti Pii V. §. 2. numer. 1 fol. mihi 281. Ciarlin. controu. foren.* 163. *numer.* 24. *&* 48. *Tamburin. de Jur. Abbatis. disp. 6. quæst. 6. num. 9. 10. 11. & Pellizar. de Monial. cap. 6. num.* 18 Nam, vel loquuntur ad ef-
28 fectum consequendi favores spirituales; Vel de puellis Novitiis, & existentibus in anno probationis, incæpto in perfecto salutis statu; Vel de professione emissa, expleto quidem Novitiatu, sed ad aliud tempus protracta ex causa supperventæ infirmitatis. Vel demum attendendi non sunt in conflictu adeò communis opinionis, authoritate etiam hu-
29 jus Sacræ Congregationis munitæ, ex firmatis per *Rotam in Romana Matrimonii 4. Februarii* 1697. *§. Licet autem coram Ursin.* Fortiùs, quia aliqui ex eis, ut sunt *Lezzana in Summ. quæst. regul. cap. 25 num. 39. & Dian. Coordin. tom. 7. tract. primo de Dub. regul. resol.* 171. *num.* 2. in contrariam inclinant opinionem cum supposito, quod de resolutionibus hujus Sacræ Coogregationis authenticè non constaret, & proindè, attenta illarum innegabili existentia, potiùs citari possunt pro hac parte.

Hæc superabundare videntur pro victoria, & nihilominus addimus in nostro casu, quod cum Agnes de Sangro
30 nullam fecerit renunciationem successionum in benificium suorum Consanguineorum, ex hoc etiam capite nullam valet Monasterium ipsius nomine consequi dotem à nostro Monte, ex cujus legibus habemus, quod dd. Monialium descendentibus ab illius Fundatoribus *non priùs quàm factâ promissione, & renunciatione successionis iu beneficium Caniunctorum exsolvi debeat*; Qua conditione non adimpleta, nullate-
31 nus locus est consequutioni dotis, & expensarum dotalium, ad *Tex. in leg. Si quis sub conditione ff. Si quis omiss. caus. testam.* & animadversa *per Card. de Luc. de Jurepatr. disc. 12. nu. 3. & Rot. in dec.* 1340. *num. 1. cor. Emer. jun. & dec.* 213. *num. 6. & 7. par. 19. rec.*

Supplicantes observare, quod ex contraria prætensione
32 aperiretur magna, & spatiosa via depauperandi familias Laicorum, educationis gratia retinentes Filias in Monasteriis, & hoc modo Bulla S. Pii V. contra piissimam mentem Conditoris, non diceretur ampliùs edita pro consolatione spirituali Novitiarum, sed pro temporali afflictione Laicorum, & sola consolatione Monasteriorum, ut in terminis exclamat celeberrimus Author, in hac parte uti Religiosus Tertii Ordinis Sancti Francisci nullatenus suspectus, signis, doctrina, rerum experientia, & Officiis, laudabiliter in sua Religione exercitis, nec etiam Generalatu excepto, *Bordon. de Profess. Regular. capit. 6. quæstion. 18. num. 52.* ibi: *Præterea ex dictis manifestè patet, eam professionem non esse, usquequaque talem, & in ordine ad omnem effectum, cum incultum fuerit illud privilegium pro consolatione animæ Novitiæ, & non pro consolatione, & utilitate Monasterii.*

Die 14. Martii 1705. in S. C. C. proposito dubio: *An pro-*
33 *fessio emissa per Agnetem de Sangro die 2. Julii 1695. substineatur*, responsum fuit, *Negativè.*

DISCEPTATIO XXV.

Rom. Subhastationis Ecclesiæ.

PRO

PP. Trinitariis Urbis.

CUM

Illorum Creditoribus.

ARGUMENTUM.

Pro debitis, contractis à Religiosis, an mediante horrida Præconis voce subhastari possint illorum Ecclesiæ, & Conventus.

1 Agitur in præsenti de casu adeo raro, adeoque irregulari, & exorbitante, ut illius respectu cum omni fundamento dicere possimus, quod nullum similem vidit Antiquitas, nec forsan sequentem videbunt Posteri.

Ad hoc demonstrandum præmitto, quod in Via Felici, quæ appellatur talis à nomine, quem habuit in baptismo Sum-
2 mus Pontifex Sixtus V. qui illam stravit, quivè, inter alia privilegia, concessa in eadem Via Habitantibus, *in ejus Constitut. 66. in Bullar. nov. tom. 2. in §. 4.* legitur istud, ut molestari minimè possint, neque in rem neque in personam ratione æris alieni, contracti, mediantibus Instrumentis, obligatione Camerali vallatis, extra Loca Ditionis ecclesia-
3 sticæ stipulatis, reperitur humilis Conventus PP. Trinitariorum, cum simili Ecclesia, quæ absq; ulla exageratione, attentis ejus angustia structura, & paupertate Cappellarum, in nihilo differt ab Ecclesiis Cappuccinorum.

Religiosi ejusdem Conventus anno 1673. exposuerunt Sacræ Congregationi Episcoporum quod pro capitali scut.
4 4000. ab eis accollato vigore cujusdam donationis Francisci omnium propriorum bonorum amissione Lucarini (à qua donatione recognoscunt, eorumque totale exitium ante oculos habent) solvebant annuam summam scut. 176. 50.
5 Et quia poterant invenire dd. scut. 4000. sub minoribus usuris, hoc est, *a ragione di scudi 37. per ciascun migliaro al più, con che verriano ad affrancare per ciascheduń anno scudi 28. 50.* Idcirco *stante questa evidente utilità di scudi 28. 50. sup-*
6 *plicano l' EE. VV, perche si degnino darli la debita licenza di poter pigliare dd. scudi 4000. à censo.*

Die 3. Maii ejusdem anni 1673. reperitur adnotatum rescriptum in Registris Sac. Congregat. Episcop. juxta solitam
7 formulam, neque in uno jota, vel miserabili apice ampliatum, vel mutatum, his verbis *Sacr. Congreg. Episcop. supplicem hunc Libellum benignè remisit Eminentissimo Urbis Vi-*
8 *cario, ut veris existentibus narratis, & postquam compererit in evidentem Ecclesiæ utilitatem esse censuram, petitam facultatem pro suo arbitrio, & prudentia impertiatur*; Illiusque vigore impositi fuerunt census, de quibus in præsenti agitur.

Quia verò iidem Religiosi pro debitis dicti Lucarini, eorum destructoris sub specioso titulo Benefactoris, & donantis, omnibus omninò propriis bonis spoliari fuerunt in concursu universali, contra ipsos efformato anno 1700. coram
9 Eminentiss. tunc A. C. Origo per acta Oliverii, comprehenso etiam capitali, seu fundo duarum Missarum quotidianarum, eis à piis Benefactoribus relicto, & assignato, non poterant solvere fructus dictorum censuum, ad instantiam Monasterii Sanctæ Annæ, & Operis Pii Justiniani ci-
10 tati, fuerunt coram Eminentiss. Vicario die 19. Julii 1707. *Ad viden.* (sunt præcisa verba citationis, contra ipsos exequutæ) *impartiri licentiam infrascriptis Instantibus subhastandi, deliberandi, vendendi, aut quomodolibet alienandi Conventum, & Ecclesiam ad PP. Adversarios spectantes*, cum successivo favorabili decreto, in contumaciam obtento: *Nisi infra tres, cum intimatione.*

Seriò autem interrogati Cursores Notarii, Ministri Depositariæ Urbanæ, & omnium Secretariarum Sacrarum
12 Congregationum, necnon multi æquè annosi, ac probati Curiales, una voce affirmarunt, per spatium 60. annorum nunquam audivisse similem instantiam, nunquam vidisse similem citationem, nunquam simile decretum ad eorum notitiam devenisse, cujus veritatis ferè per integra octo lustra Nos etiam Testes sumus; Imo aliqui ex eis signo Sanctissimæ Crucis se munierunt, quando circa hoc factum interrogati, ut supra, fuerunt; Alter verò, non minus fa-
13 cetè, quàm significative respondit, quod in Depositaria adfuerunt multi, qui appellati fuerunt nomine Simonis, sed nemo nomine Judæ, alludendo forsan ad id, quod scriptum reliquit *Sanctus Clemens I. epistol. 2.* sequutus à *Cardinal. de Laur. in Epitom. Canon. Verbo Sacræ Vestes folio* 445. ibi:
14 *Sacras Vestes, Vela &c. Altarium vendens, ut Judas existimatur.*

Remanet proindè manifestum, quod in præsenti agitur de casu, cui nullum similem vidit Antiquitas; Prætenditur
15 enim mediante horrida voce Præconis, poni sub publica hasta, & palam plùs offerenti deliberari (horret animus id cogitare, tremitque manus, & vacillat calamus id scribere) *Domus Dei*, qualis vocatur Ecclesia *in Exod. 23. 16. in Josue 9. 23* & alibi millies in sacra Scriptura. *Domus Orationis*, ut dicitur *Isaiæ 56. 7. & Jerem. 7. 11. & Matthæi*
16 *23. 13.* & alibi sæpissimè, *Domus Sancta*, ut appellatur *in 1. Paralip. 29. 4. & in Baruch, 2. 16.* & multoties alibi. *Domus Domini nostri*, ut nuncupatur *in 2. Reg. 24. 12 & Agg. 1. 2.* alibi frequentissimè *Porta Cœli*, ut denominatur *in Ge-*
17 *nes. 28. 22. Domus* demum, *Secretorum Cœlestium usibus destinata*, ut dicitur *in Canon. Prædia 12. quæstion. 2.* Idque, non adversùs inconsideratum dictum alicujus Consulentis,

vel

vel moderni Doctoris, sed reclamante ipsomet Deo in *Levit.* 27. 28. rotundis istis verbis: *Omne, quod Deo consecratur, non vendetur*; Necnon ad versus rotundum Tex. *in Can. Si quis obiecerit* 1. *quæstion.* 3. *& in cap. Querelam de Simon.* ibi: *Sciturі, quod sicuti emi non potuit, ita, nec redimi Ecclesia*, de quibus latiùs infra.

Hic igitur terribilis locus, *quem Deus sibi elegit in domum*, ut dicitur *in* 2. *Paralip.* 7. 12. Hæc Domus sancta; Domus orationis, hæc Cœli porta, & hoc Dei habitaculum, usibus secretorum cœlestium destinatum, cum tali, tantoque Domino, in illa permanente, non solùm per essentiam, præsentiam, & potentiam, sed verè, realiter, & substantialiter, subhastari prætenditur, & deliberari plus offerenti, mediante horrida voce Præconis.

Phrasis hæc non est una ex illis exagerationibus, quæ resonare solent in ore Curialium, sed est proprius, nimisque expressivus terminus, quo usi fuerunt Imperatores *Valentinianus*, *Theodosius*, *& Arcadius in leg. Dies festos* 8. *Cod. de Fer.* in longè debilioribus terminis solius reverentiæ, debitæ diebus festivis, ibi: *Sit ille dies à cognitionibus alienus, Præconis horrida vox silescat*; Et tamen in circumstantiis nostri casus hujusmodi Præconis horrida vox, non solùm silere non debet, sed altiori, imo altissimo tono, correspondenti illi, quem Musici vocant per clavem C. Solfaut in soprano, publicè in Depositaria, non semel, nec bis audiri, sed sæpè sæpius repeti debet, ad alliciendos emptores, atq; invitandos homines ad emendam d. Dei Domum.

Fateor ingenuè, mihi non suppetere verba ad explicandam exorbitantiam hujus prætensionis, ad declarandam irreverentiam hujus judicialis actus, & ad aperiendum scandalum hujus exorbitantis operationis, à decem, & septem sæculis, totidemque annis, in Mundo inauditæ, & dicam libenter cum *Virgilio*;

Non mihi si linguæ centum sint, oraque centum.
Ferrea vox: dd. valeo explicare exorbitantiam, irreverentiam, & scandalum.

Crescitque exorbitantia etiam ex illa reflexione, quod ex una parte non est sermo de venditione alicujus famosæ Ecclesiæ, vel famosioris Conventus, ex quorum pretio creditores hodiè instantes, aliique expectantes exitum præsentis litis, integraliter satisfieri possint, eo quia debita nostri Conventus longè superant summam, correspondentem pretio non unius, sed plurium Ecclesiarum, & Conventuum, nostris similium, mediantibus piorum benefactorum elemosynis ad illum humilem statum ædificatorum, qui omnium oculis expositus est.

Et proinde in rei veritate sapere videtur nescio quid, firma, & fixa voluntas dictor. creditorum, omnibus viis, omnibusque modis, inexorabiliter volentibus sub hasta vendere dictos Conventum, & Ecclesiam, *per un tozzo di pane*, juxtà phrasim, quæ legitur *in Ezzechiel.* 13. 19. ibi; *Propter pugillum hordei, & fragmen panis*; Et sic cum nulla, vel nimis tenui illorum utilitate: Eo quia eadem Ecclesia annexum habet insigne onus quamplurium Missarum in toto anno, quæ simul unitæ superant quantitatem duarum Missarum quotidiniarum, à multis piis benefactoribus demandatarum in Altaribus ejusdem Ecclesiæ, nempè Justina Olivaria, Sixto Placentino, Agnete Personale, Bernardina Lanche, Hieronymo Cimino, Anna Cecilia Tassinaria, Bernardina Stella, Octavio Albertino, Paula Barcarola, Margherita Defendi, Jacobo Baldo, Lavinia Capotosta, Barbara Faucheria, Adriana Lodule, Lucretia Ugolina, Angela Arditia, Joanna Mennini, Joanne Paulo Pisente, Joanne Baptista Vincentio, Petro à Carolo, Caterina Guidi, Dominico Scarosone, Concordia Mancina, & Caterina Artemisia. Ultra septem alias Missas cantatas quolibet anno, quæ omnes relictæ fuerunt cum congruo capitali pro illarum eleemosyna, sed illud alienatum fuit ad satisfaciendum aliis Creditoribus, quod comrandum, seu satisfactionem eorundem Creditorum, hodie instantium, longè minuit, eo quia hujusmodi onus duarum Missarum quotidianarum, correspondet capitali scut. 6000. circiter, juxta dispositа in *Decretis Generalibus de Celebrat. Missar.* impressis *apud Matthæucc. in Official. Cur. Eccles. cap.* 10. §. 1. Quod proinde in maxima habebitur consideratione ante subhastationem.

Gravatus pariter Conventus annuo Canone scutor. 54. 88. hoc est favore Hæredum Dominici Antonini in scut. 25. Favore eorundem ex alio capite, & distincta obligatione in scut. 9 50. Favore Venerandis Monasterii Purificationis in scutis 17. 64. Et favore Ducis, seu Domini Terræ Sancti Gemini in scut. 2. 74. Quæ summæ in unum unitæ constituunt dd. scut. 54 88. correspondentia capitali scutorum 2000. circiter; Quarum onerum specialis haberi debet, & habebitur ratio ab Emptoribus; Et propterea ejusdem Ecclesiæ, & Conventus valor, seu pretium, deductis dictis oneribus Missarum, & Canonis, absq; ulla exageratione reducetur ad tenuem summam, seu ad fragmen panis.

Ex alia verò parte sermo est de Creditoribus, qui sunt etiam Loca pia, quod exorbitantiam contrariæ prætensionis in immensum auget, eo quia unus ex eis componitur ex illo sexu, quem Ecclesia devotum vocat, cum illo addito, quod cum devoto sexu habet unitam illam solemnem professionem, quam emiserunt pariter iidem Religiosi illi Deo vivo, & vero, qui in Ecclesia subhastanda quotidie veneratur, & colitur, quivè in illa verè realiter, & substantialiter permanet; Alter verò creditor non solùm gloriatur habere in nomine denominationem pietatis, sed in rei veritate, & substantia laudabilibus piis exercitiis, non sine bonorum ædificatione addictum est; Itaut nullo modo de illo verificetur id, quod scriptum reliquit *Senec. in Hercul. furios. act.* 1. nempè: *Hoc enim solùm mihi nomen relictum est.*

Nimis proinde durum, & æqualiter amarum videtur, ut sub nomine dictorum Creditorum, non per exagerationem, sed in rei veritate verbo, & opere piorum Locorum, in Urbe renovanda sint hodie cum dd. pauperibus Religiosis ea, quæ leguntur apud *D. Matth* 18 28. de illo inexorabili creditore, qui tenens suum debitorem, illum suffocabat dicens: *Redde quod debes.*

Augeturque exorbitantia à qualitate Tribunalis Ecclesiastici, coram quo Causa pendet, & in quo casibus etiam obligationis claræ, & literalis, nec non in terminis debitorum, nullatenus redactorum ad extremos confines calamitatis, & miseriæ: *procedi solet* (sunt verba *Rotæ decis.* 4. *in fine de Appellat. in novis*) *magis de una bona, & grossa æquitate, quàm de Juris rigore*, cum qua processit Sac. Congreg. Episcop. in una *Novarien* 24. *Jun.* 1711. *Ponente Eminentissimo Grimaldo* de qua *in Tom.* 1. *part.* 2. *disceptat.* 7. *per totam.*

Agitur de Ecclesia non simpliciter benedicta, sed solemni ritu consecrata, cum illo essentiali addito, omni consideratione ad nostrum effectum digno, quod in illa ab omnibus Christifidelibus jugiter veneratur, & tollitur ipsemet Deus vivus, & verus, qui in ea non solum communibus illis tribus modis reperitur, per essentiam nempè, potentiam, & præsentiam, sed verè, realiter, & substantialiter; Ita ut in rei veritate omnem superet admirationem, ut idem locus cum tali, tantoque Domino exponi possit venalis sub hasta publica, per horridam Præconis vocem plus offerentibus æquali exorbitantia, irreverentia, scandalo, & publicitate deliberandus.

Nec dicatur, quod pro eo tempore, quo hujusmodi lugubris functio fieri deberet, poterit ab eadem Ecclesia Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum removeri, vel consumi. Reflexio enim nullatenus minuit, sed potius auget horrorem, eo quia in substantia prætenditur, ut dimitti debeat Deus ipse à sua Domo, à Domo sancta, à Domo orationis, ad hunc unicum finem, ut talis Domus sine suo Domino, & Habitatore facilius possit sub hasta poni, tutiùsque plus offerenti deliberari.

Agitur de Ecclesia, in qua, vel ex dispositis in Constitutionibus Ordinis, vel ex æquè pia, & antiqua consuetudine, quotidie multæ fiunt particulares sacræ functiones, & devotæ operationes à Religiosis, in illa moram facientibus, vel cum publica Expositione Venerab. quolibet die Jovis cujuslibet hebdomadæ, unà cum Missa cantata, ut est notorium, & adnotatur in Diario Romano quinta die Jovis mensis Januarii, sequentibus verbis: *In tutti li Giovedì dell'anno la mattina si espone il Santissimo à Santa Francesca à Capo le case*, absque eo quod de mane ejusdem diei in alia Urbis Ecclesia exponatur: Terminando Sacram functionem cum solemni benedictione ejusdem Venerabilis: Vel cum replicatis sermonibus, piisque exhortationibus ad Populum, ibi confluentem, qualibet 4. Dominica cujuslibet mensis, cum expositione ejusdem Sanctissimi Sacramenti; Vel cum aliis similibus piis exercitiis, omnibus notoriis; Itaut illam vendere alteri Loco pio, vel ad similia opera non obligato à suis Constitutionibus, & Regulis, minusque à laudabili, & antiqua consuetudine; Vel nullatenus apto ad similia opera peragenda, quales sunt omnes sæcularium Confraternitates, quæ Loca pia pariter sunt; Vel demum, ob Italicæ linguæ defectum, non valenti explere ea, quæ nostri Religiosi ibidem peragunt,

eo

54 eo quia *furdi sumus omnes in linguis*, *quas non intelligimus*, ut scriptum reliquit *Ciceron. lib. 1. Tuscul. quæst.* citatus in meis *Instit. crimin. lib. 4. titul. 8. numer.* 136. ubi ad rem pariter expenduntur verba illa *Apostol. 1. ad Corinth.*
55 14. 11. *Si nescìero virtutem vocis*, *ero ei*, *cui loquor barbarus*, *& qui loquitur mihi barbarius*, & concordat *Rota decis.* 136. *num.* 2. *& seqq. part.* 10. *rec.* ubi sequitur *Cicer. de Orat.* asserentem *verba neminem movent*, *nisi eum*, *qui ejusd. linguæ societate conjunctus est*.

In unoquoque proinde ex istis casibus nimis sensibiliter Divinus cultus, vel multùm minueretur, vel in totum
56 tolleretur, eo tempore, quo omnia Jura clamant, omnem sumendam esse interpretationem, omnemque eligendam viam per quam Divinus cultus augeatur, & amplietur, ex adductis *in Tom. 1. par. 1. discept.* 14. *numer.* 110. In qua parte habemus rotunda illa verba *Tex. in Cap. Quia per am-*
57 *bitiosa de Rescript. Minuitur cultus Divinus*, *quem desideramus augeri*.

Agitur de auferendo locum in Urbe, ubi capita reclinent
58 Superiores Generales, & alii majores Officiales, & Ministri illius Ordinis, seu Religionis, quæ non sine evidenti Dei miraculo, mediante Beatiss. Virg. monitu, anno 1198. sub Innoc. III. instituta fuit, cum titulo Misericordiæ, & Redemptionis Captivorum, & postea confirmata à 18. Summis Pontificibus, sigillatim specificatis à *Barbos. in Summ.*
59 *Apostol. dec. collect.* 383. *num.* 2. quibus addi possunt tres alii, nempè *Alex. VII. in ejus Constit.* 13. *in Bullar. nov. tom* 6. & Clemens IX. & X. relati à *Piazza nelle Opere pie di Roma tr.* 9. *cap.* 24. *vers. Ebbe.*

Imò absque ulla exageratione agitur de privanda Urbe,
60 seù Capite Christianæ Religionis, Ordine, non ab hominibus, neque à Sanctis, sed à solo summo Deo instituto, juxta verba *Innocent. III.* relata à Piazza *nell' Opere pie di*
61 *Roma libr.* 9. *cap.* 24. *in fine* ibi: *Il medesimo Innocentio poi aggionse per divisa nobile di quest' Ordine della Santissima Trinità*, *quelle memorabili parole*: *Hic est Ordo approbatus*, *non à Sanctis fabricatus*, *sed à solo summo Deo*, & concordant *Sanctus Pius V. Clemens VIII & Urbanus VIII. in Constitutionibus*, relatis à *P. Maced. in Vita Sancti Felicis de Valois in Append. Lateran. Eccles. fol. mihi* 183. ubi *folio* 186. *&*
62 *pluribus seqq.* specificè nominat plusquam triginta classicos Authores, eandem revelationem referentes, & utì indubitatam sequentes.

Agitur de vendendo illo Conventu, qui multos habet fi-
63 lios, seu Religiosos illos, qui inibi solemnem emiserunt professionem, & consequenter de eiiciendo à propria Domo eosdem æquè innocentes, ac pauperes Religiosos, illos mandando ad Diversoria, eo quia alii perpauci Conventus ejusdem Religionis in Italia, ejusque Insulis siti, non possunt illos recipere, nec alere, attentis maximis angustiis, in quibus reperiuntur, & propter quas dicere coguntur illis Religiosis, qui non sunt propriorum Conventuum filii:
64 Redditus nostri non sufficiunt nobis, & vobis, & in æqualibus angustiis, & miseriis omni jure succurrendum potius est propriis filiis, quàm exteris, ex animadversis per *Card. de Luc. de Servitut. discurs.* 29. *numer.* 11. *& Constant. ad Stat. Urb. tom.* 2. *annot.* 60. *artic.* 1. *num.* 129 ubi, quod prima charitas incipit ab Ego; Atque habemus in hac parte aureum *Textum in leg. Præses Provinciæ* 6. *C. de Serv. & Aqua*, ubi dicitur, quod agris nostris sitientibus, alios irrigare non debeamus.

Agitur de puniendis dictis innocentibus Religiosis nostri
65 Conventus, mediante tali, æquè irreparabili, & opprobriosa dimissione ab eorum propria Domo, eo tempore, quo nullam, vel à remotissimis habent in hac parte culpam, nullamque causam dederunt illis debitis, pro quibus hodie prætenditur subhastatio, & deliberatio eorum Conventus, & Ecclesiæ.

Et propterea poterant contrarii Scribentes contra Reli-
66 giosos, hodie habitantes Conventum, abstinere ab exagerationibus, quod illi, qui in nostro Monasterio moram faciebant anno 1673. malè fecerant, asserendo domos, Conventui donatas à Lucarino, super quibus impositi fuerunt census, de quibus, agitur, esse immunes, & liberas ab omni alio vinculo, & onere, cum tamen multa, & magna deinde reperta fuerint. Illi enim processerunt in hac parte cum illa religiosa simplicitate, qua decepti fuerunt ab eodem donante, fidem eidem præstando circa libertatem
67 domorum, quas eis donavit. In omnem verò casum nullo prætextu refundi possent in Religiosos hodie existentes in nostro Conventu, culpa, seù dolus Antecessorum, qui uti includentes delictum in successores non transeunt, ex adductis in proximis terminis per *Rot. in decis.* 363. *numer.* 20 *& per totum part.* 15. *recentior.* Itaut exulare debeant ab Urbe
68 ob Prædecessorem culpam, juxta illa verba contr. Responsionis: *Ea omnia*, *quæ exagerantur tribuenda sunt culpæ PP. prædecessorum*, *itaut moderni PP. viri religiosissimi*, *& exem-*
69 *plares*, *exulare*, *& justè valeant dicere*: *Patres nostri peccaverunt*, Quibus respondere libenter omittimus.

Ultrà quod non est novum in Mundo, neque inauditum à sæculis, quod similes fiant enunciativæ à gravatis fideicommisso, vel ab oneratis debitis, ad inveniendos benevolos dato-
70 res suarum pecuniarum, juxta frequentes casus, quotidie in Tribunalibus agitatos.

Agitur demum de maximo præjudicio, quod prætendi-
71 tur inferri toti Ordini, seu integræ nostræ Religioni, mediante ejectione ab illa Civitate, in qua omnes aliæ Religiones, & Congregationes suum habent Monasterium, vel Conventum; Idque ex facto, & operationibus paucorum Religiosorum, qui in Urbe reperiebantur anno 1673. quando contracta fuerunt debita, de quibus agimus; Quod repugnare videtur propositionibus illis, communiter receptis, quod particulares Religiosi non possunt præjudicare Juribus,
72 & Privilegiis, toti Ordini, seu ipsimet Religioni competentibus, ex adductis *in Tom.* 1. *part.* 1. *discept.* 19. *numer.* 68. *&* 69.

Solita ingenuitate admittuntur hæc in contrariis Scriptu-
73 ris, in quibus hæc leguntur, omni consideratione digna: *Res sacræ*, *& religiosæ*, *quales sunt Monasteria*, *& Ecclesiæ*, *utpotè immediatè Deo dicatæ*, *ad ejus servitium*, *ejusque Ministrorum*, *quæ in nullius dominio sunt*, *nec cadunt in commercio hominum §. Nullius Institut. de Rerum divis. Proindeque nec pignorari*, *nec vendi*, *aut quomodolibet alienari possunt leg. Sed Celsus* 6. *& seqq. & leg. Æde Sacra ff. de Contrah. emption.*

Posset proinde hìc terminari Discursus; Si enim cubitalibus istis literis, in sensu veritatis in hac parte loquentes, ingenuè fatentur contrarii Scribentes, quod nostra
74 Ecclesia, nosterque Conventus, utì res immediatè Deo dicatæ, & ad servitium ejus Ministrorum destinatæ, non possunt neque vendi, neque pignorari, neque quomodolibet alienari, ea adducta bona, & convincenti ratione, quia scilicet in nullius dominio sunt, nec cadunt in commercio hominum, res finita est, omnisque in controversia
75 terminata, neque exadverso prætendi potest oppositum, adversus Divinum illud præceptum, registratum *in Levitic.* 27. 28. opportunè hìc repetendum, *Omne quod Domino consecratur*, *non vendetur*, cum aliis de quibus infrà à *num.* 100.

Videamus autem quid adversus hæc, non ex proprio
76 sensu, satis, superque explicato dictis claris verbis, sed ad Causæ opportunitatem favore Clientum dicant iidem contrarii Scribentes; Adducunt duas limitationes dictæ receptissimæ opinionis: Primam, quod illa vera sit, quando res sacræ redeunt ad antiquum statum, seu mutant statum sacrum in profanum, non verò quando ven-
77 duntur ad usum æqualiter sacrum, seu religiosum: Secundam verò, quando concurrit justa causa, unà cum licentia Apostolicæ Sedis; Sed neutra limitatio, meretur attendi.

Antequam autem id evidenter demonstrem, ego suppono pro indubitato, quod exadverso non prætenditur, ut subhastatio nostræ Ecclesiæ, & Conventus, eorumque deliberatio fieri debeat ad favorem Angelorum, & Archan-
78 gelorum, sed Hominum; Quo posito, redit semper solida illa, & nimis stringens animadversio, ultro admissa exadversò, quod eædem Ecclesia, & Conventus, uti non cadentes in commercio hominum, non possunt ab hominibus obligari, non hypothecari, non vendi, nec quomodolibet alienari, nec quoad usum profanum, nec quoad usum sacrum, nec inter personas sacras, nec inter Religiosas; Unico verbo non possunt obligari, hypothecari,
79 alienari, neque vendi inter illos, qui homines sunt, Res enim, quæ in commercio hominum non sunt, inter homines ad nullum usum alienari possunt, juxtà authoritates citatas supra *num* 25. & juxta sensum pro veritate contrariorum Defensorum.

Eadem facilitate ostenditur insubsistentia secundæ li-
80 mitationis, quæ non regit in facto, & per insubsistentem hypothesim illa admissa, nullo modo relevaret in Jure.

Non regit eadem limitatio in facto, quia vigore facultatis Sacr. Congr. Episcop. Vicarius anno 1673. nullo modo fuit impartitus facultatem obligandi nostram Ecclesiam,

81 siam, & Conventum: Et propterea defectus obligationis ipsius Ecclesiæ, & Conventus remanet plusquam evidens, 82 quando ad nostrum effectum sufficeret, id esse dubium, adhoc ut in tali dubio semper inclinandum esset pro exclusione dictæ obligationis; *Text.* est literalis *in leg. Quidquid adstringendæ 99. ff. de Verb. obligat.* de quo *Rot. dec. 5. num. 27. coram Bich.* cum aliis adductis *in meo Tract. de Matrimon. §. 5. num. 11.*

Non attenta replicatione, quod licet hujusmodi facultas 83 non contineatur in rescripto diei 3. Martii 1673. quando neutra Partium id somniavit petere; & multò minùs dicta Sacra Congreg. id cogitavit concedere, saltem contineatur in alio diei 15. Aprilis 1701. quando illam expresse petierunt Moniales, & dicta Sac. Cong. illarum precibus annuendo, 84 talem facultatem concessisse videatur, mediante rescripto, sequentibus verbis concepto, *Em. Urbis Vicario cum facultatibus opportunis.*

Pro remotione siquidem objecti supplicamus observare verba supplicis *Libelli*, vulgari idiomate compositi, eidem- 85 que Sacræ Congregationi porrecti nomine earundem Monialium dicta die 15. Aprilis 1701. per extensum exhibiti in contrario Summario num. 2. qui constat ex lineis 23. dumtaxat, ubi literaliter distinguuntur tres species bonorum, super quibus petitur fieri exequutionem, nempè bona Lucarini, super quibus impositi fuerunt census, bona propria, seu patrimonialia Conventus, & Conventus ipse materialis, & Ecclesia: Ecce verba: *L' Abbadessa, e Monache &c. riverentemente, & espongono, come li Padri &c. imposero* 86 *due Censi a favore dell' Oratrici &c. E perche è stato formato concorso &c. Stante che li beni essecutati, e deliberati, spettino all' eredità di un tal Lucarini, di cui vi è gran mole di creditori da sodisfarsi, supplicano riverentemente darli licenza di poter far vendere, & assegnare, non solo li beni proprj, e patrimoniali del Convento de' med. Padri, ma di più anco la stessa Chiesa, e Convento &c.*

Quando igitur Sacra Congregatio Episcoporum d. die 15. Aprilis 1701. dictis precibus rescripsit: *Em. Urbis Vicario,* 87 *cum facultatibus opportunis*, nullo modo, nulloque colore, vel prætextu hujusmodi verba extendi possunt ad facultatem vendendi Ecclesiam, & Conventum, sed solùm, & restrictivè ad alia bona propria, seu patrimonialia dicti Conven- 88 tus, juxta expressam, & literalem contrariam petitionem ibi: *Poter far vendere, non solo li beni proprj, e patrimoniali*; Idque ex quatuor solidissimis reflexionibus, quarum unaquæque, etiam sigillatim considerata, videtur superabundare ad intentum.

I. Quia talis facultas sub hasta publica vendendi Ecclesias, & Conventus, ultra magnam irreverentiam erga res 89 sacras, Deoque consecratas, & majus Christianorum scandalum, videtur repugnare Juri Divino, Canonico, & Civili, necnon ipsimet rationi, & sensui, ut videbimus infra *à num.* 100. Et propterea non est dicendum concessam fuisse à dicta Sacra Congregatione Episcop. metiendo ejus voluntatem à potestate, juxta regulam, de qua *Rot. dec. 38, numer. 5. part. 19. recentior.* cum concordantibus, citatis *in Tom. 1. part. 2. discept. 2. num. 278.* & benè *Oliver. de Matri-* 90 *mon. nullit. par. 3. fol. 90.* ibi: *Nullo modo credendum est hujusmodi casus nostro fuisse similes, ne fiat injuria judicantibus qui malè judicassent*, cum aliis in eodem *Tom. 1. par. 2. discep. 2. d. num. 178. in fin.*

II. Quia, quando die 25. Maii 1708. fuit exadverso formiter, particulariter, & unicè facta præsens instantia coram eadem Sacr. Congreg. Episcop. pro venditione Ecclesiæ, 91 & materialis Conventus, non attenta speciali remissione ejusdem præcisæ instantiæ, individualiter factæ dictæ Sacræ Congregationi ab Eminentissimo Corradino, tunc SS. D. 92 N. Auditore, eadem Sacra Congregatio non sine animi horrore eandem instantiam audivit, atque religiosissimè se abstinendo à ferendo judicio circa eandem contrariam petitionem, illam remisit ad Santissimum Dominum Nostrum ut est in confesso apud Partes: Difficile autem est, fereque impossibile majorem hujus veritatis evidentiam afferre, eo quia agitur de facto illiusmet Supremi Sacrosanctique Consessus, à quo talis irregularis facultas concessa prætenditur, ut patet consideranti.

III. Quia ab eadem Sacra Congregatione anno 1673. con- 93 cessa fuit Eminentissimo Vicario facultas deveniendi ad censuum impositionem, & obligationem bonorum nostri Conventus mediantibus sequentibus verbis, *postquam compererit in evidentem Ecclesiæ utilitatem esse cessuram prædictam facultatem.* Videtur autem importare veram paradoxi speciem prætensio contraria, ut possit de mero possibile verificari in aliquo contractu evidens utilitas illius Ecclesiæ, quæ brevi temporis progressu potest reduci ad talem statum, ut ad creditorum instantiam cogi potest ad venditionem sui ipsius sub 94 hasta publica, mediante horrida voce Præconis; Quæ reflexio est adeò nota solo naturali lumine, ut superfluum sit recurrere ad Doctorum authoritates ad illam proban. juxta nobilem animadversionem: *Cardin. Pallavic. nell' Istor.* 95 *del Concil. lib. 3. cap. 13. num. 8.* ibi: *In quei casi, in cui la ragione naturale si scorge aperta, non richiedesi altra legge, ne altro Dottore, che il lume impresso negl' animi della natura*, & concordat *Rot. in Giennen. Juris votandi 2. Julii 1706. §. Indubitanter cor. Kaunitz.*

IV. Demum, quia contraria prætensio ex diametro opponitur notorio solito ejusdem Sacræ Congregationis in cujus 96 Regestris non invenietur unquam concessa adeò irregularis facultas obligandi Ecclesias, & Conventus: Igitur vanum est prætendere, quod in nostro casu sub generalissimorum verborum involucro id fuerit concessum, nedum adversùs dictum laudabile solitum, à quo declarari rescripta notant *Decian. respons. 66. numer. 18. lib. 5. & respons. 124. numer. 7. & sequentibus eodem lib. & Rot. decis. 1715. num. 99. cor. Coc-* 97 *cino.* Verùm etiam, quia à dicta Sac. Congreg. neque etiam ex parte Religiosorum petita fuit hujusmodi exorbitans facultas obligandi Conventum ipsum materialem, & Ecclesiam. Si autem repugnare videtur omnibus principiis, quod voluntas feratur in incognitum, ex adductis *in Tom. 1. par. 2. discept. 24. numer. 41.* Quantò magis hujusmodi repugnantia emicat in nostro casu pro exclusione dictæ irregularis facultatis, neque etiam petitæ ab eadem Sacra Congregat. egre- 98 giè *Rot. decis. 1175. num. 2. coram Emer. jun.* & melius *in dec. 356. num. 8. par. 16. rec.* ibi: *Potissimùm quia tale quid, nec Papæ expositum, nec petitum fuerat &c. Propterea inverisimile censetur, Papam indulsisse id, quod neque expressum, ne-* 99 *que petitum fuerat in supplicatione, à qua Gratia regulatur, & recipit interpretationem &c.*

Quod autem Ecclesiarum venditio repugnet Juribus Divino, Canonico, & Civili, atque ipsimet rationi, & sen- 100 sui, ita ad hominem demonstratur.

De Jure Divino est, quod id, quod Deo consecratur non debet vendi, juxta verba *Levitici 27. 28.* Sed Ecclesiæ con- 101 secrantur Deo; Igitur &c.

De Jure Canonico habemus duos Textus, à quibus id literaliter determinatur, nempè in *Canon. Si quis objecerit 1.* 102 *quæstion. 3. & in cap. Quærelam de Simon.* ibi: *Scituri, quod sicuti emi non potuit, ita nec redimi Ecclesia.* In Calepino difficile erit reperire verba, cum majori claritate, & energia apta ad id significan. Supplicantes observare verbum illud *Scituri*, quod nimis, significativum est, ut de se patet, eo quia Papa tali modo loquens omnes docere intendit, Ecclesias non posse emi.

De Jure civili sunt Textus nimis rotundi exadverso etiam citati *in §. Nullius Instit. de Rer. divis. & in l. Celsus 6. & in l.* 103 *Æde sacra ff. de Contrab. empt.* demandantes (sunt verba contrariorum Scribentium *in §. Quamvis*) *res sacras, & religiosas quales sunt Monasteria, & Ecclesiæ, in nullius dominio esse, nec cadere in commercio hominum, proindeque nec pignorari, nec vendi, nec quomodolibet alienari posse.*

Repugnat rationi, & sensui, quia licentia Apostolicæ Sedis circa alienationes rerum, & bonorum Ecclesiarum, & Locorum piorum, non potest verificari, nisi circa illas res, 104 quæ sunt in hominum commercio, & quæ, quando spectant ad Sæculares, ad libitum Dominorum inter eosdem homines vendi, & obligari possunt. Quando verò spectant ad Ecclesias, & Loca pia, requiritur talis facultas, ob illam rationem, quod resistunt sacri Canones, ne obligentur, aut vendantur, nisi prævia causæ cognitione, & nonnisi cum evidenti utilitate eorundem Locorum piorum; Itaut hujusmodi licentia non immutet naturam, & qualitatem bono- 105 rum, sed solùm tollat illud extrinsecum obstaculum, propter quod Administratores eorundem bonorum, spectantium ad Ecclesias, & Loca pia, non possunt illa obligare ex defectu dominii, quod non habent.

Ex quibus proinde remanet manifestum, quod talis permissio, seu licentia Apostolicæ Sedis, remanet semper 106 inefficax, seu nullius operationis in bonis, quæ non sunt in hominum commercio, non ex defectu potestatis, quam amplissimam habet, sed ex materiæ ineptitudine, seu ex illa qualitate, quod res, super qua cadit licentia, uti res sacra, non est in hominum commercio, ut, sequendo *doctissimum Cardinalem Cajetanum*, observat æquè doctus *Cardinalis Capisuccus in suis Controversiis controver. 11. de Vot. solemn. quæst. unic. folio mihi 270. vers. sed ipse*, ibi:

Non

Non potest humana authoritate fieri, ut res illa non sit sacra, hoc est pro eo tempore, quo permanet sub illa artificiali forma, sub qua fuit consecrata: Igitur neque fieri potest humana authoritate, ut Ecclesia sit in commercio hominum, in quo non sunt res sacræ, ut patet consideranti. 107

Eodem prorsùs modo, quo Theologi discurrunt de potentia Dei, circa verificationem duarum propositionum contradictoriarum, quæ per nullam, vel maximam potentiam insimul esse possunt veræ, non ex defectu infinitæ potentiæ Dei, sed ex terminorum incompatibilitate, seu ex materiæ incompossibilitate; Itaut propriè loquendo in his terminis non possit dici, quòd duas contradictorias non potest Deus facere, ut eodem tempore veræ sint, sed quòd non potest fieri, ut illæ eodem tempore sint veræ. 108

Neque vis facienda est in usu æque pio, & sacro, ad quem vendi prætenduntur Ecclesia, & Conventus. 109

Ultrà quod enim ego fatendo ingenuè meam imbecillitatem nescio percipere, quomodo in mentem sani capitis cadere potest, quod res sacra, immediatè Deo dicata, & ad usum ejus Ministrorum specialiter destinata, non immutata ejus artificiali forma, possit eodem tempore ad usum non sacrum converti; Itaut non nisi ad colorandam exorbitantiam scandalosissimæ venditionis Ecclesiæ sub hasta publica apposita fuerint verba illa in Decreto Eminentiss. Vicarii: *Dummodò &c. ad favorem aliarum personarum Ecclesiasticarum, & Religiosarum Ecclesiarum, & ad eundem usum pium Ecclesiasticum, & Religiosum.* 110

Strictè respondendo dicimus, quòd unica stringens ratio, propter quam res Deo sacratæ vendi nequeunt, non consistit in fine, quem habet vendens, sed in qualitate rei sacræ, quæ cùm ponat eandem rem extra hominum commercium, per necessarium antecedens operatur, ut ad nullum usum apta sit redire sub hominum commercio per venditionem, vel per quemcumque alium actum, qui inter homines in rebus, sub eorum commercio existentibus, fieri possit; Et vivam hujus restrictionis rationem adducit *D. Thom.* sequutus *à Card. Capisucc. contr.* 11. *de Vot. Solem. qu. unica §.*2. *vers. Contra hæc fol. mihi* 273. his verbis: *S. Thomas, cum dicit, res divinas non esse convertendas in usum humanum, loquitur de usu humano generalissimè, nec limitationem ullam apposuit, ut intelligatur, se loqui de quocumque usu humano, non solùm profano, ad quem nulli dubium est, res divinas non posse converti, sed etiam pio, qui simul est usus humanus, undè consultò S. Doctor utitur voce illa, de usu humano, absque ulla limitatione, ut omnem humanum usum comprehenderet.* 111 112

Applicando proinde hujusmodi sanam doctrinam nostro casui dicimus, quod Ecclesia, & Conventus PP. Trinitariorum, utì res destinatæ ad Dei Ministrorum servitium, & specialiter Deo consecratæ, verè, & propriè sunt ipsius Dei, & sub Dei dominio specialiter constitutæ: Igitur repugnare videtur omnibus principiis, quod manentibus sub eadem artificiali forma possint ex facto hominum tolli à dicto speciali Dei dominio, redigi sub humano commercio, poni sub hasta publica & deliberari plus offerenti, ad quemcumque usum, non solum pium, sed etiam piissimum, ea convincenti ratione, quia quicumque usus, quomodocumque pius, magis pius & piissimus, semper est usus humanus, & ad hoc, ut res aliqua etiam ad pium usum vendi possit, indispensabiliter requiritur, ut sit in hominum commercio, in quo non sunt res sacræ, vel immediate Deo consecratæ, vel ad servitium ejus Ministrorum destinatæ. 113

Attentis proinde hujusmodi rationibus, Aliisque bonis reflexionibus, per ipsos latiori calamo adductis Canonistæ omnes uniformi consonantia in ea sunt opinione, quòd Ecclesiæ nullo modo, nulloque prætextu, vel colore emi, & vendi possint, ut videre est apud *Archidiac. in Can. Aurum* 12. *qu.*2. *Geminian. ibidem antè finem Abb. in cap. Querelam in princ. de Simon.* ibi *Ecclesia emi, vel redimi non potest,* ubi etiam *Barbos. in princ.* ibi: *Ecclesia non potest emi Ventrigl. in Prax. titul. de Alienat. bonor. Eccles. annot.* 1. *§.* 2. *num.*25. ubi, *quòd hoc est indubitatum, Alagon. in Compend. Jur. Canon. titul. de Simon. num* 1978. *fol.* 620. *Quarant. in Summ.*5. *Verb. Alienatio rer. Eccles. numer.* 29. *fol. mihi* 23. *Genuens. in Praxi Cur. Archiep. Neap. cap.* 32. *num.*21. *Redoan. de Rebus Eccles. non alien. qu.*3. *sub num.* 63. *fol.*54. *& qu.*21. *num.*29. *fol.*113. *Amostazz. de Caus. piis lib.*5. *cap.*7. *num.*51. *Hermosil. ad leg* 15. *gloss.*1. *titul.* 5. *qu.* 5. *num.*60. *Parlador. Rer. quotidian. lib.*2. *cap. fin. par.* 5. *§.*3. *numer.* 28. *Rodriqu. de Exequut. cap.* 5. *numer.*66. *Franc. de Eccles. Cathedr. cap.*16. *numer.*117. 152. *&* 201. *Maran. controv. Jur. par.*1. *respons.* 16. *per tot. Rovit. cons.* 18. *numer.* 121. *lib.*2. *Lambertin. de Jur. patr. lib.*1. *p.*2. *qu.*16. *art.*7. *n.*2. Cum quibus concordat Civilistarum antesignanus *Bartol. in leg. Aufidius ff. de Privil. Creditor.* 114

Qui omnes moventur sequentibus rationibus, & congruentiis: I. Quia agitur de rebus Deo consecratis: II. Quia Ecclesiæ non sunt in hominum commercio: III. Quia verificaretur magna irreverentia erga Deum: IV. Quia daretur Christianis maxima scandalizandi occasio: V. Demum, quia ita cavetur in legibus Divina, Canonica, & Civili. 115

Diximus, quòd hæc opinio communis est inter Canonistas, eo quia illam utì talem agnoscunt, & fatentur ipsimet Authores, qui in contrarium citantur, ut videre est apud *Bonacin. Oper. Moral. tom.*1. *titul. de Simon. disp.* 1. *qu.*4. *punct.*2. *propos.*2. *numer.*4. *fol.* 785. ibi *Canonistæ communiter putant, Ecclesias consecratas vendi non posse, & Barbos. in Can. Si quis* 7. *qu.*3. ibi *Canonistæ putant, res consecratas vendi non posse*; Asserens deinde, quòd Theologi contrarium defendunt; Quòd etiamsì verum esset, semper Canonistarum opinio, in his terminis præferenda est Theologis, saltem ad evitandam speciem mali, & scandalorum periculum, necnon magnam irreverentiam erga res, Deo consecratas; Neque novum est, quòd in his materiis opinio Theologorum postponatur Canonistarum opinioni, ut vidimus *in par.*1. *discep.*13. circa potestatem Papæ dispensandi in Voto Castitatis cum constitutis in sacris Ordinibus. Circa quam indubitanter proceditur cum opinione Canonistarum, juxta casus, ibidem specificatos. 116

Comprobatur autem hæc opinio à multis similibus, quorum respectu communiter admittunt Doctores, non posse fieri exequutionem contra bona debitoris, nempè in Bobus aratoriis, unà cum instrumentis rusticorum, in Libris Advocatorum, & Scholarium; In armis Militum; In Breviario Sacerdotum &c. 117

Quoad Boves aratorios habemus Textus literales, id demandates *in l. Exequutores* 7. *& in l. seq. unàcum Author. Agricultores C. Quæ res pign. oblig. poss.* Necnon habemus pariter in Urbe literalem *Constit.* 19. *S. Pii V. §.*8. ibi: *Boves verò aratorii, omniaque instrumenta, ad Agriculturam necessaria, non supradictis temporibus tantùm, sed perpetuò pro quavis civili obligatione auferri, aut alia ratione impediri prohibemus. Declarantes insuper, in tacitis quibuscumque hypothecis, à quocumque quavis de causa inductis, prædictos Boves, aliaque Instrumenta prædicta minimè comprehensa fore.* 118

Quòd procedit etiam si nulla alia extent debitoris bona, itaut neque in subsidium fieri possit exequutio super prædictis Bobus aratoriis, eorumque Instrumantis, ut notabiliter advertunt, & solidè probant: *Petr. Gregorius, Cynus. Alberic. Salycel. Negusan. Rebuffus, Anna, Sola, Menoch. Merlin. Galganettus, Peguera, Avila, & Parlador.* in locis citatis *à Giurb. dec. Sicul* 40. *numer.*13. *& à Constantin. ad Stat. Urb. tom.*2. *annot.*62. *art.*1. *num.* 57. *&* 58. ubi, quòd licèt contraria opinio aliquos habeat Sectatores, nihilominus secunda opinio (sunt ejus verba) *Favore Agriculturæ videtur satis probabilis, tùm privilegium &c emanaverit favore publico, nec congruit, quòd talia bona in subsidium exequantur.* 119 120

Imò ipsemet *Ciarlinus*, contrariæ opinionis accerrimus propugnator, *in contr.* 112. *per tot.* ibid. *num.* 30. ultrò admittit, & fatetur, quòd prædictorum Authorum opinio possit tutò à Iudicibus sequi, ibi: *Utraque tamen opinio est probabilis, nec credo errare Judicem, sequendo quam malit.* 121

Prout etiam eandem æquiorem, & benigniorem opinionem procedere, etiam si Creditor esset Agricola, velletque proinde in pari causa hujusmodi instrumentis uti, & propterea instaret, sibi adjudicari, nam adhuc non posset, tum propter fraudes, quæ committerentur per *Creditores, tum propter Privilegium Agriculturæ, quòd magis inesse dicitur in debitore, qui de facto, & de præsenti exercet, quàm in Creditore, qui in futurum exercere velle profitetur* sunt verba *Merlin. de Pignor. lib.*2. *titul.*1. *qu.*61. *num.* 22. ubi concordantes cumulat, reprobat contrarium sentientes, & concordant adducti per *Menoch. de Arbitr. cas.*378. *n.* 14. ibi: *Adhuc etenim non debet hæc exequutio concedi, cum in hoc casu eadem militet ratio impedimenti.* 122 123

Omnia autem hæc, quæ de Agriculturæ privilegiis dicta sunt in rei veritate respiciunt solam corporis manutentionem, & proinde mirabiliter applicantur ad nostro 124

terminos, in quibus agitur de animæ pabulo, quotidie à nostris Religiosis procurato Christi fidelibus, vel à frequentia Confessionum, vel à multiplicitate quindecim circiter missarum, quæ quotidiè in nostra Ecclesia celebrantur, vel à pietatis exercitiis, quæ in illa exercentur, vel à sermonibus, aliisque spiritualibus operibus, omnibus notoriis, de quibus suprà à *num.* 50.

Omniumque prædictorum viva ratio, hæc est, quia 125 *quod corpori est cibus, hoc animæ est divinorum eloquiorum doctrina*, sunt verba *D. Jo: Chrisost. homil.* 6. *contra Anon.* Atquè *cibus mentis est sermo Dei*, ut dicit *D. Gregor.* Et *cibus mentis est verbum Dei*, juxta verba *S. Ambros.* circa quam veritatem adeo concordes sunt SS. PP. ut superfluum sit in hac parte ulteriùs immorari, sufficiatque 126 meminisse ejus, quod scriptum est *Matth.* 4. 6. *Non solo pane vivit homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei*.

Concludimus ergo cum illis aureis verbis Friderici Im- 127 peratoris, quæ leguntur *in Auth. Agricultores C. Quæ res pig. oblig. poss.* quòd si Agricultores insudantes pro manutentione fragilis, & caduci corporis *circa rem rusticam occupati, dum Villis insident, dum agros colunt, securi sunt in quacumque parte Terrarum*; A' fortiori pauperes Religiosi, circa res Divinas occupati, dum in capite Orbis Christiani, atque Catholici moram faciunt, securi esse debent, tanquam digniores cultores Dominici 128 agri, ad unguem adimplentes ea, quæ leguntur apud *D. Matth.* 13. 24.

Quoverò ad Advocatorum, & Scholarium Libros; Quo- 129 ad arma Militum; Quoad Breviarium Sacerdotum, & similes, ad evitan. prolixitatem, remissivè Nos habemus ad prædictos Authores, citatos supra, parificantes illos cum dd. privilegiis Agricolarum, de quibus satis dictum.

Addimus autem aliam paritatem, quæ nimis stringe- 130 re videtur, & desumitur à literali *Text. in leg. Aufidius* 13. *ff. de Privil. Credit.* qui ita summatur: *Omnibus bonis debitoris venditis per creditores, non videtur vendi statua, in honorem ejus in Civitate posita*. Cum longè autem majori inergia id exprimitur in dicto *Text.* ibi: *Nullo modo* 131 *distrahi posse*. Nos autem paucis mutatis dicimus: Omnibus bonis PP. Trinitariorum venditis per Creditores, nullo modo distrahi possunt statuæ, & Imagines in Dei honorem in Civitate Romæ positæ, eundemquè *Textum* sequitur *D. Gaspar. in Institut. Canon. par.* 1. *ti.* 12. *num.* 75. *fol.* 224.

Nè autem hujusmodi paritas videatur potiùs ingeniosa, 132 quàm solida, dicimus, quod illam desumpsimus ex verè maximo Doctore, qui Juris lumen, & splendor meritò appellatur, & cujus opinio, deficientibus legibus, servatur pro *Textu*, ut, aliis adductis, observat *Zerb. in Gemm. Episcopor. ti.* 36. *de Judic. quæst.* 17. *num.* 2. Ipse enim in commentario dictæ legis solidè probat idem pro- 133 cedere in statuis, & Imaginibus, in honorem Dei, & Sanctorum, ibi: *Quæro, aliquis fecit fieri Cappellam in loco Fratrum Minorum, vel Prædicatorum, & postmodum bona ejus venduntur propter debita, an in venditione bonorum veniat Cappella illa; Et hic est casus, quòd non &c. Quia est facta in honorem illius, non venit in venditione*.

Videamus modò fundamenta contrariæ prætensionis, & 134 an illa appensa in statera justitiæ, æquitatis, pietatis, & reverentiæ, debitæ domibus sanctis, domibus orationis, & domibus, secretorum Cœlestium usibus destinatis, talis sint ponderis, qualia exadverso exagerantur, vel potiùs minus habeant ad effectum, de quo disputamus.

Insistitur in authoritate Doctorum; Adducuntur plures casus alienationum Ecclesiarum; Et omnia corroborantur 135 à simili, ducta paritate à Cappellis, à Sepulturis, à Sacrorum Calicium venditionibus.

Quoad Doctorum authoritates citati fuerunt *Suar. de Relig. lib.* 4. *cap* 14. *num.* 12. *Laymann. Theol. moral. lib.* 4. *tract.* 136 10. *cap. ult* §. 6. *num.* 36. *Filliuc. Oper. moral. in Append. tr.* 45. *cap.* 3. *quæst* 11. *sub num.* 25. *Bonacin. Oper. moral. tom.* 1. *ti. de Simon. disp.* 1. *quæst.* 4. §. 3. *num.* 5. *Donat. Rer. regular. tract.* 14. *quæst.* 78 *num.* 7. *Castropal. Oper. moral. tom.* 3. *tract.* 17. *disp.* 3. *punct.* 8. *num.* 2. & *Passerin. de Statu Homin. quæst.* 185 *num.* 386.

Quoad casus venditionis Ecclesiarum specificati fuerunt duo in contraria Scriptura. Primus nempè Eccle- 137 siæ S. Ægidii in Moniales Carmelitas Excalceatas, citando ad illam comproban. *decis.* 901. *cor. Cerro*, & *dec.* 117. *num.* 11. apud *Posth. de Manut.* & *decis.* 282. *num.* 9. *par.* 18. *rec.* Secundus verò S. Joannis Calibytæ propter debita contracta anno Jubilei 1675. absquè ulla prorsus justificatione; Quibus inter informandum in voce additus fuit tertius casus respectu Ecclesiæ S. Elisabethæ. Nec defuerunt amplificationes contrariorum Scribentium, quòd similes casus à paucis annis fuerunt nimis frequen- 138 tes in Urbe, ut in §. *In quorum*, ibi: *Infinita sunt etiam in Urbe exempla venditionum Ecclesiarum, & Conventuum*, quod in Responsione §. *Tolli autem*, nimia generositate extenditur ad totum Orbem, ibi: *Ex generali consuetudine totius Orbis, juxta quam Ecclesiæ passim venduntur*.

Quò demum ad exempla similium alienationum adducta fuerunt illæ Sepulturarum, & Cappellarum, & sacrorum 139 Calicium.

Ad proban. 1. exemplum circa Sepulturas citati fuerunt 140 *Barbos. de Paroch. cap.* 26. *num.* 17. *Altimar. ad Rovit cons.* 75. *num.* 3. *Salgad. in Labyrinth. Credit. par.* 3. *cap* 5. *num.* 50. *Gratian. discep* 210. *num.* 10. & *seq. Lotter. de Re Benefic. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 12. & *seq.* & *Passerin. de Statu Homin. q.* 185. *num.* 386.

Ad proban. 2. respectu Capellarum citati fuerunt *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 18. & *de Paroch. cap.* 26. 141 *num.* 17. *Leon. de Offic. Cappellan. quæst.* 3. *num.* 9. *Noguerol. allega.* 36. *num.* 23. *Rovit. cons.* 75. *lib.* 2 *Salgad. in Labyrint. Credi. par.* 3. *cap.* 5. *num.* 50. & *seq. Pheb. decis. Lusitan.* 8. *antè n.* 8. & *Card. de Luc. de Jurepatr. disc.* 53. *num.* 3.

Ad proban. demum 3. circa sacros Calices citati fuerunt *Suarez de Relig. lib.* 4. *cap* 14. *num.* 6. *Bonacin. ubi supra nu.* 142 2. *Azor. Insti. Moral. par.* 3. *lib.* 12. *cap.* 18. *Gonzal. in cap. Insinuatum nu.* 8. *de Simon.* & *Lezan. Oper. Moral. tom.* 4. *verbo Simonia quoad Regulares num.* 3.

Nec sine magna exageratione addita fuit illa reflexio, quòd si bona Ecclesiarum, imò etiam res sacræ vendi 143 possunt ad exercenda opera pietatis, & charitatis, puta ad redimendos captivos, & sublevandos pauperes, juxta *Tex. in Can. Aurum* 12. *quæst.* 2. cum concordantibus, citatis supra, multò magis vendi poterunt ad exercen- 144 da opera justitiæ, qualia sunt debitorum solutiones.

Respondendo deindè authoritatibus, & rationibus, ex hac parte citatis, dictum fuit, quod illæ procedunt 145 in illis terminis in quibus vendi vellet res sacra, habito respectu ad consecrationem, vel quando vellet vendi ad usus profanos, secus autem ad usum pium.

Incipiendo ab authoritate Doctorum, & restringendo pro nunc sermonem ad venditionem Ecclesiæ, juxta ter- 146 minos nostri casus.

I. Dico, quod recognitis in fonte omnibus prædictis authoritatibus, nulla ex eis loquitur ad effectum ven- 147 dendi Ecclesiam sub hasta publica, & proindè ex hac sola reflexione illæ omnes, nulla omninò excepta, poni possunt ad partes, ea ratione, quia in hac strepitosa, & judiciali venditione, etiam si cessare possent omnes aliæ reflexiones, nunquam cessabunt illæ publici scandali respectu totius Populi, & magnæ irreverentiæ habito respectu ad personas doctas. Si autem juxta doctrinam 148 *Apostol. ad Thessalonic.* 5. 22. Christiani abstinere debent ab iis, quæ mali speciem habent, eo quia *dantur multa, quæ licent, sed non expediunt, & multa alia, quæ licent, sed non ædificant*, juxta verba ejusdem *Apostol.* 1. *ad Corinth.* 10. 23. Multò magis abstinendum erit à scandalosa 149 venditione Ecclesiarum sub hasta publica, ad evitan. dd. irreverentiam, & scandalum, ut generaliter benè notant *Mendozz. in* 2. 2. *disp.* 175. *sect.* 20. §. 256. & 268. & *Dian. Coordin. tom* 3 *ti de Scandal. resol.* 7. *numer* 3. ubi ad rem applicat præsenti casui verba illa *D. Matth.* 9. 12. *Misericordiam volo, non sacrificium*, asserens: *Etenim si in misericordia corporali locum habet id, multò ma-* 150 *gis in spirituali, ad quam pertinet directè nihil efficere unde proximus ruat*, & in punctualissimis terminis nostri casus, seu venditionis rerum consecratarum *Marchand. in Trib. Sacram. tom.* 3. *tract.* 10. *ti.* 6. *quæst.* 8. *conclus.* 1. *vers. Advertendum fol. mihi* 229. ibi: *Cavendum est enim à specie mali, & scandalo*. Applicanturque proindè aurea verba *Honor. III in Epist.* sub nomine *Innoc III.* in par- 151 te registrata *in cap. Abolendæ de Sepultur.* & integralitèr impressa *à Gonzal. in illius Comment.* ibi: *Longè est à regula pietatis, & ab Ecclesiæ honestate*. Quantùm enim 152 longè sit à regula pietatis, & ab honestate Ecclesiarum, istas sub publica hasta vendere, & plus offerenti deliberare, de se adeò notum est, ut probatione non indigeat.

Quibus ego addo aliam, quòd si hodie in Urbe cum tali,

tali, tantaque publicitate, & strepitu, ad instantiam Locorum piorum, aperitur haec via subhastandi Ecclesias pro 153 debitis Religiosorum, à scandalo Urbis de brevi fieret transitus ad scandalum totius Orbis: Cùm enim notorium sit ex Mundi accidentibus, & vicissitudinibus, nec non ex belli infortuniis, longè pauperiores esse Loca pia, Conventus, & Ecclesias extra Urbem: Si hodiè 154 id permitteretur in Urbe, *istius exemplo faciliùs alii Judices poterunt ad similia provocari*, juxta verba *Text. in cap. Cum quidam de Jurejur.* & longè faciliùs Laici illi, qui semper infensi sunt Clericis, quivè ut plurimum pauperiores sunt personis Ecclesiasticis, similes facerent instantias, & hoc modo constitueretur in Urbe, *magnum exemplum, quod iniqui speciem habere*, observat Author ille, quem tacito nomine refert, & sequitur *Rot. dec.* 388. *nu.* 20 *cor. Dunoz. sen.*

In qua parte ad evitan. simile praejudicium Ecclesiarum totius Orbis, habemus celebre factum *Innoc. X. in illa Ame-* 155 *rina Bonorum* 21. *Februarii* 1644. Cùm enim *Sac. Rot. coram Royas dd. diebus in decis.* 161. *decis* 205. *& decision.* 230. *inter alias impressas cor. eod.* firmasset, Ecclesiarum, & Monasteriorum bona posse subhastari ad instantiam creditorum pro debito, contracto sub generali obligatione, occasione pretii bonorum, emptorum absque Apostolico beneplacito, idem Summus Pontifex, non obstante, quòd 156 Partes acquieverant hujusmodi judicio Sacrae Rotae, mediantibus dictis tribus conformibus decisionibus, motu proprio mandavit revisionem dd. decisionum, à quibus recessum fuit die 2. Junii 1645. ut videre est *in dec.* 261. *coram eodem Roy.* ibi: *De ordine Sanctissimi revisis decisionibus in hac Causa, hucusque emanatis, illisque ad trutinam per binam propositionem redactis, DD. recerunt à decisis.* Itaut non defuerint antiqui Curiales, à quibus audivi, verba illa, *de ordine Santissimi*, non solum referri ad revisionem, sed etiam ad recessum ab illis, itaut sensus sit, quod DD. recesserint à decisis de ordine Santissimi, ne idem judicatum transiret in exemplum per totū Orbem.

Dico 2. quòd hujusmodi interpretatio, seù separatio rei materialis à consecratione rerum sacrarum, quidquid 157 fit in Calice, de quo infrà *numer.* 162. ego observo, quod respectu multarum rerum sacrarum, omninò à Summis Pontificibus rejecta fuit, ut gr. exempli illa respectu Chrismatis literaliter damnatur *in cap. Ea* 16. *de Simon.* com aliis, allegatis *in Summ. Angel. verb. Simonia numer.* 24. ibi: *Nunquid licet aliquid exigere pro Chrismate, habito respectu ad liquorem &c. Respondeo, quod non, sine Simonia.* Ita etiam, nedum rejicitur rotundis literis à Pasqual. Summ. Pontif. *in Can Si quis objecerit prima quaestion.* 3. sed cum illa phrasi nimis significativa, quòd penitus desipere videntur qui contrarium putant, ecce illius verba: *Si quis objecerit, non consecrationes emi, sed res, quae ex consecratione proveniunt, penitus desipere probatur.* Adducendo verò deinde rationem sui dicti, quae tamen in Legislatoribus nullo modo necessaria est, ad rem subdit, quòd talis, tantaq; respectu rerum consecrararum adest connexio inter consecrationem, & materiam consecratam, ut vel neutrum invenditum, vel utrumque dicatur venditum.

Quòd si morem gerendo Authoribus, in contrariam inclinantibus opinionem, dicere velimus, non esse stul- 158 titiam id asserere, ut dicit dict. Summus Pontifex, saltem eadem opinio tutò poterit sequi, ut in simili observat *P. Segner. nella predic.* 11. *numer.* 4. his verbis: *Mentre un Santo di tante lettere, di tanta sagacità, di tanta saviezza, gionse a ciò di riputare affatto impossibile, conviene, che almeno non sia sì facile.* Praeterea *si credulitatem, & venerationem praestaremus Bartolo, vel Baldo, Hostiensi, aut Panormitano, in aliqua discussione Juris, quare non erat circumspectanda definitio supremi Principis, Pastoris, & Judicis Ecclesiae universalis, super articulo, caeteroquin* 159 *valdè per privatos Doctores conflictato, quando secundum nostram imbecillitatem habemus quotidiè affirmantium, quòd auctoritati magni Doctoris standum sit in quacumque materia, suapte natura disputabili*, sunt verba *Rot. in Mindonen.* 1 *Martii* 1706. §. *Eoque fortius cor. Ansald.*

Obiter observantes hìc ex *Caserr. in Synthem Vetustat. ad diem* 6. *Martii*, quòd numerus Cardinalium ab hoc Summ. 160 Pontifice Paschali, authores *dict. Can. Si quis objecerit* 1. *quaest.* 3. num. Card. ab alio quocumque Pontifice usque ad hodiè creatorum major est; Creavit enim Cardinales 93. Alii verò, qui multos crearunt, sunt Paulus III. & Urbanus VIII. qui crearunt Cardinales 71.

Dico 3. quòd respectu sacri Calicis in circumstantiis magnae pauperpatis Ecclesiarum, illa admittitur quidem, 161 sed de sola consuetudine, non autem ex particulari Juris dispositione. Cumque haec consuetudo nullo modo vigeat respectu venditionis Ecclesiarum, à Calice ad Ecclesiam nullam currere potest illatio, vulgatis Juribus.

Caeterùm Canonistae omnes, postquam admittunt talem consuetudinem respectu sacri Calicis, non unam, sed quinq; considerant differentias inter venditionem Calicis, & ven- 162 ditionem Ecclesiarum, quas enumerando *Archid. in can. Aurum* 12. *qu.* 2. sequens potuit dubium, quod non potest magis punctualiter nostram controversiam decidere, eo quia talis quaestio est in puncto praesentis nostri casus: *Quaero quae sit ratio, cum Calix sacratus possit vendi, ut hic, & quare Ecclesia vendi non potest?* An.

I. Asserendo, quòd *Hugo* respondit, quòd ratio est in occulto, sufficit tamen dicere, quòd alterum istorum est prohibitum specialiter, ut vidimus supra à *numer.* 100. Al- 163 terum concessum; non tamen de Jure, sed ex consuetudine; Quae sola ratio plusquam sufficere videtur in nostris terminis, eo quia quando habemus legem claram, non est de illa, sed secundum illam judican. ut dicebat *D. Augustin de Ver. Relig.* ibi: *Cùm leges fuerint institutae, & firmatae, non licere Judici de ipsis judicare, sed secundum ipsas*, cum concordantibus, citatis *in Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 14. *numer.* 109.

II. Respondet, *quod major, & solemnior consecratio adhibetur Ecclesiae, quàm Calici*; Quae ratio optimè quadrat, quia 164 tali majori, & solemniori consecrationi major debet correspondere respectus, omnisque proinde tolli debet occasio, & species mali.

III. *Quia Calix potest dissolvi, & dissolutus potest majorem utilitatem conferre, quòd rarò contingeret in Ecclesia*; 165 Quod evidens est, quia Ecclesia non potest facilè dissolvi, & dissoluta, atque in maceriem lapidum redacta, nullam, vel minimam utilitatem conferre potest.

IV. *Quia locus sacratus non potest possideri, nisi in eodem* 166 *loco, quod non est de Calice*; iste enim facili negotio de uno ad alium locum transferri potest, non sic autem Ecclesia, nisi renoventur miracula S. Gregor. Thaumaturgi, quod verbis illis exprimitur in Martyrolog. Germanico, quae impressa fuerunt sup. *discep.* 13. *n.* 60.

V. *Quia in Calice habetur respectus ad materiam, ad quam antiquam redigi potest. In Ecclesia ad Jus spirituale, cùm* 167 *non possit redigi ad antiquam formam*; Quae ratio mirabiliter stringit; Si enim emptor Ecclesiae habeat solùm respectum ad materialia Ecclesiae, ista, praecisa illius forma extrinseca, seu artificiali structura, est aliquid minus tenue: Si verò non praescindatur forma artificialis, sed consideretur sub illa, tunc redit solida illa reflexio, 168 quòd non potest considerari nisi utì totum artificiale, quòd ex adductis supra, utì consecratum in commercio hominum non est.

Easdemque solidas differentiae rationes, sequendo eundem *Archidiaconum*, ferè ad literam adducunt in praefato 169 *C. Aurum* 12. *quaest.* 2. *omnes Repetentes*, & signanter *Dominic. à S. Geminiano quaest.* 2. *ante finem*, *Praepositus*, & *Bellamera*, & praeter illos *Redoan. de Reb Eccles. non alien. qu* 3. *de Rerum Eccles. alienat. sub nu.* 63 *fol* 54. & *qu.* 21. *tit. de Caus. pietat. à nu* 29. *fol.* 13. *Amostazz. de Caus. piis lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 51. & *Genuens. in Prax Cur. Archiep. Neap. c.* 32. *de Potest. Magistr. laic. n* 21. *fol.* 126.

Quibus ego tres alias addo, quae non videntur spernendae: I. Quia in tali privata venditione sacri Calicis cessat omnis 170 irreverentiae species, quia illa perficitur à solis personis ecclesiasticis: II. Quia cessat etiam omnis occasio scandali, eo quia multò plures sunt illae venditiones sacrorum Calicium, quae ignotae sunt saecularibus personis, ac sint illae, quae ad eorum notitiam deveniunt: III. Quia illa absque ulla mixtura, & operatione personarum saecularium, & absque ullo strepitu fori, & Praeconis horrida voce devotè, & secretò perficitur per manus Sacerdotum, & personarum ecclesiasticarum.

Ex quibus omnibus, praecipuè simul unitis, tali evidentia remanere videtur nullius ponderis, nulliusque soliditatis paritas privatae venditionis sacrorum Calicum, ut cum omni fundamento speremus, illam non amplius 171 exagerandam esse, ad cohonestandam aequè irreverentem, ac scandalosam publicam venditionem Ecclesiarum: Praecipuè, quia respectu eorund. sacrorum Calicium venditionem illam verè piam, & aequaliter convincentem adducunt

ducunt rationem multi primi nominis Canonistæ, quòd scilicèt in tantùm in dd. extremis casibus necessitatis illa permittitur, prout etiam permittitur venditio aliarum 172 rerum, Domino Deo nostro dicatarum, quia verisimile est, Christum Dominum, qui proprium sanguinem pro animarum redemptione fundere non dubitavit, pro hominibus, in dictis angustiis constitutis, permittere etiam velit, ut vendantur Vasa sacra, & alia, ad ejus cultum destinata, ut videre est apud *Butr. in cap. Nul.us de Pignor. Redoan. de Rebus Ecclesiæ non alien. quæst.* 21. 173 *numer* 10. *& numer.*16. *Corrad. in Prax. dispens. lib.*9. *cap.* 1. *numer.*20. *vers. Quarè*; Ubi *numer.* 19 refert exemplum *Innoc. VIII.* Qui ad sublevan. Urbem, ab hostibus oppressam, Mitram Pontificalem, & alia quamplurima Romanæ Ecclesiæ pretiosa Jocalia, ac Vasa aurea, & argentea pretio scut. centum millium oppignoravit, quòd refert etiam *Zerb. in Gemm. Episcop. tit. de Decim. & Portion. Canon. qu.*25. *num.*2. & legitur *in Constit.* 12. *ejusdem Summ. Pontificis §.*2. *in Bullar. novo tom.*1. Quæ ratio cùm nullatenus militet respectu venditionis Ecclesiarum sub publica hasta, ad creditorum instantiam, respectu ejusd. militare non debent ea, quæ de sacris Calicibus Authores loquuntur, juxta animadversa per *Barbos. axiom.*197. *nu* 5. & firmata per *Rot. dec.*205. *nu.*6. *p.*17. *rec.*

Deveniendo modò ad exempla, ex quibus prætenditur probari solitum, & antiqua consuetudo in Urbe vigens, vendendi Ecclesias sub hasta publica, serena fronte dicimus, hunc casum nunquam fuisse ad praxim reda- 174 ctum; Imò neque de illo aliquis ex innumeris Doctoribus, à Nobis improbo labore pervolutis, minimam facere mentionem, ne forsan crederetur verisimilis, juxta animadversionem in simili adductam *à S. Athanasio*, citato *in Instit. Crimin. lib.*4. *tit.*8. *num.*123. ibi: *Ne habita fuisse credibilia videantur.*

Non fuit ad praxim redactum in venditione Ecclesiæ Societatis Calceolariorum, quæ hodiè possidetur à Monialibus Carmelitis discalceatis sub nomine S. Ægidii; 175 Quia dd. Moniales illam possident vigore specialis Brevis, & gratiosæ concessionis s. mem. Urbani VIII. non autem vigore emptionis sub hasta publica, ut innuitur *n dec.*117. *numer.*11. *apud Posth. de Subhastat.* Et, ex tali notitia moti ad veritatem indagandam, concludentissimè probamus ex integro tenore dicti Brevis, quod est sequens.

URbanus Papa VIII. *Ad perpetuam rei memoriam. Commissi Nobis per abundantiam Divinæ Gratiæ Pa-* 176 *storalis Officii debitum postulat, ut Sanctimonialibus, quæ oblitæ Populum suum, & domum Patris sui, cœlesti Sponso adhæserant, quo Divinis obsequiis, spiritualibusque exercitiis, & orationibus facilius, & commodius vacare valeant, de congruis, & idoneis Locis provideamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire: Hinc est, quòd Nos dilectarum in Christo Filiarum Abbatissæ, seu Priorissæ, & Monialium Monasterii Sancti Ægidii, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, Discalceatarum nuncupatarum, & Religionis Transtyberinæ de Urbe necessitatibus, & commodis, quantùm in Domino possumus, consulere, illasque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & earum singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existant, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, motu proprio, & ex certa scientia, ac mera liberalitate nostra, Ecclesiam SS. Crispini, & Crispiniani, eidem Monasterio contiguam, &c. Eidem Monasterio, ita quod liceat illius Abbatissæ, seu Priorissæ, & Monialibus prædictis, earum, ac Monasterii hujusmodi nomine dictæ Ecclesiæ corporalem, realem, & actualem possessionem, per se, vel alios, propria authoritate liberè apprehendere, & perpetuò retinere. Apostolica authoritate tenore præsentium, concedimus, & assignamus; Decernentes, præsentes Literas validas, firmas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac Monasterio, illiusque Abbatissæ, seu Priorissæ, & Monialibus prædictis in omnibus, & per omnia plenissimè suffragari; Sicque per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, & causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere, & irritum, ac inane, si secus super his ut quocumque, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, Regula nostra de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac Ecclesiæ Monasterii, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quamvis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis quibusvis Personis, sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, in contrarium quomodolibet concessis confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, eorum tenoribus præsentibus pro expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die* 23. *Septembris* 1628. *Pontificatus nostri anno sexto. M. A. Maraldus.*

In cujus literalis Brevis conflictu frigescunt gratuitæ illæ assertiones Extensoris *dec.*901. *in pr nc. coram Cerr. & dec.* 282. *num.*9. *par* 18. *recent. Subhastatis omnibus bonis, domibus, unà cum Ecclesia.* Eo quia ubi habemus verba Brevis 177 adeo clara, & cubitalia, est debilitas intellectus recurrere ad discursus, & illationes, ex animadversis *in Tom.*1. *par.* 1. *discep* 13. *num.*41.

Et tamen ad solius materiæ ornatum dicimus, quòd in illis casibus, in quibus subhastantur omnes Domus alicujus debitoris, vel insigne Palatium, in quo adsit aliqua Cappella, vel publicum Oratorium, nullum videtur scandalum, nullaque mali species, quòd sub universitate dd. Domorum, vel sub integritate, Palatii, veniant etiam Oratorium, 178 vel parva Ecclesia in illis existens: Gr. exempli ponamus casum per meram hypothesim, quòd Palatium Domus ab Altemps per contractum venditionis transferatur in aliquem, certum esset, quòd cum integro corpore Pala- 179 tii, seu cum universitate cubiculorum, & mansionum ejusdem Palatii, in eundem emptorem transferretur etiam ipsamet parva Ecclesia, seu publicum Oratorium; 180 Sed non exindè dici posset, quòd eadem Ecclesia, de per se considerata, fuisset vendita sub hasta, & plus offerenti deliberata.

Vidimus hoc nostris temporibus practicari in Palatio cl. mem. Cardinalis Nigroni, in cujus emptione sub hasta pu- 181 blica, comprehensa etiam fuit sumptuosa Cappella, in illo existen. cum famosa Imagine S. Hieronymi, unà cum pulchra Sacristia, quæ ratione ejus capacitatis, & ornamentorum posset commodè deservire pro qualibet publica Ecclesia.

Audivimus, ultimo loco, ita fuisse practicatum, imò resonat adhuc in auribus horrida Præconis vox respectu Pala- 182 tii Domus Sabelliæ, respectu alterius Co: Bigazzini, & multorum aliorum, unà cum suis Cappellis, in eis existen. sub publica hasta venditis plus offerentibus, absque ulla tamen irreverentiæ nota, vel minima occasione scandali, eo quia fuit subhastatum Palatium, non Ecclesiæ, seu Oratoria, quæ per solam connexionem cum universitate aliarum 183 mansionum in emptores transierunt.

Minorem habet subsistentiam aliud exemplum venditionis sub hasta Ecclesiæ, seu Oratorii Societatis SS. Ro- 184 sæ, & Rosaliæ, empti à Societate S. Elisabethæ. Illa enim neque erat Ecclesia, neque fuit vendita à Capitulo S. Petri, qui erat, & est Dominus illarum domorum, intra quas aderat idem Oratorium: Ecce verba resolutionis Capitularis; *In Capitulo ordinario, habito* 26. *Ju-* 185 *lii* 1708. *tributa fuit facultas Reverendiss. DD. Canonicis, & Camerariis majoribus stipulandi Instrumentum perpetuæ emphyteuticæ concessionis favore Societatis S. Elisabethæ mansionis, cum parva mansiuncula, existente in ingressu ad manum dexteram ejusdem mansionis, quæ olim retinebatur pro usu Oratorii, & Sacristiæ respectivè, à Societate SS. Rosæ, & Rosaliæ &c. pro annuo canone scut.* 10. *& cum aliis pactis &c. Bernardinus Bottinius Canonicus Secretarius*; Et latè in Actis Abinantis *Notar. cap.*3. *par. Instrum. fol.*255. Ec- 186 ce verba Instrumenti dictæ concessionis, in omnibus, & per omnia uniformis dictæ resolutioni Capitulari, registrati per Acta dicti Abinantis sub eodem anno 1708. in 3. *par. Instrumentorum* sub die 5. Augusti, *fol.* 139. ibi: *Sia &c. Sotto li* 30. *Luglio* 1607. *concessa in enfiteusi* 187 *alli Barbieri per scudi* 24. *di una stanza se ne servivano per uso di Chiesa, sotto l' Invocazione de' SS. Cosimo, e Damiano. Sia ancora, che d. Università de' Barbieri affittò detta stanza terrena, che si serviva per uso di Chiesa, alla Compagnia di S. S. Rosa di Viterbo, e S. Rosalia di Palermo, per servirsene per uso d' Oratorio per annuo affitto di sc.* 14. *come &c. per gl' Atti del Cantarelli. Continuandosi dalla detta Compagnia di SS. Rosa, e Rosalia à ritenere in locatione la stanza ter-* 188 *rena per uso di Oratorio, con un picolo stanziolino parimen-*

te ter-

te terreno, che serve per Sagrestia, e non potendo pagare il Canone &c. Ex hoc motivo concessa fuit, ut supra dictæ Societati S. Elisabethę pro annuo canone scut. 10. decem, & cum aliis pactis resarcitionis Domus, & Viarum, à pręsenti inspectione extraneis.

Exemplo venditionis Ecclesiæ S. Joannis Calibitæ, quæ asseritur facta à Natione Bononiensi anno 1675. respondebimus tunc, quando verbis contrarior. Defensorum addantur concludentes probationes ejusdem venditionis, quæ cùm non asseratur sequuta sub hasta, nil commune habet cum nostra inspectione; Cæterùm ne tempus teramus expectando in hac parte justificationes dictæ gratuitæ expressionis, quòd anno 1675. Ecclesia Sancti Joannis Calibitæ empta fuerit à Notione Bononiensi, subnectimus particulam Vitæ ejusdem Sancti, in Urbe impressa anno 1708. à P. Bonucc. ex cujus *cap.12. fol.95.* apparet per sæculum ante illam possedisse, atque in Ædibus eidem Ecclesiæ contiguis habitasse Moniales S. Annæ, Creditrices nostrorum Religiosorum ibi; *Vita di S. Gio: Calibita c.12. fol.95. Vers. La Madre poi: Ivi pure i suoi Padri Eutropio, e Teodora fabricarono una Chiesa, e le fecero donazione d'una buona parte de' lor' beni per il suo decente mantenimento, e fù nell' Isola a punto di S.* Bartolomeo *in Roma, dove, distrutta quella dal tempo, se ne vede un' altra in più nobil forma. E in questa oltre i Corpi de' SS. Martiri Ippolito, Audiface, Abacuc, & altri, si venera sotto l' Altar maggiore quello del nostro Santo Calibita, dove anticamente risiederono per qualche tempo alcune Monache, che poi si unirono a quelle del Ven. Monastero di S. Anna de' Funari, & oggi vi sono i Religiosi del sacro Ordine di S. Giovanni di Dio, i quali sin dal 1582. sotto il felice Pontificato di Gregor. XIII. vi aggionsero, oltre all' abbellimento della detta, un magnifico Spedale.*

189

Amplificationi demum, quòd millies in Urbe sequutæ fuerint venditiones Ecclesiarum sub hasta publica, non possumus magis cathegoricè respondere, quàm verbis Decani Cursorum, per quorum manus necessariò transire debent omnes judiciales venditiones, subhastationes, & deliberationes: *Non solamente nel tempo mio di anni 36 d' Officio di Cursorato non sono state mai vendute sub hasta le Case di Dio, ò siano Chiese, ma ne meno hò sentito dire da miei antecessori, che sia ciò seguito per il passato, che e quanto posso attestare a V. S. per verità, della quale ne possono essere Testimoni, tutti li miei Compagni, per esser cosa notoria.*

190

191

Opportunè subjungentes, quòd una voce cum eod. Decano Cursorum concordant Decanus Patronorum Collegii P. A. atque multi alii antiquiores Curiales, Notarii, & Ministri Depositariæ Urbanæ pro veritate, & conscientia circa hoc factum interrogati, una voce asserentes, in spatio septuaginta annorum unicum datum fuisse casum venditionis Sepulturæ, factæ in Depositaria sub hasta publica.

192

193

In omnem verò casum pro responsione ad omnia adducibilia exempla, utitur verbis illis *Marant.* loquentis in nostris terminis *in contr. 16. nu. 33. to. 1 Referunt, quod factum fuerit, non tamen stringit, ita jure fieri debere;* Atque in hac materia non exemplis, sed legibus judicandum est ex adductis *in Tom. 1. p. 1. discep. 12. nu. 40.*

Remanent paritates Capellarum, & Sepulturarum, quæ toto Cœlo distant à nostris terminis, eò quią in illis non venditur, nisi solus privativus usus, cujus sunt capaces Laici, quivè est in hominum commercio, est aliquid temporale, est pretio æstimabilis, & obligatus creditoribus, nullaque proinde adest implicantia quin idem usus, eadem præeminentia, seu Jus honorificum, & præeminentiale possit vendi, vel sub hasta poni, pro satisfaciendis debitis Patronorum, juxta concordem opinionem, tam Canonistarum, quàm Theologorum, universali consuetudine receptam, quidquid dici posset in Scholis pro acuendis ingeniis, ut videre est apud citat. sup. 140. quibus addo allegatos à *Scopp. ad Gratian. dec. 26 num. 2.* ibi: *Licitum est absque Simoniæ labe pretium recipere pro Cappella, seu Sepulturæ, situs, vel dignioris loci ratione, quasi hoc spiritualitatem aliqua tangere non videatur, sed honorem tantùm, & præeminentiam, quæ pretio æstimari potest, & vendi, tanquam merè temporalis, Gonzal. in cap Abolendæ de Sepultur. Guttier. de Capell. qu. 9. num. 25. Acest. de Privil. Credi or. regul. 3. ampliat. 51. num. 108. D. Gaspar. Instit Canon. par. 1. titul. 12. num. 79.* ibi: *Non dicitur fieri venditio Loci consecrati, sed tantùm loci eminentioris, & dignioris, quæ major dignitas, & situs prærogativa, est pretio æstimabilis, & Rot. dec. 501. num. 1. p. 4. tom. 1. rec.* ibi: *Licitum est pretium recipere ratione situs, vel dignioris loci in Ecclesia, cùm hoc non videatur concernere spiritualitatem, sed potiùs quandam præeminentiam, quæ potest pretio æstimari.*

194

195

Et tamen ad evitandam scandali etiam remotam occasionem, abstinendo ab iis quæ licent quidem, sed non expediunt, neque ædificant, non solent Tribunalia in hac parte de facili indulgere Creditorum instantiis pro vendendis sub hasta Capellis, ad Laicos spectantes, juxta ea, quæ unisona voce asserunt Cursores omnes, & omnes Ministri Depositariæ.

196

197

Vidimusque hoc ultimo loco ad praxim redactum respectu insignis Capellæ Domus Costaguti in Ecclesia S. Caroli ad Catinarios; Deputata siquidem particulari Congreg. DD. Cardin. Corradini, & Orighi tunc Prælatorum, unà cum R. p. d. de Vico, atque enixissimè instantibus creditoribus pro decreto, ut illa posset sub hasta vendi, id nullo modo obtinere valuerunt, sed injunctum fuit, ut procurarent benevolum emptorem, cum minori strepitu, & majori Populi ædificatione.

198

Respectu verò venditionis Ecclesiarum adnectimus exemplum, quod omnem in hac parte difficultatem tollit, & est sequens. Ann. 1669. Christiana Respublica in illis reperiebatur posita angustiis à Turcarum conatibus, quæ notæ sunt in Historiis. Sedes Apostolica ad feren. auxilium Christiano Popolo, in proximo periculo oppressionis existenti, coacta fuit supprimere tres Religiones, inter quas illam S. Georgii in Alga, cujus Religiosi habebant in Urbe sumptuosum Monasterium, & sumptuosiorem Ecclesiam, quæ omnium oculis expositæ sunt. Per hujusmodi suppressionem eadem Apostolica. Sedes effecta fuerat domina utriusque insignis corporis. Multa Loca pia, & multę Religiosæ Communitates se exhibuerunt paratas emere, tam Monasterium, quàm Ecclesiam. In istis terminis non fuerunt affixa Edicta pro inveniendis plus offerentibus, sed solita maturitate procedendo, deputata fuit particularis Congregatio, circa modum in dicta venditione tenen. Quisnam autem fuerit modus iste, inter Partes concertatus, & approbatus, non possumus melius exprimere, quàm verbis ipsis supplicis Libelli s. m. Clem. IX. porrecti nomine Provinciæ Marchiæ, quæ sunt sequentia.

199

200

201

202

La Provincia della Marca &c. supplica a degnarsi di concederli la Chiesa di S. Salvatore in Lauro, con tutte, e qualunque supellettili sagre, anche di argento &c. e di venderli la Fabrica del Convento, Clausura, Orto &c. Verba verò rescripti. Summi Pontificis, pręvio voto particularis Congregationis, sunt sequentis tenoris. *Die 17. Augusti 1669. SS. D. N. mandavit, ut procedatur ad concessionem supradictæ Ecclesiæ S. Salvatoris in Lauro, cum omnibus supellectilibus sacris, etiam argenteis, juxta petita, nec non ad venditionem supradicti Conventus, Viridarii &c. pro pretio sc. 30000.* Et demum verba Instrumenti dictæ Pontificiæ concessionis sunt hæc: *Quam Ecclesiam dedit, gratiosè concessit. vasa sacra, etiam argentea &c.* Et ibi: *Quas Domos, Viridarium &c. vendidit, & alienavit titulo puræ, veræ, simplicis, perpetuæ, & irrevocabilis venditionis, & alienationis.* Quæ omnia latiùs recognosci possunt ex Actis *Abinantis Notarii Cap sub die 22. Augusti 1669. 3. p. Instrum. fol. 397 & seqq.*

203

204

205

206

Pro explicanda qualitate hujus Pontificiæ operationis vellem hic habere centum illas linguas, & centum ora, de quibus supra *num 26.* Deus bonę! In summis angustiis totius Christiani Populi, in quibus omni Jure licitum etiam est sacras supellectiles vendere, & alienare, juxta *Text. in Can. Aurum 12. qu. 3.* cum aliis, allegatis supra; Unus ex illis, quos *S. Bernard. de Consid. ad Eugen. lib. 3. cap. 9.* vocat *Dignitate Aaronem, authoritate Moysen, judicatu Samuelem, & potestate Petrum,* talem, tantumque habet scrupulum vendendi, non sub hasta publica, sed solum extrajudicialiter magnam, sumptuosamque Ecclesiam Religionis suppressæ, institutæ à sanctis hominibus, ut ad dictum effectum se declaret velle exquirere Votum particularis Congregationis, ad invenien. modum non scandalizandi Urbem, & Orbem, omnibusque maturè pensatis, amplectitur iste, nimis præjudicialis toti Christianæ Reipublicæ, tunc præriclitanti, gratiosè donandi, nedum insignem Ecclesiam, sed etiam illius sacra supellectilia, neque etiam exclusis argenteis considerabilis valoris, Et in nostris terminis acriter prætenditur propter fragmen panis ignominiosè dimitti ab Urbe Religionem ab ipso solo summo Deo institutam, mediante

207

208

209

210

venditione sub hasta illius humilis Ecclesiæ, quæ undique devotionem, & pietatem spirat, attenta illius angustia, & paupertate; Aut ergo ista non capio, aut ipsi....

Non negamus tamen posse Ecclesias de una ad alias Communitates Religiosas transferri cum Summi Pontificis authoritate, ut notat *Corrad. in Prax. Dispensat. libr. 9. cap. 4. num. 13.* ibi: *Cùm Ecclesia alienari non possit sine solemnitate, nec ab alio, quàm à Summo Pontifice, quod præcipuè practicatur pro hujusmodi concessionibus, quæ frequenter fiunt in hac Civitate Neapolitana, mediantibus Literis Apostolicis*; Sed nunquam per viam hastæ publicæ, & mediante horrida Præconis voce, minusque pretio mediante, sed solo titulo meræ, puræ, & simplicis eleemosynæ ut in his terminis faciendum esse notant *Sot. de Just. & Jur. lib. 9. qu. 7 artic. 3. col. penult. vers. At verò*, *Spin. de Testam. gloss. 2. principal. sub nu. 24. vers. Si tamen. Garz. de Benefic. par. 1. cap. 9. sub numer. 137. Marant. respons. 16. numer. 22.* ibi: *Quasi eleemosynam largientes, non pretium statuentes*, *Franc. de Eccles. Cathedral. cap. 17. num. 54.* ibi: *Est eleemosyna, non pretium*, *Barbos. de Jur. Eccles. lib. 2. cap. 10. numer. 16.* ibi: *Datur per modum eleemosynæ, & non pretii*, *Lotter. de Re benefic. lib. 2. qu. 3. numer. 13.* ibi: *Unde neque id, quod solvitur in eam causam, propriè est pretium, sed eleemosyna*, & *Rot. decis. 561. numer. 23. par. 4. tom. 2. rec.* ibi: *Est potiùs quædam eleemosyna.* Et in casu practico observatum fuit in Urbe die 7. Maii 1674. cum Natione Camerte, quæ obtinuit domos, & Ecclesiam S. Joannis in Mercatello, spectan. ad Nationem Marchiæ, mediante solutione sc. 1200. promissorum titulo solius eleemosynæ, juxta præcisa verba Instrumenti, stipulati, per acta Abinantis, & existen. *in 3. par. Instrum. fol. 543.* ibi: *Titulo eleemosynę solvere promiserunt sc 1200.*

Ex quo uno ore inferunt Canonistæ omnes, quod attenta hujusmodi fundamentali ratione, & solido motivo, in illis Locis, in quibus adest onus Gabellæ solven. pro contractu venditionis, ista nunquam solvitur ex simili concessione Ecclesiæ ab una ad aliam personam, ut videre est apud *Pheb. dec. Lusitan 8. num. 14. Franc. de Eccl. Cathed. c. 17. nu. 53. & Barbos. de Paroch. cap. 26. nu. 18. & de Jur. Eccl. lib. 2. cap. 10. nu. 18.*

Verum tamen est, quòd ad tollen. omne dubium, & removendos prætextus, juxta frequentiorem praxim concedi solet solus usus, cum aliqua annua recognitione, ut practicatum fuit à Capit. Vaticanæ Basilicæ ann. 1687. in concessione usus Ecclesiæ S. Ægidii, prope Portam Angelicam, ut patet ex actis Abinantis sub die 1. Septembris 1687. *in 3. par. Instrum. fol. 749.* Et idem pariter à præfato Capit. practicatum fuit die 7. Maii 1689. in concessione usus Ecclesiæ S. Balbinæ pro annua responsione sc. 40. ut patet ex iisdem actis Abinantis *2. p. Instrum. fol. 59.* Et patet ex licentia, obtenta à Congr. Visitationis Apostolicæ sub die 12. Maii 1689. Et juxta similes concessiones, quæ cum majori otio adduci possent.

Cæterùm contraria prætensio superare videtur omnem credulitatem, ut nimirum verbo, & opere nunciantibus tribus Summis Pontificibus, non posse Ecclesias emi, nec vendi, juxta illorum verba, & facta, registrata supra *num. 100. & num. 205.* audiri debeat in Urbe Præco, diversimodè clamans, cum verificatione illius magni absurdi, de quo *S. Gregor. homil. 37. in Evang.* sequutus *in Tom. 1. par. 1. discep. 12. num. 201.*

Poterant omitti exclamationes, quòd creditores bona fide contraxerunt cum nostris Religiosis, quòd sumus in actibus justitiæ, quodque semper inclinan. est pro satisfactione creditorum; Respondemus enim, *quod sibi imputare debent iidem creditores, qui non recognita meliùs conditione sui debitoris, cum eo contraxerunt*, sunt verba *decis. 1348 numer. 12. & 13. cor. Emer. jun.* & concordant alii Authores, sequuti per eandem *Rot. in dec. 37. per tot.* apud *Zacch. de Oblig. Cam. & dec. 1721. num. 3. cor. Coccin. & dec. 134 num 17 par 4 tom. 2. & dec. 73. num 15. & 16. par. 15. rec.* Imo habemus in hac parte Textum literalem *in l. 20. ff. de Reg. Jur.* ibi. *Qui cum alio contrahit, vel est, vel esse debet non ignarus conditionis illius.*

Enixis tandem precibus supplicamus Nobis condonare Scripturæ prolixitatem, saltem sub illa consideratione, quia præsentes labores, attenta articuli gravitate, & arduitate contineri non potuerunt intra plausibiles brevitatis terminos; Atque non sine magno præjudicio illius nimium debilitati sensus, in quo anima inhabitat, teste *Plinio qu. Natur.* sequuto *à de la Motte nella Fisic. del Princip. cap. 24. ante medium*; suscepti fuerunt propter Jesum tantùm, atque de illis dici potest; Gratis pro Deo, etiam Scriptura; In omnem verò casum dignentur nobis ignoscere ob præcisam illam necessitatem, de qua *Ant. August. in Epitom. Jur. Pontif. Tom. 3. lib. 13. titul. 12. de Eccles. sacr. ædib. & locis piis cap. 28. fol. mihi 11.* *Necessitas magna Nos coegit pro hac re ad Vos reclamare, & petere, ut sicut apud Antecessores vestros, qui ante vos fuerunt, honorem Sancta Dei Ecclesia habuit &c. ita apud Vos modernis temporibus incontaminata permaneat &c.* & concordant *Cardin. Bellarm. in exp. icat. Psalm. 92.* ubi explicando verba illa: *Domum Dei decet sanctitudo*, ait; Idest *Decet, ut eam omnes, ut sanctam veneremur*: Si omnes, Ergo etiam creditores, ergo etiam Præcones, & melius *P. Segner. nella pred. 23. nu. 10. in fine* ibi: *Domum Dei decet sanctitudo, se in essa diamo refugio sicuro à Ladroni, à Micidiali, à Ribaldi, perche non ve lo daremo, anzi costringeremo ad uscire di Chiesa quelli, che vogliono attendere alla pietà.*

In eadem Causa.

Ex intitulatione contrariæ Scripturæ sub sola generalissima denominatione *Romana*, omissa, juxta solitum aliarum Causarum, materia, de qua agitur, hoc est, *Subhastationis Ecclesię, & Conventus*, in firmam spem erigimur, pios creditores esse in via de proximo desistendi ab eorum incepta instantia, quia *dum mens erubescit videri, quòd tamen esse non metuit, erubescit quandoque esse, quòd fugit videri*, ut in simili scriptum reliquit *S. Greg. in Pastor. p. 3. admon. 32.* & practicarunt illi laici creditores, quos laudat *Marant. resp 16. n. 60.* ibi: *Abstinere tamen Partes ab incepto, neque ultra progredi voluere.*

Prætereà observo particulare Memoriale, ex parte dd. Creditorum *porrectum*, in quo, tacita maxima irreverentia erga res sacras; & Deo consecratas, ultrò fatentur magnum scandalum, quòd ex venditione sub hasta in nostris terminis ortum haberet, supplicantes proindè, ut pauperes Religiosi Trinitarii particulariter cogantur ad venditionem eorum Ecclesiæ, ibi: *Per parte di essi Padri si essagera per scandalosa &c. Per togliere ancora questo protesto &c. rappresentano umilmente alle Signorie VV. Illustrissime, aver pronti Religiosi d'un Ordine, assai esemplare, che applicano alla compra di esso Convento, e Chiesa per il prezzo, che sarà ragionevole: Onde tolto di mezzo il preteso motivo di scandalo, non averanno essi scanzo di contradire alla vendita privata alla quale supplicano le Signorie VV. Illustrissime di coartare essi PP. Avversarii.*

Igitur agnoscunt, & fatentur ipsimet creditores exorbitantiam decreti Eminentiss. Vicarii, demandantis Ecclesiam, & Conventum PP. Trinitariorum esse venden. sub hasta publica, & deliberan. plus offerentibus. Hujusmodi autem exorbitantia, & scandalum nullatenus cessant ex coacta venditione, etiam præcisa dict. publica hasta, quando illa demandatur judicialiter, *per il prezzo, che sarà ragionevole*; Quia non benè sonat in auribus Christianorum verbum illud *pretium*, quando sermo est de venditione Ecclesiarum, in terminis *Marant. respons. 16. n. 16. t 1.* ibi: *Absit, ut Capellarum, & Sepulchrorum concessio emptio appelletur, & venditio.* Ad quod demonstrandum sat est relativè se habere ad celebrem illam, actionem sanct. memor. Clemen. IX. Cui non poterit in æternum dari adequata responsio, eademque dignissima actio ejusdem SS. Pontificis congruè deservire valet pro regula certa in hac materia, absque dubio errandi, sequendo vestigia fundatæ resolutionis dictæ Congregationis particularis, oraculo, & factis dicti Summi Pontificis roborata.

Ad coloran. contrariam prætensionem non benè innititur in dispositione legum civilium, in quibus prohibetur alienatio Monasteriorum ad usus profanos, ut videre est in *§. Quia verò circa med. Auth. de Alienat & permutat. & in §. Ea verò Auth. de Alien. & Emphyt.* quorum verba registrata fuerunt in contraria Responsione; Quia nos ultrò admittentes, id esse prohibitum in dd. civilibus legibus, & ad dd. usus, dicimus, quòd Summi Pontifices ultrò progredientes talem prohibitionem cum longè majori generalitate extenderunt ad omnem omnino alienationis speciem, & ad quemcumque usum, etiam pium, & piissimum, ex adductis supra à *num. 110.*

Et

Et in materiis, concernentibus res spirituales, & sacras, Deoque consecratas, standum est dispositis in Jure Canonico, ut notat *Card. de Luc. de Judic. disc.* 35. *n.* 41.
236

Oppressi contrarii Scribentes à claritate illorum verborum, cum quibus Authores citati supra *num.* 114. asserunt, Ecclesias nullo modo vendi posse, & assignantes congruas disparitates, quare id permittatur in sacris Calicibus, respondent (sunt eorum verba) *Quæstio tractata per eosdem Authores intelligenda est, retentis eisdem terminis, videlicet, ut Ecclesia vendi non possit Laicis profanata.*
237

Responsio autem nullam habet subsistentiam: I. Quia sensus grammaticalis inservit pro congrua responsione, quia cum illo non conveniunt disparitates ab eis adductæ. II. Quia dd. Authores nullam movent quæstionem. An Ecclesia vendi possit, vel non, sed pro indubitato supponunt, non posse vendi, nihilque aliud faciunt, quàm strictè assignare rationem diversitatis inter unum, & alium casum, ibi: *Quæro, quæ sit ratio, cur Calix sacratus possit vendi, ut hic, & quarè Ecclesia vendi non potest?* III. Quia, quòd Ecclesia profanata vendi possit Laicis, nullam admittit dubietatem, quia tunc desinit esse Ecclesia, & consequenter nulla assignabilis est ratio, quare vendi non possit Laicis, ut observat *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 100. *artic.* 4. *ad* 2. quem refert *Donat. Rer. Regul. tom.* 1. *tract.* 14. *de Rebus Monast. non alien. qu.* 78. *numer.* 9. IV. Quia si dd. Authores ad sensum contrariorum Defensorum loquuntur de Ecclesia, retentis eisdem terminis Calicis, certum est, quòd de isto loquuntur cum supposito, quòd vendatur in sua artificiali forma; Et proinde retentis terminis consecrationis; Ergo de hoc pariter casu loquuntur de Ecclesia.
238 239 240

Si ex admissis exadverso *Card. Capisucc.* citatus supra *num.* 106. sequendo Theologorum Principem, benè dicit, quòd Ecclesia non potest vendi ad usus humanos generalissimè, ut legitur in contraria Responsione §. *Nec contrarium*, his verbis: *In quo concordamus*, hoc est cum eodem Card. Capisucc. Igitur vanum est prætendere, quòd possit vendi ad specialem usum, hoc est ad usum sacrum. Juxta prima siquidem Philosophiæ principia, ubi non habet locum genus, neque etiam possunt admitti species, quæ sub illo continentur.
241 242

In §. *Posito itaque*, magna liberalitate asseritur, Nos sine fundamento loqui, quando dicimus, res sacras, Deoque consecratas, non posse vendi; Pro responsione autem sat est relativè se habere ad animadversa usque adhuc.
243

Quia verò in eodem §. constanter asserunt contrarii Defensores *Absolutum esse, quòd ad effectum extinguendi debita, legitimè contracta, etiam res sacræ vendi possunt, ubi non suppetunt alia bona, in quibus creditores admitti valeant, & signanter possunt vendi Calices, & alia Vasa sacra ad ministerium Altaris destinata.* Nos constantissimè replicamus, hoc gratìs ubique prætendi, nullusque Doctor hoc somniavit asserere, sed aliqui Theologi, citati supra, loquuntur de venditione voluntaria, ad effectum excludendi Simoniam, nullo autem modo ad effectum solvendi debita, pro quibus creditores urgeant, & ad quorum instantiam vendi possint, qui sunt præcisi termini nostri casus, & in quibus nullus omnino Doctor, ex citatis exadverso, loquitur.
244 245

Neque contrarium probat *Textus*, qui asseritur literalis *in Auth. Præterea C. de Sacros. Eccles.* Quia loquitur pariter de venditione voluntaria, & quando Ecclesia *habet superflua vasa*, juxta illius præcisa verba. In omnem verò casum, dum habemus dicta, & facta trium Summorum Pontificum, de quibus supra, applicatur responsio illa *S. Hieronymi*, sequuti *ab Usel in consult. connub. fol. mihi* 63. *in princ.* de qua in meo *Tract. de Matrim.* §. 17. *num.* 12. ibi: *Aliæ sunt leges Cæsarum, aliæ Christi, aliud Papinianus, aliud Paulus præcipit*, & concordat *Fagnan. in cap. Cùm esses n.* 134. *de Testam.* ibi: *Dicta Apostoli prævalent dictis Imperatorum.*
246 247

Die 14. Septembris 1717. proposita Causa in Cong. particulari, loco Signaturæ Gratiæ à Sanctissimo deputata, non sine Votorum scissura, rescriptum fuit: *Esse exequen. mandatum Eminent. Vicarii, & ad mentem; Et mens est, quòd vendatur extrajudicialiter, quatenus reperiatur emptor.*
248

Quia verò in dicta Causæ propositione circumstantiæ facti non fuerant appuratæ eo modo, quo postea non sine magnis laboribus factum fuit, & in specie ad hominem demonstratum, quòd nullus omnino usque ad hodiè datus est similis casus in Urbe, & in Orbe, non fine fundamento in Causæ repropositione sperari potest recessus à dicta resolutione, juxta solitum omnium Tribunalium Urbis, quando non regit factum, cui resolutio innititur, de quo testatur *Card. de Albic. de Inconst. in Judic. in præfatione à num.* 42. *usque ad finem, & Rota in Romana Primogenituræ, & Fideicommiss. de Corsinis* 10. *Decemb.* 1710. *in princip. cor. Aldourand.* In qua parte celebre habemus Justiniani exemplum, & celebriora sunt ejus verba, quæ leguntur in *Auth. de Nupt. post princip.* per extensum registrata *in meo Tract. de Matrim.* §. *ultim. seu conclus.* nempè: *Non enim erubescimus, si quid melius horum, quæ ipsi priùs diximus, adinveniamus, hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionem.* Resolutio præsentis Causæ capta à Congregatione particulari *die* 16 *Septembris* 1716. non fuit approbata à SS. D. N. in Signatura Gratiæ, habita *die* 28. *Martii* 1719. ut videre est *in Tom.* 3. *par.* 2. *discep.* 25.
249 250 251

DISCEPTATIO XXVI.

Neapolit. Reintegrationis.

PRO

P. Josepho Seregni Ord. Prædicator.

CUM

Superioribus Gener. ejusd. Ordinis.

ARGUMENTUM.

Religiosus reintegrandus est ad illa Officia, & Munera, quibus injustè à suis Superioribus privatus fuit, eique bonificandum est tempus litis, ad dictum effectum promotæ, ac si suum Officium punctualiter adimplevisset.

PRo negativa resolutione 1. dub. de quo infrà *num.* 36. mirabiliter urget reflexio illa, quòd unica causa præcipitosæ remotionis P. Seregni, adducta à P. Procur. Generali, ab hac S. C. interpellato, fuit hæc, *per esser stato fermato dalla Corte in luogo sospetto extra claustra*, quæ cùm appareat prorsus insubsistens, imò idealis, ex concludentibus probationibus, fer. fer. factis à Nuncio Neapolitano, de mandato hujus S. C. corruente eodem supposito, nullo colore substineri potest ejus remotio, dicto supposito innixa, sed idem Religiosus omni jure reintegrandus est ad suam Lecturam, juxta ragulam, de qua *in Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 12. *n.* 69. Et in terminis alterius Religiosi, cum longè minori præcipitantia à suo Officio remoti, resolvit hæc S. C. *in alia Neapol.* 8. *Apr.* 1704. *Pon. Card. Gabriellio*, & resolutionem confirmavit die 5. Sept. ejusdem anni, cum rescripto: *In decisis, & amplius*, de qua *in Tom.* 1. *p.* 1. *discep.* 21. *sub nu* 6. & in antecedenti *p.* 1. *discep.* 23.
1 2 3

Dixi, *cum minori præcipitantia*, quia in dicta alia *Neapol.* datus fuerat terminus decem dierum ad dimittendum Officium, neque illius intimatio facta fuerat coram cętu Religiosorum omnium, ut præter solitum, & non sine scandalo, practicatum fuit in præsenti in publico Refectorio, cum lectione *ad alta voce d'una Scrittura, contenente la cassazione della Lettura di d. P. Seregni, con ordine preciso del Generale, che frà tre giorni avesse avuto da partire da questa Città e Regno:* Eo tempore, quo longè majus tempus assignari solet, & de Jure debet, ipsismet facinorosis, & sceleratis hominibus, quando in exilium mittuntur, ex adductis per *Consol. Resol. Crim. verb. Exilium res.* 8. *per tot.* cum aliis, allegatis *in meis Instit. crim. lib.* 4. *tit.* 5. *num.* 50.
4 5

Non obstat, quòd sumus in terminis Regularium, in quibus non proceditur cum dispositione Juris communis, eo quia statim parere tenentur præceptis Superiorum, neque proinde eis competit reintegratio ad illa Officia, à quibus removentur, ad *Text. in cap. Ea, quæ de Stat. Monach.* & juxta determinata in Capit. Gener. Bononiæ celebrato anno 1706. ubi dicitur, P. Generalem ad probandam causam dimittendi Religiosum non teneri procedere in his casibus per viam judicialem, *sed sufficere certam de ea undequaquè scientiam*, juxta illius præcisa verba.
6

Objecto enim punctualiter occurit *Innoc.* (quem Patrem Juris, & organum veritatis appellat *Fagn. in Cap.*

Quæ in Ecclesiarum n 64. de Consl.) in c. Insinuante sub nu.2. Qui Clerici, vel voven. asserens, in his casibus succurendum esse Monacho, ad similitudinem servi, & *Innoc.* sequuntur *Vitalin.in clem.Præmissa n.2.& 3. de Suppl. negl. Prælat. Rebuff.* testans ita vidisse practicari, *in Tract. de Pacific.Possess. nu.275. vers. Intellige, Gonzal. ad Regul. 8. Cancell. gloss.5. num.40.* Et distinguendo casum, in quo Religiosus amovetur ab officio ex causa rationabili, ab alio casu (qui est noster) quando illa sequitur ex motivo, irrogante injuriam, *Lotter. de Re benef. lib.1. qu.33. num.46.* ibi: *Aut remotio fit ex causa, quæ nullam infert injuriam ipsi moto, sed tamen est rationabilis, &c. & tunc non differtur exequutio, neque datur illicò restitutio ipsi moto ad pristinum locum, sed tantùm de veritate inquiritur, ut, vera subsistente causa, postmodum, servato Juris ordine, restituatur &c. Aut infert injuriam, quia sit causa famosa, & tunc retardatur exequutio, & si antè illius plenam excussionem moveatur, illicò reintegratur; Competit enim ei possessorium recuperan. &c.* Et isti sunt præcisi termini d. resol. hujus Sac. Congreg. *in d. Neapol.* Quæ proindè tanquam lex servanda est, ex adductis *in Instit. Crim. lib.1. tit. 20. §.4. num.149.*

7

8

9

Quibus non adversatur d. dispositio Capituli anni 1706. Ibidem enim sermo est de causa certa, & cujus undequaque habetur scientia, juxta illius præcisa verba, quod idem est, ac eandem causam esse notoriam, in quibus circumstantiis benè procedunt disposita in d. Capitulo Generali: Nos autem sumus in terminis prætensæ causæ, quæ non solùm non est certa, minusque de ea undequaque habetur notitia, sed quæ est prorsus insubsistens, & detegitur undequaque idealis, ex probationibus fer. fer. de mandato hujus Sac. Congreg. factis, in quibus terminis de se patet, esse prorsus inapplicabilem dispositionem dict. Capituli Generalis.

10

Nec dicatur, quòd eidem famosæ causæ, unicè adductæ in d. Relatione P. Proc. Gener. alia jungatur hodiè, charitativæ scilicet assistentiæ, præstitæ cuidam Novitio, ejus discipulo, cui tempore æstivo præceperat P. Generalis, ut à Civitate Neapolis se conferret ad Provinciam Apuliæ.

11

Respondemus enim, quòd hæc causa, seu veriùs prætextus, hodiè adinventus, & post remotionem P. Seregni excogitatus, non fuit expressus in prima Relatione, pro veritate huic S.C. transmissa à P. Proc. Gen. & propterea in nulla prorsus consideratione habenda est hodiè, ad *Text. in l. Si quis fortè §.1. ff. de Pœn.* ibi: *Non enim debebat tam magnam rem tamdiu retinere*, cum aliis, citatis *in Tom.1. p.1. discep.21. num.32.*

12

Fortiùs quia, quatenus idem preceptum fuisset injunctum eidem infelici Novitio, non fuisset obligatorium, eo quia d. æstivo tempore discessus à Civitate Neapolis, & accessus ad Provinciam Apuliæ, est summopere periculosus, ob aeris intemperiem, quod comprobavit luctuosa experientia, eo quia ex una parte videns P. Seregni, quòd jussio P. Generalis urgebat pro d. accessu, non sine evidenti periculo mortis d. infelicis Novitii; Ex alia verò considerans, quòd perfectè adimpleverat omnes partes Religiosi, Magistri, & Christiani, nil aliud fecit, nihilque aliud dixit pro impediendo discessu sui Discipuli, qui ob aeris intemperiem misere per viam obiit in Caupona, itaut neque etiam pervenire potuerit ad locum, sibi destinatum; Ex hoc autem periculo uno ore asserunt Doctores, similia præcepta, vel non obligare, vel adesse legitimam causam illis non obtemperandi, juxta notabilem *Gloss. in can. Communis verb. Suorum distinct.23.* ibi *Nota, quòd propter intemperiem Loci aliquis excusatur*, & notant *Menoch. de Arbitr. lib.1. centur.5. cas.221. nu.7. Corrad in Prax. dispens. lib. 8. cap.10. nu.18. Pac. Iordan. variar. Resol. lib.1. prælud.8. num.78.* ubi, quòd impium, atque inhumanum est in his circumstantiis similia præcipere, cum quibus excusando similem accessum Beneficiati ad Urbem æstivo tempore, processit S. Cong. Conc. *in Romana Distributionum de qua to.1. p.2. discep.16. tot.* & signanter *n.36. & n.107.* Et in durioribus terminis, quòd præceptum Generalis Dominicanorum, obligantis Subditos ad subeundum martyrium, vel ad accedendum apud Indos, eosdem Subditos non obliget, benè probat *Donat. Rer. Regul. to.4. tr.17. de Vot. obed. 16. per tot.* & signanter *num.10.*

13

14

15

16

Poterat autem omitti epistola, summa confidentia à P. Seregno scripta, in qua candidè aperuit ea, quæ prorsus ignota erant etiam ejus Amicis in Civitate Neapolis; In his enim circumstantiis non solent, neque debent similes confidentiales epistolæ divulgari, juxta animadversa per illos Doctores, quos sequutus fui *in meis Instit. Crim. lib.2. tit.6. num.60.*

17

Cujus insolitæ propalationis respectu non omittimus adnotare, ea, quæ adversus similia facientes observavit *Cicero*, sequutus à *Reynald. Obser. Crim. lib.2. cap.14. §. 4 num.3.* ibi: *Quis enim unquam Literas, ad se ab Amico missas &c. in medium attulit, palamque protulit? Quid est aliud, quàm tollere è vita vitæ societatem, tollere amicorum alloquia absentium?* cum concordan. apud *Abaun. in Pract. Crimin. §. Falsum num. 99.* aliosque à me citatos *in Instit. Crimin. lib.2. tit.6. num.58. & seqq.* & addo *Card. de Luc. de Iudic. disc.23. numer. 24.* ubi, quòd *nimis asperum est, ut Epistola familiaris, que Tertio familiariter conscripta sit, atque ab isto, contra leges amicitiæ, vel congruentiæ Creditori tradita, habere debeat vim confessionis extrajudicialis.*

18

19

Fortiùs, quia ex eadem epistola superiativè emicant optimus finis, & bona intentio, ex quibus motus fuit ad ferendum auxilium miserabili illi Novitio, qui cum evidenti vitæ periculo, ab experientia innegabiliter comprobato, missus fuerat ad Provinciam Apuliæ, juxta illa clara verba *à fare viaggio coll' evidente pericolo dell' aria nel più fervido calore dell' Estate, per il qual motivo acconsentj Io:* Relinquentes EE.PP. consideran. an verba hæc contrarii Memorialis *Mentre li Superiori li avevano ordinata la partenza, ben sapevano, che doveva seguire ne caldi, e se avessero fatto male, essi loro ne averebbero reso conto*, minuant, vel potiùs augeant motiva compassionis erga eundem infelicem Novitium, discipulum P. Seregni. Potestas enim Superiorum Regularium nullatenus se extendit usque ad mortem inclusivè suorum Subditorum; Cumque ageretur de ultimo terribilium, ut comprobavit experientia, prorsus vanum est prætendere, quod de illa possent æqualem rationem reddere iidem Superiores, ut patet consideranti, & faciunt animadversa per *Amen. de Delict. & Pœn. ti.4. §.8. nu. 46. in fine*, ubi, quòd subditus in his casibus ex motivo compassionis potest facere id, quod Superiores omittunt, & adducit exemplum illius *Samaritani*, de quo sermo est *in Evang. D. Lucæ cap.10. à nu.30.*

20

21

22

Poterat etiam omitti officiosa epistola Nuncii Neapolitani, nedum quia in illa *si è contenuto ne' termini generali*, in quibus circumstantiis officiosæ, & vagæ expressiones epistolarum in nulla prorsus consideratione habentur, ex adductis per *Fagn. in Cap. cùm venissent num.5. de Instit.* Sed etiam, quia ex Processu fer. fer. constructo in concreto contrariarum criticationum docemus de opposito. Nemo autem ignorat, & observat *Rot. dec.495. nu.15. cor Dunoz jun.* quòd ea, quæ judicialiter probantur prævalent generalibus, & officiosis assertionibus Epistolarum.

23

24

Ex quibus remanet manifestum, quòd P. Seregni ex hoc capite meretur potiùs laudem, quàm pœnam, si non excedendo obedientiæ fines, religiosa modestia, blandisque modis, ex meræ charitatis impulsu, & compassionis christianæ motivo, procuravit evitare proximam mortem conreligiosi sui discipuli, quam nimis verisimiliter prævideerat, eidem certò imminere, prout sequutum fuit. Itaut congruentiùs prætextus iste omitti exadversò poterat, uti renovans memoriam infelicis mortis miserabilis invenis, causam habentis à d. præcepto, quod in circumstantiis dicti proximi periculi mortis non erat obligatorium, ex authoritatibus supra citatis.

25

Neque proinde ex hujusmodi insubsistentibus prætextibus colorata dici potest præcipitosa remotio P. Seregni, & injuriosa privatio Lecturæ, minusque in aliquo læsa remansit bona existimatio ejusdem in facto concludentissimè probata à testibus, fer. fer. examinatis à Nuncio Neapolitano de mandato hujus S.C. juxta nobilem animadversionem *Cassiodor. lib.4 Epist.44.* quem sequutus fui *in meis Instit. Crim. lib.4. ti.8. num. 12.* ibi: *Sanctitatis Vestræ animus non gravetur, nec se fallacibus verbis doleat accusatum, quia multò major est opinio purgata, quàm si, definentibus querelis, non fuisset impetita.*

26

27

Et ex his infertur affirmativa resolutio 2. dubii, de quo *infra num.37.* in omnibus suis partibus, ex noto illo Juris axiomate, quòd tantùm debet dare restitutio, seu reintegratio, quantùm abstulit læsio, seu remotio, juxta illud *Terent. in Adr. Restitue in quem me accepisti locum*, sequutum à *Boscol. in Respons.* impressa apud *Cardin de Luc. de Offic. vacab. fol.275. num.7.* & concordant adducti per *Gratian. discep.845. num.19. Mart. medic. exam.15. nu.5. & Rot. dec.125. num.45. cor Merl.* ubi illam adducit bonam, & convincentem rationem, quòd per reintegrationem inju-

28

29

ſtè

ste privati, causa reducitur ad non causam, & infecta radix inficit omne id, quod ab illa profectum fuit.

Ultra quod in his casibus nunquam dicitur extinctum fuisse Jus, & amissa possessio injustè remoti, ut suo more eleganter notat *Bald. in cap. Cùm accessissent*, *num.* 38. *de Constit.* ibi : *Conjunguntur tempora essentiæ, & interim dicetur potiùs dormisse, quàm expirasse*; cum quibus processit hæc S.C. in d. *Neapolitana*, de qua supra *num.* 2.

Sigillantes nostras preces cum illa reflexione, approbata ab *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 9. *§.* 8. *num.* 45. quòd respectu P. Seregni agitur de summa rerum, seu de illius bona fama, & existimatione Religiosa, eo quia per totam ejus Provinciam, immò per multas alias vicinas, volavit fama ejus præcipitosæ remotionis ex d. famoso titulo, & injurioso prætextu. Unde nullo alio modo succurri ejus innocentiæ potest, quàm mediante totali reintegratione ad omnia ea officia, munera, & prærogativas, quibus præcipitanter privatus fuit, vel quæ ei de consuetudine collata fuissent, si continuasset in exercitio ejus Lecturæ : In qua parte idem Religiosus *Amen. de Delict. & Pœn. tit.* 5. *§.* 3. *verb. Infamatio num.* 45. considerat etiam bonum Religionis, ea adducta bona ratione, quòd sicuti mala fama Religiosorum Religionem denigrat, ita illorum bona fama Religionem honorat. Quam veritatem agnovit, & fassus fuit Nuncius, *il quale compresa per calunniosa l'accusa, non solo lo dimise, come Innocente, ma di vantaggio ne fece doglianze &c. ordinò al Capo Cursore di dire al di lui nome al Superiore, che il fatto fù un mero sbaglio &c. che non li facessero ostacolo, ne male veruno, ma lo lasciassero in libertà, e proseguire la sua Lettura*, & restando de laudabili stylo hujus S.C. notat *Card. de Luc. de Benef. disc.* 92. *num.* 7. ibi : *Si ex Statutis Religionis, vel ex usu, sive ad vitam, vel ad certum determinatum tempus, Superior tamen amoveat, quamvis de Jure sint merè manualia, & obedientialia, attamen passim datur recursus ad Superiores, & præsertim ad S. C. E. & R. quæ cognoscit de causis, quibus legitimè non concurrentibus, reintegrat, ob præjudicium, quod infama resultat amotis contra stylum, & infra terminum consuetum &c.*

Die 10. Septembris 1717. per Em: Grimaldum in S. C. E. propositis sequentibus dubiis.

I. *An remotio P. Josephi Dominici Seregni, facta de anno* 1713 *seu &c. ab Officio Lectoris Philosophiæ in Conventu S. Catharinæ apud Formellum Neapolis, sustineatur. Et quatenus negativè.*

II. *An d. P. Josepho sit computandum tempus à d. anno* 1713. *ac si Officium Lectoris usque ad præsens exercuisset, itaut ei debeatur Lectura Theologiæ Moralis, & ab ea sit removendus quilibet detentor.* Rescriptum fuit; *Ex adductis, P. Seregni fuisse non culpabilem, & proindè eidem bonifican. esse totum triennium Philosophiæ, & totum tempus litis.*

DISCEPTATIO XXVII.

Gandaven. Præbendæ Theologicæ.

PRO

Episcopo Gandavi.

CUM

Lamberto Baerts.

ARGUMENTUM.

Diffamatus de aliquo crimine, vel de non sana doctrina, an possit promoveri ad ecclesiasticas Dignitates.

Affirmativa resolutio dubii, de quo infra *numer.* 44. per necessariam infertur consequentiam ex diffamatione Lamberti de pluribus delictis, illiusque suspicione circa plura doctrinæ capita; Et proinde repellendus omnino videtur à consecutione Præbendæ Theologalis, de qua agitur. Diffamato enim de delicto, & multo magis de pluribus, ut in præsenti verificatur, nunquam adjudicandum est Beneficium, vel concedenda ecclesiastica Dignitas, etiam si omnia alia habeat requisita, juxta rotundos Textus *in canon. Tantis Daniel.* 81 *dist. & in cap. Accusatum de Simon. & in cap. Omnipotens de Accusat & in leg. Reus ff de Muner. & honor.* cum aliis *apud Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 8. *num.* 1. *& seqq. Bellet. Disquisit. Cleric. titul. de Discipl. Cler.* §. 10. *num.* 39. *&* 40 *Card. de Luc. de Benef. disc.* 70. *num.* 3. *& disc.* 71. *per tot. num.* 2. referens ita decisum ab hac Sac. C. *Rot. coram Comit. dec.* 119. *num.* 3. *& coram Seraph.* 516. *num.* 4. *& cor. Priol. dec* 94. *num.* 8. *& coram Ottob. dec.* 202. *num.* 15. *& in par.* 19. *rec. decis.* 50. *nu.* 2. *& in Leodien. Abbatiæ* 11. *Decembris* 1679. *in princ. & per tot. coram Card. Matth.* Et in terminis electi in Episcopum, quòd admittendus non sit, si de criminibus sit diffamatus, probant *Abb. in cap.* 1. *num.* 8. *& in cap. Per inquisitionem nu.* 11. *de Elect. & Felin. in cap Nihil sub num.* 12. *de Præscrip.* & firmavit *Rot. dec.* 669 *num.* 9. *&* 10. *cor. Bich.*

Inter plures autem rationes hujus communissimæ opinionis, tres ad nostrum propositum urgere videntur.

I. Quia opinio promovendi ad ecclesiasticas Dignitates in nihilo vacillare debet, quam adducunt *Host. in cap. Accusatum num.* 3. *de Simon Abb. in cap. Cùm in ductis sub num.* 4. *de Elect. & Rot. cor. Bich. d. dec.* 669. *num* 8.

II. Quia nulla nota maculatus esse debet ille, qui ad Ecclesiasticas aspirat Dignitates, de qua *in cap. fin de Furt.* & apud *Abbat. in cap. Super eo in princ. de Election. Garz. de Benefic. par.* 7. *cap.* 8. *num.* 2. *& Rot. coram Bich. d. dec.* 669. *num.* 9.

III. Quia ex promotione diffamati de aliquo delicto, vel suspecti de sana doctrina, scandalum oriretur in Populo, quòd nullatenus permittendum est, etiam si nullum alium pateretur defectum ille, ex cujus promotione scandalum generaretur, in qua insistunt *Calder consult.* 9. *de Probat. Lotter. de Re benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 147. *à Bonon. de Election. dub.* 45. *numer.* 7. *&* 8. *Rot. coram Priol. dec.* 64. *num.* 8. *& coram. Bich dec.* 643. *num* 13. *& cor Ottob. dec.* 202. *num.* 15. *& in par.* 12. *rec. dec.* 297. *num* 16. *& in par.* 16. *dec.* 261. *à num.* 2. ubi, quòd Ecclesiæ Dei Ministri ab omni nota penitus immunes esse debent, non solùm re ipsa, *sed etiam in Populorum opinione.*

Quæ si procedunt in quacumque ecclesiastica Dignitate, juxta terminos allegatarum authoritatum, multò magis locum habebunt in nostra Præbenda Theologali, quæ annexam habet animarum curam, ut observat *Rot in decis.* 501. *num.* 4. *par.* 19. *rec.* Addito quòd Lambertus à proprio Ordinario solitam, & necessariam attestationem de vita, & moribus nullatenus potuit obtinere, sine qua multo minus ad illam valet aspirare, ut determinat *S Conc. Trid. in sess.* 7. *de Refor. cap.* 13. *& sess.* 25. pariter *de Refor. cap.* 10. & observat ibidem *Barbos. num.* 74.

Neque ad hunc effectum diffamatio de delictis, & suspicio circa doctrinam, concludentes requirunt probationes *Maresc. var. resol. lib.* 2. *cap.* 35. *num* 19 *Rot. dec* 73 *num* 6. *coram Priol. & dec.* 202. *num.* 16. *& coram Ottob. & dec.* 669. *num.* 1. *coram Bich. & dec.* 667. *num.* 10. *par.* 12. *rec.* Sed sat est, vel quòd diffamatio nota sit apud probos, doctosque Viros, ex authoritatibus mox allegatis, quibus addimus *Fagn in cap. Omnipotens de Accusat. num* 26. *& seqq* ibique *Barbos. num* 4. *& de Potest. Episc. par.* 2. *alleg* 23. *num* 17. *&* 19. *Garz. de Benef. par.* 7. *cap* 8. *num.* 13 *& Lotter. de Re benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *num.* 145. *& seqq.* Vel quòd illa desumatur ex sola denunciatione, vel inquisitione, ex authoritatibus, quas refert, & sequitur *Rot. decis.* 653. *num.* 13. *& dec.* 669. *num.* 11. *coram Bich.* Quorum utrumque in nostro casu verificatur, quòd est adeò verum, ut procedat etiam si diffamatus sententiam absolutoriam reportaverit, ex eo quia non fuerit repertus culpabilis; Tum quia novis supervenientibus indiciis iterum processari, & puniri potest, ut in terminis observant *Lotter. de Re benef. lib.* 2. *quæst.* 31. *numer.* 148. *& seqq.* ubi notabiliter ampliat conclusionem, etiam in absoluto tanquam Innocente, quando, ut in præsenti verificatur, agitur de Dignitate, annexam habente animarum curam, *Card. de Luc d. Benef. disc* 70 *num. & in adnot. ad Conc. disc.* 32. *num.* 22. *Rot dec.* 73 *num.* 13 *coram Priol. & dec.* 653. *num.* 15 *& dec.* 669. *num.* 13. *coram Bich. & dec.* 667. *eod. numer.* 13. *par* 12. *rec.* Tum quia inhabilitas consequendi ecclesiastica Beneficia, & Dignitates in his terminis non provenit ab ipso delicto, tanquam pœna, sed ex scandalo, quòd in Populo generaretur, quodque semper verificatur, etiam si concurrat sententia absolutoria ut in nostris terminis observat *Card. de Luc. in adnot. ad Conc. disc.* 12 *num* 10. Et licèt in his circumstantiis diffamatio non possit dici nota delicti, congruè tamen à Doctoribus communiter appellatur *nota impedimenti* ratione scandali, quòd diffamatus, & taliter absolutus præbiturus esset, si ecclesiasticam consequeretur Dignitatem, vel Benefi-

neficium, ut in præcisis terminis observant adducti per *Rot. dec.* 73. *à num.* 10. *cor. Priol.* & *dec.* 261. *n.* 9. & 10. *par.* 16. *rec.* ubi, quòd absolutus per sententiam, quamvis immunis remaneat à delicto, *non est tamen immunis à suspicione delicti*, quæ sufficit ad ipsum repellendum à Beneficiis, & Dignitatibus ecclesiasticis. 19

Hujusmodi autem diffamationes Lamberti, illiusque suspicio circa doctrinam in nostris terminis adeò claré, & dilucidè probatur in pleno Summario, ut de illis verificetur vulgatum illud de Apelle, illiusque picturis. *Quidquid addas demis*. 20

Observando dumtaxat, inter alias demonstrationis species, illas probari ex assertionibus proprii Episcopi, cujus judicium in hac parte magnifaciendum esse in nostris terminis firmavit *Rot. dec.* 501. *num.* 11. *par.* 19 *rec.* 21

Inter quas diffamationes, & suspiciones magnam meretur animadversionem familiaritas Lamberti cum personis suspectis, per ea, quæ observat *Guarner. de Eccles. Militan. lib.* 3. *par.* 3. *cap* 18. *vers.* 17. *Ob familiaritatem*: Propositiones desumptæ ab ejus Libro, cui titulus *Instructiones Christianæ*, cum suis Catholicis adnotationibus, & qualificationibus, exhibitis in Summ. Prætensio ejusdem defendendi Impressionem Sacræ Scripturæ in lingua vulgari, contra communem Catholicæ Ecclesiæ praxim, & usum, illiusque expressam prohibitionem, contentam *in Regula* 4. *Indicis*, jussu Sac. Conc. Trid. edita, & de mandato Pii IV. promulgata, unà cum observationibus circa eandem 4. Regulam, editis de ordine Clementis VIII. de quibus *in fol.* 6. & 11. *ejusdem Indicis Librorum prohibitorum*, *Romæ impressi anno* 1681. & observant *Card. Bellarm. contro. lib.* 2. *tit. de Verbo Dei cap.* 15. & 16. *Card. Pallavic. nell' Istor. del Conc. Trid. lib.* 14. *cap.* 16. *num.* 6. ubi, quòd: *Saggiamente la Chiesa hà vietato, che la Bibbia si rivolti nelle lingue intese da chi non puo' intenderne il senso*. *Pasqualig de Sacrif. nov. Legis quæst.* 222. *per tot. Ambros. Catharin. in peculiari tract. de Sacr. Script. translata in linguam vulgarem Sixtus Senen in Biblioth. lib.* 6. *cap.* 263. *Natal ab Alex. in Histor. Ecclesiast. sæcul.* 15. *Verricel. de Mission. tract.* 8. *quæst* 140. *per tot. Card. de Albic. de Inconst. in fide cap.* 34. *à num.* 40 & non minus solidè, quam erudité *R. P. D. Dandin de Suspect. de hæresi pag.* 223. *num.* 34. Et in debilioribus terminis, quòd nec etiam permittendum sit, ne œcumenica Concilia in vulgares linguas traducantur, respondit *hæc S. C. in Galliæ* 2. *Julii* 629. *ut in Lib.* 16. *Decr f.* 109. quam sequutus fui *in Instit. crimin. lib.* 1. *tit.* 10. §. 2. *à num.* 96. 22 23 24 25 26 27 28

Si autem contra simpliciter non observantes easdem Indicis Regulas, & Observationes, ultra læthale peccatum, adest etiam excommunicatio, promulgata à Pio IV & confirmata ab Alex. VII. ut notat *Bordon. in Manual. S. Officii sect.* 49 *num.* 56. multò magis id locum habebit in præsenti, attentis precibus, à Lamberto exhibitis sæculari Potestati, ubi excusando suam prætensionem ait: *Poiche non hà detto Decreto per fondamento altro che un fatto abusivo, cavato dalla 4 Regola dell' Indice della Santità di Pio IV. la quale non è stata mai osservata in questo Paese*. 29 30

Et quod magis est in Interrogatoriis 13. 14. & 15. ultrò fassus fuit, ipsum distribuisse varia exemplaria Canonis Missæ in Lingua Flandrica, non attenta novissima speciali prohibitione Alexand. VII. circa impressionem Missalis illiusque partium in vulgares linguas, de qua sequendo *Card. de Albic. de Inconst. in Fide par.* 1. *cap.* 34. *à num.* 40. mentionem feci in *Instit. Crim. lib.* 1. *tit.* 10. *num.* 97. Et contra aliam specialem prohibitionem anno 1667. à S. Indicis Congr. promulgatam, & à Clem. IX. approbatam imprimendi, & divulgandi Sacram Scripturam in linguis vulgaribus. 31

Nec dicatur, omnia hæc locum habere adversus illos, contra quos nedum promulgatæ fuerunt sententiæ ab Ecclesiasticis Judicibus, sed ulteriùs illæ transitum fecerint in Judicatum, tam ex dispositione Juris communis, quàm ex novissimo Decreto Innocent. XII. ibi: *Quantum in Domino potest injungit, nè ulla ratione quemquam vaga accusatione, ac invidioso nomine traduci, aut nuncupari sinant. nisi priùs suspectum esse legitimè constiterit de eo, de quo accusatur, nec quemquam sub hoc prætextu repelli ab Officiis, Muniis, Beneficiis, Gradibus, ac Concionibus habendis vel alia quacumque functione Ecclesiastica permittant, nisi servato Juris ordine, eam pœnam quæ Viris alioquin Catholicis gravissima est, commeruisse probatum fuerit*. 32 33

Respondemus enim, quòd Jure communi attento ad arcendum diffamatum à consequutione Ecclesiasticarum Dignitatum nulla requiritur condemnatoria sententia, minusque, quòd illa transitum faciat in judicatum, sed sufficit sola diffamatio, ex probabili suspicione orta, ut, ultra supra adductos, notat *Barbos. de Potestat. Episc. par.* 2. *alleg.* 43. *numer.* 17. Et ratio convincens ea est, quia posita diffamatione, & suspicione, ab illa se purgare debet diffamatus, & suspectus, antequam novos honores appetere possit, novasque Dignitates prætendere, & quousque hæc purgatio per sententiam absolutoriam ex capite innocentiæ non sequatur, semper militat contra ipsum impedimentum, seu inhabilitas, oriens ex dictis diffamatione, & suspicione. 34 35 36

Ad quam conclusionem probandam, non recurrimus ad Doctorum interpretationem, & authoritatem, sed adducimus literales Textus, id cubitalibus verbis determinantes, ut de Jure Canonico videre est in *canon. Accusatum* 12. *quæst.* 5. & *cap. Omnipotens de Accusat.* & *capit. final. de Test.* ibi: *Accusati, nisi priùs se probaverint innocentes ab accusatione, à susceptione Ordinum repelluntur*: Et de Jure Civili in *L. Reus ff. de Muner.* & *honor.* ibi: *Reus delatus etiam ante sententiam honores petere publicis constitutionibus prohibetur*, & in *l. Libertus* 17. *ante finem ff. Ad Municipal* ibi: *In quæstionibus nominatos capitalium criminum ad novos honores, ante causam finitam, admitti non oportet*, & in *l Lucius* §. *Idem ff. Eod.* ibi: *Reum non debuisse medio tempore honorem appetere*, ubi Gloss. explicando illa verba *medio tempore* ait: *Idest ante sententiam* & *l. Reum criminis ff de Procurat.* ibi: *Antequam purget innocentiam suam*, & in *l Qui de libertis ff. de Liberalit. caus* & *in l. Si ut proponis Cod Quando provoc. non est necess.* quam ita summat Bartol: *Causa præjudicialis impedit electionem ad munera*, & in *lib.* 1. *Cod. de Reis postul. lib.* 10. ibi: *Reos criminis postulatos novos honores appetere non debere, antequam purgaverint innocentiam suam*, & *à Divis Parentibus nostris*, & *à Nobis sæpè rescriptum est*. 37 38

Immò, quòd ex sola pendentia accusationis, ac delationis criminis adeò gravetur opinio accusati, & diffamati, ut ad novas dignitates promoveri non possit, notabiliter observant adducti per *Fagn. in cap. Omnipotens num.* 2. *de Accus.* & *Bellet. Disquis. Cleric. tit. de Disciplin. Cler.* §. 10. *num.* 39. & 40. Et quòd ad novos honores ascendere non possit accusatus, pendente accusatione à sententia absolutoria, notat *Gonzal. in cap. Omnipotens sub num.* 8. *de Accusat.* 39 40

Ex quibus inapplicabile prorsus remanet d. decretum Innocent. XII. Cùm enim in eo literaliter determinetur, admittendos non esse ad Officia, & Dignitates ecclesiasticas, illos, qui legitimè suspecti sunt de aliquo crimine, quivè servato Juris ordine ab eisdem repelli debent; Ex huc usque animadversis remanet manifestum, ad terminos Juris communis repellendos esse diffamatos de aliquo crimine, & legitimè suspectos qualis dici, absque ullo scrupulo, meretur Lambertus, de quo talia, & tanta indicantur in facto, & probantur in Summar. ut cum omni proprietate sermonis applicetur in nostris termin. punctualis *Textus in cap. Omnipotens de Accusat.* & possumus ejus Fautoribus dicere id, quod Constantiæ, Uxori Mauritii Imperatoris, scripsit *D. Gregor. lib.* 4. *Epistol. epist.* 34. relatus in *d. cap. Omnipotens*, nempè: *Valdè grave est, ut Vir de quo tanta*, & *talia denunciantur, honoretur*. 41 42 43

Die 5. Septemb. 1705. proposito in Sac. C. C. dubio: *An nominatio ad Præbendam Theologicam in Cathedrali Gandaven. facta per Archipresbyterum Joannem de Ooms, in personam Lamberti Baerts sit irrita, & nulla, ob incapacitatem personæ nominatæ*, responsum fuit: *Ad Congreg. S. Officii*. 44

DISCE-

DISCEPTATIO XXVIII.

Lavellen.

PRO

Michaele de Tura Vic. Generali.

CUM

Canonico Placido Riccio.

ARGUMENTUM.

Vicario Generali, quando est Canonicus, vel Prothonotarius Apostolicus, qualis locus, & cum quali ornatu, debeatur in Ecclesiis Civitatis, & Diœcesis, dum unà cum aliis Canonicis assistit ecclesiasticis functionibus.

VErificantur in hac controversia ea, quæ leguntur in *Sacr. Conc. Trident. sess.* 13. *de Reformat. cap.* 6. quòd scilicet subditi, tametsi jure correcti fuerint, magnopere 1 tamen corrigentem odisse solent, & omnia in medium afferre, ut quoquo pacto possint, ei molestiam exhibeant; Cùm enim de mense Martii 1703. resignata fuisset liberè in manibus Episcopi Lavelli Dignitas Cantoratus illius Cathedralis, quæ successivè per ipsum admissa, & authorita- 2 te ordinaria collata fuit personæ dignissimæ, licèt ex accidenti consanguineæ Resignantis, prætendit Placidus Riccius, collationem fuisse nullam, & ejus operationes eò pervenerunt, ut non dubitaverit secum ducere in Ecclesia Cathedrali publicum Notarium eo tempore, quo Episc. in Episcopali Solio cor. Capit. & Populo, solemniter assidebat, eundemque Notarium stimulare, ut quandam frivolam pro- 3 testationem ipsi notificaret, itaut ad talem nimis improprium operandi modum comprimendum, coactus fuerit idem Episcopus eundem Riccium censurarum vinculo innodare.

Licèt autem quieverit negotium hoc, mediante absolutione à dictis censuris, quam postmodum à benignitate Epis- 4 copi consequutus fuit idem Riccius, nihilominus dum die 6. Octob. 1704. celebrari debebat festivitas S. Placidi in Ecclesia S. Joan. Civitatis Lavelli, eamque processionaliter adivisset Capitulum Cathedralis, pro Sacro ibidem de more solemniter peragendo cum Michaele de Tura, Vicario Generali dictæ Civitatis, induto Vicariali habitu, præfa- 5 tus Riccius ejusdem Ecclesiæ Beneficiatus, qui die immediatè antecedenti in publica Platea visus fuit, sub prætextu, quòd ægrotasset, nec Processioni intervenit, nec in eadem Ecclesia, juxta antiquum solitum invenire fecit paratam sedem cum pulvinari. Quapropter agnoscens idem Vicarius valdè contemptam fuisse suam Dignitatem, cum de- 6 negatione illarum præeminentiarum, quas habuit & habet in omnibus aliis Ecclesiis dictæ Civitatis, eandem Ecclesiam S. Joan. Ecclesiastico supposuit interdicto, eundemque Riccium à Divinis suspendit, & postea, tam Episcopus, quàm Vicarius instructam reddiderunt de hujusmodi facto S. C. E. à qua sub die 9 Novemb. 1703. prodiit rescri- 7 ptum: *Episcopus removeat suspensionem, & interdictum, facto tamen præcepto Can. Riccio, ut in anno sequenti omnino servet solitum, sub pœnis arbitrio S. C.*

Verùm quia hoc medio tempore extorserat Riccius ab A. C. absolutionem cum reincidentia, ex parte Vicarii cita- 8 tus fuit coram Auditore SS. qui rescripsit: *Quoad censuras ad S. C. E. quo verò ad denegationem Sedis, ac pulvinaris ad Sac. C. R.* Unde terminata jam causa censurarum ab eadem Sac. Congreg. Episcop. die 31. Martii 1704. mediante rescri- 9 pto: *Attenta remotione Interdicti Canonic. Riccius acquiescat,* confirmato die 11. Aprilis, dicti anni cum rescripto: *Lectum, & ampliùs*, disputantur solùm duo dubia, inter Partes concordata, de quibus *infra num.* 35. & 36.

Ante illorum verò discussionem non omittimus insinua- 10 re, præsentem controversiam, ex hac parte non promoveri ob inanem gloriam, & inutile factum, sed pro tuitione, tam decoris ecclesiasticarum functionum, quàm propriæ dignitatis, ad quam omni jure tenetur, ex probatis *supra par.* 2. *discep.* 11. *à num.* 32.

Discurrendo modo de 1. dubio de quo *infra num.* 35. hoc tres continet partes, primam, an Vicario competat usus Sedis tantùm, secundam, an Sedis cum pulvinari, & ter- 11 tiam, an potiùs sedere debeat in primo stallo Dignitatum, & Canonicorum.

Pro favorabili autem resolutione quoad omnes partes ejusdem dubii, quòd scilicet eidem competat usus Sedis cum pulvinari, supplicamus observare, antiquissimam consuetudi- 12 nem, in facto comprobatam ex Relatione Episcopi, & ex Testibus, omni exceptione majoribus, nempè Canonico Mauro Constantino, Cæremoniarum Magistro nostræ Cathedralis annorum 56. Mauro de Toma, Canonico Decano ejusdem Ecclesiæ annorum 74. Dominico de Legio Sacrista majore ejusdem Ecclesiæ annorum 61. aliisque: Isti siquidem examinati cum contrariis interrogatoriis coram d. 13 Episcopo Lavelli, & etiam coram Archipresbytero Colonna, Adjuncto in dicto judicio, & examine testium, nedum eandem consuetudinem specificè comprobant, præcipuè ab annis 40. & ultra, sed individuant etiam nomina, cognomina, & tempora illorum Vicariorum, qui dictum usum Sedis cum pulvinari habuerunt: In materiis enim præeminentialibus consuetudo, nedum plurimùm attenditur, juxta 14 animadversa per *Natt. conf.* 62. *in fine Panimol. decis.* 1. *numer.* 9. & 19. *adnot.* 2. *num.* 1. & *seqq* & *Rot. dec.* 1025. *num.* 4. *coram Emer. jun.* Sed totum facit, & pro lege servanda est, ut inquit *Baldus*, communiter receptus *in cap. Cùm olim num.* 1. *de Consuet. Bordon. de Præced. num* 248 *Tranched. consult.* 14. *num.* 1. *Prat. discep.* 39 *num.* 3. & 42 *lib.* 4. *Tambur. de Jur. Abb tom.* 3. *disput* 5. *quæst.* 12. *num.* 31. & *Rot. decis.* 785 *num.* 5. *par* 18 *rec.* & *in Colonien. Præced.* 4. *Junii* 1706. §. *Quamvis coram Muto*: Neque adest in Regi- 15 stris Sacrar. Congr. magis frequens rescriptum, quàm pro observatione soliti, teste *Card de Luc. in Relat. Cur. forens. disc.* 17. *num.* 12. Et in terminis, quòd locus Vicarii debeat 16 esse secundum Ecclesiæ consuetudinem, & in Sede solita, pro Vicariis assignata, pluries decisum ab hac S. C. refert, *Barbos. Apost. decis. collect.* 714. *num* 1. & 2. & in terminis nostræ controversiæ resolvit dicta S. C. E. rescribendo, ut omninò Riccius servare teneretur solitum, quæ resolutio 17 magnifacienda est, per ea, quæ generaliter notant *Fagn. in cap. Quoniam à num.* 65. & *seqq. de Const.* & *Rot. dec* 279. *n.* 4. *par.* 18. *rec.* & in terminis resolutionum d. S. C. E. *ead. Rot. dec.* 277. *num.* 19. *rec.*

Eò autem magis eadem consuetudo servanda est, quæ fomentum recipit à Dignitate, & preheminentiis Officii Vicarii Generalis, qui, nedum dicitur Prælatus, & in Eccle- 18 siastica dignitate constitutus *Fusc de Visit. lib.* 1. *cap.* 8. *num.* 32. *Pavin. de Offic. & potest Capit. Sed. vac. par.* 2. *quæst.* 10. *numer.* 16. & *Ventrigl. in Prax quæst.* 2. *tit. de Vicar. Gener. annot.* 14. §. 1. *num* 7. Jurisdictionem ordinariam exercens, 19 ex adductis per *Gloss. in canon. Perfectis verb. Jurgia dist.* 25 & *in cap.* 2. *verb. Officialem de Offic. Vicar. lib.* 6. *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 15. *num.* 17. & *de Potest. Episc. alleg.* 54. *num.* 36. Sed Episcopi vices, & personam repræsentat *Gra-* 20 *tian. discep.* 111. *num* 27. & *seqq* & *Rot. dec.* 15 *numer* 3. & *seqq.* apud *Antonel. de Jurib. Cleric.* Ipsius radiis corruscat, facitque cum illo unum, & idem Tribunal *Jacob. Melill. de* 21 *Præced. Vicar. cap.* 4. *num.* 5 *Sbrozz. de Offic. Vicar. quæst.* 43. *num.* 29. *Barbos. de Potest. Episc. alleg* 53 *à num.* 143. *Panimol. dec.* 1. *annot.* 5. *num.* 25. & 45. & *Rot. in Baren. Jurisd.* 12. *Maii* 1688. §. *Non obstat cor. Molines*: Diciturque pars personæ Episcopi, cum illo unam, eandemque legalem per- 22 sonam efformando, ex adductis per *Maresc var. resol lib.* 1. *cap.* 69 *num.* 17. *Card. de Luc. de Præbem disc.* 41. *num.* 18. & *Rot in Colonien. Coadjut* 4. *Julii* 1698. *in fine cor. Card. de la Tremoille.*

Quibus additur, quod in finitimis Diœcesibus *Tranen. Minervinen. Asculan. & Fovearum*, idem adamussim practica- 23 tur, ut de Diœcesi Tranen. testatur, & refert de facto proprio Episcopus Lavelli pro tempore, quo ibidem Vicarii munus laudabiliter exercuit. Et pro dictis aliis tribus Diœcesibus dantur totidem authenticæ justificationes in Summar. Consuetudines autem adjacentium Locorum, & Civi- 24 tatum in his terminis magnifaciendas esse, & præ oculis habendas, in specie notat *Rimin. Jun cons* 257. *numer.* 27. *Card. de Luc. de Feud. disc.* 51. *num.* 7 & *de Regal. discur* 3. *num.* 3. & firmavit *Rot. dec.* 29. *à num.* 30. *apud Pastel. exped. Civil.*

Ea addita consideratione, quòd agitur de consuetudine, nullatenus tacitis Ritibus advertante, & in Jure solidè fun- 25 data in dictis preheminentiis Vicarii Generalis, ex supra allegatis, quodque in possessione similium prærogativarum solet hæc Sac. Cong. manutentionem concedere etiam inferioribus, ut favore Canonicorum Ecclesiæ Cathedralis

Nota-

Novariensis respondit *in Novarien. de qua supra discept.* 9. *num.* 69. Itaut si unquam aliàs sanè in his terminis applicentur ea, quæ adversus prætendentes innovationes observant citati *in Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 20. *num.* 12.

Authoritates verò, quæ in contrarium adduci possunt, loquuntur, & interpretrari debent in terminis Juris communis, secus autem accedente, prout in nostro casu verificatur, legitima consuetudine, ut illas declarando notat *Pignat. consult* 63. *num.* 2. *tom.* 4. referens ita pluries decisum ab hac Sac. Congr.

Ex quibus oritur favorabilis affirmativa resolutio secundi dubii, de quo *infra num.* 36. quia illius etiam respectu militat ead. ratio, & fundata consuetudo favore Vicarii, tàm in Ecclesia S. Joannis, quàm in aliis Ecclesiis Civitatis, & Diœcesis Lavelli, ex probatis in Summario.

Nec refert, quòd aliqui Vicarii Generales Canonici nostræ Cathedralis aliquando talem usum non habuerunt in dicta Ecclesia S. Joannis; Ut enim ad rem advertit Episcopus in dicta sua Relatione, id evenit, eo quia noluerunt incedere in habitu Vicariali, seque extraneos reddere à corpore Capituli, sed pro lucrandis quotidianis distributionibus voluerunt occupare proprium locum inter Canonicos, ut in his terminis faciendum esse ad lucrandas dictas distributiones observant adducti per *Barbos. de Canon cap.* 36. *num.* 7. *& in Sum. Apost. dec. collect.* 68. *num.* 1. *Nicol. in Floscul. Verb. Vicar. Gener. sub num.* 42. *Panimol. dec.* 1. *annot.* 6. *nu.* 99. *& Card. de Luc. de Præbem. disc.* 41. *num.* 9.

Et proinde non sequitur, quòd quando Vicarius vult incedere utì talis, & in habitu Vicariali, amittendo distributiones quotidianas, occupare non possit illum locum, quem sui Antecessores occuparunt, utì Vicarii in Ecclesiis Civitatis, & Diœcesis Lavellen. Actus enim facultativi, nec etiam præjudicant illos facientibus, multò minus Successoribus in Officio, & Dignitate, ex adductis per *Natt. consil.* 106. *num.* 9. *Rocc select. interpr. cap.* 237. *n.* 46. *Card. de Luc. de Regal. disc.* 137 *n.* 9 *& Rot. dec.* 336. *n.* 10. *cor Cerr. & dec.* 11. *num* 9. *par.* 8. *rec.* Minùsque necessitatem aliquam, vel obligationem aliquam in futurum inducunt, ut firmavit *Rot. dec.* 393. *nu.* 10 *cor Cels. & dec.* 224. *num.* 7. *par.* 6. *& dec.* 544. *nu* 2 . *par.* 8. *& dec.* 649. *nu.* 2. *par.* 19 *rec.*

Die 10. Julii 1705. propositis in S. C. R. duobus sequent. dubiis, responsum fuit ut infra.

I. *An Vicario Generali in habitu Vicarii, seu Prothonotarii Apostolici tam solemnioribus, quàm aliis functionibus Ecclesiæ Cathedralis assistenti, competat usus Sedis cum pulvinari, & strato in primo loco super Canonicos, & Dignitates, vel tantùm Sedis; Seu potiùs sedere debeat in primo stallo Dignitatum, & Canonicorum?*

II. *An eidem Vicario, in eodem pariter habitu in duabus anni festivitatibus processionaliter cum Capitulo incedenti, competat talis usus Sedis cum pulvinari, & stratu, vel tantùm Sedis in Ecclesia S. Joannis Civitatis Lavelli; Seu potiùs sedere debeat in primo loco in scamno pro Capitularibus parato, in casu &c.*

Esse concedendam Remissoriam quoad utrumque dubium.

DISCEPTATIO XXIX.

Provinciæ Marchiæ Capituli Provincialis.

PRO

P. Thoma Bonaguera Augustiniano.

CUM

P. Jacobo Barbarossa ejusdem Relig.

ARGUMENTUM.

Non servata forma Constitut. Innocent. XII. *circa attestationes adimplementi onerum Missarum, non exhibitas ante electionem, quando hæc sit nulla, vel saltem digna sanatione.*

PRo favorabili rescripto, electionem in Provincialem Marchiæ, factam in personam P. Barbarossæ, non substineri, nec esse confirmandam, præmitto, in celebri *Constitut. Innocent. XII.* incipien. *Nuper*, per extensum impressa *apud Matthæuc. in Offic. Cur. Eccles. cap.* 10. §. 1. *num.* 39. cubitalibus literis demandari (sunt ejus verba) *Teneantur omnes, & singuli Superiores locales in Provincialibus Capitulis, seu Congr. exhibere attestationem seu fidem, ab omnibus Sacerdotibus Conventus, Monasterii, seu cujuscumque Domus Regularis, subscriptam, & juratam, quòd omnibus, & singulis, tum perpetuis, tum manualibus Missarum oneribus, seu obligationibus, ad limites, & tenorem præsentium Decretorum, tempore eorum regiminis, fuerit omninò, & integralitèr satisfactum, vel deficiente aliqua modica satisfactione possit etiam hujusmodi residuali implemento Missarum, distinctè referendarum, intrà breve tempus moraliter satisfieri, Ea adjecta*, (Notentur quæsò sequentia verba, & signanter replicata illa dictio *omnino*,) *& omnino adimplenda conditione, quòd ante præfatæ attestationis exhibitionem, quicumque Superiores locales prædicti vocem activam, seu passivam in memoratis Capitulis, seu Congregationibus omnino habere non valeant.*

Videamus igitur, an illa adimpleta ad unguem fuerit in Capitulo Provinciali, de quo disputamus, quia, posito illius inadimplemento, clarum est, idem Capitulum esse insanabiliter nullum, ut omissis generalibus, in terminis inobservantiæ ejusdem Constitutionis, pro nullitate alterius Capituli Provincialis, Partibus acriter informantibus, respondit *S. C. Pon. Em. Corsino in Baren. Provinciæ S. Nicolai Capituli Provincialis* 18. *Febr.* 1712. dubio: *An electio Provincialis &c substineatur, Negativè* respondendo, *& die* 3. *Junii ejusd. anni*, persistendo in resolutis, cum addito, ut Causa ampliùs non proponeretur.

Idemque resolvit etiam *in Provinciæ S. Bernardini* 19. *Maii* 1713. referente Em. Casino cum rescripto, *Suspenso Capitulo, Superiores procedant ad declarationem incursus pœnarum, prout de jure.* Recurrentibus verò Superioribus, Generalibus ejusdem Religionis, atque ante oculos EE. PP. ponentibus magna incommoda Provinciæ, & moralem impossibilitatem convocandi aliud Capitulum, cum diversis Vocalibus, nonnisi gratiam habilitationis, quoad vocem activam tantùm obtinere potuerunt *die* 2. *Junii ejusdem anni* 1713. cum rescripto, *Pro gratia rehabilitationis quoad vocem activam tantùm, imposita pœnitentia salutari.* Cum quibus pro punctuali exequutione ejusdem Innocent. Constitu. processit etiam *S. C. C. in Ord. Min. Obs.* 17. *Junii* 1713. *quoad* 2. *dub.*

Itaut hujusmodi punctuales resolutiones Sacrarum Congregationum, dubium præsens individualiter deciden. habeantur pro casu legis, juxta animadversa in *Tom.* 1. *par.* 1. *discep.* 6. *num.* 64.

Præcipuè, quia verba dictæ Constitutionis, opportunè repetenda, sunt adeo clara, ut difficile sit clariora, & magis expressiva in toto Calepino invenire, ibi: *Ea adiecta, & omninò adimplenda conditione, quòd ante præfatæ attestationis exhibitionem, quicumque Superiores locales prædicti vocem activam, seu passivam in memoratis Capitulis, seu Congreg. omnino habere non valeant.*

Posito proinde inadimplemento ejusdem Constitut. nisi adversus omnia Jura, omnesque congruentias, in ipsomet Statu, & ditione Ecclesiastica, in controversiam adduci ex adverso velit Pontificia authoritas, in concernentibus etiam spiritualia, fatendum utique est, non posse majori claritate comprobari nullitatem electionis in Provincialem, factæ in personam P. Barbarossæ, ut de se patet, & faciunt animadversa *per Card. de Luc. de Benef. disc.* 89. *sub num.* 2.

Non unus autem, sed triplex essentialis defectus dictarum attestationum ictu oculi resultat ex illarum sola, & simplici lectura, ex quo *in d. Constitut.* §. 39. literaliter præscribitur, illas debere esse juratas, subscriptas ab omnibus Sacerdotibus Conventuum, & debere continere, nedum onera Missarum perpetua, sed etiam manualia; Ex attestationibus autem, exhibitis ex adverso, undecim destitutæ sunt juramento, decem non sunt subscriptæ ab omnibus Sacerdotibus cujuscumque Conventus, quatuor nullam omnino faciunt mentionem Missarum manualium, duo demum, nempe Prior, & Secretarius Conventus Lauretani nullam omnino attulerunt in Capitulo attestationem celebrationis Missarum in d. Conventu; Et tamen omnes isti, nempe duo pro quolibet Conventu, & sic in totum Vocales num. 56. insanabiliter ex dicto Pontificio oraculo omnino privati voce activa, & passiva, aperta fronte, spretisque replicatis protestationibus, à Præside Capituli emissis, de facto admissi fuerunt ad votandum.

Diximus, eosdem defectus esse essentiales, quia concernunt substantiam dispositorum in dicta Constitut. Nisi enim eædem

eædem atteſtationes factæ ſint prævio juramento, nullam merentur fidem, ex adductis *per Rot. deciſ. 214. num. 2. coram Ludov. & dec. 115. num. 30. & dec. 391. num 1. cor. Priol. & in Rom ſeu Mexicana Depoſiti 27. Novemb. 1705. §. In nihilo cor. Anſald.*

Majori præterea facilitate quis inducitur ad faciendas atteſtationes ſine juramento, quam iſto mediante, & in effectu in Summario docemus multos Religioſos in tantùm illis ſubſcripſiſſe, *per eſſere ſenza giuramento, che dovendo eſſere con giuramento non l'averebbe fatto &c.* Atque in comprobationem falſitatis earundem atteſtationum non juratarum, in eodem Summario docemus de adimplemento conſiderabilis numeri Miſſarum poſt celebrationem noſtri Capituli.

Ulteriùs longè facilius eſt Superioribus Conventuum extorquere ſimiles atteſtationes ab uno, vel altero ex Religioſis ſibi ſubditis, in illis commoran. quàm ab omnibus, ut de ſe patet, & hæc eſt ratio, quare in dicta Conſtitut. demandatur, dictam fidem eſſe debere *ſubſcriptam ab omnibus Sacerdotibus cujuſcumque Domus Regularis*, juxta illius præciſa verba, quæ ad hominem excludunt prætenſam deputationem duorum Religioſorum pro dicto adimplemento, forſan exadverſo alleganda, quia dicta Conſtitutio, utì per viam expreſſæ conditionis, omnino adimplendæ, præſcribens formam dictarum atteſtationum, præcisè, & ad unguem ſervanda eſt, ex adductis *per Rot. dec. 21. nu. 19. & 20. par. 19. rec.*

Demùm majus adeſt periculum in occultandis Miſſis manualibus, quàm perpetuis, quia iſtæ deſcriptæ reperiuntur in Tabellis, omnium oculis expoſitis in qualibet Sacriſtia, non ſic autem manuales, quarum eleemoſynæ dietìm bona fide, remotiſque arbitris, relinquuntur à fidelibus in manibus Sacriſtarum, quarum proindè reſpectu longè faciliùs committi poſſunt fraudes, juxta verè ſingularem, & æquè exorbitantem caſum, à *S. C. C.* deciſum anno 1697. à quo motus fuit dictus Summus Pontifex ad faciendam dictam Conſtitutionem, alioſque nimis frequentes, & æqualiter notos; Non igitur mirum, ſi Summus Pontifex, ultra juramentum, & ſubſcriptionem omnium Sacerdotum cujuſcumque Conventus, expreſsè mandavit, in dictis atteſtationibus eſſe exprimendas, nedum Miſſas perpetuas, ſed etiam manuales, quia *ubi periculum majus intenditur, ibi proculdubio eſt pleniùs conſulendum*, juxta verba *Text. in cap. 3. de Elect. in 6.*

Cumque iidem eſſentiales defectus non reperiantur in atteſtatione unius, vel alterius ex Conventibus noſtræ Provinciæ Marchiæ, ſed oculis corporeis legantur in 28. eiſdem atteſtationibus totidem Conventuum, ſigillatim enumeratorum in Summario, & conſequenter in 56. Vocalibus, videtur habere ſpeciem paradoxi propoſitio illa, quæ legitur in partialiſſima Informatione, & æquè affectato Voto P. Generalis, *eſſaminate le Fedi, eſſibite dalli Priori, concernenti la ſodisfazzione delle Meſſe, e celebrazione delle medeme Meſſe, alla riſerva di alcune poche, le ho trovate conformi alla Innocenziana.*

Non poſſumus autem in hac parte meliùs, & clariùs ipſum convincere in hac inſubſiſtenti aſſertione, quàm humillimè rogare EE. PP. dignentur perlegere eaſdem atteſtationes, illaſque cum dicta Innocentiana confortare, ad palpandam manibus monſtruoſam difformitatem dictarum atteſtationum, & evidentem inobſervantiam ejuſdem Conſtit.

Detegitur ulterius inſubſiſtentia ejuſdem aſſertionis ex innegabili facto P. Barbaroſſæ, qui ad tegendam nullitatem ſuæ electionis in Provincialem, ac ſi Conſtitut. Innoc. non per priùs, ſed per poſteriùs exigeret dictas atteſtationes, adversùs illa cubitalia verba; *ante præfatæ atteſtationis exhibitionem vocem &c. omninò habere non valeant*, mediante enciclyca epiſtola, tranſmiſſa omnibus Superioribus Conventuum noſtræ Provinciæ, injunxit omnibus Religioſis præceptum de faciendo novam atteſtationem, juxta formam illam; *Noi infraſcritti &c. facciamo piena fede à chi ſpetta, col mezzo del noſtro giuramento, che in queſta noſtra Chieſa &c. ſono ſtate adequatamente ſodisfatte tutte le Meſſe manuali, e d'obligo a tempo, e perpetuo ſino &c. N. N. N. N. &c. Io N. Priore atteſto con mio giuramento, che li ſopracitati ſono tutti li Sacerdoti, che di preſente ſi trovano in queſta mia Famiglia.*

Combinando propterea Informationem, & Votum P. Generalis aſſerentis, atteſtationes, exadverſo exhibitas, eſſe conformes Conſtit. Innoc. d. cum enciclyca epiſt. P. Barbaroſſæ, ad oſtendendam d. conformitatem, injungentis additionem juramenti, Miſſarum manualium, & ſubſcriptiones omnium Sacerdotum cujuſcumque Conventus, cum omni ſermonis proprietate verificatur id, quod ſcriptum relinquit *S. Gregor hom. 37. in Evang.* his verbis; *Aliud Judex nunciat, aliud præco clamat;* Quia P. Generalis EE. PP. nunciat, dd. atteſtationes eſſe conformes Conſtit. Innoc. è contra P. Barbaroſſa contrarium clamat in d. epiſtola, juxta verba ſupra regiſtrata.

Cæterùm procedendo etiam per malam hypotheſim, & falſum ſuppoſitum cum dicta erronea aſſertiva P. Generalis; adhuc nullitas electionis eſſet etiam evidentiſſima, dum ultrò admittit, aliquas ex dictis atteſtationibus non eſſe conformes dictæ Innocentianæ, ibi *alla riſerva di alcune poche:* Hoc autem ſuperabundat pro nullitate electionis; Quia electio facta à Vocalibus habilibus, & inhabilibus ſimul, corruit in totum ratione indiviuitatis, ex animadverſ. per *Fagn. in c. Meſſana nu. 27. de elect.* ibi: *Electio aliàs utilis, ideſt à majori parte Cap. celebrata, vitiatur per inutilem admiſſionem inhabilium; Barboſ. Vot. dec. 47 num. 197. & ſeqq Pellizzar. in Manual. Regular. tom. 2. tract. 9. cap. 2. num 87. in fine, Sperel. dec. 161 num. 38. Lezzan. Oper. Moral. tom. 1. par. 2. cap. 12. num. 29. in fine, Caſtellin. de Elect. cap. 5. numer. 55. Cabed. deciſ. Luſit. 811. num 15. par. 2. & Anſald.* loquens in punctualibus terminis noſtræ Religionis, atque pro declaratione nullitatis alterius Capituli Provincialis *in addition ad dec. 61. num. 34.* ibi: *Certum eſt in Jure, quòd actus electionis, inſimul geſtus per habiles, & inhabiles, debet irritari*, cum quibus proceſſum fuit ab hac *S. C. in dictis Baren. & Provinciæ S. Bernardini*, de quibus ſupra *num. 5.*

Nec dicatur, quòd ſumus in terminis Conſtitutionis pœnalis, quodque proinde ad nullitatem Capituli evitandam, omnis capienda ſit interpretatio, vel ſaltem præcedere debeat ſententia circa privationem vocis activæ, & paſſivæ reſpectu Vocalium, ex authoritatibus, facili negotio cumulandis.

Quia hæc procedunt in illis terminis, in quibus privatio vocis activæ, & paſſivæ infertur per viam pœnæ, idque non unica vice, ſed in perpetuum, vel ad arbitrium, qui non ſunt noſtri, dum *in Conſtit. §. Curent. ſeu 39.* id præſcribitur pro unica vice, & per viam conditionis, omnino adimplendæ, ibi: *Teneantur omnes, & ſinguli Superiores locales in Provincialibus Capitulis &c. exhibere atteſtationem, ſeu fidem &c. Ea adjecta, & omninò adimplenda conditione, quòd ante præfatæ atteſtationis exhibitionem quicumque Superiores locales prædicti vocem activam, ſeu paſſivam in memoratis Capitulis, ſeu Congregationibus omnino habere non valeant;* In quibus circumſtantiis nulla præcedere debet ſententia, ſeu declaratio, ſed ſat eſt, dictam conditionem non verificari, ad hoc, ut Conſtitutio locum habeat, juxta notam indolem, & propriam naturam conditionalis diſpoſitionis, ex animadverſis per *Sayr. in Clau. Reg. lib. 3. cap. 9. num. 23. Sylveſt. in Summ. verb. Aſſaſſinium num. 5. & Paſſerin. de Elect. cap. 14. ſub num. 73. verſ. Vel quia non detulerint teſtimoniales, quas ex lege deferre tenentur, vel quia non ſunt ſufficientes &c.*

Et rationem diſparitatis aſſignat *Pignatel. conſult. 53. num. 8. tom. 10.* quia ſcilicet in primo caſu inhabilitas ad votandum provenit ab ipſa ſententia Judicis, canonizante privationem vocis; In ſecundo verò provenit à Canone, ſeu à Conſtitutione, innixa facto notorio, ſeu defectui conditionis, quæ abſque alia ſententia ſufficit ad excludendum Votantem.

Ultrà vivam illam rationem, quòd Conſtit. Innoc. privat voce illum Religioſum, qui non defert ad Capitulum juratam atteſtationem circa adimplementum omnium Miſſarum, tàm perpetuarum, quàm manualium, ſubſcriptam ab omnibus Sacerdotibus cujuſcumque Conventus, hujuſmodi autem defectus, utpotè notorius, & reſultans ex ſola lectura, ac oculari recognitione earundem atteſtationum, nullam requirit Judicis declarationem, juxta ea, quæ latè probavi *in meis Inſtit. Crim. lib. 1. titol. 4. num. 28.* ſequendo *Rot. dec. 52. num. 7. cor. Anſald.*

Quæ omnia in terminis fortioribus admiſit *hæc S. C. in d. Baren. Provinciæ Sancti Nicolai 18. Febr. & 3. Junii 1712.* in qua acerrimè informante utraque Parte, Cauſaque funditus diſcuſſa, nedum declaravit nullum dictum Capitulum, ex eodem individuali motivo defectuoſarum atteſtationum circa Miſſarum adimplementum, ad formam, & præc. ſum tenorem Innocentianæ Conſtitutionis, ſed inexorabiliter, commendabilique intrepiditate ſanationem ejuſdem Capituli denegavit, nè adversùs adeò ſanctam Conſtitutionem ſanationis

nationis exemplum allegari posset in futurum, & meritò, 36 quia *magna exempla speciem iniqui habent*, juxta verba illius nimiùm noti Authoris, quem tacito nomine citat, & sequitur *Rot. dec.* 308. *num.* 20. *cor. Dunoz. sen.*

Dixi *in terminis fortioribus*, quia in casu *d. Baren.* nulliter electi per annum illorum Officia exercuerant, illorumque electio sequuta fuerat, Præsidente de mandato Sac. C. 37 Archiepiscopo Baren. qui de consensu æqualis partis Definitorii, pro medietate in duas partes scissi, declaraverat ante Capitulum, Vocales omnes habere vocem in illo, non attentis, imò per ejus sententiam rejectis oppositionibus illorum, qui instabant pro adimplemento Constit. Innoc. Et 38 tamen hæc Sac. C. nulla habita ratione ejusdem sententiæ, idem Capitulum intrepidè declaravit nullum.

In nostro autem casu ad terminos nostrarum Constitutionum Præses debebat esse P. Barbarossa, & uti talis, erat 39 omninò inelegibilis, ut videbimus infrà, & per consequens Capitulum celebratum fuit sine legitimo Præside, in quibus circumstantiis nullitas ejusdem Capituli ex hoc etiam distincto capite remanet evidens; Est enim omnino nullum 40 Capitulum illud, in quo non præsideret is, qui de jure præsidere debet, ex firmatis per *Rot. in Gerunden Jurisd.* 19. *Junii* 1702. *§. Præcipuè cor. Em. Priol.* Et in terminis alterius Capituli Provincialis nostræ Religionis, quòd illud sit insanabiliter nullum, ex quo servatæ non fuerunt Ord. Constit. 41 suo more egregiè probat *Ansald. in addit. ad dec.* 61. *n.* 24. & 25. testans de praxi, & laudabili solito hujus S. C. irritandi similes electiones.

Præterea in nostris terminis verus, & legitimus Præses Capituli, à Superiore Generali legitimè deputatus, nullatenus rejecit, sed approbavit, & pro subsistentibus habuit 42 oppositiones, & potestationes factas, ad hoc, ut servaretur dispositio dictæ Constitutionis Innocentianæ; Unde eo magis vitiata remansit electio, spretis dictis potestationibus, peracta, *Abbas in capit. Cùm Vintonien. numer.* 14. *de Elect. Donat. Rer Regul. tom.* 1. *par.* 2. *tract.* 4. *quæst.* 8. *nu.* 6. & *Pellizzar. de Monial. tract.* 9. *cap.* 2. *sect.* 2. *num.* 6.

Ex quibus remanent abundè sublata ea, quæ exadverso exagerantur, circa admissionem dictarum attestationum, factam à Judicibus Causarum, cum falso supposito, quod essent conformes Constitutioni Innocentianæ; Cùm enim 43 hoc suppositum per evidentiam facti cesset hodiè ex sola recognitione, & materiali lectura earundem attestationum, conservatarum sub multiplici sigillo ad illarum identitatem probandam, corruunt omnia ea, quæ cum dicto præsupposito per dictos Judices Causarum gesta fuerunt, ex generaliter adductis *in Tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 11. *num.* 69. & in nostris terminis benè *Passerin. de Elect. cap.* 14. *sub num.* 73.

Si enim ab hac Sac. Congr. non fuit, & meritò attenta, neque etiam sententia, ser. ser. lata ab adeò qualificato Præsidente, qualis erat Archiepiscopus Barensis, ab ipsa deputatus, pro admissione Vocalium, ea ratione, quia per 44 recognitionem earundem attestationum compertum fuit, illas esse difformes à d. Constit. multò magis speramus, attendendas non esse tumultuarias, & affectatissimas vocales declarationes eorundem Judicum Causarum, quorum jurisdictio ad id non se extendebat, quia cùm ageretur de re gravi, & maximas involuente consequentias, ortum habentes à Capituli nullitate, vigore nostrarum Constitutionum, 45 non ad ipsos Judices Causarum coram quibus leves tantùm causæ discuti debent, seu ad totum Definitorium spectabat illarum recognitio, & canonizatio.

Et tamen non sine omnium admiratione denegata, fuit ab eisdem Judicibus Causarum recognitio, quam lacessitus, & interpellatus à multorum qualificatorum Religiosorum protestationibus, & instantiis, facere volebat le-46 gitimus Capituli Præses, eo frivolissimo motivo, *che alcune di esse le segnava &c. onde non parendogli proprio quel motivo, giudicò motivo sufficiente di tirare a se tutte l'altre*, juxta præcisa verba unius ex dictis Judicibus Causarum, ex principalioribus fautoribus P. Barbarossæ, registrata in Instrumento electionis; Ista siquidem illegalis 47 recusatio exhibitionis dictarum attestationum, nimisque incivilis modus illas auferendi à conspectu, imò è manibus legitimi Præsidentis, eo tempore, quo illarum tenores legebat, & attentè considerabat, adnotando defectus, in illis repertos, non obscurè, & plusquam tacitè comprobat earundem attestationum insubsistentiam, & difformitatem ab Innocentiana Constitut. *juxta Text.* 48 *in canon. Honoratus distinct.* 74. *in canon. Decernimus* 3 *quæst.* 9. & *in canon. Christianis* 11. *quæst.* 1. ibi: *Qui judicium refugit, apparet eum de justitia diffisum*, & firmata per *Rot. decis.* 439. *num.* 4. & *dec.* 644. *num.* 9. *coram Cerr.* & *dec.* 294. *numer.* 21. *coram Priol.* & *in Bononien. Relevationis* 16. *Decemb.* 1707. *§. Præmissaque coram. Falcon.* & *in Tuden. Parochialis* 11. *Martii* 1709. *in fine coram Eminentiss. Polignac.*

Pro quorum faciliori admissione dignentur EE. PP. observare, quòd dicti tres essentiales defectus earundem attestationum non erant aliquid involutum, intricatumque 49 ab inspectionibus legalibus, atque inter Doctores controversum, itaut dicti 56. Vocales potuerint excusari prætextu bonæ fidei, sequendo unam, vel aliam opinionem, à Doctoribus amplexam; Sed resultabant ex sola lectura, & combinatione dictarum attestationum cum Innoc. Constitut. itaut nulla omnino excusatio, nullusque prætestus adductus fuerit exadverso ad palliandam talem dis-50 formitatem, immò plusquam tacitè admissi fuerunt iidem defectus à P. Barbarossa ad accelerandum, seu veriùs præcipitandum actum electionis publicè exclamante; *Se l'elezzione non riuscirà valida, sarà annullata da quelli, che hanno l'autorità.*

Et quod magis est, formula attestationum ad formam dictæ Innocentianæ, non erat ignota in nostra Provincia, eratque notissima ipsimet P. Barbarossæ, qui illam transmisit omnibus Conventibus ejusdem Provinciæ; Nec desunt multi Conventus, in quibus punctualiter adimpleta erant omnia Missarum onera ante Capitulum, seu ante 51 ejus electionem, & in quibus ad unguem practicata fuit, mediante juramento, & specificatione adimplementi omnium onerum Missarum, tam perpetuarum, quàm manualium, unacum subscriptione omnium Sacerdotum dictorum Conventuum, quorum attestationes ad unguem correspondentes dictæ Innoc. Constit. publicè, & palàm ostensæ fuerunt Superioribus Capituli. Et proindè undique 52 irexcusabiles remanent iidem defectus, qui oculis corporeis leguntur, & resultant ex sola lectura contrariarum attestationum.

Cumque agatur de Causa, quam strepitosam fecerunt Vocales illi, qui elegerunt P. Barbarossa, sub oculis Summi Pontificis prætendentes, vel Constitut. Innocent. non 53 esse usu receptam, vel illorum attestationes esse attendendas, non obstante difformitate ab eadem Innocentiana, ac longè strepitosiorem fecit idem P. Barbarossa, nullo habito respectu ad pendentiam litis coram hoc sacros. Concessu, posthabitaque veneratione illa, qua mediante expectare tenebatur istius oracula, & dubiorum resolutiones, de facto visitando omnes Conventus Provinciæ, illosque gravando expensis, quas numquam fecit, vel ad quas iidem Conventus nullo modo tenentur, eò magis necessarium videtur æquè promptum, ac efficax remedium 54 declarationis nullitatis ejus electionis, omniumque ab illo in figura Provincialis gestorum, ad tollendas hujusmodi scandalosas disseminationes insubsistentis opinionis non usus Apostolicarum Constitutionum, munitarum clausula *sublata*, & *decreto irritanti*, per ea, quæ ad rem advertunt *Cobell. ad Bull. Bon. Regim. capit.* 28. *numer.* 71. *Card. de Luc. de Jurisdict. disc.* 25. *num.* 8. & firmavit *Rot.* 55 *dec.* 30. *num.* 13. & 14. *coram Otthobon.* & *decis.* 1279. *num.* 18. *coram Emerix. jun* & *decis.* 25. *num.* 5 *coram Ansaldo*: Necnon ad occurrendum scandolosiori facto P. Barbarossæ, uti indubitati Provincialis, summa pace, magnoque fastu de facto visitantis, seu veriùs angariantis Conventus nostræ Provinciæ, eo tempore, quo non adhuc ab hoc Supremo Senatu resolutum, immò neque etiam in illo propo-56 situm est dubium, utrinque concordatum, & ab Em. Ponente subscriptum; *An, & quæ electio in Provincialem substineatur, ac sit confirmanda*, quæ omnia plusquam tacitè importare videntur veram irrisionis speciem, petendo ab hac Sac. Congr. id, quod de facto occupavit, & tenaciter retinet, juxta verba illa *Taciti lib.* 15. *Annal. Tum intellecto Barbarorum irrisu, qui peterent, quod eripuerant.* 57

Non attento prætextu confirmationis, extortæ à P. Generali; Quia per solemnem appellationem publicè, & palam in Capitulo interpositam ad S. Sedem ab admis-58 sione dictorum 56. Vocalium, nullam omnino habentium vocem in eodem Captulo, illius manus erant ligatæ, neque poterat ad talem confirmationem devenire. *Textus* est literalis *in cap Si postquam* 33. *de Elect. in* 6. quem cumulatis concordantibus, sequuntur adducti *à Capon. discept.* 54. *num.* 28, ibi: *Sed si ab electione facta, fuerit appellatum*

latum ad Sedem Apostolicam &c. non datur confirmatio , & si fiat , nullius est roboris .

Hujusmodi evidenti nullitati electionis P. Barbarossæ ob non servatam dictam Innocentianam Constitutionem , jungitur alter defectus æquè patens illius ineligibilitatis vigore nostrarum Constitutionum , in quibus cohærenter ad oraculum Clem. VIII. sanctissimè præscribitur , ut Capituli Præses in Provincialem eligi non possit ; Nec non disponitur ulteriùs , ut in casu absentiæ legitimi Præsidentis , deputati à P. Generali , *Prior Provincialis antiquiorem Capituli proximè præteriti Definitorem inquirat , quem compertum pronunciet &c. Præsidentem &c. Si autem antiquior &c. non adfuerit , antiquiorem ex superstitibus , qui adfuerit &c. Præsidentem pronunciabit .*

Per absentiam proindè P. M. Cocchi Præsidentis , deputati à P. Generali , nec non P. Bonaguerræ , nolentium præstare præsentiam illi Capitulo , in quo , adversus Summi Pontificis cubitalem Constitutionem , admittebantur ad votandum illi Religiosi , qui omninò privati erant voce activa , & passiva , ad terminos dictarum nostrarum Constitutionum à Priore Provinciali requirendus erat Pater Barbarossa , & pronunciandus Præses , & uti talis , ineligibilis in Provincialem , juxta literam nostrarum Constitutionum , datarum in Summario .

Cùmque non sinè nauseativa affectatione se absentasset per illa pauca momenta , quibus vota fuerunt collecta , ex quo antea pars magna fuit omnium dissentionum circa recognitionem attestationum , concernentium inadimplementum Missarum , exclamando , ut citiùs deveniretur ad electionem , *la quale se non fosse riuscita valida , sarebbe stata annullata da quelli , che avevano , & hanno l'autorità :* Tempore vocationis permansit in attrio Conventus , magno fastu imperando Sociis illorum Vocalium , qui sequuti fuerant legitimum Præsidentem , *levate presto queste robbe di quà , perche non ci voglio più veruno :* Et immediatè post electionem se contulit ad Ecclesiam , & triumphantis ad instar processionaliter deambulavit per totam Terram S. Anatoliæ ; Ex dicta æquè voluntaria , ac affectata absentia non debet reportare eligibilitatis commodum , juxta *Textus in cap Sedes , & cap. Plerumque de Rescrip. & in leg. In fundo ff. de Rei vindic.* cum aliis *apud Rot. decis.* 53. *numer.* 103. *cor. Peuting.* Leges enim , & Constitutiones non sunt impositæ verbis , sed rerum substantiæ , atque in *illarum fraudem operari manifestè quis dicitur , qui , salvis verbis legis , sententiam ipsius legis circumvenit ,* juxta verba Textus *in leg. Contra legem ff. de Legib.*

Præcipuè quia P. Corradini tertius Definitor , qui , uti Præses Capituli , in quo electus fuit P. Barbarossa , proclamatus fuit , non à Priore Provinciali , ut literaliter cantant Constitut. Ordinis , *ma dal P. Segretario* , qui Secretarius nullam omninò habebat facultatem , nec à Jure , neque à Constitutionibus proclamandi Præsidentem .

Remanet proindè manifestum , electionem P. Barbarossæ , ultrà dictas duas essentiales nullitates , laborare etiam defectu veri , & legitimi Præsidentis , ex quo illi non præsedit , nec P. M. Cocchi , deputatus à P. Generali , neque etiam alter ex Definitoribus ad terminos nostrarum Constitutionum , quæ , tanquàm leges , servandæ sunt , ex adductis *per Mirand. in Manual. Prælat. tom.* 1. *quæst.* 26. *art.* 10. *Lezzan. in Summ. tom.* 1. *cap.* 4. *num.* 23. *& seqq. Bonet. in Viridar. Stat. Regul dub.* 6. *per tot. Anton à Spirit. Sancto Oper. Moral. tract.* 4. *ti. de Regim Regul. disp.* 1. *sect.* 4 *nu.* 75. Itaut si in Scholis gratia disputandi adducendum esset exemplum alicujus Capituli Provincialis , insanabiliter nulli , atque & ex omni parte insubsistentis , cum omni sermonis proprietate adduci posset *Cap. Provinc. Marchiæ , à PP. Augustinianis celebratum mense Majo* 1713. ut in simili ad rem egregiè observavit æternæ in ævum memoriæ *Card. Sfondrat. in Libr.* cui titulus : *L. R. fol. mihi* 100. *vers. Hoc unicum .*

Quæ omnia eo faciliùs admittenda videntur , attentis aliis defectibus , & qualitatibus P. Barbarossæ , à quarum consideratione consultò abstinemus ex motivo , adducto in *nostris Instit. Crim. in princ epist. ad Lectorem .*

Addita etiam illius innegabili ambitione in procurando , ex supra animadversis , Officium Provincialatus , & in intrusione illius exercitii antè legitimam confirmationem , & pendente Causa coram hoc sacrosancto Consessu , quæ operatur , ut illius electio , etiamsi validissima esset , nulloque defectu laboraret , adhuc attendi non debeat , juxta *Textus* , quos referunt , & sequuntur *Barbos. de Jur. Eccles. lib.* 1. *cap.* 19. *num.* 237. *Castellin. de Elect cap.* 11. *num.* 39 *& Rot. decis.* 202. *numer.* 18. *cor. Ottobon.* Sæpè enim (sunt verba *D. Ambros. in Luc. lib.* 4. *cap.* 4 *num.* 6.) *quos vitia nulla delectant , quos nulla potuit movere luxuria , nulla avaritia subruere , facit ambitio criminosos .*

Probata ex his nullitate electionis P. Barbarossæ , facili negotio demonstratur validitas electionis Patris Bonaguerræ , uti peracta à Religiosis , nullum patientibus defectum , unitisque cum proprio Capite , seù Præsidente , legitimè deputato à P. Generali , ut clarè resultat ex ipsomet Instrumento electionis .

Adversùs quam non obstant duo , exadverso exageranda , mutatio scilicet loci , & minoritas numeri eligentium , habito respectu ad omnes omninò Vocales , qui accesserunt ad nostrum Capitulum .

Quia respectu primæ difficultatis , responsio est clara , ex quo mutatio loci facta fuit à legitimo Præsidente , qui ex justa causa potest locum ad sui arbitrium mutare , dummodò honestus sit , ut latè probat *Fagn in cap. Ex iniuncto à num.* 19. *de Nov. Oper. nunciat. Card. de Luc. de Regul. disc* 12. *num.* 6. ubi , quòd quando mutatio loci fit à legitimo Præsidente , & ex justa causa , neque etiam intrat ratio dubitandi in contrarium , *& Passerin. de Elect cap.* 12 *sub num.* 13. ibi : *Parùm verò interest , ex quo non fit in Ecclesia , ut fiat in loco , qui dicitur Capitulum , vel intra ambitum Conventus , aut Domus , junctæ Ecclesiæ , vel in alio quocumque loco honesto ,* juxta præcisos terminos nostri casus , ex quo facta fuit in privata quidem , sed honesta Domo , destinata pro Hospitio Religiosorum , idque ex dura , ac amara necessitate , dum P. Barbarossa Prior Conventus , & opere , & sermone potens in Terra S. Anatoliæ , noluit dare aptiorem locum in Conventu , quamvis sæpè monitus , sæpissimeque rogatus , semper intrepidè asserendo ; *In questo Convento non si farà altra elezzione , che quella , deve farsi qui in Chiesa .*

Respectu verò secundæ difficultatis æquè clara est responsio , quòd in electionibus illi , qui non habent vocem activam , nec passivam , quales erant 56. ex illis , qui dederunt votum P. Barbarossæ , nullum faciunt numerum , & nedum habentur , ac si non essent , sed præjudicant aliis , & nullitatem omni Jure causant , ex regula , quòd in electionibus utile per inutile vitiatur .

Quo demum ad 2. dubium , concernens electiones Ministrorum subalternorum , & Capitulares determinationes , illius decisio pendet à resolutione primi , circa quòd satis dictum .

In eadem Causa .

TAli , tantaque evidentia laborat nullitate electio P. Barbarossæ in Provincialem Marchiæ , ut meritò unus ex EE. PP. inter informandum benignè insinuaverit , illam satis inferri , & comprobari ex ipsismet contrariis Scripturis , quas dumtaxat antè d. Informationem legerat .

Admittitur enim in illis transgressio solemnitatum , præscriptarum in Constit. Innocentiana ; Admittitur , inter illos Vocales , qui eum elegerunt , reperiri aliquos , qui non detulerunt attestationes , conformes dictæ Innocentianæ , quòd ultro etiam admittitur in Voto P. Generalis ; Admittitur ulteriùs (sunt verba ejusdem contrariæ Scripturæ) , *quòd hoc casu electio tunc irritatur , quando ex voce talis inhabilis remaneret conclusa ;* Circa quòd concordant allegati *à Passerin. de Elect. cap.* 14. *num.* 24.

Cùmque ex adductis in Summario remaneat manifestum , 56. Vocales fuisse omninò inhabiles ad votandum ex dicta Innoc. Constitutione , remanet propterea evidens ex admissis exadverso nullitas contrariæ electionis , juxta sapientissimè motivata , ut supra , præscindendo etiam à nostris Scripturis , in quibus ad evidentiam usquè talem nullitatem concludenter demonstravimus .

Quibus non obstat : I. Totiès reiterata reflexio , quòd sumus in terminis pœnæ privationis illius , qui reperitur in possessione votandi , quivè proindè manutenendus sit in sua possessione , quando dubium est , an delictum aliquod commiserit , importans d. pœnam privationis , ex quo *non si puol dare più ingiusta pretenzione , che mentre l'articolo rimane indeciso , volere spogliare li Religiosi del goduto possesso , nel quale secondo li Legisti , devono mantenersi anche i Ladroni ;* juxta præcisa verba *Cardin. Pallavicini in Histor. Concil. libr.* 6. *capit.* 2. *sub numero* 2.

Quia

Quia in hac parte proceditur exadversò cum æquivo- 88 co manifesto, qualificando d. privationem vocis pro pœna; Constitutio siquidem Innocentiana cum grano Salis in omnibus ejus partibus, & signanter §. 39. data opera, neque etiam à remotissimis utitur verbo pœnæ, vel privationis. Sed solius *conditionis*, cum illo essentiali addito, *omnino adimplendæ*, ad tollendum in radice omnes contrarios prætextus, ac legales inspectiones, quia in conditionibus attenditur nudum factum, juxta com- 89 munia axiomata, de quibus *Rodulphin. allegat.* 77. *num.* 12. & *Surd. decis.* 37. *à num.* 13. & proinde si admittitur exadversò, quòd talis conditio punctualiter adimpleta non fuit, remanet innegabilis nullitas contrariæ electionis, utì facta à 56. Religiosis, qui nullam omnino vocem in Capitulo habebant, non ex aliqua pœnali priva- 90 tione, sed ex defectu vestis nuptialis per viam conditionis, omnino adimplendæ, præscriptæ in Constitutione Innocent.

Non obstat: II. Quòd in omnem casum iidem Reli- 91 giosi dicantur adimplevisse contenta in dicta Innoc. Constitut. mediante exhibitione attestationum circa missarum adimplementum, quamvis illæ defectuosæ sint, & 92 nullatenus conformes dictæ Innocentianæ, ex quo ista non nisi materialem, ut ita dicam, illarum exhibitionem exposcat ibi; *Ante præfatæ attestationis exhibitionem*.

Ista siquidem reflexio, quantùm est subtilis, & inge- 93 niosa, tantùm est destructiva dispositorum in dicta Constitutione, eo quia literaliter præscribitur in illa, ut attestatio debeat esse jurata, subscripta ab omnibus Sacerdotibus, & continere onera missarum, tam perpetuarum, quam manualium; Et proindè quando fit postea 94 mentio dictæ attestationis cum illa particula *præfatæ*, hujus vigore repetitæ ad hominem dicuntur dictæ antecedentes qualitates, subscriptionis omnium Sacerdotum, juramenti, & expressionis missarum, tam perpetuarum quàm manualium, ex adductis per *Barbos. de Diction. dict.* 276. *num.* 1. & 2. ibi; *Importat repetitionem eorum*, 95 *quæ dicta sunt superiùs*, cum quibus processum fuit in *dicta Baren.* in qua adductæ quidem fuerant attestationes circa Missarum adimplementum, sed utì differentes ab Innocentiana Constitutione, in nulla consideratione habitæ fuerunt.

Ultra quòd contraria reflexio, destruitur tam ex admis- 96 sis in contraria Scriptura, quàm à P. Generali, non negante, aliquas ex dd. attestationibus esse difformes ab Innoc. Constit.

Non obstat: III. Quòd defectus subscriptionis omnium 97 Sacerdotum de jure suppleatur à subscriptione illorum majoris partis *ex Gratian. decis. March.* 183. *numero* 7. & 8.

Tum quia Gratianus loquitur secundum subjectam ma- 98 teriam, quæ in suo casu versabatur circa appellationem, admittendam à Tribunali Collegiali, in quibus terminis nemo ignorat, majorem partem sufficere, atquè conclusum à majori parte, dici ab omnibus approbatum, non tamen verè, & propriè, sed per legalem fictionem: In 99 nostris autem terminis repugnat subjecta materia, quia Summus Pontifex in tantum voluit, attestationes subscribendas esse ab omnibus Sacerdotibus de familia, quia omnes illi Missas celebrarunt, nequè proindè unus potest esse testis celebrationis Missarum, ab alio celebrata- 100 rum, ut de se patet, & in terminis firmavit *Rota in Toletana administrationis* 15. *Febr.* 1700. §. *Huic primæ cor. Pio*; Tum etiam, quia remanerent semper dd. duo alii 101 æquè patentes defectus juramenti, & non expressionis missarum manualium.

Non obstat: IV. Quòd defectus subscriptionis omnium 102 Sacerdotum suppletus dicatur per appositionem Sigilli Conventus.

Quia ultra animadversa supra *num.* 39. & *seqq.* circa alios 103 duos defectus, juramenti, & non expressionis missarum manualium, qui insupplebiles sunt à quocumque qualificato, magnoque Sigillo; Strictè dicimus, quòd authori Innocent. Constitut. notissima erat virtus Sigilli, exadversò expressi, & nihilominus non requisivit sigillum, sed sub- 104 scriptionem omnium Sacerdotum, & meritò, quia sigillum retinetur à Superiore, qui potest illud apponere ubi, & quando vult, non sic autem circa subscriptionem omnium 105 Religiosorum, quia de facili inveniuntur illi, qui cum præjudicio propriæ conscientiæ eorum Superioribus adhærere nolunt, atquè imitantes *D. Paulum ad Galat.* 2. 11. ei in facie resistunt.

Non obstat: V. Quòd in omnem casum verba illa: *ea adjecta*, *& omnino adimplenda conditione*, resolvantur in mo- 106 dum.

Pro cathegorica siquidem responsione permissum Nobis sit uti verbis illis contrarii Scribentis; *In jure nostro ad* 107 *conjecturas*, *& argumenta non recurrimus*, *quando adsunt clara verba in contrarium*, *juxta notissimum Textum &c.* Ego enim fateor meam imbellicitatem, nescio videre, 108 an clariora verba adduci possint ad excludendum modum, & importandam conditionem, quàm sequentia: *Ea adje-* 109 *cta*, *& omnino adimplenda conditione*, *quòd antè præfatæ attestationis exhibitionem &c. vocem &c. omnino habere non valeant &c.* Atquè contrarium prætendere non esset interpretari dictionem aliquam, duplicem habentem sensum, sed immutare verbum illud *conditione* in aliud, diversumque verbum *modo*, quòd nullatenus est permissum.

Supplicantes considerare ulteriùs dictionem illam *antè*, quæ digito ostendit adimplementum præfatæ attestatio- 110 nis, hoc est juratæ, & subscriptæ ab omnibus Sacerdotibus, & continentis etiam missas manuales, debere præcedere, non autem subsequi facultatem votandi in Capitulo.

Non obstat: VI. Prætextus bonæ fidei, latè coloratus in contraria Scriptura multis in locis. 111

Quia in conditionibus, ut dixi, & repeto, inspicitur nudum factum inadimplementi, neque attenduntur similes 112 prætextus bonæ fidei, ex animadversis per *Rot. in dec.* 154. 113 *num.* 7. & 8. *part.* 13. *recent.*

Et in nostris terminis *Passer. de Elect. cap.* 13. *num* 73. ibi: *Vel quia non sunt sufficientes*, *ut faciant fidem de iis*, 114 *ad quod probandum à lege institutæ sunt*, *undecunquè hæc insufficientia proveniat*; Ea viva ratione, quia bona fides in suis casibus apta quidem est excusare à pœna, nunquam verò potens est convalidare actum nullum ex defectu illius requisiti, quod per viam conditionis omnino adimplendæ præscriptum fuit in Apostolica Constitutione.

Prætereà, quæ major bona fides, nedùm de facto da- 115 ri, sed neque etiam excogitari potest similis illi, quæ exagerabatur in dicta *Baren. Provinciæ S. Nicolai* 18. *Febr.* & 13. *Junii* 1712. ex quo Religiosi sequuti fuerant sententiam, ser. ser. latam à qualificatissimo Præsidente, deputato ab hac Sac. Congreg. & declarante, eosdem Vocales posse, & debere admitti ad votandum; Et nihilominus hæc Sac. Congregat. cognita insubsistentia ejusdem sententiæ, intrepidè Capitulum declaravit nullum, & in- 116 trepiditate majori sanationem denegavit, idquè commendabili motivo, ne scilicet in futurum allegari posset exemplum sanationis electionis ob non servatam sanctissimam Constitutionem Innocentianam circa adeò frequentes defectus, qui in hac parte non sine bonorum omnium ad- 117 miratione quotidiè audiuntur, atquè per propriam experientiam, data opera procuratam, multis ex EE. PP. notorii sunt.

Quæ omnia dicta sint ad ostendendam insubsistentiam contrariæ protestationis, quia in circumstantiis nostri casus 118 æquè improprii, & inapplicabiles sunt termini bonæ fidei, ex quo defectus contrariarum attestationum, & adversus il- 119 larum admissionem repetitis vicibus facta solemnes protestationes, admissæ fuerunt à Capituli legitimo Præside, ex quibus actibus prorsus dicitur exclusus quilibet prætextus bonæ fidei, ex adductis per *Abb. in cap. Illud autem n.* 14. 120 & *seqq. de Præscript. Rot. dec.* 57. *sub num.* 25. *par.* 7. *recent.* & *in dec.* 263. *num.* 4. *cor. Priolo.*

Non obstat demum generalis illa conclusio, quòd in dubio quælibet electio præsumitur valida. 121

Quia Nos non sumus in dubio, sed in claris, imò intra fines evidentiæ, quòd electio P. Barbarossæ sit nulla, utì peracta à 69. Vocalibus, quorum 56. nullam omnino habe- 122 bant vocem ex rotundo oraculo Pontificio, uti conclusa sine legitimo Præsidente, & in personam ejusdem P. Barbarossæ aperta ambitione aspirantis, omnibusque modis procurantis Provincialatus officium, ex latè probatis in nostro 123 Summario.

Die 1. Decembris 1713. proposito per Eminentiss. Casinum in Sac. Congr. Episc. dubio; *An*, *& quæ electio in* 124 *Provincialem sustineatur*, *& sit confirmanda*, *vel infirmanda*, *& quæ electiones Ministrorum subalternorum*, *& determi-*

determinationes Capitulares sint confirmandæ, responsum fuit; *Sustineri electionem P. Barbarossæ, & aliorum Officialium, & Ministrorum, & pro Sanatione ad cautelam*; Cujus 115 resolutionis respectu repetenda sunt hic ea, quæ observavimus *in Tom. 1. part. 1. discept. 12. num. 225. vers. In hujus*. Vide *Tom. 3. part. 1. discept. 3.*

DISCEPTATIO XXX.

Comen.

PRO

Salvatore Valle.

CUM

Hominibus Suburbii Sancti Juliani.

ARGUMENTUM.

Desumitur ex sequentibus dubiis.

I. *An decretum, factum ab Episcopo Comen. super re-* 1 *motione sepulturæ ab Ecclesia Monialium Sancti Juliani subsistineatur.*

II. *An electio sepulturæ, facta ab hominibus Burgi Sancti* 2 *Juliani in Ecclesia PP Reformatorum Sancti Francisci ejusdem Loci, sit valida, & quatenus negativè.*

III. *An substineatur dicta electio pro ipsissimet hominibus,* 3 *qui dictam sepulturam elegerunt, & instrumentum electionis stipulati sunt, & quatenus negativè.*

IV. *An cadavera post dictam electionem sepulta in dicta* 4 *Ecclesia PP. Reformatorum sint restituenda Ecclesiæ Parochiali, unà cum omnibus emolumentis.*

V. *An iidem PP Reformati in casu validitatis electionis te-* 5 *neantur accedere ad Parochialem pro associatione cadaverum ad propriam Ecclesiam, vel potiùs possint illa expectare in Via, vel propè eorum Ecclesiam.*

VI. *An, & quomodo sit providen. circa cadavera hoc inte-* 6 *rim morientium.*

IN Suburbio Sancti Juliani Cómi duæ reperiuntur Parochiales Ecclesiæ, in quibus unus, & idem Parochus 7 alternativè suum exercet officium, unà sub invocatione Sancti Martini, altera verò Sancti Vitalis; Necnon tria reperiuntur Monialium Monasteria: Primum sub invocatione Sancti Laurentii, secundum sub invocatione Sanctæ Agathæ, & tertium sub invocatione Sancti Juliani.

In exterioribus Ecclesiis dictorum duorum Monasteriorum Sancti Laurentii, & Sancti Juliani antiquis tem- 8 poribus aderant sepulturæ, in quibus indiscriminatim sepeliebantur homines ejusdem Suburbii, habitantes verò propè dictum Monasterium Sanctæ Agathæ sepeliebantur in sepultura in Ecclesia ejusdem existente; Quæ tamen in exequutionem decretorum hujus Sac. Congregat. de quibus infra *num.* 18 ab antecessorum Episcoporum vigilantia, remotæ fuerunt à dictis Ecclesiis Monasteriorum San- 9 cti Laurentii, & Sanctæ Agathæ, & translatæ in Parochialem Ecclesiam Sancti Martini.

Remansit autem sepultura prædicta in Ecclesia Monasterii Sancti Juliani, cujus Moniales recursum anno 1704. 10 habuerunt ad Episcopum Comen. petentes illius remotionem, & clausuram, sub duplici fundamento I. Quia illa reperiebatur propè quandam columnam structilem, vulgo *Pilone*, ejusdem Ecclesiæ, ex cujus cavitate magnum imminebat præjudicium parietibus, comprobatum ab oculari inspectione, & recognitione Periti. II. Verò, quia retentio similium sepulchrorum in exterioribus Ecclesiis Monialium nunquam permitti debet ex inconcussa praxi hujus Sacr. Congregat. de qua infra *num.* 18.

Licèt autem Episcopus ex his duobus fundamentis, etiam separatim sumptis, unitisque cum aliis inconve- 11 nientibus, occasione sepeliendi cadavera in dict. Ecclesia ultimo loco practicatis, denegare non posset assensum justis Monialium petitionibus, solita, commendabiliquè ejus prudentia, & maturitate in hac causa procedendo, ad omnem abundantiorem cautelam audire voluit Abbatem Commendatarium, & Parochum ejusdem Ecclesiæ, necnon Dominos dominorum ejusdem Suburbii, qui attenta petitionis Monialium evidenti justitia, eorum consensum libentissimè præstiterunt? Quibus attentis idem Episcopus, nec etiam simpliciter, & absolutè liberavit eas- 12 dem Moniales à dicto prætenso onere tumulandi cadavera Laicorum in earum Ecclesia, sed illas, effectu punctualitèr subsequuto, præcisè obligavit ad construendam novam sepulturam in proxima Parochiali Ecclesia Sancti Vitalis pro eisdem hominibus, habitantibus in eodem Suburbio, ut refert idem Episcopus, & patet ex tenore ejusdem decreti, dati in Summario.

Hujusmodi tamen commendabiles diligentiæ, & prudentiale tamperamentum, Monialibus non parum præjudiciale, suum non fuerunt consequutæ pacificum effe- 13 ctum, dum ad instigationem Ecclesiasticæ personæ, satis notæ in Civitate, & Suburbiis Comi, tumultuariè priùs in ejus domo congregati in parvo numero, & deinde ferè omnes homines ejusdem Loci ad cujusdam campanulæ sonitum uniti in eorum Oratorio, per speciem transversalis vindictæ adversus eorum innocentem Parochum, sine præjudicio asserti Juris sepulturæ in Ecclesia Monialium, sibi elegerunt sepulturam in Ecclesia PP. Reformatorum Sancti Francisci ejusdem Burgi, ut ex Instrumento talis electionis, dato in Summario in quo ulteriùs legitur, eosdem homines specialitèr, & ex- 14 pressè constituisse Procuratorem ad effectum recuperandi possessionem dicti prætensi juris sepulturæ in Ecclesia earundem Monialium. Idquè observat Episcopus in sua Relatione.

Adversus quem tumultuarium actum, seu Instrumentum electionis sepulturæ omnium omninò habitantium in dicto Burgo in Ecclesia PP. Sancti Francisci, uti prosùs 15 nullum, & insubsistentem, Juris ordine servato, recursum habuit idem Salvator Valle Parochus ad Episcopum Comen. dicti verò Homines ab hac Sac. Congreg. p[...]erunt confirmationem dicti Instrumenti electionis, à qua, remissis illorum precibus Episcopo pro Informatione, & Voto, ista hodiè perventa, & exhibita in Secretaria, subscripta fuerunt dicta dubia, quæ ut infra resolvenda videntur.

Incipiendo enim à I. dubio: *An decretum factum ab Episcopo Comen. super remotione sepulturæ ab Ecclesia Monialium Sancti Juliani subsistineatur*, pro illius affirmativa re- 16 solutione concurrunt potestas Judicantis, & justa causa judicandi, ex quibus justum constituitur judicium, juxta sententiam *Div. Thom. 2. 2. quæst. 60. art. 2. in corpor.* & animadversa per *Fagnan. in cap Non potest num. 6. de Sent. & re judic.*

Quoad Judicantis potestatem servatis servandis solita maturitate, & prudentia in hac parte procedentis, illa nec etiam exadverso in dubium vertitur. Prout contro- 17 verti non potest justissima, & æquè fundata judicandi causa, innixa tam præjudicio Ecclesiæ Monialium, resultanti ex cavitate sepulturæ, quàm remotioni dictorum inconvenientium, occasione sepeliendi cadavera, sæpè ad praxim reductorum, quàm demum incunctissæ, laudabiliquè praxi hujus Sacr. Congreg. semper rescribentis pro remotione similium sepulchrorum ab Ecclesiis Monialium, juxta resolutiones antiquas, medias, & modernas, quas referunt, & sequuntur *Nicol. in Flosc. verb.* 18 *Sepultura num. 5. Pignatell. consul. 175. per tot. tom. 4. juxta Roman. impress.* quam sequitur *in consult. 53. num. 13. tom. 7. Bertach. vot. decis. 189. num. 13. Matthæucc. in Offic. Cur. Eccles. cap. 48. num 4. Monacell. in Formul. tom 1. tit. 11. formular. 23. num. 5.* & post hæc scripta, me scribente resolvit *Sacra Congregatio Concilii in Lunen. Sarzanen 28. Novembris 1711.*

Nec credimus opponendum prætextum immemorabilis, expressum in principio dicti instrumenti electionis sepulturæ, ibi: *Privatos esse juris sepulturæ, & aliorum,* 19 *quæ habuerunt, & habent ab immemorabili in Ecclesia Monialium Sancti Juliani*; Illa enim nullatenùs probatur in Facto ex dicta unica enunciativa, seu assertione Oppositorum, per ea, quæ notat in nostris terminis *Pignatell dict. consult. 175. num 9 versic. Tum quia tom. 4.* Et non relevaret in Jure, ex quo probata etiam quacumquè anti- 20 quissima consuetudine, adhuc Sacr. Congreg. rescribere solet pro remotione similium sepulchrorum, ea ratione,

quia decreta hujus Sacr. Congregat. relata à supradictis Authoribus, inficiunt quamcumque possessionem, impediuntque proindè initium cujuscumque contrariæ consuetudinis, ut probat *Pignatell. dict. consult.* 175. *num* 9. *versic. sed etiam tom.* 4. Et resolvit hæc Sacr. Congregat. *in Vercellen.* 18. *Maii* 1696. *Ponente Eminentiss. Pamph.* teste *Monacello*, ubi proximè; In cujus casu immemorabilis consuetudo concludenter probabatur; à multorum testium depositionibus. Necnon ab attestatione Abbatissæ, cohærenter ad assertiones Defensorum Monasterii, ut dicitur *in §. primo Informationis* ibi: *Ac in Ecclesia exteriori sepulturam habet, in qua ab immemorabili tumulari consueverunt cadavera illorum, qui vivendo ibidem sepulturam elegerunt*: Quòd repetitum sæpiùs ibidem legitur; Et casus erat longè fortior, quia agebatur de Muliere, addicta continuis servitiis earundem Monialium, vulgò *Fattora*, in quibus terminis idem paritèr priùs resolverat hac Sacr. Congregat. *in Spoletana* 19. *Aprilis* 1691. *ad* 3. *dub.* teste *eodem Monacell. ubi supra num.* 2. necnon idem resolvit *Sacr. Congregat. Concil. in Lunen.* dicto anno 1711. *qua supra num.* 18.

Ex quibus communitèr receptum est hodiè, in Monialium exterioribus Ecclesiis nec etiam fieri posse sepulturæ electionem pro una, vel altera determinata persona, nisi concurrat expressa licentia hujus Sac. Congreg. ut notant *Marchet. in prax. Vic. Capit. part.* 3. *tit.* 38. *num.* 131. *& de Luc. ad Ventrigl. part.* 1. *annot.* 52. *num.* 1.

Quæ omnia non obscurè, & plusquàm tacitè admisit in Partibus Oppositorum Procurator, hoc est in protestatione, emissa die 20. Decembris 1705. in Actis Curiæ Episcopalis Comi, in qua expresse declaravit, nullam habuisse, vel habere velle litem cum Monialibus; Necnon expresse fassi fuerunt ipsimet Oppositores in instrumento ultimi Compromissi, asserentes, *non habuisse, nec habere intendunt litem cum Monialibus*. Quæ protestationes, & declarationes ortum forsan habuerunt à communicatione nostrorum Jurium, & à concludentibus demonstrationibus dictæ laudabilis praxis hujus Sacræ Congregationis.

Antè discussionem II. dub. *An electio sepulturæ, facta ab hominibus Burgi Sancti Juliani in Ecclesia PP. Reformatorum Sancti Francisci ejusdem Loci sit valida*, duo videntùr præmittenda.

I. Quòd ex hac parte ultrò admittitur, neque modo aliquo impugnatur capacitas eorundem Religiosorum, sepeliendi in eorum Ecclesiis cadavera illorum, qui in eisdem validè, & liberè sibi sepulturam elegerunt.

II Verò, quòd nec etiam controvertimus amplissimam libertatem, unicuiquè Christifideli à sacris Cannonibus concessam, sibi eligendi sepulturam ubicumquè voluerit, ad terminos *Textus in cap.* 1. *de Sepultur. in* 6. cum concordantibus, cumulatis *à Panimoll. decis.* 5. *adnot.* 3. *à num.* 1.

Sed dicimus, sepulturæ electionem, de qua est quæstio, non sustineri, utì minùs liberam, necnon uti generaliter conclusam ad instigationem, & suggestionem superseminantis zizaniam inter Oppositores, & utì factam per speciem transversalis vindictæ, ob consensum præstitum à Parocho, & in odium decreti Episcopi, in quibus terminis nullatenus substinetur, juxta *Textus in cap* 1. *de Sepultur. in* 6. ibi: *Nos enim electionem talem decernimus nullius penitùs subsistere firmitatis, statuentes, ut ii, qui sic elegerint, nec apud sic electas Ecclesias ullatenus sepeliri, nec alibi possint eligere sepulturam*, ubi communitèr Repetentes, & præter illos *Cravet. cons.* 16. *per tot. Bursat. cons.* 226. *num.* 18. *lib.* 3. *Gcvens. in Prax. Cur. Archiepiscop. Neapolit. cap.* 6. *num.* 3. *& Ventrgl. in Prax part* 1. *annot.* 25. *§ unic num* 29.

Quòd autem talis sit naturæ, & qualitatis electio sepulturæ, de qua disputamus, quòdquè ad illam deventum fuerit malis artibus, & scandalosis suasionibus, de quibus supra, concludenter probant testes, dati in Summario, & alii indicati in Relatione Episcopi. Qui eò certiùs probant, quo similes suggestiones, utì difficilis probationis, contentantur solis præsumptionibus, & conjecturis ex adductis per *Decian. resp.* 32. *num.* 4. *lib.* 3. *Franch decis.* 80. *num.* 5. *& Rot. in Roman. sen Jan. Laudi* 26. *Februarii* 1695. *§ Illc autem coram Card. de la Tremoille, & in Benevent. Testament.* 18. *Aprilis* 1704. *§. Exclusa coram Molines.*

Eò autem magis hujusmodi malæ artes, & callidæ suggestiones piæ oculis habendæ sunt, quo practicatæ fuerunt cum idiotis hominibus, cum quibus sicuti majorem impressionem fecerunt, ita severiori judicio videntur reprobandæ per ea, quæ in similibus terminis notant *Tiraquel ad Leg.* 9 *gloss.* 1. *part.* 9. *num.* 137. *Barbos. votum decis.* 7. *num.* 105. *& Jovius de Solemnit. in Contract. Minor. gloss.* 9. *§.* 1. *num.* 102.

Omnia hæc comprobantur ulteriùs ex qualitate eligentium, seu Oppositorum, qui fixam non habent sedem, nequè permanentem habitationem in nostro Suburbio, sed Ægyptiorum, seu Zingarorum ad instar, de quorum origine aliqua tetigimus *in Instit. Crimin. lib.* 3. *tit.* 3. *à num.* 44. habitationem sæpè mutant, dum agitur de miserabilibus incolis, & Colonis, moram facientibus in Suburbiis Comi ad arbitrium, nutumquè Dominorum, itaut ad eorundem placitum in dies dimittantur, alibiquè ad alios agros colendos transmigrent, succedentibus aliis adventitiis, sub eadem incertitudine, & mutabilitate, ut novissimè contingit in duabus integris Domibus, seu Familiis ejusdem Suburbii, ut fuit probatum in Summario.

Imò ex hac consideratione alia emicat probatio nullitatis electionis sepulturæ respectu illorum, qui tempore celebrati instrumenti in nostro Suburbio non habitabant, ut in durioribus terminis, quòd electio sepulturæ à Confratribus legitimè facta, non comprehendat illos, qui præsentes non fuerunt Congregationi illi, in qua sequuta fuit sepulturæ electio, resolvit Sacr. Congregat. Concil. *in Neapolit.* 16. *Maii* 1682. impressa in fine *Synod. Provincial. Neapolit. Typis editæ Neapolis anno* 1700 & duplata apud *Monacell. in Formular. tom.* 1. *tit.* 6 *formul.* 11. *num.* 26. *& seqq.* Quæ resolutio est in terminis longè durioribus, quia Confratres dicuntur constituere verum corpus, seque congregare frequentèr solent, & eo ipso, quòd quis alicui Sodalitati adscribitur, subiicit se Legibus, & Constitutionibus ejusdem, à qua absque demerito deleri non potest, & quam Confratres absque gravi causa deserere non solent; Imò tenentur adimplere omnia ea, quæ in eorum Constitutionibus demandantur, præciso legitimo impedimento, ex firmatis per *Rotam in Ilerden. Funeralium* 3. *Julii* 1705. *§.* 1. *& per totum coram Card. Scotto*; Quæ omnia toto Cœlo distant ab Oppositoribus, dum non adest memoria, quòd unquam congregati fuerint in unum ad aliquem explendum commune actum, & dum possunt ad nutum dimitti à Dominis, & eosdem Dominos ad eorum placitum, libitumquè relinquere.

Ex unicitate Sepulturæ, in qua sepeliri voluerunt Viros, Mulieres, & utriusque sexus Infantes, quòd repugnat universali praxi Catholicæ Ecclesiæ, omniquè honestati, & decentiæ, ut consideranti patet, & deducitur ex *Rit. Roman. tit. de Exequiis versic. Sepultura, & tit. de Exequiis Parvulor. fol. mihi* 142.

Ex modo illam eligedi, per unicum scilicèt actum, & mediante publico instrumento, strepi ostissimè, & post replicatum sonitum cujusdam campanulæ, tumultuariè rogato, coadunatis aliquibus ex Oppositoribus per apertam vim, aliis per simulatas artes, aliis demum per blanda verba: *Andemo, sete anche Voi del Borgo* Quæ omnia si libertati, & spontaneitati apertè opponuntur, ita manifestè important nullitatem electionis Sepulturæ, quæ plena libertate gaudere debet, & perfici, ex adductis per *Ancharan. cons.* 214. *num.* 5. *Mar. Antonin. variar. resol. lib.* 1. *resol.* 111. *cas.* 59. *versic.* 3. *Barbos. de Offic. & Potest. Paroch. cap.* 26. *num.* 24. *& Panimoll. decis.* 5. *adnot.* 3. *à num.* 3.

Ultra quòd, cùm Sepulturæ electio nullatenus solemnitatem instrumenti requirat, sed quocumquè modo appareat de voluntate eligentis, illa servanda sit, ut, aliis adductis, observant *Ventrigl. in Prax. part.* 1. *annot.* 52. *§ unic. num.* 55. *Panimoll. decis.* 5. *adnot.* 3. *num* 4. ubi, quòd, nedum leviores probationes, sed solus tacitus consensus, quomodocumquè de eo constet, superabundat, *Matthencc in Official. Cur. Eccles. cap.* 48. *num.* 30. *&* 31. *ad* 5. *dub.* Ex tali insolita, & non necessaria celebratione Instrumenti alia insurgit præsumptio suggestionum, & malarum artium, quibus procurata fuit, per ea, quæ notant adducti per *Rocc. select. disp. cap.* 46. *num.* 11. *Rot decis.* 146. *num.* 6. *part.* 18. *& decis.* 13. *num.* 25. *& decis.* 652. *num.* 4. *part.* 19. *& in Anconitana Donat.* 27. *Januarii* 1648. *§. Octava coram Corrad.*

Nequè

Neque actus unicitas excludi potest ex illis mysteriosis instrumenti verbis: *separatim*, *& non unitim*, *& ad evitandam multiplicitatem instrumentorum*, *& expensarum*; Ista enim confunduntur à dd. testibus, datis in Summario, asserentibus, factam fuisse unitim, non autem separatim, necnon ab aliis animadversionibus, de quibus supra, & infra, quæ manibus palpare faciunt, dicta verba apposita fuisse ad palliandam veritatem illam, quæ facto comprobatur ex dicto instrumento, dum ex supra adductis nullæ expensæ, nullumque Instrumentum ad probandum sepulturæ electionem requiritur, sed sat est, quod quomodocumque de tali voluntate constet, ut sequendo resolutionem hujus Sacr. Congregat. probat *Matthæucc. ubi suprà*.

Ex consideratione finis, ad illam deveniendi, qui fuit transversalis vindicta erga innocentem Parochum, ob consensum scilicet, justitia ita exigente, præstitum Monialium petitionibus, & instantiis, & in odium succumbentiæ decreti; obtenti ab eisdem Monialibus super remotione d ct. Sepulturæ, per ea, quæ in proximis terminis considerando similes actus vindictæ ob succumbentiam in lite firmavit *Rot. decis. 6. num. 10. & decis. 7. num. 7. vers. Prout etiam apud Antonel. de Jur. Cler.*

Hujusmodi autem transversalis vindicta, & finis operandi in Parochi præjudicium, concludenter comprobati fuerunt in Curia Episcopali Comen. ex plurium restium depositionibus, ut refert Episcopus in ejus Informatione, quas per extensum huic Sacr. Congregat. transmisit. Quando ad dict. effectum superabundarent antecedentes tractatus, & conventiculæ, quæ actum, seu instrumentum electionis Sepulturæ præcesserunt, concomitati, & subsequutæ fuerunt, ut in specie firmavit *Rota decis. 69. num. 2. & 3. part. 18. recent.* ubi observat, transversalem vindictam, & æmulationem in nostris terminis probari ab illis operationibus, quæ actum præcesserunt.

Et quod magis est, nec etiam copia ejusdem instrumenti, prævia solutione mercedis Notarii, ab eodem haberi potuit, nisi post multos dies, illa adducta frivola excusatione, quia absque licentia principalis instigatoris præsentis litis, publicam copiam ejusdem instrumenti extradere non poterat; Qui insolitus operandi modus eandem suspicionem valdè auget ad notata per *Gloss. in leg. Si quis sub conditione ff. de Condit. Institut. Decian. resp. 32. num. 64. & sequent. libr. 3. & Rota decis. 288. num. 6. coram Emer. jun.*

Ex mandato procuræ, quòd legitur in fine dicti Instrumenti electionis Sepulturæ; Quòd tamen Oppositores con stantissimè negant fecisse in eorum constitutis, & attestationibus, ex quo non obscurè colligitur, quid dicendum sit de aliis insolitis clausulis ejusdem instrumenti, & quam fidem mereatur Notarius, dicto instrumento electionis sepulturæ rogatus, ex adductis in *Instit. Crim. lib. 2. tit. 6. num. 23.*

Ex sustentatione præsentis litis, quæ non fit à dd. miserabilibus Incolis Suburbii Sancti Juliani, sed ab illis Religiosis, in quarum Ecclesia modis, & artibus supra expressis sepultura electa fuit, ut in Civitate, & Diœcesi Comen. est plusquam notorium, & patet ex publica declaratione, quæ datur in Summario, ubi quòd contrarius Defensor, nedum gerit vices Hominum, sed etiam PP. Reformatorum Sancti Francisci; Quæ sola consideratio, nedum superabundat pro victoria, sed ulteriùs operatur, ut in eadem Ecclesia, nec etiam, validè, & legitimè in futurum eadem sepultura eligi possit, juxta literam *Textus in cap. 1. de Sepultur. in 6.* ibi: *Statuentes, ut apud sic electas Ecclesias nullatenus sepeliri, nec alibi possint eligere sepulturam, sed, contradictione quacumque cessante, sepeliantur omnino apud illas Ecclesias, apud quas sepeliendi de jure fuissent, si aliàs, sepultura non electa, forsitan decessissent.* Quæ indicare non omisimus ad occurrendum calliditatibus Instigatorum dd. miserabilium Incolarum nostri Burgi, qui prævidentes succumbentiam coram hac Sac. Congregat se jactant eosdem incolas ducere velle ad faciendum, non unum, vel alium, sed mille alios actus electionis Sepulturæ in Ecclesia dd. Fratrum, non attenta excommunicatione contra similia attentantes, de qua *in Clem. Cupientes §. Sanè de Pœn.* quam sequitur *Matthæucc. in Official. Cur. Eccles. cap. 118. num. 29. & 30.* ibi: *Verùm excommunicationem Papæ, reservatam incurrunt, tam Clerici, quàm Regulares, qui ad eligendam Sepulturam in suis respectivè Ecclesiis quempiam inducunt.* In cujus Papalis excommunicationis evidentem spretum, & quidem, tam contra inducentes aliquos ad eligendam sepulturam, quàm, ut jam electam ulteriùs non immutent, juxta præcisa verba dicti Textus, mirum certè videtur, quòd hodiè coram hac Sacr. Congregat. aperta fronte etiam cum deputatione particularis Defensoris, compareant dicti Religiosi, qui meliùs forsan facerent propriæ consulere conscientiæ pro illis suggestivis operationibus, in Partibus ad praxim reductis, de quibus loquuntur testes, dati in Summario.

Quibus accedit insigne, perpetuumque præjudicium nostræ Parochialis Ecclesiæ, cujus redditus adeò tenues sunt, ut nec etiam ascendant ad annuam summam scut. 29. monetam Romanam, ut justificatum fuit in Summario, tam ex instrumento ipsius electionis, quàm ex testibus, reducentibus ipsius redditus ad monetam Romanam Propter Parochiarum enim præjudicium, nulla habita ratione, an illarum redditus tenues sint, vel abundantes, communiter inter Doctores receptum est, ut non sit permittendum Universitati alicujus Loci sepulturam ædificare, vel eligere pro omnibus Civibus, seù Habitantibus in eodem Loco, ut observant adducti per *Molphes. in Summ part. 1. tract. 13. cap. 8. num. 33. Mar. Anton. variar. resol. lib. 1. resol. 112. cas. 59. Ventrigl. in Prax. part. 1. tit. de Elect. Sepult. annot. 52. §. unico num. 20. Passer. de Stat. hom. quæst. 197. num. 294. Bonac. Oper. moral. tom. 2. tit. de Contract. disp. 3. quæst. 21. punct. 4. num. 9. & Bellet. Disquis. Cleric. tit. de Cler. debit. §. 3. num. 24*

Et reprobando similem electionem sepulturæ, factam ab hominibus Pontis Trabis, Camerinen. Diœcesis, in nostris terminis resolvit hæc *Sacr. Congreg. in Camerinen. 18. Augusti 1690.* teste *Monacell. in Formul. tom. 1. tit. 6. formular. 11. num. 28.* ibi: *Et declaravit altera Congregat. Episcop & Reg. in Camerinen. 18. Augusti 1690. in qua cùm homines Villarum Pontis Trabis contractu jurato pro seipsis filiis, hæredibus, & successoribus sepulturam elegissent in Ecclesia PP. Minorum Conventualium dicti Loci, recurrentibus Parochis, prodiit sub dicta die resolutio, Contractum non sustineri.*

Et contra PP. Reformatos Sancti Francisci pro Villa Gazzolæ, alio Loco Comen. Diœcesis, & sub eadem nostra Parochia SS. Martini, & Vitalis, in qua electa pariter prætendebatur communis sepultura in eorum Ecclesia, addita sequenti inscriptione *Pro Incolis Universitatis de Gazzola*, idem practicatum fuit tempore Episcopi Carafini, ut refert Episcopus in Relatione, & patet ex decreto ejusdem Episcopi Carafini, dato in eodem Summario, quod punctualiter exequutum fuit, & quotidiè exequutioni demandatur, ut ex partitis exhibitis in Secretaria.

Obitèr notando hìc obstinatam repugnantiam parendi Superiorum præceptis, dum his non obstantibus noluerunt adhuc delere ex dicta Sepultura eandem inscriptionem: *Pro Incolis Universitatis de Gazzolla*, quod speramus hodiè obtinere ab EE. PP. demandando, ut dicta inscriptio omnino deleatur, nè in futurum confusionem aliquam inducere possit veritatis in præjudicium, dum lapides longè plus durant, quàm cartæ.

Inter rationes verò hujus communissimæ opinionis, à supradictis Authoribus adductas, duæ mirabilitèr urgere videntur. I. nimium, *quia electio sepulturæ* (sunt verba *Passerin. de Stat. hom. quæst. 87. num. 194.*) *est electio personalis respectu eorum; qui sunt sui juris, & quia singulis uti singulis libertas eligendi sepulturam conceditur* II. verò, quia aliàs nullus daretur casus, in quo Parochialis Ecclesia gaudere posset jure sepeliendi, ut patet considerandi.

Quamvis autem sepeliendi Jus non sit essentiale constitutivum Parochiæ, est tamen unum ex consequutivis ad Parochiam, ita ut posita Parochia, necesse sit ponere jus sepeliendi homines, in ea decedentes, ex adductis per *Lotter. de Re benefic. lib. 1. quæst. 28. num. 34. Rot. div. decis. 52. à num. 34. part. 2. & decis. 7. num. 3. & 4. par. 18. recent.* Sepulturæ siquidem jus à Sacramentorum administratione multùm pendet, ut notant *Barbos. in cap 1. num. 4. de Sepult Frass. de Patr. Reg. Ind. tom. 2. cap 90. à num. 21. Pasqualig. de Sacrific. nov leg quæst 1001. num. 5. Panimoll. decis. 5. num. 14. & annot. 3. num 9. & seq.* & firmavit *Rot. in decis. 45. num. 12. coram Zarat.* Estque Jus consequutivum ad eandem Sacramentorum administrationem *Gratian. discept. 298. num. 79. vers. Accedit*, ubi illam assignat bonam

65 nam rationem; quia Parochus portavit pondus diei, & æstus, administrando defunctis dum viverent Sacramenta illosque instruendo, & pascendo solitis exhortationibus spiritualibus, & verbo Divino juxtà ejus onus pastorale: *Pasqualig. quæst. moral. jurid.* 143. *num.* 9. *in fin. Amostaz de Caus. piis lib.* 6. *cap.* 2. *num.* 80. *& cap.* 8. *à num.* 74. *Pignatell. consult.* 144. *num.* 2. *tom.* 1. & firmavit *Rota decis.* 365. *num* 2. *&* 3. *coram Priol. & in Mant. Funer.* 5. *Julii* 1649. *§. Quò verò coram Cardin. Priolo*. Atque annumeratur inter Jura Parochialia *in Clement.* 66 *Dudum* §. *Hujusmodi de Sepultur.* ut advertunt *Barbos. de de Paroch. cap.* 26. *sub num.* 1. *& Panimol. decis.* 5. *num.* 5. *& Rot. decis.* 365. *num.* 6. *coram Priol. & in Neapolit translat.* 14. *Februarii* 1701. *§. Quanto coram Molin.*

Indequè generali regula, limitanda in solo casu validæ, & particularis electionis Sepulturæ, statuunt jura, observantquè DD. relati *in decis.* 365. *num.* 1. *coram Priol. &* 67 *in Roman. Jur. tumulan.* 20. *Februarii* 1702. *§. Nonnulla coram Cardin. Priolo*; Christifideles omnes in illa Parochiali Ecclesia sepeliendos esse, intra cujus fines decedunt.

Quæ regula, in nullo casu verificaretur in nostro Burgo, si subsisteret contraria prætensio, electionis nimi-68 rùm sepulturæ, faciendæ ab integra Communitate pro omnibus omnino Civibus, & habitantibus in illa, ut de se patet; Aperiturquè magna, & spatiosa via præjudicandi Parochis in casibus similium dissentionum Parochianorum, quo nihil absurdius: Præcipuè respectu Parochiarum tenuis redditus, qualis est nostra, ex adductis in Summario.

Quibus non adversatur responsio, in contrarium adducta, namque quòd in Instrumento electionis addita clausula *fine præjudicio recedendi*, quodquè *in cap.* 1. *de Sepult.* 69 *in* 6. illa sola sepulturæ electio prohibeatur, quæ juramento, vel voto firmata sit.

Textus enim, tàm *in cap* 1. *de Sepultur. in* 6. quàm *in Clement. de Cupientes de Pœnit.* nullatenùs taxativè loquuntur de illis, qui ad sepulturæ electionem aliquos 70 inducunt mediante voto, vel juramento, sed comprehendunt quamcumquè aliam suasionem inductionem, & & promissionem ibi: *aliàs promittendum*, juxta præcisa, & individualia verba utriusque Textus; In quibus subiiciuntur ulteriùs iisdem pœnis ii, qui eligentes *inducunt, ut jam electam sepulturam non immutent*. Ubi notandum, quòd non dicit Textus, non possint immuta-71 re, sed *non immutent*, quod facultatem immutandi necessariò præsupponit, juxta regulam, de qua *Rot. decis.* 267. *num.* 14. *coram Priolo*; Notandumquè ulteriùs, quòd ad dictum effectum superabundant solæ, & simplices inductiones, seù suasiones, juxta præcisa verba dd. Textuum ibi: *promittendum inducant*, & explicat *Glossa verb. Prædictos* ibi: *Prohibet inductiones, & promissiones*.

Indequè meritò exclamant *Gloss. & Hostiens. in dicto cap.* 1. *de Sepult. Oh quot, & quatuor animas constitutio* 72 *hæc adstringit, nàm quasi omnes sibi talia attrahunt, & tales alliciunt* (notandum, quod non se restringunt ad votum, & juramentum) *ut infirmari contingat Medicos, qui sanare debuerant*.

Sed quatenus aliquod remanere quoquo modo posset dubium, quod non credimus, circa illam partem dictum Textus, in qua prohibetur inductio ad eligendam se-73 pulturam, nullum certè remanet in nostro casu circa aliam partem, *nè immutent jam electam*, dum dicti Religiosi propriis sumptibus, ac expensis & mediante speciali Defensore (qui casus erit fortè singularis) omnibus viis procurant student, & aperta fronte coram hac Sacr. Congregat. comparet, ad hoc, ut ii, qui elegerunt sepultaram in eorum Ecclesia, illam non immutent, Sed in hujusmodi sepulturæ electione ita facta constantes semper sint, & in futurum persèverent.

Et ex his nihil selevat facultas revocandi talem electionem; Vis enim non stat in dicta facultate, sed in 74 modo, seù suggestionibus, & malis artibus, quibus fuit procurata, & consequentèr sine plena libertate ad illam deveniendi, ex supra adductis.

III. Dubium *An substineatur dicta electio pro ipsismet hominibus, qui dictam Sepulturam elegerunt, & instrumentum electionis stipulati sunt*, responderi supplicamus *Provisum in* 2. mediante illius negativa resolutione, 75 dum in illo ad tenorem unici instrumenti, uniciquè actus electionis quæsitum fuit, an dicta electio substineretur, tam pro hominibus, quàm pro eorum successoribus, & meritò, quia actus electionis est individuus, & ipsius nullitas nullam habet relationem ad objecta, sed ad ipsius intrinsecam, & essentialem naturam, uti factus scilicèt ad suggestionem suasionem, & instigationem, per speciem transversalis vindictæ, & absque libertate illa eligentium, quæ in his terminis undique ef-76 fulgere debet, & consequentèr nulla facta distinctione personarum, pro quibus electa fuit sepultura, indistinctè declarandus videtur nullus, & invalidus, atque omnino, & absolutè irritus, ut in individuo nostri casus practicavit hæc Sacr. Congregat. in *Camerinen de qua supra num.* 31. in qua electio sepulturæ facta fuerat *pro seipsis, filiis, hæredibus, & successoribus*, & tamen hæc Sacr. Congregat. nulla facta divisione vel scissione dicta-77 rum personarum, absolutè respondit, *dictum contractum non substineri*.

In qua parte specialissima animadversione videtur reflexio illa, quòd si vera essent ea, & quæ de eorundem eligentium voluntate gratis ubiquè exadversò dicuntur, ad quid mordicus insistere pro declaratione validitatis dicti instrumenti electionis, malis artibus, & malignisque suasionibus, & sugestionibus procuratæ; Dum ad eorum libitum possunt iidem eligentes ad novum actum 78 validæ electionis semper, & quandocumque in futurum devenire, etiam absquè necessitate conficiendi instrumentum aliquod neque ullam apocam, sive chirographum, sed simplicitèr, & quomodocumquè propalando eorum voluntatem dummodo de illa legitimè constet quacumque simplici, & naturali probatione ex animadversis supra *num.* 42.

Et ex his oritur affirmativa resolutio 4. dub. *An cadavera post dictam electionem sepulta in dicta Ecclesia PP. Reformatorum sint restituenda Ecclesiæ Parochiali, una cum omnibus emolumentis*.

Quando enim sepulturæ electio fuit nulla, denegari nunquam potest cadaverum restitutio illi Ecclesiæ, in qua de Jure sepeliendus erat defunctus, unà cum omnibus emolumentis juxta *Textum in cap.* 1. *de Sepultur. in* 6. ibi: *Si verò iidem Religiosi &c. in suis Ecclesiis &c. præsumpserint sepelire, ad restitutionem; tam sepultorum corporum, si petantur, quàm etiam omnium, quæ occasio-80 ne sepulturæ illorum pervenerint ad eosdem, intra decendium integralitèr faciendam, ipsos obligatos esse censemus*, & firmavit *Rota decis.* 439. *num.* 12. *& seqq. coram Bich. & in part.* 18. *recent. decis.* 429. *num.* 4. & resolvit *Sacr. Congreg. Concil in Roman. Jur. sepeliendi* 17. *Augusti* 1697. impressa *apud Antonel de Juribus Cleric. fol. mihi* 20. de qua supra *discept.* 14.

Circa 5. dubium *An iidem Religiosi in casu validitatis electionis teneantur accedere ad Parochialem Ecclesiam pro associatione Cadaverum ad propriam, Ecclesiam, vel po-81 tiùs possint illa expectare in via, vel prope eorum Ecclesiam*, ut fecerunt die 15. Martii 1684. occasione sepeliendi cadaver Caroli Pedralis, & ultimo loco die 12. Septembris 1705. occasione sepulturæ Joannis Baptistæ Ruscæ, parum videtur immorandum pro illius affirmativa resolutione quoad primam partem, & negativa 82 quoad secundam, dum id rotundis literis præscribitur in *Rituali Romano* sub titulo *de Exequiis versic. Exequiarum ordo* his verbis: *Constituto tempore, quo corpus ad Ecclesiam deferendum est, convocetur Clerus, & alii, qui funeri interesse debent, & in Parochialem, vel in aliam Ecclesiam juxta Loci consuetudinem ordine conve-niant &c. mox ordinatur processio, præcedentibus Laico-83 rum Confraternitatibus, si adsint, tum sequitur Clericus Regularis, & Sæcularis per ordinem &c.* de cujus maxima authoritate, attenta Constitut. Pauli V. illius confirmatoria, in nostris terminis benè *Pignatell. consult.* 49. *num.* 8. *tom.* 3.

In cujus Ritualis exequutionem ita inconcussè respondere solent Sacræ Congregationis non obstante quacumque contraria consuetudine expectandi per vias, aut in do-84 mo defuncti, & non attento, quòd non adsit Clerus sæcularis, sed solus Parochus, ut signantèr resolvit Sac. Congregat. Rituum *in Bononien.* 6. *Decembris* 1617. *& in alia Bononien.* 2. *Junii* 1620. *& in Tropien.* 8. *Februarii* 1613. *& in Limana* 15. *Decembris* 1633. *& in Thelesina* 12. *Februarii* 1633. *& in Andrien* 20. *Januarii* 1656. & Sacr. Congregat. *in Nullius* 6. *Januarii* 1645. Et hæc Sacr. Con-

Congregatio *in Neritonen. 16. Maii* 1587. *& in Viglensi* 13. *Novembris* 1600. *& in Senogalien. 26. Augusti* 1616. *& in Civitate Castellana* 18. *Aprilis* 1651. 85 *& in Placentina* 16. *Decembris* 1661. testibus *Barbosa de Paroch. cap.* 15. *num.* 63. *& seqq. & in Summa Apostolicarum decisionum collect.* 245. *num.* 10. ubi, quòd ita vidit observari in Urbe per 14. annos, quibus in illa moram fecit, *Lezzana in Summa quæstionum Regularium tom.* 3. *verbo Defunctus num.* 3. ubi testatur etiam de praxi Urbis, *Pignatell. consult.* 48. *à num.* 1. 86 *tom.* 3. *Nicolius in Flosculis verb. Sepultura num.* 10. *& Bertacch. Votum decis.* 189. *num.* 7.

Ratio autem videtur nimis naturalis, & æqualiter stringens, simulque æquitas ipsa in ejusmodi circumstantiis concurrit, ac suadet, quia in omnibus actibus magis dignus semper præferri debet minus dignis, ut considerando non solùm Jus Divinum, Naturale, Canoni- 87 cum, verùm etiam ponderando ipsummet ejus Civile Romanorum nempe Jus commune Cæsareum observant, atque notant adducti in *Institut. Crimin. lib.* 1. *tit.* 10. *§.* 4. *à num.* 234. Parochus verò in funeribus, & exercitio Curæ animarum, absque ulla controversia magis dignus est omnibus aliis concurrentibus ad funus, 88 & proinde Jure meritò præferendus est etiam in loco, in quem concurrere debent omnes illi, qui ipsum associare debent, ut benè discurrit *Pignatell. dict. consult.* 11. *num.* 1. *tom.* 3.

In hac autem parte proceditur exadversò cum æquivoco palmari, quia disputatio hujus 5. dubii per ne- 89 cessarium antecedens præsupponit quòd PP. Reformati fuerint ad funus invitati, quòdque ad illud intervenire velint, & in istis circumstantiis oritur nostrum dubium, & loquuntur omnes Authores, supra adducti, asserentes, non posse expectare per Vias, vel propè ip- 90 sorum Ecclesias, sed teneri accedere ad Parochialem, & incedere sub Cruce ejusdem Parochialis; Quibus addimus *Lantuscam*, Alumnum contrariæ Religionis in *Theatr. Regular. Verb. Exequiæ num.* 4. ibi: *Regulares, vocati ad sepeliendos mortuos, etiam in eorum propria* 91 *Ecclesia, convenire debent ad Ecclesiam Parochialem, intra cujus limites defunctus existit, & indè cum Parocho ad domum defuncti, & nullo modo permittendum est, expectare Parochum per Vias, vel ad domum defuncti; non obstante contraria consuetudine, prout resolutum fuit à Sacra Rituum Congregation. die* 12. *Decembris* 1632 *& Monacell. in Formulario tom.* 1. *titulo* 5 *formulario* 7. 92 *à num.* 34. ubi, quòd hoc decretum fuit etiam approbatum à Sacra Congregation. Episcoporum *in Æsina* 31. *Julii* 1665. *& in Nicien.* 9. *Augusti* 1670. *& in Savonen.* 19. *Decembris* 1671. *& in Aretina* 22. *Decembris* 1696.

Poterat proindè omitti resolutio Sacræ Congregation. 93 Rituum in *Senogalien.* 12. *Junii* 1675. relata *à Lantuscus in Theatr. verb. Associatio cadaverum fol.* 635. *& à Matthæucc. in Official. Curiæ Regularium cap.* 20. *num.* 1. *ad* 4. *dubium* mandans, Regulares cogi non posse ad associandum cadavera, in eorum Ecclesiis tumulanda; Quia Parochus nunquam somniavit cogere dd. Patres ab interessendum funeribus, probè sciens, talem interessentiam repositam esse in hæredum arbitrio, non autem in Parochi voluntate, ut præcisè respondit *Sacra* 94 *Rituum Congregatio die* 14. *Januarii* 1640. *& hæc Sacra Congregatio* 5. *Maii* 1617. referentibus *Lantusc. ubi supra verbo Exequiæ num.* 3. *& verbo Associatio cadaverum num* 4. *Panimoll. decis.* 5. *adnot.* 3. *num.* 7. cum concordantibus in *tom.* 1. *part.* 2. *discept.* 15. *num* 12. Sed solùm in illis circumstantiis, & casibus, in quibus iidem Religiosi invitantur ab hæredibus, & volunt accedere ad exequias, supplex petit declarari, prout in dubio, teneri scilicet accedere ad Parochialem, non au- 95 tem expectare eundem Parochum per Vicos, & Plateas Suburbii, cum candelis accensis in manibus, & Cruce elevata, ut de facto practicarunt de mense Septembris 1705 occasione sepulturæ, datæ cadaveri Joannis Bap istæ Ruscæ, teste Episcopo in Relatione ibi: *Giovanni Battista Rusca nella Chiesa di dd. PP Riformati, dove in vigore di questa il Paroco accompagnò il* 96 *cadavere, che li PP. sudetti con la Croce alzata aspettorno in mezzo alla strada, che conduce alla loro Chiesa, con le candele accese.*

Remanet dubium *An, & quomodo sit providendum circa cadavera, hoc interim morientium*, circa quòd speramus, responderi *Provisum in* 2. mediante illius negativa 97 resolutione, ex motivis, & argumentis supra latè cumulatis. Quatenus autem illud differri contingat, responderi supplicamus, *hoc interim nihil esse innovandum*, sed manutenendum esse Parochum in quasi possessione sepeliendi suos Parochianos in sua Parochiali Ecclesia. Ipsi enim assistit generalis regula, seu habet Juris assistentiam sepeliendi omnes Christifideles, decedentes in sua Paro- 98 chia, de qua *Panimoll. decis.* 5. *& adnotat.* 3. *num.* 54. *Barbos. de Paroch. cap.* 26. *num.* 1. *& Sperel. decis.* 89. *num... Rot. in dicta Roman. Juris. tumulandi coram Card. Priolo* impressa apud *D. Piton. Discept. Eccles. tom.* 2. *fol.* 62. *sub num.* 19.

Quousque igitur exadverso concludenter, & quidem mediantibus legitimis documentis, non probetur limitatio, fundata in valida electione in alia Ecclesia, respondendum est pro regula, ex adductis per *Covarruviam* 99 *variarum resolutionum lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 4 *Manticam de Conjecturis ultimarum voluntatum lib.* 5. *tit.* 15. *num.* 31. *Surdus decis.* 255. *num.* 2. *& decis.* 322. *num.* 40. *Cardinalis de Luca de Servitutibus disc.* 49. *num.* 9. *& Rota decis.* 436. *num.* 13. *coram Priolo, & coram Ansaldos* 14. *num.* 17.

Eò autem magis speramus ita respondendum, quo aliqui ex Oppositoribus eò temeritatis devenerunt, ut 100 non erubuerint proprium Parochum impropriis modis, verbis, seu *fischiate*, & factis, seu *urtoni* tractare, eo tempore, quo cum Cotta, & Stola suum exercebat Officium, associando cadavera ad Parochialem Ecclesiam ut signanter evenit die 9. Julii 1705. præsentibus Abundio quondam Joannis Baptistæ Asani, Andrea Curasco, Carolo Antonio Pastorello, & Julio Saccuce Sacrista Sancti Vitalis, & die 4. Augusti ejusdem anni cum cadavere Josephi Vaggi, præsentibus Francisco Noce- 101 da, Francisco Talabbo, & Joanne Pellegatto, ut refert Episcopus in sua Relatione.

Si enim simile delictum, in Urbe commissum, non erga Parochum, sed contra simplicem Confessarium, & quidem bona fide, ab Exequutoribus Justitiæ, meritò severè punitum fuit, & nedum mediantibus pœnis, 102 seu declaratione incursus in excommunicationem, sed etiam cum pœnis temporalibus, dum publicè per Ministrum Justitiæ fustibus cæsi fuerunt, & deindè dimissi cum exilio, & inhabilitatione ad inserviendum pro birruariis, ut refert *Raynald Observat. crimin. tom.* 3. *cap.* 24. *supplet.* 2. *num.* 22. quem sequutus fui *in Institut. Crimin. libr.* 2. *tit* 4. *num.* 7. Videntur saltem Oppositores puniendi mediante dicta manutentione, seu reintegratione Parochi, qui juncta patientia, per summum 103 scelus, inauditamque injuriam pejora passus fuit, solusque relictus in publica via, Psalmos cantans, & Divina recitans, coactus redire ad suam Ecclesiam cum illo rubore, & mortificatione, quæ faciliùs cogitari, quàm verbis exprimi potest.

Minusquè conqueri possunt iidem Oppositores, si in exequutionem literalis *Textus in leg. Si quis in hoc Cod.* 104 *de Episcopis, & Clericis* aliqua longè inferiora eorum meritis à laica potestate passi fuerunt, nedum ob dictum scandalosum delictum contra proprium, Parochum, & Pastorem, sed ob inobservantiam particularium Bannimentorum, rigorosè punientium conventiculas, & coadunationes hominum, ut in nostra Civitate, & Diœcesi, imò in toto Mediolanensi Ducatu notorium est. Diximus *passi fuerunt*, quia antè 105 proximè præteritas Natalitias festivitates jam erant in plena libertate, ut fuit justificatum in Summario.

Die 11. Martii 1706 per Cardinalem Gabriellium propositis in Sacra Congregation. Episcoporum sequentibus dubiis, responsum fuit ut infrà.

I. *An decretum, factum ab Episcopo Comen. super remotione sepulturæ ab Ecclesia Monialium Sancti Juliani substineatur*; Affirmativè.

II. *An electio sepulturæ, facta ab hominibus Burgi Sancti Juliani in Ecclesia Patrum Reformatorum Sancti Francisci ejusdem Loci, sit valida, & quatenus negativè*; Negativè.

III. *An substineatur dicta electio pro ipsismet hominibus,*

bus, qui dictam sepulturam elegerunt, & instrumentum electionis stipulati sunt, & quatenùs negativè; Negativè.

IV. *An cadavera, post dictam electionem sepulta in dicta Ecclesia Patrum Reformatorum, sint restituenda Ecclesiæ Parochiali, unà cum omnibus emolumentis*; Negativè.

V. *An iidem Patres Reformati in casu validitatis electionis teneantur accedere ad Parochialem Ecclesiam pro associatione cadaverum ad propriam Ecclesiam, vel potiùs possint illa expectare in Via, vel propè eorum Ecclesiam*; Serventur decreta aliàs edita.

VI. *An, & quomodò sit providen. circa cadavera hoc interim morientium*. Jam provisum.

Finis Tomi Secundi Disceptationum Ecclesiasticarum Advocati Dominici Ursayæ.

I N D E X

RERUM, ET MATERIARUM,

Quæ in utraque Parte Tomi Secundi Disceptationum Ecclesiasticarum continentur.

Primus numerus indicat Partem; Secundus verò Disceptationem; Tertius demum Disceptationis numerum denotat.

A

B

BLAN-

CIBUS

CON-

COR-

D

DESCRI-

Dr

E

Injuria

F

An sit

G

H

I

INHA-

Senten-

L

LEO-

M

Quando

N

NOBI-

P

Q

R

S

T

TE-

V

VICA-

SYLLABUS AUTHORITATUM
QUÆ EXPENDUNTUR.

Ex Decreto.

Can. Agatĕosæ 27. *quæst.*2. P.1.d.24. à n. 9.
Can. Aurum 12. *quæst.*2. P.2. d. 25. à n. 145.
Can. Non omnis distinct. 37. P. 1. d.21. n.118.
Can. Si quis objecerit 1. *quæst.*3. P. 2. d.25. n.102.
Can. Terrulas 12. *quæst.*1. P. 1. d.36. per tot.

Ex Decretalibus.

Cap. Ad Apostol. de Convers. Conjug. P. 1. d.24. n.9.
Cap. Si Clericus de Foro Compet. P. 1. d.33. n.48.
Cap. Dominus de Secund. Nupt. P.1. d.14. à n.15.
Cap. Querelam de Simon. P. 2. d.25. n. 102.
Cap. Inter opera de Spons. & Matrim. P. 1. d.21. n.33.

Ex Lib.6. Decret.

Cap. 1. *de Sepultur. in* 6. P.2. d.30. n.70.

Ex Clementinis.

Clem. Cupientes de Pœn. P.2. d.30. n. 70.
*Clem.*2. *de Privil.* P.1. d.1. à n. 85.

Ex Codice.

Auth. Agricultores, C. *Quæ res pignor. oblig. poss.* P. 2. disc.25. num. 127.

Ex Libris Digestorum.

L. Aufidius, *ff. de Priv. Credit.* P.2. d.25. n. 130.

Ex diversis Constitutionibus Summorum Pontificum.

Alex. VII. Constit. 3. & *Const.* 49. & *Const* 110 & *Const.*153. & P.1. d.37. n. 1. & per tot.
*Idem Const.*19. P.1. d.27. n. 2.
Clem. VIII. Const. 7. & *Const.*23. & *Const.* 43. & *Constit.* 70. & *Const.*109. P. 1. d.37. n. 1. & per tot.
*Idem Const.*60. P. 2. d.6. à n.44.
*Clem. X. Const.*31. & *Const.* 46. P. 1. d.37. n.1. & per tot. & P.2 d.13. à n. 37.
*Gregorii XIII. Const.*30. P.1. d. 4. per tot.
*Idem Const.*16. & *Const.*62. & *Const.*90. P.1. d.37. à n. 1.
*Idem Const.*28. P.1. d. 27. à n. 2.
Greg. XIV. Const. 7. P. 1. d.19. n. 10.
Innoc. XII. Const. Incipien. *Sacerdotalem & Regiam* 30. *Jannar.* 1699. P.1. d.37. n. 305.
Idem Const. 12. *de Celeb. Miss.* P. 2. d.29. *per tot.*
*Idem Const.*23. P. 1. d.34. à n. 74.
*Paulus V. Const.*9. & *Const.*35. & *Const.*39. & *Const.* 48. & *Const.* 79. P.1. d.37. n. 1. & per tot.
Pius IV. Const. 96. P. 1. d.37. n. 296.
*S. Pius V. Const.*109. P. 2. d.24. n.12.
*Urbanus VIII. Const.*126. & *Const.*236. & *Const.*250. P. 1. d. 37. n. 1. & per tot.

Ex Resolut. Sacr. Congregationum.

Abellina Spolii 18. *Augusti* 1703. P. 1. d.34. n. 108.
Æsina 14. *Junii* 1710. P. 1. d.8. n. 44.
Albanen. Matrimonii 1713. *Cong. Card. Vic. Urb.* P. 1. d.21. n.191.
Anconitana 1596. P. 1. d.17. n. 42.
Assisien. Matrim. 5. *Dec.* 1710. P. 1. d. 21. n. 216.
Balneoregien. Matr. 24. *Jan.* 1711. P.1. d.21. n. 152.
Baren. 19. *Januarii* 1608. P. 2. d.2. à n. 45.
Baren. 6. *Octobr.* 1645. P. 2. d. 2. à n.70.
Baren. Provinciæ S. Nicolai 18. *Februarii*, & 3. *Junii* 1712. P. 2. d. 29. n. 35.
Bononien. 30. *Septembris* 1650. P.1. d. 31. n.16.
Brundusina, P. 2. d.2. n.61.
Burgen. Jurisdictionis 3. *Julii* 1713. P.1. d. 5. n. 143.
Camerinen. 1608. P. 1. d.17. n. 30.
Canonicor. Lateran. 18. *Junii* 1602 P.1. d.36. n. 163.
Carpenteraten. 3. *Decemb.* 1701. P.1. d.17. n. 75.
Castellana 5. *Sept.* & 28. *Nov.* 1704. P.2. d. 1. n.161.
Castellanetana 22. *Augusti* 1704. P.2. d.5. n.50.
Castren. 8. *Martii* 1667. P. 1. d. 33. n. 16.
Clusina Jurisdictionis 6. *Julii* 1704. & 28. *Maii* 1705. P.1. d. 5. à num.181.
Comen. Irregul. 14. *Martii* 1671. P. 2. d. 23. n. 29.
Consentina 24. *Aprilis* 1706. P. 1. d. 22. n. 17.
Eugub. 29. *Mart.* & 27. *April.* 1703. P.2. d.16. n. 24.
Fanen. 1. *Septembris* 1707. P. 1. d.17. n 20.
Fanen. 26. *Augusti* 1645. P.1. d.17. n. 41.
Ferrarien. 12. *Januarii* 1704. P.1. d. 31. n. 16.
Giennen. 22. *Julii* 1582. P. 1. d. 21. n. 133.
Hispalen. 7. *Maii* 1701. P.2. d.22. n. 25.
Mediolan. Professionis 30. *Maii* 1699. P.1. d.24. n.39.
Neapolitana Affiliationis P. 2. d 16. n.25.
Nolana Processionis 1. *Sept.* 1708. P.2. d.2. n. 43.
Nullius 18. *Aprilis* 1640. P. 2. d.2. à n.44.
Panormit. Irregularit. 4. *Febr.* 1702. P.2. d. 22. n. 29.
Papien. Conservator. 6. *Junii* 1682. P.2. d.15. n. 5.
Patavina 11. *Maii* 1669. P.1. d. 21. n.135.
Potentina Vic. Capit. 3. *Junii* 1714. P.2. d. 8. n. 50.
Regien. 9. *Novembris* 1600. P. 2. d.2. n.25.
Romana 24. *Maii* 1712. P. 2. d. 5. à n. 51.
Rom. Dispens. Matr. 5. *Maii* 1717. P. 1. d. 21. n. 218.
Matrimonii 8. *Februarii* 1713. P.1. d.25. n. 221.
Senogallien. 23. *Decembris* 1707. P. 1. d. 8. n. 69.
Senogallien. 23. *Septembris* 1713. P. 1. d. 17. n. 70.
Senogallien. 12. *Junii* 1675. P. 2. d. 30. n. 93.
Taurinen. 28. *Novembris* 1654. P. 1. d.19. n. 30.
Turritana Censurar. 2. *Aprilis* 1672. P. 2. d.15. n. 46.

Ex Sacræ Rotæ Decisionibus.

Calaritana Matrimonii 26. *Junii* 1671. *cor. Albergato*, P. 1. d. 21. à n. 51.
Neapolitana Matrimonii 26. *Junii* 1705. & 26. *Februar.* 1706. *cor. Card. Priolo* P. 1. d.10. n. 154.
Recineten. Manutentionis 8. *Maii* 1649. *coram Verospio*, P. 1. d. 35. n.48. & P.2. d. 12. à n. 118.
Roman. Jur. admin. 4. *Jun.* 1696. *cor. Mol.* P. 1. d. 34. n.67.
Romana Juris celebrandi 26. *Junii* 1697. & 27. *Januarii* 1698. *cor. Card. Priolo* P.1. d. 22. à n. 8.
*Dec.*122. *p.*15. *rec.* P.2. d.15. à n. 79.
*Dec.*40. *p.* 16. *rec.* P 1 d. 21. à n. 51.
Beninc. dec. 132. & *dec.*162. P. 2. d.12. à n.95. & n. 116.
*Cavaler. dec.*101. P.1. d.8. n. 44.
Emerix jun. dec. 686. & *dec.*731. & *dec.* 764. P. 2. d.12. à n. 95. & 116.
Decis. 5. *apud Card. de Luc. de Matrim.* P. 1. d. 21. à num. 78. & 157.
Millinus dec. 204. P. 1. d. 16. n. 62.
*Royas d.*205. & *d.*230 & *d.*261. P. 2. d. 25. n.155.

Doctores Particulares.

*Alciatus Respons.*55. P. 2. d. 14. à n. 17.
Bertacchin. Vot. dec. 100. P. 1. d. 21 à n. 161.
*Caponus discept.*228. P. 1. d.19. n. 41.
Fagn. in cap. Inter alia de Imm. Eccl. P. 1. d. 19. n. 59.
Gratian. dec. Marchiæ 183. P. 2. d. 29. n. 97.
*Mathæuc. in Offic. Cur. cap.*21. *n.* 6. P. 1. d.22. n. 28.
*Monac. in Form. p.*2. *tit.*13. *for.* 1. n.70 P. 1. d. 8. n.47.
Passer. in c. unic. n. 5. *de Excess. Præl.* P. 2. d. 19. n.28.
Romaguerra ad Constitut. Gerund. lib. 3. *tit.* 9. *c.* 3. *n.* 22. P. 1. d. 8. n. 47.
Sanch. de Matr. lib. 3. *disp.* 19. *n.*6. P. 1. d.21. n. 196.
Themund. dec. Lusit. 4. *n.*16. & 19. P.1. d. 21. n. 195.

FINIS.